ALPHONSI TOSTATI. EPISCOPI ABVLENSIS

PRÆFATIO QVÆSTIONIBVS SECTA In librum Iosue.

Quo ordines seu sectio[nes li]brorum Sacræ scripturæ sint quatuor. *Quæst.* I.

SACRARVM Scripturarum totus canon in tres librorum ordines scinditur, vel vt comprehensorie magis loquamur, in quatuor partitur sectiones. Nam legales quidam sunt, scilicet quinque libri Moysi, quos Iudæi communi nomine Thora, idest legem vocant: quia in illis lex tradita tota comprehenditur.

Secundus ordo prophetalis est, qui plures continet libros secundum Iudæos: horum principium à Iosue auspicatur, qui apud eos Iosue Benum, idest Io: filius Nun dicitur. Secundus est liber Iudicum, qui apud eos Sophtim appellatur. Hi autem Ruth compingunt librum, quoniam in diebus vnius iudicis eiusdem historia accidit refertur. Quamquam moderni Iudæi hunc cum Canticis canticorum, & libro Threnorum, atque Esther, & quibusdam paruis collocant: sed conueniens ordo nequaquam est. Tertius est liber Samuelis, quem nos primum, & secundum libros Regum appellamus. Quartus est liber Malachim, idest Regum, quem nos tertium & quartum libros Regum appellamus. Quintus Isaias est. Sextus Hieremias. Septimus Ezechiel. Octauus liber duodecim minorum prophetarum.

Tertius ordo agiographa continet, idest libros sacræ doctrinæ: in quibus primum Iob locant. Secundo vero Dauid ponunt, quẽ Psalmorũ librũ dicunt quinque incisionibus sectũ, omnesque psalmos continentem. Tertius est Salomon, qui tres libros habet, s. Parabolas, quas Iudæi Misloth vocant. Secundus est Ecclesiastes, quem Hebræo nomine Coheleth nuncupamus. Tertius est Cantica canticorum, quem Hebræo nomine Sirhasirim vocant. Sextus autem huius ordinis Daniel est. Septimus verba dierum, qui hebraice Dabraiamin corrupte more nostro, proprie autem Diureyamin dicitur: Græco autem atque vsitato nobis vocabulo proferentes Paralipomenon appellamus. Octauus Esdras est, qui in duos libros diuisus est. Nonus Esther. Librum etiam Ruth & Threnorum quidam inter agiographa computant, sed melius in secundo ordine prophetalium conscribuntur. Hi tres librorum

ordines in canone ſacræ ſcripturæ continentur: de quo Hieronymus in prologo, quem Galeatum appellat.

Alij autem ſunt, qui ad ſacram ſcripturam pertinent, qui in canone nō ſunt, ſed quartum obtinent locum: ſcilicet Iudith, & Machabæi: liber Sapientiæ, & Ieſu Sirach: Tobiæ: hos apocriphorum loco cenſent. Quamquam autem horum doctrina ad conuincendum, quæ in diſputationem veniunt, minus idonea ſit, aut non ita vt cæterorum auctoritas ſolida ſit: Sacra tamen ſcriptura & ſi prioribus minorem, eis tamen auctoritatem accommodat.

An liber Ioſue ſit hiſtoricus, vel prophetalis: & qui libri ſint prophetales, & hiſtorici. Et de Pentateucho Moyſi. Quæſt. II.

HORVM autem diſtributore gratiarum iuxta largifluam bonitatem ſuam conferente Spiritu ſancto primum ordinem, ſcilicet legalem explicuimus, totum Moyſi Pentateuchum tranſeuntes, quo velut grandi fęnore liberati ad Ioſue manum mittimus; cum enim de legalibus actum ſit, de prophetalibus agi conſequens eſt. Vel, vt alij referunt, cum de legalibus actum ſit, de hiſtoricis attingendum eſt; & vtrunque quidem conuenienter dicitur, ſed non ęquè. Si enim dicamus præcedentes legales, & hos prophetales eſſe, objiciet quis libros quinque Moyſi prophetales eſſe, quia eos prophetarum præcipuus ſcriptitauerit. Si autem dixerimus præcedentes legales, & hos hiſtoricos eſſe, objicietur etiam præcedentes magnam temporum hiſtoriam continere. Totus quidem Geneſis liber nudam hiſtoriam texit. Liber quoque Exodi, & Numerorum pro maiori eorum portione idem faciunt. Cui dicendum neutrum horum to[illegible]er eſſe diſtinctiuum. nam vtrique hiſtoriam continent, & a prophetis conſcripti ſunt; [illegible]unior tamen antiquorum inualuit auctoritas, vt Pentateuchus legalis, ſequentes aute[illegible]phetales dicantur; eo quòd Pentateuchus & ſi hiſtorias quaſdam tradat, potiſſima tam[illegible]entio ad legis [illegible]ionem eſt. Hi autem totaliter hiſtoriam continent, & ſi in quibuſdam eorum admonitiones, & futurorum contineantur prouiſiones; ſed quòd de præteritis aut futuris enarretur nihil in hoc differt; nam eos ſub hiſtoricis comprehendemus.

An liber Job computetur inter Prophetales: & quid requiritur ad eſſe librum propetalem. Quæſt. III.

DE libro Iob quibuſdam inquirendum videbitur, quòd inter prophetales locandus ſit.. nam libros prophetales dicemus, quòd a prophetis conditoribus ſcriptitentur; de Iob autem auctoritas hebraica tradit, quòd Moyſes illum ſcripſit; vere ergo prophetalis eſt. Cui reſpondendum eſt librum Iob inter prophetales non poni, quia non ſolum exigitur librum a propheta eſſe conſcriptum, vt prophetalis appelletur; ſed etiam vt amplam ſortiatur auctoritatem. Librum autem Iob etiam ſi a Moyſe iuxta communem traditionem ſcriptum aſſeruerimus: tantæ tamen nec apud Iudæos nec apud Latinos auctoritatis eſt, vt inter prophetales locari meruerit. Hoc autem Danielis liber monſtrat. Ipſe quippe a propheta conſcriptus eſt, & quod amplius eſt a propheta conditus fuit: inter prophetales tamen nequaquam reperitur, ſed inter agiographa ſextum poſſidet locum; vt patet in prologo Galeato Beati Hieronymi ſuper libros Regum. Liber etiam Ruth ab eo conſcriptus eſt, a quo & liber Iudicum, cum deciſus aſſeratur ex libro Iudicum; ſed cum liber Iudicum ab omnibus ſecundum locum in prophetalibus teneat, liber Ruth inter agiographa a quibuſdam nomen & locum ſumpſit. De libro quoque Threnorum quem Iudæi Cinoth vocant, perſpicuum eſt magis, quòd a Hieremia conſcriptus ſit; ſed cum volumen eius inter prophetales computetur, librum Threnorum quidam Iudæorum inter agiographa computant.

An

An liber Iob debeat præponi libro Iosue, cum præcesserit per multa tempora. Et quòd ordo præcessionis librorum circa tria attenditur. Quæst. IIII.

DE libro Iob adhuc inquirendum videtur, cur ante librum Iosue non ponatur: nam ante eum, per multa tempora facta seculorum priorum narrat. Siue enim dicamus Iob fuisse de genere Nachor, vt quorundam tradit assertio, de quo Gen. 22. cap. disseruimus: siue sit de progenie Esau de regibus Idumæorum, de quo late Gen. 36. dictum est: semper ante Iosue magna seculorum ętate fuisse patet. Item quoniam & his non stantibus: quia à Moyse librum Iob scriptum fore communis tradit assertio, patet eum ante Iosue aliquantis fuisse temporibus. nam gesta narrata in libro Iosue post mortem Moysi acciderũt, vt patet ex principio libri huius, scilicet & factum est post mortem Moysi serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun. Cui respondendum est librum Iob non debere præcedere librũ Iosue: nam ordo præcessionis librorũ in sacra scriptura, aut quantum ad dignitatem & auctoritatem dictorum attenditur: aut quantum ad ordinem temporalē rerum narratarum, aut personarum scribentium. Primo enim modo in toto veteri testamento libri Moysi præcedunt. nam & si alij auctentici sint, hi tamen solidioris auctoritatis robur habent. Sic quoque in nouo testamento Euangelistarum quatuor libri cæteros præcedunt, quoniam solius Christi dogmata continent. Quantum ad hunc modum liber Iob librum Iosue antecedere nequit: nam minoris auctoritatis est: cum enim inter prophetales locum primum liber Iosue teneat, inter eos liber Iob locari immeritus agiographorum seriem tenet. Cum ergo omnibus prophetalibus in auctoritate minor sit, post omnes prophetales debuit collocari. Secundo modo libri sacrę scripturæ se præcedunt interdum secundum ea quæ in eis gesta narrantur: & hoc modo liber Geneseos cæteros antecedit. In eo quippe rerum creatio non entium, & nascentis orbis, & aliqualiter procedentis historia texitur. Hoc modo liber Iudicum præcedit libros Regum: & librum Iudicum liber Iosue antecedit. Qui modus si attendatur, Iob cæteros præcedere debuit soli Genesi postpositus. Sacra tamen scriptura magis auctoritatem, quàm temporanearum successionum ordines in quibusdam attendit. Tertius modus procedendi est ex persona scribentis, vt quòd illi libri præcedant quorum scriptor præcessit, etiam si res enumeratæ hunc ordinem non teneant. Sic enim in prophetis est: nam non potest in eis accipi ordo secundum dignitatem vel auctoritatem: omnium enim dicta æquali veneramur honore, præter librum Danielis: qui quamquam auctenticus sit, inter prophetales locum non accepit, sed agiographorum sedem sortitus est. Quidam tamen alios præcedunt secundum quod in scribendo præcesserunt: vnde Agęus ante Zachariam ponitur in ordine librorum: quia Agęus ante Zachariam per duos menses prophetauit: vt patet Agæi primo: & Zachariæ primo. nam Agęus anno secundo regis Darij mense sexto prædicauit. Zacharias autem eodem anno mense octauo. Et hanc præcessionis causam Hieronymus assignat in prologis super eorundem libros. Iste quoque ordo inter Euangelistarum libros inter catholicos obseruatur: nam omnes Euangelistæ idem dicunt. Matthæus tamen ante omnes euangelium scripsit in Iudæa: ideo omnes antecessit: sic ait Hieronymus in prologo super Matthæum. Consequens autem ordo in reliquis Euangelistis fuit: ideo sic eorum libri ordinati sunt. Liber ergo Iob ante librum Iosue poni nequaquam debuit: sed conuenientissimus ordo est, vt post Pentateuchum Iosue subsequatur. quod ex duobus euenit. Primo quidem quoniam post legales succedunt in auctoritatis robore libri prophetales: liber ergo Iosue, qui huius ordine primus est, consequenter poni debuit. Secundo autem ex ordine temporis hoc accidit: nam post ea quæ in libris Pentateuchi facta narrantur, succedunt ordine historico ea quæ leguntur in libro Iosue, nullo mediante quasi ad eundem prorsus librum pertineant, sed velut articulus quidam distinctiuus fit: quia quædam per Moysen, alia vero per Iosue dicta & facta referuntur.

Præfatio.

Quis fuerit Iosue: & de laudibus eius. Et continentia totius libri. *Quæst. V.*

ISTE Iosue erat vir strenuus in armis, & morum pollens probitate: nam cum Iudæi in deserto bella facturi essent, Iosue princeps statuebatur, vt cum pugnatum est contra Amalech, & fugauit eum: vt patet Exo. 17. cap. orante Moyse pro Israel. Iterum autem cum Israelitæ bellum agerent contra Madianitas, Iosue electis viris de populo, factus est princeps belli, & deleuit Madianitas cęsis quinque regibus eorum: de quo Numeri 31. cap. Vnde tunc erudiuit eum Deus in bellis, vt postea pugnandi modum & audaciam haberet contra Chananæorum gentes. Ob hoc autem de tribu Ephraim ipse missus est explorator in terram Chanaan: vt patet Numeri decimotertio cap. Hunc valde Moyses diligebat: vnde cum iret cum cæteris exploratoribus, Moyses mutauit nomen eius vocans eum Iosue, cum prius vocaretur Osee: vt patet Numeri decimotertio. & valde familiariter adhærebat Moysi, ita vt vocaretur puer eius, quia illi seruiebat: sic patet Exodi trigesimotertio. scilicet Iosue filius Nun puer Moysi non recedebat de tabernaculo. Et ob hoc cum Moyses ascendit in montem suscepturus tabulas decalogi, solus Iosue ascendit cum eo vsque ad caliginem montis, vt patet Exo. 24. cap. expectauitque eum decem diebus, non descendens in castra, donec reuerteretur portans tabulas: nam tunc Iosue descendit cum Moyse, vt patet Exodi 32. cap. Ipse quoque nimis diligebat Moysen zelans pro eo, vt patet Numeri 11. cap. & cum Moyses descendit de monte, & posuit tabernaculum suum extra castra, veniente Moyse in castris, manebat Iosue custodiens tabernaculum: vt patet Exodi 33. cap. Postea autem cum Deus tollere voluit Moysen, iussit vt constitueretur Iosue princeps super populum sicut Moyses: & quòd eum Moyses erudiret, vt patet Deuter. cap. 3. & Moyses ante mortem suam constituit Iosue super populum ponens manum suam super eum, & dans ei partem gloriæ suæ: de quo Num. 27. & Deuteron. 31. cap. & mortuo Moyse surrexit pro eo Iosue: & obediuit ei totus populus sicut Moysi: vt patet Deuter. 34. & primo huius. Iste autem vnus de prophetis dicitur: quia ad eum sępe Dominus locutus est, vt manifestatur ex processu libri. Sic quoque dicitur Ecclesiastici 46. cap. Fortis in bello Iesus Naue successor Moysi magnus in prophetis iuxta nomen suum: & ibi multæ eius laudes continentur. Huius autem libri intentio & continentia est, quòd sicut legales & partim historici libri descripserunt egressum Israelitici populi de dura Aegyptiorum seruitute, & discursum per vagas deserti solitudines, hic introitus eorum in terram promissam describatur, & bella contra hostes & locorum possessio: atque deletis ex maxima parte hostibus diuisio sortialis totius terræ per tribus & familias: & tandem in admonitionibus in colendo Deum, & morte Iosue tota libri series consumatur: & in isto libro nouus Iudaici populi status tangitur, s. pugnantis: vt postea in libris Regum altior subdatur status eiusdem regnantis.

ALPHONSI

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS,

IN PROLOGVM D. HIERONYMI In librum Iosue Commentarij.

TANDEM finito Pentateucho Moysi velut grandi fęnore liberati ad Iesum filium Naue manū mittimus, quē Hebræi Iosue Benum, idest Iosue filium Nun vocant: & ad Iudicum librum quem Sophtim appellant: ad Ruth quoque & Esther, quos eisdem nominibus efferunt.

TANDEM. Prologos enim beatus Hieronymus singulis libris suis apponit: quia per hos quid intendat edisserit: vbi quoque qui ab alijs vitiati sunt docet. Aemulis etiam & oblatrantibus respondet. De his enim tota prologorum suorum materia est. Iste autem prologus super Iosue in quinque partes scinditur. Quarum prima huius libri opus ad præcedentem continuat Pentateuchum. Secunda lectorem reddit attentum. Tertia æmulorum compescit latratum. Quarta multipliciter eos arguit, qui præter septuaginta interpretum translationem recipiēdum nihil dicunt. Quinta declarat post huius operis expletionem ad prophetarū explanationem interpretatiuam accedendum. Secunda ibi. *Monemusque lectorem*. Tertia ibi. *Vnde cesset arcuato vulnere*. Quarta ibi. *Quod si vetus*. Quinta ibi. *Cæterum post*.

Diuisio prologi.

A *Quare Iosue & Iudicum libri continuātur post Pentateuchum. Et quid significet Pentateuchus. De nomine Iosue apud Hebræos: & quomodo apud nos sit corruptum. Et quod multi sunt eo nomine Iesus vocati. Quæst. I.*

CIRCA primum. *Tandem finito Pentateucho*. Continuat se Hieronymus ad ea quæ supe-
B rius expleuerat. Pentateuchum enim conscripserat ad preces episcopi cuiusdam qui Desiderius vocabat̄, vt habet̄ in prologo super Gen. qui incipit. Desiderij mei. Sed dum hæc ageret Paula & Eustochium filia eius pro libro Iudicū, & Iosue, & Ruth, orauerūt. Dum tamē Hieronymus Pentateuchū scriberet, Paula defuncta est: ipse aūt quia Paulę
C & Eustochio hos ꝓmiserat libros, Eustochio viuēti reddidit: sic significatur infra cū dicitur. Cæterum post dormitionem B. Paulę, cuius vita virtutis exēplū est, & hos libros Eustochio virgini negare nō potui, decreuimus dū spiritus hos reget artus, prophetarū explanationi incumbere. Ideo in prologi huius exordio notat post cōpletionē præcedētis operis librorū
D Iosue & Iudicū facere initium, quasi hoc ad illa cōsequēs sit: qđ dupliciter cōsequitur. Primo ſm exigentiā historici ordinis, & roboris in auctoritate. Secundum quidem est propter promissionis ineuitabilitatē nam vt in præcedenti apologetico argumento explicuimus, finis historiæ Pētateuchi, & principiū librorum Iosue, & Iudicū continua sunt: vt patet Deuter.
E vltimo. Sicut enim ibi de morte Moysi, & prelatione succedētis Iosue agitur, ita & in principio libri huius. Consequitur etiā hoc ex robore auctoritatis: nā post legales libros, quos Pentateuchus cōtinet, nulli tam solidæ auctoritatis sunt sicut prophetales: in quibus liber Iosue exordium est.

Consequitur autem secũdo ex ordine promissionis. Nam postquam Desiderio episcopo promiserat Hieronymus explanare Pẽtateuchum, promisit Paulæ & Eustochio vertere in latinum sermonẽ librum Iosue & Iudicum. Ideo finito Pentateucho ad Iosue labor secundus vertendus erat. *Pentateucho.* Est Pentateuchus nomen Græcum quinque volumina signans: quoniã libri Moysi quinque sunt, qui in præcedentibus explanati sunt: & hoc nomẽ correspondet cuidam Hebreę dictioni: ipsi enim hos libros Humas vocant, idest quinarium, quia quinque sunt: & quia nullũ latinum nomẽ in vsu accepimus, quod hanc librorum quinque seriem denotaret, Græco nomine vtentes Pentateuchum appellamus. *Tandem finito Pentateucho.* Idest cum post multos labores & tempora Pentateuchum transferẽtes expleuerimus, restat vt ad Iosue manum mittamus. Quod autem hoc laboriosum sit, expressit Hieronymus in prologo super Gen. qui incipit, Desiderij mei dicens, vt translatum in latinam linguam de Hebræorum sermone Pentateuchum nostrorum auribus traderem, periculosum opus certe, & obtrectatorum latratibus patens. Et in fine eiusdem prologi eius operis magnitudinem expressit, dicens. Nunc te precor Desideri carissime, vt quia tantum opus me subire fecisti: & cætera. *Moysi.* Quia totius Pentateuchi Moyses verba retulit Iudæis potissime de præceptis, vt patet ex plurimis locis eiusdem. Ipse quoque eũ scripsit, & vocatur lex Moysi continentia totius Pentateuchi, non quòd ipse condiderit, sed quia retulerit, & annunciauerit populo Israelitarum. Sic patet Malach. cap. 4. scilicet, Memẽtote legis Moysi serui mei. Quomodo tamẽ omnes quinque libri sint lex Moysi. Et an omnes quinque libri dicantur lex Moysi: sicut dicitur Deuteronomius. Et an sit vna lex vel plures: late declaratum est Deuteron. 29. cap. & aliquid Deuteron. 1. *Velut grandi fœnore liberati.* Idest liberati a magna promissione. Desiderius episcopus petierat a beato Hieronymo, vt ei in latinum sermonem verteret totum Pentateuchum: vt patet in secundo prologo super Gen. Hoc autem Hieronymus spopondit: erat autem ista magna promissio, quia opus magnum, ac periculosum erat: vt patet in eodem prologo. Cum ergo illud expleuit, dicitur liberatus a magno promisso: & ponitur hic fenus quod signat debitum sub vsuris. Est autem magnæ grauitatis aliquid debere sub vsuris: quia sic opprimuntur homines, & eorum exhauriuntur facultates. Sic patet Exo. 22. cap. scilicet, Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrges eum quasi exactor, nec vsuris opprimes eum. Ad designandum ergo magnitudinem debiti causati in promisso ad transferendũ Pentateuchum, dixit Hieronymus se à fenore liberatum: sicut recipiens denarios sub vsuris data sorte & fenore liberatus est. *Ad Iesum filium Naue manum mittimus.* Idest oportet inchoari Iosue librum. Ordo huius supra positus est, quare post Pentateuchum poni debeat liber Iosue. Sed hunc vocat Iesum filium Naue: & dicit hoc nomen esse secũdum latinos, quod patet, quia dicit apud Hebræos vocari Iosue Benum. Pro quo sciendum quòd nomina quæ nos his imponimus ab origine Hebræa deriuantur. vocabatur autem iste apud Hebræos Osua, & nos corrupto nomine illum Oseę appellabamus: vt patet Nume. 13. cap. Sed cum in exploratorem mitti debuit pro tribu Ephraim, Moyses qui illum diligebat, mutauit nomen eius addens vnam literam, scilicet primam nominis Dei tetragramaton, scilicet, Yod. & posita in principio nominis cõponit Yosua: & istud est proprie nomen

F apud Hebręos Iosue. De priori nomine, & mutatione eius habetur Num. 13. cap. nos tamen corrupto nomine cum deberemus dicere Yosua, dicimus Iosue. Deinde cum Biblia in sermonem verteretur Græcorum, non fuit in hoc nomine seruata litera sed significatio: nam Yosua in Hebræo saluator dicitur: ita vt Iesus interpretatur: sic patet Matthæi primo cap. scilicet, & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

Multi quoque inter Hebræos hoc nomen acceperunt: nam & post hunc alium scimus dictum Iesum sacerdotem magnum, de quo Zacha. 3. cap. & ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, & Sathan a dextris eius,

G vt aduersaretur ei: de quo etiam in primo lib. Esdræ.

Alius etiam vocatus fuit Iesus qui Ecclesiasticum scripsit, & dicitur Iesus filius Sirach. Multi quoque alij fuerunt, qui in sacra scriptura celebres non sunt: & omnes hi inter Hebræos Yosua appellabantur.

Quod autem iste Iosue appelletur Iesus, patet in aliquibus libris tam noui quàm veteris testamenti: sic enim Ecclesiastici 46. cap. Fortis in bello Iesus Naue magnus secundum nomen suum: ibi tamen de Iosue agitur, vt euidentissime litera prodit. Sic quoque habetur ad Hebręos cap. 4. scilicet nam si eis Iesus requiem præstitisset: nunquam de hac loqueretur post hanc diem: vbi Apostolus tradit de requie tradita Iudæis per Iosue ingredientem cum eis in terram promissam: & eum Iesum vocat.

H *Ad Iesum filium Naue.* Dicitur filius Naue, idest filius Nun: quoniam in Hebræo pater eius Nun dicitur: sed in latinam & græcam formam versum Naue dicitur: quamquam in hoc non multum differebat, an apud nos filius Nun diceretur: sic vocatur Ecclesiastici 46. cap. Fortis in bello Iesus Naue magnus secundum nomen suum.

Manum mittimus. Idest eum explanare in latinum sermonẽ vertentes incipimus. & est modus loquendi vulgaris mittere manum ad aliquid, idest incipere operari, & est frequentata locutio in libris Moysi, scilicet, vt benedicat tibi Dominus in cunctis ad quę miseris manum: vt patet Deuteronomij 12. & 15. & 24. cap. & venit ex hoc ista locutio, quia manus est or-

I ganum organorum potissimum inter omnia executiua instrumenta.

Quem Hebræi Iosue Benun. Hebræi non vocant Iesum Naue etiam Iosue. Sed istud nomen Iosue est similius nomini Hebraico quàm cætera, scilicet Iosua: sed nos corrupte ex more latino Iosue dicimus. vocatur Benun, idest filius Nun: non est enim vna dictio apud Hebræos Benun: sed duę, scilicet Ben & Nun. Ben filius interpretatur. Nun vero est nomẽ patris Iosue: & declaratur in eo quod subditur, s.i. *Iosue filium Nun vocant.* Non solum est istud nomen hominis, sed & libri. In quo patet quòd Hebręi non semper vocant libros ab exordijs suis, sicut aliquando dicitur. Nam non incipit sic liber iste. Sed tunc Iudæi libros suos a principijs nominãt, quando vnus

K multos edidit libros, qui distingui nequeũt: nisi specialia eis nomina apponantur. Ex auctore quippe eis distinctio nulla est, cum omnibus communis auctor sit: quod patet in quinque libris Moysi, qui non distinguerentur ex auctoribus, sed ex nominibus proprijs. Et quoniam nulla eis conuenientiora nomina occurrerũt, ab exordijs illorum nomina imposuerunt, vt ꝙ Genesis vocetur Beresith, i. in principio: quia sic liber incipit: & de cæteris identidem. Liber aũt Iosue, qm̃ nullos ab eodem auctore noĩandos habuit, a quibus differendum sibi esset, ab auctore nomen assumpsit, & non a literarum exordio.

Et ad

Et ad Iudicum librum. Hunc librum Iudicum intendit tractans Hieronymus exponere in latino sermone: in quo de gestis Iudicum, qui varijs temporibus iudicabant, agitur.

An liber Iudicum poni debeat post librum Iosue. Quæst. II.

FVERVNT autem iudices in Israel tempore quo non erat aliquis rex: nam ante Saulem nemo cōcorditer vel electus, vel sumptus in regem fuit. Nam Abimelech filius Gedeonis fuit rex, sed non a toto Israel electus: sed solum in Sichem, vt patet Iudi. 9.cap. Sed in his temporibus erant aliqui viri in Israel, qui iudicabant populum, & liberabant ab hostibus, quos liber ille saluatores vocat: vt patet de Sangar Iudi. 3.cap. Hunc librum scribit Hieronymus post librum Iosue propter duo. Primo ex ordine temporis. Secundo ex conditione promissionis. Tempus quidem cōtinuum in vtrisque fuit. Nam & in 1.cap. Iudicum agitur de morte Iosue, & quid acciderit immediate post Iosue mortem.

An liber Ruth poni debeat ante librum Iudicum. Quæst. III.

ET si aliquis obijciat librum Ruth forte ante librum Iudicum esse ponendum, quoniam nō videtur liber Iudicum præcessisse librum Ruth. Respondendum est priorem esse librum Iudicum: quia historia Ruth accidit in temporibus vnius iudicis, vt patet Ruth 1.cap. Ergo Iudicum liber fuit, qui agit de exordijs Iudicum: & de aliquibus quæ ante iudices acciderunt, scilicet de bellis factis per aliquos qui non erant iudices: vt cum quæsierunt Israelitę post mortem Iosue, quis præcederet eos in bellum. Respondit Deus. Iudas sit dux vester: vt patet Iudic. 1.cap. & de alijs tēporibus, quæ fuerunt absque iudice. Et non solum liber Ruth accidit in tempore Iudicum, sed etiam in temporibus vltimis Iudicum. Nam agitur de Ruth quæ fuit vxor Booz, qui fuit proauus Dauid secūdi regis Israelitarū: vt patet Ruth 4.cap. ergo inter Booz & principia regum paucum fuit tempus. Aliqua tamen tempora fuerunt in Israel, in quibus nullus fuit iudex nec rex: sed quilibet quod rectum sibi videbatur faciebat: vt patet Iudi. cap. 18. & 20. ergo circa fines Iudicum accidit historia libri Ruth. Hoc tamen quod dicitur de temporibus medijs ex ordine literæ satis apparet: quia post omnes iudices enarratos ponitur: tamen secundum Iosephum quinto antiquitatum falsum est: sed est ibi mutatio ordinis: nam illa acciderunt antequam inciperent iudices inter Iosue, & primum de iudicibus: vt declarabitur Iudi. 18. & sic inter Samsonem qui in libro Iudi. ponitur vltimus, & Eli qui fuit iudex, de quo patet 1. Regum primo, & fuit iudex 1. Reg. 4. non intercidit aliquod tēpus: vt ait Iosephus 5. antiquitatum. Sed hoc non obstante stat ratio præcedens de Ruth tempore.

An liber Iob poni debeat ante librum Iudicum. Quæst. IIII.

QVAERET autē amplius aliquis an debuerit liber Iob poni ante librum Iudicum: quoniam quæ ibi narrantur, & personæ de quibus ibi, tempore præcesserunt ea quæ habentur in libro Iudicum. Respondendum est sicut in libro Iosue, scilicet, quod sacra scriptura non solum considerat præcessionem temporum: sed in-

A terdum magis considerat præcessionem auctoritatis & dignitatis. Et quia libri prophetales secundum sacræ scripturæ ordinem tenent: Agiographorum autem postremus in toto canone auctoritatis locus est: sed liber Iudicum secūdus inter prophetales est. Liber autem Iob inter eos poni demeritus agiographorum serie locatus est: non ergo debuit præcedere librum Iudicum. Secundum propter quod liber Iudicum consequebatur ad librum Iosue erat, quia etiam promissionis ordo id exposcebat. Nam Paula & Eustochium petierunt, vt librum Iosue, & Iudicū, & Ruth, & Esther in latinum sermonem verteret. Et quoniam in his secundum promiserat Iudicum librum, ordine promissorum ad Iudicum librum expleto B Iosue tenebatur. *Quem Sophtim appellant*. Idest Hebræi appellant librum Iudicum Sophtim: quod idem significat quod Iudicum. Describuntur autem tempora Iudicū vsque ad Heli sacerdotem: de quibus dicitur quod quilibet iudex in stilum redegerit ea, quæ temporibus suis acta sunt. Sed ea postea in vnum volumen compegit Samuel: vt quidam volunt. Alij vero Isaiam hoc fecisse dicunt. Quidam autem asserunt Esdram legis scribam hoc primo compilasse. De auctoribus autem librorum veteris testamenti, magis dictum est Deuter. 34.cap.

Quare Pentateuchus & liber Iosue non vocantur libri Iudicū. Et quare Moyses & Iosue dicti non sunt iudices. Quæst. V.

C SED adhuc quisquam quæret quare liber Iosue & Moysi non vocantur libri Iudicum: nam Moyses & Iosue Israeliticum populum regulauerunt, sicut & alij qui iudices appellantur. Respondendum est de libris Moysi nō vocari libros Iudicum: nam libri Iudicum gesta Iudicum edisserunt. Sed de libris Moysi longe secus est: nam non referunt gesta Moysi, sed leges a Deo datas: & quandoque historias populi Dei interponunt: ideo concordi omnium nomine libri isti legales appellati sūt: quia de legibus Israelitarum eorum pręcipua continentia est. De libro autem Iosue ratio esse potest: nam in hoc gesta Iosue enarrantur, sicut in libro Iudicum de singulis iudicibus historia texitur. Illi ta- D men de quibus in libro illo agitur, iudices cōuenienter appellantur. Iosue autem & Moyses iudices non sunt: nam iudices nullam imperandi auctoritatem habebant super populum, quasi ex iurisdictione eis competeret: sed solum erant homines industrij ad bellicas actiones & consilia: & eorum consilio populus in cunctis dirigebatur: nihil tamen magis habebant super populum, quàm eis populus tribuere vellet: vnde populus interdum eos assumebat, vt patet de Iepte galadite quem omnes Israelitæ rogauerunt, vt pręesset eis in bello contra Ammonitas: vt patet Iudi. 11.cap. Moysi autem maior potestas fuit: nam ipse a Deo constitutus est dux, vt educeret Israelitas de Aegypto: vt patet Actuum 7.cap. Et habe- E bat potestatem coercendi exercendo iudicia sanguinis in populares: nam cum Israelitæ adorauerunt vitulum, occidit Moyses vigintitria millia de eis, mandans alijs qui non peccauerant, vt adiuuarent eum ad occidendum peccatores: dicens qui Domini est, iungatur mihi, idest qui habet zelum Dei veniat ad me: & congregati sunt ad eum omnes filij Leui: & occiderunt vigintitria millia: vt patet Exo. 32.cap. Hoc tamen erat ex iurisdictione. Habuit etiam Moyses super Israelitas oē genus iurisdictionis tam spiritualis q̄ tēpalis: non fuit ergo iudex qui nullam hēt iurisdictionē. Sed pōt dici ꝙ fuit rex vel magis q̄ rex quam-

quam nomen regnatiuum inter Iudæos nondum inoleuerat: quamquam videtur regem eum vocari ex auctoritate sacræ scripturæ: vt patet Deuter. 33.c. scilicet erit rex apud rectissimũ quod de solo Moyse agi videtur. Iudex ergo dici non debuit. De Iosue quoque idem dicendum est, scilicet quòd ipse plusq̃ iudex extiterit: nam potestas sua a Deo collata est, cum iussit Deus vt Moyses eum poneret coram tota turba: & daret ei partem suæ gloriæ: & post mortem eius illi omnes obedirent: de quo dicitur Deuteron. 3. & 31. & Num. 27. cap. Fuit quoque potestas sua plusquam iudicis: quoniam habuit auctoritatem in criminalibus. Eo quippe condemnante lapidatus est Achor: vt patet Iosue 7. cap. Ad iudices ergo isti non pertinuerunt.

Ad Ruth quoque & Esther. Idest post librum Iudicum agetur ad explanationem libri Ruth, quod iden tidem ex ordine temporis euenire docet: nam historia libri Ruth in tempore vnius iudicis facta esse refertur: vt patet Ruth cap. 1. Conuenit etiam ex conditione promissionis: nam post librum Iudicum, librum Ruth transferre promisit, & iste ad secundum ordinem canonis veteris testamenti, scilicet prophetalium librorum pertinet: licet quidam eum inter agiographa scriptitet, sed eos falli apparet: quoniam liber Ruth apocopa est libri Iudicum. *Et Esther.* Liber Esther est continens gesta Mardochei, qui tradidit Esther filiam fratris sui in vxorem regi Asuero: & eius precatu Iudęi liberati sunt a morte, quę eis fuerat decreta vniuersaliter in eadem die: propter quod beneficium Iudæi inter sacræ scripturæ libros Esther supputant. Ad eundem tamen ordinem non pertinet, ad quem liber Iosue, & Iudicum, & Ruth. Hi quippe de prophetali ordine sunt: sed Esther inter agiographa computatur: vt patet per Hieronym. ex prologo galeato. Pro his libris Paula, & Eustochium rogauerunt, vt eis in latinum verterentur sermonem, quoniam historici sunt: & hos magis intelligere poterant & attendere. Ad ea enim quæ difficillima cognitu sunt deuotio nulla est, quamquam honorabilia sunt: vt habetur ex principio secundi de anima. *Quos eisdem nominibus efferunt.* Idest & Iudæi vocant eos eisdẽ nominibus, quibus nos appellamus.

Opinio quædam Iudæorum de ordine librorum Ruth & Esther, Quæst. VI.

IN quo quidam dicunt esse sensum: quòd Iudæi efferunt eisdem nominibus Ruth & Esther, vt cæteros, idest dicũt eos esse eiusdem ordinis, cuius Iosue, & liber Iudicum, scilicet quòd liber Iosue, & liber Iudicum pertinent ad secundum ordinem canonis sacræ scripturæ, scilicet ad prophetales: & Ruth, atque Esther eodem modo vocantur prophetales. Sed hoc stare nequit: nam licet de libro Ruth conuenienter dicatur quòd ad libros pertineat prophetales, quia est finis libri Iudicum: tamen de libro Esther falsum est: quoniam in tertio ordine ponitur, scilicet inter agiographa. Nam in prophetalibus octo libri ponuntur, scilicet Iosue, Iudicum, Samuel, & libri Regum, Isaias, Hieremias, Ezechiel: & liber duodecim Prophetarum. Alij sunt agiographi: quos nouem dicunt, scilicet Dauid, Iob, & tres libros Salomonis, & Paralipomenon, Daniel, Esdras, & Esther. De his autem ordinibus, & nominibus, & causis magis dicetur super prologum galeatum. Alio modo intelligitur: quos eisdem nominibus efferunt, idest quòd Iudæi vocant eos eisdem nominibus, quibus nos, scilicet ꝙ ita ipsi Ruth vocant & Esther; sicut & nos. Et ponitur hoc: quia supra de

F libro Iosue dixit: quòd secundum Hebræos vocaretur Iosue Benun: & de libro Iudicum quòd vocaretur Sophtim. Dubitaret ergo aliquis quomodo apud Hebræos Ruth, & Esther appellentur. Et respondetur quòd eisdem nominibus efferũt, idest taliter eos appellant Iudæi sicut nos.

Libros Iosue, Iudicum, Ruth, & Esther, quando B. Hieronymus transtulit. Quæst. VII.

DE his quatuor libris, quos tangit hic Hieronymus, dicitur in historijs cõmunibus, quòd ipse eos de Hebræo sermone verterit ad petitionem beatæ Paulæ & Eusto-
G chij. In huius tamen prologi fine dicitur, cęterum post sanctæ Paulæ dormitionem, cuius vita exemplum est, hos libros Eustochio virgini Christi negare non potui. Videtur ergo quòd post mortem Paulæ, Eustochium petierit, & ad preces eius facta ista translatio sit. Respondendum est, quòd Paula & Eustochium a Beato Hieronymo hos libros transferri eis petierunt, quibus consensit. Sed tunc explanatione Pentateuchi tenebatur: vnde antequam inciperet horum librorum translationem, defuncta est Paula: quia tamen mãsit virgo Christi Eustochium Paulæ filia Beatus Hieronymus adhuc ei ex promissione tenebatur obligatus. Ideo quamquam mortua esset Paula, tamen hos libros negare non potuit. Non tamen est sensus quòd Eustochium post mor-
H tem Paulæ precata sit beatum Hieronymum, vt ei hos libros transferret, quos beatus Hieronymus transtulerit tanquam ex promissione obligatus.

Monemusque lectorem, vt syluam Hebraicorum nominum, & distinctiones per membra diuisas diligens scriptura cõseruet: ne & noster labor, & illius studium pereat. Et vt in primis (quod sæpe testatus sũ) sciat me non in reprehensionem veterum noua cudere, sicut amici mei criminantur.

I Hic ponitur secundum in quo lector redditur attentus: & hoc dupliciter ostenditur. Primo per operis difficultatem. Secundo per multiplicem monstratam vtilitatem. ibi. *Vnde & in primis.* Circa primum. *Monemusque lectorem.* ponitur hic operis huius difficultas in legentibus. Ideo attente lectores circa horum librorum lectionem vigilare debent, alioquin omnia corrumpentur. Attentum igitur reddit admonendo ne paruipendat: & circa scriptores librorum potissime hoc est, scilicet, vt correcte scribant hos libros: nam in his sunt multa Hebræa nomina: quorum Latini ignari sunt: quæ si lectores & scriptores non attenderint, omnia vitiabunt: ita vt postea legentibus nulla intelligendi facultas sit.
K Sepius namque plures dictiones Hebraicę coniunguntur in vnam vitio scriptorum nostrorum: & vna in plures incongrua sectione diuiditur. ita vt iam nõ maneant eadem quæ prius fuerunt, sed quædam potius sarmatica aut valde barbara sunt: vt dicit Hieronymus in prologo super Paralipomenõ, qui incipit. Eusebius. *Vt syluam Hebraicorum.* Vocatur sylua Hebraicorum nominum propter duo, scilicet propter obscuritatem, vt quidam volunt, scilicet, quia latinis ignota sunt. Sed magis dicendum est vocari syluam propter multitudinem: sicut in sylua arborum vel lignorum quorumcunque grandis copia

est:

est: sic autem in hoc libro est. Nam in diuisione terræ promissionis cum nominantur distributorum locorum nomina, numerosa ponitur hebraicarum dictionum multitudo, vt apparet a c. 14. vsque ad 20. in alijs multa sunt: sed in his potissime reperiuntur. Et non vocatur sylua propter obscuritatem: nam nihil differebat, an nomina hebręa nobis manifesta, vel obscura in hoc sint: potissimè quia omnia q̃ hic ponuntur locorum aut personarum propria sunt: in quibus nihil obscurum esse potest: solam igitur multitudinem sylua signat.

Et distinctiones per membra diuisas diligens scriptor obseruet. Hic potest esse duplex sensus. Vnus vt referantur istę distinctiones ad dictiones singulares hebraicas: in quibus beatus Hieronymus fecit diuisiones per membra. i. membratim, vel distinctè posuit nomina hebraica. s. vt quamquam ad eiusdem ordinis compagem multa pertinerent, & sub eodem contextu plurima necterentur: in eis tamē distinctio seruaretur, & hoc est esse distinctionem per membra: nam omnia corporis membra eadem totius animalis compage continentur, singula tamen a cæteris distincta sunt, quod maximè competit dictionibus in contextu orationis locatis, cum debitum ordinem tenent, & scripturæ congruentiam. Et tunc est sensus, ꝙ Hieronymus posuit nomina hebręa distinctè quasi membra, ita vt singula ex conditione scripturæ a reliquis distincta pateant. Hunc tamen ordinem diligenter tenere debēt scriptores sequentes: alioquin erunt lacerata hebraica nomina, & prorsus nihil intelligetur, quòd in omnibus fere libris, in quibus hebraicarum dictionum grandis copia est, Hieronymus in prologis conqueritur scriptorum vitio corrupta fore, vt patet hic, & super Paralipomen. & super Esdram. vnde ista fuit vna de potissimis causis, quibus Hieronymus post translationem. 70. interpretum, aliam adhuc necessariam fore putauit. Erant quippe eorum scripturæ negligentia librariorum vitiatæ. Sic patet in prologo super Paralipomen. qui incipit. Si 70. interpretum pura, & vt ab eis in gręcum versa est, editio permaneret, superfluū me Chromati episcoporum sanctissime, atq; doctissime impelleres, vt tibi Hebręa volumina sermone latino transferrem. Et postea ibidem sequitur de corruptione tam in dictionibus quàm in sentētijs. in dictionibus tamen Hebraicis, quoniam peregrinæ linguæ sunt, latinis deuiare facilius est. In hoc igitur credidit admoneri necesse est librarios, vt sollicitè dictionum scripturam membratim custodirent.

Vitium librariorū in hebraicis.

Alius sensus est, vt dicantur hic distinctiones per membra. i. distinctiones sententiarum per puncta, siue per commata, vel colos, vel periodos, aut virgulas, sicut scripturę conditio expetit. Et cum ista puncta obseruantur a librarijs, tenetur sententia, alioquin cuncta cōfundentur. nam sicut literæ eędem alio, & alio modo mixtæ diuersas efficiunt syllabas, & syllabę dictiones, vt ait Priscianus in principio minoris voluminis: Ita dictiones eędem sub eadem orationis compage secundum aliam & aliam iuncturam, aliam longeque distantem sentētiam efficiunt. Vnde hinc quidam modus fallacię compositionis & diuisionis est, vt in hac oratione. facio te seruum entem liberum. si illud participium entem, coniungatur cum subiecto liberum, longe dissona sententia est, quàm si coniungatur cum subiecto seruum. Iste autem modus fallaciæ per compositionem & diuisionem frequentissimus est in sacris scripturis, & in alijs scriptoribus. Ista tamen ambiguitas sententiarum maxima ex parte abrogata foret, si omnes orationes diligenter punctatim scriptæ forent. vtraque ergo distinctio necessaria est, atq; tenenda: ideo vtraque scriptores vigilan-

Distinctiones p puncta sunt maxime utiles & necessarię.

A ter obseruare debent. Hieronymus tamen in præsenti, magis agit de prima diuisione membratim nominum Hebręorum, ne copulentur plura in vnum, aut vnum inconcinne non secetur in plura.

Et dicuntur hic distinctiones diuisæ per membra, qui improprius modus loquendi est: quoniam distinctio non diuiditur, nec est diuisa, sicut albedo non est alba, & motus non mouet iuxta Arist. 2. Topic. sed est sensus. *Distinctiones per membra diuisas.* Idest dictiones Hebręas diuisas per membra. i. per spatia. Vel per mēbra. i. in modum membrorū, vt supra expositum est. *Diligens scriptor obseruet.* Scribendo omnia puncta & spatia, sicut fuerint in libro quem Hieronymus transtulit ex Hebræo.

B *Ne & labor illius, & nostrum studium pereat.* Si scriptores non attenderent diligenter puncta & membra in scribendo quantum ad dictiones & contextus earū: perit labor ipsorum, quoniam quod scribunt ad nihil vtile est: cum nihil ex eis scriptis intelligi queat. Studium quoque beati Hieronymi perit: quoniam frustra fuit ipsum emendando desudasse, nisi eius emendatio a librarijs conseruetur. Sic ait beatus Hieronymus in prologo super Esdram, vtrum difficilius sit: dicens. admonentes, vt Hebræa nomina quorum grādis in hoc volumine copia est, distincte & per interualla transcribant: nihil. n. proderit emendasse librū, nisi emendatio librariorum diligentia obseruetur.

Et vt in primis. Hic secundo admonet scriptores, & lectores attentos reddit ex multiplici operis huius vtilitate. Et primo tollit quorundam opinionem de ipso. Dicebant enim, ꝙ ipse hæc omnia faciebat, ut 70. interpretes damnaret atque argueret, monstrans nō conuenienter trāstulisse. hoc autem testatur nequaquam esse intentionis suæ, sed ad vtilitatem futurorū agit: qui sine magno labore veritatem hebraicę literę per hanc emendatam translationem poterunt inuenire. *Et vt in primis.* Idest in primo ego testor me non facere hoc in criminationem veterum. Hoc primo poni decuit: quoniam Hieronymus hic ponit vtilitatem huius translationis emendatę.

C

Sed aliquis diceret, ꝙ quamquā ista translatio multipliciter vtilis lectoribus esset, translator tamen non merebatur eam ab aliquibus recipi, quia eam ex liuore cudebat, vt antiquorum reprobaret doctrinam.

D Primo ergo excusari de hoc oportuit, vt dicta sua de vtilitate multiplici huius operis recipiantur, & est ordo literæ. In primis sciant me non cudere. i. fabricare noua. i. nouam translationem in reprehensionem veterum. i. 70. interpretum, vt ego sæpe testatus sum.

Quod sæpe testatus sum. Scilicet id quod infra sequit. s. ꝙ non cudebam noua ad criminādum vetera, & hoc testatur in multis prologis. Sic patet in prologo sup Genesim, qui incipit. Desiderij mei: dicente ibidē Hieronymo. Periculosum opus certe, & obtrectatorū meorū latratibus patens, qui me asserunt in 70. interpretum sugillationem noua pro veteribus cudere. Sic patet in prologo super Iob, qui incipit. Cogor per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorum respondere maledictis, qui interpretationem meam reprehensionem. 70. interpretum criminantur.

E

Sciant me non in reprehensionem veterum noua cudere. Idest intelligant, ꝙ ego non cudo, i. formo noua. i. nouam translationem ad reprehensionem veterum. i. 70. interpretum, sicut ipsi criminantur. Vel in reprehensionem veterum. i. aliorum priorum translatorū & facientium editiones. magis tamen intelligitur de 70. interpretibus quàm de alijs. Primo, quia ipsi proprie veteres appellantur, quia ante ipsos nemo transtulit, & ipsi multo tempore ante omnes. s. ad preces regis Ptolomei, de quo dictum est super prologum, qui

qui incipit. Desiderij mei. Alij autem non erant in interpretatione valde antiqui. Secundo quia nō arguebat Hieronymus, quòd aliorum translatorum & facientium editiones, translationes, aut editiones reprehenderet, quia illæ non erant maioris auctoritatis quàm sua interpretatio: sed solum culpabatur, quòd vellet redarguere Interpretes septuaginta, qui in maxima auctoritate a tota ecclesia tenebantur, quod de translatione sua nondum patebat. Sic patet in prologo super Paralipomen. qui incipit. Si septuaginta cum dicitur. quod enim semel aures hominum occupauerat, & nascentis ecclesiæ roborauerat fidem: Iustum erat &c. nostro silentio comprobari. Cudere significat formare, vel facere, fabricare, ferire, polire, & sculpere, & maxime pertinet ad monetam, quæ cuditur, idest feriendo in charactere formam recipit imprimendam: hic autem accipitur pro facere vel fabricare.

Sicut amici mei criminantur. Idest sicut arguunt vel reprehendunt mei æmuli. Criminari est crimina imponere vel de criminibus argui, infamari, vel accusare, & in eadem voce habet vtranque tam passiuam quàm actiuam significationem, quia est de nouem communibus verbis, & accipitur hic in significatione actiua, scilicet quòd amici sui, idest æmuli sui criminabantur. i. accusabant vel infamabant eum de hoc. & est hic antiphrasis, quia æmuli vocantur amici: nam amicorum non est crimina imponere, sed æmulorum. Sic patet in prologo super Iob, qui incipit. Cogor per singulos sacræ scripturæ libros maledictis aduersariorum respondere. Aduersarios criminatores vocauit, & non amicos.

Aliter accipi potest, vt amici teneantur proprie, scilicet quod amici mei criminātur de hoc. i. arguuntur, ita quòd criminari teneatur in passiua significatione, & est sensus, quòd æmuli criminantur. i. accusant amicos meos dicentes eis. Ecce amicus vester Hieronymus ex liuore antiquorum, vt eorum detrahat operibus, nouam cudit translationem. & est sensus, quod detractores non audebant ista Hieronymo in faciem dicere, sed amicis eius ista murmurabant, vt quoquo modo conceptum virus effunderent, sed magis videtur primus sensus quàm iste.

Sed pro virili portione offerre linguæ meæ hominibus, quos tamen nostra delectant, vt pro græcorū hexaplis, quæ & sumptu & labore maximo indigent, editionem nostram habeant. Et sicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, hæc illis cōferentes inueniant quod requirunt. Maxime cum apud latinos tot sint exemplaria quot codices, & vnusquisque pro arbitrio suo, vel addiderit vel subtraxerit, quod ei visum est, & vtique non possit verum esse, quod dissonat.

Sed pro virili parte offerre linguæ meæ hominibus quos tamen nostra delectant. Idest non est intentio nostra cudere noua in sugillationem veterum, sed est intentio offerre supple vnius linguæ meæ hominibus: quos nostra scripta delectant, & hoc pro virili parte, idest æqualiter sicut antiqui. *Sed pro uirili parte*. Idest pro parte æquali. Iste modus loquendi venit ex legibus humanis, vt habetur. ff. de regulis iuris. vbi vocatur

Virilis ps qd signet.

F pars virilis pars equalis, scilicet quando paterna hæreditas in plures partes diuiditur secundum numerū filiorum, & omnes partes sunt æquales. Dicitur autem pars virilis, idest pars debita viro, scilicet filio succedenti, qui omnes sunt æquales, cum ab intestato succedunt, nisi aliqua primogenituræ iura obseruentur. Et iste modus loquendi etiam est apud poetas. sic ait Ouidius in primo libro de Ponto in principio, scilicet.

Gaudia Cæsareæ domus pro parte virili.
Sunt mea, priuati nil habet illa domus.

Idest omnia gaudia & bona domus imperatoriç sunt mea pro parte virili, idest equali, scilicet quātum alijs rationis prouenit. & hoc, quia illa domus nihil habet priuati, idest non habet aliquid proprium, sed omnia

G communicat ex magnifica largitate. Alij libri habent. *Sed pro parte vili*. Scilicet quòd Hierony. se humiliet hic dicens se offerre partem vilem, idest pauci valoris, sed nihil est. non est enim ista intentio beati Hierony. nec aliquo modo corresponderet intentioni arguentium ipsum.

Linguæ meæ hominibus, quos tamen nostra delectant, offerre. Idest ego volo impendere obsequium linguæ meæ. dicitur impendere obsequium linguæ qui docet, aut ad aliorum vtilitatem qualitercunque loquitur. *Quos tamen nostra delectant*. Idest hoc solum facio pro his, quibus placent dicta nostra. nam fastidiētibus ingessisse superfluum, quoniam non audient & contemnent. iuxta illud Ecclesiastici. vbi non est auditus non proferas sermonem. Sic patet in prologo super Esdram,

H qui incipit. Vtrum difficilius sit: cum dicitur. Itaque obsecro vos mi Domnion & Rogatiane carissimi, vt priuata lectione contenti librum non efferatis in publicum, nec fastidiosis ingeratis cibos: vitetisque eorum supercilium, qui iudicare tantum de alijs, & ipsi nihil facere nouerunt: si qui autem fratrū sunt, quibus nostra non displicent, his tribuatis exemplar. *Vt pro græcorum hexaplois*. Hic ponit magnam vtilitatem quæ consequitur ex hoc opere, scilicet quod excusantur valde magni sumptus requisiti ad exemplaria habenda, quæ apud græcos habentur, scilicet vt suscipiant istam editionem beati Hieronymi, quæ paucos requirit sumptus pro grçcorum hexaplois. i.

I loco grecarum hexaploarum, quæ magnis sumptibus indigent.

De labore Origenis circa bibliam, & quòd descripsit eam per sex columnellas seu hexaploas. Quæst. VIII.

PRo quo considerandum est, quòd sicut ait Eusebius in sexto libro ecclesiasticę historię, Origenes primus famosissimos codices cōposuit, in qbus per singulas columnellas separatim e regione opus cuiuslibet interpretis descripsit, vt primo omnium ipsa hebraica verba hebraicis literis describeret. secundo vulgatæ editionis verba

K poneret. tertio Aquilæ editionem subiungeret. quarto Symmachi. quinto 70. interpretū, quæ nostra est. sexto Theodotionis editionem collocaret. & propter huiusmodi compositionem vocauit hanc editionem hexaploas, idest sextuplici ordine scriptam. Dicuntur autem hexaploa, idest scripturæ positæ in sex columnis. Est autem istud nomen hexaploa trisyllabum, quamquam secundum nostram prolationem quadrisyllabum est, quia diphthōgum grçcam vnam syllabam constituentem in duas syllabas diuidimus. Et dicitur hexaploa ab hexa, quod est sex, & ploa quod est plica vel planum, quasi sex plicæ vel planities, vel sex columnellę: in quarum singulis singulæ cōtinebantur editiones. vel dicuntur hexaploæ ab

Hexaploa quid sit.

hex

hex, quod est sex & ploa, quod est simplex vel rectũ. idest sex editiones recte vel simpliciter positæ, quia quælibet in vna ponebatur columnella recta, & simpliciter ponebatur, quia non adijciebatur ad editionem cuiuslibet Interpretis aliqua expositio, sed simpliciter ponebatur. Et vocantur hexaploa pluraliter declinata, scilicet hexaploa hexaploorum, sicut plurima nomina sunt, quæ singulari carent, vt arma armorum: exta extorum: ilia ilium. quidam tamẽ nostrorum corrupte in singulari per primam declinant hexaploas pluraliter appellantes. An vero nomen istud in primordio aspirari debeat, ita hexaploas, vel per S, loco aspirationis signari, vt sexaploas proferamus: patet per Isidorum Etymolog. libro 4. dicit enim, sex & septem a græco veniunt. In multis enim nominibus, quæ in græco aspirationem habent, nos pro aspiratione .s. ponimus. Inde est, ꝙ pro hexa. sex. & pro hepta septem, sicut pro herpillo herba serpillum appellamus. *Vt pro græcorum hexaplois.* Dicit de hexaplois, quòd ista exemplaria maximę auctoritatis, siue reputationis inter græcos habebantur. Fuerat quippe Origenes horum auctor græcus: ideo eius scripta magno pendebantur honore. nam his maxima ex parte græci catholici vtebantur.

Quæ & sumptu & labore maximo indigent. Duo erant retractiua, ne homines circa hexaploa laborarẽt. Primum erat magnitudo sumptuum. Secundum erat vehementia laborum. De sumptu manifestum est: quia cum hexaploa totam bibliam veteris testamẽti per sex columnas distinctam haberent: qui vnam bibliam scribere vellet, necesse est, vt sex biblias scriptitaret. Nec solum sex, sed vltra sex. nam quælibet aliarum translationum amplius aliquid habet quàm litera veritatis hæbraicę, vt in quibusdam explanare, & non solum transferre videantur. Cum igitur sex hæ expositiones adiunctæ fuerint: necesse est plus quàm sex bibliarum scripturam simul poni. Erat præter hoc magnorum laborum opus. nam qui inquirere vellet veritatem, sex exemplaria simul perlegere deberet, & hoc difficile erat.

Amplius autem dubia inexterminabilia inde nascebantur. nam cum ponerẽtur istę sex columnę sex exemplarium pro textu sacræ scripturæ, & tamen inter se dissentiebant istę editiones & translationes, & ea quæ inter se dissonant vera non sunt: quoniam alterum falsum esse necesse est: difficultas subapparebat maxima quid pro veritate in his accipiendum foret. Et si daremus aliquam illarum editionum, vel continentiam exemplarium veram esse, alias quę ei dissonabant inutiles esse patebat. labor ergo in eorũ impensius studio superfluus erat. magnam ergo difficultatẽ Origenis prǽstabãt hexaploa ad intelligentiã sacræ scripturę. In translatione autem beati Hieron. vtrunque exclusum est. Primo, quia ista paruorum sumptuum est, cum vnica habeatur translatio, & simpliciter veritas hebraica hic scripta sit. Secũdo, quia non insurgunt aliqua dubia ex hac translatione. nam nihil est hic dissonans cum vnicũ sit, sed firma & vera translatio hebraicæ soliditatis. *Editionem nostram habeant.* i. translationem istam, quæ minoris sumptus & laboris est, vt in præcedentibus declaratum fuit.

In quo differunt editio & translatio. Et de approbatione & vtilitate translationis B. Hieronymi. Quæst. IX.

SCIENDVM, quòd editio & translatio differunt. Translationem pempe solam conuersionem vnius linguæ in alteram obseruatis sententijs continet nullo addito explanatiuo commento. sic enim ipsum nomen translationis notat, scilicet

A vnius linguæ in alteram conuersio. Editio enim aliquid vltra signat, scilicet quando ipse qui transfert aliquid de proprio apposuit, vel subtraxit, aut mutauit, vt veritas clarior, aut artificiosior ad intelligendum sit. Secundum hoc translatio quam Hieronymus facit, debet solum vocari translatio, quia nihil addidit, nec mutauit in sententia, & in verbali contextu rarissime præter id, quod idiomatis ratio exigebat. Editio autem vocari debet Theodotionis translatio, quoniam multa addidit quæ in veritate hebraica non habentur. Aliæ autem in hunc modum editiones sunt: vnde interpretatio beati Hieronymi non debuit editio, sed translatio appellari. interdum tamen hęc differentia non seruatur.

B *Et sicubi in antiquorum voluminum lectione dubitauerint: hæc illis conferentes inuenient quod requirunt.* Hic subiungitur alia vtilitas, quæ est in translatione beati Hieronymi, scilicet ad tollendam dubietatem. Erat autem potissima dubitatio in translatione septuaginta Interpretum, quæ maxime recipiebatur tam inter græcos quàm latinos, & ista erat pluralitas translatorũ: quoniam de illa interpretatione quilibet transferebat secundum iudicium suum, vt patet in prologo super Paralipomenon, qui incipit. Si septuaginta Interpretũ, cum dicitur. Quod enim semel aures hominum occupauerat, & nascentis ecclesiæ fidem roborauerat: iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc vero cum pro varietate regionum, varia ferantur exẽplaria, & germana illa antiquaque translatio corrupta C sit, atque violata: nostri arbitrij putas, aut e pluribus iudicare quid verum sit, aut nouum opus in veteri opere cudere. Et postea ponit quomodo varij de interpretatione septuaginta varias fecerũt postea translationes. & has diuersæ ecclesiæ sequebantur: dicens. Alexandria, & Aegyptus in 70. suis Esitium laudant auctorem. Constantinopolis vsque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouincię Palesthinos codices legunt: quos ab Origine elaboratos Eusebius, & Pamphilus vulgauerunt: totusque orbis terrarum inter se trifaria varietate compugnat. Ecce igitur qualiter variæ factę interpretationes de septuaginta Interpretibus inter se repugnabant, sed falsum est, quod vtique repugnat, D sicut infra dicitur. Necesse igitur erat harum translationum plurimas esse mendaces, & quamquã non omnes essent mendaces, sed quędam, quia tamen repugnabant, & non constabat, quæ earum essent veriores, omnes erant suspectę de mendacio, aut saltem nulla earum satis solidam continebat veritatem. Cum ergo plura horum exemplarium voluerentur, & inter se repugnantia reperirentur, lectores de veritate efficiebantur incerti: in quo succurrendum duxit horum ambiguitati beatus Hieronymus transferens ex hebraica veritate. Et dicit, quòd per hunc modum, cum dubitetur de antiquis voluminibus, idest de translationibus factis post translationem septuaginta Interpretum, quæ illarum contineat veritatem interpretationis, conferatur cum E eis translatio ista, idest comparetur, & illa, quæ huic consonauerit, cęteris verior est, & hoc dicebat beatus Hieronymus, an Chromatius episcopus peteret ab eo, quod declararet, quę harum translationum, quæ post septuaginta Interpretes factę fuerant, veritatem contineret, aut faceret vnam nouam translationem ex veritate antiquæ translationis septuaginta Interpretum, vt patet in eodem prologo super Paralipomenon.

Alio modo intelligi potest, quòd cum dubitatum fuerit in lectione antiquorum voluminum, idest septuaginta Interpretum, conferatur eis istud exemplar

plar beati Hieronymi, & tunc cognoscetur quid verum sit in his. Iste sensus procedit constante translatione septuaginta Interpretum in sua puritate. nam adhuc hoc dato quædã auctoritates deficiunt in trãslatione septuaginta Interpretum, quæ in litera hebraica habentur, & Euangelistę tanquam a Christo dictæ, sic protulerunt, de quibus septuaginta Interpretes penitus subticuerunt, aut longe aliter protulerunt, vt declarat Hieronymus in prologo. 2. super Genes. qui incipit. Desiderij mei. Quia ergo in quibusdam septuaginta Interpretum translatio a veritate hebraica delirauit, cuius erroris causas Hieronymus subticet, adhuc post Interpretum translationẽ sua necessaria fuit. Et tunc est sensus cum translatio septuaginta Interpretum in quibusdã a veritate hebraica deuiauerit, & nesciatur in quo, conferantur G exemplaria illa translationi beati Hieronymi, & ex hac cognoscetur in quo concordent septuaginta Interpretes veritati hebraicę, & in quo dissonent. Vterque sensus conueniens est, quia vtrorumque voluminum veritas per Hieronymi translationem comprehenditur. *Inuenient quod requirunt*. Ipsi enim volunt certificari de veritate hebraica, & hoc inuenient conferendo hanc meam trãslationem cęteris. *Maxime cum & apud latinos tot sint exemplaria quot codices.* Ista litera potest dupliciter introduci. Vno modo, vt sit expositio & approbatio præcedentium. Alio modo, vt sit causa distincta vtilitatis huiusmodi translationis beati Hieronymi.

Primo modo est sensus. Supra dicebatur, ꝙ cum dubitaretur in lectione antiquorum voluminum, induceretur translatio beati Hieronymi ad cognoscendum veritatem harum. & quia dubitatio erat in antiquis voluminibus propter diuersitatem, subiungit hic quomodo ista volumina erant varia, scilicet quia erant multa. nam tot erãt exemplaria quot codices, idest non erat aliquis liber, qui esset tractus de alio, & ei consonaret: sed quilibet erat nouum exemplar aliquid addens ad cęteros mutans, aut minuens. Et quia non poterat esse maior librorum diuersitas, necesse erat maximam suboriri diuersitatem in sententijs, & ambigi vbi veritas esset. vel an in aliquo veritas esset propter quod fuit necessaria translatio Hieron.

Alio modo introduci põt ista litera, scilicet quòd translatio Hieronymi fuit necessaria ad tollendum librorum pluralitatem. nam tot erant exemplaria quot codices. Ideo si quis de veritate firmam cuperet habere constantiam, oportebat vt omnium inquireret exemplaria. Et adhuc sic veritas non constaret, cum nulli illarum translationum, aut editionum firmam crederemus inesse constantiam. vt ergo euitetur ista pluralitas librorum, conueniens fuit vnum habere exemplar, scilicet beati Hieronymi translationem, quæ proculdubio veritati hebraicæ consona est.

Alio modo adhuc introduci potest, scilicet quòd necesse est exemplaria, quæ ab ecclesijs recipiebantur, esse vitiata. nam quod repugnat verũ nõ est, sed ipsa inter se non mediocriter repugnabant. vera ergo erant nequaquam, & tunc nõ videbatur aliquod eorum cui fides potior danda esset, ergo nulli dãda erat, cum omnia æquè suspecta de vitio erant. necessaria erat igitur alia translatio, quæ immediate esset a veritate hebraica, vt omnium harum tolleret ambiguitatem.

Cum & apud latinos tot sint exemplaria quot codices. Apud gręcos quoque erat exemplarium varietas: quoniam quidam simplices per se translationes sequebantur, vt Theodotionis, vel Aquilæ aut Symmachi: alij autem hexaploas: alij vero septuaginta

F Interpretum solum tenebant expositionem. Sed beatus Hieronymus solum meminit varietatem latinorum, & hoc propter duo.

Primo quia inter latinos maior quàm inter gręcos varietas erat, & de eis potius dicendum fuit. Quod patet: nam latini a græcis transtulerunt. necessario igitur maior in latinis quàm in græcis varietas sequebatur. & sicut inter græcos erat minor varietas, ita quoque erant exemplaria emendatiora, quia exẽplaria cum per manus librariorum in amplius dilatãtur, necesse est magis vitiari.

Error impressorum maxime nocet pſer tim in libris sacræ scripturæ.

Hanc arguendi radicem habet Hieronymus in ꝓlogo secundo super Genes. qui incipit. Desiderij mei. vbi per ironiam arguit contra illos, qui dicunt hebræos corrupisse libros suos, vt nobis nocerent, inquiens. Aliud est si contra se postea vsurpata testimonia probauerunt, & emendatiora sunt exemplaria latina quàm græca, & græca quàm hebræa. quasi dicat non sunt emendatiora latina exemplaria quàm græca, & græca quàm hebrę a, sed hebræa magis quã græca, & græca magis quàm latina.

Alia ratio est, quia Hieronymus volebat inducere vtilitatem suæ translationis, quæ potissimum proficiebat propter varietatem exẽplarium, sed ipsa nõ erat profectura græcis, sed duntaxat latinis, cum in latino sermone transcriberet, ideo de varietate latinorum exemplarium tantummodo dicendum fuit. De gręcis autem nihil attinebat. *Tot sunt exemplaria quot codices*. Dicuntur exemplaria libri primi compositi ab aliquibus, a quibus cæteri trahunt scripta, & ea quæ H inde trahuntur vocantur exemplata. vnde idem est exemplar, quod liber originalis. codex autem dicitur quicunque liber, & dicitur a codice qui est secundus cortex arboris, in quo antiquorum mos fuit scribere prius quàm membranarum & papyrorum vsus inuentus foret. Et est sensus, quòd tot sunt libri originales quot libri. in quo innuitur, quòd nullus per alterum translatus est, sed aliquid in eo est, quod a cæteris differt, & hoc erat, quia nemo de scriptoribus dignabatur, quod in exemplari inuenisset, transcribere, sed aliquid de proprio sensu addebat vel minuebat, aut aliquo modo aliàs quàm in cæteris haberetur ordinabat, in quo manifeste arguitur nullam in huiusmodi solidam esse veritatem.

I *Et vnusquisq; pro arbitrio suo addiderit, vel subtraxerit, quod ei visum fuit*. Idest non sunt aliqui libri tracti ab alijs, sed omnes sunt velut exemplaria, propter quod necesse est esse falsum in eis, quia vnusquisque scriptor addidit vel immutauit. *Pro arbitrio suo*. Idest non sequens aliquam rationem deducentem ad hoc, vtpote si vnus variaret a cæteris, vt quia diuersum ab eis veritas hebraica protulisset, rationabiliter mutasse videretur. Hoc modo beatus Hieronymus transferens a cęteris differebat: quoniam ipse hebraicam veritatem summo opere inquisiuit.

K *Et vtique non possit verum esse, quod discrepat*. Idest ea quæ inter se repugnant, non possunt simul esse vera quamquam possunt simul esse falsa, secundum legẽ propositionum contrariarum. Et patet. nam vero omnia consonant existentia. Falso autem verum dissonat, vt patet in primo Ethicor. Si igitur istæ trãslationes essent omnes simul verę: impossibile erat, quod sibi repugnarent. Intendit autem hic beatus Hieronymus facere aliquas rationes, & non ponit formam earum, sed duntaxat ponit virtutem earum. Est intentio hic in fine, quòd ea quæ inter se repugnant, vera esse simul nequeunt, sed latinorum exemplaria simul discrepãt, cum tot sint exemplaria quot codices, ergo codices latini non sunt veri, aut saltem

nullus

nullus eorum de veritate certus est, sed ex quolibet suspicandi falsum occasio magna est. Cũ autem dicitur. & non vtique possit esse verum, quod discrepat, idest contrariatur: non est sensus, quòd id quod discrepat, idest quælibet pars discrepantiæ non sit vera. nam tunc esset sensus, quòd quælibet contrariarum semper esset falsa. potissime, quia hic non accipitur repugnare in genere contrariarum propositionum solum, sed in quacunque repugnantia, s. siue contrarietatis, siue contradictionis. & necesse est alteram partem contradictionis esse veram: alioquin omnis propositio erit falsa, quia omnis propositio est vnum extremum contradictionis. sed accipitur quod discrepat pro tota contrarietate vel contradictione. s. p ambabus extremitatibus simul. Et tunc verum est, quòd id quod discrepat, idest extremitates contrarietatis vel contradictionis non sunt verę. Et sic est necesse accipi hic. nam vna extremitas cõtrarietatis vel contradictionis per se sumpta non dicitur discrepare: quoniam discrepantia ad alteram est. sed hic non exprimitur ad quid sit ista repugnantia, ergo necesse est per discrepantiam intelligi vtranque partem contradictionis vel contrarietatis. & sic per hoc quod hic dicitur, scilicet quod discrepant: intelliguntur omnia volumina latinorum tempore beati Hieronymi existentia, quæ inter se discrepabant.

Vnde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius, & sanctum opus venenata carpere lingua desistat, vel suscipiens si placet, vel contemnens si displicet. Memineritque illorum versuum. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Hæc fecisti, & tacui. Existimasti inique, quòd ero tui similis: arguam te & statuam illa contra faciem tuam. Quæ enim audientis vel legentis vtilitas est, nos laborando sudare, & alios detrahendo laborare? dolere Iudæos, quòd calumniandi eis & irridendi Christianos sit ablata occasio, & ecclesiæ homines id despicere immo lacerare vnde aduersarij torqueantur?

Hic ponitur tertia particula: in qua compescit detractiones æmulorum, & tangit mala, quæ eis eueniunt pp quæ vitare deberent, ne æmuli essent. Sunt enim ęmuli venenosi in corde, dolosi in ore, pernitiosi in opere. Et primo tangitur venenositas in corde, scilicet.

Aemulus est, sicut scorpius. *Vnde cesset arcuato vulnere in nos insurgere scorpius.* Vocat scorpiones vel scorpios æmulos: quoniam velut scorpius facie blanditur, & in posterioribus vnco pungit vel vulnerat, atque venenum diffundit. Ita ęmuli nostri, cum nobis colloquuntur sermone blando affabiles sunt, sed in posterioribus pungunt: quoniam cum absentes fuerimus, vitam nostram, & omnia opera lacerant. Hoc modo Hieronymo accidebat: quoniam æmuli sui non audebant ei in faciem resistere, sed post tergum calumniabantur dicentes, eum liuore antiquorum commotum noua pro ve-

A teribus cudere, cum magis ipsi in eum sæuo odio concitati, & maledico liuore hoc obijciant. De detractoribus quomodo scorpionibus similes sint, patet Hierem. 9. capitu. scilicet in ore suo pacem, cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Dicuntur contra Hieronymum insurgere scorpiones, quia venenum liuoris sui effundunt maledicta enunciantes. Dicuntur habere arcuatum vulnus, idest quòd non infigunt vulnus rectum, scilicet a parte anteriori, sicut omnia, siue venenata, siue laniantia morsu animalia. omnia enim hęc ab anteriori parte nocent: in posterioribus autem nullum nocendi genus est. Scorpius autem cum in vultu nihil lædat arcuat caudam, idest conuertit in arcum ad anteriora, B vt aculeum infigat, & sic vulnus arcuatum est, scilicet infixum per arcuationem caudę, & hoc faciebant detractores palam nihil audentes, & in abscondito repugnantes.

Et sanctum opus venenata carpere lingua desistat. Idest iam cesset reprehendere lingua sua maledica opus istud plenum sanctitate. Ecce iam egreditur terminos metaphorę. nam si conferatur æmulus scorpioni, nullus ei aculeus in lingua ponendus est: quoniam aculeus in anteriori nihil lędit, sed in posterioribus. hic tamen conuertitur ad veritatem manifestam, scilicet quòd ęmulus linguam habet venenatam, quia venenum in prauo corde conceptum per linguam effundit, & hoc iam pertinet ad malum qđ C ęmuli in lingua habent, de quibus in psalmo venenũ aspidum sub labijs eorum.

Vocat hic opus sanctum Hieronymus translationem suam, quia sancta intentione fiebat, scilicet nullo liuore, nec desiderio gloriandi, sed solum ad profectum lectorum secundum vtilitates supra positas. Vel vocatur opus sanctum, quia ipsum in se sanctum est, scilicet sacra scriptura, qua nullum studium sanctius est, nec approbatius, aut solidius. laborare autẽ in rebus sanctis laudabile est, & non arguendum. Vel vocatur opus sanctum, idest preciosum, scilicet quia veritatem continet cum immediate sit eductũ de libris hebraicę veritatis, & hoc ponitur ad retundendum eorum inuidentiam, cum ipse opus suum sanctum comprobauerit. Carpere signat hic reprehendere, vel lacerare: habet tamen multas significa- D tiones, scilicet sex, vt patet in hoc versu. Carpere multa significat.

Dissipo, purgo, paro, scindo, minuo, reprehendo.
Dicendo carpo sex simul ista noto.

Vel suscipiens si placet. Idest si videtur ei conueniens translatio, suscipiat & legat eam non maledicẽs, nec murmurans. Fiebat tamen è contrario, quoniam quibusdam placebat translatio Hieronymi, & eam legebant in occulto inde aliquid scire cupientes, sed in publico illi manifestè repugnabant: dicentes non esse recipiendam. & hoc est maximę inuidentiæ, scilicet obuiare cognitæ veritati. de hoc patet in prologo super Paralipomenon. qui incipit. Si septuaginta Interpretum, cum dicitur. hęc pace veterum lo- E quor, & obtrectatoribus meis tantum respondeo, qui canino dente me rodunt in publico detrahentes, & legentes in angulis ijdem & accusatores & defensores, cum in alijs probent, quod in me reprobant, quasi virtus & vitium non in rebus sit, sed cum auctore mutetur.

Aut contemnens si displicet. Idest si alicui displicuerit mea translatio, quia forte non conuenienter vertisse videor ex hebręo sermone, despiciat, & contemnat eam nihil curans, sed non detrahens.

Quomodo

Quomodo loquitur hic Hierony. & in quo ſenſu contra æmulos ſuos. Quæſtio. X.

SED dicet aliquis, quòd non loquatur Hieron. hic bene diſtinguendo, ſcilicet quòd æmuli, aut ſuſciperent, aut contemnerent: quoniam certum eſt illos contemnere hanc translationem. ipſe tamen videtur innuere, quòd nec recipiunt, ne contemnunt eam.

Reſpondetur, quia æmuli nec recipiebant, nec cõtemnebant. nam reciperent ſi plublice legentes approbarent, & maledictis non lacerarent: ſed hoc q̃dem non faciebant, ſed potius econtrario.

Etiam non contemnebant, & hoc intelligitur dupliciter. Vno modo, quòd ſi non diſplicet eis contemnant eam, ſcilicet reputando inanem, & non legant eam, ſed hoc ipſi non faciebant. nam in publico arguebant, & legebant in angulis, vt ipſe conqueritur in prologo ſuper Paralipomenon. qui incipit. Si ſeptuaginta Interpretum. Alio modo eſt ſenſus, quòd ſi diſplicebat contemnerent, ideſt non curarēt de ea laniantes, ſed ceſſarēt a detractione, & ſic quocunque modo ſequebatur, quòd non deberent detrahere de hac translatione.

Meminerintq; illorum verſuum. Qui habentur in pſalmo 49. in quibus tangitur conditio detractorum propter quam (quia vituperabilis eſt) deberent fugere detractionem.

Os tuum abundabat malitia. Ideſt in ore detractoris ſunt multa verba mala, & non accipitur proprie malitia, quia malitia in anima eſt, ſiue vt dicit actum, ſiue habitum. ſed ipſa verba mala, quæ procedunt a malitia ſunt in ore. vel accipitur os pro corde, quia inde omnia mala deriuantur vel bona, ſicut in lingua omnis ſermo malus, vel bonus eſt. Et tales modi mutationum frequentes ſunt in ſacra ſcriptura.

Et lingua tua concinnabat dolos. Ideſt lingua tua componebat falſitatem & deceptiones. Cōcinnare enim eſt commiſcere, componere, ordinare, ſeparare. Et ſic accipitur ſæpe in Exodo oleum ad cōcinnanda luminaria, ideſt ad componenda vel ordinanda. & aliquis dolos concinnat, cum multa coniungit, vt fallat. Iſti primo concinnantur in corde, ſed poſtea in lingua concinnantur, cum ſic caute verba proferuntur, vt fallant.

Cōcinnare multa ſignificat.

Sedens aduerſum fratrem tuum loquebaris. Hic adhuc tangitur magis detractorum prauitas, quia non ſolum contra alienos arguunt & maledicunt, ſed etiam coniunctos ſibi amicitia, vel conſanguinitate, venenata lingua carpunt. nihil enim iſti ſibi bonum facere videntur, niſi detraxerint. nec eſt qui a lingua eorum immunis ſit, nemini parcunt. nullus eſt, qui ſe abſcondat a calore eorum.

Et dicitur, quia ſedens loquebatur. hoc dupliciter poteſt intelligi. Vno modo, quòd iſte detractor ſedens loquebatur, ita quòd hoc ſit cautela, vt adhibeatur fides: ne videatur aliqua leuitate hoc dicere. vel commotus ira perturbante, quia iſta non ſinunt eſſe quietum, ſed tranquillo vultu & pacato toto corporis habitu iſta profert, quaſi ex ſola rei dignitate, & magnitudine ad dicendum inducatur. Sic eſt modus in iudicibus, quia ad hoc ne videantur ſententiare ex quadam leuitate, iubentur ſedere, cum ſententiaturi ſunt. & iſta eſt magna nequitia, quia qui ſic agunt, non ideo detrahunt, quia detrahendo delectantur. ſicut quidam mentiendo gaudent, quos Ariſtotel. vanos vocat in quarto Ethicorum, ſed hi parum mali ſunt. detractores autem huiuſmodi ex iniquitate agunt nocere cupientes.

F Alio modo intelligi poteſt, quòd iſti ſedentes loquebantur aduerſum fratres ſuos: ad ſignificandum magnitudinem detractionis, ſcilicet quòd tanta de proximis ſuis detrahentes dicebant, quòd fatigarentur ſi ſtarent: ideo ſedebant ad dicendum.

Alio modo adhuc poſſet intelligi, ſcilicet quòd ſedens loquebatur aduerſus fratrē ſuum, ideſt quandocunque ſederet, loquebatur contra fratrem ſuū, ſcilicet quòd iſtud erat opus eius, quando ſedebat maledicere, ſcilicet fratribus ſuis.

Et aduerſum filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Iſta eſt replicatio eiuſdem ſententiæ, & pertinet ad modum cantorum. ſic eſt in pſalmis proprius ſtilus, quoniam Pſalmi cantici ſunt, ſiue in voce, ſiue in organis muſicis. Frater & filius matris idem eſt. & dicebat G quòd ponebat ſcandalum contra eum, quia detractor praua enarrat, & tali modo, vt mouere poſſit, & tunc frequentiſſime ad inimicitias alicuius concitamur, vel ei mala inferimus auditu detractorum informati, & hoc eſt ſcandalum contra eum, de quo detrahitur: quoniam ſic plurimi pereunt, ſic quoque plurimæ amicitiæ diſſoluuntur, ſed non de firmatis ſolide. Nam veri amici ſecundum virtutem detractoribus non accommodant aures, & ſi interdum audierint, non accommodant fidem: quoniā difficile eſt, vt quis credat praua de eo, qui ab ipſo magno tempore probatus eſt. De amicis aūt ſecundum vtilitatem & delectationem incōueniens non eſt interdum praua ſuſpicari: quoniam ſuam cauſam agunt, & non amicorum. De hoc Ariſtotel. octa- H uo Ethicorum.

Hæc feciſti & tacui. Deus loquitur hic ad detractores dicens, ꝙ quamquā ipſi iſta mala fecerunt, tamen Deus tacuit, ideſt non inflixit aliquam punitionem, miſericorditer expectans, vt conuertantur. Et non ponitur proprie tacere pro non clamare, ſed pro nihil agere, & iſte eſt modus vſitatus in vulgari noſtro, cum enim alicui iubemus, vt ab omni motu ceſſet, dicimus ei, quòd taceat. Sic quoque in ſacra ſcriptura interdum ponitur, vt patet Exodi 14. cap. cum dixit Moyſes ad Iudæos. dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, ideſt nihil agetis, ſcilicet quòd vos non pugnabitis, quia ipſe ſolus Deus conuertit I aquas maris ſuper Aegyptios nihil agentibus Iudæis, vt patet eodem cap.

Exiſtimaſti, quòd ero ſimilis tui. Hic tollitur falſa exiſtimatio detractorum, in quo Deus deterret eos a detrahendo. nam eſt ſenſus, quod detractores videbant impunitatem ſuam, quæ ad tempus eis ex diuina clementia proueniebat, & exiſtimabant ſic eis ſemper futurum, & in hoc putabant Deum eſſe ſimilem eis. nam nemo malos arcere potens puniendo eos tolerat, niſi in malis eorum aliquo modo delectetur: aut ſi non delectetur, tamen ex aliqua parte conſentit, quia cum potuerit mala tollere, non abſtulit, in quo malus eſt, & pœna dignus, quia non K ſolum pœna digni ſunt, qui faciunt mala, ſed qui conſentiunt etiam facientibus, vt patet ad Roma. 1. capitu. Si ergo putaremus, quòd Deus ſimpliciter tolerabat mala, ſcilicet quòd poterat punire, & tamen nullo modo puniebat: exiſtimaremus Deum eſſe ſimilem malis, ſed malis non ſimilatur, ergo nō deſeret ſcelera impunita, licet ad tempus non puniat, expectans nos, vt miſereatur noſtri, vt patet Iſa. 30. & hoc ſubdit.

Arguam te. Hoc non de argumento, vel reprehenſione in verbo. nam de hoc non curat, licet aliquando Deus præmoneat peccatores antequam puniat: ſed illa præmonitio non eſt pertinens ad pœnam, ſed

magis

magis ad excusationem pœnæ, cum per hoc erudiri potest homo, vt malum euitet & pęnam. Hic tamen ponitur argui tanquam pœna: ideo intelligitur de arguendo qđ est in inflictione pœnarum. nam cum pęnæ alicui pro opere suo infligũtur, tunc de opere suo arguitur. nam si malum non esset, non argueretur in pœnarum inflictione pro illo.

Et statuam contra faciem tuam. Idest statuam contra te pęnam. Contra faciem enim alicuius quicquam poni, est contra ipsum poni. statuere autem firmitatem notat, in quo signatur, quòd pęna quam Deus posuerit, certissime infligetur, & istum modum loquendi habet scriptura in multis locis, vt patet Leui. 17. cap. Homo si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eã de populo suo, idest ponam faciem meam firmiter contra illam, donec disperdam eam de populo suo. & Leuit. 19. cap. scilicet quòd si negligens populus terræ, & quasi paruipendens imperium meum dimiserit hominem, qui dederit de semine suo idolo moloch, nec voluerit occidere eum, ponam faciem meam super hominem illum, & cognationem eius, & succidam ipsum, & omnes qui ei consenserunt, vt fornicaretur cum idolo moloch. Vel potest esse. *Statuam contra faciem tuam*. Idest ego statuam contra te peccata æmulationum, & detractionum tuarum imputando ea ad pęnam. Iste modus loquendi habetur Actuum. 7. cap. cum Iudæi lapidarent Stephanum dixit. Domine ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt.

Quæ enim audientis vtilitas est. Hic ponitur tertium malum, quod habent æmulatores, scilicet impediunt bonum aliorum, quod est perniciositas in opere. Ad introductionem huius literæ considerandum est, ꝙ præter vtilitates multas particulares, quæ ex hoc opere eueniebant, duæ erant potissimæ vniuersales vtilitates.

Prima erat, quòd legentes multum proficiebant per istam translationem, & hoc quia tollebatur magnitudo sumptuum requisitorum ad habendum hexaploas, vel multitudinem exemplarium inter latinos, cum iam tot essent exemplaria quot codices, vt supra patet.

Nota vtilitates vniuersales translationis Hiero. Euitabatur etiam laboris vehementia: nam ad inquirendam veritatem, sine hac translatione multis egebamus exemplaribus. data autem ista translatione omnia ablata sunt, & quod potissimum est alijs perquisitis propter varietatem, aut verum, quod inueniebatur non erat, aut nequaquam constans, sed in hac translatione veritas solida hebraica exemplata est.

Alia vtilitas est ablatio improperij & irrisionis Iudaicę. Irridebant enim Christianos habentes septuaginta Interpretum trãslationem, quòd in ea plenam biblię translationem non haberent: quoniam multa in veritate hebraica habebantur, quæ apud latinos nõ erant codices, vel longe aliter habebantur: nunc translata per beatum Hieronym. in latinum sermonem nihil in hebręa veritate relictum est, quod in latinis codicibus non habeatur: deridere ergo non poterũt, sed dolebunt. Nunc dicit, quòd vtraque vtilitas tollitur, aut saltem diminuitur propter detractores. Et primo dicit. *Quæ audientis vtilitas non laborando sudare, & alios detrahendo laborare*. Quasi dicat, quæ esse potest vtilitas, cum tantum alij laborent in improbando opus meæ translationis, quantum ego laboraui in transferendo? Nulla enim vtilitas esse potest, quòd propter hoc accidit: nam vtilitas huius translationis est, vt dubia aliarum translationum tollat: ad quod oportebat, vt maioris ei firmitudinis da-

A retur auctoritas quàm cæteris. Alioquin ita de ipsa vt de cæteris dubitabitur. Sed si eam improbant aliqui, diminuitur auctoritas eius, vel prorsus aufertur, ergo non poterit proficere, quia audientes non præbebunt plenum assensum, potissime cum æmuli non leuiter redarguant, sed violentissime, quoniam tantum ipsi ad destruendum laborant quantum nos ad construendum: est destructio ista in detrahendo.

Secunda vtilitas tollitur & significatur immediate cum dicitur.

Dolere Iudæos, quòd calumniandi eis & irridendi Christianos occasio ablata sit. Idest q̃ vtilitas est, quòd Iudæi doleant, quòd iam non habent occasionem irridendi Christianos, dicendo bibliam suam nullam esse, quia
B non contineret ea, quæ continet biblia hebręorum. Hoc autem ablatum est eis per translationem Hiero. quæ continet omnia, quæ sunt in biblia eorum, & ista magna erat vtilitas & honor, quòd Iudæi qui miserrimi sunt non illudant nobis. sed nunc non videbatur esse vtilitas cũ nosipsi Christiani dicamus hoc nihil esse detrahendo. nam gaudium nobis esse debbat, cum intelligeremus aliquid nos habere secundũ quòd Iudęi non illuderent nobis, & ipsi in hoc dolerent, quia æmuli nostri sunt, sed quia nos intelligimus nihil esse, non gaudemus. & quia Iudæi vident, quòd nos abijcimus id, in quo nobis cõtra ipsos erat defensio, non tristantur, sicut tristari eos necesse erat, sed magis gaudent, ergo nulla vtilitas est habere vnde Iudæi doleant, cum nos id detestemur detrahen-
C do. *Calumniandi eis & irridendi occasio ablata sit*. Duo faciebant Iudæi contra Christianos, quando habebant translationem septuaginta Interpretum, & nondum erat translatio beati Hieron. scilicet irridebant & calumniabantur. Irrisio erat quantum ad incompletionem translationis septuaginta Interpretum. Nam Iudęi eam dicebant nullam esse: monstrantes multa in biblia sua, quæ in trãslatione septuaginta Interpretũ minime haberentur, aut longe secus, & hoc irrisione dignũ erat, scilicet fidem attribuere illi translationi, quæ ab exemplari deuiaret. Calumniabantur etiam interdum habentes occasionẽ illudendi Christianos in arguendo. nam interdum christiani arguebant contra Iudęos de aliquibus articulis legis, vt cõ-
D mũiter argui solet, & cum Christiani nitebãtur probare ex textu ueteris testamẽti, allegantes translationem septuaginta Interpretum: dicebant sic non haberi apud Iudęos etiam si sic haberetur. & isto modo eludendo eos his calumnijs euadebant. Quòd autem non haberetur sic in hebręo, erat satis verisimile per hoc, quòd multa alia non haberentur in hebręo, quę apud Interpretes erant, & econuerso. & illa exempla demonstrabant, ita per vnam dissimilitudinem dicebant multa dissimilia esse, etiam si non essent. Data autem Hieron. translatione, nec calumniantur, nec irrident: quoniam veritas hebraica perfecte exemplata est in hac translatione.

Duo faciebãt Iudæi cõtra christianos añ trãslationẽ Hiero.

Et ecclesiæ homines id despicere, immo lacerare vnde aduer-
E *sarij torqueantur*. Repetenda est litera superior ad constructionem, scilicet quæ vtilitas est ecclesiæ homines despicere id, vnde Iudæi aduersarij torqueri debent? quasi dicat, si viri ecclesiastici tempore Hiero. non contemnerent suam translationem, Iudæi torquerentur ex illa ex causis supradictis, quia tamen cõtemnebant, non erat aliqua vtilitas, quia iam Iudęi non torquerentur ex ea, videntes quòd Christiani eã contemnebant, & hoc faciebant detractores, ergo ipsi tollebant multiplices vtilitates. *Et ecclesiæ homines id despicere*. Dicit ecclesiæ homines quoslibet christianos ad differentiam Iudęorum. q. d. quòd Iudęi detraherent de hac translatione: quamquam non conuenienter

nienter agerent, tamen admirabile non erat, quia erant hostes christianorum, & ista translatio tollebat eis occasionem deridendi & calumniandi, sed quia viri ecclesię, idest Christiani detraherent de ea, deterius erat, cum ipsis potius gaudēdum erat, quia ad eorum defensionem ista proficiebat. Etiam aliter potest introduci. q. d. si Iudæi insultarent huic translationi, non ex hoc tollebatur vtilitas eius, quia Iudæis hostibus non crederetur, cum tamen christiani detrahunt ei, quod ad eorum adiutorium est, credendum est eis. Ideo eorum detractio facit translationem nullius esse vtilitatis.

Alio modo vocare potest hic viros ecclesię ipsos viros pertinentes ad ministerium ecclesiæ, quia isti erant qui contemnebant & detrahebant, & erat iniustius. nam magis decebat hos ueritatem & iustitiam colere, & ea quæ ad statum fidei faciebant erigendū, amare. Iterum faciebat hoc translationem esse minoris vtilitatis: nam si qui de popularibus hoc contemnerent, eis nihil aut parum credendum foret, qa tamen viri ecclesię, idest sapientes, & ecclesiæ ministri hoc contemnebant detrahentes, iure ei detrahendum videbatur.

Immo lacerare. Exaggerat ęmulationem detractorum, qui non solum despiciebant translationem Hieron. sed etiam lacerabant, idest destruebant, uel in frusta diuidebant.

Quod si vetus eis tantum interpretatio placet, quæ & mihi non displicet, & nihil extra recipiendum putant: cur ea quæ sub asteriscis & obelis vel addita sunt, vel amputata, legunt & negligunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis traditionem ecclesiæ susceperunt? Cur Origenem mirantur, & Eusebium Pamphili cunctas editiones similiter differentes? Aut quæ fuit stultitia, postquam vera dixerint proferre quæ falsa sunt? Vnde autem in nouo testamento probare poterunt assumpta testimonia, quæ in libris veteribus non habentur? Hæc dicimus ne omnino calumniantibus tacere videamur.

Hic ponitur quarta particula, in qua multipliciter confutat eos qui præter translationem. 70. Interpretum nihil suscipiendum dicunt, & confutat quadrupliciter. Secunda ibi. *Quare Danielem.* Tertia ibi. *Cur Origenem.* Quarta ibi. *Aut quæ fuit stultitia.*

Circa primū confutat hos ex veritate cognita quā contemnunt. nam si nihil præter. 70. Interpretū translationem recipiendum erat, non erat legendum qđ Origenes in emendationem. 70. Interpretum fecit, quædam amputans, & alia addens, distinguēdo opus per asteriscos & obelos, & tamen isti detractores legebant. *Quòd si vetus eis interpretatio tantum placet.* i. si solum placet eis interpretatio vetus, & hanc recipiendā solam dicunt: vocat veterem interpretationem ipsam, quæ est. 70. Interpretum: quoniā inter interpretationes aut editiones ante eam nulla facta est, & oēs aliæ multo tempore post eam factæ sunt. *Quæ & mihi non displicet.* Nō refertur hoc ad totam complexionem superiorem, sed solum ad veterem interpretationem: nam si ad totam complexionem referatur, cum supradictum sit, ꝙ istis solum vetus interpretatio placet, erit sensus, ꝙ Hieronymo placet hoc. s. ꝙ

F sola interpretatio vetus recipiatur, sed hoc est contrā intentionem suam: nam si sola interpretatio vetus suscipienda est, ergo nō erat suscipiēda ista noua trāslatio Hieronymi, sed refertur ad interpretationem solum. s. quæ mihi non displicet. i. non displicet mihi interpretatio. 70. interpretum. Sic ipse declarat in prologo super Paralipo. qui incipit. Si 70. interpretum. vbi dicit, ꝙ si interpretatio. 70. interpretum pura, & vt ab illis in græcum versa est permaneret, non oporteret, ꝙ ipse quicquam scriberet, sed quia cuncta additionibus & detruncationibus vitiata sunt, aliam oportuit fieri translationem. *Et nihil extra recipiendum putant.* Idest dicūt nullam aliam interpretationem pręter eā quæ est. 70. interpretum debere recipi. qui autē talia existimant, possunt ex hoc moueri, ꝙ credunt illam
G interpretationem cōtinere solidissimam veritatem, & tunc omnes aliæ interpretationes, aut ei cōsonant, aut dissentiunt. Si autem ei dissentiunt, recipiendæ non sunt: nam manifeste falsum est, ꝙ a vero discrepat: quoniam iuxta Arist. 1. Ethic. vero omnia consonant existentia. i. vera: si autem ei consonant quamq̄ verę sint, tamen recipi non oportet, cum eadem veritas in translatione. 70. iam habeatur. Argumentum istorum fortassis aliqualiter procederet, sed defuit in fundamentis: translatio quippe. 70. interpretum tota lacerata est, & a veritate hebraica additionibus & detruncationibus sæpissime differens, ergo alia quæ veritatem solidam contineret, necessaria erat.

Cur ea quæ sub asteriscis & obelis, vel addita sunt, vel amputata legunt & negligunt. Idest quare legunt interpreta
H tionem. 70. interpretum correctam ab Origene, & distinctā per asteriscos & obelos, vbi plurima addidit & diminuit, & cum ista legerint, contemnunt, dicētes solam septuaginta interpretum esse recipiendam interpretationem.

Obijcit contra prædicta, quæ ad 70. interpretum expositionem pertinent. Quæstio. XI.

SED dicet aliquis, ꝙ ea quę posita sunt sub asteriscis & obelis pertinent ad interpretationem. 70. interpretum. Respondendum est, ꝙ in hoc nemo dubitat, nisi qui nihil de hac materia no
I uit. nam neque ipsi græci hoc dicunt, qm̄ constat ibi multa posita esse & adempta ex arbitrio Origenis, & ideo cum illa legerint, contemnenda dicunt, vt hic recitat Hiero. Si tñ hęc ad additionem. 70. interpretū pertinerent, non legerent, & contemnerent, sed approbarent. Item qm̄ etiam si dixerimus illa pertinere ad translationem. 70. interpretum, ipsi asterisci & obeli contrarium eloquuntur.

Quomodo se habeant ea quæ posita sunt in translatione Origenis sub asteriscis & obelis. & hæc quid erant, & quid signabant. Quæstio. XII.

K PRO quo sciendum est, ꝙ Origenes in opere suo, quod hexaploa nūcupauit. i. sex columnarum, de quo supra diximus vltra quatuor editiones, quas simpliciter recitauit, nihil addens, aut minuens, posuit. 70. interpretum translationem, & in hac miscuit editionem Theodotionis: hoc modo, vt de duabus trāslationem vnam faceret, sed vbi litera. 70. interpretum, cum Theodotionis editione cōcordabat relinquebat intactum, vbi vero dissonabat alterum ab altero, si aliquid haberetur in lrā. 70. interpretum, quod apud editionem Theodotionis non esset, obelis distinguebat, vt confoderet: designans illa superflue haberi. Si vero aliquid in Theodotione haberetur quod 70. subticuissent interpretes, literæ

literæ septuaginta illud adijciebat, distinguens a litera interpretum per asteriscos, idest per quędam signa q̄ posita erant ad illuminandum, idest ad signandum id, quod additum erat ad declarationem maiorem pertinere translationis. Tangit hęc Hieron. succincte in ꝓlogo 2. super Gen. qui incipit. Desiderij mei, & hic, & magis in prologo super Paralipom. qui incipit. Si 70. interpretum, cum ait: & certe Origenes non solū exēplaria composuit quatuor editionū e regione singula verba describens, vt vnus dissentiens statim cęteris inter se consentientibus arguatur, sed quod maioris audacię est in editione 70. Theodotionis editionem miscuit, asteriscis videlicet designās quę minus ante fuerāt, & virgulis q̄ ex superfluo videbantur apposita. De asteriscis, & obelis considerandum est, ꝙ sunt duę notę sententiarum non ad pausandū, vel distinguendum sicut cōmata, & coli, atq; periodi, sed notę exteriores ad denotandum operis diminutionem, vel falsitatem. Et est asteriscus quoddam signum in modum astri radiantis factum, & ab astro deriuatum, quod ibi ponitur vbi aliquid defecisse signatur, quod postea supplet, sic erat in translatione 70. ab Origene factū, vbi aliqd de editione Theodotionis habebatur. Obelus dr̄ quędā nota sn̄iarum in modū sagittę, & ideo ponitur vt confodere, & iugulare videatur. Hoc autem ad sn̄ias illas est, quę superflue ab aliquibus positę in editione 70. videbantur. De his dicit Isidor. Etym. lib. 1. asteriscus apponitur in his quę omissa sunt, vt illucescant per eam notam, quæ deesse videntur: stella enim aster dicitur Gręco sermone, a quo asteriscus est deriuatus. Obelus est virga iacens, quæ apponitur in verbis, vel in sententijs superfluis iteratis, siue in his locis, vbi lectio aliqua falsitate notata est, vt quasi sagitta iugulet superuacua, atque falsa confodiat. Sagitta enim Græce obelus dicitur. *Quæ sub asteriscis, & obelis addita sunt & amputata.* Additum ad asteriscos pertinet. Amputatum vero ad obelos, non est tn̄ intelligendum, ꝙ aliquid eius quod in translatione 70. interpretum haberetur, Origenes amputauerit, quasi detraxerit resecando: sed dicitur amputando, quia apponebat quibusdam sententijs obelos, signans superfluas esse, vel falsas, & sic manente integritate vtriusque editionis, s. Theodotionis & septuaginta interpretum, quod in eis verum, aut superfluum, vel falsum esset, solis asteriscis, & obelis appositis designabat.

Quid sit asteriscus, & qd obelus, & qd significāt.

Legunt & negligunt. Est argumentum Hieronymi cōtra hos. Si enim falsa, aut non recipienda sunt quęcunque pręter septuaginta interpretes sunt, non deberēt legere, quidam tamen legunt & contēnunt, idest contemnendum dicunt.

Est enim præsumptio contra ipsos, ꝙ ipsi intelligāt vera vel vtilia esse, quæ ab Origene apposita, & amputata sciunt, cum in illis magno labore studeant, ꝙ ergo contemnant, idest postea contemnendum dicant, nequitia est. nam erudiuntur ex eo, ꝙ contemnendum dicunt, & tamen intra se non contemnunt. Ita autem de suis scriptis conquerebatur Hieronymus, quòd in publico reprehendebant, & legebant in angulis, vt patet in prologo super Paralip. qui incipit; si 70. interpretum. Sciendum autem circa asteriscos, & obelos, ꝙ licet istum modū scribendi in translatione Biblię apud Origenem primum inuenerimus, tn̄ in Hiero. aliqn̄ licet rarissime comperimus. Sic patet in Daniele, vbi in c. 3. Danielis, vbi multa ponuntur ex dictis Theodotionis, quæ in Hebreis voluminibus non habentur, & 13. atq; 14. c. eiusdem Danielis de sola Theodotionis editione translata sunt: vt patet ibidem. & hęc in quibusdam antiquis libris per obelos, & asteriscos designantur. Ad obelos namq; pertinēt. in libro quoq; Esther iste modus est, nam multa ibi sunt quæ in vulgata hn̄r

A editione, sed nullum Hebręorum codicē sui testē hn̄t, quę ibi quoq; in antiquis Biblijs sub his sn̄iarum notis designantur. *Quare Danielem.* Hic ponit Hieron. secundam cōfutationem ꝯ illos qui solam 70. interpretum translationem recipiēdam dn̄t, & est de singulari opinione, s. ꝙ nō suscipiebāt ea q̄ oēs ecclesię susceperūt, & hoc erat liber Danielis ex editione Theodotionis.

Translatio septuaginta in libro Danielis non fuit recepta ab ecclesia. Quæst. XIII.

Ad huius euidentiam considerandum est, ꝙ tp̄e beati Hiero. translatio 70. interpretum maximę erat auctoritatis, qa nascētis ecclesię fidem roborauerat, vt patet in Prologo B super Paralip. qui incipit. Si 70. interpretum. Sed spāliter in libro Danielis non receperunt accipiētes Theodotionis editionem, & hoc quia multa falsa in libro illo reperiebantur. De his dicit Hiero. in ꝓlogo sup Danielem cū incipit. Danielē prophetam iuxta 70. interpretes dn̄i ecclesię non legunt vtentes Theodotionis editione, & hoc cur acciderit nescio, siue quia sermo caldaicus est, & in qbusdam ꝓprietatibus a nostro eloquio discrepat, noluerunt 70. interpretes easdē linguę lineas in translatione seruare, siue sub noīe eorum ab alio nescio quo non satis Caldęam linguā sciente editus liber est, siue aliud quid causæ extiterit, ignorans hoc vnum affirmare possum, ꝙ multum a veritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Isti tn̄ detracto res in hac parte singularem tenentes opinionē 70. in- C terpretum suscipiebant interpretationē: Theodotionis vero editionem quā oēs susceperant ecclesię repudiabant, quod dementię non mediocris affirmare ausim. *Quare Danielem iuxta Theodotionis translationem ecclesiæ susceperunt.* i. si sola 70. interpretū expositio recipiēda est. Quare oēs ecclesię susceperūt Theodotionem in Daniele, abijcientes translationem interpretū, & tn̄ oēs ecclesię non errauerunt? ergo aliqd recipiendum erat vltra 70. interpretationem, quin potius recto iudicio translatio 70. in quibusdam repudiari debuit. *Cur Origenem.* Hic ponitur 3. confutatio dicentiū nihil recipi debere pręter translationē 70. interpretum, & hoc ex indiscretione, s. qa commendant valde ea q̄ recipiēda nō iudicant. *Cur Origenem imitantur, & Eusebium Pam- D phili cunctas editiones similiter differentes.* i. si isti dn̄t nihil recipiendum esse p̄ter 70. interpretū translationē, quare ipsi imitantur studium Origenis, & Eusebij Pāphili, s. ꝙ describunt simul oēs editiones, sicut isti scripserunt? Stultum est qppe tanto labore consumi, & tātarum expensarum effusioni incūbere faciendo oēs has editiones digesto ordine in eodem libro, sicut Origenes, & Eusebius Pamphili primo fecerunt.

De natiuitate Origenis, & laboribus suis in Scriptura sacra. Quis fuit Eusebius, & quis Pamphilus. Quæst. XIIII.

Ad euidentiā huius considerandū est de Origene, ꝙ fuit vir natione Grecus, qui & Adamantius dictus est, de quo Hieron. in libro illustriū virorū dicit. Origenes qui & Ada- E mantius Alexandrię dispersa Ecclesia. 18. suę ętatis anno catheseon, i. doctrinę opus aggressus ꝑ multos annos floruit, qs ignorat, ꝙ tm̄ habuit in sacris scripturis studij, vt Hebręā linguā ꝯ ritum gentis suę, & naturā addisceret? & exceptis 70. interp̄tibus alias quoq; editiones in vnū ꝯgregaret Aquilę, s. Pontici Proselıti, & Theodotionis Ebionei, & Simmachi eiusdē dogmatis. Præterea qntā, sextā, & septimā editionē: quas etiā nos de eius Bibliotheca hēmus, multo labore repit, & cū cęteris edōnibꝰ ꝯparauit. Itē oēs editiōes disseruit, qa ī exaplois illas collocauit singulas ī colūnellis suis è regione, vt sic ī quo ꝯueniāt, & discrepent cognoscat.

B De

De Eusebio Pamphili dicit etiam, ꝙ isti imitantur hos duos differetes omnes editiones, sicut ipsi. In quo vr̃, ꝙ isti duo compegerunt oẽs editiones. De Origene certissimum est, ꝙ prius compegerit in vnum oẽs editiones, an vero Eusebius Pamphili idẽ fecerit, nõ constat, sed Hierony. hic videtur hoc velle. Fortassis cuiꝗ̃ dicendum videbitur, ꝙ Origenes fuit auctor compingendi in vnum volumen has oẽs editiones, sed eũ Eusebius Pãphili adiuuit, vnde & ipse de auctoribus ponitur. Dicendum est nõ posse stare, nam Eusebius Pãphili. & Origenes non fuerunt eodem tp̃e, quia Eusebius Pamphili, & historiographus fuit, & in suis historijs de Origene egit narrans diuinitatem ingenij sui, & solertiam circa studium, & ex ordine historię suæ vr̃ ꝙ post eum aliquantis fuerit tp̃ibus. Sed dici poterit, ꝙ hic agitur de Eusebio Pamphili, quia post Origenem ipse excellenter laborauit ipsas editiones in vnũ colligere. & hoc potest signare litera dicens. *Cur mirantur Origenem, & Eusebium Pamphili cunctas editiones similiter differentes.* Idest cur mirabiliter isti cõmendant Origenem, & Eusebium Pamphili, nam Origenes cunctas editiones disseruit, idest simul posuit in eadẽ plana in sex columnellis, & Eusebius Pamphili similiter disseruit, idest non differebat ab hoc in compingẽdo has editiones. & isti ęmuli vtrunq; laudant qui similiter posuerunt has editiones, ergo debent approbare, & recipere, quod laudant. Alio modo poterat hoc intelligi quantum ad similitudinem studiorum, nam sicut Origenes in sacra Scriptura studiosius fuit, ita & Eusebius Pamphili multa operũ genera digessit. Vnde ipse primus historiam ecclesiasticam apud Chrĩanos descripsit: vt ait Isidorus Etym. libr. 6. Isti autẽ laudantur, quia diuersis generibus operum studuerunt: ergo non videtur rationabile, ꝙ sola interpretatio 70. tenenda sit. Sed primus modus est conuenientior, s. ꝙ Eusebius similiter digesserit omnes expositiones, vt Origenes: & hi laudãtur a Gręcis & Latinis, qui emulantur Hieronymo omnibus obuiantes, pręterquam translationi 70. interpretum. Forte autem ista dicũtur de Eusebio Pamphili, quia ipse fuit valde diligens ꝑscrutator sacrę Scripturę, & edidit multa volumina, & fortassis de trãslationibus, & hmõi editionibus tenuit modum quem Origenes: de hoc Hierony. in lib. de Illustribus viris: ait Eusebius Cęsareę Palestinę ep̃s ĩ scripturis diuinis studiosissimus, cum Pamphilo martyre diligẽtissimus peruestigator edidit infinita volumina. Vocatur iste Eusebius Pamphili tanquam pręnomẽ. huius prænominis causam assignat Hieron. in ꝑdicto libro illustrium virorum dicens, ꝙ ꝑꝑ amicitiam ꝯctã cum Pamphilo martyre ab eo cognomẽtum sortitus est. De Pamphilo martyre dicit Hieron. ibidem Pamphilus presbyter Eusebij Cęsarien. ep̃i tanto Bibliothecę diuinæ amore flagrauit, vt maximam partẽ Origenis voluminum sua manu descripserit. Sciendũ, ꝙ ista lr̃a põt dupliciter intelligi ꝑꝑ istud participium differentes, nam põt referri ad Origenem, & Eusebiũ Pamphili, vel ad ęmulos. Si referatur ad Origenẽ, & Eusebium est sensus, ꝙ isti admirantur, & collaudant Origenẽ, & Eusebium similiter differentes cũctas editiones, idest sicut Origenes transtulit oẽs editiones in hexaplois, similiter & Eusebius Pamphili, i. ẽt iste idem egit, nihil differens in cõparatione oĩum editionum, & vtrũq; isti ęmuli admirant̃, & laudant, & tũc est sensus, ꝙ cum isti laudent hos duos recipientes, & facientes alias editiones pręter interpretum 70. translationẽ, quare non recipiunt illã? q. d. vr̃ irrationabiliter factũ. Alio modo põt esse sensus, vt istud participium referat ad ęmulos, s. cur admirant̃ Origenem, & Pamphili Eusebium, s. qui præter 70. interpretum translationẽ multa alia volumina fecerũt super sacram Scripturã,

F & coniunxerunt? & hoc similiter differentes, i. non solum laudant eos, sed ẽt differunt similiter cunctas editiones, i. ita isti ęmuli faciebant scribi oẽs editiones semel in vna plana per sex colũnellas, sicut fecerat Origenes in hexaplois. Et iste sensus etiã verus est, nam hi faciebant transferri libros Origenis quosdam, quia supra dicit, ꝙ isti legebant ea quæ scripta erant sub asteriscis, & obelis, & hęc sunt hexaploa, in quibus erant oẽs editiones distinctę per colũnellas, sed non poterãt isti legere in his libris, nisi eos scribi facerent, ergo isti similiter differebant oẽs translationes vel editiones, sicut Origenes & Eusebius Pamphili. Et dicitur differẽtes, idest distinguentes, nam differere est sapienter loqui, & confirmare, & distinguere. Quocunque autem
G litera accipiatur, s. siue isti similiter differant, vt Origenes & Eusebius, vel ipsi laudent Eusebium & Origenem, similiter differentes, nihil differt, nam semper redarguendi sunt, s. si vituperant, quod laudauerint, vel quod imitantur. *Aut quæ fuit stultitia.* Hic ponit̃ quarta confutatio eorum qui solos 70. interpretes recipiendos asserunt. Et isti arguebant contra translationẽ beati Hieron. dicentes in ea falsa esse expressa, & arguunt sic. Interpretatio 70. est vera: ergo tua est falsa. Valet consequentia, quia interpretatio beati Hieron. erat ꝯtraria interpretationi 70. sed vnum verum alteri vero nõ repugnat, ergo interpretatio Hieronymi est falsa, & ob hoc ꝙ stulte egerit interpretãdo. Et ad hoc rñdet Hieronymus dicens, quę fuit stultitia postquam vera dixerint, proferre quę falsa sunt? quasi dicat, si constaret, ꝙ 70. interpretes veritatem dixerint, cum ego post
H illos trãstulerim, quę stultitia erat cognita veritate delirare? quasi dicat, maxima: nec erat vlla huic comparabilis. Est autem argumentum istud rhetoricum. Et satis quidem probabile, sed non necessarium, & nõ debẽt ista omnia verba referri ad idem suppositum, sed ad suppositum, s. quæ stultitia fuit postquam vera dixerint, s. 70. interpretes (vt vos dicitis) proferre quæ falsa sunt, idest, ꝙ ego proferrem falsa contra intentionem eorum? Beatus Hieronymus recipit argumẽtũ istud: sed negat fundamentum, s. ꝙ interpretes verum dixerint, nam aut verum non dixerunt, aut incompletum, aut ab aliqbus vitiati sunt librarijs. Ideo ego proferens contra eos non protuli falsa, sed quę vera sunt. Ista lite
I ra potest dupliciter introduci. Vno modo, ꝙ sit litera beati Hieronymi arguentis probabiliter, ꝙ ea quę dixit, vera sunt: nam si ea quæ dixit, manifeste falsa sunt, quia repugnant dictis septuaginta interpretum, quę stultitia esset, ꝙ postquam interpretes vera dixissent, & illa manifesta essent, ꝙ Hieronym. vellet dicere falsitatem? quasi dicat, magna valde stultitia erat, sed nõ est pręsumendum, ꝙ tantam incurrerit stultitiam beatus Hieron. ergo non est credendum, ꝙ ea quę dixerit quamquam sint ꝯ continentiam 70. interpretum sint falsa. Alio modo potest introduci ista litera, s. ꝙ sit de intentione ęmulorum, & sint verba eorum dicẽtium quę stultitia fuit in hac tua translatione, vt post veritatem 70. interpretum velles describere falsitatem? Ad
K hoc rñdet s̃m hanc expositionem in sequenti litera beatus Hieron. dicens, ꝙ ipse non protulit falsa, sed potius 70. interpretes falsa, aut in quibusdam diminute protulerunt. Quod probat ex auctoritatibus quę sunt in nouo testamento adductę de cõtinentia sacrę Scripturę, & tñ non reperiuntur in aliquo libro 70. interpretum, & inueniunt̃ in translatione beati Hieron. ergo translatio beati Hieron. est vera, & translatio 70. interpretum est diminuta, aut in quibusdam vitiata sñia. *Vnde autem in nouo testamento probare poterunt assumpta testimonia.* Hic probat beatus Hierony. suam translationẽ esse completam, quia cõtinet omnia testimonia quę allegat Christus in euangelijs, & Apostoli in epistolis.

Argumẽtũ Hierony. quo currit

Nam

Nam interdum Christus quędam probat inducens A auctoritatibus veteris testamenti: & non est dicendũ, ꝙ Christus nõ tetigerit veritatem literę Hebraicę, vbi tale habetur testimonium. Sic quoq; de Apostolis allegauerunt aliqua in epistolis suis, & tñ ista non repeꝛiuntur in translatione 70. interpretum, aut longe secus hñr. In translatione autem beati Hierony. sic repeꝛiuntur, vt in nouo testamento allegant, ergo ista trãslatio vera est. Quæ aũt sint testimonia quæ in Euangelijs, & toto nouo testamento allegata sint, quę non inueniantur apud 70. interpretes, hr̃ in Prologo 2. super Gene. qui incipit. Desiderij mei, & partim in Prologo super Paralipom. qui incipit. Si 70. interpretum.

Vnde poterunt in nouo testamento probare assumpta testimonia. Istud casuale cum propositione, s. in nouo testamẽ B to nõ determinat istud verbum probare, sed istud participium assumpta. Nam primo modo esset sensus vnde poterunt probare in nouo testamento, i. ex quo loco noui testamenti poterunt probari assumpta testimonia? Sed iste sensus nullus est: quoniam non debebant aliqua testimonia probari ex nouo testamento, sed ex veteri potissime, quia hic est cõtrouersia de translatione septuaginta interpretum: & tamẽ ipsi nihil transtulerunt de nouo testamento, sed de veteri. non ergo stat vllo modo ille sensus.

Accipiendo alio modo, quòd istud casuale cum ꝓpositione determinet istud participium assumpta, est sensus conueniens, s. vnde probare poterunt, idest, ex quo loco totius scripturæ septuaginta interpretum poterunt isti æmuli probare testimonia assumpta in C nouo testamento, quasi dicat, nullum habent locum in suis interpretibus ad demonstrandum hæc: tamen necesse est, quòd dicamus ista haberi in canone Bibliæ, quia a Christo, & Apostolis allegantur. Ergo trãslatio septuaginta interpretum, in qua non habentur hæc, sufficienter probatur quòd sit diminuta, sed in libris translationis beati Hieronymi habentur, ergo cõsonantior est ista veritati Hebraicę.

Quæ in libris veteribus non habentur. Idest non habentur ista testimonia, quæ in Euangelio & in epistolis reperiuntur, in libris veteribus, idest in libris translationis septuaginta interpretum, qui vocantur libri veteres, idest primæ translationis, ante eam quippe nulla fuit translatio.

Hæc dicimus ne omnino calumniantibus tacere videamur. D Hic excusat arrogantiam, quoniam ex argumento suprapositio infertur implicite, quod translatio sua melior & verior est, quàm trãslatio septuaginta interpretum, nam septuaginta interpretes non expresserunt omnia quæ erant in veritate Hebraica, vel nõ eodem modo quo in veritate Hebraica habebantur, & trãslatio Hierony. hæc omnia complet, vt patet ex assumptis testimonijs in nouo testamento: ergo sua expositio melior est.

De hoc autem aliqui eum arguerent, ꝙ 70. interpretibus qui in tanta auctoritate habebantur se pręferret. Ideo dicit, ꝙ quicquid ex verbis suis inferatur, ipse nõ intendit hoc, nisi ad monstrandum se inculpabilem, s. ne omnino tacere videatur calumniantibus: calũniantur E enim ęmuli de suprapositis, & si ipse oĩno subticuisset videretur eis oĩno consentire, vel non posse rñdere, ex quo confirmaretur intentio eorum, & trãslatio Hieron. semper infirmior videretur, iõ in oĩbus ferre prologis rñdet ęmulis. Istum modum loquẽdi tẽt in prologo super Paralipo. qui incipit. Si 70. interpretum, vbi ait postq̃ posuit argumenta confutantia trãslationẽ 70. interpretum, vt non directe videatur ꝯ eos arguisse, sed hæc pace veterum loquor, & obtrectatoribus meis tantum rñdeo, qui canino dente me laniãt in publico detrahentes, legentes in angulis.

Aemulis rñdere, qñ oportet, & qñ non.

Quando iniuriæ non sunt tolerandæ etiam a viro sancto. Quæst. XV.

IN talibus autem virtuosum est respondere aduersarijs, nec est conueniens simpliciter tolerare iniurias, nam si iniuria est simpliciter personalis, vt quòd diceretur aliquem hominem esse malum virum, vel esse malæ famę, & sic de cęteris quæ solam personam commaculant, tolerare virtutis erat. Si tamen dicatur doctrina tua est falsa, vel tu es deceptus in fide, tunc nõ solum est iniuria personalis, sed etiam est iniuria, vel damnum doctrinę & fidei. Ideo tunc respondendum est, & si non spiritu iræ concitato. Sic autem erat hic. Beatus Hieronym. transtulerat hanc Bibliam, quæ continebat veritatem Hebraicam: Aemuli autem dicebant, hic multa falsa contineri. Si autem beatus Hieronym. toleraret hanc iniuriam, non solũ esset iniuria eius qui in transferendo erudite nõ se habuerat, sed magis esset damnum huius veritatis fidei nostræ quam sineret indefensam. Malum ergo valde erat si subticuisset, nam sicut contra eos qui fidem nostram violenter delere volunt, moriendo vsque ad sanguinem resistendum est: ita & si oportuerit mori, est mors gratis acceptanda. Cõsimiliter si quis detractionibus, aut quibusuis argumẽtis fidem nostram, aut aliquam veritatem catholicam eneruare conetur, peccatum grauissimum est, si quis ei habens vim in sermone ex negligentia, timore, amore, aut verecundia accedat, velut si quis a confessione nominis Christi mortis timore ductus recedat. Valde ergo conuenienter factum est, vt Hieronymus detractoribus respõderet, & sic cuilibet viro in opere doctrinę, potissime circa sacram Scripturam pro defensione veritatis quilibet respondere debet.

Cęterum post sanctæ Paulæ dormitionẽ, cuius vita virtutis exemplũ est, & hos libros quos Eustochio virgini Christi negare non potui, decreuimus dum spiritus hos reget artus, prophetarum explanationi incumbere, & omissum iam diu opus, quasi quodã postliminio repetere: pręsertim cum & admirabilis sanctusque vir Pammachius hoc idem literis flagitet, & nos ad patriam festinantes mortiferos syrenarum cantus surda debeamus aure transire.

Hic ponitur quinta particula, s. ꝯtinuatio ad futuros labores, qũo post istud tp̃s se hr̃e dẽat, transferendo se ad libros cęteros prophetales. *Cæterum post dormitionem sanctæ Paulæ.* Dicit ꝙ ꝓmisit Paulæ & Eustochio virgini, scribere libros prophetales, ideo q̃q̃ iam defuncta foret Paula, tñ Eustochio virgini manẽti obligabatur reddere hos libros. Et dr̃. *Post dormitionem sanctæ Paulæ.* i. post mortem; vocat. n. dormitionem mortẽ, & sic dr̃ Io. 11. s. Lazarus amicus noster dormit, i. mortuus est. Et prima ad Thessalon. capit. 4. dicitur. Nolumus vos ignorare de dormientibus ne cõtristemini, sicut cęteri, qui spem non habent, & in multis locis similiter.

Historia Paulæ & Eustochij. Et quare Hieronymus eas nimis dilexit. Quæst. XVI.

AD euidentiam eorum quæ dñr de Paula, & Eustochio considerandum est, ꝙ Paula ista de qua hic agit nobilissima inter Romanas fuit, cuius vitam scripsit B. Hieronym. Huius mater fuit Blesilla, & fuit de

primis in Romano senatu Scipionum Gracchorũq; progenies. Pater eius Rogatus Agamennonis soboles. Coxatius maritus ipsius descendens de stirpe Aeneę, & Iuliorum. Quinque liberos edidit Blesillã, Paulinam matrem Pammachij, Eustochium, Ruffinam, & Coxatium. Cumq; orientis, & occidentis epos ob quasdam ecclesiarum dissensiones Romam imperiales literę contraxissent: Epiphanium Salaminæ Cypri epm hospitem habuit, & Paulinum Antiochenæ vrbis epm in alia manentem domo, quasi propria humanitate possedit, quorum accẽsa virtutibus exacta hyeme redeuntibus ipsis ad ecclesias suas, ipsa assumpta secum Eustochio virgine cum eis nauigauit: & in Cypro decem diebus commorata, lustratis monasterijs refrigeria sumptuum fratribus dereliquit. Inde per Seleuciam ascendens Antiochiam sancti Paulini modicum charitate detenta, per maritima ascendit Hierosolymam, & lustratis sanctis locis terræ promissionis descẽdit in Aegyptum, & visitatis Heremitis, atq; monachis ibi degẽtibus habitare inter tot millia monachorum cum puellis cupiebat. Sed cum maius desiderium sanctorum locorum eam retraxisset, in Bethlehem reuersa est, in qua ędificauit tria monasteria virginum, quas ex diuersis prouincijs congregauit, & in tres turmas diuisit, ita dumtaxat, vt in opere, & cibo separatę Psalmis, & orationibus iungerentur. Mane hora Tertia, & Sexta, & Nona, & Vespere, & noctis medio per ordinem psalterium canebant, vixit in sancto proposito Romæ annos quinque. Bethlehem 20. omne tps vitæ eius impleuit annos 56. menses octo, dies 20. hęc enim de illa Hieronymus. Eustochium aũt de qua hic dr̃, huius erat filia. *Cuius vita virtutis exemplum est.* Idest vita sanctæ Paulæ est exemplum ad recte viuendum, qm̃ virtuose valde vixit, vt patet ex prędictis de ea. *Et hos libros Eustochio virgini Christi negare non potui.* Idest post mortem Paulæ, ego non potui negare hos libros Eustochio superstiti filiæ eius. Sciendum.n. ꝙ Hieronymus nimis dilexit has sanctas fęminas, cũ vita earum ẽt viris viuẽdi norma foret. ideo precibus earum multos sacræ Scripturæ libros transtulit, & cõmẽtarios edidit. De libris autem his, s. Iosue, Iudicum, Ruth. & Esther, vt ex precedentibus patet, dicendum est, ꝙ Paula & Eustochium petierũt a beato Hieronymo sibi transferri, sed dũ occupatus teneretur in translatione Pentateuchi ad preces Desiderij episcopi, Paula mortua est, quia tamen Eustochium Christi virgo supererat, cui cum Paula promissio facta extiterat, nõ poterat negare beatus Hieronymus illi libros quos ꝓmiserat. nam cum vtrique hoc promissum sit, cuilibet insolidum debetur. Et dato ꝙ beatus Hieronym. posset negare hos libros Eustochio virgini, tamen ꝓpter matrem suam Paulam nimis eã diligebat, ideo ea rogante non negaret hos libros. *Virgini Christi.* Vocat Eustochium virginem, vt faciat differẽtiam a Paula, quæ matrona erat, & quinq; liberos ediderat. Vocatur virgo Christi, quia manebat cum alijs monialibus in sancto proposito vsque ad mortẽ in monasterijs quę mater eius Paula construxit. *Decreuimus dum spiritus hos reget artus prophetarum explanationi incumbere.* Idest ego apud me decreui, ꝙ dum vixero, laborem vertendo libros prophetarum in Latinum sermonem. Accipitur hic spiritus pro anima, quæ viuificat, & vegetat corp⁹, & mouet. Vel potest accipi spiritus pro spiritu vitali, q est aliquid causatum a corde. Et distinguuntur duplices spiritus, s. vitales, & pulsatiles. Sed iste spiritus dicit instrumentum animæ ad vegetãdum corpus, qm̃ anima, nisi per virtutes suas non posset aliquid operari. *Reget artus.* Artus membra sunt. Dicitur aũt spiritus regere artus, quia per se artus vitam, aut motum nullũ habent, sed totum a spiritu sortiuntur. *Prophetarum ex-*

F *planationi incumbere.* Prophetę possunt hic accipi dupliciter. Vno modo prophetæ pro libris qui vocantur ꝓphetales, i. qui a prophetis scripti sunt, ẽt si non contineant prophetiam. Alio modo prophetę pro libris cõtinentibus futurorum pręnunciationẽ, & hoc modo nos accipimus prophetas in cõi vsu. Primo modo est sensus, quòd Hieronymus dicat decernere se, vt in tota vita laboret transferendo libros prophetales.

Qui libri pertineant ad sacram Scripturam. Et quòd libri sacræ Scripturæ in quatuor ordines distinguuntur.
Quæst. XVII.

G Ad huius euidentiam considerandum est, ꝙ oẽs libri, tam noui quàm veteris testamẽti in quatuor ordines distinguuntur, & pręcipue libri veteris testamenti, de quibus hic, s. in legales, prophetales, & agiographos, & isti tres ordines ad canonem sacrę Scripturę pertinent. Alius autem, s. quartus ordo apocripha complectitur. Ad primum ordinem pertinet solus Pentateuchus. Ad secũdum ordinem pertinent libri octo, s. Iosue, Iudicum, Malachin, & Samuelis, & Isaię, Hieremię, Ezechielis, & 12. prophetarum minorum. De his & alijs dicit Hieronymus late in Prologo galeato super libros Regũ, & supra in proemio huius operis actum est. Quãtum ergo ad istum modum exponendi erat sensus, ꝙ Hieronymus incumberet librorum prophetarum expositioni, idest laboraret ad vertendum de Hebręo in Latinum sensum. Et iste est conueniens sensus, quia ante
H hoc beatus Hieronymus solum transtulerat Pentateuchum, qui pertinebat ad primum ordinẽ librorũ, s. ad legales. Secundum ergo continẽtiam veteris testamẽti sequebatur ordo librorum prophetalium, in quibus erat primus Iosue, de his ergo prophetis, idest prophetalibus libris intelligitur. Item quoniã B. Hieronymus intelligit hic continuare opus istud ad pręcedentia, sicut in principio prologi dixerat, s. tandem finito Pentateucho ad Iesum Naue manum mittimus: Si ergo diceret, ꝙ totum tps vitæ suę volebat impẽdere libris prophetarum, i. prophetarum maiorum, vel minorũ, non conuenienter litera coaptaretur, qm̃ hic nullum librum prophetarum inchoabat. Item dixit s̃. ꝙ manũ
I mittebat ad librum Iosue, & Iudicum, & Ruth, & Esther: ergo non erat vita sua impendenda libris ꝓphetarum quousq; ista finiret, quæ aliquanti laboris erant. Dicendum ergo est, ꝙ accipiuntur hic libri prophetarum, i. libri prophetales, siue contineant prophetiam, siue non: dum tñ a prophetis scripti sint, qui prophetales appellantur, & in istis libris prophetalibus includũtur oẽs libri prophetarum, quos nos vulgariter solum prophetas appellamus. Alio modo intelligi potest, vt assumantur libri prophetarum pro libris continentibus prophetias, quę sunt futurorum pręnũciationes. Et tunc est sensus, ꝙ dum beatus Hieronymus vixerit incumbet expositioni prophetarum, idest laborabit vertendo de Hebręo in Latinum libros prophetales,
K quod intelligendum est postq̃ compleret quę promisit, s. ꝙ scriberet librum Iosue, & librũ Iudicũ, & Ruth, atque Esther: his quippe ex obligatione promissionis primo incũbere debebat. In his duobus modis accipit expositio ꝓphetarum, i. translatio in Latinum, qm̃ qđ sub Hebręo sermone claudebat, nobis obscurũ erat, cum vero in Latinum vertitur eloquium, manifestũ vel expositum reddit. Alio modo põt intelligi ista litera, ita ꝙ expositio accipiat pro declaratione commentantium. Et tunc est sensus, ꝙ dum beatus Hieronym. viueret, incumberet scripturæ ad explanationem prophetarũ, s. faciendo commentarios in libris prophetarum, & istos fecit ad preces Pãmachij nepotis Paulæ,

filij

filij Paulinæ, de quo in Prologo habetur immediate. A Et isti commentarij beati Hieronymi apud nos habẽtur super prophetas, & quamquam sensus superius assignati videantur esse conuenientes: tamen vera intentio est ista vltima, s. ꝙ beatus Hierony. intendit incumbere commentarijs prophetarum faciendo aliquod declaratiuum opus super prophetas. Quod patet, nam non refertur hoc ad librum istum & alios, quos precibus Paulæ, & Eustochij transferebat. Sed ad id quod precibus sancti Pammachij faciebat, vt dicit litera inferior, s. præsertim cum admirabilis sanctusq; vir Pammachius hoc idem literis flagitet. Item patet, qa istud opus prophetarum, s. expositionis, cui se incubiturũ dicit, iam inceperat sed omiserat. Nunc vero ad illud se rediturum pollicebatur cum ait, & omissum diu B opus quodam quasi postliminio repetere. Sed de libro Iosue, & alijs prophetalibus non stat hoc, qa nondum inceperat, vt patet hic in principio prologi, cum ait tandem finito Pentateucho ad Iesum Naue manũ mittimus: ergo nondum cęptum opus istud erat. Et sic Hieronymus vult complere opus, quod promiserat Paulæ, & Eustochio, s. Iosue, & Iudicum, & Ruth, atque Esther libros ad quos se manum mittere dicebat: & postea tota vita sua prophetarum explanationi intendit incumbere. Sed non sic factum est: quoniam postea precibus aliorum quosdam alios scribebat libros, quousque totum vtriusque testamenti compleuit corpus. Commentarios tamen non omisit, quosdam autem fecit, qui inter nos habentur, an vero plures confecerit cognitum nobis non est. *Et omissum iam diu opus.* Non refertur ad librum Iosue, vel Iudicum, C quos precibus Paulæ, & Eustochij scribit, nam hos nũquam inchoauerat, cum nunc ad eos manum mittat, sed ad commentarios super prophetas, quibus se incubiturum dicit, dum spiritus reget artus, quia hos iam diu inceperat, s. antequam cępisset transferre Pentateuchum: sed postea superuentus nouo labore transferendi, s. Pentateuchi precibus Desiderij episcopi omiserat illud, nunc quoque Iosue, & Iudicum, Ruth, atq; Esther libris insudabit: diu igitur est, ꝙ commẽtarios super prophetas cęperat. *Quodam postliminio repetere.* Idest ego decreui repetere, idest iterũ redire ad opus expositionis prophetarum, & hoc quodam postliminio, idest quadam reuersione facta super ipsum, cum D olim a nobis relictum sit. Et est quidam modus loquẽdi s'm metaphoram: quoniam postliminium est reditus de captiuitate. Et sic in legibus humanis dicitur de reuersis postliminium. Isti autẽ s'm iura recuperabant omnia, quæ primo possederant, & vocantur postliminij, idest de captiuitate reuersi. Ita beatus Hieronym. cum pridem esset libere interpretationi, & explanationi librorum prophetarum insistens promissione facta episcopo Desiderio cępit Pentateuchum in latinum vertere sermonem, & iam recedebat ab expositione prophetarum. Nunc vero finito illo cum finierit istos libros conuertere, quos Paulę, & Eustochio promiserat, redibit ad commentarios prophetarum, quasi de captiuitate rediens, velut si pridem iuris sui nõ fuerit, E cum Pentateuchum conuerteret, erit autem iuris sui cum hæc finierit libere vacans quibus placuerit.

Postliminium quid sit.

Pro quo sciendum, ꝙ Hieronymus antequam quicquam de veteri testamẽto in sermonem nostrum verteret, precibus Paulę, & Eustochij, commentarios super Naum, Ageum, Sophoniam, Micheam ediderat, aliorumque intendebat expositioni, sed superueniente translatione Pentateuchi intermiserat. Nunc vero libertati redditus idem reincipere tendit.

Præsertim cum admirabilis. Dat causam huius, & est duplex. Prima erat intentio sua a principio quæ ad hoc fuit, vt prophetarum intenderet expositioni.

Secunda erat, ꝙ Pammachius hoc literis suis sæpe fieri petierat, & in hoc signatur maioritas causæ, s. ꝙ magis mouetur ad hoc faciẽdum, quia Pammachius hoc fieri expetit, quàm propter desiderium suum a principio. *Præsertim cum admirabilis sanctusque vir Pammachius hoc literis efflagitet.* Idest Pammachius monachus vir sanctus hoc petit, quem admirabilem vocat, quia de conuersatione sua admirandum, s. quòd cum magni, & altissimi generis extiterit senatorum, se tantum abiecerit propter Christum, vt monachus in paupertate degens efficeretur. sanctus vocatur, quia eius mũda erat conuersatio: iste Pammachius filius fuit Paulinæ sororis Eustochij & Blesillæ. Has enim tres filias Paula legitur habuisse, vt patet in epistola de dormitione sanctæ Paulæ, quam fecit beatus Hieronymus, in qua epistola commendat Pammachium monachum dicens. Nobis post dormitionem Paulinæ Pammachiũ monachum ecclesia peperit, nunc multi monachi potentes, nobiles, sapiẽtes, quibus cunctis Pammachius sapientior, potentior, nobilior: quis hęc crederet, vt cõsulum pronepos, & Fusiani germinis decus, inter purpuras senatorum, furua tunica pullatus incederet, & non erubesceret oculos sodalium, vt deridentes ipse derideret. Hũc enim Pammachium nimis dilexit Hieronymus, ideo ad eius preces Hieronymus commentarios fecit super Osee, Ionam, & Abdiam, Ioel, & Amos, vt patet in commento super Abacuch. *Et nos ad patriam festinantes.* Hic Hieronymus ad suprapposita redit. Dixerat supra de detractoribus, quòd eum corroderent, ex quo alicui lacessito, & angustijs affecto cedendi a proposito occasio nasceretur. Dicit tamen nõ esse de hoc curandum, quoniam sibi via ad patriam cęlestem est, ideo dicta, & clamores maledicorum surda aure præteriet. Dicit se festinare ad patriam, quoniam sic Apostolus admonet ad Hebręos 4. c. s. festinemus fratres in illam ingredi requiem. Festinare autem dicitur, qui in omnibus actionibus suis nititur, vt illuc tendat, sic in beato Hieronymo erat. *Mortiferos syrenarum cantus surda debeamus aure pertransire.* Idest quamquam syrenæ sibilent nos ad naufragium deducentes, tamen non est curandum, sed festinanter transeũdum ne noceant, vtitur autem hac metaphora de syrenibus.

Quis fuerit Pammachius, & de laudib' eius.

Quare de detractoribus nõ est curandũ.

De syrenibus, & cantu earum periculisque nautarum, & remedijs. Quæst. XVIII.

Pro quo sciendum, quòd syren syrenis, vel syrena syrenæ, secundum Isidorum Etymologiarum libro vndecimo. vbi agit de transformatis, & portentis: dicit fuisse tres syrenes, quæ ex parte erant habẽtes vultus virgineos, & ex parte piscium substantiam, & cantu suo dormire cogunt nautas inducentes in loca periculosa, vel facientes, vt dormientibus, & toto gubernaculo derelicto, nauis submergatur in fluctibus. Vel cum viderint nautas consopitos se naui applicantes regimine carentẽ subuertant: vnde nautæ timent periculum syrenarũ cantu. quoniam horum inexperti nesciebant remedium. immo quid malum subsequi posset, ignorabãt: incauti subuersi sunt, & isti vocati sunt argonautæ. Audito autem periculo argonautarum, alij nautæ contra syrenes remedia inquisierunt. & quoniam cantus dulcedine incautos nautas in discrimina perducebant, vt cantus cantu excluderetur, musicos dulciter canentes sibi nautæ inquisierunt, vt cum syrenes cantare inciperent, ipsi quoque musicis concentibus eorum impedientes, aut superãtes melodiam dulce periculum disturbarent. Ideo Hercules cum nauigauit in Hispaniam, contra periculum argonautarum habuit in classe sua Mercurium magnum musicum, vt sunt vulgatę historiæ,

historiæ, & recitat Ioannes Aegidij Zamorẽ. in Chronica de laudibus Hispaniæ.

Alij autem contra Syrenes alia inquirunt remedia, s. vt cum eas viderint, antequam quicquam de cantus dulcedine audierint, aures cera, aut quomodocunque firmiter obturent, vt sic nihil audientes, consopiri nequeant. sic enim Vlysses, & socij eius Syrenum discrimina euaserunt, de quibus vulgatę historiæ sunt. Et istud remedium tangit hic aliqualiter Hieronym. dicens: mortiferos cantus syrenarum surda debeamus aure transire. auris autem surda, idest non audiens efficitur, cum obturatur ne audiat.

De istis syrenibus dicitur libr. 18. de proprietatibus rerum, quòd ex parte piscis, & ex parte fœmineum habet vultum. Vnde hominem quem apprehendere potuerit ad littus perducit, & secum commisceri cogit, quod si effecerit, eum liberum dimittit. si autem nequiuerit, aut noluerit, illum necat. De his dicit, quod festinantes debemus surda pertransire au[illegible]e, quasi dicat, siquis dulcedinem cantus syrenum attente audire voluerit, discrimen subibit. Si vero festinanter trãseat, non soporabitur, nec mortem incurret. & hoc si surda aure transierimus. s. non audientes quicquam. nam si quicquam audire voluerimus, etiam si velociter trãseamus, dulcedine cantus permoti sistemus, & soporem incurremus ęternum. Has autem syrenes, æmulos & detractores dicit, quos tanquam syrenas vitare debemus, nam si eis aurẽ prębeamus, necesse est nos interire. qui & si non sint syrenibus similes in cantus dulcedine, cum potius atrocia, & aspera oblatrent, in hoc tamen similantur, quòd nos aures eis præbentes, ad mortem vsque perducunt. Cum enim nobis quippiam boni agentibus, aut saltem sincera affectione qcquam boni efficere conantibus, detractorum obsistũt

Aemuli qũo assimilantur syrenibus.

F maledicta, si aures prębemus, tędio affecti desistemus. quod est in veram mortem incidere, quia nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, est aptus regno Dei, vt patet Lucę 9. cap. Et sunt ista duo extrema fortitudinis, s. quòd aliquis syrenum blanditiei, & dulcedini cedat, vel quòd maledictis asperis detractorum terreatur. firmis ergo viribus medium tenẽdum

G est vtrunque fugiendo extremum. & erit nobis quicquam boni agentibus facile detractoribus non cedere, si ad patriam festinemus, idest, si sit totum desiderium nostrum ad vitam æternã, & vt Deo placeamus: tunc enim nihil nobis de detractorũ maledictis, quoniam de his quæ foris sunt, nihil ad nos cęlestem nobis inquirentibus mansionem, si vero desiderium no

H strum ad hæc quæ videntur pręsentia, & caduca bona sit, detractorum verbis credemus, quoniam honorẽ diligimus qui ab his, aut tollitur, aut conculcatur. Et hoc quidem facilius est, quia festinanter in patriã tendimus, idest omnem operationem nostram illuc dirigimus: nam tunc circa alia minime implicabimur. festinanter autem transeuntes parum ab obuijs permo

I uentur. facillimum aut detractores elidere est, si aure surda transeamus, idest si nõ accommodauerimus aurem detractorum maledictis. nam & si festinanter trãseamus, si tamen eis quomodolibet aurem impenderimus, retrahemur. surdis ergo auribus transeundum est hæc aspera euitantes: quoniam & si amara detra

K ctorum verba sint penetrabiliora omni gladio ancipiti, pertingentia vsque ad diuisionem animę & spiritus: tamen vaniloquia sunt, nihilque nobis efficere queũt, sed virtutis exercẽdæ materia sunt. omnibus ergo nobis consilium hoc est, cum beatus Hieronymus hoc sibi faciendum esse censuerit.

Prologi B. Hieronymi in Iosue Finis.

ALPHONSI TOSTATI. EPISCOPI ABVLENSIS, IN LIBRVM IOSVE Commentaria.

CAPITVLVM PRIMVM.

ET factum est post mortem Moysi serui Domini, vt loqueretur dominus ad Iosue filium Nun ministrũ Moysi, & diceret ei. Moyses seruus meus mortuus est Surge, & transi Iordanem istum, tu & omnis populus tecum, in terram quã ego
Deut. 11. dabo filijs Israel. Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradã, sicut locutus sum Moysi. A deserto, & Libano vsq; ad fluuium magnum Euphratem omnis terra Etheorum vsq; ad mare magnum cõtra solis occasum erit terminus vester. Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ
Infra 3. Hebr. 3. tuæ. Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: nõ dimittam, nec derelinquam te.

An a Iosue fuerit iste liber scriptus. *Quæst.* I.

ET *factum est* De libro isto Iosue a quo scriptus sit, in Prologo tetigimus, & Deuter. 34 cap. nec enim ideo Iosue vocatur liber, quia eũ Iosue descripserat: de hoc enim nihil referebat: nam nec eum totum a Iosue scriptum esse possibile erat, cum in eo quædam sint in vltimo ca. quæ ab eo, vel eo viuente scripta fuisse impossibile est, quia ad eius funera pertinẽt, & quę-

A dam alia post eius obitum euenisse enarrat, sed ab alio conscriptus est.

An liber Iosue vocetur prophetalis. Et diuisio totius ipsius continentiæ. *Quæst.* II.

B NEc etiam vocatur liber iste de prophetalibus, quamquam Iosue Propheta fuerit, qa Deus cum eo loquebatur, vt patet Eccles. 46. c. fortis in bello Iesus Naue successor Moysi in prophetis, qui fuit magnus iuxta nomẽ suũ. sed quia a quodam Propheta cõscriptus est, nam hoc modo libri Iudicum non vocarentur prophetales, qa non fuerunt iudices Prophetæ. Etiam liber Ruth de prophetalibus est, tamen Ruth nõ fuit prophetes. sed
C ideo isti dicuntur prophetales, quia a prophetis conscripti sunt. Et si quis arguet de libro Iob qui scriptus fuit a Moyse, & tamen nõ ponitur inter prophetales, supra in Prologo meo auctoris responsum est. Si quęratur de libro Danielis qui est liber prophetalis, idest factus a Propheta & scriptus, atque futurorum continens pronunciationes, responsum est ibidem. De Psal-
D mis autem Dauid eadem erit argumẽtatio, quoniam a Propheta compositi sunt, sed non ponuntur in serie prophetali. Respondendum est, ꝙ ordo librorum ꝓphetalium nimis auctenticus est: Psalmi autem Dauid tantam auctoritatem sortiti non sunt, ideo in serie illa poni non meruerunt. De Iosue autem quis fuerit, aut qualiter se habuerit, liber iste in processu manifestat, sed sub quadam brachilogia in Prologo auctoris cõ-
E prehensum est. Nunc autem his tactis liber iste Iosue diuiditur in quatuor partes. Primo determinatur de terræ promissionis introitu. Secundo de multiplici cõflictu infra cap. 6. Tertio de terræ diuisione, & hereditario obtentu infra c. 13. Quarto de Ducis ordinatione, & obitu cap. 22.

Circa primum agitur primo de dispositione bellatorum. Secundo de missione exploratorum seq. c. Tertio ad loca explorata eorum ingressio infra 3. c. Prima in duas, quia primo ponitur Iosue facta præceptio. Secundo subiungitur executio. ibi. *Præcepitq; Iosue.* Prima in tres, s'm q Iosue triplex mandatum imponitur. Primum de terra promissionis capienda. Secundū de ea diuidenda. Tertium de lege Domini seruanda. Secunda ibi. *Confortare, & esto robustus.* Tertia ibi. *Confortare igitur.* Circa primum dr̄. *Et factum est post mortem Moysi.*

An Iosue deberet præesse tempore Moysi. *Quæst. III.*

HIc agitur de principatu, & operibus Iosue, & determinatur in quibus tēporibus fuerit, s. post mortem Moysi. nā Iosue fuit successor Moysi, vt patet Eccl. 46. cap. & hunc Deus sibi dedit antequam moreretur, cum ipse hoc petijt a dn̄o, vt patet Num. 27. c. s. prouideat dn̄s Deus spirituum oīs carnis hominem qui sit super multitudinem hanc, & possit exire, & intrare, & educere illos, vel introducere, ne sit populus domini, sicut oues sine pastore. Et sequitur rn̄sio Dei. tolle Iosue filiū Nun virum, in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum, qui stabit corā Eleazaro sacerdote, & omni multitudine &c. Non debuit ergo iste tpe Moysi præesse, quamquam moyses ei viuenti pauco tpe ante mortem suam, postquam Deus prænūciauit, quòd non introiret in terram promissionis, honorem quendam, & auctoritatem dabat in populo, faciens vt aliqn̄ loqueretur ad multitudinem tanquam imperās, & regens, atque concionans. & hoc innuitur Nume. 27. ca. cum dr̄. & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, & audiat eum oīs synagoga filiorum Israel. Sed ista quæ viuēte Moyse faciebat Iosue: non erant tanquam apud eum exercitium, & iurisdictio imperādi resideret, sed vt instrueretur, & vt assuesceret populus ei auctoritatem præbere. nūc vero defuncto Moyse, cępit Iosue habere auctoritatē, & exercitium mandandi, & Israelitæ ei obedire cęperunt, vt patet Deut. 34. c. Iosue autem filius Nun impletus est spiritu sapiētiæ, quia Moyses imposuit super eum manus suas, & obedierunt ei filij Israel, feceruntque, sicut pręcepit dominus.

An apparitio Dei ad Iosue fuerit ante finem planctus Moysi, uel post. Et quando Iosue impletus est spiritu sapientiæ. Qō. IIII.

CIrca hoc est dubium, an ista apparitio Dei facta Iosue de qua hic dr̄, & præcepta data, fuerint post plāctum Moysi, qui durauit per 30. dies, vt patet Deute. 34. vel fuerint ante. Quibusdam vr̄, q fuerint facta ante finem dierum plāctus siue luctus, qn̄ prius ista facta sunt, quam Iosue mitteret exploratores. & tn̄ exploratores s'm q dicūt expositores Hebręorū, fuerunt missi ante dies finitos planctus, ergo & ista. Alij de nostris dicūt, q tam apparitio Dei facta Iosue, quam missio exploratorum fuit post expletionem plāctus. Nicolaus aūt dicit rationabilius esse dictum Hebręorum, de quo postea dicetur. Sed dictum nostrorum confirmari vr̄ ex eo, quod hr̄ Deut. 34. c. s. fleuerūt filij Israel in campestribus Moab Moysen, & finiti sunt dies planctus lugentiū Moysen. ergo vr̄, q ante fuerūt finiti quam quicquam Iosue ageret. Ad hoc rn̄deri poterit, q planctus lugētium Moysen finitus est, s. q non recesserunt Israelitę de mansione q̄ vocatur Belsethim, quousq; finitus fuit iste plāctus. non tn̄ intelligitur, q finitus fuit planctus ante oīa alia quæ facta sunt p dn̄m ad Iosue, vel per Iosue ad populum. Sed adhuc cōuenientius dicendum vr̄, q Israelitæ, & Iosue non miserint exploratores vsq; ad cōpletionē planctus, nec Deus apparuerit Iosue dicēs hoc, quia diuersa negotia erant piangendi, & de rebus bellicis agendi, ideo diuersa tpa eis distribui debuerunt: non enim videretur alioquin honorabiliter planctus super Moysen factus. Item Deut. 34. c. dr̄, q Iosue fuit impletus spiritu sapiētię, quia Moyses posuerat super eum manus suas, & ista impletio sapiētiæ fuit per collocutionem Dei ad ipsum in qua roboratus est, & edoctus in his quę agere debebat, sed impletio sapientiæ fuit completo planctu super Moysen: ergo collocutio Dei ad eum non fuit vsq; ad expletionem plāctus. Patent hęc, quia non obstat si quis dicat Iosue fuisse impletum sapientia ante mortē Moysi. s. qn̄ Moyses imposuit manus suas super eum, vt patet Deuter. 34. s. Iosue aūt impletus est spiritu sapientię, quia Moyses posuit manus suas super eum: ergo in impositione manuum ei sapientia data est, sed ista fuit viuente Moyse. Rn̄dendum est, q Iosue habuit spiritum sapiētiæ post mortem Moysi, qn̄ Deus locutus est ad eum, & ꝯfortatus atq; edoctus est. Et cum dr̄, quia imposuit super eum Moyses manus suas. non est sensus, q tunc quando manus impositæ sunt, sapientia sit data, sed q ista impositio fuit cā. nā non dr̄, qn̄ Moyses imposuit manus suas, sed quia, & est sensus. Ideo post mortē Moysi Deus impleuit Iosue sapientia, vt esset dux Israel, qa Moyses posuerat manus suas sup eum, designando illum sibi successorem ex mandato Dei. si aūt aliū ante mortem designasset, tunc nō impleuisset Deus Iosue spiritu sapientiæ ad præsidendum Israeli, sed alterum. ista tn̄ impletio sapiētiæ post mortem Moysi, & completionem planctus proprie fuisse dr̄, vt patet Deuter. 34. c. cum dr̄. Fleueruntq; filij Israel eum 30. diebus in campestribus Moab, & completi sunt dies plāctus lugentium Moysen. Iosue vero filius Nun repletus fuit spiritu sapiētiæ. ergo vr̄, q prius completi sunt 30. dies plāctus super Moysen, quam Iosue impleretur sapiētia. Et qn̄ supra rn̄debatur, q ista completio non inducet hoc, sed solum, q non recesserunt Israelitę de loco planctus, quousq; finiti fuerunt 30. dies. Dicēdum est non posse stare, nam ad hoc sufficiebat, quod dicebatur in litera, s. fleueruntq; eum filij Israel in campestribus Moab 30. diebus. ergo non recesserunt de cāpestribus quousq; expleti fuerūt 30. dies. nec oportebat addi, & completi sunt dies lugentium Moysen, nisi aliquid alterum sit ad quod referatur. & necessario dēt referri ad immediata. Ergo cū sequatur ibi, Iosue vero filius Nun repletus fuit spiritu sapientię. dicendum erit, q sit sensus, q postquam completi sunt dies lugentium Moysen, Iosue filius Nun fuit repletus spiritu sapiētię. & tunc non potuit hoc esse, nisi in apparitione Dei, & confortatione, de qua dr̄ hic. Item Hebręorum quidā dicunt, q missio exploratorum, & apparitio Dei facta Iosue fuerunt ante completionem dierum planctus super Moysen. Sed hoc stare nequit, nam immediate, vt fuit facta ista apparitio Iosue, mandauit pręconizari per oīa castra, vt oēs ad recedendum inde se pararent. si tn̄ ista apparitio fuisset facta ante completionē dierum fletus super Moysen, sequeretur q non fuisset finitus numerus dierum fletus, cū oēs se parauerint ad recedēdum eo tpe quo iusserit Iosue, vt patet infra in litera, sed 30. dies impleti sunt in campestribus Moab lugendo Moysen, ergo nō fuit facta ista apparitio, vel missio exploratorum, vsque quo complerent dies 30. fletus. *Et factum est.* Sciendum q ista clausula non ponitur ad signandum aliquid contigisse, quod per eā importet. sed est tanquā principium rōnis ex more latini idiomatis. nā non pōt poni aliquis actus qui hic p hāc clausulā importet: nō enim pōt dici, q importet mortuo Moyse locutio facta ad Iosue. nā ista in lr̄a exprimitur,

Opin. catholicorū inf. ca. seq. quæst. 9.

Determinatio auctoris.

Qn̄ Iosue impletus est spiritu sapientiæ.

mitur,& tunc ista clausula esset superflua, sed est modus incipiendi,sicut ista dictio igit,q̃ ex viribus suis importat illationem, ponit aliqñ in principio rõnum ad signandum inchoationem, & iste modus loquẽdi est frequentatus in sacra Scriptura,vt patet 2.Reg.1.c.s.factum est aũt,vt Dauid reuerteretur.& Threnorũ 1.& factum est postquam, & Ezech.1. & factũ est in 3. anno. *Vt post mortem Moysi.* Non immediate post mortẽ, sed post mortẽ, & dies luctus triginta, vel in fine horum dierũ,scilicet die triginta, vel duobus ante, quia hoc dato satis supra inducta stant. *Post mortem Moysi serui Domini.* Scriptura sacra dat testimonium, quòd Moyses fuerit seruus Dei, quoniam actus eius valde placebant ei, & habetur ex testimonio ipsius Dei, vt patet Nume.12.cap.scilicet siquis fuerit inter vos propheta Domini in visione apparebo ei, vel per somniũ loquar ad illum. at non talis seruus meus Moyses.Idẽ patet Mala.4.cap.mementote legis Moysi serui mei.

An opinio quorundam,quòd Moyses fuerit æternaliter damnatus sit erronea. Quæst. V.

IN hoc confutatur quorundam error dicentium, ꝙ Moyses damnatus fuerit post mortem ęternaliter,quia ad aquam contradictionis peccauit, vt patet Nume.20.& 27.c.Sed stare nequit,quia hic post mortem vocat eum Deus seruum suum. si tamẽ damnaretur non vocaretur seruus Dei. Et si obijcias, ꝙ nõ vocat eum Deus seruum suum, sed scriptura vocat eum seruum Dei.Rñdendum est tantundem hoc esse,ac si Deus eum seruum suum vocet. verba quippe sacrę Scripturę impermutabilis veritatis sunt.ideo necesse est verum esse, quod hic dr̃, s.ꝙ Moyses vere seruus Dei dici mereretur post mortem, sed qui damnatus est ęternaliter, seruus Dei dici non debet. ergo Moyses non fuit damnatus. sed adhuc post mortem habemus testimonium, quo eum Deus seruum suũ dicat.nam Malach.c.4.dr̃ mementote legis Moysi serui mei.Ecce enim ex persona Dei propheta loquitur. ergo Deus eum seruum vocat.

Vtrum valeat ista consequentia iste peccauit, & non legitur eius pœnitentia,ergo damnatus est. Quæst. VI.

AMPLIVS autem hi qui Moysen damnatũ dicunt,nihil verisimilitudinis habent:nam quia de eo reperiunt, ꝙ peccatum vnum fecerit, eum damnatum asserunt: sed ista est iniquissima consequentia: nam hoc modo arguetur, beatus Petrus peccauit. ergo condemnatus est:& Maria Magdalena peccatrix fuit,& magna quidem:ergo morti ęternæ mancipata est. sed ista consequentia absurda est.de vtroq; enim horum notum est, ꝙ ęternę perennitatis gaudia assecutus est. Sed dices forte de vtroq; horum legit,ꝙ peccauerit, & ꝙ pœnitentiam egerit.Ideo q̃q̃ peccatum pręcesserit absolutio secuta est,sed de Moyse non legitur. Ad hoc dupliciter rñderi põt.vno modo non valere ꝯsequẽtiam, s.de hoc,vel illo legitur,ꝙ peccauit, & non, ꝙ pęnituit.ergo damnatus est: nam hoc pacto cum de nullo horũ qui nũc decedunt legatur,ꝙ saluent, & de quolibet eorum ꝯstat,ꝙ peccet.ergo nemo horum saluatur,nihil tñ absurdius. Alio mõ rñderi põt,ꝙ de Moyse satis apparet, ꝙ pęnituerit,& ꝙ saluatus sit. Primo, quia ipse precatus fuit sępe Dñm,vt remitteret peccatum eius,vt patet Deut.3.c.& Deus nolẽs remittere pęnam tpalem ait.caue ne vltra loquaris ad me de hac re,sufficit tibi. ascende cacumen Phasge, & oculos tuos circumfer ad occidentem,& aquilonem,& austrum, & Orientem,& aspice:nec enim transibis Iordanem istum. Ex

A quo apparet, ꝙ Deus remisit ei pęnã æternam debitã ꝑ culpa,quia doluit. si enim non doluisset non petijsset pro remissione peccati. & dato, ꝙ non orasset pro remissione peccati,sufficiebat ꝙ pęniteret. Est autem impossibile,ꝙ si quis pro peccatorum suorum remissione orauerit, Deus illum non exaudiat, quia quacũque hora ingemuerit peccator,omnium iniquitatum eius non ero memor, vt patet Ezech.18.c.Potissime, quia peccatum Moysi fuit valde paruum, vt declaratum est Deut.34. & Nu.20. & fortassis dici posset de venialibus aut de paruis mortalibus.nihil enim ex malitia fecit,sed ex quadam omissione.nam cum debuisset excitare Israelitas ad laudandum Deum ꝑ beneficium aquarũ de petra excussarum, motus zelo Dei
B cępit increpare Israelitas de infidelitate in Deum dicens,audite rebelles,& incredulinum de petra hac aquam vobis poterimus eijcere? Modicum ergo peccatum fuit. & hoc quidem quodam iusto zelo concitatus egit, licet non discrete.de quo magis Numeri 20. capitu.paruam ergo maculam incurrens faciliter eam excutere poterat.

Impossibile est,ꝙ qs doleat de peccato & ꝙ damnet æternaliter.

An valeat ista consequentia. Deus post peccatum locutus est Moysi,ita familiariter, sicut prius, ergo pœnituit de peccato.Et quod nec ad purgatorium descendit Moyses. Quæst. VII.

ALIQVIS forte vellet probare pęnitentiã,
C & acceptationem Moysi a Deo post peccatum,eo ꝙ postea multotiens ei Deus locutus est multa declarans. sed non fecisset si non pęniteret. Rñdendum est non tenere istam rationem.nam donum propheticum, ita malis,sicut bonis indifferenter datur, quod patet in Balaam qui erat vir malus,& conabatur maledicere Iudęis ponẽs aras, & faciẽs multas cęremonias, & tñ Deus ei apparebat, & loquebatur,multa dicens, vt patet Nume.22.23.& 24.c.Et si aliquis dicat, ꝙ non cõstat, an tunc Balaam esset in peccato mortali. Rñdendum satis constare: nam Deus nolebat, ꝙ malediceret, ipse aũt conabat̃ maledicere,vt patet ĩ præal.c.Potissime, quia cum iret via sua,Angelus stetit in via inter duas macerias vinea
D rum,& voluit percutere eum,nisi asina dedisset locũ, & hoc,quia erat praua intentio eius. sic patet Nume. 22.c.s.ego veni,vt aduersarer tibi,quia peruersa est via tua:mihiq; ꝯria,& nisi asina declinasset de via dans locum resistẽti,te occidissem,& illa viueret. Idem patet de principe sacerdotum Caypha, qui cum esset princeps anno illo prophetauit. & tñ erat vir nequam desiderans mortem nostri Redemptoris, vt patet Io.11. nõ ergo ex hac parte quicq̃ argui põt, ẽt si sępius Deus locutus fuerit Moysi post peccatum quam ante. Sed ex alijs hoc inducitur.Primo: quia consensit Deus partim eius precibus,ipse equidem rogauit,vt trãsiret ad videndum terram promissionis.Deus autem non cõcessit hoc simpliciter, sed fecit eum ascendere in cacumen Phasga,& ostendit oẽm terram promissionis, vt
E patet Deut.34.& hoc fuit factum per quandam supnaturalem eleuationem, vt ibidem probatum est. ergo Deus tunc diligebat eum.Idẽ patet hoc,quia Moyses benigne suscepit pęnam a Deo impositã pro peccato,nihil resistens,vt patet Num.20.& 27.& Deut.3. c.sed qui patienter pro peccatis pęnam sustinet, eorũdem remissionem proculdubio adipiscitur. hoc autẽ manifestatur: nam ad mandatum Dei moriturus in montem Abarim spontaneus ascendit,vt patet Deut. 34.cap.Item patet,quia Deus tanquam eius acceptans obedientiam fecit ei sepulchrum, & nemini inueniẽdum dedit vsque in præsentem diem, vt patet Deute. 34.c.ergo non decessit in peccato.& consequẽter iuxta ho-

Peccator qui ꝑ peccato patiẽter pęnam sustinet, remissionem consequit.

ta horum insaniam non fuit ęternaliter morti adiudicatus. Item ad hoc sufficit totius sacræ Scripturę fides, quę eum semper tenuit, & tenet post mortem tanquam virum sanctum.

Determinatio auctoris.

Dicendum ergo, quòd non fuit ęternaliter damnatus, sed etiam ad purgatorium non descẽdit, quia peccatum suum valde paruum fuit, vt ex parte supra declaratum fuit, & magis Numeri 20. cap. Pęna autem fuit satis grauis, s. ꝙ nõ ingrederetur in terram quam tantũ desiderabat. & demonstrat hoc Deute. 3. & plangit propter hoc Deuterono. 4. cap. Etiam pęnalitates alię quas tolerabat, erant in satisfactionem pro hoc peccato. Grauiter enim Moyses laborabat vsque ad mortem, ita vt aliquando rogaret, vt Deus eum occideret, vt patet Nume. 11. cap. cum dicitur. sed & Moysi intoleranda res visa est, & ait ad dominum. cur afflixisti seruum tuum, & quare non inuenio gratiam coram te? cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iurasti patribus eorum? Vnde mihi carnes, vt dem tantę multitudini? flent contra me dicẽtes, da nobis carnes, vt comedamus: non possum sustinere solus hunc populum, quia grauis mihi est. sin aliter tibi videtur, obsecro, vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Tantus ergo quotidianus labor sufficiebat ad euacuãdas multas pęnalitates debitas pro peccatis. Dicendum ergo rationabiliter: ꝙ Moyses nõ descendit in purgatorios ignes, sed in sinum Abrahę qui locus nullius pęnalitatis est. *Loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun.*

Ad quid profuit locutio Dei quam habuit hic ad Iosue. Quæst. VIII.

ISTA locutio Dei ad Iosue multum fuit vtilis, & quasi necessaria ex pręsuppositione finis. Deus enim instituerat hunc ducem belli, vt introduceret Israelitas in terram promissionis, & iuberet quid agendum esset, & pugnaret contra multitudinẽ hostium, pro hoc autem opus erat, vt esset vir confortatus animo. Alioquin visa magnitudine rerum, quas aggressurus erat, deficeret: sicut exploratores Israelitarum qñ iuerunt in terrã Chanaan lętati sunt de fertilitate terrę, sed consternati sunt videntes multitudinem, & magnitudinem gentis, & structuras murorũ. & postea conturbauerũt Israelitas dicentes, venimus in terram, ad quã misisti nos quę reuera lacte, & melle fluit, vt ex his fructibus cognosci potest, sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes atque munitas. & postea in fine eiusdem c. dr̃, populus quem aspeximus proceræ staturę est, ibi vidimus monstra quędã filiorum Enach de genere gigantęo, quibus comparati quasi locustæ videbamur. vt patet Nume. 13. c. populus autem Israelitarum audiens hęc fleuit tota nocte, & murmurauit dicens: vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine: vtinam pereamus, & nõ inducat nos dominus in terram istam. nonne melius erat reuerti in Aegyptum? Cum ergo nunc essent in maiori discrimine, quam qñ murmurauerunt in deserto Pharam, indigebant confortatione a Deo. Nec sufficiebat, ꝙ Moyses moriens confortasset Iosue, dicens ei, confortare & esto vir robustus tu enim introduces populum istum in terram quam daturum se patribus eorum iurauit dñs, & sorte diuides. & Dñs qui ductor est nostri, ipse erit tecum, & nõ dimittet te nec derelinquet. nam licet ista Moyses dixisset ex parte Dei, vt patet Deut. 31. & Deus ante dixisset, & Iosue iste trãsibit ante te. tñ poterat intelligere Iosue, ꝙ Deus esset mutatus ꝓp peccata plebis ad alteram sniam. sicut de Moyse cui Deus mandauerat, vt introduceret Israelitas in terram promissionis, vt patet Deut. 10. c. & tñ postea propter peccata Israelitarum concitatus est dñs cõtra Moysen, & diffiniuit ne intraret in terram promissionis, vt patet Deut. 3. ca. & Num. 20. & 27. & cum se non ita dignum crederet, vt Moysen, arbitratus est Deum facilius in eum concitari posse quam 9 Moysen. Oportuit ergo, vt nunc post mortem Moysi loqueretur Deus Iosue, vt crederet Deum esse adiutorem suum. Item hoc necessarium videbatur, quia nunc magnum discrimen Iudæis imminebat, nisi Deus eis auxiliator esset, quia ingrediebãtur in terram gentium multarum, & robustarũ transito Iordane, vt ergo non pauore conciderent, apparuit eis. Item quia iam expleto planctu post mortem Moysi consistebant in campestribus Moab super Iordanẽ, vbi eis transitus erat ad terram hostilem. decuit ergo Deum eis loqui, vt quid facturi essent pręcognoscerent. *Vt loqueretur dominus.*

Quis hic vocatur dominus, & an glos. ordinaria in hoc sit vera. Quæst. IX.

DICIT glo. ordinaria interlinearis, ꝙ qui vocatur hic Dñs est Deus pater. Sed dicendũ, ꝙ illud nõ pertinet ad sensum literalem. nã non est verum, ꝙ Deus pater, aut filius, vel Spiritus sanctus locutus fuerit, quia qui loquitur hic, non est Deus, sed Angelus loco Dei, vt statim dr̃. ideo non est facienda distinctio inter personas quæ illarũ loquatur. Sed dato, ꝙ diuinę personæ sm esse diuinũ loquerentur: non poterat loqui vna diuina persona, quin loqueretur alia, quia istę sunt actiones nõ notionales, ideo communes oportet esse tribus personis, iõ non poterat loqui Deus pater, quin Filius, & Spiritus sanctus loquerentur. Neq; obstat, ꝙ vox patris audita est super Christum. Matth. 3. & Luc. 3. ca. quia ista vox nullius personę diuinę erat, sed cuiusdam Angeli nomine solius Dei patris, & non alterius personæ, vt declarabitur Matth. 3. c. Sed dicendum, ꝙ illa glo. loquitur mystice, & non ad literam, & nomine Dñi. dicit intelligi patrem, eo ꝙ statim adiungit noĩe Iosue intelligi filium, quia cum dr̃, vt loqueretur Dñs ad Iosue. dicit gl. vt loqueretur ad Iesum filium Dei. & tñ qa inter loquentem, & eũ ad quẽ fit locutio est distinctio personarũ, necesse est, ꝙ si fit locutio ad filium Dei, ipse loquens solũ sit pr̃. Et tñ sm veritatẽ nihil horũ ęrat, qa neq; q loquebat̃ erat Deus pr̃, neq; ille ad quẽ locutio fiebat erat filius, sed erat Iosue ad quẽ fiebat ista locutio ex parte Dei. Sed fuit occasio gl. vt sic diceret: qa Iosue vocatur Iesus in Hebręo, & hẽt vere idẽ nomẽ, qđ Saluator nr̃, & cũ eisdem lr̃is, & pronunciatione, iõ in alijs trãslationibus Biblię de Gręco in Latinũ, q̃ apud antiquos innumerabiles erant, vt dicunt Hieronym. & August. ponit Iesus vbicunq; nr̃a translatio dicit Iosue. vnde sm alias trãslationes dicet in lr̃a, vt loqueret̃ Dñs ad Iesum. & sic gl. occasione noĩs in mystico sensu, dixit ad Iesum filiũ Dei. Multa huiõi ꝯtinet gl. illa, de qbus non curamus, quia sunt in sensu mystico. nos aũt solũ literalẽ ꝓsequi intendimus, & tñ q̃dã illorum interdũ parũ sapientibus dubium faciunt, an in sensu lr̃ali, vel in mystico dicant̃, sed ea prudens lector aduertat. Considerandum aũt circa hoc, ꝙ iste q loquebatur non erat Deus, sed Angelus eius. Deus quippe nulli loquit̃ nec vnquam locutus est. nam voces formare nõ põt, qa actio Dei eo, ꝙ æterna est simul tota est, iõ nõ põt formare vocẽ q̃ cum successione, & motu est. hẽ nõ põt eam creare, quia vox creabilis nõ est, qa essentia sua est in successione partiũ syllabicarũ, sicut motus ꝯsistit in successione partiũ, & est ĩpossibile motũ

Determinatio.

abstrahi

Deus non potest formare voces. *uiem liter in ic et p ie ipsi*

abstrahi a successione. manifestũ est ergo nullo modo Deum posse formare vocem, & consequenter, ꝙ nulli locutus sit. De hoc latius disputatum est Exo.23. & 25. & Leui.1.c. Sed dicendum est, quòd iste qui loquebatur, erat Angelus Dei qui in sacra Scriptura Deus sępe appellatur, vt declarauimus Exo.3. & 19. Potissime, quia loco Dei verba proferebat, ideo Dei nomine potest appellari. Si quis vero de Christo arguat qui verus Deus erat, & tamen loquebatur. Respondendum est, vt declaratum fuit Exo.23. & in dictis c.

An locutio Dei ad Iosue fuerit in voce, vel per somnium. Quæst. X.

QVAERET autem quispiam de ista locutione Dei ad Iosue, an fuerit in reali apparitione, vel per somnium, aut quomodo. Aliqs respondere posset, ꝙ ista locutio Domini ad Iosue fuerit in vigilia, s. quia Angelus qui erat sup arcam inter duo Cherubin loquebatur. sic enim iterũ factum est ad eum, quãdo iacuit coram arca conspersus puluere caput, & locutus est ei dominus, ꝙ Israel furatus fuerat de Anathemate, vt patet infra.7.c. Sed dicendum est, ꝙ iste modus applicari non potest, quia nemini loquitur Deus de propitiatorio, nisi cum intrat ad inquirendum oraculum ab intentione. De Iosue autẽ non videtur sic hic, quia significatur, ꝙ Deus venerit ad loquendum ei, & nõ, ꝙ ipse inquireret a domino oraculum. nã aliter diceretur, ꝙ Iosue locutus est ad dominum, & Deus respondit ei. Aliquis dicere posset istam locutionem aliter fuisse factã, s. ꝙ Iosue dixit sacerdoti magno Eleazaro, ꝙ inquireret pro eo a domino oraculum quid agendum esset, & Deus respondit Eleazaro, & Eleazarus Iosue. sic enim iusserat Deus fieri, s. vt Eleazarus consuleret dominum pro Iosue. vt patet Nume.27. cum dicit tolle Iosue filium Nun virum in quo est spiritus sapientię. & postea sequitur. pro hoc si quid agendum fuerit Eleazar sacerdos consulet dominum. Ad verbum eius ingredientur, & egredietur ipse, & omnes filij Israel cum eo. Sed non stat iste modus, sicut nec præcedens. qm ad hoc oportebat, vt Iosue consuleret Dominum, & tamen non videtur hic, ꝙ Iosue per se, vel alius pro eo consuleret Dominum, sed ꝙ Dñs ad loquendum veniret.

Item quia si Eleazarus sacerdos consuluisset Dominum pro Iosue, poneretur aliqua quæstio ad quam Deus respondisset. Sed nihil tale ponitur, sed quędam confortatio, & admonitio de custodienda lege. ergo non respõdit Deus hic ad aliquid, sed ipse locutus est nõ inquisitus. Hoc autem poterat esse duobus modis. vno modo, ꝙ appareret ei in somnijs, & loqueretur, & iste mod⁹ apud alios fuerat: sicut patet de rege Abimelech cui apparuit dominus per noctem ne tangeret vxorem Abrahę, vt patet Gene.20. sic etiam, & in prophetis est. nam quibusdam per somnium nocturnum reuelatio fit, vt patet Nume.12.ca.s. siquis inter vos fuerit propheta domini ĩ visione apparebo ei, aut per somnium loquar ad illum. Danieli quoque aliqñ fiebant visiones per somnium. vt patet Dani.7.s. anno primo Balthasar regis Babylonis Daniel somniũ vidit. visio autem capitis eius in cubiculo suo, & sic multotiens in eodem libro. Alio modo esse poterat ista locutio per vigiliam, sicut consueuerat loqui dominus ad Moysen, vt patet ex processu pentateuchi, ipsi quoque Iosue in visione vigiliarum aliqñ locutio facta est, vt patet infra 5.c. cum dicitur, cumq; esset Iosue ĩ agro vrbis Iericho, leuauit oculos suos, viditque virum stantem contra se, & euaginatum tenentẽ gladium, perrexitq; ad eum, & ait. noster es, an aduersariorum? cui rñdit. nequaq̃, sed sum princeps exercitus

A Domini, & nunc venio. Vtroq; igitur horum duorũ modorum dici potest de Iosue, ꝙ locutus fuerit ei dominus, sed verisimilius est, ꝙ isto secũdo modo, cum postea similiter ei locutum legamus, & nunquam p visionem nocturnam. *Ministrum Moysi.* Vocatur Iosue minister Moysi, idest qui quondam ministrabat Moysi. erat enim puer eius. sic patet Exo.33.c.s. cumque ille reuerteretur in castra, minister eius Iosue filius Nũ non recedebat de tabernaculo. & ob hoc sequebatur Iosue Moysen quocunq; iret. vnde & in montem ascendit cum ipso, & mansit ibi in aliqua parte inferiori montis, qñ iuit pro tabulis legis, vt patet Exo.34.ca. & postea descendit cum Moyse descendẽte, vt patet Exod.32. diligebatq; eum Moyses valde, quia erat vir

B industrius, & in cunctis prospere agens. *Moyses seruus meus mortuus est.* Ecce vocat Deus Moysen seruum suũ post mortem. Ex quo conuincitur, ꝙ tunc eum acceptum habebat. ergo non erat ęternaliter damnatus, sicut insipientissimi quidam arbitrantur, & istud ponitur tanq̃ causa eius quod sequitur, s. quia Moyses seruus meus mortuus est, surge & transi Iordanem, s. dirigẽdo populum, quasi dicat, si Moyses superuiueret non erat necesse, quòd tu introduceres populum, sed quia mortuus est, surge tu ad regendum pro eo.

Quare sacra Scriptura dicit Moysen mortuum, & eum esse seruum Dei. & an opi. histo. schola. sit vera. Quæst. XI.

C DVBIVM est quare dr̃ hic Moyses seruus me⁹ mortuus est. Dicendum ꝙ vt aliqui volũt, fuit ad tollẽdum duos errores. Primus est, quia aliqui putauerunt, ꝙ Moyses non fuerat mortuus, sed dixerunt eum raptum in cęlum, vel in paradisum Dei, sicut fuit Enoch. Gen.5.c. vel Elias 4.Reg.2.capi. & ad hoc fuit motiuum, quia non viderunt Israelitę morientem Moysen: neq; etiam sciuerunt locum sepulchri, sicut dr̃ Deute.34 c. sepeliuit eũ Deus in valle terrę Moab ꝯ Phegor, & non cognouit homo sepulchrum eius vsq; ad præsentem diem, & sic cum nemo viderit eum mortuũ, neq; cognouerit sepulchrum eius, potuit putari raptus a Deo. Sed dicẽ

D dum, ꝙ non dubitatum fuit hoc a Iudęis. quia non potuit rõnabiliter dubitari, quia de morte Moysi multa testimonia extabant. Primo, quia qñ ad aquas ꝯdictionis Moyses non laudauit Deum, iussit Deus, ꝙ moreretur ante introitum in terram Chanaan Num.20. c. s. dixit Dominus ad Moysen, & Aaron, quia non credidistis, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, nõ introducetis hos populos in terram, quã ego dabo eis. & tũ Aaron mortuus est paulopost hoc Nu.21. ca, ergo de Moyse idem dicendum est. Secundo, quia scriptura asserit Moysen ante hoc mortuum Deute.34.c.s. mortuus est Moyses seruus dñi in terra Moab. Aliquis dicet, ꝙ de hoc non constabat, qa ista litera non fuit scripta per Moysem, quia ipse non scripsit de morte sua, sed postea fuit addita per Esdram, & sic tpe istorũ Hebręorum non erat, qñ scripta fuit litera huius libri. &

De morte Moysi nullus poterat dubitare pp ix rationes.

E ita ex hoc non ꝯstaret de morte Moysi. Dicendum, ꝙ non est certum, an Esdras istud scripserit, vel Moyses viuens, quia certum est, ꝙ poterat scribere Moyses de morte propria, quia erat propheta, & reuelaret Deus ei ista, sicut rem pręteritam, & sic posset scribere. Tertio patet, quia dato, ꝙ ex hoc non ꝯstaret, sunt alia clara testimonia, vt Num.27.c. cum Deus vellet cõstituere principem ipsum Iosue, vocauit populum, & exposuit causam quare ille cõstitui deberet, s. dixit Dñs ad Moysen, ascende in montem istum Abarim, & contẽplare, & vide terram, q̃ daturus sum filijs Israel. cumq; videris eam, ibis tu ad populum tuum, sicut iuit frater

tuus

tuus Aaron.& tñ certum est, ꝙ Aarō mortuus fuerat Nume.21.c.ergo, & Moyses mortuus est. Et non potest dici, ꝙ populus ignorauerit istud dictum esse ad Moysem, quia aliàs non haberet Moyses causam cōstituendi Iosue in principem loco sui: nisi exprimeret populo, ꝙ ipse moriturus erat, & Deus iusserat illud, & ita sciret illud populus. Maxime quia hoc exprimitur ibi Nume.27.c.s.ꝙ imposuit Moyses manus sup̄ Iosue, & replicauit cuncta quę dixerat Dominus, & ita de morte sua dixit. Quarto: quia iterum dixit hoc Deus Moysi Nume.31.ca.vlciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populū tuum, idest vindica illos antequam moriaris, quia colligi ad populum suum est mori. talis est modus loquendi scripturę. nam cum diceret de Abraham, ꝙ mortuus est, dixit ꝙ congregatus est ad populum suum Gene.25.c. Et de Isaac dicitur, ꝙ appositus est ad populum suum. Gene.35.ca. De Iacob eodem modo dr̄ Gene.49.c.iō iste modus locutionis est ad signandum mortem. & sic dixit Deus ad Moysem, ꝙ iret ad populum suum idest moreretur. Quinto patet, quia Deut.31.cap. dixit Moyses ad totum populum, ꝙ Deus dixerat illi, ꝙ nō transiret Iordanem, & tunc confortauit Iosue ad principandum. ideo sciret ex hoc populus, ꝙ Moyses moriturus erat cum non esset transiturus Iordanem, quia tunc transiret cum eis cum esset dux eorum.

Colligi ad populum suū est mori.

Aliæ quatuor rationes quibus Moysi mors probatur. Quæst. XII.

ADHVC sunt manifestiora testimonia ad hęc. Et patet sexto, quia Deut.31.c.dr̄, ꝙ ait De⁹ ad Moysen, ecce prope sūt dies mortis tuæ voca Iosue, & sta in tabernaculo testimonij, & dixit Dominus ad Moysen: ecce tu dormies cū patribus tuis, & populus iste consurgens fornicabitur. ergo notificabatur hic mors Moysi. Septimo adhuc patet, quia eod.c. confessus fuit hoc Moyses coram Israelitis, qñ contestabatur eis mala quę ventura erant, s. scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. adhuc viuente me, & ingrediente, & egrediente vobiscum semper contentiose egistis contra Dominum: quanto magis cum mortuus fuero? & ita cōfitebatur mortem coram toto populo. Octauo patet, adhuc certius, quia Deut.4.ca. congregato toto populo dixit Moyses. ecce moriar in hac humo, & non trāsibo Iordanē. vos autem transibitis, & possidebitis terram egregiam. ideo iam nemo de morte Moysi dubitare posset. & ideo qñcūq; post hoc Iudæi scirēt Moysen absentem, crederent eum mortuum. Deus igitur completis his dixit ei, ascende in montem istum Abarim, & morere in monte, & iungeris patribus tuis, sicut mortuus est Aaron in monte Hor. Deute.32. & ideo post hoc ascendit Moyses in montem iubente Deo, & ibi mortuus est, atque sepultus in valle terræ Moab. Deut.34.c. Nono adhuc magis istud confirmatur, quia Israelitæ fleuerunt Moysen, vt mortuum triginta diebus Deut.34.capitu. quomodo ergo dubitarent ipsi, an mortuus esset ille, pro quo velut pro mortuo triginta diebus flebant fm̄ consuetudinem celebrium exequiarum? nam tot diebus fleuerūt pro Aaron quem sciuerunt vere esse mortuum Nume.21.c.

Opinio reprobatur quam affert historia scholastica de morte Moysi. Et quod hic liber a Iosue non fuit scriptus. Quæst. XIII.

DICENDVM ergo, ꝙ non poterat esse dubium apud Hebræos an Moyses mortuus fuisset. Dicit tñ historia scholastica, nota: quia cum dixit domi-

F nus, mortuus est Moyses, sugillauit errorem quorundam dicentium Moysem raptum esse cum Helia, & Enoch, quia nullum vestigium mortis eius relictum est. Sed dicendum istam opinionem esse erroneam: vt patet ex dictis. Et motiuum non est conueniens, si quis vellet certificare Israelitas de morte Moysi per scripta huius libri, quia non fuit liber iste scriptus per Iosue statim post mortem Moysi, immo neq; scriptus fuit vnquam per Iosue: cum in eo contineantur multa quæ fuerunt post mortem Iosue, sed fuit scriptus p̄ Samuelem prophetam: vnde non poterat scriptura ista tollere dubium si nasceretur de morte Moysi, cū illud deberet tolli in illis qui fuerūt post mortē Moysi statim, quia in illis poterat esse hoc dubiū, & tñ scri-

G ptura ista fuit multo post scripta. Sed dicendum, ꝙ si tale dubium insurrexisset in Israelitis qui fuerūt tempore Moysi, poterat melius istud dubium aliter tolli, s. non per scripturam libri huius, sed per locutionem Dei factam ad Iosue quæ fuit post mortem Moysi, sicut dr̄ hic, & factum est, vt post mortem Moysi loqueretur dominus ad Iosue. & fuit pauco tempore ista locutio post mortem Moysi, vt declaratum fuit supra q.4. & dixit tunc Deus ad Iosue. Moyses seruus meus mortuus est, tunc Iosue certificaretur de morte Moysi, & ipse certificaret Israelitas de Moysi morte per id, quod ei dixerat Deus. & tñ nulla dubitatio erat apud Israelitas de morte Moysi, ideo neque certificatione circa hoc opus erat.

H *Responsio ad motiuum historiæ scholasticæ de morte Moysi. Quæst. XIIII.*

MOTIVVM etiam, quod allegant non est ꝯueniens, s. ꝙ putarent eum raptum, & non mortuum, quia non inueniebant illum, neque signum aliquod sepulchri eius. Primo quia istud haberet aliquem colorem si nihil pręcessisset notificans mortem Moysi, & tamen multa præcesserant, q̄a ipse sępe dixerat Israelitis, ꝙ moriturus erat, & ꝙ statim moreretur, vt patet ex dictis supra q.11. & 12. ideo etiam si nulla alia vestigia mortis eius inuenirent, sufficienter eis constare deberet Moysen esse

I mortuum. Secundo: quia ꝙ Israelitę nō vidissent mori Moysen, aut mortuum, nō faciebat eis dubitare de morte eius: quia ipsi non viderunt Aaron mori, neq; mortuum: quia Eleazarus, & Moyses soli affuerūt cū moreretur in monte Hor Nume.21.c. & tñ cognouerunt Israelitę certissime mortuum esse Aarō, & planxerunt eū eod.c. Nec valet si dicas, ꝙ Moyses, & Eleazarus descendentes de mōte certificauerunt eos, quia antequam isti aliquid dicerent Israelitę videntes Eleazarum indutum vestibus patris cognouerunt mortuum, & planxerunt, vt colligitur Num.21.c. sicut ergo illud signum erat eis sufficiens, cum nulla alia prę nunciatio facta fuisset de morte Aaron, a fortiori cū de morte Moysi totiens per Deum, & per ipsum dictum fuisset populo, certū signum eis esset ad cognoscendum Moysen esse mortuum, qñ eum viderēt ab-

K sentem, & non putarent raptum. Tertio quia non inueniri sepulchrum Moysi non erat sufficiēs motiuū ad credendum eum raptum esse, quia Deus fecit hoc ex causa, vt Israelitę non haberent causam idolatrandi cognito sepulchro eius. Ideo sepulto Moyse Sathanas qui sciebat sepulchrum eius, volebat illud reuelare Iudæis, vt peccandi occasionem haberent, sed Michael Archangelus impediuit eum, increpans & dicēs, imperet Deus in te Sathan, vt patet in Epistola Iudę. & ideo Deus voluit, ꝙ nullus esset pręsens morti eius neque sepulchro. Et verum est, ꝙ si nihil præcessisset in quo mors Moysi pręnunciaretur; poterāt ali-

Quare Deus voluit, ꝙ sepulchrum Moysi nō appareret.

qualiter

qualiter dubitare Hebręi, an raptus esset vel mortuus, tñ multa pręcesserant quę hoc ostendebant, cum ipse sępe hoc dixisset, vt patet s.q.11.& 12.ergo ēt si nō inueniretur sepulchrum eius, non deberet credi raptus sed mortuus. Quarto quia si deberet rapi Moyses, deberet prius denunciari, vt cognosceretur. nam ita factum fuit de Helia qñ raptus est: nā cognouerunt hoc filij prophetarū, & annunciauerunt illud Heliseo discipulo eius, & postea illud vidit, Heliseus cum raperetur, & clamabat ad illum 4.Reg.2.c. Sed de Moyse nihil prenunciatum erat quantū ad raptum, ergo non poterāt hoc verisimiliter credere, vel suspicari, quod Moyses raptus fuisset, sed potius, ꝙ mortuus esset, qa ad hoc pręcesserant multa signa, vt dictum est.

Determinatio dubij, verborum antecedentium, scilicet, quòd Moyses mortuus est. Quæst. XV.

DICENDVM ergo, ꝙ ista verba, s. Moyses mortuus est: non dicta fuerunt ad certificādum de morte Moysi quasi Israelitę putarent eum raptum, sed dicta sunt ad ostendendam cām sequētium. Nam Deus volebat, ꝙ Israelitę transirent Iordanem, & transituri erant cum duce suo, quia ibāt ad bellum, & ita dixit Deus Iosue, surge: & transi Iordanem istum tu, & omnis populus tecum. & tñ ante hoc semper fuerat Moyses dux, & ipse pręcedebat populū. Si aūt ille viueret, ēt ipse pręcederet, & non Iosue. vt ergo ostendatur, ꝙ Iosue deberet precedere, dictum est Moyses mortuus est, idest, quia ille mortuus est oportet, ꝙ tu pręcedas. Qđ autē dicit historia scholastica dictum esse hoc ad certificādum de Moyse an raptus esset, vel mortuus cum putaretur raptus. Dicendū, ꝙ sequitur opinionem quorundam habētiū paucam auctoritatem. Motiuū quoque suum leuissimum est, quia satis manebant probationes sufficientes mortis Moysi, licet sepulchrū eius a nullo sciretur, & nemo eum vidisset morientem, vt ostendimus.

Quare sacra Scriptura appellat Moysen seruum Dei, & an fuerit damnatus. Quinimmo quod Deus in multis eum magnificauit. Quæst. XVI.

QVOD autem dicebatur de alio dubio, s. quare dr̄ Moyses seruus, & ꝙ dicatur ad tollendum opinionē illorum, qui dixerunt Moysen fuisse damnatum, quia irritauit Deum ad aquas ꝯtradictionis non satis stat. Primo: quia tunc satis staret semel post hoc dici, ꝙ Moyses erat seruus Dei, quia tunc tollebatur dubium. & tñ non fit sic, sed sępissime in isto libro, & in alijs qñ fit locutio de Moyse vocatur seruus Dei. & maxime fit hoc, qñ introducitur Deus loquens de ipso Moyse. nam vocat eū seruum suum, ideo non fit ad tollendum istud dubium, sed ad aliquid alterum. Secundo quia etiam si peccauerit Moyses ad aquas contradictionis, nō māsit semper in peccato illo, sed expiatum fuit peccatum illud quantum ad culpam, vel maculam, licet manserit quātum ad quendam reatum pęnæ. nam Deus pro hoc fecit, ꝙ non introiret in terram Chanaan vltra Iordanē Num.27.& Deut.4.c.& hoc sufficiebat ad hoc, quod Moyses esset seruus Dei, quia esse obligatū ad pęnam non tollit charitatem, neq; facit aliquem non esse seruum Dei, sed manere in culpa, vel macula peccati. Qđ vero Moyses post peccatū illud fuerit acceptus Deo, sicut prius, satis patet: qa ita loquebatur ei familiariter sicut prius, vt patet Num.a c.21.vsq; ad finem. & p totum Deut. ēt quia post hoc Deus dedit Israelitis p manum Moysi magnificas victorias, s. ꝯ regem Sehon, &

Obligatio ad pęnam non arguit non esse in charitate, sed manere ī culpa.

A regem Og Chananæos Num.21. & Deut.2.& 3.c.ēt ꝯ Madianitas Num.31.& postea dedit ei Deut. legis, & dedit ei verba cantici ꝯ Israelitas, vt patet Deut.31. & 32. Etiam Deus honorauit eum valde post hoc in morte sua. nam dr̄ Deut.34.ca. ꝙ Deus sepeliuit eum in valle terræ Moab. & istū honorē non legitur fecisse alijs, ideo ante mortē, & in ipsa morte apparuit Moyses, vt seruus Dei, & vt ei valde acceptus, & non sicut aliquis qui deberet puniri ęternaliter, & sic non diceretur istud ad tollendū illam dubitationē. Tertio patet adhuc manifestius, quia si post mortem solū Moysi dixisset Deus de Moyse, ꝙ erat famulus eius; posset putari, ꝙ dicebat ad tollēdum istud dubium: & tñ dū Moyses viueret dicebat hoc Deus de illo, vt patet Nu.
B 12.c.s. at non talis Moyses seruus meus. ergo cum, ita diceretur in vita, non fuit dictum post mortem ad tollendum istam dubitationem. Dicendū igitur, ꝙ non fuit dictum hoc ad tollendum aliquod dubium de salute, vel damnatione Moysi, sed solū fuit dictum ad laudem eius, quia scriptura vult laudare eum, eo ꝙ ipse fuit valde excellens. Deus enim magnificauerat eū in multis: tam ī familiaritate locutionis diuinę, quam in operatione miraculorum, & prodigiorum, quàm in magnitudine meritorū. & de omnibus his laudat eum scriptura. quia Deus non voluit, ꝙ laudes eius tacerentur cum in illis magnificaretur Deus. De primo patet Deut.34.c.s. & non surrexit vltra propheta in Israel, sicut Moyses, quem nosset dn̄s facie ad faciem
C in omnibus signis atq; portentis, quę per eum misit, vt faceret in terra Aegypti. De alijs patet Num.32.c. s. at non talis seruus meus, idest non est talis, sicut alij, sed multo excellētior illis. & sequitur qui in omni domo mea fidelis est, idest nullus est fidelis mihi, sicut ipse inter omnes seruos meos, & sequitur, ore ad os loquor ei, & palam, & non per ęnigmata Deum videt. & sic erat excellentior omnibus in ista familiaritate colloquij. Etiam erat excellens in meritis, & virtute. quia dr̄ eo.c. Moyses erat vir mitissimus super omnes hoīes, qui morabantur in terra. ideo ad ostendendum istam excellentiā Moysi tam in vita quam post mortem, vocat scriptura Moysen famulū Dei, siue Deus loquatur ex seipso, sicut nunc, siue scriptura loquatur
D ex se. sunt ergo ista ad laudem Moysi, & nō ad aliquā excusationem eius. de his diximus supra q.6.& 7. *Surge, & transi Iordanem.* Ex hoc patet, ꝙ Deus locutus fuit ista Iosue post mortem, & planctum pro Moyse. nam Deus iussit Iosue, vt surgeret inde, s. ꝙ moueret castra de mansione in qua erat vsq; ad transitum Iordanis, & Iosue immediate obediuit, vt subiungitur. ergo vr̄, ꝙ factum fuit post finitum planctum pro morte Moysi, cum dicat lr̄a Deut.34. ꝙ completi sunt dies 30. pro planctu in morte Moysi. potissime, quia Deus non iuberet, vt recederent Israelitę de loco illo vsq; ad finē planctus, quia volebat, vt Moyses defunctus ab Israelitis in hoc honoraretur. Nicolaus aūt dicit, ꝙ ante cōpletum terminum planctus per aliqđ tp̄s Israelitę recesserunt de illa mansione, exploratores quoq; prius
E missi sunt quàm compleretur, & hoc magis probare nititur infra sequenti c. sed ibi de hoc dicetur quòd stare nequit. *Surge, & transi Iordanem.* Non est sensus, ꝙ Iosue tunc iaceret, & Deus iuberet ei, vt surgeret ad transeundum. sed est modus sacrę scripturę: ꝙ cum qs non agebat, & postea agere incipit, surgere dicatur, qa ab ocio in actionem surgit. ēt dr̄ egredi, idest exire in actum, quamquam non sit ibi vlla quęuis egressio, vt patet Exo.2.c. per ibi declarata. Et quamquam Deus iuberet, vt Iosue trāsiret Iordanem, non tamen iubebat, vt immediate transiret, qm̄ prius ad transeundum parari debebant. & sic Iosue fecit, vt patet infra, iubēs vt diceretur per medium castrorum pręparate vobis

Determinatio auctoris.

cibaria,

cibaria, qm̃ post diem tertium transibitis Iordanem. Ideo sensus huius dicti est, surge & transi Iordanem, idest incipe te præparare ad transeundum Iordanem. *Iordanem istum*. Dixit hoc per demonstrationem qm̃ Iordanis erat apud mansionem illam in qua tunc erãt Israelitę. quod patet, quia qñ Israelitę recesserunt de mansione illa in qua tunc erant, per noctem recesserunt,& peruenerunt vsq; in Iordanis fluenta.vt patet Iosue 3.c.Item patet hoc Num.3. vbi ponitur catalogus mãsionum,quia ibi in fine dr̃. ꝙ castrametati sunt in campestribus Moab super Iordanẽ contra Iericho, & hoc erat in quadam mansione quę vocatur Bethsimon. inde vero recesserunt in Belsethim ad planiora loca Moab.ergo vr̃, ꝙ erat ista mansio multum coniuncta Iordani: ea autem quæ coniuncta sunt, digito monstrari possunt. *Tu, & omnis populus tecum*. Ad Iosue loquitur principaliter:quia ipse erat dux populi,& dux est eminenter totus populus. Et dr̃ omnis populus qui tecũ est,idest sub custodia tua, quia Deus tradiderat Iosue ad dirigendum Israelitarum populum per manum Moysi confirmantis, & corroborãtis eũ, vt patet Deute.3.& 31.& Nume.27.Ideo omnes cum eo esse dicebantur. *In terram quam ego dabo filijs Israel*. Quia terram septem gentium quę erant vltra Iordanem Deus traditurus erat Iudeis.& dr̃ ipse traditurus, quia licet ipsi Iudæi pugnauerint contra gentes illas, & deleuerint eas,non ipsi hoc fecerunt, sed Deus qui illis robur conferebat. ipsi quippe tanta agere non suf fecissent,vt patet Deute.8.c.s.ne diceres in corde tuo fortitudo mea,& robur manus meę hæc mihi omnia pręstiterunt, sed recorderis domini Dei tui:ꝙ ipse vires tibi prębuerit, vt impleret pactum suũ, & ipse misit terrorem in gentes illas, vt fugerent a facie Israelitarum.vt patet Exo.23.Et non solum dedit terrorem, sed etiam misit crabrones,qui occiderẽt eos,qui euaderent de manu Israelitarum, cum dr̃.timorem meũ mittam in precursum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris:cunctorumq; inimicorũ tuorum coram te terga vertam, emittẽs prius Crabro nes qui fugabunt Heueum antequã introeas.& Deut. c.7.dr̃.insuper & Crabrones mittet dominus Deus in eos donec deleat omnes,atque disperdat qui te fugerint,& latere potuerint.

An solum terra quæ erat vltra Iordanem, dicatur terra promissionis. Et an Moyses intrauit in eam.
Quæst. XVII.

EX hoc arguunt quidam, ꝙ terra quę erat vltra Iordanem quam nunc Israelitę ingressuri erant, dicebatur solum terra promissionis. nam de hac dicit Deus, ꝙ ipse hanc daturus esset Israelitis, sed ipse daturus erat terrã promissam, hęc ergo duntaxat erat terra promissionis. Itẽ patet hoc,quia Deus dedit in pęnam Moysi, ꝙ videret a lõge terram promissionis,sed non intraret in eam, ipse tñ intrauit in totam terram vsque ad planiora Iordanis terrę Moab,s.in mãsione quę vocatur Belsethim: ibi enim mortuus est iubente domino, & sepeliuit eũ Deus in valle terræ Moab, quod patet: quia Israelitæ manserunt 30.dies plangentes mortem Moysi, vt patet Deut.34. Et cum recesserunt finito planctu dr̃, ꝙ recesserunt de Belsethim,vt patet sequen.c.& infra 3. ergo ista quę erat vltra Iordanem, erat terra promissionis.Item patet, quia Aaron, & Moyses in eodem peccauerunt delicto ad aquas contradictionis in Cades deserti Sin, & eadem pęna eis data est. sed Aaron data est pęna, ꝙ non intraret in terram promissionis. ergo neq; Moysi concessum est introire. patet Nume.20.c.s. pergat inquit Aaron ad populos suos; non

F enim introibit terram quam dedi filijs Israel, eo ꝙ incredulus fuit ori meo. Ad hoc responderi posset, ꝙ Moyses introiuit in terram promissionis. nam terra promissionis dicitur quęcunq; a Deo Israelitis in hæreditate promissa est,sed constat, ꝙ Moyses introiuit in aliquam partem terrę huius.ergo introiuit in terrã promissionis, & hoc constat quomodocunq; accipere velimus terram promissionis. Nam si dicamus terram promissionis totũ quod promisit Deus Abrahę: manifestum est, ꝙ Moyses introiuit ĩ terram promissionis,ei quippe gentes decẽ promisit, & tñ inter eos erant gentes quas occupauerant Israelitę ante mortem Moysi,vt patet Gen. 15.cap. ibi quippe dr̃ de Raphaim, idest gigantibus, & tñ terra regis Og contra quem pugnauerat Moyses, & cuius regnum occupa-

G uerunt Israelitę,erat terra gigantum,qui Hebraice vocãtur Raphaim, sic patet Deut.3.c.s.solus quippe Og restiterat de stirpe gigantum.& in Hebræo dicitur de stirpe Raphaim, ergo terram Raphaim acceperant.

Item terra regis Og, erat terra gigantum, quia Og erat rex Basan, vt patet Deut.3.& tñ ibidem dicitur, cuncta Basan vocabatur terra gigantum.& in Hebręo dicitur terra Raphaim, hanc autem cepit Moyses, vt patet eod.c.& Num.21. ergo introiuit in terram promissionis. Si autem accipiatur aliter terra promissionis prout est terra septem populorum, vt patet Deut. 7.& sępe in alijs libris Moysi: Adhuc introiuit Moyses in terram promissionis, quia inter hos septem populos computatur Amorrheus, & tñ in terrã Amor-

H rhęorum introiuit Moyses,quia introiuit in regnum regis Sehõ,& regis Og,& hos duos reges Moyses deleuit,atque eorum terram cepit, isti tamen duo reges erant Amorrhei,vt patet sequẽ.c. s. audiuimus, ꝙ siccauerit dominus aquas maris ad vestri introitum,qñ egressi estis de Aegypto, & quid feceritis duobus regibus Amorrhęorum, qui erant trans Iordanem Sehon,& Og,quos interfecistis. Et Deut.3.c.dicitur tulimusque illo tempore terram de manu duorum regũ Amorrhęorum,& dicitur de Og rege Basan,& de Sehon rege Esebon. Apparet igitur, ꝙ introiuerit Moyses in terram promissionis, quia introiuit in duo regna regum Amorrhęorum. sed non introiuit in totã

I terram promissionis, quia non transiuit Iordanem. Ideo qñ de ipso dr̃, ꝙ nõ intrauit in terram promissionis,debet intelligi, ꝙ non introiuit in terram vltra Iordanem. & ideo non est proprius modus loquendi, quòd non introiuerit Moyses in terram promissionis, sed quòd non introiuerit in partem terræ promissionis quę erat vltra Iordanem.

Solutio q̃stionis.

Respondit ad argumenta, volentium quod terra quæ erat vltra Iordanem, esset sola promissa Iudæis. Quæst. XVIII.

AD argumenta respondendum est. Ad primum, qñ dicitur, ꝙ illa erat terra promissionis quam Deus Israelitis traditurus erat,sed de ea quę erat vltra Iordanem dicitur, ꝙ Deus traditurus erat eam Iudæis. ergo ipsa sola erat

K terra promissionis. Respondendum est non valere ꝯsequentiam. nam quamquam de terra quę erat vltra Iordanem dicatur, ꝙ Deus erat Iudæis traditurus eã, non tamen de ea duntaxat dicitur, sed etiam de terra regum duorum Amorrhęorum, s. Og, & Sehon dicitur. Patet hoc generaliter, & specialiter. Generaliter patet Gene.15.vbi Deus pollicetur Abrahę se daturũ gentes multas inter quas computantur Amorrhei,& isti duo reges quos deleuit Moyses erant Amorrhęi. ergo terram eorum Deus dare pollicitus fuerat. Idem patet in multis locis præcedentis Pentateuchi Moysi,vbi Deus frequenter se gentem Amorrhęorum cũ alijs

alijs daturum pollicetur. patet etiam hoc ĩ speciali de quolibet horum regum duorum Amorrhęorum. de rege Og habetur Num.21.cũ pugnaturus esset Moyses contra regem Og: ait ei Deus. ne timeas eum, quia in manu tua tradidi eum, & omnem populum ac terram eius, faciesque illi, sicut fecisti Sehon regi Amorrhęorum habitatori Esebõ. Idem totaliter patet Deuterono.3.c.cum dicitur. dixitque dominus ad me, ecce cępi tibi tradere Sehon, & terram eius, incipe possidere eam. ergo ita vocabatur proprie terra horum duorum regũ terra promissionis, sicut terra quę erat vltra Iordanem. Ad secundum argumentum quando dicebatur, Deus dedit Moysi in pęnam, vt non introiret in terram promissionis. sed ipse introiuit vsque ad Belsethim quę est apud Iordanem. ergo non est terra promissionis, nisi ea quę est vltra Iordanem. Respondetur maiorem esse falsam, s. ꝙ Deus dedit in pęnam Moysi non ingredi terram promissionis. nam quamquam hoc a quibusdam vulgariter referatur, falsum tamen est, quia abutuntur hoc nomine terra promissionis, immo vt proprius loquamur ignorãt quid dicat terra promissionis. sed si volumus proprie enunciare de Moyse dicetur, ꝙ dedit ei Deus in pęnam ne ingrederetur ĩ terram promissionis quę erat vltra Iordanem. sed non in terram promissionis simpliciter.

Ad tertium cum dicitur, ꝙ Moyses, & Aaron eodem crimine peccauerunt. ergo vtrique eandem sustinuerunt pęnam. sed Aaron non introiuit. ergo neque Moyses. Respondetur, ꝙ neque eadem pęna fuit Moysi, & Aaron: nec eadem culpa. nec tantum Deus aggrauat culpam Moysi, sicut Aaron: quia vocat Aaron incredulum ori eius, vt patet Num.20.c. de Moyse tamen nunquam dictum est, ꝙ esset incredulus ori Dei vbicunq; agitur de pęna imposita ei pro hoc peccato. s. Num.27. & Deute.3. & 32. Fuit etiam inęqualis pęna, quia Aarõ mortuus est antequam accederet ad aliquã partẽ terrę promissionis, s. ante terram Amorrhęorum, & non vidit bellum factum contra duos reges Amorrhęorum Sehon, & Og, nec introiuit in terram eorum qui iam pertinebant ad reges terrę promissionis, vt patet Nume.20. vbi Aaron mortuus est, & sequenti ca.21. agitur de pugna contra duos reges Amorrhęos. Moyses autem intrauit ĩ terram regum horum, & adeptus est illam occisis regibus, vt patet Nume.21. & Deute.2. & 23. Item non tantum fuit punitus Moyses, vt Aaron: quia præter hoc, ꝙ Moyses intrauit in terrę promissionis quandam particulam, Deus ostendit ei reliquam quam non intrabat eleuãs supernaturaliter oculos eius. de quo Deut.34.c. Aaron autem neque introiuit in particulam quamcũque terrę promissionis, nec quicquam ei Deus a longe ostendit, sed simpliciter ei Deus mandauit, quod moreretur in monte Hor, vt patet Num.20.cap. Quamquam ergo Aaron non introiuit in terram promissionis, tamen Moyses introiuit, licet non totam incedens penetrauerit, sed solum vsque ad Iordanem.

Culpa & pęna Moysi, & Aarõ nõ fuit eadem.

Prima obiectio contra prædicta, scilicet, quòd Moyses non introierit terram promissionis. Et quod tribus Leui non fuit prohibita intrare terram promissionis,

Quæst. XIX.

ALIQVIS adhuc arguet, ꝙ Moyses non introiuerit in aliquam partem terræ promissionis, ita vt dici possit, ꝙ introiuerit in terrã promissionis, quia de omnibus qui erant numerati a 20. annis, & supra, eo tempore quo venerunt exploratores, & murmurauit populus in deserto Pharan, nullus introiturus erat in terram promissionis pręter Iosue, & Caleb, vt patet Nu.c.14. sed Moy-

A ses erat plurium quàm 80. annorum: quia annorum erat 80. qñ egressus est de Aegypto, vt patet Exo.7. Ergo non introiuit in terram promissionis. Rñdendum est, ꝙ illa sententia non intelligitur de Leuitis, sed solũ de alijs Israelitis, quia dicitur, ꝙ de omnibus numeratis a 20. annis, & supra nemo pręter Iosue, & Caleb introiuit in terram promissionis, tñ Leuitę non erant de computatis, vt patet Num.1. vbi computantur viri bellatores a 20. annis, & supra in omnibus tribubus, & subiũctum est de tribu Leui. tribum Leui noli numerare. nec ponas summam eorum cum filijs Israel. etiam patet hoc, quia intelligebatur illa sententia de viris bellatoribus, vt patet Num.c.26. & Deute.2. sed Leuitę non computabantur inter bellatores, vt patet

B Num.1. ergo non intelligitur de eis. sed Moyses erat Leuita, ergo non fuit sententia ista data ꝯ eum, nec contra aliquem de Leuitis, & sic potuit intrare in terram promissionis. Aliter autem argui potest contra Moysen ex eo quod hr̃ Nu.27.c.s. Dixit dominus ad Moysen ascende montem istum Abarim, & contemplare terram quam daturus sum filijs Israel. cumque videris eam, ibis ad populum tuum, sicut iuit Aaron frater tuus, quia offendistis me in deserto Sin. Ecce qualiter Deus dixit, ꝙ nõ introiturus esset Moyses in terram quam daturus erat Deus Israelitis, & ista est terra promissionis. Item patet ex eo, quod hr̃ Deute. 3.c. cum dr̃, nec enim transibis Iordanem istum, præcipe Iosue, & corrobora eum atque conforta, quia ip-

C se pręcedet populum istum, & diuidet eis terram quã visurus es. Idem arguitur ex eo quod hr̃ Deut.32.ca.s. è contra videbis eam, & non ingredieris in eam, quã ego dabo filijs Israel. & semper loquitur de terra promissionis, ergo illam Moyses visurus erat solum, & non introiturus. Rspondendum, ꝙ Moyses introiuit in terram promissionis, licet non in totam, vt supra declaratum est, & qñ supra dicebatur Num.27. contemplare terram quam daturus sum filijs Israel, & ibis ad populum tuum, idest morieris, non intelligitur de terra tota promissionis sed quadam parte eius, s. quam possessurę erant nouem tribus, & dimidia. nam terra duarum tribuum, & dimidię est ante Iordanem, & ipse ambulauerat eam, quia pugnans Israelitis subie-

D cerat. & cum dr̃ quam daturus sum filijs Israel, nõ est sensus, ꝙ nõ vidisset Moyses aliquam portionem terrę eius quam Deus dedisset, qm̃ iam viderat, sed eius quam daturus erat nullam partem Moyses introiuit. nam postquam ista verba dicta sunt, Moyses recitauit legem, & ascendit in montem Abarim, & mortuus est. Ad aliud quod habetur Deute.3. euidentior est responsio. solum enim dixit Deus, ꝙ Moyses non transiret Iordanem, & hoc verum erat, quia mortuus est in monte Abarim pertinente ad terram Moab, & sepeliuit Deus illum in terra Moab, vt patet Deute.34. c. & tñ ambulauerat quandam partem terræ promissionis, s. terram duarum tribuum, & dimidiæ. & cum dicitur, ꝙ Iosue diuisurus esset terram, quam Moyses videret: verum est, s. de terra vltra Iordanem quam

E Moyses non introiuit, ipse tñ diuisit aliquam terram promissionis, s. duabus tribubus, & dimidię. Ad id, qđ hr̃ Deut.32.c.s. videbis eam, & non ingredieris in illam, quam ego dabo filijs Israel. Respondendum, ꝙ terram quam tunc daturus erat Deus filijs Israel solũ vidit Moyses, & non introiuit in eam. vidit tñ terram quam iam dederat, & introierat in eam. Et non est dicendum, ꝙ non introiuit Moyses in terram promissionis simpliciter, sed ꝙ non introiuit in partem terrę quam datur⁹ erat Deus eo tempore quo ista verba dicta sunt. Nam si propter illam partem quam daturus erat Deus Israelitis tunc, qñ ista dicta sunt, & non introiuit in eam Moyses, diceretur non ingressus in terram

ram promissionis, etiam diceretur Iosue non ingressus in terram promissionis, quia non introiuit in omnes partes eius. quod patet, quia mortuo Iosue manserunt multę partes terrę promissionis adhuc in manu hostili, vt patet Iudi. c. 3. s. hę sunt gẽtes quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis omnem Israelem, & omnes qui non nouerant bella Chananæorum, vt postea discerent filij eorum certare, & haberent consuetudinem prœliandi, quinque satrapas Philisthinorum, omnemque Chananęũ, & Sidonium: atque Heuæũ qui habitabant in monte Libano a monte Hermon vsque ad introitum Emath. Et postea sequitur. itaque filij Israel habitauerunt in medio Chananęi, & Ethei, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi. duxeruntque vxores, &c. Ad has autem terras nõ introiuit Iosue, & tamen post eum Israelitæ acceperunt magnam partem harum terrarum. sicut patet Iudi. 1. & 18. & postea reges iudæorum acceperunt multas terras, vt patet de Saule ex processu primi libri Regum, & magis de Dauid. Vltimo autem tempore Salomonis subiectæ sunt omnes gentes terræ promissionis q̃ vsque ad tempus illud non fuerant subiectę, vt patet Paralip. 2. in ca. 8. & tamen Iosue dicitᷓ intrasse terram promissionis, vt patet Nume. 14. vbi soli Caleb, & Iosue dicuntur ingressuri in terram promissionis, & Nume. 27. & Deut. 3. & 31. atque 32. dicitur, ꝙ Iosue intraret in terram atque diuideret. non igitur dicetur Moyses non intrauisse in terram promissionis, quia quãdam eius partem reliquit in quam non introiuit.

Solum ad tps Salomonis tota terra promissionis fuit subiecta Iudęis.

Quinta obiectio contra conclusionem principalem. Et quæ sit proprie terra promissionis definitur. Quæst. XX.

SED adhuc arguetur, ꝙ nullo modo Moyses introierit in terram promissionis, quia non introiuit in terram quam Deus iurauit, vt daret Abrahæ, & Isaac, & Iacob. ergo non introiuit in terram promissam. patet, quia nulla alia vocatur terra promissionis: nisi pro qua Deus iurauit Abrahæ, Isaac, & Iacob. Quod autem in hanc non intrauerit, patet quia Deute. 24. c. dicitur. dixitque dominus ad eum: hæc est terra pro qua iuraui Abraham, Isaac, & Iacob dicens, semini tuo dabo eam: videbis eam oculis tuis, & non transibis ad illam: ergo non introiuit in terram promissionis. Respondẽdum est Moysen introiuisse in terram promissionis. & cum dicitur, ꝙ illa est terra pro qua iurauit Deus Abrahę Isaac, & Iacob, &c. Dicendum est verum esse. non tñ pro hac sola iurauit. nam cum Deus iurauerit pro terra septem gentium danda Israelitis, pro qualibet parte illius terrę iurauit. cum ergo Moyses introierit ĩ aliquam partem terrę huius, s. in terram duorum regum Amorrhæorum, introiuit in terram pro qua Deus iurauerat Israelitis. De terra quoque quę vltra Iordanem est, dicendum est, ꝙ pro illa iurauit dominus, & non introiuit in eam Moyses. non tñ sequitur, ꝙ Moyses non intrauit in terram pro qua iurauit dominus, quia arguitur a suppositione determinata ad confusam. Hoc enim modo sequeretur, ꝙ Iosue, & Caleb non introierunt in terram pro qua iurauit dominus Israelitis, quia cũ Deus iurauerat pro terra septem gentium tribuenda Iudæis, iurabat pro qualibet parte harum terrarum. sed multę partes manserunt in quas Iosue, & Caleb non introierunt, quia illę acquisitę sunt post mortem eorum tpe regum Israel. ergo quãtum ad illas partes erit verum, ꝙ Iosue, & Caleb non ingressi fuerint in terram pro qua iurauit Deus patribus eorum. sed hoc falsum est. De Caleb patet Num. 14. c. s. attamen omnes homines, qui viderunt maiestatem meam, & tẽtauerunt me iam per decem vices, nec obedierũt voci meę: non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum. nec quisquam ex illis qui detraxit mihi intuebitur eam. seruum meum Caleb qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terram hãc quam circuiuit. De Iosue patet Num. 27. & Deut. 3. & 31. ergo non debet dici de Moyse, ꝙ non introiuit in terram promissionis, quãquam non introierit in partem terrę illius quę erat vltra Iordanẽ. Quod autem introierit in aliquam partem terrę pro qua Deus iurauerat Abrahę Isaac, & Iacob patet, quia Deus promisit terram Amorrhęorum, vt patet Gene. 15. & frequentissime per totum pentateuchum, & tamen terra istorum duorum regum, in quam Moyses introiuit, erat terra Amorrhęorum, vt patet Deute. 3. & infra 2. cap. ergo introiuit in terrã promissionis. Amplius autem ista terra in qua manebant duæ tribus, & dimidia, erat terra promissionis, & Moyses introiuit in eam. ergo introiuit in terram promissionis. Secundum patet, quia Moyses distribuit terram istam duabus tribubus & dimidię, vt patet Nume. 32. & ipse pugnauit contra reges tenentes eam, vt patet Numeri 21. & Deutero. 2. & 3.

Quid proprie sit terra promissionis.

Primum patet, quia tunc diceretur, ꝙ non introierunt omnes tribus Israel in terram promissionis, & ꝙ aliquę tribus fuerunt, quę nunquam habitauerunt in terra promissionis. nemo tamen hoc confitetur qui quicquam attendat, igitur. sed hoc sequeretur dato, ꝙ terra duarum tribuum, & dimidiæ non erat promissionis.

Item si ista non fuisset terra promissionis, sequeretur ꝙ Deus daret Israelitis aliquarum gentium terrã quam non promisisset. sed hoc quoque falsum est. iõ hæc erat pars terrę promissionis, cum eam Deus Israelitis dederit. Item patet hoc ex eo quod habetur Gene. 45. ibi quidem dixit Iacob ad Ioseph, ꝙ Deus, p̃miserat ei terram Chanaan, & constituit, quòd duo filij Ioseph, s. Ephraim, & Manasses acciperẽt sortes integras, sicut Ruben, & Simeon. & tamen si terra illa in qua habitauerunt duæ tribus, & dimidia, non est de terra promissionis, non accepit Manasses sortem in terra promissionis, sicut Simeon, & aliæ tribus, quia Manasses suscepit medietatem sortis suę ante transitum Iordanis, vt patet Numeri 32. & Deuterono. 3. c. Et fortius adhuc arguitur de Ruben. nam hunc constituit Iacob tanquam principalem in sorte sua. ipse tamen non accepit sortem vltra Iordanem, sed ante transitum, vt patet in præalleg. cap. ergo non accepit sortem in terra promissionis nisi terra duarum tribuũ & dimidiæ in quam introiuit Moyses, dicatur terra promissionis. Item patet hoc ex pęna inflicta Iudæis propter murmurationem. nam dixit dominus, quòd nullus eorum videret terram quam daturus erat, & iurauerat se daturum patribus eorum, sed quod omnes morerentur antequam illuc accederent, vt patet Nume. 14. & tamen omnes isti mortui sunt, antequã ingrederentur in terram duorum regum Amorrhęorum, vt patet Deuteronom. 2. vbi dicitur. surgentes transiuimus torrentem Zaret. tempus autem quo ambulauimus a Cadesbarne vsque ad torrentem Zareth 38. annorum fuit, donec consumeretur omnis generatio bellatorum hominum de castris, sicut iurauerat dominus, & tamen post torrentem Zareth immediate est terra Ammon, & Moab simul, & inter eas est terminus duarum terrarum regũ Amorrhęorum: quod patet Deuteronom. 2. vbi Deus iubet, ꝙ Israelitę non transeant per terminos terræ Ammon, & Moab, sed per terram regis Sehon, & sic post torrentẽ Zareth immediate ingressi sunt Israelitæ in terram duorũ regum Amorrhęorum. Hoc magis patet Num. 21. c. vbi post torrentem Zareth ponitur vnica

mansio

mansio ante terram Amorrhæorum, quæ est terminus Amorrhæorum, cum dr̃. & inde mouentes venerunt in torrentem Zareth, quem relinquentes castrametati sunt ꝯ Arnon, quæ est in deserto, & prominet in finibus Amorrhæi. sed ante istum torrentem Zareth fecit Deus mori oẽs, qui murmurauerant, & dãnati erant ne intrarent in terram promissionis. Vr̃ ergo ꝙ terra duorum regum Amorrheorũ, q̃ sequit, sit de terra promissionis: alioquin non fecisset Scriptura mentionem spãlem, ꝙ Deus fecerit oẽs illos mori añ torrentem Zareth, & mortuis eis iussit Moysi, vt trãsiret torrentem. Item patet hoc ex diuisione. nam terra tota diuisa fuit in 12. sortes per 12. tribus. sed manifestum est, ꝙ non fuerunt factæ omnes sortes in terra quæ vltra Iordanem est, sed solum nouẽ, & dimidia: vt patet ex discursu libri Iosue ex cap. 15. vsque 20. Et ante transitum Iordanis factæ fuerunt duæ sortes, & dimidia: ergo ista terra etiam pertinebat ad terram promissionis. Quod autem terra promissionis diuidenda esset per omnes 12. tribus patet Numeri 26. cum enim enumeratæ fuissent familiæ omnium tribuum, & personæ: subiunctum est: istis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas. ergo inter omnes 12. tribus terra diuisa est. sed diuisa est terra duorum regum Amorrhæorum inter duas tribus & dimidiam. ergo illa erat terra promissionis.

Arguit contra prædicta, quòd terra duorum regũ Amorrhæorum non sit terra promissionis. Et an Iordanes esset terminus terræ promissionis. Quæst. XXI.

SED Contra hoc aliquis arguet, ꝙ terra duorũ regum Amorrhæorum nullo mõ computet in terra promissionis, quod patet ex terminis assignatis Num. 34. c. quia terra Amorrheorũ est ex parte Orientali ad reliquam terram, quã postea Israelitæ acceperunt, vt patet Num. 32. c. vbi Rubenitæ, & Gaditæ atque dimidia tribus Manasse dixerunt Moysi volentes possidere terram duorum regum Amorrhæorum, non reuertemur in domos nostras vsq; dũ possideant filij Israel hæreditatem suam: nec quicquã q̃remus trans Iordanem, quia iã hẽmus possessionem nostram in Orientali plaga eius, & ista terra est ante Iordanẽ. quod patet, q̃a antequã Iudei trãsirent Iordanẽ exierunt de terra duorũ regum Amorrhæorum, vt patet hic, & ĩ. 3. cap. & tñ terminus terre promissionis a parte Orientali est fluuius Iordanis, vt patet Num. 34. c. ergo extra terminos terrę promissionis. s. vltra orientalem plagam eius est terra duorum regum Amorrhæorum, & sic Moyses qui non transiuit Iordanem, nõ transiuit in terram promissionis. Ad hoc respondendum est, quòd Moyses transiuit in terram promissionis, vt supra declaratum est. Et cum dr̃, ꝙ illi termini, qui ponuntur Num. 34. c. sunt termini terræ promissionis, est falsum simpliciter assumendo, sed est sensus, ꝙ erant solum termini terræ illius, quæ assumenda erat & tradenda Israelitis, sed non terminus totalis terræ promissionis. Et patet ex litera textus: cum dicitur. cum ingressi fueritis terrã Chanaan, & in possessionem vobis sorte ceciderit: his finibus terminabitur. Ecce solum locutus est de terra quam accepturi erant, & non de terra quam iã habebant: ergo non ponebatur terminus totius terræ: sed solum eius quæ restabat assumenda. sed in partem quæ accepta fuerat Moyses intrauerat, quia ipse eam accepit pugnãs. ergo intrauit in terram promissionis: & hoc necessario tenendum est. *Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri vobis tradam*. Idest, omnis locus ad quem intraueritis, & quem calcaueritis, vester erit, quod intelligitur inter terminos terræ illius quam Deus promiserat Israelitis. Sic patet Deutero. 11. cum dicitur omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit a deserto & Libano, & flumine magno Euphrate: vsque ad mare Occidẽtale erũt termini vestri. De terra autem non promissa eis non intelligebatur: nam quamquàm transirent per eam: tñ nihil habebant, sicut de terra Idumæorum. vt patet Deuter. 2. ca. transibitis per terminos fratres vestrorũ filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos, videte diligenter ne moueamini ꝯ eos: nec enim dabo vobis de terra eorum quantum vnius pedis potest calcare vestigium. Idem præceptum ponitur de terminis Moabitarum & Ammonitarum, vt patet eo. c. Hæc sñia satis patet ex litera huius textus, quæ ponit terminos gentium, quas Iudæi accepturi erant.

An Deus hic promiserit Iudæis dominium totius orbis. Et an Salomon habuerit illius dominium: item an habebit Messias. Quæst. XXII.

DICVNT autem Iudæi quidam ꝙ promittitur hic totus orbis eorum subdendus imperio: & sic intelligũt quod habetur Gen. 49. in benedictione Ioseph: cum dicit. donec veniret desiderium collium ęternorum. In Hebræo dicitur collium seculi. s. ꝙ benedictio facta Iacob extendebatur vsque ad colles seculi. s. vsque ad fines orbis possidendi per semen eius: & hoc dicunt fuisse impletum tempore Salomonis, cui tota terra deferebat munera, & desiderabat vultum illius videre: vt patet 3. Reg. 4. cap. s. vniuersa desiderabat videre vultum Salomonis, & singuli deferebant ei munera. i. tributa ſm expositionem suam: & istud dominiũ adhuc perfectius expectant dilatandum in Christo. s. Messia quem dicunt super cunctas gentes regnaturum. Sed ista non possunt stare: quoniam conuincuntur ex textu. nam de quocunque intelligant falsum est, cum litera ponat immediate terminos vsque ad quos intelligi debeat, ꝙ tota terra quam calcarent sua esset. vlterius autem ẽt si transirent, ad eos nõ pertinebat. Sed hoc quod dicũt de dominio totius orbis, pure confictum ab eis est. Cum autem dicũt de Salomone, ꝙ dñaretur toti terræ, quis falsum esse dubitet? nã & ipse hostes habuit in senectute sua, vt patet 3. Reg. 11. Et cum dicunt ꝙ tota terra desiderabat videre vultum Salomonis, non erat hoc propter dominium eius: sed propter sapientiam. quia admirabantur omnes in sapientia, & verbis eius, & dispositione rei domesticæ eius. sicut omnibus his visis dixit regina Sabba. Beati viri tui, & beati serui tui hi, qui stant coram te semper, & qui audiunt sapientiam tuam, vt patet 3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9. ca. Quod autem dicunt de muneribus non est tanquam debitum datum Salomoni, sed dona gratis data ad prouocandum eum, vt beneuole responderet. Sic patet de regina Sabba, quæ cum venisset inquisitura a Salomone, attulit aromata multa & plurima alia dona: vt patet 3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9. c. Et ipsa a Salomone multa quoq; dona recepit: & tñ constat reginam Sabba non esse subditam Salomoni: sed de terra longinqua venisse. non ergo erat ei subdita tota terra vsque ad finem seculi. Quod etiam de Messia dicunt. s. ꝙ ipse perfectius regnaturus sit, & obtenturus omnia regna terræ. Verum est ꝙ regnaturus sit, regnum tamen eius non est de hoc mundo, vt ipse testatus est Ioan. 18. Ideo cum in hoc mundo non regnauerit: paupertatem induit. Sic enim Zacharias. cap. 9. prodit quod rex filiæ Sion, scilicet Messias quem ibi Saluatorem vocat in paupertate veniret: de quo alibi dicendi latior erit locus.

Opin. Hebræorum.

De hoc latius Gene. 49. dicit.

Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri: vester erit. Designatur hic facilitas consequendi ꝓmissam terram.s. ꝙ quãcunque terram calcatam consequerentur Israelitæ. *Sicut locutus sum Moysi*. Idest, oẽm terram illam dabo, de qua dixi Moysi, ꝙ darem: nam sæpe per Moysen Deus dixit, ꝙ traderet Iudæis terram septem gentium. Vel dicitur, sicut locutus sum Moysi, idest, locutus sum hoc Moysi, vt patet Deute. 11. cap. s. omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit a deserto, & Libano &c. *A deserto & Libano*. Hic ponuntur termini terræ promissionis, & nõ quidem totius, sed solum eius, quæ adhuc vltra Iordanẽ capienda erat: quamquàm in hoc non multum differt. Nam termini totius terræ promissionis, & terrę, quæ capienda manebat Iosue, solum differebant in terminis Orientalibus. nam in cęteris eadem erat. Orientalis quippè terminus terræ illius, quæ capienda manebat, erat Iordanis, vt patet Nume. 34. cap. Et terra Amorrhæorum erat Orientalis respectu Iordanis. s. respectu terræ capiendæ erat magis Orientalis q̃ Iordanis. Si autem accipiatur terminus totius terræ promissionis a parte Orientali, non erat Iordanis Orientalis terminus: sed id quod erat finis Amorrhæorum regnorum ex parte Orientali, scilicet, torrens Zareth, vel ea, quæ sunt coniuncta torrenti Zareth, & Arnon, vt patet Numeri 21. cap. In alijs autem terminis communicabat terra, quæ erat trans Iordanem cum terra Amorrhæorum regum, quæ erat ante transitum Iordanis.

Qui sunt termini terræ promissionis secundum diuersas assignationes, & computationes sacræ Scripturæ. Et quòd aliqui termini multis appellentur nominibus.
Quæst. XXIII.

CIRCA Hoc notandum, ꝙ Deus posuit terminos terræ promissionis quando promisit eam tradere Abrahę, & semini eius, vt patet Gen. 15. s. semini tuo dabo terram hanc a fluuio Aegypti vsque ad flumen magnum Euphratẽ, & ibi ponuntur soli duo termini terræ illius. s. Australis, & Septentrionalis. Flumen quippe Aegypti est terminus terræ illius a parte Meridiana per solitudines Arabicas. Flumen autem Euphrates est terminus a parte Aquilonis, siue Aquilonari. Nam venit per Babylonem, & terram Caldæorum, quæ est Septentrionalis, vel Aquilonaris terræ Iudæę, vt patet Hieremi. 1. s. ab Aquilone pandetur omne malum, quia ecce ego conuocabo cognationes regnorum Aquilonis, vt patet hoc dici de Caldęis destructuris Hierusalem: etiam est Euphrates aliquo modo a parte Orientis. Iterum autem Deus posuit terminos terræ huius. Exo. 23. & Nume. 34. Et iterum Deuteronom. 11. Sed differunt istæ assignationes terminorum ſm tẽpora, quibus fiebãt. nam assignatio facta Exo. 23. erat quando Iudæi erant in monte Sinai, & nondum venerant in terram promissionis, nec quicquam de ea attigerant, Ideo posuit Deus omnes terminos simpliciter terræ promissionis, non considerans de parte, quę erat ante Iordanem, vel de parte, quæ erat vltra Iordanem, & posuit terminos ex omni parte mũdi dicens. ponam terminos tuos a mari rubro vsque ad mare Palestinorum, & a deserto vsque ad fluuium. Cum dixit, a mari rubro, notauit terminum Orientalem: cũ vero dixit mare Palestinorum, designauit terminum Occidentalem: & posuit hos duos terminos oppositos. Quòd autem mare rubrum sit a parte Orientali patet. Nam Iudæi venerunt in terram promissionis de Aegypto, & intrauerunt per partem eius Orientalem. s. per Iordanem: qui est in capite Orientali terræ

F huius, vt patet Nume. 34. & tñ ante hoc steterunt circa mare rubrum. ergo mare rubrum adhuc magis Orientale est terræ promissionis, quàm Iordanis. Qñ ergo designatur hic mare rubrum pro termino terrę promissionis, necesse est, vt assignetur tanquam terminus Oriẽtalis. Aliter potest patere ex oppositione terminorum. nam hic ponũtur termini, vt sunt oppositi. Sed ꝯstat mare Palesthinorum quod hic ponitur tanquam terminus oppositus mari rubro esse Occidentalem terminum, vt patet Num. 34. & Deuter. 11. ergo mare rubrum est terminus Orientalis. Item patet hoc, quia qñ Moyses erat recitãs legem ante mortem suam in terra duorum regum Amorrhæorum, dr̃, ꝙ erat in solitudine campestri ꝯ mare rubrum qđ
G venit de superiori parte Indiæ, vt declarauimus Deuter. 1. cap. & intrat per Orientale caput Aegypti: erat hic tanquam Oriens ad terram Amorrhæorum, in qua tunc erat Moyses. Item terra duorũ regũ Amorrhęorum erat Orientalis respectu Iordanis, & terræ, q̃ est vltra Iordanem: ergo mare rubrũ quod est Oriẽtale ad terrã duorũ regum Amorrhæorum, erit magis Orientale ad terrã stãtem post Iordanẽ versus Occidentem. Quòd aũt mare rubrũ ad terrã duorum regum Amorrhæorũ sit Orientale, patet, qa cũ venirẽt Israelitæ in illam, accesserunt ad mare rubrum, non quidẽ cum de Aegypto exeuntes transierũt in mare rubrum, sed cũ accessuri erãt ad terrã Amorrhęorũ.
H sic patet Deut. 2. c. s. profecti inde. i. de Cadesbarne, de qua dictum fuerat in fine 1. cap. venimus ad solitudinem, q̃ ducit in mare rubrum: & post hoc venerũt in terram Amorrhęorum regum circuneuntes terram Seir. Item magis patet eo. c. quia dr̃. Cumq; transissemus fratres nostros filios Esau per viam cãpestrem de Elath, & Asiongaber venimus ad desertum iter quod ducit Moab. Ecce igĩt de Elath, & Asiongaber venerunt in desertum Moab, sed Asiongaber est in littore maris rubri: ergo de maris rubri littore venerunt in terram Moab. hoc patet 3. Reg. 9. ca. s. classem quoq; fecit rex Salomõ in Asiongaber, q̃ iuxta haylã in littore maris rubri in terra Idumęę, & tñ terminus Orientalis terræ Moab, & Ammon sunt simul, & inter vtrosq; est angusta frons Orientalis terræ regum
I Amorrhęorũ, quia regnum Amorrhęorũ quantum ad aliqđ est pars regni Moab. Hęc patent Deute. 2. ca. vbi cum dictũ sit, ꝙ venerint de Asiongaber Israelitæ in iter deserti Moab, iussum est ne intrarent ꝑ terram Moab, nec Ammon, sed per terram Amorrhei regis Sehon, q̃ est intermedia his: ergo mare rubrũ qđ est Orientale ad terrã Moab & Ammõ, erit Oriẽtale, & ꝓpinquũ terræ Amorrhęorũ regũ. Hæc ẽt aliqualiter colligunt̃ Nume. 21. c. Apparet ergo poni hic terminos terræ ꝓmissionis hẽre ab Oriente mare rubrũ, & includere in se terrã Amorrhæorũ regũ. Alius terminus ponit̃ mare Palesthinorũ, & est terminus terrę ꝓmissionis a parte Occidẽtali, qđ patet ex oppositione. Nã probatum est mare rubrũ esse terminum a parte
K Oriẽtali: ergo mare Palesthinorũ est terminus Occidentalis, qđ vocabat̃ in sacra Scriptura mare magnũ. Et patet ꝙ sit iste termin⁹ Occidẽtalis, qa Num. 34. c. ponunt̃ termini terrę promissionis, & dr̃ porrò plagę Occidẽtalis a mare magno termini incipiẽt, & in ipso fine claudent̃. Idem patet Deut. 11. c. s. a deserto Libano, & flumine magno Euphrate vsq; ad mare Occidẽtale erũt termini vestri. Et idẽ subijcit̃ hic in litera. s. omnis terra Ethęorum vsq; ad mare magnũ ad Solis occasum erit terminus vester. Alius terminus ponit̃ Meridianus terræ huius. s. a deserto. Vocatur aũt desertum ipsa solitudo Arabica, quæ tangit terram Iudæorum in latere Meridiano: vt patet Nume. 34. cum ponuntur termini terræ promissionis dicit̃: pars

Meridiana

Meridiana incipiet a solitudine Sin, quę est iuxta Edō. Iste etiam terminus ponitur Deuterono.11.s.a deserto & Libano, & posuit ibi desertū pro parte Meridiana, & Libanum pro parte Aquilonari, & mare pro Occidentali. Idem modus ponitur hic.

Vltimus terminus terræ huius promissionis ponitur a parte Aquilonari, & est vsque ad fluuium. vocat autem fluuium ipsum Euphratem, qui ponitur sine nomine proprio propter excellentiam suam, sicut dicimus Philosophum.i. Aristotelem, vel Apostolum i. Paulum: & hoc propter magnitudinem suam. sic enim vocat eum Scriptura flumē magnum Euphratem. Etiam ponitur sine nomine, quia valde notus erat Iudæis: cum per eorum terram transiret. Ideo cū Moyses in 2.cap.Genes. descripsisset de 4. fluminibus Paradisi, ad quas terras tenderent, de Euphrate non expressit, quia cognitus erat. de hoc habetur Deuter. 11.& hic in litera. ponuntur ergo totaliter claudētes terram promissionis termini: & intra hos claudunt sortes omnium tribuum 12.& ipsa terra duorum regum Amorrhęorum. Alibi autem ponuntur termini terræ promissionis, & non ponuntur s̄m eandem determinationem.s.Nume.34.& hoc quia non fuerunt in eodem tempore designati, quo illi, qui ponū tur Exo.23. sed postea cum adepti fuissent Israelitæ terram duorum regum Amorrhæorum, & eam possiderent: ideo ibi solum ponuntur termini terræ capiēdæ. quod patet, quia cum dicitur. cum ingressi fueritis terram Chanaan, & in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur. de capienda ergo solum loquebatur. Idem patet magis, quia postea in eodem cap. dicitur. hæc est terra quam sorte possidebitis, & quam iussit Dominus dari nouem tribubus, & dimidiæ tribui: tribus enim Ruben per familias suas, & tribus filiorum Gad iuxta cognationū numerum, media quoque pars Manasse.i. duæ, & semis tribus acceperunt partem suam trans Iordanem cōtra Iericho ad Orientalem plagam, & sic cum pro solis nouem tribubus & dimidia ibi assignentur termini terræ promissionis, necesse est variari a suprapositis terminis, & est variatio in solis terminis Orientalib⁹. nam tota terra promissionis habet terminum Orientalem ipsam terram coniunctam mari rubro, vel mare rubrum, vt patet Exo.23. terra autem nouem tribuum & dimidiæ habet terminum Orientalem Iordanem, & mare Cenereth, vt patet Num.34.

Secunda assignatio terminorū terræ promissionis.

Alibi autem ponūtur termini terræ promissionis, scilicet, Deut.11.& isti fuerunt assignati cum Moyses moriturus esset, & coincidunt cum illis, qui habētur Num.34.c. sed non ponuntur ita explicite. & solū ponuntur ibi termini tres.s. Aquilonaris, qui est Liban⁹, & Meridianus, qui est desertum, & Occidentalis.s. mare magnum. Hic aūt eodem modo termini designātur. *A deserto.* Hic ponitur terminus a parte Meridiana: & est maior pars terræ promissionis a parte Meridiana habens coniunctum desertum, vt patet Nume. 34.s. pars Meridiana incipiet a solitudine Sin, quæ est contra Edom: & in eodem Meridiano latere ponitur ascensus Scorpionis, & Cadesbarne, quæ tota terra est deserta, quia ibi est magna solitudo Arabiæ.

Tertia assignatio terminorum.

Et Libano. Iste est terminus a parte Aquilonari, qa Libanus est ad Aquilonem terræ promissionis apud Sidonem, & Tyrum, quæ sunt Aquilonares terræ Iudæorum, & est Libanus in confinio lateris Occidentalis, & Aquilonaris. Idem ponitur Nume.cap.11.

Isti duo termini. Aquilonaris, & Meridionalis aliter assignantur Gen.15.& Exo.23. nam Gene.15. dicitur a fluuio Aegypti vsque ad flumen magnum Euphratem, & probatum est, quòd isti sunt termini Meridianus, & Aquilonaris. Sed dicendum est, quòd ad

A idem redeant, quia a parte Meridiana est desertum, & est etiam fluuius Aegypti. & patet hoc Nume.34. vbi ponuntur termini explicatius. Dicitur quòd plaga Meridiana incipiet a deserto, vel solitudine Sin, & postea concluditur: ibitque per gyrum terminus ab Esemona vsq; ad torrentem Aegypti, & ibi vocatur torrens Aegypti id quod Genes.15. vocatur fluuius Aegypti. nec solum ista duo.s. desertum, & solitudo ponuntur in latere Meridiano terræ promissionis. sed etiam multa alia nominantur, quia est latus illud longum, & continet multa loca, vel solitudines, quarum quælibet potest appellari terminus Meridianus. de his Num.34. vbi ponuntur loca multa in latere Meridiano. Item in termino Septentrionali ponitur

B differentia Gene.15.& Exo.23. vbi ponitur solum Euphrates: hic autem ponitur Libanus. Pro quo dicendum est, quòd sicut in latere Meridiano terræ ꝓmissionis multa loca sunt, ita & in latere Aquilonari, & hoc habetur Num.34. vbi nominantur. Et tamen adhuc non vocantur inter hæc Libanus, & Euphrates: quamquàm de Libano potest dici, quòd ibi nominetur: quia dicitur, quòd mons altissimus terminus sit Septentrionalis terræ promissionis, & iste est Libanus: cum inter omnes montes terræ promissionis altior sit. De Euphrate autem penitus nulla mentio fit. est tamē Euphrates terminus in latere Septētrionali magis coniunctus Orientali lateri quàm Liban⁹. est autem Libanus in confinio maris magni Occidētalis, & hoc signatur Num.34.s. porro ad Septentrio-

C nalem plagam a mari magno termini incipient, peruenientes vsque ad montem altissimum. & vocatur mons altissimus Libanus: deinde ponuntur alia loca in latere Aquilonari.

Vsque ad flumen magnum Euphratem. Non ponuntur isti duo termini oppositi, scilicet, Libanus, & Euphrates. sed magis sunt in eodem latere.s. Aquilonari, vt declaratum est. tamen dicitur vsque ad flumen magnum, quia Libanus tangit terram promissionis in confinio lateris Occidentalis, & Aquilonaris. Quod patet, quia mare magnum erat terminus Occidentalis terræ Iudæorum, vt patet hic, & Exo.33.& Nume. 34.& tamen radices montis sunt circa mare. quod patet, quia quando fabricata sunt ligna ad constructio-

D nem templi Salomonis, Sidonij deponebant ligna de libano ad mare, & componebant ea in ratibus, atque portabant in Hierusalem. vt patet 3.Reg. ca.5. & 2.Paralipo.c.2. Euphrates aūt erat terminus quidam in latere Aquilonari, sed magis ad Orientale latus accedebat, & quia vtrunque satis insigne, & famosum erat, nominata sunt hęc duo. Vocatur hic flumē magnum Euphrates, quia inter omnia flumina terræ ꝓmissionis nullum erat ita magnum, quamquàm Iordanis erat insignis fluuius. etiam quia iste fluuius est vnus de quatuor, qui egrediuntur de Paradiso terrestri: vt patet Gen.2.c. *Omnis terra Ethæorum vsque ad mare magnum.* Hic accipitur terra Ethæorum pro terra omnium septē populorum. nam sicut aliqñ omnes

E hi populi vocantur Chananæi, ita vocantur Ethæi, & interdum Amorrhęi, & aliquando accipiuntur ꝓ specialibus populis. hic autem non potest accipi pro populo aliquo speciali, quia tūc esset sensus, ꝙ Deus eis promitteret terram solius populi Ethęi, quod falsum patet ex assignatione positorum terminorum. non enim occupabat populus Ethęorum totam hanc terram. Sed omnes populi vocantur Ethæi, sicut interdū vocantur Amorrhæi, vt patet Deuter.1.cap.s. venite ad montem Amorrhæorum, vbi secundum quosdā vocantur Amorrhæi omnes gentes terræ promissionis. & melius Gen.15.c. nōdum enim complete sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tēpus.

Quid proprie sit terra Ethęorum.

Ethæi hic pro quibus populis accipiantur. Quæst. XXIIII.

SED forte aliquis dicet, quòd Ethei sunt hic gens specialis distincta ab alijs sex populis Chananæorũ.tamẽ dicitur hic omnis terra Etheorum vsque ad mare magnum, quia isti sunt postremi in tota terra Chananæorum ꝯiuncta mari magno. Rñdendum est stare non posse, quia Ethæi non sunt vltimi in terra promissionis versus mare magnum. Alij enim populi sunt magis coniuncti.s.Chananæi.nam Ethei habitabant in Montanis,& Chananæi in littore maris,vt patet Num.13.cap. s.Amalech habitabat in meridie:Ethæus, & Iebusæus, & Amorrhæus in montanis. Chananeus iuxta mare, & iuxta fluenta Iordanis. Necesse est igitur accipi hic Ethæũ pro omnibus populis Chananæorum, quos gñali nomine Ethæos vocant. *Vsque ad mare magnum*. Iste est terminus Occidentalis terræ promissionis. nam non possederunt Israelitę nisi vsque ad mare, & istud vocatur mare Occidentale,vt patet Deuterono.11. quia erat ad partem Occidentalem totius terrę promissionis.vocatur etiam mare Palesthinorum.vt patet Exo. 23.vbi ponitur tanquam terminus Occidentalis. & hoc est,quia apud mare erãt ciuitates Philisthinorũ, quos Iudæi Pelistin,& Græci Palestinos vocant, quia vbi nos ponimus prolationem, & vim huius literę.f. in principio:Hebręi.p.ponunt:idem est in medio. Vocatur ẽt mare magnum ad dñam aliorum marium paruorum,quæ erant in terra promissionis.s.mare solitudinis,siue mare salsissimum,de quo ĩ.3.c. & istud vocatur nunc mare mortuum,vel mare Sodomorũ. Erat etiam aliud mare quod vocatur mare Genesareth,vel mare Cenereth,vt patet Num.34.& est mare Cenereth in parte Orientali terræ promissionis, & mare salsissimum,vt patet eo.cap.& istud vocatur aliquando mare Tyberiadis,vel lacus Tyberiadis,vt patet Io.6.& 21.Ista.n.erãt maria parua, quæ verius sunt lacus magnę,vt ex libro de descriptione terræ sanctæ patet. Mare magnum vocatur hic ipsum mare Mediterraneum quod exit a mari Oceano, & transiens ꝑ medium terræ habitabilis,diuidens Africam,& Europam tendit per Athlanticas fauces:ascendens per magnos terræ tractus vsque ad Asiam,& ibi circunflectitur in modum crucis imperfectæ, & descendit in mare Oceanum,vt quidam dicunt:claudẽs Asiam a parte Occidentali.& sic terra Iudæorum est in fine Asiæ versus Occidentem:& tamen non claudit istud mare Asiam a parte Occidentis,quia non extenditur ꝯ Meridiem,& Septentrionem vsq; ad Oceanum. & licet istud mare non sit magnum respectu maris Oceani quod est mater aquarum, vocatur tñ mare respectu aliorum marium paruorum prenominatorum, quæ sunt in terra Iudææ. *Contra Solis occasum*. Idest, mare magnum est terminus a parte Occidentis terræ promissionis. *Erit terminus vester*. Idest, tota ista terra inclusa his terminis erit vestra. non tamen cessit ista terra tota in possessionem Iudeorum vllo tempore. nam tempore Iosue,& omnium iudicum semper restiterunt hostes, cum quibus Israelitæ dimicabant. In tempore regum etiam hoc fuit, nam Saul ꝯtra Philisthinos pugnabat tota vita sua, vt patet ex processu 1.Regum 31.cap. Dauid quoque contra alienigenas pugnabat. De bello eius contra Philisthinos patet 2. Reg.5.cap. Tempore Salomonis cum fuit maxima gloria & pax Israelitarum, non fuit tota terra in possessionem Iudeorum,vt patet 2.Paralip. 8. sed solum omnes populi qui relicti fuerant de illis septem, effecti sunt tributarij.sed multo tp̃e adhuc post manebãt gentes quædam de illis in terra sua. Immo etiam tempore Saluatoris de his aliquę supererãt,vt patet Matt.

Iudæi nunquam possederũt totam terrã promissionis etiam nec tempore Christi.

F cap.15. cum dicitur. Et ecce mulier Chananæa a finibus illis egressa.Chananæi ergo supererant: immo & expulsis Iudæis de terra illa per Romanos,manserunt multæ de his gentibus in terris suis antiquis. sed Deus dedit Iudæis istam terram, scilicet, vt partem earum possiderent habitantes.aliam vero tenerent dominãtes ẽt si eam non incolerent. *Nullus poterit vobis resistere*. Expellens vos de terra,vel defendens se a vobis.& subditur quandiu hoc duraturum foret, scilicet.

Cunctis diebus vitæ tuæ. Idest omni tempore quo viueret Iosue.nam post mortem Iosue sæpissime afflicti sunt. gentes quippe illos in seruitutem subdiderunt, & angustiauerunt.Deus tñ liberabat eos mittens Saluatores, vt ibidem patet discurrendo.Idem autem tẽpore regum accidit. tp̃e aũt Iosue nihil horum accidit.nam semper Iosue victor extitit subijciẽs sibi oẽs

G populos ꝯ quos pugnauit.Sed hoc eueniebat, q̃a tũc Israelitę timebant Dñm,& obseruabant vias eius nõ declinantes ad idola.Post mortẽ eius aliquantis tp̃ib⁹ declinauerunt ad idola,& cõmixti sunt gentibus terræ, & tunc tradidit Deus illos in manus hostium, vt patet Iudi.2.c.q̃m ẽt post mortem Iosue tp̃e aliquorũ seniorum, qui post eum fuerunt, non recesserunt a via Dñi:Deus illos cõseruauit ab hostibus vsquequo peccauerunt.vt patet Iudi.2.cap.

Quo tempore Iosue nunquam hostes potuerunt resistere Israelitis. Quæst. XXV.

H SED obijciet aliquis, quòd tempore Iosue hostes restiterunt ei immo fugauerunt Israelitas, vt patet ĩ.7.c.q̃n asenderunt Israelitæ ad oppidum Hay,& occisi sunt.36.fugientesque verterunt terga,& Iosue clamauit ad Dñm prostratus coram arca fęderis,vt patet eo.c.Rñdendũ est, ꝙ istud, quia valde paruum fuit,cõputatᷣ ac si nihil fuisset. nã Iosue non fuit in pugna illa nec totus Israel.sed quidã de Israel.s.tria millia pugnatorũ,vt patet Iosue 7.c. Hi versi sunt in fugam,atq; 36.solum de eis corruerunt. Iuste ergo pro nihilo cõputatᷣ:quia paruum quid fuit. sed adhuc ista resistentia,& fuga Israelitarum nõ fuit sine meritis,q̃m preuaricatus populus legem tulit spo

I lia q̃dam de anathemate Iericho: vt patet eo.c. *Sicut fui cum Moyse ita ero, & tecum*. Idest, ita te adiuuabo, sicut adiuui Moysen.oĩa.n.quæ populus facit,princeps facere dr̃.& omnia quę Deus dabat Israelitis,dicebãtur dari principi eorum.erat aũt princeps Moyses ab exitu de Aegypto vsq; ad Iordanem.& quia Deus populo Israelitarum multa bona fecerat, Moysi oĩa illa fecisse dicebatur.Adiuuerat enim Moysen Deus dirigens in cunctis contra hostes, & administrans populo necessaria, ita & tempore Iosue Deus adiuuaret Israelitas,& sic factum est.

Deus adiuuit amplius Israelitas duce Iosue quàm Moyse. Et quòd maiora miracula fecit Duce Iosue quàm Duce Moyse. Quæst. XXVI.

K QVONIAM Adhuc amplius Deus adiuuit Israelitas Duce Iosue q̃ Duce Moyse.nam tempore Moysi miracula pro Israel facta sunt, ita & tẽpore Iosue.fuit enim insigne miraculum ꝙ tẽpore Moysi Deus aperuerit mare rubrum, vt transirent Israelitæ per siccum, vt patet Exo.14.cap.Ita æque magnum factum est, cum Iordanis diuisus est,& pars aquarum surrexit in modum montis,& pars fugit vsque in mare solitudinis, vt patet infra 3.cap.Fuit etiam datum manna tp̃e Moysi, ita & tempore Iosue durauit vsquequo ingressus est populus trans Iordanem, & comedit de panibus terræ

terræ illius, vt patet infra 5.cap. Amplius autem facta sunt miracula tempore Iosue maiora quàm vnquã fuerint tempore Moysi. nam Sol stetit spatio vnius diei non declinans donec Iosue de hostibus suis se vlcisceretur, vt patet ĩ.10.cap. Omnia quippe alia q̃ tpe Moysi facta sunt, & si miracula fuerint, qm̃ Deo iubẽte facta sunt: tñ per Angelos fieri potuerunt, vt diuisio maris rubri, & sic de cęteris. sed mansio Solis per diei spatium iudicio hominum maius est, atque manifestius miraculum. Nam in hac elementali natura dęmonibus operatiuam attribuimus potestatem, in corporibus autem cœlestibus nihil efficiunt: qm̃ a bonis Angelis illa mouentur: & magi, qui multa, quæ mirabilia in naturalibus videntur, efficiunt, in cęlestibus nihil vnquam agunt, aut agere queunt. Amplius autem & tpe Iosue lapides magni de cęlo ceciderunt super hostes, quibus plures hostium ceciderunt, q̃ Iudæi gladio occidissent, vt patet ĩ.10.c. Tpa ergo Moysi miraculis non superant tpa Iosue. Præter hoc, tpe Moysi Deus in bello Israelitas adiuuit, vt cum pugnauit Israel ꝯ Amalech, & deuicit eum, vt patet Exo.17. & cum pugnauit contra Chananæum, & deleuit vrbes eius, vt patet Nume.21. & cum pugnauit contra Sehon regem Esebon, & contra Og regem Basan, vt patet Num.21. & Deuteron.2. & 3.cap. Et cum pugnauit contra Madianitas, vt patet Num.31. Iosue autem plurima bella fecit, & in omnibus adiutus est. Tempore Moysi quinque reges Madianitarum Iudæi occiderunt, vt patet Num.31.cap. & duos reges Amorrhæorum, vt patet Num.21.capit. sed tempore Iosue occisi sunt reges 31. vt patet ĩ.12. cap. vbi omnes numerantur, & cuius terræ quilibet rex fuerit. Item tpe Iosue multa terra Iudæis subiecta est. s. possessio nouem tribuum & dimidiæ. Tempore autem Moysi solum possessio duarum tribuum & dimidiæ, vt patet Num.32. & Deuterono.3. Item tempore Moysi Iudæi aliquando superati sunt. nam percussit posteriora eorum semel Amalech occidens eos, qui lassi resederant in via, vt patet Deuteron.26.cap. Iterum autem Iudæi a Chananæis superati sunt anno 2. ab exitu de Aegypto cum Amalechitæ, & Chananæi descendentes de montibus percusserunt eos vsque ad Horma, vt patet Nume.14. Iterum autem Chananæi præualuerunt contra Iudæos, & ceperunt de eis prædam, vt patet Nume.21. Tempore autem Iosue nunquam Israelitæ superati sunt: nisi cum semel missi exploratores pauci contra vrbem Hay terga verterunt, & corruerunt vulnerati 36. vt patet ĩ.7.c. quod nihil penè erat. Adiuuit ergo Iosue, sicut Moysen, quin potius magis adiuuit Israelitas tpe Iosue quàm Moysi.

Maiora mala passi sunt Iudæi sub Moyse q̃ sub Iosue.

Non dimittam te nec derelinquam te. Ponuntur ista duo verba idem significantia ad magis certificandum, qa duplicatio semper est causa certitudinis, sicut patet de somnis Pharaonis, vt patet Gen.41. cum respondit Ioseph ad somnia duo, quæ idem significabant, cumq; primum exposuisset subiungit dicens, quod aũt vidisti secundò, ad eandem rem pertinet, somnium ſm firmitatis iudicium est, eo ꝙ fiat sermo Dñi & velocius impleatur. Alio modo intelligi potest ꝯuenientius, ꝙ ista duo verba ad diuersa pertinent. dimittere quippe simpliciter dimittere est. i. solũ significat dimittere: & est dimissio tpalis. derelinquere autem est magis q̃ dimittere, ita ꝙ primum signat dimissionem tpalẽ. s. ꝙ Deus ad tempus dimitteret Iosue pati ab hostibus aliqua damna, vel incidere in aliqua mala, quãquàm hoc non semper duraret. derelinquere est totaliter dimittere. s. ad nunquam redeundum, vt si dimitteret Deus Israelitas simpliciter in manus hostium nunquam eos redimens, sicut nunc eis accidit a tempore quo a Romanis captiuati sunt. Primus modus accidit

A eis qñ tempore iudicum Deus tradebat illos ꝑ peccata in manus hostiles: & deinde mittebat illis Saluatorem, qui eos liberaret. vterque autem modus cessaturus, aut nunquam futurus erat tempore Iosue. nam neque Deus reliquit Iudæos totaliter eos deserens, nunquam ad eos rediens, nec vnquam deseruit ita vt permitteret in manu hostium, ita vt postea non liberaret. Et si arguatur de eo quod accidit super ciuitatẽ Hay, iam supra responsum est hoc cap.

Q̃one precedenti.

Confortare: & esto robustus. Tu enim sorte diuides populo huic terram, pro qua iuraui patribus tuis, vt traderem eam illis.

Infra eo. Deuter.31.

B Hic ponitur admonitio & mandatum de terra sorte diuidenda. & ad præceptum pręmittitur diuina cõfortatio: cum dicitur. *Confortare.* Pertinet confortatio ad casum. s. vt homo sit confidens non timens in aduersis, & hoc dicebatur, quia in promptu erat, vt Iosue intraret in terram hostilem inter tantas populorum numerosas multitudines, quæ omnes vno animo colligebantur ad delendum eum, & populũ suũ. erat ergo sibi causa timoris: ideo Deus subiungit confortationem siue consolationem dicens: confortare non timeas istas multitudines, quia facile est concludi multitudinem in manu paucorum, vt patet primo Machabæorum capit.3. & hoc quia non est Deo difficile saluare in multitudine, vel in paucis, vt patet
C 1.Reg.cap.14. Alio modo potest introduci ista litera, scilicet, quòd Iosue, qui fuerat minister Moysi, & semper eum fuerat comitatus, vt patet hic, & Exo.33. vidit quomodo Moyses propter Israelitas inductus est ad peccandum ad aquas contradictionis, & Deus priuauit eum ingressu terræ promissionis, vt patet Deuteron.3.cap. Quamquàm ei primo iussisset, quòd introduceret Israelitas in terram promissionis, vt patet Deuteron.10.cap. quia ergo ille sanctissimus vir erat, vt Deus de eo testimonium perhibet Numeri 12. scilicet, quòd erat mitis super omnes, qui habitabant in terra, & quòd famulus suus specialis esset, cui aliter loqueretur quàm cęteris prophetis. & tamen iste priuatus est terra promissionis, quæ erat vltra Iorda-
D nem. rationabiliter ergo timere poterat Iosue, quòd cum ipse fragilior esset, facillime peccare poterat, ita vt Deus ipsum & populum in hostilem traderet potestatem. ad hoc autem Deus confortat eum, quòd nõ timeat hoc. nam certissime ipse diuidet terram promissionis trans Iordanem. *Et esto robustus.* Robur dicit vires nõ quidẽ animi ꝯfidentiã, q̃ ad aĩositatem passionalẽ, aut ad moralẽ virtutem ꝑtinet, sed corpis qualitatẽ ad fortiter opandũ. & istud robur ex cõplexione euenit, q̃q̃ ꝑ assuefactionẽ nutrit, & ꝯseruat. sic ait Arist.2. Ethi. ex multũ cibum assumere, & frequẽtes labores sustinere, efficit qs fortis. Manifestũ tñ est ꝙ de fortitudine, q̃ est virtus, vel ꝯfidentia animi, hic
E agit. Hęc tñ fortitudo, aut magis ꝓprie dicẽdo robur ad libertatẽ nostrã nõ ꝑtinet. Iõ nõ iuberet hic Deus hoc Iosue, sed robustus accipit large. i. fortis, vel bene sperãs in periculis, aut q̃buscunq; aduersitatib⁹, & tale est quod Iosue timere poterat. *Tu.n. sorte diuides populo huic terram.* Ista est prophetia ſm certã ꝑdestinationẽ, in qua Deus ꝓmittit Iosue ꝙ ipse diuidet Iudęis terrã ꝓmissionis, in quo plura significat q̃ videat ꝓmittere. nã q terrã diuisurus erat, necesse erat, vt prius terram de manu hostiũ vendicaret deletis eis, & ipse incolumis maneret, atq; populus suus cui terram diuideret. oĩa ergo bona Deus ꝓmittebat Iosue promittendo, ꝙ terram diuideret. hæc promissio facta extiterat Deute.3. & 31. atq; 32. sed non fuit facta Iosue in per-

sona sua, sed Deus faciebat promissionem Moysi de Iosue. nunc autem ad magis dandam certitudinem spei Deus promisit ipsi Iosue, & necessaria erat ista ꝓmissio, vt supra declaratum fuit. *Sortes diuides*. Hoc potest poni in modum præcepti, aut in modum prænunciationis. Accipiendo primo modo dat Deus Iosue præceptum, vt terram quam adeptus fuerit, sorte diuidat inter Israelitas, & patet etiam hoc ad Moysen dictum fuisse Nume. 36. cap. & hoc parum est. quia cum iam datum esset hoc præceptum Moysi, sciebat Iosue se obligatum ad obseruationem præcepti huius si superuiueret. non erat ergo hic opus repeti tale præceptum. Alio modo potest intelligi in modum prænunciationis, scilicet, quòd Deus diceret prænuncio tibi, quòd non peribis tu nec populus tuus in manu hostili. sed tu venies ad tale tempus, in quo diuidas terram huic populo sorte. & istud est aliquid valde magnum, scilicet, significare Iosue aliquam magnam lætitiam, scilicet, vt ipse in tanta multitudine hostili superuiueret, & vt omnibus calcatis, & vendicata terra eam populo Hebraico sorte diuideret possidendam. & iste est sensus proprie literæ huius, ita vt non sit præceptum, vt quidam volunt, sed magis ꝓphetica prænunciatio. *Populo huic*. Signat hic Deus Iosue aliud bonum, scilicet, quòd populus ille superuiueret. nam poterat esse, ꝙ Iosue hostes deuinceret, sed populus eius periret, sicut aliquando in historijs factum legitur, vt ipsi victores, aut totaliter, aut maxima ex parte in bello defecerint. vt patet in bello Lacedæmoniorum contra Persas, in quo princeps Leonida gloriosus ait: Prandete hic commilitones mei apud inferos cęnaturi. hi autem omnes, qui cum eo congressi contra Persas sunt, inter occisorum a se hostium globos, & gelatum cruorem lassi corruentes, cum deletis hostibus euadere viuētes potuissent, concepto feruore pugnandi defecerunt, vt ait Paulus Orosius libro 2. de Ormesta mundi. nunc autem dicitur de Iudæis, quòd quamquàm ipsi hostium cateruas funderent, tamen non defecerunt, aut minorati sunt. *Terram pro qua iuraui patribus eorum*. Vocat hic Deus patres horum, eos qui fuerunt primi viri clarissimi in hac descendente progenie, quorū primus fuit Abraham ad quem promissiones factæ sunt, vt patet ad Gala. 3. cap. secundus Isaac, tertius Iacob. hos enim tres Patriarchas computamus, quia patrū principes extiterunt, vel principales patres. Fuit autem iuramentum istud factum Abrahæ, vt patet Genes. 22. cap. scilicet, per memetipsum iuraui dicit Dominus, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ est in littore maris, quia obedisti voci meæ, & possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. De promissione autem terræ euidentius habetur Genes. 15. scilicet, in die illa pepigit Dominus fędus cum Abraham dicens. semini tuo dabo terrā hāc a fluuio Aegypti vsque ad fluuium magnum Euphratē, &c. Et quamquàm dicas ibi non exprimi iuramentum, satis tamen patet intercessisse iuramentum, quia fuit fędus initum, sed in fędere iuramentum interuenit, & omnes validationes pactorum fortes. intelligi ergo datur, quòd fuit factum iuramentum.

Victores, aut totaliter, aut ex maxima parte ī bello deficiunt.

Et traderem eam illis. Non est sensus, quòd Deus iurauit, vt traderet Iudæorum patribus hanc, scilicet, eis, quibus iurauit. nam quamquàm iurauit Deus Abrahæ tradere terram, non tamen ei, sed semini eius, vt patet Genes. decimoquinto capitu. ergo istud relatiuum eis, non refertur ad patres, sed ad antecedens quod intelligitur in illo relatiuo eorum, quod præcessit.

F Confortare igitur, & esto robustus valde, vt custodias, & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses seruus meus. Ne declines ab ea ad dexteram, vel ad sinistram: vt intelligas cuncta, quæ agis. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias, & facias omnia, quæ scripta sunt in eo. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Ecce præcipio tibi: confor- G tare, & esto robustus. Noli metuere, & noli timere, quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus, ad quæcunque perrexeris.

3. Reg. 2. Supra eo.

Hic ponitur pręceptum, & admonitio de lege seruāda. s. ꝙ Iosue obseruaret legem, & qui sub eo erāt. & hoc iubetur ad implendas promissiones factas. intelligitur quippe diuina promissio ꝯditionaliter. s. si illi quibus fit promissio maneant in statu illo, in quo facta fuit promissio: alioquin eis abijcientibus Deum non implet Deus, quæ promisit, vt patet 1. Reg. 2. & H Hiere. 18. nunc aūt qn̄ Deus Iosue ista iubebat, non erant inclinati Iudæi ad Deos alienos, sed obseruabāt legem Dei veri. Si igitur manerent in eodem statu, maneret diuina promissio facta ad eos: alioquin minimè. & quia per legem in hoc statu mansuri erant, iussit Deus, vt legem obseruarent. Sic aūt factum est, quia toto tpe vitæ Iosue, & seniorum, qui longo tpe post eum vixerunt, non declinauerunt Israelitę a præceptis Dei, vt patet Iudi. 2. c. & ob hoc mansit ꝓmissio Dei semper in illis hoc tpe. *Confortare*. ſm animi confidentiam. *Et esto robustus valde*. Idest, habeas magnum ꝯstantiæ vigorem non consternatus mēte. robustus ad corpus pertinebat. sed nō iubet hoc De⁹ cum non sit vllatenus in potestate Iosue effici robu- I stum corpore, vel non, sed bene de robore quod ad ꝯstantiam pertinet. *Vt custodias omnem legem*. Idest, ad hoc ꝯfortare, vt custodias legem. est. n. necessaria fortitudo animi ad complendum iussa legis. nam lex veteris testamēti erat quoddam iugum, & valde graue, vt patet Actuū 15. vbi dixit beatus Petrus hoc esse iugum quod nec ipsi nec patres sui ferre potuissent.

Promissio facta Iudæis fuit conditionalis.

Quare Iosue indigebat confortari, & ad quid. Et duo in prælato requiri, vt bene præsit. Quæst. XXVII.

AD subdendum ergo se huic grauitati, & ferendum eam, ꝯfortatione indigebat. potissime, quia ꝯcupiscentia non vrget qn̄ nō est lex prohibens. cum vero lex vetans in- K surrexerit, incipit concupiscentia repugnare. Sic ait Apostolus ad Rom. c. 7. Peccatum non cognoui nisi per legem. nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret non concupisces. occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscētiam. sine lege enim peccatum mortuum erat: ego aūt sine lege viuebam aliqn̄, sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit. ego aūt mortuus sum, & inuentum est mihi mandatū quod erat ad vitam hoc esse ad mortem. nam peccatū occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit me. necesse erat igit̄, vt Iosue, qui ista obseruaturus erat quę tantam ingerebant grauitatem, ꝯfortaretur. Et dicitur, vt custodias omnem legem. i. omnia

præcepta legis.s.vt faciens quædam, nõ omittas alia: quoniam oportebat hæc facere,& illa non omittere, vt patet Matth.23.c. Vnde si aliquod mandatũ Iudæi infringerent cęteris obseruatis, pro illius violatione perirent, quia delinquens in vno factus est omnium reus,vt patet extra de regu. iur. in regula defleat peccator. Et dr̃ custodire Iosue legem,non ꝙ ipse solum in persona sua custodiat,sed etiam ꝙ cęteros ad custodiendum inducat,& cogat. Hoc.n.prælatorum est,q coercendi vim habent. Et ad hoc requiritur maior animi vigor q̃ si quis in seipso solum legem obseruare debeat. Aliqui namq; sunt,qui bene viuunt,sed nõ bene præsunt,qm̃ aut remissi circa subditos sunt, vel rubore,aut animi inconstantia, & impotentia resoluuntur. Hi autem sine culpa graui non sunt,qm̃ prælatorum status non solum in se vitę puritatem exigit, sed etiam in alijs rectitudinem dirigentis disciplinæ. sic patet Eze.in c.3.s.fili hominis speculatorē dedi te domui Israel,& ex ore meo audies verba & annũciabis eis.si dicente me ad impium morte morieris, non annunciaueris ei:nec locutus fueris,vt auertatur a via sua impia, & viuat. ipse impius in iniquitate sua morietur. sanguinem autem eius de manu tua requirã. ita.n.prælati pro alienis,sicut pro suis tenentur: atque pro peccatis alienis interdum moriuntur, sicut patet de sacerdote Heli,qui in se iustus & sanctus erat,quia tñ filiorum suorum peccatum graue non corripuit, perijt ipse,& tota domus eius,vt patet 1.Reg.cap.4.de hoc ēt extra de symonia.in c.licet Heli. Adhuc aũt ad tenendum istam disciplinæ rectitudinem inflexam, maiori virtute & robore prælati indigent,& animi vigore,quam vt ipsi in se solum bene viuant.ↄfortari ergo valde Iosue debebat, vt tãtam populi numerosam multitudinem sibi subiectam ad obseruantiam legis plenariam induceret,atque compelleret. Dr̃ hic. *Vt custodias & facias omnem legem.* Custodire ad animum pertinet.s.vt mente propositum teneas semper seruandi legem,& cogites quõ obserues, vt infra patet. facere ad executionem pertinet.s.vt legem Dei apud se semper cogitet, & in ea explenda se exerceat, quia neutrum sine altero sufficit. *Quam præcepit tibi Moyses seruus meus.* Aliquis dicit hoc intelligi de aliquibus pręceptis specialibus,quæ dedisset Moyses Iosue de dirigendo Israelitas,vel de diuidendo eis terram. nam dr̃ hoc datum ipsi Iosue.de alia tñ lege, quę est Moysi, dicendum est, quòd non solum fuit data a Moyse Iosue,sed etiam cęteris Israelitis.

An hæc lex fuerit aliqua specialis data Iosue a Moyse. Quæst. XXVIII.

SCiendum est, ꝙ intelligitur de tota lege Mosaica,quæ data fuit Israeli.quod patet,quia dr̃,vt custodias & facias omnem legem. Si tñ diceretur de quibusdam specialibꝰ pręceptis, non diceretur,vt custodias omnem legem. Itē patet debere intelligi de lege,quã dedit Moyses toti Israel, q̃a dr̃ ĩ.non recedat volumen legis huius de ore tuo, sed meditaberis in eo. sed nõ vocaret volumē legis si essent aliqua ꝑcepta data Iosue a Moyse,q̃a illa nõ facerent volumen,potissime, quia dixit volumen legis huius. Dicendum igitur est,ꝙ hoc volumen intelligitur de lege tota quam dedit Moyses ex parte Dei Israeli obseruandam, & principaliter pro Deuteronomio,in quo ↄtinentur præcepta totius legis recollecta in vnum. *Quam præcepit tibi Moyses.* Non est sensus, ꝙ Moyses hãc legem soli Iosue mandauerit, qm̃ toti Israeli mandauit, siue intelligatur de lege, quæ hr̃ in Exodo,& Leuitico,atq; Numero,siue de lege,quę hr̃ in Deutero.nam lex,quæ hr̃ in primis tribus libris ad totum Israelem data est,vt patet ex tenore cuiuslibet

A legis earum.nam fit in eis mentio de filijs Israel,& de aduenis.De lege,quæ hr̃ in Deuteron.patet ꝙ fuerit data omnibus Israelitis. nam omnes personaliter fuerunt congregati ad audiẽdam eam, siue Israelitę, siue aduenæ,præter eos,qui cędebant ligna, & comportabant aquas,vt patet Deute.29.c.sed dr̃,ꝙ data fuit ista lex Iosue,quia quemlibet de Israelitisꝰ specialiter obligabat,& omnes g̃naliter. *Moyses seruus meus.* Non dedit eam Moyses quasi ipse eam dictauerit, quoniam nihil ipse dictabat cum non haberet potestatem condendi legem,sed Deus condebat, & Moyses ferebat leges ad populum, quas ei Deus dedisset. nam Deus per se non loquebatur Israelitis,sed mandabat Moysi vt perferret ad eos leges, quas ab eo audiebat, vt pa-
B tet ex processu 4.librorum Pentateuchi. nunquam enim Deus per se Israelitis leges tulit nisi decalogum præceptorum in monte Synai, vt patet Exo.20. & Deutero.4.& 5.cap. Iudæi autem ibi rogauerunt, vt non loqueretur eis Deus, sed Moyses, ne morerent, vt patet in eisdem cap. Et ob hoc Deus dedit prophetam intermedium Moysen,& tangitur hoc Deuter.18.Causa autem quare Deus per se,siue per Angelum nihil nisi decalogum protulerit: declarata est Exo.20.capit. Ecce Deus vocat hic Moysen seruum suum.ex quo videtur ꝙ ipse erat in vita æterna in specerta.nam si damnatus foret,non vocaret eum seruũ suum, quia veraciter seruus non esset. Deus tñ non perhibet testimonium falsitati. *Nec declines ab ea ad dexteram neque ad sinistram.* Idest, nullo modo decli-
C nes a lege Dei. sed quidqd iubet facito. & est iste modus loquendi vulgaris.nam rectum est inter dextrum & sinistrum.cum autem tenditur in dextrum, vel in sinistrum, relinquitur medium rectitudinis. & quia non potest variari in aliquid alterum nisi in hoc,dicit nec in dexteram, nec sinistram. Aliter potest accipi, quia per dexteram prospera vel bona designantur, ꝑ sinistram vero mala. & est sensus non declines vllo modo a lege siue faciendo aliquid quod videatur tibi melius q̃ lex quod vocatur dextrum.i.bonum,nec faciendo aliquid quod manifeste malum videatur, tñ illud facias ex passione,vel malitia, & hoc vocatur sinistrum legi.nam neque licet addi aliquid super legē quod alicui videretᷣ bñ factum, neq; detrahere ex his,
D quæ lex iubet, quę viderentur manifeste mala. sic patet Deuter.4.ca.s.non addetis ad verbum quod vobis loquor,nec auferetis ab eo. sic quoq; patet Deutero. 12.c.s.quod præcipio tibi hoc tm̃ facito Dño. nec addas quicquam nec minuas. Põt etiam hoc accipi mõ quo comparantur vitia ad virtutem.nam virtutes iuxta Aristo.2.Ethic.media quædam sunt. vitia aũt sunt extrema, & medium quod est æquale & rectum bonum est.supra aũt & ĩ.sunt tanquam dextrum & sinistrũ,& ista declinant a medio virtutis,& mala sunt. *Vt intelligas cuncta quæ agis.* Idest, vt intelligas qũo cuncta; quæ agis sunt bene facta.vel vt intelligas an ea, q̃ agis bona,vel mala sint.actus enim nostri habent bo-
E nitatem, vel malitiam s̃m operationē suam ad regulam rectitudinis mensurantem in bono & malo. est enim lex regula directiua actuum humanorum: s̃m ergo ꝙ actus nostri ↄformantur regulæ, quæ est lex diuina:intelligimus eos esse bonos:s̃m aũt ꝙ deuiant ab illa regula, scimus eos deuiare a bono:ideo per legem intelligemus. Adempta aũt lege diuina data, vel humana,vel ↄformitate ad legē naturalē,q̃ est ĩ principijs rõnis practicę s̃m quã gentes, q̃ legē nõ hñt naturaliter ea,q̃ legis sunt faciunt,vt patet ad Rom.c.2. nõ erit aliquid s̃m quod appareat,actus humanos esse bonos,vel malos.habet.n.se sic lex ad actus nostros, sicut principia in speculatiuis ad ↄclusiones, & cunctas veritates. cum.n.aliqua propositio ↄsonat principijs

cipijs rationis speculatiuę nobis innatis,iudicamus illam esse veram. si vero dissonet, iudicamus eam esse falsam.& ideo sicut cognitio speculatiua vocatur sapientia,ita cognitio diuinarum legum sapiētia appellatur, vt patet Deute.4.ca.s.hæc est sapientia vestra, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc dicant:ecce populus sapiens, & intelligēs.

Non recedat volumen legis huius de ore tuo. Idest, nunquam cesses recitare, & ruminare præcepta legis huius,vt mente illa teneas ad faciendum ea.Et dicit non recedat de ore.i.de corde.nam non erat opus,ꝙ Iosue vel quisquā de Israelitis ista recitaret, sed ꝙ recogitaret penes se & legeret.quod patet ex sequētibus.s.sed meditaberis in eo diebus ac noctibus.& hoc ponitur hic tanquam aduersatiuum, & tamen meditari dieb⁹ ac noctibus non est aduersatiuum huius, quod est cadere volumen de ore, sed cadere de corde. Intelligit autem hoc volumen de volumine quod est Pentateuchus,in quo sunt omnia præcepta legis, & in hoc meditari debebat Iosue. Vel magis accipitur volumē pro Deuteronomio:in hoc.n.erat tota lex repetita & explanata, quantum attinebat ad omnes de populo. Ideo Moyses compilauit,& recitauit coram tota multitudine,quando moriturus erat,vt patet Deuter.1.c. & c.29. Et maxime ꝯuenit hoc in Iosue,quia ipse erat princeps totius huius gentis:& ad principes pertinebat scire Deuteronomium, vt scirent dirigere subditos in iustitia,vt patet Deutero.17.c.vbi dicitur de regibus, quòd haberent Deuterenomium apud se.s. postq̄nam aūt sederit in solio regni sui describet sibi Deuteronomium legis huius, accipiens exēplar a sacerdotibus Leuitici generis,& habebit secum, legatque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum,& custodiat verba, ac ceremonias eius. Et non solum reges, & principes hēre debebant Deuteronomium,sed ēt iubebāt,vt popularibus legerēt Deuter.de septennio in septennium in anno remissionis,qn̄ congregabantur omnes in locū Sanctuarij in festo tabernaculorum,vt patet Deuter. 31.c.s.præcepitq; eis dicens.post septem annos remissionis in solennitate tabernaculorum, ꝯuenientibus cunctis filijs Israel, vt appareant in ꝯspectu Dñi in loco quem elegerit,leges verba legis huius coram omni Israel audientibus eis tàm viris,q̄ mulieribus. Videbatur namq; ꝙ Deuteronomius solus necessarius esset ad cōem statum popularium: ad statum aūt sacerdotum pręter hoc erat necessarius Leuiticus,quia ibi oēs eorum cæremoniæ ꝯtinentur. *Sed meditaberis in eo diebus ac noctibus*. Ista dicuntur ad signandum magnā attentionem,quam habere debebant Israelitæ circa legem.non tn̄ tanta erat necessaria, nec possibilis.s.vt tota die ac nocte ꝯsiderarent circa legem Dei, quia tunc non vacaret eis tempus ad vllam actionem. sed similiter ista accipienda sunt.s.ꝙ frequenter Iudæi imaginari debebant circa legem, siue per diem, siue per noctem,& similis mod⁹ habeē Deute.c.6.s.erūtq; verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis,& meditaberis ea sedēs in domo tua,& ambulans in itinere,dormiens atq; consurgens,eruntque & mouebuntur inter oculos tuos:scribes ea in limina,& ostijs dom⁹ tuæ. Sufficiebat enim tantum in his considerare,vt homo non ignoraret legem,& memoria quasi assidua horum non permitteret cogitantem errare contra legem Dei.

Deuteronomius quare erat magis necessari⁹ Iudæis quàm tota lex.

Vt custodias ea, & facias omnia quæ scripta sunt in eo. Cogitatio assidua legis ad nihil aliud prodest, nisi vt secundum eam faciamus, quoniam lex non est propter intelligere, sed propter agere,cum sit mensura, & regula humanarum actionum.

F *Ad quid prodest cogitatio assidua legis & sanctarum Scripturarum. Et de vario modo sciendi circa agibilia.*
Quæst. XXIX.

ET dicitur ista ꝯsideratio esse dupliciter ad custodiendum,& faciendum omnia,quæ in lege scripta sunt. Primo modo tollendo ignorantiam.nam si quis ignoraret quid lege iubeatur,aut quid caueatur, nesciet quid agendum,aut fugiendum sit, nec faciet.cum vero meditationem assiduam in lege habuerit,non poterit ignorare quid lege iubeatur, vel caueatur. Alio modo proficiebat meditatio quasi ꝯtinua ad faciendum ea, quę in lege ꝯtinentur. nam q̄q̄ aliquis plene nosset quid in lege
G vetaretur,aut iuberetur,si illud nō ꝯsideraret actualiter.sed solum cognosceret secundum habitum,bene posset facere ꝯtrium,quia habitus nō repugnat actui: sed actus actum impedit.& ei repugnat. Et q̄q̄ aliqs cognoscat bonum ſm habitum,pōt iudicare malum actualiter:si tn̄ bonum cogitauerit,& iudicauerit,nequibit malum iudicare. Sic.n.distinguit Arist.7. Ethi. tractans de syllogismo incontinentis.s.qūo sciens decipiatur. & ponit aliquas distinctiones.s.ꝙ aliqui habent scientiam impeditam,sicut dormientes & vinolenti. Alij habent eam non impeditam, vt sobrij vigilantes. Item quoddam est scire ſm propositionem vniuersalem: aliud est scire ſm propositionem parti-
H cularem.qui scit bonum in vniuersali satis pōt errare. qui aūt cognoscit, & iudicat bonum in particulari, non pōt errare.Item quoddam scire est ſm habitū, & aliud ſm actum.scientes bonum ſm habitum contingit errare iudicando.scientes autem ſm actum,errare impossibile est.Sic igiē est in proposito.nam ēt si quis sciat legem Dei ſm habitum, vtilis valde est frequens cogitatio in illa.nam dato ꝙ sciat eā,si tn̄ actualiter nō ꝯsideret,falli ꝯtinget faciliter. si verò meditatio frequens sit, non ꝯtinget sic faciliter errare. & ob hoc valde laudatur in sacra Scriptura assidua meditatio in lege Dei. sic patet Psalm.1. vbi vir beatus designatur, & dicitur.si in lege eius meditabitur die ac nocte. Ex hoc autem nimis falli eos patet, qui cū viri sapientes circa sacras Scripturas sint, sermones
I verborum Dei a prædicantibus audire contemnunt, dicentes se hæc præcognouisse,quæ a prædicantibus audituri sunt.nam non est sola vtilitas prædicantis,vt nescientes erudiantur, sed & adhuc potissima est, vt scientes ſm habitum tepidum, audito verbo Dei ad feruorem quendam redeant: & meditatio ex nouo auditu eos firmiores ad resistendum vitijs efficiat, q forte ſm habitū cognoscentes tentationi succubituri erant. *Vt custodias, & facias, quæ in eo scripta sunt.* Custodire & facere possunt ad idem pertinere,vt ex modo vulgaris locutionis fit: ita vt nihil importet alterum super alterum. Alio modo dici potest, ꝙ custodire pertinet ad præcepta negatiua, & facere ad affirmatiua. Negatiua quippe vetant, & in his cauendum est
K ne ꝯ inhibitionem agamus, & hoc est custodire nos ab agendo.facere ad affirmatiua pertinet, quia actionem quandā dicunt,& vtraq; Deus teneri volebat. Alio mō distinguunē,quia custodire pertinet ad mētem.s.vt præcepta teneantur in mente.s.ꝙ ea facere proponamus,& facere pertinet ad opus.s.ꝙ ea in opere compleamus. *Tunc diriges viam tuam.* Idest, cum tenueris in mente volumen legis.s.Deuteronomij meditans die ac nocte diriges viā tuā.i.erunt oēs operationes tuę bene se habentes.vocatur via hominis ipsa eius operatio,& dicitur ista via directa quando operationes ſm legem Dei componuntur. operationes enim recte via dici debent.nam sicut ambulans antequā ambulet nihil de seipso manifestat, postea verò

Vtilitas ꝑdicatoris etiam in viris doctis.

via eum manifestat, ita operatio operantem prodit. nam nihil de nobis constat nisi per operationē, quia quod non agētes, in potentia sumus, hoc actus anūciat. vt ait Aristo. ethi. lib. 9. Ista via directa esse dicitur, quia secundum leges regulatur. Dicitur enim via alicuius recta, si recte tendat illuc quo ambulans peruenire intendit, si vero non perducat illuc, non est via sed deuium quoddam. Ita operationes cum se habeant respectu illius, sicut rectæ vel non rectæ, cum illuc perueniunt dicuntur directæ, vel non directæ. finis autem operationis nostræ est felicitas, quæ est in Deo. illa igitur est cōueniens, vel recta operatio qua in Deum rectè tendimus. tales autem sunt omnes, quæ per legem eius regulantur. *Et intelliges eam.* Idest cum feceris ista obseruans mandata legis cognosces viam tuam, scilicet, qualis sit an recta, vel distorta. vel intelliges qualiter ad rectitudinem viam tuam perducere possis, etiam si recta non sit. *Ecce præcepio tibi confortare.* Repetuntur hic admonitiones, scilicet, ꝙ Iosue confortaretur, & est sensus confortare, idest habe fiduciam non succumbendi hostibus, vel non deficiendi ab omnibus, quæ tibi dicta sunt. & hoc, quia ego præcipio tibi, quasi dicat, quia ego præcipio tibi, quòd conforteris dans fiduciam de promissis cōfortari debes certissime sperando, quæ dicta sunt. *Et esto robustus.* Ad animi fiduciam pertinet non ad corporis robur, quia non erat hoc in potestate Iosue, ita vt Deus admoneret, vt acciperet robur.

Et ponuntur ista duo, quia confortare signat acceptionem. & robustum esse signat permanentiam. & est sensus, quòd Iosue, qui fortassis tunc timebat, robur acciperet, quod erat confortari, & maneret postea in eo istud robur quod erat esse robustum. *Noli metuere, & noli timere.* Scilicet, non timeas, quòd succumbes hostibus. vel non timeas, quòd ego te deseram, ꝓpter aliquod peccatū, sicut Moyses impeditus est ne transiret Iordanē. sed certissime omnia fient, quæ tibi prædicta sunt, scilicet, quòd tu diuides terram sorte. & ponuntur ista duo ad signandum maiorem certitudinem, & magis mouendum, sicut supra dicebatur, non dimittam te, nec derelinquam te. Alio modo accipi potest, quòd ista duo significent diuersa. s. quòd timere significet timorem quēcunque, & metuere significet maiorem timorem, scilicet, ꝙ nullū timorem haberet magnum, vel paruum. sicut differentia est inter timere, & tremere. quia timere simplicem notat pauorem. tremere autem est valido timore concuti, ita vt tota corporis statura moueatur. Et patet, quòd ponatur inter ista verba differentia. quia Deuterono. 31. vbi ponitur ista commonitio facta a Deo Iosue mediante Moyse dicitur, noli timere: nec paueas. est enim pauere magis quàm timere. quia timere dicit minimum gradum. pauere autem pertinet ad aliquantam corporis mutationem. Et ad populum ponitur eadem commonitio. & dicitur ibidem viriliter agite, & confortamini, nolite timere, nec paueatis ante conspectum eorum. *Quia tecum est Dominus Deus tuus.* Idest Deus adiuuat te, & tunc nullus aduersum te poterit præualere, quoniam si Deus pro nobis, quis contra nos? vt patet ad Ro. 9. cap. *In omnibus ad quæcunque perrexeris.* Idest Deus te adiuuabit in omnibus, quæ facere tentaueris, ita quòd in nullo eorum succumbas, sed prosperentur opera tua.

In quo differt timere, & tremere.

Præcepitque Iosue principibus populi dicens. Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite. Præparate vobis cibaria, quoniam post diem tertium trā-

A sibitis ad possidendam terram, quam Dominus Deus noster daturus est nobis.

Hic ponitur secundum principale huius cap. scilicet, mandati diuini executio, & erat hic executio quātum ad duas partes. Primo quantum ad totum populum. Secundo quantum ad duas tribus, & dimidiā solum ibi. *Rubenitis quoque.* Circa primum ponitur præceptum quantum ad totum populum, vt disponat se ad recedendum de mansione illa: Et ex hoc patet quod supra dicebatur, scilicet, quòd locutio, quæ facta fuit ad Iosue a Domino, facta fuit mortuo Moyse, & facto planctu perfectè. nam cum Deus locutus B fuit Iosue subiungitur hic, quòd ipse mādauerit omnibus Israelitis, quòd se pararent ad recedendum de loco illo, & recesserunt. & tamen recessus eorum fuit completo planctu pro Moyse. nā finiti sunt dies plangentium Moysen in Bellsethim, vt patet Deutero. 34. cap. & tamen si quando datum est mandatum, & ista fiebant, non essent completi, recessissent Israelitæ de loco planctus pro Moyse ante finitum planctum. dicendum est ergo, ꝙ locutio ad Iosue facta fuit post finitum planctum pro Moyse, & omnia, quæ sequunt. *Præcepitque Iosue.* Immediate, vt Deus dixit Iosue, ꝙ transiret Iordanem, ipse dedit mandatum, quòd omnes se pararent ad transeundum. *Principibus populi dicens.*

Qō. 4.

C *Qui vocentur principes populi modi quattuor assignantur. Quæst. XXX.*

POSSVNT hic vocari principes populi iudices constituti a Moyse per manum Ietro soceri sui, scilicet, decani, quinquagenarij, centuriones, & tribuni, vt patet Exo. 18. cap. totus quippe populus in his diuisus erat, & isti principabantur, quia dirimebant litigia, & ad horum imperiū ceteri expectabant. Alio modo dici potest, quòd vocentur hic principes illi, qui vocabantur ad consilium cum aliqua facienda forent: nam inter Iudæos erant viri proceres, & prudentes, & nominatim vocabātur ad consilium cum quid agendum foret. sic patet Nu-D me. 16. cap. cum dicitur, alij quoque filij Israel ducēti quinquaginta viri proceres synagogæ, qui tempore consilij per nomina vocabantur, & quia inter istos deliberabatur de rebus magnis, poterāt isti vocari principes populi, sicut rectores ciuitatum principes vocari queunt. Alio modo vocantur principes populi, & conuenientius principes tribuum. s. quia in qualibet tribu erat vnus princeps, qui veniebat directe a capite illius tribus per lineam primogenitorum, & isti erant honoratiores viri in tota tribu. de his patet Nume. 1. cap. vbi ponuntur 12. principes 12. tribuum, & hi cum Moyse fecerunt numerationem bellatorum, de qua ibi dicitur. Vocantur etiam isti principes, & erant excellentissimi in tota plebe. nam in dedicatione tabernaculi obtulerūt in 12. diebus quilibet in die E sua munera specialia, & non agitur de reliqua plebe, sed de istis tanquam de illustribus personis. & ad imperium istorum mouebātur reliqui de tribubus suis, & cognationibus suis. Alio modo adhuc strictius possunt vocari principes populi ipsi, qui erant principes vexillorum: nam erant castra Israelitarum in deserto disposita per quadrum. s. in 4. partes, & inter eas erat Sanctuarium. & erant sub 4. vexillis. s. sub vexillo tribus Iuda erat ipsa tribus Iuda, & duæ aliæ tribus. Et sub vexillo Ruben ipsamet tribus, & aliæ duæ. Et sub vexillo Ephraim ipsamet tribus & aliæ duæ. Et sub vexillo Dan, ipsamet tribus, & aliæ duæ, vt patet Nume. 2. cap. quia ergo erāt hic 4. principes vexillorum, essent

essent 4. principes specialiter in tota plebe Iudæorũ, qui præsidebant super principes etiam aliarũ tribuũ, & hos faceret vocari Iosue. Et sic videtur, quòd principes populi vocentur hic aliquo horum duorũ modorum postremorum. vocauit autem eos Iosue, eo quòd debebant omnes Israelitæ se parare ad transeundum, vt isti notificarent in tribubus suis facientes preconizari. *Transite per medium castrorum.* Iste transitus erat clamando voce preconis, vt audirent cuncti ꝙ recessuri erant de loco illo ad transeundum Iordanem. & non est sensus, quòd Iosue mandaret ista principibus, scilicet, vt ipsi transirent per media castra, & ista clamarent, quia vilissimum officium præconis est, sed quòd ipsi mandarent quilibet in sua tribu alicui, vt transiret per totam tribum clamans, quòd pararẽt se ad recedendum vsq; in dies tres, & sic breuiter sciri posset per omnia castra. *Transite per medium castrorum.* Medium signat hic interpositionem, scilicet, quòd oĩa, quæ erant intra terminos castrorũ, vocarent medium castrorum. nam si per medium castrorum, accipiendo medium secundum æque distantiã clamãdum foret, rari audirent. sed per partes omnes castrorum transitus fieri debebat, vt omnes audirent.

Códlusio.

Et imperate populos, & dicit. Idest faciatis, vt præcones imperent populo, & dicant, quę sequuntur, scilicet præparate vobis cibaria. hoc autem præcones imperabãt, non quidem ex se ipsis imperatiue loquẽtes, sed dicentes hęc mandat Iosue dux noster, vt omnes parent cibaria, quia post tres dies transire debem⁹ Iordanem. *Præparate vobis cibaria.* Mandauit parari cibaria, quia in expeditione bellica non est facile parari cibos: ideò ante parandi sunt.

Qui cibi erant quos præcepit Iosue parare Israelitis, cum transituri essent Iordanem. Quæst. XXXI.

QVAERET aliquis, quę cibaria essent ista: an esset manna. Et dicendum est, non posse esse manna, quoniam manna dato, quòd colligeretur, non posset conseruari per aliquot dies, sed scaturiebat vermibus, nisi cum colligebatur sexto die pro sabbato, cum non liceret colligi in sabbato, quia tunc duobus diebus manebat. sed hic pro pluribus diebus iubentur parari cibaria. de hoc Exodi 16.

Item quamquàm manna posset per multos dies conseruari, ita quòd non scaturiret vermibus; tamen superfluum erat illud pro multis diebus colligi, quia quolibet die cadebat in campo extra castra: ideo quotidie colligere possent sine labore non facientes parationem vllam.

An ob id parare debebant cibos, quòd Manna iam defecerat. Quęst. XXXII.

SED adhuc aliquis obijciet, quòd manna iam non erat, sed alij cibi. quia accesserant Israelitę ad terminos terræ Chanaan. & de istis parare possent, & iubebantur. Respondendum est esse falsum, quoniam nondum cessauerat manna, nec cessauit immediate post transitum Iordanis. sed in die 15. mensis primi anni 41. ab exitu de Aegypto cũ transissent Iordanem, & facerent phase in Galgalis in campestribus Iericho. die 15. comederunt panes azymos, & tunc cessauit manna cum comedit populus de panibus, & polenta anni illius in terra Chanaan. vt patet infra 5. cap. cum dicitur, & fecerunt phase decima quarta die mensis ad vesperum in campestrib⁹ Iericho, & comederunt de frugibus terræ die altero azymorum panes, & polẽtam eiusdem anni, defecit-

Qñ cessauit mãna.

F que manna postquam comederunt de frugibus præsentis anni in terra Chanaan. Ergo ante trãsitum Iordanis quando Iosue ista dici iubebat, nondum cessauerat manna.

An Israelitæ pararent cibos de manna in crastinum. Quæst. XXXIII.

SED adhuc dicet aliquis, ꝙ Israelitæ parabant cibos de manna, quia quidam comedebant manna simpliciter sumptum. & in his paratio nulla necessaria erat nec fiebat. alij autem coquebant in ollis densantes in formam tortularum, vt patet Nume. 11. ca. cum dicitur, circuibatque popul⁹,
G & colligens illud frãgebat mola, siue terebat in mortario coquens in olla faciens ex eo tortulas, saporis quasi panis oleati. Et de hoc diceretur, quòd quamquàm manna simpliciter sumptum in cibos parationem nullam suscipiebat: tamen istud quod coquebatur in olla indigebat paratione, & pro hoc instrueretur populus, vt pararet sibi cibos.

Rñdendum est non posse stare: nam poterant Iudei colligere quotidie ꝑ quolibet capite gomor vnũ, & illa mensura sufficiebat pro quolibet die, ita quòd qualibet die comedere posset. & nullus est, qui vltra hoc cibos expeteret. & siquis conaretur plus accipere, magis nõ hẽbat, vt patet Exo. 16. c. ergo quãquàm Iudei parare vellent cibos de manna pro alijs diebus, non possent accipere illud. Amplius autem quoniã,
H & si accipere possent de manna quantum vellent, tñ non posset illud manere ad aliquot dies. sed in eo die quo sumebatur comedi debebat, alioquin vermibus scaturiret, vt patet Exo. 16. non poterat ergo vllatenus hoc intelligi de manna, sed de quibusdam alijs cibis.

An, vt Iudæi in deserto præter panem, & manna interdum alios cibos habebant, ita & hic possent habere. Quæst. XXXIIII.

CONSIDERANDVM autem est, quòd q̃q̃ Iudæi in deserto panem hr̃e non possent, poterant tñ habere quosdam alios cibos, de carnibus. n. patet, qm̃ pecora multa de Aegy-
I pto eduxerunt, vt patet Exo. 12. Et nunc ante exitum de deserto quidã eorũ valde multa pecora habebãt. vt patet de tribu Rubẽ, & Gad, & dimidia tribu Manasse. & propter hoc petierunt terram duorũ regum Amorrhęorũ. s. Og, & Sehon, sibi dari añ transitũ Iordanis, vt patet Nu. 32. Alios quoque cibos interdũ hẽbant, vt patet cũ transierunt Israelitæ per terram Moabitarũ, qui habitabãt in Ar, & ꝑ terrã Idumęorũ, vt patet Deut. 2. s. cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis, aquã emptã haurietis, & bibetis. & postea sequit̃ in eo. c. qũo vendiderint eis cibos. sed non p̃t intelligi de mãna, quia illi non hẽbant mãna in ptãte, sua, vt possent vẽdere Iudæis, sed de alijs cibis. Similes cibos poterãt hic hẽre Hebręi, siue de carnibus, siue aliarũ rerũ, & de his dr̃ hic, ꝙ pararẽt ad recedẽdum.
K

An Iudæi nunc hic ab aliquibus gentibus reciperent cibos. Quæst. XXXV.

FORTE adhuc aliquis dicet, quòd Iudæi ab aliquibus gentibus nunc recipiebant cibos emptos, & de his dicitur, quòd pararent.

Respondendum est nõ posse stare, quia nũc Iudęi non habebant aliquam gentem eis confęderatam, quę eis cibos daret, omnes quippe eis obuię erãt, & timebant eos de solis enim Moabitis, & Idumæis legitur, quòd eis cibos darent, & non aliæ gentes.

Sed

Sed adhuc quisquam dicet, quòd Moabitæ darent A nunc sibi cibos venditos, quia erant propinqui terræ Idumęorum: immo duæ mansiones dicebantur esse in terra Idumęorum, scilicet, vna in campestrib⁹ Moab, & aliæ in planioribus locis terræ Moab circa Iordanem, vt patet Nume.32.cap.in catalogo mansionum.

Solutio. Respondendum est, quòd nunc non recipiebant Israelitæ cibos a Moabitis, quia solum receperant ab eis cibos quando transierant per ciuitatē nomine Ar. vt patet Deuterono.cap.2.cum dicitur, ꝙ Idumæi, & Moabitæ, qui morantur in Ar, dederunt viam Israelitis, & cibos venditos. sed Ar est ciuitas quædam in principio terrę Moab, vt patet Nume.21. B & Deuterono.2.cap.dicitur, tu transibis hodie terminos Moab vrbem nomine Ar, & accedes in vicinia filiorum Ammon. postea vero ingressi sunt Israelitæ terram duorum regum Amorrhęorum, & nunc vltimo circa Iordanem accesserūt ad terram Moab. tamen Moabitæ non darent eis cibos quin potius excluderent eos, quia adduxerant cōtra eos Balaā ariolum filium Beor ad maledicendum illos, vt patet Nume.22.& Deuterono.23.non ergo poterant habere nunc cibos ab aliqua gente. sed ipsi poterant parare de carnibus, siue de alijs cōdimentis varijs, quę homines facere solent.

Nec posset etiam dici, quòd in loco illo iam essent fruges, & Iudæi comedere possent. Respondendum est, quòd cum Iudæi transierunt, & delebant terram C duorum regum Amorrhæorum, poterāt inde habere aliquos cibos de his, quæ habebant ad vitam ipsi Amorrhæi: non tamen possent habere panes, vel polentam de nouis frugibus anni illius, quia nondum fruges aliquæ ad maturitatem peruenerunt. nā quando Iudæi Iordanem transierunt, erat decima dies mēsis primi anni 41. vt patet infra 4.cap.& tunc est mensis martius, in quo in terra Chanaan incipit habere fruges primas aliqualiter venientes ad maturitatem. & vocatur iste mensis nouarū frugum, vt patet Exo. 13.& Deuteronom.16.tunc enim Israelitæ exierunt de Aegypto, & dicebantur exire mense nouarū frugum. ergo tempore præcedente, scilicet, in mense 11. & 12. quando erant in vltima mansione deserti in cāpestribus, & planioribus locis terræ Moab circa Ior- D danem, nondum erant fruges maturæ ad cibum, sed forte nullæ erant. Cum autem transierunt Iordanē stantes in Galgalis vsque ad diem 14. mensis primi ad vesperum, inceperunt comedere sequenti die 15. panes, & polentam de nouis frugibus, vt patet infra 5. cap.& sic videtur, quòd ante hoc habere non poterāt nouas fruges in terra regum Amorrhæorum.

Sed dicendum est, quòd in terra regum Amorrhæorum Iudæi inuenerunt cibaria. manifestum est enim, quòd illę gentes sine cibis nō erant, & quia velociter deletæ sunt, manebant cibi earum nondum consumpti, & possent illos accipere Iudæi tam in panibus quàm in carnibus, & cęteris rebus: potissime, quia manerent veteres fruges, & farina, de quibus E poterant ali.

Respondebit adhuc quisquam ad hoc, quòd quāquàm ista manerent: tamen non licebat Iudæis accipere hæc de gentilibus, quia immunda computarentur.

Sed hoc stare nequit, quia Israelitæ susceperunt cibos a Moabitis, qui morabantur in Ar, & ab Idumęis, vt patet Deuteronom. secundo capitu. & tamen isti erant gentiles. ergo poterant recipere ab Amorrhæis.

An Hebræis non liceret accipere cibos ab Amorrhæis. Quæst. XXXVI.

AD hoc forte quisquam respondebit, quòd licebat Iudęis accipere cibos de manu Idumęorum, & Moabitarum, & non de manu Amorrhæorum, quia Amorrhæi erant de gentilibus illis cū q̄bus nullū fœdus habituri erant, sed deleturi illos. Idumęi erant fratres eorum: Moabitæ autem etiam descendebant ex eodem genere propter Abraham. & iusserat Deus, vt his populis nō nocerent, vt patet Deuteronom.2.cap.

Respondendum, quòd nō tenet positio istorum. nam sicut licebat Israelitis accipere ab Idumæis cibos, ita licebat de manu omnium aliorum gentiliū, quia omnes erant idolatræ, nec valet assignata ratio diuersitatis, quia Iudæi accepissent cibos libenter ab Amorrhæis si ipsi darent, immo petierunt ab eis, vt patet Deuteronom.2.& Nume.21.cum dicitur transibimus per terram tuam, publica gradiemur via, non declinabimus ad dexteram, nec ad sinistram, alimenta precio vende nobis, vt vescamur, aquam pecunia tribue. Ergo licebat Israelitis accipere alimenta ab Amorrhæis, sicut à cęteris gentibus. Ideo cum eis interfectis manerent in domibus suis multa cibaria, haberent inde gentes Iudæorū sustentationē pro multis diebus, potissime in farina, & frumento, quæ haberēt Amorrhæi recondita pro anno sequenti.

Item, quia dato, quòd non liceret Iudæis accipere de cibis gentilium, verum esset hoc de cibis cōfectis, quæ vocantur pulmenta, poterant tamen de alijs cibis, quæ a natura sunt, vel sine humana confectione. sicut de fructibus, & de animalibus viuentibus, & de farina, & frumento. Hanc differentiam Iudæi, qui p̄rnarum legum sectatores sibi videntur, ad cibos nostros obseruant. ideo omnia alia acciperent Iudæi de manu Amorrhæorum.

Dicendum ergo videtur, quòd Iudæi de rebus inuentis in domibus Amorrhęorum asportauerint vniuersa, quæ poterant ad cibos. & de his sibi cibi parandi nunc erant, vt si deberent fruges terere, vel farinam in panes formare, egebant enim paratione: ideo dati sunt tres dies ad parandum.

An Hebræi comederint in terra Amorrhæorum de cibarijs eorum. Quæst. XXXVII.

SED adhuc aliquis arguet, quòd non comederint Iudæi talia in terra Amorrhęorum. Nam si talia comedissent, deficeret eis manna, sed non defecit. ergo non comederunt. quòd autem non defecerit, patet quia non defecit vsque post transitum Iordanis die 15. mensis primi, vt patet infra cap.5. Quòd autem defecisset, si comederent de frugibus terræ Amorrhæorum patet, quia quādo ingressi sunt in terram vltra Iordanem, & cęperunt comedere de frugibus terræ, illico manna cępit deficere, vt patet infra cap.5. cum dicitur. defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ pręsentis anni in terra Chanaan. ergo eodem modo si comedissent in terra Amorrhæorum de frugibus, defecisset manna.

Respondendum est, quòd comederunt Iudæi in terra duorum regum Amorrhæorum de frugibus terræ veteribus, & cęteris alimentis: atque de eis se parare potuerunt antequam transirent Iordanem, q̄a Iudæi desiderauerunt habere de cibis Amorrhæorū, vt alerentur, & potuerunt habere nemine impediente. ergo acceperunt, & comederunt. Primum patet Deutero.2. vbi petierunt Iudæi a rege Sehon Amorrheo

rhęo

rhęo viam, & alimenta precio vendi. Quòd autem habere potuerint, patet quia subiecerunt sibi Iudæi duorum regum Amorrhęorum terram. ergo poterant accipere quæcunque in ea erant.

An post bellum Amorrhæorum manserunt ibi aliqui cibi, quibus vterentur Hebræi. Quæst. XXXVIII.

Sed aliquis dicet nullos superfuisse cibos nec veteres fruges quas Iudæi possent accipere in alimentum, quoniam bello premente consumpta erant, sicut alias fieri solet in vastitate hostili, ita vt interdum comedant homines cibos infames, & compellantur comedere fructum vteri sui; sicut patet Leui.26.& Deuteronom.28.& 4.Regum 6.in his ergo bellis poterant esse deleta vniuersa cibaria Amorrhęorum regum. ita vt nihil Iudæis relinqueretur comedendum. Respondendum, stare nō posse, quoniam Amorrhęorum reges non fuerunt a Iudæis diutino bello consumpti, aut longa obsessione fatigati; sed vnico bello quilibet regum illorum deletus est: nam vno fuit bello extinctus Sehon cum populo suo. Idem quoque accidit in rege Og, vt patet Nume.21.& Deuteronom.2.& 3.ideo non poterant esse consumpta alimenta, quæ ipsi recondita habebant pro sequenti anno saltem. Ideo necesse erat, vt Iudæi inuenirent in domibus Amorrhęorū cibos, & nullus impediret eos, quin acciperent de eis, cum deleti forent vniuersi Amorrhęi terrę illius, & ante hoc desiderarent de cibis illis: ergo nunc inuenientes eos, & a nullo impediti comederunt.

Et quando arguebatur, quòd si Israelitæ comedissent de cibis in terra Amorrhæorum defecisset manna, non tenet consequentia. nā eodem modo argueretur, quòd quia Iudæi comederunt de cibis Moabitarum, & Idumæorū cessauit manna. sed falsum est. Quòd enim istorum cibos Iudæi comedissent, patet Deuteronom.2.vbi mandat Deus, quòd transeant ꝑ terram Idumęorum, & accipiant cibos pecunia emptos, & idem postea dicitur de Moabitis. Et postea sequitur quomodo ab vtrisque alimenta acceperunt in eodem cap.& tamen non defecit manna vsquequo intrauerunt in terram vltra Iordanem, vt patet infra 5.capitu.

Quare mā na cessauit post transitum Iordanis & non ante. Cum vero arguitur, quòd manna defecit, cum comederunt Iudæi de fructibus terræ Chanaan: ergo similiter deficere debuisset, cum comederēt de frugibus terrę Amorrhæorum. Respondendum non esse simile de terra Amorrhæorum, & de terra vltra Iordanem, & hoc propter duo. Primo, quia Israelitę, qui transibant Iordanem, manebant in terra illa, sed non erant mansuri in terra Amorrhæorum. Ideo in terra vltra Iordanem manna cessare debuit eis, quia iam erant in terra populata in qua mansuri erant.

Cum vero erant in terra Amorrhęorum, quia nō erant ibi mansuri, si ibi defecisset manna non haberent quid postea comederent dum transibant, & aliqualiter sedebant in terra, in qua mansuri erant.

Secunda causa, & potissima fuit, quia quando Iudęi erant in terra Amorrhęorum, nondum venerant nouę fruges, ita vt de eis comedere possent, sed aliquid de veteribus supererat. ideo non debebat cessare manna quousque haberent solidum, & certū nutrimentum. Hoc autem eis fuit in terra Chanaan vltra Iordanem: nam ibi habuerunt nouas fruges de quibus comederunt antequam cessaret manna, & ista est causa potissima. nam non immediate cessauit manna, vt Iudæi transierunt Iordanem, sed postquam inceperunt comedere de frugibus nouis illius anni, vt patet infra cap.5.nam quinque diebus post-

F quam Israelitæ transierunt Iordanem, cessauit manna. Quod patet, quia decima die mensis primi anni 41.ab exitu de Aegypto transierunt Iordanem, vt patet infra 4.cap.sed die 15.sequenti, quę erat prima dies mensis Azymorum, cum comedissent Iudæi Azyma de frugibus nouis anni illius cessauit manna, vt patet infra 5.capitu.hoc autem non habuerunt Iudæi in terra Amorrhæorum, vt supra probatum est. ergo non debuit ibi cessare manna.

Quoniam post diem tertium transibitis Iordanem. Idest parate cibaria nunc pro aliquibus diebus sequentibus: non enim habebitis semper spatium, & hoc, quia post tres dies transibitis Iordanem, scilicet, quia sic determinatum est, vt post tres dies moueamus castra ad

G transeundum Iordanem, erant quippe castra prope Iordanem, scilicet, in planioribus locis apud Iordanem, vt patet Nume.33.capitu.

Et intrabitis ad possidendum terram. Non dicitur, quòd intrabunt ad possidendum, quasi nihil aliud facturi essent nisi possidere. nam primo expulsuri aut verius deleturi erant hostes. Sed dicitur, quòd intrabunt ad possidendum dupliciter. Vno modo, quòd finis ingressus terræ erat iste, scilicet, quòd possiderēt, quāquàm ad possessionem præcederet deletio hostium. nam quamquàm Israelitę debellarent hostes, tamen ista debellatio non erat propter seipsam, sed propter possidendam terram, & res a suo fine denominari debet. Alio modo intelligitur, quòd intrabant Israelitæ ad possidendam terram, quasi dicat, quamquàm

H ante hoc hostes debellare deberent: tamen illud Deo agente, ita leue erat, quòd non videbatur esse alicui laboris, & sic videbatur Iudæis nihil superesse nisi possidere terram, quæ erat vltra Iordanem. si autem difficilis esset hostium debellatio, diceretur quòd intrarent ad debellandum hostes, tanquam illud esset opus suum, quòd facturi essent. Et dicitur ad possidendam terram non, quia Israelitę iam nihil possiderent de terra quam Deus eis promiserat, cum possiderent terram duorum regum Amorrhęorum, quæ data fuit duabus tribubus, & dimidiæ, vt patet Nume. 32.& Deuteronom.3.& infra in litera. sed dicitur ad possidendam terram, idest partem terræ, quia pars iam capta erat, & pars capienda restabat.

I *Quam Dominus Deus vester daturus est vobis.* Idest, quā pro parte Deus iam vobis dedit, & pro parte adhuc daturus est, vt possideatis. nam dederat terram duarum tribuum, & dimidiæ, restabat autem danda, & possidenda terra pro nouem tribubus, & dimidia: hanc autem quamquàm Iudæi de manibus hostium accepturi erant, tamen dicebatur eam daturus eo, ꝙ non accipiebant eam Iudæi viribus suis, sed Deus cōferebat vires recordatus pacti quod ad patres eorum habuerat, vt patet Deuteronom.8.nam mittebat terrorem in gentes aduersantes, & in fugam compellebat, atque coram eis corruere cogebat, vt patet Exo. 23.& Deuteronom.7.de his magis declaratum est Leuiti.26.capitu.

Rubenitis quoque, & Gaditis. Hic ponitur præceptum

K Iosue, & admonitio quantum ad duas tribus, & dimidiam. nam istæ duę tribus, & dimidia, acceperāt possessionem ante transitum Iordanis, in terra duorum regum Amorrhæorum, vt patet Nume. 32. & vsque ad Iordanem in mansione in qua nunc erant Israelitæ, pertingebat possessio eorum. cum ergo nunc transeundum esset ad obtinendam terram, quæ erat vltra Iordanem, quę nullo modo ad eos pertinere debebat, nollent transire istę duę tribus, & dimidia fortassis, ideo Iosue admonet vt transeant ante fratres suos, sicut conuentum fuerat inter eos.

Post diem tertium transibitis Iordanem. Idest dispo-

natis

natis cibaria vestra, quia oportet, vt post tres dies transeatis Iordanem.

An Iosue cum dixit post diem 3. transibitis Iordanem, mentitus fuerit seu errauerit. vt Augustinus, & alij dixerunt. vel sic factum fuerit vt Iosue dixit. Quæst. XXXIX.

IN hoc aliqui de nostris expositoribus dicũt Iosue mentitum fuisse falsa prænunciando. nam non transierunt Israelitæ Iordanem tribus diebus postquam istud preceptum factum est, sed ad minus septem, quod probant ex ordine literę. nã exploratores missi sunt de ista mansione, in qua tunc erãt Iudęi, quæ vocat̃ Sethim, vel alio nomine Bellsethim. vt patet Numeri 33. cap. & isti ad minus manserunt quatuor diebus antequam reuerterentur in castra ad Iosue. quia hospitati sunt apud Raab ierichontinam meretricem. & cum quæreret eos rex Iericho, consilio Raab ascenderunt in montana, & manserũt ibi diebus tribus, vt patet seq. cap. & postea venerunt ad Iosue. hoc autem ad minus 4. vel 5. dies exigebat. venientibus autem exploratoribus, mouit Iosue castra ad Iordanem, & mansit ibi diebus tribus, vt patet infra 3. cap. Ideo ad minus erant isti dies septẽ vel 8. postquam datum fuit istud præceptum, & non transierunt post dies tres. Falsè ergo preconizabatur, scilicet, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem. Et dicunt, quòd Deus permisit Iosue errare, quia consilio humano ductus non quęsiuit consiliũ Domini. potissime cum Deus iussisset, vt quomodocunque Iosue aliquid acturus esset, consuleret sacerdos magnus pro eo Dominum. vt patet Numeri 27. cap. scilicet, tolle Iosue filium Nun virum in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum, qui stabit coram Eleazaro sacerdote. pro hoc si quid agẽdum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum. Esset autem ei iste error instructio ad futura, ne ampli⁹ in his, quæ agenda forent suo sensu niteretur.

An dicendum sit, vt ponit Historia Scholastica, quòd humano consilio errauerit Iosue, quòd & Augusti. tenuit. Quæst. XL.

ISTAM positionẽ tenet historia scholastica dicẽs, quod enim dixit de tertio die, humano consilio dixit Iosue. non enim transierunt Iordanem vsque ad septimum diem. exploratores enim quos tunc misit, per triduum morati sunt, post reditũ quorum per triduum expectauit populus diminutionem aquarum, tunc & præparauit sibi cibaria iuxta mandatum Iosue. permisit ergo Dominus (vt ait Augusti.) errare Iosue, ne deinceps simile aliquid sine diuino consilio aggrederetur, pręsertim cum Domin⁹ dixisset Moysi in electione eius: Iosue succedet tibi. pro eo si quid agere voluerit Eleazar sacerdos consulet Dominum, quòd autem errauerit, patet: ignorabat enim, vtrum in diem tertium nubes attolleretur, sine cuius motu non mouerentur castra. hęc dicit historia. De Augustino dicendum, quòd idem tenet, scilicet, ꝙ fluxerint ab ista p̃conizatione vsq; ad transitum Iordanis saltẽ septẽ dies. & qñ Iosue istud dixit nõ fuit motus spũ Dei, sed humano ꝯsilio. putauit. n. ꝙ vsq; ad tp̃s illud redirent exploratores, & transire possent Israelitæ, sed accidit, ꝙ tardarẽt exploratores, & non potuerit fieri, quod cogitauit Iosue. Vnde ait Augusti. Quærit̃ quõ pręcepit, postquam Dñs exhortatus est eum, & ꝯfirmauit. promittens se cũ illo futurum, cũ post multo plures dies transierit Iordanem. cum. n. hoc mandasset misit exploratores in Iericho, qui diuerterunt ad Raab, & ab illa occultati, & a rege

A quæsiti, & non inuenti ipsa dimittente illos per fenestrã, & monente, vt triduo in mõtanis manerẽt. quatuor ergo dies in his vident̃ esse ꝯsumpti, cũque nunciassent, q̃ circa se gesta erãt ꝓmouit Iosue cũ oĩ populo de loco vbi erant diluculo, & veniẽs ad Iordanẽ diuertit. Hucusq; Augustinus. & tñ ipse vult, ꝙ ista verba Iosue fuerint vera, non ꝓ prima vice, sed ꝓ secũda. Vnde innuit, ꝙ Iosue semel p̃conizari fecit hoc per castra, antequã mitteret exploratores in Iericho, & q̃a ab ipso die vsq; ad trãsitũ Iordanis fuerũt plures, q̃ tres dies, non fuerũt vera verba Iosue. sed vult, ꝙ reuersis exploratorib⁹ in castra ꝓmouerit popul⁹ cũ Iosue vsque ad Iordanem, & cũ ibi essent, rursus p̃conizari fe-

B cit Iosue, ꝙ pararẽt cibaria, q̃a post diẽ tertiũ trãsirẽt Iordanẽ. Et hoc apparet, q̃a statim subiũgit Augu. s. & veniẽs ad Iordanẽ diuertit, tũc popul⁹ admonet̃ rursus, vt post triduum p̃pararet se transire Iordanẽ. Fuit ergo humana dispositio, quod prius fecit nũciari. sperauit. n. sicut hõ, hoc fieri posse si exploratores cito reuertissent, quibus tardantib⁹ intelligit̃, & si Scriptura taceat, cetera diuina dispõne impleta, vt iã incipet apud populũ glorificari Iosue: nam & illi quib⁹ Deus loquit̃ dispõne aliq̃d agere volũt humana, in qua Deũ rectorẽ sibi esse ꝯfidũt, sed eorũ ꝯsilia sępe ab illo mutant̃, cuius ꝓuidẽtia regunt̃. vñ Moyses tãquã hõ, putauit oẽs cãs populi sibi esse audiẽdas, sed dispositio eius suggerente Ietro, diuinitus mutatur.

C *Confutatio vrbana opinionis Augu. ex verbis sacræ scripturæ Et quòd recapitulatio, & anticipatio narrationis sæpe fit in sacra Scriptura, & non semper seruatur rectus ordo, immo illud quòd fit prius, narratur posterius, & econtra, & per hoc tolluntur multa dubia. Quæst. XLI.*

DICENDVM ad intentionẽ Augustini, ꝙ satis ꝯcederemus Iosue errasse, & in hoc humanitus fuisse locutũ, vt sequeremur auctoritatẽ eius, nisi aliqua nos mouerẽt. Primo, q̃a Iosue erat Propheta Dñi, & ab eo dirigebatur. Secundo, quia Deus locutus fuerat sibi nunc de trãsitu Iordanis, & dixit sibi, ꝙ trãsiret Iordanẽ, vt patet in litera, & ita vr̃, ꝙ dixerit ei oĩa circa hoc ꝯueniẽtia. s. qñ trãsirẽt, & qũo. nõ ergo erat verisimile, ꝙ Deo si-

D bi loquente de his erraret ipse in illis. Tertio, q̃a De⁹ dixit ei nũc nõ dimittã te, neq; derelinquã. & tñ si ipse erraret in his, q̃ facturus erat, & pręsertim in principio ducatus sui, videretur eũ Deus deserere. ergo non est satis ꝯcedendũ. Quarto, & principalr̃, q̃a non est aliquod incõueniẽs ꝯcedẽdũ sine necessitate, & tñ errasse Iosue in p̃nũtiatione sua est aliquod incõueniẽs: iõ non est cõcedẽdũ sine necessitate, & tñ nulla necessitas mouet ad cõcedẽdũ prænũciationẽ Iosue esse falsam. ergo nõ est cõcedẽdũ. Cũ aũt arguit̃, ꝙ trãsierint plures dies q̃ tres ab ista p̃nũciatione ad trãsitũ Iordanis. Dicẽdũ, ꝙ nõ sequit̃, istud. n. esset, si eẽt semꝑ rectus ordo lr̃e, & nũquã esset anticipatio, neq; recapitulatio: & tñ sępe fit anticipatio, & recapitula-

E tio in hoc libro, & in alijs libris sacrę scripturę. nã multa ponunt̃ hic facta, vt infra 10. & 11. & 14. & 15. c. de captione vrbiũ, & deletione Gigãtũ, q̃ ꝯstat facta esse post mortẽ Iosue. Ita hic mutatus est ordo. nã pri⁹ misit Iosue exploratores q̃ p̃nũciauerit istud. & fuit ordo, ꝙ De⁹ locutus fuit ad Iosue de trãseũdo Iordanẽ, & ꝙ mitteret illuc exploratores, licet Scriptura illud taceat. & misit illuc exploratores, expectauitq; in loco in quo erat cũ toto populo, quousq; redierũt exploratores, quia nesciebat quãdiu moraturi essent, & q̃d afferrẽt. cũ vero redierũt referẽtes traditã esse terrã in man⁹ ipsorũ, & ꝙ elãguerint corda Chananęorũ, pręnũciari fecit Iosue, ꝙ pararẽt se oẽs, q̃a post triduum

transirent

transirent Iordanem,& ita factum est:vñ vera fuerũt verba Iosue. Cã autem anticipationis fuit. vt seruaret ordo artificialis scripturæ qui interdum seruari non põt nisi recedatur ab ordine naturali rerum gestarũ. nam ante oĩa hęc fuit, ꝙ Deus loqueretur Iosue, ꝙ transiret Iordanem,quod ponitur hic in principio literæ.& post hoc fuit totum quod ponitur sequenti cap.de missione, & reditu exploratorum, & statim fuit prænunciatio Iosue de transeundo Iordanem, si aũt interponeretur quod pertinet ad exploratores,qa illud est magna narratio, oportebat rursus repeti de locutione Dei ad Iosue de transeundo Iordanem, qa aliàs videret multum discontinuata narratio de eadem re.ideo vt non rumperetur cõtinuitas narrationis,statim vt dictum est,quòd Deus dixerit ad Iosue, ꝙ transiret Iordanem,adiungitur, ꝙ fecerit ipse prænunciari,ꝙ pararent se oẽs ad transeundum Iordanẽ post tertium diem,& cętera, quę ad istum transitum pertinent ponuntur. & postea ponitur de exploratoribus sequenti c.& ita facta fuit hic quędã anticipatio.

Non potest dici, quòd ista verba bis dicta fuerint, vt Augustin. putauit, sed quòd semel. Et regula de diuina correctio ne ad eos, qui cum amici Dei sunt, aliquid tamen humana dispositione agunt. Quæst. XLII.

ET hoc vult aliquo mõ Aug.nam dixit, ꝙ Iosue istud dixit,& tñ non mouit castra. & postea misit exploratores, quibus reuersis ipse cum toto populo mouerunt castra vsque ad Iordanem,& ibi prænunciauit iterum, ꝙ pararent se ad transeundum post tertium diem, & ita ſm eum necesse est dici ista verba dicta fuisse post regresſũ exploratorum. Ex quo satis argui potest ꝯ intentionẽ Augustini. Primo de pluralitate:s.quia ponit bis dicta fuisse ista verba vel factam prænunciationem:cum tñ Scriptura semel tantum ponat, & ista pluralitas non habet necessitatem aliquam,quia satis est poni semel factum. Secundo, quia ponendo semel, sunt verba Iosue vera.s.ꝙ fuerint ista dicta post regressum exploratorum facta anticipatione, ponendo autem bis dicta esse, oportebit semel falsa esse.s.qñ prima vice dicta sunt: & tñ hoc est magnum inconueniens.s.ꝙ addendo aliquid ad scripturam reddamus illã falsam, cum potius additio, vel subauditio fiat ad reddendũ verum,quod aliàs videbatur esse falsum. Tertio,quia cum Aug.addat hic aliquid ad scripturam faciendo pluralitatem,idest, ꝙ bis dictũ fuerit, semel ante missionem exploratorum, & semel post, oportet ꝙ ista pluralitas fieret ad saluandum aliquid quod aliter saluari non poterat,quia aliàs esset vitium poni pluralitatem sine necessitate: & tñ ponendo hoc bis nõ saluat Aug.verba Iosue neque facit aliquam vtilitatẽ, sed potius corrumpit verba, quia facit semel esse falsa inquantum fuerunt dicta ante missionem exploratorum,& nihil plus saluat verba, quàm si dicat semel dicta fuisse.s.ante missionem exploratorum. ergo videtur, ꝙ ad nihil profuit asserere sic, ꝙ bis dicta fuerint ista verba.Si autem diceret semel tm̃ dicta.s.post regressum exploratorum, essent verba vera:ideo ꝯuenientius est dici,ꝙ fuerint semel dicta, & hoc post regressum exploratorum,& sic sit anticipatio.Cum aũt

Solutio ad motiuum Augustini.

Augu.conabatur rñdere ad id,quod arguebat.s.ꝙ Iosue nunc fuerat confirmatus a Deo,qũo ergo erraret in verbis?dicit,ꝙ illi cum quibus Deus loquitur interdum aliquid humana dispositione agere volunt, in qua Deum rectorem sibi esse ꝯfidunt, sed eorum ꝯsilia sæpe ab illo mutantur cuius prouidentia reguntur. & ita vult concludere applicando ad Iosue, ꝙ ille loquebatur cum Deo,& nunc putauit istud Deo place-

F re,sed a Deo mutatũ est hoc,vt nõ sic eueniret qualiter Iosue cogitauerat. Dicendum,ꝙ in multis accidit istud,qui habent diuini colloquij facultatẽ, & tñ in Iosue licet potuisset accidere, non est ꝯcedendum,ꝙ acciderit ꝓp illa,quæ diximus præceden.q.Etiã, quia qñ talia accidunt, si sunt aliqua de quibus fiat mẽtio in scripturis, sequitur statim correctio illorum diuinitus facta, siue a Deo per seipsum, siue per aliũ. De primo patet,vt in Propheta Nathan,cui Deus loquebatur. nam Dauid vocauit eum dicens. vides ꝙ ego habitem in domo cedrina, & arca Dñi posita sit in medio pelliũ, in quo innuit, ꝙ volebat ædificare domum Dño,& dixit Nathan. Oẽ quod est in corde tuo,vade,& fac,quia Dñs tecum est.& tñ statim in ip

G sa nocte apparuit Deus prophetæ Nathan mandans, ꝙ diceret Dauid,ne ędificaret templum Domino 2. Regum 7.& primo Paralipo.17.capitu.& sic, quia hoc non futurum erat, licet Nathan Propheta hoc putaret: Deus statim illud correxit per seipsum apparendo prophetæ Nathan.

De secundo patet in Moyse cui erat familiare colloquium ad Deum, cum nemo eum ita nosset facie ad faciem:Nume.12.& Deuteronom.34.& ille putauit Deo placere, quòd ipse audiret causas totius populi,sed non placebat Deo: ideo Deus illum statim correxit ꝑ Ietrho sacerdotem Madiã faciendo,quòd constitueret diuersos iudices. Exodi 18.capitu.& tamen istud verbum Iosue non legitur hic emendatum a Deo per se,vel per hominem:ideo non est con-

H cedendũ,ꝙ hic errauerit Iosue ista faciendo prænunciari,& quòd postea aliter res euenerit.

Quæ detur Solutio ad motiua illa historiæ Schol. Quæst. XLIII.

DE eo autẽ quod dicebat historia Scholastica, minus curandum est, cum sit minoris auctoritatis quàm Aug.cui tamen propter honorem veritatis interdum non assentimus.Cum enim dicit certum esse, quòd Iosue hoc dixerit humano consilio. Non patet, immo potius tenendum,quòd diuino cõsilio dixerit,vt sicut Deus dixit ei,quòd transiret Iordanem ipse, & totus popu-

I lus,ita credendum est, quòd diceret ei quando transiret,& cętera quantum ad hoc opportuna,& sic non ageret consilio humano.maxime,quia historia Scholastica hoc dixit, innuens, quòd Iosue in hoc errauerit,quod non fieret si consilio diuino egerit. & tamẽ iam supra ostendimus, quòd Iosue in hoc non errauerit.

Cum autem dicit,quòd non transierunt Israelitæ Iordanem post diem tertium, sed post septimũ postquam dicta fuerunt verba ista. Dicendum,quòd falsum est.Primo,quia hoc staret aliqualiter, si ista litera staret in ordine recto.& tamen est hic anticipatio, vt dictum fuit supra.

Secundo,quia si diceremus,quòd fuit ordo rectus adhuc non sequitur id quod hic dicitur de septẽ die-

K bus,quia tunc non magis constaret an transirent Iordanem post septem dies quàm post triginta, vel centum.quod patet,quia ad concludendum istos septem dies oportet præsupponi aliqua.Primum est,quòd in ipsa die qua ista annuciari fecit Iosue,miserit exploratores, & in ipsa die introierint illi in Iericho, atque exierint inde per murum. & quòd tribus diebus sequentibus latuerint in montibus, & in die tertio istorum redierint in castra Hebræorum. & post hoc expectauerint Israelitæ tribus diebus ad aquas Iordanis, & tunc transierint,& ita transirent die septimo,vel post septimum.

Sed

Sed ista non constant, quia non potest apparere, an Iosue in ipso die quo prænũciari fecit ista, miserit exploratores. & dato, quòd miserit, non constat an ipso die intrauerint in vrbem Iericho, & si intrarent non constat an in ipso die exirent, & ita de ceteris: ideo nõ poterat asseri, quòd die septimo post istam prenuntiationem transierint Israelitæ Iordanem. Sed dicẽdum est, quòd ex ista argumentatione hoc solum colligi videtur, scilicet, quòd si staret ordo rectus literæ, quòd non potuissent Israelitæ ante septimum diem a prænuntiatione ista transire Iordanem, poterant autem tardius transire quantumcunque vellemus.

Solutio ad tertium motiuum Historiæ Scholasticæ. *Quæst.* XLIIII.

CVM autem dixit historia Scholastica, quòd post aduentum exploratorum, mansit populus per tres dies, & tunc transiuit Iordanem, aliquis diceret, quòd non videtur quare posuerit istos tres dies, quia potius deberent Israelitæ statim, vt eis exploratores bona nunciauerunt, transire Iordanem.

Dicendum, quòd hoc accipit, quia vult tenere totã istam literam secundum ordinem rectum, & quia hic dicitur, quòd Iosue fecit annunciari hoc per castra, quòd post tres dies transirent Iordanem, putat quòd fuit hoc ante missionem exploratorum. Sed post reditum exploratorum de quo dicitur seq. cap. dicitur statim in principio 3. cap. Igitur Iosue de nocte consurgens mouit castra egredientesque de Sethim venerunt ad Iordanem ipse, & omnes filij Israel, & morati sunt ibi per tres dies. intelligit ergo istos tres dies fuisse alios, & ita cum quatuor precedentibus constituunt septem dies. Est dicendum, necesse esse poni tres dies post reditum exploratorum ante transitum Iordanis, sed isti tres dies non sunt alij ab illis tribus de quibus hic. Sed fuit ordo, sicut dictum est, scilicet, quòd postquam Deus locutus fuit ipsi Iosue misit ille exploratores expectans in castris quousque illi redirent, & interim nihil annunciari fecit Iosue, reuersis autem illis fecit preconizari Iosue, quia post tres dies transirent Iordanem, & in ipsa nocte mouit castra perueniens vsque ad Iordanem, & stetit ibi vsque ad finem tertij diei, & tunc transijt. Vel vt alij volunt post reditum exploratorum mouit statim castra per noctem, & peruenit in Iordanem, & ibi fecit præconizari, quòd post tres dies transirent: & sic quocunq; modo accipiatur solum fuerunt tres dies ab ista preconizatione vsque ad transitum Iordanis. Sed Scriptura decipit aliquos, quia posuit bis istos tres dies, scilicet, semel hic, & iterum infra 3. cap. & sic putant esse distinctos. sed hoc factum est propter anticipationem factam. nam posuerat hoc Scriptura semel hic ante locum proprium, scilicet, ante missionem exploratorum. & postea redeuntibus exploratoribus, posuit iterum, & hoc fuit infra 3. cap. Et vtrobique rectè factum est. hoc enim, vt non rumpatur continuitas narrationis, & maxime, vt adiungantur ea, quę pertinebant ad Rubenitas, & Gaditas, & dimidiã tribum Manasse, quę in nullo loco melius quàm hic ponuntur. & tamen non poterat conuenienter poni de trãsitu istorum, nisi etiam poneretur de transitu totius populi. ideo posuit Scriptura hic, quòd Iosue fecerit annunciari per castra, quòd post tertium diem transituri erant Iordanem, & ista fuit causa potissima. Sed reuersis exploratoribus ponitur iterum in loco proprio, quòd fecerit Iosue annunciari, quod transituri erant Iordanem. & hoc fuit, vt haberent locum ea, q

A dicuntur infra 3. cap. de modo transitus Iordanis. & licet idem sit quod annunciatur hic, & infra 3. cap. & vnus, & idem actus: tamen quia Scriptura bis ponit, non ponit per eadem verba, sed hic dicitur pręcepit Iosue principibus populi transite per medium castrorum, & imperate populo ac dicite, preparate cibaria, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem. sed infra 3. cap. dicitur. quibus euolutis transierũt precones per castrorum medium, & clamare ceperunt, quando videritis arcam Domini &c. verum est autẽ, quòd tam id quod dicitur hic de apparatu ciborum, quàm quod dicitur de transitu arcæ fuit præconizatũ simul, licet Scriptura illud diuidat. Vel potest dici B aliter, & magis conuenienter ad literam, quòd duæ fuerunt pręnunciationes, & tamen soli fuerunt tres dies, & esset ordo, quòd post reditum exploratorum ante mota castra fuerit annunciatum, preparate cibaria, quia post tertium diem transibitis Iordanem, & tunc mota fuerint castra vsque ad Iordanem, ibique expectatum sit vsque ad diem tertium. & ista preconizatio habetur hic, licet per anticipationem. cum autem esset dies tertius, & statim transituri essent Israelitæ Iordanem, pręcones transierunt per medium castrorum dicentes, quando uideritis arcam Dñi &c. & istud magis conueniens est ad literam, & rationem, sed quomodocũque sit nulla præconizatio ponenda est ante reditum exploratorum. *Expositio Auctoris veridica.*

C *Confutat aliud dictum Historiæ Scholasticæ, & quod fuerit motiuum eius erroris ostendit.* *Quæst.* XLV.

SED dixit litera Scholasticę historiæ, quòd expectauerunt Israelitę tribus diebus diminutionẽ aquarum Iordanis. Sed dicendum, quòd istud non est verum neque conuenienter dictum. Primo, quia scriptura non signat hoc, quòd autem istud asseratur sine causa, inconueniens est.

Secundo, & principaliter, quia istud esset verum, aut verisimile, si Israelitę transissent modo humano post cessationem aquarum. & tamen non fuit sic, sed potius transierunt miraculosè diuisis aquis Iordanis, & stantibus pro muro, vt patet infra 3. cap. ergo non expectabant diminutionem aquarum, immo potius D quanto esset maior aquarum magnitudo, tanto magis cognosceretur diuinum miraculum. Aliquis forte dicet, quòd Israelitæ ad istum finem expectabant. & tamen, quia non cessauit abundantia aquarum, fuit necessarium, quòd transirent miraculosè. Sed dicẽdum, quòd non stat, quia hoc posset concedi: si Israelitæ sponte sua, aut humano cõsilio expectassent istis diebus, quia posset hoc accidere præter mentem eorum, quòd non diminuerentur aquæ: & tñ non fuit hoc, sed potius mãserunt ex diuino mãdato, qa Deus iusserat, quòd post tres dies transirent. Hoc enim dixit Iosue, & ipse a Deo illud acceperat. si autem Deus ad hunc finem dixisset, necesse erat, quòd post tertiũ diem aquæ decrescerent, ita quòd possent Israelitæ E transire sine miraculo, quia Deus non potest falli in eo, quod cogitat. & tamen non factum est sic. ergo non expectauerunt his tribus diebus apud Iordanem ad hunc finem, sed ad alium. Dicendum tamen, quòd historia Scholastica mota est ad dicendum hoc, quia dicitur infra 3. cap. in litera. Iordanis autem tempore messis ripas aluei sui impleuerat, & sic erat magna abundantia aquarum. & ita putat ad hoc illud esse dictum, vt ostendatur, quòd expectabant Iudæi quousque cessaret illa aquarum abundantia. Sed dicendum, quòd non scriptum fuit ad alium finem, sed solum ad ostendendum quomodo fuerit miraculum in transitu Iordanis. nam aliquis diceret, quòd non *Quod fuerit motiuũ quod errare fecit Histo. Schol.*

erat

erat necessarium miraculū, neque crederetur fuisse, quia Iordanis habebat vada ꝑ quę transiri posset. patet seq. ca. & consueuerant homines per illa transire, vt patet Iudi. 3. & 8. & 12. cap. & ita transirent Israelitæ per illa vada, & non esset necessarium miraculum. Ad ostendendum autem, quòd nō erat locus aliquis transeundi illo tempore, nisi miraculosè: dicit, quòd Iordanis impleuerat ripas aluei sui tempore messis, scilicet, illo tempore quo transierunt Israelitæ, quia tunc erat messis, & in transitu comederunt ipsi de frugibus nouis terræ Chanaan. & sic cessauit manna infra 5. cap. & tunc, quia impleuerat Iordanis ripas sui aluei, non poterant transire Israelitę, nisi per miraculum, & sic fuit conueniens illud poni.

Quare tribus diebus expectauerunt Israelitæ antequam transirent Iordanem, & quare Iordanes crescit tempore messis. Quæst. XLVI.

CAVSA autem quare expectauerunt Israelitæ tribus diebus iubente Deo per Iosue, videtur fuisse ad parandum cibos, quia ista fuit expressa, scilicet, parate cibaria, quia post tertium diem transibitis Iordanem, vt patet in litera. Volebat enim Deus, quòd pararent cibaria pro aliquot diebus post transitum Iordanis, & quia melius poterat fieri ista paratio ante transitum Iordanis cum essent in terra sua, scilicet, quam ceperunt de manibus duorum regum Amorrhæorum, quàm post Iordanem, cum essent inter hostes, iussit Deus illam fieri, & ad hoc concessit tres dies, quibus manserunt apud Iordanem parando hæc, & ista est satis sufficiens causa. Alia causa videtur, & magis ad intentionem Dei quare expectare fecerit istis tribus diebus, & pluribus alijs transitum Iordanis, scilicet, vt haberet locum transitus miraculosus. nam poterant Israelitæ transire alijs temporibus per vada Iordanis, sicut postea sępe faciebant tam ipsi quàm alię gentes. Iud. 3. & 8. ci. & non voluit Deus, quòd illo tempore trāsirent, qa tunc non esset miraculum, sed expectauit tempus in quo necessarium esset miraculum, nam in omnibus temporibus habebat Iordanis aliqua vada, nisi tempore messis, quando implebat ripas aluei sui, & hoc modico tempore durabat: nam solum illo tempore fiebat, vt patet Eccl. 24. c. & causa momentanea erat, idest pauci temporis, scilicet, resolutio niuiū de mōte libano, quia in monte libano semper sunt niues. Iere. 18. cap. & in tempore messis resoluuntur, & implent Iordanem in quem influunt, quia Iordanis oritur ad radices libani, & quia resolutio aquarum ex niuibus, fit subito, durat illa impletio Iordanis paucis diebus. Vnde hoc notauit litera infra 3. ca. scilicet, Iordanis ripas aluei sui tempore messis impleuerat. quasi dicat, si non fuisset istud tempus in quo Iordanis solet implere ripas sui aluei, non fuisset necesse fieri miraculum ad transeundum. fecit ergo Deus expectari vsque ad tempus illud, vt locum haberet miraculum, quod in alio tempore non haberet locum.

Et adhuc specialiter de istis tribus diebus dicendū, quòd Deus fecit expectari propter hoc, quia si non expectaret, adhuc non inceperat abundantia aquarū, vel alluuio, & possent Israelitæ trāsire sine miraculo. Et patet, quia exploratores Iudeorum, tam eundo in Iericho quàm redeundo transierunt Iordanem, quia non poterant aliter ire, & tamen nullum miraculum fuit in transitu ipsorum, sed potius transierunt per vada, vt colligitur sequen. capitu. ita ergo possent Israelitæ facere, si statim vellent transire, vt redierūt exploratores. expectauerunt ergo per dies tres, & interim venit abundantia aquarum, & iam non poterant trāsire Israelitæ sine miraculo.

F *Quare Deus voluit, vt Iudæi transirent Iordanem cum miraculo, cum possent transire sine miraculo, vt transierunt exploratores. Quæst. XLVII.*

SED dicetur ad quid volebat Deus inducere istam necessitatem, vt oporteret Israelitas trāsire Iordanem cum miraculo? Dicendum, ꝙ fuit primo ad hostendendam gloriam suam. nam sicut diuisio maris rubri fuit ad magnam gloriā Dei, quia ꝑ hoc cognouerūt gentes ipsum esse Deū, sicut dixit Raab Ierichontina, quòd ipse erat Deus in cęlo, & in terra. & hoc, quia diuiserat aquas maris. sequen. c. ita & statio aquarum Iordanis, quia non erat minus miraculum, manifestaret gloriam Dei, & si
G Chananęi cognouerunt Deum Israel esse Deum potentem, quia diuisit mare rubrum quod ab eis multum distabat: multo conuenientius hoc agnoscerent per diuisionem, & stationem aquarum Iordanis, quia hoc fiebat in terra ipsorum, & manifestaretur magis miraculum.

Secundo fuit procurata necessitas istius miraculi ad exaltationem Iosue coram Israelitis. vt cognoscerent Israelitæ Iosue esse valde familiarem Deo, & quòd faciebat Deus magnalia, quæ dicebat Iosue. & hoc patet, quia erat valde cōueniens tam propter Iosue quàm propter populum. De Iosue patet, quia erat dux populi, & cōueniens erat, quòd populus haberet eum in magna veneratione, quia alias non libēter, & prompte obedirent ei: propter populum autē
H erat conueniens, quia si populus sciret ducem suum esse familiarem Deo, & quòd Deus faciebat magnalia per manum eius, sumerent animositatem, & crederent sibi felicia cuncta ventura esse sub ducatu eiꝰ, sicut fuit, si autem non scirent, timerent in omnibus dubitantes an bene euenturum esset eis ex mandatis ducis sui: ideo erat conueniens, quòd Iosue princeps Iudæorum, cognosceretur a Iudæis, vt valde acceptus Deo, & per quem Deus faceret magnalia. Ad hoc autem erat conueniens modus, vt Deus faceret miraculum aliquod, quod videtur factum per manum Iosue, vel ipso dicente, & sic haberetur ipse, vt honorabilis valde coram populo. Sic patet in Moyse. nā in principio ducatus sui quando Deus voluit eum
I ostendere reuerendum toti populo, vt honoraret eū totus populus voluit loqui ei vidente toto populo, & facere mirabilia, quæ prænunciaret ipse, sic dicitur Exodi 19. capitu. & ait ei Dominus. Iam nunc veniā ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. ita nunc cum Israelitę viderent aperiri Iordanem pręnunciante illud Iosue, crederent eum acceptum Deo, & haberent eum de cętero valde venerabilē. sic dicitur infra 3. ca. Dixit Dominus ad Iosue. Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel, vt sciant, quòd sicut cum Moyse fui, ita & tecum sum. & tamen hoc erat valde necessarium, scilicet, quòd haberet Iosue talem auctoritatem, & venerationē apud populum: ergo debuit
K dari necessitas huius miraculi ex quo istud consequeretur.

Tertia causa eiusdem transitus Iordanis cum miraculo facti. Quæst. XLVIII.

TERTIO fuit ad confortationem populi, qa Iudæi erant timidi, & increduli egentes multis signis ad hoc, quòd crederent, & sic dicitur ad Corint. primo capitu. Iudæi signa petunt, Gręci autem sapientiam quęrunt. Tempore autem Moysi dederat eis Deus multa signa, per quę crederent dictis, & promissis eius: & tamen nunc erāt in maiori

maiori periculo, quam viuente Moyse, quia erant in terra hostili: & pugnaturi erant contra hostes ad eruendum terram de manu eorum: ideo egebant pluribus signis, quam tempore Moysi: ideo Deus debuit nunc in introitu in terram Chanaan ostendere aliquod magnum signũ per ꝙ confortaretur animus iudæorum: vt auderent incipere bella contra multitudinem Chananæorum. Fuit autem cõueniens valde miraculum istud de diuisione Iordanis: ideo opportunum fuit, quod Deus illud nunc faceret ad confortationem iudæorum, quod autem fieret ad istam intentionem patet, quia infra dicitur tertio capitulo dixit Iosue ad filios Israel: accedite huc & audite verbum domini Dei vestri. in hoc inquam scietis, quod dominus Deus viuens in medio vestri sit, & disperdet in conspectu vestro gentes quas promisit eiicere scilicet, quando uideritis tam magnum signum factum ad introitum vestrũ in terram hostilem.

Quarto fuit hoc ad incutiendum magnum timorem Chananæis: vt sic non auderent insurgere cõtra Israelitas. nam Chananæi septem populi erant, multo plures, & robustiores, quam Israelitæ. Deuteronomio septimo, & octauo, & nono capitulo: si autem Deus non incuteret timorem eis, tam acriter pugnarent contra Israelitas, quod formidarent Israelitę congredi cum eis. Debuit ergo incutere timorem Chananæis. Incusserat autem Deus aliqualiter hunc timorem eis per ea, quæ fecerat in fauorem Israelitarum in diuisione maris rubri, & in aliis quæ facta sunt in deserto: sicut dixit Raab ierichontina sequenti capitulo scilicet noui, quod tradiderit uobis dominus terram: etenim irruit in nos terror vester: & elanguerunt omnes habitatores terræ. audiuimus, quod siccauerit dominus aquas maris rubri ad introitum vestrum, quando egressi estis de Aegypto, & quæ feceritis duobus regibus Amorrhæis Sehon, & Og: quos interfecistis. & hæc audiẽtes pertimuimus, & elanguit cor nostrum: & non remansit nobis spũs ad introitum vestrum. Ad magis autem incutiendum hunc timorẽ debuit Deus nunc aliqua facere de nouo, per quæ amplius timerent Chananæi, aut saltem confirmaretur timor iã dudum incussus, & ita fuit in ista diuisione, & apertione iordanis. nam omnes populi Chananæorum hoc audientes timuerunt valde. sic patet infra quinto capitulo scilicet postquam audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans iordanẽ, quod siccasset dominus fluenta iordanis coram filiis Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis animus, timentium introitum filiorum Israel. Fuit ergo valde conueniens quæri necessitatem ad faciendum miraculum istud.

An exploratores iudæorum transierint iordanem cum miraculo eodem, quo postea Israelitæ omnes transierunt scilicet desiccato ipsius Iordanis alueo.

Quæst. XLIX.

SED tunc dicetur, quomodo potuit stare, ꝙ nunc esset necessitas faciendi istud miraculum, quia exploratores iudæorum nunc trãsierant iordanem, & tamen non fuit miraculum aliquod in transitu cum bis transierint.

Aliquis forsitan dicet, ꝙ etiam fuit apertio miraculosa iordanis in transitu eorum, licet scriptura illud taceat, cum multa quoque alia taceat, quæ facta sunt.

Sed dicendum, ꝙ hoc non est verisimile. Primo

A quia quando misit eos Iosue in Iericho, ita misit ac si non esset necessarium miraculum, sed ipsi transituri essent Iordanem sine labore aliquo: quia nihil eis dixit, nisi ꝙ misit eos in Iericho.

Secundo patet, quia si in transitu exploratorum fuisset diuisio miraculosa aquarum Iordanis, scriptura non tacuisset illud. nam diuisionem factam in trãsitu Israelitarum expressit quasi pro magno miraculo, & cum lõga narratione infra tertio, & quarto capitulo. ergo etiam illud non tacuisset: sed nihil dixit, ergo non fuit aliquid tale factum.

Tertio, quia si fuisset diuisus aut siccatus iordanis ad transitum exploratorum: fuisset aliqualiter istud miraculum maius, quam in transitu Israelitarum, eo quod bis fieret pro exploratoribus scilicet eundo,
B & redeundo, pro Israelitis autẽ semel tantum: ideo non taceretur istud, cum id quod minus erat exprimeretur: & tamen tacitum fuit: ideo credẽdum est non fuisse.

Dicendum certum esse, quod in transitu Israelitarum fuit miraculum, sed non in transitu exploratorum, neque in regressu: sed transierunt exploratores per vada Iordanis: quia iordanis habebat vada ꝑ quæ solitum erat Israelitis transire, & aliis gentibus. Iud. tertio, & octauo capitulo, & per illa poterant transire exploratores. Item patet hoc: quia sequenti capitulo cum agitur de reuersu exploratorum de Iericho dicitur. quibus urbem ingressis reuersi sunt,
C & descenderunt exploratores de monte, & iordane transmisso uenerunt ad Iosue: & ita fit ibi mentio de transitu iordanis plane, quasi in illo transitu non accidisset aliquid speciale, sed solum, quod transierunt, sicut aliæ gentes transire solebant.

Cum autem obiicitur quomodo ergo non transierunt iordanem sicut transierunt exploratores? Dici potest dupliciter, uno modo ꝙ quando exploratores transierunt, nondum uenerat alluuio ex niuibus resolutis: ideo per uada erat transitus, cum autem Israelitæ transire uoluerunt, uenerat iam alluuio, & non poterant transire per uada, neque per alia loca.

Aliter potest dici, quod etiam Israelitæ potuerãt
D nunc transire iordanem per uada, sed non iuerunt ad loca vadorum. Per alia autem loca non erat transitus, nisi miraculose, uada tamen non erant in quocunque loco, sed in rarissimis: & ita locus per quem nunc Israelitæ transibant, non erat uadabilis. Istud satis colligitur, quia Iudicum tertio capitulo, Aiod mandauit Israelitis, quod obseruarent vada iordanis ad occidendum Moabitas, & Gedeon iussit obseruari uada iordanis ad transitum orientalium populorum, Iudicum octauo, & occisi fuerunt ibi plurimi. Iepte quoque galadites fecit obseruari uada iordanis contra Ephraitas, & occisi fuerunt ibi quadraginta millia uirorum, Iudicũ duodecimo capitulo. ex quo apparet, quod erant vada iordanis in uno loco tantum, uel in ualde pau
E cis, quia alias licet obseruarentur aliqua loca, esset transitus per alia, & sic parum proderat talis obseruatio, & non possent ibi fieri illa, quæ signantur facta, Iudicum tertio, & octauo, & duodecimo capitulo. ideo cum essent vada illa in raris locis uel in uno tantum, accideret ꝙ non transirent Israelitę per illa loca, & sic esset necessarium miraculum ad transeundum.

Quis istorum duorum supradictorum modorum sit verisimilior scilicet, quomodo transierint Israelitæ Iordanem. Quæst. L.

SED tunc est dubium, quis de istis duobus modis sit verisimilis: Dicendum est, quod primus est credibilior.

Primo patet, quia si non esset nunc alluuio sed iordanis esset vadabilis per loca solita: verisimile erat, quod iudæi nunc per loca illa transirent, quia illa non longe distabant a castris Israelitarum cum exploratores euntes de castris in Iericho, & redeuntes transierint per vada, & ita ad illa uada poterant declinare Israelitæ, sed non declinauerunt ideo verisimile est, quòd tunc non erat transitus per vada.

Secundo, quia si nunc esset iordanis vadabilis, & Israelitæ non transirent per vada, uideretur miraculum factum sine necessitate: & hoc Deus non consueuit facere: quia esset aliquid inordinatum, scilicet quod deitas subueniat, vbi sufficit humana facultas, & tamen factum fuit miraculum, ergo videtur, ꝙ non poterat tunc transiri iordanis per vada aliqua.

Deus non consueuit facere miraculum si ne necessitate.

Tertio patet, & efficacius, quia aliter non cognoscerent Chananæi istud miraculum. Deus autem uolebat, quod Chananæi illud cognoscerent, ad hoc, quòd dissolueretur cor eorum, & timerent Israelitas sicut factum est, quando cognouerunt siccationem aquarum iordanis infra quinto capitulo; & tamen si iordanis tunc esset vadabilis, possent putare, quod Israelitæ transissent per uada, & ita nunquam crederent, fuisse miraculum in transitu.

Quarto, & adhuc manifestius, quia infra tertio capitulo cum ponitur causa huius miraculi dicitur, iordanis quippe ripas aluei sui tempore messis impleuerat, & sic impletio iordanis erat causa quare non potuerunt transire sine miraculo, & non quod non declinauerint ad uada, & istud est necessarium concedi.

Quinto, quia si aliter diceretur, esset illa littera superuacua, nam cum littera dicat, quod iordanis impleuerat ripas suas, tunc quæretur an manerent tūc aliqua uada iordanis, aut non, si nulla uada manerent, manifestum erat, quod non poterat essē transitus sine miraculo, si autem dicatur, quod manebant adhuc uada, per quæ esset transitus, esset littera superuacua, & de nullo seruiens scilicet, quod impleuisset iordanis ripas suas tempore messis: quia etiam in omnibus aliis temporibus iordanis non erat transibilis per omnia loca nisi solum per vada: & tamen scriptura expressit hoc, ergo videtur, ꝙ tunc non erat transibilis iordanis, etiam per aliqua uada.

Dicendū ergo est, ꝙ illud tempus Deus obseruauit in quo alluuio superueniens faceret iordanem non esse uadabilem, & tunc maneret miraculum sine calumnia etiam apud Chananæos, cum ipsi scirent, quod illo tempore quo ueniebat, & durabat alluuio ex resolutis niuibus, non erat iordanis vadabilis per aliquem locum, quia uada erant tunc valde profunda: & ita cum transirent iudæi, manifeste cognoscebant, quod siccasset dominus aquas iordanis. nam etiam puppes non erant ad transitum neq; pontes aliqui.

F *Insurgit iterum contra motiua Histo. Scholast. in multis falsis eius dictis, de præconizatione trium dierum a Iosue denunciata, ad transeundum Iordanem. Quæst. LI.*

CVM autem adiunxit Historia Schola. ꝙ Iosue errauit, dicendo post tertium diem trāsibitis iordanem, negandum est cum iam ostensum fuerit, quod fuerint uera illa uerba, & ꝙ post tres dies transiuerint. Cum uero addidit, quod Deus eum permisit errare, ne de cetero similia aggrederetur. Dicendum, quod est fundatum super falso, nam cum Iosue non errauerit, non est verum, ꝙ Deus eum errare permiserit: & si G Deus non permisit eum errare, non est danda causa quare errare permiserit, quia non entis non est causa, si autem uerum esset, quod Iosue hic errasset, dīceremus, quod Deus eum permisisset errare, & peteretur causa quare fecisset, essetque satis conueniens illa, quę allegatur. Cum autem adiungitur, quod errauit Iosue, quia non secutus fuit formam sibi traditam, nam Deus dixerat si quid agendum esset, consuleret Eleazar sacerdos Deum pro Iosue Num. 27. c.

Dicendum, ꝙ quandocunque Iosue super aliquo dubitabat, consulebat dominum per Eleazar sacerdotem, & tamen quando non dubitabat, utpote, quia Deus loquebatur ipsi Iosue per seipsum, non expediebat, quòd Eleazar consuleret dominum, H & tamen ita fuit hic, quia Deus locutus est Iosue, quod transiret iordanem supra in littera, ergo credendum est, quod etiam diceret ei de tempore trāseundi, & de omnibus, quæ pertinebant ad transitū iordanis. Vnde non oportebat, quod Iosue per se, vel per alium consuleret dominum ad faciendum illam prænunciationem.

Iterum insurgit contra alium errorem Hist. Scho. & eum impugnat in omnibus, quæ dixit in hac materia, a planta pedis vsq; ad uerticem propter honorem veritatis. Quæst. LII.

I ADHVC addidit Hist. Scho. volens ostendere manifeste, ꝙ errauerit Iosue dicens ꝙ ignorabat Iosue an in diem tertium attolleretur nubes, sine cuius motu nō mouerentur castra. Sed in hoc est magnus error Histo. Scholasticę. Primo, quia dicit, ꝙ hoc ignorabat Iosue, & tamen non potest ei constare, an Iosue istud ignoraret, quia scire illud poterat Deo reuelāte siue per se, siue per sacerdotem. Secundo, quia non solū poterat scire, sed etiam erat uerisimile, ꝙ illud sciret Iosue, si aliquid tale esset: qa Deus locutus fuerat Iosue de transitu iordanis, & ita erat uerisimile, ꝙ tam tempus transeundi, quam cetera ad transitum pertinentia reuelaret: & ita si diceret ei tertio die transibitis iordanem, certum erat ipsi Iosue, ꝙ illo die futu- K rus esset transitus, & omnia alia sine quibus non esset transitus; & ita ꝙ moueretur nubes, si ad motum eius castra mouenda forent.

Adhuc autē, & principalius errat, quia ꝑsupponit quòd castra non mouerentur sine motu nubis.

Sed hoc falsum est; quia post mortem Moysi nūquam nubes direxit castra. per desertum enim vsq; ad iordanem nubes direxerat castra: eo quod solum tunc proficiscebantur, vt irent in terram Chanaan: vt autem scirent, quando placeret Deo, ꝙ mouerēt castra, & per quem locum irent, & vbi castrametarentur, & quanto tempore ibi manerent, mouebat angelus nubem, & sine illius motu non mouebantur.

tur. Exodi capitulo quadragesimo, & Numeri nono capitulo. Cum autem essent in terra Chanaan, iam non itinerandum esset ad aliam regionem: sed solum pugnandum contra hostes: & tamen ad hoc non oportebat sequi nubem, quia Israelitæ diuidendi erant in multas partes, quidam ituri ad bellum, alii mansuri in castris: sicut factum est. Ad bellum autem magis est motus uoluntarius sequendo hostes, quam expectando nubem: ideo iam non oportebat esse nubem dirigentem, immo non conueniret nubes ad directionem. Et ideo antequam transirent Israelitæ iordanem, cum in prima vice mouit Iosue castra, cœperunt habere arcam tanquam directricem, quæ præcedebat eos: sic dicitur infra tertio capitulo scilicet quando videritis arcam Dei vestri, & sacerdotes portantes eam, vos quoque consurgite, & sequimini: & ita non habebant nubem dirigentem, cum poneretur arca ad dirigendum.

A

B

Item patet hoc magis, quia infra tertio capitulo dicitur, sitque inter uos, & arcam spatium cubitorum duum millium, ut possitis procul videre, & nosse, per quam uiam ingrediamini: quia prius non ambulastis per eam: & ita apparet, quod arca sola dirigebat eos, quia innuitur, quòd si non uiderent arcam, nescirent, per quam uiam ituri essent, & tamen si nubes præcederet eos sicut solitum erat, etiam si non præcederet arca, scirent uiam, & adhuc manifestius, quam si arca præcederet, quia a pluribus poterat uideri nubes, quam arca, eo quòd illa erat eleuata in sublime; Arca uero portabatur ab hominibus ambulantibus per viam super humeros suos. Ergo non præcedebat columna nubis, & sicut tunc non præcessit, ita neque postea vnquam, quia iam non erat conueniens directio eius. Et ideo dicendum est, falsum esse id quod præsupponit historia scholastica scilicet, quod Iosue nesciebat, quando futurus erat transitus iordanis, quia nesciebat, quando eleuaretur nubes.

C

Quod esset inconueniens magnum, si diceretur, quòd Iosues errasset in illa prænunciatione transitus Iordanis.
Quæst. LIII.

D

IDEO redeundo ad propositum, dicendum, quod uera fuerunt verba Iosue, & non errauit. Et cum obiicitur, quod non fuit transitus post tertium diem, & quod errauerit.

Respondendum uidetur, quod Iosue non errauerit in hoc præcepto præconizando, sed post dies tres post factum præconium iordanē transijt totus populus. & inducitur non esse uerisimile, quod errauerit, quia hoc erat in principio ducatus sui, nullum enim præceptum ante hoc tribuerat, quo concesso in primo præcepto errauisset, Deus tamen promiserat, quòd non dimitteret eum, ut patet supra cum dicitur, ecce præcipio tibi, confortare, & esto robustus, noli metuere, & noli timere, quoniam tecum est dominus Deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris: & tamen si Iosue errasset in primo præcepto, uideretur Deus maxime eum dereliquisse, quia ad primordia magis, quam ad sequentia respicitur, & multum contemptibilis coram populo apparuisset. Ergo non est rationabiliter dictum, quod errauerit in hoc præcepto.

E

Obiectio, tacita. scilicet Histo. Schola. contra prædicta.
Quæst. LIIII.

AD hoc aliquis respondebit dicens, quod Iosue errauerit, & hoc non obstat, quia Deus nunquam relicturus erat Iosue quandiu ipse obseruauerit legem Moysi: ut patet supra, sed ipse non obseruauit eam cum egerit ductus humano consilio, ergo Deus rationabiliter eum in hac parte relinquere potuit. Patet antecedens. s. quod intelligatur hoc, quando Iosue obseruaret legem Dei, nam dicitur supra. cōfortare, & esto robustus, ut custodias omnem legem, quam pcepit tibi Moyses seruus meus, nō declines ad dexteram neq; ad sinistram, ut intelligas cūcta, quæ agis, & postea sequitur, tunc diriges uiam tuam, & intelliges eam. Ex quo innuitur, q̄ si Iosue non sequeretur legem Moysi non dirigeret uiam suam, sed nunc non secutus fuit uiam legis Moysi: vt isti referunt. ergo non prosperauit viam suam, quod probant quia iusserat Deus, vt quando aliquid acturus esset Iosue, consuleret dominum pro eo Eleazar, ut habetur Numeri uigesimo septimo, & hic non consuluit, ergo non tenuit legem Moysi.

Ad hoc respondetur, quod isti non probant, quod intendunt, nam si Iosue non fuisset secutus legem Moysi in hoc præcepto præconizando: satis erat uerisimile, quod Deus eum dereliquisset in hoc, non tamen probant isti, quod non secutus fuerit hic Iosue legem Moysi, sed solum hoc dicunt scilicet, quod non egerit ex consilio Dei. non tenet ergo ratio sua, potissime, quia constat contrarium scilicet, quod fecerit Iosue hoc ex Dei consilio, & mandato, nam supra in principio capituli ponitur, quod apparuerit Deus Iosue, & post hoc Iosue fecit præconizari, quod transirent iordanem post tres dies. ergo uidetur rationabiliter dictum, quod Deus ei hoc prænunciauerit. potissime, quia dixit ei Deus, surge, & transi Iordanem istum, tu, & omnis populus tecum, quamquam non fuerit ibi positum tempus, quando transituri erant, uidetur quod Deus illud Iosue prædixerit ex quo mandauit, quod transiret, sed non fuit expressum, quia sacra scriptura breuiloqua est, & non facit frequentes repetitiones nisi causa subsit, potissime, quia hic subiungendum erat de termino, & sic sepe ibi poneretur.

Et cum obiicis, quod non consuluit hic Iosue dominum per Eleazar. Respondendum non fuisse conueniens, quia Deus venit ad loquendum Iosue nondum quærenti, si autem Deus non loqueretur, fuisset conueniens, ut Iosue consuleret dn̄m.

An decuerit, q̄ Deus permiserit Iosue in prima prænunciatione sua mentiri, & q̄ postea in alijs verum diceret.
Quæst. LV.

ADHUC autem dicendum est, quod quanquam Iosue errasset hic aliqualiter a lege domini non consulens dominum in agendis, tamen Deus non permisisset eum errare in primo præcepto suo, quia error Iosue non solum esset ad ignominiam eius, & afflictionem, sed etiam ad populi desolationem. Nam si uiderent, quod Iosue in primo actu ducatus sui errare inciperet, consternarentur mente, & non auderent transire iordanem: totum namque bonum eorum erat in hoc quod Deus prosperaret actus ducis sui, nam non solū ipsi Iosue promisit dominus, quòd prosperaret actus eius, sed etiam Israelitis hoc idem dixit de du-

ce suo, & in hoc admonuit eos confortari debere, vt patet Deuteronomio trigesimoprimo scilicet locutus est Moyses ad uniuersum Israel, dominus Deus tuus transibit ante te, & ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, & possidebis eas: & Iosue iste transibit ante sicut locutus est dominus. ne ergo populus magno concuteretur timore, atque in desperationem caderet, non permitteret Deus Iosue quod erraret in isto primo actu ducatus sui. nam ex hoc crederet populus, quod non erat in eo spiritus Dei cum erraret. Deus tamen perhibuerat testimoniũ, quod in eo esset spiritus Dei: ut patet Numeri 27.

Item hoc repugnat intentioni Dei volentis eum exaltare, vt coram toto populo admirabilis, & reuerendus appareret, & eum hostes timerent: ut patet infra tertio capitulo cum dicitur. Hodie incipiam te exaltare coram omni Israel, ut sciant, quòd sicut cum Moyse fui, ita sum tecum. si tamen in primo mãdato erraret, non esset exaltatus coram toto populo, sed magis ignominiosus, ergo non errauit: sed ut ipse dixit, ita factum est, ut post tres dies transirent Iordanem.

Quomodo intelligitur, quòd Israelitæ post dies tres transierint Iordanem, secundum duplicem textus expositionem aliquorum. Quæst. LVI.

Quomodo autem præceptum istud Iosue stare posset: aduertendum est, quod quidam volunt istam litteram intelligere per modum apparationis, & non per modum prenunciationis. Ita quod nõ sit sensus, ego annuncio uobis, quod post tres dies transibitis Iordanem: sed sit intentio, parate uobis cibaria ad hoc, quod transeamus Iordanem post tres dies, & tunc non asserit, quod post tres dies Iordanem transibunt: sed quòd est intentio sua, ut transeant Iordanem post tres dies, & tunc non est verum neque falsum: quia veritas, & falsitas est solum in his, quę indicatiue proferuntur, quæ uero ad optantem aut imperantem pertinent, nec uera nec falsa sunt.

Sed hoc non multum conuenit litteræ. nam ad hoc deberet dici: præparate uobis cibaria, ut post diem tertium transeamus Iordanem, vel ad transeundum: sed ponitur magis per modum indicantis. s. transibitis Iordanem.

Item magis adhuc patet, quia ponitur ibi, quoniã post diem tertium transibitis: & illa dictio est redditiua causæ, cum ergo transitus Iordanis ponatur hic tanquam causa, necesse est, ut ponatur per modum indicantis: quia coniunctio causalis non conuenit nisi indicatiuo: ideo necesse est vt ista propositio verum vel falsum significet.

Item adhuc uidetur, quòd ad istum tertium diem veritas huius litteræ referenda sit, quia infra tertio capitulo dicitur quod post tres dies fecit Iosue; ut arca domini & totus populus transiret Iordanem, & sic sicut de tribus diebus enunciatum fuit, ita ibi completum est.

Alio modo potest secundum quosdam exponi littera ista scilicet, quòd ista limitatio post tertium diẽ non referatur ad istud uerbum transibitis, sed ad uerbum parate scilicet, quod sit sensus parate uobis cibaria in his tribus diebus sequentibus, quia transituri estis Iordanem, & tunc siue transirent post tres dies siue post uiginti, non erat falsitas vlla in dicto Iosue.

Ad hoc dicendum est, quod stare nequit, quia hic sunt duæ clausulę distinctæ: & ista determinatio post tertium diem ponitur in secunda: & nullo modo potest pertinere ad primam.

F Item quoniam si deberet esse iste sensus, non diceretur post tertium diem, sed ad tertium diem: scilicet, quòd in illis tribus diebus sequentibus pararent cibaria: sed non potest stare, quia ista dictio post, facit vt actus quem determinat cum suo casuali non sit immediate, & sic esset sensus, quod iudæi non deberent parare cibaria immediate, sed post tres dies parare deberent incipere: quod nequaquam conuenit. Ideo debet ista determinatio temporalis referri ad illud uerbum transibitis: & tunc conuenit.

Item non stat iste sensus, quia ponitur hic *quoniam* nam si non poneretur hic quoniam: posset littera sic punctuari. *Præparate vobis cibaria post tertium diem.* & tunc sequatur *transibitis Iordanem* tanquam alia clausula, sed quia mediat ibi *quoniam* necesse est ut referatur ista limitatio temporalis ad uerbum sequens

G scilicet transibitis Iordanem post tertium diem, non potest igitur ulla harum expositionum consistere.

Vera expositio auctoris, super sensu prædicto, saluando uerba textus, vt iacent, & sonant. Quæst. LVII.

Aliter dicendum est scilicet, quod uere Iosue locutus fuerit asserendo, quod Israelitæ transirent Iordanem post tres dies; & sic factum fuerit quod a die, qua istud mandatum præconizatum est, usque ad transitum Iorda-

H nis tres dies effluxerint. & hoc uidetur innui infra tertio capitulo cum dicitur, quod recedentes de Sethim posuerunt castra apud iordanem, & ibi morati sunt diebus tribus; & postea transierunt. Argumentum autem factum militat ex ordine litteræ scilicet, quod prius factum fuit istud mandatum, quam mitterentur exploratores, & ipsi morati sunt per quattuor aut quinque dies saltem eundo, & redeundo, & stando, & post hoc fuerunt tres dies quibus manserunt Israelitæ apud fluenta iordanis, & sic non fuit transitus post dies tres a præconizato præcepto.

Dicendum est non procedere argumentum, ut supra dictum est: quia hic est anticipatio, & consequen-

I ter permutatio ordinis, sicut frequentissime fit in sacra scriptura. Ita quod quamquam ponatur hic istud præceptum datum, & præconizatum, & postea sequatur de missione exploratorum, tamen missio exploratorum fuit ante prçconizationem huius mandati, & tunc non stat argumentum.

Est autem ordo in hoc. primo, quod apparuerit Deus Iosue, & locutus fuerit, ut transiret iordanem, ut patet in principio. Et forte ibi dixit ei quod mitteret exploratores, quamquam scriptura non enarret quoniam multa subticet sacra scriptura de his quæ gesta sunt, maxime quando ex aliis intelligi possunt: & sic est hic, quia non erat verisimile, quod auderet Iosue mittere exploratores non dicente do-

K mino. Presertim cum prius quando misit eos Moyses de Cadesbarne, in malum recesserint facientes populum murmurare, ut patet Numeri decimotertio, & decimoquarto, & Deuteronomio primo. Auditis autem uerbis Dei misit duos exploratores, ut patet sequenti capitulo, & isti manserunt quattuor vel quinque diebus aut pluribus eundo, & redeundo, & stando: & in hoc non differt an pluribus, uel paucis diebus morati fuerint: cum uero redierunt in castra nunciauerunt Iosue ea, quæ uiderant, & eadem die mandauit Iosue, ut præconizaretur per castra, quod pararent cibaria quod trãsituri erant iordanem post dies tres. eademque die Iosue mouit castra de Sethim, & posuit ea super ripam Iordanis, & manserunt ibi tribus

bus

bus diebus. Post diem autem tertium scilicet in quartum transierunt Iordanem, ut patet infra tertio, & quarto capitulo, & sic uerum est, quod post diem tertium a præconizatione mandati huius transierunt Iordanem sicut Iosue prędixerat, & nihil fefellit, nec præter diuinum consilium egit. tota autem ambiguitatis ratio in anticipatione ortum habet.

Rubenitis quoque, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse, ait. Mementote sermonis quem præcepit uobis Moyses famulus domini dicens. Dominus Deus vester dedit vobis requiem, & omnem terram. Vxores vestræ, & filij vestri, ac iumenta manebunt in terra, quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem. Vos autem transite armati ante fratres vestros omnes fortes manu, & pugnate pro eis: donec det dominus requiem fratribus vestris, sicut & vobis dedit: & possideāt ipsi quoque terram, quam dominus Deus vester daturus est eis: & sic reuertemini in terram possessionis vestræ: & habitabitis in ea, quam vobis dedit Moyses famulus domini trans Iordanem contra solis ortum. Responderuntque ad Iosue, atque dixerunt. Omnia quæ præcepisti nobis faciemus, & quocunq; miseris, ibimus. Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus, & tibi: tantum sit Dominus tecum sicut fuit cum Moyse. Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus quos præceperis ei, moriatur. Tu tantū confortare, & uiriliter age.

R*ubenitis*. Hę duæ tribus, & dimidia acceperant sortem ante Iordanis transitum, & pactum fecerant cum reliquo Israel, ut adiuuarent eos quousque acciperent terram quam possessuri erant: alioquin perderent terram, quam recipiebant, ut patet Numeri. 32. ideo ad has duas tribus, & dimidiam fuit specialiter hic locutus Iosue.

Quare tribus Manasse non mansit integra sicut cæteræ, sed vna medietas accepit possessionem trans Iordanem, alia citra. Et an ea fuerit maior cæteris.
Quæst. LVIII.

QVAERET aliquis quare tribus Manasse diuisa est, ut medietas eius acciperet possessionem ante Iordanem, & reliqua medietas vltra Iordanem, cum magis videretur, q deberet tribus integra esse, sicut omnes alię tribus permanebant.

Ad hoc aliquis respondebit hoc factum esse, quia tribus Manasse erat maior, quam tribus aliæ: ideo nō debuit vnicam sortem accipere sed duas: & sic medietas eius accepit hæreditatem ante Iordanem, & medietas vltra Iordanem.

Sed dicendum est rationem istam stare non posse quia errat in duobus. Primo, quia falsum dicit. Secundo, quia inconuenienter concludit.

A Primo quippe falsum est populosiorem fuisse tribum Manasse aliis tribubus. nam antequam aliqui nascerentur in his tribubus, prophetatum fuerat de tribu Manasse q esset minor tribu Ephraim. sic patet Gen. 48. cui dicitur in benedictione Iacob. scio quidē filii mi, scio. & iste quidem erit in populos, sed frater eius iunior maior illo erit, & crescet in gentes: & sic dixit ibi tribum Ephraim futuram esse maiorem tribu Manasse. Idem signauit Moyses in benedictione, qua benedixit filijs Israel cum moriturus esset, ut patet Deu. 33. dicēs: hæ sunt multitudines Ephraim: hæc millia Manasse. posuit enim multitudines p Ephraim sine numero ad signandum maioritatem: in Manasse numerum posuit, dicens millia.

Item patet q non fuerat tribus Manasse maior, qđ
B clare inducitur ex numerationib. factis in deserto per Moysen, in quibus computabantur omnia capita domorum. Et sunt duę computationes. prima hr̄ Num. 1. c. & in hac recensiti sunt oēs potentes ad bellum a 20. annis, & s̄. vsq; ad 60. sed tunc non fuit maior tribus Manasse aliis, quin potius econtra nulla fuit minor, ut patet ibidem. quia ī tribu Manasse fuerunt. 32. millia, & ducenti uiri. sed in qualibet aliarum tribuū fuerunt plures. s. in tribu Ruben quadraginta sex millia quingenti. In tribu Simeon quinquaginta nouem millia trecenti. In tribu Gad quadraginta quinq; millia sexcenti quinquaginta. In tribu Iuda, septuaginta quattuor millia sexcenti. In tribu Isachar, quinquaginta quattuor millia, & quadringēti. In tribu Zabulō, qn
C quaginta quattuor millia quadringenti. In tribu Ephraim quadraginta millia quingēti. De tribu Beniamin triginta quinq; millia quadringenti. In tribu Dan sexaginta duo millia septingenti: in tribu Aser. quadraginta millia, & mille, & quingenti. In tribu Nephthalim quinquaginta tria millia, & quadringenti. Ecce igitur q in hac tota computatione non fuit aliqua tribus paucioris numeri, quam tribus Manasse. Alia numeratio fuit facta anno. 40. ab exitu de Aegypto postquam mortui sunt oēs, qui murmurauerant, de hac hr̄ Nu. 26. & fuit cum ingressuri forent Israelitæ in terram trans Iordanem. in hac computatione non fuit tribus Manasse minor omnib. nec tñ fuit maior, sed quædā fuerunt maiores. s. quinq; trib. q patet: qa
D in tribu Manasse inuenta sunt quinquaginta duo millia septingēti, ut patet e. c. sed trib. Iudæ habuit septuaginta millia quingētos. Trib. Isachar habuit sexaginta quattuor millia trecentos. Tribus Zabulon habuit sexaginta millia quingentos. Tribus Dan habuit sexaginta quattuor millia quadringentos. Tribus Aser habuit quinquaginta tria millia quadringentos: ut patet eo. c. Patet igitur, quòd nequaquam debuit tribus Manasse magis diuidi, quam quæcunque de aliis tribubus, sed poterat accipere sortem unam.

Secundo errant isti, quia non bene concludunt. nā dato quod tribus Manasse cæteris maior foret, non tamen ex hoc infertur, quod deberet diuidi in duas sortes. hoc enim fortassis haberet colorem, si omnes distributiones sortium æquales essent: & ista tribus si
E maior esset, deberet diuidi, ut acciperet quantum ei conueniens foret. Sed falsum est: non enim erant sortes æquales, sed maiori tribui dabatur maior sors, & minori minor sors, ut patet Numeri 26. capitulo cū dicitur istis diuidetur terra iuxta numerum uocabulorum in possessiones suas: pluribus maiorem partē dabis, & paucioribus minorem.

Item patet hoc, quia tribus Iuda erat valde magna: ideo data est ei grandis sors. tribus autem Simeon erat parua, ideo non accepit distinctam sortem, sed locata est in medio tribus Iuda: ut patet infra 19. cum dicitur: & egressa est sors secunda filiorum Simeon per

cognationes suas: fuitque hæreditas eorum in medio possessionis filiorum Iuda. Et postea subditur ibidem causa huius cum dicitur hæc est hęreditas filiorum Simeon iuxta cognationes suas, in funiculo, & possessione filiorum Iuda, quia maior erat: ideo possederunt filii Simeon in medio eius. Cum ergo semper tribus Iuda fuerit maior tribu Manasse, & illa non diuisa est, poterat non diuidi tribus Manasse.

Conueniēs erat diuidi vnam de tribubus in duas partes, & quare magis fuit conueniens in Manasse, quam in alijs. Quæst. LIX.

ALITER ergo respondendum est ad prædicta, & hoc dupliciter. Vno modo, quod diuisa fuerit tribus Manasse, quia magis conueniebat ei diuidi, quam cuiquā alteri, eo quòd consonabat tribus Ruben, & Gad magis, quam cęteræ tribus. nam tribus Ruben, & Gad ideo noluerunt accipere possessionem ante Iordanem, quia terra illa magis pascualis erat: ipsi uero multa pecora habebant, sic patet Numeri 32. capitulo. De dimidia vero tribu Manasse sic erat, quòd multa pecora, & iumēta habebant: ideo noluerunt etiam in terra illa morari.

Alio modo responderi potest, & forte conuenientius scilicet, quòd dimidia tribus Manasse acceperit possessionem ante Iordanem, non quia pecora habuerit, sed quia Moyses uidit terram illam esse latam nimis, & sufficere pluribus, quam duabus tribubus. Dedit ergo partem eius dimidiæ tribui scilicet Manasse: sed quare magis hoc fecerit in tribu Manasse, quam cęteris ratio non patet.

Fortassis aliquis dicet, quòd ideo cepit eam dimidia tribus Manasse, quia princeps huius dimidiæ tribus scilicet Iair de filiis Machir accepit terram istam expulso Amorrhæo habitatore eius, & nominauit ciuitates, & oppida terrę illius de nomine suo scilicet Anoth Iayr idest uillas Iayr, ut patet Numeri 32. rationabilius ergo fuit ei dari villas has, quam alteri tribui.

Sed dicendum est non stare responsionem hanc: quia non cepit Iayr, uel dimidia tribus Manasse terrā hanc de manu hostium prius, quam ei diuideretur in possessionem, sed primo cepit in possessionem, deinde pugnauit, & expulit Amorrhæum habitatorem terrę; nam antequā caperet in possessionem, non erat sibi ulla specialis cura pugnandi contra habitatores terræ illius magis, quam aliis iudæis, imo quamquam ipsi acquirere uellent per se terrā illam de manu hostium, non permitterent cęteri Israelitæ, quia non pertinebat ad eos specialius ex aliquo iure: sed Moyses dedit dimidiæ tribui Manasse terram illam, in qua adhuc manebāt aliqui Amorrhei, & Iayr princeps huius dimidiæ tribus pugnans expugnauit Amorrheum habitatorem terrę: sic fecerunt omnes aliæ tribus ultra Iordanem. nam cum diuisa est terra, manebant adhuc in ea quidam de Chananæis: & singulariter quælibet tribus pugnabat contra eos, qui erant ī sorte sua, ut patet infra a capitulo decimoquinto usque ad capitulum 19. inclusiue.

Determinatio auctoris duplex.

Sed dicendum est, quòd tribus dimidia Manasse acceperit terram hanc ante Iordanem, quia forte nulla alia tribus hoc uoluit: & elegit possessionem hanc dimidia tribus Manasse.

Vel forte melius dicendum est, quòd multæ tribus hanc partem possessionis uolebant, sed Moyses sorte diremit inter omnes sicut Deus iusserat. & hoc videtur habere apparentiam infra decimoseptimo capitulo cum dicitur. terra autem Galaad cecidit in sortem filiorum Manasse, qui reliqui erant, & sic fuit ibi sors: de terra autem aliarum duarum tribuum scilicet Ruben, & Gad constat, quòd sorte non diuisa sit: sed istę duę tribus petierunt terram illam aliis non petentibus. ideo concessa est, ut patet Numeri 32. & in hoc aliæ tribus cedebant iuri sortiendi, quod habebant super terram illam. alioquin si aliæ quoque tribus petiissent terram illam, sorte diuidendum foret. De dimidia autem tribu Manasse eodem modo faciliter dici potest.

Quia si obiicias cecidisse eis in sortem terram hāc Galaad: respondebitur, quòd est sensus, quòd acceperunt eam in sortem idest in hæreditatem: non tamen quòd posuerunt sortem, sicut factæ sunt postea sortes in aliis tribubus residuis. Quod autem non habuerit dimidia trib. Manasse terram Amorrhæi ante Iordanem propter multitudinem pecorum, & iumentorum, sicut Ruben tribus, & Gad, videtur induci Numeri 32. capitulo, quia ibi solum fit mentio, quòd tribus Ruben, & Gad petierunt terram trans Iordanem in possessionem. & de eis solum dicitur, quòd haberent pecora multa, & iumenta. De tribu autem dimidia Manasse omnino subticetur: nec cum eis factum uidetur fędus de transeundo Iordanem, sed cum aliis duabus tribubus, sed in fine c. dicitur quomodo Moyses dederit terram illam dimidiæ tribui Manasse.

An tribus Manasse diuisa fuerit in duas medietates secundum numerum uirorum, vel secundum numerum familiarum. Quæst. LX.

QVAERET amplius aliquis, quomodo trib. Manasse diuisa sit in duas medietates, an per numerum uirorum, vel per familias, scilicet quod familiæ quædam tribus Manasse acceperint possessionem ante Iordanem, & aliæ post. Et dicendum est, quod non diuisa sit tribus Manasse in duas medietates æquales per capita virorum, sed solum facta fuit diuisio per familias. nam in tribu Manasse fuerunt familiæ scilicet familia Machiritarum, Galaditarum, Iezeritarum Elechitarum, Asrielitarum, Sechimitarum, Semidaitarum, Epheritarum, vt patet Numeri. 26. capitulo. Aliquæ autem harum familiarum acceperunt terram Galaad ante Iordanem: aliæ autem acceperunt terram post Iordanem, & non stat conuenienter dictum, quod diuideretur tribus ista in partes æquales per capita uirorum, quia tunc non solum duideretur tribus, sed etiam familiæ: & hoc non est conueniens, quia cuilibet familiæ dabatur specialis possessio in sortem cuiuslibet tribus.

Mementote sermonis quem præcepit vobis Moyses. Idest nunc est tēpus, ut recordemini sermonis Moysi quasi dicat in tempore elapso non erat conueniens memorari sermonis Moysi, quia nihil conferebat. nunc uero, quia secundum illum tempus operandi uenit, recordari oportet. Fuit autem sermo iste, pactum factū inter Israelitas omnes, & Moysen ex parte una, cum duabus tribubus, & dimidia: quamquam de dimidia tribu mentio non fiat, & habetur Numero trigesimosecundo scilicet, quòd quando tribus Ruben, & Gad petierunt terram ante Iordanem, increpauit eos valde Moyses existimans, quod ipsi recusarent transire Iordanem. Ipsi uero dixerunt, quod uolebant transire Iordanem cum aliis tribubus non redituri in possessionem suam, quousque aliæ tribus pacifice possiderent terram suam: huic pacto consensit Moyses adiiciens, quod si filii Gad & Ruben transirent Iordanē facientes q̄d dixerant, daretur eis terra, quam petebant, si uero non complerent, auferretur, possessio illa de manu eorum: nunc uero tempus erat

expiendi:

explendi: ideo admonuit Iosue, quòd memorarentur pacti huius. *Moyses famulus domini.* Hic perhibet Iosue testimonium, quod Moyses sit famulus Dei, quia Deus primo perhibuerat loquens ad Iosue, ut patet supra in littera.

Dominus Deus vester dedit uobis requiem.

An verba hæc sint Moysi, vel Iosue.
Quæst. LXI.

IN ista littera aliqui dubitant dicentes esse verba Moysi: quia dicitur hic, mementote sermonis quem præcepit Moyses dicens. Dominus Deus vester &c. sed non potest stare: quin potius necessarium est dici, esse ista verba Iosue ad Rubenitas, & Gaditas, quod patet: quia tota ista littera vsq; ad illam partem. *Responderuntq; ad Iosue atque dixerunt.* Est continuata sub eodem contextu, ideo necesse est, vt uel tota ad Moysen pertineat, uel tota ad Iosue. Nullatenus enim diuidi potest. sed tota nequit pertinere ad Moysen, quod patet, quia cum ista uerba prolata fuissent, Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse responderunt ad Iosue, ut patet infra, sed non responderunt ad Iosue, nisi eis loqueretur Iosue. ergo ista sunt uerba Iosue, & non Moysi.

Item non possunt ista esse uerba Moysi, quia hic fit mentio de Moyse in tertia persona cum dicitur, & sic reuertimini in terram possessionis vestræ, quam uobis dedit Moyses famulus domini. hoc autem nullo modo Moyses sic loqueretur. ergo sunt verba Iosue: & sic dicendum est quod omnia ista uerba ad eum pertinent. Et tunc quoque dicendum est, quod istud participium dicens, non refertur ad Moysen: ita ut dicamus, quam præcepit uobis famulus Dei dicens. sed referendum est ad Iosue: & punctabitur sic. Iosue ait. mementote sermonis quem præcepit Moyses famulus Dei. & hoc dicens scilicet Iosue, dominus Deus uester & cætera: nam si istud participium dicens, ad Moysen referatur, necesse est, ut omnia uerba, quæ sequuntur pertineant ad Moysen: quod falsum est, nullum quippe eorum pertinet ad Moysen: ut probatum est.

Dominus Deus vester dedit vobis requiem. Scilicet Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse, & hoc quia dederat eis terram possessionis, quam pacifice tenebant, exclusis inde habitatoribus terræ Amorrhæis. nam, & post hoc construxerant isti urbes, & caulas pro pecoribus: & collocauerunt ibi uxores, & filios, & pecora atque iumenta, ut patet Numeri trigesimosecundo capitulo: aliæ autem tribus nondum habebant requiem, quia adhuc habituræ erant possessionem vltra Iordanem. sed nihil adhuc possidebant quiete, uel litigiose.

Et omnem terram. Idest omnem terram, quam possessuri estis quasi dicat totam terram, quam habituri eratis, habetis, nihilque uobis acquirendum manet, ideo completam habetis quietem: si uero aliquid eis acquirendum maneret, adhuc non haberent plenam quietem. Quod autem non essent amplius habituri de possessione in terra promissionis patet, quia ipsi confessi sunt se recepisse integraliter totam sortem suam, ut patet Numeri trigesimosecundo cum dicitur, non reuertemur in possessiones nostras, usque dum possideant filii Israel hæreditatem suam. Nec quicquam quærimus trans Iordanem: quoniam iam habemus possessiones nostras in orientali plaga eius.

Vxores uestræ, & filij uestri, ac iumenta manebunt in terra. Dat hic modum Iosue quomodo transire debeant duæ tribus, & dimidia Iordanem scilicet, quòd dimittant uxores, & filios, & pecora in terra possessionis suæ: ipsi uero duntaxat præcedant ante filios Israel armati, de istis rationabile erat, quod dimitterent vxores, & omnia in terra, quam acceperant: nam isti non erant quicquam ultra Iordanem accepturi, nec ibi moraturi, frustra ergo erat iumenta, & pecora, & vxores illuc transducere, quia ista ad pugnam impeditiua sunt, & nihil prosunt. Alii autem de nouem tribubus, & dimidia portauerunt secum uxores suas, & pecora, & quicquid habere potuerunt ultra Iordanem, quia ipsi accepturi erant possessionem suam ultra Iordanem, & ibi moraturi. congruum ergo fuit, quod transducerent illuc uxores suas, & pecora ad manendum.

Item quia non habebant nouem tribus, & dimidia quicquam citra Iordanem, ubi dimitterent uxores, & pecora, quia tota illa terra erat duarum tribuum, & dimidiæ.

Vxores vestræ, & filij.

Vxores, & senes grandæui duorum tribuum non transierunt Iordanem, & quare. Quæst. LXII.

NON solum isti manserunt in terra illa, sed etiam uiri, qui erant grandæui, & ultra sexaginta annos, nam isti non procedebant ad bellum, nec computabantur inter alios hi tamen solum procedebant, qui poterant pugnare adiuuando alias tribus. Quod patet, quia dicitur, uos autem transite armati ante fratres vestros, sed transire armatos solum pertinebat ad bellatores, ergo alii, qui non erant ad bellum. s. vltra sexaginta annos non transierunt cum eis Iordanem.

Item, quia dicitur omnes fortes manu, & pugnate pro eis: sed manifestum est, quòd uiri ultra sexaginta annos, quando iam non computantur inter bellatores, non sunt uiri fortes, ergo non erant isti transituri cum aliis Iordanem, & sic manserunt omnes fœminæ istarum duarum tribuum ante Iordanem, & cum eis omnes pueri, qui nondum compleuerant annum uigesimum, & omnes senes, qui annum sexagesimum excedebant.

Et iumenta. Idest pecora, quæ sunt ad cibum, & alia animalia, quæ non sunt ad cibum, sed ad ferenda onera, sicut equi, & asini, & cameli, atque huiusmodi, quæ proprie a iuuando iumenta uocata sunt.

Cum solæ fœminæ uiderentur manere in terra duorum regum Amorrhæorum transeuntibus iudæis Iordanem, quomodo potuerunt defensari, & an dici possit quod hoc fuerit modico tempore.
Quæst. LXIII.

QVAERET aliquis circa hoc, cum solæ fœminæ manerent in terra duarum tribuum, & dimidiæ ante Iordanem, quomodo interim defensari poterat terra illa ab hostibus.

Aliquis forte respondebit modicum fuisse tempus, quo manserunt fœminæ solæ in terra illa: nam cito ad illas uiri sui redierunt, ideo potuit satis conseruari terra illa, quòd eam hostes non inuaderent nec occuparent.

Sed hic est duplex error. Primus, quia falsum dicitur. Secundus, quia non conuenienter respondetur.

Primus patet, quia duæ tribus, & dimidia manserunt cum aliis nouem tribubus, & dimidia, donec acceperunt terram de manu hostium, & eam diuiserunt, atque sortiti sunt, & pacifice possederunt. hoc autem fuit magnum tempus, quod patet infra uigesimosecundo

cum dicitur, eodem tempore uocauit Iosue Rubenitas,& Gaditas,& dimidiam tribum Manasse, dixitq; ad eos: fecistis omnia, quæ præcepit uobis Moyses famulus domini. Mihi quoq; in omnibus obedistis, nec reliquistis fratres vestros longo tempore usque in præsentem diem,& sequitur, reuertimini in tabernacula vestra,& in terram possessionis vestræ. Non potest ergo dici modicum fuisse tempus absentiæ uirorū mulieribus manentibus ante iordanem: ita vt locus non esset hostibus occupandi terram.

Secundo isti errant, quia non conuenienter respondent. dato enim ꝙ modicum fuisse tempus quo manserunt solæ uxores uirorum de his duabus tribubus,& dimidia: tamen in illo paruo tempore poterant hostes occupare terram illam. nam tota terra in circuitu erat hostilis. mox igitur ut hostes sentirent recessisse uiros relictis mulieribus, irruerent super eas,& iumenta, occupantes totam terram. non ergo stat rationabiliter modus iste positionis.

Secunda opinio aliorum. Et an transeuntibus Israelitis Iordanē manserit tota circunstans terra sine hostibus ita, quòd nullus posset inuadere res iudæorum relictas. Quæst. LXIIII.

ALITER uidetur aliis respondendum. s. ꝙ nō manebant hostes vlli qui possent irruere super mulieres,& pecora ad occupandam terram, quia totus Israel deleuerat duos reges habitatores terre illius. s. Sehō,& Og cum populis suis ut patet Numeri.21.& Deut.2.& 3.c. remanserunt autem pauci de Amorrhæis in terra, quæ proueniebat dimidiæ tribui Manasse,& illos expulit Iayr de filiis Manasse princeps in familia illa, & occupauit terram illorū, ut patet Numeri. trentesimosecundo capitulo. non ergo poterant hostes ulli insurgere ad occupandum terram hanc.

Respondendum est non posse hoc stare. nam dato ꝙ hostes qui habitauerant in terra deleti forent, sed illi, qui morabantur in confinibus terræ illius, quam occupauerant iudæi, non erant deleti. nam iudæi non pugnauerunt contra ullam gentem, nisi contra eam cuius terram accepturi erant, præter quam contra Madianitas, quia hostiliter se habuerant contra eos. de hoc Numeri.31. capitulo. manebant ergo omnes gentes non expugnatæ, quæ erant in confinibus terræ regum Amorrhęorum. De Moabitis patet Numeri 21. capitulo ubi dicitur quòd Arnon terminus est Moab diuidens Moabitas,& Amorrhæos. de omnibus his gētibus simul habetur Deuteronomio secundo ubi dicitur quòd cum īgressuri essent Israelitæ terram Amorrheorum regum: accesserunt ad confinia Idumæorū,& Moabitarum,& Ammonitarum,& iussit ne contra eos mouerentur in bellum. ergo adhuc manebant hostes coniuncti terrę in qua manebant uxores iudæorū qui possent occupare terram illam, quod patet: nam etiam ista mansio in qua nunc erant scilicet Sethim, vel Belsethim, dicebatur esse ī campestribus Moab, ut patet Numeri trentesimotertio capitulo. leuissime ergo poterant Moabitæ incurrere super hostes,& iumēta relicta,& occupare terram.

Ad hoc aliquis respondebit, quod Moabitæ forte erant amici iudæorum,& non mouerentur contra eorum terram, sicut nec ipsi Israelitæ uoluerunt pugnare contra eos iubente domino contra eos non moueri: de hoc Deut.2.c.

Sed hoc non stat quin potius Moabitæ erant hostes & ęmuli iudęorum,& noluerunt eis occurrere cum pane,& aqua, ut patet Deuteronomio 23.& conduxerunt contra eos Balaam ariolum, ut malediceret eis

F atq; morerentur, ut patet Numeri vigesimosecundo & Deuteronomij vigesimotertio capitulis, si ergo possent mouerentur contra eos ad occupandam terram eorum, potissime cum pars quædam terre occupatæ nunc a iudęis de manibus regis Sehō, fuisset quōdam pertinens ad regnum Moab; & rex Sehon accepit in bello eam de manu regis Moab, vt patet Numeri vigesimoprimo capitulo: cum dicitur. vrbs Esebon fuit regis Sehon Amorrhæi, qui pugnauit contra Moab regem,& tulit omnem terram, quæ ditionis illius fuerat vsque Arnon. Cum ergo non potuissent recuperare terram suam de manu regis Sehon, forte vellent eam nunc recuperare de manu Iudæorum, qui successerant in ea,& videbantur eodem modo detentatores. data autem nunc opportunitate, melius erat

G sibi eam accipere quàm aliàs, potissime cum post multa tempora post trecētos annos,& plures rex Ammō,& Moab petierunt terram hanc ab Israelitis, cum esset iudex in Israel Iepte Galadites, vt patet Iudi.11.capit.& ipse respondit multiplici ratione. ad vltimum:& si cætera non obstarent, defendit se longissima præscriptione, scilicet, trecentorum annorum,& sic pugnatū est. Nunc ergo, quia nouiter accepta fuerat terra: maiorē colorem habebant Moabitæ,& Ammonitę irruendi super vxores Iudæorum,& occupandi terram ab eis susceptam de manu Sehon regis, quæ quōdam fuerat Moabitarum. non ergo potest stare ista responsio.

H *Tertia opinio aliorum ad quæstionem. Et an in terra prædicta manserint aliqui viri ad defendendam eam. Quæst. LXV.*

ALITER quidam respondere conantur dicētes, quòd in terra duarum tribuum,& dimidię manserunt viri aliqui bellatores, qui eā ab incursantibus hostibus tuerentur, cęteri autem perrexerunt transeuntes Iordanem cum reliquis Israelitis.

Sed dicendum est hoc non posse stare. nā nō proficiebat paucos de his duab⁹ tribub⁹,& dimidia manere in terra suscepta, cęteris transeuntibus Iordanem, quia terra illa duorum regum Amorrhęorum magna erat,& spatiosa satis, ita vt vix duę tribus,& dimidia ibi manentes possent eam ab hostibus defensare, quanto magis pauci de eis.

I Item non potest hoc stare, scilicet, quòd aliqui de viris bellatoribus harum duarum tribuum & dimidiæ manserint ad tuendum terram. nam hic iubet Iosue, quòd omnes de his tribubus, qui ad arma viri fortes sunt, transeant Iordanem dicens. vos transite armati ante fratres vestros omnes fortes manu. nullus ergo de fortibus ad pugnam mansit quin transiret Iordanem. Nec obstat si dicas, quòd quamquàm sic Iussserit Iosue: tamen non sic factum est: nam Iosue testatur, quòd in omnibus ei obedierint: vt patet infra vigesimo secundo capitu. scilicet fecistis omnia, quæ

K præcepit vobis Moyses famulus Domini: mihique in omnibus obediuistis;& ipsimet immediate, vt ista eis mandauit, Iosue dixerunt se per omnia obedituros, vt patet immediate in litera, quòd si in aliquo quantum ad hoc recusarent mandatum Iosue, cogerentur dimittere terram duorum regum Amorrheorum, quam acceperant: talis quippe inter eos,& reliquum Israel conditio interuenerat, vt patet Nume. trigesimo secundo cap.

Aliquis autem aliter respondebit, quòd alii qui manebant in terra illa ante annum vigesimum nondum attingentes,& excedentes sexagesimum, eam ab hostibus defensarent; hi quippe non transierunt Iordanem.

Ad

Ad hoc respondetur, quòd non habet vllam apparentiam: nam omnes qui ad bellum fortes erant, transierunt Iordanem, vt patet hic. Reliqui vero manentes ad defensandam terram prorsus erant inutiles: ideo quippe non transierunt Iordanem, quia ad bellum inepti erant.

Quinta opinio aliorum satis apparens. Et quòd nullus vir bellator manserit ad defensionem illius terræ. Quæst. LXVI.

DICENDVM igitur videtur quibusdam, ꝙ in terra illa duarum tribuum, & dimidiæ non mansit vllus vir de bellatoribus, transeuntibus omnibus cũ Iosue Iordanẽ: nec erat qui posset terrã tueri ab incursantibus hostibus si eã expugnare tentarent, sed reliquerunt eam soli diuinę protectioni, quamquàm hostes vndique sonarent. cõfidebant enim Iudęi, ꝙ Deus cõprimeret omnes hostes eorum qui in circuitu habitabant, nec auderet quispiam eorum insurgere ad occupandam terrã eorum quamquàm solitaria maneret. sic enim promiserat Deus Iudęis, quando essent in terra promissionis, iubẽs ꝙ ascenderent ter quolibet anno in locum B sanctuarii omnes masculi, promittẽs ꝙ nullus hostiũ tunc inuaderet terram eorum, & sic fiebat, vt patet Exod. 34. c. cum dicitur: cum enim tulero gentes a facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ ascendente te, & comparente in conspectu domini Dei tui ter in anno. Ita autẽ Iudęi de duabus tribubus, & dimidia, confidebant sibi euenturum esse in hoc tempore, cum ex mandato Moysi transirent Iordanem ad adiuuandum fratres suos. Et credẽdum est, ꝙ modus fuerit. s. ꝙ Moyses dederit his certam fiduciam de Deo, ꝙ comprimeret hostes incutiens eis timorem, ne auderent insurgere contra terram, quæ tunc quasi solitaria erat, vel distrahebat eos ab his dando eis in corde, vt alia facerent. De primo patet exemplum in Iacob, & filiis eius. nam cum filii Iacob dolose occidissent Sichimitas manentes, vel iacentes inermes 3. die ex dolore circuncisionis, vt patet Gen. 34. c. congregati sunt omnes habitatores terræ illius pariter, vt delerent Iacob, & domũ eius. Deus tamen incussit timorem omnibus eis, & non ausi sũt persequi Iacob, & filios eius recedentes, vt patet Gen. 35. cap. De secundo patet exemplum. s. quòd Deus distraheret corda hostium ne desiderarent ascẽdere ad occupandum terram Iudæorum, vel dato, ꝙ desiderarent, occupabat Deus circa alia, ita vt non vacaret eis ascendere ad terram Iudæorum, sicut factum est in rege Senacherib qui veniebat deleturus Hierosolymã, Deus tamen peruertit cor eius, quia fecit venire nuncios ad eum, quòd rex Aethiopiæ veniebat in pugnã contra eum. & reuersus est, nec venit in Hierusalem, vt patet 4. Regũ 19. c. cum dicitur. hæc dicit dominus noli metuere a facie sermonum quos audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. Ecce ego mittam ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam, & deijciam eum gladio in terra sua. Et postea sequitur ibidem quomodo venerunt nuncij ad Senacherib, ꝙ Tharthã rex Aethiopię exierat contra eum in pugnam, & reuersus est, nec iuit in Hierusalem. Aliquo modo ergo istorum Deus fecit toto hoc tempore quo mansit solitaria terra illarum duarum tribuum, & dimidiæ solis mulieribus ibi manentibus, viris euntibus in bellum. De hoc autem cõfidebant Iudæi Deum firmiter facturum. ideo transierunt intrepide Iordanem relictis vxoribus, filiis, pecoribus, & iumentis. Hoc satis verisimile erat ex similibus: constat tamen, ꝙ non fuit factum sic, qa de dua-

A bus tribubus, & dimidia soli 40. millia virorum transierunt Iordanem, vt patet infra 4. constat tamen, ꝙ plures erant, quam 80. millia virorum in his duabus tribubus & dimidia: immo plus quàm centum millia computando summam eorum Num. 23. in vltima cõputatione. & quamquàm dicatur hic, ꝙ omnis vir fortis transiret Iordanem, quia tamen Iosue vidit sufficere 40. millia, reliquit cęteros ad defensionem terræ illius, & isti erant multi.

Determinatio auctoris.

De his latius dicit infra 4. ca. q. 20.

Quomodo toto tempore quo Israelitæ manserunt trans Iordanem pugnando, potuerunt habere cibos fœminæ relictæ citra Iordanem. Quæst. LXVII.

QVAERET adhuc aliquis de toto hoc tempore quo manserunt fęminæ in terra harũ duarum tribuum, & dimidiæ solitariæ, vnde cibum habebant. Cui quispiam respondebit, ꝙ comederunt de his quæ manserant recondita in promptuariis hostium: nam cum illa terra duorum regum Amorrhęorum capta est, non fuerunt multa bella, sed quilibet illorum duorum Regũ vnico bello cum populo suo deletus est, vt patet Nume. 21. c. Deuteronom. 2. & 3. cap. manserunt ergo multa pertinentia ad cibos, quæ non fuerant consumpta, & hæc ipsi recondita tenebant pro expensis annalibus. de his autem alimentari poterant, donec redirent viri de bello. Sed dicendum est, hoc stare non posse. nã C ea quæ tenebant recondita Amorrhęi in cibis pro alimento anni ipsius, exercitus Iudæorum breui tempore deuastaret, quia erant hebræi in magna valde multitudine. s. plures, quam septingenti mille viri bellatores, præter minores anno vigesimo, & maiores sexagesimo, & fęminas, & Aegyptios ascendentes cũ eis, qui erant infinitæ multitudinis, vt patet Exod. 12. cap. ita vt omnes simul essent plusquam ter mille millia hominum: ita vt inexcogitabilis ciborum copia breuiter ab eis consumeretur, sic conquerebatur Moyses cum Israelitæ petierunt ab eo carnes, vt patet Nume. 11. c. cum dicitur. Nunquid ouium, & boum multitudo cædetur, vt posit sufficere ad cibum, vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satiẽt? D isti ergo in breui tempore deuorare poterant omnia, quæ parauerant Amorrhæi pro anno illo, potissime quia manserunt in terra illa aliquanto tempore. s. dũ viri harum duarum tribuum, & dimidiæ extruxerũt oppida vxoribꝰ, & filiis suis, & caulas pecoribus, vt patet Nume. 32. & postea Moyses recitauit totũ Deuteronomium manens in terra illa, vt patet Deuterono. 3. c. & postea mortuus est in terra eadem, & manserũt ibidem Israelitæ plangentes eum diebus 30. vt patet Deuteronom. 34. & nunc consumato hoc tẽpore inde recedebant, & sic in hoc tempore poterant deuorare ea, quæ mansissent recondita in cellariis & promptuariis Amorrhęorum pro quotidiano victu. Item E patet hoc maxime, quia hoc erat in fine anni circa tẽpus nouarum frugum, & hoc tempore deficere solẽt translati anni fruges, vt patet in omnibus terris. Quod autem hoc tempus esset, apparet, quia Israelitæ transierunt Iordanem die decima mensis primi anni 41. ab exitu de Aegypto, vt patet infra 4. cap. & post dies quinque comederunt de frugibus nouis anni illius polentam, & azymam: vt patet infra 5. c. Erat igitur finis anni quando reliquerunt viri duarum tribuum & dimidię vxores suas ante Iordanis transitum, & sic non possent habere alimenta de residuis reconditis ab Amorrhęis. Item dato quòd multa manerent de recõditis quę hebręorum exercitus ibidem commoratus diu non deuorasset, tamen non suffecissent ad cibum

Numerus Iudæorum i ingressu terrę promissionis, & adhuc plures erãt in egressu de Aegypto.

virorum

virorum, & mulierum manentium in terra illa, & filiorum, & filiarum, atque veterum: quia mansio virorum vltra Iordanem fuit per plures annos. Aliqui enim dicunt hos fuisse 14. sicut historia scholastica asseuerat, & alij historiographi, quidquid autem sit, dicitur fuisse longum tempus, vt patet infra. 22.c. & sic non sufficerent eis in toto hoc tempore: aliter ergo eis prouidendum erat.

Secunda responsio aliorum, ad idem quęsitum.
Quæst. LXVIII.

ALIQVI forte respondebunt, ꝙ toto tempore quo mãserunt fęminæ solitariæ ĩ terra illa euntibus viris in bellum, pluit manna de cœlo ad saturitatem, sicut pluerat in deserto, & inde alebantur. Sed hoc non conueniēter dicitur. nam si hoc tempore pluisset manna, pluribus, quam 40. annis: immo pluribus quam. 50. pluisset mãna. scriptura tamen solis. 40. annis manna de cœlo descendisse asseuerat: vt patet Deuteronom. 8. & 29. cap. ergo non potest dici, quòd manna pluerit ad alimenta harum mulierum. Item Exo. 16. dicitur de manna. hoc cibo aliti sunt filii Israel 40. annis quousque tangerent fines terræ Chanaan, sed cum manserunt mulieres istę in terra duorum regum Amorrhęorum, transierant Iordanẽ viri Israelitæ tangentes terminos terræ Chanaan. ergo cessauerat manna. non potest igitur dici, ꝙ mulieres istæ interim fuerint sumentes manna. Item patet, quia infra 5.c. dicitur, quòd cum Israelitę comederunt panes, & polentam de frugibus nouis anni illius, altero die post phase. s. 15. die mẽsis primi anni illius, defecit manna, nec vltra hoc cibo aliti sunt. hoc autem fuit. 5. diebus postquam Israelitæ trãsierunt Iordanem. nam die decimo mensis primi trãsierunt Israelitę Iordanem, vt patet infra. 5.c. & die 15. mensis eiusdem comederunt panes, & polentam de frugibus nouis anni eiusdem, & cessauit manna quinque diebus. ergo solum durauit manna post transitũ Iordanis. mulieres ergo, virorum duarum tribuum, & dimidiæ, quæ manebant in terra duorum regum Amorrheorum qui erant ante Iordanem, non poterant alimento hoc vti tempore absentiæ virorum.

Manna tãtum durauit an. 40.

Determinatio auctoris super eodem quæsito.
Quæst. LXIX.

ALITER ergo dicendum est. s. ꝙ istę mulieres & viri, & veteres atque pueri manentes cũ eis: alebantur de agricultura. nam cũ ipsę manserunt in terra illa recedētibus viris: inceperunt comedere de frugibus nouis anni illius. quod patet, quia Israelitæ transeuntes Iordanem, post dies quinque comedere cęperunt de frugibus nouis terræ illius: vt ante hoc probatum est. ergo ipsę in terra sua ante Iordanem fruges maturas haberent, q̃bus vesci possent. nam terra ante Iordanem, & vltra eiusdem complexionis est, cum solus Iordanis mediet inter eas. has autem fruges seminauerant Amorrhei. sequentibus autem annis de agricultura viuebant, & sicut viri exercere debebant agros. nam erant ibi viri sexagenarij, & vltra qui ad labores agricultiuos adhuc potentes erant. Pueri quoque pertingentes annum vigesimum, vel paulo ante hoc: poterant enim hi vacare agriculturæ, vt haberent faciliter sufficientiam ad vitam. Item & si viri nulli extarent, fęminę solitariæ agriculturæ vacarent. nam in terra Amazonum vir nullus est inter eas, sed agriculturæ ipsę insudant, atque panibus abundant. Inter nos quoque fęminę agriculturę vacant, potissime, quia necessitas ad omnia impellit. nec esset in hoc vlla difficultas. Sic namque quibusdam philosophis visum est, vt fęminę ęqualiter sicut viri, circa agriculturam vacare deberent, & circa actus bellicos sumentes parabolam ab animalibus cæteris, & hoc tenuit Socrates in politia sua. Hoc idem Plato, vt refert Aristo. 2. polit. c. 2. quantum ergo ad hoc nulla difficultas erat quin fęminę sibi in cibis prouidere possent, sed adhuc viri multi manserant in terra illa qui possent terram colere, vt supra declaratum est. isti tamen fundant rationem super falso. s. quòd solę fęminę manserint.

Quomodo potuerunt se bene habere viri ad vxores, cum toto tempore bellorum fere annorum 14. nunquam ad eas redierint. *Quæst.* LXX.

QVAERET aliquis ad hæc amplius, qũo fœminę, & viri se habuerunt toto hoc tempore longo. s. ꝙ viri non viderunt vxores suas. Aliquis autem fortassis respondebit, quòd viri istarum duarum tribuum & dimidiæ successiue, & per partes dimittebantur, vt venirent ad visitãdum vxores suas, & postea redirent ad aciem. Sed ad hoc non videtur modus qũo dimitterent reliquos in acie, & ipsi venirent ad vxores. Item patet esse falsum, quia toto tempore quo bella durauerunt, quousque terra pacifice possessa est, & diuisa: non reliquerunt toto tẽpore Rubenitæ, & Gaditæ, atque dimidia tribus Manasse alios Israelitas: dimisissent tamen si cateruatim, & per successiones venirent ad visitandũ vxores suas per tempora. de hoc infra. 22. cap. cum dicitur. fecistis omnia quæ præcepit vobis Moyses famulus domini: mihi quoque in omnibus obedistis; nec reliquistis fratres vestros longo tempore, vsque in præsentem diẽ. ergo nunquam veniebant ad visitandas vxores toto hoc tempore quousque ad vltimum terra suscepta, & pacifice possessa, dimisit eos Iosue, vt pacifice redirẽt, vt patet infra 22.c. De vxoribus autem faciliter respõdendum est, ꝙ compellerentur continere toto hoc tẽpore. nec iniuria, quoniam multæ aliæ maiori tempore continent euntibus viris in bellicam expeditionẽ, sicut fuit in bello Troiano, quod decem annis durauit & non reuersi fuerũt Gręci in terram suam, vsque ad completionem illius temporis, & multi detenti sunt magno tempore in reditu, sicut Vlisses, & socij eius, & tamen continebant vxores eorũ interim, & tm̃ fuit hoc tempus, quòd quidam relinquentes vxores suas puellas reperiebant eas veteres cum redirent, sic conqueritur Penelope de viro suo Vlisse tarde redeunte, vt patet per Ouid. in lib. Heroidum, qui alio nomine dr̃ liber epistolarum, in epist. 1. quæ incipit.

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlisses, dicens
Quæ fueram dudum te recedente puella,
Protinus vt veneris facta videbor anus. i. vetula.

De viris tamen difficilius est responderi, quia ipsi difficilius continent, quam fęminę, potissime viri assueti ad bellum. nam bellum nimis incitat homines ad libidinem, potissime in equestribus. causa autem satis patet. Ideo Arist. increpat politiam Lacedemoniorum. in 2. Politic. vt in c. de politia Lacedemoniorum, erat enim inter hos lex non duci fœminas vllas ad bellũ: ita vt viri nunquam commiscerentur fœminis dum vacarent bellis. dicit Aristote. hoc inconueniens esse, quia hinc sequitur coitus sodomiticus. lex autẽ dans occasionem ad talia, iniqua aut inconsiderata est. Dat causam huius, quia bellatores nimis ad libidinem pręcipites sunt, & dicit, ꝙ propter hoc poetæ Venerem Marti miscuerũt. s. ꝙ viris belli libido maxime coaptatur. abstrahendo ergo his Iudæis fœminas difficilis sequebatur illatio, sed quomodo huic prouideretur, cui-

Viri bellatores maxime equestres sunt nimis libidinosi, & quare.

cuicunque facile apparet. sed non oportet ad omnia respondere. An vero inter Iudæos meretrices eē possent, declaratum est, quòd sic Leuit.c.21. quamquàm videantur prohiberi Deuter.23. Patet ergo qualiter se habere possent, tam viri, quàm vxores eorum diuturnam absentiam patientes.

Vera auctoris opinio, & determinatio ad antecedens quæsitum. Quæst. LXXI.

PRAEDICTA satis sustineri possunt. sed melius dicetur, ꝙ non passi sunt tam longā absentiam, & continentiam. Primo pp periculum adulterii, tam ex parte virorum cum mulieribus aliarum tribuum, q̄ ex parte mulierum cū viris, qui manserant in terra ante Iordanem. Secundo, quia erat detrimentum totius populi Israel, & potissime harum duarum tribuum, & dimidiæ, ꝙ in 13. vel 14. annis non vacarent proli, quia sic minueretur populus, & præstaretur impedimentum ad postea nō generandum, cū tam viri, quàm vxores multæ interim efficerentur veteres elapso tempore generandi. Tertio, quia erat cogere, tam viros, quàm fœminas ad duram vitam. s. ad tandiu continendum, cum hoc nō sit præcepti, sed cōsilii. 1. Corin. 7. c. & Apostolus suadet coniugibus, ꝙ non se fraudent debito, nisi ad modicū tempus, vt interim orationi vacent: ne eos tentet Sathanas propter incontinentiam suā. Quarto, quia modus ille qui dabatur ad satisfaciendum desiderio. s. existentibus in populo meretricibus non est satis conueniens. Primo, quia nō poterant esse meretrices aliquæ de filiabus Israel. Deut.23.c. & tamen de aliis gentibus non erat satis promptum dicere, qūo nunc essent meretrices inter Israelitas, quia non erant nunc cū Israelitis, nisi quidam Aegyptij qui cum eis ascenderāt de Aegypto. Exod.12.c. & hi pro maiori parte perierunt in sepulchris concupiscentiæ, quia flebant concupiscendo carnes. Num.11.c. Secundo, quia etiam si eēnt tunc meretrices inter Israelitas, Deus non induceret Israelitis talem, quasi necessitatē, vt meretricibus iungerentur, cum hoc sit peccatum mortale, potissime cum possent misceri vxoribus suis. sed hoc videretur fieri quantum ad homines imperfectos cogendo eos abstinere ab vxoribus p annos quatuordecim, aut plures. ergo non abstinebant, sed miscebantur interim suis vxoribus.

Quomodo Israelitæ miscebantur vxoribus suis, licet illæ non transierint cum eis Iordanem, idq; dupliciter. Quæst. LXXII.

DICENDVM ergo, ꝙ isti viri de duabus tribubus, & dimidia, hoc tempore miscebantur vxoribus suis, qn̄ opus erat, licet illę nō trāsierint cum eis Iordanem. & hoc fieri poterat duobus modis. Primus erat, ꝙ viri nunquam redirent ad terram suam, & tamen vxores eorum aliquando venirent ad eos, & manerent aliquandiu cum eis. Secundus modus erat, ꝙ viri irent aliquando ad terrā ante Iordanem in qua manebant vxores.

Tenendo primum modum diceremus, ꝙ non veniebant omnes vxores horum in castra simul, sed ꝙ quorundam vxores venirent, & manerent aliquādiu ibi, & illis redeuntibus in terram suam, ibant aliæ ad visitandum viros suos, & ibi quoque paruo tēpore manebant. & sic non grauarentur castra pugnatorū ex multitudine simultanea mulierum. & etiam non videretur deseri terra, in qua illæ manere debebant.

Ad istud non sequebatur aliquod inconueniens. Primo, quia non erat difficile mulieres istas ire ad visitandum viros suos in bello existentes. quia terra illa in qua fuerunt bella, non erat procul a terra ante Iordanem, in qua manebant istæ mulieres.

Secundo, & principaliter, quia non oporteret mulieres istas sequi Israelitas per omnia loca ad quę ibāt ad pugnam, sed solum venirent in castra, quæ erant in Galgalis. iste fuit modus Israelitarum, quòd die qua transierunt Iordanem, fixerunt castra in Galgalis, infra quarto capitulo, non longe a Iordane. ibi autem mansit sanctuarium domini, & mulieres omnes, & pecora, & paruuli, atque tota possessio nouē tribuum, & dimidiæ fere toto tempore quo durauerunt Israelitæ in subijciendo terram vltra Iordanem. Et quando ibant ad pugnandum contra aliquam vrbem, facto bello redibant in castra illa, & postea inde ibant rursus ad pugnam, & quando ibant ad pugnandum non ferebant secum omnia sua, quia hoc potius eos impediret, sed manebant illa in Galgalis, & reuertebantur rursus Israelitæ in castra Galgalæ. illuc ergo poterant venire mulieres duarum tribuum, & dimidiæ ad viros suos, quando essent in Galgalis, & erat parua distātia, quia terra duarum tribuū, & dimidiæ, & terra nouem tribuum, & dimidiæ non distinguebantur, nisi mediante Iordane. vt dicitur infra duodecimo capitulo, & tamen castra, quæ erant in Galgalis, non distabant a Iordane adhuc itinere diei vnius, quia ibi castra metatus est Israel die qua transiuit Iordanem, infra quarto capitulo, ergo paruū iter erat mulieribus duarum tribuum, & dimidiæ, vt venirent ad visitandum viros suos in castra Galgalæ.

Tertio, quia non est aliquid contra scripturam, ꝙ ita ponatur. nam dicendo, quòd viri venirent ad eas existentes ante Iordanem, videtur esse saltem in superficie literæ contra id, quod habetur infra vigesimo secundo capitulo, scilicet neque reliquistis fratres vestros longo tempore, vsque in præsentem diē: De mulieribus non negatur, ꝙ ad eos iuerint, ideo nō est inconueniens, ꝙ ad eos irent.

Obiectio contra supradicta. Quæst. LXXIII.

SED obijcietur, si vxores istorum ituræ erāt ad eos vltra Iordanem, ad quid relinquebant eas ante Iordanem ad orientem eius. Dicendum quòd causa fuit: viri isti non accepturi erāt possessionem aliquam vltra Iordanem, quia iam habebāt partem suam ante Iordanem Nume.32.c. ideo pecora, iumenta, filios, & possessa omnia relinquere debuerunt in terra illa ante Iordanem in vrbibus suis, & ibi quoque relinquerent vxores, & oē quod eis impedimentum erat ad bellum. secus de aliis qui non acceperant adhuc sortes suas, quia nō habebant vbi relinquerent res suas, ideo transierūt Iordanem ipsi, & omnia quę ad eos pertinebant. Secundo, quia isti relinquebāt terram suam, quam iam acceperant in possessionē. & ibi relinquebant pecora sua, & iumenta, quæ multa erant. Nume.32. & tamen non poterant ista manere ibi, nisi quis gereret curam illorum: ideo debuerunt saltem vxores manere, quæ ordinant rem domesticā. Tertio poterat hoc esse ad prouidendum exercitui, qui erat vltra Iordanem ad occidentem, quia cum essent impediti bellis, & non possent conuenienter vacare agriculturę, neque iam haberent manna in cibū, egebant prouisione humana ad quā conferebant istæ feminę: vt infra dicetur. ideo debuerunt ipsæ manere ibi cum filiis suis, & alijs. & poterant aliquando ire in castra vltra Iordanem in Galgalam, & ibi conuenire cum viris suis.

Propter tria reliquerunt vxores añ Iordanem.

Sicu

Sicut uxores poterant ire ad viros, ita, & e contra, neque sequebatur aliquod inconueniens. Quæst. LXXIIII.

SECVNDVS modus erat, quòd viri irent aliquādo ad vxores, quę erant trans Iordanem ad orientalem partem eius. Et poterat hoc fieri faciliter quia Israelitę toto illo tempore quo durauerunt subiugando terram, non semper pugnabant, sed sępe quiescebant. etiam aliquando ibant pauci ad bellum, & cęteri manebant in castris: sicut quando iuerunt cōtra vrbem Hay soli tria millia virorum infra. 7. c. His enim temporibus manebat totus exercitus in castris Galgalę, vbi erat tabernaculum, & arca domini, & cū interim nihil facerent Israelitę, sed requiescerent a labore bellorum, poterant viri de duabus tribubus, & dimidia ire ad vxores suas, quę erant trans Iordanem, & ī hoc nulla difficultas erat, quia inter castra Galgalę, & terram illorum non erat vna dieta integra, vt ostensū fuit. Etiam nihil videbatur conuenientius, quam hoc agere, quia cęteri viri Israelitę non ducebant etiam secum vxores suas quando ibant ad bellum, sed euntes expediti relinquebant tam vxores quam totam supellectilem in castris Galgalę. cum autem cessarent aliqualiter a bello, reuertebantur ad castra vbi erant vxores eorum, & refocillabantur paulisper a labore belli: interim autem nihil negotij erat duabus tribubus, & dimidię: nihil ergo opportunius eis esset, quam redire ad vxores suas, & filios q erant ante Iordanem, vt ipsi quoque refocillarentur. Et hoc modo non grauarentur plus in abstinentia ab vxoribus viri de duabus tribubus, & dimidię, quam cęteri Israelitę: quia quando hi redirent ad vxores, & illi similiter facerēt. Secūdus modus poterat esse quantum ad hoc quòd viri de duabus tribubus, & dimidia redirent ad vxores suas per vices, idest non omnes simul, sed aliqui nunc, & alii post, & hoc possent facere etiam durantibus bellis, quia tunc ꝙ omnes simul redirent ad vxores suas, forte esset inconueniens, sed quòd aliqui pauci per vices redirent, non nocebat.

Alius modus eundi ad vxores.

Sed dicendum, quòd adhuc modus precedēs erat conuenientior, quia non fieret tunc aliquid specialius in duabus tribubus, & dimidia, q̄ in reliquo Israel.

Cum autem obijcitur tunc de eo, quod habetur infra. 22. cap. s. neque reliquistis fratres vestros lōgo tempore, vsque in presentem diem. Potest dici vno modo, quòd non reliquerunt: quia relinquere erat ire in terram suam cum intentione non redeundi in castra. Et tamen quandocunq; isti ibant ad vxores suas, ibant cum intentione statim redeundi, & dimittebant arma sua, vel res bellicas ad eos pertinentes in castris: ideo nunquam relinquebant fratres suos.

Secundo potest dici: quòd non relinquebāt fratres suos. s. quia nunquam omnes ipsi redibant simul ad vxores, sed aliqui ipsorum per vices. ideo censebātur omnes manere, & sic non relinquebant eos.

Tertio potest adhuc dici, quòd hoc accipiatur quātum ad bella, scilicet, quòd illi nunquam reliquerant alios Israelitas in bellis, sed in omnibus bellis in quibus erant illi, erant ipsi quoque. & quando redibant illi ad castra ad refocillandum, ibant quoque isti vltra Iordanem ad vxores suas. Et quia viri de duabus tribubus, & dimidia solum comitabantur Israelitas ad adiutoria bellorum, cum nunquam dimitterent eos in aliquo bello, dicebantur absolute, nunquam eos dimittere, licet aliquando recederent ab eis, scilicet tempore quo non pugnabant.

F *An omnes viri bellatores duarum tribuum, & dimidiæ fuerint plures, quam 40. millia, & an omnes transierint Iordanem. Quæst. LXXV.*

DVBIVM quoque est circa precedentia: cū dicatur de viris duarum tribuum, & dimidię, quòd trāsierunt Iordanem omnes armati de illis tribubus, & tamen erant valde pauci: nā solum transierunt quadraginta millia infra 4. c. Aliquis dicet, quòd non transierunt omnes viri bellatores de his duabus tribubus, & dimidia, & sic licet multi essent, transierunt hi soli. Sed obijcietur ꝙ hoc non stet: quia videtur quòd omnes transierint.
G nam ita pręcepit Moyses Nume. 32. c. vbi istę petierunt terrā ante Iordanem, & dicitur. quibus ait Moyses si facitis, quod promittitis expediti pergetis coram domino ad pugnam, & omnis vir pugnator armatus Iordanem transeat, donec subuertat dominus inimicos suos. Aliquis dicet verum esse quòd Moyses iussit quòd omnes viri pugnatores de his tribubus transirent: & tamen postea non fecit illud Iosue, sed accepit aliquos, idest quadraginta millia. Sed adhuc obijcietur, ꝙ non stat. primo, quia Iosue seruabat mandata Moysi per omnia. ita enim Deus ei iusserat, vt patet supra in litera. etiam Moyses quando constituit eum in principem coram multitudine, docuit eum quid obseruare deberet. Num. 27. & Deut. 31. c. & sic non erat verisimile, ꝙ modo Iosue in aliquo contrafaceret. Secundo, & principaliter patet, quia hic in litera apparet, ꝙ seruatum fuerit istud, quia dicitur vxores
H vestræ, ac filij, & iumenta manebūt in terra, quam dedit vobis dominus trans Iordanem. vos autem transibitis, & ita innuitur, ꝙ solæ vxores, & filii paruuli mā serunt, & transierunt omnes viri. Tertio patet, quia dicitur: vos autem transite ante fratres vestros omnes fortes manu, sed omnes numerati a viginti annis supra vocantur fortes manu, immo viri fortissimi. Numer. 1. c. & isti erant multo plures, quam quadraginta millia, ergo non transierunt isti soli. Quarto patet, qa dicitur, ꝙ responderunt isti ad Iosue: omnia quę præcepisti nobis faciemus, vt patet in litera. Et tn̄ Iosue dixit eis: vos autem trāsite armati ante fratres vestros omnes fortes manu. ergo omnes transierunt, & sic nō fuerunt soli quadraginta millia.

I *Determinatio auctoris, circa præcedens quæsitum. Quæst. LXXVI.*

DICENDVM ꝙ multitudo istorum duorum pugnatorum de tribu Ruben, & Gad, & dimidia tribu Manasse, erat valde maior, quā quadraginta millia, quia Nume. 26. c. ponit numerus virorum singularum tribuum. & de Ruben sunt 43. millia septingenti & triginta. in tribu Gad fuerunt quadraginta millia quingenti. in tribu Manasse fuerunt quinquaginta duo millia, & septingenti: quorum medietas est vigintisex millia trecenti, & quin-
K quaginta, & fit tota summa centum, & decem milliū quingentorum, & octoginta. Sed hoc dato dicunt aliqui, ꝙ omnes numerati de his tribubus transierunt cum Iosue. & tn̄ tempore transitus non supererāt de tota ista multitudine, nisi quadraginta millia, & ita putant se satisfacere mandatis Moysi Num. 32. c. & eis, quæ nunc dixit Iosue; & responderunt istę tribus, vt patet hic in litera. Et ad hoc oportet, ꝙ isti dicant, ꝙ de ista multitudine perierunt post illam numerationē plusquam septuaginta millia virorum, & nunc manebant solum quadraginta millia. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia si ista multitudo defuisset, aut esset bello, aut morbo, sed neutro modo. De primo patet, quia iuxta

ordinem scripturæ post istam numerationem nõ habuerunt Israelitæ aliquod bellum, nisi contra Madianitas, quia numeratio habetur Num. 26. & bellum cõtra Madianitas Num. 31. & post illud bellum nullum aliud habuerunt Israelitæ, vsque ad transitum Iordanis, vt patet ex sequenti scriptura Libri Numerorum, vbi ponitur historia, vsque ad transitum Iordanis, & tñ in bello contra Madianitas nullus de Iudæis mortuus est, vt patet Nume. 31. sed nos serui tui recensuimus numerum pugnatorũ, quos habuimus sub manu nrã, & neque vnus quidem defuit. Similiter non põt dici, ꝙ ista multitudo perierit morbo. primo, quia si tanta multitudo perijsset de his tribubus morbo, esset morbus ille valde grauis, & talem non taceret scriptura, cum alia multo minora referat, quæ pertinent ad progressum huius populi per desertum. & tamen de hoc nihil expressum est, ergo non fuit. Secundo, quia si tam grauis morbus incidisset, esset propter aliquod graue peccatum, illud aũt scriptura referret, sicut ibidem ante hoc. s. Num. 25. ponitur peccatũ quorundam Israelitarum. s. de idolatria, & meretricio cũ Madianitis, & simul ponitur pęna. s. ꝙ perierint viginti quatuor millia, a fortiori si pro alio peccato perijssent ista septuaginta millia virorum, & vltra, referret scriptura, tam peccatum, quàm pęnam; sed neutrum expressit. ergo credendum est non fuisse. Tertio, quia videtur ꝙ post istam numerationem non videtur, ꝙ fuerit aliquod peccatum, neque pęna inflicta Israelitis, sed iam crimina eorum erant sufficienter punita Num. 26. c. vbi ponitur ista numeratio, tanquam pro causa numerationis dr̃, postquam sanguis noxiorum effusus est dixit dñs ad Moysen, & Eleazarum, numerate oẽm summam filiorum Israel, ac si dicat anteꝗ funderetur sanguis impiorum frustra erat numerare populũ, quia statim de illa summa numeratorũ multi deficerent, ideo facta est numeratio, postꝗ sanguis impiorum effusus est, vt de illis qui computarentur, nullus iam deesset. Quarto patet, quia facta ista numeratione Nu. 26. statim ibidem additur; locutus est dñs ad Moysen, istis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas, pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem: singulis, vt nunc recẽsiti sunt tradetur possessio, in quo innuitur, ꝙ omnibus istis qui nunc numerabantur, tradenda erat possessio terræ, & tñ ista terra erat vltra Iordanem, ergo omnes transituri erant, & nemo eorũ moriturus erat ante Iordanis transitum. vnde non moreretur tota ista multitudo. Aliquis diceret, ꝙ isti non mortui sunt inflicta aliqua plaga propter aliquod peccatũ, sed mortui sunt naturaliter in longitudine temporis, sicut naturale est hominibus mori. Sed dicendum, ꝙ nõ stat, primo, quia vt patet ex prædictis innuebatur, ꝙ nullus eorum qui numeratus nũc fuerat moreretur ante introitum in terram vltra Iordanem, & ita non moreretur tanta multitudo. Secundo, & principaliter, quia inter illam numerationem, & introitum Iosue vltra Iordanem, quasi nullum tempus fuit, & ita non poterat naturaliter mori aliqua multitudo illo tpe. patet hoc, quia ista numeratio Israelitarum fuit in loco vbi nũc erat Iosue, quando ista locutus fuit ad istas duas tribꝰ & dimidiam. s. iuxta Iordanem, quod patet Num. 26. c. vbi Deus iubet fieri istam numerationem, & dr̃ locuti sunt Moyses, & Eleazar sacerdos in campestribꝰ Moab super Iordanem contra Iericho ad eos, qui erant a viginti annis, & supra, sed qñ nunc Iosue locutus est viris istis, erant circa Iordanem, & transięrunt cum eo: ergo paucum tempus fuit inter numerationem, & transitum, & ita non potuit mori multitudo ista medio tempore. maxime, quia totum hoc fuit in fine anni quadragesimi, & principio anni quadragesi-

A mi primi, qñ mortuus est Moyses, & populus incepit esse sub principatu Iosue, & tunc ista facta sunt, & trãsierunt Iordanem. ideo hoc non stat.

Secunda opinio aliorum, quòd solum 40 millia erant viri fortes. Et quos vocet sacra scriptura viros fortes, & potentes ad bella. Quæst. LXXVII.

ALII respondent aliter. s. ꝙ illa tota multitudo istarum duarum tribuum, & dimidię, quarum posita fuit summa Nu. 26. c. manebat nũc, & nemo eorum perierat, aut valde pauci, & tñ nõ fuerunt cũ Iosue, nisi 40. millia: & hoc qa isti soli erãt viri fortes ad pugnãdũ de tota illa multitudine: & hoc consonat lr̃æ inquantum dr̃: vos au-
B tem transite Iordanem, & pugnate añ fratres vestros omnes fortes manu: & ita non voluit, ꝙ oẽs transirẽt, sed solum qui erant fortes manu, & illi erant soli 40. millia. Dicendum ꝙ non stat primum, quia non concordat hoc verbis Iosue: nam ipse dixit, vxores vr̃æ, & filii, atque iumenta manebunt, vos aũt transite, & ita innuitur, ꝙ soli filii paruuli transituri nõ erant, qui non ponuntur in numero virorum, sed computantur nõmine filiorum. Secundo patet, quia Iosue mandauit nunc istis viris, ꝙ mãdauerat eis Moyses, sed Moyses mandauit omnibus viris numeratis in duabus tribubus & dimidia, ꝙ transirent Iordanem, ergo omnibꝰ iussit nunc transire Iosue. patet hoc, quia Nume. 32. c. qñ Moyses arguebat viros de his duabus tribubus &
C dimidia, quia petebant hęreditatem ante Iordanẽ, dixerunt caulas enim fabricauimus, & stabula iumẽtorũ, paruulis quoque nostris vrbes munitas, nos aũt ipsi armati, & accincti pergemus ante fratres nr̃os filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua: paruuli aũt nostri, & quidquid hr̃e possumus, erunt in vrbibꝰ munitis, ꝑꝑ habitatorum insidias. Tertio patet ex verbis Moysis ibi: nã dixit si facitis, quod promittitis, expediti pergite ad pugnam, & oĩs vir bellator armatus Iordanem transeat: & ita nõ elegit aliquos de ipsis, sed voluit ꝙ omnes transirent Iordanem, præter paruulos. s. qui non perueniebant ad annum 20. Adhuc aũt magis confirmatur ex verbis sequentibus ipsorum. s. dixerunt Gad, & Ruben ad Moysen, serui tui sumus, & quod iubet dominus noster faciemus: paruulos no-
D stros, & mulieres, ac pecora relinquemus in vrbibus Galaad: nos aũt famuli tui omnes expediti pergemus ad bellũ: ergo oẽs pręter paruulos transituri erant Iordanem. Cum aũt objicitur, ꝙ soli viri fortes transituri erant. Dicendum, ꝙ per viros fortes manu nõ intellexit Iosue aliquos in speciali de tota multitudine illarum duarum tribuũ, & dimidię, sed oẽs viros qui numerati erant a 20. annis, & supra: quia de oĩbus illis intellexerat Moyses expresse, & tñ Iosue loquebatur iuxta intentionem Moysi: & omnes illos qui numerati erant, vocauit Iosue fortes manu.

E Secundo patet, quia ista est consuetudo scripturę, scilicet, quod viri potentes ad bellum vocentur viri fortes, vt patet Numer. 1. cap. vbi omnes numerati a vigesimo anno vocantur potentes ad bella procedere, & viri fortes, quia illa fortitudo non signat aliquã specialem potestatem, sed solum potentiam exercendi se in armis, quod possunt communiter qui sunt supra vigesimum annum. Et ita Iosue locutus est hic dicens: vos autem transite ante fratres vestros, omnes fortes manu, idest qui habetis fortitudinem in manibus ad pugnandum.

Determinatio auctoris, & resolutio totius quæstionis, cum responsionibus ad argumenta. Quæst. LXXVIII.

DICENDVM veritatem esse, ꝙ nunc superierat tota illa multitudo duarum tribuũ, & dimidiæ, quæ fuit in numeratione Nu. 26. c. Et de tota illa dixerat Moyses, quod transiret Iordanem cum Iosue, & Israelitis. ipse quoq; Iosue oĩbus illis dixit nunc quod transirēt, & ita illi obedientes tunc Iosue promittebant se facturos cum dixerunt: oĩa quæcunque præcipisti faciemus, & quocũque miseris ibimus. sicut obediuimus Moysi, ita obediemus tibi. Sed post hoc Iosue, & cęteri Israelitę considerantes, ꝙ non esset necessaria tota illa multitudo acceperunt quadraginta millia de illis, reliquos vero manere permiserunt in terra sua, tam ad defensionē terrę, quam ad agriculturam. Et ita non manet aliqđ inconueniens. Et iuxta hoc potest rñderi ad argumenta posita supra. q. 56. Ad primum dicendum, ꝙ Iosue seruauit omnia mandata Moysi, & in hoc etiã seruauit. Nam iussit omnibus viris duarum tribuum, & dimidiæ transire Iordanem: sed postea visum est Israelitis, ꝙ satis erat trãsire quadraginta millia, & ita voluerunt. Poterant autem isti facere hoc, quia potest quilibet realiter renunciare iuri suo. Erat aũt ista obligatio introducta in fauorem Israelitarum. s. ꝙ ipsi pugnando acquisiuerant terram duarum tribuũ, & dimidię: ideo iustum erat, ꝙ duæ tribus, & dimidia transirent Iordanē ad adiuuandum Israelitas, vt acquirerent terram pro seipsis. & ita innuitur ex verbis Moysi. Num. 32. poterant ergo Israelitæ renunciare hinc iuri pro se introducto in toto, vel in parte. & sic poterant facere, ꝙ non transirent cum eis omnes viri duarum tribuũ, & dimidiæ, sed soli quadraginta millia. Ad secundum cum dicitur vxores vestrę, & filij, atque iumenta manebunt. Dicendum, ꝙ Iosue mandabat omnibus viris illarum duarum tribuum, & dimidię transire Iordanem, & tamen postquam illi obedierunt, placuit vniuerso Israeli, ꝙ soli quadraginta millia transirent, & Iosue non faciebat in hoc contra mandata Moysi. nã si ipse inuitis Israelitis absoluisset duas tribus & dimidiam ab hac obligatione transeundi Iordanem, faceret contra mandatum Moysi. & tamen de voluntate populi, immo populo toto hoc concedente potuit ipse hoc facere. Ad tertium dicendũ, ꝙ per omnes fortes manu intelligebãtur omnes numerati a vigesimo anno supra, & tamen non omnes illi fuerunt, quia licet nunc Iosue illud præceperit, postea obedientibus illis visum est toti Israeli, ꝙ satis erat ire quadraginta millia, & non transierunt plures. Ad quartum dicendum, ꝙ viri de duabus tribubus & dimidia, quando responderunt, intendebant transire omnes sicut promiserant Moysi, & sicut iusserat Iosue. tamen postea visum est Israeli, ꝙ aliter fieret, & transierunt soli quadraginta millia.

Manebunt in terra quam tradidit vobis Moyses. Non erat conueniens, ꝙ isti transirent Iordanē, quia nihil acturi erant vltra Iordanem. in hac autem terra mansuri erant semper: melius ergo ibi essent.

Quam tradidit vobis Moyses. Nam cum ista terra tradita fuit duabus tribubus & dimidiæ, adhuc viuebat Moyses, & ipse dedit terram cum ea conditione, quę habetur Num. 32. cap.

Trans Iordanem. i. transitum Iordanis, est. n. terra ista ad orientalem plagam Iordanis ante transitũ, vt patet Nu. 32. c. & hic, & qñ Moyses eam tradidit, nondum transierant Iordanem. nam Moyses non trãsiuit Iordanem, vt patet Deut. 3. c. cum dr̃ non transibis Iordanem istum, & dicitur trans Iordanem. i. citra Iordanē,

F ista tamen respectiue dicuntur, & id quod a quibusdam vocatur citra Iordanem, vocat ab aliis vltra Iordanem, secundum diuersas positiones locorum.

Vos autem transite armati ante fratres vestros. Iussit Iosue, vt trãnsirent armati, quia ad bella ibant, & ob hoc soli illi transierunt Iordanem de his duabus tribubus, & dimidia, qui erant apti ad pugnandum. Alii autem manserunt cum mulieribus, & paruulis ante transitum Iordanis.

Quomodo Israelitæ potuerunt habere arma, vt transirent armati Iordanem. Quæst. LXXIX.

G QVAERET aliquis qũo Israelitę potuerunt habere arma, vt transirent armati. Respondendum est, ꝙ de Aegypto eduxerunt arma, vt habetur Exo. 13. c. cum dicitur, & armati exierunt filij Israel de Ęgypto. qũo autē filij Israel potuerint in Ęgypto habere arma, cũ in rectis politiis non permittantur serui habere arma, vt sępe tangit Aristo. in libris politi. dato ꝙ habuerint, quomodo potuerint educere de Ęgypto, habitum fuit supra. 13. c. Exo. Item potuerunt Israelitę postea habere multa in deserto, quando faciebant bella, & delebant, vel superabant aliquam gentē, & de spolijs ditabantur. Et primo factum est hoc in littore maris rubri, cum conuersi sunt fluctus super Aegyptios, & suffocauerunt eos, atque ad ripam corpora eorum appulsa sunt. vt patet Exo. 14. & dicunt doctores hoc factum esse, vt hebręi caperēt arma, & spolia Ęgyptiorum:
H sicut cum percussi sunt ab Angelo Assyrij vna nocte centum octoginta quinque millia, vt patet 4. reg. 19. c. et manserunt eorum vestes illęsę, & arma. inde autē potuerunt habere arma multa Israelitę. Amplius aũt habere potuerunt cum pugnauerunt contra Amalechitas in Raphidim. vt patet Exo. 17. qa ibi fugatus est Amalech, & multi ex eis corruerũt gladio, & horum arma atque spolia poterant capere Iudęi. Item poterant capere arma multa cum pugnauerunt contra Chananæum habitantem ad meridiem, & subuerterunt vrbes eius, sic patet Num. 21. c. sed an ibi omnia anathematizata fuerint, sicut ciuitates, ita vt nihil assumere liceret, dictum est Num. 21. c.

I Item acceperunt arma multa, cum pugnauerunt contra duos reges Amorrhęorum Sehon, & Og, & occiderunt eos cum populo suo, & assumpserunt omnia spolia eorum, vt patet Num. 21. & Deuteronom. 2. & 3. c. Item acceperunt arma multa, cum pugnauerunt contra Madianitas ante transitum Iordanis viuēte Moyse, & occiderunt quinque reges eorum, & acceperunt omnia spolia terræ Madian, vt patet Nume. 31. cap. Poterant ergo habere multa arma Iudæi cum transirent Iordanem, ita vt Rubenitæ, & Gaditæ, atq; dimidia tribus Manasse præcederent armati, potissime, quia horum arma leuis erat cum essent pedestres & pugna pedestris expeditior est, quam equestris.

Ante fratres vestros.

K *Ista præpositio Ante, quomodo capitur in proposito. Et quo ordine procederent, cum mouebantur castra. Quæst. LXXX.*

ISTA præpositio, ante, potest teneri pro cum scilicet, quòd istæ duę tribus & dimidia procederent cum cæteris Israelitis, qui erant fratres eorum. vel põt teneri in propria vi, scilicet, vt Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse præcederent cæteros ad pugnam euntes in fronte belli, & hoc propter duo,

Primo, quia isti expeditiores erant, cum non portarent

tarent secum iumenta, & pecora, nec vxores, aut quicquam de supellectilibus, sed ipsi expediti ibant. Alii autem portabant vxores, & omnia sua secũ; ideo non erant sic expediti: conuenientius ergo isti in itinere præcedebant. Alia ratio est, vt ceteri Israelitę securiores essent de his, ne retrocederẽt reuertentes in terrã suam, quam acceperant ante transitum Iordanis. Cũ ergo pręcederent reliquos Israelitas, non poterant retrocedere. Si tamen Gaditæ, Rubenitę, & dimidia tribus Manasse pręcederent reliquos Israelitas itinerando vltra Iordanẽ, iam periret totus ordo quem tenuerant Israelitę in deserto. Nam ibi cum castra mouenda forent, primum vexillum tribus Iuda mouebatur, & tota tribus, & consequenter tribus Isachar, quæ erat sub vexillo Iuda, & postea tribus Zabulon, quę erat sub eodem vexillo. Deinde mouebatur vexillum secundum filiorum Ruben, & tota tribus, & consequenter tribus Simeon sub eodem vexillo, & postea tribus Gad sub eodem. Deinde mouebatur totum sanctuarium portatũ per ordinem suum a Leuitis Chaathitis, Gersonitis, & Merariitis. Deinde tertium vexillũ mouebatur filiorum Ephraim cũ tota tribu Ephraim & consequenter tribus Manasse sub eodem vexillo, & tribus Beniamin sub eodem. Vltimo mouebatur 4. vexillum filiorum Dan cum tota tribu, & cum eis tribus Aser, & tribus Nephthalin sub eodem vexillo. iste ordo procedendi in via habetur Num. 10. c. ordo autem figendi tentoria, & castra sub quatuor vexillis per quadrum, habetur Nume. 2. c. dato tamen hoc, ꝙ Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse pręcederet cæteros Israelitas in transeundo Iordanẽ, & deinde procedendo ad bellum, turbaret omnis ordo, qui prius erat a Deo institutus inter Israelitas: non est ergo credẽdum, ꝙ præcederet hic cęteros, sed ꝙ manerent in ordine pristino. Quod autem dr̃ hic, ꝙ pręcederent isti cęteros, non accipitur ibi ante proprie, sed solum' pro cum, scilicet, ꝙ irẽt cum fratribus suis in transitu Iordanis. Et patet ꝙ in transeundo Iordanẽ non transierint isti ante reliquos, nam sacerdotes pręcesserunt, deinde totus populus secutus est. vt patet infra. 4. c. Sed hoc opinantur hi: falsum tamen est, quia non mansit idem ordo post transitũ Iordanis in motu castrorum qui ante erat: nec erat conueniens, quia ante mouebantur, vt itinerantes, nunc vero vt bellum acturi, sed Rubenitæ, & Gaditæ, atque dimidia tribus Manasse præcedebat alias tribus, vt patet infra 4. c. cũ dicitur filii quoque Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse armati præcedebant filios Israel, sicut eis pręceperat Moyses. *Omnes fortes manu.* i. omnes qui inter vos sunt potentes ad pugnandum trãsite. Vocãtur. n. viri bellatores potentes, vel fortes manu ex quo videtur sequi, quod supra ab aliquibus dicebãt. s. ꝙ in terra ante Iordanem quę fuerat duorum regum Amorrhęorum, non mansit aliquis vir fortis potens pugnare ad tuendum terram ab hostibus, sed solę fęminę, & paruuli, & viri grandeui vltra 60. annos, sed de hoc veritas supra quęstion. 78. posita est: nam multi manserunt.

Et pugnate pro eis. idest pugnate adiuuando eos. q. d. id qd nunc pugnantes agitis, non est pro vobis, sed ꝓ ipsis, ꝙ patet, quia Israelitę transibant ad pugnandum vltra Iordanem, vt eriperent terram illã pro se de potestate hostium, sed Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse nihil de hac terra habituri erant, sicut ipsi composuerunt cum reliquo Israel, vt habẽt Numer. 32. cap. scilicet non reuertemur in terras nostras vsque dum possideant filii Israel hæreditatem suam: nec quicquam quęrimus trans Iordanem, quoniam iam habemus possessiones nostras in orientali eius plaga: ergo id quod agentes pugnabant, non erat pro

A eis, sed pro fratribus ipsorum, vt hęreditatem acciperent.

Donec det requiem dominus fratribus vestris. i. nõ solũ pugnare debetis pro eis aliquo tempore, sed quousq; habeant requiem, possidentes, sicut iam vos possidetis, & ob hoc Rubenitę, & Gaditę, & dimidia tribus Manasse non redirent ad possessiones suas, quæ erant ante transitum Iordanis, quousq; hostes subiecti essent Israelitis, & possiderent terram pacifice, atque diuisa fuisset per fortes, & tradita cuilibet tribui, & ad hoc manserunt longo tempore cum eis, non reuertentes in possessiones suas, vt patet infra vigesimosecundo capit.

B *An duæ tribus, & dimidia manserint cum reliquis trans Iordanem vsquequo pacifice possederunt terram Et quòd triplex fuit status Iudæorum in terra Chanaan. Quæst. LXXXI.*

SED dicet aliquis, quòd non manserunt Rubenitę, & Gaditę, & dimidia tribus Manasse cum cęteris Israelitis, quousque habuissent pacifice terram vltra Iordanem. nam hoc mõ nunquã rediisset in possessionem suam, cum toto tempore Iosue bella manserint contra gentes illas ad expellendũ eas de terra, & post mortem Iosue pugnabat ẽt Israel contra Chananęos, vt patet Iudicum primo, quia consuluerunt dominum quis esset dux eorum in pugna, & respondit, quòd Iudas. Toto etiam tempore iudi-C cum, bella fuerunt Israelitis contra Chananęos, vt patet ex processu libri Iudicum: ergo nõ manserunt isti quousque Israelitæ pacifice possiderent.

Respondendum est, quòd status Iudęorum possidendo terram Chananęorum fuit triplex.

Primus fuit cum aliquid possidebant, & tamẽ a bellis nondum cessabant, vt plura obtinerent: nec manebant habitãtes in locis quę acquisiuerant, nec illa diuiserant. Et hoc est cum pugnarent contra Chananęos, & acciperent aliqua loca, atque tenerent ea: istud tamen non erat pacifice possidere, quia nondum manebant Iudęi in locis acquisitis. sed semper manebant in bellica expeditione pugnantes contra hostes, & iste status durauit quousque Israelitę acceperũt magnam D partem terrę Chananęorum, & diuiserunt eam in sortes Israelitis, atque cessauerunt continue pugnare contra gentes, & manere in expeditione bellica, sed incęperunt habitare in locis acceptis de manu hostium.

Secundus status Iudęorum fuit in terra promissionis, postquam cęperunt manere in terra Chanaan in locis acceptis de manu hostium, & cessauerunt a bellis. Et tamen aliqñ surgebant in pugnã ad accipiendũ aliqua loca vlteriora, quæ nondum capta fuerant tempore Iosue: nã Deus dixerat a principio, ꝙ non traderet totam terrã simul in manus hebræorum, sed paulatim atque per partes. & hoc quia terra erat spaciosa, & non sufficerent Iudæi ad replendum eã, vnde mul-E tiplicarentur bestię contra eos, vt patet Deuterono. septimo, & Exod. vigesimotertio cap. & sic tempore Iosue pugnatum fuit vno impetu bellico tandiu, vsquequo esset tanta terra capta, quę sufficeret ad habitationem Israelitarum existentium, & tunc Deus dedit in mentem Iosue, quòd non pugnaret vltra contra superstites Chananęos, de quibus habetur Iudicũ tertio cap. sed diuisit terram per sortes, & incępit populus habitare in locis, quæ ceperat, & cessauerunt a quotidianis bellis.

Deinde per aliquanti temporis successionem creuerunt in maiorem numerum Israelitę, & indigebãt pluribus locis: ideo singulę tribus incipiebant pugnare contra Gentiles, qui manebant in sortibus suis, & paula-

paulatim expellebant eos de locis, & durauit iste status secundus vsque ad tempus illud quo Iudei fuerũt in magna gloria, & maxima.s.tempore regis Salomonis. nam tunc omnes gentes quæ manserant de Chananęorum septem populis subiectæ fuerunt Israelitis, vel cedentes locis, vel effectę tributariæ, vt patet 2.Paralipom. 8. cum dicitur. omnem populum qui derelictus fuerat de Etheis, & Amorrheis, & Pherezæis, Heueis, & Iebuseis, qui nõ erant de stirpe Israel de filijs eorum, & posteris, quos non interfecerant filij Israel: subiugauit Salomon in tributarios vsque in diem hanc. Ante tempus autem hoc bellum erat Iudæis contra gentes has, accipiendo aliqua loca earũ ad manendum in eis. De tempore iudicum patet in toto libro Iudicum. nam in primo cap. dicitur. quomodo in bellum ierunt, & ceperunt quandam ciuitatem. Etiam hoc fuit tempore regum. nam tota vita Saulis fuit bellum potens contra Philistęos, vt patet primo Reg.c.14 Fuit etiam bellum tempore Dauid. nam ipse cepit Ierusalem de manu Iebusæorum, vt patet 2.Reg.cap. 5. Tempore autem Salomonis ista bella consummata sunt.

Status tertius populi Iudaici fuit in terra Chanaan, cum creuisset ad maximum numerum suum, & haberet omnia loca quæ posset occupare, & iam non habebat aliquod bellum contra Chananęos, subiectis sibi omnibus. iste status mansit post Salomonem vsque ad reges finitos in transmigratione Babylonis: nam sic dicitur 2. Paralipom.8. ca. ꝙ subiectæ fuerint omnes nationes illæ, & manserint vsque in præsentẽ diem, quod refertur ad tempus scripturæ libri illius, quę, quomodocunque aut quocunque tempore facta assignetur, pertinebit ad tempus post reges finitos, cum historia ipsa de fine regum, & de transitu in Babylonem agat. de statu autem Iudęorum in terra illa post reditum de Babylone, non comprehensum est in aliquo pręcedentium statuum. nam secundum quòd Iudæi trãslati fuerunt de sedibus suis per Babilonios, ita per eos & Assyrios multæ gentes, quæ in terra illa erant, mutatæ sunt.

Nunc autem applicandum est ad propositum.s.qñ Iudæi dicantur habuisse requiem, & dicendum est, quòd in toto primo statu qui fuit in bellis continuis, non commorantibus Iudęis in aliquibus locis specialiter, & durauit vsque ad diuisionem terræ per sortes: non dicuntur Iudęi quieuisse, nec pacifice possedisse, quamquam aliquid possiderent, cum semper essent continua bella. ideo toto hoc tempore manserunt Rubenitę & Gaditę, atq; dimidia pars tribus Manasse, cum reliquis Israelitis vltra Iordanem.

In secundo autem & tertio statu, dicuntur Israelitę mansisse in pace, quamquam magis in tertio, quã in secundo statu: ideo in principio status secundi, poterant Rubenitæ & Gaditæ redire in terram suam. & sic factum est, quia cum accepta esset maxima pars terræ promissionis a Iudæis, & deinde per sortes eam diuisissent, Iosue dimisit Rubenitas & Gaditas, vt venirent in terram suam, vt patet infra 22.capit. & hoc modo accipienda est possessio pacifica, & non stricte.

Sicut vobis dedit. Quia isti Rubenitæ & Gaditæ, atque dimidia tribus Manasse acceperant sedes, in quibus habitarent ante Iordanem exclusis Amorrheis habitatoribus terrę: Ita vt iam eis nihil laborandum esset pro assecutione sedium.

Et possideant quoque ipsi terram quam dominus Deus daturus est eis. Sic factum est: nam non venerunt Rubenitę, & Gaditę in terras suas, quousque accepta terra illa, & diuisa quæ erat vltra Iordanem, quælibet tribus incępit possidere, quod ei sorte proueniebat, vt patet infra 22.

F *De tribus causis propter quas magna pars terræ Chanaan mansit non capta moriente Iosue. Quæst. LXXXII.*

SED adhuc differentia aliqua erat inter Rubenitas & Gaditas & dimidiam tribum Manasse a reliquis populis nouem tribuum & dimidię. nam istæ duę tribus & dimidia totum possidebant, quod possessuræ erant: nihil quippe postea acceperunt cum reliquis tribubus vel ab alijs gentibus. nouem autem tribus & dimidia non accepesũt tempore Iosue totum quod accepturæ erant: multa quippe terra Chananæorum mansit post mortem Iosue nondum occupata a Iudæis, vt patet Iudicum cap.2.

G Quod ex tribus causis accidit. Prima, quia gens Iudæorum tunc pauca erat, & terra Chananæorum erat lata nimis. quòd si tota eis data fuisset immediate habitanda, non possent eam implere: & sic crescerent bestiæ contra eos, quod erat incõueniens. dedit ergo Deus terram illam Iudæis paulatim & per partes, vt patet Exo.23. cum dicitur. non eijciam eos a facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ. paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis & possideas terram. Idem patet Deuter.7.cap.

Secunda causa fuit propter peccata Iudæorum. nã Deus iusserat Israelitis, vt nullam haberent communicationem cum Chananæis in connubijs, aut quibuscunque alijs. ipsi autem cum eis fecere connubia, & alia participia: ideo Deus reliquit gentiles vt essent eis in ruinam. sic patet Iudicum cap.2. cum dicitur. Ascenditque Angelus Domini de Galgala in locum flentium & ait: eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram pro qua iuraui patribus vestris, & pollicitus sum, vt non facerem irritum pactum meũ vobiscum in sempiternum, ita duntaxat, vt non feriretis fędus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum subuerteretis, & noluistis audire vocem meam. cur hoc fecistis? quamobrem nolui delere eos a facie vestra, vt habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinam. Causa tertia fuit ad hoc quòd Iudæi non fierent inepti per longam pacem, quæ homines viribus eneruare solet, & effeminare, & ineptos ad virilia opera efficere. & quia si Deus tradidisset mox Iudeis omnes hostes in manus, non maneret aliquis cum quo possent habere consuetudinem præliandi: ideo fuit valde vtile eis, quòd aliqui manerent cum quibus Hebræi possent interdum habere bellicam concertationem. sic patet Iudicum 3.cap. cum dicitur. hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem: & omnes qui non nouerant bella Chananæorum: vt postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & haberent consuetudinem præliandi. Quomodo autem poni possunt hic tres causæ, quarum duæ sunt ad bonum Iudæorum, & vna ad malum eorum, & propter demerita in eadem re, videtur esse ambiguum: sed Iudicum 2.cap. dissoluetur.

K *Et sic reuertemini in terram possessionis vestræ.* Idest cũ hæc feceritis transeuntes cum fratribus tuis, scilicet nouem tribubus & dimidia, & pugnaueritis pro eis quousque possideant terram, sicut vos possidetis, poteritis reuerti in terram vestram. Aliter enim non dabitur vobis licentia reuertendi: & si nunc volueritis in ea permanere non permittemini. & hoc quia conuentum fuerat inter eos & reliquum Israel, iudice Moyse, quòd si transire vellent Iordanem, & pugnare quousque fratres sui quietem haberent, daretur eis terra Amorrhæorum regum, quam petebant a Moyse, alioquin auferretur eis, vt patet Nu.32.cap.

Vt habitetis in ea. Quasi dicat, tunc redibitis ad firmiter manendum in ea. nam nunc quamquam possideatis eam pacifice, tamen in ea manere non potestis, quousque fratres vestri possideant terram suam vltra Iordanem.

Quam dedit vobis Moyses famulus Dei. Dicitur eam dedisse Moyses, quia quando isti Gaditę & Rubenitæ, atque dimidia tribus Manasse petierunt terram hãc, viuebat Moyses, & ipse eis tradidit terram illam, adiecta conditione quę habetur Numeri 32. cap. Vocatur autem Moyses famulus Dei in laudem. sic enim eum Deus vocauit, vt patet supra in litera.

Trans Iordanem. Idest terra ista vestra est trans Iordanem, idest ante transitum Iordanis venientibus de parte orientali ad terram Chanaan.

Trans diuersimode significat. Ista tamen positio non semper manet eadem, quia aliquando id quod est ante transitum Iordanis ex parte orientali, vocatur trans Iordanem. sicut hic, & supra in litera. Aliquando vero id, quod vltra Iordanẽ est, scilicet ad partem occidẽtalem Iordanis vocatur trans Iordanem. sic patet Numeri 32. ca. cum dicitur. nec quicquam quærimus trans Iordanem, quia iam habemus possessiones nostras in orientali eius plaga, & sic loquebantur ibi Rubenitæ & Gaditæ, quòd nolebant aliquid trans Iordanem, sed manifestum est, quòd non accipitur trans Iordanem pro eo, quod in parte orientali est, quia tunc dicerent se nolle possessionem quam habebant in terra duorum reg. Amorrheorum, quod falsum est, cum ipsi dicant se aliquid nolle trans Iordanem, quia iam habebant ad partem orientalem Iordanis. non ergo accipitur vniformiter trans Iordanem, sed aliquando dicitur trans Iordanẽ, idest citra Iordanem, & aliquando vltra.

Oriens & occidens sumunt re spectiue. *Contra solis ortum.* Idest ad partem orientalem, hoc dicitur respectiue. nam accipiendo absolute quæcunque terra est ad solis ortum & occasum, quia in quocunque puncto notato, est oriens alicuius orizontis, & occasus alterius. nec secundum naturam vocatur magis vna terra orientalis, quam alia. sed secundum dispositionem habitatorum. constituta ergo terra Indię tanquam fronte orientis, eam terram quæ magis propinqua Indię sit, magis orientalem dicimus, quę vero magis recedit inde, uocatur magis occidẽtalis. Et sic est de terra duorum regum Amorrheorum, quam susceperunt in sortem Rubenitæ & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse, quòd ipsa magis appropinquat terrę Indicæ quàm Iordanis, ideo vocatur ad orientalem eius plagam. Cætera autem terra Chananęorum est ad occidẽtalem partem Iordanis. Vnde in descriptione terminorum terrę illius, Iordanis ponitur terminus orientalis, vt patet Numeri 33. cap. Ideo nunc quando Israelitæ transibant Iordanẽ, veniebant directe ab orientali plaga terrę promissionis in eius occidentem.

Responderuntque ad Iosue. Scilicet Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse, scilicet quòd principes harum tribuum respondebant loco totius multitudinis, & quod isti agunt, tota multitudo agere dicitur, quia princeps eminenter continet populum. Vel potest dici, quòd totus populus responderet simul vna voce. sic enim aliquando Israelitę respondebant Moysi, sicut patet in datione legis, cum quæreret Moyses ex parte Dei, an suscipere vellent legem eius, & subiungitur. respõditq; vniuersus populus simul, cuncta quæ locutus est dominus faciemus. Simile factum est iterum in confirmatione legis, quando Moyses iterum recitauit populo totam legem datam, an eam vellent tenere, & subiungitur. rñditque cunctus populus vna voce, omnia verba domini, quæ locutus est faciemus. De primo patet Exo. 16. de secundo habetur Exo. 24. c. quid autem horum fuerit nihil differt. *Atque dixerunt omnia quæ præcepisti nobis faciemus.* Iam ista promiserant istæ duæ tribus & dimidia. ideo tenere volebant. nam & si recusarent, compellerentur secundum conditionem positam ab initio quæ habetur Nume. 32. nam necesse erat quocũque modo, vt Israelitæ transirent terram vltra Iordanem, nam si vellent tenere conditionem positam, cũ Moyse, transirent, vt patet Numeri 32. si autem nollent tenere eam eriperetur de manu eorũ terra duorum regum Amorrheorum, & cogerentur inquirere possessionem, sicut aliæ tribus faciebant. quocunque modo igitur oportebat transire Iordanem. melius ergo eis erat, vt libenter Iosue obedirent.

Et quocunque miseris ibimus. In hoc duæ tribus & dimidia se sponte offerunt ad id, quod in contractu expressum non erat. s. vt irent quocunque Iosue mitteret eas, & hoc intelligitur, postquam transirent Iordanem, si mitteret eos Iosue solos ad explorandum aliquam gentem, vel pugnandum contra eam irent. nam aliquando non ibat totus exercitus, sed mittebãtur aliqui, sicut ad explorandum ciuitatem Hay, missi sunt viri tres mille, vt patet infra 7. cap.

Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi. Hic designant istę duæ tribus & dimidia magnã obedientiam, quam haberent ad Iosue: nam æqualiter ei se obedituros dicunt, vt Moysi, nec irrationabile hoc est. nam quemadmodum Moyses iussu Dei erat præfectus populi, ita & Iosue, vt patet Deutero. 3. & 31. & 36. & Numeri 27. Signant etiam Rubenitæ & Gaditę in hoc, quòd semper fuerunt obedientes Moysi. non enim legitur, ꝙ aliquãdo ei inobediẽtes fuerint.

Obiectio contra prædicta, scilicet quòd non semper obedierunt Moysi, uiri de tribu Ruben. Quæst. LXXXIII.

SI obijciatur de viris de tribu Ruben, qui cõspirauerunt contra Moysen & Aaron, vt acciperent sibi sacerdotium, vt patet Numeri 16. & 26. & Admoniti atque increpati a Moyse non destiterunt, vt patet ibidem.

Respondendum est, quòd isti loquebantur pro seipsis, quoniam quamquam aliqui de tribu istorum errauerunt contra Moysen, isti tamen non deliquerũt. immo patet, ꝙ obedierint tunc, si aliqui horum erãt viuentes. nam Moyses iussit omnibus, vt recederent a tabernaculo horum, ut patet Numeri 16. cum dicitur recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quę ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum, & sequitur ibidẽ, quomodo omnes recesserunt ab eis, & ipsi absorpti sunt.

Tantum sit Dominus Deus tuus tecum. Ista litera habet duos sensus. Vno modo intelligitur, ꝙ istę duæ tribus & dimidia, promitterent se obedituros Iosue cũ hac conditione, quòd id quod mandaret, esset ex consilio vel mandato Dei. s. ꝙ non esset inhonestum vel illicitum: nam ad illicita & inhonesta nemo obedire tenetur alicui iubentis. & sic est sensus obediemus tibi in oĩbus, sicut obediuimus Moysi, dum tñ sit dñs tecũ, sicut fuit cum Moyse. i. dum tñ mandatũ sit ex parte Dei, ꝙ est esse Deũ tecum. s. in iubẽdo, sicut fuit cum Moyse, quia ipse oĩa q̃ mandabat, ex parte Dei mãdabat, nec vnq̃ mãdabat aliqd illicitũ, vel inhonestum. Alio mõ est sẽsus: tñ sit dñs tecũ. i. nõ multũ te oportet laborare, vt nos inducas ad faciendũ, quod iusseris, quia sponte faciemus, sed tantum mõ labora in hoc, ꝙ sit dominus tecum adiuuando te & prosperando actus tuos, sicut factum est cum Moyse, cuius oẽs act⁹ prosperati sunt. *Sicut fuit cum Moyse.* Duos sensus habet, sicut supra declaratum est. vnus est, ꝙ Deus fuit

Literæ duplex sensus.

semper cum Moyse, scilicet quòd omnia, quæ mandabat Moyses, erant cum Deo non discordantia ab intentione diuina, quoniam vel Deus illa primo mandabat, vel contra Deum nequaquam militabant. F

Alio modo fuit Deus cum Moyse, & Moyses cũ Deo, quia omnia in manu eius directa, atque prospe-rata sunt, & Deus propter eum multa beneficia populo contulit, atque miraculose operatus est in multis, & quantum ad horum vtrumque, fuit Deus cum Iosue. nam ipse quicquid mãdauit licitum fuit, & a Dei consilio & mandato procedens. Item Deus prosperauit actus eius. nam plura atque clariora miracula, & ampliora beneficia tempore eius collata sunt, quàm tempore Moysi, vt declaratum fuit supra circa princ. In isto c. q. 26.

Qui contradixerit ori tuo. Contradicere ori est contradicere eis quæ ore proferuntur: nam ad os cõtradictio aut contrarietas nulla est. Est autem contradictio duplex, scilicet in verbis, & in rebus. in verbis cõtradicit qui publice testatur se facere nolle, quod iubetur, aut dicit nequaquam faciendum esse. & ista est magna repugnantia. Rebus contradicit, qui quamquam ore nihil proferat, ea tamen quæ iussa sunt exequi non curat, & ista minor videtur iniuria: vtraque tamen satis grauis est, cum in eum est, qui iubendi auctoritatem habet, & vtraque exprimitur hic. Contradictio dupl. est.

Prima, quia dicitur, qui contradixerit ori tuo, dicẽs se facere nolle, aut ad faciendum obligatum nõ esse.

Secunda tangitur in litera sequenti cum dicitur. Et non obedierit cunctis in sermonibus quos præceperis. q. d. dato, quòd aliquis non repugnet tibi directe dicens nolle se facere, quod iubes, si tamen iussa tua non expleuerit etiam puniatur. *Moriatur*. Ponitur vltimũ suppliciũ. & non ponit aliqua dñia in peccato, sed quicquid illud sit, in quo aliquis repugnauerit ori tuo, vel non executus fuerit quæ ei iubes, moriatur.

Quare qui repugnat principi ore, uel facto mortem meretur.
Quæstio. LXXXIIII.

IN quo dicet aliquis iniustum esse, quia non omnia peccata eadem pœna punienda sunt. Respõdendum est, ꝙ non est respiciendum id, in quo quis repugnauerit principi ore vel facto. sed qcquid illud fuerit: faciens mortem meretur. & hoc, quia non punitur hec faciens pro ea re quam facit, sed quia istam faciendo, principem contemnit. contemptus autem principis quicunque sit, morte plectendus est, quia de maximis vitijs est. nihil quippe magis obuiat statui rei publicæ, quam non obedire principi, nam hoc modo iura nihil sunt. ideo contemptus principis aut iudicantis mortem meretur. sic patet Deuter. 17. s. qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat, decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, & quia iste non obediens principi turbat statũ publicum tota communitas de eo vindictam petit, & eum omnes lapidant, vt patet ibidem. cum dicitur ante hoc, de quibusdam alijs delictis, ꝙ pœna lapidationis puniebantur.

Tu tantum confortare & viriliter age. Est quasi repetitio superioris sententiæ. s. tu non cures multum laborare in ducẽdo nos ad obediendum tibi, quia omnes libenter obediemus, & si quis repugnauerit, occidemus eum, sed solum de hoc habe curam, ꝙ conforteris. s. vt non timeas hostes, & agas viriliter cõtra eos dimicando, & aggrediendo fortia: quoniam nos te sequemur quocunque ieris, & quicquid iusseris, exequemur. & sic est sensus, habe curam de mandando nobis taliter, vt viriliter agamus: quoniam de obediẽtia satis poteris esse securus, ꝙ subijciemur tibi.

CAP. II.

MISIT igitur Iosue filius Nun de Sethim duos viros exploratores in abscõdito. Et dixit eis, Ite & cõsiderate terram, vrbemque Iericho. Qui pergentes ingressi sunt domum Iacob. 2. Heb. 11.
mulieris meretricis nomine Raab, & quieue 32. q. 1. 9. cum ergo.
runt apud eam. Nunciatumque est regi Iericho, & dictum. Ecce viri ingressi sunt
G huc per noctem de filijs Israel, vt explorent terram. Misitque rex Iericho ad Raab meretricem dicens. Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam. Exploratores quippe sunt, & omnem terram considerare venerunt.

MISIT *ergo*. Præcedens c. expediuit diuinã ad Iosue locutionem. hic transitur ad exploratorum missionẽ. & diuiditur in particulas. 5. Primo agitur de exploratorum missione. Secundo de eorum facta absconsione.
H Tertio de contracta cum Raab pactione. Quarto de signi ad liberandum appositione. Quinto de eorum in castra reuersione. Secunda ibi. *Tollensque mulier*. Tertia ibi. *Nec dum obdormierant*. Quarta. *Dimisit ergo eos*. Quinta ibi. *Illi uero ambulantes*.

Quomodo capitur hic ista dictio ergo, quia inceptiue.
Quæstio. I.

CIRCA primum. *Misit ergo Iosue*. Ista dictio ergo, non ponitur hic illatiue. s. ꝙ propter supradicta miserit Iosue exploratores. Esset enim error hic in duobus.

Primo quia in superioribus non ponit aliquid pro-
I pter quod moueri debuisset Iosue ad mittẽdum exploratores. non ergo debet poni hic illatiue ista dictio. Item secundus error esset, quia tunc sequeretur, quòd hic non esset aliqua anticipatio, sed rectus ordo, eo quòd superiora erant causa illationis ad mittendum exploratores. hoc tamen falsum est, quia supra probatum est precedenti cap. q. 38. quòd hic est anticipatio: nam prius fuit anticipatum quod posterius esse debebat. prius enim exploratores missi sunt, quàm præconizaretur per castra id quod supra positum de transitu Iordanis post tres dies. non ponitur ergo illatiue, sed inceptiue. sicut plerunque ista dictio, igitur, ponitur ad inchoandum, sicut quoniam, vel similes cõiunctiones, & ponit hic ergo, quasi pro et. s. & misit Iosue filius Nun duos viros explorato-
K res, sic enim habetur in Hebreo.

Quare cum prius fuerit exploratorum missio quàm præconizatio, prius posita est præconizatio.
Quæstio. II.

QVAERET aliquis cũ prius fuerit missio exploratorũ, q̃ p̃conizatio eius, qđ sup. dictũ est: quare posteri⁹ ponit̃ missio exploratorũ. R̃ndet̃, ꝙ rõ anticipatiõis fuit hic ad cõtinuandam s̃niam, & ad enarrãdum cõplete historiã.

Est

In narratione historica est duplex ordo.s. naturalis,& artificialis. Et quædā animaduersio in illis ordinibus.

Est enim ordo duplex in enarratione historica. s. ordo naturalis, & ordo artificialis. Ordo naturalis est quandocūque res totaliter enarratur ordine quo gesta est. Ordo artificialis est quando res non totaliter narratur eo ordine, quo gesta est, sed aliquo modo fit permutatio ex aliqua causa. Tenere autem ordinem naturalem in omnibus narrationibus, nec pulchrum est, nec vtile. nam hoc pacto necesse est varias historiarum trūcationes fieri, & incompletas narrationes. nam cum multa interdum simul facta sint, & nō possint simul narrari, necesse est, vt ex aliqua parte, rerū gestarum in enarrādo diminutio & detruncatio fiat. Amplius autem, sicut in disciplinis quędam sunt quę sine principijs non intelliguntur, cum in speculatiuis conclusiones dependeant ex principijs, sicut in moralibus omnes electiones depēdent ex fine, iuxta Aristot.7.Ethic.& non possunt intelligi conclusiones, nisi præcognitis principijs: Ita in narrationibus historicis quædam sunt quæ ad aliorum intellectum præexiguntur. Ideo quamquam ordo rei gestę illa posteriora esse faciat, necessitas tamen cognitionis facit ea esse priora. ob hoc igitur inuentus est ordo artificialis, secundum quem in narrationibus sunt frequētes anticipationes, & recapitulationes, & hoc ordine singula complete & manifeste enarrantur. decuit ergo nūc ordinem artificialem in sacra Scriptura obseruari, & obseruatur, cum crebra in ea fiat anticipatio.

Nota

Et tamen notandum, ꝙ nunquam ab ordine naturali in historia deuiandum sit, nisi ex aliqua causa. Cū ergo hic fiat anticipatio est sciendum quare factum sit. nam cum res ita conuenienter narrari possint in ordine naturali, sicut aliàs, peccatū est ab ordine naturali deuiare. Dicendum ergo est, ꝙ causa naturalis ordinis mutati hic, est duplex. Prima est continuitas sententiæ. nam in principio præcedentis cap. dictum fuerat, ꝙ Deus apparuerat Iosue, & iusserat ei, vt transiret Iordanem. debebat ergo enarrari quomodo ipse ista populo iusserit. Et quia si interponeret de missione exploratorum, cum longa narratio sit, cum postea rediretur ad preconizationem præcepti Iosue, videretur non pertinere ad superiora. Potissime cum interposita fuerit narratio de missionē exploratorū, quæ impertinens videretur. Conueniens ergo ordo fuit, vt postquam positum est, quomodo Deus dederit præceptum de transeundo Iordanem, poneretur præconizatio eius facta mandato Iosue, & hoc facit ad euidentiorem notitiam eorum quæ narrantur. nā cum ea quæ ad idem pertinent collecta ponuntur, faciliter intelliguntur. cum vero dispersa sunt, difficile intelligi est. Secunda ratio prædictorum est, vt nō esset necesse detruncari historias. nam si post datū præceptum de transeundo Iordanem poneretur missio exploratorum, priusquam apponeretur eiusdem ꝑcepti præconizatio, vt ista viderentur aliquo modo pertinere ad idem, decurtaretur historia. media de missione exploratorum: alioquin cum multum quibusdam interpositis distarent, viderentur non pertinere ad idem. vt ergo non detruncaretur historia, conuenientius fuit permutari ordinem secundum anticipationem.

Iosue filius Nun. Cognitum erat nomen eius. sed ponitur ad differentiam aliorum, qui etiam Iosue vocabantur. *De Sethim.* Idest quando Iosue misit exploratores erant castra Israelitarum in Sethim. istemet erat locus, in quo dominus locutus fuit ei, vt patet præcedenti cap.& erat ultima de mansionibus Israelitarum per desertum, quæ fuit in planioribus locis Iordanis. Et vocatur in catalogo mansionum Belsethim, ut patet Num.33.cap.cum dicitur: profectique de montibus Abarim transierūt ad campestria Moab

A super Iordanem contra Iericho: ibique castrametati sunt, de Bethsimō vsque ad Belsethim in planioribus locis Moabitarū. Et patet esse eandē mansionem Sethim & Belsethim, quia cōstat Sethim esse mansionē circa Iordanem cum dicatur sequenti cap. ꝙ Israelitę egrediētes de Sethim venerunt vsque ad Iordanē. & tamen Nume.33.c. ponitur tanquam vltima mansio, & apud Iordanem cōtra Iericho. eadem ergo est. ista etiam mansio est, in qua erant Israelitæ cum mortuus est Moyses, quia post mortem Moysi non moti fuerunt Israelitæ per aliquam mansionem, quousque locutus fuit Deus ad Iosue, sed Deus locutus est ad Iosue in Sethim, siue Belsethim, vt hic apparet, ergo in Belsethim mortuus est Moyses.

Sethim & Belsethim idem sunt.

B Item Moyses ambulauit per omnes mansiones cū Israelitis: nam & in Belsethim iussit ei Deus, vt loqueretur ad Israelitas, ꝙ disperderēt Chananeos, & deos eorum, atque aras, vt patet Nume.33.cap. & in Belsethim erat Iosue post mortem Moysi, quādo ei Deus locutus est. ergo in Belsethim mortuus est Moyses. *Duos uiros exploratores.* Idest duos viros ad inquirendum de statu terrę & de vrbe Iericho.

In qua mā sione est mortuus Moyses.

Quare Iosue exploratores miserit, & an in hoc fuerit modicæ fidei. Et quando quis peccat utendo humana prudentia, & quando non: immo ea tenetur uti.
Quæstio. III.

C QVAERET aliquis circa istos exploratores, quare Iosue exploratores miserit. nam videtur hoc esse modicæ fidei. debuisset eñ Iosue confidere Deo, qui promiserat ei, ꝙ eum in omnibus dirigeret, & non erat necesse, quòd mitteret exploratores, sed ꝙ ipse secure introiret cōfidens, ꝙ Deus traderet hostes in manus eius.

Respondendum est, ꝙ Iosue nihil peccauerit mittendo exploratores. nam Moyses misit exploratores de Cadesbarne ad explorandum terram Chanaan, vt patet Numeri 13.cap.& tamen non fuit a Deo increpatus.

D Item mittere exploratores est actus prudentiæ humanæ. agere autem secundum humanam prudentiam, vbi Deus non diffiniuit certum modum agendi, nec vetuit actum humanæ prudentiæ, iustum est. immo non agere in tali casu secundum humanā prudentiam imprudentia est. si autem Deus diffinierit nobis in re certum modum agendi, vel vetuerit actum humanæ prouidentiæ, est modicæ fidei recurrere ad humanam prouidentiam. Sic erat in apostolis, quibus Christus dixerat Matth.10.cap.cum enim tradent vos, nolite cogitare qualiter, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. non enim estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Vnde si aliquis de apostolis, cum duceretur ante reges & pręsides, nollet respondere antequam præcogitaret, grauiter peccaret magnam Deo iniuriam faciens: quoniam diffi-

E debat verbis eius, cum promisisset, quòd in illa hora daret eis quid loquerentur. Si tamen Christus non dixisset ista discipulis, quamquam ipsi firmiter credere deberent, quòd ipse poneret in ore ipsorum quid loquerentur, quia eius causam agebant, & propter eum moriebantur, tamen sapienter agerent, si antequam inquirerentur, præcogitarent de r̃nsione, quia ad prudentiam humanā hoc pertinet. In Iosue aūt sic erat, quia Deus non vetuerat ei mittere exploratores, nec dederat ꝓrium modum: quin potius credendum est, quòd iusserit, quamquam subticeatur, cum non omnia enarrentur in sacra Scriptura. recte

ergo Iosue fecit secundum humanam prudentiã exploratores mittens, vt inquirerent de statu terræ. & sic consueuerat in alijs locis terræ promissionis, sicut hic fecit ad vrbem Iericho. nam contra vrbem Hay misit exploratores priusquam in bellum irent. vt patet infra 7. cap. Et isti exploratores multum proficiebant, quia ex narratu istorum sciebat Iosue, quomodo populus deberet ad pugnam disponi, & an ire deberent omnes vel pauci vel multi. sic factum est euntibus exploratoribus contra oppidum Hay: nam venientes dixerunt: non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia pergant, & deleant ciuitatem, vt patet infra 7. cap. & si isti non exiuissent ad explorandum, iuisset omnis populus frustra in bellum contra paruulam ciuitatem. non erat ergo inconueniens mitti exploratores, sed valde congruum, ergo Iosue nõ peccauit. nam sic cognouit de statu terræ, de quo aliter non cognouisset. Et præter cætera ad quæ profecit ista missio exploratorum, saltem profuisse videtur ad duo.

Ad quid vtilis fuit missio exploratorũ, quia ad duo.

Primo ad corroborationem Iudęorum. nam cum quis pugnat contra alios, nihil magis fortificat eum, & cor apponit, quàm si cognoscat aduersarios timere: hoc autem cognouerunt Iudęi missis exploratoribus, quod aliàs cognoscere non potuissent. qđ patet infra in litera, cum Raab retulit exploratoribus dicẽs. noui, quòd tradiderit vobis dominus terram: etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ, & sequitur infra. hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrũ. & sic postea enarrauerunt exploratores Iosue; vt patet infra in fine c. cum dicitur. tradidit dominus in manus nostras omnem terram hanc, & timore prostrati sunt omnes habitatores eius.

Secundum ad quod profuit missio exploratorum erat liberatio Raab Ierichontinę: statuerat Deus liberare Raab, quia de ea volebat nasci progeniem regalem Israel, ad vltimum per eius lineam deriuari lineam generationis messię, & ad liberandum eam, & vt Israelitæ haberent curam accipiendi eam inter se, non videbatur conuenientior modus, quam vt missos exploratores ipsa saluaret, & daret eis signũ quomodo ipsi eam saluarent. hoc autem non contingebat sine exploratorum missione. ergo fuit conueniẽs mitti exploratores.

Quare misit nunc Iosue exploratores, cum alios iam misisset Moyses, & an illi suffecerint. Quæstio. IIII.

QVAERET adhuc aliquis dicens, quòd dato quòd debuissent exploratores mitti, ad qđ mittebat nunc eos Iosue, nam Moyses miserat eos de Cadesbarne, vt patet Nume. 13. cap. suffecisset ergo illa missio, ita vt non esset necesse, quòd iterum mitteret Iosue exploratores.

Respondendum videretur alicui, quòd magnum tempus erat quo miserat Moyses exploratores, & ꝙ non maneret idem status rerum.

Pro quo sciendum, quòd a tempore quo Moyses miserat exploratores, vsque ad tempus quo misit Iosue, transierunt anni 39. vel quasi. quod patet, qa Moyses misit exploratores in secundo anno ab exitu de Aegypto ad medium anni, vel ante. quod patet, quia Israelitæ recesserunt de monte Sinai anno secundo ab exitu de Aegypto, mense secundo, die vigesimo, & postea venerunt in mãsionem, quæ vocatur sepulchra concupiscentiæ. de his patet Numeri 10. & 11. cap. Post hoc manentes ibi plusquam per mensem in comestione coturnicum, vt patet Numeri 11. &
F in lepra Mariæ sororis Aaron, vt patet ibidem 12. cap. venerunt in desertum Pharan, vbi erat mansio quæ vocatur Cadesbarne, vel Cades deserti Sin. vt patet Numeri 13. & inde misit Moyses exploratores, qui manserunt quadraginta diebus explorando terram Chanaan, vt patet Numeri 14. cap. & tunc attulerunt botrum pendentem cum vua sua, ex quo conuincitur, quòd nondum erat medietas anni, vel non erat vltra medietatem, quia illa terra valde temporanea est, cum fruges sint maturæ in primo mense anni, scilicet in Martio secundum computationem Iudęorum, vt patet Exo. 12. Ecce igitur qualiter in secundo anno ab exitu de Aegypto ad medietatem anni, vel ante misit Moyses exploratores ad terram Chanaan.
G Iosue autem misit exploratores in principio anni 41. ab exitu de Aegyto, quod patet, quia postquam exploratores missi a Iosue venerũt in castra, mouit exercitum Iosue ad Iordanem, vt patet ex fine huius iuncto principio sequentis cap. & post tres dies transierunt Iordanem, vt patet sequenti cap. & tamen dies transitus Iordanis fuit decima dies mensis primi anni 41. ab exitu de Aegypto, vt patet infra 4. cap. & tamen in exploratione paucis diebus manserunt viri isti, quia ad plus. 5. vel 6. vt colligitur ex hoc cap. ergo missio eorum fuit in principio mensis primi anni 41. ab exitu de Aegypto, scilicet die primo, vel secundo anni. & sic fuerũt quasi anni 39. inter missionem exploratorum a Moyse, & missionem factam a Iosue.

H *Exploratores missi a Iosue non inquirebant aliquid eorum, quæ inquisiuerunt exploratores missi a Moyse. Quæstio. V.*

NVNC autem dicet aliquis conuenientem fuisse missionem exploratorum factam a Iosue, quia in tanto tempore fuisset mutatus status rerum, de quibus enunciauerãt exploratores missi per Iosue, & Moysen.

Respondendum est non posse stare. nam exploratores missi a Moyse iuerunt ad considerandum terram, an conueniret eis ascendere per vnam partem, vel alteram, & ân primo ire in pugnam contra has ciuitates vel illas, vt patet Deuter. primo, cum dicitur:
I mittamus viros, qui considerent terram, & renunciẽt nobis per quod iter ascendere debeamus, & ad quas pergere ciuitates. propter hoc autem non oportebat mitti exploratores vllos, quia iam manifestum esset, ꝙ deberent ascendere per iter Iordanis, & primo ad vrbem Iericho, quæ eis propinqua erat. Item exploratores missi a Moyse iuerunt ad explorãdum de habitudine gentis in robore, & multitudine, & de cõditione terræ in vbertate, & statu vrbiũ in munitionibus, vt patet Nu. 13. cum dr̃. cumq; veneritis ad montes considerate terram qualis sit, & populũ qui habitator eius est: vtrũ fortis sit, an infirmus, pauci numero, an plures: ipsa terra bona, an mala: vrbes quales, munitę, an absq; muris: humus pinguis, an sterilis: nemorosa an absq; arboribus. Manifestũ est aũt, ꝙ non
K oportebat mitti rursus ẽt post 40. annos ad inquirendũ de statu horum. nam oĩa hæc in eodẽ statu manerent, in quo enarrauerunt exploratores missi a Moyse. Nam quod dr̃ de robore, & infirmitate habitatorũ semper idem maneret. ista quippe a natura originem sumunt, cum gẽtes quarundam terrarũ ex natura locorũ robustiores, & animosiores, atq; prudentiores sint, gentibus aliorum locorũ ſm diuersa climata, & varias mundi positiones, iuxta Aristo. 7. Polit. c. 5. ista igitur, quia naturalia sunt, eadẽ manerent, nec oportebat rursus de eis inquiri, cũ semel cognouissent de conditione eorũ. De paucitate quoq; & multitudine incola-

incolarum non oportebat rursus inquiri, quia cum illi populi Chananæorum essent antiqui, non fierent in eis mutationes notabiles augendo, vel diminuēdo gentem. eadē ergo habitudo deberet existimari manens tempore Iosue, quæ erat tempore missorum exploratorum a Moyse. Cum vero de terra inquiritur an murata esset, vel non, & exploratores Moysi respōdissent eam esse muratam vsq; ad cęlos, vt patet Numeri 13. & Deuteron. primo, non oportebat rursus inquiri de statu murorum, quia illi idem muri manerent, & aliqui forte nouiter constructi forent. Quantum autem ad habitudinem terræ, an sit sterilis vel pinguis, & nemorosa, vel sine arboribus, adhuc minus inquiri oportebat, quia ista pure procedunt ex radice naturæ. Ideo semper eadem manent, nisi interdum quædam valde magnæ mutationes, vt pinguis terra in sterilem conuertatur. sed ista secundum naturam non contingunt, nisi in magno tempore, qđ non conueniebat hic in 40. annis.

Determinatio auctoris.

Dicendum igitur est, quòd non expediebat, vt Iosue mitteret exploratores ad cognoscendum aliquid eorum pro quibus Moyses miserat. & sic consequenter patet non bene dici, quòd oportuerat, vt cognosceretur status rerum, quia inter tēpus missionis Moysi & Iosue multa spatia intercideranr: potissime cum hic in litera non videatur, quòd Iosue miserit exploratores ad aliquid eorum quæ miserit Moyses.

Dicendum est igitur, quòd conueniens fuit, vt mitteret Iosue exploratores, non tamen mittebat ad aliquid eorum ad quę mittebat Moyses, sed quia Iosue erat ascensurus ad vrbem Iericho, quæ propinqua erat post transitum Iordanis, & Chananæi cognoscebant adesse exercitum Iudęorum, voluit scire, an parati essent Chananęi ad bellum, vtrum esset magna multitudo, & an vrbs Iericho haberet aliqua noua propugnacula. & hoc patet aliqualiter ex litera infra cum dicitur. ite considerate terram vrbemque Iericho, & hoc faciebat Iosue in alijs locis ad quæ iturus erat in pugnam. sic patet, quia capta Iericho cum iturus esset ad vrbem Hay quæ propinqua erat, misit exploratores, & illi renunciauerunt, quòd non oportebat ire totum exercitum, sed duo millia, vel tria millia virorum, vt patet infra 7. cap. Patet ergo ex dictis, quòd congruum fuerit mitti exploratores, & ad quid miserit.

Qui fuerunt, & quo noīe appellabātur exploratores missi a Iosue.

Duos viros exploratores. De istis duobus viris dicit Ra. Salo. quòd erant Phinees & Caleb. erat enim Caleb de tribu Iuda, vt patet Num. 13. & infra. 14. & 15. Phinees autem erat filius Eleazari nepos Aaron. sed an isti fuerint vel alteri non cōstat, nec videtur aliqua ratio fundamentalis. satis tamen intelligendum est, quòd Iosue diligenter inquisiuerit viros bonos, qui haberent zelum Dei, ne iterum turbarent populum, sicut exploratores missi a Moyse. de quo Numeri 13. & 14.

Ad dictum Ra. Salo. potest esse aliqua ratio probabilitatis, quia in omnibus exploratoribus primis, nullus fuit bonus, nisi Iosue & Caleb. Iosue autem non poterat nunc mitti in explorator ē, quia erat dux populi. solum ergo manebat Caleb, qui mitti posset de bonis exploratoribus. quòd autem iste bonus esset, patet Numeri 14. cum dicitur. Caleb autem seruum meum qui plenus alio spiritu, secutus est me, inducam in terram hanc quam circuiuit, & semen eius possidebit eam. De reliquis autem Israelitis nō esset visum Ra. Salo. quòd aliquis esset magis zelator Dei quā Phinees filius Eleazari, quia ipse transfodit Zambri principem tribus Simeon cocūtem cum Madianitide, & dicitur placauisse iram Dei, vt patet Nume. 25. cap. ideo hunc cum Caleb posuit exploratorem.

A *Quare Iosue misit duos exploratores cum Moyses miserit.* 12. *Quæstio. VI.*

QVÆRET aliquis quare misit Iosue duos exploratores solum cū Moyses miserit. 12. cum erat in Cadesbarne, vt patet Nu. 13. c. Respondendum est, quòd quando Moyses misit exploratores ad terram Chanaan, distabant magis Israelitæ a terra Chanaan quàm nunc cū erant apud Iordanem. Etiam non audierant Chananæi aliqua referri de Israelitis, ita vt timere deberent, vel cauere se ab eis. Ideo quamquam multi exploratores mitterentur, non aduerterent ad hoc Chananæi, nec putarent illos esse exploratores, & sic factum est: nam

B ipsi lustrauerunt totam terram Chanaan. 40. diebus, vt patet Numeri 13. cum dicitur. cumque ascendissent exploratores terram a deserto Sin vsque Roob intrantibus Emath, & ascenderunt ad meridiem, & venerunt in Hebron. & postea concluditur, reuersiq; exploratores terræ post. 40. dies omni regione circuita &c. poterat ergo Moyses hoc tempore secure mittere quotcunque vellet exploratores, & nemo cognouit, an exploratores essent, nec quæsiuit. nunc autem erant Israelitæ in confinio Iericho apud Iordanem, & sciebant Chananæi ibi esse Israelitas volentes intrare ad capiendam terram eorum. Audierant etiam de eis quomodo pugnauerant contra duos reges Amorrhęorum fortissimos, & eos occiderant, & occupauerant terram eorum, & hæc audientes time-

C bant valde, vt infra patet ex verbis Raab Ierichontinę ad exploratores, ideo diligenter custodiebāt Chananæi ne intrarent Israelitæ, & sic si multi de exploratoribus Iudæorum iuissent in Iericho, statim cogniti fuissent & comprehendissent eos Ierichōtini. nam adhuc duos quos misit Iosue comprehendere voluerunt, & immediate, vt in ciuitate fuerunt cogniti, dictum est regi Iericho, quòd erant ibi exploratores, & misit ad tenendum eos, qui fugerunt occultati a Raab. vt infra patet. quanto magis si missi fuissent multi.

Item quia Iosue voluit eos mittere abscondite, vt patet in litera, & tamen si multos misisset non poterant esse absconditi, quoniam ipsa pluralitas eos notos

D efficeret: non decuit ergo plures mitti.

Quare misit duos, quia sufficeisset unus. Et quare duos misisse expedierit. Quæstio. VII.

SED dicet aliquis quare Iosue non misit vnum solum exploratorem, vt magis esset absconditus? Respondendum est, quòd paucum differt quantum ad esse manifestum, vel absconditum esse vnum, vel duos. & tamen quamquā magis absconditus vnus sit, non decuit vnum mitti. Non enim decet ad aliquos actus similes, & quoscunque in quibus aliqua deliberatio, vel consilium

E requiritur, vnum solum mitti. Nam vnus non perfecte iudicat, neque deliberat, quia consilia eius timida & incompleta sunt. cum vero duo sunt, melius deliberant, & de agendis iudicant. Et ista est causa quare expedit hominem semper habere amicum cui conuiuat, quia duo firmius iudicant & agunt. sic dicit Aristotel. octauo Ethicorum in principio. Simulque duo viuentes: etenim agere & intelligere potentiores sunt.

Item vnus homo qn̄ solus est vltra q̄ debitum sit, trepidat in his, quæ agenda sunt, & non audet aggredi. timet. n. quia non hēt adiutorem, nec cōsiliatorē. non est ergo bonū esse vnū solum. sic dixit Salomon

Eccle. cap. 4. melius est ergo duos esse simul, quàm vnum. habent enim emolumentum societatis suæ. si enim vnus ceciderit ab alio fulcietur. Væ soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem, & si quispiā præualuerit contra vnum, duo resistunt ei. non ergo fuit decens vnum solum mitti, quia forte ille non auderet ire.

Item erat prudentia, quia si vnum contingeret cōprehendi, poterat alius renunciare Israelitis: si autem vnicus mitteretur & comprehenderetur, nemo esset potens renunciare in castris, decuit ergo duos simul mitti.

An exploratores missi fuerunt a Iosue post terminum luctus pro Moyse, vel ante. Quæst. VIII.

NVNC quoq; quærendum est de tpe missionis exploratorum a Iosue. quidam nāque dicunt eos missos fuisse ante terminū luctus pro morte Moysi, alij vero post. Rabbi Sal. dicit missos fuisse ante terminum luctus, quod probat ex duobus fundamentis, s. ex tempore quo Iudæi transierunt Iordanem, & ex tempore quo mortuus est Moyses. transierunt enim Israelitæ Iordanem die decima mensis primi, anni 41. ab exitu de Aegypto, vt patet infra. 4. cap.

Idem Moyses secundum Iudæos mortuus fuit die septima mensis. 12. immediate præcedentis. s. in anno 40. ab exitu de Aegypto. Hoc autem non probat Ra. Salo. ex aliquo loco sacræ scripturę. sed dicit hoc Nicolaus esse verisimile, ꝙ Iudæi in annalibus suis istā diē registrauerint certissimè, quia fieret mētio de die mortis Moysi, cum fuisset inter Iudæos tam excellēs vir. ergo computando a die mortis Moysi vsque ad transitum Iordanis solum sunt dies triginta tres. Qđ patet, quia assumentur dies 23. de mense 12. in quo mortuus fuit Moyses, & decem de mense primo anni, in quo Israelitæ transierunt Iordanem. Patet autem ista computatio ex modo faciendi menses secūdum Iudæos, quia Iudæi computant menses per lunationes, & duæ lunationes faciunt dies quinquaginta nouem, & sunt duo menses, & sic combinando duos menses faciunt primum mensem dierum triginta. secundum vero viginti & nouem, & sic consequenter de alijs mensibus vsq; ad finem anni. Et hoc modo mensis duodecimus continebit apud Iudæos dies 29. a quibus demantur sex dies mēsis huius duodecimi, qui præcesserunt mortem (fuit quippe ipsa mense eodem, die septimo) manebunt dies viginti tres, quibus addantur dies decem (quia decimo die mensis primi anni sequentis transierunt Israelitæ Iordanem) erunt dies 33. a morte Moysi vsque ad transitum Iordanis sumendo vtrūque diem inclusiue. Luctus autem Moysi mortui durauit diebus 30. vt patet Deuterono. 34. Manent ergo soli tres dies a fine luctus Moysi vsque ad transitum Iordanis. A missione tamen exploratorum vsque ad trāsitum Iordanis inclusiue sunt ad minus septem dies, ergo missio ista exploratorum fuit ad minus quatuor diebus ante terminum luctus Moysi. Patet antecedens, quia exploratores venerunt ad Iosue in castra antequam mouerētur castra de Sethim ad Iordanem, vt patet ex fine huius iuncto cap. sequenti. Et tamen exploratores ad minus ex die, qua missi sunt vsque ad reditum, morati sunt diebus quatuor vel quinque. Quod patet, quia tribus diebus manserunt absconditi in montibus, vt patet infra in litera. in eundo tamē & redeundo, & manendo in Iericho ad minus manerent vno die, vel duobus, & sic a die qua iuerunt, vsquequo redierūt, fuerūt dies quatuor vel quinq; ad minus, post

F hoc autem mouit Iosue castra de Sethim, & venit vsque in ripam Iordanis, & manserunt ibi diebus tribus, vt patet seq. c. & sic a die missionis exploratorū vsque transitum Iordanis, fluxerunt dies septem, vel octo ad minus. Et cum ex prædictis constet planctū pro Moyse finitum fuisse tribus diebus duntaxat ante transitum Iordanis, sequitur quòd quatuor vel qnque diebus ante finitum planctum pro morte Moysi exploratores fuerint missi.

Ex hoc etiam inferre poterunt, quòd die quo finitus fuit planctus pro morte Mosi, recesserunt Israelitæ de Sethim, siue Belsethim. quod patet, quia ex prędictis. 33. diebus ante transitum Iordanis mortuus est Moyses, vtrūque inclusiue sumēdo. & tribus diebus G post finitum planctum pro Moyse fuit transitio Iordanis. sed diebus tribus ante transitum Iordanis recesserunt Israelitæ de Sethim, vt patet sequen. cap. scilicet quòd Israelitæ recesserunt de Sethim: venientes vsque ad ripam Iordanis per noctem, & manserunt diebus tribus, quo finito planctu pro Moyse in die septimo mensis primi per noctem, mota sunt castra & applicita ad Iordanem.

Determinatio auctoris antecedentis quæsiti. Et quo tempore Moyses obierit. Quæstio. IX.

IN contrarium autem alij dicunt non fuisse exploratores missos dum durarent dies planctus ꝓ H Moyse, sed post. & hoc tenendum est. Dependet autem quæstio ista ex ea quam precedenti cap. ventilauimus, scilicet an Deus apparuerit Iosue completis diebus luctus pro Moyse vel ante: nam si dicamus ante completionem luctus apparitionem factā, consequenter dicemus, quòd ante finitum luctum fuerit facta missio exploratorum. quod patet, quia immediate, vt Deus iuberet aliquid, Iosue disponeret ad faciendum illud, sed ipse dixit ei. Surge & transi Iordanem istum, tu & omnis populus tecum. ergo confestim mitteret exploratores ad cognoscendum de statu vrbis Iericho. Si autem dicamus, quòd fuerit facta apparitio post completa tempora luctus: consequenter dicendum erit missionem postea fuis- I se, cum prius fuerit apparitio Dei facta Iosue quàm missio exploratorum: ipse quippe nō moueretur ad aliquid agendum, nisi consulto Deo. Supra tñ declaratum est, quòd ista locutio fuerit facta post tempus luctus expletum. necesse est igitur posterius fuisse factam missionem exploratorum.

Ad argumentum autem Nicolai ex parte Ra. Sal. & aliorum Iudęorum: Respondendum est satis cōcludi intentionem eorum datis fundamentis, sed negādum est vnum fundamētum, s. quòd Moyses mortuus fuerit die septima mēsis duodecimi anno 40. ab exitu de Aegypto. non enim hoc probare possunt ex aliquo loco autentico. immo contrarium magis ꝓbabiliter patet, scilicet quòd Moyses mortuus fuerit ante transitum Iordanis pluribus quam sexaginta tri- K bus diebus. quod patet, quia Moyses peccauerat ad aquas contradictionis non sanctificans Deum coram Israelitis, ideo in pœnam ei dedit, quòd non transiret Iordanem ad videndam terram illam Israelitarum. Ideo cum peruentum est ad mansionem quæ vocatur Sethim, & alio nomine Belsethim, dixit ei Deus, quòd ascenderet in montem Abarim, & videret terram filiorum Israel, quia non erat transiturus in eam, vt patet Numeri 27. ca. tunc Moyses expletis quibusdam alijs quæ facturus erat, incœpit declarare Iudęis legem anteꝗ̄ moreretur, conuocans totum Israel pręter cęsores lignorum, & aquarum portitores, vt patet

Quo die & mense mortuus Moyses.

vt patet Deuteron. 29. cap. & coram eis recitauit totũ Deuteronomium, vt patet Deuter. primo cap. & 29. cap. Finito autem eo, dedit illum scriptum Israelitis, vt Leuitæ tenerent eum in latere arcæ fœderis, vt patet Deuter. 31. & tunc confortauit Israelitas & Iosue, & proposuit canticum contra Israelitas, & ad vltimũ benedixit illis, vt patet Deuter. 32. & 33. & tunc ascendit in montem, & contemplatus est terram, atque mortuus est, vt habetur Deuter. 34. cap. ista autem facta sunt in tribus vel quatuor diebus, vel etiam breuius, vt quidam de Iudeis dicunt, & hoc satis probabiliter, quia Moyses solum recitabat Deuterono. totum coram Israelitis, quod breuiter fieri poterat. & sic post tres uel quatuor dies, quando incępit Moyses recitare Deuteronomium mortuus est. sed Moyses cępit hoc anno quadragesimo ab exitu de Aegypto mense vndecimo, die primo mensis illius, ergo moreretur in tertio uel quarto eiusdẽ mensis 11.

Nota mirabilem, atque irrefragabilẽ computationẽ contra Iudęos ex intimis penetralibus sacræ scripturæ.

Quòd autem hoc tempore cępit recitare Deuter. patet Deutero. primo cap. Computando ergo a die. 3. vel 4. mensis vndecimi, vsque ad diem decimum mensis primi anni sequentis, cum fuit transitus Iordanis, manebunt dies sexaginta sex uel quasi. quod patet, quia mensis vndecimus & duodecimus simul apud Iudęos continent dies quinquaginta nouem, qui sunt duæ lunationes integræ. his addantur dies decem mensis primi anni sequentis, quia in decimo fuit transitus Iordanis, erunt dies sexaginta nouem. Ab his demantur tres dies, si volumus, quòd Moyses moreretur quarto die mensis vndecimi, scilicet quòd duraret in recitando Deuteronomium quatuor diebus, & dies quartus erit inclusiue de luctu Moysi, cũ eo die moreretur: manebũt dies sexaginta sex a morte Moysi vsque ad transitum Iordanis, assumendo vtrunque inclusiue. & sic erit spatium duplicatum, ad id quod dant Rab. Sal. & Nicolaus. Facta ergo hac computatione demantur dies luctus Moysi triginta manebunt triginta sex. & ab his demantur septem vel octo dies, qui ad minus esse poterant ex die missionis exploratorum vsque ad diem transitus Iordanis, manebũt viginti octo dies post planctum Moysi, & missionẽ exploratorũ. & in his poterat Deus apparere Iosue, & loqui de transitu Iordanis, & poterãt mitti exploratores, q manerẽt pluribus diebus in explorando terram vsque ad reditum. & ista positio videtur esse, quasi necessaria ex fundamẽto literæ Deuteron. primo, inducendo, vt inductum est.

Quare mouentur Iudæi ad dicendum, quòd Moyses mortuus fuerit die. 7. mensis. 12. Quæst. X.

SED dicet aliquis, vnde ergo Iudæi mouentur, vt dicãt Moysen fuisse mortuum die septima mẽsis duodecimi, anno 40. ab exitu de Aegypto? Respondetur motiuum esse suum, vt non detur aliquod tempus superuacuum in mansione, quæ dicitur Belsethim, siue Sethim post mortem Moysi. & tamen si dicunt Moysen mortuum fuisse ante diem septimum mensis duodecimi, dabunt aliquod tempus, in quo nescient dare, quid fecerint Iudęi in mansione illa: dederunt ergo quòd mortuus fuisset Moyses die septimo mensis duodecimi.

Inductionis huius modus est, si dicamus Moysen mortuum die septima mensis duodecimi, cõputando 30. dies planctus eius, peruenietur ad diem. 7. mensis primi anni sequentis. & accipiãtur tres dies, quibus steterunt Israelitæ ad ripam Iordanis postquam recesserunt de Sethim: erit dies decimus mensis primi anni 41. ab exitu de Aegypto. & iste est dies transitus Iordanis. vt patet infra quarto cap. ergo modo

A non dabitur aliquod tempus superfluum in mansione Sethim post mortem Moysi. nam vt supra inducebatur ex positione Nicolai & Ra. Sal. in ea die qua expletus est planctus pro Moyse, mouerunt castra Israelitæ per noctem, scilicet in nocte sequenti, & venerunt ad littus Iordanis. Si autem Iudæi dicant mortem Moysi fuisse post diem septimam mensis duodecimi anni 40. ab exitu de Aegypto, repugnabit eis litera, vtpote si dicant eam fuisse die decima mensis. 12. tunc accipiuntur dies. 30. luctus Moysi, quibus steterunt in Sethim: non recedent quousque finiretur luctus pro Moyse, vt patet Deuteron. 34. & tunc peruenietur ad diem decimum mensis primi anni sequentis. tunc accipiantur tres dies, quibus post recessum de Sethim, steterunt Israelitæ super Iordanẽ

B antequam transirent, vt patet sequenti cap. erunt dies tredecim mensis primi. & sic in die tredecimo mensis primi fuisset transitus Iordanis. fuit tamen in decimo, vt patet infra quarto cap. tres dies, ergo deficiũt. hoc autem est, quia diximus mortuum fuisse Moysen die decimo anno. 40. non potest igitur dici mortuus post diem septimum mensis duodecimi.

Si autem dicant eum mortuum ante diem septimum mensis duodecimi anni. 40. non videtur eis posse dari, in quo totum tempus impensum sit in mãsione Sethim post mortem Moysi, quod patet, vt verbi gratia dicatur. Moyses mortuus die primo mẽsis duodecimi anni. 40. accipiãtur dies 30. luctus Moysi, peruenietur ad diem primum inclusiue mensis se-

C quentis, cum mensis duodecimus secundum computationem Iudæorum sit viginti nouem dierum, vt supra declaratum est. Accipiantur etiam vltra tres dies, quibus Iudæi manserunt sup Iordanem anteq̃ transirent, postquam peruenerunt de Belsethim, vt patet sequenti cap. erunt dies quatuor mensis primi anni sequentis, & sic in hac die quarta mensis sequitur fuisse factam transitionem Iordanis. fuit tamen in die decimo, vt patet infra quarto ca. ergo dies sex, qui excedunt inter quartum & decimum, anticipati sunt. redeundũ ergo erit ad hoc, vt fuerit mors Moysi in die septimo mensis duodecimi anni quadragesimi ab exitu de Aegypto.

D *Motiuum illud Iudæorum nihil valet, nec probat. Quæstio. XI.*

SED istud motiuum Iudæorum non est habẽs aliquid rationis. nam si volunt dare aliquod tempus superuacuum Iudæis in Sethim post mortem, dent quid fecerint per 40. annos, quibus vagantes fuerint in deserto retrocedendo, & nihil agendo, vt patet Numeri 14. qui tamen vagus est nihil agit.

Dent etiam quid fecerint Israelitæ in Cadesbarne, in qua manserunt Israelitæ multo tempore, vt patet Deuterono. primo cap. Dent etiam quid fecerint. 38. annis quibus venerunt de Cadesbarne vsque ad tor-

E rentem Zareth, vt patet Deuterono. 2. cap. & tamen non erat iter dierum vndecim, quia de monte Sinai vsque ad mansionem quæ est Belsethim in qua Moyses Deuteronomium recitauit, est iter dierum vndecim, vt patet Deuteron. 1. cap. & tamen inter montem Sinai & Cadesbarne sunt multæ mansiones, & inter torrentem Zareth & Belsethim, vt patet Numeri 33. cap. vbi ponitur catalogus mansionum. & sic hoc quòd Iudęi annis. 38. ambulauerunt, non erat forte iter sex dierũ. quid ergo in tanto tpe fecerunt? sed de his nõ poterit dari qd egerint. ergo nec est petendũ qd egerint in Sethim post mortẽ Moysi. Potissime qm̃ adhuc dari poterit, qd egerint Israelitę hoc tempo-

tempore quo steterunt in Sethim post mortẽ Moysi. nam dicetur, quòd apparuit Deus Iosue, postea miserunt exploratores, & expectauerunt eos quousque redirent in castra. Hoc autem tempus missorum exploratorum non computant Iudæi tempore intermedio, sed in tempore luctus pro Moyse, quæ non est rationabilis computatio, vt patet ex dictis præceden. capitu.

Item dicetur, quòd toto tempore intermedio inter finitum planctum Moysi, & missionem exploratorum, atque transitum Iordanis, expectauerunt Israelitæ in pœnam, sicut expectauerunt toto tempore præcedente, quousque complerentur. 40. anni mansionis deserti, quibus condemnauerat Deus Israelitas ne transirent Iordanem, vt patet Numeri 14. si tamẽ immediate post mortem Moysi transirent, nondum esset completus annus. 40. cum ipse mortuus fuerit mense vndecimo anni. 40. die tertio vel quarto, vt supra inductum est. Non ergo statim, vt completum fuit tempus luctus, debuerunt Israelitæ transire Iordanem, sed manere in Sethim vsque ad principium sequentis anni, qui erat. 41. in cuius die prima vel secunda videntur missi exploratores in Iericho, vt ex præpositis inductum est. Patet ergo ex superioribus, quòd exploratores non fuerunt missi in iericho ante finitum tempus luctus pro Moyse, sed postea.

In abscondito. Alia litera habet. *Abscondite*. Sed ad idem pertinet: hebrei habent hic vnam dictionem æquiuocam, scilicet hæres, quæ nimis apud eos aspiratur contra conditionem latini idiomatis. Et signat quatuor, scilicet magistrum, vel testam terream, vel surdum, vel absconditum, & in qualibet harum significationum exponunt Iudæi.

Ista dictio hæres 4. significat apud hebræos.

Primo modo, ꝙ misit exploratores magistros, scilicet dando eis instrumenta fabrilia pertinentia ad fabros lignarios, quæ gestarent manibus, ita vt Chananæis Ierichontinis viderentur artifices, & non putarent eos exploratores. Sed iste sensus non conuenit, quia hoc modo isti exploratores deberent se ostẽdere Ierichontinis, & sic caperẽt eos in sermone, si irẽt tanquam artificiabile aliquid inquisituri.

Secundo modo, hæres, signat testam. & dicunt Iudæi, ꝙ Iosue dedit his duobus exploratoribus ollas fictiles quæ testeę sunt, pendentes ad collum, vt viderentur ire ad vendendum ollas in iericho. Sed hoc ridiculum est, nec oportet contra hoc argui.

Tertio modo dicitur, hæres, idest surde, & dicitur, quòd Iosue misit istos exploratores tanquam surdos, scilicet vt fingerent se surdos, & mutos. sic enim finxit se Dauid fatuum coram Achis rege Geth: & pingebat monstra in portis, & defluebant saliuę per barbam eius, vt incognitus esset. sic primo Re. 21. cap. Isti autem debebant se fingere surdos, vt neminem audirent, nec attenderent loquentem, ita vt non haberẽt occasionem manẽdi cum aliquo, sed vt ab omnibus se expedirent. fingebant se mutos, vt non cognoscerentur per linguam hebream. Sed ista expositio nõ tenet. primo quia isti non se finxerunt surdos & mutos. nam locuti sunt cum Raab Ierichontina, vt patet hic in litera.

Item si fingerent se surdos & mutos, darent maiorem occasionem suspicandi de se aliquod malum. nam qui surdus & mutus est, non potest habere humanam communicationem cum incognitis, & tales nunquam solitarij vadunt in exteras regiones, quia nesciunt quo vadunt, nec petere locum ad viam, & non poterunt habere alios modos explicandi diffusiores, qui requiruntur ad incognitos. non enim sufficiunt nutus & signa, sicut inter cognitos. cum ergo Ierichontini viderent hos esse alienigenas & mutos

F & surdos, manifeste arguerent, nec surdos, nec mutos esse, quia in terram alienam venerant. & quia hoc fingebant, conuincerent eos velle fallere. & sic arbitrarentur esse exploratores. non ergo decebat illos ire, vt mutos & surdos.

Item cum dicitur, quòd erant simulantes esse mutos, ne cognoscerentur per linguam hebræam. nihil arguitur, quia poterant isti Israelitæ loqui in lingua Aegyptia, in qua semper nutriti fuerant patres eorũ, potissime quia credendum est aliquos fuisse missos, qui scirent idioma Ierichontinorum.

Quarto modo accipitur, hæres, idest absconditum, & dicũt quidam Iudæi, quòd misit Iosue istos exploratores abscondite, scilicet ita vt non viderent cæteri

G Israelitæ, & hoc vt non suspicarẽtur aliquod malum futurum sibi per exploratores, sicut euenerat quãdo Moyses misit exploratores de Cadesbarne. Sed hoc non stat, quia non poterat celari missio exploratorũ: nam cum redirent, nunciaturi erant quæ vidissent, & sic cognosceret missos fuisse exploratores, & tunc irascerentur cur eis nescientibus Iosue exploratores miserit.

Dicendum est igitur, quòd de consilio & voluntate plebis missi sunt exploratores, & quantum ad hoc non missi sunt abscondite, sed quia Iosue misit eos, ita secrete, quòd Chananæi non intelligerẽt eos missos, vt non comprehenderent nec impedirent. erat quippe facile eos cognosci a Ierichontinis, quia circa hoc aduertebant, potissime si mitterentur palam, si-

Determinatio auctoris.

H cut cum misit eos Moyses, debuerunt ergo multum secrete mitti. *Qui dixit eis*. Idest mandauit. *Ite considerate terram vrbemque Iericho*. Non iussit Iosue, vt irent exploratores ad cõsiderandum omnem terram propinquam vrbi Iericho, & transitui Iordanis. nam Ierichontini & cæteri Chananæi cognoscebant Iudæos adesse, ideo suspicabatur Iosue, quòd aliquas insidias ponerent circa transitum Iordanis, & ante vrbem Iericho. hoc autem voluit scire per exploratores inquisituros statum terræ ante Iericho. etiam iussit, vt contemplarentur statum vrbis Iericho, scilicet an ibi multa gens armatorum esset, vel ponerentur ibi aliqua specialia defensacula. De alijs autem locis terrę vltra Iordanem non differebat nunc inquiri,

I quoniam post quam deuentum esset ad Iericho, cognosceretur de statu aliorum locorum. *Qui pergentes*. Scilicet in vrbem Iericho.

Quomodo exploratores potuerunt transire Iordanem, cum Israelitæ non potuerint postea transire sine miraculo.

Quæstio. XII.

QVAERET aliquis quomodo exploratores transierunt Iordanem, vt irent in Iericho, nam cæteri Israelitæ non potuerunt transire, nisi Deus miraculose diuisisset aquas Iordanis, vt patet in sequen. capitu.

Aliquis ad hoc respondebit, quòd ad trãsitum exploratorum transierunt aquæ inferiores Iordanis, &

K superiores steterunt, sicut factum fuit post in transitu omnium Israelitarum. Sed hoc non conuenienter dicitur. nam istud erat valde magnum miraculum, in quo Deus ostendebat magnitudinem suam, & beneuolentiam Iudęis, vt patet sequenti cap. cum Deus diceret se diuisurum aquam Iordanis, dictum est: in hoc scietis, quòd dominus Deus viuens in medio vestrum est, & disperdet in conspectu vestro Chananæum & Ethęum &c. Tantum ergo miraculum factum cum exploratoribus nõ subticuisset scriptura, sicut non subticuit cum factum est hoc transeuntibus omnibus Israelitis.

Item

Item exploratores cum redierunt in castra, narrauissent Israelitis hoc miraculum, sicut narrauerũt alia quæ eis acciderant, & in conspectu huius nullius erãt momenti: potissime cum infra dicatur, quòd exploratores venientes narrauerunt Iosue omnia quæ eis acciderant. vt patet infra in litera: & tamen nihil tale narrauerunt: dicendum ergo nihil tale accidisse. Aliquis ergo dicet ꝙ exploratores transierunt Iordanem per aliquem pontem, nam tantus fluuius haberet pontem in aliquo loco. Sed contra hoc arguetur: si aliquis pons erat in Iordane per quem Israelitæ transirent, & transierunt exploratores, ad quid faciendum est miraculum in diuisione aquarum Iordanis? nam miracula non fiunt sine necessitate. Dicendum est ergo non fuisse pontem in Iordane per quem transitus esset. quod patet: nam si pons esset quando Ierichontini secuti sunt exploratores Iudæorum vt eos comprehenderent, iuissent per viam pontis Iordanis, dicitur tamen infra in litera quòd Ierichontini secuti sunt Iudæos exploratores per viam quæ ducit ad vadum Iordanis. non erat ergo pons in Iordane ad transeundum. Dicẽdum est igitur quòd exploratores transierunt Iordanem per vadum. nam quamquam Iordanis magnus fluuius sit, habet tamẽ vada in quibusdam locis, specialiter in quodam loco versus Iericho. Quod patet quia infra dicitur, hi autem qui missi fuerant secuti sunt eos per viam quæ ducit ad vada Iordanis. Itẽ patet quòd Iordanis haberet vada, vt patet Iudicum 3. cap. cum dicitur: descenderuntque post eum, & occupauerunt vada Iordanis, quæ transmittunt in Moab. Sed tunc argues, si Iordanis vada habebat, & exploratores poterant transire, atque transierunt, quare non transierunt omnes Israelitæ per vada? & ad quid factum est miraculum diuisionis aquarum Iordanis? Respondendum est quòd Iordanis est fluuius altus, & in paucissimis locis vada habet: & hæc non manent omni tempore. aliquando quidem vadatur, interdum vero nequaquam: sicut contingit in alijs fluminibus magnis. habet autem Iordanis consuetudinem, vt in tempore messis intumescat: cuius causam infra sequenti cap. tangemus. & quando transierunt exploratores eundo & redeundo, nõdum intumuerat Iordanis: ideo faciliter transierunt. cum vero Israelitæ transire debuerũt, s. quatuor diebus postquã transierũt exploratores, intumuerat Iordanis: quia alluuiones repente fiunt, & non potuerunt transire Israelitę. hoc totum patet sequẽ. cap. cum dicitur. Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat, idest tunc fuit factus tumor ex conditione temporis, quia tunc annuatim solet intumescere Iordanis. ad hoc igitur quòd Israelitæ transirent, necesse fuit vt diuiderentur aquæ Iordanis. *Ingressi sunt in domum mulieris meretricis nomine Raab.* Ista tenebat hospitium, & colligebat hospites in domo sua, & ob hoc intrauerunt in domum eius exploratores.

Determinatio auctoris.

Iordanis habebat vada: & vbi.

Quare exploratores potius ingressi sunt in domum Raab quàm in aliud hospitium. Quæst. XIII.

Magis autem ingressi sunt exploratores in domum Raab quàm in aliud hospitium; quia Deus dirigebat eos vt in domo illa liberarentur. nam si iuissent in domum aliã, hospes prodidisset eos esse exploratores, cum inquireret eos rex Iericho. nam vt isti fuerunt in domo Raab, misit eos ad quærendum rex Iericho: quia annunciatum erat ei, quòd exploratores venissent: & Raab abscondit eos, si tamen fuisset alia hospes, prodidisset eos. direxit ergo Deus illos ad domũ Raab,

A Item factũ est hoc, quia Deus volebat saluare Raab & domum eius: & hoc modo posita conditione inter eam & exploratores saluata est. alioquin autem non potuisset saluari, sed perijsset cum tota Iericho. Deus tamen eam saluare volebat, quia per eam deriuata est posteritas regũ Israel, & Messias quoque ex ea descendit: vt patet Matth. 1. cap. & Lucæ 3. Sed quamquam ista fuerit ratio, quare Deus direxit exploratores, ipsi tamen nihil horum intelligebant, sed faciebãt propter aliam causam, s. quia hospitiũ Raab erat ad portam ciuitatis Iericho. & ipsi volebant manere apud portam, vt non cogerentur manentes per vrbem Iericho discurrere: quia sic certius cognoscerentur: etiam si opportunum foret, liberiorem haberent exitum manẽtes apud portam vrbis: quam

Messias descendit ex Raab.

B si manerẽt in medio vrbis. Quòd autẽ domus Raab esset in confinio portæ ciuitatis satis colligitur, quia dicitur infra, domus enim eius hærebat muro. Etiã quia Raab dimisit exploratores per murum, vt patet infra. Et etiam hoc conueniens erat domui Raab, quia erat hospitium transeuntium, vt esset apud portam vrbis: vt sic facilius declinarent viatores in domum eius. *In domum mulieris meretricis.* Aliqui dicũt istam esse meretricem, i. venditricem, quia vendebat diuersa in domo sua, & colligebat ad se viatores. & hoc satis notum est, cum ad eam declinauerint duo exploratores Iudæorum, alioquin nesciuissent in domum eius ire, nec haberent eundi causam.

C *An Raab fuerit vere meretrix, vel fuerit hospitalaria, aut venditrix: vt Nicolaus asserit.* Quæst. XIIII.

Sed an Raab hæc sit meretrix, videtur quibusdam dubium. Dicunt autẽ quidam eam fuisse vere meretricem: & exploratores intrasse in domum eius, non desiderio fornicandi, sed diuertendi & manendi apud ipsam in abscondito. sciebant enim esse peccatum cognoscere alienigenas mulieres. nam propter hoc Deus multas fecerat punitiones in Israelitis, cum miscuerunt se Madianitarum virginibus apud montem Phegor, & coluerũt Deum alienum: vt patet Num. 25. cap. Alij dicunt ꝙ ista mulier fuerat quondam meretrix, & tamen nunc
D non erat meretrix. vocabatur tamẽ meretrix ex actibus præteritis. sic patet de Pharisæo apud quem discubuit Iesus, vt comederet panẽ. nam dicitur quòd recubuit in domo Simonis leprosi: vt patet Marci 14. Ille tamẽ nõ erat tunc leprosus, sed aliquãdo fuerat. nam si tunc leprosus esset, non haberet domum in vrbe, nec quisquam de sanis tunc comederet cum eo, nec ad eum accederet: sed maneret extra vrbem discooperto capite, & cooperto ore, atque dissutis vestibus: vt patet Leuit. 14. cap. sic ergo de Raab diceretur quòd meretrix fuisset, tamen nunc non erat. Nicolaus dicit vtrunque horum esse irrationabiliter dictum, quia ista fuit postea copulata in matrimoniũ Salmon principi tribus Iudæ, vt patet Matth. 1. cap. non tamen est verisimile, quòd accepisset in matri-
E monium mulierem tam infamem vir de nobiliori tribu Israelitarum. sed dicit quòd vocatur meretrix, idest hospitalaria, quod probat ex auctoritate translationis Caldaicę, in qua vocatur Raab hospitalaria. Dicit autem Nicolaus fuisse hoc factũ, propter æquiuocationem nominis hebraici, quod hic ponitur, qđ interdum sonat meretricem, & interdum hospitalariam. Iudęis autem dicentibus eam esse meretricem, vel aliquando fuisse, non consentit. Ad hoc tamen dicendum est quòd sacra scriptura vocat Raab meretricem proprie, ideo necesse esse vel quòd aliquando meretrix fuerit, quod magis concedendum est:

Determinatio auctoris.

vel

vel quòd tunc meretrix esset, quod absurdius patet. Et quando Nicolaus dicit non fuisse eam meretricē, sed hospitalariam, nihil arguit. nam ex translatione Chaldaica nihil tale patet. Verum est enim quòd ista mulier hospitalaria erat, secundū ꝙ eam litera Chaldaica vocat: tamen nō negatur ibi esse meretricem. nam eam fuisse hospitalariam, tam ex litera nostra q̃ ex Hebræa patet: cum ipsa receperit in domo sua exploratores hos, & ipsi declinauerint in domum eius. Ipsi quippe incogniti in terra illa non habuissent occasionem declinandi in domo eius, nisi esset hospitium cæteris viatoribus præbens. Meretricem tamen eam esse, aut fuisse non excusabimus: quia scriptura eam meretricem vocat. Et cum dicit Nicolaus quòd istud nomen quod ponitur hic, in Hebræo est æquiuocum ad hospitalariam, & meretricem, stare nequit: quia hic ponitur in Hebræo *Zona* quod semper & proprie significat meretricem, vel quamcunque fornicariam. Si verò ex aliqua occasione aut proprietate ad hospitalarias transferre volueris, non dissentio, sed hoc necesse est, vt semper transmutetur secundum conditionem fornicandi: ita vt simul fornicaria, & hospitalaria sit. Item patet hanc fuisse intentionem translationis nostræ, quia beatus Hieronymus qui vir peritus fuit in transferendo Hebraicā scripturam in Latinam, nō posuit hospitalariam, sed meretricem, cuius clara & sine ęquiuocatione apud Latinos significatio est. Si tamen potuisset Hieronymus conuenienter transferre ad hospitalariam, non posuisset meretricem: quia honestius erat eam hospitalariam quàm meretricem appellari. Primo quia in genealogia Saluatoris posita est, vt patet Matth. 1. & tamen honestius esset eam nō fuisse meretricem, vt ex honestioribus fœminis Saluatoris linea texeretur, vt videtur. Item hoc fuisset propter Salmon qui duxit eam in vxorem, & erat princeps in tribu Iuda, tamen vocauit meretricem. ergo videtur quòd intellexerit non posse eam aliter vocari ex sacra Scriptura. Cum autem dicitur secundum Nicolaum quòd non stat vllo modo eam fuisse meretricem, quia assumpta est in vxorem a principe tribus Iuda. Respondendum est honestius esse si dari posset, vt ipsa poneretur non meretrix. non tamen potest vllo modo subterfugi, quin meretrix appelletur. Et quando dicitur quòd nō est verisimile, quòd Salmon princeps filiorum Iuda sumeret eam in vxorem, si meretrix esset vel fuisset. Respondendum est Raab non esse tunc meretricem, quando ad eam diuerterunt exploratores, sed aliquando fuit: & tamen manebat ei nomen illud. sicut dictum est de Simone leproso, quòd ille esset leprosus, & tamen non erat leprosus: sed quondam fuerat. & sic non erat tanta infamiæ nota. Item considerandum est quòd Raab non fuerit meretrix, scilicet publice prostituta, sed solum fuit fornicaria, quia aliquibus se commiscebat: sicut dictum est de Magdalena Lucæ 7. quòd erat mulier peccatrix, & hoc in fornicatione. nemo tamen de ea dicit, quòd fuerat prostituta venaliter, vel omniū libidini satiandę: sed aliquibus amatoribus se inhoneste tradiderit. non enim erat verisimile, vt mulier de tanto genere, & tam diues exponeret se publice venalem. & sic q̃q̃ infamia esset aliqua, nimis tamen differt ab ea quam incurrit publice prostituta. non ergo erat valde absonum: quòd Salmon hanc duceret in vxorem, quia nō erat publice prostituta. Erat autem alia causa ad hoc inducens, s. quia Israelitæ promiserūt facere misericordiam cum ea. vt ergo regratiarētur beneficio ab ea suscepto, princeps nobilioris tribus eam in vxorem suscepit. Intelligendum quoque est Raab de magno genere inter Ierichontinos extitisse: vnde

Solutio ad secundū.

Zona non est nomen ęquiuocū: vt putat Nicolaus.

Raab non fuit meretrix publice prostituta: sed fornicaria sicut Magdalena.

F eam gratanter Salmon susciperet. *Nomine Raab*. Ponitur nomen eius, quia ista postea inter Iudæos magni honoris fuit, cū accepta fuerit in vxorem a Salmon principe tribus Iuda, & ex linea eius reges descenderint, & de ea in nouo testamento mentio fiat. *Quieuerunt apud eam*. Idest manserunt in domo illius. Et potest dupliciter intelligi. Vno modo quòd quieuerunt apud eam, idest manserūt in domo illius non exeuntes in vrbem, nec ambulantes per vicos, & hoc forte facere poterant: quia timebant cognosci in vrbe, & cōprehendi. Alio modo potest intelligi quòd quieuerunt apud eam, idest acceperunt in domo sua locum ad manendum, & hoc secundum verius est: quia non poterāt bene explorare isti duo viri vrbem Iericho, nisi ambularēt per eam. & sic cognitum est

G quòd essent in vrbe, & dictum est regi. *Nunciatumque est regi Iericho*. Erat in vrbe illa rex qui iusserat diligenter inspici, an aliqui alienigenæ ingrederētur vrbem. ideo mox vt cognitū est Iudæos esse in ciuitate, nunciatum est regi quòd venissent exploratores. *Ecce viri ingressi sunt huc de filijs Israel*. Qui viderunt hos Israelitas, non comprehenderunt eos. non enim voluerunt sine regis mandato hoc efficere, pręcipue quia cum essent in domo Raab, existimabāt eos non posse euadere capta vrbis porta. Et dato quòd Ierichontini non cognouissent certissime esse exploratores, vel de filijs Israel viros illos, tamen extimabant eos esse de Israelitis, quia illos solos sciebant tunc insidiari, & imminere terræ suæ capiendæ. *Per noctem*. Idest illi duo viri exploratores ingressi sunt in crepusculo

H noctis, ita vt non viderentur, nec cognoscerentur. & ex hoc Ierichontini magis intellexerunt illos esse exploratores: quia qui male agit, odit lucem: vt patet Lucæ 6. cap. & mox vt ingressi sunt, iuerunt Ierichontini ad regem nunciantes venisse exploratores. quod patet: quia viri Israel ingressi sunt vrbem Iericho per noctem: vt patet hic: & tamen antequam ipsi obdormiuissent, venerunt nuncij a rege ad Raab, vt proderet viros qui in domo sua erant, quoniam exploratores erant. & sic paucum noctis spatium intercidit inter ingressum eorum in Iericho, & aduētum nunciorum regis. Ideo necesse est dici quòd immediate vt ingressi sunt viri Israelitæ Iericho, nūciatum est

I regi. Patet etiam ex hoc quòd Israelitæ exploratores valde modico tempore māserūt in vrbe Iericho: forte non per quatuor vel quinque horas. Quod patet: quia ipsi introierunt ad vesperum siue per noctem, vt hic dicitur, & antequam obdormirēt, venerunt nuncij regis, vt comprehenderent eos, & tunc Raab dimisit eos per murum: vt patet infra. Et sic non potuerunt aliquid cognoscere de statu vrbis Iericho, nisi quòd omnes habitatores terræ erant timidi, quod audiuerunt a Raab: vt patet infra. Et hoc solum etiam narrauerunt in castris, vt patet in litera.

K *Quid dicit Iosephus historiographus Iudæus de exploratoribus istis: & in quo concordat literæ sacræ Scripturæ: & in quo discordat. Quæst. XV.*

QVAMVIS de exploratoribus vera sciamus esse ea quæ infra declarantur, & quę tangit litera scripturæ sacræ: quia tamē Iosephus inter Hebræos est historiographus famosissimus, qui & sacram Scripturam non ignorauit, dicemus quid ille de exploratoribus asserat, vt videatur in quo nobis cōcordat, aut discordat. Dicit enim ille lib. 5. antiquitatum: cumque fuisset illic Iosue castrametatus, repente exploratores aduenerunt nihil horum quæ agebantur apud Chananęos ignorantes, latenter enim prius omnem vrbem eorum licenter conside-

considerauerunt simul & muros: & quicunque fortes, & qui non ita cauti esse viderentur: sed & portas quæ dum essent fragiles, opportunum præberent innasuris introitum. non autem curabant ciues quicunque vidissent eos ista considerare, putantes visionis gratia peregrinos aptissima ciuitatis loca singula perscrutari, non voluntate hostili tamen: cumque vespere factum fuisset, & discedentes in habitaculum quoddam muro vicinum venissent, in quo & cęnaturi erant: essetque eis iam discedēdi cura, nunciatum est regi cęnanti, quia exploratores quidam ciuitatis Hebræorum exercitus venientes essent in Raab habitaculo cum multa latendi prouidētia constituti. ille vero repente præcepit eos comprehēsos adduci, vt eos torquens agnosceret quid agere volentes adessent. cumque inuasionem eorū Raab agnouisset, nam supra murum stipulam lini siccabat: exploratores quidem illic abscōdit. his autem qui fuerant missi a rege, dicebat quòd peregrini qui ignoti fuerant, ante paululum quàm sol occubuisset apud eam cęnantes abscesserunt: quos si timorem ciuitati & periculum regi ferentes venisse putarent, sine labore eos comprehenderent persequentes. illi verò muliere ita loquente nullum eius dolum cognoscentes abscesserunt, neque perscrutati sunt habitaculum eius. cumque perrexissent per vias, per quas potissime ire credebant, & quæ ducerent ad vada Iordanis, & nullum signum agnoscerent, a labore quieuerunt: tumultu autem sedato Raab educens viros, & periculum pro eorum salute faciens suum: nam si capi in eorum occultatione potuisset, nequaquam supplicia regis euaderet, sed cum omni domo pessime deperijsset, rogabat vt haberent sui memoriam. Et dum Chananęorum terram obtinerent, huius salutis recompensationem sibi afferre poscebat: cætera quæ Iosephus de exploratoribus dicit cum sacra Scriptura omnia concordant.

A

B

C

Applicatio dictorum Iosephi literæ sacræ Scripturæ. Quæst. XVI.

Nunc ea quæ Iosephus dicit applicabimus. Inquantum dicit quòd exploratores repente aduenerunt. conueniens est, quia scriptura dicit quòd misit eos secretè vel in abscondito: sed quæ secretè fiunt cito fiūt, quia per longinquitatem temporis cognosceretur, quid vellent isti exploratores. Cum autem dicitur nihil horum quæ agebantur apud Chananæos ignorantes: est sensus quòd cognouerant omnia pro quibus venerant. & hoc poterat esse referente Raab statum vrbis, & totius gentis Chananæorum, scilicet quòd non haberent Chananæi animos ad se defendendum, sed omnes defecerant corde. nam dicitur infra in litera. noui quòd tradiderit vobis Dominus terram: etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ: & postea sequitur, hæc audientes pertimuimus, & elāguit cor nostrum: & nō remansit nobis spiritus ad introitum vestrum, aliter autem nō videtur quomodo exploratores possent cognoscere totum statum Chananæorum. Et cum dicit Iosephus, latenter enim prius omnem vrbem eorum licenter considerauerunt. in quo innuit Iosephus quòd antequam exploratores intrarent domum Raab ad hospitandum, ambulauerant totam vrbem, & considerauerant muros. Quod aliquis negabit dicens non esse verisimile, quòd daretur eis locus ad hoc, cum Ierichontini sub tanto timore constituti essent, & sub multa custodia: cum dicatur infra 6. cap. & Iericho clausa erat, atque munita: nullusque audebat egredi, aut ingredi timore filiorum Israel.

D

E

Sed dici potest quòd neque istud omnino obstat Primo, quia licet ita esset, constat quòd exploratore ingredi potuerunt vrbem: & ingressi fuerunt sin vlla difficultate: non ergo erat tam diligenter cust dita ciuitas, cum scriptura non referat aliquam dif cultatem eis accidisse in introitu in vrbem. Secun quia illud quod dicitur infra 6. cap. intelligitur in te pore postquā Israelitæ transierunt Iordanem, erātq; in Galgalis iuxta Iericho, vt patet ex ordine literæ: & tunc necessarium erat, vt multo magis timerēt Israelitas Chananæi quàm cum venerunt exploratores Iericho. Primo quia quando venerunt exploratores, nondum transierant Israelitæ Iordanem, & nescierant Chananæi an transirent Israelitæ: quia Iordanis impediebat eos tempore alluuionis. tunc verò iam transierant. & ita magis eos timebant Chananæi. Secundo quia tunc erant propinquiores, scilicet iuxta Iericho: nam dicebantur esse in agro vrbis Iericho infra 5. cap. ideo tunc Chananæi clauserunt vrbem: ita vt nullus auderet ingredi, aut egredi timore filiorum Israel, qui erant ita vicini: vnde si tūc irent exploratores, nō possent intrare in vrbem, cum neque Ierichontini possent exire. & tamen quando venerunt exploratores, non erat talis timor, neque erant portæ conclusę, sed solum custodiebantur. Tertio quia quando venerunt exploratores, nondum acciderat miraculum de siccatione aquarum Iordanis: tunc vero iam fuerat, & istud intulit magnum timorem Chananeis, ita vt dissoluerentur corda eorum sicut aqua: infra 5. cap. & ideo nunc claudebant portas, atque muniebant præ timore, quod prius non sic faciebant in aduentu exploratorum.

Confutatur Iosephus a planta pedis vsque ad verticem: quia in multis sentit contra sacram Scripturam. Quæst. XVII.

Dicendum ergo quòd non obstantibus contrarijs satis poterat concedi quod Iosephus asseruit, sed sacra Scriptura aliqualiter repugnat. nā innuit Iosephus quòd exploratores venerunt per diem, & introeuntes in vrbem antequam declinarent in domum Raab perambulauerunt vrbem: & considerauerunt muros eius, & omnia infirma, atque fortia: & tamen infra in litera innuitur quòd exploratores venerunt in vrbem ad noctem, idest occidente sole, & in ipsa nocte recesserunt. Constat ergo quòd nō potuerunt ambulare per vrbem, neque scire aliquid de statu vrbis, nisi quòd Raab eis exponeret. Et patet hoc cum dicitur in litera, qui pergētes ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine Raab, & quieuerunt apud eam; nunciatumque est regi Iericho, & dictum. ecce viri ingressi sunt huc per noctem, vt explorarent terram. Et ita apparent hic duo. Primum quòd quando venerunt exploratores non ambulauerunt per vrbem, sed manserunt in domo Raab. & antequam de domo exirent, cum dicatur quòd ingressi sunt in domum Raab, & quieuerunt apud eam: manebant in domo eius quando venerunt nuncij regis. Et licet sua intētio esset ambulare postea per vrbem, & cōsiderare omnia quæ Iosephus dicit: tamen pręoccupauit rex Iericho mittere nuncios in domum Raab: & sic non fuit locus exploratoribus exeundi de domo eius ad videndum quæ dicta sunt. Secundū est quòd exploratores nō intrauerunt in Iericho per diem, sed per noctem: & ita nō poterant quicquam videre de vrbe vsque ad sequentem diem, & tamen in ipsa

Determinatio auctoris contra Iosephum. in ipsa nocte recesserunt postquam venerunt nuncij regis: ergo non viderant aliquid de vrbe. Dicendum igitur quòd omnia quæ exploratores cognouerunt de statu vrbis Iericho, & omnium Chananæorũ sciuerunt referente Raab, & non per visum. Cum autem dicit Iosephus latenter prius omnem vrbem considerauerunt: intelligit non quòd considerauerunt non videntibus Ierichontinis, cum per diem asserat ea facta: sed quòd Ierichontini videbant illos, sed nesciebant ad quid ista facerent: ideo latenter facere dicebantur, quia latebat interio, licet non opus.

Confutatio alteri⁹ dicti. Dicit etiam quòd licenter considerauerunt, idest sine difficultate aliqua, quasi esset licentia ad hoc data, & nemo prohiberet. Et cum non concedamus hoc factum, sicut patet ex præcedentibus: ideo neque licenter, neque cum difficultate considerabant ista: & tamen si exploratores ista considerarent, necesse erat ita fieri, sicut Iosephus dicit. nam si non licenter ista possent facere, non auderent facere.

Confutatio alterius dicti falsi. Et eiusdem obiectio ex dicto Ambrosij, quod non tenet. Quæst. XVIII.

DICIT etiam Iosephus quòd exploratores considerauerũt muros, & quicunque fortes & qui non cauti esse viderentur. Certum est quòd exploratores si eis licuisset ista considerassent, quia ad hæc mittebantur, & tamẽ non licuit: quia mox vt ingressi fuerant vrbem, misit rex Iericho ad capiendum eos: vt dictum est. Sed obijcietur: quia præsupponit in hoc Iosephus muros Iericho fuisse ex aliqua parte infirmos. & tamen muri Iericho erant fortissimi. Sic ait Ambrosius super Lucã, scilicet meminimus itaque quòd Iericho, sicut legimus in libro qui scribitur Iesus Naue, magna ciuitas fuit mirabilibus septa parietibus, quæ non ferro peruia, non ariete posset esse penetrabilis. Dici posset vno modo quòd auctoritas Ambrosij non multum militat contra Iosephum, quia non videtur esse maioris auctoritatis Ambrosius in hoc quàm Iosephus: cum Iosephus sit famosissimus inter historicos, qui & sacræ scripturæ curiosus est: & istud tam ad historiam quàm ad scripturam sacram pertinet. Alio modo potest dici quòd Ambrosius & Iosephus non repugnant sibi in hoc: quia Iosephus non asserit infirmos fuisse muros Iericho: sed dicit quòd exploratores ibant ad videndum qui muri essent fortes, & qui infirmi. nam nesciebant Israelitæ quales essent muri Iericho quando miserunt exploratores. si enim sciuissent, non mitterent exploratores: & tamen si respicerent eos, inuenirent omnes esse fortes, & nullos infirmos. sic fuit quando Moyses misit de Cadesbarne exploratores ad considerandum terram Chanaan. nam dixit eis considerate terram qualis sit, & populum qui habitator est eius, vtrũ fortis an infirmus, pauci numero an plures: ipsa terra bona an mala: vrbes quales, muratę an absque muris. Numeri 13.cap. & ita de hoc tũc dubitabat Moyses, & Israelitæ: tamen regressi exploratores dixerunt cultores habet fortissimos: vrbes grandes atque muratas. Et licet vtrunque teneri posset, magis dicendum videtur quòd fuerit ciuitas fortiter munita admirabilibus muris, licet Ambrosius vt orator exaggerando in laudem aliquid ampliauerit. fortitudo autem murorum Iericho aliqualiter colligitur, quia Deus voluit ostendere fortitudinem circa illos a fundamentis eos eruendo modo mirabili, quod in nullo alio loco fecit.

F *Confutatio alterius dicti Iosephi, scilicet, quòd portæ Iericho erant fragiles. Et alterius quoque, s. quòd ciues nihil mali timebant. Quæst. XIX.*

DICIT quoque Iosephus quòd considerauerunt portas, quæ dum essent fragiles, opportunum pręberẽt inuasuris introitum. Sed hoc vnde Iosephus acceperit, non apparet, neque enim ex sacra scriptura, neque ex rei verisimilitudine. Immo potius in hoc videtur ei scriptura resistere, & in hoc expresse repugnat Ambrosius, qui dixit quòd Iericho erat mirabilibus septa parietibus, quæ neque ferro peruia, nec arieti esset penetrabilis. & tamen si portæ essent fragiles, ita vt inuasuris opportunum pręberent introitum, essent ferro peruię & ariete penetrabiles: immo sine ferro &
G ariete faciliter superabiles. ergo nõ põt stare hic Ambrosius cum Iosepho. Item videtur hoc esse contra intentionem scripturæ: quia dicitur infra 6.cap. Iericho erat clausa atque munita, in quo signatur fortis clausura, potissime, quia in Hebræo dicitur Iericho erat clausa, atque conclusa: quod signat bis claudi, scilicet magna clausione.

Ad hoc posset aliquis dicere, quòd istud fuit postquam Israelitæ transeuntes Iordanem manebant in Galgalis apud Iericho. nam tunc prę timore fortiter clauserunt vrbem: & tamen non erat sic quando venerunt exploratores in Iericho. Sed dicendum neque istud esse satis verisimile. Primo quia ciuitas quæ fortis erat vt Iericho: non haberet portas fragi-
H les ad hóc quòd cito capi posset. Secundo: quia etiã si prius haberet Iericho fragiles portas: non est verisimile quòd quando Israelitæ accesserunt ad Iordanem, permitterent Ierichontini sic eas, & non munirent, cum iam timerẽt valde ipsos Israelitas, sicut dixit Raab: vt patet infra in litera. & ideo istud nõ est satis verisimile de dictis Iosephi, potissime cum non habeat fundamentum ex aliquo loco.

Dixit etiam Iosephus quòd non curauerunt ciues quicunque vidissent eos ista considerare putantes visionis gratia peregrinos aptissima ciuitatis loca singula perscrutari. Innuit quòd potuerant licenter, idest sine difficultate ista considerare: quia ciues ni-
I hil mali suspicabantur ex his.

Ista autem negata sunt, quia supra ostendimus.q.16.& 17.quòd exploratores non ambulauerunt per vrbem Iericho, sed statim vt venerunt introeuntes in domum Raab, non exierunt inde: sed quiescentes modicum, & pręoccupati a nuncijs regis, coacti sunt recedere ipsa nocte per murum.

Et tamen Iosephus rationabiliter dicit ista, vt consequentia ad pręcedentia. nam ipse dixerat quòd exploratores licenter considerauerunt muros vrbis Iericho, & alia vrbis loca. & quia aliquis diceret quomodo poterant hoc facere, quia Ierichontini viden-
K tes eos alienigenas, statim suspicarentur contra eos, potissime videndo quòd isti considerarent muros, & loca per quæ capi & inuadi deberet ciuitas? dicit q̃ hoc erat, quia ciues Ierichontini qui videbant eos ista considerare, nihil suspicabantur mali: quia si suspicarentur, & statim eos caperẽt, & torquerẽt ad eruendam veritatem. Et quia aliquis diceret quomodo poterat esse quòd non pręsumeretur cõtra eos, cum ista respicerent? dicit quòd hoc erat, quia Ierichontini putabant quòd isti faciebãt, sicut peregrini, quorum proprium est velle videre singula pulchra & magnifica, atque memoratu digna in locis, ad quæ declinauerint. & ita putabant quòd isti facerent visionis gratia, & non animo hostili.

Clarissime

Clarissime probat Iosephum falsum dixisse. Quæst. XX.

A

SED sciendum quòd ista non fuerunt sic, vt supra ostēsum est, ideo neque excusatione indigent: & tamen si sic fuissent, non potuissent melius defendi, atq; excusari, quàm Iosephus illud faciat. quia non videtur aliquid aliud quod insuspicabiles redderet exploratores ista cōsiderantes, nisi quòd ciues putarent istos, vt peregrinos singula apta ciuitatis velle conspicere. Et tamen istud non fuit, cum nullam partem ciuitatis deambulauerint, sed statim coacti fuerint fugere. Etiā non erat istud verisimile, quòd Iosephus dixit. nam si Ierichontini essent in pace, sublato omni timore bellorum, poterat putari quòd si aliqui peregrini deambulantes per vrbem conspicerent muros, & cætera loca: quòd facerent hoc visionis gratia, & nō animo hostili: cum tamen haberent Ierichontini hostes tam de propinquo, scilicet apud Iordanem: & timerent eos nimiū, ita vt elanguisset cor ipsorum, & non maneret in eis spiritus: vt dicitur infra in litera: non erat verisimile quòd reciperent peregrinos sine suspitione. ideo non solum si muros, & alia loca vrbis considerarēt, sed & si solum introirent in vrbem nihil cōtemplantes, haberent eos suspectos, & inquirerent ab eis singula. Et hoc confirmatur ex eo quod hic factum legitur: nam mox vt intrauerunt exploratores, nunciatum est regi Ierichò quòd exploratores venerant, & misit ad tenendum eos. & tamen non vagati fuerant per vrbem, neque etiam ad petendum hospitiū, quia statim vt introierunt, declinauerunt in domum Raab: quæ erat coniuncta portæ vrbis, & muro. Et non solū fuit aliqualis vel parua suspitio contra istos, sed dictum est quòd erant exploratores, scilicet ecce viri de filijs Israel ingressi sunt huc per noctem, vt explorent terram. & cum dictum fuit regi, adhuc ipse auxit suspitionem istam dicens per nuncios, & omnem terram explorare venerunt: vt patet supra in litera.

Confutatio alterius dicti Iosephi, scilicet quòd ambulauerant iam per vrbem. Quæst. XXI.

DICIT vlterius Iosephus. cumque vespere factum fuisset, & discedentes in habitaculum quoddam muro vicinum, in quo & cęnaturi erant: essetque his iam discedendi cura. Ista ponit Iosephus ad reddendum rationem dictorum suorum. verum est quòd isti venerunt in habitaculum muro vicinum. quia istud erat habitaculum Raab quod erat super murum. sed præsupponit Iosephus quòd venerūt ad noctem in domum Raab. & hoc verum est, quia scriptura ita significat hic, scilicet quòd per noctē intrauerint ad eam. Sed præsupponit Iosephus quòd iam isti perambulauerāt ciuitatem, & contemplati fuerant muros, & portas, & tunc redierunt in domum, quasi expletis eis pro quibus venerant. hoc tamen non est verum: vt iam ostensum est, quia non potuerunt ambulare per vrbem, sed mox vt ingressi vrbem declinauerunt in domum Raab, præoccupati fuerunt a nuncijs regis, vt caperentur.

Sed Iosephus putauit necessarium esse istud asseri: quasi sine hoc vanum esset opus exploratorum. nam postquam declinauerunt in domum Raab, constat quòd non exierunt inde: sed pręoccupati a nuncijs regis coacti sunt fugere. si autem prius non ambulassent per vrbem, videretur ꝙ nihil fecissent de eo ad quòd venerant. & tamen quando reuersi sunt ad castra Israel, nunciauerunt omnia quæ apud Chananæos gerebātur: vt patet in litera. ergo videtur quòd per diem ambulauerant per vrbem, & ad vesperum cum omnia expleuissent, declinauerunt in domum Raab.

Dicēdum quòd hoc valde rationabile dictum est, si concedemus aliquādo exploratores ambulasse per vrbem. & tamen iam ostendimus quòd non ambulauerant. Quia autem Iosephus putat necessarium esse dari, quòd exploratores per vrbem ambulauerint ad contemplandum muros, ad hoc quòd scirent referre Israelitis statum vrbis: non est necessarium. quia verum est quòd exploratores hoc intendebant si permitterentur: sed non fuerunt permissi. verum tamen cognouerūt statum vrbis & gentis, & hoc nō quasi aliquid ipsi contemplati essent, sed quia didicerunt illud a Raab.

B

Et patet hoc: quia exploratores reuersi ad Iosue nihil aliud retulerunt, nisi quod audiuerant a Raab. quod apparet: quia infra in litera dicitur, reuersi exploratores narrauerunt omnia quæ acciderant eis, atque dixerunt. tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt omnes habitatores eius. sed hæc omnia latius dixerat eis Raab, scilicet noui quòd tradiderit vobis Dominus terrā: etenim irruit in nos terror vester: & elanguerunt omnes habitatores terrę. ideo patet quòd etiam si nihil contemplati fuissent exploratores, poterant plene informare Israelitas de statu vrbis & gentis: vnde neque legitur quòd aliquid dixerint de conditione murorum, scilicet, quia non conspexerūt illos, neque Raab quicquam de illis retulit.

C

Confutatio alterius dicti Iosephi, s. quòd ad cœnandum redirēt. Et alterius, s. quòd erant cum magna prouidentia latendi. Quæst. XXII.

QVOD autem dicit Iosephus redijsse exploratores in domum Raab ad noctem. ponit propter duo. Primo propter scripturam, quia asserit illos fuisse in domo Raab. & tamen Iosephus nō vult, quòd ibi fuerint antequam deambularent vrbem. ideo oportet quòd dicat illos redijsse ad vesperum. Secundo vt locus sit eis quæ postea acciderant, s. quòd vellent eos capere nuncij regis, & quòd per murum dimitterentur per funem: quæ non potuerunt fieri, nisi in domo hospitij. Cum vero dicit quòd ad cęnandum redibāt exploratores in domum Raab: non habet illud sacra scriptura, immo neque est verum: cum non redierint in domum perambulata vrbe. Sed hoc potest dicere propter duo. Primo quia hoc potest consonare aliqualiter verbis sacræ scripturæ, licet nō sensui eius. cum dicatur supra in litera. ingressi sunt in domum mulieris meretricis nomine Raab: & quieuerunt apud eam. ista autē quies posset accipi pro quiete in manducando. Secundo & pręcipue quia non potest Iosephus reddere aliam causam verisimilem: quare exploratores reuerterentur in domum Raab. nam ipsi explorauerunt iam vrbē, & non supererat sibi quicquam agendum de eo ad quod venerant. & sic verisimile est quòd non contraherent ampliorem moram in vrbe: ideo cum necesse esset poni, quòd redierint, ponit causam propter quam reuerti voluerunt, scilicet, quia ibi cęnaturi erant. Addidit Iosephus. nunciatum est regi cęnāti quòd exploratores quidam vrbis Hebræorum exercitus veniētes essent in Raab habitaculo, cum multa latendi prouidentia constituti. Quòd autem dixit nunciātum esse regi cęnanti: non habet illud scriptura, neque patet vnde acceperit Iosephus. sed forte accepit ex tēpore, s. quia illud

D

E

illud tempus quo nunciatum est regi, erat tempus cę nandi. Quod autem dixit nunciatum esse quòd manerent exploratores in domo Raab, vel illuc introissent, cum scriptura sacra cōcordat, quę dicit ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine Raab. Cū vero dicit quòd erant cum magna prouidentia latendi constituti, idest latebant cum multa diligentia, nō multum conuenit. Primo, quia non conuenit verbis pręcedentibus Iosephi. ipse enim dixit quòd isti exploratores discurrebant latenter per vrbem, & cives non suspicabantur quicquam contra eos. quomodo ergo in domo vellent diligēter latere, qui per vrbem palam & sine suspitione incedebant? Secūdo quia si verum esset quòd exploratores (vt Iosephus asserit) vagabantur per vrbem licenter, & hoc viderant qui regi renunciauerunt, non poterant illi cogitare, quòd vellent exploratores valde latere in domo Raab. Tertio, quia non concordat hoc ad sacram Scripturam. nam si dictum esset regi quòd exploratores cum multa latendi prouidētia essent in domo Raab, iuberet eos diligenter ibi inquiri: & tamen nō factum est, quia quando nuncij regis venerunt in domum Raab quærentes de exploratoribus, audito ꝙ recessissent: non curauerunt inquirere aliquid in domo. ergo nulla eis suspitio erat absconditos esse viros in domo. quia sic diligenter omnia domus latibula scrutarentur, antequam inde recederent, quod scriptura asserit non factum esse. Dicendum ergo videtur: quòd regi non fuit nunciatum exploratores latere cum magna prouidentia in domo Raab, sed ꝙ illi viri Israelitæ ingressi fuerant domum: & ob hoc misit illuc: sed non fecit perquiri domum. & tamen Iosephus potest hoc accipere ex eo quod mulier postea fecit, s. quia abscondit viros sub stipula lini. sed istud postea factum est: & nondum fuerat, quando regi nunciatum fuit de exploratoribus; immo si ita fuisset regi nunciatum, fecisset eos quæri sub stipula lini.

Confutatio reliquorum verborum Iosephi: & aliqualis conuenientia cum sacra Scriptura. Quæst. XXIII.

Quod autem Iosephus addidit: ille vero repente pręcepit eos comprehensos adduci: verum est. nam ad hoc misit nuncios in domum Raab, vt exploratores caperent, & adducerent ad eum. cum vero adiunxit, vt eos torquens agnosceret quid agere volentes adessent. non habet istud scriptura, sed est credibile. nam ad hoc rex volebat tenere eos, vt ab eis disceret quid illi facere voluerant: & non permitteret redire annunciaturos quæ vidissent. & si illi non confiterentur sponte ad quid venissent, tormentis erueret veritatem.

Addidit Iosephus. cumque inuasionem eorum Raab agnouisset (nam supra murū lini stipulam siccabat.) exploratores quidem illic abscondit. hoc verum est: quia Raab non abscondit viros a principio cum introierunt domum eius, quia istud sine causa erat, sed quando vidit quòd nuncij regis veniebant ad tenendum eos. Et tamen non est putandum ꝙ fuerit ordo, quòd nuncij regis venirent ad Raab quęrentes de exploratoribus: & respōderit non esse ibi, & tunc abscōderit illos. Et hoc quia istud non proderat. nam quando Raab respondit recessisse viros, abierunt nuncij regis ad quærendum eos per viam: vt patet infra in litera. & tunc ad nihil proderat occultari viros in domo, cum non quærerentur ibi. sed dicendum est quòd ista abscōsio fuit antequam nuncij regis quęrerent aliquid à Raab. & quia illa timuit, quòd ingressi nuncij regis domum eius quærerent

F viros, abscondit eos. Et fuit ordo ad hoc: quia erat nox quando venerunt nuncij regis ad querēdum exploratores, & clausa erat porta domus Raab. cumq; illi clamarent ad portam, cognito Raab quòd nūcij regis essent, abscōdit cito viros sub stipula lini, & tūc exiuit ad respondendum nuncijs aperiens portam: quasi nihil nosset, & respondit eis quòd recessissent viri illi. Et hoc adhuc patet: quia quando Raab redijt ad viros, erant sub stipula lini. nam dicitur in litera. nondum obdormierant qui latebant: & ecce mulier ascendit ad eos, s. postquam respondit nuncijs regis ad portam domus non esse ibi viros illos, ascendit ad portam superiorem domus, s. ad solarium, vbi siccabat linum super murum: & illi latebant sub stipula lini, sed nondum obdormierant. Addidit Iose-

G phus: his autem qui a rege fuerant missi, dicebat ꝙ peregrini, qui ignoti fuerant, ante paululum quàm sol occumberet apud eam cęnantes, abscesserunt. hæc conuenientia sunt scripturę. nam Raab finxit se non cognouisse illos, nisi quòd peregrini erant: & permisisset recedere. sed quòd dicit ille ante paululum quàm sol occumberet. dicit litera: cumque porta clauderetur in tenebris pariter exierunt. & ita necesse est dicere quòd asseruisset Raab exploratores exiuisse per noctem in principio noctis, & non ante solis occubitum: sed possumus facere ꝙ concordet cum scriptura, s. quòd illa determinatio de occasu solis referatur ad cęnam, & non ad exitum, s. ꝙ cęnauerunt apud eam paulo ante solis occasum, & postea recesserunt quando porta claudebatur in

H tenebris in principio noctis. Cętera quæ de exploratoribus Iosephus dicit, concordant cum sacra scriptura. ideo non expedit illa applicare. *Vt explorent terram.* Quamquam non scirent Ierichontini venisse viros illos ad explorandum, tamen arbitrati sunt, quòd cognouerunt illos esse viros alienigenas, & hostes de propinquo imminebant.

Misitque rex Iericho ad Raab meretricem. Forte viri Ierichontini qui viderunt Israelitas ingredientes, nō ausi sunt capere eos, quia erant tuti cum manerent in domo Raab. & si traherentur inde violenter, fieret iniuria Raab. nemo igitur ausus est tenere illos, donec venit regis imperium. & hoc notatur aliqualiter ex

I verbis nunciorum regis Raab. nam etiam rex non volebat adducere viros illos de domo Raab sola voluntate, sed expressit causam huius, s. Exploratores. n. sunt, quasi dicat, non debent propter hoc gaudere immunitate locorum. *Educ viros qui venerunt ad te.* Quasi dicat educ tu eos, vt nemo ingerat violētiam domui tuæ educendo eos te inuita. Ista enim erat coactio aliqua propter hoc ꝙ præsumebatur viros esse exploratores: non tamen erat violentia: sicut si inuita Raab, aliquis eos de domo illius eduxisset. *Qui venerunt ad te.* Idest ad hospitandū in domo tua. Vel vt aliqui exponunt: qui venerunt ad te, idest ad coeundum tecum, eo quod Raab meretrix esset. nam

K venire ad aliquam vel ingredi ad eam, est accedere ad carnaliter cognoscendum. Sic patet Gen. 16. cum dixit Sarra Abrahæ, ingredere ad ancillā meam, idest cognosce eam carnaliter. & Gen. 29. cum dixit Iacob ad Labam. Da mihi vxorem meā, quia tempus est, vt ingrediar ad illam, idest vt cognoscam eam carnaliter. Non tamen est sic intelligendum: quia vt dictū est, Raab non erat tūc meretrix. & dato ꝙ esset meretrix, viri Iudæi non cognoscerent eam, quia erat de alienigenis. Item non innuitur ex litera: quia ingredi ad aliquam vel venire ad eam sit cognoscere carnaliter illam. nam quamquā aliquando sic assumat, tamen non est semper generale. nā dicitur de Pharaone Exo. 8. cap. ad te & ad seruos tuos ingredientur ranę:

Exploratores non introierūt domum Raab ad coeūdum.

tanę: tamen non significatur ibi carnalis cognitio. A *Et ingressi sunt domum tuam.* Additum fuit hoc, ne posset Raab negare ingressos fuisse viros in domum suam. nam dicere posset Raab. venerunt ad me viri isti, tamen non ingressi sunt domum meam, quia non recepi eos. rex ergo excludit hanc excusationem dicens: quòd ingressi fuissent domum eius. & sic Raab cognoscens hoc scitum a rege, non inficiata est introijsse ad eam viros, sed asseruit recessisse. *Exploratores quippe sunt.*

Quare viri inquirentes exploratores in domo Raab dixerunt exploratores sunt: quia propter duas rationes.
Quæst. XXIIII.

HOc adiunctum est a Domino. Primum ne Raab moleste ferret: quod rex de domo sua educere vellet hospites, cum ad quiescendum ibi declinassent, & in hoc fieret aliqua iniuria ipsi Raab. sicut patet de Loth quando viri sodomitæ circundederunt domum eius iubentes, vt educeret viros qui ingressi fuerant domum eius, alioquin effringerent fores: vt patet Gen. 19. Respondit Loth dicens, nolite quæso fratris mei, nolite hoc malum facere: habeo duas filias quæ nondum cognouerunt viros, educam eas ad vos, & abutimini eis vt placet, dummodo viris istis nihil faciatis mali, qui ingressi sunt sub vmbra culminis mei. Cum tamen exprimeretur Raab causa legitima quare deberent educi, non fieret ei iniuria, nec debebat moleste ferre. B

Secundum erat, vt Raab dignaretur eos prodere. nam dato, quòd iustum esset viros illos educi de domo Raab propter aliquod maleficium, tamen Raab forte misereretur eorum, & nō proderet illos: cum tamen sciret eos exploratores, nullatenus tegeret: quia viros illos superstites relinqui redundat in malum publicum vrbis Ierichō. quia illi denunciarent hostibus statum vrbis: & sic delerent eam. Etiā erat malum redūdans in Raab & totam eius cognationem. quia exploratores illi facerent deleri vrbē: qua pereunte, Raab & totam eius cognationem eadem ruina inuolui necesse erat. Ideo credebant quod hoc audito, ipsa eos proderet, si apud se haberet. & sic rationabile erat fieri. & proculdubio sic fecisset Raab, nisi eam Deus mouisset specialiter ad occultandum Iudæos illos, & sperandum saluationem cæteris pereuntibus. C

Raab a Deo mota est specialiter ad tegendum exploratores.

Quòd autem Raab a Deo mota fuerit ad tegendum exploratores, & saluandum eos, patet ex verbis, quę ipsa locuta est ad eos. nam mulier Chananæa non mota a Deo, non potuisset loqui ea quæ Raab protulit dicens. noui quòd tradiderit vobis Dominus terram. etenim irruit in nos timor vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Ecce enim qualiter potentiam Dei Hebręorum ad tradendam terram confessa est. & quòd corda mouere posset faciendo ea pauitare. Nec solum hoc confessa est, sed etiam eum Deum verum esse, & excellentiam habere in omnibus rebus cum dixit: Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cęlo sursum, & in terra deorsum. Mota fuit ergo Raab ad faciendum hęc a Deo quæ non fecisset quispiam alius motus prudentia & consilio humano. *Et omnem terram considerare venerunt.* Ierichontini in omnibus his loquebantur ex pręsumptione: nihil quippe secundum certitudinem cognoscebant, tamen in primo verum dixerūt, scilicet quòd isti duo viri Israelitæ exploratores essent. In hoc autem secundo errauerunt, quia non venerant isti duo cōsiderare omnem terram, sed solum vrbem Iericho, & terrā in circuitu eius: vel apud eam: vt patet supra, cum dicitur. Ite cōsiderate terram vrbemque Iericho. dixerunt tamen nuncij regis ad Raab, quòd isti venerant ad explorandum omnem terram propter duo. Primo quia sic opinabantur. nam putabant quòd non solum vrbem Iericho Israelitæ accipere vellent, sed etiam totam terram illam. & hoc verum est. & ex hoc arguebant, exploratores missos ad explorandum omnem terram. Secundum erat vt mouerent magis Raab ad prodendum viros illos si teneret domi. nam acrius sonat quod isti vellent totam terram explorare, quàm solam vrbem Iericho. magis ergo sic ei persuaderent. D E

Tollensque mulier viros abscondit: & ait. Fateor venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent. Cumque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quo abierunt. Persequimini cito, & comprehendetis eos. Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ: operuitque eos stipula lini quæ ibi erat. Hi autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam quæ ducit ad vadum Iordanis. Illisque egressis statim porta clausa est. Infra 6.

Hic ponitur secundum principale, scilicet de exploratorum facta occultatione.

Quare Raab occultauit exploratores: nam potius debuisset eos prodere pro salute sua, & vrbis Iericho.
Quæst. XXV.

Causę qb' Raab abscōdit exploratores.

QVaeret aliquis quare Raab abscondit exploratores, cū potius debuisset eos prodere, nō solum propter salutem publicam, sed etiam propter salutem suam & cognationis suæ. quia exploratores ad malum totius patrię veniebant. Respondendum est quòd Raab si ducta fuisset prudentia & consilio humano, non texisset exploratores, sed magis eos duxisset ad mortem. fuit tamen hoc propter duo. Primo quia fuit a Deo mota ad faciendum hoc, vt supra probatum est. nam patet satis ex verbis eius, quod ipsa cognouerit Deum Hebræorum satis distincte: quòd non eueniret vni simplici mulieri Chananææ, quæ de Deo vero nihil vnquam audierat.

Secundo fuit hoc factum, quia ipsa audierat miracula, quæ Deus fecerat in ducendo Israelitas per desertum, & diuidendo mare rubrum, & occidēdo postea reges fortes Amorrhæorum: sicut ipsa enarrauit exploratoribus: vt infra patet. & ob hoc putauit: quòd sicut illi præualuerant contra Amorrhæos, qui erant fortissimi, ita contra eos præualerent, & adhuc facilius. potissime, quia intelligebant per miracula esse eis terram tradendam, quando aliter tradi non posset. intellexit ergo bonum sibi esse, vt liberaret eos, & committeret se fidei eorum, vt eam postea a morte liberarent. & tamen adhuc istud sine diuino speciali motu non fecisset. est igitur causa huius pręcipua, & quasi totalis, quia Deus mouit Raab.

Quando

Quando Raab abscondit exploratores, s. an mox vt ingressi sunt domum eius, vel quando venerunt nuncij regis ad eam. Quæst. XXVI.

QVAERETVR etiam circa hoc quando Raab absconderit exploratores an immediatè vt ingressi sunt ad eam, vel quando venerunt nuncij a rege. Non est dicendum quòd absconderit eos immediate, vt ad eam introierunt. nam nõ videbatur aliqua causa quare absconderet eos immediate. Et si dicas quòd absconditi sunt exploratores immediate vt venerunt: quia timebant quòd Ierichontini ad comprehendendum eos venirent, sicut factum est. non videtur rationabiliter dictum: quia tunc immediate vt ingressi sunt domum Raab, requisiuissent ab ea de statu terræ, & recessissent antequam venissent nuncij a rege. sed non factum est. non ergo dicendum est quòd exploratores immediate vt ad Raab venerunt, absconditi fuerunt. Nec rursus dicendum est; quòd absconderit Raab viros istos, postquam locuti sunt ei nuncij a rege missi. nam tũc non poterat eos abscondere. Sed modus fuit quòd Raab concluserat domum suam, postquam ad eam ingressi sunt exploratores: quia iam nox erat, cum ad eam ingressi sunt, vt patet supra: cum dicitur. ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filijs Israel, vt explorent terram. Cum autem venissent nuncij regis ad fores, ipsa habebat exploratores in parte inferiori domus, & fecit eos ascendere ad partem superiorem: vt patet infra: cum dicitur. ipsa autem fecit ascendere viros in solario domus suæ, & abscondit eos sub stipula lini: & dum hoc faceret Raab nõ respondit clamantibus ad fores. deinde velociter descendens de solario aperiens fores respondit quæ habentur infra nuncijs a rege missis. Cõtra hoc aliquis obijciet exploratores fuisse absconditos postquam Raab locuta est ad nuncios regis, quia infra dicitur. persequimini cito, & comprehendetis eos: ipsa autẽ fecit ascendere viros in solario domus suæ: operuitq; lini stipula. Respondendum prius fuisse absconditos exploratores, quàm loqueretur Raab ad nuncios regis: sicut supradictum est. Et quando arguitur ex litera quòd prius locuta fuerit Raab quàm absconderit exploratores. Respondendum est non posse hunc esse literæ sensum. nam valde esset hoc frustra. quid enim proderat, vt operirentur exploratores stipula lini, postquam persecutores eorum recesserant a domo Raab, & exierant vrbem ad persequendum eos? non ergo fieret hoc vllo modo, sed antequam loqueretur Raab nuncijs regis. causa quippe occultationis huius erat, vt si forte nuncij regis non credentes Raab scrutarentur domum eius, non inuenirent eos. Et cum ex ordine literæ arguis: quia prius dicitur de collocutione ad nũcios regis quàm de modo occultationis. dicendum ex litera eodem modo arguendo contrarium concludi. nam antequam loquatur hic Raab aliquid nuncijs regis: dicit tollensq; mulier viros abscõdit. Si vero dicas: quomodo ergo stabit litera ista? Respondendum est hic poni recapitulationem quandam. nam primo Raab abscondit viros exploratores, quam loqueretur ad nuncios regis: & hoc signat hic litera: cũ ponit primo quòd mulier absconderit viros, quàm quòd loqueretur ad regis nuncios. & tamẽ quia voluit facere distinctionem magnam inter aduentum nunciorum regis ad Raab, & locutionem ad ipsos: subticuit hic modum occultationis exploratorum. & postea interpositis quibusdam enarrauit illum per recapitulationem. & iste modus obseruatur in frequentissimis narrationibus historicis sacræ scripturæ, vt artificiosius tradantur, & breuius quàm si teneretur ordo naturalis semper in narrando.

Determinatio auctoris.

F *Tollensque mulier viros abscondit.* Scilicet faciens eos ascendere in solarium domus, & ponens eos sub stipula lini: vt infra datur modus horum. In Hebreo dicitur hic. *Tollensque mulier viros abscondit eum.*

Quid fabulantur Iudæi de absconsione exploratorum qui vocatur vnus in Hebræo: & an ex hoc arguatur de incarnatione contra eos: vt putat Nicolaus. Quæst. XXVII.

HOC autem exponunt Iudæi multipliciter. Primo quòd Raab festinabat abscondere viros illos, & in tam paruo loco abscondit eos quòd non videbatur posse sufficere ad capiendum nisi vnum virum.

G Sed iste modus exponendi nihil est, nec habet aliquem colorem aut apparentiam.

Secundo modo exponunt dicentes: quòd solùm vnus vir fuit absconditus. & hoc tenet Rabbi Salomon, dat enim modum huius, dicens quòd isti duo exploratores erant Caleb & Phinees: & Phinees erat angelus. ideo quando volebat videbatur ab hominibus. cum autem nolebat non videbatur: ideo nõ fuit necesse abscondi hunc, sed solum Caleb. & sic vnicus fuit absconditus.

Nicolaus autem dicit quòd quamquam hoc falsum sit. tamen ex hac positione Iudæorum potest contra ipsos concludi possibilitas diuinæ incarnationis. Nam cum Phinees esset angelus & homo: necesse erat vt esset ibi angelus incarnatus, & esset natura humana suppositata, in supposito angeli. si ergo angelus potest suppositare naturam humanam, facilius poterit eã suppositare diuina. ergo est satis possibilis incarnatio.

H Dicendum est: quòd nihil contra Iudæos ex hoc arguitur. quia Iudæi non vocant hic angelum Dei secundum substantiam, ita quòd verè sit angelus. sed dicunt hoc, quia erat sacerdos. Nam erat Phinees filius Eleazari sacerdotis magni filij Aaron: vt patet Num. 25. & primo Machabeorum 2. cap. & sacerdotes vocantur angeli in sacra scriptura, vt patet Malac. 2. cap. scilicet labia sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum est. & tamen nemo intelligit sacerdotes esse vere angelos.

I Quod si dicas non posse fieri inuisibilem, nisi esset angelus secundum substantiam: non valet argumentum contra eos, quia ipsi satis imperite ista accipiũt: nec habent aliunde occasionem accipiendi esse angelos sacerdotes, nisi ex dicto Malachiæ. Ideo ex illa litera est contra eos arguendum: sed ex illa nihil concludetur.

Item adhuc non tenet argumentum Nicolai contra Iudæos. quia quamquam dicerent quòd Phinees erat vere angelus: non ex hoc concluderetur incarnatio possibilis apud eos. Nam non diceretur Phinees esse angelus in carne assumpta, sed vocarẽt eum angelum in corpore aereo assumpto ad apparendum inter mortales: sicut frequenter in sacra scriptura apparuerunt angeli in specie virorum. vt patet Gen. 18. vbi tres angeli apparuerunt Abrahæ vt viri: & postea viri illi angeli appellantur. idem patet Gen. 19. de duobus angelis horum euntibus ad Loth in ciuitatem Sodomam, qui etiam in specie virorum apparuerunt, & viri appellantur.

K Sed ista Hebræorum expositio nullo modo stare potest. quia nullo modo potest Eleazari filius Phinees angelus dici. non enim potest dici angelus in assumpto corpore aereo, quia tunc non esset verus homo,

homo, fuit tamen verus homo, vt patet ex sacra Scriptura, quæ vocat eum filium Eleazari, vt habetur Nu. 25. & 1. Machab. 2. c. Item fuit sacerdos magnus, quia Deus promisit ei sacerdotium magnum, vt patet 25. c. & postea refertur ei collatum, 1. Machab. c. 2. Si autem dicas, ꝙ sit homo verus, & Angelus, hoc nõ stat, quia nullus Iudæorum hoc concederet, nec imaginaretur. Item adhuc ista nihil agunt. nam dato ꝙ Phinees fuisset Angelus Domini habens corpus humanum, non poterat se occultare ex hoc, quia erat Angelus, nisi per quædam artificia quæ ĩ maleficijs sunt: ita vt interdum se inuisibiles faciant, vel poterãt facere percutiendo cæcitate, sicut fecerunt duo Angeli in domo Loth in vrbe Sodomorum, quia omnes de populo appropinquantes domui Loth cæcitate percusserunt, vt patet Gene. 19. ca. & hoc modo potuisset Phinees cæcitate percutere Ierichontinos si fuisset Angelus, & non potuissent accedere ad eos, nec oportebat occultari illos in stipula lini. Nihil ergo habet apparẽtiam, ꝙ vnus istorum fuerit Angelus, & nũquam fuerit occultatus. Dicendum ergo, quòd hic ponitur in Hebræo tollens viros abscondit eum, ex improprietate idiomatis, quia interdum ponitur singulare pro plurali, & nimis barbarice. sicut patet Isaiæ 19. c. vbi litera nostra dicit. & tradam Aegyptum in manum dominorum crudelium. dicit litera Hebraica: ponam super Aegyptum dominos durum. cum deberet dicere dominos duros. Et cum verbum ponatur in plurali, ponitur suppositum in singulari. sicut patet Ecclesiast. 2. c. quis est homo qui posset ingredi post regem, qui fecerunt eum. ita igitur cum deberet hic poni abscondit eos, positum est abscondit eum, nec potest hoc saluari ex aliqua figura, vt in nominibus collectiuis, vel quasi collectiuis, ĩ quibus cum singulari nomine ponitur verbum pluralis. Nec potest dici, ꝙ ponatur hic singulare pro plurali, sicut dicitur Exodi 8. venit musca grauissima, idest multitudo muscarum. nam ibi ex modo loquendi vulgari ponitur singulare pro plurali. hic autem nihil tale est, sed sola Barbarici idiomatis inconcinna congeries. *Et ait.* Scilicet ad nuncios missos a rege, postquam descendit de solario vbi abscõderat exploratores. *Fateor venerunt ad me.* Cõfessa fuit Raab venisse ad eam exploratores: quoniam sciebat, ꝙ cognitum esset ad eam venisse. si ergo negaret, & post conuinceretur mendacij: argueretur rea & conscia facti. confessa est igitur ad eam venisse. *Sed nesciebam vnde essent.* Non respondit Raab: venerunt ad me, & recesserunt, quia tunc argueretur rea sceleris. diceret quippe, cum ad te venissent viri isti qui erãt exploratores, & veniebant terram scrutari, vt delerent, & fauisti eis, recipiendo in domo tua, & non prodidisti hoc, ipsa videris particeps sceleris, ꝙ huiusmodi sceleratos non prodidisti, sed fouisti. nam receptatores criminosorũ puniuntur, sicut in receptatoribus hæreticorum, vt patet extra de hæreticis, & scismaticis, in c. ad abolendã. Respondit ergo Raab se non fuisse horum consciam dicens, nesciebam vnde essent. i. nesciui an essent de Israelitis, vel de alia gẽte. q. d. si cognouissem eos Israelitas fore, tenuissem eos, & renunciassem vobis, vt cõprehendissetis. in hoc autem Raab mẽtita est, sciebat quidem eos esse de Israelitis, & esse exploratores, cũ eos occultauit, alioquin non occultasset.

Determinatio auctoris.

Barbaries Hebraici idiomatis.

De his dicit latius Abulen in repetitione de beata Trinitate quã multum nota pro isto loco contra Iudæos.

An Raab mentiendo peccauerit vel meruerit quia sic excusabat hebræos a morte. Et quomodo mereamur apud Deum. *Quæst. XXVIII.*

QVAERET aliquis, circa mendacium istud Raab, an peccauerit, vel meruerit apud Deum. Cui aliquis fortassis dicet nimis meruisse Raab apud Deum, quia occultauit exploratores. nam adiuuare voluit exploratores exercitus Dei. alioquin caperentur a Ierichontinis, & occiderentur.

In contrarium videtur, quòd peccauerit, quia Raab mentita est, & mendacium peccatum est.

Primo videndum est, an Raab meruerit, & pro hoc distinguendum est de merito, & de hoc, ꝙ meremur.

Quid est proprie mereri.

Et dicendum est, ꝙ cum nos mereamur a Deo, quãcunque meremur, s. quia ipse iudicat actus nostros esse dignos aliquo bono remuneratiuo, oportet, vt nos accepti simus Deo ad hoc, ꝙ mereamur. est autẽ homo acceptus Deo per charitatem: tũc enim actus nostri Deo placiti sunt. nam qui diligit Deum vnus spiritus est, cum eo, vt patet 2. ad Corinth. 6. & qui non diligit in morte manet, vt patet 1. Ioan. 4. c. Vnde ad hoc, ꝙ quis proprie mereatur, debet esse in charitate: sine hac enim nemo Deo placet. est autem proprie mereri, quando quis vitam æternam meretur, quam per actum bonum meremur. nam per actum bonum in charitate factum non possumus minus mereri, quàm vitam æternam, quia bona temporalia quantacunque sint, non sunt sufficiens premium pro aliquo actu bono, etiam s̃m doctrinam Philosophorum, vt late declaratum fuit super Leui. 26. ca. Potest autem quispiã mereri large sumendo meritum, inquantũ actus suus est dignus, vt pro eo aliquod bonum detur, licet nõ vita æterna. Et isto modo dicendum est, ꝙ mereri proprie, quod est mereri vitam æternam, non stat nisi in eis qui non sunt in peccato mortali, sed ex charitate agunt quæ informat actus nostros. mereri autẽ prosperitatem in diuturnitate vitæ, aut longa pace, & larga rerum fertilitate, est mereri temporalia bona. Ideo hoc contingit sine charitate, vt in eis qui in mortali peccato sunt. Et hoc modo dicimus eleemosynam factã in mortali peccato, & cetera bona, prodesse ad temporalium multiplicationẽ, & ad quædam alia, sicut doctores sacri assignant. & notat Henricus in c. oĩs vtriusq; sexus. de pænitentijs, & remiss. Nunc autem applicando ista ad Raab: dicendum est, ꝙ Raab non meruerit primo modo, s. vitam æternam in actu isto, quia in isto mẽdacio erat peccatum, in peccato autem nemo meretur vitam æternam. Et non solum nõ meremur per ipsum actum mortalis peccati, quia hoc erat ꝯ naturã sed etiam non meremur, quando sumus in peccato mortali per quemcũque actum, siue bonum, siue malum faciamus, quia non habemus charitatem quæ est merẽdi radix, & forma. Si autem accipiatur meritum large pro mereri bonum quodcunque temporale, dicendum est, ꝙ meruerit Raab: Nam q̃q̃ in mentiẽdo peccauerit, t̃n quia istud mendacium fuit vtile valde Iudæis, & ipsa fecit intentione proficiẽdi eis: ergo meruit, potissime quia mouebatur a Deo ad faciendum hæc. nam si Raab consilio, & prudentia humana egisset, prodidisset exploratores. sed a Deo mota fuit ad hæc, vt supra declaratum fuit. qui tamen a Deo mouetur specialiter ad aliquid, non male agit in illo.

Si Deus mouet hominem ad malum, vt ad occidendum alterum, an ex hoc excusetur homicida. Et quomodo dicatur Deus mouere ad aliquod malum. *Quæst. XXIX.*

SED contra hoc aliquis arguet, quia Deus mouet aliquem hominem ad occidendum alterũ, & t̃n occidere hominem peccatũ est. patet antecedens, quia q̃n aliquis occiditur a casu, Deus mouit occisorem, vt taliter percuteret, vel ageret, ꝙ alius ex actu suo moreretur, & mouit occisum, vt caderet percussus ab alio. Sic patet Exo. 21. ca. s. Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur. qui autem nõ est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus

manus eius, constituam tibi locum quo fugere dēat. ecce enim dicit, ꝙ Deus tradidit occisum in manus occidentis, quod est mouere occidentem ad occidendū. Ad hoc rn̄deri potest dupliciter. Vno modo, ꝙ Deus non mouit istum ad occidendum, nec hoc dicit litera. sed solum, ꝙ mouit occisum, vt caderet in manus occisoris, qm̄ dicitur ego tradidi eum in manus eius. Et quamquam iste occiderit alterum, tn̄ non motus est ad occidendum, quia uoluit occidere, quamquā occidit. nam dr̄ inuoluntarius per ignorantiam, & ſm violentiam, iuxta Aristo. 3. Ethic. & inuoluntaria non merentur laudes, nec pęnas, vt patet in eod. 3. & sic Deus hunc non mouit, quia ipse nesciuit quid faciebat. Vel si confiteri velimus hunc a Deo motum ad occidendum. Rn̄dendum est, ꝙ moueri aliquem ad malū est dupliciter, s. determinate, vel indeterminate. Quod. n. aliquis moueatur ad malum indeterminate a Deo satis stat, quia malum indeterminate non est malum, & sic Deus ad malum mouet. Alio modo accipitur moueri determinate ad malum, quia cognitum est id in quod homo mouetur. Et tunc dicendum est, ꝙ Deus non mouet quemquam in malum, quia Deus nō est tentator, nec incentor ad malum, sed quilibet a cupiditate sua tentatur, vt patet Iaco. ca. 1. Alio modo rn̄deri potest, ꝙ Deus mouit occidentem a casu ad occidendum, & tamen nō mouit ad malum, siue mortale peccatum: nam occidere a proposito malum est: occidere autem a casu nullum malum est, quia omne malū est voluntarium. Quod autem per ignorantiam fit, inuoluntarium est: cum dupliciter dicatur inuoluntarium. & hoc est, quia non determinate mouet Deus aliquem ad occidendum, sed ad iaciendum sagittam, vel telum. & sic sequitur inde mors quam Deus intēdit, & non est intenta ab isto qui iecit sagittam vel telum. cum ergo iste terminet se ad ea quæ sunt immediata, & non ad ea quę sunt mediate sequentia: non dicitur Deus mouere ad occidendum, nec ad malum.

An Deus posset mouere hominem ad peccatum veniale, & cum sit malum qualiter mouet. Quæst. XXX.

Sed adhuc quæret, quomodo Deus potest mouere aliquem ad peccatum veniale. nam peccatum veniale malum est, tamen Raab q̄ a Deo motam dicimus, necesse est ad minus venialiter peccauisse. Rn̄dendum est, ꝙ de peccato veniali non est sic rn̄dendum, sicut de peccato mortali. nam cum peccato mortali non consistit aliquis ordo amoris in Deum, cum veniali autē consistit charitas. Deus ergo ad mortale non mouebit. Quod autem ad veniale aliquando moueat, non videtur esse inconueniens. potissime si ex veniali aliquod bonum proueniat. Pro quo sciendum, ꝙ Deus aliquando mouet hominem ad peccatum veniale, nō quidem ratione venialis peccati, aut peccati quomodocunque. nam peccatum in quacunque ratione, habet naturam vel rationem mali. Deus autem non potest mouere ad rationem mali, cum non sit ens. contingit tamen ꝙ ille actus qui est peccatum veniale, contineat occasionaliter bonū aliquod, & Deus intendens bonum illud mouebit ad veniale, quod non est directe contra Deum. Ideo dicēdum est, ꝙ Deus non potest mouere hominem ad quodcunque veniale. Causa est, quia quædam sunt venialia quæ ad nullum bonum proficere videntur, sed solum sunt defectus nostri. Et ad tales actus venialis peccati Deus non mouet. Aliqua autem venialia peccata sunt, quę ad bonum quoddam proficiunt, immo si nō fiant, sequitur maius malum. & in tali casu Deus mouet ad peccata illa, qm̄ si non inciderimus in peccata illa, incidemus necessario in maiora, vt si quis alte

Expurgatorium fol 339. exponit pro materiali

F rium quærat ad mortem iniustā, & alius simplici mendacio eius vitam conseruare possit, conseruare debet, & si mentiri recusauerit, alius iniuste peribit, melius est peccare venialiter mentiendo quàm vera proferēdo alteri causam mortis iniquę prestare, quod ad mortalia pertinet, & in multis simile est. sic ergo Deus mouebit hominem ad peccādum venialiter propter magnum bonum, quod inde sequitur, & ne in maiora peccata incidat.

Quæ bona temporalia meruit Raab apud Deum. Quæst. XXXI.

G De peccato Raab sic factum est, s. ꝙ eam mētiri peccatum erat, & tamen quia magnum bonum inde sequebatur, s. liberatio exploratorum, Deus mouit eam ad hoc paruum peccatum, quod veniale erat, & non repugnabat charitatis ordini. non est ergo hoc modo inconueniēs, ꝙ aliquis moueatur a Deo ad peccatum veniale. Deus ergo mouit Raab ad abscondendum exploratores, & mentiendum pro eorum ꝯseruatione, & in hoc merebatur. ꝑꝑ quod sicut ipsa benefecerat Iudęis eorum exploratores ꝯseruando, & dirigendo, ita meruit apud Deum, vt faceret eam magnam tꝑaliter apud Iudęos. Et fecit eam primo misericordiam reperire apud Iudæos, quia eam, & totam eius cognationem ꝑꝑ illam a morte liberauerunt, sicut promiserunt hic exploratores, & postea factum est, vt hr̄ ĵ. 6. ca. Etiam fecit eā
H mereri apud Iudęos, vt esset coniuncta magnis principibus. nam Salmon filius Naason princeps in tribu Iuda accepit eam in vxorem, vt patet Matth. 1. c. cum dr̄. Salmon autem genuit Booz de Raab. Hęc tn̄ bona tēporalia sine Deo non dispensantur. Nec valet si dicas ista bona euenisse Raab ex alia causa, & non meruisse hoc apud Deum ꝑꝑ liberationem exploratorū Iudęorum. Rn̄dendum est, ꝙ Raab ꝑꝑ hoc meruit hāc exaltationem a Deo inter Iudęos. nam obstetricibus duabus Aegyptiorū quarum altera dicebatur Sephora, & altera Phua idem accidit, mentitę quippe sunt Pharaoni, vt liberarent paruulos Iudęorum a morte. & dr̄, ꝙ ꝑꝑ hoc Deus ędificauit eis tabernacula, s. fecit eas diuites. sicut patet Exo. 1. c. Cum Raab similiter a mor-
I te eripuerit Iudęorū exploratores, promeruit vt Deus ędificaret ei tabernaculum. & sic factum est, qm̄ ędificauit ei Deus domum regiam, cum tradita fuerit in vxorem nobilissimo principi Iudęorum, & de ꝓgenie illius reges deriuati sunt, & ad vltimum ipse Messias, vt patet ex genealogia Saluatoris quę retexitur Matt. 1. c. Sciendum autem est, ꝙ in his, qn̄ dr̄, ꝙ obstetrices mentiendo aliquid meruerunt, vel Raab Ierichōtina, non est sic accipiendum, nam mentiri veniale peccatum saltem hic erat, in mentiendo vero, & male faciēdo, non poterant mereri, quia tunc malum ſm se proficeret ad meritum: sed dr̄, obstetrices meruerūt apud Deum, quòd eis ędificaret tabernacula, non quidem quia mentitæ sunt, sed quia paruulos Hebręorum libe-
K rauerunt. Et Raab mentita est, & apud Deum promeruit, vt inter Iudęos exaltaretur, non quidem quia mētita est, sed quia exploratores liberauit. & quamquam liberatio fuerit per mēdacium nihil differt, quia actus distincti sunt. Ideo in vno venialiter peccatur, & in alio est meritum, quātum ad bona temporalia. Per peccatum enim, siue mortale, siue veniale sit, mereri impossibile est, nec per ipsum actum peccati, sed bene aliquis merebitur bona temporalia cum venialiter peccat, quia cum illo malo veniali consistit aliquis alius actus, qui est bonus saltem materialiter, per quem est meritum rerum temporalium.

Arguit

Arguit contra prædicta probando, quòd Raab per istud mendacium, seu peccatum veniale potuit mereri vitam æternam, & est forte argumentum ad probandum, quòd per veniale quis possit mereri vitam æternam. Et quomodo id intelligi debeat. Quæst. XXXII.

SED adhuc aliquis dicet, ꝙ Raab potuit hic mereri vitam æternam liberando exploratores a morte, quod patet, quia mortale peccatum est, quod facit nos nō posse mereri. nam radix merendi est charitas, & cum peccato mortali non consistit charitas. Ideo non poterit vitam æternam mereri per quemcunque actum, qui in mortali peccato est. Peccatum autem veniale non repugnat charitati, nec excludit eam. ideo cum peccato veniali poterit stare meritum proprie dictum, quod est mereri vitam æternam, quia manebit ibi actus charitatis. sed in Raab sic factum est, quia mendacium istud in conseruandis exploratoribus fuit peccatum veniale. ergo non potuit per hoc auferri charitas, & consequenter potuit ibi esse meritum proprie dictum de vita ęterna, quia manebat radix merendi, s. charitas. Respondendum est, ꝙ Raab non potuit mereri vitam ęternam mentiendo, & per hoc mendacium exploratores liberando, quia in hoc peccabat, & in eo in quo est peccatum, non est meritum proprie dictum de vita ęterna, sed de bonis tpalibus. Cum vero arguitur, ꝙ peccatum veniale nō tollit charitatem, quæ est radix merendi, ideo manente ipso adhuc stat meritum proprie dictum. Rñdendū est, ꝙ cum peccato veniali bene stat meritum proprie dictum de vita ęterna, s. ꝙ aliquis qui hēt multa venialia pōt facere aliquem actū directū in Deū per charitatem, & per illum merebitur vitam ęternam, & tñ per ipsum actum in quo est peccatum veniale nemo meretur vitam ęternam, qa valde repugnat, vt in eo actu q aliqualiter deordinatus est, sit meritū de vita ęterna. Vt si quis mentiatur officiose, s. vt eripiat aliquem a morte, vel ne grauis iactura cuiquā infligatur, & manēs in isto mendacio officioso eliciat aliquem actū bonū in Deum q non sit peccatum veniale, nec mortale, poterit vitam ęternam mereri per istum actū. tñ si aliqs solum commiserit vnum veniale, p illud veniale non pōt vllo mō promereri vitam ęternam. Et si obijcias, ꝙ p peccatum veniale pōt aliqs promereri bona tpalia, ergo poterit p illum actum, in quo est peccatū veniale promereri vitam ęternā: dumtñ nullum sit peccatum mortale. Rñdendum est non esse simile, qa si aliquis faciat actum q est bonus ex genere, ēt si in peccato mortali sit, promerebitur tpalia bona, nemo tñ confitebitur, ꝙ quisquam in peccato mortali existens possit pmereri vitam æternā. non ergo est ex hoc arguendum. Et si dicas, ꝙ cum ipso actu peccati venialis est aliquis actus bonus, vt cum mendacio est liberatio a morte. Ideo q̄q̄ non possit aliquis mereri vitam ęternam, quia mentit: merebitur tñ eam, quia liberat aliquē a morte. Rñdendum hoc qdē sufficere ad meritum rerum tpalium, q̄ non requirūt pfectam ordinationem actus in eo qui meret: non tñ sufficit ad merendum vitam ęternā. sed sicut vita ęterna est verū, & pfectū bonum, quod a solo Deo dat: itō oportet, ꝙ actus ille per quem meremur illā, sit totaliter ordinatus, qđ non contingit in actu illo cum quo intercidit peccatū veniale. non pōt igitur mereri vitam æternam, q peccat venialiter in eo actu in quo venialiter peccat, q̄q̄ possit eandem mereri per alios actus, qui non sunt peccatum mortale nec veniale, cum manserit in peccatis venialibus. De Raab autem sic factum est, qm̄ ipsa nō potuit mereri vitam æternam per liberationē exploratorum, quia ipsa cum peccato veniali patrata est. solum ergo promeruit bona tpalia, vt fuit declaratum.

A

An peccauerit Raab excusando per mendacium a morte exploratores, et de multis regulis circa mendacium, quod triplex esse statuitur. Quæst. XXXIII.

SECVNDO inquirendum est de Raab, an in mēdacio pro liberatione exploratorum Iudęorū peccauerit, & arguetur sicut ī principio arguebatur. Rñdendum, ꝙ peccatum Raab fuit hic in mendacio. Est aūt mendacium triplex, s. pernitiosum, officiosum, & iocosum. De pernitioso mēdacio, quod ad alicuius damnum vergit iudicandum est, ꝙ semper sit peccatum mortale. De mēdacio autem iocoso a doctoribus cōiter dr, ꝙ veniale sit, nisi ex assuefactione mentiendi, vel ex desiderio. nam tunc interdum illud mortale faciunt. De mendacio autem officioso, quod ad vtilitatem alicuius est, & in nullius vergit præiudicium, dicūt ꝙ veniale sit. sed adhuc in hoc differt, quia culpa quæ est in officioso mēdacio, potest aggrauari vel diminui diuersimode. nam cū generale sit, ꝙ in mendacio officioso alicui bonum proueniat, & nulli noceatur: nimis differt, an bonum, quod alicui prouenit sit in lucro captando, vel in malo euitando: nam multa permittuntur in iuribus diuinis, & humanis pro damno euitando, quæ non licerent pro captādo lucro. nam licet alicui defendendo bona, pro euitādo damno, occidere alterū, sed non licet nobis quenquam occidere, vt lucrum captemus, qūocunque. Est ergo regula, quòd quandocunque mendacium officiosum est pro captando lucro, est maioris culpæ quā si sit pro euitando malo. Adhuc autem malum, quod euitatur differt, quia quædam sunt mala in perditione rerum, & alia in damnis personalibus. peiora autē sunt quæ infliguntur personæ quam q̄ infliguntur rebus. Est ergo regula mendacium officiosum pro euitādo dāno personali, est minoris culpæ q̄ mendacium p euitando dāno rerū. Amplius aūt nocumenta personalia differunt, s. quędam grauiora, quædā vero minus grauia sunt, vt percuti infamari, occidi, deflorari. & tunc est regula, ꝙ mendacium officiosum pro maiori nocumento personali euitando, est semper minoris culpę. & mendacium officiosum ad euitandum maximū nocumētum, est minimæ culpæ. Adhuc autem nimis in his differt, quia nocumentorum personalium quæ alicui infliguntur, quædam infliguntur iuste, alia vero hominibus nihil meritis. & quia ea quæ nihil meritis infliguntur maiora mala sunt, est regula ꝙ mendaciū personale pro euitandis nocumentis personalibus iniuste inflictis, cęteris paribus semper est minoris culpę. rationes harum regularum satis per se notæ sunt. Nunc vero applicando ad mendacium Raab, dicēdū est, ꝙ mēdacium Raab fuit officiosum, quia in eo nulli nocebatur, & procurabatur bonum aliquorum.

Mendaciū triplex.

B

C

D

Item non erat mēdacium officiosum pro lucro captando, sed pro damno euitādo. nam nullum bonum hic acquirebatur, vel inuestigabatur, sed solum exploratorum vita conseruabatur. Itē non erat officiosum mendacium pro euitando damno rerum, sed pro euitādo damno personali. nam auferri vitam in personis est. Item non erat istud mendacium ad euitanda parua damna personalia, sed maximum, s. mortem, nam mors vltimum terribilium est, iuxta Aristot. 2. Ethic. cum per illam totum bonū indiuidui tollatur. Raab quippe mendacium ad defendendam vitam exploratorum erat. Amplius quoniam Raab iuste istos exploratores defendit, quia erant exploratores exercitus Dei. & hoc ipsa cognoscebat, vt patet inf. in litera. fuit ergo mendacium Raab officiosum, & veniale, & leuissimæ culpę, sicut fuit mendacium obstetricum Aegypti pro liberandis paruulis Iudæorum, quas leuissime peccasse asserunt doctores sacri.

E

Mendaciū Raab fuit officiosum quia nulli nocebat, & multis pficiebat.

Quæ peccauit leuius mentiendo, an Raab Ierichontina, vel obstetrices Aegypti. Et regula ad cognoscendum, quod mendacium est vnum altero damnabilius.
Quæst. XXXIIII.

QVAERET aliquis cum mendaciũ Raab fuerit officiosum pro saluanda vita exploratorum, & mendacium obstetricum idẽtidem officiosum pro saluanda vita paruulorũ Hebręorum, quod eorum fuerit leuioris culpę.

Ad hoc quispiam forte respondebit vtrũque ęquale fuisse. nam vtrunque fuit officiosum, & pro vitãdo damno, & vtrobique erat damnum personale, & vtrobique erat maximum, s. euitatio mortis: ergo per regulas suprapositas vtrobiq; erit ęqualis culpę mendacium. Respondendum est, ꝙ peccatum obstetricum fuit minoris culpæ quàm peccatum Raab. nam quãquam sint ęqualia quantum ad omnia suprapofita, tamen adhuc manent aliqua in quibus sint inęqualia. Et potest argui per vnam de regulis superioribus, scilicet mendacium officiosum, quod est ad euitandum maius malum vel damnum, siue nocumentum personale, dupliciter est maius, vel minus, s. intensiue, & extensiue. Intensiue est maius nocumentum personale, quando duę personę in eodem actu vel diuersis lęduntur in seipsis, & tamen vna magis quàm alia. Damnũ maius extensiue est personale, quando in vno actu lęditur vna persona, vel paucæ, & in alio lęduntur multo plures, etiam si quęlibet harum plurium non magis lędatur, quàm quęlibet personarum paucarũ quæ in alio actu lęditur, vel dato ꝙ quęlibet harum multarum non tantum lędatur. Tunc ergo sit regula, quòd quandocunque sunt duo nocumenta personalia, vel in rebus, & ambo sunt æqualia intensiue, & vnum maius extensiue est, simpliciter est maius nocumentum. Si autem sunt duo nocumenta inęqualia intẽsiue, aut vnum est maius altero intensiue, & extensiue simul. Aut vnum est maius in intensione, & minus in extensione. Et alterum est minus in intensione, & maius in extensione. Si autem primo modo se habeant nocumenta personalia vel realia: manifestum est, ꝙ nocumentum illud, quod tam intensiue, quàm extensiue maius est, erit simpliciter maius. Si autem vnũ sit maius intensiue, & minus extensiue, & alterum è contrario, non poterit fieri comparatio immediate per vniuocum, s. per intensionem vel extensionem, sed cõparanda est magnitudo intensionis magnitudini extensionis, & erit ista comparatio in vniuoco magnitudinis eo modo quo potuerit reperiri vniuocatio. nam satis cognosci poterit quid dicatur esse maius, s. an intensio vnius, vel extensio alterius. Et si intensio vnius fuerit maior q̃ extensio alterius, id quod est intensius est maius simpliciter. si aũt extensio vnius fuerit maior, q̃ alterius intensio, id quod est intensius, est maius simpliciter. Et ẜm hoc dari poterunt regulæ, s. q̃n mendacia officiosa sunt ad euitanda duo damna realia, vel ꝑsonalia, quorum vnũ est maius altero extẽsiue, & ambo sunt æqualia intensiue, vel ambo sunt ęqualia extẽsiue, & alterum est maius intensiue, mendacium officiosum erit minoris culpę, quod est pro euitando maiori dãno intensiue, vel extensiue, & similiter de ęquali. Quantũ ad alterũ horum sit alia regula, q̃n sunt duo mendacia officiosa ad euitanda duo nocumenta ꝑsonalia, vel realia, illud quod est pro euitando maiori nocumento intensiue, & extensiue, est minoris culpę. Sit tertia regula, ꝙ q̃n sunt duo mendacia officiosa, quorum alterum est ad euitandũ maius malum intẽsiue, & aliud ad euitandum maius nocumentum extẽsiue, illud est minoris culpę, quod est ꝓ maiori simpliciter, siue extensione, siue intensione, vt s. commẽsurabat.

F *Alia determinatio circa damnum, & nocumentum futurum, nisi mentitæ fuissent obstetrices Aegypti, & Raab.*
Quæst. XXXV.

NVNC vero magis applicando ad mendaciũ officiosum obstetricum, & Raab. Dicendum est, ꝙ dubium forte videbitur, quid esset maius nocumentum intensiue, s. occidi exploratores, vel occidi paruulos. & forte dicetur ꝙ occidi paruulos erat maius peccatum intensiue, q͂a ad occisionem istorum non erat aliqua causa saltẽ colorata. Ad occisionem autem exploratorum videbantur habere Ierichontini aliquam causam, quia veniebant ad explorandam terram eorum. & hoc dato manifestum erit minoris culpæ fuisse mendacium obstetricum quàm Raab. Si tñ adhuc aliquis volens aliter sentire dicat intẽsiue ęquale malum esse in morte exploratorum, vel maius quàm in morte paruulorum in Aegypto. tñ in nocumento ẜm extensionẽ non poterant ęquari: nam dato ꝙ Raab non mentita foret, solum perijssent duo exploratores missi in Iericho. si tñ obstetrices Aegyptiæ nõ mentitę fuissent perijsset tota posteritas Iudęorum, iusserat quippe Pharao obstetricibus, vt totum genus fęmininum cum in partu effunderetur obseruarẽt. De masculis autem iusserat, vt in ipsa emissione ab vtero necarentur, vt patet Exo. 1. c. excedit ergo in immensum malum, quod esset in occisione paruulorum ipsum, quod erat in occisione explorator ũ, & ꝯñr mẽdacium obstetricum minoris culpę erat valde quàm mendacium Raab Ierichontinę. Amplius aũt quia obstetrices per mendacium suũ maius malum excusauerunt q̃ Raab excusauerit. nam Raab per mendacium solum excusauit mortẽ exploratorum, obstetrices aũt excusauerũt mortem paruulorũ Hebręorum, & peccatũ, quod ipsę alioquin patraturę forent. nam Pharao iusserat eis, vt occiderent in partu oẽ genus masculinum, & si ipsę nõ mentitę fuissent dicentes, ꝙ Hebręę non erant, sicut Aegyptię, q͂a ipsę habebant scientiam obstetricandi, & prius quã ad eas venirẽt, pariebant, compulisset rex illas ad occidẽdum paruulos, vel eas occideret. ipsę vero ne occiderẽtur, fortassis ad necandum paruulos in natiuitate magis inclinarent, & sic peccarent grauiter. excusauerũt ergo per mendaciũ scelus, quod aliàs patraturę essent mortẽ paruulorũ. minoris ergo culpę fuit in eis mẽdacium q̃ in Raab, quia Raab solũ fecisset perire exploratores si non mentita fuisset. cũ ipsa non induceret ad aliquod vlterius peccatũ, q͂a nõ erat occisura eos. Amplius aũt ex quadã regula de superioribus patet, maius fuisse mendaciũ Raab. nã datis dãnis realibus, vel nocumentis pluribus ęqualibus illud mendaciũ officiosum minoris culpę est, qđ est ad excusandum pęnã iniustiorẽ, q͂a pęna quãto iniustius illata fuerit, peior est, sed pęna q̃ inferẽda erat in occisione paruulorum Iudęorũ esset iniustior, q̃ pęna quę esset in occisione exploratorum. nã Pharao rex Aegypti nullã cãm hẽbat veram vel coloratã saltẽ rationabilẽ ad occidendũ paruulos Hebręorũ, & ob hoc non fecit eos publice occidi, sed iussit obstetricibus, vt eos secrete in ipsa effusione ab vtero necarent, vt patet Exod. 1. ca. Ierichontini aũt hẽbant cãm rationabilem ad occidendum exploratores Iudęorum, q͂a veniebant ad inquirendum q̃uo terrã illam subuerterent: leges aũt cuiuslibet politiæ cum iuste puniant peccata, q̃ in alterutrũ fiunt, iustius puniunt peccata facta ꝯ statum publicũ. non est enim mors iustius inflicta, q̃ ea quę patrię proditoribus irrogatur. exploratores autem huiusmodi se habent, q͂a veniebant ad subuertendum statũ vrbis Ierichontinę. iustissime igit Ierichõtini eis mortem intulissent, nec aliquo mõ poterãt dici peccasse in Deũ, q̃q̃ occidissent explo-

exploratores exercitus Dei, quia pro tuendo statu patriæ hoc faciebant. Deus tamen vult, vt nos statum patriæ, & leges eius obseruemus, est quippe naturaliter hoc mentibus nostris insitum, & tanquam vnum de præceptis naturalibus quæ secundum legistas præcepta iurisgentium appellantur, quod tamen vere naturale est. De hoc. ff. de iustitia, & iure. in l. veluti, scilicet veluti religio erga Deum, & quòd parentibus, & patriæ pareamus. agentes ergo isti secundum ius naturale nihil peccabant. Raab ergo excusans per mēdaciū suum mortem exploratorum grauius, quàm obstetrices Iudæorum paruulos per mēdacium eripientes peccauit, quamquam vtrunque veniale fuit.

An peccauerit Raab contra ius naturale, & contra rectas leges excusando exploratores Iudæorum per mendacium a morte, & an fuerit fautrix proditorum, & rea criminis proditionis patriæ. Quæst. XXXVI.

QVAERET autem aliquis, an Raab peccauerit excusando exploratores a morte, quę eis alias per Ierichontinos inferenda erat. Dicet aliquis, ꝙ peccauerit. nam qui agit contra ius naturale peccat: sed Raab egit contra ius naturale, ergo peccauit: maior patet, quia ius naturale est aliquid innatū in principijs practicis rationis nostræ: vbi nos conscientiam vocamus, & in hoc est totum bonum nostrum, ꝙ agamus s͠m dictamē iuris huius. sicut ait Apostolus: hæc est gloria nostra testimoniū conscientiæ nostrę. 2. Corin. 1. idest in hoc est bonum nostrum, ꝙ conscientia nostra reddat nobis testimonium, quòd bene agimus. Idem signatur ad Rom. ca. 2. vbi Apostolus de iure naturali agit, & cum contra conscientiam istam agimus peccatum est. sic patet ad Rom. 14. cap. s. omne, quod non est ex fide peccatum est, idest quicquid est contra conscientiam, est peccatum mortale, vel ędificat ad gehennam, vt patet extra, de restitutione spoliatorum, cap. literas. Quod autem Raab egerit contra ius naturale, patet quia de iure naturali est desiderium obseruandi patriam, vt supra ꝓbatum est. & ad hoc exponere se debet homo multis periculis, vt eam defendat: nam virtuoso viro pro patria si contingat, moriendum est, & dimittet honores & omnia bona, vt eam conseruet. magisq; eliget pro patria semel moriēs perfectam operationem bonam facere, quàm a morte honesta pro patria conseruāda se subtrahens ad multas, & paruas actiones bonas in futurum se conseruet: sic ait Aristot. 9. Ethic. cap. 5. verum, & studioso amicorum gratia multa agere, & patrię, & si oporteat mori: proijciet enim pecunias, & honores, & totaliter circūpugnabilia bona procurans sibijpsi bonum: paucum enim tempus delectari valde magis diliget vtique quàm multum & quiete. & viuere bene vnum annum quàm multos annos qualitercunque, & vnam actionem bonam, & magnam, quā multas & paruas. Cum ergo virtuosi debeant pro patrię conseruatione mori, quanto magis cauere debet quis ne causa desolationis patriæ sit: sed Raab hoc faciebat, quia conseruabat a morte eos qui totum statū Ierichontinæ vrbis subuertere laborabant, & ad vltimum subuerterunt. Nec solum Raab conseruabat salutem exploratorum, sed etiam fauebat eis, vt cōplerent explorationem suam referentes ad Iosue, vt sic cognosceretur status vrbis. nam & si Raab exploratores morte dignos apud ciues Ierichontinos a morte liberasset, nihil vltra agens, paruum malum erat, quia non dabat occasionem vllam, vel fauorem ad desolationem patriæ, quia tamen conseruauit exploratores, & dedit eis modum quomodo redirēt in castra Israelitarum ad renunciādum statum terræ illius, manifeste suam patriam læsit: ergo peccauit valde.

Qūo intelligitur oē, quod non est ex fide peccatum est.

Item non solum hoc fecit, sed etiam exploratoribus statum patrię prodidit. nam illi non poterant ex aliquo alio in tota ciuitate Ierícho statum patrię, nisi ex Raab cognoscere, quod patet, quia ipsi intrauerūt in vrbē Iericho per noctem, vt patet supra, cum dicitur, ingressi sunt huc per noctem viri de filijs Israel. & isti etiam per noctem reuersi sunt pauco interiecto spatio, vt supra declaratum est, nec cum aliquo in tota ciuitate Iericho locuti sunt, ita vt ab eo statum vrbis possent addiscere, nec ipsi quoque per vrbem vagari potuerunt, ita vt aliquid cognoscerēt. Sola autē Raab eis narrauit statum trepidantis patriæ, s. quòd omnes habitatores terrę illius elanguerant, vt patet infra: & ipsi quoque in castra reuertentes, de statu Ierichontinę ciuitatis hoc solum retulerunt, dicentes tradidit Deus in manus nostras omnem terram hanc, & timore prostrati sunt omnes habitatores eius. valde ergo videtur Raab ex his peccasse. Item quilibet tenetur obseruare leges iustas in politia illa in qua viuit, & illi qui infringunt legem quæ in præiudicium alterius vertitur, cum violatur mortaliter peccat, cum hoc pacto alteri noceamus: sed in qualibet politia quæ perfectam legis lationem habet, ponuntur leges contra proditores patriæ, & omnes destruentes statum eius, & contra fautores eorum, & receptatores, & has leges tenētur sub pœna mortalis peccati obseruare omnes, qui viuunt in illis municipijs, quoniam etiam si tales leges datę non essent, ad eas obligarētur ex naturali iure. in ciuitate ergo Ierichontina, sicut in cæteris tales leges essent. & Raab has infringens, quia erat receptatrix, & fautrix hostium proditorum patriæ illius, incidebat in maximum scelus, vnde graue erat peccatum.

Determinatio auctoris ad superius quæsitum. Quæst. XXXVII.

AD hoc respondendū est, quòd in actu Raab multa fuerunt. Primum fuit, quòd Raab exploratores Iudęorum liberare voluit.

Secūdum fuit, quòd ad liberandum eos mentita est.

Tertium fuit, quòd per artificia sua eos a morte liberauit.

Quantum ad primum dicendum est, quòd Raab voluisse saluare a morte exploratores non erat secundum se valde honestum, quia exploratores erāt digni morte, quia ad subuertendum statum totius terrę illius veniebant. Impedire autem executionem iustitię videbatur quid malum. Potissimè quia non solum isti peccauerant, quasi simpliciter peccantes, sed peccauerunt cōtra statum publicum. & talia peccata maxima sunt, & tamen in hoc, quod Raab abscondit exploratores, vel voluit eos a morte eripere, non oportet, ꝙ dicamus eam peccauisse, vel quòd quicunque taliter faciens peccaret, velut si quis malum fecit, & apud aliquem latet, ne iudices eum occidant: non est necesse vt dicamus mortaliter peccare eum, qui huiusmodi reos mortis absconderit, quamquam in ista occultatione aliquando mortale peccatum est.

Sed erat aliquod alterum, in quo Raab videbatur necessario debere incurrere mortale peccatum. sciebat quippe Raab, quòd isti exploratores redeuntes in castra Israelitarum destructioni Ierichōtinę vrbis prębstarent causam, vt factum est. ipsa tamen fauit eis dans modum quomodo redirent illęsi in castra Hebręorū, & hoc voluit, ergo dedit opportunitatem sceleris patrandi, sed & ad illud patrandum cooperata est. & hoc nunquam potest secundum seipsum excusari a grauissimo scelere. Non enim condoluit casuræ patriæ,

quæ per hos exploratores, casus sui sumebat exordiũ. Velut si quis sciret aliquem velle occidere alterũ, vel furari, & daret ei opportunitatem occidendi, vel furãdi occultans eum donec ista ageret. iste quippe procul dubio eodem crimine reus tenetur, quo ille qui huius modi maleficia patrat. Multum enim differt, ꝙ post patratum maleficium quisquam malefactorem pietate ductus occultet ne moriatur, vel ꝙ ei nondum operato malum ad explendum iniquam cogitationem suam opportunitatem tribuat, & fauorem. Primum quippe multoties peccato caret. Secundum vero semper crimen graue est.

Quomodo Raab liberatur a crimine propter multa quæ eam excusant. Et quomodo intelligatur, quòd non tenemur semper conformari Deo in volito, sed in modo volendi, & quomodo ea differant. Quæst. XXXVIII.

DE Raab ergo, ista dicenda erant, nisi aliqua specialia in ea intercessissent, s. ꝙ ipsa valde grauiter mortaliter peccasset abscondẽdo exploratores, & dando eis modum ad redeundum in castra Israelitarum, & quòd ipsa vere extiterit prodens patriam. multa tamen interciderunt quæ Raab a crimine liberant.

Primum ꝙ Raab intelligebat, & clarissime cognoscebat mota a Deo, quòd isti exploratores erant viri de exercitu domini, & ꝙ Deus dare volebat terram istam in manus eorum. ideo voluit cooperari eis, vt in hoc non repugnaret menti diuinæ, sed magis eius executoribus cooperaretur. Quod autem ista intellexerit Raab, patet infra, cum dicitur: noui enim ꝙ dñs tradiderit vobis terram: etenim irruit in nos timor vester. si autem Raab non mota specialiter a Deo, nec cognito, ꝙ Deus determinasset tradere terram istã Iudęis, fauisset exploratoribus Iudęorum, occultans eos, & dãs illis fauorem ad redeundum in castra, valde grauiter peccaret rea criminis proditionis patriæ.

Sed adhuc hoc non sufficit ad excusationem Raab. nã dato ꝙ ipsa cognosceret determinate, ꝙ Deus vellet dare terram istam in manus Iudęorum, non tenebatur ipsa velle, ꝙ traderetur illis, quoniam non tenemur cõformari Deo semper in volito, quamuis illud cognoscamus, sed solum in modo volendi, vt sicut ille quicquid vult ex charitate vult, & ad bonũ, ita nos velimus ex charitate, & ad bonum, quamquam non idem, immo aliquando peccamus si conformemur Deo in volito. Vt Deus vult patrem meum occidi ab aliquo, & ego cognosco hoc mihi reuelatum a Deo, non teneor velle patrem meum occidi ab alio. Immo si volo illũ occidi, sicut Deus vult, mortaliter pecco, quia nõ amo, sicut naturaliter amare obligor. Sed magis dolere debeo, quia ab alio occiditur, & eum defendere obligor quantum potero, & repercutere, vel occidere percussorem eum defendẽdo. Nam si quis cognoscat reuelante Deo, ꝙ pater suus occidatur ab aliquo, & occisor veniat percussurus patrem, & ipse videns sinat occidere, peccat mortaliter, nisi quantum põt defenderit, & tunc non conformamur Deo in volito, sed in modo volẽdi, quia sicut Deus iuste vult patrem meũ occidi ab aliquo ex eius demeritis, ita ego iuste volo eum, non occidi ex charitate ſm quam ad eum diligendum naturaliter, & ex lege diuina teneor. Simile est in animabus pereuntibus æternaliter. Deus enim vult nolentẽ conuerti, perire æternaliter, & vult perire oẽs qui pereũt. nam nisi vellet, nemo posset perire, nos tñ neminem perire velle debemus, sed potius de oĩbus pereuntibus dolere. & si cui placeat, ꝙ aliqs ęternaliter pereat, ẽt postq̃ perijt, delectatur ĩ eo, quod perierit, grauiter peccat: non tenemur ergo cõformari Deo in volito. Et sic Raab non tenebatᷣ conformari Deo, ita ꝙ vellet perituram fore vrbẽ Iericho, sicut Deus volebat, sed potius ei cõdolere nimis debebat, quia sciebat determinatam esse voluntatẽ Dei, ad hoc ꝙ ciuitas illa periret. Hunc modum Christus in seipso nobis monstrauit. nam ipse Deus verus existens diffiniuerat perituram vrbem Ierusalẽ pp peccata, & potissime pp mortem Saluatoris. ipse tñ homo factus in tpe, & in ciuitate illa conuersatus, atque enutritus, de eius perditione tanquam de patria naturali doluit, & lachrymatus est, conformans se sibijpsi Deo in volẽdi modo, sed non in volito. sic patet Luc. 19. c. cum dr, cũ appropinquaret ciuitati fleuit sup illam dicens, quia si cognouisses, & tu, & quidem in hac die quæ ad pacẽ tibi, nunc abscondita sunt ab oculis tuis, qa venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt, & ad terram prosternentᷣ, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidẽ: eo ꝙ non cognoueris tp̃s visitationis tuę. Ex prędictis ergo non poterat excusari Raab. Sed fuit alterũ, quod eam excusauit, s. ꝙ ipsa cognouit ciuitatẽ, & totam terram delendam a Iudęis, & ipsa in hoc doluit condolẽs patrię cadenti. quia tñ cognouit hoc impermutabile esse, cum Deus illud firmiter determinaret volens, vt patria cadente ipsa saltem liberari posset, cõciliata est exploratoribus Iudęorũ eos liberans de manibus Ierichontinorum, vt cum Deus traderet terram in manibus eorũ, sic misererentᷣ eius. Quod aũt ista fuerit intẽtio eius patet, qa postq̃ locuta fuit ad ipsos de liberatione ipsorum, & de statu terrę ait: nunc ergo iurate mihi p dñm Deum, vt qũo ego feci vobiscum misericordiã, ita & vos faciatis cum domo p̃ris mei. Si autẽ sciret Raab, aut saltem dubitaret, vrbẽ Iericho posse pmanere, & non ꝯstaret ei ꝯriũ, s. ꝙ tradenda erat in manus Israelitarũ, peccasset nimis si fauisset exploratoribus occultans eos, & dans opportunitatem redeũdi: quia tñ sciuit oĩmode tradendam vrbẽ, nihil magis pderat impedire exploratores q̃ adiuuare. Item si exploratoribus non redeuntibus in castra Israelitarum posset excusari subuersio vrbis Iericho, vel saltem Raab existimaret hoc modo posse excusari, tenerētᷣ prodere hostes exploratores, vt occiderentᷣ, & impedire eorũ reditum in castra, & si daret eis opportunitatẽ redeundi, vel occultaret eos ne morerentᷣ, valde grauiter peccabat. Sed de oĩbus his desperauit: firmã. n. Dei sñiam sciebat, vt traderetur vrbs Iericho in manus Iudęorũ, & hoc nullo modo euitabile, iõ nõ potens aliquo mõ succurrere patriæ succurrit saltem sibi, in quo nimia prudentia recte egit, nec ordini charitatis repugnauit in aliquo, qn potius a Deo ad hęc mota est, vt ipsa declarauit. sed dato ꝙ Deus eã ad hoc spãliter nõ mouisset recte agebat. non est igitur Raab in aliquo arguenda, nec peccauit, ꝙ exploratores Iudęorum occultare & a morte excusare voluit. Scd̃m erat, an peccauerit in hoc, ꝙ mentita est, & ad hoc rñsum s̄. fuit, peccatũ non fuisse mortale, qa mẽdacium officiosum erat, qđ inter mortalia non computatᷣ, sed fuit veniale, nec quidẽ fuit magna culpa venialis, sed de leuissimis. Tertiũ erat ĩ actu Raab, ꝙ exploratores occultauerit, & a morte protexerit. hoc aũt non differt a primo, nisi tanquã actus imperatus ab elicito, vel tanq̃ actus volũtatis ab actu executiuarum potentiarum. Isti aũt semper pertinent ad eundem gradũ, vel modum bonitatis & malitiæ, quia actus exterior non hẽt aliquid bonitatis, vel malitię, nisi ſm ꝙ est procedens a voluntate & intellectu, quia sensus siue põtentię executiuę ad quas ptinet actus exterior, non sunt principia actionum humanarum proprie sumendo, sed solũ intellectus, & volũtas, iuxta Aristot. 6. Ethic. 1. c. cum ergo actus interior bonus est, necesse est actum fore bonum exteriorẽ. si aũt

actus

actus interior malus fuerit, necesse erit, vt actus exterior malus sit, sicut ergo de primo dictum est, ita de isto tertio dicendum erit.

Ad primum argumentum positum quæstione 36. Quæst. XXXIX.

NVNC vero respondendum est ad argumenta quæ fiebant contra Raab: & primo cum dicebatur, ꝙ conseruare patriam est de iure naturæ, & qui non conseruat, vel qui eã prodit, facit contra ius naturæ. sic autem fecit Raab q̃ exploratores conseruauit, & fauit eis ad redeundum. Respondendum est, ꝙ Raab non infregit ius naturæ, quia ipsa desiderauit salutem Ierichontinę vrbis quãtum desiderare debuit, & doluit de casu eius: & tamẽ quia cognouit necessario tradẽdam vrbem in manus Iudęorum, nec ipsam posse aliquid proficere vrbi, siue exploratores comprehẽderet atque occideret, vel occidi faceret, vel occultaret, & in via dirigeret: non potens consulere saluti vrbis, consuluit saluti suæ, & cognationis suæ pacificans sibi Hebręorum exploratores, vt misererentur eius, cum subuerterent vrbem. In hoc autem nihil mali intulit vrbi non prodens exploratores, qui ad subuersionem eius veniebant. nam sic non profecisset aliquo modo vrbi, & seipsam cum cęteris de vrbe faceret deleri; nec deletis exploratoribus vrbs ex hoc liberanda erat. melius ergo fuit, vt cum vrbs semper delenda erat, Raab cum cognatione sua superesset, quàm vt indigne ciuitati commoreretur. Et cum dicitur, ꝙ agens Raab ista in fauorem exploratorum agebat contra conscientiam, ergo peccabat. Respondendum est nihil egisse contra conscientiam. nam cum occultauit exploratores, non credidit se aliquid facere contra vrbem quam sciebat in omni casu delendam ab hostibus, sed magis credidit se bene agere, quia salutem suam, & cognationis suę sine alicuius præiudicio procurabat.

Raab non fecit cõtra ius naturę, nec ordini charitatis repugnauit, immo fecit secũdum eum.

Ad secundum argumentum, quando dicebatur, ꝙ Raab egit contra leges iustas positas, quæ puniunt receptatores, & fautores proditorum patriæ, & omniũ destruentium statum publicum. Respondendum est, non egisse Raab contra has leges, sed magis conformauit se intentioni legislatoris, quia legislator posuit legem de puniẽdis proditoribus patriæ, & fautoribus atque receptatoribus, quia intellexit patriam posse defendi. si tamen intellexisset legislator aliquem casum esse in quo necesse erat statum publicum destrui, siue abijcerentur proditores, siue non, nihil curasset de fautoribus, & receptatoribus. Ita tamen fuit in destructione vrbis Iericho, quia siue exploratores venirent ad vrbem Iericho, siue non: & siue ibi occiderẽtur, siue redirent in castra, semper vrbs delenda erat. & hoc clare cognoscebat Raab, cum dixit, noui ꝙ tradiderit vobis dñs terram: etenim irruit in nos terror vester. nihil ergo Raab ꝯ̃ leges agebat. Aliquis fortassis vellet excusare Raab, sicut fuit de obstetricibus dicendo, ꝙ sicut fecerunt obstetrices Aegyptię per mendacium liberantes paruulos Aegyptiorum a morte, ita & Raab eruẽs exploratores. sed obstetrices commendantur in sacra Scriptura. & dr̃, ꝙ non peccauerunt dimittendo paruulos Hebręorum, ergo sic erit de Raab. Rñdendum est non esse simile de Raab, & de obstetricibus. nã obstetrices habebant iustam causam faciendi hoc, quia paruuli Hebręorum nullum malum meruerant, nec patres eorum, vt necarentur in partu. exploratores tamen aliquod malum meruerant, nã iuste eis poterant Ierichontini mortem infligere, quia veniebãt ad subuertendam ciuitatem suam, & habebant ꝯ̃ eos oẽ ius, quod habent iustum fouentes bellum. nam iustius ad-

Quilibet i necessitate conformari dẽt intẽtioni legislatoris, & non curare de verbis legis.

A huc videbatur bellum, quod gerebant Ierichontini ꝓ ciuitate sua, quam Hebręi ad capiendam eam. Itẽ non erat simile in Raab, & obstetricibus. nam obstetrices mentitę sunt, vt excusarent se a sanguine innocentum paruulorum, quem ipsę effunderent iuxta Pharaonis imperium, nisi ei mentirentur. Raab vero nihil tale actura erat, quoniam ipsa non erat occisura exploratores Iudęorum, quamquam non mentiretur. & dato ꝙ occideret ipsa illos, non videbatur ipsa peccare, sicut peccarent obstetrices occidendo paruulos Hebręorum, quia Hebręi erant hostes Ierichontinorum, & Raab tanquam vna de Ierichontinis potuit hostiliter se habendo contra exploratores Iudęorum eos occidere. non est ergo conueniens argumentum de actu
B obstetricum ad actum Raab quãtum ad omnia. Item principaliter aliud mouebat: nam obstetrices etiam si non occiderent paruulos Hebręorum in partu, nõ putabant, ꝙ in aliquo lędebant Aegyptios, quia non erat inde malum prouenturum Aegyptijs: nec verisimiliter pręsumebatur. ideo nihil mali agebant in non occidendo paruulos. Sed Raab non manifestando exploratores verisimiliter lędebat patriam suam, quia poterat rationabiliter cogitare, ꝙ illis proditis, & occisis in vrbe Iericho, impediretur conatus Israelitarũ, quia non haberent instructionem, & formidarent. ideo nõ erat simile de Raab, & obstetricibus.

C *An peccauisset Raab, nisi abscondisset, & direxisset exploratores Hebræorum, vel an peccasset si prodidisset eos tradendo in manus Ierichontinorum, & an ex fide hospitalitatis teneretur eos seruare. Quæst. XL.*

SED adhuc quærendum est de Raab, an peccauisset, nisi absconderet, & dirigeret Hebręorũ exploratores. Cui aliquis poterit respondere, quantum ad terminos huius quęstionis manifestum esse nihil teneri Raab. nam nemo cogitur alteri benefacere: sed occultare exploratores, & dirigere eos in via, erat eis benefacere. non tenebatur ergo ad hoc Raab, nec quisquam de Ierichontinis, vel alijs gẽtibus. Ideo aliter ponatur quęstio. s. an peccasset Raab si prodidisset exploratores Iudęorum tradendo in manus Ierichontinorum, vt occiderentur. nec est simile
D huic cum superiori quęstione, nam prior erat in benefaciendo, hęc autem est de non nocendo. ad benefaciendum autem nemo alteri tenetur, sed ad non nocendum obligatur. Quod autem Raab traderet exploratores in manus Ierichontinorum, erat eis nocumentum inferre, ideo longe distant.

Ad hoc arguet aliquis Raab peccare si tradidisset eos. Primo ex fide quam tenebatur obseruare Raab ipsis exploratoribus Iudæorum venientibus in domũ suam. collegerat quidem eos Raab in domum suam, & ipsi ad eam declinauerant, vt requiescerẽt apud eã. videbatur ergo agere ꝯ̃ ius naturę tradendo ad mortem commissos fidei suę. potissime, quia hospitalarij tenentur tueri hospites declinantes ad eos, cum ad eo
E rum protectionem cucurrerint. Hoc videbatur significare Loth Genes. 19. cum dixit, nolite quæso fratres mei, nolite hoc malum facere: habeo enim duas filias quę nondum cognouerũt virum, educam eas ad vos, & abutemini eis, sicut vobis placuerit, dũmodo viris istis nihil faciatis mali, qui ingressi sunt sub vmbra culminis mei. Et sic ex hoc, quòd in domum suam, tanquam ad protectionem intrauerant, videbatur Loth, quòd erat obligatus ad eos tuendum.

Item videtur idem, quia Raab fuit a Deo mota ad agendum ista, qm̃ Deus monstrauit Raab vrbem Iericho, & totã terrã Chananęorũ delendam a Iudęis, & mouit eã ad hoc, ꝙ susciperet hos exploratores, & ꝯser-

uaret eos, ergo si non ageret, sicut a Deo mouebatur, peccaret. Respondendum est, ꝙ Raab nō peccauisset quicquam nec saltem leuissime, si prodidisset Iudęorū exploratores, & tradidisset eos in manibus Ierichōtinorum occidendos. nec hoc solum (si nollet pro eorum vitæ defensione mētiri, nam quamquam hoc in aliquo casu bonum esse poterat, tn̄ non obligabatur ad id) sed etiam non peccasset Raab, si ab intentione fallere cuperet exploratores Iudęorum, vt traderet in manus Ierichontinorum occidendos. Ratio huius est, quia Israelitæ erant publici hostes ciuitatis Iericho, & totius terræ Chanaan, ideo hostiliter contra eos agendo poterant eis iuste mortem infligere quocunq; modo possent, præsertim quia Ierichontini erant defendentes se, & plura licent defensori quàm aggressori. De iure ergo naturali, quod legistę ius gentiū vocant est, vt hostes capiantur vel occidantur, aut subdantur in seruitutem, vt patet. ff. de iustitia & iure, in l. ex hoc iure. & quia hostes non solum agunt ꝯ vnam personā sed ꝯ statum publicum vrbis, & contra omnes personas, & quaslibet diuisim, expetitio vindictæ competit toti vrbi simul, vel cuilibet priuatarum personarum. Licebat ergo Raab, ꝙ ipsa quocūq; modo occideret, vel falleret exploratores Iudæorum, cū essent hostes publici, & ei tanquam vni de ciuitate competebat vindictæ expetitio. si autem Raab abscondidit exploratores, & pro ipsis mentita est, atque direxit in via, non fuit ex aliqua obligatione, vel vt non incideret in peccatū: sed quia eis benefica esse voluit, & ita ipsa significauit infra dicens: se agere misericorditer cum exploratoribus, ideo ꝙ ipsi misericorditer se haberēt cum ea, & domo patris sui, vt in litera patet. Et tamen si obligata esset aliquo iure Raab ad defendendum eos, vel non occidendum, non esset beneficium, quoniam beneficium actio voluntaria est.

Cuicunq; de ciuitate cōpetit vindictę expetitio cōtra hostes, & sic pōt eos tradere, & occidere.

Hospitalarij tenentur tueri hospites declinantes ad eos de iure naturali, & seruare eis fidem. Quæst. XLI.

AD argumenta respondēdum est. Ad primū quando dicitur de fide quam tenebatur seruare Raab, quia collegerat eos in domum suam. Dicendum quòd cuicunque homini tenēda est fides hospitalitatis, quia ex iure naturę hoc est, s. quòd si declinauerit ad hospitium meum, tanquā ibi secure mansurus, ꝙ eum nec opprimam, nec oppressoribus tradam. hostibus tamen fides nulla seruāda est, quia illi moliuntur destruere funditus eos quorum hostes sunt, immo rationi disconuenire videtur, vt fidem aliquam hostibus obseruemus. quamquam ergo declinassent in domum Raab ad manendum, tn̄ non tenebatur eos conseruare, sed magis poterat licite tradere illos occidendos. ipsi quoque exploratores Iudæorum si quid sapiebant, satis notum hērēt Raab, non obligari ad obseruandum eis aliquam fidem. sed potius econtra obligari vrbi Ierichontinæ ad obseruādam fidem, & incolumitatem vrbis, & ob hoc obligari ad occidendum eos, vel ad tradendum in manus Ierichontinorum, vt occiderentur: & sic vere erat, quoniam grauiter peccauisset Raab contra ius naturale, & patriæ pietatem, si non prodidisset exploratores, nisi quia vidit certissime patriam perituram quocūque modo, nihilque proficere impeditionem explorator ū vel occisionem, Ideo benefaciens eis acquisiuit salutem sibi, cum non potuerit eam acquirere patriæ necessario peritur ę.

Ad alterum argumentum, quādo dicebatur, quòd Deus mouerat Raab ad conseruandos exploratores, & notificauerat sibi excidiū patriæ indubitatum, ideo facere tenebatur hoc, nec euadebat reatum criminis

F contrafaciens. Respondendum est differre nimis, ꝙ Deus notificet alicui aliquid futurum esse. Vel quòd mandet ei expresse facere illud. Vel quòd moueat eū ad faciendum illud. Quantum ad primum dicendum est, quòd non teneor facere, aut velle ea quæ Deus notificat nobis futura. nam si Deus notificat mihi, ꝙ pater meus ab aliquo occidendus est, non obligor ad occidendum eum, nec ad volendum, ꝙ occidatur quod adhuc minus est. sed potius obligor ad dolendum, ꝙ sic de patre meo diffinitum est, & ad defendendum eum a quolibet inuasore, vt supra declaratum est, scilicet, ꝙ non tenemur conformari Deo in volito, sed in modo volendi. Quęst. 38.

G Aliud est, ꝙ Deus nobis aliquid expresse facere iubeat. nam tunc siue bonum sit secundū se, vt dare eleemosynam, vel colere ipsum, siue indifferens, sicut ire ad talem, vel talem locum, siue malum secundum se videatur, vt occidere fratrem, filium, vel sororem, aut patrem, tenemur obedire. De bono secundum se, & indifferenti non est dubium, quin obedire teneamur. De malo tamen secundum se, vt occidere aliquem innocentem, maxime patrem vel matrem, sororem vel alium cognatum, dubium videtur magis. Sed de hoc dicēdum est, ꝙ obligamur, nam a Deo totum esse recipimus: ei ergo ad omnia obligamur. Potissime quia voluntas diuina regula est omnium agendorum errare non potens. quicquid ergo iubet proculdubio ius est, & ad illud obligamur. Sic patet in Abraham, cui Deus mandauit, vt immolaret vnigenitum filium suū

H Isaac, quē diligebat, & confestim executus est vadens in locum quem Deus iusserat ad immolandum, vt patet Gene. 22. cap. & ob hoc apud Deum nimis promeruit, vt patet ex iuramento, quod Deus fecit ei. eodem ca. cū dicitur. per memetipsum iuraui dicit dominus, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me benedicā tibi, & multiplicabo semē tuum, sicut stellas cęli, & arenam quę est in littore maris, & possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & in semine tuo benedicentur omnes gētes terræ, quia obedisti voci meæ. constat tamen ꝙ si non fecisset bonum Abraham obediens Deo ad occidendū filium suum, non laudauisset eum Deus ita admirabiliter, nec tanta ei promisisset bona. Sit ergo regula, ꝙ

I quomodocunque nobis Deus quicquā expresse mandat, de quo nobis constat, ꝙ ipse mandat, tenemur illud proculdubio exequi sine aliqua deliberatione quęsita, siue iubeat occidere patrem, siue matrē, siue fornicari, siue occidere nosmetipsos.

Regula theologica, quodcunque nobis Deus facere iubeat, dūm constet expresse, ꝙ Deꝰ iubet, tenemur illud pculdubio facere quantūcūque malum & difficile, et occidere nosmetipsos sine aliqua mora.

Cauendum tamen in his est diligenter, ne quis velociter moueatur ad credendum talia, quæ secūdum se mala sunt, & sceleratissima, a Deo iuberi: nā Deus talia rarissime iubet. Ideo inuestigandum est, an Deus dicat. nam iuxta doctrinam Apostoli non est credendum omni spiritui, sed probandum est, an ex Deo sit, quomodo autem scire possimus, an Deus talia iubeat, vel qui iubet, an Deus sit, vel dęmon, habetur modus in eis quę declarauimus satis late Genes. 20. & 22. s. de

K pręcepto facto Abimelech, & postea Abrahæ.

Nota bonū cōsiliū circa visiones, & inspiratiōes quæ ad malum aliqđ suadent.

Tertium erat, quando Deus mouet hominem ad faciendum aliquid dato, ꝙ non iubeat. & in hoc dicendum est, quòd aut id ad quod impellimur est bonū, aut indifferens, vel est aliquid malum secundum se. Si est bonum vel indifferens, dicendū est, ꝙ si a Deo mouemur dato, ꝙ non sit totaliter motus iste determinate a Deo, illud facere debemus, & hoc quidē consiliū est, nō autem obligatio. nam obligatio nulla causatur ad agendum, nisi manifeste sciamus a Deo esse, velut si expresse pręcepit, aut ita clare moueat intellectum nostrum, & voluntatem omnia ista significans, tanquam si verba eius nostris auribus insonarent.

Si

Si autem id ad quod mouet est malum per se, vt potè contra ius naturę, vel est aliquod scelus, distinguēdum est, an Deus moueat nos multū efficaciter, vel non. si mouet nos non multum efficaciter, est dicendum, quòd nec obligamur illa agere ad quę inclinamur, nec licitum nobis est illa agere. quia non cōstat plene an talis spiritus ex Deo sit. Si vero motus ille à Deo ita sit intensus, vt certissime nobis videat, quòd Deus hoc iubet, nec in hoc vllo modo hęsitemus: agēdum est. Sic patet de Moyse qui putabat se à Deo constitutum iudicem filiorum Israel, & ad hoc inclinabatur tanquam certissime à Deo motus. ideo vindicabat iniurias illatas filijs Israel ab Aegyptijs. Sic patet Actu. 7. c. existimabat autē intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis, at illi non intellexerunt. nunc autem ista ad Raab applicāda sunt. Et dicendum, ꝙ si primum fuisset in Raab, s. ꝙ Deus notificasset ei, ꝙ ꝓculdubio vrbs Iericho tradenda foret in manum Iudæorum, non propter hoc ipsa tenebatur cooperari ad tradendum eam illis, immo si cooperaretur propter hoc solum, peccabat valde grauiter, velut si Deus notificaret mihi, quòd pater meus erat ab aliquo occidendus, & propter hoc, ego eum occiderem, non est dubium quin grauissimum perpetrassem scelus. Et non solum hoc, sed etiam nō tenebatur Raab velle perire vrbem Iericho nihil cooperando ad eius destructionem, quamquam certissime cognosceret hoc Deum velle. nam vulgatū est non teneri nos conformari Deo in volito, sed in modo volendi, quin potius grauissimum esse scelus, interdum Deo in volito conformari. Si igitur primum hoc solum fuisset in Raab, nō obligabatur ad conseruandos, vel non detegendos exploratores, nec saltem in occidendo eos, vel tradendo ad mortem qualitercunque, peccaret venialiter, sed magis videretur iustę agens. Si autem secundum fuit in Raab, scilicet, quòd Deus ei mandauerit, quòd exploratores Iudæorum occultaret, tenebatur ad faciendum, & non prodendum illos Ierichontinis, etiam ad exponendū se morti indubitatę apud Ierichontinos, si cōtingeret, vt exploratores saluaret, & tunc si Raab aliquid horū omisisset, grauiter peccabat, quamquam id quod agebat esse videbatur contra ius naturale. hoc tamē non fuit in Raab, quia non meminit huius sacra Scriptura. si tamen Deus ei mandaret, quòd occultaret, & conseruaret exploratores Iudæorum, ipsa expressisset exploratoribus, sicut retulit eis, quòd notum erat ei Deum tradidisse terram illam in manus Iudæorū, & per hoc adhuc magis poterat suadere exploratoribus, quòd cū vastāda foret vrbs Iericho, eam cum cognatione sua reseruarent, quia sic cognoscerent magis determinate exploratores, voluntatis diuinę esse, vt Raab nō periret. non ergo ex hoc fuit Raab obligata ad seruādū, vel non prodendum exploratores cum nihil tale extiterit, nec peccaret prodens eos. Erat autem tertium quòd Raab fuerit mota à Deo ad hoc faciendum. Et in hoc secundum distinctionem supra positam quantum ad hanc particulam dicendum est, quòd Raab abscondere exploratores, & dare eis opportunitatem cognoscendi statum vrbis, & renunciandi illum hostibus, erat contra ius naturę, quia infringebat fidelitatem quam debebat patrię, ideo non debebat hoc facere ex qualicunque motu Dei ad hoc. sed requirebatur motus ita intensus, & euidens, quòd transiret qua si in vim præcepti, talem autem motum non apparet fuisse in Raab, ideo ex hac parte obligari non videbatur ad conseruandum, vel non prodendum exploratores. Sed dicendum est, quòd Raab non fuit obligata ex aliquo istorū, vel ex aliquibus alijs, & dato, quòd prodidisset, & occidisset, vel occidi fecisset Israelitas

A non peccaret, voluit tamē eos abscondere saniori ducta consilio. Nam cum sciret vrbem certissime tradēdā in manibus Iudæorum, siue exploratores custodirentur, siue non, maluit vt corrueute patria quę nullatenus conseruari poterat, ipsa incolumis cum sua consanguinitate seruaretur, quam vt ipsa cum patria inutiliter caderet. non tamen ex aliqua obligatione actū est, vt exploratores incolumes ab ea seruarentur. Ad argumenta facta in principio satis responsio patet ex prædictis. Rādit ad argumēta facta supra q̄one 28. pro & contra.

Ad primum quando dicitur, Raab voluit occultare, & adiuuare exploratores exercitus Dei, ergo non peccauit. verum est, quia cognoscebat terram necessario tradendam Iudęis, alioquin peccasset tanquam

B proditrix patriæ. nec tamen meruit in hoc bona vitæ ęternę, sed solum temporalia. vt patet ex præpositis.

Ad secundum argumentum quando dicitur, quòd Raab mentita est quando abscondit exploratores. Respondendum est eam peccauisse. sed hoc solum venialiter, vt patet in primo declaratis.

Cumque porta clauderetur. Hic ponitur modus colorationis mendacij Raab, scilicet, quòd exploratores exierint cum clauderetur porta.

Hæc porta an fuerit ciuitatis, vel domus. *Quæst. XLII.*

ISTA porta potest intelligi de porta ciuitatis Iericho, vel de porta domus suæ. Si intelligat̄ de porta domus suę, est sensus, quòd illi viri fuerant in

C domo Raab, & tamen cum iam esset nox, & ipsa clauderet portam, exierunt per tenebras viri illi, non vidente Raab. & tunc ponitur ista clausula ad duo. Primum ad colorandum factum. nam Raab enarratura erat nuncijs missis à rege Iericho, quid de viris illis factum esset, & ad enarrandum decenter mendacium, quod commentabatur, exposuit istum ordinē rei gestę, qm̄ iste videbatur esse conueniens ordo, & probabilis ad hoc, ꝙ accidisset res ista. Secundum est, vt nuncij regis non inquirerent domum eius: nam si forte Raab posuisset aliam excusationem, nuncij regis non certificarentur, & inquirerent domum eius, dixit eos recessisse cum clauderetur porta, vt sic recederent, non curantes scrutari domum illius. Alio mo

D do potest intelligi de porta vrbis, s. ꝙ viri illi egressi fuerunt è ciuitate, s. ꝙ exploratores isti steterūt in domo Raab, & postea cum tenebræ essent, & clauderetur porta vrbis, illi egressi sūt de vrbe, nec cogniti sūt a custodibus portarum. hoc autem dicit Raab ad excludendum, ne inquirant domum eius, quia cum esset clausa porta vrbis, & viri nō essent in domo Raab, existimarent nuncij regis, ꝙ essent viri in vrbe, & perquirerent eos per vrbem, & postea redirent ad ipsam domum Raab, cum non inuenirent in vrbe. Vel ꝙ magis consonum est rationi, dixit eos exiuisse portam vrbis. quia si diceret eos manere in vrbe, vel non diceret exiuisse de vrbe, daretur locus suspicandi, ꝙ in domo Raab essent, quia illi non auderent ambulare per

E vrbem, ne cognoscerentur: cum propter hoc uenissent per noctem in domum Raab, verisimile erat eos manere in domo Raab, si in vrbe manebant, & sic scrutarentur domum Raab.

Quomodo poterat dicere Raab, quòd exploratores iam exierant portam vrbis, & vnde hoc scire poterat. *Quæst. XLIII.*

SED dices quomodo poterat dicere Raab, ꝙ illi egressi fuerunt portam vrbis. vnde enim ipsa scire poterat, vel dato, quod verum esset illos exiuisse, & ipsam aliquo casu hoc cognouisse, quomodo verisimile esset ipsam scire potuisse, quod illi

illi exiuerant portam vrbis. nam si non esset verisimilis narratio eius, non crederetur ei, sed potius conuinceretur eam velle fallere, & tūc inquireretur domus eius. Respondedum est, verisimile esse potuisse Raab cognoscere, an viri illi exiuissent per portā vrbis, quia domus eius erat coniuncta portę ciuitatis, & stans in domo sua scire poterat, an aliquis egrediebaẗ, & quis erat egrediens. hoc patet ex litera, quia dicitur infra, ꝙ domus Raab hęrebat muro, & ipsa dimisit exploratores per funiculum per murū. erat ergo domus apud portam, ita vt faciliter cognosci possent omnes ingredientes, & egredientes vrbem. Sed dices, ꝙ quamuis constet domum fuisse apud murum, non constat, an fuerit apud portam, quia satis stat vnum sine altero.

Respondendum est non concludi necessario ex litera fuisse domum Raab apud portam ciuitatis, sed cū dicatur fuisse apud murum, & quia ipsa erat hospitalaria, quæ ad hoc est, vt viatores ad se colligat, verisimilius est eam habuisse domicilium apud portam vrbis, quam in alio loco, & sic dicere potuit verisimiliter de exitu eorum.

Cum dixit Raab, quòd egressi fuerant exploratores portam, an intellexit de porta domus, vel vrbis. Quæst. XLIIII.

QVAERET aliquis, cum possit ista litera de porta vrbis, vel de porta domus Raab intelligi, de qua verisimilius intelligatur. Respōdendum est verisimilius deberi intelligi de porta vrbis, quam de porta domus Raab.

Quod patet, quia si intelligeretur de porta domus Raab, non diceret ipsa ad nuncios regis, persequimini cito, & comprehendetis eos, in quo dicebat eis, quòd irent extra vrbem ad persequendum exploratores. Si tamen ipsa diceret de porta domus suæ, nihil ageret ad propositum ꝙ ipsi persequerentur eos extra vrbē. Sed intelligendo hoc de porta vrbis, est conueniens sensus, scilicet egressi sunt per tenebras, quando claudebatur porta ciuitatis, ideo persequimini eos cito.

Item patet iste sensus ex eo, quòd fecerunt nuncij regis. nā immediate vt eis ista dixit Raab, egressi sunt portam vrbis, & persecuti sunt exploratores per viā, quæ ducit ad vada Iordanis, vt patet infra, & tamen si non diceret Raab illos egressos portam vrbis, non ꝑsequerentur illos nuncij regis. Item verisimile est, ꝙ Raab magis de hac porta dixerit, quàm de porta domus suæ. nam ipsa intendebat excludere nuncios regis, ne scrutarentur domum suam. verisimile est igitur, ꝙ ipsa posuerit eum colorem in narrando, qui efficacior ad hoc esset, cum falsum enarraret ad colorandum, & tamen valde magis suadebat intentum, dicēs illos egressos fore vrbem, quam egressos fore portam domus suę, de porta ergo vrbis locuti sunt Raab, & nuncij regis. Patet hoc, quia si Raab diceret eos egressos domum suam, & non vrbem, ipsi non persequerētur eos immediate extra vrbem, sed primo inquirerēt vrbem, & ad hoc inquirerent domum Raab, ne forte laterent in domo sua, & deinde totam vrbem, & hoc modo inuenirentur. Et dato, quòd nō scrutarentur domum Raab, scrutarentur totam vrbem reliquam, & cum non reperirent eos, redirent ad domum Raab inquirentes, an illuc redijssent, vel ibi mālissent: & tūc aut teneret Raab exploratores ī domo, vel dimisisset eos per funem extra vrbem: si teneret eos in domo, possent reperire Ierichontini, cum diligenter inquirerent, vel si dimisisset eos, cum Ierichontini non repertis exploratoribus ī vrbe vellent eos inquirere per viā Iordanis, possent reperire, non erat ergo modus conuenientior, quàm vt Raab diceret nuncijs regis, vt ꝑsequerentur eos, & postquam illi exirent, mitteret ex-

F ploratores ad montana, ne eos haberent obuios Ierichontini redeuntes, & sic factum est. istud autem artificium quamquam ab homine fieri satis faciliter posset, tamen credendum est Deum specialiter direxisse Raab ad sic agendum, quoniam multa hic dicta, & facta sunt, & omnia valde ordinate, & exitum prosperū habuerunt.

Clauderetur porta in tenebris. Idest, quando claudebatur porta hora tenebrarum, quia iam erat nox atra, cū porta Iericho clausa est. Dicitur hoc, quia forte nuncij regis dicerent ad Raab, non est hoc verisimile, quia si exijssēt portam ciuitatis visi fuissent, & custodes ciuitatis tenuissent eos, excludit hoc Raab dicēs, quòd clausa fuit porta in tenebris, idest hora qua erant iam G tenebrę, & sic potuerunt faciliter egredi a nullo cogniti.

Si autem obijceretur ipsi Raab, quomodo ipsa cognouit eos egressos vrbem. Respondere posset, quòd egressi sunt de domo eius, & hoc ipsa vidit, & quia domus sua erat contermina foribus vrbis, potuit eos videre egredi portas vrbis, & cognoscere, quia sciebat antequam egrederentur qui erant.

Illi pariter exierunt. Idest simul illi exierunt, & porta clausa est, quasi dicat, illi expectabant, vt egrederentur per noctem atram a nullo cogniti, & ob hoc tandiu expectauerunt, quousq; porta claudebatur, & tūc ipsi exierunt, & quia erant in domo Raab quæ erat ꝯtermina foribus ciuitatis, poterant videre quando custodes claudere pararent, & tunc per tenebras egressi H sunt. Omnia ista quamquam falsa forent, erant tamē verisimilia, quia erat porta Raab apud portam vrbis. Quod autem dicebatur supra, exploratores egressos esse, cum clauderetur porta vrbis per tenebras, necesse est clausam fuisse portam, quando tenebræ erant. nam exploratores introierūt in vrbem, cum esset nox. vt patet supra, cum dictum fuit ad regem Iericho. ecce viri ingressi sunt huc de filijs Israel per noctem, sed postea clausa est porta, necesse est igitur illā clausam fuisse per noctē. *Et nescio quo abierunt.* Hoc dicit Raab ne dicatur conscia facti eorum. nam si ipsa sciret quo ipsi iuissent, signum erat ipsam cognouisse, quomodo exploratores essent, & tunc criminis rea ageretur, ꝙ I exploratores cognitos non prodidisset. Sed dicet aliquis non posse hoc stare, quia infra dixit Raab ad persecutores, persequimini eos cito, & comprehendetis; non poterat tamen dici conuenienter, ꝙ comprehenderentur, nisi cognosceretur via illorum. Respondēdum est: ꝙ Raab fingebat se nescire ꝑ certitudinem, quo iuissent tanquam nihil ei expressissent, existimabat tamen, ꝙ ipsi redirent in castra Israelitarum a quibus venerunt, ideo monebat, vt per viam quæ illuc ducit, eos persequerentur, & hoc significat, ꝙ comprehenderent eos. *Et nescio quo abierunt.* Scilicet per certitudinem, sed existimo, ꝙ redierunt in castra Israelitarum, vt patet ex prædictis. *Persequimini cito.* Idest immediate eatis post eos, & comprehendetis illos. Intētio Raab erat, quòd exploratores non inuenirentur, & adhuc non volebat eos tenere in domo sua vsque K ad sequentem diem, quia sic posset cognosci, ꝙ essent in domo eius, & inciderent in mortem tam exploratores quam Raab, nec voluit eos dimittere sequenti die, quia inuenirentur per diem, & tenerentur, potissime quia, vel exirent per portam vrbis, vel per murū, non per portam vrbis, quia tenerentur, non per murum, quia viderentur, & nō auderet hoc facere Raab. expediebat igitur, vt illa nocte emitteret eos Raab, & quia si prius exploratores mitterentur a Raab, quàm exirent Ierichontini ad persequendum eos, possent eos inuenire Ierichontini velocius currentes, ideo expediebat, vt primo irent Ierichontini, posterius vero explora-

exploratores. Et quia si post exeuntes exploratores reperirentur a Ierichontinis requirẽtibus eos per diuersa loca tenerentur, dixit Raab, vt Ierichontini persequerentur cito Israelitas, s. vt immediate recederent, & in itinere non morarentur, & tunc postquã egressi sunt viri Iericho per aliquantum spatium, misit Raab exploratores per murum.

Et comprehendetis eos. Loquitur Raab non per certitudinem, sed quasi suspicãs hoc esse rationabile, vel verisimile. nam exploratores exeuntes vrbem, verisimile est, vt ad suos redirent renunciaturi quæ viderãt, ideo si Ierichontini cito procederent, verisimile est, quòd cõprehenderent eos, quia exploratores Iudęorum nesciebant vias terrę illius, ideo non possent, ita expedite procedere potissime per noctem: Ierichontini autem, quia optime terrã nouerant, velociter gradientes eos comprehenderent.

Ipsa autem fecit ascendere viros. Hic ponitur modus quo abscondit Raab exploratores, hoc legendum est per recapitulationem. nã supra posuerat: quòd Raab abscondit viros istos, & postea subiunctum est de verbis eius ad nuncios regis, nũc vero reuertitur scriptura ad enarrandum modum occultationis.

Quare auctor intelligit istam literam per recapitulationem. Quæst. XLV.

SED dicet aliquis, quare ponis recapitulationẽ, nunquid non sufficit ordo naturalis hic literæ huic? Respondendum est impossibile esse literam istam intelligi eo ordine, quo describitur, quia primo ponitur occultatio, deinde verba ad nuncios regis, deinde subditur modus occultationis, sed manifestum est inter occultationem, & modum occultationis nihil posse intercidere, cum vnum sit accidens alterius. necesse est ergo hic esse mutationẽ ordinis a naturali processu rei gestæ, & oportet poni anticipationem, vel recapitulationem. erit enim anticipatio, si dicamus, quòd prius Raab locuta fuit nuncijs regis, & postea abscondit exploratores: & tamen, quia tangitur ab initio, quòd mulier tulerit exploratores, erit anticipatio ordinis. Si autem dicamus, quòd primo Raab absconderit exploratores, & postea locuta fuerit ad nuncios regis, erit recapitulatio ordinis permutati.

Quid verius hic poni debet anticipatio, vel recapitulatio. Quæst. XLVI.

SED tunc quæres, cum hic necesse est poni anticipationem, vel recapitulationem, quid eorũ verius poni debeat? Respondendum est dici debere, quòd sit recapitulatio, s. ꝙ fuerit Raab locuta ad nuncios regis, postquam abscondit exploratores, quod patet. nam non videtur rationabiliter dictum vllatenus, quòd Raab nõ curauerit abscondere exploratores, antequam venirent nuncij regis ad inquirendum eos, & abscõderit postquam reliquerunt nũcij illi domum Raab. nam absconsio fiebat, ne viderẽtur, aut inuenirentur si inquirerentur, sed periculum erat adhuc, cum nuncij regis venerũt ad domũ Raab, & poterant inquirere domum, cum vero recesserunt de domo eius, non erat vllum periculum, nec causa abscondendi, ergo si prius Raab non abscondisset, nõ absconderet posterius. Aliç rationes ad hoc suprapositæ sunt.

Determinatio auctoris. Dicendum ergo, ꝙ est sensus huius literę. *Ipsa autem fecit ascendere viros*. Idest, quòd quando Raab audiuit nuncios regis clamantes ad portam, fecit cito ascẽdere exploratores in solarium domus antequam

A aperiret portam, vel responderet illis, & operiens eos stipula lini descendit, & reserata porta, locuta est ea q̃ supra posita sunt nuncijs regis.

In solarium domus suæ. Solarium dicitur locus ad solem expositus, vel soli patens, in litera Hebraica ponitur tectum, & idem est. Sũt enim domus in terra Chanaan habentes tecta plana non operta tegulis, sicut apud nos sunt, sed de terra, vel calce fabricata sunt, & ibi conueniunt homines ad quiescendum, secũdum ꝙ in aliquibus terris Hispaniæ sunt. Loca autẽ illa vocantur tecta, quia his domus tegitur. Vocantur etiam solaria, quia soli exposita sunt, eo ꝙ non sunt cooperta, vel sunt facta, vt ibi homines sint ad solem, & iste status tectorum, in quibus homines manerẽt ad quiescendum, signatur Deut. 22. c. cum dicitur, cum ædificaueris domum nouam, facies murum tecti in circuitu, ne effundatur sanguis innoxius in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente, & sic videtur, ꝙ super tectum homines sunt, cum inde ruere possint. Sed hoc intelligi non potest, nisi tecta domorum talia sint, qualia designata sunt. *Operuitque eos lini stipula quæ ibi erat*. Idest super solariũ illud parabat Raab linum terens illud, & posuit linum super eos. vocatur autem stipula lini ipsum linum nondum factũ, quod in morem stipularum est: vel vocatur stipula lini ipsa purgatura lini, quia in fractura decorticantur quædã partes quæ non sunt per modum fili, sed ad modum stipularum, aliæ vero filosæ sunt, & flexibiles. quomodocunque assumatur stipula lini non differt, quia vtroque modo tegi poterãt. *Hi autem qui missi fuerant*. Scilicet qui missi fuerant a rege ad inquirendum exploratores in domo Raab. *Secuti sunt eos*. Scilicet exploratores. Audierant enim isti Ierichontini viri a Raab, ꝙ exiuissent exploratores portam vrbis, in quo arbitrabantur eos iuisse ad vadum Iordanis, vt redirent ad Iudæos, a quibus missi fuerant, & ob hoc secuti sunt eos. hoc autem non ſm veritatem erat, quia exploratores non ibant per viam illam, nec per aliquam aliã, cum manerent in domo Raab absconditi, sed ſm, ꝙ existimabant, Ierichontini persequebantur eos, hoc autem fecerunt nuncij regis, quia secuti sunt consiliũ Raab. *Per viam quæ ducit ad vadum Iordanis*. Cum existimarent certissime Ierichontini decepti a Raab exploratores egressos portam vrbis, non potuit eis venire in mentem, ꝙ irent alio itinere quàm redeuntes in castra Israelitarum.

Ad illa autem iter erat per vadum Iordanis, ideo Ierichõtini persecuti sunt eos per viam quæ illuc ducit, ex hoc innuitur, ꝙ Iordanis non habebat pontem per quem Israelitę transire possent, sed solum erat vadũ, & per locum illum iter erat omnibus transeuntibus, & quia non erant multa loca vadabilia in Iordane, erat locus determinatus, quo iretur ad vada Iordanis, & per hunc locum exploratores transierunt tam euntes, quam redeuntes.

Vt in valẽtia, & ĩ maxima parte bethieę.

B Domus terrę Chanaã erant sine tegulis.

C D

Quare non transierunt Israelitæ per vada Iordanis. Quæst. XLVII.

E SED quæret aliquis quare non transierunt Israelitæ per uadum Iordanis, cum irent in Iericho, sicut transierunt exploratores. Respondẽdum est, sicut supra dicebatur, scilicet, quòd Iordanis tunc intumuisset, & omnes ripæ eius plenæ essent in diebus messis, vt patet infra 3. ca. *Illisque egressis*. Scilicet nuncijs regis.

Statim porta clausa est. Scilicet porta vrbis, vel porta domus Raab, de vtraque enim intelligi potest. si accipiatur de porta domus Raab, est sensus, ꝙ steterunt nuncij regis Iericho cum Raab in domo sua inquirẽtes de

tes de exploratoribus, cum vero eis Raab respondisset exierunt, & tunc porta domus Raab clausa est, & hoc ne aliqui alij ingrederentur domum Raab, qui viderе possent exploratores. vel potest intelligi hoc de porta vrbis, scilicet, quòd cum Raab dixit egressos de vrbe exploratores, nuncij regis volẽtes persequi illos per viam, quę ducit ad vadum Iordanis, aperuerũt portam vrbis, & cum ipsi exirent, porta clausa est, & hoc vt si forte manerent exploratores in vrbe, nõ possent egredi postea, vel ne aliqui alij subingredi possent, & iste sensus est conueniẽtior. nã de porta domus Raab quòd clauderetur, nihil attinebat ad hoc, & tunc ponitur ista clausula tanquam redditiuum rationis eius, quod infra ponitur de dimissione exploratorum per murum. nam Raab postea voluerat dimittere exploratores per portam ciuitatis, quæ erat apud portam domus suę, sed nequiuit, quia clausa erat. Nam mox, vt exierant nuncij regis ad persequendum exploratores per viam vadi Iordanis, porta clausa est.

Necdum obdormierant qui latebant, & ecce mulier ascendit ad eos, & ait. Noui quòd dominus tradiderit vobis terram. Et enim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terrę. Audiuimus ꝙ siccauerit dominus aquas maris rubri ad vestrum introitũ, quando egressi estis ex Aegypto, & quæ feceritis duobus Amorrhęorum regibus qui erant trans Iordanem, Sehon & Og quos interfecistis. Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum. Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum. Nunc ergo iurate mihi per dominũ, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei, detisque mihi verum signum, vt saluetis patrem meum, & matrem, fratres, ac sorores meas, & omnia quę illorum sunt, & eruatis animas nostras a morte. Qui responderunt ei. Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos. Cumque tradiderit nobis dominus terram, faciemus in te misericordiam, & veritatem.

Exo. 1.

Infra 6.

Hic ponitur tertium, s. de conuentione facta inter Raab, & exploratores, & ista fuit postquam recesserant nuncij regis, & requisiuit exploratores Raab de pacto ineũdo postquam eis periculum demõstrauit, & nondum plene illud euaserant. Nam si nollent tũc conuenire exploratores cum Raab, vt facerent misericordiam cum ea, & domo patris sui, poterat adhuc eos tradere in manus Ierichontinorum, & sic conuenientius tempus ineundi fęderis, cum exploratoribus erat, postquam aduenientibus nuncijs regis absconditi sunt, quam antequam occultarentur. *Necdum obdormierant*. Vocantibus nuncijs regis ad portam domus Raab, abscondit exploratores sub stipula lini, & postea descendens de solario ad nuncios regis, locuta est cum eis, & mansit aliquanto tẽpore deorsum non

F ausa ascendere ad solarium ne sentiretur quomodo illuc ascẽdebat, & presumeretur aliquid cõtra ipsam: etiam quia ipsa volebat ascendere ad solarium, vt dimitteret eos per murum, tamen nõ decebat, ꝙ dimitterentur vsq; ad magnam partem ipsius noctis in cõticinio, ne videretur Raab deponens eos per funem de muro ab aliquibus Ierichontinis, quia sic criminis rea esset, & exploratores capi possent. In toto igitur hoc spatio dormire poterant exploratores, non tamẽ adhuc dormierant, quod fiebat in eis, quia in magno timore erant, veriti ne nuncij regis ascenderent ad inquirendum ipsos, vel Raab eos prodere vellet. nam tunc erant in manu eius, & adhuc non confidebant plene ei, quamquam ista faceret, vt patet infra: cum

G dicitur. responderunt ei, anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos, si tamen nullatenus dubitarent de fide Raab, non adiecissent hanc conditionem. satis ergo erat rationabile, nõ posse exploratores dormire quousque veniret ad eos Raab.

Forte aliquis dicet, ꝙ non erant absconditi isti, quãdo dr̃, ꝙ nondum obdormierant. nam positi sub stipula lini nullatenus poterant dormire, frustra ergo erat dici de eis, ꝙ nondum obdormierant, & sic videbitur dicendum non fuisse eos tunc absconditos. Respondendum est, ꝙ absconditi erant, quando dr̃, ꝙ nondũ obdormierant, quod patet ex litera quæ dicit, nondũ obdormierant qui latebant, ergo tũnc latebant. Cum dr̃, ꝙ non poterant dormire absconditi. Respondendum est, ꝙ taliter erant dispositi sub stipula lini, ꝙ dormire possent, nisi eos tenuisset terror, & ob hoc dr̃, ꝙ

H nondum obdormierant. *Ecce mulier ascendit ad eos*. Idest ascendit Raab ad solarium domus, non enim ausa est ascendere immediate, vt recesserunt ab ea nuncij regis, quia erat tunc parua pars noctis, & timuit videri ab aliquo de Ierichontinis quando deponeret exploratores per murum, & sic tam ipsa quàm exploratores caperentur atq; occiderẽtur. Item timuit, ne quis illam audiret colloquentem. Item quia non oportebat eam ascendere ad illos immediate, quia solũ ascẽsura erat ad deponendum eos per murum, & tamen non expediebat, ita cito eos deponere, cum tunc exiuissent nuncij regis euntes via Iordanis, & explorato-

I res si exirent possent eos habere obuios atque caperẽtur: expectauit ergo Raab aliquantam noctis partem, antequàm ascenderet ad exploratores in solarium.

Noui, quod tradiderit vobis dominus terram. Hic ponitur causa quare Raab fecit omnia quæ ad pietatem erga exploratores pertinebãt, s. quia sciebat, ꝙ Deus traditurus erat totam terram Chananęorum in manus Israelitarum, & non poterant effugere aliquo modo. commota fuit ergo vtcunque pacificare obsequijs, & beneficijs Iudæorum exploratores, vt misererentur illius cum opportunum foret. Nã si ignoraret terrã tradẽdã necessario siue ineuitabiliter in manus Iudæorũ, & hoc faceret, esset proditrix ciuitatis, & teneret rea legum, atque grauiter peccaret, hoc tamen eam excusauit, quia cum non posset succurrere patrię cadẽti, sibi saltem succurrit.

K

Quomodo Raab sciuit, quòd Deus traditurus esset terram in manum Israelitarum. Et quod Gentilibus Deus multa reuelabat secreta: & quo modo. Quæst. XLVIII.

QVAERET aliquis, quomodo sciuisset Raab, ꝙ Deus tradidisset terram hanc, idest traditurus esset in manus Israelitarum. Et dicẽdum est, ꝙ dupliciter hoc intelligi posset. vno modo, ꝙ hoc sciret Raab per coniecturas quasdã modo humano, quod nõ est scire, sed suspicari, & tũc applicatur sic, viderat Raab, ꝙ timor inciderat in omnes

nes populos terrę, & hoc valde magnum signum est. nam qui alios valde sic timent, non audent congredi cum illis, vel si congrediātur, timor eos victos reddit, sicut patet de Moabitis q timore magno ɔcepto de Israelitis, non ausi sunt congredi cū eis, sed vocauerunt Balaam Ariolum ad maledicendū eis, vt patet Num. 22.f. videns autem Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Israel Amorrhęo, & ꝙ Moabitæ timuissent eū, & eius impetum ferre non possent, dixit ad maiores natu Madian, ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur, qūo solet bos herbas vsque ad radices carpere, vel si aliquando timentes aggrediantur, vel resistant, postea timore premente deficiunt, talis autem timor inciderat in Chananæos, vt testata fuit Raab, & patet ī mediate. Ideo ex hoc modo humano aliqualiter argui poterat, ꝙ traditi essent in manus Iudæorum. Item iudicio humano poterat hoc pręnosticari ex præcedentibus. nam viderant Chananæi, ꝙ Deus aperuisset mare rubrum ad introitum Iudæorum, & hoc manifeste erat miraculum Dei: iō sicut Deus pro eis dignabatur hoc efficere, ita hostes eorum deleret. præsumebat ergo Raab, ꝙ traderet Deus in manus Israelitarum Chananæos. Item arguebat hoc ex deletione Amorrhęorum regum duorū. nam hi erant reges fortissimi, & hos destruxerunt Israelitę, poterant ergo destruere Chananęos. Alio modo potest ista litera capi, vel accipi, s. ꝙ Raab cognouerit hoc Deo reuelante illi tradendam esse terrā: nō. n. est inconueniens, ꝙ Deus gentilibus quædam reuelet. nam Balaam filius Beor erat propheta, tamen gētilis erat de Haram, vt patet Num. 22. c. & 23. posset igitur aliquid reuelari Raab. Amplius autē qm̄ Balaam erat idolatra pessimus, & Ariolus, vt patet Deut. 23. tamen Deus ei loquebatur. Raab autem ad Deum conuersa est, & tunc bonæ mentis erat, qn̄ ista fiebant. ergo rationabilius adhuc videtur Deum debuisse loqui ei, quam ad Balaam. Nec tamen adhuc oportet, ꝙ poneretur Deum fuisse locutum, vel misisse aliquē Angelum ad Raab, sed sufficiebat, ꝙ illustraret intellectū eius, dans ei cognoscere manifeste istam futuram veritatem, s. ꝙ Deus traditurus erat certissime terram illam in manus Iudæorum. Si autem arguas, quia hic dicitur, etenim irruit in nos terror vester. Hoc autem argm̄ humanum est, & per hoc probat Raab, ꝙ Deus tradiderit terrā Iudæis, ergo nō est cognitum ex reuelatione, sed modo humano. Respondendum est hoc non stare: satis est enim conueniens argumentum. nā per terrorem incussum poterat Raab iudicare esse tradendam terram, quia potest timor iste intelligi, ꝙ nō eueniret naturaliter, sed supernaturaliter. nam sicut Deus interdū hominibus infligit ęgritudines, & alia mala inuitis, ita infligit timorem, & hāc pęnam Deus infligebat Iudæis interdum pro peccatis suis, vt patet Leui. 26. cum dr̄, & qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum, in regionibus hostium terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium, cadent nullo persequente, & corruēt singuli super fratres suos, quasi bella fugientes. Idem patet Deut. 28. c. Ideo poterat talis timor nunc incuti Chananæis, & hoc in se experientes iudicare possent, ꝙ Deus tradere vellet illos in manus hostiles. Potest autē discerni iste timor a cęteris. Nam cum aliquis ex humana infirmitate timet, non est timor ita durus, & penitus eneruās, cum vero a Deo infligitur, durior est, ita ꝙ totaliter cor deficit, ita enim in Chananæis factum est, quia non remansit in eis spiritus ad introitū Iudæorum, vt patet hic. Et necesse est de timore isto Chananæorum dici, ꝙ non fuerit naturalis infirmitatis, quasi ipsi Iudæos timerent, quia multo plures, & fortiores erant Chananæi, quàm Iudæi, vt patet Deut.

In quo pōt discerni timor diuinus, & supernaturaliter immissus ab humano.

A 7. immo Iudæi timuerunt Chananæos, ita ꝙ reuerti voluerunt in Aegyptum, vt patet Num. 14. c. sed fuit timor supernaturaliter a Deo incussus, ipse eos faciebat timere, quamquam audaces, vel constantes esse vellent, sic patet Exo. 23. c. cum dr̄, terrorem mittam in præcursum tuū, & occidam omnem populum ad quem ingredieris, cunctorumque inimicorum tuorum terga vertam. Idem patet Deut. 7. conuenienter ergo valde Raab per timorē incussum, iudicabat terram tradendam in manus Iudæorum, quia terror iste non erat talis qualis humanus, sed durior. Nunc autē cum litera posset vtroque modo intelligi quid verisimilius sit, an Deus mouerit Raab, & spiritu eius ista locuta fuerit, vel humana solū præsumptione hoc dixerit. Et dicendum est verisimilius esse, ꝙ diuino spiritu afflata fuerit. Nam necesse est dici, ꝙ ipsa a Deo illuminata sit, qm̄ ipsa cognouit veritatem deitatis, & vniuersalitatem potestatis in Deo Hebræorum, vt patet infra, cum dr̄, Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cęlo sursum, & in terra deorsum, ipsa tamen Raab quæ Chananęa erat, & rudis, in gentilitate semper edocta, nō potuisset hec cognoscere, nisi eā Deus illustraret. *Noui, quòd tradiderit vobis dominus Deus terram.* Scilicet totam terram Chanaan, quasi dicat, ego cognoui reuelante Deo tradendam esse in manus vestras totam terram hanc. *Etenim irruit in nos terror vester.* In hoc declarat Raab, quod dixerat, s. ꝙ Deus tradidisset in manus Iudæorum terram, quia terror eorum, idest terror cōceptus de eis irruit super nos, s. ꝙ timebant omnes gētes Iudæos. Et hoc, quia siue Deus posuerat timorem suum super omnes gentes, vt promiserat Exo. 23. siue ꝙ auditis miraculis de transitu maris, & alijs quę Deus pro Israelitis fecerat, incęperunt contremiscere, ad vtrunque enim referri potest s̄m quod potest accipi de timore humano, & timore a Deo incusso, quilibet enim horum modorum est conueniens probatio, ad hoc, ꝙ Deus vellet tradere Chananæos in manus Iudæorum, magis tamen pertinet ad hoc, ꝙ intelligitur a Deo cognouisse, quia dr̄, ꝙ tradiderit Deus, aliter enim, quamquam Chananęi viderent se victos a Iudæis, non imputarent Deo Iudæorum, dicentes Deum tradidisse illam terram eis, sed magis hoc euenisse temerario rerum fluctu sine aliquo prouidentiæ regimine, sicut inter gentiles plerique arbitrarentur, vel dicerēt hoc esse a Deo aliquo de gentilibus, sicut dixerunt Syri serui regi Benadab, cum viderunt se victos ab Achab rege Israel in montibus, ꝙ dij Israelitarum erant dij montium, & nō vallium, ideo pręualuerant in montibus, sed si instauraretur bellum in vallibus, & pręualerent Syri, sic patet 3. Reg. 20. c. s. serui vero regis Syrię dixerunt ei, dij mōtium dij eorum, ideo superauerūt nos, sed melius est, vt pugnemus cum eis in campestribus, & obtinebimus eos, & postea sequitur, quomodo Deus iratus pp verba ista tradidit iterum Syros in manum Israelitarū. sed Raab cognouit Deum Iudæorum esse verū Deū & attribuit ei potestatem dicēs, noui ꝙ tradiderit vobis dominus terram, & non solum potestatem, sed ēt potestatem vniuersalem, cū dicatur infra. Deus enim vester ipse est Deus in coelo sursum, & in terra deorsum. Dicendum ergo est, ꝙ Raab cognouerit Deum, & ab eo mota dixerit ista. *Et elanguerunt omnes habitatores terræ.* Idest facti sunt viribus debiles tanquam lāguentes, quia sicut languentes membra inualida habent, ita & timentes valde, donec timor si grauis fuerit eos corruere faciat, & metuant nullo persequente, atque fugiant a facie folij volantis tāquam qui fugit gladium, de hoc Leui. c. 26. & Deut. 28. c. *Audiuimus, quòd siccauerit dominus aquas maris rubri.* Hic ponuntur ea, ex quibus incutiebatur timor omnibus habitatoribus

ribus Chanaan. In quo sciendum, quod nõ oportet poni Raab, & omnes Chananæos eodem modo cognouisse, atque sensisse de capienda terra. Nam Chananæi nihil cognoscebant reuelante Deo, nec apparet, quod ipsi cognouerint capiendam terram Chanaan, sed timebant valde, & erat modus iste timoris ex radice eorũ, quæ audierant pro Iudęis facta. Nam sicut audierant ante Deum operatum fuisse admiranda pro Iudęis, ita & nunc suspicabantur, & timebant valde, nec tamen intelligẽdum est, quod Chananæi solum timuerint, quia audierunt ea quæ narrantur hic, quia tunc esset iste timor humanus conceptus ex auditis, sed præter hęc immittebat Deus in corda Chananæorũ quendã terrorem pęnalem, qui non consurgebat ex aliqua cõsideratione rerũ, sed ex sola Dei inflictione, & de hoc dicitur Exo.23.c. timorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum ad quẽ ingredieris, & cunctorum inimicorum tuorum coram te terga vertam. *Quod siccauerit dominus aquas maris rubri.* Hoc factum est admirabile, & cognitũ est per gentes omnes, quæ in circuitu erant, & timuerunt valde, vt patet Exo.15.c. cum dicitur, ascenderunt populi, & irati sunt, & dolores obtinuerunt omnes habitatores Philisthin, tũc turbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Duplex sensus lrę. *Ad introitum vestrum.* Istud potest intelligi duobus modis. Vno modo ad introitum vestrum, idest, quando vos introistis in mare rubrum, & tunc est sensus, quod Iudæi ingressi sunt primo in mare, & tunc diuisę sunt aquæ maris. Sed falsum est, quia nullus Iudæorum intrauit, aut saltem tetigit aquas maris, quousque apertum fuit, vt patet Exo.14. vbi ponitur quõ Moyses eleuata virga diuiserit mare, & postea filij Israel ingressi sunt, sed debet esse hic secundus sensus, s. quod ad introitum Iudęorum diuisum est mare rubrum, idest diuisum est ad hoc, quod ingrederẽtur, & sic præcederet diuisio ipsam ingressionem: primus tamen sensus in sacra Scriptura aliquando est, sic patet Gene.30.ca. s. benedixit tibi dominus ad introitum meum, idest benedixit tibi dominus, quando ego ingressus sum, vel postquam, & hoc intendebat dicere Iacob ad Laban, quod ante aduentum suum ad eum, nihil habuerat, & postquam ad eum venerat Iacob, diues effectus fuerat, & sic patet ibidem, ponitur ergo introitus prior quam benedictio. *Quando egressi estis de Aegypto.* Determinatur tempus, hoc dicit Raab, quia apertio maris rubri a multis temporibus acciderat, s. ab anno primo exitus de Aegypto, & iam erat annus 41. ideo nõ debebat dici egressus de Aegypto simpliciter, sed determinaretur tempus, & non fuit transitus maris rubri in ipsa prima die ab exitu de Aegypto, quia ea die peruenerunt in Sochoth, vt patet Exo.12. & Nume. 33.c. sed aliquibus diebus post primam diem recessus de Aegypto, paucis tamẽ interpositis, vt patet ex mãsionibus quę describuntur Num.33. quod recedentes Israelitę die prima de Ramesse, in qua comederunt agnum paschalem, venerunt in Sochoth, de Sochoth venerunt in Ethan, quę est in extremis finibus solitudinis, inde egressi venerunt contra Phiaroth quę respicit Helsephon, & castrametati sunt ante Magdalũ, profecti de Phiaroth transierunt per medium mare rubrum. Idem patet Exo.14. Si tamen dicere uelimus aliter, poterimus dicere, quod Israelitę non fecerunt aliquas mansiones inter exitum de Aegypto, & transitũ maris rubri, sed magis mare rubrum est terminus Aegypti ex illa parte qua Israelitę exierunt, fuerunt tamen aliquæ mansiones inter ciuitatem Ramesses, de qua primo mouerunt Israelitę castra vsque ad mare rubrum, & iste est conueniens modus loquendi,

F *Et quæ feceritis duobus regibus Amorrhæorum.* Ista etiã terruerũt Chananęos nimis. nam erant isti duo reges, scilicet Og, & Sehon reges fortissimi inter alios reges Chananęorum, & cum hos Israelitę deleuissent velociter, timebant Ierichontini, & omnes Chananei similiter sibi futurum: nec terrebantur isti, quia Israelitę solum occidissent hos duos reges Amorrheos gladio superatos, sed quia ita velociter, s. vnico bello superassent. Nam in alijs bellis solum per diuturnitatem satis erat deleri aliquod regnum, Iudęi autem vno in tempore abstulerunt duo regna de manu Chananęorum, siue Amorrhęorum quod idem est. Admirabantur etiam, quia nullũ viuere permittebant sub aliqua conditione pacis, vel seruitutis, aut tributi, sed omnes occidebant gladio, hoc autẽ erat, quia Deus iusserat, G vt de populis quorum terram in possessionem accepturi essent, nullum omnino viuere permitterent, vt patet Num.33. & Deut.20. gentiles autem hoc ignorabant. Ideo de tanta crudelitate admirabantur. sic innuebat rex Moabitarum Balac loquens ad maiores natu Madian, & dicẽs, sic delebit populus iste omnes qui in nostris finibus commorantur, sicut solet bos herbas vsque ad radices carpere, s. nihil relinquendo.

Iudęi oẽs occidebãt & nullum viuere permittebant sub aliqua cõditione pacis, seu tributi, & quare.

Duobus regibus Amorrhæorum. Non solũ erant Amorrhęi ante transitum Iordanis, sed etiam erant alij reges Amorrhęorum vltra Iordanem post transitum, quia quãquam totus populus Amorrhęus simul habitaret nullo alio populo interposito, tamen Iordanis mediabat per terram Amorrhęorum. Quod autem H alij reges Amorrhæorum essent post transitum Iordanis, patet infra 5.c. cum dr̃, postquam audierunt ergo omnes reges Amorrhęorum qui habitabant trãs Iordanem ad Occidentalem plagam, & cuncti reges Chanaan, &c. *Sehon, & Og quos interfecistis.* Sehon erat rex Esebon, & habitabat in principio introitus Israelitarum, apud confinia frontis Orientalis terrę Moabitarum, & Ammonitarum, vt colligitur Num.21. iuncto. 2.c. Deut. & contra hunc primo pugnauerunt Israelitę, & deleuerunt eum cum populo suo, vt patet Deut.2.ca. Og erat secundus rex Amorrhęorum, & iste erat de genere gigantum, vt patet Deut.3. cum dicitur; solus quippe Og restiterat de genere gigãtum, I monstratur lectus eius ferreus in Rabath filiorũ Ammon nouem cubitos habẽs longitudinis, & quatuor cubitos latitudinis, cõtra istum pugnatum fuit secundo loco, & deletus est ipse cum toto populo suo, iste verò vocabatur rex Basan, quia terra Basan erat principalis in toto regno suo, & fuerat olim terra gigantũ.

Et hæc audientes pertimuimus. Loquitur hic Raab de toto genere Chananęorum, quia auditis his omnes timore cõcussi sunt. Et fuit iste timor rationabilis, quia cum viderent Deum operatum fuisse miracula in diuisione maris rubri pro Iudæis, ita verisimiliter operari posset, & faceret in pugna contra hostes. Item sicut pręualuerunt vnico impetu cõtra reges duos Amorrhęorum, s. Og, & Sehõ, quemlibet eorum vnico delentes bello, ita & contra alias gentes pręualerẽt. Nec tamen timor qui irruerat in Chananæos, erat solum K conceptus modo humano pro his quę audierant de Iudęis, sed etiam Deus incussit eis quẽdam specialem timorem in pęnam, & iste durius affligebat, atque tollebat animositatem, & robur, quàm quicunque timor humano more conceptus, sicut supra declaratum est. Et non dr̃ hic, quod timuimus, sed quod pertimuimus: nam timere est simpliciter timere, siue parum, siue multũ. pertimescere, vel ptimere est valde timere, vel totaliter timere, quia ista præpositio per, coniuncta p compositionem augmentat, vt ait Ebrardus. & sic acciderat Chananęis, quia non solum timebant, sed erat in eis timor validus, ita vt consternarentur mente penitus

tus deficientes. *Et elanguit cor nostrum*. Dicitur cor elãguescere quando pręmagnitudine mali futuri deficiunt vires, ita ꝙ resistere non audeamus. In quo sciẽdum est, ꝙ timor est passio circa malum, & ponitur sub ira, est autem ad futurum malum, vnde diffinitur, ꝙ timor est expectatio mali futuri. Quando autẽ malum futurum paruum æstimatur, per timorem cauti efficimur, sed non deficimus. Cum vero res terribilis nobis magna atque intoleranda vr̄, desperantes posse euadere, vel resistere, viribus deficimus, mente totaliter consternata, & ista vocatur desperatio. In primo modo non elanguescunt vires animi, sed acuuntur ad resistendum, cum vero increuerit magnitudo mali, hebetantur vires animi, sed non deficiunt prorsus, cum vero ad valde magnam quantitatem peruenerit terribile, desperatio facit vires animi elãguescere, & hoc est, quod dicitur elanguisse cor Chananæorum propter timorem validum. *Nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum*. idest non mansit aliquod robur animi ad resistendum vobis. nam nec voluntatem resistendi habebamus, & hoc notat magnum timorem. Interdum quippe nos corpore debiles efficimur, ita ꝙ non maneant vires in corpore ad pugnandum, tamen adhuc est virtus in animo nostro ad volendum resistere, magnus tamen timor vtrunque tollit. nam eneruat vires corporis, & animi, cuius causa est, quia omnes vires sũt in nobis propter discursum spirituum per venas pulsatiles, & per corpus totum, & cum cessat, vel debilitatur aliqualiter ista multiplicatio spirituũ, quæ a corde fit, lassamur. & ista est causa quare homines qui per aliquãtum tempus sine quiete media laborauerint, lassantur. quia per frequentẽ motũ spiritus multi defecerunt, & euaporarũt: cũ vero sumpserimus aliquantam requiem, resumimus vires, cuius est causa, quia dum quiescimus, non euaporant spiritus, sicut in labore. Ideo tunc collectis spiritibus efficimur potentes ad labores, donec iterum euanuerint per calorem laboris. In timentibus autem valde, hoc euenit, ꝙ propter timorem recurrũt spiritus ad cor, & cętera membra deserta ab illis vires nullas habent, cum propter spiritus vires sint, necessariũ est igitur, vt tunc membra viribus destituta corruant, sicut in somnis est, tunc enim nullę vires in membris sunt, sed totus spiritus vires suas emittit ad loca digestionis ad celebrandas operationes virium naturaliũ, operationes autem virium animalium, vel motiuarũ tunc nihil sunt. In Hebręo habetur. *Nec remansit spiritus in viro ad introitum vestrum*. Eadem sententia est.

Timor qd sit.

Magnus timor quæ faciat.

Quare homines qui sine quiete media laborant lassantur.

Quid dicat Rabbi Salomon de Raab, quia multa absurda, & impudica. Et an illa potuerit cognoscere naturaliter quæ hic dicit, cum de Deo cognitionem naturaliter habere possimus. Et de omnipotentia Dei secundum Christianos negata a gentilibus probatur. Quæst. XLIX.

SED Rab. Salom. dicit, ꝙ Raab erat meretrix, & incępit meretricari anno quo Israelitę exierant de Aegypto, & tunc ipsa erat annorum decẽ, & fornicata est vsque ad annum quo trãsierũt Iordanem, ita ꝙ esset iam 50. annorum, & durasset in fornicatione per annos. 40. nunc vero venientibus Iudæis apud terram Chanaã nullus poterat eam cognoscere. Et de hoc ipsa conqueritur dicens, ꝙ non remãsit in viro spiritus, idest in nullo viro remansit spiritus inflans genitalia. nam sm̄ medicos vnum de necessarijs ad coitum est spiritus, & in hoc cognouit Raab, ꝙ Israelitæ accepturi essent terrã. Sed ista absurda sunt, & impudica, nec oportet ꝯ illa argui, nec saltem ore cõtingi. *Ad introitum vestrum*. Idest quãdo vos ingressi estis in terram istam venientes prope terminos Iorda-

A nis. *Dominus enim Deus vester ipse est Deus*. Hic ponit Raab fundamentum omnium istorum, s. quomodo Raab posset scire, ꝙ Deus daturus esset terram Chanaan in manus Iudæorum, s. ꝙ Deus Iudæorum erat verus Deus, & dij aliarum gentium non erant dij, nec poterant eripere cultores suos de manu Iudęorum. Deus autem Israelitarum, quia erat verus Deus, poterat tradere omnes gentes in manus cultorum suorũ Iudæorum, in hoc patet, ꝙ Raab fuit a Deo illuminata: nam ipsa non poterat cognoscere Deum Iudæorũ esse verum Deum, nisi Deus ipsam ad hoc illuminaret. Et si dicas, ꝙ cognitio Dei naturaliter inest. ergo poterat cognosci a Raab. Respondendũ est, ꝙ cognoscere hoc, ꝙ aliquis Deus sit, inest naturaliter, & sic

B Raab cognoscebat aliquem Deum esse, & nulla gens in hoc dubitabat, sed non sequitur ex hoc, ꝙ crederet Deum Hebræorum esse verum Deum. Et si obijcias, ꝙ non solum de Deo naturaliter cognoscitur, ꝙ sit, sed ꝙ vnus sit, & ꝙ ęternus, & similia attributa, sicut ait Apostolus ad Ro. 1. s. inuisibilia Dei per ea quę facta sunt, a creatura mundi intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; eius deitas, ergo poterat hoc Raab cognoscere. Ad hoc respondendum est multipliciter primo, ꝙ dato, ꝙ omnia ista cognoscerentur naturaliter de Deo, tamen non cognouit ea Raab naturaliter. nam simplices mulieres non cognoscunt de Deo omnia, quæ de eo naturaliter cognoscibilia sunt. Hoc qppe satis est pro ipsis viris magni ingenij occupatis circa speculatiuam negociationem, cum ergo Raab ista

C cognouerit, quamquam naturaliter cognosci posset, tamen non est arbitrij probabilis eam naturaliter cognouisse, cum fœminæ nunquam circa speculabilia insudent. Aliter responderi potest: ꝙ quamquam naturaliter cognosci posset Deum esse per ordinẽ causarum, & quamquam cognosci posset esse vnicum perueniendo vsque ad primam causam sm̄, ꝙ Aristo. in 12. Meta. declarat statuẽs esse vnam primam causam, quam nos Deum vocamus, de qua multas proprietates probat, quas nos Deo soli attribuimus, & quamquam de Deo probetur, & cognoscatur naturaliter ęternitas, vt dicit Apostolus ad Ro. 1. qm̄, & Aristote. statuit ęternitatẽ primi motoris naturaliter in 8. Phy.

D Tamen omnipotentiam Dei nullus adhuc Philosophorum concessit aut protulit. concessit quippe Aristot. infinitatem primę causę in duratione, sed in essẽtia aut potentia non concessit. Et quidem rationabiliter quantum ad intentionem suam. nam si concedat omnipotentiam Dei, non dimittet aliquam propositionem necessariam in naturalibus, quæ sunt in motu, cum tamen ipse omnes asserat necessarias, asserit necessario solem cras oriturum, & similes propositiones, quarum veritas dependet ex motu, & has dicit ineuitabiles, quia existimat nullam causam esse in tota rerum vniuersitate potentem impedire hũc euentum. Si tñ concedat omnipotentiam primę causę nullam harum propositionum quæ in motu sunt, siue ad naturam, siue ad astronomicam considerationem ptineant, dicet esse necessariam, & consequenter tollet

E necessitatem simpliciter sine qua non existimat esse scientiam. Nam tunc scire aliquid opinamur simpliciter, & non sophistico modo, quod est sm̄ accidens, cum causam cognoscimus pp quam res est, & qm̄ illius causa est, & quia non est contingens aliter se habere, vt patet in 1. Poste. & tamen Philosophi volebãt hr̄i scientiam, ideo excluserũt omnia illa per quę tollebatur scientia. Hoc autem est per omnipotentiam primę causę, ideo negauerunt aliquam causam esse in rebus omnipotentẽ, & hoc dicit impijssimus Cõmentator, ꝙ Nazareni, idest Christiani sunt indispositi ad scire, quia concedunt miracula, & omnipotentiam

Nota Philosophe hoc esse contra cõmunẽ opinionẽ omniũ rectè sentientiũ I via Aris.

tiam Dei, & hoc modo tollunt necessitatem rerum. Et tamen nos pp hoc non tollimus scientiam, nec propositionum necessitatem, non tñ vocamus propositiones necessarias eas, quarum euentus non pôt vllatenus distorqueri, sed illas quę ꝯm naturam, & ordinem causarum suarum, determinate se habent ad vnum euentum, semper relicta libertate omnipotentis causę, & quamquam postea signatum per talem propositionem impediatur, nō minus vocatur necessaria, sicut solem cras oriturum, dicimus necessariam propositionem, & veritatem, tñ Deus potest distorquere, & aliquando distorquet, sicut perturbauit motum celi stante sole ꝯ Gabaon, vt patet infra x.c. & cũ reuersus est sol lineis decem in horologio Acham, vt patet 4. Reg. 20. & Isai. 38. ca. Et tñ non vocamus minus necessariam illam propositionem quæ aliqñ impeditur ne sit vera, quam illam propositionem cuius veritas nunquam impeditur, cum ex natura sua ęqualiter determinata sit ad talem, vel talem modum res, qñ impeditur, in suo actu, & qñ non impeditur. Ecce igitur qualiter antiqui Philosophi non concesserunt infinitatem potentię in aliqua causa, quamquam fuerunt valde speculantes. Non potuisset ergo Raab hoc naturaliter cognoscere, sed ipsa dixit hic de Dei omnipotentia, cum ait; dominus enim Deus vester ipse est Deus in cęlo sursum, & in terra deorsum, & sic ꝯcessit, & asseruit eum omnipotentem. in omnibus ergo necesse est, ꝙ hoc supernaturaliter, s. Deo reuelante cognouerit. Aliter responderi poterat ad hoc, s. ꝙ dato, ꝙ naturaliter posset cognosci Deum esse omnipotentem (ꝙ nequaquam est) & omnia alia attributa, tñ adhuc nō inferretur Raab cognoscere potuisse ista naturaliter. nam quamquam cognoscatur Deum esse vnicum, & omnipotentem, tñ non cognoscitur, an sit iste quem colunt Iudæi, vel aliæ gẽtes, sed cognitio huius ad alterum modum pertinet: Sed Raab non solum cognouit hic, Deum esse verum, & omnipotentem, sed etiam hunc esse Deum quem colebant Iudęi, ergo cognouit aliquid, quod non poterat cognosci naturaliter, fuit igitur supernaturalis ista cognitio, s. ꝙ Deus reuelauit hoc Raab illustrando mentẽ eius.

Non ex eo quòd nos Christiani ponimus primã causam esse ĩfinitam vigore tollimus propositiones necessarias.

Dominus enim Deus vester. Scilicet, Deus quem vos colitis. *Ipse est Deus in cęlo sursum, & in terra deorsum.* Idest ipse habet potestatẽ in cęlo quod est supra nos, & in terra quę est infra nos, & nomine horum duorum intelligit omnia quę sunt, s. terram, & aquam nomine terræ, & aerem, & ignem, atque cęlestia corpora nomine celi. Et non est sensus, ꝙ Deus sit in cęlo, & in terra, accipiendo proprie esse. nam esse non habet relationem ad aliquem locum, vel tempus, nec homo est magis homo in cęlo quam in terra, ꝗꝗ moraẽ in terra, & nō alibi, & ita de Deo. Etiã ꝗtũ ad hunc sensum nō est magis Deus Hebręorũ Deus in cęlo, & in terra, ꝗ dij aliarũ gẽtiũ ꝗ solũ sunt idola. Sed accipitur esse Deũ in cęlo, & terra, i. hr̄e potestatem in cęlo, & in terra, & in hoc faciebat Raab Deũ Hebręorũ differre a dijs quos colebant Chananei, & nō ꝯcessit eis oĩpotẽtiã, & est sensus, ꝙ Deˢ vester hñs ptãtẽ ĩ cęlo, & terra pôt vobis tradere totã terrã hãc, & ego noui, ꝙ tradet, iõ volo, ꝙ misereamini mihi, cũ ipse tradiderit terrã hãc in manus vestras. *Nunc ergo iurate mihi per Deum.* Vult Raab firmitatẽ de exploratoribus, s. ꝙ misereãtur eiˢ. sicut ipsa eorũ miserta est, & qa firmitas maior hẽret ꝯtestãdo ꝑ Deũ, ꝗ simpl̄r ꝑmittẽdo, petiuit Raab ab exploratoribus, ꝙ iurarẽt, & hoc ꝑ Deũ suũ.

Christiani quomodo accipiunt iuramenta a Iudæis, & ab alijs infidelibus, & è contra. Quæst. L.

ISTE est modus apud omnes gentes, ꝙ qñ sunt gẽtes disparis ritus, & abinuicem assumũt iuramentum, nõ assumit vna gens ab altera per Deum quem colit ipsa gens, iuramentum, sed per Deum quem colit ipsa gens quę iurat, & sic Christiani a Iudæis poscũt iuramentum non secundum, ꝙ Christiani iurant super crucem, vel euangelia, sed super thorath iuxta ceremonias ipsorum Hebręorum. Et a Sarracenis similiter petitur iuramentum secundum ritus ipsorũ Sarracenorum. Ita quoque cum Iudęi petunt sacramentum dari a Christianis, petunt super euangelium, vel crucem, & sic se habet quęlibet gens ad alteram, & hoc fit, quia si Christiani peterent a Iudæis iuramentum super crucem, vel euangelia, vel in nomine Christi, non dicerent veritatem, quia existimant ista nihil esse, ita Raab petijt iuramentum ab exploratoribus super Deum suũ, quia si peteret, vt iurarent super Deos Chananęorum, ipsi non iurarent, immo nec nominare vellent, quia prohibitum eis erat, vt patet Exod. 23. c. s. per nomen Deorum externorũ non iurabitis, nec audientur ex ore vestro, vel si aliqñ vellent iurare exploratores per nomina Chananæorum Deorum, nihil se fecisse, vel obligatos esse existimarent, quia dij illi nihil erant. conuenit ergo assumi iuramentum ab exploratoribus in Deo suo. Item fecit hoc Raab, quia ipsa iam a Deo vero illustrata credebat Deũ Hebręorum esse Deum verum, Deus autem aliarum gentiũ nihil esse, ideo nollet, ꝙ iurarent per Deos aliarũ gentium. An liceat Christiano petere iuramẽtum ab Hebręo, vel Sarraceno secũdum ritus, & an peccet Hebręus iurando super thorath, vel talmud, & euangelium: Et an peccet Agarenus iurando super Alcoranum, vel super crus Maometicum, & de multis particularibus quæstionibus circa hoc dictum fuit late Exo. 23. cap. *Vt quemadmodum ego feci vobiscum misericordiam.* Quia liberauerat eos a morte ex sola pietate. nã cum esset de gente hostili deberet magis prodere illos, & morti tradere, nec ꝯm Deũ obligata erat ad nõ detegendum eos, vel liberandum a morte, vt declaratum fuit in præcedentibus, & cum quis alicui non merito benefacit misericordia est, iuxta communem vocem, ꝗquam differret, quia qui alteri bonum facit, aut agit ex obligatione, & tunc iuste agit, quia iustitia est qua vnicuique distribuimus quæ sua sunt. Si autem bonum agimus alicui nondum merito, aut est in liberatione a malis, aut in conferẽdo bonum, si autem est in liberando a malo, vocatur misericordia, s. qñ aliquis est positus in amaritudine, & miseria, & alius eũ inde eripit, vnde misericordia a miseris dr̄. Si autem alicui benefaciamus qui in miseria non est, misericordia non est, quamquam nos abutentes vocibus eã misericordiam appellamus. Cum ergo aliquis proficit alicui conferẽdo bonum, aut est bonum in collatione aliquorum bonorum, aut in remissione pęnarum. Si vero sit bonum in collatione aliquorum desiderabilium dr̄ esse liberalitas, vel magnificentia. Liberalitas quidem quantum ad ea ꝗ mediocria sunt, magnificẽtia aũt quantum ad maxima, & insolita. si autem sit in remissione pęnarum vocatur clementia, vt cum aliqs nobis offensus fuit, & possemus eum punire, sed parcimus. Recte aũt vocatur hic misericordia quam exercuit hic Raab ad exploratores, ipsi equidẽ in miseria positi erant. nam eos Ierichontini caperent, nisi Raab custodisset eorum miserta. *Ita & vos faciatis cum domo patris mei.* Vocatur domus patris Raab tota cognatio Raab, s. pater, & mater, & fratres, & sorores, & cæteri cognati, qui tunc superstites aderant: vel vocatur domus patris quantum ad omnes illos qui descendunt a patre suo, & iste est conueniens modus accipiendi domum patris sui. nam non est aliquid continẽs rationis, quòd tota cognatio alicuius dicat domus patris eius, cum non pertineant omnes ad domum patris eius,

In benefaciendo diuersimode nos hẽmˢ.

sed illa, quæ dicuntur esse domus alicuius ad eum pertinent. & hoc signatur infra cum dicitur. Detisque mihi signum, vt eruatis patrem meum & matrem, fratres & sorores meas, & omnia quæ eorum sunt. Ecce hic cum explicaret domum patris sui, solum tetigit matrem, & omnes descendentes a patre & matre. cæteri vero cognati, qui transuersaliter se habent ad patrem, vocari non possunt domus patris.

Domus accipitur in sacra Scriptura quadrupliciter. Quæst. LI.

CONSIDERANDVM, ꝙ domus accipitur multipliciter in sacra Scriptura. Primo modo accipitur domus pro quadam maxima congregatione, quæ est congregatio omniũ tribuum, & isto modo dicitur domus Iacob pro tota congregatione Israelitarum, & eadẽ vocatur domus Israel, cum dicitur. In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo Barbaro. Et aliquando ista vocatᷓ domus Israel, vt patet Psalmo eodem 113. cum dicitur. Benedixit domui Israel. Alio modo accipitur domus pro tota congregatione vnius tribus, & hoc modo dicitur eodem Psalmo. s. benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron. Alio modo accipitur domus pro quadam congregatione plurium personarum sub eadem familia, & continet in se plures œconomias. & sic accipitur Iudic. 6. cum dicitur. ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei. Ecce dixit ibi se esse Gedeon in domo patris sui, sed non potest accipi domus pro congregatione viri, & vxoris ad communicationem œconomicam: nam hoc modo Gedeon non pertinebat ad domum patris sui, quia ipse per se habebat vnam œconomiam, & satis magnam, habens filios & vxores, atque cõcubinas & seruos. nam septuaginta filios masculos habuit de coniugibus, & vnum de concubina, vt patet Iud. 9. c. ergo accipitur ibi domus pro congregatione omniũ descendentium ab eodem patre viuente. s. filiorum & filiarum, quamquam diuersas habeant œconomias. & hoc modo accipitur hic domus patris Raab. nam non potest accipi domus stricte pro cõmunicatione œconomica, quia hoc modo Raab non pertinebat ad domum patris sui; quia ipsa habebat domũ per se distinctã. quod patet, quia si ipsa maneret in familia patris sui, non diceret scriptura, ꝙ venerunt exploratores in domum mulieris meretricis nomine Raab, sed vocaretur domus a patre eius, qui esset paterfamilias. Item si ipsa mansisset in domo paterna, non potuisset facere libere ea quæ faciebat, exploratores occultando. nã hæc ad habentem libertatem agendi pertinebãt. Erat ergo Raab habẽs domum per se sine domo paterna, Dicebatur tamen ad domum paternam pertinere, secundum ꝙ omnes descendentes a patre superstite, dicuntur pertinere ad domum eius. Alio modo accipitur domus stricte, pro communicatione viri, & vxoris cum boue aratore, iuxta doctrinam Hesiodi, quam approbat Arist. 1. Polit. c. 1. Vel dicitur domus communicatio œconomica viri & vxoris, domini & serui, patris, & filiorum, vt ait Arist. 1. Polit. c. 2. Et quamquam ponantur sex termini communicationis œconomicæ, tamen ad quatuor personas reducuntur. Nam qui pater est, ipse est dominus & vir, sed non ad idem relatus, sed ad vxorem est vir, ad filios est pater, ad seruos est dominus. Dicit hic Ra. Dauid Cauhi, ꝙ non rogauit hic Raab, ꝙ exploratores facerent cum ea misericordiam, quia ad eam non erat misericordia, sed iustitia, nam tenebantur eam a morte eripere si possent, cum ipsa a morte eos liberasset, sed rogabat pro domo patris sui, idest pro aliis. ad illos quidem erat mi-

Quare Raab non rogauit, vt facerẽt misericordiã cum ea.

A sericordia, quia nihil meruerant, sed propter meritũ Raab saluari deberent a morte: & inducit hoc etiam ex verbis exploratorum, qui dixerunt. faciemus in te veritatem, & misericordiam. dicuntur facere cum ipsa veritatem quãtum ad ipsam, quia iam ipsa meruerat. dicuntur facere misericordiam cum reliqua domo patris eius, quę nihil meruerat. Sed dicendum est, ꝙ Raab per domum patris sui non solum intellexit alios qui erant de eadem domo, sed ẽt seipsam, sicut Ionathas filius Gedeonis, dixit ad viros Sichem, ꝙ male fecerant Gedeoni, & domui eius, & per domũ Gedeonis, qui erat pater eius, intellexit Ionathas etiã seipsum. s. quòd male se habuissent ad eum viri Sichem. Et cum dixit, ꝙ ad Raab non erat misericordia.
B Respondendum est, quòd formaliter non erat misericordia, eo quòd erat aliquid debitum: tamen materialiter erat misericordia, scilicet, ꝙ Israelitę occiderẽt omnes Ierichontinos & non Raab. Et cum dicunt ꝙ exploratores dixerũt, se ei facturos misericordiam & veritatem. Misericordiam quidem quantum ad domum patris eius, veritatem aũt quantum ad eam. Dicendum est, ꝙ quantum ad ipsam erat vtrunque in hoc ꝙ non occiderent eam, sed hoc vocaretᷓ veritas, inquantum erat aliquid promissum, & iuramento firmatũ. vocaretur misericordia, inquãtum videbatur ei impendi aliquid boni existenti in miseria, ꝙ cæteri Ierichontini perirent gladio, & ipsa euaderet.

Detis mihi signum verum. Intelligebat Raab, quòd Iudæi venturi essent ad delendum vrbem Iericho, ideo
C volebat pro tunc habere aliquod signum, per quod euaderet, & ad hoc dixit, detis mihi aliquod signum verum. i. detis mihi signum, in quo non fallamini, scilicet, ꝙ vos non obliuescamini, nec possitis errare.

Vt saluetis patrem meum & matrem, & fratres & sorores. Orauerat Raab pro domo patris sui. & ponuntur hic qui sunt qui comprehenduntur nomine patris, & dicit, ꝙ domus patris dicit patrem, & matrem, fratres & sorores, & descendentes ab istis, si qui sunt: pro omnibus his orauit Raab, quia habebat totam istam cognationem, & petebat saluationem horum. i. liberationẽ a morte. *Et omnia quæ eorum sunt.* Hoc potest referri ad possessa, vel ad natos, quia nominauerat fratres & sorores. forte isti habebant filios, aut filias, & pro his etiã
D orabat. hi autem dicebantur esse eorum, quia pertinebant ad eos: vel pertinet ad res possessas. s. ꝙ non caperent iure bellico ea, quę pertinebant ad eos.

Et eruatis animas nostras de morte. Expositio est eiusdem sententiæ, scilicet, quòd Israelitæ eruerent Raab, & totam domum patris eius, vt non caderent gladio inter ruinas Iericho.

Qui responderunt. Exploratores viderunt ꝙ Raab iuste petebat, ideo concesserunt petitionem eius.

An exploratores poterant promittere Raab, quòd liberarent eam a morte, cum non liceret respectu alicuius Chananæi. Quæst. LII.

E SED aliquis arguet, dicens, ꝙ exploratores non potuerunt promittere, ꝙ liberarent eã a morte & cognationem eius. nam Deus vetuerat hoc dicens Nu. 33. & Deut. 30. ꝙ de Ethęis Heuęis, Chananæis, &c. nullũ oĩno dimitterẽt viuere. de alijs autem gentibus poterant accipere in tributarios. Sed de his nulla cõditione pacis dicendum est, ꝙ possent eos dimittere: Ierichontini tamẽ pertinebant ad hos populos. s. ad Chananços. ideo non poterant exploratores promittere, ꝙ dimitterent Raab, & cognationẽ eius, & peccabant in dimittendo, & cęteri Israelitæ nõ debuissent complere, quamquam exploratores promitterent.

Respondendum est, ꝙ de his populis nullos poterant Israelitæ dimittere viuentes, alioquin peccarent cum Deus vetuisset. Hoc verum est si ad placitum dimitterent: hic tamen suberat causa valde rationabilis quare fieri deberet, sed quia Raab liberauerat a morte exploratores Israelitarum, tenebantur ei ad liberandum eam, nec erat contra intentionem legis Dei, ꝙ ista fierent, potissime cum ista diuino instinctu acta sunt. *Anima nostra sit pro vobis in mortem.* Ista est ꝓmissio ac iuramentum exploratorum, & non ponitur hic forma iuramenti, vel verba exprimentia iuramentū, quamquam Raab petierit iuramentum ab eis, vt patet supra cum dicitur, nunc ergo iurate mihi per dominum.

Forte potest dici, ꝙ quamquam petierit Raab iuramentū, ipsi tamen responderunt verba hęc, & Raab non curauit postea petere maiorem firmitudinem.

Vel potest dici, quòd quamquam expresserint exploratores verba iuramenti, tamen scriptura subticuit illa, & expressit verba hæc.

Vel potest dici, ꝙ ista verba quæ protulerunt Israelitarum exploratores, habebantur tanquam iuramentum, quod petijt Raab, & dixerunt exploratores ad Raab. anima nostra sit pro vobis, idest anima nostra pereat, si anima vestra perierit, ponitur hic anima pro ipso homine: non potest accipi pro anima, quæ est spiritus: nam spiritus non moritur, non potest etiam accipi pro vita, quia vita perit per mortem: tamen non dicitur mori. solum enim moritur, quod animatum est, & hoc est ipsum animal: ideo dicebant exploratores, anima nostra, idest nos ambo sumus in mortē, idest moriamur pro vobis, scilicet pro te, & pro tota domo patris tui, quasi dicat rogamus Deum, quòd si aliquis de vobis mortuus fuerit gladio, nos pro illo pereamus.

Anima quō capitur hic.

Si tamen non prodideris nos. Adijciunt conditionē exploratores, si ipsa Raab non proderet eos: prodere est declarare hostibus de statu eorum. dicunt hoc exploratores, quia non perfecte adhuc cōfidebant de Raab. Si enim de ipsa confisi forent, non expressissent hanc conditionem.

Poterat autem Raab prodere exploratores tunc, dum adhuc manerent apud eam, quia poterat vocare Ierichontinos, vt eos tenerent. & dato, ꝙ tunc vellent discedere exploratores, posset hoc reuelare Ierichontinis, & persequerentur eos cito, atq; cōprehenderēt. Item poterat alio modo prodere, scilicet, quòd diceret ad se venisse exploratores etiam postquam recederent exploratores, & hoc tenet Ra. Dauid Canhi.

Sed iste modus non conuenit, quia nihil videbatur proficere Ierichontinis, ꝙ tunc diceret Raab venisse exploratores, cum non possent eos comprehendere. Et si dicas, vt ait Rab. Dauid Canhi, quòd proficeret ad hoc, quòd Chananæi munirentur armis, & gentibus multis.

Respondendum est nō conuenire, nam nihil propter hoc magis agerent de bellicis parationibus, quā aliter facturi essent. nam iam sciebant Ierichōtini venisse viros exploratores in vrbem Iericho, cū ipsi iuissent ad regem dicentes, ingressi sunt huc viri per noctem de filiis Israel, vt explorarent terram, ergo si propter exploratores parari deberent, pararentur nihil etiam dicente Raab, quia hoc iam cognoscebant.

Item nihil magis cognoscere possent Ierichontini post recessum Israelitarum exploratorum a Raab, q̃ cognouerant ipsis præsentibus, quod patet, quia ipsa confessa fuit, quòd in domum suam intrauerant, sed ea nesciente quo irent, recesserunt, vt patet supra. Si ergo postea confiteretur eos fuisse in domo sua, non poterant aliquid amplius confiteri.

F Item non nocebat aliquo modo talis confessio, & proditio exploratoribus, quia ipsi tunc essent reuersi in castra Israelitarum. ergo non erat rationabile, quòd tunc proderet eos, etiam si haberet oculum ad malū, & vellet eos prodere, nec exploratores hoc modo intelligerent, quia iste modus nō erat vllo modo probabilis.

Item quia si Raab proderet exploratores fuisse in domo sua, ipsa traderet se in mortem. nam Ierichontini eam occiderent, quia occultasset exploratores, & ore suo conuinceretur tenuisse eos. non ergo intelligebant hoc exploratores, sed erat sensus, ꝙ non proderet eos Raab tunc quando erant adhuc in domo sua, quia quamquam dimitteret eos per murum, tamen

G poterat post eos mittere Ierichontinos qui caperent illos, & tunc nihil differebat, ꝙ proderet eos in domo sua, vel cum irent itinere suo.

Vel timebant, ꝙ proderet eos, dum adhuc tenebat in domo, scilicet, quòd locuta fuisset nunciis regis de ipsis, & ꝙ ipsi ascenderent ad tenendum eos.

Sed quæret aliquis, quomodo exploratores dicebant Raab, quòd anima eorum esset in mortem pro animabus domus patris Raab, si non proderet eos, quasi dicat, quòd se obligabant ad mortem si quis periret de domo Raab, & hoc si non proderet eos, & si proderet, non obligabant se ad hoc. nam si Raab proderet exploratores occiderētur a Ierichontinis, quo-

H modo ergo dicunt, quòd si proderet eos, non maneret obligatio?

Respondendum est, quòd exploratores intelligebant, quòd dato, quòd Raab eos ꝓderet, tamen Deus eos a morte miraculose liberaret, & tunc non manerent astricti iuramento, quod præstiterant Raab: sed venientes in vrbē Iericho, delerent eos cum tota domo sua, sicut cæteros Ierichontinos: quia iam non maneret aliquid ex quo ei tenerentur ad gratiarum actiones.

Cumque tradiderit nobis terram dominus. Credebant certissime exploratores tradēdam terram illā eis, quia Deus hoc sępe promiserat. Item quia multa mirabilia ab eo viderant, per quæ arguebatur eum posse dare, & velle. Item quia partem terrę iam tradiderat, sci-

I licet terram duorum regum Amorrhęorū. Item quia videbant conterritos Chananęos, quod erat signum perditionis eorum, & hoc ipsa Raab confitebatur.

Faciemus in te misericordiam, & veritatem. Non loquūtur exploratores nomine suo, quia ipsi modicum facere possent, sed nomine totius populi Israelitici qui eos miserat. Credendum satis erat, ꝙ totus Israel consentiret misericorditer agi cum muliere illa, quę exploratores eorum a morte seruauerat, & hoc etiam credebat Raab. ideo si ipsi procurare hoc vellent, credebant omnes Israelitas consensuros. Dicitur, ꝙ facerent veritatem, & misericordiam: ad eundem actum ista pertinent, scilicet ad hoc, quòd liberarent a morte eam, & domum patris eius. Dicitur tamen obserua-

K ri veritas quantum ad promissionem iuramento firmatam. Iurauerant quippe eam, & domum patris eius seruare a morte. veritatem ergo complebant hoc facientes, dicebantur obseruare misericordiam inquātum videbatur conferri hoc quod erat misericordia, scilicet liberatio a morte. & dicunt, quòd obseruabant hoc in Raab. tamen non solum intelligitur de Raab, sed etiam de domo patris sui. nam hoc petiit sibi Raab. hoc etiam concesserunt exploratores. vt infra patet. sed dicendo, ꝙ facerent misericordiam, & veritatem ad eam, intelligebant de domo patris eius. sed quia misericordia ad omnes illos fiebat propter Raab solam, dictum fuit de ea duntaxat.

Dimisit

32.q.3.5. quum ergo. Dimiſit ergo eos per funem de feneſtra. Domus enim eius hęrebat muro. Dixitque ad eos. Ad montana conſcendite ne forte occurrant vobis reuertentes: ibique latitate tribus diebus donec redeant: & ſic ibitis per viā veſtram. Qui dixerunt ad eam. Innoxij erimus a iuramento hoc, quo adiuraſti nos: ſi ingredientibus nobis terram ſignum non fuerit funiculus iſte coccineus, & ligaueris eū in feneſtra per quam dimiſiſti nos, & patrem tuum ac matrem, fratreſq;, & oēm cognationem tuam congregaueris in domum tuam. Qui oſtium domus tuę egreſſus fuerit, reus ſibi erit: ſanguis ipſius erit in caput eius, & nos erimus alieni. Cunctorum autem ſanguis qui tecum in domo fuerit redundabit in caput noſtrum, ſi eos aliquis tetigerit. Quod ſi nos prodere volueris, & ſermonem iſtū proferre in medium: erimus mundi ab hoc iuramento quo adiuraſti nos. Et illa reſpōdit. Sicut locuti eſtis, ita fiat. Dimittéſq; eos vt pergerent, appendit funiculum coccineum in feneſtra.

Hic ponitur quartum .ſ. de exploratorum emiſſione: & ponitur modus dimiſſionis eorū, & receſſus. *Dimiſit eos per funem.* Ideſt dependit de muro deorſum per funem: & dimiſit eos Raab poſtquam iurauerunt ſecundum ꝙ ipſa petierat, & non dicitur dimiſit eos ideſt, dimiſit abire ſed dimiſit, ideſt dependit per funem. vt ſic deſcenderent nam non poterant exire per portā ciuitatis, quia clauſa fuerat immediate, vt exierunt exploratorum perſecutores Ierichontini: vt patet ſupra. coacta fuit ergo eos ſic dimittere ne expectarent vſque ad ſequentem diem ad apertionem portę: quia tunc viderentur exire, & tenerentur. *Per* D *funem.* ſ. deponendo eos deorſum per funem.

Opi. Ra. Sal. quòd Raab recipiebat fornicarios per funem. Quæſt. LIII.

DICIT Ra. Sa. ꝙ erat Raab meretrix, & recipiebat fornicarios ad ſe per fenem illū aſcē dentes per partem muri. & quia cognouerat ſe per hoc peccaſſe, voluit ꝑ hoc peccatorū ſuorū remiſſionē hr̄e, ita vt eadē eſſent inſtrā merendi indulgentiam, q̄ fuerunt inſtrā ad iniquitates, & ſcelera. Sed hoc nihil eſt. nam dato ꝙ Raab meretrix eſſet, & ꝑ locum illum reciperet ad ſe fornicarios, tñ non ꝑꝑ hoc dimiſit exploratores ꝑ locum illum, ſed E quia porta ciuitatis clauſa erat, ſicut ſupradictum eſt. Item non eſt conuenienter dictum, ꝙ Raab reciperet fornicarios per locum illum, quia hoc mō oportebat vt ipſi eſſent extra ciuitatem. ſatis.n. hēt modicā apparentiam, ſed in hoc non oportet multum argui. *De feneſtra.* Erat domus Raab apud murum ciuitatis, & forte ædificium domus eius erat ſuper męnia vrbis, & ꝑ aliquam feneſtram domus eius ſuper męnia ciuitatis potuit dimittere exploratores. Alio modo dici pōt, ꝙ domus ſua non eminebat męnibus vrbis, ſed vnū latus domus eius erat ipſe murus ciuitatis, & per murū erat facta aliqua feneſtra per quam dimitterentur ex-

A ploratores. ſic enim multæ domus ſunt in vrbibus apud muros habentes feneſtras in muris. *Domus enim eius hærebat muro.* Hic declaratur ſuperius dictum. quoniam aliquis diceret quomodo poterat Raab dimittere exploratores extra vrbem per feneſtram. & dicitur hoc fuiſſe, quia domus eius hærebat muro. i. habebat vnum latus ſuum murum vrbis. *Dixitque ad eos.* Hic ponitur inſtructio Raab ad exploratores quomodo deberent in via procedere, & ponitur hoc per recapitulationem neceſſario: nam Raab non fuit locuta ad exploratores poſtquam deſcenderunt de muro vrbis per funem, quia timeret ne aliquis audiret, quod vertebatur in diſcrimen; tam Raab, quam exploratorum. Etiam quia non eſſet conueniens locutio, ſed locuta B fuit eis hæc antequam deſcenderent per funem. Scriptura tamen facit recapitulationes, & anticipationes frequenter, vt ordo artificioſior, & conuenientior in enarrando ſit. *Ad montana conſcendite.* i. aſcendite ad loca montuoſa. iſta erant ad vnam partem vrbis Iericho. via autem, quæ ducebat ad vadum Iordanis erat plana. *Ne forte occurrant vobis reuertentes.* Conueniens admonitio fuit iſta. nam ſi hoc non feciſſent, caperentur exploratores a Ierichontinis: non enim poterant attingere in via exploratores Ierichontinos euntes, quia illi ibant veloci motu, cum dixiſſet eis Raab. perſequimini cito, & comprehendetis eos: at illi perſecuti ſunt eos per viam, quæ ducit ad vadum Iordanis, vt patet ſupra. in reditu tamen neceſſe erat, vt obuiarent Ierichontini exploratoribus, cum irent via eadem, & C tenerent eos. expediuit ergo quòd non irent per viam eandem, nec per aliam, quia neſciebant aliam, cū nunquam ſtetiſſent in terra illa. Vel quia non erat alia via quæ duceret ad vada Iordanis. oportuit ergo, quòd manerent diebus aliquot in montibus abſconditi. Et dixit ne occurrerent eis Ierichontini reuertētes, quia non poterant exploratores inuenire in itinere, donec reuerterentur Ierichontini, & hoc quia iſti præceſſerant, & velociter mouebantur.

Ibiq; latitate diebus tribus. Quæret aliquis quare Raab dixit, ꝙ laterent, alias manerent in montanis diebus tribus donec redirent Ierichontini qui eos perſecuti fuerant, in quo modo ſcire poterant, quòd poſt tres dies reuerterentur. Quare Raab dixit exploratoribus, ꝙ manerent tribus dieb⁹ in montanis.

D Rab. Salom. reſpondet, & quidam alii Iudæi, quòd Deus reuelauit Raab ad ſalutem exploratorum poſt tres dies reuerſuros eſſe exploratorum perſecutores Ierichontinos. ideo dixit vt tribus diebus laterent.

Aliquis forte dicet, ꝙ non manſerunt Ierichontini inquirentes exploratores per tres dies extra vrbē Iericho, ſed poſt paululum reuerſi ſunt.

Ad hoc dicendum eſt, ꝙ vſque ad tres dies nō fuerunt reuerſi viri illi in vrbem, vt patet infra cum dicitur. illi vero ambulantes peruenerunt ad montana; & manſerunt ibi tres dies, donec reuerterentur qui fuerant perſecuti eos, quibus in vrbē regreſſis deſcenderunt exploratores de monte.

E Alii vero dicunt, vt Rab. Dauid canhi, quòd non cognouit iſtam moram exploratorum Deo reuelante, ſed extimatione humana. nam a Iericho, vſque ad tranſitum Iordanis erat vnius diei iter, & in reditu eſſet iter alterius diei, & inquirendo morarentur quaſi die altera, & ſic fierent dies tres. admonuit ergo, vt abſconderentur tres dies, quouſque redirent Ierichōtini, & ſic eſt factum. Dicit Nicolaus, quod non diſtat multum Iordanis ab vrbe Iericho in loco tranſitus vadorum, tamen quia Ierichontini quæſierūt exploratores, non ſolum in itinere, ſed in latibulis circumquaque, morati ſunt diebus tribus. ꝙ autem perſecutores quęſierint exploratores in latibulis, aliqualiter cōuincitur infra cum dicitur. quærentes enim per omnem

omnem viam non inuenerunt eos. An tamen Iordanis distaret aliquantulum ab vrbe Iericho, non multum apparet ex litera, sed satis videtur dicendum, ꝙ Iordanis distet a Iericho, quasi per diem vnā, & in eundo, & redeundo Ierichontini morarentur, quasi duobus diebus, & reliquo tempore morarentur, inquirendo per vias & latibula.

Iordanis quantū distat a Iericho. Quod autem Iordanis aliquantum distet a Iericho, & quasi per iter diei vnius, patet quia Iudæi surrexerunt per noctem in die, quam transierunt Iordanem, vt patet sequenti capit. & postea ambulauerunt tota die, cum dixerit ei Deus infra 4. ꝙ sumerent. 12. lapides de Iordane, & portarent vsque ad locum in quo ipsa die figerent castra, & tamen ipsa die non peruenerunt Iericho, sed vsque ad campum quendam qui vocatur Galgala, vt patet infra 5. c. & locus iste aliquantū distat a Iericho, ita ꝙ vocatur ager Iericho, vt patet eodem 5. c. ergo quamquam dicamus Iudæos ea die parum itineris transisse, ita ꝙ nō sit dieta completa, erit tamen quasi dieta. *Donec redeant*. Ierichontini persequentes exploratores. & sic factum est, quia post tres dies redierunt, vt patet infra cum dicitur. illi vero ambulantes peruenerunt vsque ad montana, & manserunt ibi dies tres, donec reuerterentur qui fuerant persecuti. quærentes enim per omnem viam non inuenerant eos, quibus vrbem ingressis descenderunt exploratores de monte. *Et sic ibitis viam vestram*. s. postquam latueritis per dies tres, poteritis ire ad castra Israelitarum securi, quia persecutores iam redierint. Ante autem non licet ambulare, quia reperirent vos in regressu. *Qui dixerunt ad eam*. Ista etiam verba exploratorum ad Raab fuerunt antequam descenderēt de muro per funem, cum ipsa adiurauit eos, quia postea non erat eis conueniens colloquendi locus. & iō necessario in omnibus istis verbis est recapitulatio, sicut in superioribus. *Innoxij erimus a iuramento hoc quo adiurasti nos*. i. absoluti erimus a iuramento, quod tibi præstitimus, vel absoluti erimus a pęna quam imprecati sumus super nos iurantes, atque dicentes. anima nostra sit pro nobis in mortem, si tamen non prodideris nos. hoc dicebant exploratores si non manerent in domo Raab omnes pertinentes ad domū patris eius, quia ipsi non cognoscebant eos. ideo si quādo discurrerent per vrbem inuenirent aliquos de eis extra domum, occiderent eos per errorem, & tunc dicūt exploratores, quòd non teneantur, quia non est in eis. si tamen aliquis intra portam domus Raab fuerit occisus, sit peccatum super eos.

Etiam dicunt hoc: si nō poneret signum in domo Raab ad cognoscendum domū, quia Israelitæ ingredientes non cognoscerent domum Raab, nisi esset insignita, & si esset signum habens, obligabantur iuramento, & maledictione, si periret aliquis in domo Raab. si autem nullum signum esset, erāt innoxii a iuramento.

Duplex litera bibliç. Ista litera dupliciter habetur in bibliis, quidam habent cum negatione. s. *Si ingredientibus nobis terram signum non fuerit funiculus iste coccineus*. Et tunc est sensus qui supra positus est. i. ꝙ quamquam Israelitæ occiderent aliquos de eis qui erant in domo Raab, tamē nō inciderent in pęnam iuramenti, nec in periurium: si non esset funiculus in fenestra, tanquam pro signo. Aliç bibliæ habent literam istam, sine negatione. s. *Si ingredientibus nobis terram signum fuerit funiculus iste coccineus*. Et tunc est sensus, innoxij erimus a iuramento si fuerit funiculus pro signo, quasi dicat, si non esset funiculus pro signo, nos possemus facere contra iuramentum nescientes, & sic non essemus innoxii a iuramento saltem materialiter, quia possemus occidere aliquem de existentibus in domo tua. Si tamē fue-

F rit pro signo erimus innoxii, quia nullum occidemus in domo tua: & sic non incidemus in pęnam iuramēti formaliter, vel materialiter. sed prima litera conuenientior est. *Si ingredientibus nobis terram*. i. vrbem Iericho: quia non erat necesse, quòd esset signum illud in fenestra, quādo Iudæi transirēt Iordanem, & in omnibus diebus antequam intrarent in vrbem Iericho. *Signum fuerit funiculus iste*. Hebræi dicunt globum filorum, quem nos vulgariter madexa appellamus. s. ꝙ posuerit Raab ad fenestram quendam globum coccineum, vt viderent exploratores. litera tamen nostra non dicit sic, sed funem. vnde quidam dicunt eundē fuisse funiculum, qui positus est in signum, & illum quo dimissi sunt exploratores per murum. Raab pe-
G tierat, vt exploratores darent ei signum, vt liberarent patrem suum, & matrem, fratres & sorores, & cuncta quæ illorum erant. ipsi autem dederunt pro signo funiculum, & de cōsensu ipsorum, & Raab positus fuit funiculus dependens.

Coccineus rube⁹, coccus bis tinctus idem sunt. *Funiculus iste coccineus*. Vocatur coccineus. i. rubeus valde, quia est de cocco bis tincto. sicut dicebatur de filis pro cortinis, ꝙ essent de cocco bis tincto, vt patet Exod. 26. cap. & de vestibus sacerdotalibus in rationali, & super humerali, ꝙ essent de cocco bis tincto. vt patet Exod. 28. & aliquando ponitur coccinum sine aliqua additione pro re nimis rubea. sic patet Isa. 1. cum dicitur. si fuerint peccata vestra ve[l]. coccinum,
H sicut nix dealbabuntur. & si fuerint, sicut vermiculus rubra, velut lana alba erunt. erat igitur funiculus iste coccineus, i. valde rubeus, vel rubricitatus.

Vestis sacerdotalis ī lege erat de rubeo ad denotādum sanguinē Christi effundēdum.

Aliqui quęrunt quare fuit funiculus iste coccineus & non alterius coloris. Respondet Adamantius, & glo. ordi. ꝙ fuit, quia pannus coccineus sanguinis formam gerebat. sciebat enim, ꝙ nulli esset salus, nisi in sanguine Christi.

Sed dicendum, ꝙ ista sunt mystica, quia secundum veritatem literę Raab nihil tale intelligebat, sed solū volebat dare exploratoribus signum ad cognoscendum domum suam, & exploratores hoc volebant, & ad hoc sufficiebat funiculus cuiuscunque coloris, de quo concordatum esset inter Raab, & exploratores. Quòd autē ille funiculus potius esset coccineus,
I idest rubeus, quam alterius coloris causa potuit esse: quia forte tempore huius pacti initi accidit ibi reperiri illum, & non alium, & ille positus est in signum. Aut forte fuit coccineus, & nō fuit positus funiculus coloris communis, vt maior distinctio haberi posset, & cognosceretur manifeste, ꝙ ad distinctionem, & signum positus fuisset.

Ex hoc colligi causa quare Papa, & Cardinales vtūtur colore coccineo, seu rubeo.

Ad quid ponebatur signum cum domus Raab esset satis nota. Quæst. LIIII.

Sed dicet aliquis ad quid ponebatur in signum funiculus, quia satis cognosci poterat domus Raab sine signo, cum esset apud portam vrbis & habebat fenestram in muro. Respondendū
K est necessarium fuisse signum, quia forte aliæ domus, quæ hęrebant muro, habebant fenestras per murum, vel super męnia, sicut domus Raab. ideo distingui nō posset, nisi poneretur aliquod signum. *Et ligaueris eum in fenestram, per quam nos dimisisti*. In hoc videtur, ꝙ exploratores dicerent ista verba Raab: postquā dimissi essent per murū, qa dicebant per quam nos dimisisti. Rn̄dendum est locutionem istam, & omnes alias fuisse ante dimissionem, q̄q̄ hic postponantur, quia hic fit recapitulatio, & qn̄ dicitur dimisisti in pręterito.

Respondendum est, ꝙ dr̄ hoc referēdo ad tempus quo venirent Israelitę super Iericho, & esset funiculus ad fenestram, nam tunc prætérita esset dimissio

explo-

exploratorum, quamquam nunc quando ista dicebātur non erat facta. Similis modus loquendi habetur Leui.26.c.vbi dicitur, ꝙ postquam Deus affligeret, ducendo in captiuitates, recordaretur fęderis sui pristini, quod pepigerat cum eis. Et tamen fędus de quo ibi Deus loquitur referēdo ad ipsum tempus in quo ista loquebatur, erat valde nouum, quia fuerat iussum in monte Synai, vt patet Exo. 19. & in eodem mōte vocauit Deus fędus ipsum pristinum, vt patet Leuiti. 26. non tamen dicitur fędus pristinum respectu temporis, in quo ista Deus proferebat, sed respectu temporis in quo essent in captiuitatibus, & Deus recordaretur fęderis sui, vt magis eodem c. declaratum est. Dixerūt exploratores, ꝙ in eadem fenestra, per quam dimissi fuerant, ligaretur coccineus funiculus. Ex quo apparet, ꝙ funiculus pendebat ad partem exteriorem vrbis per murum, per partem, per quam ipsi exploratores descenderant, & Iudæi venientes a parte exteriori vrbis, per viam quæ est ad vadum Iordanis, venturi erant ad portam illam, & locum, in quo pendebat coccineus funiculus. & sic factum est in deletione Ierichontinæ vrbis, quia duo viri exploratores ingressi sūt ad vrbem in domum Raab, & eduxerunt eā, & cognatos illius, & omnia quæ eorum erant, vt patet infra 6. Deinde tota vrbs incensa est.

Patrem tuum, atque matrem, & fratres aggregaueris in domum tuam. Duas conditiones posuerunt exploratores. prima erat, quòd poneretur coccineus funiculus pendens. secunda cōditio erat, quòd omnes cognati eius in domo essent: alioquin si aliquis eorum occideretur, non erat imputandum Israelitis. nam si non poneret funiculus in fenestra pendens in signum, quamquam omnes cognati eius in domo essent congregati, occiderent eos Israelitæ, quia non cognoscerent domum. Item si deficeret secundum signum, scilicet dato, ꝙ penderet funiculus ad fenestram, tamen non essent in domo Raab congregati omnes cognati, occiderentur ab Israelitis, quia non cognoscerent illos, quamquam cognoscerent domum.

In hoc patet, quod dicebatur supra, scilicet, ꝙ Raab non viuebat in domo patris sui, quasi sub patria potestate, & custodia, sed per se domum habebat, alioquin non congregaret ipsa ad domum suam patrē, & matrem, & fratres, sed ipsa esset in domo patris sui.

Item patet ex hoc, quòd domus patris Raab non accipitur hic pro quadam œconomica communicatione constante ex viro, & vxore, domino & seruo, patre & filio, vt patet in primo Politicorum, cap.2. sed pro quadam congregatione omnium cognatorum, descendentium ex eodem patre superstite, quamquam aliquando largius assumatur in sacra scriptura, hic tamen solum assumitur pro hoc.

Sed dicetur quomodo non fit hic mentio de Raab sororibus, cum ipsa supra dixerit de fratribus suis, & sororibus?

Respondendum est, quòd exploratores intelligebant se astrictos ad seruandum a morte sorores Raab sicut fratres, tamen nō exprimuntur, quia nomine fratrum intelliguntur sorores potissime in lingua vulgari, ideo non oportuit explicite de sororibus dici. Etiā non oportuit nominari sorores specialiter, quia comprehēduntur clausula generali, quæ sequitur, scilicet. *Et omnem cognationem tuam.* Nam sorores ad cognationem pertinent. etiam intelliguntur per cognationem omnes alii descendentes, qui hic non nominantur. s. filii fratrum, & sororum Raab, quia illi ad cognationem pertinebāt, & ad domum patris Raab, hos etiam exploratores a morte custodierunt.

A *An si Raab haberet consanguineos collateraliter se habentes ad patrem eius, an hi liberarentur hac promissione.* Quæst. LV.

SED quæret aliquis si Raab haberet patruos, vel auunculos, materteras, vel amitas, aut alios consanguineos collateraliter se habētes ad patrem suum in secūdo, vel tertio, vel quarto gradu, an illi liberari debebant hac promissione facta ab exploratoribus.

Respondendum est, ꝙ non intelligebantur per hāc promissionem, nisi pater, & mater, & omnes descendentes ab eis. alii autem collaterales eis in 2. vel 3. vel
B 4. gradibus, non pertinent ad hunc modum. ideo non saluabantur hac promissione.

Item quia solum petiit Raab pro se, & de domo patris sui, manifestum est collaterales patri suo nihil pertinere ad domū eius, sed solum descendentes ab illo. Item quia Raab explicando qui essent qui liberari debebant, dixit. Detis mihi signum verum, vt liberetis patrem meum, fratres, & sorores meas. ergo isti soli habebant saluari hac compositione facta inter eam & exploratores. Credendum autem est Raab non habuisse aliquos cognatos in aliqua propinquitate, nisi fratres, & sorores, & parentes: ideo pro his duntaxat intercessisse. Si tamen habuisset alios, & intercessisset, non refutassent petitionem eius exploratores, etiam si ad amplius petiisset.

C *Si Raab haberet auos, & proauos, an per hanc promissionem saluari deberent.* Quæst. LVI.

SED nunc inquirendum est, si Raab haberet auos, & proauos, an per compositionē hanc saluari deberent illi, cum de illis mentio nō fiat. Aliquis respondebit, ꝙ non venirent saluandi hac conuentione, quia non pertinebant ad domū patris pro qua solum rogauerat Raab. sed in cōpositione non veniunt, nisi ea quæ exprimuntur, vel quæ necessario intelliguntur ex expressis.

Item quia in petitionis suæ declaratione, solum posuit patrem & matrem, fratres & sorores.

D Respondendum est, quòd etiam si nulla alia fieret expressio, per pactionem factam saluarentur aui, & proaui Raab, & cæteri ascendentes, si qui essent ex vtroque latere, & non solum hi, sed etiam tota cognatio descendentiū ab eis, scilicet patrui, & auunculi Raab, materteræ, & amitæ, & omnes alii attinentes patri, & matri Raab in secundo, & tertio, & quarto gradu, vel in omnibus illis in quibus apud veteres cognatio vocabatur. Fundamentum huius est, quia orauit Raab pro domo patris sui. & vocatur domus patris tota cōgregatio descendentium ab aliquo superiore adhuc superstite. Ideo si viuente Raab aliquis de proauis, aut abauis Raab superuiueret, omnes descendentes ab eo dicerentur pertinere ad domum illius, & quia ille
E vocatur pater Raab cum sacra Scriptura vocet patrē, auum, & proauum, & vlterius. vt patet extra de verborum significationibus. c. nam & Nabuchodonosor pater tuus. Et iste idem modus obseruatur in legibus humanis. ergo diceretur domus patris Raab tota cognatio omnium descendentium ab illo. & sic auunculi, & patrui, qui sunt collaterales patri Raab, de quibus ante dicebatur, ꝙ non saluant per hanc promissionem, saluabuntur. Causa diuersitatis est, quia in casu præcedenti, non ponebatur habere Raab aliquem superiorem, nisi patrem immediatum, quo dato auūculi, & patrui non pertinebant ad domum paternam, nec saluabantur hac compositione. in hoc autē casu con-

Sacra scriptura & iuristę vocāt patrē auū, & proauū, & vocant domum patris totam congregationem descendētiū ab aliquo superstite.

conceditur q̄ Raab haberet aliquos superiores præter patrem.s.auum, vel proauum,& tunc auunculi,& patrui,& materteræ atq; amitæ pertinent ad domum patris,& liberandi sunt hac compositione. Cum aũt arguitur q̄ Raab solum rogauit pro domo patris, ergo aui,& proaui,& alij superiores non intelliguntur. rñdendum est, q̄ immo econuerso valet consequentia formaliter.s.rogauit Raab pro domo patris sui.ergo orauit pro auis, & proauis, & omnibus ascendentibus.cum illi more sacræ Scripturæ,& legum humanarum vocentur patres, & maiores.vt patet extra de verborum significationibus.ca: nam & Nabuchodonosor.iuncta glo. Ad argumentum dr̃, q̄ errat in accipiendo istud nomen pater stricte more vulgari.tamẽ non solum immediati genitores vocantur parentes, vel patres, sed etiam alij superiores. Ad secundum argumentum qñ dicebatur, q̄ Raab solum expressit patrem & matrẽ, fratres & sorores. rñderi potest dupliciter.vno modo q̄ Raab solum expressit istos,quia nõ habebat alios cognatos,quos saluari desideraret: & tñ alij etiam comprehendebãtur nomine paternæ domus si existerent. Alio modo rñderi potest, quòd Raab non curauit exprimere per singula quamquàm essent alij cognati,quia alij necessario intelligebantur nomine horum, cũ ipsa expressisset de domo paterna:per quam etiam intelligebantur aui, & proaui si existerent,& omnes descendentes ab eis. Verisimile tamen est: q̄ Raab solum habuisset istos cognatos, quos expressit,alioquin etiam de illis expressisset, cũ libenter ei concederetur quicquid peteret.

Congregaueris in domum tuam. Scilicet, in domum istam, in qua pendens erit funiculus coccineus. nam dato quòd Raab haberet aliam domum, & poneret ibi cognatos suos non fuissent liberati, sed solum in illa vbi absconditi fuerant exploratores. propter hoc enim positus fuerat funiculus coccineus pendens, vt scirent exploratores ingredi domum illam ad saluandum a morte eos, quos reperirent.

Qui ostium domus egressus fuerit. Hic ponitur alia cõditio ab exploratoribus.s.quòd omnes cognati Raab essent in domo illa,in qua latuerant exploratores, & non prodirent foras. nam si exirent, occiderentur, quia non cognoscerentur ab Israelitis: immo si ipsa Raab discurreret per ciuitatẽ occideretur, quia quãquàm cognoscerent eam exploratores, reliqui tamẽ Israelitæ non cognoscebant,& non distinguentes occiderent. *Sanguis ipsius erit in caput eius.* Idest, sanguis effundetur in caput ipsius, quia morietur. Dicitur sanguis alicuius super eum,cum propter culpam suam moritur: sic esset de illis, qui egrederentur limen domus Raab, quia ob culpam suam perirent.

Et nos erimus alieni. Idest, nos erimus alieni a crimine, quia nihil nos culpabimur de morte eius. *Cunctorum autem sanguis, qui tecum fuerint in domo.* Si autem essent aliqui in domo cum Raab, & occiderentur nõ exeuntes portam,culpa erat exploratorum,quia omnes conditiones ibi obseruabantur, scilicet, quòd esset pendens funiculus coccineus ad fenestram, & q̄ omnes cognati Raab congregati essent cum ea in domo pendentis funiculi. *Redundabit in caput nostrum.* Idest, si aliquis occubuerit gladio de manentibus tecum, nos pro ipso mori obligamur, & confitemur culpam mortis eius super nos fuisse. *Si eos aliquis tetigerit.* Scilicet, ad lædendum, & non solum exploratores obligabantur pro seipsis,sed etiam nomine omnium Israelitarum,quia ibi gerebãt personam totius populi, & credebant, quòd cum Raab adiuuisset eos, ita adiuuabat totum populum, & omnis multitudo haberet gratam quamcunque initam pactionem in fauorem eius, & sic factum est, quia Israelitæ

F plene obseruauerunt cuncta, quæ pepigerant exploratores cum Raab. *Quod si nos perdere volueris.* Nondum erant securi exploratores de Raab, quia adhuc cum manebant cum ipsa, poterant capi a Ierichontinis ipsa prodente. vel post eorum recessum poterat mittere Ierichontinos ad loca ad quæ missi fuerant exploratores,& tenerentur ab eis. quocunq; ergo modo Raab proderet exploratores, non tenebantur iuramento præstito. De modo proditionis huius supra declaratum est magis, & dicitur. *Si nos prodere volueris.* Idest, si nos prodideris, quia dato, quòd Raab aliquando deliberaret prodere exploratores, & tamẽ postea ob aliquam causam impediretur proditio:non erant absoluti exploratores a præsti-

G to iuramento, quia voluntas sola in his pęnam non habet. Item non poterat peruenire ad notitiam exploratorũ an Raab eos prodere voluisset, nisi actualiter prodidisset. Ipsi tamen adiecerunt hanc conditionem tanquam aliquid,de quo eis constare posset, & soluerentur per hoc a iuramento. Ponitur ergo prodere volueris, idest, prodideris.

Et sermonem istum proferre in medium. Idest, si publicaueris. Proferre in medium sermonem aliquem est publicare illum, scilicet in medio aliorum proferre. & si Raab hoc publicaret, exploratores non manerent obligati præstito iuramento.

Erimus mundi ab hoc iuramento, quo adiurasti nos. Idest,

H erimus absoluti, scilicet, quòd nihil tanget nos de pœna quamquàm contrafaciamus: nec quidquam periurij incidemus:& dicuntur fore mundi, tãquam aliquid contagionis ex iuramento accidere posset, & verum est, quòd fractio iuramenti est peccatum, & frangentes culpam incurrunt, quæ vere commaculat. Si tamen Raab proderet exploratores,quãquàm contra iuramentum agerent, essent mundi, scilicet, quòd non inciderent culpam periurij, ita vt ex hoc commacularentur. *Et illa respondit, sicut locuti estis ita fiat.* Ecce pactum hic vtrorumque consensu firmatum est. consensit enim Raab,quia valde rationabiliter exploratores petierunt. *Dimittensque eos, vt pergerent.* Istud dimittere refertur ad dimissionem per funem.& istud ponitur hic ad signãdum, quòd omnia

I verba collocutionis huius fuerunt antequam Raab dimitteret eos per funem.nam postquam descenderent de domo eius, non erat expediens locutio,quia forte ipsi viderentur stantes apud murum ab aliquibus, & audirentur colloquentes: quòd in discrimen vtrorumque redundabat. Supra autem dr̃, q̄ dimisit eos per fenestrã. sed illud necessario per anticipationem intelligendum est,& tamẽ fiunt anticipationes, & recapitulationes in sacra Scriptura, ad tradendum artificiosius ipsum quod enarrat,& vt explicatius cognoscatur:nam semper obseruato naturali ordine, q̃dam sententiæ fient longiores quàm deceat: & alijs non coherenti ordine cohærebunt. Multa per anticipationem & recapitulationem intelligũtur.

Alio modo põt intelligi, q̄ dimisit eos, vt pergerent.i.expediuit eos a se cum salutatione dicens, q̄

K Deus dirigeret iter eorum,& conseruaret eos ab hostibus,vt exponit Rab.Da.canhi.sed prima expositio melior est. *Appendit funiculum coccineum.* Idest,funiculum valde rubeum in fenestra, sicut supra declaratum est. & dicitur, quòd iste funiculus fuerit appensus, quando recesserunt exploratores, & hoc, vt dicunt quidam, ad hoc ne obliuisceretur Raab illum ponere aliqua occasione. & hoc modo dicendum est, quòd manserit funiculus coccineus pendens toto tempore intermedio, vsquequo venerunt Israelitę in Iericho:sed an fuerit sic pendens non differt. Est tamen saltem dicendum rationabiliter, quòd diebus septem quibus Iudæi cum arca circundabant vrbem Qñ funiculus fuerit appensus.

Iericho,

Iericho, penderet funiculus, vt sic viderent eum. nam fenestra illa erat in muro, & Israelitæ lustrantes vrbẽ in quolibet septem dierum videre poterant, cum apud murum & fenestram pendentis funiculi coccinei transirent, & hoc modo constitutum foret inter illos de liberanda Raab.

Alio modo intelligi potest ista litera. s. quòd Raab appendit funiculum per fenestram quando recesserunt exploratores, non vt toto tempore intermedio ibi pẽderet signum, sed vt exploratores cognoscerẽt modum pendẽtis funiculi, ne postea dubitarent: & iste est conuenientior sensus.

Illi vero ambulantes peruenerunt ad mõtana, & manserunt ibi tres dies: donec reuerterentur, qui fuerant persecuti. Quærentes enim per omnem viam non repererunt eos. Quibus vrbem ingressis reuersi sunt, & descenderunt exploratores de monte, & transmisso Iordane venerunt ad Iosue filium Nũ. narraueruntq; ei omnia quæ acciderãt sibi: atq; dixerunt. Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras, & in timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

Hic ponitur quintum. s. eorum reuersio ad castra Israelitarum. *Illi vero ambulantes*. Non per viã, quæ ducit ad vada Iordanis, quia per hanc viam haberent obuios Ierichōtinos reuertentes, & hoc vetuerat eis Raab, sed ambulauerunt per viam ad montana ducentem. *Peruenerunt ad montana*. Idest, ad loca mõtana: est hic montana accusatiuus pluralis numeri nominis adiectiui. sic habetur Luc. primo cap. s. exurgens autem Maria in diebus illis abijt cum festinatione in montana, idest, ad loca montuosa, in quibus morabatur Zacharias pater Beati Ioannis. erant & loca ista ad vnam partem vrbis semota a via quæ ducit ad vada Iordanis, & ibi conuenienter latere poterant quousque redirent Ierichontini: & dato, quòd inquirerentur a persecutoribus, non inuenirentur propter distantiam, & quia erat ibi magnitudo, & pluralitas latibulorum. nam si circa viam latuissent, poterant eos inuenire Ierichontini. nam per totam viam quæsierunt eos: vt patet infra cum dicitur. quærentes enim per omnem viam non inuenerunt eos. *Manserunt enim tres dies*. Scilicet, tres dies sequentes: nam per noctem recesserunt exploratores de domo Raab, vt patet hic in litera.

Quid comederunt exploratores tribus diebus quibus manebant in montanis, & an comederint de manna. Quæst. LVII.

QVAERET Aliquis, quid comederunt Israelitæ exploratores his tribus diebus quibus latuerunt in montanis. Aliqui fortassis respondebunt, quòd comederunt de mãna, sed dicetur contra hos, quòd non erat manna cadens de cœlo, tempore quo intrauerunt isti exploratores in terram Iericho. nam manna solum durauit vsque quo accederent Israelitæ ad terminos Chanaã, vt patet Exo. 16. cum dicitur. filij autem Israel comederunt manna 40. annis, donec venirent in terram habitabilem, & vsquequo tangerẽt fines terræ Chanaã: constat tamen quòd accedendo ad Iordanem erant Israelitę in terminis terrę Chanaan. ergo postquam illuc introierunt exploratores non habuerunt mãna.

Dicendum est hoc non posse stare, quia siue acci-

A piantur termini terræ Chanaan large siue stricte, prius tetigerunt Israelitæ terminos terræ Chanaan quam manna cessauerit. nam terra duorum regum Amorrhæorum erat de terra Chanaan. nam Amorrhæus est vnus de septem populis pertinentibus ad terram Chanaan, sed manifestum est, quòd non cessauit manna immediate, vt tetigerunt terminos Amorrhæorum Israelitæ, quia tunc ad ciuitatem nomine Ar propè Arnon cessauisset manna, quia ibi est ingressus in terram Amorrhæorum, & Moabitarum, vt patet infra vigesimoprimo cap. Sed hoc falsum est, quia tunc non durasset per quadraginta annos manna, quia postquam accesserunt ad terram il-

B lam vsque ad finem anni quadragesimi transierunt aliqua tempora, scilicet, totum tempus pugnæ contra duos reges Amorrhæorum, & contra Madianitas, & constructio caularum, & reparatio vrbium pro tribu Ruben, & Gad, & dimidia tribu Manasse: hæc omnia facta sunt ante finem anni quadragesimi, vt patet Num. 21. & 31. & 32. cap.

Item non potest dici, quòd cessauerit manna postquam accesserint Israelitæ ad terminos terræ Chanaan strictius assumendo pro Iordane. nam post transitum Iordanis per quatuor, vel quinque dies cessauit manna: quod patet, quia transitus Iordanis fuit die decimo mensis primi anni quadragesimiprimi ab exitu de Aegypto, & in eodẽ mense primo, die decimooctauo cessauit manna. De primo patet infra 4.

C De secundo patet infra quinto. cum dicitur. fecerunt phase decimoquarto die mensis ad vesperum in campestribus Iericho, & comederunt de frugibus terræ die altero azymos panes, & polentam eiusdem anni. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ. non est ergo verum, quòd immediate, vt Israelitæ ad terminos Chanaan accesserunt, cessauit manna.

Et quando obijcitur de eo quod habetur Exodi decimosexto, quòd Israelitæ comederunt manna vsque ad terminos terræ Chanaan, responderi posset quòd quamquàm dicatur eos comedisse vsque illuc manna, tamen non sequitur postea non comedisse, sicut patet Psalm. 108. scilicet, sede a dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuo-

D rum. tamen non sequitur, quòd postea non sederit ad dexteram eius: & Genes. vigesimooctauo, non dimittam te donec compleuero vniuersa quæ dixi: & tamen non dimisit Deus Iacob immediate, vt illa compleuit. sed hoc modo dicemus, quòd ista dictio donec, non taxat terminum. Satis tamen apparet ex modo sacræ Scripturæ, quòd ibi sit taxatiua temporis, quo durauit manna.

Quo sumitur ista dictio donec & vsque: & an sint taxatiue tẽporis.

Aliter ergo responderi potest, quòd quamquàm donec, vel vsquequo sit taxatiua termini, tamen non accipitur multum stricte ista assignatio: ideo post terminos terræ Chanaan adhuc durauit manna per aliquot dies.

E *Quomodo est intelligendum, quòd quadraginta annis comederunt manna Iudæi Et quando Iudæi cœperunt computare annum inchoantes primum. Quæst. LVIII.*

AD hoc aũt q̃ istud ꝯuenienter intelligatũ est dicendũ, q̃ Exo. 16. voluit Scriptura oñdere quãto tp̃e durauerit, & dixit. filij aũt Israel comederũt mãna 40. annis, donec venirẽt in terrã habitabilem. Hoc. n. cibo aliti sunt vsquequo tangerent fines terræ Chanaã. in quo ponuntur tres designationes tp̃is. Prima est proprie designatio tp̃is: aliç duæ licet ad locum ptineant, tñ limitant tp̃s: cum. n. dr̃, q̃ filij Israel comederunt manna quadra-

ginta annis intelligendum est, quòd non fuerant cōpleti quadraginta anni, sed defuit vnus mensis ad cōplendum quadraginta annos. Et hoc patet, quia Israelitę cęperunt comedere māna anno, quo egressi sunt de Aegypto in mense secundo eiusdem, die decimo sexto eiusdem mensis. nam prius comederant panē: cessauit aūt māna anno quadragesimoprimo ab exitu de Aegypto die quintodecimo, vel tertiodecimo mensis eiusdem. Ad complendum autem annos quadraginta quibus Hebræi manducarent manna, sicut cęperunt manducare die decimosexto mensis secundi anni primi, ita deberet cessare manna die decimo sexto mensis secundi anni quadragesimi primi: & tamen cessauit die quintodecimo, vel decimosexto mēsis primi anni quadragesimi primi. ergo defuit vnus mensis ad hoc, ꝙ complerentur quadraginta anni, ꝗbus Israelitæ manducauerunt manna.

Antecedentia patent, quia Israelitæ dicuntur mansisse quadraginta annis in deserto in pœnam præuaricationum suarum Numeri 14. capit. & isti anni cęperunt computari in ipso die, quo de Aegypto egredi cęperunt. Veruntamen quando cęperunt egredi, erat dies quintusdecimus mensis primi anni illius. nam quando Deus voluit educere illos, iussit quòd ille mēsis, in quo educebat, esset principium annorum semper. Exo. 12. c. scilicet, dixit Dominus ad Moysen, & Aaron in terra Aegypti. mensis iste principium mensium primus erit in mensibus anni: & non egressi sunt in die primo mensis illius, qui erat primus dies anni, sed manserunt vsque ad quintumdecimum. nā fecerunt phase iubente Deo die quartodecimo mensis eiusdem ad vesperum. Exo. 12. cap. & sequenti die quintodecimo inceperunt exire, vt patet eodem cap. & Numeri 33. Et tamen non cępit computari annus a die exitus de Aegypto. sed a primo die mensis eiusdem ne mutaretur ordo mensium, & ita computantur quadraginta anni vsque ad finem. In toto isto tempore annorum quadraginta viuebat Moyses: nā in anno quadragesimo mense vndecimo, die prima mensis ipsius cępit ille recitare verba Deuteronomij coram toto populo, vt patet Deuteronom. primo capitu. & vixit post aliquot diebus, sed paucis, & mortuus est ante complementum anni ipsius quadragesimi, vt patet ex dictis præcedenti capitu. Erant autem tunc Iosue & Israelitę omnes in planioribus locis terræ Moab iuxta Iordanem, & mortuo Moyse fleuerunt eum triginta diebus. Deutero. 34. capi. & sic finitus est annus quadragesimus. in sequenti vero anno in mense primo die decimo mensis eiusdem transierunt Israelitæ Iordanem cum Iosue, vt patet infra 4. cap. & ita apparet, quòd non fuerunt completi anni quadraginta, in quibus Israelitæ in pœnam præuaricationum suarum vagati sunt per desertum: nam defecerunt dies quinque, quia in die quinto decimo mensis primi anni primi cęperunt egredi de Aegypto, idest, de Ramesse vbi manebant in Aegypto. Numeri 33. capitu. & in die decimo mensis primi, anni quadragesimi primi transierunt Iordanem, & tunc cessauerunt peregrinari, quia iam erant in terra sua: sed quia dies quinque non faciunt quantitatem notabilem respectu annorum quadraginta, dictum est, quòd quadraginta annis vagati sunt per desertum quasi totum tempus quadraginta annorum in hoc expendissent. Nam si quis dicat, quòd completi fuerunt isti quadraginta anni, quia computari incipiunt non a die quo egredi cęperunt Israelitæ, sed a die primo mensis eiusdem, qui erat primus mensis anni illius, vt dictum est hic. & sic computando manserunt Israelitæ in deserto annis quadraginta completis, & diebus nouem, quia die decimo transierunt

Iudæi non vagati sūt per desertum 40. annis cōpletis.

F Iordanem infra 4. cap. & vsque ad illum transitum dicuntur fuisse in deserto. Sed dicendum, quòd in hoc parum differt, sed quomodocunque computentur anni vndecunque incipiāt, constat quòd non fuerunt completi quadraginta anni completi, quibus vagati sunt Israelitæ per desertum, quia defuerunt dies quinque. Ex hoc apparet manifestius quod volebamus, scilicet, quòd non manducauerunt Israelitæ manna annis quadraginta completis, sed defuit vnus mensis. nam Israelitæ egressi sunt de Aegypto die quintodecimo mensis primi anni illius, & non comederunt manna statim, quia portabant secum massas azymas ligatas in pallijs. Exodi 12. cap. & de illis mā-

Iudæi non manducauerunt māna annis 40. cōpletis.

ducauerunt quasi triginta diebus, scilicet, ad diem quintādecimam mensis secundi eiusdem anni. nam
G tunc deficientibus panibus murmurauerunt Israelitæ, & Deus dedit eis manna die sequenti, scilicet, decimosexto eiusdem mensis. hoc patet Exodi 15. & 16. cap. scilicet, profecti de Helim venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Helim, & Sinai quintodecimo die mensis secundi postquam egressi sunt de terra Aegypti. & sequitur: & murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen, & Aaron. & ita die quintodecimo mensis secundi murmurauerunt. & in ipsa die prouidit Deus Israelitis mittendo ipsa die ad noctem coturnices ad saturitatem, & sequenti die, idest, decimo
H sexto in aurora misit Deus manna. nam dicitur eodē cap. dabit vobis Dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate. Et ita de illo anno transierat mensis & dimidius, in quo non comederunt Israelitæ manna, sed cessauit manna die quintodecimo mensis primi anni quadragesimi primi ab exitu de Aegypto, vt patet infra 5. capitu. feceruntque phase quartadecima die mensis ad vesperum in campestribus Iericho, & comederunt de frugibus terrę die altero azymos panes, & polentam eiusdem anni. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ, nec vsi sunt vltra cibo illo filij Israel, sed comederunt de frugibus præsentis anni terræ Chanaan. & tamen ad complendum annos quadraginta, quibus comedissent Israelitæ manna, oportebat quòd cessa-
I ret manna die quintodecimo mensis secundi, in quo cęperat, sed quia vnus mensis non facit quantitatem notabilem in respectu ad quadraginta annos, dictum est, quia filij Israel aliti sunt quadraginta annis cibo illo, idest, manna quasi toto illo tempore quadraginta annorum comederint manna.

Declarat alias duas limitationes temporis, quo comederunt manna. Quæst. LIX.

Aliæ duæ limitationes erant. scilicet comederunt manna, donec venirent in terram habitabilem, & vsquequo tangerent fines terræ Chanaan. De prima dicendum, quòd
K notantur duo in ea. vnum est causa manducationis manna. & alterum simul limitatio temporis. Et de isto secundo dicendum, ꝙ per hoc limitatur tempus, quia aduentus ad terram habitabilem ostendit, quæ pars anni quadragesimi erat, an completus esset, vel aliquid insuper abundaret, ne putaretur omnino tempus illud fuisse completum, quia non fuit, sicut ostēdimus præcedenti q. De primo dicendum, ꝙ designat causa, qa ideo Israelitę manducabāt māna, qa nō erāt in terra habitabili. nā erat ille cibus miraculose dat⁹. miracula aūt nō fiūt a Deo, nisi qn̄ deficit humana possibilitas. Israelitę aūt processuri erant per terram, in qua nō erant habitatores, a quibus possent accipere necessaria ad cibos, ideo Deus prouidit cęlitus de

de cibo. sic dicitur Hiere. 2. cap. ascendere vos fecit de terra Aegypti, & transduxit vos per desertum per terram inhabitabilem, & inuiam, per terram sitis, & imaginem mortis, per terram in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo. Sed obijcietur, quòd manna durauit, etiam postquam venerunt ad terram habitabilem. nam venerunt ad vicinia terrę Edom, & Moab, & Ammon Numeri 20. & 21. cap. & tamen non cessauit manna. Dicendum, quòd intelligitur ad terram habitabilem, idest ad terram, quæ ab eis habitari deberet. illa tamen terra non erat habitanda ab Israelitis, quia Deus vetuerat eis facere bellum contra habitatores terrarum illarum dicens, quòd non daret Israelitis de regionibus illis neque passum pedis. Deuteronom. 2. cap. Etiam nondum cessabat causa habēdi manna, quia Israelitæ, licet peruenerunt ad regiones illas, non intrauerunt in eas, sed per confinia earum transierunt: immo, & habitatores earum noluerunt concedere transitum Israelitis per terras illas, & noluerunt eis vendere cibaria Nume. 20. & Deut. 2. & 23. cap. ideo adhuc erat necessarium manna. cum autem venirent ad terram, in qua ipsi habitarēt, iam poterant hēre cibos per seipsos, & ibi deberet deficere manna. Sed adhuc obijceretur, quòd venerunt ad terram habitabilem, idest a se habitandam, & in ea habitauerant, & adhuc non deficiebat manna. nam venerunt ad terram duorum regum Amorrheorum quam ceperunt Nume. 21. cap. & Deuteronom. 2. & 3. cap. & tamen non cessauit manna quousque transierunt Iordanem post mortem Moysi infra 5. ca.

Dicendū, quòd intelligitur de terra habitabili, idest, in qua omnes Israelitæ habitare debent. hoc autē fuit vltra Iordanem ad occidentalem partem eius. nam terra duorum regum Amorrhæorum ante trāsitum Iordanis solis duabus tribubus, & dimidiæ cōcessa est ad habitandum: Nume. 32. ideo quandiu ibi manserunt Israelitæ, non cessabat manna, sed postquā transierunt Iordanem, quia erant in terra habitabili in qua oēs ipsi habitaturi erant, cessauit manna.

Declarat tertiam limitationem, eiusdem temporis. Quæst. LX.

TERTIA limitatio erat. hoc cibo aliti sunt vsquequo tangerent fines terræ Chanaan. per hoc enim magis apparet in qua parte tēporis cessauit manna, quia certum est quando Israelitæ tetigerunt terminos terræ Chanaan.

Sed obijcietur, quòd non cessauit manna statim, vt tetigerunt terminos terrę Chanaan. nam terra duorum regum Amorrhæorum erat de terra Chanaan, & tamen non cessauit manna quando ibi fuerunt Israelitæ. Dicendum, quòd licet illa terra pertineat ad terram Chanaan, & Israelitæ ideo illam acceperāt in possessionē: tamen non est illa intra terminos terræ Chanaan secundo consuetudinem loquendi Scripturæ: nam quando Deus limitauit terminos terræ Chanaan, posuit Iordanem, vt terminum orientalem Nume. 34. cap. & sic terra, quæ est ante Iordanē ad orientem eius, extra terminos terrę Chanaan est, sed terra duorum regum Amorrhæorum, quam ceperūt duę tribus & dimidia in possessionem, est ad orientalem partem Iordanis. Numeri 32. cap. ideo secundū modū loquendi Scripturæ non est illa terra intra terminos terræ Chanaan. & sic non cessauit manna quando ad terram illam peruentum est. Solutio.

Sed dicetur quare non cessauit manna quādo peruentum est ad terram duorum regum Amorrhæorum: cum illam acceperunt Iudęi deletis habitatoribus eius, & poterant ibi manducare de fructibus terræ ipsius. Dicendum, quòd voluit Deus prouidere Iudæis de cibo quandiu ipsi cōuenienter, & sufficienter non poterant habere aliunde. sed in terra duorum regum Amorrheorum non poterant habere cibos sufficienter: ideo prouidit Deus faciendo, quòd non cessaret manna. Et hoc fuit propter duo. Primo, qa terra duorum illorum non erat tanta, vt inde possent omnes Israelitę habere cibos: nam neque ad habitādum sufficiebat omnibus, sed solis duabus tribubus, & dimidię, secus autem de terra vltra Iordanem, quæ erat lata, & magna, & fructus eius sufficerent.

Secundo, & principaliter, quia quando Israelitę occupauerunt terram duorum regum Amorrhæorum, erat finis anni, vel quasi: nam fuit parum ante mortē Moysi, qui mortuus est mense vndecimo, anni quadragesimi. & tamen circa finem anni solent deficere cibi. vocatur enim finis anni secundū consuetudinem Hebræorum Februarius, aut Martius, & tunc incipiunt nouæ fruges in terra Chanaan: ideo non debuit Deus tali tempore facere, quòd cessaret manna, quia Iudæi non haberent cibos sufficientes, & ob hoc distulit vsque ad principium sequentis anni, quando erant iam nouæ fruges: nam tunc poterat esse copia fructuum. & hæc est vera causa: nam ob hoc cessauit manna die quintodecimo mensis primi, & tunc erāt nouæ fruges in terra, & hoc innuit Scriptura infra 5. cap. dans cām cessationis mannę. s. manserunt filij Israel in Galgalis, & fecerunt phase quartadecima die mensis ad vesperum in campestribus Iericho, & comederūt de frugibus terræ die altero azymos panes, & polentam eiusdem anni. Defecitque manna postquam comederant de frugibus terræ, neque vsi sunt vltra cibo illo filij Israel, sed comederunt de frugibus præsentis anni terrę Chanaā. Sed dicet aliquis, ꝙ fundamentum huius rationis non est certum: nam non constat quanto tpe ante mortem Moysi acceperunt Israelitæ terram regum Amorrhæorum, & ita poterat esse, ꝙ acceperint illam in principio anni quadragesimi, & tunc esset copia frugum in terra, & posset conuenienter cessare manna. Dicendum, ꝙ licet nō constet quanto tpe ante mortem Moysi capta fuerit illa terra, cōstat tñ ꝙ erat post medietatem anni aliquanto tpe. nam istud fuit post mortem Aaron, quia de morte Aaron habetur Numeri 20. c. Et de bello ꝯ duos reges Amorrheos, & occupatione terrę eorum habetur Nume. 21. Aarō tñ mortuus est in anno quadragesimo ab exitu de Aegypto, mense quinto eiusdem anni. vt patet Numeri. 33. c. Et tñ adhuc non fuit occupatio illius terræ statim post mortem Aaron. ipse enim mortuus est in monte Hor, & plāxit eum ibi populus triginta diebus Nume. 20. cap. Et postea ambulauit populus per multas mansiones, antequam pugnaret ꝯ duos reges Amorrheos. Nume. 21. ca. & ita esset octauus, vel nouus mensis anni illius quadragesimi, vel plus quando caperetur terra illa, & sic manet fundamentū datum. s. ꝙ cū esset circa finē anni, essent pauci fructus: ideo non erat conueniens tunc cessare manna. Quo tpe capta fuit terra duorum regū Amorrheorum.

Bona dubitatio contra prædicta, & determinatio auctoris. Quæst. LXI.

SED adhuc dicet aliquis, quòd nō cessauit mā-na quando peruenerunt ad terminos terræ Chanaan, quia vltra Iordanem transierant, quando cessauit manna, & tamen Exo. 16. ca. dicitur, quòd solum durauit manna vsquequo tangerent terminos terræ Chanaan.

Dicendum, quòd debent accipi stricte termini terrę Chanaan, sicut accipit Scriptura Nume. 34. cap. & tunc Solutio.

tunc non dicebantur tangere terminos terræ Chanaan quousque venirent ad Iordanem, quia Iordanis est terminus orientalis terræ illius, eo. cap. Cum autem dicitur, quòd iam transierant Iordanem, nondũ cessauerat manna, dicendum quòd Israelitæ transierunt Iordanem die decimo mensis primi, vt patet infra 4. cap. & die quinto decimo cessauit manna, vt patet infra 5. cap. & sic quatuor diebus, vel quinque comederunt manna post transitum Iordanis. & tamen dicendum, quòd tunc in terminis terræ Chanaã erãt, vel dicebantur contingere ipsos, quia licet transiuissent Iordanem, nondum peruenerant ad aliquem locum terræ Chanaan, sed erant in agris, nam manserũt in Galgalis, vbi non erat locus aliquis, sed campus. primus autem locus in terra illa erat Iericho ad quem nondum peruenerant: ideo cum ad nullum adhuc locum terræ Chanaan venissent, quãdo cessauit manna, licet essent intra eam, dicebantur esse intra terminum eius, vel tangere terminos. Redeundo autem ad id quod inceperamus de exploratoribus, dicendũ quòd manna adhuc erat inter Israelitas qui nondum Iordanem transierant, sed ipsi non potuerunt comedere de illo quando latebant.

Rñdit ad motiuum.

Aliter ergo respondendum est ad quęsitũ, scilicet, quòd non potuerunt habere manna exploratores tribus diebus illis, quibus fuerant in mõtanis, nam quãq; tunc duraret manna, & durauerit vltra Iordanem vsque ad campestria Iericho in mansione quæ dicitur Galgala, tamẽ non poterãt habere exploratores, quia solum cadebat manna in circuitu castrorum, vt patet Exo. 16. cap. scilicet, mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum, & Numeri. 11. dicitur cũque descenderet nocte super castra ros, descẽdebat pariter, & manna. exploratores autem erant distantes a castris, ergo non pluebat illis manna ad vescendum.

Dicet aliquis, quòd exploratores in triduo quo latuerunt comederunt de herbis siluestribus, nam in angustijs exponunt se homines quibuscunque cibis, quousque veniant ad cibos infames. & cum durauerint solum per tres dies, leue erat tolerare. Aliter dicendum est, & conuenientius, quòd exploratores duxerunt cibos de vrbe Iericho pro illis tribus diebus, nam cum Raab illos admonuisset per dies illos tres manere in occulto, & ipsi irent cum proposito manendi, ducerent cibos de domo Raab, quia in montanis nihil se nouerant inuenturos. *Donec reuerterentur, qui fuerant persecuti.* Idest donec reuerterent nuncij regis Iericho, qui persecuti fuerant exploratores, post tres dies autem illi regressi sunt. non est autẽ sensus, quòd tandiu exploratores morarentur abscõditi quousque redirent Ierichontini, ita quòd illi cognoscerent illorum regressum, & post hoc ipsi recederent de montanis, sed quòd eos Raab in montanis per tres dies admonuerit manere, quia vsque ad illud tempus verisimile erat regressuros esse exploratores, & ipsi tandiu permanserunt. *Quærentes enim per omnem viam non inuenerant eos.* Ierichontini primo gressu concito peruenerunt vsque ad Iordanis vada, vt attingere possent exploratores quos fugisse arbitrabantur. vltra Iordanem autem transire noluerunt, quia castra Israelitarum erant apud Iordanem, & non erat his tutum transire, cum vero non inuenerunt eos, inceperunt eos inquirere in circuitu viarum an alicubi laterent, & sic morati sunt vsque ad diem tertium.

Determinatio Auctoris.

Quibus vrbem regressis. Ante completionem trium dierum regressi sunt Ierichontini persecutores exploratorum in vrbem. Exploratores autem manserunt in montanis tota illa nocte qua exierunt ab vrbe, &

F diebus illis sequentibus tribus: Ideo post regressum p̃secutorum recesserunt exploratores. *Descenderunt exploratores de monte.* In quo latebant per tres dies, & venerunt per iter quod ducit ad vada Iordanis. *Et Iordane transmisso.* Per vadum, quia per illum locum prius transierant, quoniam tunc Iordanis vadabilis erat, nondum enim intumuerat impletis ripis suis, sicut factum est post, quando transiuit totus Israel, vt patet sequenti capitu.

Venerunt ad Iosue filium Nun. Venerunt exploratores in castra, quæ erãt non procul a Iordane. dicuntur venisse ad Iosue, quia ipse erat princeps Israelitarum, & fit denominatio a principali. Vel dicuntur venisse ad eum, quia primo venerunt ad narrandum ei, quæ acciderant illis, quam narrarent reliquę multitudini, G cum ab ipso destinati fuissent.

Narrauerunt ei omnia, quæ acciderant eis. Scilicet, ista quæ supra enarrata sunt. Scriptura tamen non repetit ea, quia sufficienter supra enarrata sunt.

Et dixerunt tradidit Deus in manus nostras. Dicebant terram traditam in manibus eorum, quia videbatur eis certum esse, quòd traderetur terra illis: ideo de ea tradenda loquebantur tanquam de iam tradita. vel dicebant, quòd tradita erat terra in manus eorum, quia ita modicum laborem existimabant ad capiendam eam, velut si iam capta foret. hoc dicebant exploratores propter signa timoris magni, quem conspexerant in Chananeis, vt infra patet.

Omnem terram hanc. Idest totam terram Chananeorum, quę est vltra Iordanem. est autem hic de-
H monstratio ad intellectum, quia Iosue, & exploratores non habebant presentem oculis suis terram, de qua loquebantur, sed demonstrabant ad intellectũ. sicut dicitur, hic est vere martyr. & dicimus, iste cõfessor Domini sacratus: & tamen neutrum horum videmus. & dixerunt exploratores, tradidit Deus terrã hanc, & non dixerunt tradita est terra hęc in manus nostras, quia signa traditionis terrę, quæ videbant exploratores, non erant ab eis, sed a Deo. nam hoc indicauerunt ipsi per timorem hostium, sed iste timor non fuit incussus a Iudæis, sed a Deo, vt patet Exo. 23. & Deuteronom. 7. scilicet, terrorem meum mittam in prę̃cursum tuum, & occidam omnem populum
I ad quem ingredieris, cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam, & sicut Deus posuit signa tradendi populi huius in manus Iudęorum, ita ipse tradidit per mirabilia, & portenta, vt patet infra 10. mittendo lapides grandes, qui plures occiderunt de hostibus, quam occiderent Iudæi. item tenendo solem immotum, quousque Iosue vlcisceretur se de hostibus suis, vt patet eodem capitu. & in eis, quę Israelitæ per se faciebant, adhuc Deus dicebatur eis dare vires ad agendum, vt patet Deuteronomij octauo ne diceres in corde tuo fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia pręstiterunt, sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipse tibi vires præbuerit.

Et timore prostrati sunt omnes habitatores eius. Non
K solum dicitur, quòd timuerunt, sed quòd timore prostrati sunt, in quo magnitudo timoris signatur, quia qui timore cadit, maximum timorem patitur. Hoc autem fit cum concutiente valido timore, vires animi nostri elanguescunt, & corpus viribus destitutum corruit. non erat adhuc tantus timor in Chananæis, sed ad magnitudinem timoris eorum signãdam, positum fuit hoc, & est talis sententia per hyperbolem, quæ est transcensus veri, vt dicitur in Doctrinali, vt astra ferit clangor. consueti sunt similes modi loquendi in Scriptura.

CAP.

CAP. III.

EGITVR Iosue de nocte consurgens mouit castra. Egredientesque de Sethim venerũt ad Iordanem, ipse & omnes filij Israel, & morati sunt ibi per tres dies. Quibus euolutis transierunt præcones per castrorum medium, & clamare cęperunt. Quando videritis arcam fęderis Domini Dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes eam, vos quoque cõsurgite, & sequimini præcedentes, sitque inter vos, & arcam spatium cubitorum duum millium, vt procul magis videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini: quia prius non ambulastis per eam. Et cauete appropinquetis ad arcam. Dixitque Iosue ad populum. Sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia. Et ait ad sacerdotes. Tollite arcam fęderis, & præcedite populum. Qui iussa complentes tulerunt, & ambulauerunt ante eos.

Leui. 20. Nume. 21.

IGitur. In superioribus dictum est de missione exploratorum ad terræ statum cognoscendum. hic consequenter agitur de transitu Iordanis ad hostes de terra expellendum, & diuiditur in tres partes, quia primo dicitur quid populus egerit transeundo. Secundo quid fecerit de Iordane exeundo. Tertio quid egerit post transitum Iordanis castra figendo. Secũda sequenti cap. Tertia infra 5. cap. Prima diuiditur in tres partes. Primo de transeundo Iordanem datur præceptum. Secundo additur signum a Deo implendum. Tertio ponitur vtriusque complementum. Secunda ibi. *Dixitque Dominus ad Iosue*. Tertia ibi. *Egressus est populus*. Circa primum dicitur. *Igitur Iosue de nocte consurgens*. Hic ponitur recessus Israelitarum de mansione Sethim, in qua ante erant.

Diuisio.

Quòd præconizatio trium dierum ad transitum Iordanis fuit post aduentum exploratorum. Quæst. I.

IN quo sciendum, quòd postquam Iosue misit exploratores in Iericho mansit populus in Sethim quousque venirent, cum redierunt, iussit Iosue principibus populi, vt facerent preconizari per omnia castra, quòd omnes pararent cibos, quia post tres dies transirent Iordanem, tunc totus populus se parauit, & in nocte sequenti surrexit Iosue per noctẽ ad faciendum populum parari ad recessum, & in aurora diei illius recedentes fixerunt castra apud Iordanem, & manserunt ibi die ipsa, & sequẽtibus duobꝰ, die autem quarta transierunt Iordanem, erat autẽ Sethim apud Iordanem: ideo non morati sunt per vnam dietam Israelitæ veniendo de Sethim in Iordanem, sed factum est hoc, vt essent apud ripas Iordanis in illis tribus diebus, & contemplarentur multitudinem aquarum Iordanis, vt postea magis admirarentur de transitu miraculoso.

In hebręo habetur hic. *Igitur Iosue de mane consurgens*. Ratio diuersitatis est, quia id quod vocatur aurora, potest vocari nox. nam mane, vel aurora est vlti-

A ma pars noctis, & prima pars lucis magis communicans cum nocte quàm cum die. Ideo id quod Hebręi vocauerunt mane, litera nostra latino more noctem appellauit. Similis modus respondendi est Nicolai, & est satis conueniens. Alio modo responderi potest, quòd hic potest poni nox pro ipsa nocte, vel potest poni aurora, quę est dies. & hoc secũdũ, quòd refertur ad diuersa. nã dicitur, quòd Iosue de nocte cõsurgens mouit castra. ista determinatio temporis, scilicet de nocte, potest referri ad istud participium cõsurgens, vel ad illud verbum, scilicet mouit castra.

Et sciendum, quòd Iosue surrexit de nocte ad faciendum, vt Israelitæ pararentur ad redendum de
B Sethim: & tamen quando parati cęperunt mouere castra, erat iam mane, siue aurora. vnde si ista determinatio temporis, quę hic ponitur referatur ad participium consurgens, debet dici de nocte, scilicet Iosue de nocte consurgens mouit castra. Si autem ista determinatio referatur ad verbum illud mouit castra debet dici de mane, quia in mane mota sunt castra, & tunc erit sensus, & punctuatio. Iosue consurgens mouit castra de mane.

Hoc modo tolluntur similes contrarietates, quæ videntur esse in Euangelijs, quia beatus Marcus dicit venisse mulieres ferentes vnguenta ad sepulchrum Domini orto iam sole, vt patet Marci 16. Sed beatus Ioannes dicit hoc fuisse factum per noctem, vt patet Iosue 20. cum dicitur. vna autem sabbati Maria Mag-
C dalenæ venit cum adhuc tenebræ essent ad monumentum. Et beatus Lucas idem vult cum dicat: vna autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumẽtum, vt patet Lucæ 24. Soluitur autem contrarietas ista apparens, quia venire potest significare terminũ a quo, respectu cuius est venire, vel terminum in quẽ, respectu cuius est peruenire. Si autem accipiatur respectu termini a quo dicendum est, quòd mulieres ferentes aromata surrexerunt per noctem, cum adhuc essent tenebræ: & tamen dum se parauerũt, & peruenerunt ad monumentum, quod satis tunc ab vrbe distabat, facta est dies, & ortus est Sol, & sic dictũ beati Ioannis, & Lucæ intelligitur de surgendo, & parãdo, dictum vero beati Marci intelligitur de tempore, quo ad monumentum peruenerunt. Et soluitur ista cõ-
D trarietas in eadem litera Marci 16. cap. cum dicitur, & valde mane vna sabbatorum venerunt ad monumẽtum orto iam sole: ecce dixit fuisse valde mane, & tamen esse ortum Solem. nam si ad idem referantur impossibilia sunt, aut saltem incompossibilia. nam quomodo Sol ortus est, quamquàm mane dici posset: tamen non est valde mane: sed necessario referẽda sunt ista ad diuersa, scilicet ad terminum a quo, & terminum in quem, & tunc verum est, quòd valde mane vna sabbatorum venerunt, idest venire incęperunt, aut ad veniendum se parauerunt: & tamen orto iam Sole ad monumentum venerũt, quia ortus erat quando illuc peruenerunt, sic dicendum est in diuersitate literæ Hebraicæ, & nostrę. *Mouit castra*. Idest
E fecit moueri castra. ad mouendum castra oportebat, vt clangeretur buccinis, & erat clangor prolixus atq; concisus, vt patet Numeri 10. & tunc audito clangore mouebant castra, qui erant ad partem orientalem sub vexillo filiorum Iuda, scilicet filij Iuda, & tribus Isachar, atque Zabulon, deinde mouebant castra, quæ erant in vexillo partis Meridianę, scilicet filij Ruben, & Simeon, & Gad. De toto autem ordine pręcedẽtium in itinere habetur Numeri 10. de situatione autem castrorum in manentibus, patet Numeri 2. cap. An vero in transitu Iordanis, & postea obseruatus fuerit idem modus procedendi, qui habetur in deserto declaratum est supra primo cap. scilicet, quòd non, qa

Q̃o tollũtur contrarietates tẽporis, quæ videntꝰ esse in Euangelijs.

In q. 80.

tribus Gad,& Ruben, & dimidia tribus Manasse præcedebant accinctæ armis reliquam multitudinẽ Israelitarum,vt patet infra sequenti.c.& hoc factum fuit in ista mutatione de Sethim, vsque ad ripas Iordanis.

Progredientesque de Sethim. Istud est nomen mansionis in qua tunc erant Israelitæ,& ista fuit vltima in mãsionibus, quæ habentur in catalago mansionum Numeri 33.c.& ibi mortuus est Moyses: mansio autem, vel castrametatio facta in ripa Iordanis, non computatur inter mansiones, vocatur ista mansio Bellsethim Nume.33.c. Sciendum autem,ꝙ de ista mansione nõ recesserunt Israelitæ,sicut de cęteris: quia in aliis nunquam fiebat motus castrorum, nisi mota nube, & in nullo loco quiescebatur,aut figebantur castra,nisi nubes primo quieuisset,vt patet Exo.40.& Numer.9.c. & hoc siue paruo, siue magno tempore nubes maneret:hic autẽ cessauit nubes post mortem Moysi: ideo cum de ista mansione recedere debuerunt Israelitæ, non præcessit nubes: nec mota sunt castra ad motum nubis,sed Iosue mouit castra, & loco nubis præcedentis fecit præcedere castra arcam Dei,vt patet infra. Et ipsa disponebat locum castrorum. Quare autem cessauit nubes post mortem Moysi, infra dicetur.

Venerunt ad Iordanem ipse, & omnes filij Israel. i. venerunt ad ripas Iordanis, nam fuerunt castra fixa apud aquas Iordanis: ante enim cum essent in Sethim aliqualiter distabant ab aquis Iordanis. *Ipse & omnes filij Israel.* Quia Iosue erat dux,& quo ipse iret oẽs Israelitæ pariter irent: hic autem nomine Israelitarum intelliguntur etiam Leuitæ. nam non solũ aliç tribus iuerunt cum Iosue,sed etiam Leuitæ,& sacerdotes: quoniam isti portabant sanctuarium, & arcam. Raro tamen nomine filiorum Israel comprehenduntur Leuitæ,& hoc quia Leuitæ non acceperunt sortem, vel partem hereditatis cum reliquis Israelitis,vt patet Nume.18.& 35. quia Deus erat sors eorum. Item iussit Deus, vt non computarentur cum Israelitis, nec poneretur summa eorum cum tota Israelitarũ summa, vt patet Num.1.cum dicitur: tribum Leui noli numerare,nec ponas summam eorum cum filiis Israel, sed constitue eos super tabernaculum testimonii. vbi tñ agitur de aliquo speciali nomine Israelitarum intelliguntur Leuitę, & hoc magis declaratum est Nu.1.c.

Expositio hebręorũ.

Et commorati sunt ibi per tres dies. In litera hebraica ponitur quædam dictio, quæ significat manere, vel dormire,& hebręi exponunt dicentes, ꝙ venerunt Israelitæ in Iordanem,& dormierunt: & post tres dies transierunt. & est sensus horum ꝙ non manserunt Israelitæ apud Iordanem diebus tribus, sed solum dormierunt ibi, & postea recesserunt, s. sequenti die: & cum dicitur post tres dies, dicunt quòd refertur ad missionem exploratorum, scilicet ꝙ tribus diebus post missionẽ exploratorum transierunt Iordanem.

Sed hoc non stat; quia ad minus necesse est fuisse 4. vel 5. dies quia a mansione Sethim vsque Iericho esset vna dieta vel amplius,cum a vadis Iordanis vsque ad Iericho quidam vnã dietam ponãt: quod satis rationabile videtur ex pręcedenti ca. & tamen magis distat Sethim a Iericho, quam Iordanis, cũ sit iter per vadũ Iordanis:& post hoc steterunt exploratores in vrbe Iericho: & dimissi a Raab latuerunt in montibus tribus diebus,vt patet pręcedenti.c.& postea redierunt in castra,ergo ad minus eundo,& redeundo morarentur exploratores diebus.4.vel.5.& sic nõ stat ꝙ tribus diebus post exploratorum missionem fuerit transitus Iordanis. Aliter responderi posset: ꝙ isti tres dies ponãtur a tempore illo quo posuit Iosue edictum publicũ dicens, pręparate vobis cibaria, quia post diem tertiũ transibitis Iordanem: vt patet supra primo.c. Et hoc satis saluatur ex litera: conuenientius tamen stare videtur F litera nostra dicens, ꝙ venerunt Israelitę in Iordanem,& morati sunt ibi per tres dies .s. simpliciter morati sunt. postea tamẽ dicitur,& post tres dies. Ita ergo nostra coniunxit ista faciens clariorem sensũ . s. manserunt ibi tribus diebus , & postea ait: quibus euolutis vbi litera hebraica dicit:& post dies tres.

Ad quid manserit tota Iudæorum multitudo tribus diebus ad ripam Iordanis.
Quæst. II.

CIRCA istos tres dies dubitatur: ad quid mãserit ibi Israel? Aliqui de doctoribus nostris respondent ad hoc, ꝙ Iordanis eo tempore G intumuerat aquis resolutis ex niuibus,& alluuio ista erat breuis: expectauerunt ergo per dies tres, vt interim Iordanis aliquantulum decresceret: & sic transire possent. Contra hos arguit Nicolaus dicens non concordare veritati hebraicę. nam vbi nos dicimus, *Iordanis autem ripas alueì sui tempore messis impleuerat.* In hebręo habetur. *Iordanis super omnes ripas suas omnibus diebus messis*. i.ꝙ toto tempore quo messis duraret,Iordanis intumore suo manebat, & tamen tempus messis secundum hebręos est duorũ mensium: vt declaratum fuit Gene.8. ideo non manerent Israelitę tribus diebus solũ,sed pluribus expectantes diminui tumorem Iordanis. non ergo videtur conuenienter dictũ. Dictum istorum non est conueniens, & tamen argumentum Nicolai non militat contra illud. nam cum H dicitur in litera hebraica, ꝙ Iordanis impleuerat super omnes ripas suas omnibus diebus messis: non est sensus, ꝙ duraret ille tumor toto tempore messis. s. per duos menses,aut amplius. sed est sensus ꝙ Iordanis ripas suas implebat omnibus diebus messis. i. in quolibet anno tempore messis Iordanis ex resolutis niuibus implebatur. an vero duraret per vnum diem vel paucos aut multos, non constat ex litera: & tunc non infertur quicquam contra dictum illorum. quia quamquam Iordanis non esset tumens, non transirent eum Israelitę: quia fuerat positum edictum,ꝙ post dies tres transirent Iordanem, vt patet supra primo. c. ergo quamquam accederent ante,non auderent transire. Nicolaus dicit, ꝙ causa expectationis I huius fuit, quia Iosue expectabat reuelationem domini de modo transeundi Iordanem: & ista reuelatio fuit facta tertia die. ergo tunc transire debuerunt .s. facta reuelatione in die tertia, fuit transitus in die quarta. quod erat transire post tertiam diem,& hoc inducit ex litera. cum dicitur infra, sanctificamini: cras enim faciet dominus inter vos mirabilia. Si enim sciuisset Iosue,ꝙ ad eorum transitum siccari debebat alueus Iordanis, non oportuisset expectare diẽ neque horã,sed inmediate transiuissent. Sed adhuc ista positio non totaliter stat. dicit enim ꝙ solum expectabat responsum Dei,& ꝙ si sciuisset Iordanem siccandũ ad introitum suum,non expectasset Iosue diem,nec horam. huic tamen repugnat litera etiam allegata per ipsum Nicolaum. s. sanctificamini: cras enim faciet in K ter vos mirabilia. ecce in die priori sciuit Iosue quid facturus esset Deus in transitu Iordanis: sed non transiuit, quoniam prius expectauit vsque ad sequentem diem. nam in sequenti die dixerat Deus se facturum mirabilia, & si in eadem die tentasset Iosue transire Iordanem, non siccaretur alueus eius. Conuenientius ergo dicendum est, ꝙ Israelitę expectauerunt in his tribus diebus expletionem mandati Dei. nam Deus mandauerat Iosue, ꝙ transiret Iordanem: vt patet supra 1.c.& Iosue pręcepit pręconizari ꝙ pararent se ad transeundũ post tres dies: & istud credit recepisse Iosue a Deo in mandatis: alioquin non auderet iubere,

Determinatio auctoris.

& post

& post istud præconium, sequenti nocte recesserunt Israelitę de Sethim, & venerũt in ripas Iordanis in primo dierum trium prędictorum: expectauit ergo populus his tribus diebus non audens transire, donec expleretur tempus prefinitum a Deo.

Quare Iosue iussit ne transirent Iudæi Iordanem, vsque ad tres dies. Quæst. III.

SED quæret aliquis quare iussum est, vt nõ transiret populus vsq; ad tres dies. Forte rñderi poterit secundum aliquos factum fuisse, vt populus videret magnitudinem aquarum Iordanis his diebus tribus, vt sic magis admiraretur de admirabili transitu. Sed melius forte dicendum erit, ꝙ Deus voluit, vt Israelitæ expectarent per illos tres dies, donec inciperet tumescere Iordanis. nam cum ad ripas eius venerunt non erat tumens, & satis hoc colligi potest, quia exploratores transierunt bis Iordanem euntes. s. & redeuntes, & semper per vadum eius, in quo apparet, ꝙ non erat tumens. nam tunc non esset alicubi vadabilis, & tñ immediate, vt exploratores redierunt ad castra, mouit Iosue de Sethim, & castrametatus est super ripas Iordanis. sicut ergo pręcedenti die transeuntibus exploratoribus, nihil tumoris extiterat, ita probabile erat ea die, qua illuc castra Israelitarum peruenerunt nihil creuisse, & post tres dies fuisse tumores aquarum niuibus resolutis. nam si esset Iordanis vadabilis, nulla esset occasio ad faciendum miraculum, quia sic totus Israel transiret, & tñ Deus volebat facere miraculosum transitum Israelis ad concutiendũ tremore corda Chananęorũ, quod sic factum est. nam audita siccatione aluei Iordanis oẽs cõtremuerunt, vt patet ĩ. 5. c. s. postquam igitur audierunt oẽs reges Amorrhęorum, qui habitabant trans Iordanẽ ad occidẽtalem plagam, & oẽs reges Chanaan, ꝙ siccasset Deus fluenta Iordanis, dissolutum est cor eorũ, & non remansit in eis spiritus. Dicunt quidam de hebræis, & Nicolaus, ꝙ ista dies prima horum trium dierum fuit dies trigesima mortis Moysi, in qua completus fuit planctus Moysi. nam 30. diebus durauit fletus pro eo, vt patet Deut. 34. c. & probant hoc præsupposita inductione, q̃ fecerũt. s̃. 1. c. & magis in secũdo. s. ꝙ 33. diebus post mortem Moysi fuit transitus Iordanis assumendo diem vtrunque inclusiue, & tñ manifestum est, ꝙ post istos tres dies fuit trãsitus Iordanis. s. die. 4. ergo dies iste primus erat trigesimus, & consequenter erat vltimus dies fletus pro Moyse. Sed ista positio improbata fuit. s̃. 1. & 2. cap. & satis apparet ex hoc. nam pro Moyse fuerunt 30. dies planctus, vt patet Deute. 34. & isti fuerunt completi in mansione in qua mortuus est Moyses. s. in vallibus terræ Moab, vt patet Deut. 34. ergo ante finitum planctum nõ recesserunt de loco ipso planctus. tamen data ipsa positione requiritur, ꝙ ante finitum planctum Israelitæ mouerunt castra. s. die vltima, quod conuenit. ergo non erat ista dies trigesima a morte Moysi. *Quibus euolutis.* s. in fine diei tertii. erat iste dies tertius, a tempore quo venerant in ripas Iordanis, & quantũ ad assignationem, quæ facta fuerat in Belsethim. s. post tres dies transibitis Iordanem.

Primo ca. q. 4. & 2. c. q. 8. & 9.

An ista quæ dicuntur hic fuerint facta die 4. vel 3. Quæst. IIII.

DICET aliquis, ꝙ ista quæ dñr hic, facta sunt in 4. die, quia dñr facta euolutis diebus tribus, sed cũ dies tres euoluti sunt, dies quartus est. Rñdendum est hunc diẽ fuisse tertium, in q̃uo ista dicta sunt, quod patet ex sequentibus

A verbis Iosue ad populum: s. sanctificamini: cras. n. faciet dñs inter vos mirabilia, & istud necessario est in die transitus, quia tunc facta sunt mirabilia. ergo dicta fuerunt hæc die 3. qui erat præcedens ad introitum in Iordanem, & dñr tunc dies tres euoluti, quia forte ista dicta sunt in illo die ad vesperum, & sic erant euoluti dies tres. *Trãsierunt præcones per castrorum medium.* Iosue mandauerat eis, vt præconizarent hæc, quæ hñr hic, & sic in hac tertia die facta est Iosue reuelatio de transitu Iordanis, sed non declarauit ipse immediate in speciali, sed solum dixit in generali, ꝙ facturus esset dñs mirabilia inter Israelitas sequenti die. *Quando videbitis arcam domini Dei vestri* Hic ponitur qñ deberent Israelitæ moueri ad ambulandũ, & mouendum castra, & dr̃ ꝙ qñ arca portaretur a sacerdotibus, oẽs mouerẽtur ad procedendum secundum ordinem suum. B

Duplex erat directiuum Iudæorum in itinere post cessationem nubeculæ. s. clangor, & arca. Et quòd non erat idem modus profectionis præcedente arca, aut nube. Quæst. V.

SCIENDVM autem sicut supra dictum fuit, iã cessauerat nubecula dirigens Israelitas in itinere, ideo indigebant directiuis ad procedendũ: erat aũt duplex directiuum. vnum ad assignãdum tpa mouẽdorum castrorum: aliud ad signandũ per quam viam pergere deberent. Primum erat, ꝙ ad motum castrorum clangeretur tubis argenteis. de q̃bus Num. 10. & cum esset clangor prolixus, atque cõcisus, mouebant singuli tentoria sua colligentes sarcinulas, & iste erat motus castrorum. Secundum directiuum erat ad dirigendum in via. nam dato ꝙ Israelitæ per clangorem tubarum scirent quando mouenda essent castra, tñ nescirent per quam viam eundum erat. adhuc ergo egebant alio directiuo, & istud erat arca, quia illa præcedebat per viã qua ituri erant Israelitæ, & eam videntes sequebantur. Cum vero nubes dirigeret Israelitas per desertum, ipsa vtrũque explebat officium. nam dabat signum ad tempus mouendi castra, nam toto tempore quo nubes pendebat super tabernaculum, Israelitæ manebant in castrametationibus suis, siue magno tempore, siue paruo maneret nubes. cum autem recederet de tabernaculo, mouebãt castra Israelitæ ſm ordinem suum, primo filii Iuda q̃ erant ad partem orientalem, & aliæ duæ tribus existẽtes sub vexillo eius, & ꝑñr aliæ ſm ordinem, qui habetur Num. 10. & ista nubes ab omnibus Israelitis videbatur, siue stans, siue recedens, vt patet Exo. 40. cũ dr̃. nubes quoque dñi incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte videntibus populis Israel per cunctas mansiones suas, & hociquidem proficiebat, siue Israelitæ castra mouere deberent per diem, vel per noctẽ. nam per noctem apparebat figura ignis lucentis, & videbatur an staret, vel moueret, & ſm hoc scirent Iudæi an castra mutanda forent, vel manendũ. Et q̃q̃ raro Iudęi castra mouerent ꝑ nocte, & tñ si qñ contingeret, ꝙ mouerent, ita videbant signũ motus castrorum in spẽ ignis, sicut in die in columna nubis. sic patuit in transitu maris rubri. nã tunc ꝑ noctem transierunt Israelitæ, & colũna posita est inter Aegyptios, & Israel illuminans Israel, & excecans Aegyptios, vt tota nocte nõ possent Aegyptii irruere in Iudæos, vt patet Exo. 14. cũ dr̃. stetit nubes inter castra Aegyptiorũ & castra Israel, & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctẽ, ita vt ad se toto noctis tpe accedere nõ valerẽt. Nubes quoque ista in via dirigebat. nã ipsa præcedebat Israelitas eleuata, ita vt in motu suo videri posset ab oĩbus, sicut ante videbatur stans, & qua via pergeret, illac Israelitis currendum erat. quo mõ dato. sola

C

D

E

nubes

nubes Iudæis sufficiebat. Nunc vero ea cessante non sufficiebat vnū signum. nam q̃q̃ clangor argētearum tubarum esset conueniens signum mouendorum castrorum, tñ non erat ad dirigendum in via. Arca ēt testamenti q̃q̃ præcedens viam monstraret Israelitis, tñ non erat signū conueniens Israelitis ad mouendū castra, quia non poterat videri qñ mouebatur, vel quando stabat. Et qñ dixerunt hic præcones, ꝙ cum Israelitæ viderent arcam Dei, ꝙ mouerentur: non est sensus, ꝙ arca sola esset eis signum mouendi, sed prius clangebatur buccinis, & tunc Israelitæ parabant se ad gradiendum tollentes castra quæ fixerant, & tunc respiciebant per quam partem iret arca dñi, & per illā ꝓficiscebantur. Cōsiderandum ēt, ꝙ omnibus istis adhuc assignatis non erat idem modus profectionis, qñ nubes præcedebat dirigens Israelitas, & qñ præcedebat arca. nam nubes solo iudicio angeli, qui in ea erat, mouebatur, & hebręi nesciebant quo itura foret, sed quocunque pergeret, sequebantur. In arca aūt præcedente, sic fieri non poterat, quia ipsa non mouebatur ab angelo, sed a sacerdotibus, vt patet hic, vel a Leuitis, vt dicitur Num. 4. c. necesse erat igit̄, vt prius Israelitæ concordarent, qua via eis pergendum erat, siue ꝑ diuinum oraculum, siue humanum consiliū, & tunc princeps dicebat sacerdotibus portantibus arcam, per talem viam procedatis, & in tali loco consistite, & tūc sacerdotibus iussa complentibus, totus populus vidēs arcam mouebatur, vt dictum est, quousque arca quiesceret, vel quousque assignaretur a Iosue., hoc aūt dr̄, quia in transitu Iordanis arca præcessit Israelitas ad intrandum in fluuii alueum, sed ipsa manente in fluuio, transierunt omnes Israelitę, & postea arca incępit præcedere, vsque ad locum castrametationis.

Quare post mortem Moysi cessauit nubes, & successit arca. Et an fuerit in terra Chanaan necessaria nubes. Quæst. VI.

NVNC autem aliquis inquiret, quare post mortem Moysi cessauit nubes, & successit arca. Respondendum est: ꝙ Deus prouidere voluit Iudæis in eis in quibus ipsi per se insufficientes erant, sicut non poterant in deserto habere cibos: ideo Deus eis manna de cęlo contulit: vt patet Exo. 16. & hoc quidem non datum est, quousque defecisset panis, & Israelitę clamarent pro alimento. Ita, & de vestibus factum est, atque calceamētis. nam annis 40. mansit Israel in deserto, & his nō cōmunicauit cum aliqua gente, quę ei in necessarijs vestibus, & calceis sufficere posset. Deus igitur fecit, vt vestes & calcei educti de Aegypto sufficerent eis vsq; ad introitū terrę Chanaan, vt patet Deut. 8. c. ita & in directione itinerum factum est. nam terra illa per quā ibant Israelitæ erat deserta, & inuia, ita vt nescirēt qua pergendum eis erat, & dato ꝙ scirent aliquā viam, nesciebant per quam partem terræ Deus vellet ingredi Israelitas, dedit ergo Deus nubem dirigentem ꝑ diem & speciem ignis per noctem. Hæc autem necessitas non mansit in terra promissionis: nam cū Iudæi tunc essent in terra populata, non erat eis necessarius motus nubis, ipsi nāque scirent ad quas ciuitates, vel loca moueri vellent, & ad hoc sufficiebat eis arca ꝓcedens per viam illam, quam ipsi determinassent. in deserto autem non sufficeisset motus arcę. nam non fuit arca fabricata, vsque ad māsionem Synai: vt patet ex processu Exodi. ergo vsque ad montem Synai non haberent aliquid quo dirigerentur. Item adhuc post fabricationem arcę non sufficiebat motus eius ad dirigendum in via, quia arca ab hominibus ducebatur. necesse erat ergo hoc modo, vt homines portantes præco-

F gnoscerent viam: sed hoc non contingebat per solitudinem illam magnam: ergo non sufficeret arca. Nisi forte dicamus secundum insaniam Ra. Salo. s. ꝙ arca 4. c. huius
portabat portantes se, de quo infra dicetur: necesse e- q. 20.
rat igitur dari præcedentem nubem, q̃ angelico motu dirigeret, impotentibus hominibus regulare.

An in terra Chanaan conuenientius fuerit Israelitis dirigi nube quam arca, vel econtra, aut interdum motu proprio. Et cur arca fœderis dicatur. Quæst. VII.

COGNITO ꝙ non esset necessaria nubes ad directionem Israelitarum accedentiū ad ter-
G ram promissionis, inquirendum est an conuenientius erat dirigi per nubem, vel per arcam, aut interdum motu proprio. Respondendū est conuenientius fuisse in terra promissionis non dirigi per nubem, quia varius modus procedendi Israelitarum erat per desertum, & in terra Chanaan. nam per desertum procedebant directe via sua, non flectentes se ad aliquam partem. In terra autem Chanaan, non erat eis recto itinere procedendum, sed nunc ad vnā ciuitatem, nunc vero ad alteram flectebantur. Itē non conueniebat propter motus bellicos, quia postquam Israelitæ introierunt, in terram Chanaan, tota vita eis in bellis ducenda erat, quousque subiicerēt hostes habentes sufficientem terram ad habitandum. cum autem semel adepti essent terram, non egebant aliquo
H directiuo viarum, quia iam quiescendum eis erat. cū autem in bello manerent, non cōueniebat eis nubes, quia valde varius est motus bellicus. nam interdum standum est, nunc vero huc atque illuc discurrendū, vel prosequendo, aut fugiendo, & in hoc nulla regula necessaria est, nisi habitudo hostium, quia per hos sciri potest, an deceat huc vel illuc moueri, stare, vel progredi. Si autem nubem haberent Israelitæ dirigentē, oportebat eos respicere motum nubis, & non habitudinem hostium, & respicientes eam disturbarent ab eis, quæ agerent alias. In hoc ergo bellico tumultu nō fuit necessarium aliquod directiuum, sed prudentia pugnatorum, ſm dispositionem hostium sufficiēter dirigens. Non igitur conueniens erat directio nubis
I Israelitis post ingressum in terram promissionis, nec ēt arcæ, quia raro castra mouebātur simul, sed manebant in Galgalis apud Iericho, aut in alio loco, & pars virorum pugnatorum procedebat ad bellum, vt patet infra 7. & 8. reliquis manentibus in castris, & tunc non præcedebat arca, nec aliquid alterum. Aliquādo vero omnes viri pugnatores procedebant ad pugnā, manentibus fixis Israelitarum castris, qui non procedebant ad pugnam. Aliqñ autem castra mouebantur simul ad aliquem locum, & tunc arca domini præcedebat, & sic factum fuit hic. *Quando videritis arcam domini Dei vestri.* s. quando videritis eam præcedentē post clangorem tubarum qui præcedebat ad motum castrorum. In hebræo dicit. *Quando videritis arcam Deum vestrum.* Et tñ non potest legi ista litera intransitiue. s.
K vt arca sit Deus, hoc enim nullus existimat, sed intelligendum est possessorie. s. quum videritis arcam Dei vestri. Sed in hebręo ponitur illa litera, quia nō est differentia in casibus, cum nō sint ibi variæ terminationes, & formatiōes casuales, sicut inter Latinos, & Gręcos, sed solum distinguuntur casualia per habitudines q̃ ponunt inter Iudęos, & non inter Latinos. & q̃a hic non ponit aliqua habitudo possessoria, in hebræo legunt intransitiue. s. qñ videritis arcam dñi vestrū, q̃a tñ iste modus nō pōt stare, reducendum est ad habitudinē possessoriam transitiuam, vt dicatur arca Dei vr̄i. Aliqui hebręi aliter legunt, dicentes istam literā esse dimi-

Hebrei nō seruant varietatē in casib9, nec numeros, nec personas vide infra q. 19.

A diminutam.ſ.ꝙ intelligatur ibi copulatiua, &.ſ.qñ videritis arcam, & Deum veſtrum, quia cum arca erat Deus, cum diceretur ſedere inter Cherubin, vt patet 1.Reg.4.& 2.Re.6. ſed conueniẽtior eſt litera noſtra. nam quamquam large diceretur ſedere Deus ſuper propitiatorium arcę inter duo Cherubin, tamen pręcedente arca nihil videbant Iudęi niſi arcã. non diceretur ergo cõuenienter, quando videritis arcam, & Deum veſtrum: ſed quando videritis arcam Dei veſtri. Vocatur iſta arca fęderis. quia in ſe continebat fędus quod pepigit Deus cum Iſraelitis. fędus enim pactum, vel compoſitio eſt, & in hoc aliquid Deus obſeruare promiſit, & aliquid Iudęi. Deus promiſit, ꝙ acciperet Iſraelitas in gentem ſanctam, & regale ſacerdo- B tium, & populum peculiarem de cunctis populis terrę, & ꝙ eis ſpecialia faceret beneficia, vt patet Exo.19.ca. Iſraelitę autem promiſerunt omnia mandata Dei obſeruare, vt patet Exo.19.& 24. Et quia prima mãdata fuerunt ipſe decalogus, qui lapideis tabulis ſcriptus in arca reconditus erat, dicebatur illa arca fęderis.i.cõtinens compoſitionem Dei, & Iudæorum. *Et ſacerdotes ſtirpis Leuiticæ.* Non vocantur hic ſacerdotes ſtirpis Leuiticæ ad drĩam aliorum ſacerdotum, quaſi aliqui alii eſſent ſacerdotes inter Iudæos præter hos, ſed vocantur ſacerdotes ſtirpis Leuiticæ, quod ſic verũ erat, ꝙ erant de ſtirpe Leuitica. Quamquam aliqñ accipiendo ſacerdotes valde large pro viris potentibus, & excellentibus ſm varietatem hebraicæ æquiuocationis, C alii ſunt ſacerdotes præter filios Leui. & ſic dr̃ de filiis Dauid. filij autem Dauid erant ſacerdotes, vt patet 2.Reg.8.c. conſtat aũt ſacerdotes facientes ſacra in ſola tribu Leuitica fuiſſe, & ſi quis extraneorum vellet miniſtrare, moriebatur: vt patet Num.3.& 18. ſicut factũ eſt in Chore, & Dathan, atque Abiron, cæteriſq; eorũ complicibus cum miniſtrare voluerunt vſurpantes ſacerdotium, vt patet Nu. 16. Ideo nullus de tribu Iuda de qua erant filii Dauid, fuit vnquam ſacerdos. ſic ait Apoſtolus ad hebræ. c. 7. in quo.n. hæc dñr de tribu illa eſt, de qua nullus altario præſto fuit. manifeſtũ enim ꝙ de Iuda ortus eſt dñs noſter, in qua tribu nihil de ſacerdotibus locutus eſt Moyſes. *Portantes arcã.* Ecce iubet hic Deus, vt ſacerdotes portent arcam. & hoc ſpeciale fuit, quia ſacerdotibus non competebat portare arcam, ſed Leuitis, ad quos pertinebant mi- D nores miniſtrationes.

Viri potentes & excellentes qñque uocantur ſacerdotes.

Diuiſio tribus Leui per Leuitas, & ſacerdotes, & de familijs Leuitarum. & officijs eorum diſtinctis.
Quæſt. VIII.

PRò quo ſciendum eſt, ꝙ tribus Leui, prima ſui diuiſione diuidebat̃ in tres familias, ſcilicet Chaathitas, Meraritas, Gerſonitas, vt patet Nu.3.& 4. & hoc quia Leui habuit tres filios .ſ. Chaath, Merari, & Gerſon, vt patet Exo.6. poſtea autem diuidunt̃ aliæ familiæ ſpecialiores ꝑ nepotes Leui. de quibus habetur Num.26. In familia autẽ Chaathitarum fuerunt Amranitæ, quia Amram fuit filius E Chaath, vt patet Exod.6. filij Amram ſunt Moyſes, & Aaron. De Aaron egreſſi ſunt ſacerdotes. præter familiam ergo Aaronitarum oẽs alij, ſiue Chaathitæ, ſiue Meraritæ, ſiue Gerſonitæ, vocabantur Leuitæ: ſolum autem diuiſit Deus iſtis miniſteria, quia Aaronitis dedit, ꝙ miniſtrarent in ſanctuario in ſacrificiis, & oblatione thimiamatis quotidiani, & panibus propoſitionis, & apparatione candelarum, quæ erant miniſteria ſanctuarij. ad hęc ãt nulli accedere licebat, niſi Aaronitis. ſi aũt aliorum quiſquam accederet, moriebat̃, vt patet Nu.3. & 18. hos aũt pro ſanctitate miniſteriorũ ſacerdotes appellauit, reliquos autem vocauit Leuitas

A nomine tribus ſuæ, & quia erant 3. familiæ Chaathitarum, & Gerſonitarum, atque Meraritarum diſtinxit eis officia. erant tñ eis oĩa officia circa ſanctuarium, vt patet Nume.1.ſ. tribum Leui noli numerare: nec ponas ſummam eorum cum filijs Iſrael: ſed conſtitue eos ſuper tabernaculum teſtimonij.i. da eis officia miniſtrationum pertinentium ad tabernaculum. Omnibus aũt eis, tam Leuitis quam ſacerdotibus erat vnum cõe.ſ.ꝙ excubarent in circuitu ſanctuarij, figentes ibi tentoria ſua ſm ordinem aſſignatum eis, vt patet Nu.3.c. Nullus autem de popularibus poterat figere tentorium ſuum apud ſanctuariũ, quin moreretur, vt patet Num.1.c. In alijs autem officijs differebant ſacer- B dotes, & Leuitæ: & Leuitæ inter ſe. nam cum ad oẽs familias Leuitarum pertineret portare ſanctuarium, tñ non portabant eaſdem partes, ſed diſtinctum eſt totum ſanctuarium in tres partes. Nam quædam erãt in ſanctuario, quæ erant vela vtenſilia, & nõ erant partes ſanctuarii, ſicut arca, & candelabrum, & altare holocauſtorum, atque thimiamatum, & mẽſa propoſitionis cum vaſis eorum, & labrum ęneum in quo lauabantur ſacerdotes, & vaſa ſingulorum. Iſta oĩa pertinebant ad Chaathitas, qui portabant ea inuoluta veſtimẽtis rubeis, & hyacinthinis ſuper humeros ſuos impoſitis vectibus. prius tamen, q̃ ipſi portarent, ſacerdotes tegebant ea veſtimentis, atque ligabant. nam Leuitæ non poterant accedere ad iſta, cum eſſent nuda, alioquin morerentur. de his omnibus Num.3. & ma- C gis.4.c. Alia aũt quæ erant in ſanctuario, erant partes eius, ſed iſtæ erant duplices. Quædam.n. erant partes duræ, ſicut tabulæ, & columnæ. & baſes, atque capitella. & iſta pertinebant ad Gerſonitas. ipſi enim portabant ea cum mouerentur caſtra, vt patet Nume. 3. & 4.cap. Aliæ autem partes ſanctuarii erãt molles, ſicut cortinę, & ſaga, atque pelles rubricatæ, & hyacinthinæ, & vela, atque tentoria, quę operiebant tabernaculum, & circundabant atrium. Iſta autem pertinebant ad Meraritas, vt patet Num.3.& 4. Sed differebat portatio iſta, quia Chaathitæ ferebãt onera ſua humeris per vectes. Gerſonitæ autem, & Meraritæ portabant in plauſtris, vt patet Num.7.c. Rõ diuerſitatis eſt ponderoſitas eorum quę portabantur.

Totũ ſanctuarium erat diuiſum in 3. partes.

Ad hos Leuitas pertinebat deponere tabernaculũ, D cum caſtra mouenda forent. & ad eos pertinebat erigere, cum locabantur caſtra.

Depoſitio tabernaculi quõ fiebat.

Modus autem horum erat, ꝙ cum nubes recederet deſuper tabernaculum, & mouenda eſſent caſtra, vt patet Exo.40.& Num.9. ingrediebantur ſacerdotes in ſancta Sanctorum, & cooperiebant arcam, deponẽtes velum, quod ante eam erat, & operiebãt altare thimiamatum, & holocauſtorum, & labium æneũ, candelabrum aureum, atque propoſitionis menſam cũ vaſis ſuis, ſingula veſtimentis propriis velabant, & ſic dimittebant. Chaathitæ autem tunc ingrediebantur ſanctuarium, tollentes onera ſua, quæ aptata reperiebant. Meraritæ ibant in ſanctuarium, & deponebant cortinas, & omnia velamenta, atque aptantes in one- E ra ſua ferebant in plauſtris. manebant autem tunc tabulæ nudæ, & columnę, atque baſes, & tunc Gerſonitæ venientes hæc portabant in plauſtris. In figendo autem ſanctuarium cum caſtrametabantur Iſraelitę cõtrarius modus erat, quia tunc Gerſonitæ figebant primo tabulas, & columnas ſm ordinẽ diſpoſitionis ſanctuarii. poſt hęc Meraritæ appendebant cortinas, & cętera operimenta, atque vela ſuper tabulas, & colũnas ſm ordinem, qui habetur Exod. 26. & 27. Chaathitæ autem nihil faciebant, ſed deponebant onera ſua, relinquentes ea operta, ſicut inuenerant. Poſtea autẽ ſacerdotes, diſponebant vaſa illa locis ſuis tollentes veſtimenta, & ligamenta ſoluentes. Chaathitis non licebat

In figendo ſanctuariũ qualis modus, quia cõtrarius.

bat

Portare arcam conueniebat solis Leuitis.

bat hoc, quia nunquā debebant videre nuda vasa sanctuarii, vt patet Num.4.c. Ex prædictis patet ꝙ portare arcam non pertinebat ad sacerdotes, sed ad solos Chaathitas qui erant simplices Leuitæ, Ad sacerdotes autem pertinebant ministrationes, quæ fiebant in sanctuario. Hic tamen dicitur, ꝙ sacerdotes portabant arcam. In quo dicendum est, ꝙ generale erat Leuitas de genere alias de familia Caathitarum portare arcā. Sacerdotes tamen leguntur ter vel quater portasse arcam. Primo in transitu Iordanis, de quo habetur hic. Secundo in lustratione Iericho quando per septem dies septies lustrauerunt Israelitæ ciuitatem, & arca domini cum illis, portabatur autem tunc arca a sacerdotibus, vt patet infra.6.cum dicitur, vocauit autē Iosue filius Nun sacerdotes, & dixit ad eos: tollite arcā fęderis. & postea sequitur in eodem c. quomodo sacerdotes arcam portauerint. Tertio legitur portata arca a sacerdotibus, in portatione eius de domo Obededō Gethęi ad domum Dauid, vt patet primi Parali.15.c. cum dicitur, ꝙ dixerit Dauid sacerdotibus, vt portarēt arcam. Quarto legitur portata a sacerdotibus in regressu ad sanctuarium, quādo exierat arca domini cū Dauid fugiente filium suum Absalonem: & iussit sacerdotibus, vt reducerent arcam in sanctuarium. ibi enim dicitur quòd Sadoch, & Abiathar portauerunt arcam in sanctuarium, & tamē isti erant de maximis sacerdotibus: vt patet.2.Reg.15.c. *Vos quoque sequimini præcedentes.* i. quando videritis arcam vos sequimini euntes post eam. ex quo apparet, ꝙ non erat hic idem ordo mouendi arcam qui erat in deserto. nam ibi pręcedebant sex tribus cum duobus vexillis, & deinde sequebatur arca cum toto sanctuario, & postea sex alię tribus cum duobus aliis vexillis, vt patet Nu.10.c. Hic autem arca præcedebat: causa diuersitatis est, quia in deserto Israelitæ non dirigebantur per arcam, sed per nubē pręcedentem, ideo non oportebat, ꝙ pręcederet. nunc autem quia non erat nubes pręcedens dirigebat arca. ideo necesse erat, ꝙ præcederet.

Quoties sacerdotes portauerint arcā.

An arca præcederet necessario, & in quanta spatij distantia præcedebat hebræos. Quæst. IX.

SED dicet aliquis, quòd arca non præcedebat, sed Israelitæ ibant ante arcam: quia dicitur hic sequimini præcedentes, Respondendum est, arca præcedebat; alioquin nullum sensum haberet istud pręceptum, scilicet, quòd quādo arca moueretur, Israelitę ambularent. non enim esset conueniens directiuum ad motum, nisi præcederet.

Item patet ex litera, quòd arca pręcederet, quia dicitur, cum videritis arcam, & sacerdotes portantes eā, vos quoque sequimini, si tamen pręcederent, non dicerentur sequi.

Item quia dicitur infra, quòd inter arcā, & Iudeos esset spatium duorum millium passuum, vt possent eam procul videre, ergo præcedebat arca.

Item quia dicitur, quod arca distabat ab eis, vt ipsi scirent viam per quam ingredi deberent, necesse erat igitur, quòd arca præcederet: alioquin non monstraret viam. Et quando obiicitur, quòd hic dicitur præcedentes, respondetur quòd non ponitur præcedentes proprie, sed progredientes vel procedentes.

Sitque inter vos & arcam spatium cubitorum duum millium. Ista distantia ponebatur inter populum, & arcā propter duo.

Primo ad reuerētiam maiorem arcę: vt ad eam nō accederent populares, & extimarent se indignos accedere. sic enim Deus magis honorabatur in ęstimatione nostra.

Secundo fiebat ad demostrandum viam, vt omnes

F viderent arcam. nam si arca iret in prima fronte præcedentium Israelitarum, soli ipsi viderent eam. cum vero spatium duum millium cubitorum distaret, videri poterat ab omnibus, & hoc videtur signari infra, cum dicitur. vt procul videre possitis, & nosse ꝑ quā viam ingredi debeatis. & forte ista est potissima causa, quam causa reuerentiæ. nam in deserto eodem modo tenebatur arca in magna reuerentia. sed in medio Israelitarum portabant eam Leuitæ, vt patet Numer.10.

Vbi dicitur. *Sitque inter vos, & arcam spatium duum millium cubitorū.* In hebræo dicitur. *Sitque inter vos, & ipsas spatium, &c.* Ita ꝙ arca ponatur pluraliter.

G *An arca in qua portabantur ossa Ioseph ferebatur simul apud arcam Dei. Quæst. X.*

ET Rab. Salom. dicit hoc poni, quia erant duę arcæ, vna erat arca fęderis Dei, & alia erat arca, in qua ferebantur ossa Ioseph: adiurauerat enim Israelitas, vt secum ducerent ossa sua, vt patet Gene 50. postea vero Moyses in exitu de Aegypro eduxit illa, vt patet Exod. 13. istam arcam ossium Ioseph dicebat esse simul cum arca fœderis. Sed dicendum est verum esse, quòd Israelitæ portauerint ossa Ioseph, & postea sepelierint ea in Sichē, vt patet infra 24.cap. tamen ista non ferebatur simul cum arca fęderis. Multum enim videtur hoc detrahere honori arcæ fęderis. nam inter omnes immunditias, quæ

H sunt per simplicem tactum, nulla maior est, quam in morticino humano, vnde si quis in illo polluatur, est septem diebus immundus, & non poterat accedere ad res sacras, vt patet Nume.19.c. Quanto magis ergo ipsa humana morticina essent immūda, & ꝓcul a sanctuario? sed in arca fœderis erat maxima sanctitas Iudæorum. ergo procul inde esse debebat omne morticinum, & consequenter ossa Ioseph. nullatenus ergo conueniens erat, vt portaretur simul arca ossium cū arca fęderis. Sed aliquis forte dicet non esse aliquam immunditiam in ossibus Ioseph. esset tamen si ibi esset morticinum habens carnem, quæ tabida est & immunda, & contagione sua omnia polluit, atque fętore conturbat. ossa autem a multis temporibus desiccata, nihil hoc habent.

I Respondendum est, ꝙ quamquam ad pollutionē naturalem, quę est secundum rem, maior sit pollutio in morticino habente carnes, quam in ossibus solum. tamen quantum ad pollutionem, quæ est secundum opinionem, & positionem legis nihil differt. nā ęquale tempus immūditiæ est, si quis tetigerit cadauer, vel ossa mortui hominis reperta in agro, vel sepulchrum aliquod, vt patet Num.19.c. esset ergo immunditia in ossibus Ioseph, sicut si esset cadauer fętidum carnem habens tabidam. Item quod amplius est necesse erat, ꝙ ille qui portaret cassam, vel arcam in qua erant ossa Ioseph, esset immundus. nam qui tangeret sepulchrū hominis mortui, erat immundus septē diebus, sed portans ossa Ioseph in arca super se portabat semꝑ sepul-

K chrū hoīs mortui: ergo semper erat immundus. Cōsequenter ergo nunquam accedere debebat ad sanctuarium, & a fortiori, nec ipsa arca in qua erant ossa Ioseph. De immunditia tangentis sepulchrum, patet Num.19.cap. valde ergo absurdum est arcam ossium Ioseph simul esse cum arca fęderis. nam & tunc ęque honorabilem vtranque simplices arbitrarentur, cum ponerentur in loco æqualiter reuerendo: Deus nimis hoc zelabat, potissime, quòd daretur occasio idolatrandi, nam sicut cum Israelitæ transierunt Iordanē, stetit arca domini donec omnes transissent, & manente ista, steterunt aquæ immotæ: exeunte autem fluxerunt

fluxerunt, & signabatur hoc fieri a Deo, cuius fœdus erat in arca illa, ita crederent Israelitæ aliquam numinis virtutẽ fuisse in ossibus Ioseph ad tenendas aquas, ne fluerent, in quo nimis diuino detrahebatur honori. Motiuum autem Ra. Sal. nullum est, quia quamquam ponatur hic pluraliter, tñ signatur in singulari. sed fit propter inconcinnam barbariem hebraici idiomatis. nõ enim obseruat numeros, nec personas, nec cæteras conuenientias suppositi & appositi, & relatiuorum & antecedentium. & satis apparet, quia cum supra etiam in litera hebrea, diceretur de arca simpliciter alias singulariter, adiunctũ est relatiuum pluraliter dictum. & ponitur plurale cum deberet poni singulare. econtrario fit præcedẽti c. cum dicitur de exploratoribus tollensque mulier viros abscõdit eum. debebat tñ dici eos. ibi declaratum est de hoc. solum igitur erat arca fœderis. & sic dicit Ra. Dauid Canhi, quòd accipiatur plurale pro singulari.

Barbaries Hebraici idiomatis.

Qõne. 27.

Spatium cubitorum duum millium. Est cubitus secundũ quosdam spatium pedis & dimidij: s'm alios est spatiũ duorum pedum. Quantum ad primum modum dicetur, ꝙ inter arcam & populum erat spatium trium millium pedum. Per secundam opinionem dicetur fuisse spatium. 4. millium pedum. Qualitercunq; autem sit: erat inter populum, & arcam satis magnum spatium.

Cubitus quid sit.

An inter arcam & populum erant duo mille cubiti, ideo vt possit populus venire ad orandum in sabbato, an ob aliud.

Quæstio. XI.

Dicit Ra. Sal. ꝙ istud spatium constitutum fuerat inter arcam, & populum, & non maius, vt populus haberet licentiam veniendi circa ipsam ad orandũ in Sabbato: nam tm̃ eis progredi licebat in Sabbato. si aũt, amplius distaret arca a sanctuario, non potuissent ad eam accedere oraturi. Ad hoc dicendum est, non fuisse hanc intentionẽ Dei iubentis. & primo posset argui ex fundamento ipsius Ra. Sa. s. ꝙ arca erat distans a popularibus ꝑꝑ reuerentiam. ergo ẽt in sabbato ad eã accedere nõ possent, quia tũc nõ maneret reuerẽtia hęc. Sed hoc abiecto dicendum est nõ posse stare. nã hoc non erat pro quolibet die, ita vt eueniret sabbatũ dũ sic arca moueretur ante Israelitas. sed solum pro ipsa die qua trãsierunt Israelitæ Iordanẽ. sed in vespere ad eandem mansionẽ peruenerunt Israelitæ & arca Dei. s. in Galgalan in cãpestribus Iericho, vt patet infra. 5. c. Et postea fuit arca simul cum Israelitis in castris in diebus sequentibus, qñ obsessa est Ierich o, & Israelitę apud arcã ambulantes lustrabant ciuitatẽ per dies septem, vt patet infra 6. c. Item dato, ꝙ debuisset continuari via illa per dies multos, ita ꝙ intercideret sabbatum mediũ, vel multa sabbata: non ob hoc erat distantia duorum milliũ cubitorũ, quia quamq̃ arca præcederet Israelitas in via dum moueretur ad monstrãdũ viam, tñ quando castrametaturi essent, arca manebat. quod patet, quia si arca semper præcederet per duo millia passuum, nunquam Israelitæ scirent locum castrametationis suæ. necesse erat igitur, vt quando castrorum locus assumendus foret, arca consisteret, & Israelitę mouebantur quousque peruenissent ad locũ illum, in quo arca quieuisset, & ibi figebant castra. cũ ergo perueniret dies sabbati, & quiescerent Israelitę: necesse erat, vt arca esset in eadem mansione, in qua Israelitæ. ideo poterant tunc orare qualitercunq; vellent, nec oportebat moueri per duo milliaria passuũ. nihil igitur ad hoc faciebat, magis distare arcam ab Israelitis in via per duo millia passuum, quàm ꝑ quatuor millia, vel amplius.

A Dicendum igitur ꝙ ratio assignata per Rab. Salo. non est vera, neque cõueniens. Sed sciendum quòd duo erant hic. s. populus non habebat signum ad cognoscendum viam per quam progressuri erãt transito Iordane & indigebat illo. & ad hoc ꝓuidit Deus dando quòd arca precederet populum distando per duo millia cubitorum: quia sic arca præcedens ostenderet eis viam. quod non posset fieri si arca iret inter eos, vel parum eos præcederet. quia si inter illos iret, non dirigeret: quia dirigentem oportet præcedere. si autem præcederet, & tamen iuxta eos, non videretur nisi a paucis, s. ab illis qui essent in fronte exercitus. volebat tamen Deus quòd videretur a tota mul

B titudine. ideo debuit precedere longo interuallo. & hoc fuit taxatum a Deo quòd esset spatium duorum millium cubitorum. Ambo predicta patent in litera cum dicitur. sitque inter vos & arcam spatium cubitorum duorum millium, vt magis procul videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini, quia prius non ambulastis per eam. Inquantum dicitur vt magis procul videre possitis, datur primũ, scilicet signum directiuum, s. quòd cum arca precederet eos per duo millia cubitorum viderent eam de procul, s. totus populus tam qui erãt in vna parte precedentiũ, quàm qui erant in alia parte opposita multum distante: quod nõ fieret si arca esset inter eos, vel iuxta eos. Inquantum autem dicitur: & nosse viam per quam ingrediamini: pertinet ad idem, s. quia arca precedẽs magno interuallo ostenderet eis viam quam sine signo taliter præcedente non cognoscerent. Inquantũ

C dicitur, quia prius non ambulastis per eam, signatur necessitas signi, s. quia si Iudæi ambulassent prius per terram illam, non indigerent nunc aliquo signo dirigente.

Est autem supponendum: quòd Iudæi nullum aliud signum habebant nunc ad dirigendum in via nisi arcam. quia si haberent aliquod aliud sufficiens signum, non daretur quòd præcederet arca. & ita dicendum quòd nunc non precedebat nubecula in figura columnę quæ solebat precedere in deserto. quia si illa precederet non daretur aliud signum.

Supradicta sententia est August. & glo. ordin. dicit enim, longe iussum est arcam præcedere vt posset a populo videri. tam grande enim agmen erat, quòd si post eam proxime pergeret, nõ eam videret pręire:

D nec nossent qui sequerentur. ex hoc innuitur quòd columna nubis quę solebat mouẽdis castris signum dare, & iter ostendere, iam recesserat: neque eis apparebat.

Vt procul videre possitis. Hic ponitur causa huius distantiæ arcæ ab Israelitis, scilicet arca præcedebat vt monstraret viam. tamen si solum præcederet paruo spatio ante frontem castrorum, non possent videre omnes Israelitæ arcam precedẽtem, sed soli qui precederent in prima fronte. cum autem distaret duobus millibus passibus, possent omnes qui in castris erant videre propter distãtiam: & satis notatur cum

E dicitur, vt procul videre possitis, idest sic in magna distantia poteritis eam videre, & aliter non.

Et nosse per quam viam ingrediamini. Idest motus arcæ declarabit vobis per quam viam debeatis moueri: non poterant omnes Israelitæ ire per vnam viam in successione. nam sic valde longum agmen texeretur: sed procedebant simul quidam per viam, alij per deuia. & quia aliqui eorum non tenentes viam nescirent contra quam partem gressus dirigere deberent, oportuit vt viderent arcam præcedentem: & sic cognoscerent quò pergendum foret.

Cum autem nubes dirigebat Israelitas, nõ tantum distabat ab eis: sed præcedebat frontem primæ aciei tribus

tribus Iuda, videbatur tamen ab omnibus, quia erat in sublime eleuata, de arca non poterat sic esse, cum portaretur a sacerdotibus.

Quia prius per eam non ambulastis. Quasi dicat, arca ponitur præcedens ad dirigendum vos in via, quia non ambulauistis ante hoc in via hac, ita vt eam cognoscere possitis. hoc ponitur, quia nunc erat nouiter facta mutatio dirigentis in via, hactenus enim direxerat nubes precedens, nunc vero non præcedebat. ideo oportebat dari aliquod directiuum, & dabatur arca secundum modum assignatum supra.

Litera Hebraica.

In Hebræo dicitur. *Quia non ambulastis eam ab heri, & nudius tertius.* Ista aduerbia temporalia secundum propriam significationem inducunt dies tres, s. ꝙ a tribus diebus ante hoc non ambulauerant per hanc viam. & sensus est, quòd nunquam ambulauerant per viā istā. istum modum loquendi sequitur Apostolus ad Hebr. ca. 13. vbi volens signare æternitatem Christi, & quòd nūquam cepisset, nec esset finem accepturus: ait. Christus est ab heri, & hodie, & ipse vsque in secula: per heri & hodie signat carentiam principij temporis a parte ante.

Et cauete ne appropinquetis ad arcam. Forte Israelite, vt velociter ambularent, vellent appropinquare ad arcā festinantes, hoc autem Deus vetat. Causa huius est ipsa propter quam datum est mandatum: nam non cognoscebant Israelite viam, sed cognituri erant precedente arca. hanc autem videre non poterant si propinqua esset primæ fronti precedentium Iudæorum. Decuit ergo, vt non mouerentur festinantes ad appropinquandum ei, si quis autem contra preceptum hoc conaretur festinanter appropiare arcæ, tanquam contemptor diuinæ iussionis moreretur. & cum dicitur, ꝙ distarent ab arca Iudæi duobus millibus passuum, non est sensus, ꝙ precise duobus millibus passibus distarent. nam hoc cognoscere non possent Israelitæ, s. an duobus millibus, vel amplius, aut minus. sed vocatur hic spatium duorum millium passuum, tantum quantum intelligerēt Iudæi esse duo milliā passuum.

Dixitque Iosue ad populum. Istud fuit dictum in tertia die postquam recesserunt de Sethim cum complebātur tres dies, de quibus ibi dictum fuerat, preparamini quia post tres dies transibitis Iordanem. & patet, quia sequenti die fuit transitus Iordanis, cum infra dicatur, sanctificamini quia cras faciet dominus inter vos mirabilia, quod in transitu fuit.

Sanctificare quid importet.

Sanctificamini. Quidam de expositoribus nostris dicunt sanctificationem istam fuisse, quòd continerent Israelitæ ab vxoribus suis in die ipsa, quia propter honorem appariturì miraculi in crastinum a coniugalibus amplexibus ad tempus cessandum erat. hoc autē dicunt, quia in datione facta legis in monte Synai iussum est, vt Israelitæ lauarent vestimenta sua, & abstinerent ab vxoribus vsque in diem tertium, vt patet Exodi 19. an vero hic similiter esse debuerit non apparet. Dicunt Hebræi, quòd sanctificare significat hic apparationem, & sic multoties accipitur, vt patet Nu. 11. populo quoque dices sanctificamini, cras enim comedetis carnes, idest sitis parati ad comedendum carnes in crastinum accepturi coturnices. & iste videtur conueniens modus, s. ꝙ Israelitæ essent parati ad vidēdum miraculum, qđ Deus facturus erat, ista admonitio erat ad maiorem attentionem. nam Israelite si nō admonerentur, non multum accederent sequēti die ad miraculum. & sic contemneretur, vel minus æstimaretur miraculum Dei, quam rationabile foret, debuerunt ergo premoneri, vt sic essent soliciti quid facturus esset dominus. *Cras enim faciet dominus inter vos mirabilia.* Quasi dicat, non erunt mirabiliā ad tempora nimis distantia, sed cras, nec erunt procul a vobis in

F gente alia, vel loco, ita vt videre non possitis. sed inter vos: ideo attenti valde esse debetis, attenti ad contemplandum hoc. Fuit autem istud mirabile in diuisione aquarum Iordanis, quia sequenti die nullum aliud miraculum fuit. *Et ait ad sacerdotes.* Hoc quod hic dicitur ad alterum diem pertinet, s. ad quartum diem, in quo fuit transitus Iordanis. nam in die tertio non acceperunt sacerdotes arcam ad præcedendum populum, sicut dicitur hic. Hic patet, quod supra dicebatur, s. ꝙ sacerdotes portauerint arcam hac vice in transitu Iordanis, & non Leuitæ Chaathitæ ad quos ex officio pertinebat, vt patet Num. 4. cap. & hoc fiebat ad maiorem reuerentiam: etiam non erat aliquod inconueniens, ꝙ sacerdotes explerent ministeria Leuitarum, erat tamen

G inconueniens, ꝙ Leuite vsurparent ministeria sacerdotum. minores enim nunquam possunt in id in quo maiores, sed maioribus semper licent ea quæ minoribus. & sic est de sacerdotibus minoribus ad ministrationem summi sacerdotis. *Tollite arcam fœderis, & præcedite populum.* In duobus erat hic motus arce differens a motibus consuetis. Primo, quia in alijs consueuerat ire in medio procedentium, vt patet Nume. 10. c. nunc vero præcedebat totum populum.

Secundum erat, quia consueuerat arca portari a Chaathitis qui sunt Leuitæ simplices, vt patet Nume. 4. nūc vero a sacerdotibus portabatur, & patet ex hoc, quod ante dicebatur, scilicet, ꝙ non deberet populus præcedere arcam: sed magis e conuerso, & hoc fuit in motu castrorum. nam die quarto, cum castra mouenda erant, facto clangore tubarum qui fieri debebat in

H motu castrorum, vt patet Num. 10. cepit arca portari a sacerdotibus, & per eam partem qua ipsa tendebat, alij Israelitæ mouebantur. nam die precedenti hoc publicatum fuerat a preconibus per castra, vt patet supra cum dicitur, quando videritis arcam federis Domini Dei vestri &c.

Quomodo Israelitæ obedierunt Iosue, quando iussit sacerdotibus portare arcam, quia videbatur agere contra legem. Et quòd officia sacerdotalia tempore necessitatis Leuitis conueniebant. Quæst. XII.

I

Qvi *iussa complentes tulerunt, & ambulauerunt ante eos.* Hoc ponitur, quia forte aliquis putaret ꝙ sacerdotes recusarent hoc facere. nā erat officium Chaathitarum portare arcam, vt patet Nume. 4. ꝙ autem sacerdotes hoc vellent, videbatur vsurpatio ministerij Leuitarū. potissime, quia ante hoc, nunquam fuerat consueta talis portatio. Postea autem aliquando facta est, s. ter facta legitur, vt supra declaratum fuit. Ratio tamen quare sacerdotes non debebant recusare, erat, quia Deus dederat mandandi auctoritatem Iosue nō solum super populares, sed etiam super sacerdotes, nec solum super minores, sed etiam super summum sacerdotem, vt patet Num. 27. ca. cum dicitur. pro hoc si quid agendum erit Eleazar sacerdos cōsulet dominum, ad verbum eius ingre

K dietur, & egredietur ipse, & omnes filij Israel; cum ergo iuberet hoc, tenebantur obedire. Sed obijciet aliqs quòd tenebantur Israelite obedire Iosue, quando mādatum suum non contineret intolerabilem errorem, vtpote, quia esset expresse contra legem Dei, in qua Iosue non poterat dispensare, nec eam mutare. Iosue autem mandante oppositum, non tenebantur. sed talia mandare poterat, pro quibus totus populus tenebatur eum lapidare, vt si iuberet ire ad colendum Deos alienos, vt patet Deuteron. 13. & 17. sic autem videbatur esse in hoc mandato, quia iubebat vsurpari officiū Leuitarum a sacerdotibus, ergo non debuit ei obediri. Respondendum est, vt supra dicebatur; ꝙ quando maiores

maiores ministrant in officio minorum, nunquam est vsurpatio, sed quando ministrant minores in officijs pertinentibus ad maiores. sacerdotes quippe agere quæ Leuitæ consueuerunt, nulla vsurpatio est, nec pęna dignum. si autem Leuitę attentarent facere, quæ sacerdotes, vsurpatio est, & mors infligenda est. sicut patet in Chore & socijs eius. Nume. 16. Hic autem Iosue præcepit sacerdotibus, explere ministeria simplicium Leuitarum: nihil ergo vsurpari iussit, aut contra legem agi. Esset tamen aliqua vsurpatio si iussisset, vt Leuitæ facerent sacrificia, vel offerrent thimiama coram domino, & si talia iuberet, non erat obediendum ei, donec constaret, quòd ista Deus iuberet: quamquam ex necessitate officia sacerdotalia aliquando Leuitis licuerunt, vt facere sacrificia iugulando & decoriando, & cęteras sacrificiorũ cæremonias complendo, sacerdotum est. tamen Leuitæ aliquando fecerunt, scilicet tempore regis Ezechiæ, quando purgauit Sanctuarium ab immunditijs, quas ibi posuerant reges priores, & cum essent pauci sacerdotes consecrati, qui non sufficiebant ad explẽdas cæremonias sacrificiorum, adiuuerunt eos Leuitę, vt patet 2. Paralip. c. 29. cum dicitur. sacerdotes vero pauci erant, nec poterant sufficere, vt pelles holocaustorum detraherent. vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus, & cõsecraretur antistes. Item consenserunt sacerdotes verbis Iosue, quia ipse erat propheta cui Deus loquebatur, vt patet supra. 1. c. & erat vir, in quo erat spiritus Dei, vt ipse Deus testimonium perhibuit Num. 27. cũ dicitur. tolle Iosue filium Nun, virum in quo est spiritus Dei, & non solum erat in eo spiritus Dei & sapiẽtiæ: sed etiam erat plenus hoc spiritu, sicut patet Deuter. 34. c. cum dicitur. Iosue vero filius Nun repletus est spiritu sapientiæ, quia posuit super eum Moyses manus suas. non erat ergo verisimile, ꝙ iste aliquid contra Dei legem & voluntatem mandaret. obediẽbant ergo ei simpliciter Israelitę, quicquid ab eo diceba tur, a Deo iussum esse putantes.

1. Reg. 16. Supra 1. Dixitque Dominus ad Iosue. Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel, vt sciant ꝙ sicut cum Moyse fui, ita & tecum sim. Tu aũt præcipe sacerdotibus, qui portãt arcã fœderis, & dic eis. Cum ingressi fueritis partem aquæ Iordanis, state in ea. Dixitq; Iosue ad filios Israel. Accedite huc & audite verbum Domini Dei vestri. Et rursum. In hoc inquit scietis, ꝙ Dñs Deus viuẽs in medio vestri est, & disperdet in cõspectu vestro Chananæũ, & Ethæum Heuæum & Pherezæũ, & Gergezęũ quoq; & Iebusæum, & Amorrhæũ. Ecce arca fęderis domini omnis terræ antecedet vos per Iordanem. Parate duodecim viros de duodecim tribubus Israel, singulos ꝑ singulas tribus. Et cũ posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes, qui portant arcam fœderis domini Dei vniuersæ terræ in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores sunt, decurrent atque deficient, quæ autem desuper veniunt, in vna mole consistent.

A Hic ponitur secundum huius cap. scilicet mandatum diuinitus complendum. *Dixitque Dominus ad Iosue.* Ista locutio fuit facta ad Iosue in die trãsitus Iordanis. quod patet ex sequentibus verbis, scilicet hodie incipiã te exaltare. & fuit hoc in trãsitu Iordanis.

Quomodo Deus loquebatur hic Iosue, & de modis loquendi ad eum, & ad Moysen: & in quibus locis. Et quare Iosue non licebat intrare in sancta sanctorum. *Quæst.* XIII.

CIRCA hoc aliquis quæret: quomodo Deus loquebatur Iosue. Non enim potest responderi eo modo, quo respondebatur de Moyse. nam Moysi solitus erat Deus frequenter
B loqui: & hoc erat in tribus locis. Primus locus erat intra sancta sanctorum super propitiatorium. nam ibi erat angelus qui in corpore formato de aere formabat voces ad respondendum, de hoc Num. 7. cap. dicitur. cumque ingrederetur Moyses tabernaculũ fęderis vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio quod erat super arcam testimonij inter duos Cherubin. vnde & loquebatur ei. Secundus locus erat ad ostium tabernaculi testimonij. vt patet Exo. 29. & Num. 12. vbi dicitur ibi cõstituam, vt loquar ad te, atque præcipiã filijs Israel. & Num. 12. vocauit Deus Mariam & Aaron ad ostiũ tabernaculi, & locutus est ad eos. Aliquando Deus loquebatur Moysi in columna nubis extra castra: vt patet Exo. 16. & 33. cum dicitur. Ingresso autem illo tabernaculum fęderis descendebat columna nu-
C bis, & stabat ad ostium, loquebaturque Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Non poterat fieri locutio Dei ad Iosue in quolibet horum locorum: nam non poterat fieri intra sancta sanctorum desuper propitiatorium. illuc enim nulli ingredi licebat nisi summo sacerdoti, & hoc semel in anno: vt patet Leuit. 16. & ad Hebræos 9. immo non licebat alicui homini esse in toto tabernaculo, quando sacerdos magnus introibat in sancta sanctorum: vt patet Leui. 16. cap. Moysi autem specialiter licuit ingredi ad sancta sanctorum quandocunque voluit, vt patet Num. 7. cap. sed hoc fuit speciale, quia non fuit aliquis cui Deus tam familiariter vnquam loqueretur, vt patet Nu. 12. & Deuteronomij 34.
D Alia autem duo loca erant licita Iosue & cuicunque. nam in ostio tabernaculi cuicunque etiam populari stare licebat. quoniam cum Maria & Aaron murmurauerunt contra Moysen vocati sunt ad ostium tabernaculi, & ibi locutus fuit eis; vt patet Nume. 12. cap. de alio autem loco, scilicet nube extra castra vel in castris, manifestum est quòd posset Iosue accedere quandocunque vellet: potissime cum ipse esset propheta, quia Deus ante hoc locutus fuerat ei, vt patet supra 1. cap. in quocunque ergo horum duorum locorum Deus ei loqui poterat.

Amplius etiam dici potest quòd loqueretur desu-
E per arcam. non quidem quando arca esset intra sanctuarium in propitiatorio: quia tunc non licebat vlli illuc intrare, sed cum esset foris: vt quãdo castra mouebantur, & portabatur per se arca a sacerdotibus. & sic aliquãdo Deus locutus fuit Iosue coram arca manente: vt patet infra 7. cum dicitur quòd erat pronus Iosue corã arca: & dixit Deus ei. surge cur iaces pronus in terra? peccauit Israel &c. Causa diuersitatis, s. quare non posset intrare coram arca in sancta sanctorum, & tamẽ liceret ei & cuilibet alteri stare corã ea, erat: quia cũ arca esset in sancta sanctorum erat nuda: cum vero extra esset, manebat cooperta pallijs: vt patet Numeri 4. etiam qùia nõ licebat intrare laico

la:co in tabernaculum,nec videre aliquod de vasis san ctis,cum nuda essent. nā ipsi Leuitę qui humeris suis portabant ea,si viderent ea nuda,morerentur,vt patet Num.4.& populus multus perijt,s.quinquaginta millia,& de populo Dei perierunt septuaginta viri,quia viderunt arcam Dei nudam,vt patet 1. Reg.6.cap.Item causa principalis huius erat,quia quando erat arca Dei in sancta Sanctorum,erat gloria Domini super eam,s. Angelus in corpore assumpto de aere ad loquēdum, & nō licebat videri ab aliquo,nisi a Moyse.ideo sacerdos magnus intraturus illuc nihil videbat, sed ponebat ante se thymiama emittens fumum grossum, vt operiretur propitiatorium,& nihil posset videre,vt patet Leui.16.c.& ibi de hoc late dictum est. Cum vero arca esset extra sancta Sanctorum,nihil horū ibi erat. ideo licebat Iosue,& cuilibet videre.de hoc magis declaratum est Leui.16.Dicendum igitur,ꝙ ista locutio Dei ad Iosue fieri potuit in tribus locis, s. super arcam opertam non manentem in Sanctuario, & ad ostium tabernaculi,& in aliqua nube ī castris, vel extra castra.

Quorundam obiectio contra prædicta, scilicet, quòd locutio ista non fuerit immediate facta a Deo ad Iosue. Et eius obiectionis solutio. Et differentia excellentiæ Moysi, & Iosue. Quæst. XIIII.

ALIQVIS autem forte dicet, ꝙ ista locutio fuit facta ad Iosue non immediate, sed mediante Eleazaro,quia Num. 27.c. dr̄ de eo, pro hoc si quid agendum fuerit Eleazar sacerdos cōsulet dn̄m.ergo ad Eleazarum Deus loqueretur primo,& ipse ad Iosue. Rn̄dendum est, ꝙ non fuit facta ista locutio ad Eleazarum, deinde ad Iosue, sed immediate ad Iosue.nam ad hoc,ꝙ Deus loqueretur Iosue mediante Eleazaro,oportebat, vt Iosue ingreret aliquid a Deo, & Eleazarus pro hoc consuleret. Deus autem tunc rn̄deret.hic tn̄ nihil tale factum est, quia Iosue nunc non consuluit, nec fecit cōsuli dn̄m: sed Deus ad eum nihil tale cogitantem locutus est. & patet ⁊.7. quia cum conquereret̄ Iosue coram arca Israel fugisse a facie hostium.Deus dixit:surge cur iaces pronus? peccauit Israel: manifestum est enim, ꝙ ista verba non fuerunt dicta per aliquem mediatorem.

Quando aūt Deus iussit,vt Eleazarus consuleret ꝓ Iosue, si quid agendum foret. Rn̄dendum est, ꝙ verbum Dn̄i erat dupliciter ad Iosue: vno modo per modum simplicis enunciationis: alio modo per viam rn̄si ad īquisita. Primo modo loquebatur Deus ad Iosue non mediante Eleazaro,sed per seipsum,nec erat hoc in potestate Iosue,s.qūo, & qn̄ Deus ei loqueretur,iō de hac locutione pręceptum nullum datum est, quia non erat in potestate Iosue. Secūdus modus locutionis Dei ad Iosue per modum responsi non erat ad Iosue immediate, sed mediante Eleazaro qui cōsulebat dominum pro eo, sicut iussum fuerat.Et quantum ad istam viam secundam non auderet Iosue consulere dominum, quia non erat ei licitum intrare in sancta Sanctorum,cum non esset sacerdos magnus. Itē non licebat ei inquirere applicito Ephod,& rationali.Nullus ergo modus inquirendi ei manebat per se,sed per sacerdotem magnum Eleazarum. Et in hoc manifesta est magna differentia excellentiæ inter Iosue, & Moysen, quia licet Deus impleuerit sapientia Iosue, vt patet Deute.34.c.tn̄ nunquam fuit ęqualis Moysi, quia Moyses non inquirebat dominum per aliquem sacerdotem, sed ipse introibat in sancta Sāctorū quotiescunq; volebat. vt patet Num.7.& adhuc magis q̄ sacerdotes magni,illis enim solum semel in anno ingredi licebat,vt patet Leui.16. & ad Hebræos 9. & ibi diuersitatis ratio posita est. de Iosue autem non fuit

F sic factum, ideo qn̄ Deus mandauit eum assumi in ducem populi, dedit ei immediate consultorem adiuuātem quātum ad ea quæ a Deo perquirere vellet cum dictum fuit, pro hoc si quid agendum fuerit, Eleazar consulet dominum. Patet ergo, ꝙ locutio Dei ad Iosue fuerit facta in vno de tribus locis, vt ex prędictis colligitur. *Hodie incipiam te exaltare coram omni Israel.* Ante hoc Iudæi obediebant Iosue,quia dixerunt ei, sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus tibi, vt patet supra primo.tamen nondum aliquid patuerat in Iosue propter quod deberent eum Israelitę nimis honorare.in die autem hac promisit ei Deus,ꝙ exaltaret eum coram toto Israel. hoc fuit, quia fecit miraculū transeunte Israel Iordanem per siccum, & in hoc exal

G tabatur Iosue, quia regēte eo populum factum est miraculum hoc. Item quia factum est sciente Iosue, & Deo sibi prius reuelante quam fieret.Ipse quoque dedit populo modum quomodo se haberent in transitu,vt patet in litera. Simili modo dixit Deus Moysi,ꝙ exaltaret Deus illum in monte Synai,qn̄ audiente tota plebe locutus est cum eo,vt patet Exo.19.cap.s.iam nunc veniam ad te in caligine nubis,vt audiat me omnis populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum.& non dixit Deus hodie te exaltabo, sed hodie te incipiam exaltare,quia nō est facta exaltatio tota exaltatio Iosue coram Israelitis die hac, sed adhuc magis eum postea exaltauit, quando orante eo stetit Sol contra Gabaon,& Luna contra vallem Hayalon, vt patet infra 10.cap.maius namque miraculum erat in statione so-

H lis,quàm in diuisione, & siccatione Iordanis.

Quomodo est verum,quòd in die isto incœpit Deus exaltare Iosue,& an exaltatus fuit tempore Moysi, & quomodo. Quæst. XV.

SED aliquis dicet, quomodo Deus dixit hodie incipiam te exaltare.nam multa miracula ante hoc facta fuerāt, per quę poterat esse exaltatio.

Respondet ad hoc Adamantius, quòd hoc fuit, quia istud fuit in transitu Iordanis, in quo signatur baptismus,& ibi cœpit exaltari Christus,& cōpleta est exaltatio sua in passione cum ait,multa prodigia

I in heremo facta sunt, & nusquam dicitur exaltatus Iesus.vbi vero trāsitur Iordanis, dicitur hodie incipiam te exaltare.exaltatio Iesu in conspectu populi a baptismo sumit exordium, cuius mors in Crucis exaltatione completur.Sed dicendum, ꝙ iste sensus mysticus est. nam litera non agit hic de exaltatione Iesu Domini nostri,sed de exaltatione Iosue principis Iudæorū, qui habet idem nomen cum Deo nostro.

Et adhuc si quis vellet intelligere de Iesu Deo nostro,non vr̄ satis verum,quia exaltatio sua potius videtur incępisse in natiuitate,cum Angeli annunciauerūt eum natum pastoribus,& cantauerūt Gloria in excelsis Deo.Luc.2.c.etiam exaltatus est in aduentu magorum,& ortu stellę. nam vniuersa Ierusalem commota est ad eorū aduentum.Matth.2.c.nisi forte dicatur,

K ꝙ tunc fiebant opera mirabilia propter eum, sed adhuc ipse latebat, in baptismo tn̄ apparuit. vel dicatur, ꝙ in natiuitate,& aduentu magorum incępit ostendi, & statim occultatus est,ita vt neq; de eo fieret sermo: post baptismum autem cum manifestatus est, nūquā postea fuit occultatus,sed semper in publico apparuit & operatus est,quod ante baptismum non faciebat. Sed quicquid sit,dicendum,ꝙ ista litera non intelligitur de Christo,sed de Iosue, & de illo verum est,ꝙ incępit exaltari in trāsitu Iordanis.nam post illum semper continuata est exaltatio sua, & tamen ante transitum Iordanis in nullo exaltatus fuerat. Cum autem dicitur, ꝙ ante illum transitū in deserto fuerant facta

mu lta

multa mirabilia, concedendum est. & tamen illa non fuerant facta propter Iosue, sed propter Moysen. & iõ non pertinebant ad exaltationem Iosue, cum nondũ ipse esset princeps. nunc vero mortuo Moyse apud Iordanem, factus est ipse princeps. ideo tunc cœpit exaltari, & non prius.

Sed obijcietur, quòd prius inceperat exaltari Iosue. nam ipse pugnauit & vicit Amalechitas. Exo.17.cap. etiam ipse ascendit solus in montem cum Moyse. Exo.24.& 32. etiam ipse rediens cum exploratoribus mansit incolumis alijs pereuntibus. Nume. 14. etiam de eo iussit Deus, quòd esset princeps totius populi, & quòd ei obediret totus Israel, & summus sacerdos Nume. 27. & ista omnia sunt ante transitum Iordanis. Dicendum, ꝙ ista & alia multa pertinuerãt ad laudes Iosue ante transitum Iordanis, & tamen non pertinent ista ad exaltationem, quia exaltatio non dicit quamlibet laudem, sed magnam & de re magna. talia autem fuerunt quæ ad Iosue pertinuerunt post trãsitum Iordanis. ideo ab ipso transitu dicitur, quòd cœpit exaltatio & non prius. Secundo potest dici, quòd etiam si omnia ista pertinerent ad maximam excellẽtiam Iosue, non facerent ad propositum, quia omnia illa fuerunt antequam ille inciperet esse princeps populi. Deus tamen non loquitur, nisi de exaltatione, quæ fuit postquam cœpit esse princeps. & ista non potuit esse ante transitum Iordanis, quia ibi mortuus est Moyses iuxta Iordanem, & assumptus est in principẽ Iosue, vt patet supra 1.cap. & hoc innuitur in litera, cũ dicitur. Dixitque dominus ad Iosue: hodie incipiam te exaltare coram omni Israel, vt sciant quòd sicut fui cum Moyse, ita & tecum sum. & sic intelligitur de tempore quod est post mortem Moysi in ducatu Iosue. & ista est veritas. Tertio potest responderi quãtum ad singula istorum, quòd non fuerunt exaltationes. De primo dicendum, quòd non apparet ibi magna laus Iosue, immo nulla: sed potius laus omnis Moysi, quia dicitur quòd quotiescunq; Moyses orando teneret manus eleuatas, superabat Iosue Amalechitas. cum autem Moyses deprimeret manus, vincebatur Iosue ab Amalechitis. Exo.17.cap. & ita nulla erat laus Iosue, sed solius Moysi in hoc facto.

Ad secundum dicendum, quòd ibi non est exaltatio Iosue, sed Moysi. nam ipse solus ascendit ad caliginem montis, & locutus fuit cum Deo. Exo.24.cap. Iosue autem non fuit locutus cum Deo, sed expectauit Moysen extra caliginem tanquam minister eius. e.c. & postea descendit cum eo, quando ille descendit de monte Exo.32.cap.

Ad tertium dicendum, quòd istud non pertinet solum ad laudem Iosue, sed æquales fuerunt in hoc Caleb & Iosue. ambo enim superuixerunt pereuntibus alijs exploratoribus Nume.14. & Iosue 14.cap. talia autem, quæ pertinent æqualiter ad Iosue & alios non computantur in exaltationem Iosue, sicut etiam victoria de quinq; regibꝰ Madianitarũ, qñ Iosue & Phinees fuerunt duces belli. Num.31. Ad quartum dicẽdum, ꝙ nõ fuit tunc exaltatus Iosue, quia viuẽte Moyse, nũquam exercuit principatum Iosue, sed Moyses. sed solum ꝑ hoc fuit designatus in successorẽ Moysi. & sic post mortem Moysi cœpit exaltatio eius.

Coram omni Israel. Quia totus Israel vidẽs hoc tenuit Iosue in maiori reuerentia, credens esse magnum virum, & nimis acceptum Deo, cũ in ducatu suo tam insigne miraculum factum foret. Non solum tamen coram Israelitis fuit exaltatus Iosue in hoc facto, sed adhuc magis coram Chananæis, qui audito hoc miraculo totaliter viribus defecerunt, vt patet infra 5.c. cum dicitur. postquam ergo audierunt omnes reges Amorrhæorũ, qui habitabant trans Iordanẽ ad occi-

A dentalem plagam, & cuncti reges Chananæorum, ꝙ siccasset Dominus fluenta Iordanis corã filijs Israel dissolutum est cor eorum, nec remãsit in eis spiritus. *Vt sciant, quia sicut cum Moyse fui, ita tecum sum.* Quamquam Israelitæ sciebant quòd Deus statuisset Iosue principem super Israel, vt patet Num.27. & Deuter. 3.& 31.& 32. tamen nesciebant adhuc an acceptus esset Deo, & prosperaretur populus in manu eius, sicut fuit prosperatus duce Moyse. hoc autem patet ex verbis Israelitarum supra 1.cap. qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus tuis, moriatur. Tu autem confortare & viriliter age: & sic dubitabant adhuc de eo, qualiter se habiturus esset.
B & ante hoc dixerunt, sicut obediuimus Moysi in cunctis, ita obediemus & tibi. tãtum sit Dominus Deus tuus tecum, idest in hoc solũ delibera, vt Deus prosperet actus tuos.

Nunc autem Deus volebat dare Israelitis certitudinem, quòd sicut prosperati fuerãt in manu Moysi, ita prosperarentur in manu Iosue. *Vt sciant.* Manifesta cognitio erat Israelitis in hoc miraculo. nam constabat a Deo esse. sicut ergo Moyses acceptus Deo dicebatur, quia ducatus in manu eius fuit nobilitatus miraculis, ita & ducatus in manu Iosue. *Quòd sicut fui cum Moyse.* Aperiendo mare Rubrum. *Ita tecum sum.* Scilicet diuidendo Iordanem: & vtrũq; miraculum æquale est, quãquam plures fuerint aquæ maris Rubri. sed hoc nihil facit differre. nam qui potuit tenere aquas Iordanis pendentes in modum muri, atque in sublime elatas, potuit totum Oceanũ
C desiccare, vel diuidere in partes quot vellet. Vel sicut fui cum Moyse faciendo tempore ducatus eius multa miracula, ita tecum sum faciendo tecum multa. plura tamen & maiora miracula fecit Deus regente Iosue, quàm Moyse. & magis prosperatus est populus in manu eius, quàm Moysi: vt declaratum fuit in primo capit. non tamen factum est hoc tanquam sanctior esset Iosue Moyse. nã valde sanctior & excellentior fuit Moyses, atque Deo acceptior: vt colligitur ex præpositis: sed fiebat sola Dei voluntate. *Tu autem præcipe sacerdotibus quòd portent arcam.*

Miraculũ de diuisione Iordanis & de diuisione maris sunt equalia.

In quæstione 83.

Iosue habebat iurisdictionem tam super sacerdotes quàm supra populares propter duas rationes. Et quare in veteri testamento nõ erant distinctæ iurisdictiones secularis & ecclesiastica sicut nunc, sed vnica. *Quæst. XVI.*

D

IOSVE non solum erat dux popularium, sed etiã sacerdotum: quamquam ipse non esset de sacerdotibus vel leuitis, sed de tribu Ephraim: vt patet Nume.13.cap. & non solum mandabat sacerdotibus minoribus portãtibus arcã, de quibus hic: sed etiã sacerdoti magno. vt patet Nu.27.c. cum dr̃. pro hoc si quid agendũ erit Eleazar sacerdos cõsulet Dñm: ad verbum eius ingredietur & egredietur ipse & oẽs filij Israel. Causa huius est: quia in veteri testõ non erãt distinctæ iurisdictiones secularis & ecclesia-
E stica, vel sacerdotalis & regalis: sicut nunc sunt. ꝗꝗ officia sacerdotũ & leuitarũ essent prorsus distincta ab operibus laicorum. vnde poterant occidi sacerdotes a rege, cum delinquerent sicut laici. quod patet, quia in toto veteri testamento non ponitur aliqua pœna distincta pro leuitis vel sacerdotibus, sed ponũtur pœnæ vniuersaliter. si tñ essẽt distinctæ iurisdictiones, & pœnarũ inflictiones, Deus expressisset modos pœnarũ sacerdotũ & leuitarũ: sicut expressit modos pœnarũ laicorũ: sed nihil distinguit. Si quis aũt dicat nõ argui conuenienter negatiue in his, sicut in locis ab auctoritate. Rñdendũ est esse cõueniens argumentũ. nam cum Israelitæ a nullo alio legem suscepissent,

nisi a Deo,nō poterant ipsi facere aliquid, nisi quod De⁹ eis dedisset circa cæremonialia, & iudicialia,quæ magis dependent ex volūtate conditoris legis, quàm ex aliqua ratione.potissime quia si istud solum in lege datum sit,videntur tam laici quam sacerdotes subiecti eidem iurisdictioni. Si quis ergo conaretur distinguere iurisdictiones, prejudicaret illi iurisdictioni primę,quę esset totalis, & indistincta.Item dicit Rab. Salom.quòd si sacerdos aliquis delinqueret in crimine,ꝙ morte plectendum foret, etiam si esset in Sanctuario apud altare debebat inde trahi, dum tñ nō esset ministrando. si aūt ministraret expectabatur quousq; finiuisset ministrationem suam, & exueretur vestibus sacris,& tunc etiam de cornibus altaris trahebatur.In nouo testamento immediate cęperūt esse duæ iurisdictiones,s.Ecclesiastica,& secularis, quas Saluator noster signauit in duobus gladijs quos dixit satis esse,i.sufficere ad vniuersi regimen. Ideo s̄m diuersas iurisdictiones fuerunt diuersę pęnarum inflictiones, ēt in eisdem sceleribus,nec Ecclesia sanguinis effusionem facit,quod tñ legibus humanis consentaneū est.

Quare in nouo testamento sacerdotalis iurisdictio distincta fuit a seculari cum non esset sic in veteri. Et quòd principatus monarchicus est melior inter omnes: Et is fuit semper apud Iudęos. Quæst.XVII.

CAVSA autē quare in nouo testamento fuit sacerdotalis iurisdictio distincta a seculari, quod non fuit in veteri testamento, est quia in veteri testamento non fuit perfectū sacerdotium,nec ordines, sicut in nouo testō, sed quidam status incompletus,quibusdam cæremonijs corporalibus solum a secularium statu distans. principes ergo seculares debuerūt habere potestatem super sacerdotes.In nouo autem testamento fuerunt perfectę cęremonię, & integrum sacerdotium. ideo honorabilior debuit esse status sacerdotum nunc,quam in veteri testamento. Et consequenter, nec laicis subesse debuerunt.Alia causa est in speciali pp quam Iosue debebat habere potestatem super sacerdotes,quia nunc Israelitę mouebantur in castris ad bellum, oportebat ergo dari vnum principem vltimatum, in quem oīa reducerentur,& contineret totum principatum.Alioquin si multi essent,cōtingeret variare, & discordarēt, nec quicquam fieret:principatus enim qui est vnius,& vocatur monarchicus, est melior omnibus s̄m naturā, vt patet 8.Ethic.& 3.Politic.dicit tñ eum Aristot.esse periculosum,quia difficile est committere omnia vni viro,pręcipue cum tales principatus non sunt eligibiles,sed ex successione, vel sortiales. Ideo quamquam principatus democraticus non sit de bonis principatibus,dicit eum Aristo.securiorem ciuitatibus, vt patet in 3.Politico.nam & principatus aristocraticus qui est multorum,& s̄m virtutem, quamquam sit de bonis s̄m naturam,tñ est litigiosus, quia datur locus emulationi, & viri animosi non ferunt cum per electionem quidam alijs in probitate pręponi videātur.monarchicus autem non est pp alterum periculosus, nisi quia cōtingit eum qui monarcha est, cum vnus sit peruerti,& tunc tota politia subuertitur, cum tamen securū esset de monarcha,ꝙ non subuerteretur,non esset aliquis principatus pręter istum assumendus,& q̄a Deus cognoscit quid sit in homine, semper quando statuebat principem ponebat vnum faciens monarchicum principatum,sicut fuit in Moyse, quē primo fecit monarcham simpliciter nullo alio iudice, vel dño existēte.Deinde autem ad petitionem ipsius adiūxit sibi septuaginta viros,vt patet Num.11.c.Et tñ semper mansit monarcha cum semp subordinarentur ad ipsum,

F de quo late declaratum fuit Exo. 18. In Iosue autē sic factum est, quia ipse factus est princeps simpliciter in toto Israel,ita vt oēs sibi obedirent,sic patet Nu.27.c. s.ad verbum eius ingredietur,& egredietur, tam ipse quàm omnes filij Israel. Post mortem etiam Iosue Deus suscitauit alios principes Israelitarum qui erant iudices,sed omnium horum principatus erat monarchicus. Ipse enim suscitabat quemlibet de iudicibus, qui liberabat Israel,sic patet in libro Iudicum:vbicūq; enim opprimerētur ab hostibus, dicitur suscitauit eis Deus Saluatorem nomine Sāgar,vel nomine Aioth: & sic de cęteris,vt patet 3.& 4.Iudicum, & primo Regum.12.c.postea etiam,qñ factus est principatus regalis inter Iudæos ille monarchicus fuit. nullum enim
G alterum genus principatus fuit vnquam in Israelitis, quantum ad totum populum, & tamen quamquam iste sit periculosus necesse est interdum recurrere ad eum, & hoc maxime in bellicis expeditionibus, quę conuenienter nō fiunt, nisi imperium deuoluatur ad vnum.Nam Romani quamquam fugerent principatum monarchicum propter superbiam regum,qui vrbem captiuabant, & fecerunt principatum aristocraticum constituentes duos cōsules quolibet anno, & senatores perpetuos, atque tribunos populi & equitū: & sic de varijs modis principatuum, qui erant partes aristocratię: tamen in bellis faciebāt principatum monarchicum committentes summam imperij vni. experimento enim didicerāt, ꝙ pluralitas ducum ęqualium impediebat statum belli propter discordiam, si-
H cut fuit in bello apud cannas, quando contra Annibalem certatum est: nam tunc duo consules missi sunt in duces,scilicet, Terētius Varro,& Paulus Aemilius, quodam eorum volente bellum ad alteram diem differri; altero autem non consentiente, tandem cum discordia pugnatum est, non sine magna status Romani calamitate. nulla enim vnquam maiora Romanis duriora bella fuerunt,quam apud cannas,& Trāsimenum,de hoc Titus Liuius,de 2.bello Punico, libro 2. & Romuleon,libro 4.hoc ergo edocti Romani,quando bella gerenda erant,dictatorem creabant, qui pauco tempore durabat. tamen potestas huius erat super consules, & absoluta. & hoc modo quamquam am-
I bo consules irent in bellum, quia dictator imperabat eis,nō sequebatur discordia,vnde prospere agebatur, quod attendebant hostes Romanorum. nam si cōtra Romanorum consules in bello sine dictatore creato irent,audacter aggrediebantur eos,tāquam per discordiam perituros. Cum vero creatum haberent ad bellum dictatorem,congredi formidabāt. Iudęis autem nunc sic erat,quia in expeditione bellica ibant,tam seculares,quàm sacerdotes,& Leuitæ.omnes ergo eidē principi subdi debuerūt, sed Iosue erat princeps inter seculares.ergo etiam sacerdotibus debuit imperare. *Præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis*. Nō dicitur qui portant,idest qui habent officium portandi, quia Leuitarum Chaathitarum hoc erat, vt patet Nume.
K quarto cap.sed qui portant,idest qui nunc eā portant, quia tunc ex mandato Iosue illam portabant, vel qui portant,idest qui portare debent ex mandato tuo, q̄q̄ actualiter nondum portent. *Cum ingressi fueritis partem aquæ Iordanis*. Hic dat Iosue documentum sacerdotibus qualiter deberent se habere in transeundo Iordanem, scilicet, quòd non transirent totum Iordanem, sed quòd starent in eo, donec totus populus transijsset.

Quidam dicunt de hoc transitu, quòd sacerdotes intrauerunt in partem valde paruam aquarum Iordanis quousque aquæ diuisę sunt, & tunc substiterunt, totus autem populus tunc transiuit.

An

An sacerdotes intrauerint in partem paruam aquæ ante diuisionem Iordanis, vt aliqui dicunt. Quæst. XVIII.

SED hoc non stat: nam isti deficiunt in duobus. Primo, quia existimant, ꝙ sacerdotes intrauerunt aliquantam partem aquæ etiam si paruã antequam cessaret fluxus Iordanis. Sed hoc falsum est, quia immediate vt plantæ sacerdotum tetigerunt aquas diuisæ sunt, vt patet infra cum dr̃. Ingressisq; eis Iordanem & pedibus eorũ tinctis in parte aquę, steterunt aquæ descendentes in vno loco. Secundo errant, quia dicunt ꝙ sacerdotes substiterint cum aqua apud ripam Iordanis trãsmissa paruula parte aquarum, sed falsum est, quia vsq; ad medium fluminis peruenerunt, vt patet infra cum dr̃. sacerdotes qui portabant arcam fœderis dñi stabant super siccam humum in medio Iordanis. ergo vsque ad medium aquarum transierunt, vbi erat maior impetus aquarũ & eleuatiores. Vnde *Cum ingressi fueritis partem aquæ.* Scilicet medietatem, quæ est altera duarum ęqualiũ partium. & dr̃ partem aquæ large loquendo. non eñ ingressi sunt sacerdotes aliquam partem aquæ, cum mox, vt tetigerint plantæ sacerdotum aquas, cessauerit fluxus Iordanis, sed vocatur pars aquæ .i. pars alueí, per quem aqua decurrere solebat. *State in ea.* s. non procedatis vltra exeuntes de Iordane, sed manete ibi. Causa huius fuit propter duo. Primo vt Iudæi intelligerent hoc miraculum fieri a Deo suo præsente arca gloriæ suæ, & cum arca exierit de Iordane conuersas aquas ad consuetum cursum. Si autem aliter fieret, non haberet tantam causam dicendi a Deo fuisse factum. Causa secunda erat ad tollendum timorẽ Iudæis. nam cum vidissent Iudæi, ꝙ arca introeunte in aquam cessauerit fluxus Iordanis, intelligebant propter eius præsentiam factum miraculum, & in eius absentia desiturum. timerent ergo recedente arca de Iordanis medio ingredi alueum, ne voluerentur sup eos gurgites aquarum, sicut factum fuerat sup Aegyptios in mari rubro. ingressis enim illis per vias diuisi maris, sicut fecerant Iudæi, effluxerunt super eos altitudines ꝓfundi maris, ut patet Exo. 14. Fuit ergo opportunum, ꝙ maneret arca in medio Iordanis donec transirent omnes Israelitæ.

Dixitque Iosue ad filios Israel. Idest ad totum populũ. præcedenti die Iosue fecerat eos attentos ad futurũ miraculum proponens in generali, scilicet sanctificamini. cras enim faciet dominus mirabilia inter vos. nunc autem, quia instabat futurum miraculum, declarauit eis diuisionem aquarum, & hoc fuit antequam mouerentur de castris ad transeundum Iordanem. quod patet, quia postea ponitur de motu eorũ, & postea ponitur de exitu de tabernaculis.

Accedite huc & audite uerba. Nicolaus dicit, quòd solum audierunt ista uerba principes populi. nam in principibus eminenter continetur totus populus. Ideo quicquid faciunt principes populi, dicetur fecisse totus populus, & hoc dicit, quasi non potuisset totus populus audire verba Iosue.

In hoc forte dicere possemus, sicut de Moyse dictum est, quòd ipse locutus fuerit ad totam multitudinem Israel, & omnes audierunt eum, quando explanauit legem recitans Deuteronomium: omnes quippe de toto populo tam viri quàm fœminæ, conuersi, & Iudæi ex genere astabant, præter portantes aquas, & lignorum cęsores, vt patet Deutero. 29. omnes tamen hi audiebant verba Moysi. ergo ita poterant omnes Israelitæ nunc audire vocem Iosue. Sed hoc an fuerit, incertum est: non tamen est curandum valde an fuerit: satis enim nobis est, quòd Iosue vocauerit ad se oẽs Israelitas ad audiendum miraculum

A quod narraturus erat: & quamquam nõ omnes accesserint, vel non omnes audierint, retulit eis qui accesserunt & audire potuerunt. illi autem alijs illico renunciauerunt, ita vt velocissime per omnia castra verbum istud diuulgatum esset. Nec oportet dici ꝙ ad hoc vocarentur specialiter principes, & illis præsentibus diceretur totus populus adesse, vel adesse filios Israel.

An positio Rab. Salo. quòd Iosue fecit stare omnes Iudæos inter duos vectes arcæ, sit vera. Et quòd miraculum de diuisione Iordanis & maris poterat fieri à Dæmonibus vel Angelis. Et quæ sunt miracula quæ sunt immediate à Deo.
B *Quæst. XIX.*

RABBI Salomon dicit: quòd quando vocauit hic Iosue filios Israel dicens, vt accederent ad audiẽdum, fecit eos stare simul inter duos vectes arcæ. sunt autem vectes duo ligna longa posita per latera arcæ in circulis, vt possit portari arca, de quibus Exo. 25. cap. inter hæc duo ligna, dicit fuisse recollectos omnes Israelitas simul ad audiendum verba Iosue. est enim paruum spatium inter vectem & vectem, scilicet duorum cubitorum & dimidij: sicut declaratum est Exo. 25. in quo spatio vix capientur duo vel tres viri.

Hoc autem valde absonum est, nam si factũ esset, miraculum magnum factum esset, & maius quidem quàm diuisio aquarum Iordanis. nam licet diuisio ista aquarum vere fuerit miraculum, & Deus illam
C operatus est: tamẽ opere angelorum vel dęmonum fieri potuit. Facile enim erat dęmonibus aperire vias in aquis, & tenere aquas ne moueantur, cum ista ad potentiam corporalem pertineant: quamquam illa magna sit. & August. in 18. de ciuitate Dei. dicit facile esse dæmonibus mouere aquas maris, & iacere ad aliquem locum ad quem alias non accedebant: cum agit de pęna inflicta Atheniensibus, quia imposuerunt nomen vrbi de nomine Palladis, & ferentes testimonium efficacius pro Pallade quàm Neptuno: de quibus ponitur concertatio in 18. de ciuitate Dei cap. 9. & ponit hoc Ouidius Meta. lib. 6.

Item constat hoc factum per angelos, quamquam Dei iussu factum sit. nam operatio Dei nõ est in successione, cũ esse Dei & operatio sua sint simul & idẽ.
D si ergo esse Dei simul totum est, quia ęternum atque præsentarium est, necesse est operationem non esse successiuam. tenere tamen aquas Iordanis ne fluerent, sed leuarent infra magnam molem, non est aliqua operatio instantanea, sed in successione, quandiu durauit trãsitus Israelitici populi, & quãdiu hoc mansit, semper maioratum fuit miraculum. nam semper veniebat maior aquarum multitudo de fonte, & in sublimius tollebatur. oportebat ergo actionem continentis aquas esse successiuam, s̃m ꝙ aduentus aquarum successiuus erat. Angeli ergo ista fecerunt quibus successio non repugnat in operatione: sicut nec
E in mensura essendi. operationes autẽ quæ sunt proprie diuinæ, instantaneę sunt: sicut creatio, mortuorum suscitatio, & similia. hæc enim nullam dicunt successionem, & tales actus semper sunt miraculosi, nec possunt vllo modo cõmitti angelis. nam tãta potestas quanta est in creatione, nõ põt alicui substantię creatæ cõicari: quia est potentia increati entis. ista tñ quæ ad motũ & successionem pertinent, quãtęcũq; potentiæ sint, per se Deus illa nunꝗ agit nec agere potest: sed angeli de mandato eius agunt. Ista ratio est satis apparens, sed de veritate fundamenti eius nõ insistimus. s. an Deus possit per se facere aliquid cuius fieri consistat in successione.

Quæ sunt miracula q̃ nõ possunt committi angelis: sed sũt immediate a Deo facta.

Nec quisquam admiretur, ꝙ dicamus actionem diuisionis maris rubri, & Iordanis, non fuisse diuinam, sed angelicam, quia nemo dubitabit maioris esse potestatis mouere cœlos, quam diuidere mare, vel tenere aquas fluminis immotas. Angeli tamen mouent celicos orbes secundum modum loquendi Aristo. in 8. Physic. & in 12. Metaph. & non solum est hęc positio sua, sed veritas, & assertio catholica. sic enim patet Iob 9. ca. cum dicitur. Deus cui nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem, portare orbem est mouere cęlum. est enim cęleste corpus proprie orbis propter circularitatem, & sphęricitatē, non ergo erit admirandum Angelos posse diuidere flumina, & tenere ea. Malefici quoque opere dęmonum interdum flumina sistere possunt, & Augustinus maiora, quæ miracula nobis videntur, opere dęmonum effecta concedit in 18. de ciuitate Dei, cum agit de quibusdam quę mirabilia videntur, & facta dicūtur a dijs gentium.

Angeli et secundum theologos mouent cęlos.

Miracula fiūt opere demonum quandoq;.

Aperte ostenditur falsitas, & mendacium Rabbi Salomonis, de supradicta eius assertione. Quæst. XX.

QVOD autem Israelitę omnes fuerint recollecti intra vectes Arcę, maius nec imparū est. nam hoc est reducere eos ad indiuisibile. nam quòd plures, quàm ter mille millia computatis viris, & fęminis Iudæis, & conuersis, senibus, & iunioribus, maneant in loco, in quo vix duo viri manere possunt, est reducere ad indiuisibile, vel ad aliquid diuisibile, quod sensui nō subiacet. hoc autem non subijcitur potentię alicuius, nisi in cuius potestate natura est, sed hęc non subijcitur, nisi Deo directe. nam Angelis non subijcitur, nisi quatenus per naturalia agentia agunt, tanquam per instrumenta, vt declaratum est super 7. Exodi, Sed per naturalia agētia corporalia, nō potest reduci aliquid ad indiuisibile, cū natura semper præsupponat quantitatem extensam in quam agat, & quantumcunque in aliquid agat, nō potest illud reducere ad non corpus, vel non quantum, vel vt aliter dicam ad non extensum, quamquam aliquando reducat ad maiorem quantitatem, & aliquando ad minorem. Angeli ergo nō poterunt, nec dęmones istud, cum in natura non sit via vlla ad agendum, & ipsi solum agunt per virtutes naturę. pertinebit autem ad solum Deum reducere ad indiuisibile aliquid vel ad tam paruam extensionem, ita ꝙ sensibile non sit. Et hoc modo se habet corpus Saluatoris nostri in hostia modo indiuisibili: alioquin non posset dari integer in hostia quę est tam paruę quātitatis, pręcipue cum in qualibet particula hostię sit totus integer quātumcunque diuidatur hostia. Hoc tamen non contingeret, si daretur ibi Christus sub aliquanta extensione diuisibili quantumcunque parua: nam data illa extensione parua, posset diuidi hostia in minores particulas quam esset illa extensio, cum sit diuisibilis in infinitū. & tunc darentur actualiter multæ partes hostię consecratę in quibus non esset corpus Christi, quod est contra omnem catholicam assertionem.

Christus ī hostia, & ī qualibet eius parte est modo indiuisibili, & non sub aliqua extensione diuisibili, & quare.

Item dari posset, quòd esset aliqua hostia consecrata, & ibi Christus, & diuisa ipsa in partes, in nulla parte eius, nec in omnibus simul esset Christus. hoc autem est valde inconueniens, nec quisquam concedet. Patet consequentia, quia data extensione illa parua, sub qua Christus est in hostia, diuidatur aliqua hostia consecrata in partes quarum quęlibet sit minor illa extēsione, sequitur ꝙ in nulla earum sit Christus, & consequenter nec in omnibus simul sumptis. nam cum omnes simul sint actualiter diuisę, & non faciant vnū ens per se, non erit in omnibus Christus, nisi in qualibet earum sit, quod negabatur. erit ergo indiuisibiliter in hostia.

F

Patet ergo ex dictis, quòd maius miraculum est reducere ad indiuisibile Iudęos, siue ponere omnes īter duos vectes arcę, quam diuidere aquas Iordanis. De hoc tñ satis vr̄, ꝙ factum non fuerit. Nam miracula nunquam fiunt sine aliqua necessitate, aut vtilitate, reducere tamen omnes Iudæos ad indiuisibile ponēdo eos ad hoc, quòd essent inter duos vectes arcę, nō erat ad aliquam necessitatem aut vtilitatem. ergo nō factum est. Maior patet, quia Deus nihil facit frustra, sicut nec natura: vt patet 1. Politicorum. minor manifesta est, quia intentio Rabbi Salo. ponentis hanc congregationem factam est, vt audirent omnes Israelitæ verba Iosue, sed quòd audirent omnes, vel quidā eorum immediatē a Iosue, non videbatur aliquid differre, quia quamquam non audirent omnes simul, poterant quidam alijs referre, & hoc sufficiebat: sic enim factū est de præceptis plurimis datis a Moyse, ad quæ audienda non conueniebant omnes Israelitę, sed quidam, & hi cęteris referebāt, sic factum est in pręcepto de celebrādo Phase, & de eductione Israelitarum de Aegypto: soli enim seniores populi hęc audierunt, alij autem nequaquam. sic patet Exo. 12. maioris tamē ponderis, & vtilitatis erat liberatio de Aegypto, quam diuisio Iordanis: nam quamquā hoc miraculum est, tñ nō erat nimiæ necessitatis, quoniam si expectassent per aliquot dies, cessauisset tumor Iordanis, & possent per vada transire. Item hic non fuit aliqua necessitas audiendi verba Iosue, quia non dabatur aliquod pręceptum, quod Israelitę expleturi essent, sed solum prænunciabatur miraculum. in Aegypto tamen dabatur pręceptum de celebrādo Phase per singulas domos, quod si non obseruaretur, erat Iudæis scādalum, illud tamen non fuit auditum ab omnibus Israelitis simul, ergo non erat probabile, ꝙ ad audiendum prædicendum miraculum, omnes Israelitæ clauderentur inter duos vectes arcę. Item Scriptura sacra intendit ostendere laudem Dei in operatione miraculorum, cū ergo enarrauerit minora miracula, cōsequens est, vt maiora pręcipue enarret. Sed maius miraculum erat reducere omnes Iudæos ad hoc, quòd essent inter vectes arcę, quam diuidere aquas Iordanis, & in altum pendentes eas tenere, sed miraculum de aquarum diuisione diligenter, & per extensum expositum est. ergo illud quod erat recludendo Iudęos inter vectes arcę, magis enarraretur si accidisset, sed nihil de eo meminit scriptura, ergo non factum est.

Miracula non fiunt sine aliqua necessitate aut vtilitate.

G

H

I

Quarta ratio contra Rabbi Salomonem, eo quòd homo si ad indiuisibile reduceretur non posset agere secundum naturam, nec pati cum anima humana requirat quantitatem, & figuram debitam organorum ad suas operationes. Quæst. XXI.

ITEM adhuc fortius patet intentum, quia dato, quòd tale miraculum factum fuisset, nō habebatur intentio Rabbi Salom. scilicet, quòd omnes Israelitæ audirent verba Iosue, nam qui ad indiuisibile reductus est, non potest secundum naturam agere, nec pati. De actione patet, quia omnis actio fit per virtutem quę est in aliquo corpore applicādo partes illius corporis partibus rei passæ, sed in indiuisibili non sunt partes extensæ; ergo non est applicatio, nec actio.

K

Item in actione in animalibus anima pręexigit conuenientiam organorum quantum ad debitam quantitatem, & figurā, & qualitates actiuas. ideo dicimus non posse animam humanam vegetare corpus habēs quantitatem vnius digiti, quia paruitas quantitatis excludit distinctionem organorum plurium, vel si sit

distin-

distinctio, erunt partes in tam parua quantitate, vt anima non sufficiat per illas explere motum aliquem: sed in indiuisibili minor adhuc proportio est organorum in quantitate debita, quoniam proportio nulla est: cum indiuisibile ad diuisibile nullam omnino habeat collationem, sicut finitum ad infinitum. ergo in indiuisibili existente ipsa re naturali, nihil agere poterit. Item anima nostra in nobis existens non habet operationes suas (præter intelligere, & velle) se ipsa, sed per deriuationē virtutis per organa: sed corpore reducto ad īdiuisibile nō est aliqđ organū, cū organū dicat quādam partem integralem corporis determinatam in quantitate. & figura, quod tamen indiuisibile est, non habet vllam figuram nec extensionem, & ita anima non poterit operari per illud, sicut per seipsam solam quia illud iam non habet conditiones vllas corporū, sicut nec habet anima: nec dicetur vllatenus habere organa, sicut ipsa anima per se existens organa non habet, quia solum quicquid in ea est, indiuisibile est.

De patientibus autem manifestum est, ꝙ secundū naturam oportet esse corporea, & extensa. nam etiam si actio naturalis semper sit ab extenso agente in passū extensum, tamen agens interdum potest esse spiritus, & erit extensio in eo in uirtutem, & non secundum quantitatem, ita ꝙ partes uirtutis agentis spiritus, applicentur partibus corporis passi. sicut in motu cęli, q̃ fit ab angelis, qui sunt incorporei: applicant tamen totam uirtutem suam cœlo. in patientibus autem secundum naturam generale est, ꝙ omne patiens sit extensum: nec est possibile in indiuisibili patiente fieri passionem naturalem, quia tunc passio excederet suum subiectum. nam actio & passio sunt motus, & vnus motus iuxta Aristotilem. 2. de anima: & Gilbertum ī 6. principiis, sed motus non potest excedere corpus, quod est subiectum suum: necesse est igitur, quandocunque fiat motus, esse ibi corpus sub conditionibus corporis: cum tamen corpus reducitur, ut sit sub indiuisibili, non habet conditionem vllam corporis naturalis, nec est corpus naturale proprie loquēdo, quia si semper sic maneret, nunquam esset corpus naturale. ergo in corpore reducto ad inuisibile, impossibile est fieri aliquam actionem.

Item actio, & passio fiunt per contactum iuxta Aristotilem 2. de generatione, & corruptione. si tamen aliquid reducatur ad indiuisibile nullo modo contingi potest. ergo nec poterit pati. Hoc patet: quia quamquam agens contingere posset secundum extensionē quantitatis, vel extensionem uirtutis applicitæ ad passum: ipsum tamen passum nunquam potest contingi nisi secundum quantitatem, quoniam contingi secundum uirtutem nihil est, nec talis contactus ab vllo ponetur, quia tunc indiuisibile contingeret indiuisibile, ergo non poterit fieri actio in tale, ꝙ reductum est ad indiuisibile. de hoc latius dictum est Exodi uigesimotertio cap.

Secunda ratio principalis ad probationem maioris quartæ rationis antedictæ. Quæst. XXII.

ITEM magis in speciali hoc patet. s. ꝙ si iudæi fuissent reducti ad indiuisibile inter arcæ vectes, non potuissent uidere Iosue, nec audire uerba eius.

Primum patet de visione, quia visio fit per piramidem radiosam multiplicatam a re uisa, vsque ad pupillam uidentis, & tunc recipitur species intra pupillā, & fit uisio: sed nō potest fieri vlla talis uisibilis speciei receptio reducto corpore ad indiuisibile, quia intra indiuisibile, nihil habens conditionem corporis recipitur, ergo non fiet uisio. Item patet, quia ad uisionem requiritur dispositio in oculo omnium humorū di-

A stinctorum in eo, in suis qualitatibus, sed reducto homine ad indiuisibile nihil horum manere potest, cum illa dispositio requirat extensionem: ergo non fiet visio. Item argui potest ex natura radiosæ piramidis terminantis conum in pupilla oculi nostri, & ex aliis prīcipiis perspectiuæ.

Item quia si reducatur aliquid ad indiuisibile siue album siue nigrum, nos manentes in naturali dispositione illud uidere non possumus, ita si manente obiecto uisibili in sua conditione nos reducti ad indiuisibile non poterimus illud uidere, ergo iudæi reducti ad indiuisibile non possent uidere, & si Iosue cum eis pariter reductus esset ad indiuisibile, non posset uideri ab eis, & hoc propter duo.

B Primo, quia ipse indiuisibilis erat, & indiuisibile nō videtur. Secundo, quia iudæi indiuisibiliter se habebant, & indiuisibile ens non immutatur a passibilibus qualitatibus. Secundum erat, quia Iudæi non possent audire verba Iosue, quod patet, quia ad audiendum requirebat, ꝙ pueniat sonus ipse realis, uel imago soni ad pelliculā aeris connaturalis, & tangat eam: si tn̄ iudæi reducti eēnt ad īdiuisibile, nō eēt ibi distincta pellis connaturalis aeris a reliquis partibus corporis humani: non posset ergo permutari a specie audibili, & consequenter non fieret auditio. Nullatenus ergo Iudæi reclusi sunt inter vectes arcę reducti ad indiuisibile, vt audirent verba Iosue.

Sed dicet aliquis, ꝙ quamquam Iudæi fuerint collecti intra vectes arcæ, non sequitur ꝙ fuerint reducti

C ad indiuisibile: nam spatium inter duos vectes erat diuisibile. s. duorum cubitorum & dimidium secundū longitudinem maiorum laterum arcæ, vt patet Exodi 25. cap. ergo poterant ibi contineri diuisibiliter existentes. Respondendum est, ꝙ illud spatium erat valde paruum, & si plura quam ter tria millia hominum Iudæorum, & alienigenarum marium & fœminarū, iuuenum, & senum recludi deberent intra vectes arcæ, necesse erat, vt quilibet eorū reduceretur ad quantitatem pœnę insensibilem ad magnitudinem aucisoricani, vel pulicis, & tunc sub tam parua quantitate non possunt manere distincta membra corporis humani secundum situm, vel erunt totaliter indiuisibilia ex paruitate. Et sicut per indiuisibile anima nō po-

D test operari, vt ex præpositis patet, ita & per illa ita parua & insensibilia organa impossibile erit aliquam fieri operationem. Nullatenus ergo Iudæi congregati fuerunt inter duos vectes arcę, siuę indiuisibiliter, siue diuisibiliter extitisse videantur. non stabit ergo vllo modo dictum Ra. Sal. s. ꝙ fuerint omnes Iudæi inter vectes arcæ collecti ad audiendum verba Iosue: sed dicendum est, vt supra dicebatur.

Et audite verba Domini Dei vestri. Idest uerba quæ ego dico vobis ex parte Dei vestri. s. ꝙ ipse mihi ista dixit, vt vobis manifestarem. *Et rursus.* Istud aduerbium iterandi non signat hic iterationem. s. ꝙ Iosue dixerit Israelitis: accedite & audite verba Domini Dei vestri,

E Et sic procul erat verba dicens, & nunc iterum loqui incipiat quædam alia: nam tunc non ponerentur hic verba quæ protulisset Iosue ex parte Dei. etiam signaretur, quòd ista verba, quæ hic subduntur. in hoc inq̃t scietis, ꝙ Dominus Deꝰ vester in medio vestri est &c. non essent verba Dei. Sed falsum est, quia non conueniēnter poneretur hic quomodo populus ad audiendam vocem Dei vocatus sit, & subticerentur verba. dicendum ergo, ꝙ verba quę ex parte Dei Iosue protulit, sunt ea, quæ sequuntur. s. in hoc inquit scietis: ponitur tamen istud aduerbium iterandi non, ꝙ aliqua verba interciderint, quæ significentur per hoc aduerbiū & rursum: Sed est sensus, ꝙ Iosue dixerit: accedite huc & audite verba Domini Dei vestri. & tunc subticuit

ticuerit quousq; iudæi accederent ad eum, quo facto incepit dicere ꝙ subditur scilicet in hoc scietis, ꝙ dominus Deus vester in medio vestrum est. & quia non fuit vnica locutio, sed interpolata, ponitur istud aduerbium rursum, ad significandam aliam inchoationem, si tamen fuisset vnica prolatio non interponeretur, & rursum. *In hoc inquit scietis.* Idest Iosue dixit, in hoc scietis. i. per istud signum, quod nunc Deus facit pro vobis aperiendo iordanem, cognoscetis manifeste, ꝙ ipse traditurus sit uobis terram Chananæorum.

An uerba ista Iosue essent uera scilicet, ꝙ Israelitæ scirent, ꝙ a facie eorum Deus deleturus esset gentes per hoc, ꝙ aperiebat eis Iordanem. Quæst. XXIII.

EST autem modus iste, quia cum aquę iordanis scinderentur coram iudæis, manifestum erat istam esse operationem diuinam. ꝑ hāc autem duo significari debebant. s. ꝙ Deus posset introducere Israelitas delendo Chananæos. secundum erat ꝙ ipse vellet hoc: quia ista duo requiruntur ad hoc, ꝙ faceret. Quantum ad primum: sufficiēs signum erat diuisio aquarum iordanis, nam qui hoc posset, posset etiam expellere Chananæos, & introducere iudæos in terram illam: vtrumque enim ad magnam potentiam pertinet, & concesso alicui potentię vnum miraculum concedemus infinita posse facere. Quod autem Deus vellet eos introducere satis patet, quia ipse Deus promittebat, ꝙ introduceret iudæos ī terram Chanaan, & expelleret hostes eorum, & in signum huius faciebat miraculum diuisionis aquarum per quod signaretur Deum esse facientem, & promittētem hæc, sed Deus nunquam mentitur, ergo cum ipse faceret istud miraculum ad demonstrandum, ꝙ iudæos introducturus esset, certissime introduceret: quia fidelis est Deus, & non mentitur, quia seipsum negare non potest, ut patet 2. ad Timo. c. 2. hoc enim omnibus propositum est, ꝙ si Deus aliquid promittat non fallet. Ad sciendum tamen an Deus promittit vel nō, est miraculum præcedēs, quod manifeste notat Deum promittere, quod dicitur.

An per signa, quæ prophetæ ponunt, confirmetur prophetia eorum, & an ex signis datis ab eis cognoscatur certitudo rei futuræ. Quæst. XXIIII.

SED aliquis arguet dicens, de his non esse dubium, si Deus promisisset, ꝙ ītroduceret israelitas in terram Chanaan, & daret hoc in signū, sed ista solum sunt uerba Iosue, & non Dei.

Respondendum ꝙ quamquam nō sint verba Dei, sed cuiuscunque hominis, per istud signum datum erunt certa. Aliqui tamen dicent ista verba credi esse certa quamquam non essent uerba Dei, quia erāt verba Iosue, qui erat propheta. Sed hoc non stat. nam si ideo crederentur verba, quia sunt alicuius prophetæ: non magis crederetur eis datis cum signo, quam sine signo. hoc tamen falsum est, quia signi additio multū operatur.

Item quamquam ille, qui propheta est, cum a Deo mouetur uera dicat, interdum tamen dicere potest aliquid, quod Deus ei non iussit, sed cōfinxit per tumorem cordis sui: ut patet Deuteronomio 18. cap. Nam in prophetis etiam, qui uera dixerunt, & signa dederūt cōtingit interdum, ꝙ aliquid postea per tumorem cordis sui dicant, ut patet Deuteronomio 13. ca. Non ergo credendum esset Iosue solum, quia erat ante hoc propheta, quia primo dicēs aliquid uerum, postea poterat fallere in his, quæ diceret. sed dicendum est, ꝙ ista uerba Iosue data cum isto signo addito sunt certa,

Determinatio auctoris.

F non quia dicta sunt a Iosue, sed quia cum signo immediate futuro, & patenti data sunt, nam Deus dat istum modum cognoscendi veritatem prophetarum. nam prophetarum, quidam pręmittunt signa ad confirmationem eorum, q̄ dn̄t, quidā nō. Si autē nō præmittāt signū, non p̄t cognosci ueritas ꝓphetię sed solū credit̄ ꝓphetę illi, qa alias uerā dixit, uel quia approbatus est sicut in prophetis qui iam mortui sunt, quorum dicta suscepit Ecclesia tanquam uerissima. & in his non oportet inquiri certitudinem ueritatis alio modo, nam & prophetia eorum iam in factis Messiæ completa sunt. Quando autem prophetæ erant uiuentes, & nō credebatur eis, faciebant signa sicut patet in Helia de sacrificio facto in monte Carmeli. 3. Regum 18. capit.

G cum autem credebatur eis simpliciter dicentibus, nō oportebat esse alias probationes: sed dato, ꝙ aliquis non crederet prophetæ a principio prædicenti aliqua antequam illa per signum demonstraret: non uidebat̄ aliquis modus certitudinis in dictis, nec etiam nō credens, non uidebatur peccare nisi omnes illi assentirēt, & iam esset approbatus, & unus vel rari nollent ei consentire. Si autem propheta vult confirmare dicta sua per aliqđ signū: Aut signū uenit anteq̄ dicantur verba quæ vult confirmare per signum, aut prius dicuntur uerba, & postea euenit signum.

Si primo modo dicendum est, ꝙ nullo modo confirmatur ueritas eorum, quæ dicuntur per signum, qa signum non uenit ad confirmandum illa, ut si postq̄

H euenisset diuisio aquarū iordanis, diceret aliquis urbs Iericho tradenda est uobis. & do uobis in signum huius, diuisionem aquarum, quæ facta est: nā istud signū datum est a Deo: & nesciret iste qui postea talia prædiceret, ad quam intentionem Deus istud signum dedisset. Ideo, ꝙ iste vellet applicare ad propositum suū, non uidetur aliqua ratio manifesta: nam postquam factum est signum, sicut possumus applicare ad vnam intentionem, ita possumus ad quamcunque, & nulla applicatio habet aliquam firmitudinem, quia non apparet fundamentum applicationis. hoc enim modo quilibet esset propheta, quoniam postquam euenit aliquod miraculum, dabit illud in signum cuiuscunq; rei, quam prædicere uoluerit, & tamen nihil est, quia non constat illud miraculum fuisse signum datum ad

I aliquid præmonstrandum.

Si autem uerba, quæ aliquis dicat signantia futuros euentus, dicantur ante euentum signi: aut illud miraculum euenturum ponitur tanquam signum illorū, quæ prædicuntur post illud futura: aut non. si non ponitur tanquam signum, sed solum ipsum miraculum prædicitur, & post illud alia futura esse prædicuntur, quamquam eueniat miraculum illud, non confirmat̄ veritas eorum, quæ dicunt̄ euentura post ipsum miraculum. Vt si Iosue dixisset: ego prædico uobis esse iordanem diuidendum, & annuncio uobis, ꝙ post annū debemus colere idola, & non Deum, quamquam eueniret iordanis diuisio, non erat intelligendum, ꝙ idola vtcunque colenda forent. & hæc satis stāt, quia primum potuit a Deo cognoscere propheta, secundum

K vero confingere potuit ex animo suo, quia eo ꝙ aliqs est propheta, non sequitur ꝙ sit factus nunquam peccans. nam contrarium patet de Balaam, qui prędicebat ea quæ Deus iubebat, & tamen habebat intentionem faciendi contra ea, quæ Deus ei mandabat, ut patet Numeri 22. & 23. & 24. capit.

Prædicta patēt Deuteronomio 13. cum dicitur. si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium se uidisse dicat, & prædixerit signum atque portentū, & euenerit, quod locutus est, & dixerit tibi, eamus & sequamur Deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis, non audies verba prophetę illius. Ecce enim Deus dixit

dixit ista posse stare. s. ꝙ propheta prædicat verum signum futurum: & postea adiungat falsa alia, quæ futura non sunt, vel quæ fieri non oportet.

Et sicut posuit Deus exemplum in isto facto vetito. s. quando propheta dixit eamus, & seruiamus diis alienis: ita potest poni in quolibet: nam si propheta potuit prædicere verum signum, & postea adiungere istud factum tam detestabile, ita & a fortiori poterit adiungere quodlibet aliud factum indifferens: & erit falsum, vel saltem non confirmabitur ueritas eius ex miraculo dato. Vt si dixisset Iosue. ego dico uobis diuidendas esse cras aquas iordanis, & ꝙ tota terra Chananæorum erit tradenda in manus vestras ante quinque, vel sex annos, nam hoc falsum esset, quia nõ fuit tota tradita vsque ad tempus regis Salomonis, ut patet. 2. Paralipom. 8. cap.

Quod autem propheta posset prædicere verum signum, & simul prędicere aliquid quod non eueniet, satis stat, quia non includit aliquod inconueniens: nã cum duæ propositiones, vel orationes de futuro sint, & una non dependet quantum ad veritatem aliquo modo ex altera, poterit prædicere vnam veram, & aliã falsam, quia sic se habet in propositionibus de præsenti, quia ego possum proferre simul duas propositiones, quarum altera sit necessaria, & altera impossibilis vt triangulus habet tres angulos ęquales duobus rectis, & asinus est risibilis, si tamen ueritas vnius propositionis dependeret ex altera, non posset simul proferre duas quarum altera esset falsa, & altera uera, sed aut vtraq; falsa, aut vtraq; vera.

Obiectio tacita ad prædicta. Et quòd falsa quandoque Deus permittit a prophetis dici ad tentationem nostram.
Quæst. XXV.

SED dices verum est, ꝙ secundum se ex parte ꝓpositionum non includitur aliquod inconueniens, ꝙ proferat quis simul duas ꝓpositiones de futuro quarum altera sit uera, & altera sit falsa. tamen ex parte Dei est incõueniens. s. ꝙ ipse det signa, & permittat illa esse ad falsitatem.

Respondendum est, ꝙ talia mirabilia, quæ prædicũtur, non ponuntur tanquam signa: sed simpliciter prę nunciantur, & alia quæ cum eis dicuntur, eodem modo simpliciter prædicuntur. Deus tamen scit, ꝙ iste cui dedit verum signum prædicere est adiũcturus falsa illi signo vero a Deo dato, & tamen interdum ista consentit ad tentationem nostram. nec in hoc in Deo aliquod inconueniens inducitur, aut falsitas in eis, q̃ ab ipso dicuntur, sic patet Deuteronomio 13. vbi cũ posuisset non esse audiendum prophetam, qui signo vero admiscuit falsa quæ Deus non dixit, ait, quia tentat uos Deus vester, ut palam fiat an diligatis eum, an non, in toto corde uestro.

Si autem aliquis prędicat aliquid futurum, & in signum eius prædicat aliquid futurum, & eueniat, necesse est id quod prædicitur esse verum, ut si Iosue prę dixisset, ego dico uobis Iericho esse tradendam in manus vestras, & in signum huius Iordanis diuidetur ad transitum vestrum. si Iordanis aperiatur, necesse est, ut Iericho tradatur in manus iudæorum, alioquin si Iericho non esset tradenda in manus iudęorum, Deus non permitteret, ꝙ eueniret, vel non faceret euenire id ꝙ posuit tanq̃ signum, q talia loqueretur. Cã huius est, q̃a Deus nos directe deciperet, & esset confirmator falsitatis, ꝙ nimis repugnat dignitati Dei atque est impossibile: nam mirabilia a solo Deo fieri possunt. Si ergo p̄diceret Iosue, ego dico vrbem Iericho esse tradendam, & in signum huius Iordanis aperietur ad transitum vestrum, si falsum esset ꝙ Iericho traderet:

A & tñ postea Deus aperiret Iordanem ad transitum iudæorum, esset Deus auctor, & confirmator falsitatis. Ideo si falsum est, ꝙ vrbs Iericho tradenda esset in manus iudæorum, & Iosue p̄dixisset tradendam dans in signum diuisionem futuram Iordanis, illa non accideret. hoc patet Deut. 18. c. cum dr̃, ꝙ si tacita cogitatione rñderis quomodo possum intelligere uerba, q̃d nõ est locutus dñs, hoc habebis signum, ꝙ in nomine domini propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui, ꝓpheta ille confinxit, econtrario aũt concluditur, ꝙ si aliquid futurum prædixerit, & in signum eius prædixerit aliquid quod eueniat, dñs locutus est illud.

Diuersitas autem inter casum istum, & superiorem

B est, quia in superiori casu non ponebatur miraculum, quod prædicebatur tanquam signum alterius, ꝙ postea futurum prænunciabatur: sed simpliciter utrumque prædicebatur, ita ꝙ non haberet unum ad alterũ habitudinem tanquam signi ad significatum, in secũdo autem casu ponitur unum tanquam signum alterius. Iõ in primo casu Deus non decipit nos: in secundo autem casu nos decipit: nam si aliquis pronunciet futurum aliquid mirabile, & deinde dicat ꝙ ad alterũ aliquid euenturum est, aut primum eueniat, & secundum non: & nos credamus secundum propter primũ atque fallamur, non decipimur a Deo, quia quamquã aliquis proferat unam veritatem, postea potest proferre mendacium, & istæ duæ propositiones datæ, nec secundum ueritatem, nec s̃m modũ dicentis hñt con

C nexionem aliquam inter se. Tñ in secundo mõ q̃n ponuntur duo futura, & unum prædicitur tanquam alterius signum, ex mõ proferentis vr̃ dependere ueritas unius ex ueritate alterius, & sic in re esset, si essent tanquam vere signum, & signatum. ideo si data aliqua re euentura vt signum alterius, Deus faciat primam euenire, quę solum per ipsum euenire poterat cum miraculosa sit: ipse nos decipit si secunda non euenit, quia nos ei credimus cum sciamus præcedens miraculum quod ponebatur tanquam signum ab eo factum, & cum hoc credentes decipimur.

Si Deus prædicat prophetæ aliquod signum futurum, an poterit ille per malitiam suam ponere illud ad confirmationem alicuius falsi. Quæst. XXVI.

D

SED aliquis arguet contra hæc, ut ponatur, ꝙ alicui prophetæ Deus reuelauerit aliquid futurũ quod mandauit ut diceret, & dedit ei aliquod signum ad illud, & postea ille propheta per tumorem animi sui noluit p̄dicere futurum esse, quod Deus iussit, sed aliquid alterum, ꝙ falsum est, vtpote contrarium eius, ꝙ Deus iussit: & tñ ad confirmationem huius dat signum, q̃d Deus ei prędixit euenturũ esse: Ecce hic eueniet signum, ꝙ iste propheta dat, q̃a Deus prędixit illud euenturum, & tñ non eueniet id ad ꝙ signandũ positum est, quia est contra id, ꝙ Deus

E futurum prædixit. Quod autem sit possibilis casus patet, quia propheta potest confingere per tumorem animi sui ꝙ uoluerit, sicut Deus dicit Deute. 13. & 18. c. ergo non erit aliqua certitudo ex signis datis a prophetis.

Ad hoc respondendum est, ꝙ nõ põt stare, ꝙ inducitur, sed responderi debet ad casum ꝙ id q̃d Deus posuit in signum rei alicuius futuræ, & mandauit ꝓphetæ, vt p̄diceret illud tanq̃ signum, aut est tale, ꝙ aliter etiam euenturum esset, etiam si non futura esset res illa cuius Deus fecit esse signum, aut est tale ꝙ solum a Deo fiet ad signandum rem illam, quam vult prænũciari esse futuram.

Si autem secundo modo dicatur, erit responden-

dum,

dum, ꝙ si Deus dederit prophetæ rem aliquam futuram prędicendam, & signum futurum ad illam, si propheta per tumorem animi sui prædixerit futurum, qđ Deus non prædixit, & prædixerit ad hoc signum, ꝙ Deus ad aliam rem posuerat, non eueniet illud signū, & sic fallet propheta tam in signo, quam in re, quam prędixit futuram.

Et tunc si arguas, ꝙ signum semper eueniet, quia Deus illud prædixit euenturum. Respondendum est, ꝙ si Deus prædixisset simpliciter euenturum non tanquam signum, ēt si iste propheta mutaret uerbū Dei, euenturum erat, quia tñ prædixit solum, vt esset signū alicuius rei, & propheta noluit exprimere rem illam cuius Deus volebat esse signum, nō eueniet signum, esset quippe superuacuum. Simile huius patet, qa qñ Deus aliquid alicui promittit, non semper euenit: sed frequenter mutatur, ut patet primo Reg. 2. c. cum dr̄, loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum, nunc aūt dicit dn̄s absit a me hoc, sed quicunq; glorificauerit me, glorificabo eum: & quicunq; contemnunt me, erunt ignobiles. Simile patet Hier. 18. c. hoc autem est, quia intelliguntur omnia ista cum conditione status secundum quem facta est promissio, aliter non stat promissum. Sic autem est hic: quia cum Deus daret solum vnum signum futurum ad signandam rem, quam ipse uolebat, & iubebat futura signari, si propheta per tumorem animi sui transtulerit illud signum ad aliquid alterum signandum, non eueniet, quia iam non manet conditio, vel cā ad quā Deus dabat illud signum futurum in signum.

Si autem illud futurum, ꝙ Deus dabat in signū alterius, erat tale ꝙ euenturum erat, ēt si non poneretur ad signandum veritatem futurā cuius ponitur signū: est respondendum, ꝙ iste casus est impossibilis. Nam quamquam secundum se non includit aliquam impossibilitatem fieri, tñ Deus non permittet, ꝙ fiat, ne ipse sit cōfirmator falsitatis. s. ꝙ signum ab eo factum sit deceptiuum, ita ꝙ credamus per illud aliquid euenturum esse, ꝙ nequaquam eueniet. & tunc quamquā dato isto signo a Deo in demōstrationem alicuius rei quam vult prænunciari, propheta vellet ponere illud in demonstrationem, & in signum alterius rei, quam Deus non dixit: non permittet Deus illum dicere, ne sit signum falsitatis. Nec est inconueniens, qm̄ aliquādo Deus facit hoīem loqui contra id ꝙ ipse vult pręcipue in prophetis, sicut fuit in Balaam, qui vocatus est a rege Moabitarum ad maledicendum Israelitis, vt patet Num. 22. c. & ipse uolebat maledicere, & tentabat hoc efficere. Deus tñ non permittebat eum maledicere, sed magis faciebat, ꝙ benediceret, ut patet Numeri 23. & 24. & sic ipse dixit, ad benedicendum datus sum benedictionem prohibere non ualeo. & iterum si dederit mihi Balach totam domum suam plenam auri, & argenti, non potero præterire sermonem dn̄i, ut boni quid, vel mali proferam ex corde meo, ut patet Nume. 24. c. Ita ergo hic cum ista essent contra Dei veritatem. s. ꝙ miraculum ab eo factum, esset ad cōfirmationem falsitatis, non permitteret Deus, ꝙ propheta talia loqueretur, & sic non stabit casus.

Arguit contra prædicta. Et casus quatuor exponuntur in quib. mendacium dicat Propheta.
Quæst. XXVII.

SED contra hoc aliquis arguet dicens, quia si hoc modo dicatur, non poterunt prophetæ cōfingere quicq̄ de corde suo, qa Deus tenebit eos ne qd confingant. & tñ aliqñ cōfingunt aliquid sicut illi, qui dicunt se aliquid accepisse a Deo, &

F acceperunt a dæmonib. Vel aliqui acceperūt a Deo reuelationes, & signa vera a Deo: & tñ postea adiungūt falsitates, sicut de illo, qui dixit signū, & euenit, & postea adiunxit: & uenite eamus, & colamus Deos alienos, ut patet Deut. 13. c. sic quoq; eodē lib. 18. c. ergo similiter poterunt hic confingere, ꝙ uoluerint, & manebit signum datum a Deo verū, & ipsi ponunt illud ad signandum aliquid quod nequaq̄ euenturū est. Rn̄dendum est, ꝙ cōfictio, q̄ facit propheta de corde suo, aliqñ redundat in diminutionē honoris, & ueritatis diuinæ, aliqñ non. Verbi gratia, ut si aliquis proferat miraculū, ꝙ Deus p̄dixit esse futurū, & id ad ꝙ signandū dandum est: & ꝓferat vnum tanquā signum alterius. Postea aūt adiiciat aliqua falsa, q̄ p̄dicat esse futura: &
G non dicat ista signata esse per miraculum a Deo datū in signum prioris reuelationis, quāquā signū eueniat, & id ad ꝙ signādum est datū, & ꝓlatū a ꝓpheta: & nō eueniat f'm: nō dicer̄ signū a Deo datum decipere nos quia nō ponebat̄ in signū eius ꝙ nō euenit, nec ꝓpheta ad hoc ꝓtulit. Si aūt nos ꝑꝑ veritatem signi oīa credidimus: q̄ ille propheta postea protulit, & non dixit esse signata per illud miraculū, & fallimur, nō decipit nos Deus, sed nosipsi nos decipimus non distinguentes inter ea, quorū ponebat̄ signum illud miraculū, & eā quorū non ponebat̄ signum: & iste est casus Deut. 13. c. hoc aūt Deus permittit, quia non cedit in eius dehonorationem. Alius casus est, ut si propheta aliquid cognouerit a Deo euenturum ꝙ non sit signum alicuius rei, uel sit signum alicuius rei, & propheta illam
H subticeat, & probato illo miraculo, vel re euentura a Deo proferat aliam quam dicat postea euenturam, & non fit; & tñ id ꝙ a Deo futurum est non detur ab isto propheta tanquam signū eius, ꝙ ipse p̄nunciauit. hoc mō si nos ꝑꝑ primum credamus secundo, nos seducimus nosipsos, & non futurum miraculum a Deo. Iō in hoc casu Deus permittit prophetā confingere de corde suo, quia non sequit̄ aliqua falsitas, vel approbatio eius in prodigiis factis a Deo.

Alius casus confictionis prophetę esse potest, cum confingat aliqđ signum ꝙ Deus non dixit, nec euenturum est, & per illud uelit confirmare aliquid ꝙ vlterius dicit esse futurum, & illud etiam futurū non est,
I & hæc est plena confictio. De hac dicitur Deut. 18. ca. & istā confictionem similiter Deus permittit, quia nō redundat in diminutionem, vel dehonorationē eius.

Alius casus est cōfictionis, vt si propheta sciat aliqđ prodigium a Deo futurum, ꝙ non sit signum alicuius vel sit signum, & tñ non exprimat propheta id cuius est signum, sed confingat aliquid alterum, & ad confirmationem illius inducat in signum prodigiū, ꝙ Deus reuelauit futurum, Deus non permittet talem confictionem, quia hoc mō Deus esset per prodigia sua falsitatis humanæ, & iniquitatis fautor atq; confirmator & sic stat solutio. Alio mō rn̄deri poterat ad principalem obiectionem, ꝙ Deus cognoscit, qd in hoīe sit: iō si aliquē cognosceret talem esse, ut vellet signa data a Deo conuertere ad alterū in quo signa Dei essent cōfirmatiua falsitatis, non dabit illi cognitionē horū, & Secūda solutio, ad propositum.
K sic tollet̄ inconueniens. Sed prior solutio solidior est.

Ex prędictis aūt satis patet rn̄sio ad id ꝙ q̄rebat. s. ꝙ quamquā non locutus fuit Deus ista, sed Iosue. & quāquā non loqueret̄ ipse, sed quicunq; aliorum hoīum, si daret in cōfirmationem dictorum suorum aliquod prodigium ꝙ a Deo fieret, esset certa probatio dictorū p̄nunciatorū. Cā eius est: quia qñ aliqs dicit aliqđ signum futurum esse, & euenit, est p̄sumptio ꝙ eodem mō poterit cognoscere de aliis futuris, nisi forte tale futurum sit ꝙ naturaliter cognosci possit, ut ī eis, q̄ cognoscunt̄ per motū cęli, si tñ sunt talia, quæ nullo mō via humana cognosci possunt, cognito vno futuro, signum

gnum erit,ꝙ alterũ cognosci possit,potissime cũ illud futurũ,qđ datͣ ĩ signũ,est tale,ꝙ a solo Deo fieri p̄t.nã tũc certissima atq; necessaria probatio est. In quo sciẽdũ,ꝙ qñ aliquis p̄dicit aliqua futura,& in cõfirmationẽ horum dat aliqua signa futura, quæ euenient ante rem,q̃ p̄nunciata est:aut illud signum est aliquid tale, ꝙ quamquã via humana sciri non p̄ot: tñ non fit specialiter a Deo,sed est cõtingens,vel est aliquid ꝙ a solo Deo fieri possit.Si primo mõ signum ponatͣ,& eueniat,causat p̄sumptionẽ magnã veritatis rerum,q̃ p̄dictæ sunt:tñ non causat sufficiens argumentum,aut necessitatem.Si aũt signum solum a Deo fieri possit, est probatio sufficiens,& certa, cum signum datum euenerit.Verbi gratia:si aliquis dicat vsque ad triginta annos erunt magna bella,vel iste patrem suum occidet, vel capietur ciuitas ab hostibus: & in signũ huius iste morietͣ vsq; ad vnum annum integrum,vel habebit filium.ecce signa data naturaliter cognosci non p̄nt. s. ꝙ moriatͣ iste vsq; ad vnum annum, vel ꝙ hẽat filiũ: & tñ qñ ista signa euenerint non est necessaria probatio,ꝙ euenient ea,q̃ p̄dicebantͣ: qa ista signa non sunt aliquid,ꝙ a solo Deo fiat, sed contingentia ad vtrũlibet.Iõ sicut contingit,ꝙ aliqs p̄nunciãs ea uerũ dicat, ita & continget,ꝙ dicat falsum.Si aũt sit secundo mõ vtpote si dicatͣ tota ista terra erit in manu hostili, vsq; ad duos annos,& in signum huius mane stabit sol immotus per duas vel tres horas,vel durabit nox per.50. vel 60.horas in terra ista.manifestum est.n. ista a solo Deo fieri posse, & ponuntur a nobis tanquã signa eorum,q̃ p̄nunciauimus.Si igitͣ ista euenerint eo mõ, & tp̄e quo nos diximus, argumentum necessarium est, ꝙ ea q̃ p̄diximus euenient:cã est, qa alias Deus esset confirmator falsitatis.nam cum positum sit istud prodigium in signũ futuri p̄nunciati,& solum a Deo fieri possit.si fiat,dicemus Deum confirmasse id ꝙ prænũciatum est,ꝙ si non euenerit,Deus est cõfirmator falsitatis,& tñ hoc falsum est, ergo necessario euenient, quę talib.signis confirmantͣ.Sic aũt erat de signo posito a Iosue,quia ipse prædixit aliquid futurum.s.ꝙ De⁹ introduceret iudæos in terram illam expulsis Chananæis,& Ethæis &c.& in signum huius dixit Iordanẽ ĩ transitu eorum esse aperiendum.istud signum non erat contingens,sed solum per voluntatem,& mandatum Dei.Iõ cum euenisset istud mandatum signum, certa probatio erat de futuro prænunciato, alioquin Deus,qui fecerat istud signum, erat confirmator falsitatis.

Quædam dubitatio, quæ restat contra prædicta, de certitudine prædictionis. *Quæst.* XXVIII.

Sed adhuc aliquis q̃ret,si aliquis a casu dicat aliquod signum,ꝙ Deus facturus est, & ponat illud in probationem alicuius rei, quam p̄dicit, & non eueniet.verbi gratia:si aliquis ĩ die qua aperuit Deus Iordanem ante iudæos,vel fecit stare solem,dixisset esse aliquid futurum ꝙ nequaquam futurum erat,& ad hoc daret signum dicens: hodie stabit sol super Gabaon, siue aperietͣ Iordanis ad transitum Israelitarum,q̃uo ista starent? quia iam Deus esset approbator falsitatis.Quod aũt istud possibile sit: patet. Nam quamquã nemo scire posset per certitudinem, quæ Deus facturus est nisi ipse reuelauerit, tñ p̄t dicere quilibet a casu tale,vel tale futurum esse cras,& erit sicut p̄ot contrarium asserere. Respondendum est totaliter eodem mõ sicut supra respondebatͣ de prophetã,q conatͣ signa Dei ad aliqđ data,ad alterum vertere. s.ꝙ non permittet,vel non dabit tale quid ĩ corde, ne confirmator falsitatis Deus uideatur.

Quod dominus Deus vester in medio vestrum sit. Dicitur

A Deus esse in medio aliquorũ non, ꝙ p̄prie in medio eorum sit,quia Deus in nullo loco est,cum nullus locus eum capiat:tñ ꝙ in loco est,a loco capitͣ, qa mensuratͣ ab eo.sed loquendo large Deus vbiq; est, qa potentia sua ubiq; est:& ubiq; aliquid agit. Dr̄ tñ Deus esse in medio alicuius gentis s̄m, ꝙ illi genti sp̄aliter benefacit,uel pręsto est ad benefaciendum.Nã si De⁹ esset distãs a nobis prius magno tp̄e peteremus,ꝙ nos exaudiret,& succurreret:qñ ergo p̄sto ẽ nobis ad succurrendũ,dr̄ esse in medio nostri, & hoc signatͣ Deut. 4.cũ dr̄.nec est alia natio tã grãdis,q̃ hẽat Deos appropinquantes sibi,sicut dñs Deus nr̄ adest cunctis obsecrationib. nostris. & istum modum loquendi hẽbant iudæi.nam si Deus concederet,ꝙ ipsi petebant succurrens immediate in necessitatib.dicebant esse Deum ĩter se,alioquin negabant:sic patet Exo.17.cũ dr̄.tentauerunt dñm dicentes:est ne dñs in nobis,an non. q.d.

B si in nobis est immediate dabit aquas,si non dat aquas non est inter nos. *Quod dominus Deus viuens.* Vocat hic Iosue Deum Israelitarum Deum uiuentem, & ĩ hoc distinguit a diis gentium,qui sunt lapides,& lignũ.manus hñt,& non palpabunt,pedes habẽt,& non ambulabunt &c.Psal.113.erant ergo dij mortui dij gentiũ, sed mortuo non competit actio,cum mortuum non sit ens,quia est connotatio distrahens,ergo non poterant operari,Deus aũt iudæorum operabatͣ faciens mirabilia.ergo Deus uiuens erat:immo Deus uita est,qa est purus sp̄us,& est uita indeficiens,& esse permanẽs *Et disperdat.* i.disperdet. *In conspectu vestro Chananæum.*

C Istud erat ꝙ p̄dicebatͣ.signum huius erat Iordanis diuisio.Erat.n.conueniens signum,qa a Deo ponebatͣ. Dicit Deus,ꝙ disperdet Chananæũ, & Amorrhęũ &c. in conspectu iudæorum.i.ante conspectum eorum. s. ꝙ eis uidentib.Deus destruet Chananæos.sic patet cũ misit lapides grandes de cęlo super illos:& plures perierunt percussi lapidib.quam occidissent manibus iudæorum, ut patet ĩ.10.c. vel dr̄ in conspectu eorum disperdi,quia intrãtib.iudæis fugiebant Chananęi, vel cadebant manib.ipsorum.Ponuntͣ hic oẽs septẽ populi Chananæorum large,& ponuntur etiam Gergeięi. Ex quo concluditͣ contra quosdã dicentes, ꝙ Gergesæi non restiterunt iudæis intrantib. sed anteq̃ ipsi intrarent recesserunt.Vel intrantib.locum dederunt,ita

D ꝙ nulla pugna cum eis fuit.Hic tñ dicit Deus,ꝙ ẽt tradet Gergesęum in manus iudæorum, ergo certandũ erat cum eo.Dicunt tamen hoc quidam, quia cum alii populi Chananęorum nominentͣ plerumq; in toto pentateucho,Gergesæus raro nominatur.habetur tamen Deut.7.de illo:& hic.

Quomodo Deus daturus erat terram Amorrhæorum,cum iam illam dedisset. *Quæst.* XXIX.

Sed aliquis obiiciet:cum Deus a principio promiserit iudæis decem gentes,vt patet Gen.15. ca.vbi factum est fędus cum Abraham, & illę

E promissiones dicuntur completæ in posteris eius:quare Deus solum hic promittit gentes septem, quid.n.de aliis tribus factum est?

Respondendũ est de hoc sicut declarauimus Deut. 7.vbi dr̄ late de hoc.Sed adhuc aliquis quęret hic, q̃uo dicat Deus se daturum iudæis terram Amorrhæorũ, cum iam ista terra data fuerit. nam tp̄e Moysi anno. 40.ab exitu de Aegypto pugnatum est cum duob. regib.Amorrhæorum Sehon,& Og:& tota terra capta est de manu illorum duorum regum, ut patet Num. 21.& Deut.2.& 3.c.

Respondendum est ꝙ Chananæorum populi erãt septem,quorum unus de p̄cipuis erat Amorrhęus,iste erat a parte orientali aliorum populorum,& pars eius

erat

erat ante transitum Iordanis ad orientem Iordanis: alia erat post transitum ad occidẽtem Iordanis. Prima pars erat quam possidebant duo reges Amorrhæi. s. Sehon,& Og,& istam de manu illorum abstulit Moyses,atq; tribuit duabus tribubus, & dimidiæ. s. Ruben & Gad,& dimidiæ tribui Manasse,vt patet Nume.32. & Deut.3.& de hac non dicitur hic. Alia pars terræ Amorrhæorum,erat post transitum Iordanis ad partẽ occidentis: & in hac etiam reges multi erant sicut in parte,quæ iam capta erat: sic patet infra.5.c.cum dicit postquam igitur audierunt omnes reges Amorrhæorum,qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam, & cuncti reges Chananæorum, qui propinqua possidebant &c.de istis Amorrhæis,qui trans iordanem erant, hic dr̃ ꝙ Deus traderet illos in manus iudæorum,sicut cæteros Chananæos.

Ecce arca fœderis domini omnis terræ antecedet vos per Iordanem. Sacerdotes portantes arcam primo ingressi sunt in aquas iordanis,quam distinguerentur aquę, & tamen immediate, vt plantæ sacerdotum tetigerunt aquas,diuisus est iordanis in duas partes.

Antecessit hic arca Israelitas, ut non timerent, & vt crederẽt miraculum illud a Deo fieri præsente gloria sua,quæ erat in arca.in mari rubro non est factum sic,qm̃ tunc non erat arca facta,quæ pręcederet Israelitas ingredientes per profundi maris apertos gurgites fuit.n.postea facta in monte Synai,sed ibi Moyses ingressus est ante eos,qui timorem abstulit,& cõsequẽter alij ingressi sunt.

Antecedet per Iordanem. Non transeundo vsq; ad finem aquarum,sed perueniendo vsq; ad medium, & ibi sistendo quousq; transirent omnes Israelitæ, & sic cum peruentum est ad medium aluei ipsi inceperunt præcedere arcam.

Parate duodecim viros de.12.tribubus Israel. Ista loquebatur Iosue ad omnes Israelitas:& iubet hic parare viros duodecim,& non ponitur ad quid: sed sequenti, capi. dicitur,& exprimitur. s. ad tollendum lapides.12.de alueo iordanis,& educendos eos, atque portandos in locum castrorum diei ipsius.

An electio duodecim virorum ad educendum lapides de Iordane fuerit facta per Iosue, vel per Israelitas. Et an sit hic recapitulatio, vel anticipatio. Quæst. XXX.

SED arguet aliquis, ꝙ non parauerint Israelitæ istos.12.viros,sed Iosue,vt patet sequenti capi. Deus.n.dixit ei,elige.12.viros singulos per singulas tribus.ergo ad Iosue pertinebat.

Respondendum est,ꝙ electio,uel paratio virorum est hic duplex.Vna per modum puræ electionis,alia ꝑ modum acceptationis,& institutionis.

Primum pertinebat ad Israelitas,quia quilibet Israelitæ in tribu sua,vnum uirum elegerunt ad hoc, & ꝑsentauerunt Iosue,ipse autem approbauit, & recepit hos.Ita est in patronis Ecclesiarum,& prælatis.nã patroni habent ius eligendi clericum,& præsentandi ꝑlato.ipse autem prælatus habet ius instituendi præsentatos,& abiiciendi eos si indigni sunt.

Alio modo responderi potest,ꝙ electio ista fuit facta vere,& complete ab Israelitis, fuit tamen facta auctoritate a Iosue,quia eo præstante auctoritatem,& iubente facta est.& ponitur hic istud pręceptum,& repetitur seq.c.vnde necesse est fieri anticipationem, vel recapitulationem, erit anticipatio si istud pręceptum non fuit datum vsq; quo fuerint ingresi Israelitæ in Iordanem.erit autem recapitulatio si datum fuit ante introitum in iordanem,& repetitur post introitum. (Scilicet in q.1.)

Quid autem verius sit: dicendum vr̃ quibusdam, ꝙ infra ponatur per recapitulationem.nam istud præceptum fuit datum ante ingressum iordanis, sicut cetera supra descripta.iõ fuit tactum hic.Tamen ne per enarrationem eius intercidantur,quæ narrantur, congruentius fuit postea enarrari,quam hic: quia postea non turbata historia posset plene enarrari. F

Item patet,quia uiri,qui accepturi erant lapides in iordane, debebant eos sumere antequam exirent de iordane.nam alias oporteret eos redire cum exiissent iterum in iordanem,& hoc erat inutile, potissime cũ isti lapides assumpti fuerint non de extremitate iordanis ad exitum eius,sed de medio. s. de loco in quo steterunt pedes sacerdotum,ut patet immediate, & tñ sacerdotes substiterunt in medio iordanis, ut patet in fine capitu.

G Nec potest aliqs dicere, ꝙ ista præcepta fuerint data procedentibus per iordanem,quia tunc non potuisset Iosue congregare Israelitas ad dicendum illis, ꝙ eligerent uiros ad educendum lapides de alueo iordanis, quia erant in motu, & præcedebant per turmas suas,ut patet seq.c.

Dicendum ergo, ꝙ infra ponitur istud pręceptum per recapitulationem.4.c.quia datum fuit ante introitum iordanis:fuit tñ facta ista recapitulatio ex cã supra posita,ut conuenientior ordo esset. Istud quibusdam visum est:sed falsum est:veritas autem declarabitur in principio sequentis.c.& ibi soluentur rationes hæ.

H *Parate duodecim viros.* Iussit parari viros.12.quia lapides duodecim educendi erant de alueo iordanis,& erant magni,nec sufficeret aliquis eorum ad educendũ duos simul.

Singulos per singulas tribus. i.ꝙ de qualibet tribu eligeretur unus.causa est, quia hic sumebantur lapides isti ĩ memoriam tribuum duodecim Israel, & si aliqua tribus esset,de qua non sumeretur vir ad educendum lapidem,videretur tribus illa inter cęteras contempta: quod esset fomes odii.

Item tunc uideretur, ꝙ pro tribu illa non relinquebatur aliquid in memoria,sicut pro cæteris.

I *An aliquis lapis de istis duodecim fuerit sumptus pro tribu Leui, & per aliquem Leuitam: & quando Leuitæ intelligebantur nomine duodecim tribuum, & quando non. Quæst. XXXI.*

QVAERET aliquis an aliquis fuerit lapis sumptus ex parte tribus Leui, sicut de cęteris. Et uidebitur alicui, ꝙ non,quia cum computantur duodecim tribus Israel,non computantur Leuitæ cum eis,ut patet Num.1. vbi numeratis summis duodecim tribuum non ponitur ibi tribus Leui:immo iussum est,ꝙ non poneretur summa, Leuitarum cum filiis Israel,ergo cum hic dicatur sũptos lapides duodecim pro tribubus duodecim, non erit aliquis sumptus pro filiis Leui.

Ad hoc respondendum est, ꝙ in iordane sumptus fuerit vnus lapis pro tribu Leui,sicut pro qualibet aliarum tribuum,& vnus de Leuitis intrauit sicut de cæteris tribubus ad educendum lapidem vnum. In quo K dicendum est,ꝙqñ nominantur duodecim tribus,vel duodecim filij Israel,vel omnes filij Israel,aliqñ intelliguntur Leuitæ,& aliqñ non.si enim est aliquid, ꝙ sit pure temporale,nominatis omnib.filijs Israel non intelliguntur Leuitæ,quia Leuitæ pertinebant ad specialem sortem Dei:& nihil percepturi erant de hæreditate,vel similibus cum filijs Israel,sed Deus erat pars eorum, ut patet Num.18.& 35.ideo cum dicitur, ꝙ inter omnes filios Israel erat terra diuidenda,non intelligebantur Leuitę.

Si autem esset aliquid spirituale, nomine filiorum

Israel

Israel intelliguntur Leuitę: vt qñcunq; datur aliqua lex coactiua,quæ dicatur ad omnes filios Israel,nō solum obligabuntur ibi Israelitæ laici,sed etiam Leuitę: alioquin daretur,ꝙ Leuitæ non essent obligati ad aliq̃ cōstitutam a Deo legem,cum in eis dicat̄ homo de filiis Israel, vel de aduenis, q tale vel tale fecerit, moriat̄:sed hoc absurdum est,quia ad oēs leges a Deo datas,ita tenebantur Leuitæ sicut cęteri israelitæ: immo adhuc videtur, ꝙ magis teneri deberent cum religiosiores sint. Sic aūt est de celatura nominū duodecim filiorum israel in duobus onichinis Ephod:& in duodecim lapidibus preciosis rationalis.nam ibi ponebat̄ nomen Leui sicut aliorum filiorum israel: alioquin cum ista nomina ponantur,vt essent israelitę in recordatione ante Deum,videretur,ꝙ tribus Leui non deberet esse in recordatione Dei.

Item quia sacerdos magnus orabat pro his quos gestabat scriptos in pectore,& humeris.si tñ nō esset ibi scriptus Leui,non oraret sacerdos magnus pro Leuitis:qđ falsum est.nam primo pro eis rogabat,q̃ pro cęteris,& speciale sacrificium offerebat in die expiationis,vt patet Leui.16.c.

Simile quoq; patet in approbatione legis,& dandis maledictionibus,& benedictionibus pro violatoribus & obseruatoribus legis.nam istæ datæ sunt ab oīb. tribub. Israel:& tñ inter duodecim interuenit tribus Leui ad hoc,quia fuit inter sex tribus benedicentes ī mōte Garizin, & aliæ sex steterunt ad maledicendum in monte Hebal,ut patet Deut.27.cap.hoc aūt, quia dari maledictionem,& benedictionem obseruatoribus & transgressoribus legis spirituale aliquid est.

Sic aūt in confirmatione datæ legis in mōte Synai fuerunt facta sacrificia,& erecti fuerunt tituli per singulas tribus.s.duodecim tituli,& isti fuerūt in memoriam datę,& confirmatæ legis cum filiis Israel,& quia ista lex non solum dabatur laicis,sed etiam leuitis,positus fuit vnus de titulis ī memoriam leuitarum,de hoc Exod.24.c.

In hoc loco conformiter dicendū est,quia isti duodecim lapides fuerunt educti de iordane, & positi in loco castrametationis,in signum ꝙ Deus per iordanē transduxisset pede sicco duodecim trib.israel: sed non solum transduxit laicos, quinimmo,& Leuitas.nā ad introitum sacerdotum cum arca sunt diuisæ aquæ. Iō pro Leuitis quoque lapis unus educi debuit, sicut pro qualibet aliarum tribuum.

Cum autem arguebatur, ꝙ nomine duodecim tribuum,non ponebantur Leuitæ: immo summa eorū disiungi præcipiebatur a computationibus aliorum filiorum israel.

Respondendum est,ꝙ ibi agebatur de aliquo temporali,qñ computabantur viri bellatores,cum in qualibet summa dicatur uirorum fortium,uel procedentium ad bellum,Leuitæ autem ad istam ministrationem non pertinebant. Ideo cum his non computati sunt.sed Deus iussit,ut ponerentur super Sanctuariū, & specialiter computarentur pro distinctione operū Sanctuarij,ut patet Num.1. & 3. c. si tamen spirituale aliquid fuisset,non disiunctæ fuissent summæ Leuitarum,& cæterorum israelitarum.

Quando Leuitæ computantur inter reliquas tribus,quomodo cōputantur duodecim tribus,cum propter Leuitas sint tredecim tribus. Quæst. XXXII.

AMPLIVS aliquis dicet,vel quęret, cum dicamus Leuitas computari hic inter duodecim tribus, quomodo poterunt computari tribus duodecim.nam præter Leuitas sunt duodecim tribus israel,ut patet Num. 1.c. si autē

A ponatur cum eis Leui,erunt tribus.13. & tamen nunquam computantur nisi tribus duodecim quomodocunq; se habeat.

Respondendum est, ꝙ siue computentur Leuitæ, vt una tribus,siue non,semper sunt tribus duodecim, sed computantur diuersimode.nam cum ponitur Leui,ut una tribus,computantur tribus per filios, & nō per sortes.cum vero non computatur Leui dicuntur duodecim tribus per duodecim sortes, & nō per duodecim filios.

In quo sciendum, ꝙ Iacob genuit duodecim filios ex quatuor vxoribus:ut patet Ge.29.& 30. c. qñ enim per capita horum denominamus tribus,ita ut cognatio tota deriuata a quolibet horum tribus dicatur,erit

B Leui tribus,& computabitur per viros, & non per sortes.nam Leui nullam sortem habet,& tamen computatur vna tribus,quia est vnus de filiis iacob, & Ioseph computatur,vt una tribus,& tñ habet duas sortes, ut patet Gen.48.hæc autem computatio hr̄ Deut. 27.nā Ioseph ponitur una de sex tribubus, quæ erat ad benedictionem super montem Garizin. Aliquando computatur tribus per sortes.s.vt illa cognatio in terra ꝓmissionis,quæ susceptura hæreditatem erat,diceretur vna tribus:& quia in terra promissionis fuerunt factæ duodecim sortes hæreditatum, uocantur duodecim tribus illæ cognationes,quæ has sortes possederunt. Et tunc quia Leuitę nullam sortem susceperunt, sed Deus erat sors eorum:non uocantur israelitarum una de duodecim tribubus Leuitæ. Et ista computatio fit

C cōiter.tunc manent filii vndecim Iacob,qa tñ Ioseph in duas partes diuisus est.s. in Manassem,& Ephraim, quos tanquā filios subrogauit sibi Iacob,vt patet Gen. 48.accepit duas sortes: & sic non computatur Ioseph tanquam una tribus, sed tanquam duæ propter duas sortes:& sic Num.1.& 2.non computatur Ioseph.Sed Manasses,& Ephraim duę tribus loco eius.Patet ergo per hunc modum qūo semper erunt duodecim israelitarum tribus,siue ponatur Leui,siue subtrahatur.hic autem fuit iste modus primo dictus.s. ꝙ tribus duodecim computatæ sunt per nomina filiorum, & non ꝑ numerum sortium,de his dictum est Deut.27.c.

Et cum posuerunt pedum vestigia sacerdotes, qui portant arcam. ista uerba non continuantur aliquo modo ad su-

D pradicta,sed est alia ratio per se de diuisione aquarum iordanis:fuit tamen interpositum præceptum de educendis duodecim lapidibus de Iordane, quod postea seq.c.finitur.

Et dicitur,ꝙ mox vt sacerdotes ponerent pedes in aquam cessarent fluctus labi:ita ꝙ non intrauerunt sacerdotes per aliquam partem aquę,nec steterunt expectantes in ripa positis plantis in aqua,ad signandam immensam Dei potentiam,ꝙ subito potuit diuidere & tenere magna fluenta iordanis.

Si enim paululum morerentur in aqua non diuisa: & postea diuideretur, existimarent quidam imperiti, ꝙ Deus toto illo tempore non potuisset,& ad ultimū

E potuit: sicut est in operibus naturæ,quę non pōt in instanti,vel paruo tempore explere: sed hoc ex defectu cognitionis circa diuinam cognitionem prouenit. nā esse Dei est æternum,qđ est præsentarium,& totum simul:ideo si non potest aliquid in instanti, non poterit in mille annis.Quamquam ista operatio diuisionis iordanis non facta est a Deo,sed ab angelis,ut supra declaratum est:& angelus quidem non operatur sine tempore,tamen ita repente operatur, ꝙ non uidetur mēsurata tempore operatio. Et quamquam angeli mandato Dei fecerint, si tamen nō immediate,vt ingressi sunt iordanem sacerdotes portantes arcam substitissent aquæ,sed post aliquantam moram, crederet adhuc imperfectio in Deo, qui non haberet ministros

subitò

subitò aquarum moles diuidere potentes. *Aquæ, quæ inferiores sunt discurrent atque deficient.* Hic ponitur miraculum diuisionis iordanis: & hoc non fuit quantū ad aquas inferiores, quia illæ iuxta consuetum morē discurrerunt in mare solitudinis. Sed quantū ad aquas superiores, quæ steterunt pendentes quasi murus. Dicuntur aquę inferiores defecisse, quia aquæ manēt dū continuantur quantum ad flumina. cum autem discō tinuantur pereunt. nam flumina consistunt eadem sē per a principio originis suæ, non per vnitatem numeralem cuiuslibet partis pedalis aquæ, nam nullum pedale aquæ nunc est in Tago, & Dorio, quod fuerit ab vno anno retro, sed omnes tales partes in mare defluxerunt: sed dicitur manere idem Dorius vel Tagus, ꝓpter continuitatem ordinis labendi, quia semper partibus succedunt partes in fluxu: cum autē discontinuatio fit, pereunt flumina. Sic autem factum est in iordane. nam aquę superiores non manserunt continuatæ inferioribus: ergo defecerunt, nec mansit tunc ꝓprie iordanis, sed solum alueus iordanis: quia iordanis flumen notat. si tamen aqua defecit non est fluuius, sed locus fluuii. dicit tamen litera aquas istas discurrisse, & defecisse: discurrisse in eo, ꝙ non manserunt, sicut superiores, quę fuerunt immotæ, & eleuatæ: defecisse īquantùm defecerūt de alueo iordanis, durabat enim alueus iordanis vsq; ad mare mortuum: sicut infra patet: postquam mare intrat non vocatur iordanis: sic autem factum est ꝙ dum manerēt aquæ superiores trāseuntibus Israelitis per turmas suas, & ordinem, accesserunt aquæ inferiores ad mare salsum, quod non longe inde distat scilicet in valle Sodomorum, & tunc iam defecerunt, quia in toto alueo non patebant aquæ aliquę.

Tagus, & Dori⁹ sūt hispaniæ famosissima flumina.

Vocātur hic aquæ inferiores iordanis, illæ q̄ ad meridianam partem declinabant ad sinistram manū transeuntium Israelitarum. nam iordanis fluuius oritur in terra Chanaā in confinibus terrę Tyri, & Sidonis ī radicibus libani montis magni, qui est vnus de terminis terræ promissionis, ut patet Deut. 11. & supra 1. cap. & hoc est in latere sinistro. s. aquilonari terrę Chanaan, ꝙ patet ex descensu fluminis. nam tendit ad mare mortuum, ꝙ est in parte meridiana terræ promissionis. s. circa desertum Syn. ergo deriuatio sua est ab opposito. s. ab aquilone.

Versus q̄ partē currat iordanis. 1. c. q. 23.

Item patet ex descriptione, quæ habetur Num. 34. c. vbi in latere aquilonari terræ Chanaan ponitur mōs altissimus vnus de terminis, & istæ est libanus. aquę ergo venientes a parte aquilonari erant superiores, & istæ steterunt. Aquæ autem euntes versus partem meridianam erant inferiores, quia declinabant uersus mare solitudinis, & istæ discurrerunt.

Erant autem istæ aquæ discurrentes ad manum sinistram, quia ipsi intrabant in terram Chanaam per iordanem. ergo intrabant per partem orientalem eius & sic terra illa in qua erant Israelitæ antequam transirent iordanem, dicebatur orientalis ad terrā Chanaan vt patet Numeri. 32. & supra primo cap. cum confessi sunt duæ tribus, & dimidia hæreditatem possidere in parte orientali iordanis. Introeuntibus autem ab oriēte versus occidentem necesse est meridianam plagā esse sinistram, & aquilonarem esse dextram, sed aquæ inferiores erant meridianę, ut probatū est. ergo aquæ defecerunt iudęis transeuntibus iordanem ad partem sinistram, & ad partem dextram eleuatę sunt tanquā murus.

Et quæ desuper venient, in vna mole consistent. Dicebantur venire desuper aquæ, quæ veniebant de parte aquilonis, ubi erat scaturigo fontalis iordanis. Et recte dicuntur venire desuper: quia aquæ semper prona petūt ex natura ponderis, & fluxibilitatis se non valentis ter-

F minare. partes autem aquilonares mundi sunt eleuatiores partibus meridianis. ideo magis fluunt aquæ ab aquilone in austrum, quam econuerso: tamen quomodocunque res se habeat, locus, contra quem aquę labuntur, inferior dicitur.

Sciendum, quod Deus diuidens aquas Iordanis facere potuisset, ut toto hoc tempore quo trāsibant iudæi, & erant aquæ diuisæ, non prodiisset quicquam de cauerna iordanis, nec de aliis torrentibus in eum confluentibus, & sic manerent aquę æquales in parte superiori iordanis a loco scaturiginis usq; ad locum per quem iudæi transibant. hoc modo non potuissent aquæ superiores eleuari in aliquam magnam molem, quia non esset aliquid superueniens, sed permisit, vt

G flueret de scaturigine iordanis, & de confluentibus torrentibus secundum morem, ideo necesse erat, ut hoc modo aquæ superuenientes in magnam altitudinem tollerentur. sic factum est.

Et tamen sciendum, quod cum conflueret in unā molem multitudo aquarum, non solum non præcipitabatur super iudæos transeuntes ad hoc, quod flueret motu suo recto, sed etiam nō defluebant ad ripas, ita ut extenderentur in amplum ultra ripas solitas per planitiem terræ: sed mansit aqua intra alueum suum non excedens terminos, solum autem eleuabantur in sublime, & continuabatur ista eleuatio a loco in quo erant diuisę aquæ vsque ad aliquantam distantiā. Ponitur autem hic quantitas distantię. scilicet ab vrbe

H quę dicitur Adom vsque ad locum, qui dicitur Sarthan.

Quamquam in mari rubro, & Iordane fuerit diuisio aquarum: tamen non fuit totalis similitudo inter hæc duo miracula, & quare. Quæst. XXXIII.

SCIENDVM autem, quòd hic fuit factum miraculum in diuisione aquarum iordanis, sicut præsente Moyse fuit factum miraculum in diuisione maris rubri: sed non est similitudo totalis inter hæc. nam in mari rubro diuisę sunt aquæ: sed non fluxerunt superiores, aut inferiores, sed stabant aquę ex utraque parte quasi murus.

I Item in iordane aquę superiores semper intumescebant: ita ut erigerentur in magnam molem, & maior moles fuit, quando iudæi compleuerunt trāsitum suum, quam ab initio transitus, cum continue aquæ de scaturigine fontium iordanis superuenirent: in mari rubro non fuit maior tumor aquarum eleuatarum a principio noctis, quando mare diuisum est, quam quando transierunt iudæi paulo ante vigiliam matutinam. Ratio horum est, quia aquę maris rubri non sunt fluentes in omnibus locis, quamquam uere mare rubrum oriatur apud Indum flumen indiæ, & apud caucasum montem, & taurum, & fluat donec veniat in Aegyptum: sed nō est ita fluens sicut flumina quorum aquæ continue

Maris rubri ortus, & fluxus.

K de fonte manant: sed magis est mare tanquam lacus magna æqualis vndique, non habens superius, & inferius, contra quod fluat, & a quo originem sumat, præcipue in locis vbi stagnatur.

Ideo cum ibi non sit dare superius, & inferius in aqua, non stabit aliqua pars aquæ, & discurret alia: sed vtraq; stabit non habens aliquid inferius in quod fluat, sed quasi stagnata, & manens. In iordane autem non erat sic, quia deriuatur de latere aquilonari in terra Chanaan, ad radices libani: & fluit contra latus meridianum, quod est decliuius: ideo est in eis impetus fluendi ad prona. vnde si Deus non fecisset aliud miraculum tenendo aquas inferiores iordanis, sicut tenebat superiores: necesse erat, quòd fluerent

ad decliuia: & sic factum est. Fuit etiam conueniēs quòd permitterentur labi ad infima magis quàm quòd manerent. nam consistentibus eis sicut superioribus, paruus locus manebat Iudęis ad transeundum. nunc autem eis discurrentibus, mansit liber totus alueus Iordanis Iudæis ad transitum. In mari Rubro est aqua tanquam in stagno sicut est in mari nostro Mediterraneo vel Oceano: & potissime in Mediterraneo quæ non æstuat. Ideo non habebant aquæ aliquid inferius in quod fluerent: cum omnia æqualia essent eis stagnatis, immo si Deus faceret aquas maris Rubri ex vna parte stare, & ex alia discurrere, fuisset aliud miraculum præter diuisionē aquarum: non decuit ergo addi miracula sine necessitate.

Amplius autē fuit alia causa & principalior, quare non discurrerunt aquæ maris Rubri, quia non poterat signari discursus secundum figuram transitus Iudæorum: quoniam non transierunt ipsi mare Rubrum a fronte in frontem, vel a littore in littus: sed ab eodem littore in idem, facto circulo in via transitus. nam non erat transitus a meridie in aquilonem, vel ab aquilonari plaga in austrum quæ erant opposita littora, cum ibi mare veniat a parte orientali in occidentem: sed transierunt ab occidente in orientem redeundo ab eodem littore ad idem: vt patet Exo. 10. & 14. ex ibi declaratis.

Quo loco & modo Iudæi trāsierūt mare: & versus quam partem.

Et siue aquæ inferiores discurrerent, siue non, manentibus superioribus nihil proficiebat Iudæis transeuntibus: profecisset tamen si ipsi transirent a littore in littus oppositum.

Alia differētia erat quòd in Iordane semper aquæ superiores intumescebant in altum, eleuatum habentes tumorem: aquę autem maris Rubri stantes quasi pro muro a dextris & a sinistris, non erigebantur in sublime. Ratio huius est: quia Iordanis habet ortum a fontibus superioribus & fluminibus, vel torrētibus confluentibus ex his, & continue per alueum Iordanis aqua deriuabatur: quæ cum peruenisset ad locum vbi finiebatur motus propter transitum Iudæorum, necesse erat vt maiorem faceret eleuationem continue. In mari Rubro non est cōtinua deriuatio aquę a superioribus, sed est tanquam stagnum. Ideo quamquam manerent aquæ eius, non sequebatur maior elatio.

Quomodo diuisus fuit Iordanis, & an desiccatus fuerit alueus ad transitum Iudæorum. *Quæst.* XXXIIII.

Quaeret aliquis circa eleuationem Iordanis, an desiccatus fuerit alueus ad transitum Iudęorū, vel solum fuerit ablata aqua manente fundo lutoso. Aliquis forte respondebit non fuisse siccatum alueum Iordanis, sed solum ablatam aquam: & ob hoc dicūt quidam erectos fuisse lapides duodecim in loco vbi steterunt pedes sacerdotum tenentium aquam, scilicet, vt ipsi nō essent in luto.

Item hoc declarant, quia hic fit mentio de diuisione Iordanis, & non de desiccatione aluei: ista autem distincta erant. Ideo si fuisset facta talis desiccatio, fieret mentio de ipsa in litera.

Simile patet de diuisione maris Rubri in transitu Iudæorum: ibi enim fit mentio de desiccatione, sicut de diuisione: nam misit Deus ventum vrentem tota nocte, qui vertit in siccum fundum maris: vt patet Exodi 14. cap. cum dicitur. abstulit illud Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum.

Respondendum est quòd Dominus diuisit aquas Iordanis, & illarum alueum siccauit: vt esset locus

A mundus ad transeūdum. nam alicubi forte esset locus lutosus, & infigerētur Iudęi, vel saltem coinquinarentur. aut manerent aliquæ aquarum partes in locis cauis, & istæ impedirent transeuntes: & tamen non factum est sicut in mari Rubro, quia ibi misit Deus ventum vrentem, & vertit lutum in siccum: hic autem non misit aliquid, sed subito versum est fundum in siccum. Et forte causa est: quia Deus diuisit mare Rubrum in principio noctis, & non erāt Israelitę ingressuri in illud vsque ad vigiliam matutinam. Ideo per totam noctem misit ventum vrentē, qui successiue verteret in siccum: in Iordane autem Iudęi statim transituri erant: ideo non missus est aliquis ventus qui verteret in siccum alueum fluminis:

B sed subito desiccatus est. Quòd autem transeuntibus Iudęis alueus Iordanis esset siccus patet: quia infra in litera dicitur. sacerdotes qui portabant arcam fęderis stabant super siccam humum, in medio Iordanis accincti. Idem patet sequēti cap. cum dicitur. per arentem alueum trāsiuit Israel Iordanem istum. Ad argumentum primum in contrarium quando dicitur: quòd positi fuerunt duodecim lapides sub pedibus sacerdotum, vt non coinquinarentur: ergo non erat siccus alueus.

Respondendum est, multipliciter hoc deficere. Primo: quia dato quòd esset alueus lutosus, poni istos lapides sub pedibus sacerdotum ne coinquinarentur, non staret: quia iam coinquinati essent: cum transissent vsque ad Iordanis medium: vt patet in litera.

C Item non fuerunt positi lapides isti sub pedibus sacerdotum: quia non dicitur, quòd ponerentur lapides duodecim vbi erant pedes sacerdotum, sed vbi steterant sacerdotes portantes arcam: vt patet sequenti cap. Item non fuerunt positi isti lapides, vt essent sub pedibus sacerdotum, sed vt manerent in memoria transitus filiorum Israel: sicut lapides alij duodecim positi in Galgalis.

Quō intelligitur ꝙ ponebanť lapides sub pedib⁹ sacerdotū.

Item non ponebantur lapides sub pedibus sacerdotum, quoniam pedibus eorum locus erat super siccam terram: vt patet infra cum dicitur: sacerdotes qui portabant arcam fęderis Domini stabant super siccam humum.

D Ad aliud argumentum quando dicitur, quòd de siccatione maris rubri fit mentio: hic tamen non fit mentio de siccatione: ergo non fuit desiccatus alueus.

Respondendum est: quòd non fuit facta mentio de modo siccationis aluei, fit tamen mentio quòd alueus siccatus fuerit cum dicatur arens terra, vt patet ex allegatis supra. patet ergo quòd Iordanis in transitu Iudęorum non solum diuisus fuerit, sed etiam siccatus.

Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, vt transirent Iordanem: & sacerdotes qui portabant arcam fœderis pergebant ante eum.

E Ingressisque eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis (Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat) steterunt aquæ descendentes in loco vno: & ad instar montis intumescentes apparebant procul ab vrbe quæ vocatur Edom vsque ad locum Sarthan. Quæ autem inferiores erant in mare solitudinis, quod nunc vocatur mortuum,

Eccl. 24. de consecra. dist. 2. c. re vera. ver. Iordanis.

tuum, descenderunt, vsquequo omnino deficerent. Populus autem incedebat contra Iordanem: & sacerdotes qui portabant arcam fœderis Domini stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti: omnisque populus per arentem alueum pertransibat.

Hic ponitur tertium, scilicet complementum signi dati quod fuit in transitu Iordanis. *Igitur egressus est populus de tabernaculis suis*. Dicebatur populus egredi de tabernaculis: quia quando erant in loco castrametationis erant in tẽtorijs, & ista erant velut domus ipsorũ, quia non poterant alio modo tegi. Ad transeundum autem Iordanem egressus est de tabernaculis, quia mouebant castra: & non solum egressus est de tabernaculis, sed etiam mouit secum sua tabernacula: & iste erat motus castrorum & erectio. Ex hoc patet quòd præcepta omnia supra posita data fuerũt, & relata antequam introirent Israelitę in Iordanem: quia post illa dicitur de ingressu in Iordanem. *Vt transirent Iordanem*. Erant castra super ripam Iordanis, & quando egressi sunt Israelitæ de castris ad nihil aliud egressi sunt, nisi vt transirent Iordanem. *Et sacerdotes qui portabant arcam præcedebant ante eum*. Quia arca pręcedere debebat: vt ad ingressum eius in Iordanem aquæ diuiderentur: & post subibant Israelitæ Iordanem. Sciendum autem: quòd non potuit hic obseruari lex quæ habetur supra de arca præcedente per duo millia passuum. nam immediate vt arca Iordanem ingressa est, Israelitæ intrauerunt, & apud eam transibant: ipsaque in alueo Iordanis manebat: sed habuit locum præceptum illud post exitum de Iordane. nam tunc substiterunt Israelitæ in ripa, & arca præcessit vsque ad spatium duorum millium passuũ: & tunc Israelitæ ambulare cęperunt, sequentes semper in distantia quasi duum millium passuum. *Præcedebant ante eum*. Scilicet ante populum qui egressus fuerat de tabernaculis suis. *Ingressis eis Iordanem*. Scilicet sacerdotibus qui ingressi sũt in margine aquarũ solum, vbi tingerentur plantæ pedum sacerdotum: & non potest intelligi hoc de popularibus, quia illi non ingressi sunt vsquequo defecerunt omnes aquæ Iordanis detecto alueo: vnde nõ tinctæ fuerunt plantæ eorum in aquis: de his tamen dicitur: quòd pedes eorum tincti fuerint. *Et pedibus eorum tinctis in parte aquæ*. Fuerunt pedes sacerdotum portantium arcam tincti aqua: quia primo ipsi ingressi sunt quàm aperiretur Iordanis: & hoc vt crederetur, quòd Deus cuius gloria erat in arca portata a sacerdotibus, faciebat mirabilia hæc in aquis. non tamen fuerunt pedes sacerdotum tincti nisi in parte aquæ: quia immediate vt tetigerunt plantæ eorum aquarum substantiam, defecit Iordanis diuisis aquis. & hoc vt signaretur magna obedientia aquarum, & omnium rerũ ad Deum, scilicet vt immediate scinderentur obedientes virtuti Dei præsenti in arca specialiter. *Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat*. Hic signatur magnitudo miraculi & necessitas.

Primo patet quantum ad necessitatem, diceret enim aliquis, ad quid diuisit Deus aquas Iordanis, vt transirent Iordanem Iudæi? nam vadabilis erat, vt patet pręcedenti cap. vbi dicitur. hi autem qui missi fuerant secuti fuerunt eos per viam, quæ ducit ad vadum Iordanis. simile patet Iudicum 4. cap.

Respondetur necessitatem fuisse ad hoc miraculum: quia quamquam Iordanis aliquo tempore vadabilis sit, tamen tunc nõ erat: quia impleuerat om-

F nes ripas suas tempore messis. non poterant ergo transire, nisi facto miraculo. signatur etiam magnitudo miraculi, quia omnes ripæ Iordanis plenæ erãt tũc in diebus messis. Litera Hebrea habet. *Et Iordanis impleuerat super omnes ripas suas omnibus diebus messis*. Implere ripas vel super ripas idem signat. sed in hoc est diuersitas, quia dicitur omnibus diebus messis. & litera nostra solum dicit tempore messis. Nicolaus exponit quòd ista repletio erat omnib⁹ diebus messis, idest durabat toto tempore illo quo durabat messis. sed tempus messis secundum Iudæos est duorũ mensium. vt declarauimus Gen. 8. cap. Intelligit ergo quòd toto isto tempore manebat tumor Iordanis. Sed non est conueniens iste sensus: quia quamquam tumor accideret Iordani ad impletionem om- G nium riparum suarum, tamen non duraret toto tempore messis, sed per aliquot dies: & continuo paulatim exinaniretur, quousque rediret ad solitum alueũ. Sed dicendum est: quòd Iordanis impleuerat omnes ripas suas omnibus diebus messis, idest quandocunque esset messis, fiebat vnus tumor Iordanis: ita quòd in quolibet anno tempore messis, solitus erat Iordanis intumescere, & replere ripas. Et hoc siue duraret ille tumor paucis diebus siue multis. est enim generale Iordani, quòd quolibet anno messium tempore intumescat. sic patet Ecclesiastici 24. cap. scilicet qui adimplet quasi Euphrates sensum, & multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. Item non est conueniens sensus qui supra dabatur: quia tamen veni- H ret tumor iste Iordanis ex causa, quę infra describetur, & illa non erat quolibet anno æqualis, non est vlatenus verisimile quòd quolibet anno duraret tumor Iordanis toto tempore messis, scilicet per duos menses.

Litera Hebraica.

An tumor Iordanis duret toto tempore messis, i. duos menses.

Item iste sensus secundus conuenientior est: quia in hoc approbatur verisimilitudo miraculi. nã diceret aliquis quomodo Iordanis tantum intumuit, vt esset illa diuisio necessaria? Respondetur quòd omnibus diebus messis Iordanis ripas suas replebat, idest quolibet anno tẽpore messis accidebat ei iste tumor. *Tempore messis impleuerat*. In hoc signatur quòd Iudęi transierunt Iordanem tempore messis. & tunc intumuerat Iordanis.

I

An ideo quòd Iudæi transierunt die decima mensis primi: argui possit quòd non transierint tempore messis. Et quo mense sit messis in terra Chanaan. — *Quæst.* XXXV.

SED dicet aliquis quòd non transierunt Israelitę Iordanem tempore messis, sed multo ante. nam transierũt decima die mensis primi, vt patet sequenti cap. tunc tamẽ non est messis: sed necdum vix apparent semina super terram, sed magis sunt magna frigora. Respondendum est argumentum istud deficere ex duobus. Primo quidem, quia non vocatur mensis primus hic qui apud nos vocatur primus, scilicet Ianuarius. sed mensis K primus apud Iudæos est tertius noster, scilicet Martius. & aliquando primus mensis suus coincidit cum Aprili nostro quasi totaliter. nam ipsi incipiunt mensem primum prima die lunationis propinquioris æquinoctio vernali. Est autem æquinoctium ferè in medio Martij, scilicet vndecima die. si autem aliqua lunatio accidat tredecim vel quatuordecim diebus post æquinoctium erit propinquior ęquinoctio, & incipiet ibi mensis primus Iudęorum. & tamen hoc est circa finem Martij nostri, scilicet die 27. vel 27. & tũc dies decima mẽsis primi erit sexta, vel 7. mensis nostri Aprilis. & tũc in quibusdã terris

ris frugū quędam maturuerunt, & sunt albę ad messem. Secundo errant in qualitate terræ: quia arguūt de terra promissionis secundum conditionem terræ huius. nam secundum quòd terra aliqua magis vel minus accedit ad æquinoctialem, est magis vel minus calida propter eleuationem maiorem vel minorem solis in illa: & in terris calidioribus necesse est fruges quæ nascuntur velocius maturescere. sed terra Chanaan est valde declinans ad equinoctialem respectu terræ huius. Quia terra illa est in tertio climate: & pars eius in secundo. hęc autem est in quinto, & pars eius in principio sexti. nam ciuitas hæc Salamātina in quinto est: & eleuatio poli est valde maior hic, quàm in terra illa. nam in ciuitate ista Salamantina est eleuatio poli graduum 41. & minutorū 19. & in ciuitate Hierusalem, quæ est quasi in medio terræ Chanaan, est eleuatio graduum 32. & nullius minuti. Tanto ergo magis appropinquat ad æquinoctialem quāto est eleuatio poli minor, secundum regulam communem astrologicam. Ideo quamquam in terra ista in principio mensis Aprilis, vel circa medium eius, non sit tempus messium: erit in terra illa quę calidior valde est. Quòd autem in tempore mensis primi sit in terra Chanaan tempus frugum patet: quia in festo azymorum quod est decimaquinta die mensis primi, offerebantur manipuli de nouis frugibus iam maturis, & conuertebantur in farinam: vt patet Leuit. 23. cap. Item istud tempus vocatur in terra Chanaan tempus nouarum frugum. quod patet: qa decimaquinta die mēsis primi egressus est Israel de Aegypto, vt patet Num. 33. cap. & iste mensis vocatur in scriptura nouarum frugum, vt patet Exo. 13. & Deute. 16. cap. Item quòd tempus hoc fuerit colligendarum frugum ingredientibus Iudęis terram Chanaan & Iordane transmisso, patet: quia transitus iste fuit die decima mensis primi, vt patet sequenti cap. Sed post dies quinque, s. quintadecima mensis eiusdem comederunt de frugibus nouis anni eiusdem, & cessauit tunc māna: vt patet infra 5. cap. ergo tempus erat metendarum frugum.

Vnde prouenit quòd in Iordane, quolibet anno tempore messis est inundatio aquarum, cum habeatur pro miraculo quòd tempore messis pluat in terra promissionis.

Quæst. XXXVI.

QVAERET nunc aliquis, cum dicatur hic ꝙ quolibet anno tempore messis sequatur tumor in Iordane vsque ad plenitudinem riparum, vnde hoc proueniat. Non potest dici hoc fieri ex confluentibus fluuijs aut torrētibus, quia tunc aut toto anno hoc maneret, aut inquireretur specialiter de causa tumoris illorum fluuiorum: & coincidetur cum quæstione de tumore Iordanis. Aliquis forte dicet hoc prouenire ex aquis pluuialibꝰ quę illo tempore exundant. Sed hoc non potest stare, quia tempus illud non est multum pluuiosum, potissime in terra illa quę est calidior valde hac. Item dato quòd aliquando in terra illa tempore messis accciderent magnę pluuię, quibus adauctus foret Iordanis: tamen non esset hoc regulare, cum videatur esse contra conditionem terrę. & tamen dicitur quòd quolibet anno tempore messis implet ripas suas. ergo non accidit ex pluuijs. Item adhuc magis hoc apparet: quia non solum non accidit pluuia communiter in terra Chanaan tempore messis, immo quasi nunquam ibi euenit, ita quòd pro miraculo habetur accidere pluuiam tempore illo. Vnde pro miraculo posuit Samuel loquens contra Iudęos, & faciens quòd venirent pluuię tempore messis ad contestan-

A dum eis quòd male fecissent petentes regem. Sic patet primo Regum 12. cum dicitur. sed nūc state & videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro. nunquid non messis tritici est hodie? inuocabo Dominum, & dabit voces & pluuias: & scietis, & videbitis, quòd grande malū feceritis in conspectu Domini Dei petentes super vos regem. Et clamauit Samuel ad Dominum & dedit voces, & pluuias in die illa. Ecce igitur quòd miraculum ponitur pluuias esse tempore messis. non igitur est tumor Iordanis veniens ex pluuijs tēpore messis. Sed dicendum est, quòd tumor Iordanis quolibet anno tempore messium euenit ex niuibus liquefactis. nam quamquam terra illa calidior ista qualibet B parte anni sit, tunc tamen incipit calor confortari per eleuationem, & niues quę in montibus sunt liquefactę Iordanem tumescere faciunt.

Quomodo est possibile quòd in terra promissionis cum calidissima sit niues generentur. Et quòd miraculum sit quòd niues deficiant in Libano tempore veris & summi æstus.

Quæst. XXXVII.

SED dicet aliquis, quomodo in terra Chanaan quę est tam calida, niues gignuntur? Respondendum est: quòd in terra plana terrę Chanaan, raro niues eueniunt. tamē in altissimis montibus propter magnitudinem frigoris, & paruā repercussionem radiorum, & vmbras magnas neC morum, niues manent. sic autem est ibi in altissimo monte Libano qui est in aquilonari parte terrę Chanaan: quia ibi ex causis dictis niues sunt. sic patet ex nomine montis huius. nam Libanus candidatio vel albedo interpretatur. nam in Hebręo lauan albedo est. & hoc dicitur propter albedinem niuium. Niues autem Libani liquefactę cōfluunt in Iordanem, & in confluentes ei torrentes. & istę niues semper sunt in Libano, ita quòd sit miraculum niues deficere in Libano, nec vnquam totaliter defecerunt: sic patet Hiere. 14. scilicet nunquid deficiet de petra agri nix Libani, quasi dicat, nunquàm deficient. ideo niues inde liquefactę confluent in Iordanem, quia Iordanis ad radices Libani nascitur. Pro quo sciendum D est de origine & meatu Iordanis, secundum quòd habetur in libro de descriptione terrę sanctę vbi sic est. A radice Libani oriuntur Ior & Dan fontes, illi duo de quibus sub montibus Gelboe Iordanis cōficitur: in quo Christus à pręcursore tertio lapide abiecto baptizari voluit: a montibus vsque ad lacum asphaltidis vallis per quam Iordanis labitur, Gortus appellatur. Aulon quidem vocabulo Hebręo dicitur: est vallis illa grandis, atque campestris, ex vtraque parte vallatur montibus continuis a Libano vsque ad deserta Pharan. diuidit autem Iordanis Galilęam, & Idumęam, & terram Bostron: quę Idumęę est secunda metropolis. Iordanis descensus interpretatur: Dan fere ab ortu suo subterraneum suum gurgitem E ducit vsque ad Meldan planitiem illam, in qua satis patenter suum ostendit alueum. ex planitie prędicta Dan se reddens in fluuiū Suetam peragit: in qua piramis beati Iob adhuc superstes, a Gręcis & Gentibus solēnis habetur: Dan cōtra Galilęā gētiū se obliquās ab vrbe Cedar secus medicabilia balnea Spineti plana transfluens Ior copulatur. Ior hinc longe a balneis lacum illius reddit ex se postea mare Galilęę sumens initium inter Bethsaida & Capharnaum. De modo autem quo in mare mortuum Iordanis fluat ibi non habetur. *Steterunt aquæ descendentes in vno loco.* Idest aquę Iordanis quę fluebant per alueum Iordanis non fluxerunt, sed apud locum transitus Iudęorū

De origine Iordanis vide Gen. 13. q. 32.

steterunt in loco vno semper in maius extumescentes,& eleuatæ in sublime. & hoc est de aquis descendētibus de parte superiori Iordanis ante locum transitus Iudęorum. Sed dicet aliquis repugnare literam istam,quia supra dicebatur quòd aquę inferiores Iordanis discurrent,& deficient. vocantur autem aquæ descendentes inferiores. hic tamē dicitur quòd aquę descendentes steterunt in loco vno. Respondendū est quòd aquæ inferiores defecerūt fluentes,& aquę superiores steterunt erectę in sublime. tamen aquæ descendentes non vocantur inferiores nec superiores, quinimo tota aqua fluminis vocatur descendēs, cum semper prona petat. ideo in toto Iordane erant aquę descendentes: quędam tamen inferiores erant, quædam superiores.

Quid appellentur hic aquę descēdentes.

Si autem aliter respondere vellemus: diceremus quòd aquæ descendentes dicūtur inferiores. sed tūc respectu Iudæorum non vocantur aquæ descendentes illæ quæ erant ad manum dextram,scilicet a parte aquilonari,a qua parte fluebat Iordanis: sed illę quæ erant ad manum sinistram, scilicet ad meridianam partem. & hoc modo non intelligitur quòd aquæ descendentes steterint in vno loco: sicut litera dicit. sed magis fluxerunt & defecerunt. sed vocantur hic aquæ descendentes inferiores respectu originis fontis. & tunc quamquam aquæ essent superiores respectu Iudęorum transeuntium Iordanem, tamen erant inferiores & descendentes respectu capitis Iordanis. & sic verum est aquas descendentes stetisse in vno loco.

Instar montis intumescentes. Dicuntur aquæ intumescentes,quia dum mansit arca Domini in Iordane: & perseuerauerunt Israelitæ transeuntes, semper aquæ amplius crescebant venientibus semper aquis a capite Iordanis: & cum non fluerēt,venientes ad locum illum erigebantur in sublime.

Duplex intellectus literæ.

Procul ab vrbe quæ vocatur Adom vsque ad locum Sarthan. Ista litera posset intelligi dupliciter. Vno modo quòd apparebant aquæ istæ intumescentes ab vrbe quæ vocatur Adom vsque ad locū Sarthan, idest tumor aquarū Iordanis non erat solum in loco transitus Iudęorum, quia tunc essent ibi aquæ nimis eleuatę. & aquæ venientes a parte capitis Iordanis ascendere deberent ad locū tumorū,vbi pariter in superioribus fieret tumor. & sic aqua perueniens ad locum vbi erat transitus Iudæorum, non potens transire intumescebat. & cum ibi nimis eleuaretur, refluebat in partem superiorem vnde venerat, & continue fiebat maior refluxus iste, cum continue aqua superueniret. & si durasset multis diebus,potuisset fieri refluxus vsque ad caput Iordanis, & amplius non flueret. in hoc tamen tempore huius refluxus aqua redijt a loco qui dicitur Adom vsque ad locum qui dicitur Sarthan: ita quòd totum spatium medium horum duorum locorum in flumine esset eleuatum in tumorem. Sed iste sensus non conuenit, quia dicitur quòd istæ aquæ apparebāt ab vrbe Adom vsque Sarthan. & sic non est Adom terminus aliquis vsque ad quē tumor iste accederet,sed a quo apparebant aquæ eleuatæ in sublime.

Secundus sensus verus istius textus.

Alius sensus est: quòd aquæ Iordanis intumescentes videbantur procul, eo quòd nimis intumuerant. & locus magis distans a quo videbat,erat vrbs Adō: quoniam aliqui Chananei ibi erant tempore diuisionis Iordanis,qui viderunt aquas eleuatas in sublime: sed non accedebant vsque ad ciuitatem Adom, sed solum vsque in locū qui dicitur Sarthan. & iste sensus est conueniens. Est autem intentio quòd aquæ Iordanis descendentes non potētes transire vltra locum arcæ Dei intumuerant. & iste tumor per refle-

F xum redibat in partem superiorem fluminis, scilicet in partem aquilonarem: quia ab illa parte deriuatur Iordanis versus meridiem,vt patet ex prędictis. locus autem ad quem vltimate accesserunt isti reflexus tumoris fuit Sarthan. est autem Sarthan ad manū dexteram loci illius, per quem transibant Iudæi versus Aquilonem: & refluentes fluctus ad caput Iordanis accesserunt solum vsque ad locum, qui dicitur Sarthan. *Quæ autem inferiores erant.* Vocat aquas inferiores eas quæ erant ad manum sinistram Iudæorū versus meridiem & locum descensus Iordanis. *In mare solitudinis.* Idest aquæ inferiores non steterunt, quia nō erat opportunum eas manere, sed magis descendere,vt ampliorem locum trāseuntibus Iudeis concederent: etiam quia alioquin daretur miraculum sine necessitate. nam manere aquas inferiores ita erat

G miraculum sicut superiores manere. & tamen non erat necesse. si ergo manerent, esset miraculum, & non esset aliqua congruitas vel vtilitas illius: sed magis tollebatur amplitudo loci transeuntibus. si tamē mansissent aquę Iordanis inferiores sicut superiores, non fuisset factus tumor vllus in eis, sicut in superioribus. Causa huius est: quia in superioribus fiebat tumor superuenientibus nouiter aquis de capite Iordanis, ex confluentibus fluuijs. aquę autem inferiores non habebant aliquas superuenientes aquas,cum intercisus esset meatus earum per locum transitus Iordanis Iudęorum: non fuisset ergo tumor. Item si permāsissent aquę inferiores Iordanis, necesse erat,

H vel quòd vsque ad mare solitudinis detineretur totus fluxus Iordanis, vel alicubi fieret interruptio: cū aquæ superiores manerent fluentibus inferioribus. Istę aquę inferiores fluxerūt in mare solitudinis,idest in mare deserti. Vocatur hic mare deserti, mare mortuum: vt infra dicitur. vel mare vallis sodomorum. & hic vocatur mare solitudinis, idest mare deserti: quia est apud desertum Syn & Pharan. nam Iordanis transit per vallem sodomorū. vt patet Gen. 12. & antequam esset terra illa submersa, erat valde irrigua,fructifera,& fertilis: cum dicitur ibidem: vidit omnem circa regionem Iordanis quæ vniuersa irrigabatur, antequàm subuerteret Dominus Sodomam & Gomorrā, sicut paradisus Domini, & sicut

De mare sodomorum quot nomina habet: & de proprietatib' eius.

I Aegyptus venientibus in Segor. hęc terra deserta erat tempore quando fuit transitus Iordanis, & ante hoc. ideo mare illud mortuum, quod est vbi erant illę ciuitates, vocatur mare solitudinis, idest deserti. Alio modo vocatur mare deserti: quia est iuxta desertum Syn. nam Sodoma & Gomorra sunt in cōfinio lateris orientalis & meridiani terrę Chanaan. & adhuc aliqualiter declinat ab oriente eiusdem terrę. nam cum manerēt Loth, & Abraham apud Bethel, in terra Chanaan citra Iericho,Loth declinans ab eo versus Sodomam dicitur declinasse ab oriente. ergo non erat totaliter in cōfinio lateris orientalis & meridiani: sed magis in meridiano. Desertum etiā Syn dicitur esse in latere meridiano terrę Chanaan: vt patet Nu.34.vbi ponitur terminorum assignatio. & di-

K citur incipere meridiana pars a solitudine Syn. & sic videtur q̧ solitudo Syn sit circa lateris orientalis & occidentalis confinium,cum ibi dicatur incipere. & tñ in confinio orientis, & meridiani lateris vel quasi, est mare istud, quod hic accipitur: ergo est apud desertum Syn. Sic patet prędicto cap.cum dicitur. pars meridiana incipiet iuxta solitudinē Syn, quæ est iuxta Edom,& habebit terminos contra orientem mare salsissimum. Hoc tamen quod vocatur hic mare solitudinis,vocatur in Hebręo mare salsum. Et factū est propter duo. Primo ex æquiuocatione: q̄a dictio hic posita ad sal, & desertum trahi posset: q̄q̄ vulgarior

rior significatio sua est, vt pro sale assumatur. Alia ratio est, quia istud mare est apud solitudinem Syn. & in terra illa vocatur mare solitudinis. sic enim erat cum beatus Hieronymus totam terrã illam perambulauit, vt patet in prologo quodam super Paralipo. qui incipit, Eusebius. posuit ergo Hieronymus nomen illud sibi, tanquam conueniens ex loco & ex vsu. sed primum rationabilius est. Vocatur autem secundum literam hebraicam mare salsum vel salsissimum, vt litera nostra habet Num. 34. non quidem quòd salsum sit. nam hoc omni marinæ aquæ generale est quòd salsa sit. sed per excellentiam inter cætera maria est salsum. Vnde hãc exprimens proprietatem litera nostra vocauit illud salsissimum. Causa salsetudinis magnæ est sulphur & ignis qui de cęlo descenderunt super loca illa: & aqua conseruauit postea naturam ignis & sulphuris. hæc autem ad naturam salis tendunt quæ est igneæ naturæ.

Quod nunc vocatur mortuum descenderunt. Aquæ quæ erant in parte inferiori, scilicet ad manum sinistram transeuntium Iudeorum ad Meridiem, discurrerunt nullo tenente, & venerũt vsque ad mare solitudinis quod vocatur mortuum. ponitur istud mare tanq̃ terminus descendentium aquarum, quia cum Iordanis descenderit in mare illud, absorbetur: per mare illud Iordanem transire necesse est, cum antequam terra illa esset versa in mare, Iordanis irrigaret totam illã vallem quæ penthapolis dicebatur, scilicet quinque ciuitatum: vt patet Gen. 13. cap. Vsque ad hunc locum peruenerunt aquæ defluẽtes, quia ad vlteriorem locum peruenire non potuerunt. *Quod nunc vocatur mare mortuum.*

Quare mare Solitudinis seu Sodomæ appellatur mortuum. Et Quædam eius proprietates: & earum causa.
Quæst. XXXVIII.

ISTVD mare mortuum dicitur, quia in eo nullũ animal viuere potest. nam pisces nulli sunt, sicut in alijs maribus vel fluminibus, & causa huius est indispositio aquæ quæ est de natura sulphurea: & repugnat dispositioni & harmoniæ piscium, quæ est valde aquatica. qualitas autem maris illius ex sulphureitate magis est ignea quàm aquea. & apparet hoc in tenacitate aquæ. nam in cæteris aquis res sordidæ abluuntur: quia aqua tollit inhærentias suo humore laxando vires tenacitatis, & ipsamet nulli inhęrere potest. Ideo cum effunditur de vase nil manet, quod est contra naturam aliorum liquorum: qui quamquam effundãtur de vasis, aliquid manet in eis. sic dicitur Gen. 49. Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea &c. Et postea dicitur effusus es sicut aqua, scilicet totaliter effusus es, ita quòd nihil mansit tibi de iuribus primogeniturę, scilicet de donis & principatu quod declaratur immediate: cum dicitur. non crescas, quia maculasti cubile patris tui. De ista aqua maris mortui quod etiam lacus asphaltidis dicitur, econtrario accidit: quoniam ipsa adhæret tenaciter, sicut gluten, & vestes in eo proiectæ non lauantur, sed magis sordidantur. sic dicit Aristot. in 2. Meteororum. vbi de ista aqua late agit. sunt enim aquę eius ita spissæ, quòd magis videntur lutũ quam aquę: & hoc ex natura sulphuris quod de cęlo cecidit, & ex natura ignis manentis in virtute. vnde in isto mari colligitur optimũ gluten supernatans. De hoc mari dixit Isidorus Etymologiarum lib. 13. quòd nullum viuens mergi potest, s. homo vel aliquod animal. & si fuerit aliquid mortuum ilico submergetur. candela quoque si ardens fuerit mergi non poterit: si vero extincta submergetur. Forte causa huius est, ipsa

A grossities aquarum lutearum sustinentium res viuentes tanquã si esset terra solida. Alia causa esse potest, ex igneitate & sulphureitate aquarum, quæ de natura sua eleuare habet, & cum aliquid viuens ibi fuerit illud eleuat. Res autem quę spiritum subleuantem non habent submergũtur. Multæ quoque sunt cõditiones speciales aquarum quarundam, vt ponit Isidorus Etymologiarum libro 13. de quibus naturalis non occurrit ratio. sed videtur esse ex vno de duobus, vel ex influentia speciali cęli super partem illam terrę quando cępit scaturigo fontalis, vel ex influentia quę nunc est secundum aspectũ aliquorum astrorum quantum ad motum sphęrę octauę. nam secundum alium quemcunque motum non posset aliqua

Vnde prouenit diuersitas fontium & aquarum atque aliarum rerũ naturaliũ: de quo dicit latius Gen. 5. q. 9. & i prologo ad Pauli. c. 6.

B conditio fontis, aut cuiuscunque aquę magno tempore durare: cum omnes alij aspectus cito mutẽtur. & ista causa verior est. nam non manet rei proprietas sua quam ab origine habuit. sicut declarat Ouidius naturaliter in 15. Metamorphoseos, de multis fontibus & fluminibus alijsque rebus sermonẽ agẽs: & de ipso mari quod secũdum diuersa tempora mutat situm suum, vt deserat partes terrarum, quas nũc tegit, & alias patentes demergat. Sic enim ait ibidẽ.

Vidi ego quod fuerat olim solidissima tellus:
Esse fretum, & factas spatioso ex æquore terras.
Et procul a pelago conchæ iacuere marinæ.
Et vetus inuenta est in montibus anchora summis.

In his ergo fontibus, quibus nũc aliqua specialis valde & admiranda qualitas inest, non semper manebit,

C sed si secula extenduntur, necesse est vt per aliquantum motum octauę sphęræ illa desistat. De proprietatibus autem huius maris mortui, quod interdum mare mortuum, interdum salsissimũ, interdum mare solitudinis, aliquãdo vero mare diaboli, & alijs nominibus appellatur, latius super 19. c. Gen. dictũ est.

Quid Iosephus historiographus Iudæus scripserit de isto transitu Iordanis: & quare interdum discordat a sacra Scriptura, cum fuerit peritissimus in ea. *Quæst.* XXXIX.

NVNC autem vidẽdum est, quid Iosephus senserit de isto trãsitu Iordanis, & in quo concordet, aut discordet a sacra scriptura. Dicit enim ille lib. 5. antiquitatum,

D metuente vero duce transitum fluminis, cum esset eius impetus grandis, & neque pontibus transiretur: qui etiam si vellent ei pontem facere nequaquam se arbitrabantur propter hostes habere permissionem: inter hęc transibilem fluuium Deus fieri promisit magnitudinem eius imminuens. Et duobus diebus transactis Iosue trãsposuit exercitum totamque multitudinem tali modo. pręcedebant quidem sacerdotes habentes arcam. deinde Leuitæ tabernaculum & vasa quæ ad sacrificiorum ministeria necessaria sunt deferentes. sequebatur autem Leuitas per tribus suas omnis exercitus habens in medio infantes atque mulieres. metuebant enim propter eos ne

E vim in flumine paterentur. Cumque sacerdotibus primis introeuntibus, meabilis iam fluuius videretur altitudine quidẽ eius imminuta, alueo vero, eo quòd non esset fluctus, quasi ad sicca pauimenti instar exposito: omnes iam confidenter fluuium transmeabant: & qualem eum Deus futurum esse pędixerat, talem conspiciebant. Steterunt autem in medio sacerdotes, donec turba transiret, & securitatem attingeret. omnibus itaque transeuntibus egressi sunt sacerdotes, liberum iam fluuium relinquentes, vt more suo discurreret. & fluuius quidem egressis Hebręis denuo creuit, & magnitudinem recepit suam.

Examinantur illa verba Iosephi quo ad veritatem & probabilitatem eorum, cum sacra Scriptura. Et quare iste sit diuersimode sæpe locutus. Quæst. XL.

CVM dicit Iosephus metuente duce transitum fluminis cum esset eius impetus grandis. innuit quòd Iosue & Israelitæ venerũt vsque ad Iordanem cum intentione transeundi, & cum viderunt multitudinem aquarum & impetum grandem fluminis, non ausus fuit Iosue transire, neque Israelitæ: sed ibi expectauerunt donec Deus promisit quòd faceret fluuium transibilẽ, & ita fecit.

Sed dicendum quòd ista neque sunt vera, neque concordant sacræ Scripturæ. nam Iosue non venit ad Iordanem, nisi cum Deus mãdauit: neque habuit intentionem transeundi, quousque Deus mandauit transire, & dedit modum transeundi. nam fuit ordo quòd castra Israelitarum erant in Sethim, vbi erant quando mortuus est Moyses: & non mota fuerunt inde, quousque Deus apparuit Iosue, & consolatus est eum, atque de multis instruens dixit: transi Iordanem istum tu & omnis populus qui tecum est supra primo cap.

Tunc Iosue missis exploratoribus, atque regressis de Iericho, annunciari fecit per castra quòd pararent cibaria: quia post diem tertium transituri essent Iordanem. tũc mouit Iosue castra vsque ad Iordanem, expectauitque populus diem tertium iuxta mandatũ Domini. tunc transiuit per modum qui habetur in litera.

Iosephus scripsit historiã gentilib9, ideo diuersimode res interpretabatur.

Sed Iosephus multum diuerse habet se in hoc & in alijs: non quidem ignarus sacræ Scripturæ in qua peritissimus erat, sed quia scribebat historiam gentibus. nam libros viginti antiquitatum Iudaicarum gentilibus legendos scripsit. & quia gentiles erant infideles, & non faciliter crederẽt veritati sacræ Scripturæ, non scripsit simpliciter veritatem sacræ Scripturæ. sed in multis aliter se habuit eo modo quo res credidit fieri verisimiliores eis, quibus legendas tradebat.

Et ob hoc facit duo. Primũ addit aliquid ad magnificandum res Hebræas, vel tacet aliquid, quod si plane scriberetur, videretur paupertas, & paruitas status Iudæorum. sic patet Iudicum 12. cap. vbi ad ostendendum magnitudinem status Abdon Iudicis Israel dicitur, quòd habuit quadraginta filios & triginta tres nepotes ascendentes super septuaginta pullos asinarum. & quia hoc magis ad ignominiam quàm ad honorem pertinebat, & apud Romanos iudicaretur hoc derisibile: dixit Iosephus quòd omnes illi septuaginta erãt exercitati equis. lib. 5. antiquitatum.

Sic etiam Iudicum 4. cap. ponitur magna oppressio Iudæorum per regem Iabin. & ad hoc innuendũ dicitur ibidem, quòd habebat nongentos currus falcatos. & quia Iosepho visum est quòd gentiles cogitantes istam paruam potentiam, subiecisse atque oppressisse Hebræos, contemnerent eos. dixit quòd habebat rex Iabin armatorum trecenta millia, equitum decem millia, & curruum tria millia possidebat. & addidit multum ad id quod sacra Scriptura dixit.

Interdum autem tacet aliqua quæ paruitatem status Iudæorum signãt. sicut lib. 1. Reg. 11. cap. dicitur. quando venerunt ad regem Saulem nuncij de bello Ammonitarum, quòd ipse sequebatur boues suos de agro. & quia hoc pertinebat ad ignominiam status regis Iudæorum, subticuit illud Iosephus lib. 6. antiquitatum.

Secundum est quòd ea quæ mirabilia sunt aut tacet, aut minus ea mirabiliter refert, quàm scriptura

F sacra commemoret. sic fuit de statione solis infra 10. cap. nam non dixit Iosephus solem stetisse tanquã Romanis incredibile, sed dixit quòd aliqualiter plus solito dies creuerat. lib. 5. antiquitatum. Etiam hic dum modus mirabilis diuisionis aquarum, vel desiccationis poneretur in Iordane, non ausus est ponere modum quem ponit scriptura, scilicet, quòd steterũt aquę eleuatę ad modũ montis. sed dixit plane quòd Deus minuit aquas Iordanis, quasi ille modus quem sacra Scriptura ponit, non esset Romanis credibilis.

Et ita fuit, cum Iosephus lib. 2. antiquitatum in fine scripturus esset diuisionem maris Rubri, quando transierunt Hebræi, non ausus fuit simpliciter asserere, nisi quædam alia induceret facta apud gentes. &
G tandem dixit: quòd de hoc quilibet crederet sicut vellet, asserendo tamen similia accidisse Alexandro: cum ait. ego siquidem inueni in sacris libris ita: hęc singula quoque tradidi. nullus vero discredat miraculum, si antiquis hominibus & malitia priuatis, via salutis licet per mare sit facta, siue voluntate Dei, siue sponte sit reuelata: dum & eis qui cum Alexãdro rege Macedoniæ fuerunt olim & antiquitus contra resistentes pamphilicum mare diuisum sit. & cum aliud non esset iter, transitum prębuit eis, volẽte Deo per eum destruere Persarum principatum. & hoc confitentur omnes qui actus Alexandri conscripserunt. de his itaque sicut placuerit cuilibet existimet.

H *Auctor tanquam doctor curiosus dat causam quare se intromittat hic in examinando verba Iosephi cum nihil videatur ad propositum. Quæst. XLI.*

EX prædictis apparet quare Iosephus in multis aliter quàm se haberet veritas sacrarum literarũ scripsit, vt eis quibus scribebat, rem credibilem faceret. ideo cum dicta Iosephi in quibus aliquid diuersum scripsit inducimus, non arguimus eum velut scripturarũ ignarum cum peritissimus fuerit, neque vt veritatis æmulum, aut sacrarum literarum corruptorem: sed egregij viri summum collaudamus ingenium, qui ita tradere nouit historiam, vt eis quibus scribebat conueniret. sed ideo dicta eius inducimus, vt parum scientibus ho-
I minibus dubitationem auferamus. nam cum quis legeret, aliter Iosephum scripsisse quàm veritas scripturæ se habeat, dubitare posset de sacris literis à quibus Iosephus dissonaret: qui earum cultor extiterat, aut saltem aliter intelligendum putaret, quàm sacræ literæ in cortice haberent, vt Iosepho velut exponenti eas assentiret. nunc vero manifestum est quòd nõ ob aliam causam sic scripserit, nisi vt res credibiles faceret eis quibus scribebat.

Sed nunc redeundum est ad propositum. cum enim dicit Iosephus, metuente vero duce transitum fluminis. non est hoc tanquàm verum accipiendũ, quia Iosue non accessit ad Iordanem transiturus illũ antequam Deus iuberet, & ipse declarauit quomodo transituri essent per arentem alueum. sed Iosephus
K dixit hoc ad faciendum rem credibiliorem: quia nõ vult inducere res factas diuinitus, nisi quanto rarius potest. ideo inducit, quasi Iosue timeret transitum. & quia non erat possibilis, tunc Deus prouiderit.

Cum autem addit quòd erat eius impetus grandis, verum est. nam multas aquas Iordanis habet, pręcipue cum alluuionibus intumuerit: sicut nunc erat. Dicit etiam cum neque pontibus transiretur, verum est. quia Iordanis pontes non habet propter sui magnitudinem. Et dicit: qui etiam si vellent ei pontem facere, nequaquam se arbitrabantur propter hostes habere permissionem. non

est

est putandum quòd in animos Iudæorum ascenderit velle Iordani pontem facere ad transeundum, cum à Deo in omnibus gubernarentur, qui prouidebat in omnibus necessitatibus. Sed posuit Iosephus vt credibilius hoc faceret, quasi Deus non succurreret Hebręis miraculosè, nisi cum humana facultas non sufficeret. & ita quia pons non erat, neque facere illum poterant, Deus prouidit de transitu.

Quomodo Deus minuit aquas Iordanis. Secundum positionem Iosephi. *Quæst.* XLII.

ET addidit inter hęc, Deus transibilem fluuiū fieri promisit magnitudinē eius imminuens, idest dum Iudæi anxiarentur nō inuenientes pontes ad transitum Iordanis, neque illos facere potentes, prouidit Deus faciens fluuium transibilem: & dicit quòd modus fuit quòd Deus minuerit aquas Iordanis.

Sciendum quòd Deus nō minuit aquas Iordanis, quia in tanta copia fluebant de fonte suo, & alijs concursibus in quanta prius. sed modus fuit, quòd fecit stare aquas quæ fluebant de superioribus in modum turrium excelsarum, & inferiores decurrerūt ad mare sicut prius. & ita mansit alueus Iordanis arens, vt per eum transire possent Hebræi: vt patet supra in litera. Et tamen Iosephus putauit modum istum non esse credibilem gentilibus quibus scribebat: ideo nō scripsit illū particulariter, sed dixit in generali, quòd Deus minuit aquas Iordanis. quis autem modus minuendi fuerit, non exposuit: quia sic minus calumniabilia, atque magis credibilia essent dicta eius. cætera autem quæ ponit ibi Iosephus, satis cōsonant scripturę. Nam addidit in transitu fuisse priores sacerdotes. quod intelligitur, quòd prius intrauerunt in aquam Iordanis: tamen non exierunt inde, quousq; transierunt omnes Israelitæ. etiam dicit quòd sequebantur Leuitæ portantes tabernaculum: satis est verisimile. de mulieribus autem quòd irent in medio exercitus, & paruuli, ne timerent altitudinem fluminis, satis est credendum ne si in fine dimitterentur quasi soli, pauerent altitudinem aquarum. maximè quia in hoc non teneretur alius modus quàm in progressu quem faciebant in deserto, vbi quælibet tribus ibat sub vexillo sibi assignato Num. 2. cap. & ibi ibāt viri & mulieres & paruuli, & omnia q̄ ad ipsos pertinebant. ita esset in transitu Iordanis: quia omnia sua secum adducebant, vt morarentur in terra Chanaan.

Vsquequo omnino deficerent. Non est sensus quòd istæ aquæ motæ per alueum suum defecissent. nam aquę deficiunt quando siccitate consumente soluuntur. aquæ autem quæ erant infra transitum Israelitarum, erant tantę quòd non poterant deficere. defecissent tamen si paucæ essent, & non accederent ad mare solitudinis. istę tamen antequam Israelitæ transirent, illuc accedebant, cum a principio fuisset continuus fluxus Iordanis. Sed dicuntur defecisse aquæ dupliciter. vno modo quòd ab oculis Iudęorum defecerunt. nam mox vt Iordanis diuisus est, viderunt Iudæi aquas inferiores defluentes, & elongantes se ab oculis eorū, quousque nihil de eis videre potuerunt. hoc tamen breuiter fiet, quia aquæ velocis motus sunt. Alio modo dicitur, quousque omnino deficerent, idest aquæ istæ discurrerunt vsque ad mare solitudinis, vbi omnino defecerunt. Nam ibi Iordanis absorbetur, & cum aquę illę peruenerunt illuc, perdiderunt nomen Iordanis. & istud est conuenientius quàm primum: quia hic ex modo literæ apparet significari magnam distantiam, & tamen a loco diuisionis aquarum vsque ad locum, vbi deficerent aquæ

Qūo aquę Iordanis deficerent.

A ab oculis Iudæorum, parum erat. Item dicitur hic: quòd descenderūt in mare mortuum vsquequo omnino deficerent. Ideo patet quòd primo descenderint in mare quàm omnino deficerent. tamen si accipiatur deficere a visu, manifestum est falsum esse: quia non viderunt Israelitæ aquas recedentes vsque ad mare mortuum, quia locus iste satis distat a loco per quem Iudęi transierunt: cum sit in latere meridiano, scilicet ad cōfinium lateris meridiani & orientalis, vt supra probatum est.

Populus autem incedebat contra Iordanem. Alia litera habet quòd populus ambularet per Iordanē, & vtraque litera satis conuenit: quia istud erat stantibus sacerdotibus in medio Iordanis cum arca. tunc autem B populares videntes diuisum Iordanem manentibus sacerdotibus intra, inceperunt ambulare contra Iordanem, idest ad intrandum in alueum Iordanis. Alio modo intelligitur quòd sacerdotes erant intra Iordanem tenentes arcam: & tunc populares post eos introeuntes procedebant per Iordanem.

Sacerdotes qui portabant arcam fœderis. Qui primo ingressi sunt, vt eis ingressis scinderetur Iordanis.

Stabant super siccam humum in medio Iordanis. Cum sacerdotes ingressi sunt aquas Iordanis, diuisæ sunt aquę: sed non ideo substiterunt, sed intrauerunt vsq; ad medium: & ibi manserunt.

Causa huius est: quia si solum stetissent sacerdotes in introitu Iordanis diuisis iam aquis, viderentur formidare: quia vltra nō transibant, & populus com- C motus hoc formidaret ingredi. debuerunt ergo sacerdotes introire vsque ad medietatē aluei, vbi erat maior impetus aquę, & profunditas: ibi enim steterunt. nam etiam non decuit vt transeuntes totum alueum exirent, quia tunc populus formidans ne moles aquarum subito super eos pendens deflueret, absente arca Domini transire non auderent. steterunt ergo in medio, & hoc super siccam humum. hoc signat duo, scilicet quòd humus erat sicca, idest non habens aquam, vt habebat ante hoc semper: & erat sicca, quia desiccatum fuit profundum, ne limositas & aquositas inquinaret transeuntium pedes. de Iordanis desiccatione sicut maris Rubri supra declaratum est. c.4.q.15.

D *Omnisque populus per arentem alueum transibat.* Idest stantibus sacerdotibus in medio Iordanis cunctus populus transire cępit, & pecora eorum, atque iumenta transibant per alueum arentem, idest per fundum Iordanis desiccatum. Vocatur alueus fluminis locus cauus per quem aqua fluere solet. Iste erat arēs dupliciter, vt dictum fuit supra. nam non solum in loco diuisionis aquarum fuit terra desiccata, sed etiā tota terra inferior, quam detegebant aquæ fugientes in mare solitudinis, manebat sicca recedente aqua: & populus distendebatur per illam latitudinem ad transeundum, vt velocius transiret cum iumentis & pecoribus suis.

E

CAP. IIII.

QVIBVS transgressis dixit Dominus ad Iosue. Elige duodecim viros singulos per singulas tribus, & præcipe eis, vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotū, duodecim durissimos lapides: quos ponetis in loco castrorū, vbi fixeritis hac nocte tentoria.

toria, Vocauitque Iosue duodecim viros, quos elegerat de filijs Israel, singulos de singulis tribubus: & ait ad eos, Ite ante arcam Domini Dei vestri ad Iordanis medium: & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris iuxta numerũ filiorum Israel, vt sit signum inter vos. Et quando interrogauerint vos filij vestri cras dicentes, quid sibi volunt isti lapides? respondebitis eis. Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fęderis Domini, cum transirent eum. Idcirco positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel vsque in æternum.

QVIBVS *transgressis*. Agebatur in superioribus de transitu Iordanis: hic consequenter ponitur quid actum sit post transitum eius. Id autem quod habetur in hoc cap. est de vigintiquatuor lapidibus quorum duodecim fuerunt de Iordane educti & asportati in locum castrorum, scilicet in Galgalan, & alijs duodecim ductis intra Iordanis alueum, de his qui extra erant. Et diuiditur in tres partes: quia primo ponitur Domini atque Iosue iussio. Secundo eiusdẽ expletio. Tertio temporis determinatio. Secunda ibi. *Fecerunt ergo*. Tertia ibi. *Populus autem.* Circa primum. *Quibus transgressis*. Ponitur tempus quo educti fuerunt lapides de Iordanis alueo: & alij ibi positi. Et dicitur quòd hoc fuit trãsgressis Israelitis, scilicet postquam transierunt alueum Iordanis.

An transgressi hic intelligantur tam Israelitæ quam Sacerdotes. Et an præceptum de parandis duodecim viris per tribus ad asportandum duodecim lapides: fuerit per anticipationem vel recapitulationem. *Quæst.* I.

ET non intelligitur hoc de omnibus tam sacerdoribus, quàm Israelitis: sed solum Israelitis: nam si sacerdotes transissent Iordanẽ, conclusæ fuissent aquę vel decurrerent: & non esset locus introeundi cuiquam pro lapidibus. Sed est sensus quòd postquam Israelitæ omnes cum Iosue transierũt Iordanem manẽtibus sacerdotibus in alueo, locutus fuit Dominus ad Iosue vt eligeret duodecim viros ex Israel ad redeundum in Iordanẽ pro lapidibus duodecim, & elegit, atque introierunt, alij quoque duodecim extra alueum existentes introducti sunt in alueum. omnibus autem completis iussum est vt sacerdotes ascenderent de Iordane; vt patet infra in litera.

Ex hoc patet solutio quæstionis positæ præcedenti cap. de isto præcepto de parandis duodecim filijs Israel per singulas tribus ad educẽdum lapides duodecim, an fuerit postea supra per anticipationem vel hic per recapitulationem. Alterum enim horum necessarium est: quia nihil ante transitum Iordanis dictum est: vel potest hic positum intelligi dictum post transitum Iordanis. positum autem supra intelligatur dictum priusquam Iudæi transirent.

Aliqui respondebunt esse præceptum positum hic per recapitulationem, scilicet, quòd fuerit datum ante transitum Iordanis, & locus suus sit præcedenti capitulo. hic autem ponitur recapitulando, vt plenius poneretur.

Determinatio auctoris. Sed dicendum est necessario positum fuisse hic re-

F cto ordine: & præcedenti cap. per anticipationem. nam fuit datum post transitum Iordanis: & supra ponebatur de his quæ erant ante transitum. Patet autem hoc, quia quamquam in sacra Scriptura aliqua per anticipationem, & aliqua per recapitulationem intelligantur, tamen quædam sunt determinationes quæ tollunt anticipationem & recapitulationem: vt determinationes temporales, & consecutiuæ, & signantes ordinem & similes. Ita est hic, cum dicatur. quibus transgressis. in quo necesse est ista quæ dicta sunt hic, facta fuisse post transitum Iordanis. Ad motiua autem rationum positarũ a quibusdam præcedenti cap. circa hoc, facilis est responsio. Cum dicitur prius quòd viri qui lapides hos de Iordanis al-
G ueo eduxerunt, antequam exirent de Iordane illos eduxerunt, alioquin necesse fuisset quòd redirent iterum in Iordanem. & hoc non stat conueniens, potissime cum non fuerint lapides educti de extremitate aluei, sed de medio Iordanis. Respondendum est quòd falsum præsupponit ista argumentatio, scilicet, quòd ante fuerint educti lapides, quàm viri exierint de Iordane. Contrarium enim dicit litera ista, scilicet quibus transgressis dixit Dominus ad Iosue &c. Et cum dicitur alioquin reuerterẽtur in Iordanem viri isti post exitum. Respondendum est nõ esse inconueniens. sed sic accidisse, vt patet in litera. Alia ratio erat, quòd non poterat dici datum fuisse pręceptum istud præcedentibus Iudæis per Iordanẽ, cum congregari tunc non possent ad audiendum.
H Respondendum est etiam rationem nihil procedere, quia præsupponit quod nemo concedet, scilicet non fuisse datum præceptum de educendis lapidibus post Iordanis transitum: & tamẽ sic necesse est concedi, cum litera hoc dicat. *Dixit Dominus ad Iosue*.

Quomodo locutus fuerit hic Deus ad Iosue: an super arcam: vel per angelum. Et quòd Angeli apparentes in forma humana nunquam vocantur Deus, sed angeli vel viri. & quæ est huius causa. *Quæst.* II.

QVAERI potest de modo locutionis diuinæ nunc factę ad Iosue. nam ista fuit post trãsitum fluminis immediate, vt patet hic.
I Non potest dici quòd ista locutio facta fuerit desuper arcam, sicut facta est locutio iterum ei infra 7. cap. quia arca manebat nunc in flumine cum sacerdotibus, & Iosue erat cum populo extra alueũ.

Sed dicendum est quòd modus locutionis istius fuit, quòd angelus Domini apparuerit ei in nube loquens: sicut frequenter loquebatur ad Moysen, ne videretur forma assumpta a loquente, quia non decebat fieri coram alijs Israelitis.

Et si aliquis dicat quòd apparuit angelus Domini loquẽs ad eum in figura viri manifeste, sicut fuit cum esset in agro Iericho: nam tũc apparuit angelus Domini Iosue in figura viri euaginatum habens gladiũ, vt patet infra seq. cap.

Respondendum est ꝙ illa apparitio angeli in for-
K ma viri facta fuit per noctem vel semoto Iosue ab alijs Israelitis eunte ad meditandum. nam tunc ei apparere poterat a nullo alio visus. nunc autem erat Iosue inter Israelitas. ideo non decebat vt appareret ei vir in figura humana. quamquam in hoc fortassis alicui nihil differre videbitur, cum alijs apparuerit angelus in figura humana.

Sed dicendum semper est nõ apparuisse hic angelum in figura assumpta & manifesta, sed in nube absconditum, & est causa, quia in sacra Scriptura, ꝗꝗ qui loquuntur, vel aliquid agunt, angeli sunt & nõ Deus, vt declaratũ est Exo. 3. & magis 19. Tamen aliquando

aliquando loquentes vocantur Angeli, & aliquando A Deus. Sed hoc valde notandum est, quòd nunquam apparentes in forma humana vocantur Deus, sed Angeli vel viri, vt patet Gen. 18. vbi tres angeli apparuerunt Abraham in forma humana. isti tamen non vocantur Deus, sed viri vel angeli postea. & duo illorũ cum iuerunt in Sodomam in figura virorum, vocati sunt viri. vt patet Gen. 19. Simile patet de angelo, qui apparuit Gedeoni, qui vocatur vir & angelus: nam in assumpta figura fuit, vt patet Iudi. 6. cap.

Idem patet de angelo, qui apparuit Manue patri Samsonis & vxori illius in forma viri, & postea cognouerunt esse angelum Domini, vt patet Iudic. 13. cap. Iste autem non vocatur Deus, sed vir Dei & angelus. Ita generaliter in toto veteri testamento, angelus apparens in assumpta forma, nunquam vocatur B Deus, sed angelus vel vir.

Causa huius est, quia Deus uoluit tollere Israelitis idolatriam, quæ est in cultu rerum per imagines, q̃a descenderent ad colendum ipsasmet imagines. & q̃a si Deus vnquam apparuisset in imagine sumpta, fabricarent ei aliquam imaginem. vel si angelus in assumpto corpore apparens Deum se vocaret, non decuit angelum qui se Deum vocaret, vel loquereẽ tanquam Deus, apparere in vlla assumpta figura. Quòd autem ista fuerit intentio sacræ Scripturæ patet Deuteron. 4. cap. cum dicitur. custodite igitur solicitè animas vestras, nõ vidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est vobis Deus in Oreb de medio ignis: ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinẽ masculi, aut feminę: imaginem omnium iumentorum &c. quando tamen apparebat angelus in assum C pta figura, & dicebat se angelum, non existebat ista occasio ad idolatriam, quia cum ille se angelum proderet, & Israelitæ scirent angelum non esse colendũ, non fabricarent ei imaginem, aut similitudinem: secus si se Deum diceret.

Hæc etiam regula obseruata fuit in apparitione facta ipsi Iosue in agro Iericho. Apparuit nanque angelus euaginato gladio, & se angelum appellauit, & nõ Deum, vt patet sequenti capitu. hic tamen dicitur, ꝙ Deus locutus sit, & non angelus. ergo quamquam iste loquens angelus fuerit, tamen nõ apparuit in forma corporea assumpta, sed in nube aliqua velatus, vt non comprehendi posset vlla eius imago. & hoc facile erat fieri, siue in medio Israelitarum, siue distan D ter ab eis. nam interdum Deus loquebatur Moysi coram toto Israel in nube, vt patet Exo. 16 cap. cum apparuit gloria Domini in nube Israelitis, & locutus est Deus Moysi. *Elige. 12. viros.* De officio istorum. 12. virorum infra patet. Sed iubet Deus hic, ꝙ eligat eos Iosue, & immediate etiam dicitur, ꝙ Iosue vocauit viros quos elegerat. supra tamen præceden. cap. dicitur, ꝙ Israel parare deberet istos. 12. viros.

Respondendum est, sicut ibi. s. ꝙ Iosue ex mandato Dei iussit. 12. tribubus, vt eligerent inter se hos viros. cum vero illi elegerunt, Iosue acceptauit eos. & sic dicitur elegisse, idest electos a populo approbauisse, vel acceptauisse. & hoc ad quandam pertinet iurisdictionem vel potestatem, sicut in prælato est auctoritas instituendi & approbandi præsentatos per patro E nos. Ad hos lapides educendos non erat necessarinm magnum scrutinium vel labor in eligendo, quia personæ assumptæ non eligebantur ad aliquod magnũ ministerium, nec magno tempore durans. sed vocatur electio. s. ꝙ darent viros quos vellent, & acciperet eos Iosue auctoritate sua.

Singulos per singulas tribus. Ne videretur aliqua tribus contempta in hoc, & quia lapides erant ad memoriam, ꝙ transierint Israelitæ per Iordanem arentem, quod omnibus tribubus collatum est, ideo debuerunt a qualibet tribu assumi, qui portarent lapidẽ ad memoriam tribus illius. Sciendum etiam, ꝙ Leuitę habuerunt hic suum lapidem, & aliquis de eis intrauit in Iordanem, quia cum hoc aliquid spirituale fuerit, non solum vocabantur ipsi, qui alias computabantur in tribus, sed etiam Leuitæ. vt patet ex declaratis præcedenti cap. q. 31. Leuitæ habuerunt hic lapidẽ.

Quomodo se habent tunc filij Manasse & Ephraim, quando computantur Leuitæ pro vna tribu, & Manasse & Ephraim constituunt solum vnam tribum Ioseph. Quæst. III.

QVAERET aliquis, cum Leuitæ computentur hic, vt vna tribus, & ob hoc necesse sit Ioseph reduci in vnam tribũ, cũ ante duas haberet. s. Ephraim & Manasse, de qua harum duarum tribuum assumeretur vir ad intrandũ in Iordanem pro lapide.

Respondendum est, ꝙ quandocũque computabatur Leui, vt vna tribus, & necesse erat Ephraim, & Manasse coire in vnam tribum. s. Ioseph. & tunc aut erat quantum ad aliquid, in quo deberet nomen scribi tribus ipsius, aut quantum ad aliquid, quod facere deberent viri ipsarum tribuum. Si quantum ad primum: non erat scribendum nomen Manasse, vel Ephraim, sed nomen Ioseph, quod complectebatur vtranque tribum. & sic factum est in descriptione. 12. tribuum Israel filiorum, in duobus onichinis sup humeralis, & in lapidibus. 12. rationalis, vt patet Exo. 28. nam ibi Ioseph fuit descriptus pro vtraque tribu duorum filiorum suorum. Si autem erat aliquid, in quo deberent viri singularum tribuum aliquid agere, aut de singulis tribubus vnus mittendus erat, aut omnes facere id debebant vel multi. si autem omnes vel multi, ibant omnes de tribu Ephraim, & Manasse loco tribus Ioseph. sic factum est in benedictionibus vel maledictionibus ponendis super montem Hebal & Garizin. nam ibi Ioseph fuit positus, vt vna de tribubus benedicẽtibus. in hac autem benedictione & maledictione, non erat vnus vir de qualibet tribu solum, sed omnes erant congregati vel multi saltem. & sic ambę tribus essent simul in benedicendo, vel multi, de qualibet harum duarum. Si autem de qualibet tribu esset solum vnus vir, poterat hoc dupliciter effici. s. vt sorte dirimereẽ, de qua tribu iste vir mitteretur vel daretur, aut de tribu Ephraim poneretur, & sic factum est hic. nam de qualibet tribu, vnus vir solũ dabatur intraturus in Iordanem ad educẽdum lapidem vnum. & Manasses & Ephraim erãt hic vna tribus. s. Ioseph. vnus ergo duntaxat vir de eis mittẽdus erat, alioquin essent viri. 13. & totidem lapides. Nota distinctionẽ pulchram & memorię cõmendandã pro multi.

Magis tamen dicendum est, ꝙ vir qui introiuit in Iordanem, & qui poni deberet, quandocunque de vtraque tribu vnus esset, fuit de tribu Ephraim, quia ista tribus fuit principalior tribu Manasse: quamquã Manasses primogenitus erat Ioseph. hęc autem excellentia Ephraim super Manassen, Deo dante & pręnunciãte facta est. sic patet Gen. 48. cum benediceret Iacob hos duos, & poneret manum dextram super Ephraim ait Ioseph. non ita conuenit pater, quia hic est primogenitus. pone dextram tuam super caput eius, qui renuens ait. scio fili mi scio. & iste quidẽ erit in populos, & multiplicabitur. Sed frater eius iunior maior illo erit, & semen illius crescet in gentes.

Fuit etiam Ephraim maior quàm Manasses in deserto in castrametatione, quia Ephraim habuit vnum de 4. vexillis. Manasses autem nullum. sed potius Manasses fuit castrametatus sub vexillo Ephraim, vt patet

Tribus Ephraim fuit semp maior tribu Manasse.

tet Nume.1.& 2.cap. Fuit quoque maior Ephraim, q̃ Manasses, quia de Ephraim fuerunt reges, cum omnes reges Israel post diuisionem regni in Roboã, facti fuerint de stirpe Ephraim. quia primus rex eorum .s. Ieroboan fuit de Ephraitis, vt patet 3. Reg.13. c. ad Ephraim igitur circa talia pertineret excellẽtia, quòd de tribu eius mitteretur vir, & non esset sors inter Ephraim & Manassen. de computatione autem harũ tribuum quomodo se habeant, quando Manasse & Ephraim in vnam tribum colliguntur dictũ fuit Deuteron.27.cap.

Et præcipe eis, vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotum pedes. De medio Iordanis isti lapides tolluntur, quia ibi fuerunt sacerdotes tenentes arcã. vel secundum ꝙ alia litera habet, isti lapides tolli debebant de sub pedibus sacerdotum. hoc ad maiorẽ sanctificationem & conuenientiam signati miraculi. nã ponebantur lapides isti, vt essent in recordationem & signum posteris, quòd Deus transtulisset. 12. tribus per arentem Iordanis alueum. & quia hoc factũ est stantibus sacerdotibus in medio aluei Iordanis, vt tandiu aquę consisterent, quamdiu essent ibi sacerdotes cum arca: conuenientius erat tolli lapides de loco vbi steterant pedes sacerdotum.

De sub quorum sacerdotum pedibus debebant tolli isti. 12. lapides. Quæstio. IIII.

HIc cum dicitur de sacerdotibus, non exprimitur, an de sacerdotibus tenentibus arcam, vel de alijs. sed satis notum est de sacerdotibus arcam tenentibus intelligi. nam verum est, ꝙ alij sacerdotes transierunt per Iordanem, sicut populares. tamen non erat aliquis locus specialis pedum suorum, cum ipsi transierint per totum alueum Iordanis. hic tamen signatur specialiter aliquis locus, cum dicatur de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum. Item si intelligendũ esset de pedibus aliorum sacerdotum transeuntium, non esset maior ratio quare diceretur, vbi steterunt pedes sacerdotum quàm pedes populi. nam nihil amplius fecerunt sacerdotes non portantes arcam, quã populares. Cum tamen de sacerdotibus specialiter recolitur, necesse est aliquid speciale ad illos pertinere.

Item quia vbi steterunt, vel transierunt pedes popularium, transierunt pedes sacerdotum aliorum nõ habentium arcam.

Itẽ quia in litera dicitur, vbi steterunt pedes sacerdotum. sed manifestum est, ꝙ pedes sacerdotum non portantium arcam non steterunt in aliquo loco Iordanis, prout stare signat quietem vel mansionem, sed solum transierunt. hic tamen dicitur, ubi steterunt. necesse est igitur referri ad sacerdotes portantes arcã, qui steterũt in medio Iordanis, donec totus populus transiret, & postea educerentur lapides, atque iuberetur eis, vt exirent de Iordane.

An in transitu Iordanis fuerint aliqui sacerdotes præter illos qui portauerunt arcam. Et an sacerdotes seu Leuitæ in deserto fuerint multiplicati vel diminuti in quadraginta annis. Quæstio. V.

SED aliquis dicet frustra fuisse positam hanc distinctionem sacerdotum. s. quorundam portãtium arcam per Iordanẽ, & aliorum transeuntium simpliciter. nam omnes sacerdotes, qui tunc erãt, portauerunt arcam, & non supererant alij, qui transirent cum populo.

Ad hoc forte aliquis dicet non posse stare, quia in principio anni secundi ab exitu de Aegypto, quando

F facta fuit cõsecratio, erant sacerdotes Aaron Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. hi enim consecrati sunt, vt patet Exo.29. & Leui.8. nec erant plures qui consecrarentur, tunc de genere Aaron, vt declaratum fuit Nume.3.cap. nunc autem erat annus. 41. ab exitu de Aegypto. s. ꝙ interciderãt anni. 39. ergo in his tẽporibus medijs multiplicarẽtur isti sacerdotes ad satis magnum numerum, sicut fuit in multiplicatione Israelitarum in descensu in Aegyptum. nam 70. animę solum descenderunt, vt patet Exo.1. & Deuterono.10. & cum cõpleuissent ibi annos ducentos, & quasi quindecim, vt declaratum est Gen.15. & Exo.12. multiplicati sunt ad tantam summam, vt essent sexcenta millia peditum armatorum, præter senes & minores anno.20. vt patet Exo.12. & ibi, atque in 1.cap. eiusdem

G declaratum est. Proportionaliter ergo sacerdotes, qui erant quinque viri in 40. annis multiplicarent ad aliquam summam.

Aliquis respondebit non valere argumentum, qa in alijs Israelitis sic factum est: quoniam in principio anni secundi ab exitu de Aegypto computati sunt, vt patet Nume.1. & postea in anno 40. apud Iordanem iterum computati sunt, & tamẽ in tempore intermedio non creuerunt, quia non fuit maior summa in anno 40. quam in anno secundo. immo minor fuit anno 40. quia in anno secundo fuit summa totalis sexcẽtorum trium millium quingẽtorum quinquaginta. vt patet Nume.1. anno autem.40. fuit summa sexcentorum & mille septingẽti triginta. vt patet Nume.26. cap. & sic in summa anni secundi superãt ad summã

H anni 40. mille septingenti septuaginta. cum ergo isti in istis annis quasi.40. nihil creuerint, sed potius defecerint de primo numero eorum: de Leuitis & sacerdotibus satis patet fuisse verisimile, ꝙ non creuerit summa illorum. non ergo essent in transitu Iordanis. s. anno. 41. ab exitu de Aegypto plures sacerdotes, q̃ qui possent portare arcam.

Ad hoc respondendum est, non valere istam argumentationem, quia Israelitæ populares non fuerunt in maiori summa in anno 40. quàm in secundo, quia Deus protulerat sententiam, vt omnes qui fuerant de Israelitis numeratis ab anno 20. & supra morerentur in deserto, quia murmurauerant contra dominum.

I immo propter hoc detenti sunt 40. annis in deserto, alioquin immediate in secũdo anno intrauissent terram promissionis. de hoc Nume.c.14. facta ergo fuit tam magna plaga in eis, præcipue cum ex multis murmurationibus plures perierint, & in fornicationibus, cum Moabitarum & Madianitarum mulieribus, de quibus Num.11. & 14. & 16. atque 21. & 25.c. In Leuitis autem non fuit data ista maledictio, quia ipsi nõ fuerunt de numeratis a. 20. annis, cum non fuerint numerati cum reliquo Israel, vt patet Num.1. & dato ꝙ numerati fuissent per se, vt patet Num.3. tamẽ nõ fuerunt numerati ab anno.20. sicut populares, sed ab vno mense & amplius, vt patet Numeri 3.cap. etiam

K quia non fuerunt isti de viris bellatoribus. Sententia Dei tñ solum fuit ꝯ viros bellatores, vt patet Deut.2. c. non erat ergo idem argumentum in Leuitis, vt nõ augerentur ad magnam summam, quod fuit in reliquis popularibus. Item quia adhuc in tribubus Israelitarum non fuit facta simpliciter diminutio. nã quædam fuerunt in valde maiori numero in anno 40. ab exitu de Aegypto, q̃ in anno secundo, vt patet de tribu Manasse, cuius summa fuit in secũdo anno ab exitu de Aegypto triginta duo millia ducenti, vt patet Num.1. sed in anno.40. ab exitu de Aegypto fuit summa quinquaginta duo millia septingenti, vt patet Numeri 26. & sic in quibusdam alijs tribubus facta fuit maior summa in anno quadragesimo, vt patet conferendo

Determinatio Authoris.

rendo summas quę habentur Nume.1. summis quæ habentur Num.26.cap. Sed dicendum est, q quicqd horum fuerit in Leuitis, siue aliqua plaga inciderit, siue ex aliqua occasione non potuerint multiplicari, paruus fuit excessus eorum in anno .40. ab exitu de Aegypto ad annum secundum. nam in anno secũdo computatis omnibus Leuitis ab vno mense & supra, inuenta est summa 20.duorum millium, vt patet Numeri 3.cap.postea vero in anno 40. facta summa inuẽta est 20.trium millium, vt patet Nume. 26. soli ergo mille in 39.annis excreuerunt ad summam priorem.

De sacerdotibus ergo, qui erant minima pars Leuitarum,& quasi nulla: consequenter videtur dicendum probabiliter, quia parum excreuerunt. Ad aliquantum tamen maiorem numerum verisimile est eos excreuisse,sed quamuis excreuissent,adhuc poterant esse omnes cum portantibus arcam. non quidẽ, quòd omnes humeris suis portarent, sed q omnes portantibus adessent ad honorandum arcam. & hoc rationabilius est,quàm quòd sacerdotes portantes arcam soli irent, & alij sacerdotes transirent vno impetu cum popularibus.

Quare nõ fuerunt lapides plures, nec pauciores, qui asportati fuerunt de Iordane.

Duodecim lapides durissimos. Fuerunt duodecim in memoriam tribuum duodecim,ne si ponerẽtur pauciores, videretur aliqua de tribubus inter alias contẽpta.nec rursus debuerunt esse multi lapides,vt 30.vel 40.vt expressius hoc proficeret ad memoriam duodecim tribuum Israelitarum transeuntium per arẽtem Iordanis alueum. Si autem plures essent, non viderẽtur determinatè ad hoc esse.sic etiam & in alijs locis, vbi aliquid ponebatur ad memoriam Israelitarũ, semper ponebantur duodecim, vt patet in monte Sinai in modo confirmationis legis, præter altare ad sacrificia,erexit Moyses duodecim titulos lapideos per singulas tribus,vt patet Exo.24.cap. *Durissimos*. Istud nõ habetur in Hebræo.vocantur lapides durissimi, vt nõ frangerentur nisi difficiliter, vel delerentur, sed manerent in æternum in memoriam.

Quos ponetis in loco castrorum. Non posuerunt Israelitę lapides illos in exitu Iordanis in ripa, sed in loco castrorũ noctis ipsius. Alios enim lapides duodecim intra Iordanis alueum erexerunt, vt ibi etiam in testimonium essent, vt patet infra in litera.vocãtur loca castrorum.i.locus castrametationis. s. vbi Iudæi gradientes per noctem dormirent,ponentes ibi tentoria sua.illa autem tentoria multa simul castra vocantur.

Vbi fixeritis hac nocte tentoria. Iudæi transeuntes Iordanem non manserunt ad ripas eius castrametantes. nihil quippe ea die ambulauerant Israelitę:sed solum transierant,cum de mane egressi de tabernaculis suis transierunt alueum arentem Iordanis. profecti ergo ilico de ripa Iordanis, portantes secum lapides illos duodecim,quos eduxerant de flumine, ambulauerũt itinere,quod ducit in Iericho, & peruenerunt vsque ad agrum Iericho, qui postea ex circuncisione Israelitarum nomen accepit Galgala. ibi enim manserunt nocte ipsa & alijs diebus multis. nam quamquam bellatores ad multa loca tenderent, manebant castra in Galgalis,vt patet ex processu libri huius. ibi enim posuerunt lapides illos duodecim, & manserunt in memoriam eorum.locus autem castrorum ad quem nocte illa Israelitæ pergere debebant,non determinabatur a Deo,sicut in deserto præcedente nube, qua manente figebantur castra, & mota ea mouebantur, vt patet Exo.40.& Numeri 9.sed determinabatur ad voluntatem Israelitarum,scilicet determinabant quantum progredi vellent. & hoc dicebant Leuitis portãtibus arcam, qui præcedebant per duo millia passuũ, & cum illuc accederent,subsistebant. & eo modo,pgressus totus populus dirigebatur.

A *Vocauitque Iosue duodecim viros quos elegerat de filijs Israel*. Primo Iosue Israelitas eligere duodecim viros iussit,eosque elegerunt & Iosue præsentauerunt.ipse autem approbauit eos, & tunc dicitur vocauisse eos, atque mandasse,vt intrarent in Iordanem ad educendos lapides.12.

Ite ante arcam Domini Dei uestri. In hoc patet,de quo loco lapides educti fuerint,scilicet de conspectu arcę. & hoc est, quod supra dicebatur de medio Iordanis alueo de loco,in quo steterunt pedes sacerdotum, & non signat hic ante processionem in motu, sed accipitur pro coram: nam arca non mouebatur, tunc ad aliquam partem,sed manebat in medio Iordanis.

B *Quare de conspectu arcæ lapides fuerunt educti. Quæstio. VI.*

QVARE autem de conspectu arcæ lapides educti fuerunt poterat esse causa duplex. Vna quia forte non erat alius locus, in quo maiores & aptiores lapides essent in alueo toto ad erigendum in titulos, quàm in medio Iordanis apud sacerdotes tenentes arcam.

Alia causa est propter specialem memoriam huius facti.fuit enim positio ista lapidum ad memoriam eductionis, & transitus Israelitarum per arentem alueum Iordanis. Ista tamen facta sunt in virtute Dei, cuius gloria apparebat in arca: conueniens ergo fuit poni lapides in memoriam,qui fuissent ante arcam.

C *Ad Iordanis medium*. Quia ibi manebat adhuc arca: postquam Israelitæ omnes ad aliam ripam transierant, donec educerentur lapides. 12.& erigerentur totidem in Iordane. nam si exiuisset arca, præcipitarentur tumentes fluctus, & non possent lapides tolli inde,aut alij erigi.

Et portare singuli lapides singulos. Isti essent magni lapides quãtum quilibet virorum illorum portare possent: potissime quia viri isti essent de robustissimis in toto populo, cum electi fuissent ad ferenda onera magna. si enim lapides isti parui fuissent,ad nihil videbantur vtiles, quia non posset construi inde altare sufficienter,nec poterant erigi in titulos, sicut erecti fuerant tituli. 12. in monte Sinai, in loco confirmationis legis, ad memoriam. 12. tribuum, D quę ibi legẽ a Deo datam, & pactum vtrinque susceptum confirmauerunt cum Deo, vt patet Exo.12. & tamen isti lapides ad alterum istorum solum proficiebant.

In humeris vestris. In hoc signatur lapides fuisse magnos. Alioquin non oportuisset poni illos in humeris, sed in manibus portarent. & hoc fuit vsque ad ripam Iordanis. nam postea in itinere vsque ad Galgalam, vbi fuit locus castrametationis ipsius, vt patet infra. & sequenti capitu. in iumentis portati sunt. nequaquam enim suffecissent viri ad portãdum eos. nec erat aliquid quare magis portari deberent in humeris virorum, quàm in iumentis. nam & onera sacra aliquando portabantur super iumenta, vt in plaustris, sicut arca Domini quando portabatur de Ca- E riatharin in ciuitatẽ Dauid. tunc enim in plaustro nouo portabatur, & boues calcitrantes inclinauerunt eam,vt patet 2. Regum 6.& primo Paralipomenon. 13. capitulo.

Iuxta numerum filiorum Israel. Idest tot erunt lapides quot sunt filij Israel, scilicet duodecim, & in hoc signatur,quòd ponebantur isti duodecim lapides pro memoria filiorum.12.Israel, vt in recordatione posterorum maneret, quòd fecisset dominus transire Israelitarum duodecim tribus per Iordanem desiccatum.

Enumeratio beneficiorum quæ Deus dedit Iudæis, & quomodo pro singulis reliquit aliquod memoriale, vt non obliuiscerentur eorum Iudæi. Quæst. VII.

DEVS enim volebat, ꝙ beneficia ab eo collata Israelitis manerent in memoria. ideo posuit diuersa signa. Primo enim in Aegypto liberauit primogenitos Israelitarum ab angelo percutiente, qui ea nocte qua Israelitæ erãt egressuri, introibat in singulas domos percutiens omnia primogenita Aegyptiorum ab homine vsque ad pecus, ita vt nõ esset in toto Aegypto aliqua domus in qua non esset aliquis mortuus, vt patet Exo. 12. & quia istud fuit magnum beneficium collatum illis, existente sanguine agni pascalis in postibus domus cuiuslibet Hebræi, iussit Deus, vt quolibet anno die illo quo facta fuerat ista liberatio, fieret imolatio agni pascalis in memoriam huius, vt patet Exo. 12. & quia istud fuit magnum beneficium, non solum positum fuit istud signum, sed etiam mãsit redemptio primogenitorum humanorum, & immolatio primogenitorum pecorum, vt patet Exo. 13. & Nume. 3.

Fuit quoq; aliud beneficium in exitu de Aegypto collatum. nam Israelitæ fuerant in durissima seruitute Pharaonis, quæ vocabatur fornax ferrea Aegypti, vt patet Deuter. 4. & dicebantur habere cathenas in ceruicibus, quia nimis premebantur, vt patet Leuit. 26. & esse in ergastulo, vt patet Exod. 6. & quia hoc fuit magnum beneficium, iussit dominus, vt quolibet anno tempore exitus comederent Iudęi panes azymos per dies septem. nam in exitu de Aegypto premente Pharaone & seruis eius, non potuit massa fermentari, sed sic cõspersa portata est, vt patet Exo. 12. & in memoriam huius, quod in exitu fuit, comedere illis iussit per septem dies azyma, vt patet Deuteron. 16. s. septem diebus comedes absque fermento panem afflictionis, quia in pauore egressus es de Aegypto, vt memineris diei egressionis tuę de Aegypto omnibus diebus vitæ tuæ.

Aliud beneficium fuit in datione legis, quæ vt quidam computant, data est. 50. die post exitum de Aegypto, de quo diximus Exo. 19. & 24. & in memoriã huius fiebat festum pentecostes, quod apud Iudæos vocatur festum hebdomadarum, vt patet Leui. 23. c.

Alterum beneficium fuit patribus Israelitarũ collatum. s. ꝙ liberauerit a morte Isaac, cum volebat eũ Abraham immolare iubẽte Deo, & datus est pro eo aries, ut patet Gen. 22. cap. In hoc autem liberato oẽs Israelitæ liberati sunt. nam si ille mortuus fuisset sine liberis, nemo de Israelitis natus fuisset, cum omnes ab illo descendant: pro hac liberatione faciunt festũ clangoris, vt patet Leuit. 23. cap.

Alterum fuit beneficium Israelitis, quando fuit cõfirmatum pactum Dei cum illis in monte Sinai, & ipsi promiserunt obseruare legem a Deo datam, & in memoriam confirmationis pacti, mansit erectum altare lapideum, & duodecim tituli in memoriã duodecim tribuum, vt patet Exo. 24. cap.

Alterum fuit beneficiũ collatũ Israelitis in hoc, ꝙ annis quadraginta comederũt manna in deserto nõ habentes alium cibum, & in signum huius fuit reseruatum manna in vna aurea vrna capiente gomor, vt patet Exodi 16. & fuit posita ista vrna in arca fęderis, vt patet ad Hebręos. 9. ca. & declaratum fuit Exo. 25.

Alterum fuit beneficium collatũ Israelitis in hoc, ꝙ quadraginta annis duxit Israelitas dñs per desertũ educens de Aegypto, & faciens manere sub vmbraculis de ramis arborum. & in signum huius dedit, vt quolibet anno mense septimo celebrent dies septem manentes in vmbraculis factis de frondibus arborũ,

F vt patet Leuit. 23. cap. Alterum fuit beneficium in transitu Iordanis, & in memoriam huius fecit poni duodecim lapides in Galgalis, qui est locus non multum distãs a Iordane. s. vbi castrametati sunt die quo Iordanem transierunt, & alios duodecim in Iordane erigi fecit, vt patet hic in litera. *Nota miraculum stupendum de signis curruum maris rubri.*

Aliud beneficium fuit in transitu maris rubri, cum cernẽtibus Aegyptijs in comitatu magno curruum, & equitum atq; cęteri bellici apparatus, diuisit Deus mare, & transierunt Iudæi, Aegyptij vero post eos introeuntes submersi sunt. in memoriam huius manet vsque hodie insigne valde miraculum: orbitarũ nanque curruum Aegyptiorum signa, vt arenis tunc impressa sunt, ita vsque hodie tam in propinquis arenis, quàm sub aquis maris, humano aspectui peruia ma-
G nent, & si quo casu puluere confundi signa orbitarũ cõtigerit, mox Deo agẽte in figurã pristinã reuertuntur, ac si nouiter signa arenis impressa forẽt. hæc in sacra Scriptura non legũt, sed refert ea auctor certissimus Paulus Orosius libro primo de Ormesta mũdi. *c. 10. non longe a fine.*

Alia autem minora atque minus famosa Israelitis collata beneficia sunt, ideo illorum signa in recordationem posita non sunt.

Alia autem Deus reliquit Iudęis in signum & testimonium, sed non collatorum beneficiorum, sicut tabulæ conditæ in arca, in testimonium cõtra Iudæos manent, si negare vellent sibi traditam fuisse legem. *Nota alia signa minora in damnationem Iudæorum.*

Manet quoque contra Iudæos in testimonium virga Aaron quę floruit, vt recordentur Israelitæ quomodo Deus dijudicauerit inter eos de quæstione as-
H sumendi sacerdotij, ut patet Num. 17. c.

Manet quoque Deuteronomius, & carmen in latere arcę, ad testimonium contra Israelitas, ꝙ in nouissimis temporibus peccarent, immo & non lõge post mortem Moysi, de quo Deuter. 31. cap. De lapidibus ergo Iordanis eductis in memoriam sic factum est, hoc tamen ad collati beneficij memoriam pertinet.

Quid differt, cum dicitur iuxta numerum duodecim filiorum Israel, & cum dicitur, iuxta numerum duodecim tribuum. Et quòd nomine filiorum Israel propriè non intelliguntur Ephraim & Manasse: bene tamen nomine tribus, & quòd istæ differentiæ non semper seruantur in sacra Scriptura. Quæstio. VIII.

I

IVXTA *numerum filiorum Israel.* Non dixit iuxta numerum tribuum Israel, sed iuxta numerum filiorum Israel. Magna enim distãtia est inter ista; quia proprie accipiendo quando dicuntur duodecim tribus Israel, non debent comprehendi Leuitę, quia tribus dicit cognationem distinctam per sortem hęreditatis susceptam: Leuitæ autem non susceperunt sortem inter alias tribus, non ergo vocantur proprie vna de tribubus Israel.

Filij Israel dicuntur personæ, siue hæreditatem habeant siue non. & hoc modo necesse est Leui intelli-
K gi, quia ipse est vnus de duodecim filijs Israel. i. Iacob, & tunc non diuidetur Ioseph per Ephraim & Manassem, quia isti non fuerunt de filijs duodecim Iacob; sed ipse Ioseph pater eorum. Si quis autem objiciat, ꝙ nominatis duodecim tribubus Israel, intelligantur Manasses & Ephraim, & nominatis duodecim filijs eodem modo, quia Gen. 48. dicitur, duo filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti antequam venirem ad te, mei erũt Ephraim & Manasses, sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi.

Respondẽdum est, ꝙ Ephraim & Manasse fuerũt filij adoptati ipsi Iacob, & hoc quantum ad ius percipiendi æqualitatem hęreditatis cum alijs filijs Iacob, non tamen quantum ad hoc, ꝙ vocarentur filij sui: sic

patet

patet allegato.c.s. Ephraim & Manasses, sicut Simeō & Ruben reputabuntur mihi: reliqui quos genueris post eos tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur. Cum ergo absolute nominantur duodecim filij Iacob, non attento ad ius percipiendæ hæreditatis, non debent Ephraim & Manasses nominari, vel vocari filij Iacob. Ideo nominatis duodecim filijs Iacob, necesse est Leui intelligi, & non Manasse & Ephraim, sed solum Ioseph patrem eorum. Ista differētia tamen non obseruatur semper in sacra scriptura. nam Exo.28. cum diceretur de duobus onichinis, ꝙ ponerentur in eis nomina duodecim tribuum Israel, sex in quolibet eorum, & in duodecim lapidibus rationalis. dicitur etiam ꝙ essent nomina filiorū Israel subiunctum est, ꝙ essent nomina duodecim tribuū, nihil distinguendo inter nomina filiorum Israel, & nomina tribuum. Sic est hic: nam præceden.c. & sup. in principio eius dicebatur, ꝙ ad educendos lapides hos eligerentur viri per singulas tribus, vel iuxta numerū tribuum: nunc dr̄ ꝙ erūt viri isti iuxta numerū filiorum Israel, nihil ergo distinguitur hic, proprius tamen dicitur iuxta numerum filiorum Israel, quàm duodecim tribuum Israel ex causa supra data. *Vt sit signum inter vos.* Idest vt isti lapides sint signū ad recordationem transitus Iordanis per arentem alueum.

Triplex est signum in sacra scriptura, ad indicandum. Et ad quid fuerunt positi isti duodecim lapides in signum.

Quæstio. IX.

VOCATVR hic signum positio lapidum, non ꝙ signet aliquid futurum secundum, ꝙ communiter accipitur signum, sed vt est recordatiuū alicuius præteriti. Triplex enim signum ponitur. s. prænosticatiuum a prænosticando. i. futura signādo. & isto modo accipitur signū communiter in prophetis iuxta illud Esa. 6. dn̄s ipse dabit vobis signum. ecce uirgo concipiet &c. conceptio enim virginalis ponitur signum eius, quod prędicebatur regi Achaz de duobus regibus qui coniurauerant contra ipsum, & dabatur de re futura, sic accipitur signum Deutero.13. & 18. cum agitur de signis datis a prophetis.

Signum demōstratiuum est de re præsente quam ad oculum demonstrat, & sic pendulus ante tabernā, est signum, ꝙ tunc ibi vinum venditur, & sic vexillū est signum regis præsentis.

Signum tertio modo dictum est rememoratiuū, & istud pertinet ad res præteritas, & hoc modo crux est signum Christi. s. passionis Christi, quæ iam in prępteritum abijt: hoc tertio modo accipitur hic signum. nā lapides positi signabant apertum fuisse quōdam Iordanem transeuntibus Iudæis. Ponitur autem ista lapidum positio dupliciter hic signum, vno modo signū inter ipsos Iudęos, qui transierant Iordanem siccatū.

Ad quid fuerūt positi duodecim lapides in signum.

Alio modo est signum quantum ad posteros. nam Iudæis, qui transierunt Iordanem, non erant illi lapides ad deducendum in cognitionem alicuius, quoniam etiam illis non existētibus, cognoscebant quomodo fuisset transitus Iordanis, sed solum erant istis rememoratiua signa. nam aliquando Iudæi qui transierant Iordanem, non recordarentur, nec actualiter cogitarent de beneficio Dei in transitu Iordanis. Postea tamen videntes lapides illos, reducerentur ad recordationem huius facti, & actualiter considerarent, & hoc tāgitur hic qn̄ dicitur, vt sit signum inter vos. s. qui transiuistis Iordanem desiccatū. Signum aūt. s. rememoratiuum quantum ad posteros erat signum non rememoratiuum proprie, sed magis faciens venire in cognitionem, quia isti nunq̄ cognouerant de

A transitu Iordanis, & qn̄ viderent lapides illos, quærerent quid illud sibi vellet, & tūc rn̄dentibus patribus cognoscerent filij trāsitum Iordanis, si tn̄ non fuisset factum istud de lapidū eductione de Iordane, & erectione in Iordane, non habuissent posteri occasionē ad inquirendū, nec patres ad rn̄dendum, & sic nec eis cognitus foret transitus, nisi a casu enarraretur.

Et quando interrogauerint vos filij uestri. Omnes posteri vocantur hic filij, & quicunq; minores: vnde quandocunq; aliquis de iunioribus, qui nō transiuisset Iordanem, q̄reret de transitu Iordanis, quærens de lapidibus illis, dicebatur quærere filius: minores quippe respectu maiorū filij dn̄r, quia vno modo patres ꝓ ętatem computantur. Ista est causa principalis ꝑꝑ quam
B ponebantur ista signa. s. vt posteri cognoscerent magnalia Dei, & hoc quia ista signa inducerent eos ad inquirendū, & consequēter scirent causas, quę erant aliqua beneficia a Deo collata, sic patet de sanctificatione primogenitorū quædam redimendo, q̄dam immolando. nam posteri q̄rerent quid hoc esset cur fiebat talis redemptio, & tunc patres dicere debebāt, de seruitute eduxit nos Deꝰ in manu forti de Aegypto. nam cum induratus esset Pharao, & nollet nos dimittere, occidit dn̄s omne primogenitū in terra Aegypti a primogenito hoīs vsq; ad primogenita iumentorum, idcirco immolo dn̄o omne, qđ aperit vuluam masculini sexus, & oīa primogenita filiorum meorū redimo. sic patet Exo.13.c. sic quoq; oēs cęremoniales obseruationes principaliter ponebantur in signa
C ꝓteritorum beneficiorū. s. vt interrogarēt posteri cur ista fierent, & tunc rn̄derent parentes ista fieri, quia Deus liberauit Israelitas de Aegypto de dura seruitute, sic patet Deuter.6.c. *Filij vestri cras.* Signat hic cras oē tp̄s futurum, quia in quocunq; tp̄e interrogarent, dicerentur interrogare cras, imò non pōt hic accipi cras pro die sequenti: nam in die sequenti post transitum Iordanis, nullus de hoc q̄reret, quia esset tunc factum recentissimū, & nullius memoriam effugisset, nec esset tunc aliquis de Israelitis, qui Iordanem non transiuisset, sed magis cras tp̄s futurum post lōgā curricula notat. Sic heri signat aliq̄ omne tp̄s præteritum. Vnde cum apostolus vellet designare ęternitatē Messię, cum ipse sit persona diuina, ait ad hebręos.13.
D Christus Iesus heri & hodie ipse, & usq; in secula. per heri & hodie, non signauit duos dięs continuos, qm̄ manifestum est Messiam Christū, de quo Paulus loquebatur etiam sm̄ carnem fuisse ab pluribus diebus q̄ ab heri & hodie, sed voluit signare æternitatem, qđ patet ex adiuncto. s. vsq; in secula. *Quid sibi uolunt isti lapides.* Videntes iuuenes diligenter aptatos, & nō sine labore compositos, nescientes cām positionis eorū intelligent, non sine mysterio fuisse positos, qa q̄ diligenter & magnis cum laboribus facta sunt, nemo inaniter ageret. *Quid sibi uolunt isti lapides.* Quid volunt signare isti lapides? vel quid operantur hic? aut ad quid positi fuerunt? *Defecerunt aquæ Iordanis.* Hic erudiūtur Israelitę in forma rn̄dendi ad qōnem posterorum. s. defecerunt aquę Iordanis, non est sensus, ꝙ defecerunt aquę. i. ꝙ desiccatę fuerint aut consumptę. nam
E oēs aquę, quę in Iordane erant, introeunte arca domini manserunt in eo. Sed dr̄ defecerunt. i. defecerunt a continuitate: nam Iordanis cōtinue fluebat, & partes aquarum partibus copulatæ erant. accedente aūt arca. s. cum tincti fuerunt pedes sacerdotum portantiū arcam in parte aquę Iordanis, defecerunt aquę. nam quę inferiores erant, defluxerūt vsq; ad mare solitudinis, quę aūt superiores, eleuatę sunt in sublime, vt patet pręced. c. & hoc patet in litera hebraica, quę dicit hic. *Diuisæ sunt aquæ Iordanis.* Vbi nos dicimus. *Defecerunt.* Est tamen conueniens vocabulum quantum ad cursum

Cras hic quid significat.

Heri quid significat.

Ista prępositio ante, quot modis sumat.

cursum fluminum. nam in eis diuidi est deficere. in hoc enim fluuius continuatur in sua vnitate, quia partes partibus continuantur. deficiente ergo continuitate deficit vnitas fluuij. *Ante arcam fœderis domini.* Hic potest esse duplex sensus propter duplicem habitudinem istius propositionis ante. Vno modo signat antecessionem temporis vel motus, & est proprium consignatum suum, & tūc est sensus, ꝙ arca Dei moueretur per Iordanem, & isti viri pręcederent ante eā tollentes lapides de locis per quæ arca transitura foret. sed hoc falsum est, quia arca Domini manebat in medio Iordanis stans donec omnia ista fierent. steteruntque sacerdotes cum ea, donec dictum est illis, ꝙ ascenderent de Iordane, vt patet infra.

Alio modo ante signat præsentialitatem, & sumitur pro coram. s. ꝙ lapides isti tollerentur coram arca manente in medio Iordanis, & hoc est verum. istorum causa supra assignata est. *Cum transirent eum.* Idest Iordanem, & refertur istud transirent ad omnes Israelitas, & dicitur cum transirent. i. quando transituri essent. nam antequam introiret populus in Iordanem, diuisus est, vt patet præcedenti cap. (In quęstione. 6.)

Idcirco positi sunt lapides isti. Scilicet ad memoriam facti huius admirabilis ne obliuione deleatur, sed pseueret in cognitione posterorum. *In monimentum filiorum Israel.* Idest ad memoriam. dicitur monimentum memoria vel recordatio, a monendo dictum, vel monimentum. i. monens mentem, quia qn̄ talia posita videmus permonetur mens nostra ad inquirēdum qd illa sint. Et dicitur monimentum filiorum Israel dupliciter. s. actiuę vel passiue. ita vt ipsi recordentur per hęc, vel eorum per hęc recordatio fiat. vterque sensus est conueniens. Primus tangitur supra in litera. s. qn̄ interrogauerint vos filij vestri cras dicentes quid sibi volunt isti lapides &c. tunc enim deducebantur filij Israel, in cognitionem horum actiue, quia ipsi addiscebāt quid factum fuisset in Iordane. etiam hoc modo proficiebat in memoriam Israelitarum, quia ipsimet Israelitæ, qui Iordanem arente alueo transierant, aliqn̄ non cogitantes hoc si viderent lapides istos, reducerentur in memoriam & actualem cogitationē transitus Iordanis.

Alio modo intelligitur passiue. s. vt per istos lapides positos, esset recordatio de Israelitis transeuntibus. s. vt omnes gentes videntes hos duodecim lapides erectos, scirent per hos quō duodecim tribus Israel transierant per Iordanem arentem. *Vsque in æternum.* Scilicet vsque in valde magna tempora. nam q̄diu manserunt Iudęi in terra Chanaan, manserunt tituli lapidum. nullus. n. audebat eos deijcere, aut dispergere, ageret. n. ꝯ statum publicum & præceptum diuinum. Dicit aūt August. quō dicitur vsq; in æternū, cum cęlum & terra transeant, & quō potest esse in ęternum, cum ipsi non essent ęterni? R̄ndet, ꝙ forte ꝑ ęternū significatur aliquid alterū, aut id qđ in latino dr̄ in ęternum, in gręco dr̄ vsq; in seculum, qđ non signat ęternitatē, sed lōgum tempus, & ista est veritas. (Aeternum quid significat.)

Fecerunt ergo filij Israel, sicut pręcepit eis Iosue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt dominus ei imperarat iuxta numerum filiorum Israel, vsque in locum, in quo castrametati sunt: ibique posuerunt eos. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis domini, & sunt ibi vsque in præsentē diē.

F Sacerdotes autem, qui portabant arcam, stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur, quæ Iosue, vt loqueretur ad populum præceperat dominus, & dixerat ei Moyses. Festinauitque populus, & transijt. Cūque transissent omnes, transiuit & arca Domini: sacerdotes quoque pergebāt ante populum. Filij quoque Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, armati præcedebant fratres suos filios Israel, sicut eis præceperat Moyses, & quadraginta pugnatorum millia per turmas, & cuneos incedebant per plana, atque campestria vrbis Iericho. In die illa magnificauit dominus Iosue coram omni Israel, vt timerent eum, sicut timuerant Moysen, dum adhuc viueret. Dixitque ad eum. Præcipe sacerdotibus, qui portant arcam fœderis domini, vt ascendant de Iordane. Qui præcepit eis dicens. Ascendite de Iordane. Cumque ascendissent portantes arcam fœderis domini, & siccam humum calcare cępissent, reuersæ sunt aquæ in alueū suum, & fluebant, sicut antę consueuerant. (Num. 32. — G — H)

Hic ponitur secundum. s. præcepti executio quantum ad eductionem lapidum de Iordane, & vocant hic filij Israel, nō oēs de populo, sed soli duodecim viri qui ingressi sunt Iordanē. nam alij nihil habebāt qđ facerent, nisi eligere viros qui ingressuri erant in Iordanem, & hoc iam factum erat, quia post electionem factam, vocauerat eos Iosue, & iusserat introire in Iordanem: executio ergo ista, quæ hic ponitur, solū intelligitur quantum ad duodecim viros, qui introierunt in Iordanem, quia isti nondum executi fuerant hoc.

I *Sicut eis præceperat Iosue.* Præceperat eis tollere lapides duodecim de ꝯspectu arcæ de alueo Iordanis, & hoc fecerunt, vt litera replicat immediate. *Portantes de medio Iordanis.* In hoc apparet, ꝙ filij Israel non dicantur hic omnes Israelitæ, sed soli viri duodecim, quia non intrauerunt omnes Israelitæ in Iordanem ad tollendum inde lapides, sed soli duodecim, vt patet hic. *Vt ei dominus imperarat.* Idest Deus mandauit Iosue, vt præciperet Israelitis separare viros duodecim ad tollendum lapides duodecim de alueo Iordanis. *Iuxta numerum filiorum Israel.* Idest vt pro quolibet filiorum Israel esset vnus lapis in memoriam, accipiendo filios Israel pro personis, & non pro tribubus, & hoc modo Leui erit vnus de eis, vt dictum est supra.

K *An duodecim lapides qui positi fuerunt in Galgalis, fuerint positi singillatim in modum duodecim titulorum, vel simul in modum altaris. Et quanto tempore manserunt lapides isti. Quæst. X.*

De lapidibus istis quomodo fuerint erecti in loco castrametationis. s. an in globum vnum positi fuerint, vt in modum altaris, vel quilibet per se erectus fuerit, vt in titulum, non constat. nam poterat vtroque modo fieri. i. vt ex omnibus constitueretur vnum altare, vel vt quilibet esset per se, & essent duodecim tituli. Sed dicet

aliquis

aliquis quid horum rationabilius dictum est?

Respondēdum est, verisimilius atq; rōnabilius fore, vt ponerētur in modum titulorum.s. quilibet per se, quā vt ponerentur in modum altaris simul erecti. Primo, quia si ponerentur in cumulo vno ad formam altaris, reprӕsentarent aliquid, qđ esset pertinēs ad altare.s.ꝙ aliqua sacrificia solēnia facta fuissent ibi, vel aliquid simile, tñ non ponebantur ad hoc, sed ad signandum transitum per Iordanem arentem. Itē isti duodecim lapides positi fuerunt ad memoriam duodecim tribuum Israel, & ideo solum fuerunt duodecim, vt immediate haberetur cognitio tribuum duodecim. Alioquin non dixisset dñs tollēdos duodecim lapides iuxta numerū filiorū Israel, sed ꝙ tollerentur lapides, siue multi, siue pauci ad memoriam duodecim tribuum Israel. ergo oportebat tali modo disponi lapides istos, vt cognoscerentur esse duodecim. si tamen ponerentur in altari, non cognoscerentur esse duodecim, cum intra altare essent de eis lapides aliq. ergo non debuerunt poni in altari, vel aliquo tumulo, sed distincti, vt cognoscerentur. Item patet ex simili. nam in monte Synai, quando fuit facta confirmatio legis in memoriam duodecim tribuum Israel, erecti fuerunt lapides, qui non simul positi sunt, sed in duodecim titulos distincti fuerunt, sic dicitur in Exo. 24. quòd Moyses cōstruxit altare, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel, cum ergo hic ad memoriam duodecim tribuū fieret, erat rationabile duodecim erigi titulos. illi nāque duodecim lapides erigerentur in duodecim titulos, ita vt cognosci distincte possent pro duodecim tribubus positi.

Vsque ad locum vbi castrametati sunt. Refertur ad participium supra positum portantes. s. ꝙ isti duodecim viri portauerunt de medio Iordanis alueo duodecim lapides, & vsque ad locum castrametationis, non tamen est intelligendum, ꝙ isti duodecim viri portauerunt hos duodecim lapides vsq; ad locum castrametationis, quia castrametatio fuit longe a Iordane, cum in die qua transierunt Iordanem nihil ambulauerint, quia de mane surgentes transierunt Iordanem, & postea tota die ambulauerunt vsque ad noctem, & venerunt circa Ierricho.s. in Galgalis: non poterant tamen viri tota die portare lapides illos, immo non poterāt portare per aliquod spatium notabiliter magnū, sed imposuerunt eos iumentis, & sic portauisse dicuntur: fixerunt autem eos postea in loco castrametationis, vt manerent in memoria. fuit locus iste Galgala.s. circa Iericho in agro eius, qui postea ex circuncisione Iudӕorum sic appellatus est, vt patet sequenti capitu.

Ibique posuerunt eos. Sic enim iusserat dominus supra cum dicitur, quos ponetis in loco castrametationis, vbi figetis hac nocte tentoria. fuit autem ista positio, distincta eorum collocatio, ita vt essent in forma titulorum erectorum, & manserunt ibi toto tēpore quo Iudӕi possederunt terram, & quamquam de his lapidibus quomodo postea manserint nihil dicatur, tamē intelligendum est, ꝙ semper manserint, cum Iudӕi ibi fuerint, sicut dicitur infra de duodecim alijs lapidibus, qui fuerunt erecti in Iordane.s. qui ibi sunt vsque ad prӕsentem diem.

Alios quoque duodecim lapides. Supra fuerunt positi duodecim lapides extra aquas Iordanis, qui fuerunt educti ex ipso alueo. nunc ponuntur alij duodecim intra ipsum alueum erecti, & hoc fuit, quia Deus volebat haberi miraculorum suorum fidem, siue ex his quӕ erant in aqua, siue extra aquam, & tunc extra aquam duodecim lapides statui fecit. Ita & intra aquā similiter factum est, vt semper maneret eadem significatio duodecim tribuum, atque memoria.

A *An lapides duodecim, qui erecti fuerunt in Iordane, erant prius in ipso alueo, vel ducti sunt de ripa fluminis, vt communiter dicitur. Et quomodo erant collocati, ita vt videri possent.*
Quӕst. XI.

POSVIT *Iosue in medio Iordanis alueo*. Ex hoc aliqui habent occasionem errandi dicentes istos duodecim lapides fuisse adductos de extra Iordanem, & locatos in flumine, vt sicut de flumine educebantur ad ponendum extra, ita de extra inducerentur in flumen. nam si de flumine fuissent lapides, nō debuisset dici, ꝙ posuit eos ibi Iosue, sed ꝙ erexit, quia ibi erant: sed non erāt eleuati, vt apparerent, & Iosue fecit eos eleuari, Sed dicendum est B falsum esse. nam non videtur aliqua ratio, quare lapides qui erant extra Iordanem, inducerentur illuc, qa miraculum factum fuerat in alueo Iordanis, & non extra ripam, ideo lapides de extra sumi non videbatur rationabile.

Dicendum est igitur fuisse lapides istos in alueo Iordanis, sicut priores: alioquin expressisset Deus debuisse sumi de extra, quoniam ipsi alias intelligerent sumendos fore de alueo, sicut priores. litera tamē nō secuta fuit proprietatem dictionis, quoniam dici debuisset erexit duodecim alios, & nō, posuit duodecim alios, quia positio signat, ꝙ res nō fuerit prius ibi, vbi collocatur: erectio signat, ꝙ res ante ibi fuerit, sed nō habuerit eūdem situm.s. depressionis & eleuationis. C De his duodecim lapidibus nō iubetur, ꝙ duodecim viri erigerent eos in alueo Iordanis, sicut inde tulerūt duodecim priores, sed dicitur ꝙ Iosue eos posuit.

Non est autem intelligendum, ꝙ Iosue eos per se erexerit, quia ipse solus hoc efficere nō valeret. Tum quia ipse erat princeps totius Israel, & ipse per se non faceret ista opera corporalia. Sed dicitur fecisse, quia fieri iussit, vel quia oīa quӕ fiunt sub ducatu alicuius principis, ipse facere dicitur. Et sic dicitur de Salomone, ꝙ ӕdificauit tabernaculum siue templum dñi, & domum saltus, vt patet 3. Regū. 6. & tñ Salomon qui rex erat, horum nihil per se faciebat, sed artifices iussu eius. De his lapidibus duodecim dicendum est, ꝙ fuerint valde magni: non enim fuerunt sicut priores: D illi enim non erant valde magni, cum quemlibet eorum duceret vir vnus super humerum suum. Isti tamen si parui fuissent nihil proderant, quia ponebātur ad memoriam facti huius de transitu, ideo apparere debebant. nam signum neminem ducit in cognitionem, nisi cum videtur: si tamen parui essent, nunquā viderentur in aquis Iordanis, potissime, quia fuerunt positi in medio aluei: ideo necesse fuit esse magnos lapides. Et erant erecti in sublime appositis sibi aliorū lapidum fulcimentis, ne cadant aqua impellente. Ad hos lapides erigendos multi de Israelitis cōuenissent, non.n. sufficiebant duodecim viri priores, ideo nō iubentur duodecim viri hos erigere, sicut de alijs duodecim lapidibus prioribus dictum est, sed dicit quòd Iosue fecit. s. multi de populo ad mandatum eius.

E Isti lapides taliter erecti sunt, quòd quando Iordanis paruo alueo continetur, capita sua extra aquas erigunt, vt duodecim discernantur. Cum aūt maioribus terminis Iordanis distendatur, nisi pluuioso impetu, aut liquefactarum niuium turbido tumore obscurus sit, conspiciuntur inter ipsas aquas, ita vt quocunque modo, liberum sit cuicunque, illos duodecim lapides intra alueum sitos inspicere. *Lapides isti duodecim in alueo Iordanis videntur hodie a trāseuntibus, & ꝙ de illis Ioannes locutus sit Mat. 3.*

De his duodecim lapidibus communiter dicitur a doctoribus, quòd locutus fuerit beatus Ioannes Baptista cum ait. potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahӕ. & valde rationabile est, qa ista loqueba-

quebatur Ioannes stans apud Iordanem, venientibus ad se, vt baptizarētur ibidem, & quia isti lapides duodecim erant insignes, magis demōstraret hos quàm alios, de hoc Matth. 3. c.

An licuerit Iudæis erigere duodecim lapides in Iordane, & totidem in Galgalis, cum videatur lege vetitum erigi titulos, & lapidem insignem. Et quòd cum aliqua persona esset approbata, licebat ei erigere titulos, & altaria. Quæst. XII.

QVAERET aliquis circa hoc, quomodo Iudæi potuerint erigere lapides istos duodecim in Iordane, & duodecim alios in Galgalis. nam hoc erat vetitũ, vt patet Leu. 26. nec insignem lapidem ponetis in terra vestra: vocātur autem lapides insignes. i. magni & eleuati, atq; distincti a ceteris, ita vt ad aliquid specialiter positi videantur. Ita autem erat de his duodecim lapidibus, q erant positi in Galgalis. erant namque insignes, quia alias non viderentur distincti a reliquis ad signandũ id, quod intendebatur per eos, sicut Deus volebat signari. Idem est de alijs duodecim, qui erant in Iordane: isti enim insigniores erãt, cum essent, ita magni, quòd existentes intra aquas videbantur.

Ad hoc dicet aliquis, quòd non erat vetitum erigi lapidem insignem simpliciter, sed erat vetitum eleuari illum ad adorandum eum, si patet Leui. 26. in eadē litera. s. non ponetis lapidem insignem in terra vestra ad adorandum eum, ergo licebat alijs modis poni.

Respondendum, ꝙ adhuc non licebat cuiquã erigere tales lapides vllo modo: etiam si non erigeret ad adorandum. nam iste finis improbatur tanquam dãnatus valde, & quia ad istum finem multi ponere consueuerunt, tñ etiam illicitum est, quocunque modo poni. sic patet Leui. 26. cum dicitur. non erigetis titulos. ibi enim simpliciter negauit licentiam erigendorum titulorum, non adijciens si ad adorandum, vel alias erigerentur. ergo isti lapides, qui erecti erant in titulum, non licite erigebantur.

Aliquis respondebit; ꝙ quamquam ista lex generalis sit, tamen aliquibus personis licuit erigere titulos, sicut patet de Iacob, qui ter erexit titulos. Primo in Bethel, vt patet Gen. 28. cum dicitur, tulit lapidē quē supposuerat capiti suo, & erexit in titulũ fundēs desuper oleum. & postea subiungitur, & lapis iste quem erexi vocabitur domus Dei. Iterum autem in Bethel erexit titulum Iacob, rediens de Mesopotamia, vt patet Gen. 35. cum dicitur. ille vero erexit titulum lapideum in loco, in quo locutus fuerat ei dominus, libãs super eum libamina, & fundens oleum. Iterum autē erexit titulum in sepulchro Rachelis vxoris suę apud Bethleem. de hoc Gen. 35. cum dicitur. erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius: hic est titulus monumenti Rachelis vsque in præsentem diem.

Item Moyses erexit titulos duodecim in mōte Synai, vt patet Exo. 24. Similiter ergo liceret hic erigi titulos. Respondendum est ex hoc nihil induci, quia lex de non erigendis titulis, nec ponendis lapidibus insignibus, data fuit in anno secundo ab exitu de Aegypto in mōte Synai, cũ sit in Leuitico, & oēs illæ datę sunt in mēse primo anni secũdi egressionis de Aegypto, vt probatũ fuit Leui. 1. & 26. atque 27. Iacob tamē per valde multos annos ante hoc erexit titulos. Moyses quoque erexit titulos in monte Synai, ante datam legem hanc, quia tituli illi fuerunt erecti in cōfirmationē legis, quæ fuit in anno primo egressionis de Aegypto mense tertio, vt patet ex declaratis Exo. 24. & aliqualiter in litera. non ergo tenebantur hac lege, cum lex ante promulgationem suam neminē obligare posset: tempore autem quo erecti fuerunt

F isti tituli, siue in flumine, siue extra, erat data lex, cũ fuisset data Moysi in monte Synai, ergo obligabat. Ideo respondendum est, non fuisse simile de Iacob & Moyse; & alijs qui titulos erexerunt post datam legem, quia qui postea fuerunt, obligati sunt.

Sed dicendum est istos licite egisse, quia Deus iussit eis erigere hos titulos. sed obediens Deo iubenti, nunquam peccat: Deus autem iubens primo nō erigi titulos, nunc iussit, quia ipse non potuit sibi imponere legem a qua recedere non posset, quia cum par in parem non habeat imperium, & Deus non sit se ipso maior, non potuit obligare seipsum etiam si vellet, quia includit contradictionem, quia inducens vinculum est maioris potestatis, quàm ille cui inducitur. Hæc autem vera sunt per modum legis, ꝙ nemo

G possit seipsum obligare, potest tamen seipsum obligare via conuentionis, vel alias: maxime qa Deus iubendo, quòd erigerent Iudęi nunc titulos, non egit in destructionem legis, sicut dicitur secundum leges humanas, ꝙ priuilegia non destruunt legem cōmunem, sed sunt præter intentionem illarum, cum sint leges priuatæ. *Priuilegia non destruunt legem, sed sunt leges priuatæ.*

Item dato, ꝙ non reducatur istud pręceptũ ad modum priuilegij, tamen adhuc nullo modo militat cōtra legem illam, quia intentio legis illius erat, vt non erigerentur tituli ad adorãdum, nec lapides insignes, cum autem hic constet non fuisse erectos lapides ad adorandum, sed ad memoriam Israelitarum transeũtium per arentem Iordanem, licebat ergo fieri.

H Cum autem arguitur, ꝙ non solum non licebat erigi lapides ad adorandum, sed etiam nullo alio modo licet. Dicendum est, ꝙ totaliter vetabantur ista, quia quamquam aliquis non faceret hęc ad adorandum, tamen non constabat: ideo pręsumebatur, ꝙ ad adorandum faceret, nisi esset talis persona, de qua nō dubitaretur, ꝙ faceret ad adorandum nequaquam, sed ad alium vsum. ideo cum aliqua persona nō suspecta esset, licebat ei erigere titulos.

Simile est de fabricatione altaris, quia nemini licebat facere altare: sed conuenire debebant omnes ad immolandum victimas suas in altari vno, quod erat in loco quem elegisset dñs, vt patet Exo. 20. & Deut. 12. & Leui. 17. hoc autem erat ne daretur occasio ido

I latrandi. ideo quando erat persona approbata, licebat ei immolare in alijs locis, sicut fecit Helias in monte Carmelo coram sacerdotibus Baal, vt patet 3. Regũ. 18. c. idem patet de Samuele, qui aliquando sacrificabat in Masphad, vt patet 1. Reg. 7. aliquãdo in Ramatha, vt patet eod. c. aliqñ in Bethleem, vt patet 1. Reg. 16. & in quocũque loco vellet: ipse enim erat famosissimus propheta tpis illius, vt patet 1. Regum. 3. cap.

Alijs tamen qui non erant personę approbatæ, nō licebat hoc facere, ꝙ si facerent occiderentur, sicut factum est cum duæ tribus & dimidia extruxerunt altare apud Iordanem, tunc enim insurgebant contra eas in pugnam reliquę tribus. vt patet infra 22. c.

K Dicēdum ergo, quòd hic licebat his tribubus omnibus facere, quia mandauerat Deus: etiam quia si nō iussisset poterant facere, cum de omnibus non erat pręsumptio vlla, potissime pręsente Iosue: ipse enim propheta erat domini, de quo nō erat dubium, quòd nihil ageret contra Deum. *Cōclusio.*

Quomodo lapides poterant uideri intra fluuium. Quæst. XIII.

CIRCA lapides duodecim supradictos si quis quærat, quomodo poterant intra Iordanē manere in memoriam cum non videantur. Rñdendũ est, ꝙ vident̄, & hoc qa sunt valde magni & erecti, ita ꝙ capita eorũ plerũq; emineant.

Aliquis

Aliquis forte dicet non esse valde magnos lapides, sed facile est eos apparere, cum sint circa ripam Iordanis modicum depressi in aqua. Dicendum est nõ posse stare, quia lapides isti non sunt in ripa, sed in medio Iordanis alueo, vbi est maior aquarum profunditas, & impetus: vt patet immediate, cũ dr̃: posuit Iosue duodecim alios lapides in Iordanis alueo, in loco vbi steterant pedes sacerdotum. ergo necessario redeundum est ad modum supra assignatum, s. ꝙ lapides isti valde magni erant, & imminebant aquis. *In medio Iordanis alueo.* In loco illo lapides magni erant, & non duxerunt eos Israelitæ aliunde, ideo nihil fecerunt in eis, nisi ꝙ erexerunt eos cum iacerent, & sic non viderẽtur. Etiã dato, ꝙ aliqui lapides viderentur in fundo Iordanis ꝑspicuis aquis, tamen non distinguerentur ad quid ibi essent: immo non viderentur ad aliquid esse, cum nulla humana industria positi constarent. Erecti fuerunt igitur in sublime, vt ipsa eorum positio signaret eos ad aliquid signandum locatos fore. *Vbi steterant pedes sacerdotum.* In medio Iordanis sacerdotes portantes arcã steterunt vsq; ad cõsummationem omnium horum quæ fiebant, & hoc ne viderentur formidare, cum se in maiori fluminis profunditate, & impetu aquarum ponerent: si enim in ripa quasi formidantes manerẽt, populo occasionem tribuerent formidandi. *Et ibi sunt vsque in præsentem diem.* Sicut positi sunt ab Israelitis, ita manserunt, & quamquam Iordanis plenis ripis interdum magnos motus agat, tamen lapides illi inconcussi manent, hoc autem Deo volente fit, vt in memoriã manerent posterorum. nam licet fulcimenta aliqua Israelitæ cuilibet lapidi circumposuerint, difficile tamẽ erat lapidem solitarium nullo pondere pressum intra fluctuum magnitudinem manere inconcussum. Dr̃ vsq; in præsentem diem, quia liber iste nõ fuit scriptus a Iosue, cũ hic agatur de morte Iosue, & funere eius: ista tñ ipse nequaquã descripsit. de his ĩ. 24. sed postea magno tpe liber iste descriptus est, vt quidam dicunt ab Isaia, vel vt alij volunt a Samuele: de quo diximus Deut. vlt. in fine. A quocunq; aũt horum liber scriptus fuerit, satis magnum tempus est, inter tp̃s quo lapides isti positi sunt, & liber scriptus: manebant tñ eo tpe quo liber scriptus est, vt patet hic, nec solum tunc, sed ẽt tpe Christi manebant, cum sacri doctores asserant tpe Christi baptistã Ioannem loquentem Israelitis dixisse demonstratis his lapidibus: potẽs est Deus de his lapidibus suscitare filios Abrahę, isti etiã forte ad hodiernum diem manent. *Sacerdotes autem qui portabant arcam stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur.* Isti sacerdotes manebant in Iordane, quia eis præsentibus manebant immotę Iordanis aquæ, si autem ipsi exiuissent, cursu solito aquæ discurrissent, ideo quousq; oĩa complerentur, manebant sacerdotes tenentes arcam. ipsa tñ nihil horum faciebat, vt tenerentur, vel non tenerentur, quia virtus nulla erat in ea similium effectiua. faciebat tñ Deus ista præsente arca, quia gloria sua manifestabatur in arca, & vt videret, ꝙ Deus Hebręorum faciebat hęc, cum pręsente arca, q̃ erat insignium suum faciebat, absente autem illa nihil faciebat. stabãt aũt sacerdotes in medio Iordanis ex causa supra assignata. *Donec omnia complerentur.* Dicuntur oĩa completa, s. transitus populi per alueum Iordanis, & ingressus duodecim virorũ pro duodecim lapidibus, & erectio aliorum lapidum duodecim in alueo Iordanis. Et adhuc completis his sacerdotes non exibant cum arca quousq; iussum est, vt ascenderent de Iordane. *Quæ Iosue vt loqueretur ad populum præceperat dominus.* Idest, donec complerentur oĩa quę dñs præceperat Iosue, vt loqueretur Israelitis, & sunt omnia supra posita.

Lapides isti duodecim sic erecti itra Iordanem manebant tpe Christi, & manent vsque ad pręsentẽ diẽ.

Et dixerat ei Moyses. Idest non ascenderunt sacerdotes portantes arcam de Iordane, donec complerentur omnia, quæ iusserat dominus, & quæ dixerat Moyses Iosue.

Quæ fuerunt ista quæ locutus fuerat Moyses Iosue, de ijs quæ postea facta sunt in transitu Iordanis. Quæst. XIIII.

SED dices quæ sunt hęc? Rñdendum est hoc intelligi de introductione Israelitarum ĩ terram quam possessuri erant. nam Moyses petierat, vt Deus daret ei licentiam ingrediendi in terram vltra Iordanem, vt patet Num. 27. & Deuter. 3. ideo autem noluit ei dare propter peccatum ad aquas cõtradictionis in Cades, vt patet Num. 20. & dixit, ꝙ Moyses non transiret Iordanem, sed Iosue transiret, & introduceret populum illuc. Hæc eadẽ verba dixit Moyses moriturus Iosue, confortando ipsum ad transeundum Iordanẽ, vt patet Deuter. 31. c. & sic est sensus, ꝙ non recesserunt sacerdotes de medio Iordanis alueo quousque complerentur omnia, quæ Moyses dixerat Iosue, s. introductio Israelitarum in terram possessionis suę. nam prius transierunt omnes Israelitę, q̃ transiret arca dñi, & hoc fuit introduci Israelitas in terram possessionis suæ, sicut dixerat Moyses. Ad quod sciendum, ꝙ terra duorum regum Amorrhęorum, q̃ erat añ transitũ Iordanis, erat pars terrę Chanaan, vt declaratum fuit supra 1. ca. & pars terrę promissionis. hanc autem possidebant duæ tribus & dimidia, s. Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, vt patet Deute. 3. cap. & dederat hanc eis Moyses. reliqui autem Israelitę, s. nouem tribus & dimidia, nondum habebant aliquam partem possessionis suæ, quia tota terra ante Iordanẽ pertinebat ad Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manasse. cum vero transierunt Israelitę Iordanem, incœperunt manere in terra possessionis suę: facere ergo quòd transirent Iordanem, erat introducere eos in possessionem suam, & hoc fecit eis Iosue, quod impletum fuit antequam exiret arca de Iordane. Quod autem Iordanis sit medius inter terram pertinentem ad duas tribus, & dimidiam, patet ex verbis Rubenitarũ, & Gaditarum, vt patet infra 22. ca. cum dicitur. terminum posuit inter nos, & vos dominus o filij Ruben, & Gad Iordanem fluuium, ideo partem non habetis in domino.

In qõ. ... & 23.

Festinauitque populus, & transiuit. Ista est recapitulatio superiorum. nam supradictum fuerat præcedenti c. ꝙ transiuerat totus populus per arentem alueum Iordanis, & in principio huius dicitur, quibus transgressis dixit dominus ad Iosue &c. Iam ergo trãsierant, cũ post eorum transitum facta fuerint ea, quæ supra enarrata sunt, fuit tamen facta ista recapitulatio ad notandum contentionẽ populi transeuntis, s. ꝙ velociter transierit. dicitur populus festinasse in transeundo, quia erat magna multitudo, s. plurium, quam sexcentorum millium virorum bellatorum, pręter senes & iuuenes minores anno. 20. & fœminas, vt patet in computatione quę habetur Num. 26. ipsa enim facta fuit in fine anni 40. ab exitu de Aegypto paulo ante transitum istum, erat ergo multitudo quasi innumerabilis, & si nõ trãsiret velociter, moraretur multum transeũdo. Etiam festinauerunt: quia eadem die conuenerunt inter se, ꝙ irent vsque in agrum Iericho, s. in Galgalis, & non possent illuc vsque transcurrere, nisi festinate transirent Iordanem. patet hoc, quia non determinabatur nunc quantitas dietę, & locus castrametationis a nube mota super eos, sicut in deserto, sed ipsi determinare debebant de vtroque, & tunc dicebatur portantibus arcam, ꝙ ad talem locum figerent castrorum notam, & ibi consistebat vniuersus Israel. *Cumque transiuissent omnes.* Idest postquam transierunt. nam dum ipsi transibant, manebat arca in medio Iordanis.

Transiuit, & arca Domini. Non est sensus, quòd immediate, vt transiuit populus transiret arca: prius enim cōpleta sunt omnia quam transiret arca; & tamen transeunte populo, nondum erant omnia completa, cum post hoc educti fuerint lapides duodecim de Iordane, & alij duodecim fuerint erecti ibidem, vt patet supra. Item subintelligendum est hic id, quod infra ponitur, s. ꝙ præciperet Iosue sacerdotibus, ꝙ ascenderent de Iordane, & tunc ascenderunt. *Sacerdotesque pergebant ante populum.* Non potest hoc intelligi per Iordanem, qn dum populus transibat, sacerdotes portantes arcā nō fuerunt moti. Modus autem huius fuit, quia sacerdotes primo intrauerunt in aquas Iordanis, nondum patente alueo, sed ad eorum primum ingressum patuit: tunc ambulantes vsque ad medium aluei Iordanis ibi substiterunt, & dum hęc fierent, manebat populus in ripa Iordanis nihil gradiens. Cum autem sacerdotes substitissent in medio alueo, incęperunt proficisci Israelitæ præcedentibus Rubenitis, & Gaditis, atque dimidia tribu Manasse, sed dū populus moueretur, mansit semper non mota arca in medio Iordanis. Quantū ergo ad hoc non præcedebant sacerdotes populum: sed refertur ad iter post transitum Iordanis. Nam existente toto populo ad ripas Iordanis, mansit ibi diuisus per turmas suas, & non fuit progressus quousque arca ascēderet de Iordane, & pergeret ante populum spatio duum millium cubitorum, vt dictū fuit supra. *Filij quoque Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse armati præcedebant filios Israel.* Istæ duæ tribus & dimidia pręcedebant omnia castra Israelitarum, & hoc quia sic promiserant Moysi coram toto Israel.

Quare Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse præcedebant reliquas tribus. *Quæst.* *XV.*

CAVSA autem præcessionis suæ erat duplex. Prima erat, vt alij Israelitę confiderent magis de fide eorum. nam si manerent in posteriori extremitate castrorum, dubitarent reliqui Israelitę, an redire vellent in terram suam, quam iam possidebant pacifice ante Iordanis transitum ad Orientem, præcedentes autem totum exercitum tollebant hanc præsumptionem.

Vide de hoc et supra 1. c. q. 6.

Secunda causa erat propter hostes, quia erant iam Israelitæ in terra hostili, in qua timebant forte subitaneum hostium incursum ex insidijs, & quia totus populus procedebat cum vxoribus suis, & armentis, totaque supellectili, nō erat promptus ad subitaneos incursus bellicos. Rubenitę autem & Gaditę, atq; dimidia pars Manasse prompti ibant ad bellum, quia non portabant paruulos, nec vxores, armenta, nec reliquā supellectilem: omnibus quippe relictis in terra sua ante transitum Iordanis, accincti veniebant ad pugnam, vt patet Nume. 32. & supra primo. ideo isti conuenienter erant in castrorum fronte.

Obiectio ad superiora diluitur. *Quæst.* *XVI.*

SED dices non fuisse istam causam, nam tūc daretur, ꝙ sic fuerit ordo in deserto, vt isti præcederent omnia castra, sicut hic. sed falsum est, qa semper præcedebat ibi vexillum filiorum Iudæ, & ibi tres tribus cum eo Ruben autem, & Gad in secundo vexillo gradiebātur: Manasses autem sub tertio vexillo filiorum Ephraim, vt patet Num. 2. & 10. cap. Responderi potest, ꝙ in deserto non fuit ordo pugnantium, sed magis itinerantium, ideo non oportuit esse aliquos in fronte exercitus expeditos ad pugnam. Sed adhuc non stat hoc. nam cum Israelitæ peruenerunt in terram duorum regum Amorrhæorū, in qua

F eis pugnandum erat, & pugnauerunt contra reges illos, donec delerent omnes habitatores terrę illius gladio, vt patet Numeri 21. & Deuteron. 2. & 3. erat apparatus bellicus Iudæis necessarius, sed non pręcedebant Rubenitæ, & Gaditę, atque dimidia tribus Manasse accincti, sed semper filij Iuda.

Dicendum ergo est, ꝙ Rubenitæ, & Gaditę pręcedebant accincti Israelitas propter insultus hostiles, & hoc non fuit in deserto, non quidem quasi non esset necessarium, sed quia esse non poterat. nulli namque tunc erant expediti ad pugnam qui pręcederent, sicut factum est nūc. nam Rubenitæ & Gaditę, & dimidia tribus Manasse, nunquam fuerunt expediti ad pugnā, quousq; acquisita fuit tota terra duorum regum A-

G morrhæorum: tunc enim relictis ibi cūctis quę ad eos pertinebant, potuerunt expediti transire Iordanem, quamquam autem in toto deserto fuisset necessarius bellicus apparatus præsentibus hostibus, tamen nulli expediti pręcedere castra poterant, cum nulli essent: præcedebat ergo vexillum filiorū Iuda in ordine suo. Ex hoc autem patet, quòd mutatus fuit in trāsitu Iordanis ordo castra mouendi, qui fuit in toto deserto. nā in deserto erant quatuor vexilla, & sub illis duodecim tribubus distributa loca. In primo vexillo procedebat Iudas, & postea Isachar, deinde Zabulon. Secundum vexillum erat tribus Ruben, in quo procedebant Rubenitę, & consequenter de tribu Simeon, postea autem tribus Gad.

Ordo castra mouendi mutatus fuit in transitu Iordanis.

H Tertium vexillū erat in quo pręcedebat Ephraim, & postea Manasses, deinde Beniamin. Sub quarto vexillo præcedebat Dan, & postea Aser, deinde Nephtalin, & sic vt numeratę sunt tribus istę procedebant lōgo agmine, vt patet Num. 2. & 10. cap.

Nunc autem pręcedebant castra Rubenitę, Gaditę & dimidia tribus Manasse. Ratio autem mutationis huius est, quia in deserto erat processus viatorū, nunc autem est via bellatorum, & potissime, quia in deserto non erat aliquis expeditus ad pugnam. ideo in præcessione castrorum tenebatur ordo ſm dignitatem. nunc vero qa istę duę tribus, & dimidia expeditę erāt, expediebat eis committi frōtem castrorum, vt magis attenderetur vtilitas & necessitas, quā dignitas, potissime quia vnum alterum nō subuertit. ratio eius patet.

I

An ideo, quòd mutatus fuerit in transitu Iordanis ordo procedendi duarum tribuum, & dimidiæ, etiam mutatus fuerit totus ordo qui erat cum reliquis in deserto, & quid mutatum fuerit, & quid mansit. *Quæst.* *XVII.*

QVAERET circa hoc aliquis, an cum mutatus fuerit hic ordo procedendi pręcedentibus duabus tribubus & dimidia, fuerit mutatus totus ordo a priori statu qui tenebatur in deserto. Respondendum est non posse manifeste patere, cum litera nihil horum expresserit.

Sed videtur dicēdum rationabiliter, quòd nihil de

K priori ordine quantum ad alia mutatum fuerit. nam quandocunque debet fieri mutatio priorum statutorum, debet aliqua causa satis vrgens mouere ad mutationem eorum, & nunquam debet mutari statutum, vel lex, nisi pro alio manifeste meliori. Ideo si inueniatur alia lex, vel statutum æque conueniens, peccatum est propter illud mutari priora, nisi manifeste excedat priora: sed adhuc non semper debet mutari lex, vel statutum quandocunque inuenitur aliud melius, sed magis debet interdum tolerari iniquitas legis si magna non sit, vt non assuescat populus ad continuam mutationem legum. nam cum sit consuetus sic exuere iugum legis de collo suo, fiet indomitus & ino-

Mutari statutum & legē non debet nisi cū causa vrgentissima & pro alia meliori statuto & quæ causa.

& inobediens legibus bonis, quæ dantur mutatis prio A ribus, ita vt nullum toleret legem bonam vel malam, melius tamen est ferre aliquales leges, quam nullas: ideo mutatio legum rara esse debet, sic declarat Arist. 2. Politic. cap. de politia hipodamij Eriphontis. sic autem erat hic, quòd ordo progressus Israelitarum erat valde conueniens: si ergo debebat nunc mutari, oportebat apparere aliquam causam, & conuenientiorem dare ordinem: ideo dicendum est non fuisse mutatū, cum nihil tale appareat. Item dato, ꝙ Israelitas ordinari sic, vel sic in processu castrorum esset indifferens, tamen postquam semel datus esset ordo, non deberet mutari sine causa rationabili & vrgēti: maxime cum different sic, vel sic ordinatum esse exercitum.

Erant autem ordinatę tribus Israelitarum in procedendo s. in ordinem quendam valde rationabilem, & B non erat conueniens ordinari aliàs, vt particulariter declaratū est de qualibet tribu Num. 2. c. Nō decebat ergo mutari, nisi ex aliqua causa multum manifeste rationabili. In Rubenitis autem, & Gaditis, & dimidia tribu Manasse sic erat, ꝙ eos pręcedere conueniens erat, cum accincti forent ad pugnam, vt dictum est: aliæ tamen tribus, quantum ad hoc non habebant aliquam differentiam, ergo non debebant a priori ordine mutari. Dicendum est ergo hic duo fuisse mutata, quantum ad ordinem præcedendi, s. istas duas tribus, & dimidiam, quantum ad ordinem aliarum tribuum, & arcam cum Leuitis, quantum ad reliqua quę erant in Sanctuario.

De duabus tribubus, & dimidia, dicendum est, C quòd incœperint pręcedere, & quia tribus Ruben habebat in priori ordine vnum de quatuor vexillis totius castrametationis, quod erat in secūdo loco, habebet nunc alterum: sed in primo loco, & sub eodem esset tribus Gad, quia sub eodem in priori castrametatione manebat, esset quoq; sub eo dimidia tribus Manasse, quæ prius erat sub vexillo Ephraim. Alia autem tria vexilla priora, s. Dan, & Ephraim, & Iudæ manebant, vt prius: quamquam deficeret dimidia tribus vexillo Ephraim, sed in hoc nihil differebat, tribus tamē Simeon quæ quondam fuerat sub vexillo Ruben manebat extra illa 4. Sed dicendum est, ꝙ reciperetur in vexillo tribus Iuda: quoniam sic factū est de sorte eius. nam Simeon erat parua tribus, & Iuda erat magna, at- D que possidens magnam sortem, ideo recepit Simeonem intra sortem suam, vt patet inf. 19. cap.

Secundum quod mutatum fuit hic ab ordine priori, erat arca respectu totius Sanctuarij. ordo namque progressus Leuitarum, & sacerdotum in deserto erat, vt pręcederent sex tribus, quæ erant sub duobus vexillis, & tunc Leuitæ sequerentur portantes Sāctuarium cum omnibus vasis suis per officia sua, post eos vero sequebantur aliæ sex tribus cum duobus vexillis, vt patet Nume. 2. & 10. capitu. vnde tunc portabatur arca a Chaathitis in medio castrorum progredientium, nūc vero ipsa pręcedebat totum populum cum Leuitis duobus millibus passuum, vt patet præcedenti c. Causa autem præcessionis arcæ satis declarata fuit pręcedenti cap. E

In q6. 7. & 8.

Armati præcedebant. Dicebantur istę duę tribus, & dimidia pręcedere armatę, quia accinctę ad pugnam, s. expediti bello, reliquæ vero portabant filios, & vxores, & reliqua quæ eorum erant: ideo non erant armati, idest expediti ad pugnam, vel vocantur armati, quia vere armati ibant. nam præcedebant in fronte exercitus propter subitaneos incursus hostiles, ideo conueniebant eis arma, sed erat leuis eorum armatura, quia pedites erant: peditibus autem leuis conuenit expeditio.

Pulchra obiectio ad quæsiti superioris conclusionem.

Quæst. XVIII.

SED dicet aliquis, ꝙ non conueniebat Israelitis habere accinctos viros ad pugnā in fronte exercitus, cum Deus dixisset eis, quia mitteret terrorem in omnes Chananæos, & fugerent a facie eorum non audētes resistere, vt patet Exo. 23. & Deuteronom. 7.

Respondendum est, ꝙ quamquam Deus ista promiserit Israelitis, tamen non vetabatur humana cautela, & sedulitas in operando. promissiones enim Dei quantum ad ea sunt, in quibus non valet humana potentia: sed vbi discretio nostra, & robur sufficit, nō est attendenda diuina operatio. ideo Iosue omnibus modis humanę prudentię vsus est in actionibus bellicis: ideo enim exploratores misit in Iericho, antequam introiret in terram, vt patet supra 2. cap. & ad alia loca mittebat exploratores, vt sciretur loca quomodo capienda forent, vt patet infra 7.

Vbi discretio nostra, & robur sufficit nō est expectandi diuina operatio, immo vti debemus cautela, & sedulitate.

Item aliquādo ponebat insidias in bello, sed ista humanę prudētię sunt, vt patet ĩ. 8. licuit ergo facere Iosue quicquid humanæ fuit prudentię, & in reliquis de diuina sperare bonitate: alioquin nō debuissent Iudæi pugnare contra Chananæos, sed expectare, ꝙ Deus illos per se deleret. sed nihil tale erat facturus, quin potius daturus vires Iudęis, vt pugnarent contra eos, vt patet Deuteronom. 8. cum dicitur. ne diceres in corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meæ hęc mihi omnia contulerunt: sed recorderis domini Dei tui, ꝙ ipse tibi uires prębuerit, vt impleret pactum suum. cōueniens erat ergo Iudęis, vt haberent in fronte exercitus sui viros expeditos ad pugnam, cum intrauerūt in terram Chanaan.

Præcedebant filios Israel. Vocantur hic filij Israel non omnes qui nati sunt de Iacob, sed solum nouē tribus, & dimidia. nam duę tribus & dimidia, non vocantur filij Israel, sed quòd ipsi ibant ante filios Israel, alioquin diceretur, ꝙ filij Israel ibant ante filios Israel.

Sicut eis præceperat Moyses. Hoc mādatum datum est Num. 32. cap. vbi duabus tribubus & dimidia, petentibus terram duorum regum Amorrhęorum Moyses dixit eis, ꝙ pręcederent filios Israel armati in terram Chanaan, & donec haberent illi in pace terram possessionis suę non redirent. si autem recusarent pactum istud, non poterant possidere terram duorum regum Amorrhæorum, sed alię tribus sibi erepturę erant, vt patet Num. 32.

Quadraginta pugnatorum millia per turmas suas. Idest de istis duabus tribubus & dimidia, iuerunt quadraginta millia pugnatorum.

An de duabus tribubus & dimidia, solum quadraginta millia pugnatorum transierint Iordanem, & an essent plures ibi bellatores. Et quòd nullus erat qui haberet sexaginta annos completos, vt ex computationibus ostenditur. — *Quæst.* XIX.

SED aliquis circa istum numerum pugnatorum duarum tribuum & dimidię dubitabit, quomodo dicatur: solum quadraginta millia processisse ad pugnam. nam omnes viri pugnatores ire debebant ad bellum relictis filijs, & vxoribus in terra ante Iordanem, vt patet Numeri 32. & supra primo cap.

Ad hoc forte aliquis respondebit, quòd in istis duabus tribubus & dimidia, non erant viri bellatores pręter quadraginta millia.

Sed falsum est, qa fuit facta cōputatio in istis tribus

anno quadragesimo ab exitu de Aegypto,cū Israelitę transituri essent Iordanem, de qua numeratione habetur Numeri 26.cap.& in hac inuenta est summa filiorum Ruben quadragintatria millia septingenti triginta. In tribu Gad quadraginta millia quingenti. In tribu Manasse erant quinquaginta duo millia septingenti, & quamquam hic assumenda esset medietas tribus,essent saltem viginti millia,coniunctis autem his tribus summis sunt plures, quam centum quinque millia virorum,non erant igitur solum quadraginta millia pugnatorum.

Ad hoc responderi potest dupliciter. Vno modo, quòd quamquam esset ista summa magna virorū de tribu Gad,& Ruben,& dimidiæ tribus Manasse,tamē non erant omnes ad pugnam apti,quia computabantur a vigesimo anno, & supra,& inter hanc magnam multitudinem reperti solum sunt quadraginta millia virorum fortium ad pugnam, & non est hoc contra præceptum Moysi,& Iosue.nam dixit Iosue, vt patet supra primo.vos autem trāsite armati ante fratres vestros omnes fortes manu.ideo quamquam esset summa virorum magna,quia tamen non erāt omnes fortes manu ad pugnandum, non fuerunt inuenti vltra quadraginta millia.

Sed hoc non stat,quia isti qui computabantur a viginti annis & supra,erant apti ad bellum, quoniā non computabantur illi qui valde vetusti erant, & inepti, omnes ergo tam in tribu Ruben, quàm Gad, quàm Manasse erant apti ad bellum, & cōsequenter omnes transire debebant Iordanem.

Item adhuc;dato quòd computarētur senes,& inepti ad pugnam,non potest dici,quòd hi computati in tribu Ruben, & Gad, & dimidia tribu Manasse, qui habentur Numeri 26.essent ex aliqua parte inepti propter senectutem.quod patet,quia in computatione facta in exitu de deserto apud Iordanem, quæ habetur Numeri 26.cap. nullus esse potuit, qui haberet annos sexaginta completos præter Iosue,& Caleb. Quod patet, quia in principio anni secundi ab exitu de Aegypto fuit facta computatio Israelitarum,vt patet Num. primo,& ista fuit ab anno vigesimo & supra:&sic nullus mansit tunc in Israelitis habens completos annos viginti qui non computaretur, omnes tamen isti numerati mortui fuerunt in deserto præter Iosue,& Caleb: sic patet Numeri 14. & Deuteronomij 2. sed clarius Numeri 26. tamen dicitur. hic est numerus filiorum Israel,qui descripti sunt ab Eleazaro sacerdote in campestribus Moab, inter quos nullus fuit eorum, q ante numerati sunt a Moyse, & Aaron in deserto Synai. prædixerat enim dominus, quòd morerentur in solitudine,nullusque remansit ex eis, nisi Caleb filius Iephone,& Iosue filius Nun:cum ergo nullus qui fuerit in prima numeratione potuit esse in secūda,& omnes qui in hac numeratione fuerunt computati,nondum attigerant annum vigesimum,quando fuit facta prima numeratio, alioquin numerati fuissent: sed ab illo tempore quo facta fuit illa numeratio prima vsq; ad secundam, transierunt quasi anni trigintaocto, & dimidius:ergo nullus eorum, quando fuit in secunda numeratione computatus, erat annorum sexaginta, nam maior ętate omnium horum qui computati fuerunt in numeratione secunda super Iordanem, nondum compleuerat annum vigesimum tempore primæ numerationis. Addantur ergo anni trigintaocto, & dimidius,qui interciderunt inter primam numerationem & secundam, cum vna fuerit in principio secundi anni exitus de Aegypto,vt patet Nume.primo. & alia circa finem anni quadragesimi,fient ad plus anni quinquagintaocto. & sic maior ætate qui in numeratione fuit facta super Iordanem, esset annorū quin-

F quagintaocto,vel quasi,sed in hac ętate sunt homines adhuc conuenientes ad pugnam, potissime homines illius temporis,in quo etiā in anno octogesimoquinto, vel nonagesimo erant potentes ad pugnandum, & gradiendum.Sic patet de Caleb infra 14.cap. cum dicitur.quadraginta annorum eram, quādo misit me Moyses de Cadesbarne ad explorādum terram. & infra dicitur, hodie octogintaquinque annorum sum, sic valens vt eo valebam tempore quo ad explorandū missus sum: illius enim temporis in me vsque hodie fortitudo permanet,tam ad bellandum quàm ad gradiendum. Nullus ergo de summa Rubenitarum,Gaditarum,& dimidiæ tribus Manasse,quæ habetur Numeri 26. erat senex, vel indispositus ad bellum, cum

G nullus annum quinquagesimum octauū excederet. non potest ergo dici,quòd quamquam essent plures, quam centum quinque millia computati, tamen in his solum quadraginta millia virorum fortium ad pugnam fuerunt.

Sed dicendum est, quòd erant omnes hi qui computati fuerant viri fortes, poterantque de his duabus tribubus, & dimidia procedere cum Israelitis plures, quàm centum decem millia virorum pugnatorum, tamen non processerunt,nisi quadraginta millia.

Sed tunc obijcies,quòd fecerunt contra mādatum Iosue dicētis supra primo.vos autem pręcedite armati ante fratres vestros omnes fortes manu.

Item facerent contra promissionem suam, quia nō solum ipsi promiserunt Moysi,quòd transirent Iorda

H nem,quando dedit eis terram duorum Amorrhęorū regum:vt patet Num. 32. sed etiam promiserunt hoc idem Iosue, nunc cum transirent Iordanem, scilicet, quòd omnes ipsi irent quocunque mandaret Iosue, vt patet supra primo.sed Iosue mandauit,vt omnes ipsi præcederent armati Israelitas,ergo omnes præcedere debebant,& præcesserunt.

Respondēdum est, ꝙ omnes viri computati de his tribubus,quorum summa habetur Numeri 26.obtulerunt se gratis ad transeundum cum Israelitis vltra Iordanem, & pugnandum pro eis,tamen Israelitę cęteri viderunt sufficiens esse, vt transirent quadraginta millia pugnatorum de electis totius Israel: cæteri vero manserunt in terra possessionis suæ,& proficiebant

I ad defensionem aliqualem terræ ab hostibus, & ad agriculturam: si tamen Israelitæ voluissent ducere plures pugnatores de Rubenitis,& Gaditis, plures duxissent. & iste est conuenientior modus respondendi.

Et dicendum,quòd in hoc nō est dubium aliquod, quia infra vigesimosecundo cap.aperte ponitur,quando consummatis bellis,& diuisione terræ dedit Iosue licentiam istis quadraginta millibus virorum de duabus tribubus & dimidia,quòd redirent in terram suā, dixit illis Iosue: in multa substantia atque diuitijs reuertimini ad sedes vestras,cum argento, & auro,ære, ac ferro,& veste multiplici: diuidite prædam hostium cum fratribus vestris. Et ita significauit, quòd multi alij de tribubus istis manserunt in terra duarum tri-

K buum & dimidiæ, cum quibus isti diuisuri erant prædam. & sic solum quadraginta millia pugnatorum de istis duabus tribubus, & dimidia transierunt Iordanem, cum reliquo Israel, & manserunt in terra illarum duarum tribuum, & dimidiæ forte plures, quàm sexaginta millia virorum potentium pręcedere ad pugnam,qui manserunt ad custodiam terrę propter timores hostiles, & vt terram colerent, & prouiderent paruulis,& vxoribus suis,& aliorū: & isti quoque colentes terram illam poterant in magna parte prouidere de victualibus reliquo Israel qui procedebat ad bella, cum terra duorum regum Amorrhæorū,in qua morabantur istę duę tribus, & dimidia,esset coniun-

De hoc & tetigit supra 1.c.q. 78. & magis determinate loquitur auctor, ꝙ tunc ꝑ illud dec. 22.infr.q. totius materiæ decisio est.

coniuncta Iordani, & huic terræ in qua bella q̃ Chananæos exercenda erant. *Per turmas suas.* In hoc designatur ordo istorum pugnatorum de duabus tribubus, & dimidia procedentium. Nã non ibant omnes sub vno globo cõfuso, sed per turmas suas, s. ꝙ ipsi omnes portarent primo vnum vexillum de quatuor principalibus exercitus, quod erat vexillum Rubenitarum. dein de tribus Gad portaret alterum vexillum suum. Idem de dimidia tribu Manasse, postea quęlibet istarum tribuũ esset distincta per familias, & familiæ per domos, & in qualibet familia, & domo esset vnum vexillum, siue signum, de his magis declaratum est Nume. 2. c. & iste erat progressus ordinatus per turmas. *Et cuneos.* Cuneus dicitur multitudo bellatorum simul debite coniunctorum, & dicitur cuneus a coeundo, idest cõiungendo, quia simul eunt, & hoc pertinebat proprie ad istas duas tribus, & dimidiã præcedentes, ibant quippe dispositę modo bellico. *Incedebant super plana atque campestria vrbis Iericho.* Idest tam Israelitæ simul, quàm duæ tribus, & dimidia præcedentes gradiebantur per plana, & campestria vrbis Iericho, totum spatium, q̃d a trãsitu Iordanis est vsq; ad vrbem Iericho, quoniam hæc pertinent ad territorium vrbis illius. Vocantur hic plana, & campestria loca quę totaliter plana sunt, & quæ aliqualiter aspera, & ista differentia obseruatur Numeri 33. vbi ponitur vna mansio in campestribus Moab, & postea ponitur alia mansio in planioribus locis Moabitarum, vbi campestria signant aliqua loca non totaliter plana: in Hebręo dicitur hic. *Incedebant per valles vrbis Iericho.* Hoc satis conueniebat, quia forte a Iordane vsque ad vrbem Iericho, est ascensus per valles, cum Iordanis fluat per quasdam magnas valles sicut supra declaratum est, cum ageretur de ortu Iordanis. Tamen beatus Hieron. qui optime nouerat terram hanc, vtpote qui eã pedibus ambulauerat, cognoscens dispositionem locorum a transitu Iordanis vsq; Iericho, posuit plana & campestria, quia sic via disposita sit, vt aliqualiter plana, & aliqualiter aspera sit. *In illa die magnificauit dominus Iosue.* Hoc refertur ad diem trãsitus Iordanis: tunc enim magnificauit eum Deus, idest fecit reuerendum, vel magnę existimationis apud filios Israel. nam videntes tanta mirabilia facta fore in ducatu suo, & eo præcognoscente, atque prędicente populo, existimabant omnes Israelitę eum valde magnum virum, & acceptum Deo, & iure honorandum atque timendum. honorandum quidem, quia dignus erat cum amicus Dei esset, & Deus cum eo tanta prospera ageret. timendum aũt, quia cum acceptus Deo esset, poterat multa in virtute Dei agere, sicut erat de Elia, qui orans fecit comburi duos quinquagenarios, & centum viros eorum, vt patet 4. Regum. 1. cap.

(Litera Hebraica.)

(In c. 3. q6. 36. 37.)

Israelitę ante hoc reputabant Iosue magnum virũ, cum Deus perhibuisset testimonium, quòd esset spiritum Dei habens, vt patet Numeri 27. & de eo dicitur, quòd sapientia plenus fuerit, vt patet Deuteron. 34. ca. nullum tamen gestum mirandum viderant, propter quod eum existimarent valde reuerendum, nunc autem viderunt aliquid quod eum magnum reddit.

Coram filijs Israel. Non solum coram filijs Israel magnificatus fuit Iosue, sed etiam coram Chananęis, qui auditis his timuerunt, & elanguit cor eorum, vt patet sequenti cap. in principio.

Vt timerent eum, sicut timuerunt Moysen. Dicuntur timere Israelitę Iosue, idest reuereri, vel timere, quia cum nondum aliquid Deus pro eo fecisset, poterant videri præcepta sua non magnæ auctoritatis, & posset ea quis contemnere, cum autem factum est miraculũ in transitu Iordanis, cognoscentes Israelitæ, ꝙ Iosue esset acceptus Deo, formidarent pręcepta eius transgredi, ne incurrerent indignationem Dei eo faciente.

A *Sicut timuerunt Moysen.* Idest tantum quantum venerati fuerant Moysen venerati sunt Iosue, & tantũ præcepta eius timuerunt. rationabile quidem videbatur, cum conspicerent in ducatu suo, tam solẽnia fieri miracula quanta facta fuerant sub Moyse.

Cum adhuc viueret. Ista litera potest intelligi ex superabundantia locutionis, scilicet, quòd nihil sententiæ inducat. nam manifestum est, quòd nunc Israelitę nõ timebant Moysen cum non esset.

Vel poterit sic induci, quòd Israelitæ timebant valde Iosue, scilicet tantum, sicut Moysen.

Ad quod diceret aliquis parum, aut nihil nunc timeri Moysen cum mortuus esset. Et respondebitur non comparari Iosue Moysi nunc mortuo, sed cum B viuens esset, scilicet, quòd tantum nunc timebatur Iosue.

Alio modo accipi potest ista litera proprie, scilicet, quòd tantum timeretur Iosue, sicut Moyses, quando erat viuens, & nunc quando erat mortuus.

Primo enim, quia poterat facere, quod vellet, orando Deum, nunc autem mortuus timebatur, quia ipse præcepta, & testimonia ĩ lege dederat quę timebant: quoniam quod ipse prædicebat certissime euẽturum erat: magis tamen timebatur cum viueret quam nũc, quia facilius poterat contra rebelles inuocare Deum, & punire, quam nunc, cum post mortem cura horum ad alterum pertineret, pręcipue quia seculares sola sensibilia attendentes, magis timent quem præsentem vident, quàm quem absentem nouerunt. Iosue autem C timebatur ab Israelitis tantum, sicut Moyses, & non sicut Moyses mortuus, quia hoc parum foret. sed tantum quantum Moyses cum viueret.

Dixitque ad eum. Idest locutus fuit Deus Iosue, semper intelligendum est esse Angelum qui loquitur: ad Deum enim ista pertinere non possunt. De modo istius locutionis dicendum est totaliter, sicut dicebatur de alia superiori, scilicet, quòd in aliqua nube Angelus fuerit locutus, & non in figura assumpta manifesta.

An vero ista locutio sit eadem cum superiori, idest, an ista verba dicta fuerint, quando dicta sunt superiora, non constat ex litera: satis tamen videtur dicẽdum, ꝙ non fuerint simul dicta, quia superiora pertinent ad D ingressum virorum in Iordanem, ista autem pertinẽt ad totalem exitum sacerdotum de Iordane, quę sunt diuersa tempora. *Præcipe sacerdotibus qui portant arcam.* Iosue pręcipiebat omnibus, siue sacerdotibus, siue laicis, quia erat rector omnium a Deo constitutus, & nõ solum super minores sacerdotes, sed etiã super sacerdotem magnum Eleazarum, vt patet Nu. 27. & hoc pręcipue, quia in veteri testamento non fuit distincta iurisdictio sacerdotalis, vel regalis, vel secularis, sicut distincta est in nouo testamento, sed ad principem laicum omnia iudicare pertinebat, causę horum fuerũt assignatę. ca. pręced. *Qui portant arcam fœderis.* Hi enim manebant in Iordane, & ad hos locuturus erat Iosue. (In q6. 16.)

Vt ascendant de Iordane. Idest, vt exeant de Iordane, & E accipitur conuenienter ascẽdere, quia sacerdotes erãt in parte profunda Iordanis in medio aluei, cum ergo tenderetur ad alteram ripam, ascendere erat. Iubebat autem Iosue ascendere sacerdotes, quia ipsi intrauerant in Iordanem ante populum, & mãserunt in medio aluei, dum totus populus transiuit: postea quoque dum educerentur duodecim lapides ad ponẽdum in loco castrametationis, & dum alij 12. erigerẽtur in medio aluei. his autem factis adhuc manebant sacerdotes cum arca nescientes, an aliquid agendum restaret, & ipsi manere deberent. omnibus ergo completis, iussit Iosue, vt ascenderent de Iordane. Iosue quoque quamquam compleuisset prædicta, nõ audebat sacer-

dotibus mandare, ꝙ ascenderēt de Iordane. nesciebat enim, an aliquid alterum restaret agēdum, quousque dixit Deus, vt ascenderent sacerdotes de aqua.

Qui præcepit eis. Mox vt Deus ei dixit, iussit sacerdotibus ascendere de Iordane. *Ascendite de Iordane.* Idest venite ad ripam.

An in transitu Iordanis volauerit arca super aquas Iordanis, rapiens secum sacerdotes vsque ad duo millia cubitorum, vt Rabbi Salom. affirmat. Quæst. XX.

RABBI Salom. dicit, ꝙ sacerdotes cum arca non venerūt ad ripam illam in qua erat totus populus Iordane transmisso, sed reuersi sunt ad ripam per quam intrauerant. & tunc cum fuerunt sacerdotes in ripa, cœpit Iordanis fluere, vt ante fluebat, ideo fuit inter sacerdotes, & reliquum populum Iordanis medius, & ad hoc, quòd trāsirent aquas, eleuata est arca in sublime, & volauit super Iordanem portans secum portitores suos. & non solum volauit super aquas, sed ēt trāsiuit super totum populum, vt transiret ad duo millia cubitorum vltra, quia supra iussum fuerat, vt præcederet arca populum duobus millibus cubitis. Et ex hoc dixit Rabbi Salo. ꝙ peccauit Oza volens tenere arcam Domini, qñ declinauerant eam boues calcitrantes. nam arca poterat tenere se, & portitores suos. Sed ista multum ficta esse vñr. Primo, quia nunquam est ponendū miraculum sine necessitate, cum sit peccatū per plura fieri, quod fieri potest per pauciora. vt patet 8. Topic. poterant tamen sacerdotes ascēdere de Iordane per ripam illam quam ascenderat populus, & non esset aliquod miraculum. cur ergo fieri debebat miraculum? hoc.n. erat multiplicari miracula inutiliter. si autem hoc volebat Deus, maius miraculum videbatur, quòd aperiret Iordanem, & transire faceret populum, deinde vt rediret, & concluso Iordane totum populum faceret volare super Iordanem, sed nihil horum fuit.

Item nō est hoc rationabiliter dictum, nam solum poterant ista sine miraculo fieri, sed etiam melius fiebant sine miraculo quam adiūcto miraculo, nā postquam sacerdotes fuerunt in medio Iordanis, ita faciliter poterant exire ad ripam in qua erat populus, sicut redire in ripam per quam intrauerāt. quòd ergo post hoc ad transeundum adderetur miraculum, scilicet, quòd volarent super Iordanis aquas, erat addere plura valde inutiliter.

Item non est verisimile. nam cum volatus sup Iordanem arcæ, & portitorum suorum magnum miraculum esset, non subticuisset scriptura: tamen subticuit. non fuit ergo aliquid tale factum.

Incitatiuum autem Rab. Salom. est, quia litera ista non dixit, vt transeant Iordanem, sed vt ascendant de Iordane. Sed hoc nihil est, quia congruentius est dicere, vt ascenderent, quam transirent. nam transire Iordanem erat ab extremo in extremum. nunc autem sacerdotes erant in medio Iordanis, ideo non ponebatur valde conuenienter. melius autem ponebatur, vt ascendant, quia erant sacerdotes in medio aluei Iordanis vbi est profunditas, ad quamcunque ergo ripam irent, erat ascendere magis, quam transire.

Item incitatiuum ad hoc nullum est. nam stāte ista litera, vt ascendant de Iordane, nihil magis signatur vna ripa Iordanis, quam altera, quia alueus erat profundior alterutra riparum, ideo ad quamcunque earū pergatur de alueo, est ascensus. *Cumque ascendissent portantes arcam.* Dum sacerdotes ascenderent de Iordane portantes arcam, & postquam ascenderunt, populus nihil mouebatur, quousque arca trāsiret per medium populi, & antecederet per duo millia passuum.

F *Et siccam humum calcare cœpissent.* Non dicitur hoc, tanquam ante cum transirent alueum Iordanis non pergerent per terram siccam. nam non solum fuerat aqua ablata ne flueret, sed etiam desiccata est planities aluei, ne inficerentur pedes transeuntium, vt supra præcedenti capitu. probatum est. & dicitur ibidem, sacerdotes qui portabant arcam, stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti: omnisque populus per arentem alueum transibat. vocatur tamen terra sicca, quam calcare cœperunt sacerdotes exeuntes de Iordane, quia illa non erat olim madens fluente Iordane super eam, sicut erat de aluei Iordanis terra quę erat prius semper madens.

Reuersæ sunt aquæ in alueum suum, & fluere cœperunt.

G Duo erant hic, scilicet, quòd aquæ reuersæ sunt in alueum, & quòd fluxerunt: nam aquæ Iordanis cessauerant fluere, vt transirent Iudęi, & nunc iterum fluere cœperunt, etiam quia in loco transitus Iordanis Israelitarum eleuatę fuerant aquę in sublime pendentes, ita vt viderentur inde procul ab vrbe quæ vocatur Adom, vt patet pręcedenti c. nunc autem reuersæ sunt in alueum, idest decreuit tumor ille, & redditę sunt ad hoc, vt continerentur intra ripas suas, sicut prius. hoc autem factum est, quando sacerdotes cœperunt calcare siccam humum, quia iam non erat expediens ad aliquid impediri Iordanem a suo cursu.

Sicut ante consueuerant. Sicut omni tempore fuerat natura fluxus. In Hebręo dicitur. *Sicut heri, & nudius tertius.* Idest, sicut heri, & a tribus diebus ante. & per hoc

H signatur totum tempus præteritum, in quo fluebat Iordanis. similes modi locutionis sunt in sacra Scriptura, vt patet Exodi quarto, cum dicitur. obsecro domine non sum eloquēs ab heri, & nudius tertius. hoc autem dicit pro tota vita sua, quoniam vox sua non erat conueniens ad proponendum coram magnis dominis ambassiatam.

Populus autem ascendit de Iordane decimo die, mensis primi: & castrametati sunt in Galgalis contra Orientalem plagam vrbis Iericho. Duodecim quoque lapides quos de Iordanis alueo sumpserant, posuit Iosue

I in Galgalis, & dixit ad filios Israel. Quando interrogauerint filij vestri cras patres suos, & dixerint eis, quid sibi volunt lapides isti? docebitis eos atque dicetis. Per arentem alueum transiuit Israel Iordanem istum, siccante Domino Deo nostro aquas eius in conspectu nostro, donec transiremus, sicut fecerat prius in mari rubro, quod siccauit donec transiremus, vt discant omnes terrarum populi fortissimam Dei ma-

K num, vt & vos timeatis Deum vestrum omni tempore.

Hic ponitur tertium principale, s. tpis determinatio s. quantum ad hæc omnia quę facta sunt, & dr̄ ascēdisse de Iordane, idest de ripa Iordanis, s. quia steterūt ibi expectantes, dum fierent positiones, & ablationes lapidum. & dr̄ ascendere respectu vrbis Iericho in quā tendebant: illa enim erat altior Iordane qui in valle quadam magna atq; depressa erat. vrbs autem Iericho erat altior. Alio modo potest intelligi, ꝙ ascenderunt de Iordane, i. ꝙ ascēderunt de alueo ad ripam, in quo erat ascensus, quia erat profundior alueus quàm ripa.

Vrbs Iericho erat in altum sita.

Et

Et istum sensum tenet Nicolaus. sed conuenientior A est præcedens, quia Israelitę non conuenienter dicuntur ascendisse de Iordane, idest de alueo, sed transiuisse Iordanem, quia ad hoc, ꝙ ascenderent de Iordane, requirebatur ꝙ mansissent in alueo, sed non fuerunt ibi aliquo modo stantes sicut sacerdotes, sed transeuntes. sacerdotes autem conuenienter dicuntur ascendisse de Iordanis alueo, quia ibi manserunt aliquantum expectantes. Dicuntur tñ Israelitę ascendisse ꝯuenienter de Iordane, idest de ripa eius ad loca altiora, s. ad vrbem Iericho, quia in ripa Iordanis manserunt expectātes donec figerentur lapides duodecim in alueo Iordanis, & tollerentur inde alii duodecim ad ponēdum in Galgalis. *Decima die mensis primi*. Assignantur tēpora transitus, s. in die 10. mensis primi. Non dr̄ hic cuius B anni fuerit iste mensis, quia satis induci vr̄ ex superioribus, cum dicatur in toto Pentateucho, ꝙ quadraginta annis manserunt Israelitę in deserto, & s̄. in Deute. cui continuatur historia libri huius, vt patet ex principio libri, dicebatur quomodo anno 40. mense 11. locutus fuerit Moyses verba illa quæ hn̄r in toto Deuteronom. vt patet Deuter. 1. c. cum ergo successerit ei Iosue immediate, vt patet Deutero. 34. & post mortem eius Deus locutus fuerit Iosue, vt patet s̄. 1. c. vr̄ ꝙ fuerit in 41. anno, & erat iste mensis primus eiusdem anni. Non enim potest aliquis dicere hunc esse mensem primum, anni 40. quia adhuc viuebant Aarō, & Moyses. nam Aaron mortuus est anno 40. ab exitu de Aegypto die prima, mensis quinti: vt patet Nu. 33. Moyses autem viuens erat mense 11. anni 40. nam tunc incępit declarare legem, vt patet Deuteron. 1. sed Iosue non transiuit Iordanem his viuentibus, vt patet s̄. 1. ergo non fuit transitus iste in anno 40. Item non potest dici, ꝙ fuerit iste transitus anno 42. quia tunc mansissent Israelitæ in deserto anno 41. Sed falsum est, quia tota scriptura assignat fuisse annos solum 40. vt patet Exo. 16. & Deutero. 8. Item daretur, ꝙ post mortem Moysi mãsissent Israelitæ apud Iordanem plusquam per annum. nam Moyses accesserat vsque ad Iordanē, vt patet Deuteron. 3. & ibi numerauit ipse cum Eleazaro totum Israel, vt patet Nume. 26. & hoc fuit anno 40. ergo si in principio anni 42. fuisset transitus Iordanis, mansissent Israelitę post mortem Moysi circa Iordanem magis quam per annum in eadem mansione, s. in Sethim, vbi mortuus est Moyses. omnia tamen ista inconuenientia sunt, ergo necesse est, ꝙ fuerit in anno intermedio horum duorum, scilicet in anno quadragesimoprimo egressionis de Aegypto.

Quare Israelitæ transierunt Iordanem die decimo mensis, potius quam alia die. Et quare iussit Deus Iudæis, quòd pararent agnum, die decimo. *Quæst.* XXI.

Sed aliqui quærunt, quare Israelitæ transierunt Iordanem die decimo mensis. Ad hoc dicunt quidam, quòd fuit, quia celebraturi erant Phase die quartadecima mensis primi, ad vesperū, & ad hoc accipere debebant agnum die decimo mēsis. Exodi 12. capit. ideo vt celebrare possent, venerunt E die decima. sic dicit Adamantius, & Glo. ordinar. s. nō sine causa signatur, quando venit Israel ad Iordanem. decima inquit die mēsis primi, hæc est ipsa dies in qua agni mysterium præcipiebatur in Aegypto, in eandē terram promissionis intrant. Sed dicendum, ꝙ nō est ista causa, quia licet verum sit, quod Iudæi celebraturi essent Phase transito Iordane, satis erat ad hoc, ꝙ die quartadecima mensis transirent, quia illa die celebrandum erat ad vesperum. Exo. 12. & Leuit. 23. Quod autem obijcitur Exod. 12. cap. ꝙ die decimo acciperetur agnus, Dicendum, ꝙ in illo die nihil agendum erat,

quod pertineret ad festum Paschale, quia illud incipiebat quartadecima die ad vesperū, s. ad solis occasum, vt patet Deuteron. 16. ca. & nunc ita factum est, vt patet infra in litera. s. fecerunt Phase quartadecima die mensis ad vesperum. & tñ Exo. 12. c. mandatum est, ꝙ acciperetur agnus die decimo, nō pro alijs vicibus, sed solum pro illa, quia tunc nouiter incipiebant, & forte si expectarent diem quartumdecimum, qñ celebrandum erat Phase, obliti essent parare, & non occurreret eis facere, quòd debebāt, ideo voluit Deus, ꝙ prius haberent paratum. Alia etiam causa fuit precipua, s. quia Iudęi recessuri erant de Aegypto illa nocte qua celebrauerunt Phase. Exo. 12. & Nume. 33. ca. & hoc sciebant Iudęi. Exo. 11. & 12. & cum pararent se ad recessum, forte obliuiscerentur parare ea quę pertinebant ad Phase, vel non possent: ideo fuit conueniens, ꝙ per quatuor dies ante haberēt agnum in domo, vt nō impediretur cęremonia Paschalis: postea autem nō fuit aliquid tale, ideo nihil obligabātur facere die decima. Sed dicendum, ꝙ ideo transierunt Iordanem die decimo, & non prius, neque posterius, quia manserunt Israelitæ apud Iordanem mortuo Moyse, quousque se ad transeundum parauerunt, & quia accidit factam esse totam parationem die decimo mensis, & nō prius, transierunt illo die, & ista est vera causa, & non aliqua pertinens ad significationem numeri denarij. *Et castrametati sunt in Galgalis*. Idest fixerunt tentoria sua in loco dicto Galgala. Est autem Galgala apud Iericho, vnde vocatur ager Iericho. sic patet sequ. c. nam cum essent Israelitæ in Galgalis, dicebantur esse in agro Iericho. Angelus enim nudato ense apparuit Iosue in Galgalis, & tamen dr̄, ꝙ apparuit in agro Iericho, vt patet sequenti c. Et ponitur hic istud nomen per anticipationem, quia non fuit vocatus locus iste Galgala, antēꝗ̄ Israelitæ illuc venissent, sed postea fuit ab euentu sic dictus, quia ibi circuncisio facta est, vt patet sequē. c. & ibi declarabitur causa nominis huius. fuerunt autem Israelitæ castrametati in Galgalis, quia non potuerunt venire vlterius die illa. Et potissime, quia quamquam vlterius potuissent peruenire, tñ non expediebat, quia ipsi pugnaturi erant primo cōtra vrbem Iericho. ideo enim miserant exploratores, & non expediebat transire vltra vrbem. Sciendum, ꝙ castrametari, idest figere, vel ponere castra dupliciter accipitur, quia aliquando est vnum verbū, scilicet castrametor, aris. Aliquando autem est verbum metor metaris, idest figere, vel locare, aut ponere, & castrum. Quod autem aliquãdo sint duæ partes patet Nume. 1. cap. cum dicitur: metabuntur autem castra filij Israel vnusquisq; per turmas suas, idest figent, vel ponent, & iterum ibidem cum ꝓficiscendum fuerit, Leuitę deponent tabernaculum, cum castra metãda fuerint, erigent. Necesse est, quòd metanda sit participium illius nominis castra, alioqn non esset sensus vllus. Ideo dicēdum est, quòd quamquam aliqui per ignorantiam declinationis cōponant istud verbum, tamen ipsum semper est simplex, s. metor, aris, sed magis ponitur cum isto nomine castra in plurali, quam cum alijs, ideo aliqui vnum verbum per compositionem putauerunt esse.

Castrametari quid significat.

Contra orientalem plagam vrbis Iericho. Idest Galgala est ad partem Orientalem Iericho. nam cum Israelitę intrauerunt in terram Chanaan transeundo Iordanem, fuit introitus per partem Orientalem procedēdo versus Occidentem, cum Iordanis sit in parte Orientali terrę huius: vt patet Numeri 32. cap. deinde cum procedebatur a Iordane in Iericho, erat ab Oriente in Occidentem. Erat tamen Galgala ante Iericho, ideo oportebat Galgalam ad Orientem esse Iericho, cum venientibus a Iordane in Iericho, Galgala sit in medio itineris.

Duodecim quoq; lapides quos de Iordanis alueo sumpserant. Fuerunt vigintiquatuor lapides sumpti ad denotationem huius miraculosi transitus, s. duodecim qui ablati de Iordane ducti sunt vsque in Galgalam, & duodecim alij qui erecti sunt in Iordane. dicitur hic de duodecim primis, ꝙ in Galgala positi fuerunt, s. in 12. titulos erecti, & distincti, ita vt cognosci posset, ad memoriam 12. tribuum Israel ista facta fuisse.

An lapides duodecim qui positi sunt in Galgalis, portati fuerint primo de Iordane in montem Hebal, & Garizin, vt Iudæi dicunt. Quæst. XXII.

CIRCA istos duodecim lapides Iudæi dicunt, ꝙ fuerunt portati in montem Hebal, & Garizin, vbi erat scribendum Deuteronomiũ, & ponendæ maledictiones & benedictiones solenniter, & super lapides illos scripserunt mãdata legis, & rursus de lapidibus illis facto altari immolauerunt hostias, & rursus venerunt in Galgalam portãtes illos duodecim lapides, quos posuerunt in signũ transitus miraculosi. Ad hoc autem adducunt, quod habetur supra in litera, s. donec complerentur quę Iosue, vt loqueretur ad populum præceperat dominus, & dixerat ei Moyses, s. ꝙ ista facta sunt antequam veniretur in Galgalam: sed Moyses præceperat Iosue, & Israclitis, vt transito Iordane ponerẽt maledictionem, & benedictionem in monte Hebal & Garizin, & scriberẽt Deuteronomium, & cętera quę habentur Deuteron. 27. c. & tñ hoc dicitur antequam dicatur, qũo Israelitę iuerint ad castrametandum in Galgalis. ergo oĩa hæc primo facta sunt, quam iretur in Galgalam, & habet aliqualem colorem, quia mandauit Moyses, vt trãsito Iordane ponerent lapides, & lęuigarent calce in monte Garizin, & ponerent ibi maledictiones, & benedictiones &c. putant ergo, ꝙ transito Iordane ista facta sunt. Sed dicendum est valde falsum esse, quod multipliciter inducitur. Primo, quia dr̃ lapides istos 12. fuisse ductos de Iordane in mõtem Garizin, & Hebal, & ibi linitos calce in altari positos, & debuisse describi ibi Deuteron, non enim fuerunt ijdem lapides, sed alij satis differentes. ideo non potest stare, quia Deuteron. 27. dr̃, ꝙ erigerentur in monte Hebal, & Garizin lapides, & non ꝙ ducerentur aliunde. si tamen isti lapides qui in Iordanis alueo fuerant, ibi ponerentur: non dicerentur erecti in monte, sed adducti ad locum illum. Item quia dicitur, ꝙ erigerentur lapides ingentes ad scribendum legem, & ad faciendum altare. sed cõstat non fuisse ingentes eos qui habebantur in Iordane, & inde ducti sunt ab Israelitis. vnus enim vir non posset super humerum suum valde magnum lapidem ponere, & educere de Iordanis medio ad ripam, non erant ergo isti. Item non potest hoc stare, quia dicunt quòd de eisdem lapidibus duodecim altare fabricatum est, & postea scripta fuerunt verba legis in eis, vel è conuerso, sed contra probatum fuit Deuteron. 27. s. quòd alij lapides erigerentur ad scribendum Deuteronomium, & alij ad altare fabricandum. Item non potest stare, quia hoc etiam dato necesse erat, ꝙ immediate, vt magno cum labore super lapides descriptus fuisset Deuteronomius, & calce lęuigati essent, destrueretur tota scriptura, & solueret cõpago dictorũ lapidũ, vt inde ducerentur in Galgalã, qa in galgala lapides 12. in memoria debebant manere, & sic confitebãtur Iudæi, sed non stant prędicta, s. ꝙ descripto Deuteronomio super lapides calce lęuigatos, lapidum solueretur compago, & ducerentur in Galgala, quia ideo describebatur Deuteronomius totus super lapides calce lęuigatos, vt maneret in memoria posterorum, ꝙ datæ fuissent maledictiones effractoribus legis illius, & benedictiones obseruatoribus. quomodo ergo maneret memoria vlla, si mox vt Deuteronomius descriptus foret, tolleretur calcis lęuigatura, & lapides inde ferrentur? Item dato, ꝙ non esset hoc in memoriam posterorum, sed qualitercunque ponatur, quid stultius erat quam tanto cum labore describere totum Deuteronomium super lapides calce lęuigatos, & mox totũ dissoluere? nullus enim hoc capit, quòd isti imperite phantasiantes non aduertunt. Item ad quid Deus iubebat plane & lucide Deuteronomium describi, si mox soluendus erat ablatis lapidibus?

Confutantur Iudæi in alia parte suæ opinionis, scilicet quantum ad itinerationem. Quæst. XXIII.

ITEM non potest stare vllo modo istud dictum, quantum ad alterũ, s. quòd primo iuerint in montem Hebal & Garizin, & fecerunt omnia hęc, & deinde venerint in Galgalam. Et primo quãtum ad itinerationem. nã mons Hebal & Garizin sunt coniuncti ciuitati Bethel, quæ est post Iericho, s. quòd venientes de Iordane in Bethel primo transeunt per vrbem Iericho: & postea interposita terra veniunt in ciuitatem Hay, & Bethel. quod patet ex processu libri huius, quia postquam Israelitæ ceperunt vrbem Iericho, miserunt exploratores contra vrbem Hay, vt patet infr. 7. & capta vrbe Iosue in monte Garizin, & Hebal fecit omnia quæ iusserat Moyses. & habẽtur Deuteron. 27. c. vt patet infra 8. ergo in die illa qua Israelitę transierunt Iordanem, non potuissent illuc vllatenus venire. nam in transeundo Iordanẽ Israelitæ satis morati sunt, cum omnes expectarent, quousque totus populus plene transiuisset alueum. deinde steterunt in ripa quousq; lapides duodecim in Iordane erecti sunt & alij fuerunt educti, vt ponerẽtur in Galgalis. in hoc ergo transijsset aliquãta pars diei, vix igitur potuissent peruenire in Iericho, quanto magis in mõtem Hebal & Garizin? Item dato, quòd suffecissent eo die ire vsque in montem Hebal, & Garizin, quomodo sufficerent, vt redirent ea die ad castrametandum in Galgalis? non videtur possibile.

Item dato, ꝙ esset vllatenus possibile, videbatur absurdum penitus, s. quòd primo irent in montem Hebal & Garizin, qui satis magis distabant quam Galgala: & deinde eadem die redituri essent in Galgalam retrocedendo, nulla ratio patitur.

Item quis nos cogit ponere hanc fatuam implicationem, s. vt dicamus lapides qui educti sunt de Iordane, fuisse positos in monte Hebal? cum horum nihil Moyses in Deuteron. 27. cap. iusserit, nec postea Deus præcepit Iosue. Itẽ dato, quòd omnia ista fieri debuissent, tamen fieri non poterant eadem die quod isti asserunt: etiam si de Iordane in montem Garizin, & Hebal venire suffecissent, & regredi in Galgalam. nã multa debuerunt fieri intermedia quæ requirebant spatiũ plus quàm vnius diei. nam in montibus illis erant Israelitę posituri maledictiones, & benedictiones solenniter, eo modo quo describitur Deuteronom. 27. cap. sed ad hoc aliquanta requirebatur mora, s. vt disponeretur populus in turmas suas diuisus ad benedicendũ, & maledicendum: vt patet infra 8. & Deuteron. 27. ca. Item in eodem monte solennes epulas facturi erant, & oblaturi holocausta, & pacificas hostias super altare factum. immolatio tamen ista plurium hostiarum & epulæ solennes populi requirebant saltem spatium diei medij. quomodo ergo in reliquo medio diei possent iter peragere veniendo a Iordane vsque montẽ Hebal & Garizin, atque redeundo in Galgalam? non erat intelligibile.

Confutantur Iudęi quantum ad constructionem altaris, de illis duodecim lapidibus Iordanis. Quæst. XXIIII.

AMPLIVS est maior absurditas, quia debebant cōstruere altare de lapidibus istis duodecim, vt ipsi referunt, & offerre holocausta, & postea super eos calce lęuigatos, describere Deute. hoc tamen nequaquam stat, etiam si prędicta manerēt, qa magna scriptura est totius Deuteronomij quā scriba satis velox calamo suo vix duobus, vel tribus diebus celeriter transcribens conficere posset in papyro, quanto magis super lapides? cuius comparatio nulla est in tarditate, & velocitate, fortassis enim indigerent ad explendum hęc Israelitę diebus 10. vel 12. Nec valet si quis dicat, sola decem pręcepta in lapidibus illis describenda fore, sicut quidam Iudæi astruxerunt, quoniam Moyses dixit, vt possit in eis scribere omnia verba legis huius, legem autē hanc vocabat demonstrans eam, quam tunc recitabat, scilicet Deuteronomium, & illa erat distincta a lege data in monte Synai, sic patet Deuter. 29. cum dicitur, hęc sunt verba fęderis quod præcepit dominus Moysi, vt feriret cum filijs Israel in terra Moab, pręter illud fędus quod cum eis pepigit in Oreb. non ergo poterat intelligi decalogus per hanc legem quam tunc nominabat Moyses, quia erat distincta a decalogo. Quod autem hanc legem, & totam eam describere deberent in lapidibus, patet infra 8. c. cum dicitur, scripsit super lapides Deuteronomiū legis Moysi, quod ille digesserat coram filijs Israel, totum tamē Deuteronomium super lapides scribere multorum dierum opus erat.

Item quia non qualitercunque, sed lucide, & plane scribenda omnia erant, vt patet Deuteron. 27. sed hæc moram magnam, & attentionem expectabant. Item non suffecissent 12. lapides illi qui de Iordane educti fuerant, vt super eos scriberentur hęc, quia scriptura valde multa erat, lapides autem parui, & pauci, quamquam ergo calce liti forent, forte ad medietatem nō sufficeret scriptura. Item non stat hęc facta fuisse antequam iudæi castrametarentur in galgalis. nam vt patet ex ordine literę, primo deuētum est in galgalam, & facta circuncisione pugnatum est contra Iericho, & capta est ciuitas Hay, suspenso autem rege eius facta est solennitas in monte Garizin, & Hebal, vt patet vsque ad finem 8. c. huius libri. non potest ergo dici fuisse prius illa facta, quam castrametaretur populus in galgalis: nisi forte astruatur anticipatio, & tn̄ hoc non stat, quia nunquam recedendum est ab ordine literę, nisi ex causa necessaria, s. quia in litera patefit, ꝙ sit anticipatio, vel recapitulatio, vel necessario inducitur, aut includetur aliquod inconueniens, nisi ordinē literę permutatum anticipatione aut recapitulatione dicamus, hic autem nihil tale est, immo posita anticipatione multa inducuntur inconuenientia, quorum quædam in superioribus explicita sunt, quorum nullum esset stante ordine literę. Item dato, ꝙ qualitercū que vellemus facere anticipationē, vel recapitulationem nō potest poni, quia quędam adiunctiones sunt, quæ tollūt omnem anticipationem, & recapitulationem, vt connotationes temporalis ordinis aut actus, vt post hoc. hoc ante hoc, quibus positis non stat anticipatio, vel recapitulatio, sed sic, vt signat scriptura, alioquin eam mendacem efficimus, cum ipsa ordinē suum declaret. Alię quoque similes connotationes sunt temporum, vt tunc, ipso die, illo in tempore, eodem anno, & huiusmodi, sed hic ponitur quædam talis connotatio, ergo non potest dici facta anticipatio vel recapitulatio, vt patet infra 8. cum dicta fuisset subiugatio vrbis Hay, & crucifixio regis eius, subditur, tunc ædificauit Iosue altare domino Deo Israel in mō-

Non est recedendum ab ordine literę, nisi cum necessitate.

Nota quæ sint cōnotationes tēporalis ordinis, aut actus, quæ tollūt anticipationē, aut recapitulationē.

A te Hebal, ergo sequitur non posse poni factum ante suspensionem regis illius. nulla ergo erat anticipatio, aut recapitulatio.

Solutio ad duo motiua illius opinionis Iudæorum. Quæst. XXV.

ITEM litera quam Iudæi inducunt in probatione horum nihil adiuuat eos, sed potius obstat, s. donec complerentur quæ Iosue, vt loqueretur ad populū pręceperat dominus, & dixerat ei Moyses. nam si hoc modo Iudæi ex hac litera arguere vellent, cum ista litera dicat non ascendisse sacerdotes cū arca de alueo Iordanis, donec complerentur omnia B quæ pręceperat Deus Iosue, vt loqueretur ad populum, & dixerat ei Moyses, inducetur, ꝙ ante iuerunt Israelitę in Galgalam, & in Garizin, & Hebal, fecerūtque ibi holocausta, & positis maledictionibus, & benedictionibus descripserint Deuteronomium, quàm sacerdotes ascenderent de Iordane. Sed tunc quomodo daretur, ꝙ Israelitę irent in tam longinquum relictis sacerdotibus in alueo Iordanis? & ad qd opus erat manere sacerdotes ibidē semper diuiso Iordane? valde enim absona sunt. Item non pręcederet arca Israelitas duobus millibus passibus, vel cubitis, sicut dominus iusserat pręceden. c. Item non possunt hęc stare, quia quando ponebantur maledictiones, & benedictiones super montem Hebal, & Garizin, sacerdotes C erant ibi tenentes arcam in medio maledicentium, & benedicentium, vt patet ex his quę habentur infra 8. ergo non manebant in Iordane: atque consequenter nō intelligetur ista auctoritas de completione eorum, quæ facta sunt in monte Garizin, & Hebal. Item totus populus expectauit in ripa Iordanis, quousque sacerdotes portantes arcam exirent de alueo, & pręcederent, sed ex prędictis colligebatur arcam mansisse in alueo, donec fierent omnia quę iusserat Moyses fieri in monte Hebal, & Garizin. ergo non recessit populus Israelitarum de ripa Iordanis, quousque complerentur quę fieri debebant in monte Garizin, hoc autem non meretur auditum, quis enim ista faceret nō existente ibi aliquo Israelita? cum Israelitę iubeantur D ista facere Deuterono. 27. c.

Item quia totus populus dicitur fuisse in montibus prędictis, cum hęc facta sunt, vt patet infra 8. cap. Item non debet mouere Iudæos quod dicitur Deuterono. 11. & 27. c. s. ꝙ transito Iordane, deberent ponere maledictionem, & benedictionem, non enim sequitur ex hoc, ꝙ mox post Iordanis transitum fieri debeant omnia quæ iubentur, nam licet iubeantur fieri post Iordanem, tamen locus assignatus fuit ad ea, s. in monte Garizin, & Hebal, sed isti montes non sunt immediate post transitum Iordanis, ergo non poterant hęc fieri immediate post transitum eius, sed prius perueniretur in Galgalam, & Iericho, hęc enim loca priora sunt in ordine progrediendi, similis modus loquendi sępe est in his libris pręcedentibus Moysi, s. in ter- E ram quam transito Iordane pergis possidendam, scilicet, ꝙ post transitum Iordanis possessuri erant terram illam, non tamen immediate post transitum Iordanis, prius enim plura transierunt quam transito Iordane possiderent terram.

Solutio ad aliud motiuum Iudæorum.

Dicendum ergo est veritatem huius fuisse, quòd Israelitæ transito Iordane lapides duodecim inde sumptos tulerunt in Galgalam figētes eos ibi, postea facta circuncisione, & deletis duabus ciuitatibus, scilicet Iericho, & Hay, Iosue cum toto populo iuit in montē Garizin, & Hebal erigens ibi lapides grandes, qui erāt in eodem loco, manentibus alijs in Galgalis, & factæ sunt solennitates omnes quę iubentur Deuteron. 27.

Determinatio auctoris.

siue

siue durauerint paucis diebus ista, siue multis, quomodo autem intelligatur dictum illud quod adducebant Iudæi, scilicet donec complerentur, quæ vt loqueretur Iosue ad populū præceperat dominus, & dixerat ei Moyses, supra in literę prosecutione declaratū est.

Posuit Iosue in Galgalis. Non posuit per se Iosue, sed Israelitæ iubēte Iosue, dicitur enim facere aliquis quę facere iubet, vt Salomon ædificauit domum domini, idest iussit ædificari.

Quid senserit Iosephus circa istum transitum Iudæorum, & circa ea quæ post transitum facta fuerunt. Et quæ distantia erat Iordanis a Galgala, & a Galgala ad Iericho.

Quæst. XXVI.

SED considerandum est quid in his Iosephus dicat, ait enim lib. 5. antiquitatum, fluuius quidem egressis Hebræis denuo creuit, & magnitudinem recepit suam, illis vero quinquaginta stadijs pręcedentibus, exercitus vsque ad decem stadia Iericho tunc accessit. Iosue autem altare ex lapidibus, quos singuli principes tribuum tulerunt de ꝓfundo Iordanis iubente propheta, constituens pro facto signo interrupti fluminis, super illud sacrificauit Deo. In hoc designat Iosephus distantiam Iordanis a Galgalis, & ipsius loci a Iericho. nam postquam exierunt de Iordane, processerunt illo die vsque ad vesperum. nam nō dederat eis Deus certum locum castrametandi, sed dixit, ꝙ in loco in quo castrametarētur, illa nocte figerent lapides quos acceperant de Iordane, accidit autem, quòd venissent vsque ad campum quendam nō longe ab vrbe Iericho vbi nulla erat habitatio, vocatusq; est locus ille postea Galgala sequēti capitulo, & ibi posuerunt lapides. A Iordane autem vsque ad Galgalam erant quinquaginta duo stadia, quæ faciunt tres leucas, & quartam partem leucę. Inde autem vsque Iericho erant stadia decem quæ faciunt plus quam mediam leucam. nam octo stadia faciunt mediam leucam. Hæc autem non habentur ex sacra scriptura, sed Iosepho erat facile hoc designare, quia cum ipse esset habitator terrę illius, sciret locorum distantias.

Quare Iudæi illo die non ambularunt, nisi tres leucas.

Quæst. XXVII.

CAVSA autē quare Israelitę illo die quo transierunt Iordanem, non ambulauerunt, nisi illas tres leucas, & quartam, potuisset esse prima, quia erat populus multus virorum, mulierum, & pecorum, & paruulorum, ideo non poterat esse horum magna itineratio, & sic forte non potuerunt progredi plus illo die.

Secunda causa est, quia illa die transierunt Iordanē in quo multum morati sunt manentibus sacerdotibus cum arca quandiu totus populus transiret, & interim expectabat foris totus populus, quousque transgressis omnibus exirent sacerdotes cum arca, & ipsa arca pręcederet populum. nā debebat pręcedere spatio duorum millium cubitorum, pręceden. c. Etiam eduxerunt duodecim viri duodecim lapides de Iordane, quos tulerunt in locum castrametationis, & alios duodecim lapides magnos extra fluuium acceperūt, & posuerunt in fluuio figentes eos in loco vbi steterant pedes sacerdotum, & hoc totum factum est postquam totus populus transiuit Iordanem, quia dū transibat, non poterant hęc fieri, quia fiebant in ipso loco in quo erat transitus, & ita magna pars diei consumeretur ī hoc. Tertia causa fuit, quia postquam totus populus trāsiuit, & omnia supra posita facta sunt, exiuerunt sacerdotes cum arca de flumine, & adhuc populus manebat, & incepit sola arca cum sacerdotibus ꝓgredi, quousque distaret duobus millibus passuum a populo, nā causa cur Deus iussit, ꝙ distaret, est ꝙ nullus auderet appropinquare ad arcam in spatio illorū duorum millium cubitorum, & dum arca pertransibat istud, adhuc expēderetur multum temporis, ideo parum possent postea Israelitę ipsa die progredi.

Quarta fuit, quia Israelitæ erant populus multus, & indigebant loco apto ad castrametandum, vbi essent aquæ, & pascua, & quia in Galgalis hoc inuenerunt, etiam si possent vlterius progredi non processerunt, vt ibi conuenientius manerent. Quinta causa fuit, quia Israelitæ procedebant nunc via recta in vrbem Iericho ad quam iusserant exploratores, nō erat

G autem conueniens, ꝙ castra omnium virorum, mulierum, & puerorum, atque pecorū essent iuxta Iericho propter subitos incursus hostiles, sed ꝙ vel nulli ibi essent, vel soli viri bellatores, & tamen non debuerunt nunc esse ibi viri bellatores, quia non erat sic pugnandum contra Iericho, sicut contra alia loca, ideo fuit ꝯueniens, vt aliquantulum distarent castra, & ita factū est, vt distarent decem stadijs a Iericho, scilicet plus q̃ media leuca, ex quo loco conuenienter poterat procedi cum arca ad Iericho, & rediretur in castra lustrata vrbe, ideo fuit opportunum figi castra in Galgalis, & non procedi vltra contra Iericho, licet potuissent Israelitę ipsa die plus progredi.

H *Opinio Iosephi, quòd de istis duodecim lapidibus factum est altare.* *Quæst.* XXVIII.

DICIT Iosephus, ꝙ de illis duodecim lapidibus factum est altare in quo sacrificauit Iosue. Aliquis dicet, ꝙ hoc non stat, quia Iosue non fecit sacrificium in Galgalis, ideo neque super lapides illos, neque in alio loco illa fecit, nam non legitur hic, quòd sacrificia fecerit. Dicendū est certum esse, quòd in Galgalis facta sunt sacrificia. nam ibi celebratum est phase, vt patet sequenti capit. & tamen Phase non fit sine sacrificio, & hoc dupliciter. Primo, quia in festo Phase, & azymorum præ-

I ter quasdam cęremonias frugum quę fiūt in festo ipso Leui. 23. adhuc fiebant quotidie quædam sacrificia quæ limitantur. Nume. 28. ca. & tamen habebant nūc Israelitæ copiam omnium quæ ad istam festiuitatem requirebantur, vt dicit Iosephus lib. 5. antiquitatum, ideo facerent illa sacrificia.

Secundo facerent sacrificia, quia immolabatꝰ agnus die quartadecima mensis ad vesperum, & illud erat Phase. Exod. 12. & Leui. 23. cap. & tamen agnus vocatur sacrificium. Num. 19. c. & ob hoc non poterat quisquam celebrare Phase, nisi in loco quem Deus elegisset, scilicet, vbi erat Sanctuarium. Deuterono. 16. cap. scilicet, quia immolabatur agnus in Sanctuario in altari, sicut cętera sacrificia, ideo cum nunc fieret Phase in Galgalis, necesse erat, quòd fierent ibi sacrificia super aliquod altare.

K *Confutatio præcedentium verborum Iosephi.*

Quæst. XXIX.

DICENDVM quòd certum est sacrificia multa facta fuisse in Galgalis, & tamen illa non fuerunt facta super altare factum de lapidibus illis duodecim, sed super altare holocaustorum.

Primo, quia Deus iusserat omnia sacrificia offerri super altare holocaustorum. Leuiti. 1. & 3. & 4. & 7. & tamen agnus Paschalis erat sacrificium. Nume. 9. cap.

ergo super illud altare offerretur. Secundo, quia erat nefas offerri sacrificia super aliquod aliud altare quasi quis hominem occidisset. Leuit. 17. ca. & tamen Iosue custodiebat valde legem, cum ipse voluerit mouere bellum contra duas tribus, & dimidiam, quia fecerāt altare apud Iordanem, licet nondum ibi obtulissent sacrificia infra 22. ca. ergo magis istud caueret Iosue, quòd non offerret alibi sacrificia, nisi in altari holocaustorum.

Tertio, quia quomodocunque offerretur sacrificium extra locum Sāctuarij, erat graue delictum, sed grauius esset, quando presente altari holocaustorum offerrentur sacrificia extra illud, sed ita esset hic, quia in Galgalis erat totum Sanctuarium in quo erat altare. quòd ergo ibi super lapides fierent sacrificia, grauissimum peccatum erat.

Quarto, quia videtur superuacuum istud poni, cū scriptura non cogat ad hoc, vt patet hic, & sequen. ca. ideo non debet poni. Sed aliquis dicet, quòd precedētia non cogant, quia licet sit regulariter quod dictum est, tamen interdum viri sancti offerebāt sacrificia extra locum Sanctuarij, sicut Samuel immolabat in Galgalis, & Masphath, & in Ramatha, & aliquādo ī Bethlehem, vt colligitur 1. Reg. 7. & 8. & 13. & 16. sed nemo dicit eum peccasse, sic esset de Iosue qui similiter erat vir sanctus, & propheta.

Iosue non immolauit extra locū Sāctuarii. Dicendum, quòd istud non excusat, quia non est simile. Primo, quia id quod est contra legem, non est concedendum esse factum, nisi sit aliquid quod nos cogat illud confiteri. in Samuele autem necesse est asserere, quòd immolauerit in multis locis extra Sanctuarium, vt patet ex dictis, ideo concedimus illud, sed de Iosue nō constat hic, neque alicubi, quòd factum fuerit sacrificium per eum in aliquo altari lapideo, ideo non est concedendum, quia exorbitantia a lege non sunt concedenda sine necessitate.

Secundo, quia Samuel, & quidam alij viri sancti leguntur fecisse sacrificia alicubi extra locum Sanctuarij, quia vbi ipsi volebant offerre, & erat opportunum offerri, non erat locus Sanctuarii, neque altare holocaustorum, non tamen legitur de aliquo, ꝙ existens in loco Sanctuarij vbi erat altare holocaustorum offerret sacrificium, & nō in altari holocaustorum. sed in Galgalis vbi erat nunc Iosue erat Sanctuarium, & altare holocaustorum, ideo quòd ipse offerret ibi sacrificia super altare aliquod lapideum, erat aliter facere quàm fecerunt alij viri sancti, ideo neque est concedendum.

Probat, quòd non immolauit Iosue super altare duodecim lapidum. Quæst. XXX.

AMPLIVS patet, quòd non fecerit Iosue sacrificium in illo altari lapideo, quia hoc posset aliqualiter concedi, si de lapidibus illis fuisset factum altare, sed istud non patet, quia non dicitur, quòd fuerit factum altare de istis lapidibus, sed solum, quòd ducerentur isti duodecim lapides, & ponerentur in Galgalis, vbi castrametarent̄.

Secūdo, quia Deus dixit ad quid essent isti lapides, scilicet, quod essent ad memoriam transitus per Iordanem pro generatione futura, vt patet hic in litera, & ita videtur, quòd Deus dederat eis certum vsum, ideo non erant ad hoc, quòd de ipsis fabricaretur altare in quo fierent sacrificia.

Tertio patet, quia isti lapides erant in memoriam duodecim tribuum Israel, quod transierant per Iordanem arentem, & tamen si de lapidibus istis fieret altare, coniungerentur lapides, & aliqui eorum forte laterent, & non cognosceretur numerus lapidum. vt ergo maneret memoria duodecim filiorum Israel, necesse erat manere duodecim lapides seorsum, & non coniunctos, vt altare efficerent.

Quarto, quia isti duodecim lapides assumpti sunt ad idem significandum, ad quod illi duodecim qui accepti extra fluuium positi fuerunt intra alueum Iordanis, scilicet ad signandum transitum duodecim tribuum filiorum Israel per Iordanem, & tamen illi lapides qui positi fuerunt intra Iordanem, fuerunt seorsum positi, & non coniuncti in modum altaris. ergo & illi qui in Galgalam ducti sunt, seorsum dispositi fuerunt, & non fuit ex eis altare fabricatum.

Quinto apparet ex litera, quia quando redditur cā huius rei, in litera dicitur, dixit ad filios Israel quando interrogauerint filij vestri patres suos quid sibi volūt lapides isti, & ita videt̄, quòd lapides distincti, & seorsum positi erant, quia aliàs non interrogarent dicentes quid sibi volunt lapides isti? sed quid sibi vult iste aceruus lapidum? vel potius quid sibi vult altare istud? & tamen non sic interrogabant. ergo erant lapides seorsum.

Sexto, quia si de lapidibus illis formaret̄ altare, non retineretur conuenienter ibi intenta significatio. nam dato, quòd omnes illi duodecim lapides apparerent in altari inde constructo, & nullus occultaretur, non videtur signari per illos lapides coniunctos in modū altaris, nisi aliquid pertinens ad altare: nam licet signarentur duodecim filij Israel, eo quòd altare erat constructum ex duodecim lapidibus, tamen signarentur quantum ad aliquid pertinens ad altare, scilicet, quòd ibi obtulissent sacrificia duodecim filij Israel. Deus tamen volebat signare transitum Iordanis, ergo nō debuit construi altare ex lapidibus illis, & consequenter neque Iosue obtulit sacrificium super illo altari.

Et dixit ad filios Israel. Hic instruit Iosue Israelitas in eo in quo erant vtiles lapides duodecim qui fuerant positi in Galgalis, scilicet ad memoriam futurorum.

Quando interrogauerint filij vestri. Omnes interrogantes vocantur hic filij, & omnes respondentes vocantur hic patres, quia pater doctrina sicut etate, & genitura dicitur, ideo non solum erant obligati respondere in hac questione de lapidibus duodecim patres filijs, sed etiam omnes maiores qui aliquid nouerāt minoribus. Vocantur tamen hic patres, & filij propter duo.

Primo, quia quamquam minores a maioribus quererant, magis tamen filij a patribus inquirunt, quam ab alijs propter familiaritatem. Vel vocantur patres omnes qui tunc erant, quia ista verba dicuntur ad Israel, & oēs qui postea nascerētur, essent filij populi huius. Ideo quicunque postea interrogaret, diceretur filius esse istorum, scilicet alicuius eorum. *Cras.* Scilicet in toto tempore futuro, nam nō potest intelligi pro die crastina, nullus enim die crastina post Iordanis transitum inquireret de lapidibus positis in Galgalis, quoniam tunc cūctis qui aderant factum cognitum erat, cum esset valde recens, sed in temporibus diu post inueterato facto successu generationum, questio fieret de his lapidibus.

Patres suos. Quia magis consueuerunt filij inquirere a patribus, quam ab alijs ex causa preposita, vel quia vocantur patres omnes qui tunc erant respectu aliorum minorum qui postea nascerentur, aut nati erāt, nesciebant tamē iudicare de eo, quod factum fuerat.

Quid sibi volunt lapides isti. Idest quid signant hi lapides sic positi. Erant enim lapides duodecim positi in Galgala artificiose, ita vt videntes illos scirent, non a casu, sed ex industria sic positos, mouerēt̄ igitur ad inquirendum quid volebant, idest quid signabant lapides.

Docebi-

Docebitis eos. Ex hoc tenebantur patres ad erudiendum filios in his.

Vnde si aliquis de minoribus īterrogaret maiores de his, & non responderent, mortaliter peccabant, quia non annunciabant mirabilia Dei inquirentibus ad quæ annuncianda obligabantur. nam ex hoc diminuebatur honor Dei inter eos, cum non appareret id de quo Deus honorādus erat. Ideo iubet scriptura, vt filij interrogent patres, & omnes maiores, & imponit illis necessitatem respondendi, sic patet Deute. 32. ca. scilicet interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, & maiores tuos, & dicent tibi.

Per arentem alueum transiuit Israel Iordanem. Istud est miraculum ad quod signandum ponuntur lapides, scilicet, quia transiuit Israel Iordanē alueo arente: in quo signantur duo.

Primum erat, quòd omnes aquæ Iordanis defecerant ad introitum Iudæorum, scilicet, quòd non fluxerunt. Secūdum erat, ꝙ immediate fuit totus alueus desiccatus, ne transirent Israelitę per lutosa loca fluminis, & inquinarentur, vtrunque autem erat miraculum. *Siccante domino Deo vestro aquas eius.* Idest Deus miraculose desiccauit aquas. Quod non est sic intelligendum. Nullæ enim aquæ in Iordane desiccatę sunt, sed inferiores decurrerūt in mare solitudinis, superiores autem manserunt in mole magna erectæ, vt patet pręceden. capitu. solum enim fuit desiccata terræ superficies, quoniam decurrentibus aquis, mansit imbibitus humor superficiei aluei, qui desiccatus est.

Dicuntur tamen aque desiccatæ, quia cessauerunt a fluxu suo. & patet hoc, quia dicitur, quòd dominus siccauit aquas vsquequo transirent Israelitę, nulla tamen siccatio magis ante quam post fuit, sed detentione fuerent, donec transirent Israelitæ. Dicuntur tamen siccatæ aquæ Iordanis, quoniam quilibet fluuius semper fluit, dum desiccatus non est, sed Iordanis non defluebat transeuntibus Israelitis, ergo dicebatur iure desiccatus a Deo.

In conspectu vestro. Idest vobis videntibus, & præsentibus. *Donec transiremus.* Idest ista desiccatio aquarum vel detentio durauit dum transierunt Israelitę. nā postquam totus populus transiuit, & sacerdotes ascenderunt de alueo, reuersę sunt aquæ Iordanis in priorem cursum, vt patet supra.

Sicut fecerat prius in mari rubro. De hoc habetur Exo. 14. Instantibus Aegyptijs a tergo, vt percuterent Israelitas, interposuit Deus nubem quæ erat tenebrosa, & illuminans noctem, scilicet ex parte Israelitarum erat clara, & ex parte Aegyptiorū atra, ita vt ad se toto noctis tempore accedere non valerent, postea autem diuiso mari, transierunt Israelitę ad alteram partem.

Quod siccauit donec transiremus. Mare rubrum siccatum dicitur sicut Iordanis, non quidem, quòd aquæ maris fuerint desiccatæ, sed diuisæ sunt in vnam diuisionem, vel plures, vt quidam volunt, de quo declaratum fuit Exodi decimoquarto. & ista diuisio facta est subito a Deo, deinde missus est ventus vrens tota nocte, qui siccauit alueum maris, & in vigilia vltima noctis circa matutinam horam transierunt Israelitæ. Dicitur tamē mare siccatum, quia diuisę erāt aquæ eius, & quia stabant altrinsecus pro muro aquæ, & non iungebantur, tanquam si essent aliquid solidum, & siccum.

Vt discant omnes populi terræ fortissimam Dei manum. idest ista miraculosa diuisio Iordanis facta est, & rubri maris desiccatio, vt cognoscentes omnes populi terrarum timeāt Deum, & sic factum est, nā diuisio maris rubri audita est in multas terras, & timuerunt gentes, sic patet Exodi decimoquinto, cum dicitur. Ascēderūt populi, & irati sunt, & dolores obtinuerūt om-

F nes habitatores Philisthin, tunc conturbati sunt principes Edō, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores terrę Chanaan. In diuisione quoq; Iordanis magnus irriguit pauor in omnes Chananæos, ad quos res ista attinebat, vt patet sequen. ca. & hoc est, quòd cognoscerent manum Dei fortissimam, idest potentiam Dei valde magnam quę demōstrabatur in his, non enim viderant vnquam gentiles talia a dijs suis facta.

Et vos timeatis dominum Deum vestrum omni tempore. Ex his miraculis tam gentiles, quam Iudæi erudiebantur ad Dei reuerentiam. Iudæi enim quia rudes erant, nō cognoscebant magnitudinem potentiæ Dei sui, nisi factis his miraculis, ante ergo quam cognoscerēt hęc
G facta, non valde reuerebātur, cognitis vero illis timuerunt, scientes eum esse Deum potentem mala infligęre non colentibus eum, vel offendentibus.

CAP. V.

POSTQVAM ergo audierunt omnes reges Amorrhęorum qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam, & cuncti reges Chanaan qui propinqua possidebant magni maris lo-
H ca, quòd siccasset dominus fluenta Iordanis coram filijs Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israel.

POSTQVAM. Actum est in superioribus qd Israelitis in transitu Iordanis, & ante euenerit, nunc autem inquiritur quid post transitū ante pugnam cum gentilibus egerint. nam non immediate, vt Israelitę transierunt Iordanem ꝯgressi sunt cum hostibus, sed quædam intermedia ac-
I ciderunt, scilicet, quòd celebrauerunt pascha, & quòd circuncisi fuerunt, de quibus in hoc capitu.

Ideo primo agitur hic de eo, quod Israelitæ præmiserunt.

Secundo de eo quod postea pugnantes egerunt sequenti capitu. Prima diuiditur in tres partes.

Primo agitur de Israelitarum omnium circuncisione.

Secundo de Paschali celebratione. Tertio de populi confortatione. Secunda ibi. *Manseruntque.* Tertia ibi. *Cum autem esset Iosue.*

Circa primum ponitur quid ex superioribus consecutum sit, cum dicitur. *Postquam ergo audierunt omnes reges.* Hic ponitur timor immissus a Deo super Chananæos, quorum terram Iudęi possessuri erant, scilicet, quòd omnes timuerunt valde ad ingressum Iu-
K dæorum. *Postquam igitur audierunt.* Cum Iudæi transierunt Iordanem, cito cognitum est per omnes Chananæos de diuisione aquarum, & timuerunt.

Quomodo poterant cognoscere reges Amorrhæorum, quòd transiuissent Iudæi per Iordanem desiccatum.

Quæst. I.

SED dicet aliquis, quomodo reges Chananæorum cognoscere potuerunt, quòd Iudæi transiuissent Iordanem diuisum, & desiccatum?

Respondendum est hoc cognitum fuisse, quia alij qui

qui de Chananæis hoc viderunt. non enim per relationem ab aliis factam cognoscere poterant, nemo quippe eorum ad Iudæos accedebat, vt ex eis addisceret quomodo transiuissent, omnes enim Chananęi fugiebant a facie Iudæorum: nec poterit dici legatos esse intermedios. Iudæi enim non mittebant aliquos nũcios, quia erant istæ ciuitates quas possessuri erãt, ideo non poterant cum eis inire aliquod fędus pacis, aut vitæ, potuissent tamẽ si fuissent de ciuitatibus illis, quas Iudæi non erant suscepturi in possessionem, vt patet Deute.20.cap. Chananæi quoque non mitterent legatos aliquos ad Israelitas, ex quibus cognoscere posset per relationem transitum Iordanis, quia audierant isti quid fecerãt Israelitæ duob' regibus Amorrheis quomodo deleuissent eos cum populis suis non dimittẽtes vllas reliquias, vt patet Num.21. & Deutero.2. & 3. nec vllum pactum cum eis inire volebãt: sic ergo certissime credebant sibi euenturum, ideo credentes inducias, aut pacis fędera se inutiliter petituros, si peterent nihil petebant, quod colligitur ex eo quod fecit Balach rex Moabitarum, qui cum timuisset Israelitas, non petiuit ab eis aliquam confœderationem, nec rursus pugnauit, quia non poterant Moabitæ eorum impetum sustinere, vt patet Numeri 22. non petijt pacis pactum, sed misit pro Balaam ad maledicendum eis, vt sic eos posset abigere, vt patet eodem cap.

Item clarius patet hoc ex eo, quòd fecerũt Gabaonitę. nam scientes, quòd non componerent cum eis Israelitæ pacem, finxerunt se de terra longinqua, & ad hoc habitum mutauerunt, de quo infra nono capitulo.

Ecce igitur qualiter isti Chananæi intellexerũt nõ posse esse pacem sibi cum Israelitis, si essent de terra illa, hoc autem cęteri cognoscentes Chananæi nõ mittebant legationem pacis ad Iudæos, sed magis congregabantur in vnum ad delẽdum Israelitas, vt patet infra 9. & 10. non poterant ergo Israelitarum transitum per arentem Iordanem cognoscere Chananæi ꝑ relationem a Iudæis, cum nulla in alterutrum collocutio fuerit.

Sed dicendum est, quòd cognouerunt hoc per visionem, scilicet, quòd quidam de Chananæis viderũt Iudęos transeuntes per alueum Iordanis arentem, latebant enim in locis secretis, cum terra non esset cognita Iudæis, & inde videbant transeuntes Iudæos. Poterat etiam fieri visio ex aliquo loco terrę Chanaan. Nam tumor aquarũ visus fuit ex aliquibus locis Chananęorum, scilicet ab vrbe quæ dicit Adom, vt patet supra 3.cap. scilicet ad instar montis intumescentes apparebant procul ab vrbe quæ dicitur Adom vsque ad locũ Sarthan: sicut ergo videbatur ex vrbe illa tumor aquarum, ita viderentur transeuntes Iudęi qui erant in valde magna multitudine. potissime, quia viso tumore aquarum, quamquam non videretur locus diuisionis Iordanis, satis poterat intelligi, alioquin non cõsisteret moles fluctuum pendentium in sublime.

Item poterant Chananęi cognoscere hoc argumẽtatiue. nam sciebant, quòd transiuissent Iordanem, & cognoscebant esse tumentem, & nullo modo tũc vadabilem Iordanem, necesse erat ergo imaginari aliquem modum fuisse transitus miraculosum.

Hoc patet ex tumore aquarum quem sciebãt Chananæi aduenire Iordani tempore illo, cum dicatur supra 3.capitu. secundum literã Hebraicam, quod omnibus diebus messis Iordanis implet ripas suas. Sed magis dicendum est primum, scilicet aliquos de Chananeis vidisse transeuntes Iudæos Iordanem, & annũciasse reliquis, ita vt cito fama in tota terra Chanaan crebresceret. *Omnes reges Amorrhæorum qui habitabant trans Iordanem.*

A *Quomodo reges Amorrhæorum poterant audire hæc, cum iam fuissent occisi per Moysen. Et quod Amorrhæi sumuntur dupliciter. Et quod multi reges erant in terra Chanaan. Quæst. II.*

ARGVIT aliquis non posse stare hanc literam. nam reges Amorrhęorum iam mortui fuerant, vt patet Numeri 21. occiderat enim eos Moyses, & totum populum eorum, quomodo ergo nunc audire poterant hæc?

Ad hoc forte aliquis respondebit, quòd Amorrhęi accipiuntur dupliciter. Vno modo pro omnibus habitatoribus terrę Chanaan, qui vocãtur in speciali nomine septẽ populorum, & hoc modo dicitur Gene. B 15.ca. nondum completæ sunt iniquitates Amorrhęorum vsque in pręsentem diem. ibi nõ solum vocauit Amorrhęos omnem populũ Amorrhęorum in speciali, sed omnes Chananæos, quia iniquitates eorum complẽdę erant, sic patet Gene.48. vbi vocant Amorrhęi ipsi qui sunt Heuæi, scilicet habitatores Sichem, cum dicitur, do tibi partem vnam extra fratres tuos quam tuli de manu Amorrhęi ĩ gladio, & arcu meo. Et loquitur de vrbe Sichẽ quam filij sui depopulauerant, & postea non ausi sunt habitatores terrę illius venire super eum, vt patet Gene.34. & 35. cõstat tamẽ, quòd Sichem non erat in potestate Amorrhęorum, sed Heuęorum. rex enim eius Heuęus erat, vt patet Gene.34. non tamen esset Heuęus rex, nisi terra esset C Heuæorum, dicuntur tamen Amorrhęi isti generaliter, sicut omnes septem populi vocantur generaliter Chananęi, quamquam sit inter hos vnus populus qui dicitur Chananęorum.

Alio modo Amorrhęi accipiuntur pro vno populo speciali istorum septem. cũ enim numerantur, ponitur ibi Amorrheus, vt patet infra 9. & Exodi 3. & 6. secundum hoc soluent isti argumẽtum, scilicet, quòd quando dicitur, quòd Moyses acceperat terram regũ Amorrhęorum ante Iordanem, vocantur Amorrhęi specialiter, prout sunt vnus de septem gentibus, & habebant duos reges, scilicet Sehon, & Og. cum autem dicitur hic, quòd audierunt reges Amorrhęi, accipiẽtur Amorrhęi pro omnibus populis, sumendo large D Amorrhęos, sed non potest hoc stare, quia quando Amorrhęi sumuntur generaliter, non distinguuntur contra alios sex populos. hic tamen distinguuntur Amorrhęi ab alijs, cum dicitur, postquam audierũt omnes reges Amorrhęorum, & omnes reges Chanaan, non ergo potest sic accipi.

Determinatio auctoris.

Sed dicendũ est, quòd Amorrhęi assumuntur hic pro vno septem populorum Chananęorũ, sicut cum dicimus duos reges Amorrhęorũ Sehon, & Og, sed iste Amorrhęorum populus, vel gẽs diuisus erat, quia quędam pars Amorrhęorum morabatur ante transitum Iordanis ad partem Orientalem, & erãt ibi duo reges, scilicet Sehon, & Og. tota autem Amorrhęorum multitudo quæ erat ante Iordanem, sub his duobus regibus distributa erat: post Iordanem autem erat E alia pars Amorrhæorum: & isti non audierũt ea quæ dicuntur hic, quoniam iam occiderat eos Moyses, cũ nondum transisset Israel Iordanem. Et de his primo dicitur, quòd audierint quam de alijs, quia primo audire poterant cum essent propinquiores Iordani quã cęteri populi. nam cũ Amorrhęi diuisi essent in duas partes, solum diuidebantur Iordane intermedio. Poterant ergo isti primo audire de transitu Israelitarum per arentem alueũ Iordanis quàm cęteri Chananęorum populi.

Et si dicas, quòd necesse est accipi hic reges Amorrhęorum pro omnibus regibus Chananæorum, non enim potest stare, quòd illius populi qui Amorrheus vocaba-

vocabatur essent tot reges, cum duo essent interfecti ante transitum Iordanis, & hic ponantur plures.

Respondendum est, quòd quilibet horum septem populorum Chananeorum habebat multos reges. nã Iosue occidit 31. reges, vt patet infra 12. cap. & tamen nõ subiecit sibi omnem terram Chananeorum, vt patet Iudi. 3. cap. dicitur ibi. he sunt gentes quas Deus reliquit, vt in eis experiretur Israelem, s. quinque satrapas Philisthinorum, omnemque Chananæum, atque Sidonium, & Heuæum, qui habitabant in monte Libano de Baal Hermon vsque ad introitum Emath.

Singule vrbes habebãt singulos reges.

Poterat ergo quilibet horum populorum habere septem, vel octo reges. nam fere singule vrbes habebãt singulos reges. Iericho enim habebat regem, & ciuitas Hay, quæ ei propinqua erat, atq; modica habebat regem, vt patet ifra. 7. & 8. ideo Amorrheus populus qui erat vnus de septem multos reges habere poterat, s. aliquos ante transitum Iordanis, & alios post.

Qui habitabant trans Iordanem. Ad differentiam illorum regum qui erant de Amorrhæis, & morabantur in parte ante Iordanis transitum. *Ad Occidentalem plagam*. Hoc ponitur ad maiorem euidentiam. nã quamquam dicatur istos reges fuisse, vel esse trans Iordanẽ, tñ non constat ad quam partem Iordanis sint. Nam illi qui sunt in parte Orientali Iordanis respectu eorum qui in Occidentali plaga morantur, dicuntur esse trãs Iordanem.

Trans Iordane quot modis capitur in sacra Scriptura.

Et qui sunt ad plagam Occidentalem respectu Occidentalium, dicuntur trans Iordanem. Et vterq; modus frequentatur in sacra Scriptura. Quod accipiatur trans Iordanem pro parte Occidentali Iordanis, patet Num. 32. cum dicitur, nec quicquam quærimus trans Iordanem, quia iam habemus possessionem nostrã in Orientali eius plaga.

Ecce quia ibi trans Iordanem, Occidentalem dicit partẽ Iordanis. ideo enim non quærebant aliquid due tribus, & dimidia in parte Occidentali Iordanis, quia erat possessio eorum Orientalis. Si tñ acciperetur ibi trans Iordanem pro parte Orientali, ille duæ tribus, & dimidia includerent ꝯdictionem in verbis suis dicentes se nihil querere in parte Oriẽtali Iordanis, cum in ea haberent possessionem suam.

Aliquando accipitur trans Iordanẽ pro parte Oriẽtali Iordanis, vt patet in eo. c. cum dicitur, & possessionem nos suscepisse confitemur trans Iordanem, s. in parte Orientali. sic enim ipsi supra eo. ca. confessi fuerant, sic accipitur supra 1. ca. vbi Iosue dicit duabus tribubus, & dimidiæ, ꝙ dedit eis possessionem trans Iordanem Moyses, s. ad Orientem eius. ideo conueniẽs fuit tolli hanc ambiguitatem per istam connotationẽ ad plagam Occidentalem Iordanis. nec vocantur isti reges Amorrheorum Occidentales respectu totius terre promissionis, quia alij sunt magis Occidentales in ea, s. Philisthini, & Sidonij qui sunt apud mare magnum quod ponitur terminus Occidẽtalis terre Chanaan, vt patet Exo. 23. & Deut. 11. c. sed vocantur Occidentales respectu Iordanis, qui est in fronte terræ Chanaan Orientali, vt patet Num. 34. c.

Et cuncti reges Chanaan. Hic assumuntur generaliter reges Chanaan pro omnibus septem populis, vel magis pro sex populis qui relinquuntur præter Amorrheos.

Et adhuc magis patet in hoc nomine Chanaan, q̃ in isto nomine Chananæus. nam in hoc nomine Chananeus est ambiguitas, quia interdum accipitur pro vno populo, vt cum numerantur septem populi, & inter eos ponitur vnus Chananeus. aliquando generaliter, vt cum dicitur hic omnes reges Chananæorum, & in alijs similibus locis, sed istud nomen Chanaan semper assumitur generaliter. Ideo cum dicimus terram Chanaan, omnium septem populorum intelligimus regiones.

F

Qui propinqua possidebant magni maris loca. Idest reges Chananeorum qui erant apud mare magnum, vocatur mare magnum non Oceanus, quia iste non tangit terram Chanaan, sed solas terras quæ sunt ad extremitates mundi, sed mare magnũ ipsum Mediterraneum quod licet comparatum ad Oceaneum paruum mare sit, ad alia tñ maria quæ sunt in terra Chanaan collatum, magnum est, & istud ponitur tanquã terminus Occidẽtalis Chananæorum populorum, sic patet Nu. 34. & Deut. 11. & supra 1. c. vocatur autem istud mare Palesthinorum, idest Philisthin, quia isti habitabãt in ripa eius. erant autem alia parua maria in terra Iudee, que magis sunt lacus magne, quia ibi aliqua flumina stagnentur, sic est de mari salsissimo, vel mari solitudinis, siue mari mortuo, quod est apud Sodomã, in valle illa Pentapolis, de quo Numer. 34. & supra 3. Aliud est mare Cenereth, de quo Num. 34. & vocatur in Euangelijs mare Genesaret, vel mare Tyberiadis, vt patet Io. 6. & 21. & multis locis. hic agitur de regibus habitantibus apud mare magnum, s. de regibus Philisthinorum, & aliarum gentium. nam mare illud vocatur mare Palesthinorum, vt patet Exo. 23. c.

Quare mare Mediterraneum appellatur mare Palesthinorum.

G

Multa maria sunt in terra promissionis, & quæ.

Et non dicitur hic de omnibus regibus terre Chanaan, sed de regibus Chananæis qui tenebant loca ꝓpinqua maris magni. Et hoc referri potest ad duo, s. ad signandum magnam propinquitatem ad Iordanem, vel magnam distantiam, s. postquam audiuerũt transitum Iudæorum per Iordanem reges Chananæorũ qui valde propinqui erant, & potuerunt cito hoc cognoscere, liquefactum est cor eorum, vel postquam reges qui fuerunt, vel qui erant in fine terre Chanaã audierunt, etiam consternati sunt mente. potest autẽ induci vtrunque ex litera.

H

Si volumus signare magnã distantiam a Iordane, designabitur in hoc, quod dicitur de regibus habitantibus apud mare magnum. erat enim mare magnum Occidentalis terminus terre Chanaan, vt patet Deut. 11. cum dr̃. A deserto, & Libano, & flumine magno Euphrate vsque ad mare Occidentale erunt termini vestri. habitãtes ergo apud istud mare essent maxime Occidentales, & nouissimi in tota terra Chanaan, cũ mare ipsum esset nouissimum, vt patet supra 1. cum dicit, omnis terra Etheorum vsque ad mare magnũ contra solis occasum, erit terminus vester, & tunc dicitur de istis regibus habitantibus apud mare magnũ, ad signandum, ꝙ iam audierant omnes reges terræ Chanaan, cum isti vltimi essent, & perueniret ad eos sonitus transitus Iordanis, & tunc generaliter dissolutum est cor omnium habitantium in terra illa.

I

Alio modo intelligi potest, vt referatur hoc ad paruam distantiam a Iordane, s. quòd postquam audierũt illi reges Chananæorum, qui erant apud loca propinqua maris magni, transitum Iudæorum, expauerunt totaliter.

Sed dicet aliquis, quomodo potest hoc referri ad paruam distantiam, cum reges habitantes apud mare magnum, sint maxime distantes a Iordane, cum sint maxime Occidentales, & nouissimi, vt supra declaratum est? Respondendum est, ꝙ quamquam mare magnum, s. Mediterraneum sit terminus Occidẽtalis terre Chanaan, & maxime distans a Iordane: tamen in q̃busdam locis per subintrationes, & flexuras arcuatas subintrat terram. & in his flexuris appropinquat valde Iordani, & parti Orientali terre Chanaan. Et tales subintrationes vocantur lingue maris, sicut patet infr. 15. & in diuisionibus terre promissionis. per has linguas maris Iordanis, qui est terminus Orientalis Chananeorum, & mare magnum, quod est terminus Occidentalis,

K

Mare Mediterraneum Orientem versus, habet plures flexuras arcuatas.

cidentalis, satis sibi in quibusdam locis appropinquat. Et hoc conuincitur aliqualiter Nume. 13. c. cum dicitur: Amalech habitat in Meridie. Iebuseus, & Ethęus in montanis. Chananæus vero moratur iuxta mare, & circa fluenta Iordanis. ecce enim Chananęũ apud mare, & Iordanem posuit, sed hoc non staret, nisi ex aliqua parte mare magnum, & Iordanis sibi appropinquarent.

Quod autem vterque horum sensuũ ex litera possit haberi, forte aliquis dubitabit, quia non dicitur hic reges Chanaan qui possidebant loca maris magni, ita vt possit indifferenter vtrunque signari, sed sola propinquitas videtur signari, quia dicitur propinqua loca maris magni.

Respondendum est in hac litera totum signari posse secundum variam punctuationem. nam si litera sic punctuetur, vt referatur illa propinquitas ad Iordanẽ, habetur vnus sensus, s. ꝙ isti reges possidebãt loca maris magni propinqua, s. Iordani quem transierunt Iudęi. Si autem punctuetur, vt propinquitas referatur ad mare magnum, s. ꝙ isti reges possidebant loca propinqua mari magno, erit sensus secundus, est autem verus huius literę sensus, ꝙ isti reges Chanaan possidebant loca coniuncta mari magno sicut Palesthini, & Sidonij, & tamen ista ex aliqua parte non multum distabant a Iordane.

Quod siccasset dominus fluenta Iordanis. Non fuit vlla desiccatio fluentorum Iordanis. nam aquæ superiores steterunt semper erectę in vnum cumulum nihilo deficiente de eis, aquę autem inferiores decurrerunt vsque ad mare mortuum, vt patet supra 3. cap. & hoc non est siccari. Sed dicuntur fluenta Iordanis desiccata, quia fluenta semper fluunt quando non desiccata sunt, & quia in transitu Israelitarum non fluxerunt superiores aquæ Iordanis dicuntur desiccatę, vel Iordanis desiccatus. *Coram filijs Israel*. Idest antequam intrarent Israelitę, & tunc coram non stat proprie, sed pro ante. Alio modo coram filijs Israel, idest videntibus filijs Israel. *Donec transirent*. Idest desiccatio Iordanis solum mansit, dum transierunt Israelitę. ex quo patet accipi hic desiccationem pro statu, vel non fluxu aquarum, quia hoc durauit transeuntibus Israelitis, desiccatio tamen nulla magis fuit ante transitum, & post, q̃ dum transirent, & è contrario. *Dissolutum est cor eorum*. Idest totaliter perijt animositas eorũ, ante enim Chananæi erant populi animosi ad expugnandum gentes alias, & maxime ad se defendendum, & hoc quia erat in eis animositas quædam, nunc autem erat dissolutũ cor eorum, idest effusę vires animi, ita ꝙ nihil remaneret. animositas autem est ex collectione animi, cũ vero laxatur, pereunt vires. sic videtur innuere Boetius de consolatione, lib. 1. Prosa. 4. s. tunc ego collecto in vires animo, idest, ꝙ animositas erat per collectionẽ, ergo Chananæorum dissolutio erat per laxationẽ totius animositatis.

An timor de quo hic fuerit a Deo inflictus Chananæis ne auderent pugnare contra Iudæos nouiter circuncisos, vt putat Nicolaus. Et quod timor a Deo incussus sit maximus, & quare. Quæst. III.

ISTE timor Chananæorum fuit ex his quę audierunt, magnitudo enim harum rerum narratarũ conturbabat eos, & potissime quia non erat ista res gesta ampla, & magnifica humana magnitudine, sed diuina: Deus enim fecerat hęc, & ita cognoscebant Chananæi. vnde nimis terrore concutiebant, quia videbant sibi non contra homines, sed ꝯ Deum pugnãdum. Ecce iam superueniebat Chananæis multiplex timor.

A Primo enim timuerunt, quia audierunt fuisse diuisum mare rubrum, & quia postea audierunt atrocia bella eorum contra duos reges Amorrhęorum, vt patet supra 2. cũ dixit Raab ad exploratores, audiuimus ꝙ siccauerit dominus aquas maris rubri ad introitũ vestrum, & quæ feceritis duobus regibus Amorrhęorum qui erant trans Iordanem quos interfecistis, hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, & non remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum. Nunc vero nouus superaddebatur timor, quia Iordanis desiccatus est sicut quondam fuerat desiccatum mare rubrum.

Sciendum tamen, ꝙ iste timor nõ solum erat, quia audierunt Israelitas transisse alueum arẽtem, sed erat B a Deo magis inductus eis in pęnam. Ipse enim mouet corda virorũ, & facit pauitare quos vult, & quos vult fortes animo reddit. sic enim Iudæis in pęnam pauor incussus est, & Deus eis incutiẽdum prędixit, vt patet Leui. 26. c. s. & qui remanserint de vobis dabo pauorẽ in cordibus eorum, & in regionibus hostium terrebit eos sonitus folij volãtis, & ita fugient quasi gladium, cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos, quasi bella fugientes, simile patet Deutero. 28. capitu.

Iste timor a Deo incussus, maior est interdum, etiã si nulla res formidãda exterius sit, quàm si omnia terribilia quæ apponi possunt naturaliter apponerentur. Cuius causa est, quia formido magna est secundum C speciem, quæ nimis mouet phantasiam, & dum species fuerit atrocior in phantasia fortiores sunt motus secundum timorem, Deus tamen potest formare in phantasia speciem quantumcũque terribilem voluerit, etiã si extra nihil subsit, ideo timor ab eo inflictus maior est quocunque timore proueniente de rebus visis, aut auditis solum.

Nicolaus dicit fuisse istum timorẽ nunc incussum a Deo Chananæis, ne auderent insurgere contra Iudæos nouiter circuncisos qui pugnare non possent, viri enim qui sunt circuncisi per aliquot dies tanquam cęteri vulnerati, nihil agere possunt bellicum, immo nec libere se mouent, ideo si eis circuncisis per vnum vel duos dies post superueniret hostilis impetus, subito delerentur non valentes resistere, sic patet de viris D Sichimitis quos dolose filij Iacob circuncidi fecerũt, & postea die tertio, quando grauis vulnerum dolor insurgit, arripiẽtes gladios, ipsi pauci viri, & quasi nulli deleuerunt totam vrbem Sichem in ore gladij, vt patet Gene. trigesimoquarto, & si alijs diebus filij Iacob pugnam commisissent contra Sichimitas, subito delerentur.

Sed forte aliquis dicet non multum stare istam rationem datam, quia Iordanis apertus est, vt transirent Israelitæ, ad apertionem autem Iordanis, secutus fuit iste timor in Chananęis, etiam si Deus specialem timorem non incuteret, & hoc, siue Iudęi circunciden di essent, siue non.

Item non multum videtur, quòd Chananæi insurgerent contra Iudæos, quamquam non incuteretur E iste timor. nam audita apertione maris rubri, & atrocibus bellis contra Amorrhęos conterriti sunt, & nõ mansit in eis spiritus, vt ex verbis Raab patet supra capitu. secundo. ergo quamquam non superuenisset iste timor, non auderent Chananæi insurgere in Iudęos.

Sed nõ multum ista cogunt, quia quamquam vterque superuenerit terror, tamẽ commoti sunt Chananæi contra Israelitas, vt omnes pariter venirent ad delendum eos, vt patet infra 9. & 10. ideo satis stat dictũ Nicolai, magis tamen est indifferens, quam habẽs euidentem veritatem.

An

An conuenienter incussus fuerit timor Chananæis de apertione Iordanis, & an ad aliquid profecerit, & ad quid. Quæst. IIII.

SED aliqs qret, an iste timor incussus de apertione Iordanis, puenienter inflictus fuerit Chananęis, & an aliquid profecerit. Videtur enim, qꝫ suffecisset timor incussus de transitu maris rubri per siccum, & de pugna contra Amorrhęos, sicut patet supra. 2. vbi his duobus auditis elanguit cor Chananæorũ, & non manserunt in eis vllæ vires. Respondendum est profecisse timorem inflictum, aut consequentem in Chananæis de hac diuisione Iordanis.

Primo, quia quamquam timor de apertione maris rubri secundum se sufficeret ad dissoluendum Chananęorum corda, ita vt nullæ vires manerent, tamen erat factum nimis antiquatum. 40. enim anni ab eo tẽpore fluxerant, vetera tamen non tantũ mouent, qm̃ res habent magnam efficaciam in mouendo, ſm qꝫ sunt in sensu, res autem quanto veteratiores sunt, tanto a sensibus magis distant, qui solum pręsentia contemplantur, noua autem magis immutãt. Item causa huius est, quia motus ĩ nobis fit efficacior, aut minus efficax ſm vigorem specierum retentarum in phantasia: species autem dum veteratiores sunt debiliores sunt, & faciliter delebiles, appropinquantes ad non esse, dum autem recentiores sunt, maiorem habent efficaciam, ideo magis moueri poterant Chananęi per aliquem timorẽ nouiter superductum, quam per antiquum de diuisione maris rubri timorem. Item Chananęi existimabant ista esse a Deo quę fiebant Israelitis, & quia Deus propitiatus bona nobis agit, offensus autem nobis pęnas irrogat, quamuis aperuerit mare rubrum Iudęis nunc ab eo tempore defluxis. 40. annis poterant Israelitæ offendisse Deum, propter quod nõ adiuuaret eos, sed magis traderet in manus hostiles, sicut aliqñ in deserto factum est. Et hoc bis, s. primo cum Amalechitæ, & Chananæi persecuti sunt eos vsque in Horma, vt patet Numeri 14. capitu. Et secundo quando Chananæi victores existentes ceperunt prędam de Israelitis, vt patet Numeri 21. capitu. nunc autem cum nouiter Deus pro Iudęis miraculum efficeret diuidendo Iordanem, non intelligerent Chananæi Deum illis offensum fore, sed magis adiuturum eos, ideo valde timerẽt, valde ergo profecit timor nouiter incussus propter apertionem Iordanis.

Et non remansit in eis spiritus. Idest non mansit anima, & est metaphora, sicut consueuimus, quando aliqua terribilia subito videmus, dicere, non mansit mihi anima in corpore. Vel accipitur spiritus pro animositate, animositas enim est per collectionem irascibilis ad aliquid aggrediendum, cum laxatur, vel effunditur spiritus, non manent vires, nec animositas, sicut patet si quis irascatur nimis, & cõtineat in se spiritum irę suæ, erit ira fortis, & ad aliquid aggrediendum, cum vero effunduntur spiritus irę, non manet vlla animositas, vel impetus ad aggrediendum, sic patet de iratis qui effundunt per verba iram suam, vel per punitionem, & tunc quiescunt, antea vero in eis motus difficilis, est: vt patet in amaris, & difficilibus atque acrocolis, vt patet 4. Ethicor. cap. de mansuetudine. Hoc etiam patet in iratis si plorent. nam per lachrymas ira emittitur, & non sunt ita irati cum fleuerint sicut antequã fleant, quia emiserũt spiritus ꝑ fletũ, ita in Chananęis non mansit vllus spiritus, idest vlla animositas, quoniam tota per magnitudinem terribilium defecit.

Ira intra animũ retenta adiuuat ad fortitudinem, emissa vero diminuit.

Timentibus introitum filiorum Israel. Timor istorum erat de malo per eos concepto, quod sibi affuturum expectabant, ad timẽdum autem mouebat eos apparitio diuina in apertione Iordanis, non erat tamen illud

F malum, quod ipsi formidabant, sed aliquid infligendum ab Israelitis cum introirent, ideo erant Chananęi timentes introitum Israelitarum. Et intelligitur non de introitu in terram suam, quia iam iste fuerat, quando transierunt Iordanem, sed de introitu in terram ciuitatum, & locorum suorum.

Eo tempore ait dominus ad Iosue. Fac tibi cultros lapideos, & circuncide secundo filios Israel. Fecit quoque quod iusserat dominus, & circuncidit filios Israel in colle pręputiorum. Hæc autem causa est secundæ circuncisionis.

G Postquam descriptus est timor secutus in Chananæis ad transitum Iordanis, ponitur quid Israelitis tũc euenerit, & ponitur primo de circuncisione, & ponitur hic de circũcisione in introitu terrę Chanaã post Iordanem. Causa autem quare circuncisi fuerint omnes Hebręi, inf. in litera ponitur, vel subditur, scilicet, quia non fuerant circuncisi in toto deserto, & manebant omnes incircuncisi.

Quare circuncisi sunt Iudæi immediate post transitum Iordanis. Et quod in deserto omnes Iudæi comedentes phase erant circuncisi, & quare nullus incircuncisus fuit prohibitus. Quæst. V.

H SED nunc quæritur, quare facta fuerit circuncisio hoc tempore, scilicet immediate post transitum Iordanis. Aliqui dicunt hoc fuisse factũ, quia Hebræi in 14. die mensis eiusdem primi erant celebraturi phase, vt factum fuit postea, & patet infra in litera, nemo tamen incircuncisus poterat comedere de agno paschali, vt patet Exodi 12. cap. omnes tamen Israelitæ, aut fere omnes incircuncisi erãt, ergo nisi immediate post transitum Iordanis fuissent circuncisi, non potuissent celebrare pascha.

Sed contra hoc obijcietur, quia in toto deserto nemo circuncisus fuit, sed manebant omnes in præputio, sicut nascebantur, vt patet infra in litera, & tamen

I ibi pascha celebratum est secundum omnes cęremonias suas, vt patet Numeri 9. ita ergo poterat hic.

Ad hoc forte aliquis respondebit, quòd facta fuit celebratio paschalis, & non ab omnibus Israelitis, sed solum ab illis qui erant circuncisi, scilicet qui sic exierant de Aegypto, qui autem incircuncisi in deserto erant, non gustauerunt ex eo.

Sed contra hoc dicetur non posse stare, quia hoc modo multi fuisẽt prohibiti, ne comederẽt de agno Paschali, cum multi essent incircuncisi, pro hoc tñ nemo legitur prohibitus, sed solum duo viri fuerũt prohibiti comedere pascha, quia erant contaminati super anima, idest in contactu hominis mortui, vt patet

K Num. 9. ca. de incircuncisis autem non legitur aliquis vetitus comedere, ergo nemo fuit vetitus. Aliquis forte dicet non tenere probationem, quia licet non exprimatur aliquos propter incircũcisos esse, fuisse prohibitos, tamen non ex hoc inducitur, quia non tenet in his argumentum negatiue per locum ab auctoritate. Respondendum est sufficienter hic argui. nam si aliqui de Israelitis fuissent vetiti comedere propter esse incircuncisi, illi conquererentur: sicut fuerunt conquesti polluti super anima. nam ęquum ius erat ad nõ comedendum, sed non exprimitur, ergo nihil tale accidit. Dicendum ergo est, qꝫ Israelitæ celebrauerunt pascha in deserto, & nullus incircũcisus comedit phase, nec tamen aliquis fuit vetitus comedere propter esse incircũcisum. Modus autẽ est, qa istud pascha solum

Determinatio auctoris.

lum fuit celebratum in monte Synai, in principio anni secundi ab exitu de Aegypto. nam die quartodecimo, mensis primi, anni secundi ab exitu de Aegypto, factum est Pascha, & tūc erat vnus annus plenus, quo de Aegypto recesserant, vbi omnes qui inde exierāt, fuerant circuncisi, vt patet infra in litera. In anno autem illo forte nulli nati sunt, vel dato, ꝙ multi nascerentur, & non circunciderentur, non prohiberentur ab agno Paschali: ipsi enim prohibitione non egebāt, quia nondum poterant comedere carnes propter teneritudinem: non enim essent tunc ablactati: soli autem dicuntur prohiberi ne comedant, qui aliter comesturi erant, nisi prohiberentur. si autem in annis medijs. s. decimo, & duodecimo, & omnibus aliis facta fuisset Paschalis celebritas in deserto, necesse erat, vt multi prohiberentur a comestione carnium agni, vel comederent incircuncisi, quod nō licebat. Et forte ista fuit vna de causis, quare Israelitę non celebrauerūt in deserto Pascha, nisi in anno secundo ab exitu de Aegypto. In transitu autem Iordanis, non potuit fieri celebratio Paschalis, nisi ante circunciderentur, quia rarissimi circuncisi erant, vt patet infra. Alia erat causa, quare in transitu Iordanis circuncisi sunt, quia ingrediebantur in terram nouam, quā possessuri erant, & in qua custodituri erant leges Dei, sicut patet in toto Pentateucho: cum enim datur aliqua lex, dicitur, cum ingressi fueritis terrā Chanaan, &c. quasi dicat, ꝙ ibi obseruaturi erant, & ante non obligabantur, sic concluditur Deuter. 12. c. & quia circuncisio est principium totius status veteris testamenti, & per quam inducitur obligatio ad obseruandum totam veterem legem, vt patet ad Gal. 5. s. ego Paulus testificor omni homini circuncidenti se, ꝙ debitor sit vniuersæ legis faciendæ, sicut in nouo testamento baptismus est ianua omnium sacramentorum, & totius status noui testamenti: ideo in introitu terrę promissionis debuerat inchoari legis obseruatio, quātum ad principium suum, ꝙ simpliciter est in circuncisione, & ista etiam fuit causa, quare fuit celebratū Pascha, quia erat vna de primis cęremoniis veteris testamenti, cū fuerit data ad signandum, & commemorandum primum beneficium a Deo datum. s. eductionem de Aegypto. *Eo tempore dixit dominus ad Iosue.* s. eo tempore quo timuerunt reges Amorrhęorum, & Chananęorum pp transitum per arentem Iordanis alueum. Vel eo tempore quo transierunt Israelitę Iordanem.

Quo die isti Iudæi fuerunt circuncisi, quia die 11. 12. 13. mensis primi, anni 41. & non ante nec post. Quæst. VI.

DE tempore autem quo fuerit facta circuncisio. non multum potest dubitari. constat enim factam post transitum Iordanis. s. in Galgalis: nec etiam multo tempore post transitum Iordanis. nam antequam veniret ad vrbem Iericho facta est. De die tamen factæ circuncisionis, vel tempore stricte sumendo dubitabitur. Et dicendū est, ꝙ fuerit circūcisio facta in mēse primo, anni quadragesimi primi, quia in hoc fuit transitus Iordanis, vt supra patet: fuit etiam in die vndecimo, duodecimo, & terdecimo mensis eiusdem: nam neque ante esse potuit, nec post. Quod patet, quia Israelitę iubēte Deo receperunt circuncisionem in Galgalis, vt patet hic, & ista fuit castrametatio, quam fecerunt Israelitę die qua transierunt Iordanem, vt patet pręcedenti c. sed ista fuit decima die, primi mensis, anni quadragesimi primi: ergo in eadem die decima: nec ante eam non potuit fieri ista circuncisio: cum decima die ad noctē venerint in Galgalam.

A Nō potuit etiam fieri in quartodecimo die per totum. nam ibi erat celebratio phase, & comestio: ante tamen quam quisque celebraret phase circuncisus esse debebat: manserunt ergo tres dies medii inter decimum, & quartumdecimum, & in his potuit fieri circuncisio. Credendum est autem, ꝙ in his diebus trib⁹ & parte diei quartidecimi expleta fuerit circuncisio, quia in vno compleri non poterat, cū tot millia Israelitarum circuncidendi forent: facta autem circūcisione cępit paschalis celebritas. *Ait dominus ad Iosue.* Qūo locutus fuerit dominus hic responderi potest, sicut p̄cedenti c. responsum est. s. ꝙ apparuerit in nube: non enim potuit hic apparere in assumpta figura corporis humani, quia vocatur Deus secundum probationem factam in principio præcedentis c. q. 2. De loco autem in quo fuerit ista locutio: Dicendum est, ꝙ fuerit in Galgalis, ibi enim facta est circuncisio. *Fac tibi cultros lapideos.* Quidam de hebręis dicūt fac tibi. i. fac pro te, quasi dicat, ꝙ Iosue fecit istos gladios pro se, quia ipse circuncidebat omnem Israelem. Quod autem solus Iosue circunciderit omnes Israelitas non stat, quia ipse solus non poterat circuncidere tot millia populi in magnis, & paruis: an vero ipse fuerit aliquis de circuncisoribus non patet. Et si objiciatur, qđ infra dicitur Iosue circuncidisse omnem Israelē, non arguitur ipsum fecisse, quia dicitur ipse facere, quę fieri iubet: forte dici posset, ꝙ ipse neminem circūcidit, sed magis sacerdotes, & Leuitę fecerunt hanc circūcisionem, quia erat aliquid pertinens ad religionem veteris testamenti, sicut cęterę cęremonię Sed etiā hoc non constat. nam ex nullo loco demonstrari potest in sacra Scriptura actum circuncidendi magis p̄tinere ad sacerdotes, quam ad alios. Qualitercunque ergo se habeat res, dicendum est, quòd Iosue nullum circuncidit, vel saltem non omnes.

In q. 2.

An Iosue solus potuerit circuncidere omnes Iudæos.

Actus circuncidendi non magis pertinebat ad sacerdotes quam ad alios.

Fac tibi cultros lapideos. Ex hoc patet, quòd non solum Iosue circunciderit Israelitas, sed multi fuerint circuncisores. nam pro vno non oportebat fieri multos cultros, sed sufficiebat vnus. siue ergo Iosue fuerit de circuncisoribus, siue non: multi fuerunt circuncisores.

Cultros lapideos. Ex hoc aliqui dicunt fuisse datū pręceptum de circuncisione in cultris lapideis: litera tamen hebraica dicit secundum ꝙ exponunt Iudęi, nouaculas acutas, quia est ęquiuocatio nominis.

An de necessitate sacramenti circuncisionis fuerit, quòd fieret cultro lapideo, & quid est in quo circuncidebantur Iudæi. Ex sententia Magistri sententiarum. Quæstio. VII.

CIRCA hoc dubium est, an de necessitate sacramenti circuncisionis fuit, quòd fieret in determinato instrumento, scilicet in lapide, vel ferro. Et ad hoc respondet Sanctus Thomas, in quarto sentētiarum, distinctione prima, & ibi vide argumenta: concludit autem, quòd non fuit sub necessitate danda in circuncisione determinatio instrumenti.

Sed adhuc hoc dato dubium est, quid esset in quo circunciderentur Israelitę, an gladio, vel lapideo cultro, & hoc quantum ad omnia tempora. Tenet autē Magister sententiarum. dist. 1. 4. ꝙ esset in lapideo cultro dicens: fiebat autem circūcisio die octaua lapideo cultro, vt in octaua resurrectionis per petram Christū omnis ab electis abscinderetur corruptio. Sed hoc nō tenetur a doctoribus, vt patet per Sanctum Thomam in quarto dist. 1. Fundamentum tamen eorum, qui dicunt circuncisionem iussam fieri lapideo cultro, est id qđ fecit Sephora vxor Moysi veniens de Madian in

Aegyptum, cum enim Angelus Dei vellet percutere Moysen virum eius, arripuit subito acutißimam petram abscindēs preputiū filij sui Eliezer, vt patet Exo. 4. capit. Ex hoc tamen nihil infertur si respiciamus: soluitur enim dupliciter. Primo, quoniam hebręi respōdere poterunt, circuncisionem Eliezer nō fuisse factā in lapide acuto, sed nouacula: nam quamquam litera nostra dicat, tulit illico Sephora acutissimam petram, & circuncidit pręputium filij sui, tamen in hebręo ponitur, cor: vbi nos ponimus petram, & est dictio ęquiuoca ad petram, & ad nouaculam, quod ēt patet ex litera nostra, nam Psal. 51, qui incipit, quid gloriaris in malitia, vbi litera nostra dicit, sicut nouacula acuta: ponit lrā hebraica cor: eandem. s. dictionem, quæ hic hr̄, ex illo ergo loco non magis probatur esse factam circuncisionem lapideo, quam ferreo cultro. vnde Iudæi cum exponunt particulam illam, non magis dicūt de nouacula acuta, quam de lapide acuto. Adhuc autem dato, ꝙ dicamus non factam fuisse circuncisionē istā nouacula acuta, sicut hebræi exponunt, sed acutissima petra, sicut hr̄ in litera nostra, non sequebatur ex hoc, ꝙ omnes successores nouacula acuta lapidea vti deberent in circuncidendo, nec ꝙ præcedentes ex tempore Abrahæ, vsque tunc lapide acuto vsi sint. hoc. n. ex indeliberatione factum est. Erat enim Sephora trāquilla, nihil futuri suspicans mali. & vt subito angelus domini arripuit Moysen torquens eum, attonitam eā reddidit: ipsa igitur succurrere curans, ne angelus virum suum occideret nesciens quid faceret, forte non habens gladium, vel attonita non respiciens, videns acutißimum lapidem, circuncidit filium suum: nihil enim forte tunc promptius reperiit: si tamen promptiorem sibi gladium reperijsset circuncidisset filium suum, iniustum ergo est, vt quod indeliberate gestum est, cæteris ad consequentiam sit trahendum.

Adhuc solidius fundamentum his est: ex eo, quod hic dr̄. nam cum essent in Galgalis Iudęi iussit Deus Iosue, vt circuncideret hebręos cultris lapideis: nō potest tamen hoc dici fuisse inconsulte factum, sicut dicitur de vxore Moysi: cum iubente Deo factum sit: ergo istud mandatum fuit in prioribus seculis, & debuit manere in successoribus.

Determinatio auctoris. An fieret circuncisio cultris lapideis: an aliter. Et quibus vtantur Iudæi moderni. Quæst. VIII.

AD hoc respondendum est, præceptum de circuncisione nō magis obligauisse in cultro lapideo, quam ferreo. nā istud p̄ceptum datum est Abrahę primo, & declarati sunt oēs ritus eius. Gen. 17. inter eos tamen nō ponitur instrumentum an ferreum, vel lapideum. Ad neutrum ergo erat determinate obligatio, nec quantum ad ipsum actum circuncisionis, nec quantum ad principalem significationem, nam non magis differt in lapideo, q̄ ferreo cultro fieri. Ad lrām istam rn̄deri pōt eo modo quo superius dicebatur. s. ꝙ ſm litterā hebraicā ponitur hic dictio ęquiuoca, q̄ nihil magis ad lapidē, q̄ ferrum applicatur. Hieronymus tn̄ lapideos cultros transtulit: hebręi vero indifferenter lapideos cultros, vel nouaculas acutas dicunt: ideo nihil magis ad vnū q̄ ad alterum cogimur. Si aūt velimus tenere applicationem literę nostræ adhuc poterit responderi factū fuisse hoc, non quia necesse esset sic fieri, vel quia sic fecissent priores. sed quia sic nūc specialiter Deus fieri voluit. Causa huius fuit ad significationem, & memoriam: ea quippe, quę Iudęi in futurorum memoriam relinquebant, lapidibus efficiebant: sic patet de duodecim titulis erectis lapideis in monte Synai, in

Quare Iudæi nunc circuncisi sunt cultro lapideo potius quam ferreo.

F die confirmationis legis, ad recordationem duodecim tribuum Israel. Idem patet in duodecim lapidibus erectis in alueo Iordanis intra aquas. Idē in duodecim lapidibus eductis de alueo Iordanis, ad ponendum in Galgalis: de quibus præcedenti. c. Idem patet, quia totum Deuteron. Iudæi tunc scripserunt in lapidibus calce litis, vt patet Deutero. 27. & infra 8. in hac tn̄ vice, quamquam lapideis cultris circuncisionē factam dicamus, tamen aliis temporibus magis gladiis, quam lapidibus facta est. Quod apparet ex modo circuncidendi hebręorum modernorum, qui nunquā lapideis cultris, sed ferreis circunciduntur: ergo a principio sic fecerunt, quia alias cęremonias ita obseruāt, vt in lege iussę fuerunt. Nec valet si dicas, ꝙ Iudęi per-
G mutauerint cęremonias suas post mortem Christi in odium christianorū. nā nihil proficiebat eis hanc permutasse instr̄o lapideo, vel ferreo, quia nulla eis maior defensio a nobis, vel impugnatio ꝯ nos ex hoc erat. Et dato ꝙ aliqualem haberent defensionem, non est verisimile, ꝙ mutauerint. Et tamen adhuc nullatenus dici pōt, ꝙ Iudęi obseruantias suas a ritu priorū mutauerint, quod patet aspiciendo totum Pentateuchū: in quo omnes cęremonię descriptæ sunt hebræorū, & tamen non reperietur modernos Iudęorū ab his, quicquam delirasse. Tenent ergo Iudęi eundem modum in cęremoniis nunc, quem tenuerunt priores, præterquam ꝙ aliqua omittuntur, quę impleri lex ve-
H tat existentibus extra terram Chanaan.

Circuncisio Iosue fuit facta cultris lapideis: & quare non gladijs. Et quare idem senserit, & transtulerit Hieronymus. Quæst. IX.

NVNC cum constet æqualiter dici posse, ꝙ ista circūcisio facta a Iosue, fuerit lapideis cultris, vel gladiis, quæritur quid magis dicendum sit, an lapide, vel ferro hoc actū sit. Respondendum est, rationabilius esse dici factum lapidibus, quam gladiis. Primo, quia dicit̄ hic Iosue: fac tibi cultros, quicquid ergo istud factū fuerit, quo facta est circuncisio, siue lapideo cultro, siue ferreo, nondum factum erat, sed fieri iubetur: manifestum ta-
I men est, ꝙ si de gladiis ferreis intelligeretur, non diceret Deus Iosue, quod faceret tunc illos cultros, quia multi cultri essent in Israel facti, & non expediebat fieri de nouo: ergo cultri lapidei fuerunt. Item cum consuetum esset a principio fieri circuncisionem gladiis illis, dato quòd nulli gladii essent in toto Israel, non iuberet Deus, quòd fierent, quia iubendo fieri circuncisionem, nullo addito, intelligebatur solitum instrumentum, sed Deus iussit fieri hic cultros ad circuncidendum: ergo rationabile videtur hoc fuisse aliquid differens a priori instrumento circuncisionis, sed priores in gladio hoc faciebant: ergo Iosue mandatum est illud facere cultris lapideis: forte enim has rationes habuit literæ nostræ scriptor, vt cum in hebræo ęquiuo-
K cationem inueniret: magis applicaret ad lapideos cultros, quam ferreos.

Circuncide secundo filios Israel.

An liceret bis circuncidi in veteri lege. Et quòd bis baptizari est grauissimum peccatum, & quare. Quæst. X.

DICVNT aliqui, ꝙ licebat bis circuncidi eosdem Iudæos, cum dicatur circuncide secūdo, & consequenter dicunt, ꝙ liceat eidem homini bis baptizari. Est enim circuncisio similis baptismo: si igitur duplicari licebat circuncisionem: ergo & baptismum.

An

An istud argumentum teneat, non est multum insistendum, cū baptizari denuo nulli liceat, quia iniuria fit sacramento, cum semel collatum plenissimam tribuat efficaciam, ita vt postea datum nihil magis efficere queat. Sed adhuc difficilius est de circuncisione, quam de baptismo. nā baptismus corporaliter nihil tollit, aut apponit, ideo quamquam non debeat, tamen possibile est millesies tribui: in circuncisione autem secus accidit. nam fit in membro determinato, & tollitur solum præputium, qui ergo semel circūcisus est, amplius circuncidi non potest. Potissime, quia isti qui nunc circuncisi fuerunt, nunquam fuerant circūcisi, vt patet immediate in litera, necesse est ergo has duas circuncisiones, non referri ad easdem personas.

Quare circuncisio quam nunc fecit Iosue vocetur secunda. Et quòd non omnes Iudæi in nocte qua exierunt de Aegypto fuerint circuncisi. Quæst. XI.

Sed adhuc qūo ista circuncisio dicatur secūda, difficultas est. Quidam Iudæi dicunt istam circuncisionem dici secundam respectu circuncisionis factæ in Aegypto: astruunt enim, ꝙ in nocte qua Israelitæ de Aegypto exierunt, fuit circuncisus totus populus, qui circuncisus non erat, & hoc quia Deus eos educebat de loco seruitutis, & incipiebat sibi assumere in populum, & ibi fuit facta circuncisio multorum simul. Ita fuit hic totus Israel fere circuncisus, ideo dicitur secunda circuncisio. Et de hoc exponunt dictum illud Zachar. 9. c. s. tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua, vocauit Aegyptum lacum sine aqua per metaphorā. vinctos vocauit hebræos qui in Aegypto vincti erant, vt patet Exo. 6. c. & Leu. 26. c. sanguinem testamenti vocat sanguinem circuncisionis, quia in circuncisione sanguis effunditur, iuxta illud Exo. 4. cap. quod dixit Sephora Moysi viro suo: sponsus sanguinis mihi es, & sequitur ibidem: hoc dixit propter circuncisionem. Vocatur circuncisio pactum, vel testamentum, vel fędus: sic patet Gene. 17. & est sensus secundum illos, ꝙ per sanguinem circuncisionis eduxit Deus Israelitas de Aegypto. Ad hoc respondendū est stare non posse. Et primo dicitur ad auctoritatem Zachariæ 9. c. ꝙ non intelligatur de aliquo horum. s. nec de circuncisione, nec de agni Paschalis sanguine, sed de sanguine Messię, vt Deo dante declarabitur cū illuc deuentum sit. Quod autem non fuerit facta circuncisio nocte, qua exierunt Israelitæ de Aegypto patet, quia sciebant se tunc inchoaturos iter, tamen circuncisis si confestim itinerent pedibus suis, mortis periculum est propter quantitatem sanguinis effluentis de vulnere, potissime in genitali parte ad quam multa sanguinis cōcurrunt vasa, & ob hoc fuit impedita circuncisio in deserto, quia nesciebant determinatū tempus motus sui, non ergo tunc circunciderentur, quia oportebat eos per dies aliquot manere in Aegypto. s. donec sanarentur: sic patet infra de Israelitis circuncisis in Galgalis, qui expectauerunt ibi donec sanarent, vt patet infra cum dicitur. postquam autē omnes circuncisi sunt, manserūt in eodem castrorum loco donec sanarentur. Item quia per duos vel tres dies post circuncisionem, sequitur ita grauis dolor in circuncisis etiam quando viri sunt, vt se mouere nequeāt, nec resistere alicui lædenti, sicut patet de viris Sichimitis quos dolose circuncidi fecerunt filii Iacob, & postea die tertio cum grauissimus vulnerum dolor insurgit, duo filii Iacob Symeon, & Leui deleuerunt omnes habitatores vrbis Sichem in ore gladii, vt patet Gene. 34. ergo post istam circuncisionem oportebat, vt manerent Israelitæ aliquibus diebus in Aegypto, quod

Vera respō sio auctoris ad hac q. ponitur infra q. 43.

A falsum est. Item non est hoc verisimile, quia Iudæi nō poterant habere spatiū circuncidendi aliquos in exitu: nam etiam ad fermentandum panem habere tempus nequiuerunt vrgentibus Aegyptiis, & ad recedēdum compellentibus dicendo omnes moriemur, vt patet Exod. c. 12. Item non videtur esse aliqua causa quare Israelitæ nocte qua exituri erant, vellent circuncidere filios suos, nisi forte dicatur, ꝙ dum fuerūt sub potestate Pharaonis, non permisit eos circuncidi, & nunc cum eam exuerent circuncidebantur, sicut fuit de Antiocho rege qui vetuit circuncidi paruulos Iudæorum. sic patet primo Macha. 1. c. s. mulieres, quæ circuncidebant filios suos, trucidabantur secundum iussum regis Antiochi, & suspendebant pueros a ceruicibus per vniuersas domos eorū, & eos qui circunciderant illos trucidabant: sed nihil tale in Aegypto a
B regibus iussum fuit: ideo non erat vlla occasio Iudæis ad circuncidendum omnes paruulos suos, vel totum populum nocte qua exierunt de Aegypto.

An ex Aegyptijs fuerint circuncisi multi in egressu de Aegypto. Et an vocetur circuncisio secunda propter duos actus qui in ea sunt, secundum Rab. Salo. Quæstio. XII.

Alii dicunt, ꝙ in nocte qua Israelitæ exierunt de Agypto, non fuerunt circuncisi Israelitæ, sed Aegyptii ascendentes cum Iudęis: multi enim Aegyptii cum Israelitis a-
C scenderunt, vt patet Exod. 12. s. sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis: hi autem non fuerant ante circuncisi, sed in nocte qua exierunt de Aegypto: cuius causa est, quia isti Aegyptij precedentibus diebus non fuerant circuncisi timentes ne alij Aegyptii recedere velle eos cognoscerent cum Israelitis, & impedirent, aut læderent. Sed dicēdum est stare non posse, quia omnes rationes, quæ cōtra superiora militabant, & inconuenientia sequuntur ad hoc.

Item quia non videbatur quomodo conuenirent omnes Aegyptii, qui exituri erant cum Israelitis, vt omnes nocte præcedenti recessum circunciderentur, quoniam sic notum fieret aliis Aegyptijs, & impedirent eos scientes conspirare cum Iudæis conuertentes se ad eorum ritum. Non stat ergo expositio isto-
D rum. s. ꝙ prima circuncisio dicatur facta in Aegypto nocte qua inde exierunt, & secunda sit quæ hic nunc facta est. Item patet non posse stare. nam quamquam fuerit facta circūcisio talis qualis dicitur in Aegypto, siue de Israelitis, siue de conuersis, tamen non vocabitur ista secunda circuncisio, quia illa non fuit prima, cum ante illam alię precessissent circuncisiones.

Et si respondeas hoc intelligi de circuncisionibus solennibus, & in his fuerit prima in Aegypto existentibus Israelitis, & secunda hic ingredientibus terram Chanaan: sunt enim solennes circuncisiones, quando multi simul circunciduntur, sicut hic.

E Dicendum est adhuc non stare, quia hoc modo nō fuit prima solennium circūcisionum ea quæ facta diceretur in Aegypto, sed prima fuit ea quam primo fecit Abraham, ipse enim omnes de domo sua, & seipsum eadem die circuncidit, cum prima a domino circuncisio facta est, & pactum cum Abraham. Aliter dicit Rab. Sa. s. istam vocari circuncisionem secundam, propter duos actus qui nūc facti sunt, scilicet, ꝙ præputium absciderentur, & quòd postea extremitas pellis manentis replicaretur. Et dicunt, ꝙ Abrahæ data fuit prima circuncisio, & non secunda, quia ipse non replicuit præputium.

Iosue autem accepit secundam circuncisionē. s. quia & abscidit ꝑputia, & replicuit. Sed hoc nihil est. nā replicatio

plicatio pellis manentis nihil operatur ad circũcisionem: sed Iudęi illud faciunt, vt decentius, & sanius pelliculę extremitas maneat. ideo non debet vocari aliquid circuncisionis. Item dato, ꝙ ad circuncisionem esset aliquid accessorium ista replicatio pelliculæ, tamen non poterat vocari secunda circuncisio, sed secundus actus circuncisionis. nam primus actus circũcisio vocari potest, secundus autem nequaquam.

Item adhuc dato, ꝙ iste actus secundus in circuncisione vocaretur circuncisio, tamen non diceret Iosue, ꝙ faceret secundam circuncisionem, sed ꝙ faceret primam, & secũdam. Item patet hoc, quia dicitur infra. ista est causa secundę circuncisionis: ergo videtur, ꝙ ista circuncisio facta a Iosue, secunda fuerit, & non prima, sed falsum est, quia vtrunque simul fuit. Item patet hoc non conuenire literæ, quia cum dicatur immediate. ſ. hęc est causa secũdæ circuncisionis, subditur, ꝙ populus egressus de Aegypto, fuit circuncisus, & in deserto nemo circuncisus est: ideo hic oẽs circuncisi sunt. Ecce qualiter secundam circuncisionem, simplicem circũcisionem vocat, cum dicat eos nunc fuisse circuncisos, quia in deserto non fuerint. Aliter dicit Ra. Dauid Canhi. ſ. istam vocari circuncisionem secundam, quia non solum Iosue circuncidit vnum, sed multos, & post vnum alios circuncidebat, iteratio autem illa circuncisionis faciebat circũcisionem esse secundam. Sed hoc non stat, quia sic non solum fuisset ista vocata secunda circuncisio, sed etiam Abraham diceretur secundo circuncidisse, quia die circuncisionis suæ omnes vernaculos domus suę circuncidit, vt patet Gene. 17. tamen non vocatur illa secunda, sed magis prima omnium. Item quocunque tempore fierent multæ circuncisiones simul, diceretur secunda circuncisio, quia post vnam circuncisionem erat alia: et tunc poneretur aliqua circuncisio secunda ad distinctionem, & esset frustra dictum Iosue: circuncide secundo filios Israel, sed circuncide eos: cũ ista connotatio secundo nihil addat.

Quinta opinio Nicolai de Lira. ſ. an vocetur circuncisio secunda, quia solennis fuit. Quæst. XIII.

ALITER dicit Nicolaus istam vocari secũdam circuncisionẽ. ſ. ꝙ circuncisiones nominantur hic solennes solum: est autem solennis qñ multi simul, vt populus, aut gẽs, vel domus circunciditur, & ad hunc modum non ptinebant quotidianę circuncisiones, & in his non ponitur numerus: de solennibus autem dicitur esse ista secunda.

Primam dicit fuisse Nicolaus tempore Abrahæ. nã cum data fuit circuncisio Abrahę, nemo circuncisus erat, & fuerunt circũcisi simul eadem die omnes vernaculi domus eius cum ipso & filio suo Ismaele, nondum nato Isaac, vt patet Gene. 17. Postea autem non fuit facta alia circuncisio solennis. Nũc autem in exitu de deserto, & transitu Iordanis fuerunt fere omnes Israelitę circuncisi, vt patet infra, & hoc simul, scilicet die vndecima, & duodecima, atque terdecima, mensis primi, anni 41. egressionis de Aegypto.

Sed dicendum est hoc rationabilius esse omnibus suprapositis, sed adhuc non totaliter accedere ad intẽtionem literæ. nam non multum conuenit intentioni literæ in qua redditur causa huius circuncisionis cũ dicitur, hæc est causa secundæ circuncisionis, & postea dicitur, ꝙ in deserto nemo circũcisus fuerat, ideo circuncidit Iosue nunc omnes: hoc autem nihil magis reddit causam secundæ circuncisionis solennis, quam tertię, quam primæ.

F *Sexta opinio, & est Adamantij. ſ. an lex Christi vocetur secunda circuncisio. Et septima opinio August. quæ fuerit. Quæst. XIIII.*

ALII dicunt, ꝙ vocatur secunda circuncisio lex Christi. nam per legẽ Moysi est prima circuncisio a quibusdam peccatis, sed per legẽ Christi, quæ est spiritualis, plenius auferuntur peccata: ideo secundo dr̃ ibi homo circuncidi, sic dicit Adamantius. Dicant Iudæi qũo põt qs secundo circuncidi in circũcisione carnali? semel. n. circuncisus non habet quid secundo possit auferri: a nobis vero quibus dr̃, quia lex spiritualis est, digne & cõuenienter ista soluuntur, qui. n. in lege p Moysen eruditus est, idolatriæ errorem cultumque deposuit, hæc
G est prima circuncisio p legem: si vero ad euangelium perueniat, secundam circuncisionem accipiet per petram, q̃ est Christus, & auferetur ab eo opprobrium Aegypti. Sed dicendũ, ꝙ iste sensus non est literalis, neq; esse põt, sed mysticus. Primo, quia populus ille manebat in lege Moysi, immo nũc erat quasi inchoatio obseruationis eius, & sic non ageretur de aliquo, quod pertineret ad legem euangelii, sed solũ ad legẽ Moysi. Secundo, & pręcipue, quia adhuc istud posset hr̃e colorem aliquem, si istud esset pręceptum solum, ita vt posset aliquid signare, quod esset futurum, & ptineret ad legem Christi, sed est historia, quia sicut dr̃
H ad Iosue, circuncide secundo filios Israel, ita sequit̃ in litera, ꝙ circuncidit eos. ideo non põt intelligi, nisi de vera circuncisione carnali. Alij dicunt, ꝙ vocat̃ secunda circuncisio non respectu eorundem hominũ, sed eiusdem populi. nam idem homo non põt bis circũcidi: populus aũt non est vnus vir, sed multi: ideo possunt multi circuncidi. & dicetur ille populus circuncidi, & manentibus quibusdam incircũcisis, si ipsi postea circuncidantur, dicetur ille populus secundo circuncidi, & ita erat in populo Israel, quia quidam illorum circuncisi erant, & alii non, qui nunc a Iosue circuncisi fuerunt: ideo dr̃ populus secundo circuncidi. Sic dicit Aug. ſ. quæritur cum dixerit circuncide iterum, non enim vnus homo bis circuncidendus erat, sed quia vnus populus erat in quibusdam circũcisus,
I & in quibusdam incircuncisus. ideo dictum est iterũ, vt circuncisus iterum circuncideretur, nõ homo, sed populus: quidam exeuntium de Aegypto filii in illo populo incircuncisi erant, quos circuncidere potuit Iesus: illorũ. ſ. filios quos genuerunt in deserto, & contempserunt eos circuncidere. Dicendum, ꝙ ista expositio satis accedit ad rationem, & tñ hoc modo quandocunque circuncideréntur aliqui Iudęi, diceret populus Israel circuncidi secundo, quia pro illis qui incircuncisi erant circuncidebantur secundo, & tñ circuncisio secunda, nunquam dr̃ facta, nisi nũc, & quasi esset quid nouũ & singulare, redditur ratio de illo in litera cum dr̃. hæc est causa secundæ circuncisionis.

Nota ꝙ auctor postillat cũ illa expositione Augu. sed vide iustam propriam infra q. 43.

K *Quid senserit Historia Scholast. de secunda circuncisione. Quæst. XV.*

ADHVC dicit circa hoc Historia Scholastica, ꝙ vocatur secunda circuncisio, non quidem intelligendo, ꝙ idem homo bis circuncideretur, sed paruuli qui nati fuerãt in deserto, per quadraginta annos incircuncisi erant, alii ex mandato domini, alii ex parentum negligẽtia, alij vero ex eorundem cautela, ne forte mox circuncisis attolleretur nubes, & necesse haberent progredi, & sic periclitarentur paruuli.

Ex verbis istis adhuc non colligitur, quomodo vocetur secunda circuncisio, vel dicantur secundo circun-

circuncidi filij Israel, sed solum semel, quia dicit, ꝙ illi qui non fuerant in deserto circuncisi, fuerunt nũc circuncisi per Iosue. Sed assumenda est causa addendo ad verba ista, scilicet paruuli in deserto per quadraginta annos non fuerunt circuncisi, & toto illo tẽpore quadraginta annorum nemo circuncisus fuit, & quia nũc circuncisio a quadraginta annis omissa repetita fuit, dicitur secunda circuncisio, quia continuatio actus facit actum esse vnum, vel vocari eũdem, interruptio autem eius facit multiplicari, vel dici plures, & tamen nunc fuerat circuncisio omissa, & repetitur: ideo vocabitur secunda.

Examinat verba Historiæ Scholasticæ. Et quòd paruuli in deserto manebant incircuncisi propter periculum, quod sequebatur. Quæst. XVI.

CVm autem dicit, ꝙ paruuli in deserto manebant incircuncisi ex triplici causa. s. ex mandato Dei, ex negligentia parentum, ex cautela eorum refertur ad diuersos. quia negligentia & cautela non se compatiuntur.

Et dicendum, quòd causa vera, aut saltem principaliter motiua quare non circunciderentur paruuli in deserto fuit cautela parentum, scilicet ne sequeretur periculum paruulis: nam ipsi mouebãtur ad motum nubis, & oportebat statim moueri, vt illa moueretur, & manere cum illa staret. Exo. 40. & Num. 9. c. Si autem accideret aliquem nouiter circuncisum esse, quando moueri incipiebat nubes: oportebat non obstante circuncisione, quòd portaretur in via: sed istud erat magnum periculum paruulorum, scilicet, quòd propter motũ effunderetur sanguis ex vulnere, & morerentur, vel sequeretur magnus dolor, qui etiam causa periculi est. Nam non solum statim, vt quis circuncisus est, periculum est ei, si moueatur, sed etiam post aliquot dies, & non solum in paruulis, sed & in viris, vt patet Genes. 34. capit. quando filii Iacob in dolo fecerunt circuncidi omnes Sichimitas, & dicitur, quòd in die tertio, quando est grauissimus dolor vulnerum, Symeon, & Leui occiderunt omnes Sichimitas, scilicet, quia non poterant se mouere, sed erant quasi mortui, sed paruuli magis ista sentiunt, & facilius periclitantur, quàm viri: ideo periculum erat eis si circunciderentur, & statim mouerentur portati per viam, & tamen non poterat aliter fieri, si circuncisio fieret in deserto, quia nunquã erat Israelitis certa mutatio nubis. sed erant semper expectando quando moueretur, & ob hoc dicebantur semper esse in excubiis domini. i. vigilando attente quando Deus. s. angelus eius moueret illam nubem. Exo. cap. 40. ergo non poterant sine periculo circuncidi in deserto.

Item dato, quòd esset notus motus nubis, non tolleretur omnino periculum paruulorum circuncisorum, & hoc erat, quia circuncisio non fiebat ad placitum quocunque tempore quis vellet anticipando, vel differendo tempus, sed oportebat fieri octauo die. Gene. 17. capit. & non poterat pręueniri, vel tardari. si autem posset fieri quocunque tempore, & esset certus motus nubis quando fieret, poterat fieri circuncisio sine periculo paruulorum, anticipando vel posteriorando ad motum nubis, cum tamen oporteret fieri die octauo, adhuc sępe accideret periculum circuncisis, scilicet cum eueniret octauus dies in quo circuncisio celebratur tempore quo mouebatur nubes. & ita erat ista causa sufficiens ad hoc, ꝙ nemo circunciderentur in deserto, quia omnibus erat istud periculum, si accideret moueri nubem tempore circuncisionis, vel ante curationem vulnerum.

A *An Iudæi manebant incircuncisi in deserto ex mandato Dei, scilicet, quòd Deus voluit, quòd non circunciderentur: quia sic secundum positionem Historiæ Scholasticæ. Quæst. XVII.*

CVm autem dicitur, ꝙ ex mandato Dei aliqui manebant incircuncisi. Dicendum, ꝙ non legitur aliquod tale mandatum de aliquo factũ a Deo. Sed considerandum, quòd istud est verisimile. s. ꝙ Deus mãdasset non seruari circuncisionem in deserto, quia mandatum de circuncisione valde arctabat Israelitas, qa dicebatur, ꝙ anima, quę non circuncideretur, periret de suo populo. Gen. 17. c. ideo Israelitę nõ auderent omittere illud sine Dei
B auctoritate, ne ex hoc sequeretur indignatio super omnes & morerentur, & tamen generaliter oẽs omiserunt circuncisionem in deserto: ideo credendũ est, ꝙ auctoritate Dei factum est. Secundo, quia si difficile esset haberi super hoc diuinum responsum, sicut & nobis nunc, forte Israelitæ videntes periculum circuncisorum committerent se diuinæ dispositioni, & dimitterent filios incircuncisos, non habito diuino responso: & tamen erat facillimum illis habere diuinũ responsum in quacunque re vellent, quia habebant secum Moysen, qui loquebatur cum Deo, quandocunque volebat; siue in sanctuario super propitiatorium. Num. 7. c. siue ad ostium tabernaculi descendẽte columna nubis. Exo. 33. c. nam tam familiariter ibi quotidie loquebatur Moyses Deo, & audiebat verbũ
C eius, ꝙ dicebatur loqui ei, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Cum ergo tanta facilitas esset Israelitis consulendi dominum, non est verisimile, ꝙ in tam graui re procederent eo inconsulto, sed consuluerunt eũ, & responderet, ꝙ cessarent a circuncisione in deserto, & licet hoc scriptum non sit, credendum est ita factum fuisse. Tertio patet, quia cum præceptum de circuncisione obligaret sub magna necessitate. Gene. 17. c. dato, ꝙ aliqui non consulto Deo cessare vellent ab obseruatione huius præcepti, sicut & multi negligentes sunt nunc in obseruatione diuinorum præceptorum, non erat tamen verisimile, ꝙ in tanta multitudine omnes vellent contemnere mandatum de omittendo circuncisionem, cum essent multi viri san-
D cti in tanta multitudine, & tamen omnes omiserunt circuncisionẽ, quia vt dicitur hic in litera, natos in deserto nemo circunciderat: ergo non factum est sine diuino consensu. Quarto, & potissimum, quia in ista multitudine erat Moyses, tanquam dux & rector vir sanctus, & legis Dei zelantissimus, qui nullo modo ꝑmitteret Israelitis agere contra legem Dei, sed vindicaret in transgressores, & tamen viuente eo in toto tempore deserti per quadraginta annos nemo circũcisus est, & ipse hoc patiebatur, neque obiurgabat Iudæos super hoc: ergo videtur, ꝙ ipse consuluerat dñm super hoc, & responderat ei, & ita ex Dei consensu omittebatur circuncisio. Quinto patet, quia Deus dixit
E nunc Iosue, circuncide filios Israel, & aliter ipse non circuncideret eos: cum ergo nunc mandauerit, & ante hoc non mandabat, videtur ꝙ ex consensu suo toto tempore præcedenti cessauerunt a circuncisione, quia alias sicut nunc mandauit circuncidi Israelitas, mandauisset quocunque tempore ante hoc. Sexto patet ex modo imperandi. nam dixit circuncide secundo filios Israel, & non dixit cum obiurgatione aliqua. si tamen omittentibus Iudæis circuncisionem cõtra voluntatem Dei ipse mãdaret, ꝙ seruarent illam, obiurgaret eos pro præterita transgressione, sed non fecit. ergo videtur, ꝙ toto tempore præterito cessauerãt ab ista obseruatione de voluntate Dei.

Nullus mansit in deserto incircuncisus negligentia parentum, sed ex mandato Dei. Quæst. XVIII.

CVM autem dicitur, ꝙ aliqui paruuli manebāt incircuncisi ex negligentia parentū non est concedendū. Primo, quia vbi erat causa legitima, non pōt imputari negligentia, & tamē oēs Israelitæ habebant causam legitimam in deserto ad non circuncidendum filios. s. propter periculū incertitudinis motus nubis, vt dictū est. s. q. 16. ergo non poterat alicui eorum imputari negligentia, & ita non poterat dici manere aliquis puer incircuncisus negligentia parentum. Secundo, quia si aliquis diceret manere incircuncisus negligentiam parentum, oēs dicerentur manere incircuncisi negligentia parentum, cū oēs similiter dimitterent filios incircuncisos, & tñ nō dr̄ de omnibus hoc: ergo non poterat dici de aliquo. Tertio, quia illi qui manebant incircuncisi auctoritate Dei, non poterant dici incircuncisi negligentia parentum, & tñ quantum ad omnes Israelitas fuit consensus Dei, ꝙ cessaret circuncisio toto tempore deserti, vt ostensum est præced. q. quia mandatum non erat speciale quantum ad aliquos. ergo de nullo potest dici, ꝙ manebat incircuncisus negligentia parentū. Dicendum ergo, ꝙ illa distinctio non est conuenienter posita. s. ꝙ quidam ex mandato Dei, alij ex negligētia parentum, alii ex cautela ipsorū manebant incircuncisi. Sed est dicendū, ꝙ oēs paruuli manebant incircūcisi ex cautela parentum, & Dei mandato, & nemo manebat incircuncisus ex parentum negligentia. Primū patet, qa omnes parentes cupiebant salutē paruulorum suorū, & prouidebant circa pericula, ne in illa incurrerent, & tñ oībus paruulis erat æquale periculū si circunciderentur, & tunc mota nube deberēt portari per viam: ergo oēs dimittebant paruulos suos incircuncisos ex conuenienti cautela. Secundum patet, quia mandatum Dei, vel consensus de omittendo circuncisionem, nō erat specialiter ad aliquos Israelitas, sed ad oēs: cū causa esset æqualis omnibus: ideo non manerent quidam incircuncisi ex mandato Dei, & alii ꝯ mandatum ex negligentia parentum. Tertium patet, quia vbi obseruabatur mandatum, non poterat signari negligentia, sed mandatum Dei erat omnibus Israelitis de omittendo circuncisionem illo tempore, vt dictum est. ergo nullus manebat incircuncisus ex negligentia.

Conclusio auctoris.

Quod fuit motiuum Historiæ Scholasticæ, vt diceret aliquos incircuncisos fuisse negligentia parentum. Quæst. XIX.

MOTIVVM autem ad dicendū circuncisionem omissam fuisse ex negligentia in quibusdā, potuit hēre Historia Scholastica ex eo, quod dr̄ hic in litera: nec aliquis eos in via circunciderat, & sic vr̄ notari negligentia. s. ꝙ non curauerat aliquis circuncidere istos. Sed dicendū, ꝙ hoc non stat. Primo, quia si istud poneretur ad notandum negligentiam parentum, non ascriberet specialiter quibusdā, sed oībus Israelitis, quia de oībus dr̄. s. neque aliquis eos in via circunciderat, & tñ Historia Scholastica non attribuit negligentiam omnibus, sed quibusdam: ergo non est illud conueniens motiuū.

Secundo, quia litera magis signat dictū esse de omnibus natis in deserto, cum ait, populus autē, q natus est in deserto ꝑ quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis incircuncisus fuit, & ita nemo natus fuit in deserto, qui circūcideretur, & additur, neque enim aliquis eos in via circunciderat, ergo non potest hoc induci pro quibusdam specialiter eorū signando ne-

F gligentiam, sed vel omnes ostendentur negligentes, vel nullus. Tertio, quia neque omnibus potest imputari negligentia ex litera illa, quia si ad signandū negligentiam poneretur, esset cum quadam obiurgatione. tamen non est, sed plane legitur littera. Et debet accipi dictum, ꝙ nemo eos circunciderat, ad ostendēdum veritatem facti, & reddēdum causam præcepti, quia Deus dixit Iosue generaliter, ꝙ circunciderет filios Israel, quasi oēs essent incircuncisi. nam nō dixit: circuncide istos, vel illos, sed generaliter omnes. Ad ostendendum autem, quomodo omnes indigebant circuncisione, dicitur omnis populus qui natus est in deserto incircuncisus fuit, neque enim quisquam eos circunciderat. i. quia nullus fuit in deserto, qui circun-

G cideret filios suos, manserunt omnes incircuncisi, & ita omnes egebant circuncisione, & Deus de omnibus dixit, ꝙ circunciderentur.

Cum manserint Iudæi quadraginta annis in deserto in circuncisi, quare iussit Deus omnes circuncidi transito Iordane. Quæst. XX.

SED dicetur cum toto tempore 40. annorum Deus passus fuerit in deserto manere Israelitas incircuncisos, quare nunc mandauit, ꝙ circunciderētur? Aliquis dicet, ꝙ hoc fuit, quia in deserto non obligabantur Iudæi ad obseruantiam legis,

H transito autem Iordane obligabantur: ideo cum nūc transierint Iordanem, debuerunt circuncidi. Hoc colligitur Deuter. 12. c. vbi dixit Moyses, ꝙ in deserto faciebat quilibet, ꝙ sibi rectum videbatur, & tamen nō sic facturi essent, cum venirent ad hereditatem suam, quam transito Iordane haberent, & ideo erat nunc tēpus obseruandi legem, & consequenter circuncidendi incircuncisos, cum prima cęremonia ritus Iudaici sit circuncisio. Sed dicendum, ꝙ non stat. primo, quia non est verum, ꝙ circuncisio in deserto omissa fuerit, quasi tunc non obligaret, & postea cęperit obligare, sed quia erat causa multum vrgens in deserto ad hoc, ꝙ non fieret circuncisio. s. periculum paruulorum, & ideo non resumeretur nunc, quasi nūc inciperet obligare, & non prius. Secundo, quia non est verū, ꝙ non

I obligabat lex in deserto. nam si lex non obligaret, nō darent̄ pęnę transgressoribus legis, & tñ dabantur, qa qui blasphemauit nomen domini lapidatus est. Leui. 24. c. Etiam circa cęremonialia illud erat, quia mandabat Deus, ꝙ in deserto non colligerent̄ ligna de agro. Exo. 16. c. & quidā ēt, quia inuentus est colligēs ligna in sabbato lapidatus est. Numer. 15. c. ergo lex obligabat in deserto, & ita obligaret circuncisio.

An lex Moysi obligaret ad obseruantiam sui in deserto.

In lege Moysi, quæ præcepta obligabant Iudæos in deserto, & quæ non. Quæst. XXI.

CVM autem dicitur, ꝙ non obligabat lex in deserto, sed faciebat quilibet quod sibi rectū videbatur. Dicendum, ꝙ non intelligitur de

K tota lege, sed solū de quibusdā cęremonialibus. s. de sacrificiis, & decimis, & primitiis, & hmōi. Nam ista non poterant seruare Israelitę in deserto, eo ꝙ non habebant ibi, quæ necessaria erant ad hoc. s. vinum, farinam, & thus, & quędam alia libamenta, quę erant, quasi quædam necessaria condimenta sacrificiorum. Numer. 15. Cum autem essent in terra Chanaan, possent ista habere: ideo tūc possent seruare istas cæremonias, & obligarentur ad eas. Quantum ad cętera autem, quę non requirębant sacrificia, neq; sacrificiorum apparatus, obligari erant Israelitæ in deserto in omnibus generibus pręceptorū. s. tā in moralibus, quam cæremonialibus, q̄ iudicialibus. De moralibus patet,

patet, quia illa semper obligauerunt etiam antequam darentur Israelitis,& nō est aliquis locus, aut tempus in quo obseruari non possint, cum non exigāt aliquas determinationes particulares, quæ non possint haberi vbique,& semper:& ita debeat cessare aliquādo obseruatio eorum. Item patet, quia si non obligarēt moralia, non daretur pęna violatoribus eorum: blasphemia autem est cōtra moralia præcepta,& punitus fuit in deserto blasphemus. Leuitic.24. nam lapidatus est: ergo obligabant ibi moraliter. Etiam siquis velit cōputare obseruationem sabbati inter moralia inquantum est in decalogo præceptorum, adhuc dicemus, ꝙ obligabat, quia lapidatus est, qui colligebat manna in sabbato. Num.15.c. De iudicialibus etiam ꝙ obligarēt apparet, quia iudices in deserto audiebant semper causas inter Israelitas. nam Moyses a mane, vsq; ad vesperum audiebat causas populi, vt patet Exo.18.c. certum est ergo, ꝙ in procedendo, & sententiando seruarent aliqua pręcepta, quia alias iudicia nulla essent,& tamē non est rationabile dici, ꝙ seruarent aliquas leges, & non illas quas Deus dedisset: ergo oportet dici, ꝙ seruarent præcepta iudicialia,& s'm illa iudicabant,& sic patet, ꝙ iudicialia obligabant in deserto. De cęremonialibus, ꝙ obligarēt apparet, quia præcepta de excludendo de castris leprosos, & de proijciendo immūditias: erant cęremonialia,& tñ ista seruabantur in deserto. nam leprosi iubebantur exire de castris. Leu.14.c. Et ita seruatum est, quia qñ Maria soror Moysi incurrit plagam lepræ, eiecta fuit de castris, & mansit foras septem diebus. Num.12.c. Etiā de fluentibus sanguinem,& semen dr̄, ꝙ eijcerent eos extra castra. Nume.5.c.& ita apparet, ꝙ in deserto seruabatur ista lex, qa ibi erant castra,& sic habetur intentio. nam si ista nó obseruarentur in deserto, sed solum in terra Chanaā, non diceretur de eijciendo istos extra castra, sed solū extra vrbes, vel populos. & tñ in omnibus legibus de purificationibus dr̄ de castris. Fuit ergo intentio Dei, ꝙ ista seruarentur in deserto, vbi erant castra,& ita dato, ꝙ obligarent ad obseruationem sui in terra Chanaan, directius obligabāt in deserto. Et ita apparet de omnibus præceptis legis; ꝙ omnia obligabant in deserto,& obseruabantur alia, nisi quædam cęremonialia de sacrificijs,& decimis, aliisque dependentibus ex his, quæ in deserto non poterant seruari, tam propter motus castrorum, quam etiam propter nō esse in deserto materiam, quæ ad hoc requirebatur. & ita circuncisio, quæ non requirit materiam, quę non posset haberi in deserto, obligaret in deserto.

Falsum est dicere, quòd lex non obligabat in deserto. Et quòd erant quatuor conditiones requisitæ ad hoc, quòd lex obligaret. Quæst. XXII.

TERTIO quantum ad principale dicendum, ꝙ illa solutio non tenebat, cum dicebatur, ꝙ in deserto non obligaret lex, & transito Iordane obligaret. Quia istud non est verū: nam illa lex, quæ non obligabat in deserto, ēt nō obligabat transito Iordane: sed solum obligaret, postquam transito Iordane possiderent Israelitę terram pacifice, quā eis Deus daturus esset, & esset sanctuarium dñi positū in aliquo loco quem Deus elegisset. sic patet Deu.12. cap. s. transibitis Iordanem, & habitabitis terram, quā dñs Deus vester daturus est vobis, vt requiescatis a cunctis hostibus per circuitum,& absque vllo timore habitetis in loco quem dñs Deus vester daturus est vobis, vt sit nomen eius in eo. illuc oīa, q̄ præcipio conferetis holocausta, & hostias, ac decimas, & primitias manuū vestrarum. Et ita requirebantur, quatuor cōditiones ad hoc, quòd inciperet lex illa obligare, de qua A Deut.12.c. Prima, ꝙ transissent iam Israelitę Iordanē. Secunda, ꝙ possiderent terram, quam Deus promiserat eis. Tertia, ꝙ possiderent pacifice sine timore hostium. s. ꝙ iam cessatum esset a bellis. Quarta, ꝙ iā esset designatus locus in quo sanctuarium manere deberet. Et tñ nunc sola prima conditio extabat. s. quòd Israelitæ transierant Iordanem. Alię aūt nondum impletę erant. immo nec inchoatę, quia nondū possidebant terram, nec pacem habebant, aut securitatē a bellis. immo nec adhuc incęperant bella contra Chananæos, quę longo tempore postea durauerunt. ỹ.11.c. Etiam nondum fuerat positum sanctuariū dñi in vrbe aliqua terræ Chanaan, sed multo tempore post hoc factum est, qñ cessato a præliis tempore Iosue,& diui- B sa tota terra per sortes, cōuenit totus Israel, & posuit sanctuarium domini in Sylo. ỹ.18.c. ergo illa lex, quæ in deserto obligabat, etiam non obligaret, nunc quando Israelitę transierunt Iordanem, & fuerunt in Galgalis.& ita si circuncisio non obligabat in deserto, nō inciperet obligare statim transito Iordane. Quarto, qa etiam si verum esset, ꝙ lex Moysi nō obligaret in deserto, immo nulla pars eius obligaret. adhuc obligaret circuncisio, quia circuncisio non pertinebat ad legē Moysi: nam multo ante data fuerat. s. tempore Abrahę. Gene.17.c. ideo etiam si lex Moysi non obligaret in deserto, obligaret circuncisio, quia non erant eiusdem conditionis, cum neque pertinerent ad eandem legis dationem: ideo non est verū, ꝙ ideo nunc circūcisi fuerunt, quia nūc inciperet obligare de nouo, vel C iterum circuncisio,& in deserto non obligasset.

Determinatio auctoris ad quæsitum de secunda circuncisione hic statuta a Deo. Et quare eam præceperit. Quæst. XXIII.

DICENDUM ergo, ꝙ Deus iussit nunc circūcisionem,& non prius, cū essent Israelitę in deserto. & hoc primo, quia Deus volebat, ꝙ statim celebrarent phase trāsito Iordane, sicut factū est, vt patet in litera. tamen non poterat aliqs manducare phase, nisi prius circūcideret Exod.12. c. ideo vt oēs possent manducare phase, debuerūt omnes circuncidi, cum essent oēs incircuncisi, vt patet in D litera. Sed obijcietur, ꝙ istud non vrgeat, quia in toto deserto, nunquam aliquis circuncisus est, vt patet hic in litera, & tamen in deserto iussit Deus celebrari phase Nume.10.c.& non iussit ibi circuncisionē fieri ad manducandum phase: ergo neque nunc mandaretur circuncisio propter celebrationem phase. Dicendū, ꝙ pp hoc fuit, vt non deesset aliqua cęremonia necessaria ad manducationem phase,& in phase celebrato in deserto in monte Synai, fuerunt seruatæ omnes cęremonię necessarię, vt patet Nume.9.c. s. faciant filij Israel phase in tempore suo quartadecima mensis huius ad vesperū, iuxta omnes cæremonias, & iustificationes eorum.& nō solum fuerūt obseruatæ cęremoniæ, quæ requirebantur ex parte ipsius agni paschalis, sed etiam omnes dispositiones, quę se tenebāt ex par- E te manducantium. s. omnis munditia,& puritas requisita. nam eo.c. dr̄ de duobus qui erant immūdi, quia contigerant mortuum, an manducarent phase, & respondit Deus, ꝙ non manducarent tunc propter immunditiā, sed manducarent mense sequēti quartadecima die mensis ad vesperū, sed circūcisi esse erat cęremonia magis necessaria ad manducandum, quam quæcunque munditia. Et de ista specialiter fit mentio. Exod.12.cap. ergo ista seruaretur.

Cum autem obijcitur, ꝙ Deus non iussit tunc fieri circuncisionem propter phase. Dicendum, quòd non fuit necessarium, quia omnes qui manducaturi erant

phase, erãt circuncisi.nam illud phase factum fuit anno secundo ab exitu de Aegypto. nam factum est in monte Synai mense primo, quartadecima mensis, Num.9.& in secundo mense, anni secundi, die decimo mensis recesserunt hi Israelitæ de monte Synai, Num.10.c.& ita pascha quod prius fuit, Nume.9. fuit mense primo, anni istius secundi. Ex quo sequitur, ꝙ erat vnus annus integer quo recesserant de Aegypto. nam in die phase.s.die quartodecimo ad noctem, vel quintodecimo in aurora recesserunt Israelitæ de Aegypto. Exo.12.& Num.33.cap.& sic transierat solum vnus annus integer a die exitus de Aegypto, vsq; ad diem quo celebratum est phase. Ex quo patet, ꝙ non erat necessaria circuncisio, tunc quia omnes, q exierunt de Aegypto circuncisi erant, sicut dicitur hic in litera.s. omnis populus qui egressus est ex Aegypto generis masculini, & vniuersi bellatores mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus, qui oẽs circũcisi erant, & tamen illi manducare poterãt phase. Relinquebantur illi soli, qui nati fuerant in deserto. nam isti non erant circuncisi, quia nemo in deserto circuncisus est, vt patet hic in litera, sed illi non poterant comedere etiam si circuncisi essent, quia erant paruuli, nondum vnius anni: ideo pro istis non fuit cõueniẽs, quòd Deus iuberet fieri circuncisionem: si tamen essent ibi aliqui viri nondum circuncisi, certum est, ꝙ Deus iussisset illos circuncidi ad hoc, ꝙ manducarent phase, sed nunc cum transito Iordane celebraturi essent phase, erat totus populus incircuncisus, quia per 40. annos nemo circuncisus fuerat inter Israelitas, vt patet hic in litera, ergo opus erat, ꝙ omnes circunciderentur, & ita factum est.

Secunda causa principalis eiusdem quæsiti, cur scilicet hic fuerit præcepta secunda circuncisio. Quæst. XXIIII.

ALIA causa circuncisionis fuit nũc, quia licet Israelitę non obligarentur nunc ad totam legem, sed solũ ad illud ad quod obligabantur in deserto, quia nõdum possidebant terram pacifice, neque erat locatum sanctuariũ in aliqua vrbe, vt ostendimus supra.q.22.tamẽ Deus voluit, quòd inciperẽt aliquid obseruare de eo, quod prius non obseruabant in deserto, quia intrabant nũc in terram illã in qua lex seruanda erat, quando in ipsa pax haberetur. Et hoc nõ erat incõueniens, q̃a sic fecit Deus in deserto in monte Synai: nam ibi data fuit tota lex, Exod.19.& 20.& Deu.4.& 5.& non erat lex ista quantum ad se totam, s.quantum ad sacrificia, & festiuitates obseruãda in deserto, sed quilibet faciebat quod sibi rectum videbatur, Deute.12.cap. Et tamen voluit Deus, quod in principio quando data fuit lex ista in monte Synai, tota inciperet obseruari, & ita facta sunt sacrificia, & obseruatum est phase, Leui.8.& 9.& Nu.9.c.& 7. Postquam autem recesserũt Israelitæ de monte Synai, neque fuerunt facta sacrificia, neque obseruatę festiuitates aliquę, sed vnusquisque faciebat, quòd sibi rectum videbatur, Deut.12.c. Ita ergo voluit Deus in introitu in terram Chanaam transito Iordane, ꝙ fieret.nã in terra illa obseruãda erat lex, licet non posset statim obseruari. Ideo statim, vt transierunt Israelitę Iordanem, voluit Deus, quòd inciperent totam legem obseruare, licet postea non obseruaturi essent eam. Vnde nunc iussit Deus, quòd circuncinderentur, & facerent phase, quia erat tempus faciendi illud. & non occurrebant aliqua alia seruanda, quia aliter etiam illa iussisset, & ista obseruata fuerunt in Galgalis, sed postea cum incęperũt pugnare Israelitę contra Chananęos, non obseruabant totam legẽ,

F s.quantum ad sacrificia, & festiuitates, & decimas, & primitias, & huiusmodi, quousque data pace locauerunt tabernaculum Domini in Sylo, infra 18. Nam tunc cęperunt obseruare totam legem, ista tamẽ parua obseruatio facta in Galgalis, & statim post transitũ Iordanis fuit quędam protestatio, ꝙ in terra illa, quæ erat transito Iordane, obseruanda erat lex Dei.

Tertia adhuc causa est præcipua, quare circuncisionem iussit Deus fieri statim post Iordanem. Quæst. XXV.

ET licet duę causę precedentes verę sint, quare circũcisionem iussit Deus fieri statim post Iordanem, tamen causa tertia est præcipua, s.
G quòd circuncisio erat cęremonia multũ necessaria in statu, & ipsa erat prima omnium per quam est introitus ad statum, & professionem Iudaicam, sicut per baptismum est introitus ad professionẽ Christianam. Et data fuit ante totam legem, quia non fuit data Moysi, sed Abrahę, & obseruatio ei⁹ erat sub magna pœna, s.quòd masculus cuius pręputij caro non esset circuncisa periret de populo suo. Gen.17.c. Ideo debebat semper obseruari. In deserto autem non potuit obseruari propter periculum paruulorũ, vt ostensum est supra q.16.& illa causa erat summe necessaria contra quam non obligabat aliqua cæremonia legis: ideo cessante causa illa.s.periculo paruulorum, debuit
H rursus obseruari: ideo debebant circuncidi. Prædicta patent, quia periculum paruulorum, in deserto si circuncidrent erat propter incertitudinem motus, quia mouebantur Israelitæ ad motum columnæ nubis. Exo.40.& Num.9.c.& si contingeret nubem moueri quando erat aliquis nouiter circuncisus, oportebat portari illum per viam, quia omnes sequebantur nubem, & tamen erat periculum mortis nouiter circunciso si moueretur itinerando: ideo non circuncidebãt tunc aliquis, quia omnibus erat incertus motus nubis. Sed nunc transito Iordane, non erat istud periculum, quia non mouebantur Israelitæ itinerãdo ad motum nubis. nam post transitum Iordanis non fuerant Israelitę directi a nube, immo ante transitum Iordanis cessauit, ꝙ patet, quia iussit Deus, ꝙ iam arca dirigeret Israelitas in via.s.3.cap. motus autem arcæ non
I erat dubius, quia fiebat per homines, & non per angelum, sicut motus columnæ nubis. Ideo non erat periculum circuncidi cum arca præcederet: erat autẽ periculum circuncidi, quandiu columna nubis præcedebat. Secundo, quia quandiu manebant Israelitæ in deserto, licet non semper actualiter mouerentur, tamen erant semper in statu viatorum. transito autem Iordane, non erant iam viatores, quia non erant ad aliam terram ituri, sed in illa mansuri: ergo cum esset locus quietis, poterant paruuli sine periculo circuncidi. Sed obijcietur, ꝙ nec esse possent sine periculo circuncisi, quia licet non itineraturi essent ad aliam regionem, processuri tamen erant per terram Chanaan faciendo bella contra Chananæos, & ita redit id quod prius.
K Dicẽdum, ꝙ non stat, quia in terra Chanaã iã nunq̃ mouerentur paruuli itinerando, sed semp manerent securi in castris. Quia modus fuit iste cum transierunt Iordanem, fixerunt castra in Galgalis, vt præcedenti c. & hic, & cum bella agenda essent, procedebant viri soli bellatores de castris, vel omnes, vel quædam pars ipsorum: reliqua autem multitudo, tam mulierum, q̃ paruulorum, quàm virorum manebant semper in castris Galgalæ, & ita non erat aliquod periculũ circuncisionis, cum non mouerentur circuncisi, & ista fuit causa præcipua quare circuncisi fuerunt statim transito Iordane, scilicet, quia toto tempore quo fuerũt ante Iordanem erant sub incertitudinę motus, erantq; viatores,

viatores: transito autem Iordane cessauit motus castrorum, sed non bellatorum: ideo fuit plena securitas tunc, & nunquam prius.

An hic in Galgalis quando nunc fuerunt circuncisi omnes Israelitæ, etiam fuerint nunc circuncisi viri de duabus tribubus, & dimidia. Et arguitur quòd non. Quæst. XXVI.

SED quæretur an nunc, quando iussit Deus fieri circuncisionem, fuerint circūcisi omnes viri de duabus tribubus, & dimidia. nam de nouē tribubus, & dimidia nullum dubium est, cum essent nūc cum Iosue. Aliquis dicet, quòd non fuerūt circuncisi. Primo, qa ista circuncisio fuit facta in Galgalis, & ibi sepulta sunt præputia in colle præputiorū, vt patet hic in litera, & tamen non erant in Galgalis duæ tribus & dimidia, quia manserant ad orientē Iordanis in terra duorum regum Amorrhęorum. Num. 32. & supra primo capit. ergo non fuerunt circuncisi. Secundo patet, quia ista circuncisio facta fuit p Iosue, quia Deus iussit ei, ꝙ circuncideret filios Israel, & tamen non erant duæ tribus & dimidia cum Iosue, sed in terris habitationum suarum: ergo non fuerunt circuncisi per Iosue. Tertio, quia ista circūcisio facta fuit die vndecimo, & duodecimo, atque tredecimo mensis primi, vel in aliquo istorum, sed in his diebus non potuerunt esse præsentes viri de duabus tribubus, & dimidia: ergo non fuerunt circuncisi. Primum istorū patet, quia transitus Iordanis fuit die decimo mensis primi, præcedenti cap. phase autem fuit celebratum die quartodecimo mēsis eiusdem, vt patet infra in litera, sed circuncisio fuit post transitum Iordanis, cū fuerit facta in Galgalis, vt patet hic in litera. ergo fuit post diem decimum. etiam fuit necessario ante diem quartumdecimum, quia illo die fuit celebratū phase, vt patet hic in litera. & tamen circuncisio fuit añ manducationem phase, cum esset circuncisio quędam dispositio præuia necessaria in illis, qui mādlucaturi erāt phase: manent autē intermedij dies vndecimus, duodecimus, & tredecimus mēsis eiusdem primi. ideo in aliquo ipsorum, vel in ipsis tribus facta est ista circuncisio. Secundum patet. s. quòd non poterant præsentes esse viri de duabus tribubus & dimidia, quia non poterant vocari, vt tam cito venirent. nam præceptū de circuncisione facienda videtur datum fuisse Iosue die vndecimo mensis, quia datum fuit in Galgalis, & tamen venerunt Israelitæ in Galgalā die decimo mēsis primi, præcedenti cap. & circuncisio facta est in ipso die, aut in duodecimo, vel tredecimo, quia necesse fuit fieri ante quartumdecimum, vt ostensum est hic. ergo non possent conuocari duæ tribus & dimidia, q̄ erant dispersæ per ciuitates suas in tota terra duorum regum Amorrhæorum. Num. 32. c. vt venirent statim omnes viri, & paruuli: ergo non fuerunt nunc circuncisi masculi de duabus tribubus & dimidia.

Arguit pro parte affirmatiua antecedentis quæsiti. Et quòd viri de duabus tribubus & dimidia, tam qui manserunt citra Iordanem, quam qui erant in Galgalis fuerunt circuncisi. Quæst. XXVII.

ALIQVI dicunt, ꝙ fuerunt circūcisi viri de duabus tribubus & dimidia, quia erāt nunc cum Iosue viri de duabus tribubus & dimidia. nam illi præcesserunt cæteros in transitu Iordanis præcedenti cap. ergo ipsi cum cęteris circunciderentur hic. Dicendum, ꝙ de duabus tribubus & dimidia, soli quadraginta millia virorum transierūt nunc cum Iosue, & reliquo Israel, vt patet præcedenti

A cap. cęteri autem viri bellatores, & paruuli manserunt in terra sua ante Iordanem, vt colligitur s̄. 1. & j̄. 22. c. De quadraginta millibus virorum qui transierunt Iordanem, & erant nunc cum Iosue in Galgalis, non est dubium quin circūcisi fuerint. s. omnes illi de eis, qui nati fuerant in deserto, & erant incircuncisi, & tamen de illis qui non transierunt Iordanem, sed māserunt in terra duorum regum Amorrhęorū, est dubium an fuerint circuncisi nunc. Dicendum, ꝙ non debet dubitari an circuncisi fuerint illi, immo asserendum est, ꝙ tam illi qui erant nunc in Galgalis, quā illi qui erant in terra duorū regum Amorrhęorum, circuncisi fuerunt. Primo, quia istud mandatum videtur

B datum de omnibus. nam dixit Deus ad Iosue, circuncide secundo filios Israel, & ita generaliter dixit, ac si diceret circuncide omnes filios Israel, qui incircuncisi sunt, & non dixit: circuncide istos qui tecum sunt. ergo etiam qui erant in terra Amorrhęorum, cū essent de filijs Israel, circuncisi sunt. Secundo videtur hoc innui ex causa, quæ redditur in litera pro circuncisione. nam dicitur omnis populus qui egressus est ex Aegypto generis masculini, & vniuersi bellatores mortui sunt in deserto, qui omnes circuncisi erant. populus autem qui natus est in deserto per 40. annos latissimę solitudinis incircuncisus fuit, quia neque aliquis eos in via circunciderat, & ita de omnibus Israelitis natis in deserto loquitur qui erant incircuncisi. ergo videtur velle reddere causam, ꝙ omnes fuerint circūcisi.

C Tertio patet, quia Israelitę erant eadem gens, & habebant eandem legem, atque obligabantur ad eadem p̄cepta, cum omnes accepissent legem in monte, ideo posuerunt ibi duodecim titulos, pro duodecim tribubus Israel. Exo. 24. c. Circuncisio autē erat, quæ maxime obligabat, tanquam prima, & fundamentalis cæremonia, quę omissa fuerat in deserto ex causa necessaria, vt ostensum est supra q. 16. Nunc vero cessante illa causa, iubebat Deus obseruari circuncisionem. ergo omnes illi qui prius obligati erant ad illam, & in quibus cessabat causa omissionis rursus obligabantur seruare illam. omnes tamen Israelitę tenebant ad circuncisionem, cum essent de stirpe Abrahæ. Gene. 17. & omnibus his data fuit hæc lex, quæ erat fundamentum totius legis, sicut dicit Apostolus ad Galat. 5. c. ꝙ

D qui se circuncidit debitor est vniuersę legis seruandę. ergo duæ tribus, & dimidia tenebantur ad circūcisionem, cum cessabat in illis causa omissionis circuncisionis: sicut in alijs nouem tribubus, & dimidia. s. incertitudo motus columnæ nubis, & periculū paruulorum. immo in istis duabus tribubus, & dimidia magis cessabat ista causa, quam in aliis Israelitis, quia isti erant iam in vrbibus suis, quas possidebant pacifice ad Orientem Iordanis. Nume. 32. c. ergo isti circunciderentur nunc, sicut & aliæ nouem tribus, & dimidia. Quarto, quia si isti non circunciderentur nunc, quando alij Israelitæ signarent se, viderent non pertinere ad eundē Deum, neque ad eandem legem, eundēq; ritū colendi, & tñ hoc abominabantur valde duæ tri-

E bus & dimidia, & ob hoc fecerunt altare magnum apud tumulos Iordanis, vt maneret in testimonium, & non possent dicere filij nouem tribuum, & dimidiæ filiis duarum tribuum, & dimidię, ꝙ non habebāt partem in Deo Israel, j̄. 22. c. ergo nunc ēt si non madaretur aliis Israelitis circuncidi, ipsi se circunciderēt: ne viderentur ptinere ad aliū Deū, & aliam gentem. Quinto, quia 40. millia virorū de duabus tribubus, & dimidia, q transierunt Iordanem cū Iosue, & reliquo Israel, circuncisi fuerunt p Iosue, vt dictum fuit. s. ergo cęteri de duabus tribub⁹ & dimidia, q manebāt in terra duorū regū Amorrhęorū, q erāt filij, & frēs istorū ēt circunciderent, qa alias videret valde absurdum.

An

An paruuli, & alij qui remanserunt intra Iordanem, fuerunt circuncisi eodem loco, & tempore, quo alij. Quæst. XXVIII.

EST dicendum de masculis duarum tribuum & dimidię, qui erant in terra duorum regum Amorrheorum, ꝙ non est dubium, quin omnes circũcisi fuerint, postquã Deus istud præcepit Iosue, & tamen an circuncisi fuerint statim.s.eo tempore quo alij, & in eodem loco, est dubium. Dicendum autem videtur, ꝙ non fuerint circuncisi statim, neque in eodem loco: sed Deus dedit istud mandatum Iosue in Galgalis, & ibi statim circuncisi sunt ante diem quartumdecimum mensis primi, omnes de nouem tribubus, & dimidia, qui erant incircũcisi, & cum eis. 40. millia virorum de duabus tribubus, & dimidia, qui cũ Iosue erãt, & post hoc nunciauerunt istud omnibus viris de duabus tribubus, & dimidia, qui erant in terra duorũ regum Amorrheorum, quomodo Deus istud iussisset, & ꝙ ipsi quoque circunciderentur, quod statim illi fecerunt per totam terram suam. Et secundùm hoc potest respõderi ad rationes factas infra q. 26. Ad primam cum dr̃, ꝙ illi non fuerunt circũcisi, quia illa circuncisio fuit facta in Galgalis. Dicẽdũ, ꝙ masculi de duabus tribubus, & dimidia circuncisi fuerunt, sicut oẽs alij, & tñ non fuerunt circuncisi in Galgalis, sed in terra sua, & vrbibus suis: neque oportebat, ꝙ conuenirent in aliquem locum ad hoc, ꝙ ibi circunciderentur in terra duorum regũ Amorrhæorum, sed ibi quilibet in loco suo circuncidebatur misso mandato per Iosue. Ad secundũ dicendum, quòd ista circuncisio facta fuit per Iosue, non quidem, quòd Deus iussisset circuncidere oẽs Israelitas manu sua, quia forte nullum circũcidit. immo nec fieri poterat, quia oportebat expectari longo tempore si hoc per se facturus esset Iosue, cũ esset tanta multitudo incircuncisorum, sed quicunque indifferenter circuncidere poterat alterum, ita vt intra vnam diem, vel quasi posset hoc totum compleri. Dicebatur tamen circuncidere Iosue Israelitas, quia eo iubente, & auctore circuncidebantur, & ita Israelitæ de duabus tribubus, & dimidia, qui in terra duorũ regũ Amorrhæorum erant, dicuntur circuncisi per Iosue, sicut cęteri.s. quia Iosue mandante circuncisi sunt, misso mandato in terram eorum. Ad tertium concedendum est totũ, quod dicitur.s. ꝙ non circuncisi fuerunt masculi de duabus tribubus, & dimidia eo tempore, quo aliæ nouem tribus, & dimidia, quia istæ nouem & dimidia, cum essent in Galgalis cum Iosue, potuerunt circuncidi ipso die quo datum est mandatum de circuncidẽdo.s.die vndecimo, mensis primi. Ad masculos autem de duabus tribubus, & dimidia, qui erant dispersi per vrbes, & loca terræ duorum regum Amorrhæorum, non potuit ita cito perferri mandatum, neque ita cito tradi executioni. Sed dicendum, ꝙ facta circuncisione in Galgalis annunciatum fuit in tota terra duorum regum Amorrhæorum, & tunc omnes masculi qui incircuncisi erant, circuncisi fuerunt.

An viri de duabus tribubus, & dimidia, qui erant in terra Amorrhæorum obligabantur ad celebrandum nunc phase, & an liceret eis celebrare in terra sua. Quæstio. XXIX.

OCCASIONE præcedentium cum dictum fuerit, ꝙ viri de duabus tribubus, & dimidia circuncisi fuerunt, licet non in Galgalis, sed in terra sua, eo ꝙ illi qui in Galgalis erant cum Iosue circuncisi fuerunt, est dubium, an sicut celebrauerunt phase, qui erant in Galgalis, celebrarent

F etiam phase qui erant in terra duorum regum Amorrhæorum. Aliquis dicet, quòd nõ est dubium, q̃a eędẽ rationes manent ad istud, quæ manebant ad circuncisionem faciendam. Et primo, quia præceptum de faciendo phase, erat datum omnibus Israelitis, quia erat præceptum legis Moysi, quæ obligabat omnes duodecim tribus, & tamen qui erant in terra duorum regum Amorrhæorum, erant de duodecim tribubus: ideo obligabantur, & patet de hoc Nume. 9. c.s. si quis non fecerit phase, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificium non obtulit domino tempore suo, peccatum suum portabit ipse. peregrinus quoq;, & aduena si fuerit apud vos faciet phase domino, iuxta cæremonias, & iustificationes eius. pręceptũ idem

G erit apud vos, tam aduenæ, quam indigenæ. Secundo, quia tota erat eadem gens, & debebat sequi easdẽ cæremonias, quia habebat eundem Deum, & sub eadẽ lege. ideo etiam si viris de duabus tribubus, & dimidia non iuberetur facere phase, si ipsi scirent, quòd viri de aliis tribubus celebrabant phase in Galgalis, ipsi quoque celebrarent in terra duorum regum Amorrhæorum, quæ erat terra sua, vt non possent dici alieni à reliquo Israel, & non habere partem in Deo Israel, infra 22. c. Tertio, quia quadraginta millia virorum de duabus tribubus, & dimidia, qui erant cum Iosue in Galgalis, celebrauerunt ibi cum reliquis phase. ergo illi qui manebãt in terra duorum regum Amorrhæorum, cum essent filii, & fratres istorum, sequerentur cæremonias illorum, & facerent phase, sicut ipsi.

H *Determinatio auctoris super quæsito præcedenti. Et quòd qui erant in terra duorum regum non celebrauerunt nunc phase celebrantibus alijs in Galgalis propter septem rationes. Quæst. XXX.*

DICENDVM, quòd Israelitæ de duabus tribubus, & dimidia, qui manebant in terra duorum regum Amorrheorum, non celebrauerunt nunc phase celebrantibus aliis in Galgalis. Et patet primo, quia scriptura videret innuere solum de illis qui erant in Galgalis, ꝙ celebrauerint phase, & non de aliis. nam dicitur infra in lr̃a. manserunt filii Israel in Galgalis, & fecerunt phase quar-

I tadecima die mensis, ad vesperum. & sic solũ de Galgalis innuit, quòd ibi fuerit factum phase. non ergo in terra Amorrheorum. Secundo, quia dicitur. fecerunt phase die quartodecimo in campestribus Iericho. & ita qui in illis campestribus erant, signant̃ fecisse phase, & non alii: sed duæ tribus, & dimidia non erant in campestribus Iericho, sed in terra duorũ regũ Amorrhæorum. ergo non celebrauerunt phase. Tertio, quia additur ibi in litera. & comederunt de frugibus terræ Chanaan. & ponitur istud ad signandum opportunitatem ad faciendum phase.s. quia habebant fruges ad faciendum panes azymos. dicitur tamen de frugibus terræ Chanaan, sed terra duorum regum Amorrheorum non vocatur terra Chanaan, sed solum illa, quæ

K est ad occidentem Iordanis, vt colligitur. Gene. 10. & infra 13. & 14. c. ergo signatur solum celebratum phase in Galgala, quæ erat in terra Chanaan. Quarto, quia non videtur quare vellent duæ tribus, & dimidia in terra duorum regum Amorrheorum celebrare phase. Et non est simile de circuncisione facta a nouem tribubus, & dimidia, quam imitatę fuerunt duę tribus & dimidia. Primo, quia de circuncisione fuit datum mandatum per Iosue, & ideo obligabat. de celebratione autem phase non fuit datum mandatum aliquod, sed videtur sponte facta, quia dicitur in litera, ꝙ celebrauerunt phase filii Israel: ideo circuncisionem, tanquam necessariam assumerent, celebrationem autem

phase

phase velut spontaneam, & non necessariam nō imitarentur. Secundo: quia videbatur illud mandatum datum Iosue extendi ad viros duarum tribuum, & dimidię habitantes in terra duorum regum Amorrhęorū, cum dictum fuerit ei. circuncide filios Israel, & tamē illi erant filij Israel. De celebratione aūt phase nullum mandatum fuerat nunc datum, quod ad istos, vel ad alios solum extenderetur, iō non erat simile. Tertio, quia ista duo inter seipsa nō erant ęqualia, quia magis obligabat circuncisio Israelitas, & magis sine limitatione, & additione aliqua, quam celebratio phase. ideo licet in vno imitarentur, non facerent in alio.

Quinta, & sexta, & septima ratio principalis ad quæsitum antecedens. Quæst. XXXI.

B

ADHVC autem quantum ad principale videtur, ꝙ non possent viri de duabus tribubus, & dimidia in terra duorū regū Amorrhęorum celebrare phase, quia phase celebratur determinato tempore, & non alio. s. die quartodecimo, mensis primi ad vesperum. Exo. 12. & Leuitic. 23. c. & tamen hoc tempore non potuerunt illi celebrare, quia si illi celebrarent, hoc esset, quia viderent, ꝙ celebrabāt phase qui erant in Galgalis, sed illi celebrauerunt die quartodecimo mensis, vt patet infra in litera, & ita quando alij de hoc audirent, iam esset præteritum tempus celebrandi, & non possent celebrare. Idem esset si celebrare vellent admonēte Iosue. ille enim voluit celebrare phase, postquam fuit in Galgalis, sed postquam ibi fuit, non fuit tempus annunciandi manentibus in terra Amorrhęorum, quia die decimo, mensis primi castrametati fuerunt Israelitę in Galgalis, præce. c. & phase fuit celebratum die quartodecimo, & sic interim non esset tempus annūciandi eis, vt illi possent se disponere ad celebrandum phase. Potissime, quia iam erant. 39. anni, ꝙ non celebrauerunt phase. s. anno secūdo ab exitu de Aegypto in monte Synai. Nume. 9. c. De circuncisione nō fuit sic, quia illa non requirebat nunc certum tempus, sed poterat fieri quacunque die. ideo postquam viri de duabus tribubus, & dimidia audierunt, ꝙ reliqui Israelitę, qui erant in Galgalis circuncisi fuerant, ipsi quoque circuncisi fuerunt. Prædictæ rationes sunt probabiles ad ostendendum, ꝙ duæ tribus, & dimidia non celebrauerint phase, sed si quis velit proteruire non concluderent. sunt autem alię duæ, quæ illud necessario probant. Est autem sexta, quia nemo potest celebrare phase, nisi fuerit circuncisus. Exo. 12. c. & tamen viri de duabus tribubus, & dimidia in terra Amorrhęorum, non erant circuncisi. ergo non poterant celebrare phase. Hoc patet, quia isti viri circuncisi fuerunt quando audierunt, ꝙ alij fuerant circuncisi in Galgalis, sed qui erant in Galgalis fuerunt circuncisi die vndecimo, & duodecimo, & celebrauerunt phase die quartodecimo. non potuit autem peruenire istud tam cito ad omnes habitantes in terra Amorrhęorū, ita vt possent circuncidi ante diem quartumdecimū, cum mandatum de circuncidendo in Galgalis fuerit datum die vndecimo, & tamen celebrandū erat phase die quartodecimo, & qui ante illum diem nō esset circuncisus, non poterat celebrare phase. ergo nō potuerunt isti de duabus tribubus, & dimidia esse circuncisi ad hoc, ꝙ celebrarent phase, quia post diem quartumdecimum nō poterant celebrare, etiam si postea circunciderentur. Septima ratio, & adhuc magis conuincens, quia dato, ꝙ duæ tribus, & dimidia habitantes in terra Amorrhęorum essent circuncisi, & mundi, & nullum impedimentum habētes ad celebrationem phase, non licebat eis celebrare phase: sed pecca-

A rent valde si facerent, quia phase non poterant celebrare in quocunque loco, sed solum in loco quem dominus elegisset, vt esset ibi sanctuarium eius. Deuter. 16. c. & tū in terra Amorrhęorum nō erat sanctuariū domini. ideo neque in omnibus, neque in aliqua vrbium terræ illius poterat nunc celebrari phase, poterat autem celebrari in Galgalis, quia ibi erat nunc arca domini, & totum sanctuarium. ideo licite poterat ibi fieri phase, & quęcunq; sacrificia, & celebrari quęcunque festiuitates.

Distinctio eiusdem quæsiti præcedentis, & determinatio redeundo simul ad argumenta posita supra q. 29. & primo ad primam. Quæst. XXXII.

DICENDVM ergo, ꝙ si quęratur de quadraginta millibus virorum, qui erant de duabus tribubus, & dimidia, nunc cum Iosue in Galgalis, an celebrauerint phase, concedendum est, ꝙ sic. Si vero quęratur de viris, & fœminis harum duarum tribuum, & dimidię manentibus in terra duorum regum Amorrhęorum an celebrauerint phase nunc. Dicendum, quòd nec nūc, nec postea in mense secundo, quia non licebat eis, cū essent extra locum sanctuarij. Et ita potest responderi ad rationes in contrarium positas supra. q. 29. ad primā, cū dicitur, ꝙ præceptum de celebrando phase erat commune omnibus duodecim tribubus. concedendum est, & tamen non ideo sequitur, ꝙ tenerentur qui manebant in terra duorum regum Amorrhęorum, quia ad celebrandum phase requirebantur multę dispositiones, & quæcunque illarum deficeret, non licebat celebrari phase. Erat vna, quòd esset quis circuncisus. Exo. 12. c. & tamen isti non potuerunt esse circuncisi, vsque ad diem quartumdecimum, quando celebrandum erat phase, vt ostensum est præceden. q. ideo non licebat celebrare. Alia dispositio erat, ꝙ celebrans esset in loco sanctuarij. Deut. 16. & hoc q̄a phase erat sacrificium. Nu. 9. s. quia agnus paschalis immolabatur, & nō poterat fieri immolatio, nisi in altari holocaustorum. Leui. 17. & Deuter. 12. c. & ꝟ. 22. ideo oportebat omnes celebrantes phase esse in loco sanctuarii. Et ob hoc Num. 9. c. iubetur, ꝙ omnes Israelitæ, & aduenæ, qui erant inter eos celebrarent domino phase tempore suo. s. die quartadecima, mensis primi ad vesperum. Et excipiuntur duo casus. s. si quis esset immundus, quia tetigerat immundum, vel ob aliā causam immunditiæ, aut si quis esset in itinere procul. & tamen istud secundum nō poneretur, si liceret in quolibet loco celebrare phase. ideo innuitur in solo loco sanctuarij immolandum, atque manducandum esse phase, sed duæ tribus, & dimidia non erant nūc in loco sanctuarii, sed in terra duorum regum Amorrhęorum. ideo non obligabantur celebrare phase: immo non licebat eis celebrare etiam si vellent.

An teneantur illi de duabus tribubus, & dimidia, qui remanserunt in terra duorum regum venire in Galgalis ad celebrandum phase cum eis non liceret in terra sua celebrare. Quæst. XXXIII.

SED manet nunc dubium, cum non liceret illis duabus tribubus, & dimidiæ celebrare phase in terra duorum regum Amorrhęorum, an tenerent venire in Galgalam ad celebrandum ibi phase. Aliquis dicet, ꝙ sic, quia obligabantur Israelitæ ter in anno venire omnes masculi in locū sanctuarii ad celebrationem trium festorum, & præcipuum erat festum phase. Exo. 23. & 34. c. nunc autem erat prima illorum festorum. s. phase, & erat sanctuariū domini

in

in Galgalam, ergo obligabantur illuc ire. Dicendũ, ꝙ viri de duabus tribubus, & dimidia non obligabantur nunc venire in Galgalam ad celebrandum phase.

Primo, quia nõ erat notum, an talis celebratio futura erat, quia ante hoc nunquam fuerant soliti Israelitę celebrare phase, quia solum bis celebrauerant, s. semel in Aegypto in nocte illa qua egressuri fuerunt inde, vt patet Exo. 12. & Nume. 33. c. & secundo celebrauerunt in monte Synai anno secundo ab exitu de Aegypto. Nume. 9. & 10. ca. manserunt autem postea triginta nouem annis in deserto non celebrãtes phase, neque faciẽtes aliquas cęremonias sacrificiorum: nunc autem quasi ex accidenti celebratum est tertio phase in Galgalis: & quia istud non fuit prenunciatũ, ꝙ deberet celebrari, & Israelitę essent dissueti ab ista celebratione, non obligabantur venire ad celebrandũ in Galgalam: nam non potuerunt scire, qui erant in terra Amorrhęorum, an celebrandum esset phase: & Iosue nõ potuit pręmonere eos ante transitum Iordanis, quia Iosue tunc nesciebat an celebrandum esset phase. & patet hoc, quia non licebat Iudęis celebrare phase cum manerent incircuncisi, & tamen Iosue non sciebat, an circuncidendi essent, quousq; fuit in Galgalis, & ibi iussit ei Deus, quòd circuncideret filios Israel, ergo ante diem vndecimum, mensis primi, in quo fuit datum mandatum de circuncidendo, vt s. ostensum est, non potuit scire Iosue, an phase celebrãdum esset, & ita non potuit præmonere ante transitũ Iordanis Israelitas manentes in terra duorum regum Amorrhæorum, vt venirent in Galgalam ad celebrãdum phase.

Secundo, quia etiam si vellent venire, & celebrare non possent obstante Iordane, quia illi habitabant ad partem orientalem Iordanis, supra primo c. Num. 32. & ideo ad veniendum in Galgalam oportebat transire Iordanem, sed Iordanis nũc intumuerat, supra 3. c. ita vt Israelitæ non potuerint transire sine miraculo. ergo si non transirẽt cum eis illæ duę tribus, & dimidia non possent transire postea. Quia isti transierunt die decimo, mensis primi, præceden. c. & celebratum est phase die quartodecimo. ideo qui transituri essent ad phase, oportebat, quòd transirent tunc, vel ad plus tribus diebus post. & tamen tunc adhuc esset impetus magnus Iordanis, & non esset fluuius transibilis: ideo non possent transire, nisi transiuissent simul cum aliis Israelitis, sed cum illis non transierunt, quia solũ transiuerunt 40. millia virorum, de his duabus tribubus, & dimidia præced. c. ergo non potuerunt transire Iordanem reliqui ad celebrandum phase.

Tertio, quia videbat̃ ꝯ intentionẽ Moysi, & Iosue, ꝙ illi venirent nunc ad celebrandũ phase, nã Moyses concessit istis duabus tribubus, & dimidiæ terrã duorum regum Amorrhęorũ, vt ibi manerent, & solũ viri bellatores de eis transirent Iordanem cũ aliis tribubus ad obtinendũ terrã Chanaan. Num. 32. c. & istud fuerat pauco tp̃e ante transitũ Iordanis. deinde Iosue cũ transituri essent Israelitæ Iordanẽ, cõcessit duabus tribubus, & dimidiæ, ꝙ aliqui de ipsis manerent in terra ad defensionem ipsius contra hostes. soli autẽ 40. millia virorum de ipsis transirent Iordanem cum aliis tribubus, supra 1. c. ergo videtur, ꝙ oĩbus aliis mandabat Iosue manere in terra illa. & sic non venturi erant in Galgalam ad celebrandum phase.

An essent hic obligati ex lege Israelitæ ascendere ad locum sanctuarij pro celebrando phase. Quæst. XXXIIII.

CVm autem obijcitur, quòd Deus iusserat ter in anno omnibus masculis de Israel ascendere in locum sanctuarij. Dicendũ, quòd festiuitas phase erat

F principalis, in qua ascendere debebant Israelitæ in locum sanctuarij. Sed dicendum, quòd ista lex nondum incipiebat obligare, quousque traderetur terra pacifice in manus Israelitarum, & sanctuarium esset in aliqua vrbe, quam elegisset dominus, vt colligitur Deut. 12. c. & hoc nondum factum fuerat, vt ostensum est, supra q. 22. immo, & cum agitur de ascensu Israelitarum ad festiuitatem istam in locum sanctuarii dicit, cum abstulero gentes a facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ ascendente, & apparente te in cõspectu domini Dei tui ter in anno. Exo. 34. c. & ita ad hoc, ꝙ Israelitæ obligarentur ascendere ad istam festiuitatem in locum sanctuarii, oportebat, ꝙ iam dominus abstulisset gentes a facie eorũ,
G & dilatasset terminos eorum, & tamen nunc neutrũ erat factum: ergo lex ista non obligabat.

Respondet ad secundam, & tertiam argumentationem quæstionis 29. nam ad primam iam responsio data est q. 32. Quæst. XXXV.

NVnc respondendum ad alias duas rationes factas, supra q. 29. Ad secundam ipsarum, cum dicebatur, quòd istæ duodecim tribus erant vna eademque gens, ideo deberẽt sequi easdem cæremonias. Concedendum est, & ita dicendum, quòd lex de faciendo phase erat communis omnibus Israelitis, sed illa habebat certas limitationes ex parte personarum, quæ deberent celebra-
H re phase, vt colligitur Num. 9. & ostensum est. s. q. 32. & non concurrebant istæ cæremoniarum conditiones manentibus in terra duorum regum Amorrheorum. s. quia non erant circuncisi, & etiã quia erant extra locũ sanctuarii in quo solo licebat celebrare phase. ergo licet nouem tribus, & dimidia celebrarẽt phase in Galgalis, non licebat istis duabus tribubus & dimidiæ, quæ erant de eadem gente celebrare phase in terra Amorrhæorum. Ad tertiam rationem dicendũ, ꝙ erant illi qui manebant in terra duorũ regũ Amorrhęorum filii, & fratres istorum quadraginta millium qui transiuerant Iordanem cum Iosue, & tamen nũc non poterant imitari celebritatem ipsorum, quia isti quadraginta millia erant circuncisi per Iosue nunc.
I etiam erant in loco in quo erat sanctuarium. & sic nõ deerat eis dispositio aliqua ad celebrandum phase. illi autem qui manebãt in terra regum Amorrhęorum, licet essent fratres, & filii istorum, non erant dispositi ad istam celebritatem, quia non erant circuncisi, neq; erant in loco sanctuarii: ideo non licebat eis celebrare phase. vnde si isti quadraginta millia virorum, qui erãt nunc cum Iosue in Galgalis, manerent in terra duorũ regum Amorrhæorum, nõ liceret eis celebrare phase, sed quia accidit eos esse in tali loco, & esse dispositos, celebrauerunt illud. Amplius autem dicendum, ꝙ sicut non pertinebat ad manentes in terra Amorrhæorum celebrare phase, ita neque pertinebat ad terram ipsam, quòd in ea celebraretur. vnde si accidisset,
K quòd Israelitæ tempore huius celebritatis. i. die quartodecimo, mensis primi, nondũ Iordanem transissent, sed manerent in terra regum Amorrhæorum in qua erant moriente Moyse: non celebrassent ibi phase, licet venisset tempus in quo celebratur festum illud.

Sed istud factum est specialiter, quia illa festiuitas accidit tunc quando Israelitæ transierunt Iordanem. illa autem terra, quæ erat ad occidentem Iordanis, erat in qua Israelitæ mansuri erant, & obseruaturi legem: ideo in protestationem obseruationis illius futurę statim vt transierunt, cęperunt obseruare legem totam, quantum pro tempore obseruari poterat. i. circuncidendo se, & celebrando phase, quia tunc illa festiuitas accidit.

accidit. & tamen non fuit continuata ista obseruatio legis, ita vt postea semper obseruaretur, sed interrupta est, & supersedebatur vsquequo capta est terra de manu hostium, in qua possent habitare Israelitę, & cessatum est a pręliis, de quo infra. 11. & postea locatũ est sanctuarium domini in Sylo, infra. 18. tunc enim completæ fuerunt omnes conditiones, quę requirebãtur ad hoc, ꝙ Israelitę obligarent ab obseruandam legem totam, vt ostensum fuit supra q. 22. ergo tunc cępit totaliter obseruatio eius. Ad terram autem duorũ regum Amorrhęorum, non pertinebat talis protestatio, quia non erat illa terra quam directe, & principaliter promiserat Deus Israelitis habitandam, sed terra ad Occidentem Iordanis, vt patet Nume. 34. cap. ideo non debuit fieri obseruatio aliqua legis in terra duorũ regum Amorrhęorum in protestationem obseruationis ibi futuræ. nam ex accidenti videbatur prouenisse illa terra Iudæis, aut saltem non principaliter, & ob hoc licet ibi aliquandiu manserint, non inceperũt ibi aliquam obseruationem legis. nam & Moyse uiuente manserunt ibi Israelitæ aliquanto tempore, & tamen nulla obseruatio legis ibi facta legitur, potius quam in aliis partibus deserti. nam neq; fecit ibi Moyses circuncidi Israelitas qui manebant incircuncisi in deserto, neque Iosue illud præcepit. Ideo dicendum, ꝙ si accidisset aduenire diem quartumdecimũ, mẽsis primi manentibus Iudęis in terra Amorrhęorum, non fuisset ibi facta celebratio phase. multo ergo minus habitantes ibi deberent celebrare illud quando alii Israelitæ celebrabant in Galgalis, aut deberent illuc ire, vt cum eis phase celebrarent.

An cessauit manna duabus tribubus, & dimidiæ, qui erant in terra duorum regum Amorrhæorum, tunc quando cessauit alÿs Israelitis in Galgalis, vel cessauit post. *Quæst.* XXXVI.

AD complendum autem ea, quæ pertinent ad habitudinem duarum tribuum, & dimidię, qui manebant in terra duorum regum Amorrhęorum, ad nouem tribus, & dimidiam, quæ nunc erant in Galgalis: adhuc manet aliud dubium, circa cessationem mannæ. nam dicitur infra in litera, ꝙ filii Israel fecerunt phase die quartadecima mensis primi ad vesperum in campestribus Iericho, & comederunt de frugibus terrę die altero azymos panes, & polentam eiusdem anni: defecitq; manna postquam comederunt de frugibus terræ, neque vsi sunt vltra cibo illo filii Israel, sed comederunt de frugibus pręsentis anni terræ Chanaan. cum ergo appareat, ꝙ cessauit manna nouem tribubus & dimidiæ, qui erant in Galgalis die altero. i. quintadecima mensis primi, est dubium: an tunc cessauit manna etiam duabus tribubus, & dimidię, quę erant in terra Amorrhæorum regum. Dicendum, ꝙ aut petitur, an cessauerit manna duabus tribubus, & dimidię, quasi sit dubiũ, an eis plus durauerit, vel ꝙ sit dubium, an minus durauerit, & cessauerit illis, prius quam istis nouem tribubus, & dimidię, quibus nunc cessauit manna in Galgalis.

De primo dicendum est, ꝙ certum est non durasse plus duabus tribubus & dimidiæ in terra Amorrhæorum, quam nouem tribubus, & dimidiæ manentibus in terra Chanaan in Galgalis. Et patet primo ex causa pro qua cessauit mãna. nam dicitur hic, quòd cessauit manna, postquam comederunt de frugibus terræ, & tamen qui erant in terra duorum regum Amorrhęorum, etiam comedebant de frugibus terrę: ergo non duraret eis manna vlterius.

Secundo, quia dicitur Exo. 16. & Deute. 13. ꝙ Israelitæ manducauerunt manna quadraginta annis, & tamen nunc complebantur quadraginta anni. ideo dicendum, ꝙ sicut neq; isti qui erant in Galgalis, ita neque illi qui erant in terra duorum regũ Amorrhæorum comederint vltra manna, sed cessauerit.

A

Tertio, quia in litera dicitur, neque vsi sunt vltra cibo illo filii Israel, & tamen duę tribus, & dimidia manentes in terra regum Amorrhęorum erãt filii Israel: ergo non manducauerunt vltra manna, sed cessauit quando cessauit illis, qui erant in Galgala, idest saltẽ non plus durauit.

An cessauerit prius manna eis, qui erant in terra Amorrhæorum, quam nouem tribubus, & dimidiæ. *Quæst.* XXXVII.

B

SECVNDVM dubium erat, an cessauerit prius manna eis qui erant in terra Amorrhæorum, quam nouem tribubus, & dimidiæ. Aliqui dicunt, ꝙ non: quia si cessasset, fuisset scriptum, sicut scriptum fuit nunc de istis nouem tribubus, & dimidia, quæ erant in Galgalis, ꝙ cessauerit illis manna, & tamen non fuit scriptum: ergo nõ cessauit prius. Secũdo, quia si cessasset istis manna, videtur, ꝙ cessasset statim, vt fuerunt in terra sua, sed falsum est, quia ibi erat totus Israel simul cum duabus tribubus, & dimidia, quando capta fuit terra illa de manu hostium, & quando postea Moyses dedit eam duabus tribubus, & dimidię. Numeri 32. cap. & tamen tunc non cessabat manna: neque cessauit, quia omnes Israelitæ comedebant manna: ergo non cessauit postea, quousq; cessaret etiam aliis Israelitis in Galgalis. Tertio, quia si cessauisset illis manna, antequam cessauerit in Galgalis, non duraret manna quadraginta annis, & tamẽ durauit 40. annis. Exod. 16. & Deutero. 14. c. ergo non cessauit illis manna vsquequo cessauit in Galgalis.

C

Dicendum, quòd hoc est aliqualiter dubium, quia sacra illud Scriptura non declarat aperte. & tamen potest dici satis rationabiliter, quòd manna cessauit duabus tribubus, & dimidię, prius quam cessaret nouem tribubus, & dimidię in Galgalis. Primo, quia in illis fuit causa cessandi manna, antequam in aliis nouem tribubus, & dimidia. nam illis cessauit manna quando manducauerunt de frugibus terrę, vt patet infra in litera. & tamen duæ tribus, & dimidia, quando inceperunt habitare dispersæ per vrbes terræ duorum regũ Amorrhęorum comedebant de frugibus terræ: ergo cessare debuit illis manna. Secundo, & principaliter, quia si non cessasset manna duabus tribubus, & dimidię, quando inceperunt habitare in terra illa Amorrhęorum, non videtur, ꝙ aliquando cessare debuisset. nam non superuenit postea causa aliqua de nouo ꝑ quam cessare deberet: manna enim, sicut ex causa incępit, ita ex causa cessare debuit. cum autem incęperũt habitare duæ tribus, & dimidia terrã regũ Amorrhæorum, habuerunt omne, quod postea habere poterant. s. quia habitabant pacifice in terra, & comedebant de fructibus eius. ergo cum postea lapsu temporis non superueniret aliqua noua causa ad hoc, quòd cessaret manna, oportet, ꝙ vel tunc cessauerit, vel postea nunquam cessaret, sed hoc est falsum, quia aliqñ cessauit, ergo tunc cessauit. Tertio, quia viderentur esse maioris priuilegij duæ tribus, & dimidia, quam nouem, & dimidia, quia nouem tribubus, & dimidiæ cessauit manna statim, vt comederunt de frugibus terræ Chanaan in qua habitaturæ erant, vt patet in litera. ergo & cessaret duabus tribubus, & dimidiæ, quando comederent de frugibus terræ Amorrhæorum habitando in ea, & ita prius cessaret eis, quam alijs nouem tribubus, & dimidię. Quarto, & magis fundamentaliter, qa Israelitę manducabant manna eo modo quo habetur

D

E

habetur Exod.16.c.& tamen ibi dicitur, ꝙ manna cadebat in circuitu castrorum: ergo solum cadebat vbi erant castra in circuitu ipsorum. & tamen quãdo nouẽ tribus,& dimidia recesserunt de terra Amorrhęorum, non manebant ibi castra: ergo non caderet ibi manna, & sic deficeret illis duabus tribubus, & dimidiæ ibi habitantibus, antequam deficeret nouem tribubus,& dimidiæ in Galgalis.

Quando cessauit manna duabus tribubus, & dimidiæ manentibus in terra duorum regum, quia immediate, vt separati sunt a castris per vrbes suas. Qõ. XXXVIII.

SED nunc est dubium: cum prius deficeret duabus tribubus,& dimidię, quã alij Israelitis manna, quando fuit istud tempus quo defecit. Dicẽdum, ꝙ non defecit statim, vt introierunt in terram illam, sed quando cęperunt habitare diuisim per vrbes,& loca terrę illius. Circa quod considerandum, ꝙ Israelitę intrauerũt terram duorum regum Amorrhęorũ,& occupauerunt eam occisis regibus,& habitatoribus eius, & ibi licet Israelitę manducarent de fructibus terrę illius, & de illis quę Amorrhęi habebant recondita, non defecit manna, sed durauit vsque in Galgalam. Et hoc fuit primo, quia nondum venerant omnes Israelitę in terram habitationis: nam licet duę tribus, & dimidia haberent ibi habitationem, nõ habuerunt alię tribus, sed vltra Iordanem, & ob hoc statim, vt transierunt Iordanem in prima castrametatione cessauit manna.s. in Galgalis. Secundo fuit hoc, quia licet in terra duorum regum Amorrhęorum comederent Israelitę de fructibus terrę non habebant ad sufficientiam, quia iam trãsierat tempus fructuum quando Israelitę occupauerunt terram illam. ideo vsque ad fruges sequentis anni quando haberetur copia fructuum, non deberet cessare manna,& ita factum est. nam infra in litera dicitur. comederunt de frugibus terrę azymos panes die altero, & polentam eiusdem anni: defecitque manna postquam comederunt de frugibus terrę. & sic in isto anno incipiente copia frugum debuit cessare manna,& non in fine anni pręcedentis, vel vltra medium eius quando erant Israelitę in terra Amorrhęorum, quia non haberent abundantiam, licet aliquos fructus haberent. de his tactum est supra 2.c.q.58. vsque ad 61. Considerandum etiã, ꝙ capta terra duorum regum Amorrhęorum manebant ibi omnes Israelitę viuente Moyse, & quotidie manducabant manna, licet etiam comederent de frugibus terræ. & tunc nondũ diuisa terra illa duæ tribus & dimidia vidẽtes terrã illã valde pascualẽ, cũ ipsi abũdarẽt pecoribus, petierunt illã in possessionẽ a Moyse,& Israelitis. cõcessit aũt eis Moyses. Nu.32.c.& mãdauit, ꝙ cõstruerẽt ciuitates, & caulas pro pecoribus, & inceperunt ibi morari viuente Moyse. & alii Israelitæ adhuc in castris erant in illa terra viuente Moyse, & post mortem eius vsquequo transierunt Iordanẽ. nam tota terra in qua fuerunt, vsque ad Iordanem ꝑtinebat ad reges Amorrhæos, quia illa attingit, vsque ad Iordanem.& ob hoc dicendum, ꝙ mãna cadebat semper quandiu ibi erant castra Israelitarum. illi tñ de duabus tribubus,& dimidia, qui dispersi fuerant ꝑ terram ipsam ad construendas vrbes, & caulas ꝑ suis pecoribus,& ad habitandum in ipsis vrbibus, non habebant manna ad vescendum, sed comedebant de fructibus terræ ipsius. Et patet hoc, quia manna non cadebat, nisi in circuitu castrorum quolibet mane. Exo. 16.c. & tamen qui diuerterant ad construendas vrbes & caulas, & manendum in eis, erant longe a castris Israelitarum. ideo ipsi non poterant habere manna ad manducandum. Et ex hoc etiam soluitur, quod aliq

F petunt de exploratoribus Iudæorũ, qui tribus diebus latuerũt in montibus, qd comederunt illis tribus diebus. Aliqui dicunt, ꝙ comederunt manna, quia illo tẽpore adhuc durabat. Et dicendum, ꝙ non comederũt manna, quia licet eo tempore duraret manna, tamen illud non cadebat, nisi in circuitu castrorum. Exo.16. cap. exploratores tamen erant multum distantes a castris, quia erant vltra Iordanem ad occidentalem partem eius. ideo non poterant habere manna. Et ita dicendum, quòd in terra duorum regum Amorrhæorum semper cecidit manna, quousque transiuerunt Israelitæ Iordanem, quia sẽp manebant in terra hac. & tamen duæ tribus,& dimidia manentes in hac terra, non vescebantur manna, ex eo, quòd diuerterant.
G a castris, & inceperunt habitare in diuersis locis terræ ipsius, cum manna non caderet, nisi in circuitu castrorum.

Respondit ad argumenta facta in contrarium, pro antecedenti quæsito de tempore cessationis mannæ. Quæst. XXXIX.

NVNC autem respondendum est ad rationes factas, supra q.37. Ad primum cum dicebatur, ꝙ nõ cessauit prius, quia si cessasset scriptum fuisset, sicut scribitur quãdo cessauit aliis nouem tribubus, & dimidiæ in Galgalis, & scriptum fuit. Dici potest vno modo, ꝙ ista rõ non tenet, quia multa facta sunt, quæ non referũtur in scri-
H ptura, sed solum ea referuntur, quę sunt conuenientia intentioni sacræ Scripturæ. Aliter potest dici,& meliꝰ ꝙ ista cessatio mannę non debuit scribi, immo neque potuit, tanquam nihil esset. non enim fuit mutatum aliquid in re per hoc, ꝙ manna cessauit ipsis duabus tribubus,& dimidiæ, quia non fuit aliqua cessatio, sed solum, ꝙ Israelitæ de duabus tribubus, & dimidia se subtraxerunt a loco in quo erat manna, quia manna quotidie cadebat de cœlo in circuitu castrorum Israelitarum per quadraginta annos. Exod.16.cap. qui autem esset in castris poterat quotidie colligere manna,& comedere, nisi in die sabbati, quando non cadebat. eod.c. si quis autem vellet elongare se a castris, nõ inueniret manna. ita fuit de duabus tribubus, & dimi-
I dia, quia quando illæ petiuerunt a Moyse terram regum duorum Amorrhæorum, erant in castris cũ reliquis Israelitis,& manducabant manna, sicut illi. cũ autem voluerunt diuertere ad ciuitates terræ illius, vt ibi habitarent, exierunt de castris, & elongantes se ab eis, non poterant habere manna, & ita dicebatur deficere illis, non ꝙ non caderet manna, quod illi possent comedere vbi prius cadebat, & illi manducabant, sed quia ipsi sponte diuerterunt ad alia loca recedẽtes ab illo loco,& alibi non inueniebant manna,& ita nõ potuit scribi defectio ista ipsius mannę, quia ex parte rei nihil erat. nam ita fieret in quacunque parte illorum 40. annorũ habitationis, vel diuagationis deserti, quia quicunq; discederet a castris, non inueniret alibi mã-
K na. Secus autem fuit de cessatione manna in Galgalis, quia ibi vere defecit. nam nõ cecidit vltra in circuitu castrorum, sicut prius solitum erat: immo nec alibi cecidit, neque aliquis postea comedit manna ibi. neque alibi, neque vidit illud. vnde dicitur, quod non vsi fuerunt postea isto cibo filii Israel. ideo ista cessatio debuit scribi, quia ista fuit vera cessatio quantum ad omnes Israelitas,& quantum ad omnia loca, quia postea in nullo loco inuentum est manna.

Nota contra multos dicentes manna fuisse de cadere in quibusdã terris.

Si autem duæ tribus, & dimidia voluissent semper manere in castris Israel, nunquam defecisset eis manna, quousque defecit omnibus in Galgalis. & tamen, quia sponte discesserunt a castris, cessauit manna quantum

tum ad eos, licet non cessaret in terra sua, sed adhuc fuit cadens quotidie manna in terra ipsorum, vsque ad diem quo Israelitæ transierunt Iordanem, quia vsque ad diem illum manebant in terra duarum tribuum, & dimidię, quę erat terra duorum regum Amorrhęorum.

Solutio ad secundum argumentum. Et quòd in terra duorum regum Amorrhæorum cessauit manna per dies sex, vel quasi, prius quam cessaret alijs Israelitis in Galgalis. Quæst. XL.

AD secundum patet responsio ex dictis, & tamen dicendum est, ꝙ manna non cessabat duabus tribubus, & dimidię, quandiu erant Israelitarum castra in terra sua, & ipsę volebant esse in castris, & tamē quando ipsę recessérant de castris, statim cessauit eis manna, vel potius ipsi subtrahebant se a manna, & si ipsi vellent manere semper in castris Israel, nunquam cessasset eis manna, quousque cessauit omnibus in Galgalis. Et tamen dicendum ad hoc, ꝙ in terra duorum regum Amorrhęorum cessauit manna, prius quā cessaret aliis Israelitis, & hoc fuit per dies sex, vel quasi. Et hoc patet, q̄a manna cecidit in terra duarum tribuum, & dimidiæ, siue in terra duorum regum Amorrhęorum, quandiu manserunt ibi Israelitę, & hoc fuit, vsque ad transitum Iordanis. nam tota terra ante Iordanem, in qua fuerunt Israelitę, postquam ceperunt terram Amorrhęorum vsquequo Iordanem transierunt, erat ipsorum regum Amorrhęorum, & tamen trāsierunt Iordanem Israelitę die decimo, mensis primi, anni quadragesimi primi ab exitu de Aegypto præced. c. ergo die ipso cessauit cadere manna in terra Amorrhęorū, cum præcedenti die 9. cecidisset ibi manna, & tamen manna totaliter cessauit in Galgalis die quintodecimo, mensis primi, quia dicitur infra in litera: filij Israel fecerunt phase in Galgalis die quartodecimo, mensis primi ad vesperum in cāpestribus Iericho, & comederunt de frugibus terræ azymos panes, & polentam die altero, defecitque manna, postquam comederunt de frugibus terrę, & ita die quintodecimo defecit mā na qui erat dies sequens post celebrationem phase. vnde apparet, ꝙ his quinque, vel sex diebus, scilicet a decimo, vsque ad quintumdecimum cessauit prius cadere manna in terra duarum tribuum, & dimidię, quam cessaret simpliciter.

Solutio duplex ad tertium argumentum. Et quòd proprie loquendo non defecit manna duabus tribubus, & dimidiæ prius quam alijs. Quæst. XLI.

AD tertium dicendū, ꝙ cessauit manna duabus tribubus, & dimidię eo modo quo dictum est, antequam cessaret in Galgalis, & tamen non sequitur ex hoc, ꝙ non durauerit quadraginta annis manna. Et hoc patet primo, q̄a manna simpliciter durauit quadraginta annis, & cōputatur istud tempus, vsquequo simpliciter cessauit, quod fuit in Galgalis. defectio autem facta duabus tribubus, & dimidiæ non est defectio vera, quia ita cadebat manna, sicut prius, sed ꝙ ipsę recesserint a loco in quo cadebat manna, & ideo per talem cessationem non diceretur non durare manna quadraginta annis, quia ita cessasset illis, si in primo anno exitus de Aegypto diuertissent a castris, & alibi manerent, quia tunc deficeret eis manna, & non durasset illis manna anno vno. Et ideo si proprie loquamur dicemus, ꝙ non defecit manna duabus tribubus, & dimidiæ, prius q̄ aliis Israelitis, sed omnibus defecit eodem die. s. q̄n desijt

A cadere in Galgalis, sed duę tribus, & dimidia subtraxerunt se a loco in quo erat manna, & aliæ tribus ꝑmanserunt quousque manna simpliciter defecit. Prædicta vera sunt: nisi quis putet, ꝙ sicut in castris Israelitarū cadebat quotidie manna, Exod. 16. c. ita quando duæ tribus, & dimidia diuerterunt ad habitandum in terra sua cadere deberet quotidie manna in terra ipsorū. Sed istud falsum est, quia sic nunquam cessaret manna si iam non cessaret illis, cum nullam causam haberent ad hoc, ꝙ caderet inter eos manna. Secūdo, quia manna non dicit scriptura, ꝙ cadebat, nisi in circuitu castrorū. Exo. 16. & tn̄ in terra duarum tribuum, & dimidię non erant castra, vt in circuitu eius manna caderet.
B Tertio, quia si caderet in terra duorum regum Amorrhęorum, caderet in multis locis, quia oportebat, ꝙ caderet in circuitu cuiuslibet vrbis, & loci vbi habitarent Israelitę. quod satis est inconueniens, neq; aliquis istud concederet, quasi dissonū sacrę Scripturæ. Alio modo poterat responderi ad hoc. s. ꝙ non tenet ista rō, quia licet accipiatur defectio manna duabus tribubus, & dimidiæ, quasi ꝑpria defectio, adhuc dicetur, ꝙ durauit manna quadraginta annis, quia accipitur annus inchoatus pro completo secundū modum loquendi sacræ Scripturæ. Et ita fuit hic, quia quando data fuit terra duorum regum Amorrhęorū duabus tribubus, & dimidiæ, erat circa finem anni 40. ab exitu de Aegypto. Et patet hoc, quia Aaron mortuus est ante bella contra reges Amorrhęos, quia ipse
C mortuus est in monte Hor. Nume. 20. c. & inter montem Hor, & mansionem vbi cępit pugna cōtra reges Amorrhæos, computantur aliquot mansiones. Nume. 21. cap. & 23. & tamen mortuus est Aaron mense quinto, anni quadragesimi ab exitu de Aegypto. Nume. 33. c. ergo dum fierent omnia hæc. s. ꝙ transirent Israelitę per mansiones illas, & postea pugnarent contra regem Sehon, & caperent terram eius, & deinde pugnarent contra regem Og, & caperent terrā ipsius, & postea traderet Moyses terram istam duabus tribubus, & dimidię: transiret aliquantum tempus, & forte plus quam trium, aut quatuor mensium, & ita esset mensis nonus, vel decimus anni quadragesimi primi, q̄n daretur terra duabus tribubus, & dimidię, & inciperent habitare in ea discedendo a castris reliquæ
D multitudinis, & tunc cessaret illis manna, & sic deficerent duo menses ad complendum annum quadragesimum, quando deficeret istis māna. ideo poterat dici, ꝙ durasset illis manna quadraginta annis, ac si vere completi essent, quia de illis duobus mensibus nō fieret mentio aliqua ad hoc, ꝙ minuerent numerum. Et hoc patet etiam quantum ad cessationem manna simpliciter in Galgalis, quia dicitur Exod. 16. c. ꝙ durauit manna quadraginta annis, & tamen computando stricte. s. a die primo quo cecidit manna, vsq; ad diē quo desijt cadere in Galgalis, non sunt quadraginta anni cōpleti, sed deficit vnus mensis integer. Et patet hoc, quia manna cecidit primū die decimosexto, mēsis secundi, in anno primo ab exitu de Aegypto, vt colligit
E Exo. 15. & 16. c. defecit aūt manna die quintodecimo mensis primi, anni 41. ab exitu de Aegypto, vt colligitur hic in litera, si aūt deberent compleri quadraginta anni, deberet deficere manna die quintodecimo, vel decimosexto, mensis secundi, anni quadragesimi primi ab exitu de Aegypto: ergo defecit vnus mensis de quadraginta annis, vt magis inductum fuit supra. 2. c. q. 58. & 59. & nō obstante illo dr̄, ꝙ manducauerunt Israelitæ manna quadraginta annis. Exo. 16. c. ergo etiam si duabus tribubus, & dimidiæ cessaret manna duobus mensibus ante finem anni quadragesimi ab exitu de Aegypto, dicerentur manducasse mā na annis quadraginta.

An

An debuerit plus durare manna duabus tribubus, & dimidiæ, triplex solutio. Quæst. XLII.

SED adhuc aliquis dicet, ꝙ plus debuit durare manna duabus tribubus, & dimidiæ, qa Exod. 16.c.dr̃, ꝙ hoc cibo aliti sunt filii Israel, quousq; attingerent terminos terræ Chanaan, & tñ nõ tetigerunt terminos terræ Chanaan, quousque trãsierunt Iordanem, quia Iordanis est terminus orientalis terræ Chanaan. Nu.34.c. ergo vsque ad tempus illud debuit durare manna duabus tribubus, & dimidiæ. Dici põt vno modo, ꝙ verum est, ꝙ manna comederunt filij Israel, vsque ad terminos terræ Chanaan.s. vsque ad Iordanem: non solum vsquequo accederẽt ad illũ, sed ẽt vsquequo trãsirent. nam post transitum Iordanis quinque diebus durauit manna, quia transitus fuit die 10.præced.c.& cessatio fuit die 15.vt patet ĩ.in litera, & ita comederunt manna ẽt postquam tetigerunt terminos terrę Chanaan. Si vero duę tribus, & dimidia cessauerunt prius comedere manna, non fuit hoc, quasi non haberent manna, sed quia diuerterunt a loco in quo erat manna. Secundo potest dici, ꝙ etiam in terra duarum tribuum, & dimidię semper fuit manna, quousque Israelitæ tetigerunt terminos terrę Chanaan. nam semper steterunt Israelitæ in terra duorum regum Amorrheorum, siue in terra duarum tribuum & dimidiæ, quousque transierunt Iordanem, quia terra illa vsque ad Iordanem pertingit. & ita cum caderet manna in terra istarum duarũ tribuũ & dimidię, poterant comedere de illo si vellent. Tertio põt dici, ꝙ illa auctoritas non facit in ꝯrium. nam etiam si cessasset manna quãtum ad duas tribus, & dimidiam multo tempore ante, esset vera illa auctoritas, quia ibi dr̃, ꝙ filii Israel comederunt manna quadraginta annis, & hoc verum est, quia filij Israel nominant totum illum populum, & nõ specialiter duas tribus, & dimidiam. & verũ est, ꝙ ille populus comedit manna vsque ad terminos terræ Chanaan, qa semper in circuitu castrorum cadebat manna vsquequo transierunt Iordanem, & fuerunt in Galgalis.

Respondet secundum propriam opinionem ad quæstionem de secunda ista circuncisione hic instituta positam, supra q.11.& digressio ista curiosa fuit multum necessaria ideo lector attende. Ratio ad hoc etiam potest sumi ex 6.Physicor. vbi ad vnitatem motus requiritur continuitas, & unitas termini ad quẽ & temporis, &c. Quæst. XLIII.

NVNC autem redeundo ad id, quod dicebamus.s̃.q.14.& 15.dicendum, ꝙ modi ꝑcedẽres aliqualiter possunt stare. Sed melius aliter dicendum est, ꝙ vocatur hic secunda circuncisio.i.iterata, vel nouiter incepta: qñ.n. aliquis actus incipit, & nunquam intercipitur, quamquam ille actus per multa valde tempora duret, tamẽ non est iteratus, nec dr̃ plures, sed vnicus. si autem actus ille interpoletur, & postea redeat, dicẽt esse iteratus, vel secundus. ita fuit de circuncisione ex tempore quo data est, vsque ad exitum de Aegypto. nunquam enim cessauit, sed cum aliquis nascebatur, obseruabãtur in eo oẽs ritus circuncisionis. Et modus iste non interpolatus mansit etiam in Aegypto, vsque ad exitum de Aegypto, in deserto aũt cessauit circũcisio, qa cũ plurimi nascerentur, tamen in 40.annis, nemo circuncisus est. postea aũt in transitu Iordanis iterata est circuncisio mandante Deo. necesse est igit istã circũcisionẽ iam non esse vnam, qa non fuit cõtinuata, sed iam esse hanc secundam, & iteratam, & si iterũ interpolet circuncisio necesse erit fieri tertiã circuncisionẽ, & sic de pluribus ꝑ multas interpolationes, & iste

F est conueniens sensus lr̃æ. *Circuncide secundo filios Israel.* Idest itera circuncisionem in Israelitis, quę interpolata fuerat interiectis 40. annis, in quibus nemo fuerat circuncisus. si aũt toto medio tempore durauisset circuncisio, q̃q̃ nunc in exitu Iordanis multi simul circũciderentur, non vocaretur secunda circũcisio, sed circuncisio simpliciter. *Fecit quod iusserat dominus.* i. fecit Iosue, qđ dominus iusserat. s.cultros lapideos ad circuncidendum, & hoc dicendum est factum fuisse die 11. mensis primi, anni 41. *Et circuncidit filios Israel.* Non intelligitur, ꝙ Iosue circunciderit. s.ꝙ ipse oẽs circunciderit, quia vel nullum ipse circuncidit, vel paucos. alij enim plures circuncisores fuerunt.

G *An in lege veteri esset determinatus minister circuncisionis, & quòd vir, vel fœmina, pater & mater, vel quicunque poterat illam conferre. In nouo testamento nemo potest sibi ipsi conferre sacramenta, bene tamen in veteri, & quæ est causa. Quæst. XLIIII.*

ET forte aliq dicẽt sacerdotes, & Leuitas fuisse istos q ad circuncidendum adiuuerunt, quia magis ministerium cæremoniale ad eos videbitur pertinere, q̃ ad alios, sicut in baptismo cõferendo est. nam quamquam ex necessitate qlibet baptizare posset. nemo tñ solenniter cum catechizatione baptizat, nisi sacerdos: ita de circuncisione, sed circuncisio, vt fere semper dabatur solẽniter, cum esset declaratum tempus ad dandũ. s. die octauo, vt pa-
H tet Gene.7.c.ergo vr̃, ꝙ sacerdotes dabant, & Leuitę. Ad hoc aliquis arguet, ꝙ non solum hi, sed quilibet indifferenter conferebat, siue masculus, siue fęmina, & sic de cæteris differentiis. nec attẽditur an sit pater, vel mater, aut aliquis non cognatus, qđ in baptismate conferendo attendit, vt patet de Sephora vxore Moysi, quę Eliezer filium suum circuncidit, vt patet Exo. 4. Respondendum esset ex hoc nihil induci. nã istud ex necessitate temporis factum est, quia cum angelus domini in diuersorio torqueret Moysen persequens ad mortem, Sephora attonita intelligens hoc esse ꝑp necessitatem circuncisionis, quæ omissa fuerat, illico arrepta petra acutissima præcidit filii sui præputiũ. si tñ non fuisset necessitas illa, non circũcidisset mater,
I sed alius. Ad quęsitum dicendũ est, ꝙ circuncisio non requirebat specialem ministrum. nam a principio cũ data fuit circuncisio, non erant aliqui sacerdotes, vel Leuitæ, sed cuilibet circuncidere se, vel alterum licebat. nam Abraham seipsum circuncidit. In nouo aũt testõ sacramenta requirunt specialiorem modum. nõ enim põt idem sibi conferre sacramenta, q̃q̃ aliis conferre possit, sicut nemo potest seipsum absoluere, q̃uis alios absoluat, vt Papa seipsum absoluere nequit, sed ab alio in confessione absoluitur. Idem in baptismo, cõfirmatione, vnctione, ordine, & cæteris. & hoc est ex conditione formæ, vel institutionis sacramentorum, vt sine ministris conferri nequeant. & ob hoc est perfectior modus sacrorum noui testamenti, q̃ ve-
K teris. Cum ergo in sua institutione non fuerint distincti ministri in circuncisione, non fuerunt quoque distincti adueniente statu sacerdotali, & Leuitico. sed sicut a principio poterant viri, & fœminæ, & quicunq; circuncidere, ita & postea potuerunt, & circuncidebant matres suos paruulos, vt patet 1. Machab. 1. c. cũ dicitur, sed mulieres, quę circuncidebant filios suos, trucidabãtur secundum iussum regis Antiochi, & suspendebant pueros a ceruicibus per vniuersas domos eorum, & eos qui circũciderant illos trucidabant. hic videtur, ꝙ omnes Israelitę poterant circũcidere alios, & multi eorum qui circuncidebantur, circũcidebant alios, antequam circunciderentur. nihilque magis ad

Determinatio auctoris

sacerdotes

sacerdotes, & Leuitas pertinebat, quam ad cęteros.

In colle præputiorum. Iste est locus in quo circuncisi sunt Israelitę scilicet in galgalis, & infra patet. Et uocatur hic collis præputiorum. habet enim iste locus hęc duo nomina a circuncisione imposita.

Primum est, ꝙ vocatur collis præputiorum scilicet locus altus in quo præputia Israelitarum secta sunt. & in hebræo dicitur in valle præputiorum, quia nomen positum est æquiuocum ad vallem, & collem. littera nostra posuit collem: quoniam Hieronymus cognouit locum istum circuncisionis, quia perambulauit pedibus suis cum peritissimis hebræorum totam terrã sanctam, ut patet in prologo super Paralipom. qui incipit. Eusebius. dicitur autem collis præputiorum, qa non fuit aliquis collis in quo tot præputia abscinderẽtur sicut ibi.

Secundum nomen huius loci est galgala, quod impositum est, quia in circuncisione abstulit Deus improperium, & opprobrium Aegyptiorum, ut patet infra. & galgala ad ablationem pertinet, de quo infra declarabitur.

Quid factum est de tot præputijs hebræorum. Quæst. XLV.

Circa præputia istorum hebræorum multorum circuncisorum in galgalis, aliquis inquiret quid de eis factum est.

Respondendum est, ꝙ illa sepelierint velut cadauera sepeliuntur: & adhuc honoratiori loco videbantur reponendæ istæ particulæ. tum quia istæ erant abscissæ propter fędus Dei cum Israelitis. tum quia erant carnes viuentium hominum. cadauera vero uirorum mortuorum carnes sunt. ideo minus honorabilia, quanto minus ad naturæ humanæ veritatẽ pertinent. sic quoque iudæi moderni faciunt quando circuncidunt præputia paruulorum, ponunt ea in arena, vt ibi desiccentur, & deficiant resoluta.

Hæc autem est causa secundæ circuncisionis. Posito mandato, & executione eius, subsequitur causa mãdati. & dicitur: hæc est causa secundæ circuncisionis idest ista quæ sequitur est causa quare facta fuit secunda circũcisio, quasi dicat circuncisio, quę a tempore Abrahæ vsque ad exitum de Aegypto semper fuerat continuata, in toto deserto interpolata est. Cum ergo tempore Iosue cępit, vocatur secunda circuncisio idest iterata. causa autem quare secunda sit ponitur hic scilicet, qa non fuerit semper continuata a tempore dationis, sed nunc nouiter incipiat.

Omnis populus, qui egressus est de Aegypto generis masculini vniuersi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos vię circuitus, qui omnes circuncisi erant. Populus autem, qui natus est in deserto per quadraginta annos itineris latissimę solitudinis, incircuncisus fuit, donec consumerẽtur, qui non audierunt vocem domini: & quibus ante iurauerat, vt ostenderet eis terram lacte, & melle manantem. Horum filij in locum successerunt patrum, & circuncisi sunt a Iosue: qui sicut nati fuerant in præputio erant, nec eos in via aliquis circunciderat.

Omnis populus, qui egressus est ex Aegypto generis masculini, & vniuersi bellatores. i. omnes exeuntes de Aegy-

A pto circuncisi erant. nam non prohibebat rex Aegypti iudęos circuncidi, sicut vetuerat Antiochus rex, vt patet 1. Mach. 1. c. libere ergo poterant circuncidi. dicitur hic vniuersum populum, atq; viros bellatores circuncisos fuisse in Aegypto, quia bellatores dicebantur viri computati ab anno vigesimo, & qui ad bellũ potentes erant ut patet Num. 1. & 2. c. hi circuncisi erant. vocatur omnis populus tota alia multitudo, paruulorum nondum attingẽtium annum vigesimum, & senum qui non computantur inter uiros bellatores. hi omnes erant circuncisi, nisi forte aliquis natus fuisset ante exitum de Aegypto per. 4. vel quinque dies, ita ut non potuisset ei impleri tempus circuncisionis in Aegypto. hi enim, vel incircuncisi mortui

B sunt, vel in transitu iordanis in galgalis per Iosue circuncisi sunt. Potest etiam intelligi per omnem populum tota multitudo Aegyptiorum ascendentium cũ iudęis. multi quippe eorum cum iudęis exierunt de Aegypto: ut patet Exo. 12. cum dicitur. sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis.

An Aegyptij ascendentes cum iudæis circuncisi fuerint, & quando. Et an cogerentur conuersi ad circuncisionem. Quæst. XLVI.

Sed circa Aegyptios ascendentes cum iudæis, aliquis inquiret an circuncisi fuerint, & quando circuncisi fuerint.

Aliquis forte dicet, ꝙ circũcisi sunt in via post

C ipsum exitum de Aegypto, nam in Aegypto non auderent.

Respondendum est non posse stare: quia in toto deserto nullus circuncisus est, ut patet infra. sed in præputio omnes manserunt, sicut a principio fuerant.

Si autem aliquis respondere vellet, istam litteram solum dici de eis, qui nati fuerint in deserto, sed non de eis, qui intrauerunt incircuncisi in desertum.

Respondendum est eandem fore causam. nam qui nati sũt in deserto, nõ frustra manserunt in ꝑputio, sed ex causa, quæ infra declarabit. Ista autem cã, quæ fuit ĩ natis in deserto, fuit in eis qui intrauerunt incircuncisi in desertum, quia postea non fuerunt circũcisi, nemo

D enim eos circuncidit. Alio modo potest dici, ꝙ Aegyptij ascendentes cum Israelitis nunquam fuerunt circuncisi, sed fuerunt mortui in præputio, sicut nati fuerant: erat. n. eadem causa nõ circuncidendi in eis, & cęteris Israelitis. Et si obiiciatur, ꝙ in deserto fuit celebratio paschalis facta anno secundo ab exitu de Aegypto in monte Synai, vt patet Num. 9. c. & tñ nemo poterat comedere de agno paschali, nisi eẽt circuncisus vt patet Exodi. 12. ergo Aegyptii ascendentes cum iudęis non poterant comedere phase: quod erat inconueniens.

Ad hoc rñdebitur, ꝙ non comederint de agno paschali, nec fecerint aliquam harum cæremoniarũ, sed soli iudęi ex genere. Et si obiiciatur, ꝙ isti morerentur

E incircuncisi, & damnarenĩ æternaliter. Rñdẽdũ est, ꝙ omittebaĩ circuncisio in his. 40. annis ex necessitate, vt infra patebit ex Dei approbatione: ideo non peccabant, q̃q̃ ergo morerentur in præputio nihil peccabãt nec condemnabantur ęternaliter: ut infra magis dicetur. Et si obiiciatur, ꝙ habetur Nu. 9. c. s. peregrinus, & aduena si fuerint apud vos, faciẽt phase iuxta cęremonias, & iustificationes eius. ꝑceptum idem erit apud vos tam aduenæ, q̃ indigenę: ergo fecerunt isti pascha sicut Israelitę. Rñdeĩ, ꝙ istud erat ꝑceptum ad futura & non ad præterita, & ꝑsentia. tñ adhuc Aegyptii, qui tunc ascenderant cũ iudæis si circuncisi forent, comedissent de agno paschali, sed non erãt, iõ non poterãt:

vt patet Exod.12.Sed obiicietur ex eodem scilicet, ꝙ cogerentur conuersi ad circuncisionem, & tunc ad expletionem omnium cęremoniarum: respondendum est,quod obligatio erat in iudæis ad circuncisionem:& magis in iudęis ex genere,quam in conuersis. nam conuersi nondum circuncisi poterant resipiscere,& non fieri iudęi:& erat hoc impune. si tamen aliquis de iudęis ex genere non susciperet circuncisionem,mortis reus erat.sic patet Gene.17. capitulo, sed Israelitæ ex necessitate causę, quæ infra exprimetur, non tenebantur ad circuncisionem: ergo valde minus tenerentur conuersi circuncidi.

In ↄ̃riũ ab aliis dici posset,ꝙ isti cõuersi ascendentes cũ iudæis de Aegypto circũcisi fuerũt in ęgypto, per aliquot dies anteq̃ exirent.nam cũ vidissent mirabilia Dei ꝑcutiẽtis Aegyptios in plagis multis,desiderauerunt exire de terra illa cum Israelitis, qui prædicentes eis per aliquot dies ante exitum,fecerunt illos circuncidi:& fuerunt omnes circuncisi. Et tunc non habetur aliqua de prioribus obiectionibus, quia comederunt hi phase in monte Synai cum Israelitis, de quo Num.9.c.

Item non potest argui ꝙ perierint, cum non essent circuncisi,quia circuncisi fuerunt.

Et cum dicitur,ꝙ non potuerunt isti ĩ Aegypto circuncidi,quia alii Aegyptii uiderent,& impedirent.

Respondetur, quod potuerunt Aegyptii cum iudæis ascensuri circuncidi nihil scientibus aliis iudæis. nam quilibet secrete per aliquot dies ante exitum de Aegypto circuncidi potuit.

Nunc autem cum vtrunque fuerit satis probabiliter dictum scilicet, quod Aegyptii ascendentes cum hebræis circuncisi fuerint in Aegypto,vel quod non: quæritur quid eorum verius videatur.

Respondẽdum est rationabilius esse, quod fuerint circuncisi,quam oppositum.quod patet:quia circuncisio est ianua status totius veteris testamenti, sicut baptismus est ianua sacramentorum noui, & si non fuissent circuncisi isti ascendentes, non permitterentur comedere de agno paschali,qui solum licebat circuncisis:etiam non permitterentur accedere ad offerendum nec intrandum in Sanctuarium, quia ista solis illis licebant qui pertinebant ad statum veteris testamenti:vt declaratum fuit Leui.22.c. ꝙ tamen ascẽdentes de Aegyptiis cum iudæis non permitterentur comedere de agno paschali, nec accedere ad sacrificia,vel facere alia, quę pertinebant ad iudæos, nimis contristarentur videntes se valde abiectos esse a cęteris.Ideo credendum est,ꝙ cum eis istas festiuitates,& cęremonias celebrauerint, alioquin non crederent se pertinere ad Deum iudæorum,cum non permitterẽtur agere cęremonias,quas ipse Deus hebræorum iubebat fieri.

Mortui sunt in deserto.

Sententia data in Cadesbarne de non intrando terram promissionis nullam fœminam ligauit:nullum Leuitam nullum paruorum 20.annis minorem, de quo q.50. *Quæst.* *XLVII.*

NON est intelligendum, ꝙ scriptura velit significare omnes, qui exierunt de Aegypto mortuos fuisse.Sed omnes, qui exierũt de Aegypto,siue mortui fuerunt in deserto,siue non, fuisse circuncisos. nati autem in deserto non fuerunt circuncisi.multi quippe exierunt de Aegypto,qui transierunt iordanem introeuntes in terrã Chanaan.nam Israelitæ manserunt.40.annis in deserto:ut consumerent̃ omnes viri, qui murmurauerunt de Deo.isti autem erant omnes, qui fuerant cõputati

F a 20.annis,& s̃.vt patet Num.14.de istis nemo potuit transire iordanem,sed de cęteris multi transierunt.nã ista sñia non dabatur super paruulos,qui nondum cõpleuerant annum.20.in principio mensis secundi anni secundi ab exitu de Aegypto,qñ fuit facta cõputatio in monte Synai. & isti paruuli erant in valde magna multitudine.nam ubi erant plura, q̃ sexcenta tria millia pugnatorum virorum,essent multi paruuli, cũ in populis consueuerint esse tot aut plures paruuli, q̃ uiri.oẽs aũt isti poterant intrare in terrã Chanaan, nõ obstãte hac maledictione,& tñ exierunt de Aegypto Item ista maledictio non fuit data super fęminas quãtum apparet ex forma verborum,cum dicat̃ solum de viris pugnatoribus,qui computati sunt a 20.annis, &

G s̃.ut patet Nu.14. Tñ multæ de fęminis mortuę sũt ꝑꝑ eandem cãm, ꝑꝑ quã ista sententia data est super uiros bellatores.ipsæ.n.murmurauerũt sępissime ↄ̃ Deũ sicut viri:quia natura importunæ, & impatientes fœminæ sunt.Item non ligabantur hac sententia aliqui de Leuitis,quia fuit data sententia super uiros bellatores,nec computantur Leuitæ cum eis a.20.annis, ut patet Num.1.sed cõputati sunt ab uno mense,& s̃. ut patet Nũ.3.Et iterum ab anno.30.vsq; ad.50. vt patet Num.4.Aliqui tñ de istis mortui sunt. multi ergo de eis,qui exierunt de Aegypto introierunt in terrã Chanaan trãsito iordane.Et qñ dr̃ ꝙ de exeuntibus de Aegypto nullus ingressus fuerit in terram Chanaan præter Iosue,& Caleb:ut patet Num.14.& 26.Respondẽdum est:ꝙ hoc intelligendum est de viris bellatoribꝰ

H numeratis ab anno.20.vsq; ad magnam ætatem,de q̃bus erant Iosue,& Caleb,ꝙ apparet ex littera Nu. 26. cum dicitur. hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt a Moyse,& Eleazaro sacerdote in campestribus Moab super iordanem:inter quos nullus fuit, eorum,qui ante numerati sunt a Moyse, & Aaron in deserto Synai.prædixerat enim dominus, quod omnes morerentur in solitudine, nullusque remansit ex eis nisi Caleb filius Iephone,& Iosue filius Nun.de aliis autem scilicet de his, qui paruuli egressi sunt de Aegypto, nondum completo anno. 19. & de mulieribus,& Leuitis,multi intrare potuerunt,quamquam exierint de Aegypto:& intrauerunt,quod patet in Eleazaro sacerdote,qui intrauit: & post mortem Iosue

I mortuus est,& sepultus in terra Chanaan,ut patet infra vltimo.Iste tamen exiuit de Aegypto. nam in exitu de Aegypto habuit Aaron quatuor filios scilicet Eleazar,Ithamar,Nadab,& Abiu.ut patet Exod.6.capitulo.Et patet maxime: quia in principio anni secundi nondũ completo uno anno ab exitu de Aegypto, iste & fratres sui consecrati sunt in sacerdotes, ut patet Exod.29.& Leuiti. 8. quod autem consecratio fuerit in principio anni secundi ab exitu de Aegypto declaratũ fuit Exodi quadragesimo,& Leuitico octauo,& tamen tunc consecrati filii Aaron ministrauerunt corã eo:ꝙ esse nõ poterat, nisi essent uiri ætatis maturæ.

Item quia tunc Eleazar filius Aaron fuit constitu-

K tus princeps super principes Leuitarum. tamen hoc non fuisset,nisi esset uir discretionis,ut patet Numeri tertio capitulo.cum ergo ponitur in littera,quod omnis populus, & viri bellatores mortui sunt, debet ibi poni (&) expositiue magis, quam copulatiue scilicet, quod totus populus uirorum bellatorum mortuus fuerat.potissime, quia quamquam in quibusdã bibliis per errorem ponatur hic. *Omnis populus, qui egressus est ex Aegypto generis masculini, & vniuersi bellatores viri.* Tamen communiter non ponitur (&) hic.& ista est ueritas litterę.tunc enim non est aliqua difficultas in littera,quia intelligitur:oĩs populus, qui egressus est de Aegypto vniuersi viri bellatores mortui sunt.i.oĩs ppl's virorũ bellatorũ mortuus est in deserto.

ſerto.& hoc verum eſt.preter Ioſue,& Caleb,ut patet Numeri.14.& 26.ca. *Mortui ſunt in deſerto.* Quia Deus tenuit eos in deſerto non permittens tranſire in terrã promiſſam donec morerentur omnes ſuper quos ſententia data fuerat,quæ habetur Num. 14. & hoc patet Deuteronom. ſecundo cum dicitur. tempus autem quo ambulauerimus de Cadesbarne, vſque ad tranſitum torrentis Zareth.38.annorum fuit,donec conſumeretur oĩs generatio hoĩum bellatorũ de caſtris, ſicut iurauerat dominus;cuius manus fuit aduerſus eos ut interirent de medio caſtrorum.

Per longiſſimos viæ circuitus. Iudæi cum venerunt in Cadesbarne in anno ſecundo exitus de Aegypto,quę alias vocãt Cades deſerti Syn,erant cõiũcti terræ Chanaan,& miſerunt exploratores,erantque immediate in eam ingreſſuri,niſi murmurauiſſent. Quod autem iſtud deſertum Syn ſit coniunctum terræ Chanaan, patet Numeri.34.cap. vbi cum ponantur termini terræ ipſius,ponĩt Cades deſerti Syn vel Cadesbarne,aut deſertum Syn terminus a parte meridiana,quia tamẽ murmurauerunt,fecit Deus vagari toto reſiduo tempore Iſraelitas per deſertum ſcilicet annis. 38.& amplius:vt patet Deuteronom. ſecundo ſcilicet tempus quo ambulauimus de Cadesbarne, vſque ad tranſitũ torrentis Zareth annorum.38.fuit:donec conſumeretur omnis generatio hominum bellatorũ de Caſtris, & in his temporibus non ambulabant aliquid vię rectæ,ſed per circuitus longos vagantes.ita vt non dicãtur ambulare,ſed vagi eſſe.ſic patet Numeri.14. capit. ſcilicet filii veſtri erunt vagi ĩ deſerto quadraginta annis:& portabunt fornicationem veſtram,donec conſumantur cadauera patrum in ſolitudine, vnde quando fuit data iſta ſententia contra murmuratores, iuſſum fuit Moyſi, ꝙ non procederent via qua tendebãt ſed reuerterẽtur,ut patet pręallegato.14.c.ſcilicet quoniam Amalechites,& Chananæus habitant in vallib. cras mouere caſtra,& reuertimini in ſolitudinem per viam rubri maris.Poſtea enim incęperũt circuire terram magnam in deſerto.ſic patet Deuteronomii ſecundo,quod conſequitur ad hoc,& dicitur,profectiq; inde venimus in ſolitudinem,quæ ducit ĩ mare rubrũ ſicut mihi dixerat dominus circuiuimus montẽ Seyr longo tempore. Iſti autem circuitus, quia non erant ad procedendum,nec tranſeundum aliquid de via recta,magis pertinebant ad ſtare,quam ambulare,quãquam veri motus forent, ideo ſcriptura ſedere vocat iſtos motus. ſic patet Deuteronomio primo ſcilicet ſediſtis ergo in Cadesbarne longo tempore.

Qui omnes circuncisi erant. Ideſt omnes iſti bellatores, qui exierant de Aegypto erant circunciſi, quia quãdo exierunt de Aegypto erant magni ſcilicet ad minus annorum.19.nam viri bellatores computabantur ab annis.20.vt patet Numeri primo, & 14. ſed computatio bellatorum fuit facta ſolum in deſerto Synai,ut patet Num. 1. & iſta fuit in ſecundo anno exitus de Aegypto prima die menſis ſecundi ſcilicet uno anno, & 15. diebus poſt exitum de Aegypto, quia exitus iſte fuit die 15.menſis primi,ut patet Num.33.c.

Quilibet ergo numeratus inter bellatores tempore illo neceſſario fuit in exitu de Aegypto annorum. 19. completorum,uel ad plus deficiebant eis dies.15. Iſti autem in Aegypto circunciſi fuiſſent.

Populus autem qui natus eſt in deſerto. Hoc dicitur tam de iudæis ex genere, quam de Aegyptiis aſcendentibus cum eis, & conuerſis ad iudaiſmum: nulli enim horum fuerunt circunciſi,ut infra patet.

Per 40.annos latiſſimæ ſolitudinis. Ideſt iſta circunciſio durauit per omnes.40. annos. Ex quo patet, ꝙ in toto deſerto nullus vnquam circunciſus eſt,quam quam in quibuſdam manſionibus magno tempore

A manſerint Iſraelitæ, ut patet de Cadesbarne Deuteronomio primo, & de monte Synai, & ſimilibus. Vocatur hic latiſſima ſolitudo,quia iſta terra,per quã tunc procedebant iudęi, erat deſertum vſque ad terminos terræ Chanaan, qui poſſunt accipi in principio terræ regis Sehon apud torrentem Arnon, & sũt iſta magna deſerta Arabię, quæ tunc nullus habitabat, nunc vero habitantur. fuerunt quippe a principio inaquoſa,& habitationi inepta. Poſtquam vero Moyſes excuſſit aquas de petra Oreb in Raphidim manſit fons ille in terra irrigans magnam partem illius deſerti deriuatus in fluuium, de quo in libro noſtro de diuiſione terræ ſanctæ, ſic quoque de fonte,
B qui factus eſt percutiente Moyſe ad aquas contradictionis in Cades deſerti Syn, de quo Numeri uigeſimo capitulo. Alia autem via erat, quæ modicum habebat deſerti, & erat breuior ſcilicet per terram Philiſtin:ſed fecit Deus aſcendere Iſraelitas per viam deſerti,vt tranſirent mare rubrum ne reuerti poſſent commoti tędio itineris,& inſurgentibus bellis in eos: ſic patet Exodi decimotertio cum dicitur.igitur cum emiſiſſet Pharao populum non duxit eos dominus per uiam terræ Philiſtin,quæ uicina eſt, reputans ne forte pęniteret eum,ſi conſpiceret contra ſe bella cõſurgere,& reuerterentur in Aegyptum, ſed circunduxit per viam deſerti, quæ eſt contra mare rubrum.

Incircunciſus fuit. Quia non circuncidebantur in die octauo,ut iuſſum erat hebræis,nec poſtea.

Donec conſumerentur,qui non audierant vocem domini.

C *Quæ fuerit iſta vox, quam non audierunt iudæi pro qua ſuſceperunt pœnam. Sola murmuratio de Cadesbarne fuit cauſa,quod non intrarent terram promiſſionis. Quæſt. XLVIII.*

NON refertur hoc ad immediata ſcilicet incircunciſus fuit, quia hoc nihil agit: ſed ad ſuperiora ſcilicet 40.annis ſcilicet, qđ populus vagatus eſt quadraginta annis ꝑ longiſſimos viæ circuitus,donec conſumerentur,qui non audierant vocem domini quaſi dicat non ambulauerunt Iſraelitę.40.annis per deſertum ab Aegypto in terram Chanaan, quaſi eſſet magnum iter annorum.40.non eſt enim tantum ſpatium, etiam ſi quis
D decies circueret terram totam vel multotiens. potiſſime, quia inter Aegyptum, & terram Chanaan ſatis modicum diſtat:Philiſtini enim ſunt coniuncti terræ Chanaan, tamen Philiſtini ſunt coniuncti terræ Aegypti. Non erat ergo iter decem dierum per viam rectam,vt dicunt,qui uiderunt,& dato,quod uenirent per iter Arabicę ſolitudinis,quod longius eſt,quia eſt in circuitu: tamen non erat iter menſis vnius nec 20. dierum:tamen faciebant multos circuitus: egrediebãtur per uias quibus uenerant Deo vetante procedere, vt ſupra declaratum eſt:& hoc vt in hoc tempore cõſumerentur illi,qui repugnauerant Deo, ne viderent terram,quam daturus erat Deus.

E Dicuntur non audiuiſſe quidam vocem domini, quia non obedierunt ei: non tamen eſt intelligendũ, ꝙ quilibet,qui non audierunt vocem domini,mortui ſunt in deſerto.nam antequam hebręi venirent in Cadesbarne,tentauerant Deum multoties .ſ.ſuper mare rubrum dicentes, nunquid deerant ſepulchra in Aegypto?ideo tuliſti nos, ut moreremur in hac ſolitudine.Et iterum Exo.15.murmurauerũt pro aqua in Marath .Iterum autem pro manna in deſerto Syn. vt patet Exo. 16. Iterum pro aqua in Raphidim.

Pro his tamen non dederat dñs ſententiam ꝯ Iſraelitas, ut manerent in deſerto quadraginta annis, & exiuiſſent in ſecundo anno, niſi murmuraſſent ve-

nientibus exploratoribus: de quo Nume. 13. & 14.

Iterum etiam factæ sunt murmurationes, vt in deserto ad aquas cōtradictionis: cum populus pro aqua murmurauerat, vt patet Numeri. 20. tamen non perierunt omnes illi: sed post parum introierunt in terram Chanaan, ista enim murmuratio facta est anno. 40. vt colligitur eodem. c.

Item in eodem anno. 40. post dimidium circa terram Amorrhęorum regum, cum tæderet populum itineris, & laboris, cęperunt de manna murmurare dicentes esse cibum leuissimum, & animam suam nauseare: vt patet Nume. 21. & tamen isti ingressi sunt in terram Chanaan: solum enim habuerunt serpentes ignitos tanquam vindicantes peccatum, ut patet eod. capitū. sola autem inobedientia, vel murmuratio habita in Cadesbarne venientibus exploratoribus de cōtemplanda terra est, quæ hoc promeruit: ibi enim clamauerunt, atq; fleuerunt dicentes. Vtinam mortui essemus in Aegypto: & non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus, & non inducat nos dominus in terrā: ne cadamus gladio, & vxores, ac liberi nostri ducantur captiui: nonne melius erat nobis reuerti in Aegyptum? dixeruntq; alter ad alterum: constituamus nobis ducem, & reuertamur ī Aegyptum. Pro hac murmuratione imposita est pęna, ꝙ nullus de viris numeratis ingrederetur in terram promissionis: hi autem quamquam mortem mererentur infligendam a domino, sicut decem de exploratoribus, qui subito mortui sunt coram toto populo. ut patet Numeri 14. tamē non occidit Deus illos subito, sed paulatim vsque ad 40. annos: ante completionem autem anni 40. omnes fuerunt mortui: vt patet Deuter. 2. & tunc incęperūt residui pergere recto itinere in terram Chanaan.

Sex causæ sunt, propter quas quamquam Iudæi peccauerint in Cadesbarne non fuerunt illico deleti: sed successiue per 40. annos. Quæst. XLIX.

CAVSA autem quare non mortui fuerunt subito omnes Israelitæ murmuratores, sicut mortui fuerunt decem de exploratoribus, est multiplex.

Prima causa, quia Deus distinguit quantitatem pęnarum ꝑ quantitatē culparū. sed non tm̄ peccauerant cęteri Israelitę, quantum exploratores: ideo non ęque puniri debuerunt, patet, quia cum uidissent exploratores terram bonam, & detraherent de ea, grauius peccabant, quam alii Israelitę, qui nihil viderant. Etiam quia exploratores non solum murmurauerunt, sed ad murmurandum cęteros Israelitas impulerunt: ergo grauius peccabant, & consequenter maiori pęna plectendi erant: unde data fuit decem viris exploratorib. mors subitanea, & pœnalis: Israelitis autem cęteris post aliquanta tempora successiue mors eueniebat, & velocius eis, qui magis murmurando peccauerant.

Secunda causa quare non subito mortui sunt, fuit, ne maneret populus Dei redactus in nihilum. nam si omnes uiri bellatores computati a. 20. annis, & supra morerentur subito in loco murmurationis, soli paruuli manerent de populo Israelitarum: ita ꝙ de manētibus nullus esset annorum. 20. præterquam Leuitæ, quod patet: quia illa sententia data fuit contra omnes viros bellatores computatos ab anno. 20. ergo omnes manentes minores 20. anno essent. quod nō decebat, quia hi non sunt viri, necdum ad uirorum numerum transeunt, cum transitio ad numerum fiat ab anno. 20 vt patet Exo. 30. quamquam ergo totius populi peccatum graue foret, non occideret omnes.

Causa tert[illegible] est. quia paruuli manerent sine parentibus, & nu[illegible] [illegible] eos aleret: cum illi, qui manerent, non essent viri prudentes ad aliquid adhuc dispo-

F nendum: & ꝙ magis est, isti visa tanta suorum strage parentum, atque maiorum, tum magnitudine rei per moti, tum deficientis ætatis excedenti pauore, atque disperatione, mente consternati deficerent: & ita finis esset totius populi Israelitici.

Quarta causa: quia tanta audita strage gentes, quæ ī circuitu essent, irruerent super reliquos iudæorum: tum quia pauci erāt, & nullatenus ad bellum apti, sed magis ad prædam hostilem: præter paucos de Israelitis. tum quia intelligerent Deum illos habere exosos, qui tantam multitudinem occidisset peccantem in se, & crederent alios faciliter manibus eorum Deo non protegente subiiciendos: si autem irruerent, delerent superstites.

G Quinta causa fuit propter gloriam nominis Dei. nā si tantam multitudinem Deus occidisset subito sibi ī deserto peccantem, gentes quæ in circuitu erant, dicerent, ꝙ Deus hebræorum non poterat introducere in terram, quam promiserat populum illum: ideo occidit illos in deserto, & hoc cedebat Deo ad dedecus. Ideo Moyses cum orauit Deum, ne occideret totam illam multitudinem simul ait: ut audiant Aegyptii, de quorum medio eduxisti populum istum, & habitatores terræ huius &c. & sequitur, ꝙ occideris tantā multitudinem sicut hominem vnum, dicant: non poterat introducere populum in terram, pro qua iurauerat: iccirco occidit eos in solitudine: ut ergo non dicerent hoc gentes, non perierunt subito iudæi.

H Sexta causa, & principalissima fuit, quia multi gignendi erant de istis, qui postea futuri erant in populo Dei: si autem isti subito mortui fuissent, non nascerētur de eis filij: ideo paulisper mortui sunt ꝑ successiones usque ad quadraginta annos, in quo tempore nasci poterant omnes, qui ab eis nasci turi erant. Aliæ causę ad hoc possunt signari, quæ cuilibet patere possunt.

Si autem hę non fuissent, forte Deus subito occidisset omnes Israelitas murmuratores, sic patet ex verbis Moysi Nume. 14. capitulo scilicet, quod occideris tantam multitudinem tanquam unum hominem. Ecce inducit Moyses inconueniens, si occideret Deus totā multitudinem Israelitarum simul, tamen hoc valde

I esset impertinens, & inconuenieṫer dictum, nisi Moyses intelligeret Deum velle occidere totam multitudinem.

Item patet hoc ex uerbis Dei præallegato. c. Dixit. n. dimisi iuxta verbum tuum. Ecce Deus remisisse dr̄ pęnam Israelitarum sicut rogauerat Moyses, tm̄ immediate subditur, qn̄o dixit ꝙ oēs morerentur in solitudine, vr̄ ergo ꝙ alia pęna erat, quam volebat infligere & hanc remisit. s. ꝙ demonstrabat se velle omnes occidere simul ī deserto, & occidisset nisi ex supra dictis causis. Ecce igitur, ꝙ uox Dei, quam non audierunt Israelitę, pro qua susceperunt pęnam prædictam, est ꝙ non crediderint ei, & murmurauerint in Cadesbarne uenientibus exploratoribus.

K *Donec consumerentur, qui non audierant vocem domini.*

Qui præcise fuerint illi qui consumarentur in deserto, & qui similiter fuerunt alij, qui ea sententia de non intrando terram promissionis non fuerunt ligati. Quæst. L.

NON dr̄ hic, ꝙ manserunt Israelitę in deserto, donec cōsumerent viri bellatores numerati a 20. annis q murmurauerunt, sicut Nu. 14. c. de his dr̄, ꝙ de viris bellatorib. numeratis nullus intraret in terrā promissionis, & ob hoc ista littera magis signat, q̄ illa q̄ hr̄ ibidem. nam ibi signatur de solis viris bellatoribus, tamen

tamen plures fuerunt, qui non intrauerunt in terram promissionis, & verum est ꝙ eodem cap. dicitur: nullum de eis, qui murmurauerunt intraturum in terrā Chanaan: tamen magis determinando ponitur regula de bellatoribus, ꝙ intraturus de eis nullus foret. causa est, quia omnes peccauerant murmurando: nec solum isti, sed fere omnes alii. sic patet Numeri. 14. cum dicitur. igitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen, & Aaron cuncti filii Israel. omnes ergo viri bellatores mortui sunt, & consumpti: & nō soli ipsi, sed & plures alii. Nam multi sunt, qui non includuntur sub regula bellatorum virorum, & peccare poterant.

Primo ipsi Leuitæ: qui non erant de bellatoribus.

Secundo fœminæ, siue Leuitarum, siue de aliis tribubus.

Tertio paruuli ante annum vigesimum.

Quarto conuersi de Aegyptiis ad iudaismum, & ascendentes cum eis cuiuscunque ætatis: isti enim nō poterant comprehendi nomine bellatorum virorum computatorum a. 20. annis, quia soli Israelitæ erant, qui computabantur: vt patet Numeri primo. & secundo capitulo, omnes autem hi poterant peccare. Et primo ipsi Leuitæ: erant enim inter eos viri magni, sicut in aliis tribubus, qui murmurare poterant, & peccare & forte non est negādum Leuitas aliquos murmurasse, & ob hoc impeditos simpliciter ne intrarent in terram Chanaan. De eis tamen non dicitur sicut de viris bellatoribus, quia illi vniuersaliter peccauerunt, & perierunt: nullus enim fuit de illis, qui non murmuraret in Cadesbarne. De Leuitis autem quamquam quidam murmurauerint, tamen non fuit generale: si autem omnes peccauissent, ita fuisset de eis data regula sicut de viris bellatoribus.

De hoc ēt sup. q. 47.

Secundæ, quę non comprehenduntur nomine bellatorum sunt fęminę, & de his, quod aliquæ peccauerint, immo forte plures, quam uiri, cum naturæ instabilis, & impatientis sint, & ad murmurandum faciles, omnes etiam de his, quę murmurauerunt, defecerunt in deserto.

Tertii, qui non comprehenduntur nomine virorū bellatorum sunt paruuli minores. 20. anno: & quamquam non possent peccare murmurando, qui valde parui erant, tamen multi erant, qui nō cōputabantur īter bellatores, & poterant murmurare scilicet attingētes annum. 15. & vltra vsque ad viginti: in his enim peccatum consummatum est sicut in maioribus. Ideo de his quoque dicendum uidebitur, ꝙ multi murmurauerint, & in deserto mortui sunt, tamen non fuit regula generalis sicut de viris bellatoribus, quia qui valde parui erant, murmurare non poterant.

Quarti sunt conuersi ad iudaismum de Aegyptiis, de his dicendum satis uidetur, ꝙ multi peccauerint murmurantes, cum recordarentur natalis patriæ Aegypti, in qua quiescebant: & nunc in tantis angustiis positi erant per desertum: sic enim paulo ante hoc isti murmurauerant desiderantes carnes in solitudine, ut patet Numeri. 11. & isti videntur mouisse Israelitas ad desiderium carnium, de his quoque multi perirent magis ergo exprimit ista littera scilicet donec consumerentur, qui non audierant uocem domini. nam cuiuscunque conditionis fuerint, omnes mortui sunt in deserto ante finem anni. 40. ante transitum torrentis Zareth, ut patet Deut. 2. c.

Quibus ante iurauerat. Quasi dicat, quia Deus promiserat sub iuramento his dare eis terram lacte, & melle manantem, & non crediderunt verbis eius, murmurātes merebantur, vt non uiderent eam, sed morerētur in deserto. Est enim graue malum Deo non credere, cum summa ueritas sit: potissime cum iurat: Deus tñ

A nihil magis ueritatem suam solidat, ꝙ eam iuramento fulciat, quā si simpliciter proferat: sed quantum ad nos differt. Nos enim securiores nobis esse videmur de diuinis promissis quando iuramento fulta sunt, ꝙ̄ si sint simpliciter prolata. Ideo Deus interdum volens condescendere modo humano firmandi pacta atque promissa, iuramento fulcit, quæ promittit. Etiam differt, quia ea, quæ Deus nobis sine iuramento promittit, tum quia cōditionaliter intelliguntur, tum ex aliis causis variata leguntur, quæ tamen Deus iuramento firmauit, non reperiuntur mutata. Quid autem prosit Deum nobis iurare, quę promittit, declaratū fuit Ge. 22. cap.

B Dicitur, ꝙ Deus iurauerat istis dare terram hanc: in quo non est intelligendum, ꝙ istis particulariter Deus iurauerit, sed iurauit patribus eorum: nemini namque horum legitur quomodo Deus iurauit nisi Abrahę, postea autem Isaac, & Iacob filiis eius non iurauit personaliter, sed promittebat eis terram, quam promiserat patri eorum, referens se ad iuramentum factum Abrahæ. Sic enim patet de Isaac Gen. 26. c. cum dicitur. apparuitque ei dominus, & ait: ne descēdas in Aegyptum, sed quiesce in terra hac, quam dixero tibi, & peregrinare in ea, eroque tecum, & benedicam tibi: tibi enim, & semini tuo dabo vniuersas regiones has complens iuramentum, quod spopondi Abrahæ patri tuo. De Iacob idem modus est: ita ergo, & de his dicebatur, ꝙ iurasset Deus illis, quia ꝓmissiones factę illis personaliter erant, quamquam iuramento vallatę non essent, quia tamen referebantur ad iuramentum

C pręstitum Abrahæ, dicebantur omnes iuratę. Alio modo dicitur Deus iurasse istis, quia in iuramento ꝑstito Abrahæ fuit expressum semen eius, cum magis terra danda pertineret ad semen Abrahæ, quam ad ipsum, ut patet Gen. 15. & 22. c.

An Deus violauerit pactum suum. s. quod promisit introducere iudæos in terram Chanaan, & occidit in deserto. Et ꝙ pacta Dei semper intelliguntur cum conditione. Quæst. LI.

ARGVET aliquis ex hac littera, ꝙ Deus uiolauerit pactum, & iuramentum suum, quia iurauit his, ꝙ ītroduceret eos in terrā Chanaan, & factum non fuit.

D Respondetur, ꝙ pacta Dei de beneficiis conferendis, & pęnis infligendis, quamquam simpliciter proponantur, intelliguntur cum conditione. s. si res manserit in eodem statu bonitatis, aut prauitatis: in quo fit comminatio malorum, aut promissio bonorum. Mutato autem statu rerū, mutatur diuina promissio. Sic autem in his fuit, quia intelligebantur si manerent in mandatis Dei nō offendentes eum: nunc autem murmurauerant, ut patet Nume. 14. ideo pœna hæc eis inflicta est. Hoc patet 1. Reg. c. 2. cum dicitur. loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsq; in sempiternum. Nunc aūt

E dicit dominus, absit hoc a me, sed quicunq; glorificauerit me, glorificabo eum, & qui contemnunt me erunt ignobiles. Sic, & Hieremi. 18. dicitur repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud, si pęnitentiam egerit gens illa a malo suo, agam & ego pęnitentiam de malo, ꝙ cogitaui ei vt facerem. Et subito loquar de gēte, & regno, vt ędificē, & plantē illud, si fecerit malū in oculis meis, vt nō audiat uocē meā, pniam agam super bono, ꝙ locutus sum, vt facerem. Hæc tanquā conditionalia quantum ad ꝓmissiones, & cōminationes intelligunt. In his aūt, quæ prænunciant futura nō ꝑtinētia ad aliquid istorū, nunꝗ intelligitur cōditio, sed immutabi-

mutabiliter proueniunt, vt dicta sunt: sicut prędicitur quod virgo concipiet, vel quod veniet Saluator, & similia. De quibus magis declaratum est Deuterono. 18. cum agebatur de prophetia secundum prædestinationem certam, vel secundum pręsentem iustitiam aut iniquitatem.

Vt ostenderet eis terram lacte, & melle manantem. Dicitur, ꝙ iurauerat ostendere his terram: non accipitur ostendere pro ostensione ad videndum, sed pro ostẽsione in possidendo. nam si solum ostendisset eis terram, & non introduceret eos illuc, non complebat pactum: sic fuit in Moyse, cui Deus ostẽdit terram vltra iordanem de cacumine montis Abarim in vertice eius Phasga, & non introduxit eum in illam dicens: uidebis eam oculis tuis, sed nõ ingredieris in illam, quã ego tradam filiis Israel: sic patet Deuteronomii tertio & 32. & tamen in Moyse non fuit completum pactũ hoc de ostendenda terra, quia in pęnam ei datum est: ꝙ nõ impleretur in eo, quod cum cęteris implebatur: dicitur ergo ostendere idest dare ad possidendum, & patet, quia in omnibus promissionibus Dei, quæ habẽtur in toto Pentateucho, dicitur de dando terram, & nunquam de ostendendo.

Lacte, & melle manantem. Metaphora est: dicitur manare lacte, & melle ad notandum vbertatem eius in fructibus, & dulcedinem, quod patet Numeri. 13. ex verbis exploratorum dicentium, venimus in terram ad quam misisti nos, quæ reuera lacte, & melle fluit, vt ex his fructibus cognosci potest. Et sic ex abundantia & magnitudine fructuum, dicebant terram vere lacte & melle fluentem.

Horum filij successerunt in locum patrum. Istud demonstratiuum horum, non demonstrat omnes exeuntes de Aegypto, sed bellatores, & cæteros, qui non audierunt vocem domini. nam non fuerunt mortui in deserto omnes, qui exierunt de Aegypto, ut supra declaratum est: nullus tamen alteri succedere dicitur, nisi quando non est: filij tamen bellatorum, & aliorũ omnium, qui non audierunt uocem domini, dicũtur successisse patrib. quantum ad ingressum in terram Chanaan. nam omnes, qui exierunt de Aegypto intraturi erant in eam, nisi offendissent dominum in deserto, quia ergo hi non ingressi sunt, fuerunt filij eorum ingressi loco eorum. Et hoc, est quod filii successerunt loco patrum.

Aliquando dicũtur filii succedere loco patrum ad peccandum. s. quod sicut patres fuerunt peccatores, ita & filij sunt: sic locutus fuit Moyses ad Rubenitas, & Gaditas, ut patet Numeri. 32. cum dicitur. cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum quem eis Deus daturus est: nonne ista egerũt patres vestri? Et postea sequitur: & ecce inquit vos surrexistis pro patribus vestris incrementa, & alumni hominum peccatorum.

Et circuncisi sunt a Iosue. Scilicet in Galgalis post trãsitum iordanis: non quidem a solo Iosue, sed mandato eius ab eo, cum aliis executoribus huius præcepti circuncisi sunt.

Quia sicut nati fuerant in præputio erant. Quilibet in p̃putio nascitur. i. habens pelliculam, quę postea abscinditur in circuncisione: ita iudæi nati in deserto in pręputio, manserunt in eo toto tempore, quo ibi fuerunt vsque ad transitum Iordanis.

Nec eos aliquis in uia circunciderat. Idest dum venirẽt Israelitæ per desertum in terram Chanaan, nemo circunciderat paruulos ibi natos, nec etiam aliquos conuersos ad iudaismum: qui. n. de Aegyptijs ascenderũt cum iudæis, non fuerunt circuncisi in deserto sed in Aegypto: ut supra declaratum est.

F *An iudæi peccauerint, quia non sunt circuncisi in toto tempore, quo fuerunt in deserto. Et quod ibi diuersimode alias puniti fuerint. Quæst. LII.*

QVAERET aliquis, an Israelitæ peccauerint in deserto, quia nunquam circuncisi sunt. Respondebit aliquis, ꝙ peccauerint, quia violauerunt pactum domini: qui enim de iudæis non circuncidebatur, dicebatur infringere fœdus Dei, & perire de populis suis: vt patet Gen. 17.

Dicendum tamen est, ꝙ non peccauerint, quia si peccauissent, cum hic scriptura agat de circuncisione eorum, argueret eos: tamen nequaquam icrepat, nec aliquis propheta aut uir sanctus eos unq̃ increpuit.

G Item Moyses erat durus zelator pro lege Dei, ut patet ex toto processu Pentateuchi, cum fortiter redargueret male agentes, sicut patet in immolantibus uitulo, & fabricantibus eum. nam occidit tunc pro reatu hoc viginti tria millia, ut patet Exod. 32. Si ergo iudæi in hoc peccauissent, argueret eos: sed nequaquam arguit, ergo non peccauerunt.

Item si iudęi in hoc peccauissent, Deus illos puniuisset: sed non puniuit: ergo non peccauerunt. Antecedens patet, quia Deus puniebat peccata Israelitarũ in deserto etiam si parua forent, ut cum murmurabãt cõtra eum. Et quando populus gemuit pro labore itineris, multi consumpti sunt igne. Et quando desiderauerunt carnes, mortui sunt omnes, qui desiderauerãt, & pro eis murmurauerant, sic patet Numeri 11. capi-

H tulo. Et Maria, quia iurgata fuit contra Moysen, lepra percussa est, ut patet Numeri 12. Exploratores, quia detraxerunt terræ mortui sunt. Et Israelitę, quia murmurauerunt, ad mortem condemnati sunt, & priuationem ingressus terræ Chanaan, ut patet Numeri 14. de aliis similibus punitionibus habetur Numeri 16. & 21. & 25. Istud tamen factum si esset peccatum, maxime esset puniendum, quia erat de maximis peccatis. nam peccatum, quanto maiori tempore durat tanto maius est: sic dicitur extra de cõsuetudine. c. vlt. s. tanto grauiora sunt peccata, quanto diutius infelicẽ aĩam detinẽt alligatam, sed istud maximo tp̃e durauit inter iudæos. s. annis. 40. quia dr̃ hic, ꝙ in uia nemo cir-

I cuncisus est: ergo maius esset cęteris: & consequẽter grauius puniendum. Qđ autem non fuerit punitum, satis patet ex discursu totius Pentateuchi: qm̃ cum, p aliis plerisq; actib. reperiantur puniti, pro hoc tñ nunquam puniti sunt. Item si iudæi peccauissent omittentes circuncisionem omnib. tpib. quibus fuerunt in deserto, non introduxisset eos Deus in terram Chanaan quam promiserat. Sed introduxit: ergo non peccauerunt. patet hoc, quia ideo detinuit eos Deus. 40. annis in deserto, quia peccauerant in eum. Et ad extremũ, eos qui peccauerant non introduxit in terram, pmissam, sed ĩ solitudine mori fecit: ut patet Num. 14. si ergo in circuncisione peccatum foret tanti tpis. non introduxisset eos in terram Chanaan, cum tempore in-

K troductionis in peccato illo manerent. Dicendum ergo, ꝙ nequaquam peccauerunt Israelitę in omissa circuncisione, nam ex causa hoc agebant vrgente, sed ex necessitate omnia omittenda sunt.

An Leuitæ circuncisi fuerint in deserto, vt iudæi affirmant. Quæst. LIII.

QVAERET ẽt aliqs circa id ꝙ dr̃ de Leuitis ſm iudæos, an circũcisi fuerũt ĩ deserto. Dicit. n. Rab. Dauid Canhi, & plures alii iudæorũ, ꝙ q̃q̃ oẽs Israelitæ reliquerint circuncisionẽ, Leuitæ tñ ꝑ illam obseruauerunt, sic probant ex eo, quod habetur Deuterono. 33. cum agitur de Leuitis dicitur, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuũ seruaue-

seruauerunt iudicia tua o Iacob, & legem tuam o Israel. Dicunt autem ista iudicia, & legem intelligi quātum ad circuncisionem, quæ erat data in pactum, & legem, & ipsi eam seruauerunt.

Sed dicendum est, ꝙ Leuitæ non fuerunt circuncisi sicut nec alij Israelitæ, quia hic dicitur de omnibus qui exierunt de Aegypto, ꝙ erant circūcisi, filii tamē eorum manserunt in præputio, quia nemo eos circunciderat: ergo non magis Leuitæ, quam cæteri hoc fecerunt.

Item aut non circuncidi in deserto erat peccatum, aut non. si erat peccatum, non uidetur quomodo magis Leuitæ hoc obseruarent, quam cęteri, quia eodem modo alii cauerent peccatum, maxime quia probatū est non fuisse peccatū esse incircuncisum in deserto. Ideo non videbatur causa quare Leuitæ circunciderētur exponentes se labori, cum peccatum nullum esset manere incircuncisum.

Motiuum namque iudæorum est: ꝙ cęteri Israelitæ infregerint legem Dei cum non circunciderētur: Leuitæ autem, vt non peccarent circunciderint filios suos, & ob hoc allegant id quod dicitur Deuteron. 33. Hi custodierunt pactum tuum, & eloquium tuum seruauerunt quasi dicat cęteri, qui non fecerunt sicut isti, non custodierunt pactum Dei. Sed eorum fundamentum ablatum est scilicet, quod non erat peccatū omittendo circuncisionem hoc tempore.

Item iudæi omiserunt circuncisionem in deserto ex causa necessaria, quæ infra declarabitur. sed ista non solum erat in aliis Israelitis, sed etiam in Leuitis: ergo non circunciderentur. Omittebant enim Israelitæ circuncisionem in deserto ad euitandum periculū mortis, siue esset propter ventum, siue propter motum itineris, ut infra declarabitur. sed hoc erat in Leuitis: ergo si circunciderentur, multi eorum morerentur, nō igitur se circuncidebant.

Ad auctoritatem qua fundantur scilicet hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuū seruauerunt &c.

Respondendum est, ꝙ ista auctoritas nihil agit, nō enim loquitur quicquam de circuncisione, sed de occisione ipsorum idolatrarum, & de cauendo ab idolatria. nam, vt iudæi dicunt, & declaratum fuit Exo. 32. c. Leuitæ non peccauerunt in fabricatione vituli, & adoratione eius, & postea Moyse dicente ex parte Dei. Qui domini est, iungatur mihi. venerunt ad eum omnes Leuitę vnusquisque stricto gladio super femur suum, & occiderunt de aliis Israelitis. 23. millia: vt patet Exo. 32. c. & in hoc obseruauerunt dupliciter præceptum, & pactum Dei scilicet non peccando, & peccantes iussu Dei exterminando. Quod autem intelligatur de hoc patet ibidem ex littera pręcedenti: cum dicitur. Qui dixit patri suo, & matri suæ nescio vos, & fratrib. suis ignoro illos: & nescierunt filios suos. hoc tamen necesse est exponi de nece facta in monte Synai super peccantes in uitulo, & sic omnes iudæi exponunt. Patet ergo ex prædictis, ꝙ Leuitæ non circunciderint filios suos in deserto, sicut nec alii Israelitæ.

Quare cum circuncisio esset cæremonia summe necessaria in ueteri testamento, Iudæi omiserunt illam. 40. annis in deserto. Quæst. LIIII.

QVAERET aliquis, cum pceptū de circuncisione esset primum in statu veteris testi, sicut baptismus ī nouo testō est ianua oīum sacramentorum, & totius status nostri, & sub tanta pęna impositum esset: quare Iudæi omiserunt eam. 40. annis in deserto.

Respondent cōiter iudæi, ꝙ non fuerunt isti circuncisi, quia in 40. annis quib. Israelitæ ambulauerunt p

A desertum, nō flauit uentus aquilonaris, quem nos Boream appellamus, aut septentrionalem. Fundamentū horum est in conditione eorum, qui circunciduntur quantum ad sanguinis effusionem. s. ꝙ si de vulnere facto per circuncisionē sanguis multus effluxerit, morientur: & quia fluxus sanguinis est si venæ mollificētur, & debilitetur vis retentiua, ꝙ fit per tempus pluuiale, aut per uentum austrum, notum, vel libicum, q aliter affricus dr̄, qui pene nobis ab eadem orbis parte efflāt. Isti. n. humidæ cōplexionis sunt, quorū actus est mollificare, & humiditates augere: & cōsequēter vires retentiuas dissoluere. Ideo tpe venti australis periculosa est circuncisio. Flatus autem Borealis, & omnium ventorum flantium ab eadem parte mundi est

B valde frigidus, & siccus: ideo humiditates sua siccitate desiccat: & sua frigiditate congelat, atq; consolidat, & indurat, sicut patet in aqua. nam tempore quo uentus Borealis fortis est, aquę gelidæ sunt, & redactæ ad lapideam duritiem. consequenter ergo istæ uentus cōfortare habet potentiam retentiuam indurādo venas, & capita earum, in quib. retinetur sanguineus humor ideo tunc fluere ita cito non poterit, sicut tempore flatus austrini, & magnarum pluuiarum, sed hoc toto tēpore. 40. annorum flauisse Boream nequaquam dicūt ideo quia nubes gloriæ eum detinebat: ideo non fuit conueniens tempus ad circuncisionem.

Improbatur Rabbi Dauid præmissa positio de circuncisione omissa in deserto. Quæst. LV.

C SED ista positio multum deficit. Primo quia pręsupponit, ꝙ in toto tempore quo non flat ventus aquilonaris, non fit facienda circuncisio. sed falsum est, quia tempore ęstatis raro flat aquilo, sed magis zephirus, aut alii venti. Item tempore hiemis cum sunt magnæ pluuię, auster flat, & non aqlo, qui aquas ligat: tunc tamen infantes circuncidunt, nec iudæi negant tunc esse circuncidendos, cum ipsi hoc obseruent. nam quocunq; tpe nascatur infans, iussum est, ut octauo die circuncidatur. sic patet Gen. 17. Siue ergo auster, siue aquilo perflet, nō impeditur circuncisio, nisi alia causa substet: nec igitur ī deserto ob hoc impedita est.

Similiter arguit Ra. Dauid Canhi dicēs, quod fiat quotidie circuncisio, & tamen non sit quotidie aqui-

D lo flans.

Respondet: ꝙ ſm Doctores suos quotidie flāt quatuor venti, & cum eis aquilo: qui vnus de principalib. est: ideo quandocunque fiat circūcisio, fit flante aqlone. Sed hoc non stat: quia nemo dicere poterit quotidie flare aquilonem. isti. n. venti flant ſm eleuationem materiæ illius ad locum superiorem, vbi per concussionem causatur uentus, sed quibusdam tpib. materia eleuatur, aliqñ aūt nulla, sicut ad sensum patet certissimis experimentis. Itē dato, ꝙ quotidie flarēt quatuor isti venti, & cum eis aquilo: nihil inde solueretur, quia cum auster fortissimus est, nihil aquilo agere potest,

E cum sint ab oppositis mundi partibus, & habeant oppositas qualitates in efficiēdo. Sed fundamētū est horū, ꝙ flante aqlone dēat fieri circuncisio, ut frigiditate sua stringat, & solidet capita venarum, & siccitate sua desiccet humiditatem, ne sanguineus effluat humor: sed flante validissimo austro omnia sunt ex opposito quamquam flet tenuis aquilo. Ideo tunc deberet impediri circuncisio, ac si nullus flaret aquilo: cum nihil, & inutile ęquiparentᷣ, & non videatur hr̄e maiorem cālitatē talis aquilo, q̄ nullus. Iudæi tñ vt imperitiam suam priorem tenerent, finxerunt quotidie quatuor flare ventos: sed tam quod dicunt, quam quod intendunt, falsum est. Ideo ad vltimum Ra. Dauid Canhi

cogitur dicere, quod quamquam nō flat aquilo quotidie, Deus custodit paruulos circuncisos ne pereant, allegans illud Ps. 114. s. custodiens paruulos dominus; sed omnia hęc nihil sunt.

Item quod dicunt non habet vllam apparentiam. s. quod nubes gloriæ impedierit aquilonem flantem. nam non videtur esse talis dispositio nubeculę apparentis, & dirigentis Israelitas. illa enim erat parua, & in forma columnari erecta erat in sublime, unde semper manebat super tabernaculum, ut patet Exod. 40. & Numeri. 9. Posset ergo ventus aquilonis uenire, & perflare omnia castra hebræorum, non impediente columna.

Item si columna illa nubis impediebat ventum aquilonarem, ita impediret ventum australem, & cęteros: & sic non esset tempus de qualitate alicuius venti, sed medie temperatum: ideo circuncisis non noceret, q̄a non erat facta in conditionibus austrini flatus.

Item hebræi sibi repugnant. dicunt enim, quod in quadraginta annis non flauit aquilonaris ventus, & rursus dicunt ꝙ nubes glorię impediebat ventum illū: ista tamen implicant, quia nubes gloriæ non poterat impedire aquilonem, nisi detinēdo eum ut transiret; si ergo non flabat, non impediebat eum.

Item non est habēs aliquam probabilitatem, ꝙ nubes impediret transire vētos, aut perflare castra iudęorum. nam tollere naturalia nunquam concedendum est accidere sine causa aliqua. sed hic non erat aliqua causa ad impediendum flatus ventorum, quia nō erat nociuum, ꝙ flaret aliquis ventus in castris, immo ecōtrario valde vtile erat: quia ventorum flatus renouant aerem nostrum, & faciunt uarias mutationes in corporibus nostris: & nisi venti essent, calore desiccaremur, vnde sanius uiuunt, qui sunt in locis patentibus vento saltem aquilonari, quam ubi nulla aura perflat. Potissime, cum ad circuncidendos conferret flatus aquilonaris. non est ergo rationabiliter dictū, ꝙ nubes gloriæ impedierit ventum aquilonarem 40. annis in deserto.

Item assumptum huius positionis nullo modo est verisimile scilicet, quod in quadraginta annis nunquā flauerit ventus aquilonaris. nulla enim hiems est, in qua parum aut multum Boreas non perflet, cum tēporis conditio hoc exigat. ideo dato, quod ex aliquo euentu mirabili in aliqua hieme nunquam flaret Boreas: adhuc posset aliquo modo stare: quod tamen in quadraginta annis continuis nunquam perflauerit, monstrum quoddam temporis uidebatur: immo aliquid monstro maius. s. mutatio totius naturæ.

Item videtur ista positio multum conficta, & ab intentione: nam concedunt in anno quo Israelitæ exierunt de Aegypto, antequam exirent perflauisse aquilonem, & in anno exitus de deserto immediate, ut iordanem transierunt, concedunt eundem flatum. quis ergo abstulit eum annis quadraginta mediis cōtinuis? Nullam enim probabilitatem habet ista positio, sed magis totaliter quasi friuola abiicienda est.

Secunda opinio eorum, qui omissam dixerunt in deserto circuncisionem eo, quod non eguerunt ibi tali signo distinctiuo. Quæst. LVI.

ALIORVM positio est circa impedimentum circuncisionis dicentium, quia circuncisio fuit data tanquam signum distinctiuum populi Dei a cęteris gentibus, ut colligitur Genesis decimoseptimo, & magis ad Roma. quarto capitulo. Populus tamē iudaicus manens quadraginta annis in deserto non eguit distingui a cęte-

F ris populis, cum nullus ibi esset, ideo non fuit tunc circuncisio ad distinguendum: cum uero transiuit ī terram Chanaan, quia conuersaturus erat inter populos gentium, indigebat distinctione. ideo tunc erat circūcisio necessaria. Et ob hoc transito iordane fecit circuncidi omnes in Galgalis, ut patet hic. Ratio autē fundamenti horum est, quia distinctio ponitur inter extrema distinguibilia: cum autem solum vnum extremum est, distingui non potest. Sicut vnum solum non est simile, nec dissimile: maius nec minus. Iudæi autem erant vnum extremum distinguibile, qui cum erant in deserto, soli erant: nec ibi gentiles aliqui erāt, a quibus distinguerentur. ideo non erat opus poni distinctiuum signum.

G Sed ista responsio non stat.

Primo, quia circuncisio dabatur propter duo. s. propter causam præsentem, & propter significationem futurorum.

Causa pręsens erat distinctio istius populi a cęteris populis: & ista est causa litteralis.

Causa significatiua futuri erat, quia circuncisio cū sit abscissio cuiusdam particulę superfluę carnis nostræ, signat amputationem mortalitatis: & hoc fit in octaua die, quia in octaua ętate, quæ in sanctorum requie clauditur, abscindetur ab electis omnis mortalitatis corruptio, quoniam iam non erit luctus, neque clamor, nec vllus dolor, nec tanget eos sol, nec cadet super eos æstus: quoniam priora transierunt, ut patet Apoca. 7. & Esa. 55. Significatio autem multum atten-
H ditur in sacramentis testamenti veteris, cum status ille vmbraticus foret, & omnia penè ad significādum ponebantur, sic patet prima ad Corin. 11. Omnia in figura contingebant illis. oportebat ergo, ut illi qui erant de populo Dei, semper tenerent significationem, quę in eis intendebatur.

Item circuncisio non solum Israelitas ab aliis distinguebat, & futura designabat, sed etiam efficiebat. nam a peccato originali soluebat: licet non panderet ianuā vitæ eternæ, sicut nunc facit baptismus, qui est sacramentum perfectum nouæ legis. Si ergo existentes in deserto non circunciderentur, nulla existente causa, rei efficerentur contempti præcepti: & non aboleretur in eis culpa originalis, quod erat magnum incon-
I ueniens. nam hoc eis datum est in remedium abolendę culpę. dicēdo ergo hoc modo oporteret, quod omnes, qui in deserto mortui fuissent, æternaliter periissent, cum ex solo contemptu omisissent sacramentum remissionis originalis culpæ: hoc tamen valde durum est.

Item tertia ratio istorum fundamentalis non stat. dicunt enim ob hoc Israelitas non eguisse circuncisione in deserto, q̄a erant separati a gentib. & circuncisio erat data in signum distinctiuum. Si tamen hoc modo arguatur, dicendum est, quod iudæi non eguerint circuncisione cum fuerint in terra Chanaan, nam non habitabant tunc inter gentiles, cum iussis-
K set Deus, ut in locis, quæ ipsi possessuri essent, nullum omnino viuere permitterent, vt patet Deuteronomii 20. & Numeri 40. & tamen nemo concedet non eguisse eos circuncisione in terra Chanaan.

Item si hoc modo arguatur, dato, quòd habitarent iudæi mixti gentilibus, quod amplius erat, non esset necessaria aliquando circuncisio. nam circuncisio, quamquam signum distinctiuum sit, non est ita distinctiuum, ut extra patens sit, & manifeste distinguat, sicut ea quem apparent in habitu. nam si aliquis gentilis uideret iudæum, aut econtrario, nunquā cognosceret eum esse iudæum, si sola circuncisio poneretur signum distinctiuum. nō. n. patet tale signum, cū sit in secretissimo loco, q̄a talia mēbra verenda

verenda sunt. Data ergo hac cognitione, non magis quis cognosceretur per circuncisionem quam sine circuncisione. non est ergo sic accipiẽdum, quòd circuncisio sit signum distinctiuum, idest, quòd manifestet distinctionem inter eos qui circuncisi sunt, & qui nõ: & hoc palam. sed quòd quamquam publice non distinguantur Iudęi ab alijs, satis est, quod per circuncisionem ipsi se cognoscant distinctos ab alijs. & quòd Deus voluerit eos distinctos esse a cęteris faciens eos circuncidi. Cęteros autem nequaquam, & ipsi Iudęi cognoscunt se distinctos a cęteris, cum sciant se circuncisos. alios autem audiunt incircuncisos esse. & ipsi sępe hoc viderunt, sicut cum Dauid tulit ducenta prępुtia Philisthinorũ Sauli regi, vt fieret gener eius: vt patet primo Regum, cap. 18.

Signum autem ad cognoscendũ Iudęos distinctos a cęteris gentibus in actu interiori, erat in modo colendi Deum, & iurandi, atque faciendi singulas cęremonias.

Erat autem aliud signum adhuc manifestius in habitu distinctiuum Iudęorum a cęteris in fimbrijs palliorum. Iusserat enim Deus, vt Iudęi per quatuor angulos palliorum portarent quatuor fimbrias hiacinthinas, vt patet Nume. 15. ideo cum aliquis istas fimbrias portans videretur, iudicabatur Hebręus, cum vero nõ portaret, iudicabatur gentilis.

Item si ista causa staret, sequeretur quòd si tempore quo Iudęorum lex obligabat, aliquis Iudęus esset in terra multum solitaria, in qua nulla vnquam esset communicatio aliarum gentium, non teneretur circuncidere filios suos, quia iam non erat ibi aliquis, a quo per circuncisionem differret. & sic de omnibus Iudęis si habitarent in locis separatissimis mundi inadibilibus ab alijs gentibus, nunquam fuisset eis necessaria circuncisio. hoc tamen nullus concederet, q̃a hoc modo daretur penitus exclusum pręceptum de circuncisione.

Item hoc modo esset alterum concedẽdum, s. si daretur, quòd omnes gentes conuerterentur ad Iudaismum, sequeretur non esse amplius necessariam circuncisionem. & sic si quando Deus dedit Abrahę circuncisionem, fuissent conuersę omnes gentes ad credendum, quod credebat Abraham, & expectandum, quod expectabat: sequeretur quòd non fuisset vllo tẽpore circuncisio necessaria, nec conueniẽs. hoc tamẽ falsum est, nec quisquam concedet. ergo quamquam Iudęi existentes in deserto non distinguerentur ab alijs gentibus per circuncisionem, quod adhuc falsum est, indigerent circuncisione. Non stat ergo vllatenus ista positio.

Cessauit circuncisio in deserto propter periculum quotidiani motus, ne circuncisi morerentur. Quæst. LVII.

Dicendum ergo, quòd causa propter quam non fuerunt circuncisi in deserto, per quadraginta annos fuit periculum motus: nam caput virgę virilis, siue pręputium, est extremitas membri, & in magna venarum cõgerie finitur, quę propter debilitatem suam multum sanguinem interdum fundere possunt, & moreretur circuncisus. Fluxus autem huius sanguinis prouocatur per calorẽ subtiliantem humorem sanguineum, & propter apertionem venarum, quę a calore soluuntur, & debilitatur sic vis retentiua. calor autem iste prouocatur nimis per motũ, ideo motus itinerationis circuncisis nimis obest. vnde contingit sępę in ęstate, quòd cũ quis multum laborauerit, & velociter motus fuerit, largũ sanguinem de naribus effluere, quod raro contingit frigore brumę. fluxus iste sanguinis per calorem maxime causatur in motu, quia motus calefacit ab intrinseco, & subtiliat interius maxime, & hoc, quia p̃ motum causatur confricatio partium, & distensio: in calore autem solis, & ignis, si ille qui calefit non mouetur, non est huiusmodi periculum, ideo nihil magis nouiter circuncisis obest quàm motus itinerationis. illi tamen qui in deserto progrediebantur, erant continue in hoc periculo, quia nesciebant, quando castra mouenda forent: sed ad motum nubis mouebantur erantque illam expectantes: sic patet Exod. 40. & Nume. 9. capit. cum dicitur. Cumque ablata fuisset nubes quę tabernaculum protegebat, tunc proficiscebãtur filij Israel, & in loco in quo stetisset, castrametabãtur. ad imperium domini proficiscebantur, & ad imperiũ illius figebant tabernaculum &c. His ergo sic se habẽtibus, si circuncisio facta fuisset in deserto, aliquando contingeret, quòd dum aliquis circuncidebatur, inciperet moueri columna, & immediate oportebat moueri post ipsam, tam circuncisum, quam circuncisores: quod in periculum manifestum eius qui circuncidebatur redundabat, maxime, quia circũcisi essent tenerę ętatis, scilicet octo dierum: & ex debilitate venarum, & paruitate potentię retentiuę, apertis capitibus venarum terminatis ad pręputium, vrgente motu itineris, necesse erat sanguinem effluere, & hoc ipsis nõ dubiam mortem efficeret.

Arguit contra prædictam conclusionem. Et an peccaret Moyses quia non circuncidit filium in via. Quæst. LVIII.

Sed contra hoc aliquis arguet de Eliezer filio Moysi. nam cum portaret duos filios suos Gerson, & Eliezer cum vxore in Aegyptum, & esset in diuersorio, Angelus Domini voluit eum occidere, quia erat incircuncisus Eliezer, & cum circuncidisset eum Sephora vxor Moysi, cessauit Angelus persequi Moysen, vt patet Exodi 4. cap. Videtur ergo, quòd in itinere peccatum erat pueros portare incircuncisos, & non obstante motu itineris circuncidi deberent, alioquin Angelus non torsisset Moysen volens eum occidere, cum pœna sine peccatis nõ sit, potissime illa quę a solo Deo est, qualis hęc erat.

Ad hoc respondendum est, quòd Moyses non obligabatur circũcidere Eliezer filium suum in itinere, nec ob hoc Angelus eum occidere volebat, quia in via non circuncidebat, sed quia in terra Madian antequam inde recederet, non circũciderat, cum tempus habuisset. Vxor tamen Moysi vidẽs eum torqueri ab Angelo, circuncidit filium sciens ob hoc venisse pœnam illam.

Sed adhuc videbitur alicui semper manere argumentum, scilicet quòd in itinere positi circuncidendi sint, quamquam periculũ mortis eis immineat, sicut fuit circuncisus Eliezer. Ad hoc responderi posset, quòd non peccabat Moyses, quamuis non circuncideret filium suum in via, sed Sephora vxor eius vidẽs illum torqueri, recurrens ad hoc circuncidit filiũ propter quem putabat hęc venisse, tamen quamquã tunc non circuncidisset, non peccabat Moyses.

Sed tunc obijcies, quare tunc dabatur ei pœna. Respondendum est, quòd pro omissione quam fecerat in terra Madian, non tamen pro hoc, vt nunc circunciderer.

Aliter responderi potest, & valde conuenienter, q̃ in rebus dubijs homines agere debent secundum prudentiam suam: & maxime in periculosis debẽt se caute habere a periculis deuiando. si tamen circa aliquod agibile dubium, vel periculosum diuina sententia habeatur, non debet inquiri vlterius aliquod consilium humanæ prudentię circa factum, vel modum agendi, sicut

ſicut declaratum fuit Deuteron.1. cap. Sic autem in propoſito, filij Iſrael in deſerto exiſtentes videbāt manifeſtam imminere puerorum mortem, ſi eos circunciderent: ſecuti ergo humanam prudentiam euitanteſque manifeſtum periculum, cum non haberent aliquam diuinam ſententiam ſpecialiter ad hunc caſum, ſcilicet vtrum tunc deberent circuncidere, vel non, minime circuncidebant. ſi tamen Deus mandaſſet, tunc omnes circuncidi, ipſi non curaſſent de quocunque periculo, quantumcunque manifeſto. Sic ergo Moyſes videns filium ſuum Eliezer in periculo eſſe, ſi eum in via circuncideret, dimittebat eum in præputio, quouſque veniret in Aegyptum, & ibi ſine periculo puer in quiete manens, circunciderétur. Deus tamen aliter præuiderat, ſcilicet quòd deberet reuerti vxor Moyſi, cum liberis in terram Madian. ne ergo maneret tanto tempore incircunciſus, voluit vt in itinere circuncideretur, & reduceretur in terram ſuam. Nam ſi Moyſes receſſiſſet puero incircunciſo, nunquam circuncidiſſet eum mater, quæ erat Gentilis, de circunciſione modicum curans, immo inuita hoc faciens. quod patet ex verbis ſuis, cū circuncidit puerum, & dixit. ſponſus ſanguinis tu mi hi es, vt patet Exo.4.capi.

Sciendum, quòd iſtę duæ rationes conuenientes ſunt, tamen procedunt ex contrarijs fundamentis. ſuperior enim præſupponit, quòd Eliezer compleuerat octauum diem, in quo circuncidi deberet in terra Madian: & tamen in via angelus eum voluit occidere. id eò fecit, quòd omiſerat circuncidere filium in terra Madian.

Alia ratio præſupponit, quòd Eliezer compleuit diem octauum in itinere, cum eſſet Moyſes in diuerſorio, & ipſe volebat differre circunciſionem vſq; in Aegyptum. Deus autem voluit immediate cōpleri. Item non eſt ſimile de circūciſione Eliezer filij Moyſi, & puerorum natorum in deſerto: nam manentes in deſerto mouebantur ad motum nubis. ideo quāquam in quibuſdam manſionibus aliquanto ſtarent tempore, tamen neſciebant quantum ibi manſuri eſſent, vel an immediate receſſuri. Moyſes autem cum mouebatur in itinere pergens in Aegyptum, poterat circuncidere filium ſuum, & manere aliquot diebus: donec ſanaretur puer, & eſſet aptus ad itinerandū, cū eo. & angelus, ideo percutiebat Moyſen, quia poterat filius eius conuenienter in itinere circuncidi, ſicut poſtea factum eſt: quoniam recedente Moyſe, vxor ipſa receſſit in terram ſuam Madian, cum filijs ſuis, & ante hoc potuit manere, & credendum eſt, quòd manſerit aliquot diebus in diuerſorio, in quo filium ſuum circunciderat, donec ſanaretur. hoc nō contingeret in manētibus in deſerto, quia ſi moueretur columna, non poterant poſtea expectare, nec per mediam horam.

Quare cum Iudæi manebant in aliqua manſione deſerti magno tempore non circuncidebantur, vt in monte Synai, & in Cadesbarne. Quæſt. LIX.

SED aliquis forte arguet, quòd iſta ratio teneret in anno primo, quo egreſſi ſunt Iſraelitæ de Aegypto, in parte quadam anni ſecundi, quouſque exploratores miſſi de Cadesbarne luſtrata terra redierunt, vt patet Numeri 13. & 14. & in anno quadrageſimo egreſſionis. in his duobus annis, vel duobus & dimidio, Iſraelitæ moti ſunt per deſertū. in primo nāq; anno & fere dimidio, venerūt in Cadesbarne, vt patet Nu.13. In 40. anno ab eodē loco vſq; ad planiora loca Moabitarū circa ripam Iordanis ꝑuenerūt, vbi mortuus eſt Moyſes: toto autē medio

F tempore quod fuit annorum ferè trigintaocto, non proceſſerunt quicquam propter maledictionem eis a Deo datam, ſcilicet quòd ſtarent quadraginta annis in deſerto: vt patet Nume.14. & hoc toto tempore fixi ſteterunt, vt patet Deuter.1. ſcilicet, Sediſtis ergo in Cadesbarne multo tempore, ſcilicet annis triginta fere. poterant ergo in hoc tempore circuncidere omnes qui in anno & dimidio pręcedenti nati fuerant, & omnes qui in eo tempore naſcerentur. manerent autem hoc modo incircunciſi ſoli qui nati fuerunt anno quadrageſimo quo proceſſerūt de Cadesbarne vſque ad planiora loca Moabitarum ſuper Iordanem.

Ad hoc reſpondetur falſum præſupponi. ſi enim Iſraelitæ trigintaocto annis vt dicitur manſiſſent in
G Cadesbarne, & ibi tam diu māſuros ſe cognouiſſent, debuiſſent circuncidere omnes prius incircunciſos: & qui tunc naſcerentur: tamen nec tanto tempore Iſraelitæ ibi manſerunt. & tamen quamquā aliquanto manſerint tempore, nihil ſe tamen ibi manſuros cognouerunt ſecundum certitudinem: ſicut Iſraelitæ manſerunt fere vno anno in monte Sinai, ſcilicet demptis decem diebus, ſcilicet a prima die menſis tertij anni primi egreſſionis de Aegypto, vſque ad diem vigeſimū menſis ſecundi anni ſecundi: vt colligitur Exo.19. & Num.10. & tamen Iudæi neſciebāt an eſſent manſuri ibi, ſaltem per duos dies. Et ſi aliquis objiciat: quòd Iudæi ſciebant ſe manſuros in
H Cadesbarne vſque ad annum quadrageſimum, quia dixerat eis Deus, quòd manerent quadraginta annis in deſerto. Reſpondendum eſt: quòd non concluditur ex hoc aliquid, ſed magis oppoſitum. nam Numeri 40. dicitur. Quadraginta annis erunt filij veſtri vagi per deſertum: & portabunt fornicationem patrum ſuorum. qui tamen vagus eſt, non manet, ſed mouetur: motus tamen ſuus non eſt rectus ad eam partem in quam tendere debet. in hoc autem differt motus iſtorum trigintaocto annorū fere a reliquis: quia in primo anno mouebantur directe per ſolitudinem verſus terram Chanaan: & in fine huius anni & dimidij fere venerūt in Cadesbarne. In anno quadrageſimo q erat vltimus annus egreſſionis de Aegypto mouebantur Iſraelitę directe verſus terram Cha-
I naan, & acceſſerunt ad ripas Iordanis, qui eſt terminus terrę huius ab oriente. In trigintaocto annis nihil directe proceſſerunt, ſed fuerunt vagi toto tempore. verum eſt autem quòd in his trigintaocto annis contrahebant maiorem moram in manſionibus, quàm cum procedebant de Aegypto in terram Chanaan: an vero vagantes Iſraelitæ per deſertum maiorem numerum manſionum fecerint, quàm contineatur in catalogo Numeri 33. ibi declarabitur.

Secundum erat, quòd quamquam iſti manſerint magno tempore in Cadesbarne & quibuſdam alijs manſionibus, tamen neſciebant quanto tempore ibi manſuri eſſent: quia Deus eis nihil prædicebat, ſed cum fieri debebat indicabat per motum nubis: vnde
K ſemper incerti erant quando caſtra mouenda forent expectantes motum colūnæ. ideo quamquam manerent in aliquo loco, vno vel duobus annis, aut pluribus ſemper erāt expectantes motum nubis neſcientes, an immediate moueretur. ideo non erat ſecura circunciſio.

Idem argui pōt de deſerto Sinai, in quo manſerunt Iſraelitæ anno vno demptis decem diebus: vt ſupra probatum eſt, & magis declaratur Exo. 18. & tamen ibi non fuit facta circunciſio, quia neſciebant, an in craſtinum recederent.

Aliquis contra hoc arguet dicens Iudæis cognitū fuiſſe, quòd in monte Sinai multo tempore manſuri forent

forent, quia ibi iussit fieri tabernaculum cum ornamentis suis, & tamen ista erant tanti laboris, quę manifeste in tribus, vel quatuor mensibus finiri non poterant: ergo tunc securi de motu debuissent circuncidere omnes paruulos natos post exitum de Aegypto, adhuc manentes in præputio, & omnes qui ibi nascerentur.

Respondendum est, ꝙ etiam hoc stante, non erant Israelitę certi, quanto tempore mansuri essent in mõte Sinai. nam dato, quòd inchoata forent opera Sanctuarij, poterat inde moueri nubes, & mouerētur omnia inchoata, atque in alijs mansionibus finirentur. Nulla ergo mansio fuit in toto deserto, in qua Israelitis certum esset, quòd aliquanto tempore mansuri forent. si tamen quis circuncideretur, & moueretur nubes immediate, erat periculum circuncisi propter motum, ergo non debebat fieri circuncisio.

Alia causa erat propter dolorem, nam postquam aliquis circuncisus est, die tertio euenit ita magnus dolor, quòd ille qui circūcisus est, etiam si sit robustę ętatis, erit quasi mortuus, vt nequaquam moueri posset, & si moueatur, erit periculum mortis. patet hoc de viris Sichem vrbis, quos in dolo fecerunt circuncidi filij Iacob, vt secure eos occidere possent, & tunc dicitur, quòd die tertio, quando nimius esse solet dolor vulnerum, arreptis gladijs Simeõ, & Leui duo filij Iacob intrauerunt confidenter vrbem, tanquam pugnaturi contra mortuos, & occiderunt omnes viros Sichem, ita quòd nec vnus ex eis resistere posset, vel potuit: erant enim velut exanimati. non ergo decebat tali tempore circuncisos moueri, quia eis esset certissimum mortis periculum. Ex superioribus ergo patet, quare Iudęi in deserto per quadraginta annos non circunciderunt filios suos, & quomodo non peccauerunt.

Postquam autem omnes circuncisi fuerunt. Scilicet, tam Leuitę quam Israelitę, omnes enim in deserto nati in pręputio, adhuc manebant.

An oēs generaliter fuerīt circūcisi, post transitum Iordanis.

Et non est intelligendum, quòd omnes Israelitę transeuntes Iordanem fuerint circuncisi. nam ipse Iosue non fuit ibi circuncisus, cū de Aegypto ipse egressus sit, & qui in Aegypto nati fuerunt circuncisi erāt, vt patet hic in litera.

Item non fuit ibi circuncisus Caleb, qui de Aegypto quoque egressus est. hi duo enim inter viros bellatores computatos in monte Sinai intrauerunt in terram Chanaan, vt patet Num. 14. & 26.

Item multi de alijs, nunc ingressi sunt in terram Chanaan, qui circuncisi non sunt hic, scilicet illi, qui non fuerunt computati inter viros bellatores in monte Sinai. nam sententia vniuersalis data est cōtra viros bellatores a viginti annis supra, vt patet Numeri 14. & fuit facta computatio illorum bellatorum vno anno, & 15. diebus post egressum de Aegypto, vt supra declaratum est. ergo illi qui in exitu de Aegypto, nondum compleuerant annum 19. non potuerunt computari inter hos viros bellatores contra quos sententia data est, & tamen omnes hi erant circuncisi in Aegypto. ergo isti omnes qui essent in satis magna quantitate ingredientes in terram Chanaan, non circunciderentur in Galgalis.

De istis enim omnibus qui nondum compleuerāt annum decimumnonum, cum egressi sunt de Aegypto, dicendum est, quòd potuerint ingredi in terram Chanaan, quia non obsistebat eis aliqua diuina sententia. Sed an omnes illuc intrauerint non constat. satis enim verisimile est, quòd multi eorum perierint ī deserto ex frequentibus murmurationibus, & tamen multi de eis ingrederentur, & non circunciderentur in Galgalis.

A Postquam autem omnes circuncisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur. Dixitque dominus ad Iosue. Hodie abstulisti opprobrium Aegypti a vobis. Vocatumque est nomen loci illius Galgala vsque in præsentem diem.

Postquam omnes. In duobus, s. vel tribus diebus, vt supra declaratum est vsque ad diem 14. mensis eiusdem primi, in quo transierunt Iordanem. *Manserunt in loco castrorum*. Scilicet in Galgalis: ibi enim castrametati fuerant prima die qua recesserunt de Iordane, vt patet B pręceden. cap. & ibi postea circuncisi sunt, vnde ex circuncisione dictus est locus Galgala, vt infra patet.

Donec sanarentur. Scilicet a vulneribus circuncisionis. nam erant inepti tunc ad motum, sicut supra declaratum est: cum ex hoc Israelitæ 40. annis in deserto manserint in pręputio, quia non erant certi de temporibus manendi, & mouendi castra, durabat autem sanatio ista per aliquot dies. nam vsq; ad tertium diem semper augetur iste dolor, cum in tertio die maximus sit, ita vt ipsi circuncisi mortui videantur, sicut dictum est de viris Sichimitis, vt patet Gen. 34. cap.

Cur Iudæi post transitum Iordanis immediate circuncisi sunt, cum tunc etiam pergerent via sua, & eadem causa manere videbatur. Quæst. LX.

C QVAERET aliquis quomodo Israelitæ post transitum Iordanis immediate circuncisi sunt, cum tunc procederent via sua, & propter motum cessauerat in deserto circuncisio, hic autem eadem causa manere videbatur.

Respondendum est, non manere eandem causam hic, & in progredientibus per desertum: non enim impediebat in deserto motus circuncisionem, sed incertitudo motus, quia nesciebant quando castra mouenda essent. Si enim cognouissent Israelitę quanto tempore mansuri essent in quolibet castrorum loco, etiam si non mansissent maiori tempore quam manserunt, potuissent circuncidere omnes filios suos, erāt D tamen semper incerti, vt supra declaratum est. cū vero transierunt Israelitæ Iordanem, velocius mouebātur quàm per multa loca deserti, tamen iam nō erat eis incertitudo motus, cum non mouerentur nube mota, sed ad voluntatem suam pręcedente arca. iam enim nubes cessauerat, vt patet supra 3. c. ex ibi declaratis, mouebantur ergo quādo volebant, & manebāt ad libitum, ideo potuerunt manere in Galgalis quantum voluissent ad sanationem vulnerū. vnde quamquam in deserto non fuit peccatum manere in pręputio ex causis supra datis propter motum, tamē si post transitum Iordanis cessante nube, quisquam propter motum bellicum, aut itineris in pręputio maneret, E reus legis esset, quę exterminandos de populo incircūcisos dicit, vt patet Gene. 17. Ideo data certitudine motus cessante nube, iussit Deus Israelitis, quòd circunciderentur. *Dixitque dominus ad Iosue*. Modus locutionis iste fuit, vt supra declaratum est, scilicet in nube aliqua, sicut declaratū fuit pręceden. c. quamquam pluribus alijs modis Deus loqui poterat Iosue, de quibus dictum est supra primo capitu.

Hodie abstuli. Hoc fuit dictum die 11. vel 12. mensis primi anni 41. egressionis de Aegypto, tunc enim facta est circuncisio, vt supra declaratum est. *Hodie abstulisti opprobrium Aegypti a vobis*. Multipliciter enim hanc literam quidam interpretantur.

Quomodo

Quomodo opprobrium Aegypti ablatum fuit ab Israelitis die quo circuncisi sunt post transitum Iordanis. Quæstio. LXI. F

QVIDAM de nostris expositoribus dicunt, ꝙ istud opprobrium Aegypti est incircuncisio,& quādo Israelitæ manebāt in Aegypto erant circuncisi, vt patet in litera.s.omnis populus qui egressus est ex Aegypto, & vniuersi viri bellatores mortui sunt in deserto,qui omnes circuncisi erant, & quia Aegyptij erant incircuncisi, Iudæi improperabant eis,ꝙ essent incircuncisi,sed quia in deserto Iudęi erant incircūcisi,ipsi erant exprobrabiles,sicut exprobrabant Aegyptios, sed in ingressu terræ Chanaan Deus fecit circūcidi illos, ergo abstu- G
lit opprobrium Aegypti.i. quod ipsi Aegyptijs infligebant. Sed iste sensus nullo modo stat. Non enim erat verisimile modo vllo,ꝙ Israelitę in Aegypto exprobrarent Aegyptijs esse incircūcisos. nam ipsi erāt in seruitute,& durissima quidem,quia affligebāt eos, perducentes vitam eorum ad amaritudinem operibus duris luti & lateris, omnique famulatu quo in terrę operibus premebantur. Sed magis verisimile est,ꝙ Aegyptij exprobrarent Iudęis,ꝙ essent circuncisi: nam erant domini eorum, & illudebant eis.sic patet Exodi primo.cum dicitur. Oderant filios Israel Aegyptij,& affligebant illudentes eis, & multum videbatur hoc probabile, sicut inter cōuersos de iudaismo ad Christum,qui circuncisi sunt,opprobrium est H
quoddā,vel saltem in opinione sic tenetur, ita vt nullo modo arbitrarentur alij qui de parentibus christianis nati sunt, illos ad honores aliquos vel beneficia suscipiendos: Papa tamen censuit ob hoc non esse expellendos, vt patet extra de rescript.c.eam te. cum dicitur: pro eo, quòd Iudęus extiterit eum dedignari non debes.

Item dato,ꝙ Iudęi non essent serui Aegyptiorum in Aegypto, sed essent ęquales: non erat verisimile, ꝙ Iudęi in opprobrium ducerent Agyptios, quia nō erant circuncisi.nam quando aliquis debet exprobrare alteri,vel qualitercunque illudere, si colorate, vel non totaliter irrationabiliter illudit,debet habere aliquem colorem, ex eo ꝙ secundum naturam, vel secundum commune iudicium est exprobrabile.Iudęi I
autem contra Aegyptios non habebant hoc,quia esse incircuncisum secundum naturam non est vituperabile,etiam secundum iudicium commune nequaquam exprobratur, quia fere omnes gentes incircuncisę sunt. ergo nō habebant Iudæi aliquem colorem illudendi vel exprobrandi Aegyptijs, dato ꝙ æquales essent. sed magis econtrario Aegyptij habebant aliquem colorem exprobrandi Iudęis. nam natura hominem incircuncisum producit, & ista pellicula quæ tollitur in circuncisione, non est aliquid superfluum mōstruosum,sed de integritate & pulchritudine corporis. si cui ergo particula illa abscisa sit,videbitur exprobrabile,sicut siquis naso careat aut digitis, quamquam in magnitudine deformitatis differt ex conditione membrorum.Item ex cōi iudicio gētium erāt K
Iudęi exprobrabiles inter Aegyptios, quia cum omnibus gentibus vsitatum sit esse incircuncisas, cū contrarium viderint, iudicabunt vituperabile fore: inter solos Iudęos incircūcisum esse est vituperabile, quia sancitum erat inter eos quemlibet debere circuncidi. dato ergo ꝙ Iudæi & Aegyptij se haberent in ęqualitate,maiorem causam exprobrandi habebant Aegyptij super Iudęos,quàm econtrario. nullatenus ergo tenere potest ista expositio.

Secunda expositio aliorum catholicorum super quæsito præcedenti. Quæst. LXII.

ALII de expositoribus nostris dicunt aliter, intelligendum esse istud opprobrium actiue,scilicet, quòd Aegyptij illudebant Iudęis exprobrantes, quòd serui essent: & pręter angustiam, quam infligebant in operibus duris, adhuc maiorem infligebant illudendo. sic innuitur Exo.1.cap.s.oderātque filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis: atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum. Istud improperium durauit in Aegypto postquam surrexit rex nouus, qui non cognoscebat Ioseph vsque ad exitū de terra ipsa: cum autem Israelitæ erant in deserto,non penitus videbatur ablatum: quia nondum introducti fuerant in terram quam Deus eis promiserat: sed nūc introducti fuerunt: ergo nunc fuit ablatum opprobrium Aegypti,scilicet in seruitute. Sed iste sensus non potest stare: quia cum hic dicitur, hodie abstuli opprobrium Aegypti a vobis: non agitur de liberatione a seruitute,sed de circuncisione: vt patet ex litera: ergo ad eam referendum est istud opprobrium.

Item patet hoc ex nomine quod imponitur loco huic. fuit enim vocatus Galgala: & dicunt hi quòd signat liberationem, qua Israelitę liberati sunt à seruitute. Sed falsum est,vt patet ex omnibus interpretationibus,s.Hieronymi & Remigij. Sed magis ad rotam vel ablationem pertinet,vt infra declarabitur: & omnes sic istud nomen exponunt. Item non applicatur sensus istorum. nam dato quòd opprobriū Aegypti esset seruitus, tamen non fuit ablatum istud in Galgalis: sed magis in exitu de terra Aegypti. Et cum dicis: quòd nondum erant perfecte liberati a seruitute quousque introducerentur in terram promissam,nō habet aliquem colorem. Nam quæ maior liberatio a seruitute esse poterat, quàm quòd viderent Israelitæ omnes oppressores suos pristinos mortuos super littus maris rubri, scilicet Pharaonem & exercitum eius? vt patet Exo.14. & postea populus iste nulli per desertū subiectus est, sed magis conturbabat gētes finitimas faciens eas timere, & faciēs pugnas magnas contra eas, vt patet ex processu libri Numerorum. Ideo tunc debet dici ablatum opprobrium Aegypti ab eis, & non in Galgalis. Item dato: quòd concedatur id quod isti dicūt,scilicet,quòd nō fuerūt Israelitæ liberati perfecte a seruitute quousque ingrederentur in terram promissionis,non stabit dictum istorum. quod patet: quia quando Israelitę ingressi sunt terram duorum regū Amorrhęorum,& inceperunt eam possidere,intrauerunt in terram suā. nam Amorrhęi erant vna de gentibus quas Deus promiserat tradendas in manus Iudæorm: vt patet Gen.15. & sępissime per totum Pētateuchum. Ita ergo dicerentur liberati cum fuerunt in torrente Arnon, qui est principium terrę Amorrhęorum: sicut cum fuerunt in Galgalis.

Item patet hoc, quia terra duorum regum Amorrhęorum cessit in possessionem Israelitarū cum diuisa fuerit duabus tribubus & dimidiæ: vt patet Deuteronomij 3.cap.

Item adhuc dato quòd acciperetur terra promissionis stricte pro terra quæ est vltra Iordanem, sicut sępe accipitur in sacra scriptura: vt patet Numeri 34. & ponitur ibi terminus eius ab oriente Iordanis,non deberet dici, quòd opprobrium seruitutis ablatum esset cum Iudęi fuerunt in Galgalis, sed cum transierunt Iordanem. nam transito Iordane dicebantur Iudæi esse in terra promissionis vel possessionis suæ. sic patet Deuterono.4.cap. scilicet, testes inuoco hodie cęlum

cęlum & terram cito vos perituros esse de terra, quam transito Iordane possessuri estis, sed non dictum fuit hoc in Iordane, quin potius in Galgalis, ideo non dictum fuit de liberatione ab opprobrio seruitutis, sed de circuncisione.

Tertia expositio Iudæorum, & Nicolai de Lyra ad idem. Et an Aegyptij præuiderint multum sanguinem fundendum esse de corporibus Iudæorum, & completum fuerit hoc in circuncisione. Et an sanguis iste fundendus poterat cognosci per astra. Quæst. LXIII.

ALITER exponunt Iudęi, & Nicolaus cũ eis s. ꝙ in Galgalis in circuncisione fuit ablatũ opprobrium Aegypti, idest opprobrium, quod Iudęi susceperunt ab Aegyptijs in exitu. dicunt enim, ꝙ Aegyptij dixerunt Iudæis. ecce miseri, qui egredi vultis, quia si egrediemini multus sanguis super vos venturus est. Et tunc facta circuncisione in Galgalis effusus est multus sanguis de Iudæis, ergo completum erat, & ablatum opprobriũ Aegypti. Sed ista expositio forte minus constat, quàm præcedẽtes: errat enim multipliciter. Primo, quia dicunt Aegyptios dixisse Iudęis, ꝙ multus sanguis venturus erat super eos. hoc enim inducunt ex auctoritatibus quę nihil agunt. Primo ex eo, quod habetur Exo. 10. vbi dicitur in litera, cui dubium est, ꝙ pessime cogitetis.

In Hebręo habetur, ecce malum in oculis vestris, quod ad idem pertinet, s. ecce vos habetis oculos uestros ad faciendum malum. & patet, quia immediate subditur, non fiet ita. Iudęi autem dicunt: ecce malum in oculis vestris, idest, ꝙ videbant Aegyptij per astrorum iudicium multum sanguinem futurum super Iudęos. & de hoc dixerunt: ecce malum in oculis vestris idest ecce malum est coram oculis vestris, s. quòd si exieritis veniet super vos. Sed iste sensus manifeste est extortus, quia si cõsideretur litera, satis plane exprimitur, quomodo Pharao volebat tollere Iudęis occasionem recedendi totaliter de Aegypto. & ad hoc volebat, vt taliter permitterentur ire ad sacrificandum, vt cogerentur redire in Aegyptum pro eis quę relinquebant. Ideo dixit Pharao, qui de ipsis erant ituri ad sacrificandum. Respõdit Moyses. cum paruulis nostris, & senibus pergemus cum filijs, & filiabus, & omnibus armentis: est enim solennitas domini magna. Respõdit Pharao ironice. sic dominus sit vobiscum, quomodo dimittam vos, & paruulos vestros. & sequitur in litera nostra, cui dubium est, ꝙ pessime cogitetis, quasi dicat, manifestum est, ꝙ malum agere vultis, s. vt non redeatis in Aegyptum. Et idem signat litera Hebraica dicens. Ecce malum in oculis vestris, idest ecce manifestum est, ꝙ oculi vestri ad malum faciendum respiciunt. & patet ex adiuncto cum dicitur. nõ fiet ita, quasi dicat, non ibitis cum paruulis, & armẽtis. cum ergo nõ dixerint hoc Aegyptij Iudęis in opprobrium, nec significantes aliquid malum futurum super eos, non diceret Deus in Galgalis, ꝙ abstulerit opprobrium Aegypti hoc modo intelligẽdo. Aliam auctoritatem habent ad hoc Iudæi cũ dicitur in litera nostra Exo. 32. ne q̃so dicant Aegyptij, callide eduxit eos, vt interficeret in montibus. in Hebręo dr̃, in malo eduxit eos. sed codẽ mõ improbauimus ibi hunc sensum, & ibi vide.

Præmissæ opinionis confutatio per rationes, quòd Aegyptij non poterant cognoscere Astrologice multum sanguinem per circuncisionem effundendum. Et ad quid se extendat cognitio astrologica. Quæst. LXIIII.

ITEM errant, quia dato quòd litera posset hoc signare, tamen non potest stare, quòd Aegyptij cognoscerent per iudicia astrorũ multũ sanguinem esse effundẽdum de Iudæis per circuncisionem. nam corpora cęlestia non habent significationem super illud in quo non habent efficaciam, vt declaratũ fuit Gen. 40. & latius Leuit. 19. sed corpora celestia non habent efficaciam super ea quę sunt pure libera, cum corpora cęlestia habeant causalitatem naturalem, voluntas autem nullo modo dependet ex causis naturę, sed circuncisio erat in Iudæis pure libere inducenda, ergo non poterat signari in astris.

Item principaliter patet hoc, quia quamquam omnis voluntas sit libera, liberior tamen est voluntas diuina in quantum magis distat a conditionibus materiæ quæ determinant voluntatem ad aliquod genus volibilium, sicut intellectus est magis vniuersalis, & indeterminatus quam potentiæ sensitiuæ, quia sensitiuæ cum sint organicę, determinantur ad certum genus obiectorum ex conditione organi. Intellectus autem quia nulli parti corporis alligatus est, non determinat sibi aliquod speciale genus obiecti. sed sic erat, ꝙ voluntate Dei, & non humana fuit facta circũcisio post transitum Iordanis: ipse enim hoc pręcepit Iosue, nõ poterat ergo vllatenus ista circuncisio per astra signari, & consequenter non poterant eam pręcognoscere, & prædicere Aegyptij. & Deus ergo non diceret se abstulisse opprobrium Aegypti, cum hoc Aegyptij, non pręcognouerint. Item dato, ꝙ fuisset cognoscibilis circuncisio per astra, & pręcognita, atque prænunciata Iudæis in vniuersali, s. de multo sanguine effundendo, tamen Deus in circuncisione facta non replicaret hoc Iudæis, sed magis subticendo dissimularet, quia si prædiceret hoc fuisse signatũ per astra, & prædictum ab Aegyptijs, daret eis occasionem attribuendi virtutem diuinam corporibus cęlestibus quæ hæc contingentia, & libera possent causare, & signare. ipse tamen vetuit valde hęc, dicens nõ esse curandum de iudicijs astrorum, nec de modo iudicandi gentilium circa hoc, vt patet Hieremię. 10. cũ dicitur. Iuxta vias gentium nolite discere, & a signis cęli nolite timere quæ timent gentes, quia leges populorum vanę sunt.

Et nõ solum vetuit respici ad iudicia astrorum, sed etiam ne eleuarent oculos ad videndum corpora cęlestia in pulchritudine sua, ne inducerentur ad colendum ea. Sic patet Deute. 4. s. caue ne eleuatis oculis in cęlum videas Solem, & Lunam, & omnia astra cęli, & errore deceptus colas ea, atque adores quę creauit dominus Deus tuus in ministerium cunctis gẽtibus. Nullo modo ergo Deus faceret hic mentionem de opprobrio ablato, si illud Aegyptij prænunciassent Iudæis. Item dato, ꝙ Aegyptij cognouissent multũ sanguinem venturum super Iudęos, & prędicerẽt, & postea Deus hoc repeteret, non videretur intelligẽdum de sanguine effuso in circũcisione in Galgalis, sed magis de sanguine effuso in fabricatione vituli. tũc enim Moyses cum Leuitis transeuntes per medium castrorum occiderunt viginti tria millia virorum gladio. vt patet Exo. 32. vbi manifestũ est multipliciter amplius de sanguine fuisse effusum, quàm si circuncideretur totus Israel vigesies, cum per vulnera totus sanguis humanus idolatrarum effluxerit. ibi ergo diceret Deus hodie abstuli opprobrium Aegypti, & non in Galgalis. Dicendum ergo est, nullatenus stare istam expositionem.

Opprobrium Aegypti quid erat. Et est quarta, & vera expositio auctoris. Quæst. LXV.

SED est alius sensus, ꝙ Deus abstulit ab Israelitis opprobrium Aegypti, idest incircũcisionẽ quę erat opprobrium Aegypti, idest Aegyptiorum. nam esse incircun-

incircuncisum erat magnum opprobrium inter Iudæos, & reputabant alias gentes valde vituperabiles, quia incircuncisæ erant. & cum vellent eis dicere aliquod vituperium, vocabant eas incircuncisas, sic dixit Ionathas ad armigerum suum: transeamus ad stationem incircuncisorum horum, vt patet primo Regum. 14. & Dauid cum vellet pugnare cōtra Goliath Gethæum volens ei improperare, vocauit eum incircuncisum, vt patet primo Reg. 17. cap. cum dicitur. erit ergo Philisteus iste incircuncisus, quasi vnus ex illis. sed Aegyptij erant incircuncisi, ergo erant exprobrabiles secundum legem Dei & opinionem Iudæorum. In deserto autem quadraginta annis manserant Iudęi in pputio. ideo sic exprobrabiles erant, vt Aegyptij, quia tamē in Galgalis ablata fuit incircuncisio, dicitur, q̄ De⁹ abstulerit hodie, scilicet in die circuncisionis in Galgalis opprobrium Aegypti de Iudęis.

Quare incircuncisio dicebatur opprobrium Aegypti, pro confirmatione positionis modo dictæ. Et quare locus circuncisionis vocatus fuit Galgala, & in Hebræo Guilgala. *Quæst. LXVI.*

SED dicet aliquis: quomodo incircuncisio dicitur opprobrium Aegypti, cum non solum Aegyptij, sed etiam oēs aliæ gentes incircuncisæ essent? Respondendum est, incircuncisionem esse opprobrium omniū gentium, tamen Deus vocauit hic opprobrium Aegypti, quia Iudęi steterant solum inter Aegyptios, & cognoscebant de eis quomodo essent incircuncisi. de cęteris autem gentibus non tantum cognoscebant. De his ergo magis dici debuit opprobrium esse incircuncisionem.

Vocatumque est nomen loci illius Galgala. Antequam circuncisi essent Israelitæ in loco hoc, non habebat nomen speciale, sed vocabatur ager ipsius vrbis Iericho, quia erat circa vrbem illam. sic patet infra. nam cum esset Iosue in Galgalis dicitur de eo, cum autem esset Iosue in agro vrbis Iericho. accepit autē postea duo nomina hic ab ipsa circuncisione.

Primum est, quòd vocatus fuit collis prępútiorū, vt patet supra cum dicitur. circuncidit Iosue filios Israel in colle preputiorum. & hoc quia ibi fuerunt abscisa prepútia totius populi.

Secundum nomen fuit Galgala. Et hoc etiam venit propter circuncisionem. interpretatur enim Galgal, vel Galgala rota. & sic vocant Iudæi quodlibet cęlum Galgal, idest vnam rotam, & omnia celestia corpora vocant Galgalin, idest rotas, quia sunt rotę vel orbes, aut sphærę. & applicatur istud nomen ad circuncisionem, quia in circuncisione abscinditur pellicula de capite virgæ, quæ vocatur præputium, & illa rotūda est: pp illam autem rotūditatem abscisam vocatus est locus Galgala, idest rota. sic tenet Nicolaus.

Tamen secundum veritatem in hebræo non ponitur hic Galgala, sed Guilgala. vtrunque enim est nomen apud hebræos, & non signat idem: quia Galgala signat rotam, Guilgala significat ablationem. & istud nomen Galgala nullo mō conuenit literæ huic. quia dicitur in littera: hodie abstuli opprobrium: iō Galgala cum ponatur propter hanc ablationem debet significare ablationem, vel aliquid pertinens ad ablationem. & hoc nullo modo significat Galgala, sed Guilgala. & tunc est propria causalitas, & sic voluit ponere litera nostra in latino: tamen non cōsentit idioma latinū oēs prolationes, quę in hebręo fiūt. & econuerso: quædam. n. magnæ aspirationes sunt, q̄ mos latinus nō toleraret. nullæ. n. literę apud latinos talis sonoritatis sunt. Et rursus apud latinos sunt q̄dā prolationes quę apud Hebręos sunt impossibiles, vt

F cum adiungitur nostrum I, alicui vocali in eadem syllaba, vt maior vel eius. nihil enim tale Hebræus sonare potest. ita & in differentia prolationis vulgaris ad latinam patet. quamquam ergo in Hebræo ponatur guilgala, quia tamen talis sonoritas & prolatio non coaptatur latinis, non dictum fuit guilgala, sed galgala. sensus tamen debet reduci ad guilgala. Simile patet in hoc nomine Israel: quod Hebrei, Zrael, & adhuc expressius, & maiori collisione in dentibus proferunt. sed ista non idem signant, quia, Zrael, vt Hebręi pronūciant, est fortis Domini, vel fortis cum Domino. Israel vt nos dicimus signat virum videntem Deum quod longe distat. Sensus tamen est q̄ vocatum est nomē loci illius Guilgala, idest ablatio,

G scilicet, quòd ibi ablata est exprobratio vel opprobriū Aegypti, vt dicit litera.

Sed Iosephus lib. 5. antiquitatū, vult galgala signare libertatem, cum ait. nomen galgala signat libertatem: transeūtes enim fluuium iam semetipsos ab Aegyptijs, & ab ærumnis deserti confidebant esse securos. *Vsque in præsentem diem.* Refertur hoc ad tempus quo scriptus est iste liber. non enim fuit scriptus a Iosue, sed a quodam de prophetis: vt declaratum fuit Deutero. vlti. cap. & tunc adhuc vocabatur locus ille galgala: vt patet 1. Reg. 11. ibi enim innouatum fuit regnum Saulis: & postea semper inter Iudæos mansit istud nomen in memoriam rei ibi gestæ.

H Manseruntque filij Israel in Galgalis: & fecerunt phase quartadecima die mensis ad vesperum in campestribus Iericho: & comederunt de frugibus terræ die altero, & azymos panes, & polentam eiusdem anni. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ: nec vsi sunt vltra cibo illo filij Israel: sed comederunt de frugibus præsentis anni terræ Chanaan.

Hic ponitur secundū principale huius cap. de paschali celebratione. *Manseruntque filij Israel in Galgalis.*

I Scilicet a die 10. mēsis primi egressionis de Aegypto anno 41. vsque ad diem 14. in qua fecerunt phase. cōueniebat. n. māsio in Galgalis ad duo. Primo ad sanationē a vulneribus: quia sic dictū fuit supra māserūt in eodem castrorū loco, donec sanarētur. & necesse erat esse hoc in tp̄e q̄n pascha celebrādū erat. celebritas. n. paschalis fiebat die 14. mensis primi. Circūcisio tñ inchoari non potuit ante diē 11. mensis eiusdem. nam die 10. mensis ipsius trāsierūt Israelitæ Iordanē, & venerunt in Galgalam: vt patet præced. c. & tñ in Galgalis facta est circuncisio. Dato ergo q̄ circunciderentur oēs die vndecima, esset maximus dolor die 14. & 13. quia in die tertio est nimius dolor in circuncisis, ita vt tunc exanimes videātur: sicut patet de Sichimitis Gen. 34. cap. ergo tp̄e celebritatis paschalis

K erat maximum impedimentū in Iudeis itinerandi pp̄ circuncisionem. non enim sanati fuerunt vsque ad aliquot dies post. erat ergo ista cā necessaria manēdi in Galgalis. Erat alia causa manēdi celebritas paschalis. voluit enim Deus vt inciperent obseruare aliqua de cęremonialibus. nam leges datę in deserto nō tenuerant ibi locum: vt patet Deuter. 12. sed manebat obligatio eorū vsq; post ingressum terrę Chanaan & transitū Iordanis. quia ergo nunc transierāt Iordanē, cęperūt obseruare quedā de cęremonialibus. nec tñ intelligēdū est, q̄ essent Iudęi obligari ad obseruationē cęremonialiū veteris testamenti immediate post

transitum Iordanis, sed vsquequo pacifice possideret. Tempore enim bellorum non vacabat eis intendere cęremonialibus operationibus. habita autē pace fuerunt totaliter obligati. sic colligitur Deuteron. 12. propter formam tamen cęperunt tenere quasdam obseruationes, sicut cœperant obseruare circuncisionem, quam ante nullo tempore tenebant. *In Galgalis.* Iste locus aliquando vocatur Galgala singulariter, aliquando pluraliter Galgalæ. arum, sicut aliquando dicitur apud Hierosolymam, & aliquando Hierosolymis.

Et fecerunt phase. Idest celebrauerunt festiuitatem Paschalem. iam enim habebant opportunitatem ad faciendum aliquas cęremoniales obseruationes: habebant enim Israelitæ hic omnia quę necessaria erant in celebratione hac, de quibus Exodi 12. c. Dicēdo, ꝙ fecerunt phase: non intelligitur, ꝙ celebrauerint dies azymorum, nisi specialiter exprimatur, quia ista erant duo festa distincta, & in significationē distinctorū beneficiorum, sicut satis declaratum fuit Leuitic. 23. vbi agitur de omnibus solennitatibus Hebręorum. Ad celebrationem autem phase solum pertinebat agnus cū cæremonijs suis. & ista solēnitas expletur decimaquarta die, mensis primi. deinde die 15. est solennitas azymorum, & ista durat per dies septem, vt patet Exo. 12. Iudæi autem hic non solum celebrauerunt phase, sed etiam solennitatem azymorum, vt patet infra.

Quartadecima die mensis. Ista erat dies signata ad faciē dum phase, & non dicitur hic, cuius mēsis sit ista dies 14. Et respondetur, ꝙ erat mensis primi, sed non exprimitur propter duo. Primo, quia intelligitur ex præcedentibus cum præcedenti c. dictum sit, ꝙ die decima, mensis primi transierunt Israelitæ Iordanem, & eadē die venerunt in Galgalam. & hic dr̄, ꝙ in eodem loco celebrauerunt phase, ergo in eodem mēse esset, cum nihil interpositum fuerit. Secundo, quia dicitur de celebratione phase. festum tamen istud habebat determinatum tempus in quo fieret, s. die decimaquarta, mensis primi, & non poterat anticipari, vel posterioraari, vt patet Num. 9. ca. nisi ex duabus causis. Prima erat si aliquis esset immundus, quia tunc debebat facere phase. 14. die, mensis secūdi. Secunda erat, si fuisset in itinere extra terram promissionis, & tunc in secundo mense eodem modo fiebat. quicunque alias anterioraret, vel posterioraret, peribat de populis suis, vt patet Nume. 9. cap.

Phase pp duas causas poterat anticipari, & posteriorari.

Ad vesperum. Vocant Iudæi vesperum, postquā Sol descendit a puncto circuli Meridiani vergens ad Occidentem, & tunc expurgant totam domum suam, ne maneat in ea aliquid fermentatum. nam in festo isto non solum non comedebantur fermētata, sed etiam non licebat esse in domo. sic patet Exo. 12. Et quando occidebatur agnus paschalis non licebat esse fermentatum in domo. sic innuitur Exo. 23. c. s. non immolabis super fermentatum sanguinem hostiæ meæ, idest manente fermentato in domo non immolabis agnū Paschalem, qui vocatur hostia Dei. postquam autem exclusum esset fermentatum post Meridiem, dicunt Iudæi licere hostiam Paschalem immolari, sed nō immolabatur quocunque tempore post Meridiem, sed solum ad solis occasum. sic patet Deuterono. 16. cum dicitur. immolabisque phase domino vespere ad solis occasum, quando egressus es de Aegypto. Et hoc vesperum signatur hic.

In campestribus Ierícho. Hic signatur quomodo Galgala sit apud vrbem Iericho, quia Israelitæ in Galgalis circuncisi sunt, & fecerunt phase, vt patet supra. & tamen dicitur hic, quòd fecerunt in campestribus Ierícho. erat enim Iericho habens apud se locum qui dicitur Galgala, quod etiam patet, quia cum adhuc essent in hoc loco Iudęi, apparuit Angelus Domini Iosue, &

A dicitur apparuisse ei in agro Iericho, vt patet infra.

Et comederunt de frugibus terræ. Scilicet de frugibus terræ illius. nam si significaretur, quòd comederūt de frugibus terrę simpliciter superuacuū erat. nemo enim de hoc dubitabat. iste cibus erat de frugibus anni eiusdem, vt infra patet.

Quid comederunt Iudæi cum celebrauerunt phase, post transitum Iordanis. Et quòd non erat de necessitate celebrationis phase, quòd comederent azyma.
Quæst. LXVII.

B SED dicet aliquis, quid comederūt Iudæi in die decimaquarta, cum celebrauerunt phase? nam hic dicitur, quòd die altero, scilicet post celebrationem phase comederunt de frugibus terræ. Responderi posset, ꝙ Iudæi die 14. mensis primi celebrantes phase non comederunt panem aliquem cū agno Paschali, cum dicatur hic, ꝙ die altero comederunt panes, quasi dicat, ante tempus illud non comederunt panes de frugibus terræ. Sed dicendum est, ꝙ comederunt de manna, sicut comedebant in deserto. Sed dices, quomodo isti celebrauerunt phase non comedentes azyma? nam iubebatur, ꝙ cū agno Paschali comederentur azyma, vt patet Exod. 12. ergo panes comederent. Respondendum est, ꝙ non erat de necessitate celebrationis phase, ꝙ comederētur azyma, sed ꝙ non comederentur fermentata, vt declaratum fuit

C Exodi 12. sed Iudæi comedentes manna solum nō comedebant fermentatum, ergo non transgrediebātur legem agni Paschalis. Item posset aliter responderi, quòd dato, quòd esset de necessitate celebrationis Paschalis comedere cum azymis, impossibilitas habendi excludit omnem obligationem. Iudæi autem non poterant habere tunc, ergo nihil transgrediebātur de celebritate. Sed adhuc aliquis dicet, ꝙ in die decimaquarta, mensis primi in Paschali celebritate comederint Israelitę azyma de frugibus terrę, quia sicut in die decimaquinta, poterant de frugibus nouis habere aliquid ad comedendum, ita potuissent habere die præcedenti 14. ergo comederunt.

Respondendum est, quòd non comederūt de frugibus terræ vsque ad diem decimumquintum, mēsis

D primi. nam manna cessauit illico, vt Israelitæ comederunt de frugibus terræ, vt hic dictum est in litera. sed cessauit manna die altero post celebrationem phase, vt patet hic. ergo in ea die cœperūt comedere de frugibus terræ, & in decimaquarta die, non comederant.

Die altero azymos panes. Scilicet in die decimaquinta: ista enim erat dies prima azymorum, & cum istę duæ festiuitates sint simul, scilicet phase, & azymorum, cū celebrauerint phase Israelitæ, celebrauerunt immediate festum azymorum. iste dies est in quo fuerūt completi anni quadraginta ab exitu de Aegypto. nam die decimaquinta, mēsis primi fuit egressio de Aegypto, vt patet Num. 33. c. & Exo. 12. sed de anno. 41. transie-

E rant etiam dies 15. mensis primi, ergo complebantur anni quadraginta, cum esset iste annus quadragesimus primus.

Azymos panes. Fiebant isti panes azymi de farina facta de spicis nouis, scilicet, quòd cremarētur, & excussa inde grana iam torrida tererentur mola, atque fieret farina qualiscunque, & inde panes azymi formabantur. Iste est modus quo in festo azymorum die secundo, scilicet 16. die mensis primi, quando offerebātur manipuli spicarum, conterebantur in farinam, & offerebatur inde simila, vt patet Leuitici 2. capitu. & vigesimotertio.

Panes azymi qualiter fiebant de nouis frugibus.

Et polentam eiusdem anni. Non sufficiebat populo conuertere spicas in farinam ad comedendum azymos,

mos, quia hoc erat magni laboris. ideo comedebant polentam quæ facilus parabatur. Dicebatur esse polenta cibus factus de granis coctis ad ignem. cũ enim spicas aliqualiter maturas, & aliqualiter virentes ad ignem torremus, & inde excussa grana comedimus, polentam facere dicimur. hoc autẽ est, cum est principium messium, & quis non habet panem, nullus ei cibus est leuior ad parandum. Dicitur, ꝙ ista polenta & panes azymi erant anni eiusdem, quia iam cęperant messes in terra illa. quod patet, quia supra 3. cap. dicitur. Iordanis enim tempore messis ripas aluei sui impleuerat. & sic cum transierunt Israelitæ Iordanẽ tempus messis erat. Quod magis adhuc patet, quia in festo azymorum iubebat Deus offerri sibi semper in terra Chanaan manipulos spicarum in primitias, ergo iam messis erat, cum isti manipuli essent primitiæ frugum.

Quare cũ Iudæi comederunt panem in terra Chanaan mox deficit mãna, & in deserto aliquoties comedebant & non cessabat.

Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ. In toto deserto comederunt Israelitæ manna, & nunquam defecit, quamquam aliquando comederunt panem, sicut in monte Synai, & in transitu per terrã Moabitarum, & prope Seyr. nam isti prębuerunt Iudęis alimenta, vt patet Deuteron. 2. cum dicitur: alimenta pretio vende nobis quibus vescamur: aquam pecunia tribue, & sic bibemus. tantum est, vt nobis concedas transitum, sicut fecerunt filij Esau, qui morantur in Seyr, & Moabitę qui morantur in Ar. deinde comederunt Israelitę de panibus in terra duorum regum Amorrheorum, & possederunt loca eorum, & omnia quæ prius possederant Amorrhæi. & qa ibi reliquerant cibos, & aliqua pertinentia ad cibos, isti comederunt ea, vt declaratum fuit supra primo cap. ibi igitur quamquam Israelitę comederent de frugibus terræ, non cessauit manna. hic autem mox, vt de illis gustauerunt, defecit manna.

Causa diuersitatis est, quia quamquam in deserto Israelitę comederent panem, tamen non erat ei permanens. si ergo cessasset manna propter illũ, aliquando caruissent vtroque. s. pane & manna. nũc vero ingressi fuerant in terram abũdantem frugibus, in qua & mansuri erant: ideo quamq̃ non haberent manna, viuere possent, sicut postea victuri erant. defecit ergo manna. Erat quippe datum Iudæis, nõ quia semper illo vesci deberent, sed in defectum panis & cæterorum alimentorum: ideo non fuit datum Israelitis mox, vt egressi sunt de Aegypto, sed vsquequo cęperunt deficere omnibus alimentis, & murmurare, vt patet Exo. 16. Erat autem Iudęis conueniens tempus hoc ad deficiendum manna, quia erat tunc tempus messium, & poterant in agris reperire, vnde panes cõficerent, vel comederent polentam leuius paratam. Etiam quia pugnabant aduersus Chananęos capientes loca eorum, in quibus promptuaria plena reperirent, quibus alimentarentur. De manna quanto tempore durauerit, & quãdo defecerit, & quare nõ prius, declaratum est latius supra 2. c. q. 47. vsque ad q. 52.

Quid factum est de manna existẽte in arca.

Defecitque manna. s. non descendit amplius in circuitu castrorum per noctem, sicut descendere solebat, vt patet Num. 11. & Exodi 16. manna tamen, quod collectum fuerat in vrna aurea, & positum coram domino mansit custoditum in arca, vt patet ad Hebręos. c. 9. quia manebat ibi ad futuras generationes. quid autem manna in arca reconditum profecerit, declaratum est Exo. 16. & 20. mansit autem istud mãna semper in arca, & postea cum ipsa arca absconditum fuit in sepulchro Moysi, vt patet 2. Macha. 2. c. *Nec vsi sunt vltra cibo illo filij Israel.* Quia iam erant in terra, in qua poterant habere frugum copiam. manna autem datum erat in defectum frugum, quæ non habebantur in deserto. Ideo quamquam Iudæi postea fame pssi

F fuerunt, vel alias habuerint calamitates, manna nunquam habuerunt. *Sed comederunt de frugibus præsentis anni terræ Chanaan.* Hoc ponitur tanquam responsiuum, quia diceret aliquis: quomodo Israelitæ viuebant ingredientes terram Chanaan, cum non haberent manna? dicitur quòd viuebant de frugibus pręsentis anni, idest de frugibus quæ erant in agris. hoc intelligitur de temporibus illis quibus remanserunt Iudęi antequam caperẽt loca aliqua Chananæorum. nam postea comedebant de frugibus, quas tenebant Chananęi reseruatas ex alijs annis. sed difficultas videbatur esse priusquam caperentur talia loca: ideo dicitur quid tunc Israelitæ comederint.

G Cum autem esset Iosue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum stantem contra se euaginatum tenentem gladium. Perrexitque ad eum: & ait. Noster es an aduersariorum? Qui respondit. Nequaquam: sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. Cecidit Iosue pronus in terram: & adorans ait. Quid Dominus meus loquitur ad seruum suum. Solue inquit calciamentum tuum de pedibus tuis. Locus enim in

Exo. 3. Actu. 7.

H quo stas, sanctus est. Fecitque Iosue vt sibi fuerat imperatum.

Hic ponitur tertium principale, scilicet cõfortatio populi. fuit enim Iosue confortatus ab angelo apparente illi. & ex confortatione eius confortabatur totus populus, cum ipse esset dux eorum: & in principe vel duce continetur totus populus eminenter. *Cum autem esset Iosue in agro Iericho.* In Hebręo dicitur. *Cum esset Iosue in Iericho.* Sed non potest sic intelligi litera. non enim erat intra vrbem, cum non fuerit in ea, quousque corruerent muri post factam lustrationẽ diebus septem: de quibus sequenti cap. sed vocant adiacẽtia Iericho vrbs Iericho. & sic exponũt

I Iudæi, vt habet litera nostra. Et notant ex hoc quòd id quod fit circa ciuitatẽ, scilicet in suburbanis eius, in ciuitate fieri dicitur. Hieronymus ergo transtulit in agro Iericho sciens literam Hebraicam esse deficientem in verbis: & vocatur ager Iericho, Galgala, quia erat circa vrbem. ibi enim erat Iosue quando apparuit ei angelus. nondum enim mouerant castra de Galgalis. Quod autem sit Galgala circa Iericho: patet supra, quia dicitur quòd phase celebratum sit in Galgalis. & postea repetitur quòd comederint panes azymos in campestribus Iericho: & sic eadem dicuntur campestria Iericho & Galgala. *Leuauit oculos.* Dicitur leuasse Iosue oculos, nõ quòd in altum respexerit ad videndum virum apparẽtem gladio euaginato, quia iste non apparebat super eum quasi in aere, sed econtra in plano. sic patet infra cum dicitur. vidit virum

K stantem contra se euaginatum tenentem gladium. sed dicitur leuasse, idest direxisse in virum illum, quia ante non intendebat in virum illum: & tunc incępit intendere. & hoc modo dicimur eleuare oculos ad omnia illa quæ videmus. Vel forte Iosue erat meditans in agro solus defixis oculis in terrã: & cum debuit videre virum, eleuauit oculos. *Et vidit virum contra se stantem.* Vocatur hic vir angelus Dei: quia apparuit in forma viri tenentis gladium: & angeli sic apparentes in sacra scriptura consueuerunt appellari viri.

Hieronymus fuit diuinus & irrefragabilis interpres quo contra quotidian modernos: immo vt verius loquar hæreticos vide simile supra q. 66. & infra 7. cap. q. 15.

Quomodo

Quomodo angeli in sacra scriptura appellantur viri, & quando Deus. de quo uide etiam supra 4.c.q.2.& infra 6.c.q.2. *Quæstio.* LXVIII.

IN quo considerandum est angelos Dei in veteri testamento, raro angelos appellari, sed aliquando viri, & aliquando Deus. Vnde angeli aut apparent in corporibus assumptis figuratis ad humanam effigiem, atque manifestis nobis, & tunc vocantur viri, vt communiter, vt patet Gen.18.de tribus viris apparentibus Abrahæ.& Gen.19. de duobus eorũ euntibus Sodomam. Si autem angeli loquantur non assumpta figura humana manifesta, sed in nube vel aliàs, vocantur vt communiter Deus. & iste est modus vulgatissimus in toto Pentateucho, vbi dicitur, ꝙ locutus fuit Deus, & hoc sæpissime. & tamen angelus erat, qui tunc loquebatur. Deus enim nunq̃ fuit per se, vt putatur locutus, nec est possibile loqui, vt declaratum fuit Exo.23. & 25. iste autem angelus, qui apparuit in forma viri, vocatur vir.

Contra se stantem. Idest a fronte sua vel ex opposito. Angelus enim ille posuerat se a fronte sua, vt videretur a Iosue. *Euaginatum tenentem gladium.* Apparuit vir iste gladio euaginato, quia veniebat tanquam auxiliator Iudæorũ, sicut immediate subintulit. sum princeps exercitus domini, & nunc venio. & quia uolebat signare tradendos esse Chananeos in manibus Israelitarum, & occidendos gladio, mõstrauit gladium euaginatum, scilicet paratum se ad bellum indicans.

An apparitio facta Iosue fuerit multum conueniens Iudæis, & ad quid. *Quæst.* LXIX.

CONSIDERANDVM, quòd ista apparitio facta Iosue fuit multum cõueniens Iudæis, & hoc tam ex parte totius populi, quàm ex parte ducis. Primo ex parte ducis, quia Iosue erat nouus dux: in cuius ducatu non fuerant facta aliqua bella. licet enim Iosue esset vir strenuus in armis, & nobilis dux belli, atque uiuente Moyse agebat bella, sicut patet in primo bello, quod fuit in deserto quando pugnauit contra Amalechitas, vt patet Exo.17.c. Et iterum cum pugnatum est contra Madianitas, ipse duxit exercitum, & deleuit quinque reges Madianitarum, vt patet Num.31.tamen non erat, tunc ipse dux populi, sed Moyses. solum enim fuerat positus ad bellum. si ergo nunc esset dux Moyses, sicut præcedentibus temporibus fuerat, quia eo regente Deus prosperauerat actus bellicos, non tantum timerent Israelitæ. In ducatu autem Iosue nullum adhuc bellũ gestum fuerat, ideo erat aliquantum dubium Israelitis de successu bellorum. Conueniens ergo fuit mitti angelum Dei auxiliatorem, vt confortaretur totus populus credens Deum illum adiuturum.

Item erat hoc conueniens ex parte populi. nã prioribus temporibus fuerant Israelitæ in deserto, vbi raros habuerant conflictus hostiles, quia distabant a terra habitata. & quia non infestabant gentes priores ad expellendum eas de terra sua. Nunc vero transito Iordane maior eis instabat pugna. s. contra omnes reges populorum septem Chananeorum, qui erant plures quàm quinquaginta. nam Iosue occidit triginta vnum de eis, vt patet infra. 12. tamen adhuc restabat capienda magna terra post mortem eius, vt patet Iud. 3.cap. Formidabilis ergo eis congressus erat cum omnibus his. Vnde Deus eis misit consolatorem & corroboratorem angelum suum ne timerent.

Perrexitque ad eum. Vt sciret quid sibi vellet gladius euaginatus, in quo Iosue monstrauit se impauidum, quia cum esset extra castra sua, & solus atque inermis in agro meditans, occurrit viro armato, nesciens an hostis esset.

Noster es an aduersariorum. Idest nunquid es de nostris vel de aduersarijs. Iosue nesciebat cuorum esset vir iste. in quo datur intelligi, ꝙ ipse non cognoscebat omnes viros bellatores Hebræorum: alioquin distinxisset si erat de suis vel de aduersarijs. & non mirũ, quia erat multitudo bellatorum plusquam sexcentorum millium, vt patet ex computatione facta super Iordanem Num.26. vbi omnium horum summa ponitur. Habebat Iosue causam dubitandi, de quibus esset vir iste armatus. nam ipse erat extra exercitum suum solum meditans circa vrbem Iericho. si enim fuisset intra castra Israelitarum non hæsitasset. hic tamen dubitare fuit rationabile, quia poterat esse vir egressus de Iericho vrbe, vel venisse de castris Israel.

Nequaquam. sed sum princeps exercitus domini. Ista negatio potest dupliciter referri. Vno modo, ꝙ sit sensus, nequaquam. i. nequaquam sum de aduersarijs, & ita negauit vltimam partem quæsiti. Alio modo, ꝙ referatur ad totum. i. nequaquam. i. nec sum de vestris, nec de aduersarijs, sed princeps exercitus domini. & iste est conuenientior sensus, quia Iosue quærebat, an ille quẽ existimabat esse virum, esset aliquis de Ierichontinis, vel aliquis vir de exercitu Iudæorum, & neutrum horum erat. ideo simpliciter negauit dicens, nequaquam, idest non sum aliquis horum. *Sed princeps exercitus domini.*

Angeli vocantur milites, & castra, & exercitus. Quomodo angeli dantur ad custodiam singularum personarum, & archangeli, & maiores dantur ad custodiam vrbium, & prouinciarum. *Quæst.* LXX.

HOc dupliciter intelligitur. Vno modo ꝙ iste angelus esset princeps exercitus dñi. i. exercitus Iudæorũ, qui erat exercitus Dei. s. quia Deo ducente venerant in terrã illã, & ipse traditurus erat eis terram omnium illarũ gentium Chananæarum. Alio modo, ꝙ sit princeps exercitus dñi. i. exercitus angelorum. vocantur enim exercitus vel castrum. sic enim qñ veniebat Iacob de Mesopotamia habuit obuios angelos Dei, & vocauit eos castra, vt patet Gen.32. s. Iacob autem abijt itinere quo ceperat: fueruntq; ei obuiã angeli Dei, quos cum vidisset ait: castra Dei sunt. Etiã quia angeli Dei vocantur milites vel pugnatores, ergo facient exercitum, & dicentur hr̃e ducem. sic enim dicit Iob. 25.c. nunquid nosti numerum militum eius. i. angelorum. Et q̃q̃ iste qui apparuit Iosue fuit angelus, tñ non erit idem ſm hos duos sensus. Primo enim modo est sensus, ꝙ iste angelus esset princeps exercitus dñi. i. Iudæorum. Pro quo sciendum, vt est vulgatum, hoĩes esse traditos custodiæ angelicæ. sed homines qui sunt ꝑsonæ priuatæ, habẽt angelos minorum ordinum custodes suos. & de his dicit Christus loquens de paruulis. angeli eorum. i. qui habent custodiam horum paruulorum, semper vidẽt faciem patris mei, vt patet Mat. 18. Homines autem qui sunt, vt ciuitas habent angelos maioris ordinis. & homines qui sunt, vt vna natio vel regnum, rursus habẽt fortiorem angelũ custodẽ, & vocantur isti angeli principes populorũ. de his dicitur psal. 46. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, scilicet angeli custodientes populos. & isti angeli habẽt specialem curam de suis ad dirigẽdum eos tam in bono spirituali quàm in statu. & cum bellum est, quilibet angelus adiuuat suos, donec determinate nouerit voluntatẽ Dei super facto illo, & tunc cessat vel exequitur, vt videt Deum velle.

Et hoc modo contingit esse pugnam & resistentiã inter

inter angelos diuersorum hominum & gentium super statu illorum, sicut ipsimet homines & gentes in alterutrum depugnant. sicut fuit de Michale & Gabriele contra principem Persarum. nam cum Deus vellet educere Iudæos de Babylone reducendo in terram suam, princeps Iudæorum, scilicet Michael angelus & Gabriel, qui erat reuelator visionum Danieli, insistebant, vt liberarentur Iudæi. angelus autem, q erat princeps regni Persarum, videns ex hoc diminui statum regni Persarum, nolebat eos inde exire. durauerat autem ista pugna duorum principum populorum coram domino diebus viginti vno, & adhuc nō erat consumata. sic patet Daniel. 10. cum dicitur. exaudita sunt verba tua, & ego veni ꝑpter sermones tuos. princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti vno diebus. & ecce Michael vnus de principibus vestris primis venit in adiutorium meum, & ego remansi iuxta regem Persarum.

Quō inter angelos ē pugna, & pro quib' rebus.

Iterum autem iste angelus reuersus est, vt pugnaret contra principem Persarum coram Deo, donec Deus declararet eis quid diffiniret, & tunc etiam vidit ibi angelum principem grçcorum, qui pugnabat contra Principem Persarum coram Deo, vt Persicū dominium subderetur græcis, quod & factum est. sic patet Daniel. eodem cap. 10. cum dicitur. nunquid scis quare venerim ad te, & nunc reuertar, vt prælier aduersus principem Persarum. cum enim egrederer, apparuit princeps græcorum veniens. veruntamen annunciabo tibi quid expressum est in scriptura veritatis, & nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. Hoc ergo modo intelligi poterit, scilicet quòd fuerit princeps exercitus domini, idest Iudæorū, & veniebat ad adiuuandū eos in bello.

Si autem accipiatur alio modo, scilicet quòd iste sit princeps exercitus domini, idest princeps angelorum qui vocantur exercitus, erit iste nobilissimus inter angelos, quia principatus semꝑ in ordinatissimis politijs traditur nobilissimo. & tunc esset aliquis de Seraphin, qui tenent superiorem ordinem, & excellentiam inter angelos. Sed primus sensus conuenientior est. nam principem omnium angelorum mitti ad Iosue nihil attinebat, quia non habebat specialem curam populi illius: potissime, quia spiritus de supremis ordinibus non mittuntur, aut raro, vel si mittantur est hoc ad aliquem actum conuenientem ordini suo, sicut fuit de Seraphin qui volauit ad Isaiam, vt patet Isa. 6. scilicet volauit ad me vnus de Seraphin. veniebat enim ad purgandum & incēdendum Isaiam. quod patet, quia dicitur ibidem. volauit ad me vnus de Seraphin, & in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit. ecce tetigi labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. quamquam de hoc an fuerit de supremo ordine Seraphin, vel de minoribus, & quomodo hoc factum fuerit, ibidem dicetur. Magis ergo dicendum est fuisse hunc angelum, qui princeps erat exercitus dñi. s. cui commendatus erat a Deo exercitus Iudæorum, vt defenderet eum, & nunc tēpus erat defendendi.

Quis angelus fuerit iste, qui apparuit Iosue, an fuerit Michael an Gabriel. Et quòd Gabriel erat princeps curam agens Iudæorum: Michael verò eius adiutor.
Quæstio. LXXI.

Et tunc hoc dato dubitatur, quis fuerit angelus iste. Quidam volunt, ꝙ fuerit Gabriel. & ista est intentio Ra. Sal. quamquam non hic. & hoc quia vocatur vir. sic enim dicit de illo viro, qui apparuit in agro Ioseph erranti, & misit eum

F in Dothain ad fratres suos. vult enim eum fuisse Gabrielem apparentem: solum quia vocatur vir. Daniel namque eum semper virum vocat dicens. & ecce vir Gabriel, vt patet Daniel. 9. c. & 10. & vsque ad finem libri. Sed ista ratio nulla est. nam angeli, qui hominibus in forma humana, siue figura visi sunt, in sacra scriptura viri vocantur, vt patet de tribus viris apparentibus Abrahæ in cōualle Mambrę: quos sacra scriptura angelos prodit, vt patet Gen. 18. & duo angeli eorum apparuerunt in Sodomis, & vocantur duo viri, vt patet Gen. 19. manifestum tamen est, ꝙ isti tres non fuerint Gabriel. aliquando, ergo apparent angeli qui vocantur viri, & non sunt Gabriel. Vocabatur autem Gabriel vir, non tanquā specialiter, sed quia om-
G nibus angelis assumētibus humanam effigiem, istud nomen commune est.

De qui... de sup... c. q. ...

Alia causa est rationabilior, ꝙ iste fuerit Gabriel. s. quia iste specialiorem curam gerebat de Iudæis quā alij angeli. nam quamquā alij essent principes Iudęorum, & Michael de principibus magnis: nullus agebat causam Iudęorum pugnans contra principē Persarum, nisi Gabriel. Et si obijciatur de Michaele. Respondendum est, ꝙ ille non erat principaliter curam gerens, aut causam agens contra principem Persarū: sed erat fautor & adiutor Gabrielis, vt patet Danielis. 10. s. & ecce Michael vnus de principibus primis, venit in adiutorium meum. Et iterum in fine eiusdem. cap. dicitur, & nemo est adiutor meus in omnibus, nisi Michael princeps vester. Erat ergo Gabriel curam
H principalem agens gentis Hebræorum. vnde ipsi videtur conuenire, quòd nūc veniret auxiliator Iudęorum. Alij volunt, quòd fuerit angelus iste Michael, quia ipse vocatur princeps Hebręorum, vt patet Daniel. 10. s. & nemo est &c. nisi Michael princeps vester. Quid autem tenendum sit, non multum differt. si tamen dicere velis, quòd fuerit Gabriel, satis stabit. Et si obijcias, quòd dicitur hic princeps exercitus domini. i. Hebręorum, tamen Gabriel non erat princeps Iudæorum, sed Michael.

Respondendum est, quòd satis stare potest esse Gabrielem principem & Michaelem etiā: sed Michael vocatur princeps Iudęorum, quia erat de maioribus principibus Hebræorum, & conuenit sibi nomē per
I excellentiam, quod satis colligi potest Danielis. 10. cū dicit. & ecce Michael vnus de principibus primis. i. quòd ipse principalis erat. Gabrielem autē esse principem Iudæorum, etiam si non maximum, satis apparet, quia satis efficacius & diligentius procurabat causam Hebræorum, quàm cæteri, vt colligitur Danielis. 10. cap. Tamen non esset hoc, nisi pertinerent Iudæi ad eum.

Et forte dici debet cōuenienter, ꝙ iste est angelus qui ducebat columnam nubis per desertum ad dirigendum Iudæos. de quo Exo. 14. & ipse loquebatur Moysi, atque faciebat omnia quæ pertinebant ad illū populum, sicut ibidem declaratum est.

Quis ... angelus ... ducebat columnam ... deserto.

K *De modo quo animæ, vel angeli formant corpora de aere, in quibus appareant. Et quòd angeli, siue boni, siue mali possunt facere naturaliter multa quæ ignaris viderentur miracula. Quæst. LXXII.*

Sciendum autem de isto angelo, quòd apparuerit Iosue in figura assumpta, formando corpus de aere & apparendo, & de eadem materia assumpsit ad formationem gladij euaginati. est enim aer materia multum obediens ad omnes istas transmutationes, quia est humidus & delicatus. cum aūt condensatur, possunt in eo q̄cunq; figuræ formari, & cuiuscunque coloris: inducitur tamen color

color varius in aere ex varia mixtione, & condensatione, sicut in omnibus elementalibus corporibus ex diuersitate mixtionis sequitur varietas colorum tā specifica quàm gradualis, ita & in condensatione aeris varie condensando causantur varij colores, & possunt ibi colores apparere multum viuidi, quia est materia delicata, & non porosa, multum obediens agenti ad quemcūque gradum mixtionis. vnde in talibus formationibus corporum, nihil supra naturę vires fit, sed omnia secūdum principia qualitatum naturaliū. Differt tamen in hoc, quia angeli sapientes artifices sunt cognoscentes secreta naturę, ideo possunt varia efficere ex ipsis visceribus naturæ matris, quæ nobis ignaris horum, vera miracula comprobarentur. Ideo corpora illa velociter ad quamcunque figuram & colorem effingere poterant. si autem nobis aliquid de absconditis naturę cognosci daretur, similia faceremus. Patet autem naturaliter hęc effecta fore, quia dęmones hęc efficiūt: per quos nulla miraculosa operatio administratur directe vel indirecte. Hæc autem admirāda celeritate fiunt, quia causas nouerunt propinquas, & passiua existentia in potentia propinqua, vt sic quasi sine motu producantur tales effectus. Et ob hoc dicimus operari angelos repente. nos autem qui non sumus ita experti, per causas naturæ magis remotas, atque minus efficaces operantes, cum immediatas reperire nequeamus, tardius efficimus, qđ optamus.

Angeli possunt formare corpora in præsentia illorum, quibus apparent illis non videntibus, vel in absentia, & moueri in illis, & quomodo. Quæst. LXXIII.

SCIENDVM autem circa formationem corporum aereorum quæ ad angelos pertinent, esse hoc accidens, ꝙ ipsi corpora illa in præsentia eius cui apparent formare possunt, vel aliunde formata adducere. Quod autem aliunde ducant formata, patet de viris, qui apparuerunt Abrahę sedenti sub ilice Mambrę: nam visi sunt venientes ad eum.

Cum autem apparent stantes, sicut hic, potuerunt corpora in eodem loco formari. & in hoc non multum differt, sed tamen licet illa corpora aliunde formata veniant, & nos respiciamus contra illam partē vnde veniunt, nō videbimus, nisi illi angeli in corporibus assumptis videri velint.

Et licet formentur coram nobis illa corpora, non videbimus immutationes, quæ in aere fiunt ad tales formationes, sed videbimus ea, cum formata sunt.

Forte aliquis existimabit hoc fieri, quia mutationes istę sunt repentinę, & non sunt perceptibiles. Sed non potest stare, quia nō pateretur natura rerum tantam velocitatem in transmutatione ad inducendas tales figuras, & colores, & condensationes, vt percipi non possent motus. sed ista nobis occulta sunt, quia angeli ea nobis occultare volunt. non est enim decēs vt nos videamus tales mutationes fieri in aere, quia tunc reducentes ista ad operationem naturæ, minus veneraremur apparentes angelos, & mysteria Dei, q̄ per eos geruntur. Vult ergo Deus nobis quædam occulta esse, vt eum maiori colamus honore. ad hoc enim pertinebat occultatio arcæ in sancto sanctorū, & velatio corporis latentis inter alas Cherubim super propitiatorium, de quo grandis est sermo, vt dictum fuit Exodi 25. Modus autem quo possunt ista coram nobis fieri, & non videamus, scilicet vt moueatur angelus in corpore assumpto, & non videatur, vel formet coram nobis, & occultum sit: est percutiendo nos quadam passione quam aorosiam vocant, vt ait Augustinus lib. 22. de ciuit. Dei. vel latini cęcitatem

Passio aorosia qđ.

A dicunt. non quidem quòd vera cęcitas sit: sed quòd dum omnia videamus quocunque nos conuerterimus, aliquid coram nobis positum non videamus, de quo Gen. 19. De sodomitis percussis cęcitate, qui cū omnia viderent, non videbant ostium domus Loth.

Et nunc venio. Quasi dicat ante non eram hic, sed nunc venio ad adiuuandum.

An angelus veniens ad Iosue dixerit, quòd veniebat tunc ad redargutionem Iudæorum de transgressione cæremoniarum. Et an angelus veniens ad Iosue dixerit, quòd Moyses noluerat eum recipere, ideo nunc veniebat. Quæst. LXXIIII.

QVIDAM Iudæi dicunt, quòd angelus dixit nunc venio, scilicet ad increpandum vos, quia nō obseruaueritis legem sacrificij vespertini & matutini, scilicet quòd in die illa qua erat celebratio phase, non fuerant obseruati ritus sacrificij matutini & vespertini. Vel quòd venio nunc, scilicet ad increpandum vos, quòd non obseruatis legem Dei vniuersaliter.

B Sed ista nihil attinent. nam si ad hoc venisset, non monstraret euaginatum gladium, quia iste magis est bellicus apparatus.

Item si hoc foret: posita fuissent aliqua verba de errore populi, & verba emendationis angeli, alioquin superuacua esset talis apparitio, sed nihil tale ponitur.

C Item ad increpandum Iudæos de transgressione in sacrificijs, non vocasset se principem exercitus, quia ista pertinent ad ordinem bellicum, sed vocauit se sic.

Item non erat aliquid quare increparet angelus Iudæos ex omissione sacrificiorum, quia nondum erāt obligati ad faciendum sacrificia & cæteras cæremonias: quousque pacifice possiderent terram Chanaā, vt colligitur Deuteronom. 12. sed hoc nondum eis prouenerat, ergo non erant digni reprehensione.

Alij Hebręi, vt Ra. Salomon. dicunt, nunc venio. quasi dicat, ego veni ad magistrum tuum Moysen, & noluit me recipere, ideo nunc nouiter venio ad te. quasi dicat, si ille me recepisset, non venissem nunc

D nouiter: sed semper mansissem cum illo & tecum. Inducunt autem hoc, ex eo quod habetur Exodi 33. cum dixit Deus Moysi, & mittam præcursorem tui angelum meum. & post multa sequitur in litera. facies mea præcedet te: & respondit Moyses. si non tu ipse præcedis, non educas nos de loco isto.

Sed istæ insaniæ sunt, quia non præcessit Deus magis Israelitas, quàm ante præcedebat, & angelus semper præcessit eos in columna. per totum enim desertum nubes præcessit, vt patet Exodi 13. & tamen angelus mouebat nubem, quia ipsa non poterat moueri motu naturali, sic vt mouebatur, nisi ab aliquo

E moueretur. de hoc patet Exodi 14. & ibi declaratum est.

Est igitur sensus. nunc venio, scilicet ad adiuuandū. quasi dicat ante non erat necesse. nunc vero, quia opportunum fuit, veni.

Non est tamen intelligendum, quòd angelus nūc nouiter veniret ad Iudæos, quia ante stabat cum eis. sed dicitur nunc venisse, quia nunc nouiter visibilis apparuit. ante hoc enim eos protegebat, sed visibilis eis non erat. nunc vero apparuit, quia ad confortandum necessarius fuit. erāt enim Iudęi positi in loco maioris terroris, q̄ fuissent ante hoc. Iō non solū egebant defensore, sed etiam cōsolatore. angelus aūt inuisibilis existēs Iudęos ꝓtegebat, sed eos non cōsolabatur. ideo Deus, tunc fecit apparere angelum tuū:

Determinatio auctoris.

Sicut Iacob veniens de Mesopotamia custodiebatur ab angelo, qui apparuit Laban in itinere exterrens eũ ne noceret Iacob: tamen non apparebat ipsi Iacob, vt patet Gen. 31. cap. Cum vero venturus erat ante fratrem suum Esau quem timebat valde, vt patet Gen. 32. apparuerunt angeli venientes obuiam & consolãtes: ipse autem vocauit eos castra Dei. vt patet Gen. eodem cap. & quia adhuc maiori egebat consolatione, cum transire deberet Iordanem, luctabatur cum angelo, & angelus permisit se vinci ab eo, vt confortaret eum: vnde ait. si contra dominum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? vt patet eodem cap.

An Iosue ceciderit coram angelo pronus ad adorandum, vel ex timore, quasi non valens se continere. Et an adorauit Angelum adoratione latriæ.
Quæst. LXXV.

CECIDIT *Iosue pronus in terram*. Idest prostrauit se in terram, vt adoraret angelũ principem iudaici exercitus honore debito, q̃quam istud verbum cadere, nõ proprie hoc signat: sed magis cum quis ı impotentia ruit in terrã.

Et tunc poterat esse sensus, quòd Iosue ex visione conterritus est, & cecidit in terram. forte enim erat visio horrenda. Sic enim Daniel videns Gabrielem, & audiens verba eius conterritus est, ceciditque in terram, vt patet Daniel. 8. cum dicitur. cumque venisset: pauens in faciem meam corrui. & iterum ibi. cũque loqueretur, collapsus sum pronus in terram, & tetigit me, & statuit in gradu pristino. & iterum. 10. cap. & vidi visionem grandem, & nõ remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quinquam virium.

Sed dicendum est, quòd Iosue non cecidit præ timore, quia iste angelus veniebat ad confortandum. non ergo esset terrificus.

Item quia cum vidit Iosue virum stãtem euaginato gladio non timuit, sed perrexit contra eum inquirens, an esset ex aduersarijs, postea ergo non corruit timore.

Sed dicet aliquis, quòd potuit Iosue a principio non timere, cum putaret esse virum illum quem viderat. cum autẽ cognouit esse angelum fortassis contremisceret. Sic patet de patre Sampsonis Manue & matre eius, qui a principio videntes virum ad se venientem & prenunciantem de filio nasciturо non timuerunt, cum vero cognouerunt, extimuerunt valde dicentes. moriemur, quia vidimus angelum domini, vt patet Iudi. 13. cap.

Respondendum est, quòd Iosue antequam cognosceret hunc virum esse angelum, vel postquam cognouit, non timuit. & cum cecidit, non cecidit timore prostratus, sed ex reuerentia. quod patet, quia dicitur, & adorans ait.

Item si Iosue corruisset timore, non potuisset loqui, tamen cum cecidit in terram locutus est dicens, quid dominus meus loquitur ad seruum suum?

Item dato, quòd Iosue cognosceret hunc esse angelum, non est verisimile, quòd timuisset, quia timor fit ex insolito. Iosue tamen non erat insolitum audire verba Dei cum sępissime ad eum fieret diuina locutio. & ista oĩa fiebãt per angelos, quia Deus loqui nõ poterat, vt putatur, & declaratũ fuit Exo. 23. & 25. cecidit ergo Iosue in terram. i. ipse se in eam prostrauit ad adorandũ. *Et adorans ait.* Cũ adorauit Iosue angelũ non adoratione latria, quia hanc soli Deo impendere tenemur & licitum est, sed quadam minori quæ dulia vocatur, & hac etiam homines adoramus nos co-

F ram eis inclinantes, & sic dicitur Gen. 23. quia Abraham adorauit regem. & alibi sæpe dicitur adorasse, vt quando venerunt ad eum viri tres sub ilice Mambre, vt patet Gen. 18. Est autem gradus in hac dulia, quia aliter adoramus homines, & aliter angelos, & inter homines secundum excellẽtiæ dignitatem magis & minus adoramus. *Quid dominus loquitur ad seruum suum.* Quia apparuerat angelus iste Iosue, intelligebat, ꝙ aliquid ei proponere vellet. esset enim alioquin superuacua apparitio, ideo inquisiuit quid dominus meus loquitur ad seruum suum. i. quid iubes mihi vt faciam. Ex quo patet, ꝙ angelus non fuit locutus immediate Iosue, sed ipse cadens ad pedes eius, cum videret illũ nihil dicere, inquisiuit quid vellet.

G *Angeli in veteri testamento magis se permittebant adorari, quàm nunc, & cur hoc causa affertur pulcherrima. Et quòd debemus adorare angelos dulia.* *Quæst. LXXVI.*

CONSIDERANDUM autem, ꝙ aliquis arguet circa istam adorationẽ. s. ꝙ fuerit adoratio latriæ. nam non licet adorari angelos, nunc in statu noui testamenti, sicut licuit in veteri. quod patet, quia angeli hic, & semper in veteri testamento adorati sunt, & tamẽ cum apparuit angelus beato Ioanni in insula pathmos non permisit se adorari, vt patet Apoc. 19. & 22. & cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum, & dixit mihi: conseruus tuus sum & fratrum tuorum habentium testimoniũ

H in Iesu, Deum adora. Sed manifestum est, ꝙ adorari angelos adoratione duliæ æqualiter, licet in nouo & veteri testamento, cum exhiberi duliam hominibus etiam pertineat, ergo ea quæ angelis in veteri testamento exhibebatur latria erat.

Respondendum est, ꝙ in veteri testamento nemo angelos adoratione latriæ coluit, semper enim illicita fuit. adoratione autem dulię semper licuit adorari angelos, nec magis nunc vetitum est exhiberi dulię reuerentiam angelis, quàm in veteri testamento. Et cũ dicitur, ꝙ licuit in veteri testamento & adorati sunt, & nunc nequaquam. Respondendum est, ꝙ nunc nõ magis vetitum est eos coli dulia q̃ tunc. sed tunc permittebant se ab omnibus coli. nunc vero nequaquã,

I etiam si illicitum non sit. Causa diuersitatis est, quia in statu veteris testamenti homines etiam boni erãt minores angelis. ideo in signum cuiusdam subiectionis permittebant se ab eis coli, iuxta illud Psalmi. 8. Minuisti eum paulo minus ab angelis gloria & honore. in statu autem noui testamenti, postquam Christus in crucem ascendit econtrario factũ est, quia natura humana in eo sublimata est super omnem conditionem angelicam, cum illam sibi verbum diuinũ vnierit, & nõ naturam angelicam, iuxta illud. nusquã angelos apprehendit semen autem Abrahæ apprehẽdit ad Hebr. 2. c. angeli ergo effecti serui illius hominis Christi, ab aliis hominibus se adorari non sinunt: videntes eorum naturam exaltatam super angelicam conditionem. Et hoc signabat angelus loquens ad

K beatum Ioannem in præpositis verbis. s. caue ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum testimonium Iesu Christi habentium, quasi dicat, ego sum seruus iam, sicut & vos, & solum seruus in Christo, q. d. ex eo, quod ipse assumpsit humanitatem vestram, & eam exaltauit, eo factus sum conseruus vester. cũ ante essem dñs. Dicendum ergo, ꝙ nunc licet adorari angelos, sicut adorauerunt veteris testamenti patres, q̃q̃ interdũ non permittant se a nobis adorari. Nobis autem æquum est, ꝙ si interdum angeli apparuerint, atq; eos angelos cognouerimus, eis reuerẽtiã duliæ prębeamus, coram eis nos inclinãtes. si autem ipsi

ipsi non permiserint, iam quòd arbitrij nostri est, A executi sumus.

Cæremonia Sarracenorũ nudis pedib. ingredientium loca sacra.

Solue inquit calciamentum de pedibus tuis. i. angelus inqt ad Iosue: solue calciamentũ.i. tolle cito sotulares. hoc fiebat in reuerentiã. sic.n.obseruant Sarraceni, vt cum loca sacra intrant, nudis pedibus ingrediantur, ad fores calceos relinquentes.

Locus enim in quo stas sanctus est. Non erat locus iste sanctus ex aliqua qualitate sanctificationis, quę ibi esset, vel propter aliqua quæ præcessissent ibidem, sed ex præsentia angeli apparentis. totus enim locus in giro sanctificatus hoc modo dicebatur, quòd si attendatur in hoc aliquid quantum ad rem nihil differt. nã dato, ꝙ ipsa terra contraxerit aliquam sanctificationẽ, siue ex antiquo, siue ex noua pręsentia angeli nihil magis munda est, si nudis pedibus humanis contin- B gatur, quàm si calceis: sed solum ad opinionem nostram ista sunt. nam sicut loci sanctificatio nõ est aliqua qualitas ipsius loci, sed est aliquid ex opinione nostra propter pręsentiam alicuius reuerendi, ita in re nihil magis honoris tribuitur, si in loco nudis pedibus steterimus, quàm si calciatis. sed ad opinionem differt, quia cum calceos de pedibus soluimus ob alicuius præsentiam intelligimus ei nos præstare reuerentiam non paruam. simile factum est in monte Synai, cum Moyses vidisset rubum ardentem, & non consumi, atque accederet: ait Deus ad eum. solue calciamentum de pedibus tuis. De sanctitate autem locorum, & hac reuerentia ibi magis dictum est.

Fecit Iosue, vt fuerat imperatum. Idest soluit calciamentum de pedibus. C

Vsquequo Iosue tenuit pedes nudos. *Quæst. LXXVII.*

Sed dices vsquequo tenuit Iosue pedes nudos. Respõdendum est semper dum angelus ei loquebatur in reuerentiam. cum autem cessauit loqui, atque disparuit, resumpsit Iosue calceos suos.

Sciendum etiam, quòd iste locus non fuit semper sanctus, ita quòd semper haberetur in reuerentiam, & non accederent ad illum viri calciati, sed solum dũ angelus locutus est. & hoc non fuit propter locum, sed propter pręsentiam specialem angeli corporaliter apparentis, sicut erat de monte Synai, quia eo ꝙ D erat gloria Domini super totum montem fumantẽ, non licebat alicui tangere illum, vt patet Exo.19. in datione legis. & quando Deus specialiter apparebat, locus accipiebat specialem sanctificationem, sicut fuit in die qua Deus debuit monstrare faciem suam, & totum bonum suum Moysi. nam tunc non solum illicitum fuit hominibus accedere ad montem, sed etiam non licebat in montibus oppositis esse boues, & iumenta, aut homines, vt patet Exo. 34. cum dicitur. nullus ascendet tecum, nec videatur quispiam per totum montem. boues quoque & oues non pascantur econtra. in alijs tamen diebus licebat hęc fieri. ergo E præsentia specialis angeli, vel Dei sanctificabat locũ, qua non existente non manebat sanctificatio loci. disparente ergo angelo, resumpsit Iosue calceos, reuersusque est in castra.

Quid fecit angelus apparens circa Iosue, & ad quid ei calceos soluere fecerit. *Quæst. LXXVIII.*

Sed quæret aliquis quid iste angelus circa Iosue fecerit, vel ad quid ei calceos soluere fecerit. Respondendum est, quod fuit ei locutus. quid autem fuerit locutus, aliquis dubitabit dicens hæc subticeri.

Sed dicendum est non esse hoc conueniens. nam cum sacra scriptura descripserit apparitionem, & eius apparatum, debuit describere quid inde secutum sit: alioquin apparitio frustra describitur.

Dicendum ergo est, quòd ea quæ locutus fuit angelus, sunt ea quæ habentur sequenti c. de lustratione Iericho per septem dies, & consonat valde. tum quia immediate ponuntur post istam apparitionem: tum quia consonat apparatui angeli apparentis. ipse enim in bellico apparuit cultu, scilicet habens euaginatum gladium, & ita sequuntur verba notantia robur, scilicet ecce tradidi in manu tua Iericho, & regẽ eius, & omnes fortes viros.

Quando facta est apparitio angeli Iosue. *Quæst. LXXIX.*

Circa istam apparitionem aliquis dubitabit, quando facta est. Respõdendum est necessario fuisse factam post diem decimam mensis primi anni.41. ab exitu de Aegypto. nam fuit facta in Galgala, quæ vocatur hic ager vrbis Ierícho. ad hunc tamen locum non venerunt Iudæi ante decimam diem mensis primi. ibi enim castrametati sunt in vespere, vt patet præcedenti cap. nec rursus dicendum est fuisse factam in diebus sequentibus immediate, quia hic agitur de lustratione Ierícho, quam Iosue executus fuit immediate, vt colligitur sequẽti cap. nam immediate, vt Iosue ista locutus est, populus fuit executus, cum dicitur: cumq; Iosue verba finiuisset, & septem sacerdotes septem buccinis clangerent ante arcam Domini &c. quasi dicat, ꝙ immediate, vt Iosue dixit, executioni tradita sunt. sed Israelitæ non potuerunt ista efficere vsquequo sanarentur de vulneribus circuncisionis, cum dicatur supra. Postquam autem omnes circuncisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur. ergo reddita sanitate facta fuit ista apparitio, scilicet ad diem vigesimam mensis eiusdem, vel quasi. & tũc fecerunt, quod præcedenti c. dicitur. non tamen propter hoc mouerũt castra de Galgalis, quia erat locus ille iuxta Ierícho, & portantes arcam procedebant Israelitæ, & lustrabant vrbem quolibet sex dierum. & deinde reuertebantur in castra in Galgalan, vt patet sequenti cap. & adhuc magno tempore post ibi manserunt castra, vt patet ex processu libri.

CAP. VI.

Ierícho autem clausa erat, atque munita timore filiorum Israel, & nullus egredi audebat, aut ingredi. Dixitque Dominus ad Iosue. Ecce dedi in manus tuas Ierícho, & regem eius: omnesque fortes viros. Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem. Sic facietis 23. q.5. c. remittunt. §.fi. ibi ꝑ filios Israel.
sex diebus. Septimo aũt die sacerdotes tollent septem buccinas, quarum vsus est in Iubileo, & præcedent arcam fœderis. Septiesque circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis. Cumque insonuerit vox tubæ longior, atque concisior, & in auribus

vestris increpuerit: conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis. Ingredienturque singuli per locum contra quem steterint.

IERICHO *autem*. In superioribus autem actum est de ingressu Israelitarum in terram Chanaan. Hic agitur de secundo principali huius libri. s. de conflictu contra hostes & terræ acquisitione. Et diuiditur in quatuor partes. Primo agitur de acquisitione Iericho. Secundo de acquisitione vrbis Hay. Tertio de bello contra quinque reges simul. Quarto de pugna contra multos congregatos in vnum. Secunda infra.8.cap. Tertia infra.10.cap. Quarta infra.11.ca. Prima in duas. Primo ponitur pars principalis de Ierichontine vrbis destructione. Secundo de anathematis deprehensione. cap. sequenti. Prima in duas. Primo ponitur anathematica præceptio. Secundo subditur Iudeorum executio, ibi. *Cumque Iosue*. Circa primum. *Iericho autem clausa erat*. Considerandum autem circa introductionem principij c. huius, quòd angelus apparens Iosue in agro vrbs Iericho. s. in Galgalis, erudiuit eum in modo capiendi Iericho, vt habetur hic. & debebant ista quæ sequuntur de captionis modo poni tanquam verba dicta ab angelo. sed fit hic quædam interpositio ad introducēdum ea quę angelus locutus fuit Iosue. s. *Ierico autem clausa erat*. Quasi dicat quamquam Deus vellet dare modum capiendi vrbem Iericho Iudæis: tamē non dedisset hūc modum qui infra sequitur de lustratione per septem dies, & ruina vrbis in septimo, nisi esset clausa vrbs. nam si egrederentur Ierichontini ad pugnādum cū Israelitis, sicut egressi sunt viri de vrbe Hay, non dedisset Deus hunc modum ad capiendum vrbem, & delendos habitatores, sed dedisset modum quem dedit pro habitatoribus vrbis Hay, vt patet infra 8.cap. vel aliquem alium. quod patet, quia si Ierichontini egrederentur in pugnam contra Israelitas in campo, eos delerent vel conuerterent in fugam. vel si ipsi aliquo modo se possent viribus tueri a Iudæis, dato q̄ corruerent muri vrbis Ierico, intra vrbem compugnantes se tuerentur. nihil ergo proderat ruina vrbis. Ad hoc ergo profuit iste modus, quia Ierichontini non sufficiebant pugnare contra Israelitas in campo nec in vrbe. quia tamen nullus ingrediebatur, nec egrediebatur clausa vrbe, fuit conueniens modus, vt caderent muri vrbis, vt sic Israelitis esset aditus ad pugnandum contra Ierichontinos. & sic factum est, q̄a ingressis eis per ruinas murorum, non fuit vllus vigor in Ierichōtinis ad resistendum. alioquin autem oportebat manere Israelitas magno tempore in obsidione vrbis Iericho: quousque vel diruerent muros eius, vel fame confecti ciues ad deditionem cogerentur.

Atque munita. Idest tota in circuitu firmis defensaculis cōstans. vel non solum portæ clausæ erant, sed etiam sic munitæ & firmatæ, vt aperiri non possent.

Litera hebraica. In hebręo dicitur. *Iericho autem clausa erat & reclusa*. Idest clausa & magis quàm clausa. quod notat dictio hebraica repetita in modum additionis, & loco huius dixit litera nostra, & munita. s. portæ nō poterant aperiri, vt cum portę vrbium interdum post clausionem lapidibus vel parietibus appositis obstruuntur & obserantur ad maiorem firmitudinem.

Timore filiorum Israel. Qui erant in Galgalis apud vrbem Iericho, cum ibi existentes dicerentur esse in agro eius, vel etiam in campestribus, vt patet præcedēti cap. & hoc quia sciebant eos hostes esse publicos, cum totam terram deleturi venirent, quod cognouerunt ex his, quæ fecerant duobus regibus Amorrhæorum Sehon, & Og, vt patet supra secundo cap. F

In Hebręo dicitur. *Ante filios Israel*. Idest Iericho erat clausa ante filios Israel, scilicet propter eos vel timore eorum.

Et nullus egredi audebat. Scilicet ad pugnandum cū filijs Israel. Obtinuerat enim eos timor, ita vt non remaneret in eis spiritus. vnde non audebant se opponere certamini, sed quomodolibet intra vrbis suæ mœnia, se ab hostibus contueri. sic patet supra secundo capitulo.

An viri vrbis Hay robustiores erant, quàm viri vrbis Iericho & animosiores, vel econtra. *Quæst.* I.

G IN quo apparet robustiores valde, & animosiores fuisse viros vrbis Hay quàm Iericho. nam Ierichontini nō audebant egredi, nec egressi sunt. Habitatores autem vrbis Hay egressi sunt bis ad Israelitas, & semel expugnauerunt eos, vt patet infra octauo.

Et adhuc apparet ex alio fuisse animosiores viros vrbis Hay quàm Ierichontinos, quia Ierichontini nō audierant tanta de Iudęis propter quæ timerent, sicut viri vrbis Hay. ipsi enim audierant de transitu hebręorum per arentem alueum Iordanis, & cætera quæ Ierichontini. Amplius autem cognouerant aliud miraculū, s. quomodo cecidissent muri vrbis Iericho lustrantibus Israelitis cum arca, quod erat satis stupendum. & hoc nondum viso, Ierichontini non
H audebant congredi.

Sed dicet aliquis forsitan hoc euenisse, quia erant Ierichontini pauciores viris vrbis Hay. iō isti confisi multitudine bellatorum egressi sunt ad pugnandum contra Iudæos.

Respondendum hoc non stare. plures enim valde fuerunt Ierichontini. viri autem vrbis Hay valde pauci erant, vt patet sequenti cap. cum dixerunt exploratores: non ascendat omnis populus, sed duo, vel tria millia pergant, & deleant ciuitatem: quare omnis populus frustra vexatur contra hostes paucissimos? ipsi tamen pauci ausi sunt congredi cum tota multitudine Hebræorum, vt patet infra octauo cap.

I Sed forte dicet aliquis Ierichontinos conterritos fuisse valde visa arca domini lustrante vrbem, & audito clangore buccinarum, de quo infra. & hoc non viderant viri vrbis Hay.

Respondendum est non fuisse ex hoc conterritos Ierichontinos, quia antequam Israelitæ lustrarent vrbem, erat Iericho clausa muris, & non audebat quisquam ingredi, nec egredi, vt patet hic. & ob hoc fuit lustratio vrbis per dies septem.

Dicendum ergo necessario fuisse animosiores viros vrbis Hay quàm Ierichontinos. Vel dicitur. *Nec audebat egredi*. Idest nullus de existentibus in vrbe Iericho, audebat egredi, vt euaderent mortem. erat enim verisimile, quòd posuisset Iosue in circuitu vrbis aliquos vigiles, & custodes prohibentes ingredi, aut egredi. Ierichontini autem tanto fuerant
K timore conterriti, vt libenter recessissent de vrbe, si eis daretur fugiendi locus, sed non erat egrediēdi via.

Nec ingredi. Idest nullus de exterioribus audebat ingredi vrbem Iericho ad defensandam eam. licet enim aliqui de finitimis vellent introire vrbem, vt ibi securius manerent, eamque tuerent: non audebāt accedere timore circunstantium hebræorum.

Dixitque dominus ad Iosue. Ista sunt verba quæ dixit angelus qui apparuerat Iosue, de quo supra præcedēte capit. non est enim intelligendum, quòd esset ista locutio distincta a superiori, quia tunc daretur, quod angelus apparens pręcedenti cap. nihil fuerit locutus, quod

quod non conuenit, sicut ibi declaratum est: debuerant autem subiungi immediate ista verba ad illud, quod dixerat angelus supra. s. solue calciamentum de pedibus tuis, sed fuerũt interposita ista quę dicta sunt. s. Iericho clausa erat &c. & hoc vt introducerentur ista quę dixit angelus de modo capiendi vrbem Iericho, vt introduximus supra, & tũc quia illis verbis interpositis illa, quæ sequuntur, non viderentur pertinere ad superiora, positum est hic tanquam caput orationis. s. dixitque dominus ad Iosue. Quòd autem ista locutus fuerit angelus non est dubium, quia Deus illa loqui non poterat cum ei repugnet, vt probatum est Exo. 23. & 25. cap.

An angelus qui supra apparuit locutus fuerit hic. Regula data supra quarto cap. q. 2. quomodo intelligitur. quando scilicet angelus apparens uocetur Vir aut Deus. *Quæst. II.*

SED an angelus qui supra apparuit Iosue ista locutus fuerit aliquis dubitabit. Sed dicendum est eundem hęc dixisse, immo nisi ista dixisset, nihil diceret, vt inductum est præcedenti cap. Sed tunc arguetur ex dictis supra 4. c. ibi enim data est regula, ꝙ quando apparebat angelus in humana figura assumpta, nũquam vocabatur Deus, sed vir vel angelus. Cum vero loquebatur occultatus nube, vel aliàs non apparens, interdum vocatur Deus, & interdum homo.

Respondendum est tenere semper verum regulã illam in eodem contextu orationis, in quo dicitur apparuisse angelum in figura viri: ibi enim non vocabitur Deus, sed vir vel angelus. Sed iterum in alio contextu qui iam videatur ad alterum pertinere, bene vocabitur Deus, & sic factum est hic, quia præcedenti. c. vbi dicitur apparuisse virum, non vocatur Deus, sed vir: nunc vero quibusdam interpositis, quasi iam ad alterum pertineat ista narratio, vocatur Deus.

Ecce dedi in manu tua Iericho & regem eius. Idest nihil tibi pugnandum est, vt capias vrbem Iericho, quia ego tradidi eam. i. iam habes eam in manu tua, eo ꝙ paruo labore habenda erat, & modicum distabat, vt haberetur. *Et regem eius omnesque fortes uiros.* Nomine Iericho sola munitio, vel locus intelligitur: ideo exprimuntur hic viri per se, & hanc tradiderat Deus in manu Iosue, quia nihil agentibus Iudæis muri vrbis corruerunt. Vel potest accipi Iericho, pro toto vulgo fęminarum & masculorum, non potentium pugnare, & isti tradita vrbe capti erant, non habentes vires resistendi. Viri autem fortes & rex non intelligũtur nomine vrbis, quia capta vrbe, vel diruptis muris, non erant capti isti. erat adhuc in eis vis aliqua resistendi: sed non restiterunt, quia nimis conterriti fuerant, elanguerat enim cor eorum, liquefactum instar aquarum.

De rege Iericho dicendum est, ꝙ mortuus fuerit morte cõi. s. in ore gladij, sicut cæteri ciues sui, nec factum est ei vllum supplicium, aut dedecus speciale, sicut regi vrbis Hay, qui viuus comprehensus appensus est patibulo, vt patet infra 8. cap. & sicut factum est quinque regibus pugnantibus contra Israelitas, & postea latentibus in spelunca, educti enim inde extensi sunt in terram, & Israelitæ posuerunt pedes super colla regum illorum. Postea vero appensi sunt in patibulis vsque ad vesperum, vt patet infra. 10. cap. Cuius causa est, quia rex vrbis Hay mouit populum suum in pugnam bis contra Israelitas, & alij quinque reges mouerant multam terram. debuerunt ergo luere specialem pœnam. Iericho ntinus autem rex nihil egerat contra Iudæos: non enim fuerant congres-

A si cum eis, sicut viri vrbis Hay, vt patet hic: ideo non debuit aliqd tolerare magis quàm ciues sui. *Omnesque fortes viros.* Nomine virorum fortium vel ciuium vrbis, non intelligitur rex: quia princeps non est pars ciuitatis, sed caput, & nomine vniuersi non intelligitur Deus, quia ipse non est pars vniuersi, sed dominus vel rector.

Circuite vrbem cuncti bellatores. Iste est modus quo capienda erat Iericho: non enim in clypeo & hasta: sed Deo pugnante pro eis, & diruente muros vrbis, ipsis nihil agentibus iuxta illud Exodi 14. dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis: iubebat dominus, ꝙ circuirent vrbem. s. faciendo circulum perfectum redeundo a porta vrbis vsque ad eandem portam.

B *Cuncti bellatores.* Secundum Hebręos quosdam vocantur hic bellatores viri de tribu Gad, & Ruben, & dimidia tribu Manasse, quia de istis dicitur supra quarto, quòd præcedebant de tribu Gad; Ruben, & dimidia Manasse. 40. millia virorum armatorum, & reliquum vulgus sequebatur: sed non solum vocantur isti bellatores, sed omnes viri potentes pugnare de omnibus tribubus, & isti circuibant vrbem, & non solum procedebant isti in circuitu ciuitatis, sed etiam tota alia multitudo Israelitarum virorum, siue potentium pugnare, siue non potentium. Etiam cum eis ibant sacerdotes portantes arcam. nam quidam præcedebant, alij sequebantur: hic tamen solum dicitur de viris bellatoribus, quia sacra Scriptura est breuiloqua deuitans frequentes repetitiones, & quia immediate repetendum erat istud præceptum in executione, non fuerunt hic omnes clausulæ positę, sed quædam, & postea supplentur omnes. Sic fit Exo. 12. vbi agitur de cæremonijs agni paschalis, & primo ponuntur quædam cum datur præceptum, deinde superadduntur omnes quæ defuerunt, & si semper deberet enarrare res integre, cogeretur facere frequentes repetitiones inutiliter.

C

Semel per diem. Dicitur hoc, quia ciuitas multoties lustranda erat, scilicet tredecim vicibus, vt colligitur infra, & tamen non deberent omnes simul fieri continuato processu, sed qualibet die solum semel fiebat circuitus.

Sic facietis septem diebus. Idest quòd qualibet die horum semel circuirent, nec fiebant aliquæ aliæ cęremoniæ, sed cum semel lustrata esset vrbs fiebat regressus in castra.

D

Septimo autem die. Aliqui dicunt, quòd iste dies septimus erat sabbatum, sic enim vult Ra. Salomon. & necessarium quidem est, quòd aliquis dies horum septem esset sabbatum, sed an vltimus horum non constat. Dicunt tamen fuisse septimum diem sabbatum ad maiorem honorem sabbati, quia tunc plures circulationes factæ sunt, & quia tunc muri corruerunt a sedibus. Quicquid autem sit patet, quòd licebat in die sabbati tractare negotium bellicum, quia quęlibet lustratio harum ad bellicum apparatum pertinebat: tamen in die Sabbati aliquis circuitus horum factus est, cum fuerint dies isti continui. An septimus dies circuitus Iericho esset sabbatum.

E

Quare Deus iusserit toties circuiri vrbem Iericho, cum vnicus circuitus suffecisset. Et quòd quatuor signa, quæ Deus dedit concludebant, quòd ista ruina vrbis erat a Deo. *Quæst. III.*

QVAERET aliquis: quare dominus iusserit fieri tot circuitus, cum sufficeret vnus. Respondendum est hoc fuisse factum ad monstrandum, quòd ruina murorum Iericho ntinorum non fuisset a casu per aliquem terræ-

 motum:

motum: sicut aliàs vrbes dirutæ sunt, & magna ędificia a sedibus eruta. Hoc tam ex historijs gentium, quàm experientia ipsa teste didicimus: Christus etiam cum cæteris incommodis, quæ finiturum orbem preuentura sunt, terræmotum posuit, vt patet Luc.21.cap.scilicet surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & terręmotus magni erunt per loca. Hæc tamen naturaliter euentura sunt, quia cætera signa, quæ ibi Christus prædixit, naturaliter eueniunt, & philosophi ipsi horum manifestam causam tribuunt, vt patet per Aristot.2.Meteo.

Voluit ergo Deus dare signum, per quod videretur ista murorum ruina fieri ab intentione, & viribus alicuius spiritualis agentis, & ad hoc dedit multas cōiecturas, quæ simul collectæ efficerent probationem.

G Primum erat, quia arca domini præcedebat, cum Israelitis in lustratione vrbis Iericho: ipsa tamen nō erat ad opus bellicum, quantum attinebat ad apparatum modo humano: sed quantum ad operationem diuinam, si forte quid efficeret propter eam, quia in illa erat gloria sui decoris.

Item si vna vice Israelitæ circuirent ciuitatem portantes arcam, & tunc ruerent muri vrbis: videretur factum a casu. Etiam videretur, quòd non circuibant hac intentione Israelitæ, vt ruerēt, sed forte vt circundantes inuestigarent locum infirmiorem murorum, vt ex ea parte obsiderent depugnantes: cum autem sex diebus circundarent, & quotidie semel, nihil vlterius bellicæ operationis prætendentes, viderentur aliquid alterum præstolari, & cum fieret casus murorum, cognosceretur quòd ad hoc intendebant, qui toties circundederant vrbem.

H Item alia coniectura huius est, quòd in die septimo quo muri corruerunt, non fuit facta lustratio simplex, vt præcedentibus diebus, sed septies repetita est. Videntes ergo hoc Ierichontini mutatum a præcedētibus diebus, suspicarentur aliquid velle breuiter concludi per hanc frequentem repetitionem circuitus, & cum factum viderent, suspicarentur Israelitas ad hoc attendisse vt fieret.

Item aliud signum est, & satis causat præsumptionem fortem, quia finito circuitu cum substiterunt, quasi iam nolentes amplius ambulare, corruerunt muri: in quo argueretur facta ruina murorum, & qđ isti perceperant futuram ruinam, & ad hoc hæc faciebant, & ab hoc septimo finito circuitu substitisse, qa sciebant tunc diruendam a sedibus vrbis munitionē. Si autem eis circueuntibus, nec habentibus imaginē standi fuisset facta ruina murorum, non tantum appareret eos attendisse ad hoc, vt caderent, vel si attendissent, non pręcognouisse tempus futuræ ruinæ.

I Item aliud signum est magis signans determinatè, quòd Iudæi ad ruinam murorum hoc facerent, & præcognoscerent, scilicet quia cum murus cadere debuit, totus populus Israel ad præceptum Iosue cœpit clamare, & ante semper subticuerant: illico autem muri corruerunt. Quòd ergo per sex dies ante nunquam clamassent, & die septimo cum omnes clamare cęperunt, caderent muri: signum erat Ierichōtinis videntibus ea, quæ fiebant, cognouisse Iudęos futuram murorum ruinam, & ob hoc tunc fortiter clamasse tanquam vocantes Deum suum, ad diruendū muros a sedibus. Si autem quolibet præcedentium dierum clamassent, vel saltem aliquo eorum, clamor diei septimi non fuisset euidens argumentum horū: sed taciturnitas præcedentium dierum, cum valido clamore totius plebis cum cadere debuerunt muri, signum magnum est ab intentione hæc fieri, & cum præcognitione futuri euentus.

K Amplius autem aliud efficacissimum in demonstrando signum est, quòd Israelitæ corruentibus muris, illico vrbem ingressi sunt ex ea parte qua quisque stabat. Nam si Israelitæ non cognouissent ista facta a Deo suo, & hoc a principio intendissent, cum caderent muri attoniti essent, sicut Ierichontini, quia erat aliquid mirabile, existimantes hoc prouenisse naturaliter ex terræmotu, timerent ne etiam loca, in quibus ipsi erant, mouerentur sub pedibus, & ipsa terræ voragine absorberentur. & dato quòd hoc nō formidarent, tamen timerent transire per locum ruinæ murorum, suspicantes ne aliqua ibi vorago pateret, non bene solidata terra. Et tamen Israelitę illico intrauerunt in vrbem per loca contra quæ quilibet stabat. Ergo videtur, quòd cognoscerent istam ruinam murorum, & scirent non prouenisse ex terræmotu, aut aliqua naturali causa, sed ex Deo operante, & pręmonstrante illis, quæ effecturus foret: singula ergo, quæ facta sunt in circulationibus repetitis murorum fuerunt ex aliqua causa, vt ex prædictis patet: nihilq; superuacuum in his fuit.

Quare magis fuerunt septem circulationes, quàm 5. vel 20. Et quòd regula generalis Theologorum & iuristarum est, quòd de taxationibus certorum numerorum non potest ratio reddi. Quæst. IIII.

SI autem quæras: quare magis fuerunt circulationes septem dierum, quàm quinque solum vel 20. & quare in die septimo fuerint septem circulationes determinatè, & in diebus alijs quotidie vnica.

Ratio reddi non potest: istud enim quasi commune est tam apud iura humana, quàm diuina, & quelibet præcepta, quòd de taxationibus certorum numerorum non posset ratio reddi. Vt quare magis dentur decem dies ad appellandum, quàm vndecim vel nouem. Et quare magis pręscriptio rerum immobilium decem annis inter præsentes fiat, & non requirantur duodecim, vel sufficiant octo. Et quare fiat vsucapio rerum mobilium per tres annos, & sic de similibus, causa nulla est, quia quod principi placuit, legis habet vigorem, vt patet. ff. de constitutionibus omnium principum. l. quod principi. & instituta de iure naturali & ciuili. §. principum quoque placita. nam non omnium quæ a maioribus nostris constituta sunt, ratio reddi potest, vt ff. de legibus. l. non omnium.

De similibus, in iure diuino satis patent exēpla in taxationibus preciorum pro redemptione primogenitorum, & pro votis, vt patet Leuit.27. & fere in pluribus cæremonialium pręceptorum. Hic autem similiter patet, quia aliquis numerus circuituum dandus erat, quicunque ergo ille esset, quæreretur quare ille magis quàm alius numerus, & sic non poterit de aliquo reddi causa determinate: poterit tamen reddi ratio, quare pluries & non semel tantum, vel quare multoties, & non paucis vicibus.

Septimo autem die. In hoc erat specialis apparatus qui sequitur, scilicet. *Sacerdotes tollant septem buccinas.* Non est intelligendum, quòd in die septimo solum sacerdotes tollerent buccinas ad clangendum, quia in quolibet septem dierum etiam clangebant præcedentes arcam lustrando ciuitatem. De die enim secundo & primo, in litera expresse ponitur quomodo clāgerent, & subditur, quòd in alijs diebus sic factum est: hic tamen non exprimitur pręceptum datum per singula, quia postea declaratur, cum repetitur in executione, vt supra declaratum est.

An cla-

An clamor buccinarum fuerit ante diem septimum. Quæst. V.

SED dicet aliquis: forte ideo dici hic de buccinis in die septimo, quia non fuit clamor vllus vsque ad diem septimũ, sic enim iussit Iosue. Non clamabitis nec audietur vox vestra, nec vllus sermo ex ore vestro egredietur, donec veniat dies, in quo dicam vobis, clamate & vociferamini: & hoc fuit in die septimo cum fieri debuit ruina murorum Iericho: ergo recte dicitur de buccinis quòd tolli deberent die septimo.

Respondendum est non posse stare, quia litera declarat infra, quomodo quolibet die fuerit clangor buccinarum. Quod autem dixit Iosue, non clamabitis, nec audietur vox vestra &c. Respondendum est, hoc non intelligi de clangore tubarum, sed de vociferatione populi, & ista non fuit vsque ad diem septimum in fine septimę lustrationis, cum pręcepit Iosue vt clamarent: & vociferante toto populo muri ilico corruerunt: clangor tamen tubarum quotidianus erat.

Tollant septem buccinas quarum vsus est in iubileo. Idest accipient septem buccinas de illis quæ paratæ sunt ad tempora iubilei.

An festiuitas iubilei potuerit aliquando obseruari in deserto: quia non propter quatuor rationes. Et Iubileus quid erat apud Iudæos. Et quando fuit primus annus eiusdem. Quæst. VI.

PRO quo sciendum est, quòd inter Iudæos erat vnum festũ vel annus remissionis, qui erat de quinquagintà in quinquaginta annos: & in hoc tempore exibant in libertatẽ omnes qui fuerant in seruitute quocunque modo, si de genere Israelitarum essent: secus de conuersis ad Iudaismum qui non gaudebant hoc priuilegio. De modo & causa festiuitatis Iubilei & vtilitatibus eius habetur Leuit. 25. & ibi late declaratum est: vocatur autem annus iste quinquagesimus Iubileus, idest annus tubæ: quia iouelis in Hebręo signat cornu vel tubam: & in hoc anno clangebatur tuba. nam erat Iubileus, & clãgebatur tuba mense septimo per vniuersam terram Iudęorum die decima mensis septimi in festo propitiationis: vt patet Leuit. 25. cap. vt omnes scirent aduenisse annum libertatis. De istis tubis dicitur, quòd assumerentur septem tubæ, quarum erat vsus in Iubileo. Ex quo necessario concluditur, tales tunc tubas extitisse, cum eas assumerent sacerdotes. Etiam alicui videtur colligi ex hoc, quòd iam facta fuerint festa Iubileorum, cum assumantur tubæ, quarum vsus est in Iubileo.

Respondendum est: quòd nunquam fuerit ante tempus illud, factũ festum aliquod Iubilei: sic enim probatum fuit Leuit. 25. cap.

Item patet: quia dato quòd Israelitæ vellent obseruare festiuitates & cęremonias quas non obligabantur obseruare, tamen Iubileum nunquam in deserto potuerunt obseruare: quia erat Iubileus annus remissionis, vt omnis qui in seruitute fuerat ex aliqua occasione, de qua Exo. 21. & Leuit. 25. & non fuerat liberatus in anno septimo remissionis, liberabatur anno quinquagesimo Iubilei.

Item si aliquis vendidisset possessionem suam, & tempore medio eam non redimeret, redibat ad eam libera in Iubileo secundum conditiones quę habentur Leuit. 25. vnde dicitur ibidem. sanctificabis annum quinquagesimũ, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ: ipse enim est Iubileus: reA uertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque ad familiam pristinam: quia Iubileus est, & quinquagesimus annus. Sed manifestum est, quòd in deserto nihil horum esse poterat: ibi enim nullus poterat alteri vendere possessionem suam, quia nullus quicquam possidebat, cũ essent in motu, & nondum venissent in terram quam possessuri erant: ergo quantum ad hoc non erat iubileus.

Item non poterat ibi esse seruitus aliqua a qua liberarentur homines per iubileum, quia non intelligitur liberatio a seruitute, nisi in illis qui sunt Iudæi ex genere, vt patet Leuit. 25. cap. conuersi autem ad iudaismum vel nati eorum, si venderentur iudęis, manebant serui in æternum, & iure hereditario trãsB mittebantur ad posteros. Iudęi autem cum inter seipsos vendebantur, erat ex paupertate, vt daretur eis aliquod pretium: sic innuitur Exo. 21. & Leui. 25. & Deut. 15. sed in deserto nullus erat pauper vel diues, nec indigebat quis pecunia, cum omnia necessaria hominibus a Deo ministrarentur. nam cibus quotidianus de cęlo cadebat, vestes quoque vetustate nunquam defecerunt, & calciamenta nũquam attrita sunt quæ eduxerant de Aegypto per omnes quadraginta annos quibus fuit mansio in deserto: sic patet Deuter. 8. non erat ergo aliquid propter quod esse deberet iubileus in deserto: immo non erat aliquid in quo iubileus locum habere posset.

Item dato quòd Israelitę haberent aliquid in deserto in quo iubileus locum haberet, tamen erat imC possibile quòd fuisset aliquis iubileus. nam ad hoc ꝙ esset iubileus, Deus iubebat vt computarentur septẽ hebdomadæ annorũ: quæ sunt septem septies, idest anni quadragintanouem, & in anno sequẽti qui erat quinquagesimus fiebat iubileus, vt patet Leuit. 25. Oportebat ergo quòd primus iubileus qui esse posset, computari inciperet a tempore datę legis de iubileo: & post annum quadragesimumnonum sequẽs annus esset iubileus: sed lex de iubileo data fuit secundo anno ab exitu de Aegypto, cum fuerit data in tabernaculo testimonij in monte Sinai: & fuit in mense primo anni secundi: sic enim fuit de omnibus legibus, quæ datæ sunt in Leuitico: de his declaratum fuit Leuit. 1. & 27. cap. Sed in deserto solum D steterunt Israelitę annis quadraginta, ergo primus iubileus qui esse poterat esset annis vndecim post ingressum terræ Chanaan. nam a tempore datæ legis de iubileo vsque ad exitum de deserto fluxerunt anni trigintanouem: deficiunt ergo vndecim ad complementum quinquagesimi anni iubilei. Impossibile ergo fuit in deserto fuisse aliquem iubileum. potissime cum ibi nunquam fuisset dato quòd mansissent Israelitę annis ducentis ex causis suprapositis.

Dicuntur autem istæ buccinę quòd erat vsus earũ in iubileis, idest quòd Moyses fecerat eas in deserto ad vsum iubileorum, scilicet, vt eas haberent Israelitę postquam essent in terra promissionis ad vsum iubileorum.

E *An tubæ istæ quibus clangebatur hic ante arcam fuerunt argenteæ, vel corneæ. Quæst. VII.*

QVAERET aliquis de istis tubis de quo essent, scilicet an de cornibus, an de metallo. nam apud Iudæos vtręque tubę erant. sic patet Psal. 97. scilicet psallite Domino in cithara & cithara in voce psalmi in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. Ecce vocauit tubas ductiles & corneas: ductiles sunt factę de metallo malleabili quod malleo extenditur, quod est ducere vel producere: cornea tuba est de cornibus facta.

Iudæi

Iudæi dicunt quòd istæ tubæ iubilei erant de cornibus, quia Iouel significat cornu: sed ex hoc nihil probant: quia Iouel æquiuocum est ęqualiter ad tubam corneam & quamcunque. Ideo quantum ex hoc indifferens est, an cornea vel metallina tuba foret. Sed dicendum est magis fuisse istas tubas argenteas, quia dicitur quarum vsus est in iubileo. nam ex hoc innuitur quòd erant factæ ad istum vsum, si tamen essent tubæ corneæ, non essent factæ: nec portarent eas Israelitæ secum ex deserto pro multo posterioribus, quia tales tubæ vbicunque fieri poterant. Sed videtur quòd istæ tubę essent de argento, scilicet preciosę: & istæ conseruatæ essent ad vsum iubileorum. has enim fecerat Moyses in deserto. Iusserat enim sibi Deus facere tubas ductiles, duas ad conuocandū multitudinem quando castra mouenda erant, vt patet Num. 10. scilicet, fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra.

Plures erant tubæ, & plures vsus tubarum. Quæst. VIII.

SED dicet aliquis ex hoc, ꝙ istæ tubæ non erant argenteę ductiles, quia illę solum erant duæ: cum hoc iusserit Dominus: istæ tamen erant septem. Respōdendum est: has tubas argenteas fore. nam quamquam Deus iusserat duas tubas fieri, hoc erat ad vocationem Israelitarum in motu castrorum, vt simul his duabus clangeretur. plures tamen tubæ argēteæ factę sunt, quia erant plures vsus tubarum ad quos multæ tubę requirebantur, scilicet ad bellum euntibus, & in festiuitatibus, & principijs mensium, & conuiuijs: & tamen ad hoc multę tubę necessarię erant. sic patet Num. 10. cum dicitur, scilicet quando habueritis epulum, & dies festos, & calendas, canetis super holocaustis & pacificis victimis: vt sint vobis in recordationem Dei vestri. ergo præter duas tubas argenteas iussas fieri ad conuocandum populum in motu castrorum, erant aliæ tubæ argenteæ ad has ministrationes. Item patet specialiter de his tubis quòd fuerint argenteę: quia Num. 10. iussum est vt cum iretur ad bellum, sacerdotes clangerent his buccinis: cum dicitur. Filij Aaron clangēt tubis, eritque vobis legitimum sempiternum. si exieris ad bellum de terra tua clangetis vlulātibus tubis, eritque recordatio vestri coram Domino. sed hic procedebatur ad opus bellicum, & sacerdotes clangebant: ergo de buccinis ductilibus argenteis intelligitur, & non de corneis: & consequenter his erat vsus in iubileis. In prima autem die mensis septimi, cum erat festum clangoris, erat necesse clangi buccinis corneis: cum fieret ille clangor arietis immolati pro Isaac liberato a morte: de quo Gen. 22. cap.

Et præcedant arcam fœderis. Sacerdotes clangentes buccinis præcedebant arcam fœderis: quia erant ibi tanquam apud vexillum, cui omnes appropinquare debebant.

Circuitus isti septem an deberēt esse simul.

Septiesque circuibitis ciuitatem. Hoc erat in die septimo qui erat vltimus in circueundo. Et intelligendū est, quòd isti septem circuitus erāt simul, scilicet sine intermissione: non sicut in alijs pręcedētibus diebus, in quibus completis singulis circuitibus redibant in castra: Et ex hoc patet quòd vrbs Iericho non erat valde magna: quia si esset magna non possent circuire eodem die vrbem septies, potissime, quia motus ille non erat velox, cum portaretur arca humeris sacerdotum, qui non poterāt velociter procedere, nec decebat. potissime, quia post septenarium circuitum corruente muro vrbis, deleuerunt Israelitę omnes qui in vrbe erant in ore gladij, ab infante vsque ad se-

F nem tam masculos quàm fęminas, & ab homine vsque ad pecus: quod aliquanto egebat spatio temporis, & postea totam vrbem succenderunt. *Et sacerdotes clangent buccinis.* Scilicet buccinis argenteis quæ erant ad vsum bellicum. vt patet Num. 10. Sacerdotes autem clangebant tubis, quia constitutum erat vt semper sacerdotes tubis illis clangerent, siue in conuocatione castrorum, siue in sacrificijs, aut festiuitatibus, calendis, aut bellis: sic patet Num. 10. scilicet Filij Aaron clangent tubis: eritque vobis legitimum sempiternum. *Cumque insonuerit vox tubæ longior.* Hic de clangore septimi diei solum agitur: quamquam in pręcedentibus clangendum foret: & ponitur modus distinctus clangendi. patet enim in ipsis tubicinis, quòd diuersos tonos & modos canendi faciant:
G & ad varia applicantur modi illi. posuit autem Deus duos modos clangendi. Num. 10. scilicet, quòd aliquando solum semel clāgeretur, ita quòd esset vnus tonus ęqualis canendi, & vox quasi continua & breuiter durans: & tunc veniebāt principes ad Moysen ad consilium aliquod. Alius modus canendi erat distinctus a priori in duobus, scilicet in prolixitate, cū prior breuis esset. Secundo distinguebatur in varietate toni: quia in primo modo clangoris tenetur vocis vnitas & continuitas: in secundo est vox concisa, idest quòd fiunt voces minimę, & vna est eleuata, & alia est depressa: vna fortis & acuta, alia grauis & depressior: & sic varij modi. istum secundum modum clangendi dicuntur hic habere sacerdotes. Pro quo
H sciendum quòd sacerdotes in quolibet sex dierum clangebant: sed iste clangor erat breuis & non concisus. in septimo quoque die in sex prioribus circulationibus tenebatur primus modus clangoris, & tūc populus subticere debebat. in septimo autem circuitu eiusdem diei erat in fine clangendum secūdo modo clangoris, scilicet prolixe & concise, & tunc erat signum toti populo acclamandi: & fuit rationabile distingui duos modos clangoris hic, quia alias nescirent Israelitæ quando subticendum, & quando vociferandum esset. *Cum insonuerit vox tubæ.* Idest vox tubarum septem: non erat vnica tuba, sed septē sacerdotes clangebant: vt patet hic & infra. *Longior atque concisior.* Scilicet secundus modus clangendi qui est
I prolixus: quia durabat prolatio illa magis quàm cū est simplex prolatio. dicitur concisus, quia est vox diuisa, vel voces diuisę, scilicet nō tenetur vnicus tenor vocis quasi vnica sit, sed mutatur in plures tonos graues & acutos: depressos & eleuatos: & quilibet eorū est paruæ durationis. *In auribus vestris increpuerit.* Idest sonuerit, s. quando audieritis vocem tubæ concisam & prolixam. *Conclamabit omnis populus.* Hoc erat in fine vltimę lustrationis: quia in omnibus alijs circuitibus tam pręcedentium dierum quàm ipsius diei septimi, non fuit auditus sonus prolixus & concisus. erat autem tota multitudo expectando, quando iste sonitus fieret, vt totus Israel simul acclamaret. Cau-
K sa clamoris huius erat, vt videretur totus populus tūc inuocare Deum suum ad diruēdum muros vrbis, & sic intelligerent Ierichontini, & cęteri postea audituri, quòd Iudei ab intentione & pręcognitione futurę ruinę ista facerent: & ista volebat Deus, vt magis innotesceret miraculum eius, ne putaretur factū a casu, vt in superioribus declaratum est. Et non solum fiebat clamor iste ad demonstrandum quod dictum est audituris rem hanc, sed etiam vt ad clamorem eorū Deus miseratus eorum dirueret murum. nam dicebatur Deus recordari Israelitarum, quando clamabant ad eum, & quando buccinis clangebant. sic patet Num. 10. cum dicitur. Si exieris ad bellum de terra tua clangetis vlulantibus tubis, vt sit recordatio vestra

Multiplex modus canēdi cum buccinis.

Quare totus populus alta voce clamauit.

vestra coram Domino Deo vestro. ex hac causa iubetur etiam, vt cum fuerint celebranda festa vel calendę clangeretur his tubis, vt patet eod. cap.

Vociferatione maxima. Idest proferet magnas voces, scilicet, quòd quilibet de populo emitteret voces fortissimas quàm emittere posset. Vel dicitur vociferatio maxima, quia quando tanta multitudo populi clamaret, dato quòd vox cuiuslibet magna nō foret, esset vox magna & rauca atque horrēda, cum sit turbati populi.

Et muri funditus corruent ciuitatis. Idest immediate, vt totus populus simul acclamauerit, corruent muri, scilicet tam turres & męnia, quàm reliqua munitio. Et dicitur quòd funditus corruent, scilicet, quòd non caderet aliqua pars murorum solum, vel caderet murus in omnibus partibus vrbis, & in nulla earum caderet murus vsque ad pauimētum, sed maneret parua munitio quasi ante murale: sed hoc etiam nō fuit, quin potius totus murus vsque ad fundamēta & planitiem corruit, vt esset locus patens Iudæis ad intrandum. manente autem aliqualiter pariete murorum erecto, nō faciliter intrarent, ita vt aliqualiter pateret Ierichontinis defensio contra eos.

Sciendum quòd quando corruerunt muri vrbis, non corruerunt ędificia aliqua ciuitatis, nisi forte essent super muros: quia hoc modo omnes Ierichontini obruti forēt, & sepulti cadēte vrbe sua super eos: & Israelitæ non inuenirent postea quem occiderent, sed inuenerunt, vt patet infra. ergo corruerunt non ædificia, sed solus murus.

Quare Deus reuelauit Iudæis murorum ruinam.

Sciendum autē quòd Israelitis reuelauit Dominus murorū ruinā, & tempus ruinæ: & hoc vt ipsi attentius & animosius facerent istas lustrationes ciuitatis. si enim solum iussisset Deus lustrari vrbem, & non expressisset ruinam futuram: quamquam postea accideret, tamen ista Iudæi remisse agerent, nescientes ad quid agebant.

Item si Iudęi non cognouissent futuram ruinam murorum, quando postea accideret nescientes vnde proueniret, tantum ipsi quantum Ierichontini terrerentur: & non auderent ingredi per ruinam murorum, putantes relictam terrę voraginem, aut non solidatam terram pręcedente terręmotu: decuit ergo vt diceretur eis.

Item dictum fuit vt amplius gauderent, quia antequam ista fierent, gaudebant de eo quod futurum erat: & postquàm facta sunt, gauisi sunt amplius q̃ si non pręcognouissent. *Ingredienturque singuli.* Idest singuli de Israelitis in vrbem Iericho. *Per locum contra quem steterint.* Idest non ingrediebantur omnes Israelitæ per vnum locum, sed quilibet per partem illam in qua erat. & dicitur hoc, quia erant omnes Israelitæ simul, sed in longo agmine: forte enim totam ciuitatem circundabant. erat enim non magna in continentia murorum vrbs Iericho, vt supra declaratum est. & cum Israelitæ essent in ordine, scilicet, quòd quidam pręcedebāt arcam, & alij sequebantur, vt infra patet, erant in longo agmine sicut in processionibus ordinatis. tanta autem multitudo Israel circundaret illam paruam vrbem. si autem omnes per eundem locum ingredi deberent corruentibus muris vrbis, quibusdam necesse esset circundare dimidium vrbis antequàm intrarent vrbem veniētes ad locum per quem cęteris ingressus erat.

Quare quilibet de Israelitis ingrederētur per eā partem cōtra quā erat.

Causa autem quare ingressi sunt Israelitæ per partem suam singuli, fuit, quia si omnes per eundem locum ingredi debuissent, cum muri vrbis penitus corruissent, poterant Ierichontini fugere per alias partes vrbis antequam Israelitæ comprehēderent eos: omnes enim pedites erant. cum autem singuli intrarent per eam partem quam eis sors obtulisset, esset tota ciuitas vallata Israelitis propter longitudinem agminis eorum: & non pateret exitus Ierichotinis per aliquā partem, sed quocunque se verterent, perirent gladio Hebręorum.

Alia causa huius erat, quia Deus volebat demonstrare factum esse hoc ab intentione, & cum pręcognitione Iudæorū, vt magis pateret miraculum eis. & quia si Iudæi omnes ex eadem parte ingrederentur, viderentur formidare aditus locorum: & consequenter arguerentur non cognoscere causam huius ruinæ. quòd si ex quacunque parte indifferenter ingrederentur, nihil formidare eos constaret: & esset liquidum illos cognoscere causam huius ruinæ, & pręcognouisse futuram.

Item quòd omnes Israelitæ ingrederētur per eandem partē vrbis erat, quia non auderent dispersi congredi cum Ierichontinis, ne eos diuisim percuterēt: & hoc quidem formidandum erat, si Israelitæ essent populus paruus, & Ierichontini essent populus magnus valde & fortis: sed ecōtrario erat. timore enim multiplici consternati Ierichontini erant. potissime, cum vidissent muros vrbis suæ simul corruētes. Etiā quia populus non magnus erant: Israelitę autem plurimi viri, scilicet plures quàm sexcenta millia peditū armatorum.

Vocauit ergo Iosue filius Nun sacerdotes: & dixit ad eos. Tollite arcam fęderis: & septem alij sacerdotes tollant septem iubileorum buccinas: & incedant ante arcam Domini. Ad populum quoque ait. Ite & circuite ciuitatem armati præcedentes arcam Domini.

Supra positum fuerat pręceptum Domini datum ad Iosue. Hic datur præceptū istud recitatum Israelitis. *Vocauit autem Iosue filius Nun sacerdotes.* Non est intelligendum quòd iste fuerit ordo, quia hoc modo non cognosceret populus quid facturus esset Iosue: & mirarentur quid sibi vellet talis mutatio: & non conueniebat, quia populus non bene exequeretur, nec confidenter quod ignorabat. Fuit autem ordo, quòd Iosue conuocauerit totum populum, vel maiores & principes, dixeritque eis, quid Dominus iusserit. eis autem consentientibus & approbantibus, vocauit Iosue sacerdotes iubens eis exequi, quod dictum erat. *Tollite arcam fæderis.* Idest portate eam super humeros vestros. erat enim transducenda in circuitu totius vrbis Iericho. & quamquam portare arcam pertineret ad Leuitas & Caathitas, vt patet Numeri 3. & 4. cap. tamen Deus iussit hic sacerdotibus portare: & hoc ad maiorem honorem. sic quoque in transitu Iordanis ipsi transduxerunt eam humeris suis, vt patet supra 3. cap. Idem factum est in portatione in domum Domini, cum fugeret Dauid a facie Absalonis: vt patet 3. Regum 15. Iterum autem cum portaretur arca de domo Obethedon gethei in ciuitate Dauid, sacerdotes eam portabant: vt colligitur primo Paralip. 15. Et iterum duo filij Eli portauerunt eam in bellum, vt patet 1. Regum 4. Sed isti sunt casus speciales. generaliter autem arca ad Chaathitas pertinebat.

Quare sacerdotes portarunt arcam: cū esset proprium Leuitarum.

Et septem alij sacerdotes. Scilicet pręter sacerdotes qui portant arcam. ad portandum autem illam saltem requirebantur quatuor sacerdotes per duos vectes, duo ante, & duo retrorsum.

Septem

Septem iubileorum buccinas. Idest septem sacerdotes portent septem buccinas ad clangendũ in eis, quantum ad hoc non accipiebant sacerdotes officium Leuitarum, sicut in portatione arcę: quia clangere buccinis semper pertinebat ad sacerdotes, siue esset clangor in bello, siue in calendis, siue sacrificijs, aut conuiuijs. de his omnibus patet Num.10.cap.cum dicitur. Filij Aaron sacerdotis clangent tubis: eritque hoc vobis legitimum sempiternũ in generationibus vestris. Et ex hoc colligitur: quòd in veteri testamento aliqui sacerdotes ibant ad bellum. nam cum irent Iudęi ad bellum, semper debebant portare buccinas argenteas ad clangendum: vt patet Nume. 10. cum dicitur. Si exieris ad bellum de terra tua contra hostes, clangetis vlulantibus tubis: & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro; & tamen sacerdotes clangere debebant buccinis, & nemo alius: vt patet ibidem. ergo sacerdotes ibant ad bellum ad exhortandum. Iusserat enim Deus, vt quandocunque pugnãdum foret, staret sacerdos ante acies, & exhortaretur ad pugnam: vt patet Deuter.20.cum dicitur. Appropinquante autem prælio stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum. Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis: non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos: quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos a periculo.

Inter Iudæos sacerdotes ibant ad bellum.

Item aliquando sacerdotes ibant in bellum ad portandum arcam, vt magis confortarentur pugnantes, vt patet de duobus filijs Eli, Ophni, & Phinees: qui portauerunt arcam in bellum pugnantibus Israelitis contra Philistin: vt patet 1.Reg.4.cap.

Aliquando autem sacerdotes pugnabant. Sed an licitũ esset sacerdotibus pugnare in veteri testamento, declaratum est Numeri 1. cap. Ex hoc etiam patet, quòd tubæ quibus clangebatur in iubileis erant argenteę ductiles, & non corneæ: vt aliqui dicebant. quia clangendum erat hic in opere bellico buccinis quibus clangebatur in iubileis: sed buccinæ bellicæ erant argenteæ, vt patet Num.10.vbi mandantur fieri tubæ ductiles: & postea subduntur vsus earum, quorum vnus est clangere in bello. ergo in iubileis eisdem argenteis clangebatur tubis.

Cõfirmatio solutionis qõnis 7.

Et incedebant ante arcam Domini. Scilicet clangentes buccinis. nam in qualibet die lustrationis Iericho clangebatur buccinis: sed differebat in modo, quia in omnibus sex diebus, & in septimo vsq; ad vltimum vrbis circuitum, clangebatur buccinatione vnius toni, & breuiter cessante: sicut cum clangimus quasi vnica continuata voce. in vltimo autem circuitu vrbis in fine clangor fuit vlulãtibus tubis, scilicet quando vox prolixa est & concisa, ita vt nunc eleuetur in acutam vocem, nunc vero deprimatur in grauem: & totus populus vociferaturus erat.

Ad populum quoque ait. Ista quæ dicta sunt, scilicet portatio arcæ & tubarum clangor ad sacerdotes pertinebant, & eis imperata sunt. nunc iubet Iosue quid populus facere debeat: & nomine populi nõ solum intelliguntur hic Israelitæ seculares, sed etiam Leuitæ. Nec valet si quis obijciat, quòd non licebat Leuitis ire ad bellum: nam debet responderi, quod sacerdotibus licebat ire, cum ipsi portarẽt arcam & tubas. ergo magis licitum esset Leuitis qui minus ad sacra pertinebant, minusque distabant a popularibus.

Aliter autem responderi posset: quòd Leuitæ & sacerdotes nunc ibant cum alijs Israelitis portantes arcam in circuitu Iericho. manifestum tamen est, quòd sacerdotes cum arca non introirent in vrbem corruentibus muris, cum ibi nihil proficerent: quia

F quilibet incedebat per vrbem cum impetu occisurus aliquem de Ierichontinis quem inuenisset: arca autem non decenter ibi moueretur.

Item non erat ibi iam aliquis ordo procedentium, sicut cũ omnes lustrabant vrbem Iericho: quia corruẽtibus muris quilibet intraturus erat in vrbem per eam partem, quam ei sors tunc obtulisset. Non introducta fuit ergo arca in vrbem Iericho corruentibus muris, sed sacerdotes portantes eam cum ea manserunt, & alij qui clangebant tubis. De Leuitis autẽ sic dici posset, quòd ipsi quoque manerent cum arca Domini extra vrbem.

Sed quamquam dicatur, quòd introierint Leuitæ cum alijs popularibus in vrbem ruentibus muris ad

An sacerdotibus liceret pugnare.

G cędem Ierichontinorum: non est inconueniens, quia sacerdotibus licebat pugnare, etiam ipsi sacerdoti magno: vt patet de Iuda Machabęo, & de Ionatha fratre eius, & Simeone, & filio Simeonis, Ioãne hircano. omnes enim hi fuerunt sacerdotes magni, & de genere Mathatię sacerdotis magni: vt patet 1.Mach. 2. & colligitur ex discursu totius libri primi. tamen ipsi fortiter pugnauerunt contra hostes, vt patet in duobus libris Machabæorum.

Ite & circuite ciuitatem armati. Quamquam non essent ingressuri Israelitæ vrbem Iericho vsque ad diẽ septimum corruentibus muris: tamen omnibus diebus quibus lustrauerunt vrbem fuerunt armati, vt si forte Ierichontini vellent impetũ facere subito apertis foribus vrbis, haberent resistentiam. Etiam erant

H armati potissime armis defensiuis, ne forte Ierichontini videntes eos inermes iacerent sagittas, & percuterent plures ex eis.

Præcedentes arcam Domini. Non est sensus, quòd omnes Israelitæ pręcederent arcam: sed solum illi qui erãt pręcincti ad bellum, & viri fortes. reliqui autem qui in vulgus cõputãtur, subsequebantur: vt patet infra. hic tamen de armatis solum dicitur. Et quamquam hic non exprimatur de vulgo subsequente, tamen intelligendum est quod dixerit: alioquin illi nõ efficerent. postea tamen subditur, quòd vulgus reliquus subsequeretur arcam. ergo hoc iussit eis Iosue: tamen non exprimuntur hic omnia, quia postea exprimendum est, ne fiat crebra repetitio.

I

Cumque Iosue verba finisset: & septem sacerdotes septem buccinis clangerent ante arcam fœderis Domini, omnisque populus præcederet armati exercitus: reliquum vulgus arcam sequebatur, ac buccinis omnia concrepabant. Præceperat autem Iosue populo dicens. Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque vllus sermo ex ore vestro egredietur, donec veniat dies in quo dicam

K vobis. Clamate, & vociferamini. Circuiuit ergo arca Domini ciuitatem semel per diem: & reuersa in castra mansit ibi.

Hic ponitur secundum principale, scilicet præcepti executio: & ponitur executio quantum ad tria. Primo quantum ad ciuitatis destructionem. Secundo quantum ad Raab meretricis saluationem. Tertio quantum ad Iosue imprecationem. Secunda ibi. *Duobus autem viris*. Tertia ibi. *In tempore illo*.

Circa primum. *Cumque Iosue verba finiuisset*. In hoc signatur promptitudo obediendi, quia immediate vt

Iosue

Iosue præcepit cuilibet quid facere deberet, incepta est executio. *Et septem sacerdotes septem buccinis clangerent.* Ista fuit inchoatio huius negocij, scilicet, quòd sacerdotes primo acceperunt arcam super humeros suos, & alij septem buccinis clangere cęperunt.

An exercitus vocentur hic viri de duabus tribubus: & dimidia: & reliquum vulgus vocetur trib⁹ Dan.

Ante arcam fœderis Domini. Non ibant tubæ in principio exercitus armatorum. *Omnisque populus præcederet armati exercitus.* Aliqui volunt per exercitum armatum hic intelligere solos viros de tribu Gad, & Ruben, & dimidia tribu Manasse, qui erant quadraginta millia. de his enim iussum erat, quòd isti præcederent omnes Israelitas. sic dicitur supra. Primo transite armati ante fratres vestros omnes fortes manu, & pugnate pro eis. & sic factum est postea in transitu Iordanis: isti enim transierunt ante cæteros. sic patet supra quarto, scilicet, Filij quoque Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse armati præcedebant filios Israel, sicut eis pręceperat Moyses, quadraginta pugnatorum millia per turmas & cuneos.

Sed tunc nō stat: quia vocarētur omnes alij Israelitæ vulgus, quod patet, quia dicitur: quòd omnis armatus exercitus pręcedebat, & reliquum vulgus sequebatur arcam: sed non cōuenit vocari omnes alias tribus vulgus, quia vulgus dicit aliquid defectuosum & carens viribus: sed in reliquis tribubus nouem & dimidia ita erant viri ad pugnam fortissimi, sicut in duabus & dimidia, immo plures.

Item non stat: quia cum lustraretur vrbs Iericho, ita incedebāt armati viri bellatores de nouem tribubus & dimidia, sicut de duabus & dimidia: ergo etiā vocarentur armatus exercitus. sed oīs armatus exercitus præcedebat: ergo nō solum pręcedebant duæ tribus & dimidia, sed viri armati de duabus tribubus.

Item viri armati non coincidunt cum vulgo, cum distinguantur contra vulgus: sed solum vulgus subsequebatur arcam: ergo non solum præcedebant arcam viri armati de duabus tribubus & dimidia, sed etiam de omnibus alijs tribubus. *Reliquum vulgus arcam sequebatur.* Non est sensus, quòd vulgus proprie sumendo subsequeretur arcam, quia vulgus signat multitudinem promiscuam masculorum & fęminarum, tam senum quam paruulorum: sic dicitur Exo. 12. sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis: & vocatur ibi vulgus multitudo Aegyptiorum, paruulorum, & magnorum, masculorum, & fęminarum. Hic autem non est sic intelligēdum: quia paruuli, & vxores Hebræorum, & viri vetustissimi frustra irent cum arca: nisi dicatur, quòd isti ibāt ad manendum cum arca extra vrbem: cum reliqui introissent ruentibus muris.

Sed magis dicendum est: quòd exercitus armatus dicatur hic multitudo virorum robustorum & armatorum. Isti enim præcedebant arcam: erantque magis expediti ad bellum. Alij erant viri ætatis conuenientis ad pugnam, vtpote, quia erant annorum viginti, & supra: tamen non erant ita electi ad bellum sicut pręcedentes, nec erant ita armati: sed ad pugnā vtrunque exigitur, scilicet robur corporis, & competentia armorum. isti autem subsequentes, quia deficiebant his, magis nominantur nomine vulgi quàm exercitus, vel bellatorum.

Nomine exercitus qui nam bellatores intelligantur hic secundum opinionem Rabbi Salom. & Nicolai. Et quo ordine procedebant tribus per desertum. Quæst. IX.

NICOLAVS & Rabbi Salomon cum quibusdam alijs Hebræis dicunt, quòd nomine exercitus intelliguntur bellatores de tribu Dan & alijs duabus tribubus cōiunctis sub vexillo suo, scilicet Aser & Nephtalin, vt

A patet Numeri 2. cap. & isti erant vltimi in motu castrorum, vt patet Numeri 10. cap.

Sed hoc non stat, quia pręcedentes vocantur hic exercitus armatus, subsequentes vocantur vulgus, scilicet in tribus tribubus quæ erant sub vexillo Dan erant pugnatores viri, sicut in alijs: ergo non debebant magis vocari vulgus quàm cæteri præcedentes.

Ad hoc aliquis respondebit, quòd hoc venit ex errore translationis nostræ, quæ habet *Reliquum vulgus sequebatur.* In Hebræo autem non dicitur: reliquum vulgus: sed *Aggregati vel appropinquantes.* & hoc dicunt conuenire, quia tres tribus manentes sub vexillo Dan vocantur aggregatio, vel aggregantes: quia quando aliqui manebant de alijs aciebus propter lassitudinem, vel ex alia causa non procedētes in cuneis

B & turmis suis, coniungebantur vexillo tribus Dan. Item dicunt: quòd cum illi qui pręcedebāt, aliquam rem perdidissent, qui erant in tribu Dan & sub vexillo suo habebant respicere vbi maneret, & dabant illud postea exercitibus pręcedentibus. Sed isti in duobus errant. Primo, quia existimant hic manere ordinem pręcedendi lustrādo vrbem qui fuerat in processu in deserto. & hoc falsum est, quia in deserto pręcedebant viri de tribu Iuda, & alię duæ tribus sub vexillo eorum: vt patet Num. 2. & 10. nunc vero duę tribus & dimidia, scilicet Gad & Ruben, atque dimidia tribus Manasse præcedebant reliquos Israelitas. sic enim iusserat eis Moyses apud Iordanem in planioribus locis Moab: vt patet Numeri 32. & cū transituri essent Iordanē: idem eis præcepit Iosue: cum

C vero transierunt, ipsi præcesserunt. sic patet supra 4. cap. ergo argumentum procedens ex ordine procedendi, qui erat in deserto, falso innititur.

Secundo, innititur falso positio istorum, quia existimant vexillum tribus Dan procedere apud arcam: sed dato quòd maneret ordo qui erat in deserto, manifestum est istos errare: quia ibi primo mouebatur vexillum tribus Iudæ cum tribus tribubus sub eo: secundo loco vexillum Ruben cum totidem tribubus: tunc proficiscebantur Leuitæ cum omnibus vasis sanctuarij per turmas suas: deinde vexillum filiorum Ephraim cum tribus tribubus: vltimo vexillum filiorum Dan cum totidem tribubus.

D Manifestum ergo est, quòd non erant viri de tribu Dan qui sequebantur arcā, sed viri de tribu Ephraim. Si ergo daretur iste modus in lustrando vrbem Iericho, dicendum esset: quòd duo vexilla cum sex tribubus pręcederent arcam, & sex reliquæ subsequerentur cum duobus vexillis: nō ergo ista positio stat. Sed dicendum est literam nostram recte transtulisse, scilicet, quòd exercitus omnis armatus pręcederet, scilicet de omnibus tribubus, & reliquum vulgus subsequebatur, scilicet eorum qui non erāt ita prompti ad bellum, sicut præcedentes: & istud vulgus vocatur congregatio, idest multitudo: quia de popularibus non aptis ad pugnam vel non armatis est maior multitudo.

Ac buccinis omnia concrepabant. Idest valde magnus

E sonitus reddebatur sonantibus simul buccinis: sacerdotes quippe septem simul clangebant buccinis suis, vt maiorem incuterent timorem Ierichontinis, & maiorem monstrarent bellicum apparatum.

Præceperat autem Iosue populo dicens. non clamabitis. Istud continuatur superiori sententiæ, scilicet buccinis omnia concrepabant, quasi dicat solus erat crepitus resonans buccinarum: viri tamen non clamabāt, & hoc, quia Iosue præceperat vt non clamarent. *Non clamabitis.* Scilicet efferendo vocem vestram in altum secundum morem clamoris pugnantium.

Nec audietur vox vestra. Idest nihil loquimini ad habitatores

habitatores vrbis Ierichò, scilicet forte aliqui se ponerent super muros ad videndum, quomodo Israelitæ circuibant vrbem: & hoc dicitur, quia consueuerunt hostes cum se a propinquo vident, verba contumeliosa in alterutrum iacere.

Nec egredietur vllus sermo ex ore vestro. Ponuntur ista ad magnā cautelā ne clamarēt, quia nisi eis ista multum commendarentur, vociferarentur, cum sit iste modus pugnandi. sed non est sensus, quòd nullus sermo deberet egredi de ore eorum, idest nihil omnino loquerētur, quia tunc nō liceret alicui de Israelitis cum lustrarent vrbem loqui ad alterum communi locutione. Sed hoc nullus diceret, nec haberet tale præceptum aliquem colorem: sed solum vetantur clamores bellici, vel locutiones contumeliosę ad Ierichontinos.

G

Donec veniat dies. Erat ista dies in qua Iosue præcepturus erat Israelitis, vt vociferarentur, dies septima, cum muri a sedibus eruendi erant.

Causa autem quare vsque ad diem illam non erant clamaturi Israelitæ erat, quia Deus volebat vt intelligeretur hoc euenisse eius nutu, & non a casu, vel naturali terręmotu: & quòd signaretur Israelitas intellexisse hoc euenturum fore: si tamen quotidie clamaretur, non esset aliquid signatiuum, quomodo vel Deus hoc faceret, vel Israelitæ hoc intelligerent. Cū autem subticerent semper, & in fine diei septimi vltimi circuitus acclamarent vociferatione magna, & muri illico ruerent, signum esset, quòd Israelitæ tunc clamabant ad Deum suū, vt dirueret muros, & Deus placatus hoc efficeret.

H

In qua dicam vobis. clamate & vociferamini. Scilicet die septima. tunc enim dixit Iosue populo hæc. Clamare & vociferari pro eodem sumitur hic: cum tamen distinguitur clamor & vociferatio, proprie est clamor magis conquerētium, vociferatio autem vocum eleuationem magnam notat. Etiam clamor est aliquis sonus confusus, vociferatio ad sermones articulatos & intelligibiles pertinet.

Quomodo poterat dicere Iosue omnibus Iudæis, quòd clamarent: cum esset tantus populus: & quòd hoc poterat esse triplici modo. Quæst. X.

Q VOMODO autem potuit dicere Iosue omnibus Israelitis quòd clamarent, quia erat tantus populus? Respondendū est, quòd poterat hoc effici tripliciter. Vno modo, quòd Iosue nunc diceret Israelitis. ecce in die septimo in fine septimi circuitus eiusdem diei, cum ego monstrauero vobis tale vel tale signum clamabitis: & tunc cum venit tempus illud, monstrante Iosue signum illud clamauerunt. quòd ergo Iosue monstraret signum erat, quòd diceret eis clamandum esse. sic erat cum pugnatum est contra vrbem Hay: quia fugientibus Israelitis simulate ciues vrbis Hay, leuauit Iosue clipeum suum ad insidias quæ latebant post vrbem Hay, & tunc illi introierunt vrbem, & succenderunt: vt patet infra 8.

Alio modo intelligi potest: quòd Iosue in die septimo diceret Israelitis quòd clamarent demonstrando aliquod signum, & hoc esset in diuersitate clāgoris buccinarum. nam in diebus primis vsque ad septimum clanxerūt sacerdotes vno tono æquali, quasi vna voce continuata. in die autem septimo in fine septimę lustrationis fuit clangor buccinarum vlulantium & vocum disparium, minutarum, grauium, & acutarum in cantum prolixum: & tunc Israelitæ cęperunt vociferari, & Iosue faciens vt tūc sacerdotes clangerent vlulando & cōcise, dicebat Israelitis quòd

F vociferarent. Iste sensus innuitur supra cum dicitur. Cumque in sonitu erit vox tubæ longior atque concisior in auribus vestris, acclamabit omnis populus vociferatione maxima. Alio modo intelligi potest, quòd Iosue dixerit Israelitis vt clamarēt, quia quamquam non posset totus Israel audire simul vociferationem Iosue, tamen audirent multi qui prope eum essent, & tunc eis incipientibus clamare reliqui conclamarent: sic enim edocti erant a Iosue. & iste sensus vltimus est multum conformis literæ: quamquā duo superiores satis consonant. *Circuiuit ergo arcā Domini ciuitatem.* Secum iunctis Israelitis: sed nominatur arca, quia ipsam concomitabatur Israel: sicut cum mouetur exercitus dicitur moueri rex de aliquo loco, vel princeps belli, & de alijs nihil exprimitur: non tamen est sensus, quòd ipse solus moueatur inde.

Semel per diem. Hoc fuit in prima die, qua dixit Iosue Israelitis prędicta. tunc enim venientes de loco castrorum circuierūt vrbem, & reuersi sunt in castra. eadem namque die nulla alia lustratio facta est, sed in die septimo fuerunt factę sex lustrationes. *Et reuersa est in castra.* Idest postquam circuiuit semel vrbem, redijt in locum castrorum: erāt adhuc castra in Galgalis, & locus ille erat satis propinquus muris Ierichо: quia stantes ibi dicebātur stare in agro Iericho, vel in campestribus eius: & manserunt ibi castra etiā post deletionem vrbis Iericho & Hay: & dicitur, quòd reuersa est in castra, quasi dicat non manserunt Israelitę apud vrbem vt expugnarent, aut aliquid alterum facerent.

Mansitque ibi. Scilicet vsque ad diem sequentem cum reuersi sunt Israelitę, vt iterum lustrarent semel vrbem. *Igitur de nocte consurgente Iosue.* Hic ponitur de circuitu facto die secundo: & in hoc dicitur, quòd Iosue surrexerit de nocte, quia in die præcedenti non surrexerant in aurora Israelitæ ad lustrādum vrbem: sed in die pręcedenti locutus fuerat Dominus ad Iosue de lustratione prędicta, & ipse dixit eis de hoc vt Deus iusserat, quòd mox executioni mandarunt: nō ergo erat aurora in die primo cum lustrata est vrbs Iericho: sed fuit aurora secundo die, quia iam erant pręmoniti Iudęi quid facere deberent: & quamquā de alijs quatuor sequētibus diebus vsque ad septimū non exprimatur quomodo factum fuerit: dicendum

I tamen est de eis, quòd in quolibet eorum surrexerint in aurora Israelitæ ad lustrandam vrbem: quod magis patet, quia etiam die septimo, de quo infra exprimitur, sic factum est, scilicet die autem septimo diluculo consurgentes circuierunt vrbem.

Igitur Iosue de nocte consurgente tulerunt sacerdotes arcam Domini: & septem ex eis septem buccinas, quarum in iubileo vsus est: præcedebantque arcam Domini ambulantes atque clangentes: & armatus

K populus ibat ante eos: vulgus autem reliquum sequebatur arcam: & buccinis personabat. Circuieruntque ciuitatem secundo die semel, & reuersi sunt in castra: sic fecerunt sex diebus.

In Hebręo dicitur: quòd surrexit de mane: sed ad diē pertinet, quia ipse surrexit in aurora quę est confinium noctis & diei: ideo potest denominari a quolibet eorum, vel potest dici sicut dictū fuit supra 3. c. vbi dicitur. *Igitur Iosue de nocte consurgens.* Nam potest intelligi *Litera Hebraica.*

intelligi nox & aurora : nox quidem referendo ad tempus quo surrexit Iosue : aurora autem vel mane referendo ad tempus quo circuierũt vrbem Iericho. nam inter tempus quo surrexit, & circuitum vrbis intercideret aliquod spatium, dum se adhuc pararẽt. *Tulerunt sacerdotes arcam Domini*. Hoc pertinebat ad officium eorum : & fuit idem ordo in procedendo hac vice, sicut in prima. *Et septem ex eis septem buccinis*. Forte essent illimet sacerdotes qui ante lustrauerant clangentes buccinis. *Quarum in iubileis vsus est*. Idest septem buccinas argenteas ductiles, quæ erant factæ ad vsum iubileorum.

Non tamen est intelligendum, quòd aliquando sumptæ fuissent ad vsum iubilei alicuius : quia ante hoc nullus præcesserat iubileus, vt supra probatũ est. sed quia Moyses in deserto ad istum vsum pro terra promissionis eas fecerat. Nec est intelligendum, ꝙ solum essent istę tubæ ad vsum iubileorum, quia etiã erant ad clangendum in bello, sicut hic factum est: & ad clangendum in calendis, scilicet mensium principijs : quia tunc erat magnum festum apud Iudæos: vt patet Psal. 80. cum dicitur. Buccinate in neomenia tuba in insigni die solennitatis vestræ. vocatur autem neomenia luna noua, a qua Iudæi menses inchoant. Erant etiam pro sacrificijs, & pro tempore conuiuiorum : de omnibus his Nume. 10. & fiebat clangor in omnibus istis ad recordationem Dei, quia dicitur ꝙ cum clangerent buccina, essent in recordationẽ Dei sui, vt patet eodem cap. Erant etiam tubæ istæ, vt in iubileis per vniuersam terram clangeretur in illis : vt patet Leuit. 25. fuit tamen denominatio facta tubarũ istarum a iubileis, quia clangere in iubileo est vnus de actibus principalibus & vsibus tubarum.

Ad quos vsus erant istæ tubæ.

Præcedantque arcam Domini. Omnes septem sacerdotes pręcedebant arcam clangentes buccinis, ita ꝙ inter exercitum pręcedentem & arcam mediarent sacerdotes clangentes. *Ambulantes atque clangentes*. Idest sacerdotes isti cum ambularent, semper clangebant quousque reuerterentur in castra.

Quomodo poterant clangere semper sacerdotes lustrando vrbem : cum dicatur, quòd solum facerent hoc die septimo. Quæst. XI.

SED tunc arguet aliquis, quomodo poterant sacerdotes semper clangere in lustrãdo vrbem cum dicatur : quòd solum in die septimo in fine vltimę lustrationis vrbis debebat esse clãgor tubarum prolixior, siue longior atque concisior: & in alijs diebus non erat talis sonitus. quod patet: quia iubetur, quòd cum fuerit auditus iste sonitus, totus populus clamet vociferando altissime : & tamen nunquam clamor populi fuit vsque ad diem septimum : ergo ante non fuit sonitus ille prolixus & concisus.

Respondendum est, in die septimo solum fuisse sonitum longum, & tamen non vocatur sonitus longus, quia clangebatur magno spatio diei : sed quia clangor vnus continuatus erat maior. nam in primis diebus quamquam esset clangor semper cum lustraretur vrbs, tamen non erat longus concentus: quia fiebat multiplex clangor repetitus, & quilibet illorũ breuiter finiebatur. in vltima autem lustratione diei septimi clangebatur concise & prolixe: quia quilibet clangor longior erat clangoribus præcedentium dierum.

Et armatus populus ibat ante illos. Idest ante istos septem sacerdotes portantes buccinas, & ante arcam ibat populus armatus, scilicet omnes viri omnium tribuum, qui ad pugnam apti erant, & arma habebãt.

A In quo magis declaratur quod ante dicebatur scilicet, quòd isti pręcedentes non sint soli viri de tribu Ruben & Gad, & dimidia tribu Manasse, quia vocatur hic populus : & populus nominat multitudinem. si tamen non essent in armatis his viri de nouem tribubus & dimidia, non vocarentur isti populus respectu aliorum : quoniam plures de armatis erant in nouem tribubus & dimidia, quàm in duabus & dimidia. *Reliquum autem vulgus*. Scilicet omnes viri qui non erant habentes perfectum robur ad bellum, nec habebant arma. Sciendum autem, quòd isti vulgares erant de nouem tribubus & dimidia. nam de duabus tribubus & dimidia nõ erant aliqui qui vocarentur vulgus : sed omnes viri fortes, potentes, & electi

B ad bellum & armati. sic dixit illis Iosue, vt patet supra 1. scilicet vos autem transite armati ante fratres vestros omnes fortes manu : & pugnate pro eis. Et factum est, quia cum esset magna multitudo virorũ bellatorum inter Gaditas, Rubenitas, & dimidiam tribum Manasse, scilicet plures quàm centum quinque millia virorũ, vt colligitur ex numeratione quæ habetur Num. 26. quę facta est super Iordanem : soli tamen quadraginta millia pugnatorum armatorum transierunt cum reliquis Israelitis : vt patet supra 4. & hoc vt essent electi inter multos. reliqui autem qui non erant ad bella apti, siue qui non erant ita strenui bellatores, manserũt in terra duorum Regũ Amorrhęorum ad orientalem plagam Iordanis, quæ erat possessio eorum. de solis ergo nouem tribubus &

C dimidia excrescebat vulgus quod hic nominatur, electis inde viribus bellatoribus armatis qui pręcedebant. *Sequebatur arcam*. Isti ibant in parte posteriori adherentes arcæ. de his vulgaribus dicendum est, ꝙ non intrauerunt in vrbem Iericho corruentibus muris : quia qui intrauerunt in vrbem ibant ad occidendum Ierichontinos, sed isti nõ portabant arma. nam si armati essent, computarentur in numero populi armati & non nomine vulgi, quod dicit aliquid carens viribus & imbelle. ad intrandum tamen nihil proficiebant nisi armati : nisi forte dicatur factum fuisse sicut in destructione vrbis Sichem : Leui & Simeon occiderunt Sichimitas, & cæteri filij Iacob vrbem diripuerunt, scilicet spolia interfectorum & domorum, vt patet Gen. 34. cap. ita quòd hic vulgus in-

Vulgus nõ intrauit in Iericho corruentibus muris: & quare.

D grederetur ad prędam. Sed non stat, cum omnia posita fuissent sub Anathemate : & dictum fuisset ne quis raperet. Sed hic quoque Achan de stirpe Iudę qui rapuit inde parum, lapidatus est, vt patet infra in litera & sequenti cap. non ergo introiuit vulgus in ciuitatẽ, sed mansit cum arca foris. *Et buccinis personabat*. Hoc refertur ad vulgus : quia præter buccinas argenteas ductiles quas habebant septem sacerdotes præcedentes arcam, habebat vulgus multas buccinas corneas, & his personabant. attendebant tamen ad clangorem tubarum sacerdotalium, vt viderẽt quando esset concentus longior atque concisus, vt tunc omnes clamarent. Sed contra hoc aliquis arguet:

E quia dictum fuit supra, quòd vulgus nõ clamaret nec vociferaretur, nec exiret vllus sermo de ore eorum vsque ad diem qua iuberet Iosue, qui erat dies septimus. Respondendum est illud intelligi de vlulatu, atque clamore vocali : & de contumelijs non conijciendis in Ierichontinos : & hoc obseruauit populus : non tamen erat cautum, ne buccinis personarent: ideo ipsi quoque clangebant.

Circuierunt ciuitatem secundo die semel. Quia in omnibus sex primis diebus sola lustratio simplex fieri debebat. *Et reuersi sunt in castra*. Scilicet in Galgalam : qui erat locus castrorum apud vrbem Ierícho, & tota illa die siluerunt: & sic faciebant omnibus sex

diebus

diebus circundantes in aurora vrbem. *Sic fecerunt sex diebus.* Scilicet in duobus diebus primis, qui iam expressi sunt in litera: & in quatuor sequētibus, scilicet, quòd surgebant in aurora, & lustrata vrbe regrediebantur in castra.

Die autem septimo diluculo consurgentes circuierunt vrbem sicut dispositum erat septies. Cumque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israel. Vociferamini: Tradidit enim vobis Dominus ciuitatem. Sitque ciuitas hæc anathema, & omnia quæ in ea sunt Do-
2.q.4. itē peccato ibi vt thesauri. supra 2. mino. Sola Raab meretrix viuat cum vniuersis quæ cum ea in domo sunt. Abscondit enim nuncios quos direximus.

Describitur ritus lustrationis diei septimi: quia fuit ritus iste diuersus à præcedentibus diebus. causa huius est ad expressius signandum quòd Deus ista faceret, & non rerum natura: & Iudæis præcognoscentibus & orantibus fieret. si autem accidisset ruina murorum in aliquo die simplicis circuitus, & in aliquo alio fuissent circuitus solenniores, quamquam Iudæi arguerentur hoc orauisse, tamen non arguerentur pręcognouisse. cum autem in hoc die futuræ ruinæ fuerint cęremoniæ auctæ super cæteros dies, & in fine cęremoniarum muri corruerint: satis arguuntur cognouisse, & Deum exoratum ab illis hęc fecisse.

Diluculo consurgentes. Hoc fuit generale in omnibus diebus quòd in aurora consurgerent ad lustrandum pręterquam in die primo, cum nondum essent præmoniti ad hoc faciendum. alijs autem quia iam cognouerant, diluculo expediebant quod acturi erāt.

Circuierunt vrbem sicut dispositum erat septies. Idest fecerunt lustrationes septem continue nō reuertendo in castra: & in his non fuit aliquid immutatum a prioribus ad finem: & dicitur. *Sicut dispositum erat.* Idest sicut Deus iusserat: & totus populus postea inter se sic exequi conuenerat.

Cumque septimo circuitu. Scilicet circa finem circuitus vel in fine: alioquin nō dicerentur septem lustrationes die septimo factæ, sed sex solum.

Clangerent buccinis sacerdotes. Iste clangor diuersus esset à cęteris clangoribus pręcedentium lustrationum. Alioquin cum semper sacerdotes clangerent ante arcam in procedēdo, vt patet supra cum dicitur. sacerdotes pręcedebant arcam Domini ambulantes atque clangentes: frustra hoc diceretur. Item patet: quia supra dicitur. Cūque insonuerit vox tubæ longior atque cōcisior in auribus vestris, acclamabit omnis populus. ergo iste clangor quem nunc faciebant sacerdotes erat specialis, scilicet longior atque concisior, qui vocatur vlulatus tubarum, scilicet eleuando, & deprimendo, atque formando voces minutissimas. iste enim est clangor belli: sic dicitur Numeri 10.cap. Si exieris ad bellum contra hostes clangetis vlulantibus tubis. in alijs autem non dicebatur vlulatus, scilicet in epulis, & sacrificijs, & conuocatione principum.

Dixit Iosue ad omnem Israel. Nicolaus dicit, quòd Iosue non potuit hoc dicere ad omnem Israel, quia omnes non poterant audire voces illius, cum esset tanta multitudo. Sed dicendum est hoc intelligi posse
In q.10. tripliciter, vt supra declaratū est: & veritas huius est, quòd istud dicere Iosue fuit dupliciter, scilicet in si- F gno & voce sua. Primo enim ipse erudiuit populum, quòd quando sacerdotes clangerent tubis vlulando prolixe atque concise, ipsi quoque clamarēt omnes: & pręter hoc ipse loqui debebat: quia tamē non poterat totus Israel audire vocem eius conuentum est, vt quando quidam clamarent, omnes alij audientes conclamarent. quod factum est. nam in fine septimi circuitus cum iussit Iosue, cęperunt clangere sacerdotes concise: & tunc ipse dixit vt totus populus clamaret: qui autem apud Iosue erant, cęperunt ilico clamare: & cęteri audientes voces quoque emiserunt: & sic vtrumque ponitur, signum, scilicet, & vox. Nec oportet poni vocem Iosue auditam fuisse miraculose a toto Israel: sicut dicimus de voce G Moysi quę audita est ab omnibus Israelitis in recitatione Deuteronomij: vt declaratum est Deuteron.1. & magis 29. & satis ibidem colligitur hoc ex litera.

Erat tamen ibi necessarium vel multum vtile: & non poterat alias expleri quod intendebat Moyses, nisi totus populus audiret simul vocem eius: hic autem satis erat vt quidam audirent: quoniam illis audientibus & clamantibus cęteri conclamarent, ac si omnes audirent: miracula tamen nunquam sine necessitate ponenda sunt, quia peccatum est per plura fieri quod fieri potest per pauciora: vt patet 8.top. litera tamen non innuit quòd totus Israel audiret, sed dicit quòd Iosue dixerit ad totum Israel: vociferamini. & verum est, quòd ad totum Israel locutus est: sed non audiuit totus Israel vocem illius: tantum tamen profecit quantum si ab omnibus audita foret, H quia omnes eo iubente clamauerunt.

Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus ciuitatem. Idest clamate fortiter, quia ciuitas vestra est: istud ponitur causa vociferationis, scilicet. *Tradidit enim vobis Dominus ciuitatem.* Quod dupliciter intelligi potest. vno modo in signum lętitiæ: scilicet magnum gaudium est vobis, quia tradita est vobis ciuitas. ideo vociferate ad exprimendum istud gaudium. Alio modo intelligi potest iste clamor tanq̄ vox cohortantiū se ad bellum. sic enim bellatores clamare solent, vt patet Exo.32.cum dicitur. non est clamor hortantiū ad pugnam, nec vociferatio compellentium ad fugā: sed vocem cantantium ego audio. sic patet etiam infra 8. de viris Hay pugnantibus contra Iosue.s. at illi I vociferantes, & pariter se mutuo cohortantes persecuti sunt eos. & iste sensus est conueniens, quia corruentibus muris ingressuri erant Israelitæ ad cędē Ierichontinorum: ideo hortabantur se ad hanc pugnā, vel magis cędem, vlulando vociferatione magna. Et applicatur ad literā.s. vociferamini: quia tradidit vobis Dn̄s ciuitatem.q.d. ante hoc non erat tp̄s pugnandi, quia non erat capta ciuitas. nunc autem tradidit eam vobis Dn̄s, ideo confortamini ad pugnā. & hoc signabant voces. Adhuc potest esse alius sensus.s.ꝙ istæ voces essent solum, quia Deus iusserat eos clamare, cum ruituri essent muri vrbis: & hoc in significationem, vt intelligeretur ꝙ a Deo fiebat ista murorum dirutio ad preces & inuocationē Israelitarū. K nam cum ante nunq̄ clamassent per septem dies, & nunc totus populus simul clamaret, q̄q̄ tūc Ierichontini videntes nescirent causam, tamē cū ilico muros a sedibus dirutos conspexerint, arguebant efficaciter hoc cognouisse Iudæos, & ad hoc clamasse. si autem ipsi tunc non clamarent, vel forte tunc clamarent, & alijs quoque diebus clamassent, non argueretur eos quicquam intellexisse eius quod fiebat postea. *Sitque ciuitas hæc anathema.* Hic ponitur edictum factum, ne quis caperet quicquā de vrbe Iericho pro seipso, sed omnia cremarentur præter ea quæ separabantur in thesauros Domini.

Non

Non fuit datum septimo die præceptum de anathemate Iericho, sed ante hoc, sicut & alibi reperiuntur talia dicta per recapitulationem. *Quæst.* XII. A

CONSIDERANDVM circa hoc, esse hic mutatum ordinem per recapitulationem. nam ista quę hic dicuntur de anathemate Iericho non fuerunt dicta hic, sed antequam venirēt die septimo ad lustrandum ciuitatem, immo forte in principio septem dierum dictum fuit, quia credēdum est, quòd Deus iusserat ponere anathema ipsi Iosue super cuncta quę erant in vrbe Iericho, alioquin non auderet ipse anathema ponere priuando Israelitas tantis diuitijs quantę erant in vrbe Iericho, quia quamquam non clare pateat hic Deum illa iussisse, tamen sic intelligendum est. similia enim alia habētur hic quę Deus iussit fieri. Et tamen non dicitur hic, ꝙ Deus iusserit, sed solū narratur quomodo Iosue fecerit, vt patet de ipsa imprecatione super ædificantem vrbem Iericho, & non dicitur hic, quòd hęc Deus iusserit dici. ipse tamen dixit ea Iosue. sic patet 3. Regum 16. vbi dicitur. in diebus illis ædificauit Ahiel de Bethel Iericho, & in Abiram primitiuo suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius, iuxta verbum domini quod locutus est in manu Iosue filij Nun. sic ergo dicendum est de ista positione anathematis, ꝙ Deus eā Iosue præceperit, licet non dicatur. & tūc dixisset eam Iosue ad Israelitas prima die qua locutus est eis de lustratione vrbis Iericho. quamquam in hoc non est tāta difficultas, scilicet, an in prima die, vel postea dixerit. sufficit tamen ꝙ non fuerunt dicta, nec potuerunt dici hoc loco. nam hic dicitur, quomodo populus cępit clamare. sed cùm populus clamauit illico corruerunt muri vrbis. & quilibet ingressus est per locum contra quem erat. non poterāt ergo tunc audire Israelitę istud pręceptum, quia erant impetuosi ad intrandum in vrbem immediate, vt corruerunt muri. B

Item non potuit tunc dari tale pręceptum, quia necesse erat, vt istud pręceptum perueniret ad omnes, & determinate omnes attenderent. alioquin cum viderent spolia pulchra, raperent non putantes esse illicitū qui præceptum non audierant, & tamen non poterat peruenire ad omnes Israelitas pręceptum hoc, si datū fuisset cum clamauit totus Israel, quia tunc erant circūfusi omnes per diuersas partes vrbis in agro, vt sors obtulerat, cū dicatur infra, quòd quilibet ingressus est per eum locum contra quem erat, ergo in diuersis locis erant. Ad audiendum tamen istud præceptum debebant esse congregati in vnum, & attenti. Dicēdum ergo, ꝙ tunc pręceptum nullum datum est. C

Item patet hic ordinis mutationem fore, quia immediate vt Iosue dixit Israelitis, quòd clamarent, clamauerunt nullo intercidente, cum supra iussum fuisset, cum insonuerit vox tubę longior, atque concisior in auribus vestris, omnis populus acclamabit. & tamē inter præceptum Iosue de vociferando, & vociferationem populi, narratur pręceptum de anathemate Iericho, ergo non est ordo hic naturalis. Item dato quòd Iosue non dedisset pręceptum istud ante septimū circuitum diei septimi, sed paulo ante ruinam murorum daret præceptum hoc: tamen prius daret pręceptum, quàm diceret populo, quòd clamaret. Sed prius ponitur hic, quòd populo iusserit clamādum, & deinde apponitur pręceptum, & concluditur in clamore populi. nullatenus ergo potest hic manere ordo naturalis. sed necesse est esse ordinis mutationē, & quòd sit recapitulatio, quia postponitur, quod debuisset pręcedere. D

Sitque ciuitas hæc anathema. Idest omnia quę in ciuitate ista sunt, sint sub anathemate, idest tota sit destructa & nemini liceat aliquid accipere.

Quomodo anathema significat tria in Hebræo, scilicet Herem, & omnia facta sunt in vrbe Iericho. Et quomodo anathema applicitum Deo intelligatur. Et quòd Iericho erat pulchra, & fertilis. *Quæst.* XIII.

PONITVR hic in Hebræo Herem, vbi nos dicimus anathema. & signat destructionē, vel consecrationem, vel separationem, & omnia ista tria facta sunt hic. Primo fuerunt ista destructa, quia tota ciuitas quātum ad muros, & domos destructa fuit. Homines quoque, tam masculi, quam fœminæ cum omnibus pecoribus & iumentis deleta sunt. omnia autem metalla destructa sunt, inquātum fuerunt domino applicata. cętera autem supellectilia cuiuscunque pretij, sicut vestes, & multa alia pretiosa destructa sunt, quia igne perierunt. de omnibus his patet, quia mortua & deleta sunt penitus, pręter metalla quę domino applicita fuere. de his tamē dicitur, quòd fuerunt destructa, vel occisa eo modo, quo rebus mori, vel occidi pertinet. sic enim datur regula Leui. 27. s. omnis consecratio quæ offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur, idest omnes res consecratę Deo occidentur, quomodo autem omnibus rebus oblatis occidi conueniat, & quomodo singulæ occidātur, late declaratum est Leuit. 27. cap.

Secundum autem etiam erat hic, s. consecratio: omnia enim hæc consecrata dicebantur Deo, idest applicita ad eum, & semota ab humanis vsibus. de metallis satis patet, quia aurum, argentum, ferrum, & ęs, quicquid inueniri potuit in vrbe Iericho reseruatum est in thesauris domini. omnia autem talia Deo specialiter applicita sunt. De alijs tamen dubium videbatur quomodo applicarentur Deo, quia cremabantur.

Respondendum est, quòd quædam res applicātur ad cultum Dei manentes, & alię deficiendo. Manendo applicantur Deo Leuitę, & sacerdotes qui ministrant in his quæ ad Deum pertinent. cū vero moriuntur iam non sunt appliciti, quia nihil ministrāt, nisi accipiamus applicationem pro futura fruitione, quæ fit per applicationem intellectus nostri ad maximū intelligibile euidenter cognitum, & applicationem voluntatis ad fontem totius boni, in quibus causatur fruitio. sed ista ad propositum nihil sunt. Identidem de vasis sacri ministerij dicendum, quòd ista applicantur Deo manendo, & vtendo eis.

Alia sunt quæ applicantur Deo, & moriendo, & dū sunt non possunt applicari. Et ista dupliciter, quędam applicantur Deo moriēdo, quia eorum mors est directe ad honorem Dei, & in ipsis mortuis exercetur aliquis actus Deo, sicut est in sacrificijs. Animalia enim quę immolātur, per suam immolationem Deo applicantur, qa per sacrificia in illis exhibita manifestamus naturam diuinam, cum sacrificia nunquam impensa fuerint a seculis ab aliqua gente quantumcunque rudis esset, nisi vero Deo, aut alicui qui verus Deus putaretur. maximum ergo expressiuū naturę diuinę erat in exhibitione sacrificiorum. sicut igitur in alijs actibus nostris cæremonialibus, vt orationibus, & confessionibus laudum Deus honoratur: ita & in sacrificijs. sed horum sacrificiorum materia sunt ipsa animalia quæ immolantur, ergo per immolationem applicantur Deo animalia. & ista cum viuunt nō possunt Deo applicari, quia nihil in eis fieri potest, quod ad diuinū redundet obsequium. E

Nunquam aliqua gēs quantumcunque rudis obtulit sacrificiū, nisi Deo vero, vel secundum opinionē.

Alia sunt quæ moriendo Deo applicantur, scilicet, quòd ex morte eorum honor quidam Deo exhibetur, non quòd directe talia sint diuinæ laudis, vel honoris materia, sed quia occidentes ad honorem diuinum, & propter zelum eius faciunt, sicut est in idolatris qui cum viuunt semper Deo displicent, cum

autem aliquis ob honorem Dei eos occidit, quia hostes eius sunt, honorat Deum. Et sic iubebat Deus, vt cum in aliqua ciuitate essent publici idolatræ, & frequentaret hoc totus populus, cęteri Israelitę consurgerent in eos delentes in ore gladij, atque omnia quæ in vrbe erant, cremarent ad honorem Dei, velut in sacrificium: vt patet Deuteron. 13. cum de pœna ciuitatis idolatrantis agatur, subiūgitur statim. percuties habitatores vrbis illius ĩ ore gladij, & delebis eam, & omnia quæ in ea sunt vsque ad pecora. quamquam enim supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa cōsumas domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus. Sic ergo habitatores Iericho, quia erant idolatræ, poterant occidi & cremari cum tota ciuitate in honorē Dei, velut sacrificium eius. Omnia ergo quæ in vrbe Iericho erant, dicebantur esse sub anathemate, idest consecrata domino, quia delebantur propter eum. & hoc dicitur de consecratis Leuit. 27. omnis consecratio ab homine nō redimetur, sed morte morietur. deletio autem ista per cremationem erat, tanquā mors. Erat quoque tertium in rebus vrbis Iericho, quod pertinebat ad anathema, s. abdicatio, quia abdicauerūt Israelitæ a se omnia quæ erant in vrbe Iericho, & iste videt esse magis proprius sensus. omnia enim quæ erāt in vrbe Iericho, Israelitæ habituri erant iure bellico: vniuersa tamen abdicauerunt propter Deum.

Primo abdicauerunt ipsam vrbem cum habitaculis suis, quæ futura erat ad habitationem eorum, & abdicauerunt non solum pro tunc ne in ea habitarēt, sed etiam in æternum: quia imprecatus fuit Iosue, vt si qs ædificaret Iericho, maledictus esset, & in primogenito suo poneret fundamenta, in nouissimo autem liberorum suorum poneret portas illius, vt patet inf. Erat tamen valde bonæ habitationis vrbs ipsa, vt patet 4. Regum, 2. c. cum dicitur. dixeruntque viri ciuitatis ad Eliseum. ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse perspicis, sed aquæ pessimæ, & terra sterilis, & tunc sequitur quomodo miserit sal in aquas, & sanata est sterilitas aquæ, atque mansit ciuitas habitationis optimę. & hoc fuit postquam Ahiel ędificauerat Iericho, vt patet 3. Reg. 16.

Erāt autem in hac ciuitate fructus vbertimi, & maiores quàm in alijs locis, vt ait Bernardus in libro Speculi virginum.

Iericho bonæ qualitates.

Et præcipue erant ibi rosę ad magnitudinem scutelle in amplitudine comę. vnde rosę Ierichontinę famosiores erāt rosis aliorum locorum. & hoc videtur innui Ecclesiast. 24. vbi ponitur excellentia plantationum arborum, & herbarum secundum varietates locorum, & dicitur quasi palma exaltata sum in cades, & quasi plantatio rosę in Iericho. Sed hoc non diceretur, nisi ibi famosiores rosę quàm in alijs locis essent. hanc tamen vrbem quamquam amęnæ habitationis foret, Israelitę abdicauerunt.

Amplius abdicauerūt viros vrbis illius & fœminas. hos enim omnes iure bellico in seruos habituri erāt, sed hos non abdicauerunt speciali pręcepto nunc dato, quia ante hoc iusserat dominus, vt de gentibus illis quarum terram possessuri erant nullum omnino permitterent viuere, vel aliqua conditione pacis tributi, vel seruitutis. sed omnes in ore gladij occiderent, s. septem populos Chananęos, Amorrhęos &c. vt patet Deuterono. 20. & si qui de his remanerent, essent iudęis, sicut lanceę in lateribus, & claui in oculis, atque eis omni tempore aduersarentur, vt patet Nume. 34. & ita factum est, quia ex eo, quòd Israelitę reliquerūt quosdam de his tributarios sibi, vt patet inf. 16. & 17. Deus iratus dedit illos hostes Iudęis ad ruinam eorū, vt patet Iudicum. 2. & 3. cap.

F Amplius abdicauerunt a se boues, & asinos, omnia iumenta, & pecora. hæc enim habituri erant iure bellico, vt factum est postea capta vrbe Hay, vt patet infr. 8. & sic in alijs locis terrę Chanaan. hæc enim omnia occiderunt, & postea cremauerunt: vt patet infra in litera.

Item autem abdicauerunt omnia vasa metallina, & ipsa metalla, quæ in massa erant, sed hęc ad dominū peruenerunt reseruata in thesauros eius, vt patet infr.

Amplius omnia supellectilia pretiosa, quæ erant in vrbe, siue in filis, siue in pellibus, aut quocunque altero genere abdicata sunt ab Israelitis, & igne consumpta, ita vt nihil de tanto valore vrbis Ierichontinę peruenerit ad eos. & hęc omnia in reuerentiam Dei, fuit
G ergo anathema in vrbe Iericho, scilicet destructio, cōsecratio, & abdicatio.

An quandocunque poneretur anathema, sic poneretur vt in vrbe Iericho. Et quòd anathema sit multiplex.

Quæst. XIIII.

CIRCA istud anathema vrbis Iericho aliquis quæret, an quandocunque fieret anathema, sic fieret, vt in vrbe Iericho, s. ꝙ ciuitas, nunquam habitaretur, & quòd nihil de his quæ in vrbe erant, capi posset.

Respondendum est, ꝙ anathema hoc, quod ponebatur in vrbibus, erat in modum sententię excommunicationis. sentētia autem excommunicationis varie
H ſm voluntatem iudicis concipitur, & profertur: & ſm diuersum modum hunc varie ligat, dum tamen iusta sit, iniusta etiam ligat si contemnitur. Ita ergo poterat poni anathema in vrbibus captis varie, s. quantum ad solam vrbem ne vnquam habitaretur, & quantum ad sola spolia, vt cremarentur, & maneret vrbs ad habitationem. Et quantum ad spolia adhuc varie concipi, & poni poterat anathema, s. vt super spolia inanimata esset anathema, & non super pecora & iumenta. & sic quotcunque modis formare vellent anathema poterant, cum ista dependerent ex voluntate ponentium, & non sit aliqua regula assignata de modo ponendi anathema.

Nisi forte aliquis dicat, ꝙ anathema nunquam po-
I nebatur ab hominibus, sed a Deo. ideo ad ipsum pertinebat determinatio modi. Respondendum est, ꝙ anathema non ponebatur semper a Deo, sed aliquando ab hominibus. nam aliquando poterant Israelitę ponere anathema super aliquas vrbes, vt patet Num. 21. cum dicitur. at Israel voto se obligans ait, si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius: & istud votum fuit de anathemate, vt patet postea in litera. exaudiuitque dominus preces Israel, & tradidit Chananęum quem ille occidit subuersis vrbibus eius, & vocauit nomen loci illius Horma, idest anathema. Poterant ergo concipere, & ponere homines anathema varie iuxta voluntatem suam. Sed quęret aliquis, dato ꝙ anathema varie poni posset, an quandocunq;
K anathema positum fuit, eodem modo semper positū fuerit? Respondendum est, ꝙ non, quia aliquando sola ciuitas combusta est, & posita in tumulum ęternū, ita vt nullus in ea habitaret. spolia tamē inanimata capi licuit, sicut patet in vrbe Hay quę fuit secunda quā ceperunt Israelitę in terra Chanaan. prima quippe fuerat Iericho. in hac autem omnia spolia diuisa sunt pugnatoribus. vrbs tamen mansit in tumulum sempiternum, vt nunquam habitaretur. sic patet infra octauo cap. cum dicitur. Iumenta autem & prędam ciuitatis diuiserunt sibi filij Israel, sicut pręceperat dominus Iosue, qui succendit vrbem, & fecit eam tumulū sempiternum. eccce enim hic positum est anathema, & ta-

& tamen sola ciuitas fuit in anathemate,& nō ea quæ erant in vrbe. Sed aliquis dicet non fuisse anathema positum in vrbe Hay, quia nihil tale dicitur in litera ibidem.

Respondendum est, q fuerit ibi positū anathema, quod patet,quia facta est tumulus sempiternus,& cōbusta, vt nemo in ea postea habitaret, sed nihil aliud erat esse anathema.quod patet hic de vrbe Iericho,de qua dicitur. sitque ciuitas hæc anathema. Postea autē dicitur,q vrbs succēsa est,& Iosue imprecatus fuit maledictionem super illum qui eam suscitaret. sic etiam patet,q deletio vrbium facit vocari anathema vrbiū, vt patet Nume.21.vbi cum dicitur,q deleuit Israel vrbes Chananęorum, sequitur q vocauit nomen loci illius anathema.

Item de vrbibus idolatrarum,quando Deus iubet, quòd ponantur inhabitabiles in æternum, iubetur, quòd crementur, & fiant tumuli ęterni, & dicuntur esse sub anathemate:vt patet Deutero.13.vbi cum de his ciuitatibus dictum fuerit,subiungitur: non ædificabitur amplius,& non adhærebit in manu tua quicquā de illo anathemate. Sed in vrbe H[illegible] fuit sic factus tumulus ęternus,ergo fuit anathem[illegible] quamquam litera non exprimat nomen anathema[illegible]. ecce ergo in vrbe Hay fuit anathema. sola tñ vrbs [illegible]it sub anathemate iumenta autem, & cuncta præd[illegible] quæ ibi erant, exercitui diuisa sunt.

Aliquando erat Anathema, ita q ciuitas esset sub anathemate, ne liceret cuiquam eam postea ædificare, aut morari in ea principalem fundando sedem, & omnia quoq; quæ in illa erant sub anathemate essent; ita q nihil accederet pugnantibus,& tamen de rebus illis proueniret Deo quicquid ad thesauros eius applicari poterat,s.aurum,& argētum,æs, & ferrum,& omnia vasa metallina. & hoc modo facta fuit hic positio anathematis.sola enim hæc Deo prouenerunt. cætera autem quæ ad eum non pertinuerūt,cremata sunt. & sic quantum ad ipsos bellatores anathema erat vniuersaliter.

Aliquando ponebatur anathema, ita q vrbs esset sub anathemate,& in tumulum sempiternum,& omnia quæ in ea erant cremarētur,occisis prius omnibus hominibus,& pecoribus,atque iumentis. & de thesauris auri,argenti, & reliquorum vasorum metallinorū nihil Deo proueniret,nec pugnantibus,sed omnia cremarentur. sic erat in vrbibus Israelitarum idolatrātiū. nam illę cremandę erant cum hominibus, pecoribus, & iumentis,& cęteris quę ibi erant,vt patet Deutero. 13.quare autem de illo anathemate nihil Deo reseruaretur,causa ibi declarata est.

Quale fuerit anathema positū in vrbibus Chananęis Regis Arath.

De anathemate,quod fuit in vrbibus Chananęi regis Arath qui habitabat ad Meridiem, dubitabit aliqs ad quod istorum anathematum pertineret.

Respondendum est,q pertinuit ad tertium modū, s.vt tā vrbes,quàm habitatores, & quicquid in eis erat deleretur. nam Israelitę vouerunt delere vrbes: ergo istud votum ad aliquid proficiebat,alioquin non esset votum.si tamen solæ vrbes essent sub anathemate, de nullo seruiebat votum, quoniam non erant habitaturi Israelitæ in vrbibus illis, cum non essent in terra promissionis:siue ergo deberent,siue non,nihil magis eis sic quàm aliter proderat.si autem delerent omnia spolia nihil inde sibi sumentes, votum erat aliquid, quia cum iure bellico deberent spolia sibi capere, & tamē propter Deum illa cremabant, aliquid votum cōtinebat.non erat ergo anathema primi modi, sicut in vrbe Hay. Non erat etiam anathema pertinens ad secundum modum,sicut in vrbe Iericho,s.quòd cremarentur omnia pręter aurum,& argentum, & æs, quæ reseruarētur in thesauris Dei. ibi enim nihil seruatum est,sed fuerunt omnia deleta. quare autem sic factum est,declarabitur Num.21. ca.patet ergo,q anathema non semper ponebatur eodem modo,sed varie concipiebatur, & ponebatur secundum volūtatem eorum qui ponebant.

Quare Israelitæ in captione Iericho consecrauerunt Deo aurum, & argentum,& omnia metalla. Et quòd Deus vult,vt ei gratiarum actiones reddamus non solum vocaliter, sed per operis exhibitionem,& quare. Quæst. XV.

NVNC autem aliquis quęret,quare Israelitæ consecrauerunt Deo in captione Iericho aurum,& argentum, & omnia metalla.

Aliquis respondebit,q hoc factum est, non quidem quia Israelitę hoc vellēt facere, sed quia Deus eis facere iussit.nam vt dictum fuit supra, Iosue ista fecit Dei mandato. Respondendum est, q quamquam Israelitæ ista fecerint Deo iubente:tamen factū istud ita habet causam,ac si Israelitę fecissent pure voluntarie non iubente Deo.sic enim patet de pręceptis datis alijs locis,quę causam habent manifestam. In qō.12.

Causa autem fuit hic, quia cū omnia nobis a Deo proueniant, Deus vult vt nos gratiarum reddamus ei actiones pro collatis. & sic dicebat Dauid cum consecrauit domino omnia quę manserunt Salomoni filio suo ad fabricationem Sanctuarij. quis ego & quis populus meus,vt possimus tibi hęc vniuersa promittere, tua sunt omnia, & quę de manu tua accepimus dedimus tibi,vt patet 1.Paralip.29.cap.Sic igitur vult Deus quantum ad omnia suscepta ab eo,vt ei partem conferamus. non quidem quasi data nostra aliquid ei conferant,quia bonorum nostrorum nō eget,vt patet Psal. 15.Et si esurierit nō dicet nobis.eius enim est orbis terrarum,& plenitudo illius, vt patet Psalmo 49. sed pro his omnibus vult sacrificium a nobis laudis exhiberi. Nec quidem solam laudem vocalem,cū dicatur Psal. 49.immola Deo sacrificium laudis, & consequenter adiunctum fuit,& redde altissimo vota tua,reddere tamen vota ad realem pertinet exhibitionem. & hęc qdem vera laus est. Quia tamen ei aliquid impēdimus, aliquid nos suscepisse fatemur,& aliquid debere.Hæc autem confessio magnæ laudis est,& magis in re quā in voce,quanto maiorem continent fidem in moralibus operationes sermonibus,iuxta Aristotel.Ethicor. libro decimo. ob hoc autem Deus voluit,vt de fructibus terrę ei decimas pro ministris suis tribueremus, quasi reddentes cēsualem exhibitionem annuam pro his quę continue confert. Amplius autem & primitias conferre pręcipimur, quia primitię de primis, & melioribus magisque electis tribuuntur.& hoc protestantes ad maiora, & meliora nos esse Deo obligatos quàm nos conferamus. Ita igitur in captione terrę Chanaan Iudęi non suis viribus, sed Dei operatione obtinuerunt,vt patet Deuteronom. octauo cap. scilicet,ne dicas in corde tuo fortitudo mea,& robur manus meę hęc mihi omnia contulerunt, sed recorderis domini Dei tui, quòd ipse tibi vires prebuerit, vt impleret pactū suum,quod promisit patribus tuis. quod patet in multis operationibus miraculosis,vbi non solum Deus quadam directione occulta, & auxilio Iudęorum actus prosperos efficiebat, sed interdum ipse totum,vel quasi totum efficiebat, iuxta illud Exo. 14. dominus pugnabit pro vobis,& vos tacebitis, idest ipse aget totam pugnam,& vos manebitis ociantes. debuerunt ergo dare Israelitę de locis quę capiebant in terra Chanaan,& de spolijs aliqua Deo in signum receptionis omnium horum ab eo.

Magis laudatur Deus in re quam in voce.

Quare Deus voluit, q decimę & primitiæ tribuerentur ministris suis.

Cur potius Israelitæ dederunt domino vrbem Iericho cum eis quæ in ea erant, quam aliquam de alijs urbibus. Et quæ nostra munera illi gratiora sint. Quæst. XVI.

SED aliquis dicet, quare magis dederunt vrbem Iericho cum eis quæ in ea erāt, quàm aliquam de alijs vrbibus? Respondendum est rationabilius fuisse dari istam vrbem quàm cęteras. Primo, quia sicut de fructibus terræ quos Deo agēte colligimus, ei primitias offerimus, ita & de alijs operationibus nostris in quibus nos a Deo prosperatos cognoscimus, primitias dare valde dignum est. magis namque æstimātur primitiæ, quia de prioribus sunt, quàm quæcunque alia post data, licet æque pōderantia sint. desiderant quidem homines naturaliter frui laborum suorum fructu, & in hoc ꝙ de eis quicquā percipiunt releuantur. sic enim ait Apostolus ad Timot. 2. in c. 2. oportet agricolam de fructibus suis edere primum. cum ergo agricola priuat se hac iocunditate, s. quæ est comedere primo de fructibus suis, vt eos Deo consecret, laudabilius valde est, quàm si postquam comedisset, & frueretur labore suo, aliquid Deo daretur. Primitiæ igitur pretiosiores sunt apud Deum, quā quæcunque alia æquè ponderātis quantitatis postea data. Ita ergo in captione terrę Chanaan esse debuit, s. ꝙ si primo caperent Iudei pro se vrbes, & deinde Deo tribuerent, non esset tam acceptum. cōuenit ergo, ꝙ primam captam vrbem in primitias domino darent. hęc autem fuit Iericho, quoniam ante hāc nulla capta exstiterat.

De operationib⁹ nostris in q-bus a Deo nos pspera tos cognoscimus primitias ei dare valde dignū est.

Item quanto aliquis maiorem rem Deo dat, est magis liberalis, & magis acceptatur. liberalitas autem non attenditur ſm æqualitatem datorum inter se relatorum, aut maioritatem, sed ſm ꝙ aliquis ex pluribus, aut paucioribus dat. ex multis non est magnū liberalitatis opus. si autem det ex paruis magna, quamquā non sint æqualia eis quæ quis ex valde magnis contulit, liberalior iure extimatur. sic ait Aristot. Ethico. lib. 4. cap. de liberalitate, s. ſm substantiam vtique liberalitas dicitur: non enim in multitudine datorum, quod liberale, sed in dantis habitu. hoc autem secundū substantiam. nihil autem prohibet liberaliorem esse minora dantem si a minoribus det. Hanc sententiam solidauit Christus, vt patet Lucę 21. capit. cum vidit diuersos offerentes in gazophilacium, & vidua, quę minus secundum quantitatem obtulerat, amplius extulit dicēs. Vere dico vobis, ꝙ hęc vidua pauper plus omnibus misit. nam omnes hi ex abundanti sibi miserūt in munera domini. hæc autem ex eo, quod deest illi omnem victum suum quem habuit misit. Sic igitur in Iudæis fuit, quia cum ceperunt vrbem Ierichontinam, nihil præter illam ceperāt, & illam totam domino Deo dabant. magnum ergo, & vere magnum munus erat. Si autem postquam cepissent totam terram dedissent multas vrbes domino ponentes sub anathemate, non tantum apud Deum appenderetur, quia iā ex multis dabant. a principio autē dantes Iericho non dederunt ex multis vel ex paucis, sed quicquid habuerunt dederunt: quoniam nec spolia, aut spoliorum partem sibi diripuerunt. Conuenit ergo magis dari Iericho quàm aliquam aliam vrbem.

Item cum nos demus Deo de laboribus nostris partem, quia eo prosperāte actus nostros scimus nos fuisse adeptos, quod habemus: dum aliquid lucidius Deo agente suscepimus, magis in illo, Deo tribuere tenemur. maiora enim Deus de nobis promeretur, dū magis adiuuat, quia maiora tunc beneficia cōfert, sed quandocunque magis expresse nos Deus in aliquo actu adiuuat, magis nos adiuuare dicitur, ergo in illo actu magis sibi tenemur quàm in alijs. Sic autem fuit

F Iudæis respectu ciuitatis Ierichōtinæ, & aliarum, quia quamquam ad capiendas alias adiuuit, ad nullam tamen æque vt ad vrbem Iericho. ibi enim Iudæis nihil agentibus Deus tradidit in manibus eorum ciuitatē, diruendo muros eius a sedibus, & tunc ipsi introierūt a domino edocti singuli per loca contra quę stabant, magis ad Ierichontinorum cedem quam depugnandum. tanto enim Ierichontini fuerant timore prostrati, vt non ausi fuerint contra Israelitas educere gladiū, sed more ouium in suis domibus mactabantur. vnde litera non dicit hic, quòd pugnauerint quicquā contra Ierichōtinos, sed quòd percusserint eos in ore gladij. De alijs vrbibus dicitur, ꝙ Iudæi pugnauerint, vt patet contra vrbem Hay infra 8. cap. & consequenter

G contra alias, in nulla autem vrbe postea sic factum est, quòd muri ruerent, sed Iudęi vel per insidias capiebāt vrbes, vt patet in vrbe Hay infra 8. & in vrbe Bethel Iudic. 1. cap. in alijs autem quia expugnabant, & occidebant habitatores in campo: ideo magis patuit diuina operatio cum Hebræis in vrbe Iericho, quàm in cęteris. & consequēter magis fuit obligata domino ista vrbs quàm aliç. conueniens ergo fuit magis dari vrbē Iericho domino consecrando ei posito anathemate, quàm aliquam de alijs vrbibus.

Simile autem est in alijs quæ Deo agente suscipimus. nam filios gignere non est libertatis nostrę, quāquam potentes simus ad effundendum semē, & quāquam ipsa generatio a natura proueniat, sed Deus aliquid agit in generatione filiorum dans eos cui vult.

Quare fi- lios Deo cōsecra- debeant maxime dū ab im- potētibus nascuntur

H ideo cum generaliter teneatur ad gratiarum actiones quilibet suscipiens filios, abundantius tamen ille tenebitur qui Deo magis agente eos suscepit, sicut si impotens erat, vel vxorem sterilem habebat, ita vt generatio impossibilis foret. Et ob hoc mater Samsonis, quia genuit filium dante Deo, & ante nunquam gignebat, consecrauit eum ad votum Nazareorum in ęternum, vt patet Iudicum 13. Quid autem esset obseruantia Nazareorum habetur Numeri, sexto capit. idem autem fecit Anna mater Samuelis. ipsa enim erat sterilis, & quia Deus dedit ei filium, obtulit eum sibi, vt ministraret coram eo in sempiternum, vt patet 1. Regum, 1. capit.

I. *Quare cum vrbs Iericho data est Deo, & de illa solum consecrata sunt Deo quædam metella, reliqua quæ erant, non venerunt in partem Israelitarum. Quæst. XVII.*

SED adhuc quęret aliquis, dato quòd vrbs Iericho dari debuit, sicut supra declaratum est, quare cum de illa solum proueniret domino aurū, & argentum, ęs, & ferrum, vt patet in litera, cętera non manserunt in partem Israelitarum, scilicet, vt ciuitas maneret ad habitandum, & iumenta, & pecora, atque omnia supellectilia diuiderētur inter eos.

Respondendum est, quòd Deus non solum voluit aurum, & argentum, ęs, & ferrum dari sibi, sed etiam

K totam vrbem cum omnibus quæ in ea erāt, cum omnia Deus tradidisset in manus eorum.

Et si dicas, quomodo dari potuerunt ea quę combusta sunt?

Respondēdum est, quòd sicut ad honorem Dei applicita sunt omnia metallina supellectilia, & masse vrbis Iericho, ita & quę cremata sunt. nam metalla applicita sunt, fabricando ex eis vasa pro vsibus Sanctuarij qui sunt ad cultum Dei: ita ea quę cremata sunt in vrbe Iericho fuerunt data Deo, quia propter honorem eius cremata sunt. Aliqua namque Deo dabantur quæ non proficiebāt ad aliquem vsum, nisi ꝗa propter diuinum honorem cremabantur. sic erat de omni-

omnibus sacrificijs, quia animalia cum viuerent, nullatenus applicabantur in cultum Dei. cum vero immolabantur, redundabant in honorem illius. de his autem & varietate applicationis rerum ad Deum supra declaratum est.

In q6. 13.

An ad honorem Dei proficeret, quòd exureretur urbs gentilium idolatrarum, sicut vrbs Iudæorum idolatrantium. Et ꝙ magis peccabant Iudæi idolatrando quàm gentiles. Quæst. XVIII.

CONSIDERANDVM autem, ꝙ crematio facta vrbis Iericho dupliciter fuit ad honorem diuinum. Primo ex intentione dãtium. nam Israelitæ, ideo cremauerunt vrbem, & oĩa q̄ in ea erant, vt in hoc Deum honorarent. cum aũt aliquid agimus, vt Deus a nobis colatur, hoc ipso, quia talia agimus colitur: non enim proficiunt Deo data nostra, sed intentionem acceptat. vult tñ interdum exhibitionem realem ad comprobãdam veritatem, & sinceritatem intentionis, quia magis creditur in moralibus rei quàm voci, vt patet Ethicor. 10. & quia Iudæi cremantes vrbem Iericho eam propter Deum cremabant, & existimabant se impendere Deo obsequium, Deus acceptabat eorum intẽtionem, & cedebat hoc in honorem Dei, s̄m ꝙ quęcũque data sacrificia, quæ etiam solum ex voluntate offerentium acceptabant. Amplius patet hoc magis, quia ea quę nunc Israelitæ offerebant, erant sibi carissima. tribuebant namque vrbem Iericho, & nullam aliam habebãt: ex quo sibi erat carior. potissime, quia erat optimæ habitationis, vt declaratum fuit supra, etiam tribuebant oĩa spolia vrbis quæ erãt valde magni pretij. quis enim totam vrbem cum eis quę intus erant appretiari posset? magnum q̄dem foret pretium. magna aũt ista erant in oculis Iudęorum, & tñ Deo tribuebant, Deus ergo acceptare debebat. Secundo ista crematio vrbis Ierichontinę cũ eis quæ intra erant, ad honorem Dei proficiebat aliqualiter ex ipsa re quæ fiebat. nam sicut ipsa sacrificia præter intentionem offerentium protestantur virtutẽ quandam numinis, in eo cui offeruntur, ita & crematio facta Ierichontinæ vrbis erat ad quendam honorẽ Dei, & Deus acceptabat: fiebat enim hoc ĩ vindictam illarum gentiũ quæ Deo repugnauerunt in idolatrijs, & impudicitijs suis. Sicut enim Deus occidit sodomitas, & quatuor eorum ciuitates subuertit, quia eũ valde offendebant, vt patet Gen. 18. & 19. ita & si quis vicem eius agens, vt vindicaret diuinam offensionem, occidisset illos infandos populos, Deo acceptus valde foret. De idolatris autem pariformiter iudicandũ est: sic patet de idolatris inter Iudęos. nam si in aliqua ciuitate colerẽtur idola, insurgere debebat reliquus Israel, & consumere ciues, & pecora, atque iumenta in ore gladij: eosque postea cum tota ciuitate, & omnibus q̄ in ea essent consumere igne, vt maneret ciuitas in tumulum æternum. & in hoc dicebatur Deus delectari, atque acceptare. sic patet Deut. 13. cum dr̄. statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, delebisque eam, & omnia quæ in ea sunt vsque ad pecora, quicq̄d etiam supellectilis fuerit cõgregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus. Ecce igitur cuncta consumi dño Deo iubet, idest ad honorem Dei. sic ergo & crematio vrbis Iericho ad honorem Dei proficeret. Sed arguet aliq̄s non esse simile, quia q̄ñ cremaretur vrbs idolatrantium Iudęorum erat ad honorem Dei. q̄a erat lege cautum, vt patet Deut. 13. de gentibus tñ non erat iussum, vt cremarentur ipsi, & vrbes eorum p̄p idolatriam. Itẽ quia erat ibi maior offensio. Israelitę nempe pepigerant cũ dño, vt eum colerent non suscipientes Deũ alienum, ꝙ aũt aliquem alium colerent infringebant pactum. ideo cęteri Israelitę destruentes huiusmodi pacti violatores merebant. de gẽtilibus nõ erat sic, quia non pepigerant cum dño quicquam. Rñdendum est, ꝙ Israelitæ colentes idola grauius peccabant, quàm gentiles ex causis assignatis. sed non ex hoc tollit̄ gentiles non peccare idolatrãdo, sicut probat Apostolus ad Rom. 1. c. ꝙ inexcusabiles sint gentes, quia Deum naturaliter cognoscere potuerunt, & tñ coluerunt vana. Sicut ergo peccatum Iudęorum idolatrantium maius peccato fuit gentium, ita & consequenter pœna grauiori puniri debuerunt. gentibus tamen aliqua pęna manere debuit. hoc ergo dato qui zelo Dei commotus puniret gentiles, quia Deum non colebant, mereretur. Iudęi ergo poterant conuenienter ad honorem Dei cremare vrbem Ierichontinam, cum omnibus quæ in ea erant.

In q6. 13.

Nota contra spurcissimos sodomitas.

Amplius autem patet hoc, quia si Iudęi nõ extimarent se placere Deo destruere sub anathemate vrbes gentilium, non vouerent Deo eas destruere, nec per hoc peterent a Deo sibi aliquid conferri, quasi in hoc domino specialiter famulantes, sed ipsi vouebant delere vrbes gentilium sub anathemate, vt patet Nume. 21. c. si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius, ergo intelligebant se Deo in hoc placere. Item si Deus non acceptaret talia vota tanquam rationabilia, non exaudiret ea, sed exaudiuit, ergo acceptauit. sic patet Nume. 21. c. exaudiuitq; dominus preces Israel, & tradidit Chananæum quem ille interfecit subuersis vrbibus eius, & vocauit nomẽ loci illius horma, idest anathema. ecce ꝙ non solum erat honor Dei succendere ciuitates Israelitarum idolatrantium, sed ẽt ciuitates gentilium, ergo in Iericho hoc fuit. Patet igitur, ꝙ non solum acceptauit dñs aurum, argentum, ęs, & ferrum data sibi de vrbe Iericho, sed etiam cremationem vrbis cum omnibus quæ in ea erant.

Quare vrbs Hay quæ anathematizata est, non fuit sic anathematizata, vt Iericho. Quæst. XIX.

QVAERET adhuc aliquis, cum vrbs Hay posita fuerit sub anathemate, vt supra probatũ fuit, quia fuit succensa, & posita in tumulũ æternum, quare non fuerit sic anathematizata, vt vrbs Iericho? In vrbe quippe Iericho nihil prouenit Iudęis, sed quędam Deo prouenerunt, reliqua vero ignis exussit. in vrbe autem Hay sola vrbs posita fuit sub anathemate, & in tumulum ęternum, tota tamen pręda exercitui diuisa est, vt patet infra 8. Respõdendum est, ꝙ nõ debuit sic anathematizari illa vrbs, sicut Iericho, quia Israelitę non veniebant in terram promissionis, vt eam in honorem Dei cremarẽt faciẽtes tumulum ęternum, sed vt in ea habitarent. quamuis ergo vrbs Iericho in primitias domino applicari debuit: alię tñ non. & quia in vrbe Iericho nihil Israelitis prouenerat, sed totum dño prouenerat, vt descenderetur gradualiter, decuit vt postea in aliquibus alijs vrbibus aliquid Deo daretur, & aliquid concederet in partem Israelitarũ, vt deueniretur vltimo ad id quod totaliter cedebat in ius Israelitarum. Ideo in vrbe Hay quę capta est immediate post vrbem Iericho sic factũ est, quòd vrbs combusta est in tumulum sempiternũ in honorem Dei: de pręda tamẽ nihil ei prouenit, sed inter bellatores diuisa est, vt patet infra 8. capit. postea vero in reliquis ciuitatibus quę capiebãtur, nihil Deo proueniebat, sed totum Israelitis, tam ipsę vrbes ad habitandum, quàm tota præda animatorum, & inanimatorum.

Cum tota vrbs Iericho Deo fuerit applicata conseruando quædam,& cremando alia: quare non fuerunt omnia conseruata pro thesauris domini. Quæst. XX.

SED adhuc quæret aliquis,cum vrbs Iericho cũ omnibus quæ in ea erãt fuerit tradita domino, partim applicando thesauris domini,& partim comburendo, quare non fuerunt applicata domino omnia manendo incombusta? Et primo quęritur de ipsa vrbe Iericho, quare non cesserit in partem domini.

Respondendũ est, ꝙ vrbs non poterat cedere Deo manẽs incombusta: nihil enim applicabatur Deo manens,nisi ministri,scilicet sacerdotes,& Leuitę, & apparatus ministrationis,s. vasa,& vestes. reliqua autem ad vsus sacerdotum magis erãt, vel pro sacrificijs quæ applicabantur domino moriendo: ciuitas autem Iericho non erat aliquid tale, quod ad ministrationem ꝑficeret. si ergo deberet applicari Deo,hoc erat, q̃a traderetur ministris Dei, s. sacerdotibus, & Leuitis. his enim iusserat Deus tradi ciuitates. sed ad hoc non debebat dari Iericho, quia iam ad hoc obligati erant Israelitæ; vt separarent quadraginta octo ciuitates pro Leuitis,vt patet Numeri 35.nihil ergo speciale, nunc offerrent tribuentes vrbem Iericho domino, tanquã vnam de vrbibus Leuitarum.

Item quia hic non intendebant dare Israelitæ aliquid Deo,quod pro ministris esset eius,sed quod in ipsius solius cederet honorem. manens tamen Iericho nõ applicabatur huiusmodi ad Dei cultum, ergo cremari debuit,vt sic in Dei solius cederet honorem.

An in hominibus vrbis Iericho fuerit positum anathema, sicut in cæteris quæ erant in vrbe. Et arguitur,quòd non. Quæst. XXI.

NVNC consequenter quæretur de hominibus vrbis Iericho,quare nõ fuerunt appliciti in cultum Dei viuentes,cum tota vrbs applicaretur eo modo quo poterat?

Respondendum est, ꝙ non poterant, quia iusserat Deus omnes Chananæorum populos deleri gladio, vt patet Deuter. 20. non erat ergo arbitrij Iudæorum relinquere aliquos ad cultum Dei viuentes.

Sed arguetur de Gabaonitis qui erãt de Chananęis, & tamen facti sunt serui Sanctuarij, vt patet inf.9.cap. cum dicitur. decreuitque in die illo Iosue esse eos in ministerio populi domini,& altaris,cędentes ligna,& aquas portantes vsq; in præsens tempus, in loco quẽ dominus elegisset. poterat ergo sic fieri de Ierichontinis.

Respondendum est non potuisse fieri, quia Israelitæ non poterant inire aliquod fœdus cum Gabaonitis sub conditione seruitutis, siue eos seruos suos efficerent,siue seruos Dei, nec pactum conditionis tributariæ,aut cuiuscunque modi, dumtamen eos viuere sinerent: Deus enim vetuerat. decepti fuerunt tamen Israelitæ ab eis simulantibus se de terra venisse longinqua,& sic pactum iuratum initum est. Cum vero cognitum est eos de Chananæis esse,voluit vniuersus Israel eos occidere. sed Iosue & cęteri principes putantes se ligatos iureiurando, liberauerunt eos de manu populi,& vt totaliter mortem non effugerent, subdiderunt eos seruituti altaris Domini, quæ seruitus est mors ciuilis. De Ierichontinis autem sic esse non poterat,quia cognitum est, quòd erant Chananæi: ideo non potuit populus transmutare eis mortem naturalem in ciuilem,efficiendo seruos sanctuarij,sed eos occidit.

F *Hic arguitur, quòd in viris Ierichontinis fuit positum anathema. Quæst. XXII.*

SED dicet aliquis, ꝙ cætera, quæ erant in vrbe Ierichontina applicata sunt specialiter Deo, & in eis fuit positum anathema: tamen in hominibus non, quia etiam si non fuisset positum anathema,illi debebant occidi, quia erant de Chananæis. Respondendum est, ꝙ etiam viri Ierichontini Deo specialiter appliciti fuerunt,sicut cætera,quę erãt in vrbe,& fuit in eis magis, quam in cæteris Chananæis.Duo enim in eis facta sunt. Primo,ꝙ gladio occisi sunt. Secundo,ꝙ cum ipsa ciuitate corpora eorũ exusta sunt,vt patet infra. Primum sufficiebat ad legẽ
G communem Chananæorum. Secundum fuit quantum ad conditionem anathematis. & in hoc ipsi etiã specialiter Deo appliciti fuerunt,sicut cętera quę in vrbe cremata sunt. Hęc autem duo fiebant in vrbibus quandocunque ponebatur perfectum anathema, scilicet,quòd omnes homines,& iumenta occiderentur in ore gladij. deinde, quòd cum ipsa ciuitate succenderentur,& diruerentur super eas ędificia vrbis, vt esset tumulus ęternus,vt patet Deuteron.13. cap. in hac autem ciuitate positum fuit anathema,vt patet hic,& homines, & iumenta occisa gladio. postea incendio consumpta sunt. ergo hoc pertinebat ad legem anathematis positi.

H *Quare pecora non sunt accepta ad immolandum domino, ex vrbe Iericho. Et quomodo non licebat offerre Deo peçora de gentilibus. Quæst. XXIII.*

ADHVC quæretur quare in vrbe Iericho pecora non accepta sunt in partem domini. nam de pecoribus non potest responderi, sicut de viris, cum non iussisset Deus pecora & iumenta Chananęorum occidi, sed diuidi inter exercitus bellatores.

Respondendum est, ꝙ si pecora Ierichontinorum acciperentur in partem domini,aut cederẽt Deo, aut ministris eius,scilicet sacerdotibus & Leuitis. pro ministris autem non debuerunt accipi,quia non intendebant Israelitę applicare hic aliquid Deo pro ministris,
I sed quòd ad honorem eius solius cederet. non debuerunt etiam dari Deo,quia nunc Israelitę non intendebant sacrificijs, sed bello. si tamen Deo pro parte sua traderentur,deberent immolari.

Et si arguas, quia Israelitę paulo post hoc fecerunt sacrificia multa in monte Hebal & Garizin. Respondendum est hoc fuisse factum, quia tunc fuerunt positæ benedictiones,& maledictiones obseruantibus, & infringentibus legem in montibus his,& tamẽ sacrificia non fuissent facta, nisi quia iusserat dominus ea fieri antequam Israelitæ transirent Iordanem viuente Moyse,vt patet Deuteron.23.c.non igitur debuerunt dari pecora.Sed aliquis r̃ndebit aliter dicens,ꝙ non licebat fieri sacrificium de pecoribus Chananęorũ, q̃a
K oĩa immunda iudicabantur,vt patet Leui.22.c.R̃ndẽdum est falsum esse:de pecoribus.n. Chananęorum, & quorumcunq; gentiliũ,nihil minus licebat ꝯsecrari,q̃ de pecoribus Iudęorum. Solum t̃n vetitũ erat accipi de manu ipsorum gentilium,s.ꝙ non offerret gẽtilis aliqua pecora,vel panes,quia non dẽbant recipi.si t̃n Iudęi emissent a gentilibus pecora, & postea offerrent ea,licebat ea immolari.Cõformiter aũt si acciperent iure bellico,q̃a eodẽ modo efficiebant ipsorũ Iudęorũ capientiũ. liceret igit̃ offerri in sacrificium oĩa pecora Ierichontinorum postq̃ ab Israelitis capta erãt: hoc enim solum vetat.s.de manu gẽtilis accipi.& hoc dr̃ Leui.22.c.s.de manu alienigenæ nõ offeretis panes domino

domino Deo vestro, & quicquid aliud dare voluerit, A quoniam corrupta, & maculata sunt omnia, non suscipietis ea. Quare autem liceat accipi ea quæ possidebant gentiles in sacrificium, & nō de manu ipsorum: dicendum est euenire, quia defectus est in persona offerente, & non in re obligata. quomodo autem hoc fit, declaratum est Leuiti.22. Item patet, quòd liceret offerri de pecoribus quę possederūt gentiles. nam cū Saul pugnauit contra Amalechitas, seruauit pecora eorum ad faciendum de illis sacrificium. sic enim respondit Samueli quærenti, quæ est hæc vox gregum quæ resonuit in auribus meis, & armentorum quam audio? & ait Saul: de Amalech adduxerunt ea. pepercit enim populus melioribus ouibus, & armentis, vt immolarent ea domino Deo tuo. sic habetur 1.Reg. B 15. Si tamen non liceret immolari pecora capta de manu gentilium, non sic respondisset Saul. Item non solum sic respondit, immo & de eis sacerdotes immolauerunt holocausta Deo, vt patet eodem cap. cum dicitur. venit Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocaustum domino de initijs prędarum, quę attulerat ex Amalech. ergo licebat de eis offerri, alioquin sacerdotes non suscepissent talia ad holocaustum.

Item patet hoc ex responsione Samuelis ad Saulē. cum enim diceret Saul se immolasse de præda Amalech: ait Samuel. nunquid vult dominus holocausta, aut victimas, & non potius, vt obediatur voci eius? melior est obedientia quàm victima. Ecce si non licuisset offerri de pecoribus Amalech, aut gentilium omniū, C increpuisset Samuel Saulem, ꝙ offerret de illicitis, sed non increpuit, quin potius consensit licitam esse oblationem, sed magis diligi a Deo obedientiam. licebat ergo offerri de pecoribus Amalech. & sic liceret de cuiuslibet gentis, pecoribus offerri domino. ergo etiā de pecoribus Ierichontinorum, sed non oblata sunt, nec Deo prouenerunt ex causa supraposita.

Iumenta quare non prouenerunt in partem ministerij Domini. Quæst. XXIIII.

NVNC quæretur de iumentis quæ non immolantur, cur non prouenerūt in partem domini viuentia ad ministerium eius.

Respondendum est de his esse manife- D stiorem responsionem quàm de pecoribus, quia non licebat iumenta immolari, cum non essent munda ad esum. si ergo darentur viuentia Deo, cederent in partem ministrorum. In Ierichontina tamē destructione vel anathemate nihil factum est, vt applicaretur ministris Dei, sed soli honori diuino. Sed arguet aliquis de bello facto ꝯ Madianitas, & de spolijs acceptis, quia de pecoribus, & iumentis atq; hominibus prouenit pars Deo, s. de media parte pugnatorum de quingentis capitibus dabatur vnum, vt patet Num.31. cap. ergo sic debuit hic dari.

Respondendum est, ꝙ illę partes prędę quę domino prouenerunt de bello contra Madianitas, nō prouenerunt Deo pro se, vel pro Sanctuario, sed cesserūt in ius sacerdotis magni Eleazari. sic patet eodem cap. E cum dicitur, & separabis partē domino ab his qui pugnauerunt, & fuerūt in bello, vnam animam de quingentis, tam de hominibus quàm de asinis, & bobus, & ouibus: dabisque eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ domini sunt. hic autem non intendebāt aliquid dare Israelitę ministris Dei, sed soli diuino honori applicare.

Sed obijcies, ꝙ de prędа contra Madianitas in bello aliquid prouenerit Deo non pro ministris, sed ad vsus Sanctuarij, quia totum aurum ei datū est. sic patet eod. c. in fine. cum dicitur, susceptum intulerunt in tabernaculum testimonij in monimentum filiorum Israel coram domino. Respondendū est, ꝙ nihil iussit Deus dari sibi de prędа Israelitarum contra Madianitas pugnantium, sed tota prouenit eis, & ministris Dei, sed ipsi gratis nullo iubente obtulerunt omne aurum, qđ in prędа habuerant. sic patet eod. cap. cum dicitur. nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra, & ne vnus quidē defuit. ob hanc causam offerimus in donaria domini singuli, quod in præda auri potuimus inuenire periscelides, & armillas &c. Nihil ergo simile est de anathemate Iericho, ad diuisionem prędæ de Madianitis, quia hic constitutum fuerat dari omne metallum in thesauros domini. ibi autem nihil fuit constitutum, sed gratis impēsum est: non debuit ergo de Ierichontinis pecoribus quicquam domino, aut de iumentis dari.

Quare cum in vrbe Iericho essent multæ materiæ profecturæ ad vsus Sanctuarij, non seruatæ sunt in thesauris Domini, sicut metalla. Quæst. XXV.

ADHVC quæret aliquis, cum in vrbe Iericho essent multæ materię pro rebus Sanctuarij, s. panni ad ministerium eius, & pelles: quare non fuerunt reseruata, sicut aurum, & reliqua metalla. quod declaratur, quia sicut in vsus Sāctuarij aurum, argentum, æs, & ferrum proficiunt, vt patet Exo.25. & 35. ita & proficiunt purpura, & hiacinthus, coccus bis tinctus, byssus retorta, & pili caprarum ad faciendum saga, & pelles rubricatę, & hiacinthinę, vt patet eodem c. & de omnibus his obtulerunt Israelitæ in deserto in fabricatione Sanctuarij, vt patet ibidē. Sed dicet aliquis, quòd sicut oblatum est aurum, argētum, ęs, & ferrum in thesauros domini, debuerūt omnes alię prædictæ materię offerri.

Forte aliquis respondebit, ꝙ non fuerunt tales materię in vrbe Iericho. Dicendum est non esse verisimile, quia in vrbe illa non esset aliquid horum. precipue, quia patet ibi fuisse aliquid tale. nam sequen. c. dicitur de Achan, ꝙ furatus fuerit de anathemate palliū coccineum valde bonum, ergo erat ibi coccus bis tinctus de quo fieret pallium coccineum. ita de purpura, & bysso, cęterisque materijs credendum est, vel saltem coccus bis tinctus ibi repertus tolli deberet.

Respondendum est, ꝙ non debuerunt illa applicari Deo, quia ad hoc, ꝙ illa quæ fuerant in vsu gentilium applicarentur Deo, debebant valde mundari, & ista munditia magna non poterat induci, nisi per ignem. illa ergo quę potuerunt tolerare ignem, potuerunt in vsus Sāctuarij applicari. cętera autem nequaquam. sic enim fuit de auro, argento, ęre, & ferro, quę igne examinata sunt, atque purgata. ideo in thesauros domini applicita sunt. supellectilia autem de pellibus, aut filis non poterant tolerare ignem: ideo non fuerunt domino consecrata. simile patet in prędа facta de Madianitis. iussit enim dominus, vt aurum, & argentum, & quicquid poterat tolerare ignem, purgaretur igne, vt patet Num.31.c. Sed contra hoc arguetur ex eodem fundamento, s. ꝙ nō erat necessaria omnibus eadem purgatio, quia quibusdam ignis, s. metallis, alijs autem aqua lustrationis, s. supellectili pellitiæ, & de filis. sic dicitur eodem c. hoc est pręceptum, quod mādauit dominus Moysi aurum, argentum, ferrum, ęs, & stannū, & plūbum, & omne quod potest trāsire flammas, igne purgabitur: quicquid autem non potest sustinere ignem, aqua expiationis sanctificabit. sufficiebat ergo, ꝙ purpura, hiacinthus, coccus bis tinctus, & byssus retorta, cęteręq; in hunc modum materię applicatę Deo, expiarent aqua lustrationis, & seruarentur in thesauris Dei. Respondendum est, ꝙ ad applicandum vsui po-

pulariũ res quæ fuerant gentilium, ſufficiebat purgare aqua luſtrationis ea quæ non poterant tranſire ꝑ flammas. ad applicationem tamen ad Deum, exigebatur munditia maior, ideo non ſufficiebat purgatio in aquis luſtrationis, ſed ſupellex pellitia, & ex filis, non poterat ſuſtinere aliam purgationem, ergo non poterat Deo applicari in Theſauris eius. & cum dicitur Nume. 31. ꝙ quędam igne alia aqua purganda erant, intelligitur de illis quæ erant prouentura popularibus. nihil enim de illa prędа conſtituerat ſibi dominus venire, ſed vt tota diuideretur pugnatoribus, & reliquo populo, perueniente quadam parte miniſtris Dei, vt ſupra declaratum fuit. id tamen quod domino applicuerunt ſponte Iſraelitę de prędа Madianitarum, poterat tranſire ignem. ſ. ſolum aurum, vt patet Num. 31. capi.

Concluſum ergo ex ſuperioribus patet, quòd ex toto quod in vrbe Ierichōtina erat, nihil debuit reſeruari ad cultum Dei, niſi aurum, & argentum, & æs, quāquam omnia fuerint cremata ad diuinum miniſteriũ, vel honorem. *Sitque ciuitas hæc anathema.* Ideſt iſta ciuitas ponatur in deſtructionem, ſ. non habitetur, ſed ſuccendantur domus & diruantur. & loquitur hic de ſola vrbe pro ędificijs, nam de alijs quę erant in vrbe infra ſubditur. Et ſciendum, ꝙ non ſolum vrbs Iericho fuit ſub anathemate, ꝙ incenderetur, ſed etiam ꝙ diruerentur ædificia domorum ad terram, ne maneret ciuitas, ſed tumulus ſempiternus, ideſt ſepulchrum. Et tamen ſi ſolum fuiſſet combuſta adhuc videretur ciuitas, quia multa ædificia integra manerent, ſ. ea quæ nihil faciliter cremabile habebant. & omnia quamq̃ cremarentur in lignis, tamen pro maxima parte ædificiorum, ſ. parietum manerent, & ſic adhuc eſſet, tanquam vrbs. de alijs tamen ciuitatibus quæ anathematizabantur, videtur ꝙ diruebātur ad ſolum. nam Deuteron. 13. vbi dicitur, de ciuitatibus idolatrarum ponēdis ſub anathemate, iubetur quòd homines, & pecora poſt occiſionem cum tota ipſa ciuitate ſuccendantur, & ſubditur. non ædificabitur amplius. In quo præſupponitur ciuitatis muros, & cętera ędificia ad ſolū proſterni debere. nam ſi ſolum ſuccenderetur ciuitas, nō corruerent muri, nec principalia ædificia. ideo adhuc maneret ciuitas illa, & non diceretur: non ædificabit̃, ſed non habitabitur amplius. litera tamen dicit, nō ędificabitur, ergo manifeſte prǽſupponitur incenſa, & diruta. Item hoc patet, quia vocatur tumulus ſempiternus, non tamen eſſet ibi conuenienter nomen tumuli, niſi ſuper cineres virorum occiſorum, & pecorum, parietes vrbis, & domorum proſternerentur, ſicut cū humantur corpora, ſed ciuitas Iericho ſub anathemate poſita erat. ergo muris dirutis a Deo, omnia etiam ciuitatis ædificia ad ſolum ab Iſraelitis proſtrata ſunt. quod ſatis facile erat tanto populo in quo erāt plures viri, quàm ſexcenta mille pugnatores. *Et omnia quæ in ea ſunt.* Ideſt nullum de ſupellectilibus vobis applicabitur, ſed omnia ſint ſub anathemate, ideſt ĩ deſtructionem conſecrata, & abdicatione, vt ſupra declaratum fuit. & magis accipitur ꝑ abdicatione, quaſi dicat omnia quæ in ciuitate hac ſunt, nobis illicita ſunt ad accipiendum pro nobis.

Iericho fuit funditus deſtructa.

Sola Raab meretrix viuat. Intelligebatur iſtud pręceptum quantum ad omnia quæ erant in vrbe, ſiue animata, ſiue inanimata. ideo excepta eſt Raab, ne occideretur. & in hoc patet anathema etiam poni pro morte, vel deſtructione, ſ. ciuitas hæc ſit ſub anathemate, & omnia quæ in ea ſunt, ideſt, tam ciuitas, quam omnia quæ intus ſunt, deſtruantur, & moriantur quę mori poſſunt. ſola autem Raab non ſit ſub anathemate.

Sola Raab meretrix. Quomodo Raab meretrix vocetur ſupra cap. 2. declaratum eſt. In qō. 2.

Cum vniuerſis quæ in domo eius ſunt. Ipſa Raab fuit libe-

F rata propter ſe, quia eripuerat a morte exploratores Iudęorum. alij autem qui cum ea erāt, ob gratiam ipſius liberati ſunt, & quamquam dicitur cū vniuerſis quæ in domo eius ſunt, ſolum tamē intelligitur de cognatione illius, pro hac enim ipſa petijt firmitudinem ab exploratoribus, & ipſi iurauerunt, vt patet ſupra 2. c. & hi ſoli intra domum eius ſteterunt, vt patet infra, cum hi ſolum dicantur educti de vrbe. nam non conuenerunt aliqui alij in domum eius, cum neſcirēt domum illam priuilegiatā fore. ipſa quippe Raab ſubticuerat, quæ facta fuerant. ſi tamen plures conueniſſent in domum Raab, exploratores qui ingreſſi ſunt in domum Raab ad educendum eam cum cognatis ſuis, nō eduxiſſent illos, ſed occidiſſent. *Abſcondit enim nuncios quos*

G *miſimus.* Ponitur cauſa ſaluationis eius, ſ. quia abſcōdit duos exploratores miſſos ab Iſraelitis in domo ſua, cū inquirerent eos nuncij venientes a rege, vt eos caperent, de quo ſupra 2. cap. *Quos direximus.* Ideſt quos direximus ad vrbem iſtam explorandam.

Vos autem cauete ne de his quæ præcepta ſunt vobis, quidpiam contingatis, & ſitis præuaricationis rei, & omnia caſtra Iſrael ſub peccato ſint, atque turbentur. Quicquid autem auri, & argenti fuerit, & vaſorum æneorum ac ferri, domino conſecretur, repoſi

H tum in theſauris eius.

1.q.4. peccat ibi, ſauri 2.

Hic replicat pręceptum de anathemate poſito. & hoc vt magis infigatur mentibus Iudæorum, & ſolicite attendant. nam ſi leuiter dictum fuiſſet, non curaſſent Iſraelitę, & caperent aliquid de ſpolijs Iericho, q̃a deſiderabilia erant nimis pręcipue eis cupientibus ditari. Etiam fit iſta repetitio ad magis declarādum pręceptum. nam ſupra ſolum dictum fuerat, ꝙ ciuitas eſſet anathema cum omnibus quæ in ea erāt. ex quo innuebatur, ꝙ deberent aurum, & argentum, ferrum, & ęs cum cęteris deſtrui illam cremando, ſed immediate explicatur, quòd iſta ad Deum debeant pertinere.

Ne de his quæ præcepta ſunt. Ideſt ne de his quę vetita ſunt. nō accipitur pręcipere pro iubere, quia nihil hic

I iubebatur, ſed interdicebatur, cū vrbs, & omnia quę in ea erant, ponerentur ſub anathemate.

Vel poteſt accipi pręcipere proprie, & tamen tunc ſubintelligitur aliud, ſcilicet de his quę pręcepta ſunt, ſcilicet, ne acciperetis.

Quidpiam contingatis. Scilicet ad vſurpandum pro vobis occultando illud, ſicut fecit Achan, vt patet ſequēti capit. bene tamen licebat aliquid accipi in theſauris domini. nam poſtquam omnes de vrbe occiſi ſunt, ab homine vſque ad pecus, inquiſitum eſt in tota illa q̃d eſſet argenti, & auri, æris, & ferri, & hęc inde educta ſunt, vt ſeruarentur in theſauris domini, deinde vrbs ſuccenſa eſt.

Vel poteſt accipi hoc, & conuenientius, pro omni-

K bus ſupellectilibus, quę non erant aurum, argentum, ęs, & ferrum, nam hæc non licebat vllo modo educi de vrbe: tamen non eſt intelligendum, quòd ſolū contingendo illa peccarent, ſed peccatum erat ſi illa educerent de vrbe, contingi quippe hęc neceſſe erat ad inueſtigandum aurum, & ferrum, & alia latentia metalla.

Item quamquam ſolum aurum, argentum, ęs, atq; ferrum licitum eſſet educi de vrbe pro domino, tñ q̃ aliquid ſibi ſumeret, ita peccabat ſumendo de his quę ad ſolum Deum pertinebant, ſicut ſumendo de his quæ erant totaliter illicita educi de vrbe, ſicut patet in peccato Achan, qui furatus fuit regulam auream, & ducen-

ducentos siclos, palliumque coccineum, de pallio tamen manifestum erat, quòd non pertinebat ad res, quæ applicandæ erant thesauris domini. *Et sitis prævaricationis rei.* Idest qui tale quidpiã arripuerit, erit reus prævaricationis, scilicet erit reus mortis. nam cum talia pręcepta Dei, vel principum ponerentur, transgredientes morte puniebantur. *Et omnia castra Israel sub peccato sint.* Idest non solum qui fecerit hoc erit mortis reus, sed etiam castra erunt sub peccato, idest omnes qui sunt in castris erunt sub peccato. Aliud est esse prævaricationis reum, & aliud esse sub peccato. qui enim scelus committit, est prævaricationis reus, qui autem non peccat, & tamen subijcitur pęnæ peccati dicitur esse sub peccato, & sic castra Israelitarum non essent prævaricationis rea peccantibus quibusdam de Israelitis, sed tamen essent sub peccato, idest obligata ad aliquam pęnam. sic enim factum est peccante Achan, quoniam Israelitæ pugnantes contra vrbem Hay versi sunt in fugam, & corruerunt vulnerati ex eis 36. viri, vt patet sequen. cap. Et non solum isti corruissent, sed etiam nunquam populus pręualuisset contra hostes, quousque peccans puniretur. sic patet sequen. ca. cum dicitur, non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te, qui hoc contaminatus est scelere, in quo Iosue innuit etiam antequã fiat, quòd omnia castra pro vno peccante exturbarentur, quia sciebat istam esse conditionem Dei punientis.

Aliud est esse prævaricationis reum, & aliud esse sub peccato.

Quomodo aliquando pro peccato vnius punitur tota communitas, etiam si non fauit ei in hoc, & qui sunt modi ad hoc. Quæst. XXVI.

In quo sciendum, ꝙ cum aliquis peccat, & multitudo ei consentit directe, & fauet, tenetur multitudo rea sceleris, & quilibet de consentientibus tenetur directe ad pęnam, sicut ille qui principaliter committit scelus, & tunc dato, ꝙ plectatur capite peccans, non erit ablata ira Dei, donec etiam pereant alij qui consenserunt, & Deus ita delebit eos qui particulariter consenserunt, sicut ipsum principaliter committentem, sic patet de immolatione de semine suo idolo Moloch, quia si populus terræ cognoscens paruipenderit huiusmodi hominem lapidare, Deus illũ delebit, & omnes qui consenserunt ei peccanti, sic patet Leui. 20. cap. cum dicitur, ꝙ si populus terrę quasi paruipendens imperium meum dimiserit hominem qui dedit de semine suo idolo Moloch, nec voluerit eum occidere, ponam faciem contra hominem illũ, & cognationem eius, succidamque ipsum, & omnes qui consenserunt ei, vt fornicaretur cum idolo Moloch de medio populi sui. Aliquando autem aliquis de communitate peccat, & communitas ei non fauet nec consentit, quia ignorat. Tunc solus peccans directe obligatus est ad pęnã, & est prævaricationis reus. Communitas autem interdum quippiam punitur, & interdum non. Cum autem punitur communitas, nõ punitur directe, sed impeditur ab aliquo bono, quod alias habitura erat, donec vlciscatur offensam Deo factam in ipsa, facta autem vltione nihil pęnæ aut impedimenti est in communitate. Sic fuit peccante Achã, non enim cognouit hoc totus Israel. nam tunc non fuissent positæ sortes coram domino ad inuestigandum personam peccantem, sed iubente domino vlcisci illud nephas, lapidaretur Achan, nulla facta inquisitione tanquam pro notorio scelere. fuit tamen facta exactissima inquisitio, ergo non cognouit Israel, impediuit tamẽ dominus castra Israel, ne possent pugnare contra hostes, donec funderetur sanguis peccantis, sicut dicitur sequen. c. non poteris stare coram hostibus, donec deleatur qui contaminatus est hoc scelere, cum vero sanguis illius effusus est, potuerunt Israelitæ stare contra hostes, & fuerunt expugnatores vrbis Hay, nec Deus expetiuit aliam vltionem de Israelitis: si tamen consensissent Israelitę, non solum punitus fuisset Acham, sed etiam omnes consentientes illi, & illo pereũte, adhuc non cessaret indignatio Dei, quousque cęteri delerentur. Est autem modus in hac ira Dei concitata contra communitatem pro peccato vnius, aut paucorum, sicut cum quis irascitur toti ciuitati pro aliqua iniuria quę ibi ei ab aliquibus illata est. Et hoc modo comminabatur Deus se concitandum in iram contra totum populum peccantibus aliquibus, in quibusdam specialibus peccatis, quæ pertinebant ad ministrationem factam illi. sic dicitur Numeri 1. cap. de castrametatione Leuitarum, & Israelitarum, scilicet, quòd Leuitę castrametarentur in circuitu Sanctuarij, & nõ accederet aliquis de extraneis, ne fieret indignatio super totam multitudinem. Item Nume. 18. de officio sacerdotali dicitur, quòd Aaron, & filij sui soli excubent in ministerijs sacerdotalibus, & non accedat aliquis de alienis, alioquin orietur indignatio super totam multitudinem.

De sex solutionibus seu modis, quos dat Beatus Augustinus: quomodo Deus puniat vnum pro peccato alterius, & quare non liceat hoc homini. Quæst. XXVII.

Sed adhuc dicunt aliqui, cum Deus iustus sit, quare punit quosdam pro peccatis aliorum, & communitatem pro peccato aliquorum singularium? Aliqui dicunt, quod Deus iuste puniendo hoc facit, quia licet hoc non sit iustum homini iudici, est iustum Deo. & ista est vna solutio, sic dicit Augustinus, quæri solet, quomodo iuste pro alterius peccato in alios vindicetur, cum in lege dictum sit, neq; patres pro filiorum, neque filios pro patrum iniquitatibus esse puniendos, & respondet, an illud iudicãtibus hominibus pręceptum, ne quemquam pro altero puniatur. Dei autem iudicia non sunt eiusmodi qui alta, & inuisibilia consilio suo nouit.

Secunda solutio est, quòd Deus iuste facit hoc, vt admoneat homines curam habere in alterutrum ne peccent, quia non solum quisque pro suo puniendus est, sed Deus vnum pro altero punit, & sic dicit ibidẽ Augustinus. non enim aliquid durum quantum attinet ad vniuersi administrationem accidit mortalibus, cum moriuntur quandoque morituri, & tamẽ apud eos qui talia metuunt, disciplina sancitur, vt non solum se quisque curet in populo, sed inuicem sibi adhibeant diligentiam tanquam vnius corporis, & huius hominis, alia pro alijs sint membra sollicita.

Tertia solutio est, quòd Deus facit hoc ad signandum quanta vnitas debeat esse in populo, quia sunt tanquam partes vnius totius, in quo vna parte dolente transumitur dolor ad alias, siue compassione, siue naturali coniunctione.

Quarta solutio est, quòd fit ad signandum magnũ periculum, quod esset in peccato multorum. nam si peccante vno totus populus punitur, quid fieret si totus populus peccaret? de his duobus dicit Augustinus ibidem. Similiter ostenditur quantum connexa sit in populi societate ipsa vniuersitas, vt non in seipsis singuli, sed tanquam partes in toto existimentur, ꝑ vnius quoque peccatum mortemque paucorum admonitus populus vniuersus, tanquam in corpore vniuerso quæratur, quod admissum est. simul etiam significatũ est quantum mali fieret si vniuersa multitudo peccaret, quando vnus quidem ita potuit vindicari, vt ab eo possent cęteri esse securi.

Quinta solutio est, quòd Deus facit istud in pœnis tempora-

temporalibus, sed non in ęternis, quia ibi nō punitur vnus pro alio. vnde dicit Augustinus ibidem. Nec tamen credēdum est etiam in pęnis quæ post mortem irrogantur, alium posse damnari pro alio, sed in his tantum rebus hic irrogari pœnam, quæ finem fuerāt habiturę.

Sexta solutio est, ꝙ Deus potest istud, & nō homo, quia Deus si pęnas dederit, poterit liberare ab eis, etiā si mortem inferat, homo autem non potest, ideo non licet ei punire vnum pro altero, sic dicit ibidem Augusti. At vero si Achan ab aliquo inuentus, & comprehensus, & criminis reus ad iudicium Iosue fuisset adductus, non putandum est, hominem quenquam alium qui societate facti eius non teneretur, pro illo, vel cum illo fuisse puniturum: non enim mandatum legis licebat excedere, quod datum est hominibus ne
G iudicio suo, quod in homine homini iusserat, vel permissum est, alterum pro altero arbitretur esse plectendum. lōge autem secretiori iudicio iudicat Deus, qui potens est etiam post mortem, quod homo non potest, liberare vel perdere.

Conclusio auctoris præcedentis quæsiti. Et quòd vnus nunquam punitur pro peccato alterius loquendo de pœna quæ infligitur a Deo, secus de pœnis consequentibus conditionem naturæ: vt fames: sitis, &c. Quæst. XXVIII.

DICENDVM: quòd secūdum veritatē Deus non punit quemquam pro peccato alterius, sed anima quę peccat ipsa punitur, & filius non portat iniquitatem patris, & pater non portat iniquitatem filij. Ezechi. 18. cap.

Cum autem obijcitur, ꝙ Deus punit peccata patrū in filios vsq; in tertiam, & quartam progeniem. Exo. 34. & Num. 14. c. Dicendum, ꝙ licet circa hoc ab alijs, & a nobis soleant dari multæ limitationes quæ verę sunt, tamen certissime dici potest, ꝙ nunquam punitur vere vnus pro peccato alterius, loquendo de pęna quæ infligitur a Deo, secus de pęnis consequentibus cōditionem naturæ, vt fames, sitis, & huiusmodi, quę verius dicuntur cōditio naturæ quàm pęna. nam istæ fuerunt etiam in Christo in quo nullum peccatum, neque etiam originale fuit, neque esse potuit.

Sed loquimur de pęnis inflictis a Deo quæ nō sunt ex conditione naturæ. Et hoc adhuc intelligendo, quòd istę sint proprie pœnæ, quod dicimus propter id, quod quis voluntarie assumit, nam illud non est ꝓprie pęna, licet ibi sit dolor, sicut fuit de passione Christi, quam quia sponte accepit, & non inuitus sustulit, non proprie dicimus esse pęnam, & ideo nō oportet dici, quòd tolerauit eam, aut punitus est pro peccato suo, vel peccato alterius, quia peccatum ipse nō fecit. Neque etiam pro peccato alicuius alterius ipse punitus est, sed pro peccatis aliorum ipse dolores aut pœnas large dictas tolerare voluit Esa. 53. cap.

De pęnis autem proprie dictis dicendū, quòd vnus nunquam punitur pro peccato alterius, sed quicunq; sit, siue subditus pro domino, siue dominus pro subdito, prælatus pro ouibus, aut oues pro prelato, communitas pro singularibus, pater pro filio, vel filius pro patre, semper qui punitur habet peccatum, vel causam pro qua a Deo punitur, & etiam non existēte alio pro quo punitur, Deus puniret iuste istum pro illo peccato, vel causa. Sed forte non puniretur tunc, nisi esset peccatū illius pro quo dicitur puniri, & differret Deus pęnam illam ad aliud tempus. de quo Matth. 5. capitu. magis declarabimus.

F *Quomodo intelligitur, quòd puniuntur peccata patrum in filios & dominorum in subditos, & an vere puniantur, & quare hoc dicit scriptura. & quomodo intelligatur. Quæst. XXIX.*

MAXIMVM autem dubium circa hoc est de pęna filiorum pro peccatis patrum, quia de his dicit expresse scriptura, ꝙ Deus punit peccata patrum in filios. Sed adhuc de his dicendum est, ꝙ quicunque filius punitur, peccatū habet pro quo iuste puniatur, non existēte aliquo peccato patris, quia aut filius est paruus, aut adultus, si est paruus, habet debitum pęnarum consequentium pro peccato originali. nam his debita est mors, & aliquando dabitur etiam si patres sint iustissimi. a fortiori ergo quęcunque alia pęna, cum alię pęnæ sint minores. Si autem filius sit adultus, præter debitum peccati originalis, habet aliqua actualia, quia nemo est qui non peccet 3. Reg. 8. cap. & pro illis infligetur quæcunque pęna ei irrogetur, & non pro peccato patris. Sed hoc solum est, ꝙ forte pro peccato patris dabitur pęna illo tempore, quo alias non erat eam daturus si pater non peccasset, & tamē etiam non peccante patre peccatum filij meretur illam pęnam sibi dari, siue illo tēpore, siue quocunque alio. Deus tamen dilaturus erat pęnam ad alia tempora si pater non peccaret. Causa autem huius est, quia tunc Deus puniens filios facit duo, s. ipsos iuste affligit pro eo, quod ipsi ꝑ se sine patribus meruerunt, quia apud Deum nullus per se in-
H nocēs est Exo. 34. c. & etiam affligit patres, qui ita cruciantur videndo filiorum pęnas, sicut si ipsi punirentur, eo ꝙ nimis diligunt eos. Et ob hoc scriptura dicit specialiter de patrum peccatis, ꝙ puniantur in filijs, & non dicit communiter de alijs hominibus, ꝙ peccata eorum puniantur in alijs. Primo, quia nullus est naturaliter aliquid alterius sicut filius patris, quia est aliqua particula substantię eius 8. Eth. Secundo propter nimiam dilectionem, qua pater filium diligit, sicut seipsum, & ita dolet de pęna filij, sicut de pęna propria, quod non accidit regulariter in alijs hominibus. Etiā propter primū solet dici, ꝙ peccata dominorum puniantur in subditis, eo ꝙ subditi sunt aliquid domino-
I rum, licet nō eodem modo, sicut filius est aliquid patris, ideo magis aut saltem directius punitur pater in filio quam dominus in subditis. Secundum etiam cōuenit, quia dominus amat subditos, vel tanquam amicos, vel saltem, vt rem possessam, & vtilē sibi, de cuius perditione tristatur, quia accidit inde sibi malum, & ideo vere punitur ipse quando subditi puniuntur.

Pro m[...] ri de[...] tione [...] vide[...] c.q.14

Cum puniuntur peccata patrum in filios aut dominorum in subditos, tunc in vnico actu duo puniuntur. Et quare dicitur, quòd puniuntur peccata patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem, & non plus nec minus. Quæst. XXX.

K VNDE multum proprie dicitur, ꝙ puniūtur peccata patrum in filios: non ꝙ filij puniantur aliquando sine peccatis proprijs pro solis peccatis patrum, sed quia patres aliquando peccauerunt, & pro peccatis illis non dat eis Deus alias pęnas nisi in filijs, s. occidendo filios, vel alias affligendo eos, & hoc est, quia vere maiorem pęnam sustinent sic patres in pęna filiorum quam si aliter punirentur, vnde in vnico actu Dei infligentis pęnam duo puniuntur, s. filius in se pro peccato suo, & pater in filio pro peccato proprio. Sic etiam peccata dominorū in subditis puniuntur, vt cum pro peccato Dauid quādo numerauit populū, occidit Deus multa millia hominum peste de ipso populo. 2. Reg. 24. & 1. Paral. c.

21. vbi

21. vbi pęna inflicta a Deo materialiter, vel regulariter erat vnica, s. occisio populi per Angelum, & tñ ibi puniebantur duo peccata, vnum populi, s. quia populus peccauerat, & merebatur illam pęnam tunc, vel alio tempore sibi inferri, etiam si Dauid non peccaret, & tñ forte Deus differret illam tunc dare si non peccasset Dauid. Aliud erat peccatum Dauid, s. numerationis populi, pro quo sufficienter, & conuenienter puniebatur in occisione populi, quia perdebat multum de honore, & vtilitate perdendo populum, & etiam si nulla alia pęna īferretur Dauid, ista erat satis grauis, non solum pro peccato numerationis populi, sed etiã pro quocunque alio, quia forte magis affligeretur in illa pęna quã in aliqua alia, quod satis patet ex verbis eius. nam qñ vidit Angelum percutientem euaginato gladio, ego sum qui peccaui, ego sum qui inique egi, isti oues sunt quid fecerunt? vertatur obsecro ira tua contra me, & cõtra domum patris mei 2. Reg. 24. & Paralip. 21. c. Et ob hoc scriptura non dixit absolute, ꝙ Deus punit peccata patrum in filios, sed limitauit tempus dicens. vsque in tertiam, & quartam generationem, quia quantumcunque patres peccauerint, filij vltra quartam generationem non puniuntur pro eis, & hoc est, quia homines ad plus solẽt durare hoc tempore, s. vt videant tertiam, vel quartam generationem, & quandiu ipsi viuũt possunt sentire pęnam de pęna filiorum, aut nepotum, quos affligi vident, post mortem autem nihil istorum vident, ideo non possunt dolere de malo filiorũ, quia neque illud cognoscunt, vt dr̃ Iob 14. c. de mortuo, siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles non intelliget, & sic post mortem patrum non puniuntur filij pro peccatis patrum, sed pro peccatis proprijs. Et ideo Deus interdum accelerat pęnas filiorum propter peccata patrum, s. vt patres videant pęnas filiorum, & in illis affligantur ꝓ peccatis proprijs, qui si non existerent forte Deus differret pęnam pro peccatis filiorum ad aliud tempus, neque tñ in hoc iniuriam filijs facit, ꝙ propter peccata patrum non differt pęnam ipsorum. nam filij cum iam peccauerint, iam merentur pęnam, siue pro illo tempore, siue pro alio in quo Deus voluerit illam inferre, & ita non facit iniuste qñcũq; illam inferat post quam iam peccauerunt. Videretur autem facere iniustum si ante peccatum ipsorum puniret eos pro peccatis patrum, quia tunc pro solo peccato patrum punirentur quod nunquam fit. Quod autem Deus non expectet eos diutius, cum alias forte expectaturus foret si patres non peccarent, nõ est facere eis iniuriam, sed non facere gratiã. Sic etiam est, qñ puniuntur peccata dominorum in subditis, quia peccauerunt subditi, & merebantur totam illam pęnam quę pro peccato dominorum dr̃ inferri, & etiam si Domini nõ peccarent inferretur illa pęna, & tamen forte differretur inflictio eius nisi accidisset peccatum dominorum, propter quod non expectatur, sed irrogatur statim.

Nota casũ specialẽ in quo punit̃ filius pro peccato patris post mortẽ pris inf. 7. c. qõ. 71. & 75.

Nunquam puniuntur filij pro patribus, nisi viuentibus patribus, & nunquam populi puniuntur pro peccato dominorum, nisi viuentibus eis, & quare hoc. Et quod vsque ad tertiam, & quartam generationem tunc extendatur punitio, cum prima, & secunda generatio fuerit innocens, & sancta.

Quæst. XXXI.

ET tamen sciendum, ꝙ quando punitur populus pro domino, non expectatur vsque in tertiam, & quartam generationem, sed ipso domino viuẽte infertur pęna, quia ideo punitur populus pro peccato dñi, vt Dñs de pęna populi affligatur, & illa afflictio sit ei in pęnam pro peccato suo, sicut supra de Dauid declarauimus, si tñ dñs iã mor-

A tuus esset, non sentiret malum, qđ infligebatur populo, & ita non affligeretur de illo, non ergo poterãt sic puniri peccata eius in populo. ideo generale est, ꝙ q̃tumcunq; peccauerit dñs, non punitur populus pro peccato eius, nisi eo viuẽte, post mortem autem eius quicquid populo accidat, non est pro peccatis domini, sed pro peccatis proprijs. Et adhuc de patribus de quibus magis vr̃ dicendum est idem, s. ꝙ solum puniũtur peccata patrum in filios eis viuentibus, post mortem autem patrum quicquid accidat filijs iam non est pro peccatis patrum, sed pro suis, quia pater nõ posset puniri in filijs post mortem, cum pęnam illorum nõ agnoscat, cum nesciat, an nobiles, vel ignobiles sint. Iob 14. c. Si autem obijcitur, quia dr̃ vsq; in tertiam, &

B quartam generationem. Exo. 34. c. Dicendum, ꝙ non est sensus, ꝙ semper peccata patrum puniãtur in filijs vsq; in tertiam, & quartam progeniem, quia sępissime patres peccant, & non puniuntur peccata eorum in filijs, vt si filij sint boni, & non habent aliqua peccata, propter quæ conueniat puniri peccata patrum in ipsis, vel dato, ꝙ filij habeant peccata. punit Deus ipsa peccata patrum in ipsismet, & non in filijs, sed est sensus, ꝙ qñ Deus voluerit punire peccata patrum in filios, ad plus puniet vsq; in quartam generationem, & non extendet illam vlterius ad alias generationes, & tñ hoc non fit, nisi quia vt dictum est tanto tp̃e solent homines viuere, vt videant tertiam, & quartam generationem, & non amplius, ideo quandiu viuunt pos-

C sunt in aliqua istarum generatione puniri. Si autẽ moriatur pater, ẽt si multa peccata eius maneant punienda, non punientur in filijs, & alijs generationibus, sed ipse pater mortuus pęnas in seipso tolerabit. Dr̃ autẽ in tertiam, & quartam generationem propter duo. Primo, quia licet nunquam puniantur peccata patrũ in filijs, nisi qñ ipsi habent propria peccata pro quibus puniantur, tñ interdum patres non habent filios, vt qa defuncti sunt, & habent nepotes, vel pronepotes, & sic cum non possunt puniri peccata in vna generatione, quia illa non est, puniuntur in alia quæ superest, & hoc vsq; ad quartam, quia vltra non extenditur pęna. Est tñ regulare: ꝙ si pater habet filios, potius eius peccata punientur in filijs quàm in nepotibus, & pro-

D nepotibus, eo ꝙ magis diligit filios quam nepotes, & magis pertinẽt ad eum, & sic acrius cruciabitur in pęna filiorum quam nepotum. similiter si non existentibus filijs sint nepotes, & pronepotes, potius puniet̃ in nepotibus, quam in pronepotibus propter eãdem causam, nisi aliquid obsistat.

Secundo & principaliter, quia licet puniantur peccata patrum in filios, nũquam fit, nisi ipsi filij propria peccata habeant pro quibus iuste puniri possint. accidet autem, ꝙ pater peccãs habeat filios suos, ĩ quibus nullum peccatum est expiandum, & habeat nepotes peccatores, tunc non poterit puniri peccatum patris in filijs, sed punietur in nepotibus. & ita si filij, & nepotes sancti sunt, pronepotes autem peccatores, punietur peccatum in pronepotibus, & ita fit vsq; ad quar-

E tam generationem. Sciendum autem, ꝙ licet puniantur peccata patrum in filios vsq; in tertiam, & quartã generationem, non solum fit hoc viuentibus eis dũtaxat, & non post mortem ipsorum, sed etiam fit istud statim, vt patres peccant, vel non multo tp̃e post hoc. sic est enim ex conditione pęnarum, vt patet Deut. 7. c. s. dominus Deus custodiens pactum, & misericordiam diligentibus se, & his qui custodiunt pręcepta eius in mille generationes, & reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltra non differat protinus eis restituens quod merentur. Idem autem est, qñ punitur peccatũ domini in subditis, quia non est post mortem dñi, & etiam est pauco tp̃e post peccatum.

Sicut

Sicut fuit in Dauid tam inquantum pater quam etiā dñs. nam inquantum pater, ipse peccauit in adulterio Bersabæ, & in morte Vriæ 2. Reg. 11. c. & ob hoc paruulus natus de adulterio statim mortuus est 2. Reg. 13. c. f. veruntamen, quia blasphemare fecisti inimicos nomen dñi propter verbum hoc, filius qui natus est tibi morietur. De Dauid inquantum erat dominus patet, quia ipse peccauit numerando populum, & statim Deus intulit ei pœnam, & secuta est pestis grauissima in qua perierunt septuaginta millia 2. Reg. 24. c. & fuit ista pęna conueniens quātum ad Dauid, quia ipse gloriatus fuerat faciendo populum numerari, vt cognosceret multitudinem subditorum suorum. Deus autē puniuit eum auferendo istam gloriationem diminuēdo populum eius, ipse tamen populus, & quilibet qui hoc patiebatur alias illud meruerat per peccata propria, vt dictum est.

De differentijs quæ sunt inter Deum, & hominem iudicem in iudicando. Et quare dicatur quis in iudicio Dei pro altero puniri, & non in iudicio humano. Quæst. XXXII.

DECLARATIS præcedentibus redeundum est ad id, quod dicebamus, s. ꝙ Deus nunquam peccatum vnius punit in alio, ita ꝙ aliquis qui nunquam peccauit, vel non habeat peccatum pro quo sit debitor pęnę, puniatur solum pro eo in quo alius peccauit. nam hoc modo neque punitur filius pro patre, neque populus pro dño, neque aliquis pro alio, sed quilibet pro peccato suo. Ezechi. 18. c. vnde qñ filius dr̄ puniri pro peccato patris, ipse habet peccatum proprium pro quo illam pęnam meretur, etiam si pater non peccasset. Et ita nihil plus facit Deus quam iudex humanus. nam sicut iudex non occidit patres pro filijs, neq; filios pro patribus, Deut. 24. c. ita neq; Deus, sed si occidit filios alicuius, ipsi peccauerunt, per quod illam mortem merentur, etiam si pater non peccasset. Sed differt Deus a iudice humano, primo quia Deus cognoscit delicta secreta hominum, tam ea quæ in opere, quàm quę in sola cogitatione perpetrata sunt, & non indiget testibus ad probandum, sed ipse est testis, & iudex, sicut ipse dixit Hierem. 29. c. ego sum iudex, & testis dicit dominus. iudex autem, quia non cognoscit secreta, indiget testibus. Secundo iudex, quia est homo potens errare ex ignorantia, vel prauitate affectus, non irrogat pęnas quas vult, sed taxatas a lege, quia ipse nō cognoscit pęnam debitam pro peccato, lex autem nouit illam. Etiam ille interdū ex prauitate vellet maiorem, vel minorem debito pęnam inferre, cum autem taxatur per legem, vel aliquo modo de ea disponitur, non est in quo iudex erret. Deus autem neq; potest quicquam ignorare, neq; prauitatem voluntatis habere, ideo non est ei aliqua pœna taxata quam inferat, sed quam vult infert, quia illam iustum est irrogari, quam ipse intulerit. Tertio, quia quando sit infligenda pęna, & quando differenda, & generaliter de omnibus circunstantijs circa pęnas, iudex tenetur sequi legē, quia alias non appareret, an iustum, vel iniustum ageret. Deus autem non tenetur alicui legi, quia ipse est iustior, & rectior quacunq; lege. Ex prędictis autē apparet, ꝙ iudex non debeat punire vnum pro alio, quia ille totam potestatem habet a lege, & illa determinat in singulis criminibus, quæ pœna imponenda sit, & non concedit neq; statuit puniri vnum pro altero, qa lex non cognoscit peccatum vnius esse alterius, ideo facit, ꝙ delicta suos teneant auctores. Deus autem cognoscit peccata singulorum tam manifesta quàm occulta, & potest differre pęnam peccantis ad aliud tempus, & cognoscit in quo peccatum vnius attineat ad

F alterum, vel ad peccatum eius. Et etiam nouit quantum quis ex qualibet pęna affligitur, ideo ille potest iustissime peccatum patris punire in filio, quia scit, an filius in secreto habeat aliquod peccatum pro quo iustum sit ei inferri illam pęnam, quæ infertur peccante patre, & etiam scit quantum pater affligetur de ista pęna filij, vt possit haberi commensuratio ad peccatum patris, s. ꝙ tantum pater in se doleat de pęna filij, quātum mensura peccati ipsius patris exegit, & ipse pro peccato proprio cruciaretur, quando filius non punitur. Ex quo apparet, ꝙ quantum ad veritatem rei, ita iuste iudicat Deus puniendo peccata patrum in filios, & peccata dominorum in subditos, sicut iudex humanus puniendo quemlibet solum pro peccato suo. ne-
G que facit aliquam exorbitantiam ab eo, quod rectum, & iustum est, potius quam iudex humanus, quia sicut iudex humanus quando quemlibet pro se punit, dat ei solum pęnam pro peccato suo, & non pro peccato alterius. ita Deus cū punit filiū pro patre, vel populum pro domino aut rectore, punit quemlibet pro peccato suo, & solum tantum punit quantum conditio peccati sui exigit, etiam si nullus alius peccaret, vt declaratum est. Sed solum in hoc differt, quia Deus habet excellentiorem modum iudicandi secundum quem inuenitur hoc conuenire. Et non conuenit iudici humano, quia non potest accedere ad illum modum excellentem cognoscendi, vt dictū est. Sicut est aliqua comparatio inter sensum, & intellectum, quia vterq; est potentia cognitiua, & idem cognoscunt. sensus tñ
H non potest pertingere ad modum cognoscendi intellectus. vnde neq; cognoscit immaterialiter, neq; sine organo, neq; in absentia rei cognitę. Vnde si iudex humanus haberet ea quæ Deus habet de cognitione, & rectitudine, esset ei iustum punire filium pro peccato patris, sicut est iustum Deo facere illud, sed homo nō potest istud habere ꝑ infinitam dissimilitudinem ad diuinam naturam. ergo homini est conueniens iudicare solum per legem puniendo quemlibet pro peccato suo, sicut iustum est Deo punire filiū pro peccato patris, & populum pro domino, & communitatē pro peccato singularis personæ. Et hoc est, quod tenet Augustinus post omnes alias solutiones quas dare videbatur, cum ait. Visibiles igitur afflictiones ho-
I minum, vel mortes, qm̄ his quibus ingeruntur, & obesse, & prodesse possunt, nouit dominus in occulto prouidentiæ suæ quemadmodum iuste quibusq; dispenset, etiam cum aliorum peccata in alios vr̄ vlcisci pęnas visibiles quę nocent, & non prosunt, ita nullus Deo iudice pro alienis peccatis luit, sicut homine iudice nullus luere nisi ex propria culpa istas visibiles debet. hoc enim pręcipit homini iudici Deus in his, quę ad humanum iudiciū pertinent iudicandis, quod iudicio suo facit ipse, quo potestas humana non aspirat. Et sic concludit, ꝙ idem facit homo in iudicio hu-
K mano, quod Deus in iudicio diuino, sed nō potest homo pertingere ad excellentiam diuini iudicij.

Nec in[...] dicio d[...] no, nec mano [...] nitur al[...] pro pec[...] to alien[...] sed p[...] & q[...] sunt [...] lia.

Sex solutiones Augustini, quòd puniatur vnus pro alio apud Deum ad hoc, quòd veræ sint, quomodo debent intelligi. Et quòd Deus nunquam occidit filios pro patribus, nec patres pro filijs iuxta legem: tametsi Deus non obligatur legi. Quæst. XXXIII.

NVNC autem redeundum est ad solutiones alias Augustini quæ in principio dabantur supra quæst. 27. & reducendę sunt ad hāc vltimam, quia alias non continerent veritatem, aut æquitatem.

Prima erat hominibus iudicantibus pręceptum est ne quemquam pro altero puniant, Dei autem iudicia

non

non sunt eiusmodi, qui alta, & inuisibilia nouit.

Dicendum autem, quòd istud absolute est iustum, quòd nullus pro peccato alterius puniatur, sed quilibet pro suo, & hoc tam homo in iudicio humano, quam Deus in suo iudicio obseruat. nam etiã si videatur punire vnum pro peccato alterius, tamen quemlibet pro suo peccato punit.

Cum autem dicitur, quòd in lege iubet ne patres occidantur pro filijs, nec filij pro patribus. istud inquãtum lege fuit cautum, solum obligat hominem cui data est lex. Deus autem qui est legis conditor non tenetur lege, & tamen vltra hoc, quod est cautum esse lege, est istud absolute iustum tam apud Deum quã homines, ideo etiam Deus illud in suo iudicio obseruat. nam nunquam occidit filios, pro peccatis patrum solis, sed quando illos occidit, ipsi meruerunt per peccata propria illam mortem sibi infligi, etiam si patres non peccarent, vt declaratum est.

Cum autem dicitur. Dei autem iudicia non sunt eiusmodi, qui alta, & inuisibilia nouit. non est intelligendum, quòd ex eo, quòd Dei iudicia sunt, alta & inuisibilia, sit iustum apud ipsum occidere aliquem, qui nihil omnino peccauit pro solo peccato alterius, quia hoc etiam apud Deum est iniustum, vt patet Gen. 18. cap. in verbis Abrahæ ad Deum, scilicet absit a te domine non facias rem hanc, vt occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius, non est tuum hoc qui iudicas omnem terram, nequaquam facies hoc iudicium.

Cum autẽ dixit, non est tuum hoc, manifeste ostendit, quòd repugnat Deo occidere iustos, sicut impios, vel cum impijs, sed adhuc videtur iniustius, quòd iustus puniatur pro peccato peccatoris, quàm quòd iustus absolute puniatur. ergo Deus nullo modo puniret filios pro patribus, si filij nihil omnino mererent, vel nullius pęnę debitores essent.

Sed intelligitur, quòd Dei iudicia non sunt eiusmodi, scilicet talia qualia humana, quia homo solum iudicat per legem, & non punit aliquem nisi conuictũ de crimine. Deus autem nulli legi subijcitur. Cum vero dicit qui alta, & inuisibilia cognoscit, datur causa quare liceat Deo punire vnum pro altero, scilicet, quia Deus cognoscit secreta peccata hominũ, & scit qua pęna digni sunt. & cum videtur, quòd punit vnũ pro peccato alterius, punit eũ pro peccato suo, quod ille in secreto nouit, quia cognoscit inuisibilia, homo autem non potest cognoscere inuisibilia, ideo nõ est sibi licitus talis modus puniendi, sed Deo soli licet qui hæc cognoscit.

Secunda solutio August. si de rigore intelligatur non potest stare, & quomodo recte interpretari debeat. Quæst. XXXIIII.

SECVNDA solutio erat, ꝙ Deus facit hoc, vt vnus homo habeat curam pro alio, quando nõ solum pro peccato suo, sed etiam pro alterius peccato punitur. Dicendum, ꝙ istud si solum sic teneatur, non stat. Primo, quia nunquam est iustũ, ꝙ ille qui nihil omnino peccauit, puniatur quantumcunq; inde sequatur bona admonitio, quia non sunt facienda mala, vt veniant bona. Ad Roma. 3. cap. sed punire eũ qui nihil omnino peccauit est semper malum, quia neq; ad Deum pertinet. Gene. 18. ergo pro bona significatione, vel admonitione quæ inde sequitur, non est faciendum. Secundo, quia si ista esset causa iusta puniendi vnum pro alio, vt ista admonitio fieret, liceret etiam hoc in iudicio humano, quia eadem admonitio inde sequeretur. immo tanto maior quãto pluries, & in pluribus iudicijs puniretur quis pro

A peccato alterius, & tamen in iudicio humano non licet puniri quemquam pro peccato alterius, vt dicitur Deut. 24. c. & etiam Augustinus hoc dicit, ꝙ solum licet in diuino iudicio. ergo non erit licita talis punitio vt sequatur inde illa admonitio.

Dicendum, ꝙ illa non est causa reddens illum actũ licitum, neque Augustinus hoc intendit, sed est vna de commoditatibus quæ sequuntur ex hoc, ꝙ vnus punitur pro alio. Id vero, quod reddit actum iustum est, ꝙ Deus non punit aliquem solum pro peccato alterius, sed quando ipse habet peccata per quæ mereatur illam pęnam, & tamen, quia illa peccata non manifestantur hominibus, videtur puniri ille pro peccato alterius, & tunc sequitur ista vtilitas ex tali punitione,
B scilicet, quòd admonentur homines habere curam aliorum ne peccent, ne pro peccatis aliorum puniantur.

Tertia solutio non potest stare de rigore. Et quæ sit illius veritas, similiter se habet & quarta solutio, & eius veritas. Quæst. XXXV.

ERAT tertia responsio, ꝙ Deus facit hoc ad signandum quanta vnitas debeat esse in populo. Sed dicendũ, ꝙ ista solutio nõ stat quia, sequuntur illa inconuenientia quæ sequebantur ad pręcedentem solutionem, sicut declaratum est pręceden. quæst. nam pro nulla significatione habenda
C committendum est quod malum est. Sed veritas est, ꝙ ideo est actus licitus, quia quando videtur puniri vnus pro alio, punitur pro peccato proprio, licet illud non sit notum hominibus, & ita videtur ille puniri pro alio, & tunc vna de vtilitatibus quæ sequuntur est, ꝙ ostendit Deus quanta vnitas debeat esse in populo, ita ꝙ nõ sint, vt singuli, vel vt separati, sed vt partes vnius totius, & ideo vnus pro peccato alterius puniatur, sicut vna pars dolet in dolore alterius, vel compatitur ei. Quarta solutio erat, ꝙ istud fit ad signandũ magnum periculum, quod est in peccato multorum, quando pro peccato vnius punitur multitudo, quid fieret si peccaret tota multitudo? Dicendum ꝙ ista non est causa, vt vnus puniatur pro alio, quia quantũ-
D cũque sit bonum significari istud, semper manet iniustum, ꝙ vnus puniatur pro peccato alterius, si ille nihil omnino peccauit, vel si nullius pęnæ debitor est, cum istud etiam apud Deum nõ sit iustum. Gene. 18. c. & ita non licebit fieri pro illo. Secundo, quia hoc dato liceret idem in humano iudicio. nam tanto magis istud signaretur quanto in pluribus iudicijs, & pluries talis pęna inferretur.

Dicendum ergo, ꝙ non est ista causa, sed est vna de vtilitatibus consequentibus, quando talis pęna infertur, s. ꝙ signatur istud periculum, tamen ista significatio non facit talem punitionem esse licitam, sed id, quod iam diximus.

E *Quinta solutio August. non est satisfactoria. Et quid sentiendum sit circa eam solutionem. Et cum secundum veritatem Deus non puniat vnum pro alio pœna æterna, nec temporali, quare conceditur, quòd punit pœna temporali, & non, quòd puniat pœna æterna. Quæst. XXXVI.*

SOLVTIO quinta erat, ꝙ Deus facit istud in pęnis temporalibus, s. puniendo vnum pro alio, sed non facit in pęna ęterna. Dicendum, ꝙ ista solutio non satisfacit. nam licet Deus non puniat vnum pro alio pęna ęterna, non redditur inde iustum, ꝙ eum puniat pro alio pęna tẽporali, ideo hoc non est soluere inconueniens, sed dare doctrinam, vel limitationem. Est ergo dicendum, ꝙ sm̃ veritatẽ non

non punit Deus vnum pro alio pęna temporali neq; ęterna,s.ꝙ si nihil ipse peccauit, inferat ei pro alio pęnam temporalem aut ęternam,quia sicut omnino esset iniustum, quòd Deus puniret aliquem pro altero pęna ęterna,& hoc quilibet iudicaret iniustum, ita ēt esset iniustum si Deus puniret vnum pro alio pœna tpali,si ille nihil omnino meruisset. licet esset magis iniustum punire aliquem pro alio pęna ęterna quam temporali, inquantum pęna ęterna est incomparabiliter maior.Sed dicendum, ꝙ concedimus Deum punire vnum pro peccato alterius pęna temporali,& nō concedimus de pęna ęterna, quia ad vnum sequitur inconueniens,& ad aliud non. Et patet,quia quando dicimus vnū puniri pro peccato alterius, intelligitur ꝙ ille qui punitur peccauit, & mereatur illam pęnam pro peccato proprio, ēt si non peccasset ille pro quo dr̄ puniri,& tñ dicitur puniri pro peccato alterius propter duo. Primum est, quia forte peccatum illius qui punitur est occultum,& peccatum eius pro quo dicitur puniri est manifestū, & sic videtur puniri pro manifesto,quod est peccatum alterius,& non pro occulto,quod est peccatū suum, pro quo tñ vere punitur. Secundum est,quia in pęna illius qui punitur, cruciatur etiā ille cui non infligitur pęna,ac si ei vere in seipso inferretur. sicut est, qñ punitur filius pro peccato patris.nam in pœna quam filius tolerat pro peccato proprio, cruciatur pater ac si ei vere in seipso inferretur,& ꝙ istam pęnam toleraret pater in malo filij,meruit pater per peccatum proprium, & illud dr̄ puniri in filio. Data enim tali suppositione non sequitur inconueniens aliquod, quia non infertur ibi alicui pęna iniusta,& per talem modum sequuntur aliquę vtilitates inquantum vnus vr̄ puniri pro peccato alterius,& ideo concedimus, ꝙ vnus puniatur pro peccato alterius iuxta modum loquendi scripturæ, & hoc quantū ad pęnam temporalem.In pęna autem ęterna,non sequitur aliqua vtilitas concedendo hoc, ideo non concedimus vnum pro altero tali pęna puniri. Nam si dicamus aliquem sic puniri pro altero, aut dicemus, ꝙ ille qui punitur ęternaliter, meruit pęnam illam per actus suos. aut non: si non meruit,sequeretur iniustū simpliciter,s.ꝙ aliquis puniret in eo, quod nullo modo meruit, quod est valde inconueniens. nam etiam de pęna tpali non concedimus,ꝙ aliquis qui nihil omnino meruit,puniatur pro alio, vt supra dictum est. multo ergo minus concedemus hoc in pęna ęterna, quæ valde grauior est.Si autem dicatur, ꝙ ille qui punitur pęna ęterna meruit eam. Dicendum, ꝙ non potest dici conuenienter, ꝙ puniatur pro peccato alterius,quia ad hoc primū est necessarium, ꝙ pœna eius qui punitur pro alio sit nota,quia causa non apparebit an dicatur puniri pro peccato suo, vel pro peccato alterius,& tñ pęna ęterna est occulta, cum sit in alio seculo in quo nescimus qui sint, vel an puniantur,quia omnia illa nobis occulta manent. Et dato, ꝙ sciremus aliquem ibi manere, nesciremus quantitatem, aut modum pęnæ.Secundum,quod est principale,s.ꝙ qñ vnus dicitur puniri pro peccato alterius in illa pœna quam tolerat qui patitur, cruciatur etiā ille pro cuius pecccato dicitur ille alius pati, sicut cum peccata patris puniuntur in filio,ipse pater cruciatur, & dolet valde de pęna filij, & ita in pęna filij sustinet ipse pater aliquid pro peccato suo. Sed in pęna ęterna non potest esse hoc,quia pęna illa non cognoscitur ab illis qui viuunt,quibus omnino manet occultus status mortuorum,ideo non potest dolere pater viuens de pęna filij in inferno,& sic non dicetur puniri pro eo. Et ista fuit causa assignata supra quæst.30.quare peccata patrum non dicantur absolute puniri in filios,sed vsque in tertiam, & quartam generationem solum, s.quia vsque

F ad illud tempus possunt homines viuere,& videre bona,vel mala filiorum suorum. post illud autem tempus non viuunt, ideo nō puniuntur peccata ipsorum vlterius in filios suos. Sed eodem modo viui ignorāt statum defunctorū, sicut defuncti statum viuorum: ergo non dicetur quis mortuus tolerare pęnam ęternam pro peccato alterius, sed solum pro suo.

Tertiū est,quia per hoc, ꝙ Deus dicit, ꝙ punit peccata patrum in filios, erudit homines ad non peccandum, cum videant, ꝙ peccata sua non solum in eis, sed etiam in posteris suis puniantur. nam ad hunc finem scriptura dixit. Exo.34. & Nume.14. & similiter ad illud allicit Deute.7.c. ꝙ omnia quę scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ad Roma.15.cap.&
G hoc bene fit,quando non solum qui punitur, & ille, ꝑ cuius peccato alius punitur, hoc vident, sed etiam multi alij qui ex hoc admonentur, & tamen pœnam mortuorum nulli videntes vident qualis est pęna ęterna,ideo non prodesset, ꝙ diceretur quis pati pro alio pęnam ęternam.

Quartum est, quia Deus ita voluit nos in dictis, & factis suis instruere, ꝙ se non ostenderet crudelem, quod fieret si diceret quis puniri ęternaliter pro alio. pęnæ enim temporales quæcunque sint tam acerbitate quam duratione paruæ sunt, quia aliquando finiuntur,& ita non sunt multum timendæ, sed pęnæ ęternæ sunt valde timendæ sicut Christus docuit Matth. 10.c. nolite timere eos qui occidunt corpus,animam autem non possunt occidere, sed eum potius timete
H qui potest corpus, & animam perdere in gehennam, & ita ꝙ pœnam transitoriam inferret Deus filio pro patre, non esset admirandum, quod autem ęternam inferret,videretur crudele, ideo de temporali solum dicitur.

Quintum est, quia Deus voluit innuere, ꝙ pœna, quam ipse infert alicui pro alio, ad plus potest durare tandiu quandiu viuit ille pro quo infligitur,cum dicatur solum dari vsque ad tertiam, & quartam generationem. Exodi 34. & Numer.14. & tamen nemo tandiu viuit quandiu pęna ęterna, ideo non cōuenit vllo modo dici, ꝙ puniatur quis pęna ęterna pro peccato alterius.

I *An concedi debeat, quòd Deus punit vnum pro alio pœna purgatoria post mortem, & quòd non est concedendum propter octo. Quæst. XXXVII.*

SED tunc quæretur, an quis dicatur puniri pro alio pęna purgatoria. Aliquis dicet, ꝙ sic, quia solum negamus puniri aliquem pro alio pœna ęterna. pęna tñ purgatoria non est ęterna,quia aliqñ finitur: ergo punietur hac pęna vnus pro alio.

Sed dicendum, ꝙ nullus pro alio tali pęna punitur: nam aut puniretur pro peccato alterius solum hac pęna, ita ꝙ ipse nihil mali meruisset, aut ipse mereretur
K illam pro peccato suo,& tñ diceretur etiam illam pati pro peccato patris. Si primo modo, hoc esset simpliciter iniustum,s.ꝙ innocens puniretur,nam in pęna tēporali dicimus, ꝙ filius non punitur pro peccato patris,nisi cum filius illam pœnam meruit.a fortiori ergo dicemus hoc de pœna purgatoria, quia illa maior est quam tpalis quam in corpore toleramus. Si secūdo modo, non stat pp causas easdem quas posuimus precedem.q. De prima patet, quia pęna quam quis debet dici tolerare pro peccato alterius, debet esse nota. pœna tñ purgatoria est ignota viuentibus, sicut & pęna ęterna. totus enim status post mortem vsque ad resurrectionem, iuxta illud August. tempus quod est inter hominis mortem, & eius vltimam resurrectionē, animas abditis receptaculis continet. ergo non dicetur

tur vnus pro alio tolerare pęnam purgatoriam. Secũ- A
dum etiam tenet, quia in tantum dr̃ puniri peccatum
patris in filio, vel alicuius in altero, inquantum ille pro
quo alius dicitur puniri videt pęnam eius, & de illa ip-
ſe cruciatur, & tñ viuentes non vident neque cogno-
ſcunt pœnas eorum, qui ſunt in purgatorio, ideo non
poterũt dolere determinate pro illis, vel de illis, & ſic
non dicetur aliquis ibi puniri pro alio pęna purgato-
ria. Tertium etiam ſtat, ſ. pp eruditionẽ, ſ. vt qñ vnus
dr̃ pro alio puniri non ſolum qui punitur, & pro quo
punitur hoc videant, ſed ẽt alij, vt ipſi quoq; inſtruan-
tur. ſed pęnas purgatorias nõ poſſunt videre viuentes,
quia ſunt poſt hãc vitam, & ẽt ſunt in ſola anima quæ
non eſt viſibilis, ideo non dicẽt puniri hac pęna vnus
pro alio. Sed obijcietur: ꝙ licet patre viuente non de B
beat dici filius tolerare pro eo pœnas purgatorias, tñ
mortuo patre ſi ambo fuerint in purgatorio, poſſet di
ci puniri filius pro patre. Dicendum, ꝙ nõ ſtat. Primo,
quia quando vnus dr̃ pro alio puniri, non punitur pę-
na actuali, niſi vnus eorum, & alius cruciatur condo-
lendo ei, ſed in caſu dato tam pater quàm filius pu-
niuntur pęna purgatoria. ergo non conuenit dici, ꝙ
vnus pro alio puniatur. Secũdo, quia qñ vnus pro alio
punitur, non ſolum debet hoc poſſe cognoſci ab eis,
ſed ẽt ab alijs, vt admoneantur, vt dictum eſt nunc in
ratione tertia, & tñ in caſu dato ẽt ſi pater cognoſce-
ret de pęna filij non conſtaret viuentibus, ideo non ꝯ-
uenienter vr̃, ꝙ punitur filius illa pęna pro patre. Quar
tum quantum ad principale tenet, quia ſicut videre- C
tur crudele, ꝙ Deus puniret aliquem pro alio pœna
gehennę pp magnitudinem illius pęnæ, ita ẽt videre-
tur crudele ſi puniret vnum pro alio pęna purgatoria,
quia licet pęna purgatoria non ſit ita grauis, ſicut pę-
na inferni, quia non eſt ęterna, tñ eſt valde maior qua-
cunq; pęna tpali, ſicut dicit Aug. & eſt 25. di. c. qui in
aliud, ſ. qui in aliud ſeculum diſtulit fructum conuer-
ſionis prius purgabitur igne purgationis, hic ignis, &
ſi non ſit ęternus, miro tñ modo grauis eſt. ſuperat. n.
oẽm pœnam quam homo vnq̃ paſſus eſt in hac vita,
vel quam pati poteſt, & ita Deus talem pœnam non
infliget vni pro altero. Quintum etiam ſtat, quia pęna
quam quis tolerat pro alio, non debet extendi vltra vi
tam illius pro quo eam tolerat, & tñ pęna purgatoria
extenditur interdum longo tpe, ita vt maneat filius D
in purgatorio poſt mortem patris. ergo non dicetur
tunc puniri pro illo, & ita pęnam purgatoriam nemo
pro alio tolerare dr̃. Sextũ poteſt addi, quia pęna pur-
gatoria ſm conditionem nominis ſui eſt ad purifican
dum aliquid quod nobis in hoc ſeculo manſit emen-
dandum, vt innuit Apoſtolus 1. Chorin. 3. ca. vbi dicit
de igne, ꝙ probabit opus cuiuslibet, ſ. de igne purga-
torio, & ita innuit Aug. in Homelia de purgatorio. &
Grego. ſimiliter. & hr̃ 25. diſtin. §. alias ea. & ca. qualis
hinc. ergo in purgatorio non punietur quis, niſi pro
peccato proprio. Septimum eſt, quia vr̃ inconueniẽs
& contra conditionem perſonarum, ꝙ puniatur quis
poſt mortem pro alio ſiue in purgatorio, ſiue gehen-
na, quia qñ quis dr̃ puniri pro peccato alterius, pro fit E
quia qui punitur eſt aliquid eius pro quo punitur, &
ita dr̃ puniri filius ꝓ peccato patris, & ſubditi pro pec-
cato dñi, & tñ non dicitur puniri pater pro peccato fi
lij, ſicut dr̃ puniri peccatum patris in filios vſq; in ter-
tiam, & quartam generationem, & hoc eſt, quia filius
eſt aliquid patris lib. 5. & 8. Ethic. & pater non eſt ali-
quid filij, & tñ poſt mortem qñ ſola anima manet,
diſſoluitur iſta habitudo, quia filius non eſt aliquid pa
tris, quia nõ relinquitur niſi anima quæ ad patrem nul
lo modo pertinet, ideo poſt mortem non eſt conue-
niens dici, ꝙ puniatur aliquis pro alio ſiue in gehen-
na, ſiue in purgatorio.

A Sed dicet aliquis, ꝙ non ſtat iſta ratio, quia non ſo-
lum filij pro patribus, ſed etiam patres pro filijs puniũ
tur, quia Heli mortuus eſt pro peccato filiorũ 1. Reg.
2. & 4. cap.

Dicendum, quòd non puniuntur patres pro filijs,
quia neque Heli ſic punitus eſt, ſed pro peccato pro-
prio, ſ. quia noluit corrigere filios ſuos, cum ſciret pec-
cata eorum. vnde Deus de eo conqueritur dicens, di-
lexiſti filios tuos plus quam me 1. Reg. 2. c. & ita pecca
tum erat eius de quo Deus cõquerebatur, & pro quo
ille punitus eſt, & non peccatum filiorum. ſic etiam
patet extra de ſimonia c. licet Heli.

Octauum eſt, quia non conueniunt pęnæ mortuis
pro viuentibus, quia illæ infligerentur, vt viuentes pro
B quibus infligũtur, de illis dolerent, & tamẽ inter mor-
tuos, & viuentes nõ manet ille affectus qui prius erat,
licet aliquis ſit, non tamen prorſus talis, cum neque
ipſi ſint id quod prius erant, neque habeant eundem
ſtatum, & ita non dolebunt inuicẽ tam viui pro mor-
tuis quã mortui pro viuis, ſicut ſi eſſent omnes viuen
tes. non igitur punietur quis poſt mortem pro pecca-
to alterius, ſiue viuentis, ſiue mortui.

Sexta ſolutio Auguſti. de rigore non ſtat. Et quis ſit rectus ſen ſus. Item quomodo dicatur puniri populus pro peccato prælati, & quòd ſecundum veritatem non punit, & quomodo ſunt ibi duæ pœnæ vna pro peccato populi, & alia pro peccato paſtoris. Quæſt. XXXVIII.

C SExta, & vltima ſolutio erat, ꝙ Deus poteſt
punire vnum pro alio, & nõ homo, quia Deus
poteſt liberare a quacunque pęna etiam ſuſci-
tare a morte, quod non poteſt homo.

Dicendum, ꝙ non ſtat, quia licet hoc poſſit Deus,
non redditur inde iuſta pęna quæ daretur alicui ſi ſo-
lum daretur pro peccato alterius, quia puniretur inno
cens, quod eſt totaliter iniuſtum.

Secundo, quia ſequeretur, ꝙ iudex humanus poſ-
ſet vnum pro peccato alterius punire, qñ pęna ipſa ta-
lis eſſet a qua iudex qui inflixit poſſet liberare, & tamẽ
falſum eſt, quia nunquam licet iudici punire vnum
pro peccato alterius. ergo neq; eſſet iuſtum in diuino
D iudicio. Dicẽdum, ꝙ cauſa quę facit iuſtam talem in-
flictionem pęnę eſt, quia Deus non dat pęnam niſi ei
qui meretur illam per peccatum proprium, ẽt ſi non
peccaſſet ille pro quo dr̃ puniri. ꝙ autem Deus poſſit
liberare a quacunque pęna quam inflixerit, & non iu
dex humanus facit ad aliqualiter apparere iuſtius quã
ſi per hoĩem fiat. non ęſt tñ iſta cauſa iuſtificans actũ.

Sed adhuc aliqui dicunt, ꝙ tunc punitur commu-
nitas pro peccato vnius, qñ paſtor, vel prælatus vidẽs
peccata populi non corripit, & ita venit ira Dei ſuper
totum populum. Sic dicit Adamantius, non otioſe
tranſcurrendum eſt, ꝙ vno peccante ira Dei hic ſuper
totum populum venit. hoc accidit, quãdo ſacerdotes
qui populo pręſunt erga delinquentes benigni videri
volunt, & verentes peccantium linguas ne forte de
E eis male loquantur, ſacerdotalis ſeueritatis immemo
res peccantem coram omnibus nolũt publice argue
re, vt cęteri timorem habeant, nec malum auferunt
de ſeipſis, nec tradunt huiuſmodi Sathanę in interitũ
carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit, & dum vni parcunt vniuer
ſæ Eccleſiæ moliuntur interitũ. ex vna enim oue mor-
bida vniuerſus grex inficitur. Sed dicendum eſt, ꝙ in
iſto caſu nõ poteſt dici, niſi large vnus puniri pro pec
cato alterius, quia aut dicemus puniri paſtorẽ pro pec
cato gregis, aut è contrario. Primum non eſt ad ꝓpo-
ſitum horum dictorũ, & tñ ſi illud velimus dicemus,
ꝙ non punitur paſtor pro grege, ſed potius pro pecca
to ſuo, ſ. quia ipſe non exercuit ſolicitudinem neceſſa-

riam

riam circa gregem. Si autem dicatur, ꝙ punitur grex totus pro peccato pastoris quod facit ad propositum. Dicendum, ꝙ non punitur pro peccato pastoris, sed pro proprio, licet illud habet aliquam causam ex peccato pastoris, s. pastor vidit aliquem de suis peccare, & non corripuit, quem si corripuisset cęteri timerent, & non peccarent, sed quia non corripuit, alij ausi sunt cōmittere grauia peccata propter quæ ira Dei venit super totum populum, & ita videtur venisse indirecte propter peccatum pastoris. vere tamen venit propter peccatum populi, ideo ipsi puniūtur pro peccato suo illa pęna, qua punirentur etiam si non haberent prælatum, vel pastorem, & tamen in aliquo peccauit pastor indirecte, s. quia nō adhibuit curam necessariam, quam si adhibuisset non fuisset illud secutum. Ideo cum sint ibi duo peccata, sunt duę pęnę vna populi, & alia pastoris; & vterq; pro suo punitur, sic patet Ezec. 3. c. s. fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, & audies ex ore meo verbum, & annunciabis eis ex me dicente me ad impium morte morieris, si non annūciaueris ei, nec locutus fueris, vt auertatur a via sua mala, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur. sanguinem autem eius de manu tua requiram.

An Heli fuit punitus ꝓ peccato filiorum, vel suo.

Sic fuit de Heli summo sacerdote qui vidit filios suos peccantes grauiter contra Deum, & cum ad officium suum pertineret eos corripere non correxit, ne contristaret illos, quia tenerrime eos diligebat, ita vt Deus de eo conquereretur, ꝙ diligeret filios suos plusquam ipsum. Et ita Deus intulit duplices pęnas, s. filijs Heli, quia peccauerant directe, intulit pœnam, s. ꝙ ambo in vna die occiderentur manu hostium, ipsi autem Heli, quia fuerat multum negligens in castigādo filios, dedit Deus, ꝙ tristaretur nimis audita captiuatione arcę, & morte duorum filiorum suorum, & prę tristitia, ꝙ ipse caderet de sede sua, & moreretur 1. Reg. 4. cap. sic solet Deus facere in omnibus alijs, ꝙ nūquam punit vnum pro alio. sed quemlibet pro peccato suo, dicitur tamen punire vnum pro peccato alterius, intelligendo per modos supra declaratos.

Cum Deus semper iuste puniat, quare interdum nocet communitati pro peccato singularium personarum. Et quod lex, & modus puniendi diuinæ iustitiæ est, ꝙ peccantes in omissione priuatiue puniat, peccantes in omissione, & positione vtroque modo puniat. Quæst. XXXIX.

SED circa hoc quæret aliquis, cum Deus iuste puniat, quare pro peccato singularium personarum nocet communitati nihil peccanti? nō enim intendo in eo casu in quo communitas consentit peccantibus, quia tunc omnes consentientes rei sunt directe. sed quando communitas ignorat, nec corrigere potest, sicut factū est in scelere Achan. ignorauit enim totus Israel scelus istud. Respondendum est, ꝙ quando posita est lex, ne quis acciperet de anathemate Iericho, fuerūt admoniti omnes ne peccarent quicquam assumendo, & ꝙ quilibet diligenter respiceret, an quisquam alius sumeret quippiam. cum vero Achan sumpsit aliquid de anathemate, ipse principaliter, & directe peccauit, communitas indirecte, quia non diligenter se habuit cauendo ne quis peccaret. hoc autem peccatum paruum erat, & non consistebat in commissione, sed in omissione, ideo non dedit Deus communitati Israelitarum pęnam in positionte, sed in priuatione, s. ipsi præualituri erant ꝯ hostes, & deleturi eos breuiter. Quod autem non possent hoc efficere, quousque deleretur qui sumpserat de anathemate, erat peccati pęna in priuatione boni, quod adepturi erant, & non erat pœna in priuatione simpliciter, s. ꝙ Israelitę non essent habituri vnquam victoriam de hostibus, sed ꝙ non haberent donec de-

F leretur qui peccauerat. tunc enim purgaret communitas peccatū omissionis suę, ideo tunc quoque Deus auferret ab ea pęnā positam in priuatione habendi victoriam de hostibus. Et iste est cōuenientissimus modus puniendi diuinæ iustitiæ, vt peccantes in sola priuatione solum priuatiue puniat, peccantes autem in priuatione, & positione vtroq; puniat modo. Sic enim patet in paruulis decedentibus in originali reatu. ibi enim pura priuatio est non præcedente aliquo actu positiuo. ideo pęna eis in limbo datur in sola priuatione diuinæ visionis non data aliqua pęna sensus. qui vero in actuali decedētes peccato tartareis incendijs mācipantur, in priuatione, & positione reatum hn̄t. nam ibi priuatio est quæ est deordinatio debitarum circunstantiarum in actu, quod ad omne peccatum genera-
G le est. Secūdo est ibi positiuū, s. ipse actus qui est materialiter ipsum pct̄m̄, iō duplicia in inferno hi patiunt, s. priuationē diuinę visionis, & pęnā acerrimę sēsationis: ita vt sit priuatio ꝓ priuatione, & positio ꝓ pōne.

An peccato secundum omissionem debeatur pæna positiua. Et quod regula est generalis in theologia quod omne peccatum adulti est positiuum. ideo meretur pœnam sensus. Et regula etiam superior confirmatur. Quæst. XL.

SED arguet aliquis de adultis qui solum peccauerunt in peccatis omissionis, quia omisserunt agere, quod exequi tenebantur, & in his decesserūt solum, manifestum est, ꝙ puniuntur pœna sensus. & tn̄ peccatum eorum fuit in sola priuatione, cū
H omissio priuatio sit. Respondendum est infallibiliter tenere istam regulam, s. ꝙ peccantes solum priuatiue in sola priuatione puniuntur, peccantes priuatiue, & positiue vtroq; puniūtur modo. nulli autem esse possunt peccantes solum positione, ideo nulli damnati sunt qui habeant pęnas positiuas sine priuatione diuinæ visionis. Et cū obijcitur de adultis qui in solo peccato omissionis decesserunt. Respondendum est peccatum omissionis esse actuale, & consistere in positione, sicut peccatum commissionis.

Sed sciendum, quòd peccatum cōsistit in duobus, in electione interiori, & in executione exteriori. Ideo quantum ad hęc duo suscipit peccatum, quod consi-
I stat in positione, aut priuatione. Peccatum autem originale quantum ad horum vtrunque consistit in priuatione. nam electio ei nulla competit, quia anima illa cum corpori vnitur incurrit originalem labem, & tamen nōdum potuit habere aliquam electionem, aut iudicium in ipso corpore in quo est, sed solum incurritur peccatum illud, quia vnitur anima illa corpori de riuato per seminalem traductionem de corrupta massa in Adam. nam si peccatum originale consisteret in aliqua volitione, quam anima haberet cū vnitur corpori, quamquam cōtingeret quosdā incurrere huiusmodi labem, non tamen esset necessarium nec contingens omnes male eligere, vt peccarent. pure ergo
K priuatiuum est originale quantum ad electionem interiorem, ita ꝙ non est aliqua electio in ꝯhentibus originalem reatum. Item est originale pure priuatiuum quantum ad executionem exteriorem, quia non correspondet in potentijs executiuis aliquis actus qui sit determinatus in originali peccato. Potissime, quia est impossibile, ꝙ non existēte electione sit aliquis actus exteriorum potentiarum, quia illæ non mouentur nisi per imperium interiorum, & ob hoc executiuę appellantur. consistit ergo ex vtraq; parte originale peccatum in priuatione, ideo ei pęna priuatiua correspondet. Alia tamen sunt peccata quæ actualia dicuntur, & sunt quędam in omissione, quędam in cōmissione. Quæ aūt sunt in omissione sūt positiua ex pte electionis, quia qui scit se obligatum ad aliqd, & nō exequit,

elegit nō exequi. actus aūt electionis siue sit de faciendo, siue de non faciendo, positiuus semper est. nec est magis positiuū eligere non currere, q̄ eligere currere, sed in re extra differt. Tamē quantū ad actū exteriorū potentiarū executiuarū peccatū omissionis consistit in priuatione, quia nullus actus exterior correspondet omittenti currere vel legere, aut aliquid alterum. Est ergo peccatū omissionis partim in commissione, & partim in omissione, & priuatione: nos tamē vocamus illud peccatū omissionis respiciētes solū exterius, & ad differētiā alterius peccati quod in cōmissione ponimus. Tertiū peccatū quod vocatur ꝑ commissionē est positiuū ex omni parte. nā ex parte interiori correspondet sibi electio ad operandū, q̄ est positiua. ex parte exteriori correspondet actus in potentijs executiuis, & sic est pure positiuum: nisi quantum ad culpam, quę consistit in deuiatione debitę rectitudinis: cum igitur sit peccatum omissionis positiuum, quia principale suum. s. actus interior est positiuus, debet ei correspondere pęna in positione. s. pęna sensus in gehennali cruciatu ignis. Et sic est gnāle documentum, ꝙ oē peccatum hominis adulti est positiuum habens aliquid qualitercunque fiat: ideo omne peccatū hominis vtentis libertate meretur pœnas sensus.

Quare cum peccatum secundum omissionem sit medium inter peccatum originale, & actuale, non datur pro eo pœna media inter pœnam pro vtroque. Et quòd pœna pro peccato commissionis est maior pœna pro peccato omissionis. Quæst. XLI.

SED quæret aliquis cum peccatum secundum omissionem sit medium inter peccatum originale, & peccatum commissionis, quare non correspondet ei pœna media? Quod declaratur, quia peccatum originale ex vtraque parte est in priuatione consistens: peccatum cōmissionis ex vtraque parte est consistens in positione: peccatum vero omissionis est priuatiuum quantum ad exteriora, & quantum ad interiora positiuum. debuit ergo esse pęna media pro illo inter pęnā pro originali, & peccato cōmissionis. Respondendū est, ꝙ necesse fuit dari pro peccato omissionis talē pęnā, qualē pro peccato commissionis. nam peccatū omissionis est positiuum, vt declaratum est: ergo debet ei pęna positiua correspōdere. Item continet priuationem quantum ad culpā: ergo debet pro illo etiam dari pœna in priuatione diuinę visionis. Talis ergo necessario debuit dari pœna in peccato commissionis, sicut in peccato omissionis. Item dato, ꝙ peccatū omissionis deberet habere aliā pęnā, quàm peccatum cōmissionis, tn̄ dari non poterat: quoniam non pōt inueniri pęna media inter pęnā sensus consistentem in positione, & pęnā damni consistentem in priuatione, vel fingat, qui vult qualis illa erit. Ideo non fuit differentia aliqua secundū speciem in pęna data pro peccato omissionis, sed solum secundum quantitatem, quia maiora sunt peccata commissionis cęteris paribus peccatis omissionis: maior ergo correspondere debet pęna. Sicut differūt peccata, quę in sola conceptione nostra sunt, & electione, ab his quæ sunt extra, sicut eligere occidere, & nondum efficere, vel eligere, & efficere illud. solum tamen ista habent pœnas distinctas secundum quantitatem, sed non secundum speciem. Et rationabile adhuc est non dari pœnam distinctam in specie peccato omissionis, & commissionis, quia quamquam peccatū originale & commissionis differant in specie, inquantum talia, quia vnum est in pura priuatione, alterum autem ex vtraque parte continet positionem, tamen peccatum omissionis, & commissionis, inquantum huiusmodi, non habent differentiam proprie specificam, sed ma-

A gis secundum quantitatem, vel gradus, pœna ergo gradualiter differens eis dari debuit, sed non differens in specie, sicut originali, & actuali.

Si omnes viri Israelitæ, qui repræsentabant totam communitatem, posuissent diligentiam exactissimam ne quis furaretur de anathemate, & vnus furaretur, an pro hoc puniretur communitas, sicut punita est. Et quòd Deus non punit nos, quando peccamus, sed reseruat pœnas in alia tempora, vel expectat nos, vt conuertamur. Quæst. XLII.

SIC igitur de punitione Israelitarū erat ꝑ Achan rapiente aliquid de anathemate Iericho, quia ipsi omiserunt facere diligentissimā curam ingrēdo, ne quispiam acciperet aliquid de prędа
B illa. Ideo Deus puniuit eos faciendo, ꝙ nō possent cōtra hostes, & consequēter, ꝙ indirecte lęderetur communitas positiue, quia in omissione illa erat aliquid positiuum. Sed ponatur, ꝙ omnes viri Israelitę, qui repręsentabant communitatem, posuerunt diligentem custodiam ne quis raperet aliquid, & tamen raptura est etiam posita exactissima diligentia. nihil ergo peccauit tunc communitas, tamen punitur, quia ob hoc non potest stare coram hostibus suis. Respōdendum est satis esse verisimile, quòd cōmunitas Israelitarum nihil committendo, vel omittendo peccauerit in scelere Achan, & tamen punita fuit. & tunc quia pęnæ a Deo inflictę iustissime dantur, necesse est, vt assignetur quomodo communitas meruerit pęnas istas. Pro
C quo sciendum est, ꝙ communitas Hebræorum meruerat aliàs a Deo tantam pœnam quantam nunc sustinuit succumbendo, vel vertendo hostibus terga: Deus tamen tunc non dedit ei pęnam illam. nunc vero concitatus in iram propter scelus Achan, quod fuerat commissum in communitate Israelitarum, intulit illam pœnam. Et si Achan non peccasset, quamquam Israelitæ mererentur istam pęnam, quę eis inflicta est vertendo terga hostibus, si tamen Achan inquam nō peccasset, nō fuisset tūc inflicta, sed distulisset Deus in alia tempora, vt aliter punirentur, vel forte placatus aliquibus eorum supplicationibus simpliciter remitteret. In punitione ergo facta in cōitate Israelitarū peccante Achan nihil iniuste actum est, sed beneficium
D Dei, quod alias mansurum erat apud eos, ablatum est: velut si aliqua ciuitas sit obligata alicui ad aliquid soluendum, ad quod differt tempus solutionis, vel nullo modo petit: postea autem offensus ab aliquo de vrbe illa, quamquam ciuitas in hoc nihil peccauerit, aufert beneficiū, s. vt nolit differre tp̄s solutionis debiti, vel petat debitū solui, quod aliàs petiturus non erat, nihil grauat vrbem, quia iuste petit, & tn̄ aufert beneficiū quod aliàs facturus erat, si nullus de vrbe peccaret in ipsum. Fundamentum autē huius positionis est, quia Deus non punit nos q̄ncunq; peccamus, sed reseruat pęnas in alia tp̄a, vel expectat nos, vt conuertamur, & auferantur poenę cum culpis, iuxta illud Isai. 30. Ideo
E expectat nos Deus, vt misereatur nostri, quia ergo expectat, & expectando non remittit debitas pęnas, pōt eas infligere, q̄n voluerit. Ideo aliquando contingit, ꝙ hoīe nihil peccante, sed adhęrēte Deo, inducat Deus repentinas calamitates multas quidem super ipsum, non quidem quia tunc peccauit, sed quia aliàs: & placuit Deo differre pœnam ad alia tp̄a. ideo Dauid q̄q̄ vir factus Domino adhęreret, petiuit ne Deus recordaretur peccatorum adolescentię suæ. Psal. 24. dicens, Delicta iuuentutis meę, & ignorantias meas ne memineris. Intelligebat ergo Dauid, ꝙ Deus aliquando consuetus erat punire peccata adolescētiæ in senectute, vel virilitate, alioqn frustra oraret, ne Deus recordaretur peccatorum adolescētię suę, q̄ iā transierant.

No. ꝑ cōsolatione sanctorum cām, quare sācti viri, & si nō peccēt mul tas q̄nque patiunt calamitates dicēte Gregorio nulla nobis nocebit aduersitas, si nulla dominet iniquitas, de quo vide melius infra 7. cap. q. 39.

Ex hoc autem causatur magna admiratio vulgi, & quidem non iniuste, quòd cum videant aliquem vere bonum, nulliq́ue culpabili actui immixtum, cernunt eum interdum magnis calamitatibus premi. Hæc tamen non iniuste eueniunt, quia iste aliàs promeruit, quæ nunc tolerat. Ex hoc autem vulgariter, & perperam intelligentibus occasio suboritur ad negandum diuinam in rebus prouidentiam, de qua non parua quidem, sed satis grauis querela apud multos est, etiam apud sanctos viros, sicut patet in Iob, & Hieremia. Aliquando autem aliter fit, vt quis præcedentibus temporibus peccauerit, & Deus punitionem distulerit: postea vero in aliquod paruum peccatum incidat, & tunc Deus petat vltionem omnium præcedentium peccatorum simul. Hoc autem Deus frequentat, quando aliquos ad pœnitentiam expectat, & non conuertuntur, quoniam postea etiam pro paruis peccatis inducit iram suã super eos simul. Et alij sunt qui magis peccauerunt, sed nondum tantum expectauit, ideo non simul punit: Sic patet Lucæ 13. vbi narrantibus quibusdam Christo de Galileis, ꝙ miscuisset sanguinem eorum Pilatus cum sacrificijs suis, ait. putatis ꝙ hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerunt, quia talia passi sunt? non dico vobis, sed nisi pęnitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Quòd autem Deus peccata pręteriti temporis puniat, patet Exo. 32. vbi cum rogaret Moyses Deum ne deleret Israelitas pro peccato vituli, ait. ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum, idest nõ solum, quę tunc habuerint luent, sed etiam pro hoc peccato tunc luent pœnas. Manifestius autem hoc declarauit Christus, Matth. 23. vbi peccata a multis annis pręterita dicit super aliquos ventura propter noua peccata, q̃ faciũt, sicut dixit Pharisæis, vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinẽ Zacharię filij Barachiæ, quem occidistis inter templum, & altare. Amen dico vobis venient hæc oĩa super generationem istam. Sic igitur ex aliquibus peccatis præteritorum temporum demeruit cõitas Israelitarum pęnã, quam habuit peccante Achan. s. vt non posset stare contra hostes, quã tñ non tunc habuisset, nisi peccasset Achan. Sed adhuc aliquis arguet dicens, ꝙ punita fuerit cõitas Hebręorum peccante Achan, ꝙ non potuerit stare contra hostes, & hoc quidem recte fuerit donec vlciscęretur scelus Achan, sed qũo mortui sunt trigintasex viri de Israelitis, qa hoc vr̃ pertinere ad directam vltionem, vel punitionem pro peccato? Respondendũ est, ꝙ pęna mortis horũ trigintã sex virorum non fuit pro peccato Achan, quia isti merebantur a domino mortẽ ex alijs causis, & de morte Achan nihil ad eos attinebat: Deus tamen non permisisset eos manibus hostium, nisi peccasset Achan, sed ad alia tempora eos puniendos reseruasset, vel cõmutaret eis pęnam illam in aliud genus pęnę. dedit aũt tũc hanc pęnam inquantũ isti erant partes populi Israel, & in eis puniebatur cõitas Hebręorũ, vt sic punita incitaretur ad vlciscẽdum offensionem factam Deo. *Et omnia castra sint sub peccato.* Idest erunt castra Israelitarum, s. oẽs Israelitæ obligati ad pęnã pro peccato, qa inducet Deus in illos pęnas peccatorum antiquorum, quas non inducturus esset, nisi aliquis de vobis peccasset. *Atque turbentur.* Turbari castra est poni in periculo, vel timore, sicut homines timentes carent integro iudicio, & dicũtur turbati. sic factum est peccante Achan, & corruentibus in bello contra vrbem Hay triginta sex viris. nam timuit totus Israel intelligens maius malum affuturum esse, atque clamauit Iosue dicens, Mi Dñe Deus qd dicam videns Israelem hostibus suis terga vertentem? vt patet sequenti cap. & sic Iosue locutus est ad Achan cũ

F lapidauit eum populus, quia turbasti nos, exturbet te Deus in die hac. *Quicquid autem auri, & argenti.* Hic ponitur quid non erat consumendum cum ciuitate, sed reseruandum in thesauris Domini, scilicet aurum, & argentum, ęs, & ferrum.

Ad quid aurum, & argentum, æs, & ferrum, reponebantur in thesauris Domini. Et quid fiebat de quolibet metallo. Quæst. XLIII.

Aliquis quęret, quare non fuerunt in thesauris Dñi, reseruata alia supellectilia preciosa, quę erant in vrbe Iericho, & ad hoc iam rñsum est supra. de singulis. Sed dicet ali
G quis ad quid ista assumebantur in thesauris Dei? Respondebit quispiam hęc sumi ad vsus tabernaculi, vt emerẽtur inde aĩalia ad sacrificia facienda, & alia, quę erant necessaria ad expensas sanctuarij. sic erat de medio siclo quem dabat quilibet trãsiens ad numerum, quia ponebatur ad vsus sanctuarij, vt patet Exo. 30. & de hac moneta reędificabatur, vel de nouo fiebat quid in domo Dñi fieri deberet. Sic enim patet 4. Regum 12. & 2. Paralip. 24. vbi Rex Ioas fecit de pecunia data in gazophilacio Dñi sarta tecta tẽpli, & oẽm instaurationẽ. ita ergo daretur hic aurũ, & argentum ad omnia hęc. Sic etiam factum est in bello Israelitarum contra Madianitas, quia oẽ aurũ sumptũ in præda da-
H tũ est ad vsus, vel expensas sanctuarij, s. vt emerentur inde animalia ad sacrificia, vel fierẽt alij sumptus, quia hoc modo etiam sumpta fuissent alia supellectilia pretiosa, quę erant in vrbe Iericho. & q̃q̃ non transirent in thesauros Dñi per se, venderentur saltem, & reciperetur a popularibus pecunia pro ipsis, quę reponeretur in thesauris Domini, sed non fuit factum, quia sola illa suscepta sunt de præda vrbis. Dicendum ergo, ꝙ ista assumebantur, vt inde fierent aliqua vasa ad ministrationes sanctuarij: de auro aũt fierent vasa mensę propositionis, & vasa candelabri, & de argento fierent bases pro tabulis sanctuarij: fierent etiam tubę ad clangendum in bellis, & iubileis. Nec valet si aliquis dicat, ꝙ Moyses fecit hæc oĩa in deserto. Nam postea vasa ista multiplicabantur, quia ad decorem sanctuarij nõ
I solum debebant vasa necessaria ad quotidianam ministrationem esse, sed etiã multa alia reseruata in thesauris ęius, sicut est de thesauris ecclesiarum, vbi vasa sunt multiplicata. Sic ẽt patet de vasis, quæ obtulerũt duodecim Principes Israel in diebus dedicationis sanctuarij, vt patet Nume. 7. Illa quidem erãt talia qualia vasa sanctuarij, s. mortariola, & acceptabula, & phialę, & tñ ista fuerunt super ea, quæ fecerat Moyses. Similiter quoq; iussit Deus postea fieri tubas argenteas ductiles ad clangẽdũ in motu castrorũ, & festiuitatibus, & bellis. necesse erat ergo manere aliquod argentũ in thesauris Dñi ad hęc: & ad hoc datũ est quod captum est in vrbe Iericho, & non ad expensas sacrificiorũ. Cũ autem arguebatur, ꝙ de eis, quę reseruabantur in the-
K sauris Dñi, fiebant expensæ ædificationis, & reædificationis, & aliorum sumptuũ necessariorũ: concedendũ est, sed ista metalla non fuerũt ad hoc data. *Et vasorum ęneorum.* Ista vasa ænea non sic transibant in thesauros Domini, vt capiebantur in vrbe Iericho, sed prius conflabantur igne, & cõuertebantur in massam, & sic reseruabantur in thesauris Dei: vt postea aliquid alterũ fieret. qm̃ non debebant seruire in eadem ministratione Deo in qua seruierunt gentibus. Accipiebantur vasa ænea, quia de ære in sanctuario fiebant omnia vasa altaris holocaustorum, & omnia thuribula ad cremandum thimiama in altari thimiamatis, & ad faciendum columnas atrij, & paxillos omnium operimentorum sanctuarij, de quibus Exo. 27.

Determinatio auctoris.

Quid [illegible]

Ac ferri. Assumebatur ferrum, vt inde fierent instrumenta pro Leuitis ad erigendum, & deponendum tabernaculum, vt cum figendę sunt columnę, & paxilli enei ad extendenda operimenta. hęc enim non fiunt sine instrumentis ferreis. Item instrumēta ferrea pro cęsoribus lignorum ad ignem sanctuarij necessaria. ad multos ergo vsus necessaria erant vasa ferrea, & in quacunque forma reperirentur accipienda erant, postea autem ad aliam figuram conuerterentur secundum genus ministrationis necessarię. Sciendum autē circa ista metalla accepta de vrbe Iericho, ꝙ antequā ponerentur in thesauris domini purgabantur igne, & illa, quę liquefactibilia erant sicut aurum, & argentū, & quoddam genus ęris, liquefiebant in conflatorijs: alia autem, quę non liquefiunt, vt ferrū & quoddam genus ęris, ponebantur in igne, & depurabantur, & ista est causa quare non suscepta sunt alia pretiosa supellectilia Ierichontinę vrbis in thesauris Dei, quia nihil aliud poterat pati ignē. Nec solum ea, quę in thesauris Dei prouentura erant, igne purgari debebant, sed etiā ea, quę prouenerunt Israelitis, iussit Deus purgari in pręda Madianitarum, vt patet Numeri 31. s. ꝙ quicquid poterat sustinere ignem purgaretur p ignē, quod vero non poterat ignem tolerare, purgaretur aqua lustrationis. Ideo quamquam in vrbe Iericho esset aliqua moneta aurea, vel argentea, non sic translata est in thesauris domini, sed conflata est igne, & relicta in massam. supellectilia autem ferrea variorum vsuum inuenta in vrbe, non manserunt in eisdem figuris, quia in sanctuario domini non erant necessaria ad eosdem vsus ad quos fuerant inter Ierichontinos: ideo cōflata sunt, & in massam redacta, vt postea inde aliquid fieret. *Domino consecrentur.* i. offerantur ipsi vel separentur pro eo. s. vt sint ad vsum sanctuarii sui. *Reposita in thesauris eius.* Isti thesauri sunt quædam gazophilacia in quibus reponebantur ea quæ dabantur dño, & inde postea educebantur, secundum ꝙ in ecclesijs nostris sunt. qūo autem educeretur de his pecunia ad impensas sanctuarii, patet 4. Reg. 12. c. nunc aūt erant thesauri domini penes sacerdotes. s. ꝙ isti custodiebant quicquid dabatur domino.

Quid de ferro.

Oīa metalla vrbis Iericho, ante q̄ reponerentur in thesauris Dñi fuerūt depurata, & purgata igne, & quare.

An solum reposita fuerint in thesauris domini ista quatuor metalla, aurum, argentum, æs, & ferrum, vel etiam omnia metalla vrbis Iericho.

Quæst. XLIIII.

SED aliquis quæret circa ista quatuor metalla hic posita, an essent plura data Deo. Et videtꝫ, ꝙ sic. nam quamquam hic sola. 4. exprimātur, tamen intelliguntur omnia alia per illa, sicut mos est sacrarum scripturarum. Item patet hoc, quia in præda Madianitarum factum est idem: non solum enim aurum, argētum, æs, & ferrum sumpta sunt, sed omnia metalla cuiuscunque generis. sic patet Nu. 31. cum dr̄. hoc est præceptum, quod mādauit dñs Moysi aurū, & argentū, æs, & ferrū, stannum, plumbū, & oē quod pōt transire flammas igne purgabitur. ergo hic similiter oīa capta sunt metalla. Rn̄dendum est ista quatuor solū fuisse capta. & hoc quia de his quatuor solum iussit dn̄s, & non erat prætermittenda forma mandati. Item q̄q̄ oīa metalla poterant sustinere ignē quædam liquefacta, alia non liquefacta: tn̄ non erant oīa conuenientia ad opere sanctuarii, ideo nō sumpta sunt. quod patet, quia plumbū, & stannū, & cuprū nō erant ad aliquam necessitatem in operibus sanctuarii, vt patet inquirēdo omnia, quæ fiebant in sanctuario, nec de his iussum est aliquid consecrari domino, & offerri, vt patet Exo. 25. & 35. hæc autem quatuor, quæ ponuntur hic, proficiebant ad vsum sanctuarii:

A ideo iussa sunt venire in thesauros domini. Cum autem agitur de præda Madianitarū in qua sumpta sunt omnia metalla, & in igne purgata. Respondendum est non esse simile, quia tota præda capta in terra Madian diuisa est Israelitis, præter illa quæ ipsi domino obtulerunt sponte. popularibus autem quæcunque licebat accipere, nō solum hæc quatuor, sed omnia alia metalla, & non solum metalla, sed etiam omnem supellectilem, quæ alicuius valoris est. sic patet Numeri 31. vbi boues, & oues, & asini inter pugnatores, & alios de multitudine diuisi sunt. hic autem dicitur de eis, quæ solum in thesauris domini reseruanda erant. ideo solum debuerunt hic custodiri, & accipi, quæ erant ad vsus sanctuarij, & huiusmodi erant ista quatuor. B si autem licuisset Israelitis pro seipsis aliquid accipere de præda, non solum accepissent hæc metalla, sed etiam omnia alia.

Arguit contra prædicta, & resoluuntur obiecta.

Quæst. XLV.

SED adhuc arguet aliquis hoc non stare. nam si solum acciperentur hic metalla, quæ proficiebāt ad vsus sanctuarij, nō acciperetur ferrū, sed solum aurum, argentum, & æs. nullum quippe vas, aut supellex requireretur in toto sanctuario de ferro factum: ideo cum Deus iussit offerri omnia, quę necessaria erant ad vsus sanctuarii, non iussit quicquam de ferro, vt patet Exo. 25. & 35. vbi ponuntur hęc. C

Respondendum est, ꝙ ferrum fuit reseruatum in thesauris domini, quia erat necessarium ad vsus sanctuarii. nam ex illo fiebant instrumenta pro Leuitis ad deponendum, & erigendum tabernaculum. nam sine his figere non possent æneos paxillos, & argenteas bases, & postea diuellere fixos, & ad tenēda ligna cæteraq; ministeriorū genera, quæ satis patent. Cum autem dicitur, ꝙ nullum vas in sanctuario de ferro factum est. Respondetur, ꝙ in vsu sanctuarii, tam in partibus eius, quàm in vasis ministrationis illius nō erat aliquod vas factum de ferro, sed omnia erant ænea, argentea, aut aurea. tamen ad subministrationem mediatam sanctuarii, quæ erat magis remota, necessaria D erant instrumenta ferrea. ideo ferrum quoque seruādum erat in thesauris Dei. Cum autem arguit, ꝙ non iubetur offerri ferrum, sicut alia tria metalla. Respondendum est causam huius esse, quia ibi solum Deus iubebat offerri ea, quæ erant materialia ad sanctuariū & ad vasa eius, & non ea quæ erant ad instrumenta, quibus disponebantur res sanctuarii, & quia ferrum non erat aliquid ex quo componeretur aliqua res, vel pars sanctuarii, non iussum est de ferro. Nunc autem, quia erant necessaria instrumenta ferrea ad quasdam ministrationes remotas sanctuarii, sicut supra declaratum est, iussit auferri, & recondi totum ferrum repertum in sanctuarii thesauris.

E

Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitusque increpuit, muri ilico corruerunt, & ascendit vnusquisque per locum qui contra se erat. Ceperuntque ciuitatem, & interfecerunt omnia, quæ erant in ea a viro, vsque ad mulierem: ab infante vsque ad senem. Boues quoque & oues, & asinos, in ore gladij percusserunt.

Heb. 11.

Descripta positione anathematis super vrbem Iericho. hic redit litera ad declarandum destructionem vrbis. *Igitur vociferante populo.* Supra datum fuerat signum, quòd cum clangerent sacerdotes concise, & prolixe totus populus vociferaret. & sic factum est.& tunc corruerunt muri vrbis. *Et clangentibus tubis.* Hoc erat prius.nã nõ erant clamaturi populares quousque audiretur clangor concisus vlulantium tubarum. & sic factum est. Nec accipitur hic clangere simpliciter,quia non vociferabant populares ad omnem clan gorem.qualibet enim die sacerdotes præcedebant arcam ambulantes, atque clangentes cum lustraretur vrbs,vt supra patet, tamen non clamabant populares vsque ad septimum diem. vocatur ergo hic clangor specialiter pro conciso, & prolixo, de quo supra dicebatur,cumque insonuerit vox tubæ prolixior, atque concisior,clamabit omnis populus:& declaratur hoc per id quod subditur,scilicet. *Postquam in aures multitudinis vox sonitus increpuerit.* In hoc notatur ordo, quia primo sonuit clangor,quam populares.ille enim clan gor erat eis signum pro tempore clamandi. signatur etiam in hoc specialis clangor,quia dicitur, quòd post quam sonitus increpuit vociferati sunt.nam si acciperetur pro quocunque, qualibet die clamassent. sed signum est, quòd aliquis sonitus specialis increpuerit ad quem mouerentur populares. *Vox sonitus.* Superabundantia est. nam sufficiebat, vt diceretur sonitus, vel vox cum idem importetur per ea geminata.*Increpuit.* Idest sonuit. non descendit hic increpuit de increpo increpas, quod est redarguere: sed de increpo increpis:quod est sonare. & deriuatur de crepo crepis tertiæ coniugationis, idest sonare. & sic dicimus crepitum vocis,idest sonitum. *Muri ilico corruerunt.* Quasi dicat non fuit aliqua mora media. sed ipsis clamantibus a sedibus muri disrupti sunt.

Muri Iericho æqualiter,& simul complanati sunt,& non pars post partem. Quæst. XLVI.

IN quo clarissime datur intelligi non fuisse istum casum murorum ab aliqua naturali causa, sed a Deo agente: quia ad preces Iudæorum ipsis clamantibus factum est. Item patet Iudæos cognouisse istam ruinam.nam toto præcedenti tempore sex dierum subticuerunt, & in toto septimo die vsque ad septimum circuitum vrbis in fine. ibi enim clamauerunt,& ipsis clamantibus immediate corruerunt mu ri.quicunque ergo ista vidissent,quamquam dum fierent, causas eorum ignorarent, tamen factis eis satis arguerent Hebræos hæc omnia priusquam fierent co gnouisse. Item sciendum est de istis muris,quòd non ceciderunt inæqualiter, sed totus murus vrbis simul corruit,quod patet:quia iussum est in litera,quòd om nes Israelitæ intrarent per eam partem muri contra quam starent.si tamen non corruissent omnes partes muri simul vnico ictu, ingrederentur quidam, & alij stantes apud alias partes murorum non corruentium non potentes ingredi per locum ipsum, confluerent ad locum illum per quem alij ingressi fuissent. litera tamen dicit, quòd quilibet ingressus est per eam partem contra quam stabat. ergo murus totius ciuitatis in circuitu simul a sedibus disruptus est. Item sciendum, quòd in omnibus locis ciuitatis murus æqualiter corruit,scilicet a fundamentis,ita quòd non mansit aliqua pars inæqualis, vel eleuata muri, sicut cum parietes ædificiorum non diruuntur vsque ad solum, sed totus locus murorum in circuitu complanatus est. Quod patet, quia dictum est in litera, quòd quilibet ingrederetur per partem contra quam stabat. si tamen in aliqua parte murus corruisset vsque ad so-

F lum, & in alijs non, qui starent contra partem illam, quæ non æqualiter corruisset, non potentes ingredi per illam cõfluerent ad alias partes, in quibus planius muri corruissent. non ergo intraret quilibet per eam partem muri contra quam erat, quod vult litera. Item si non esset ruina æqualis in omnibus locis, formidarent intrare Iudæi per loca inæqualia, vtpote si aliquæ foueæ paterent, & confluerent ad alias partes murorum, & sic sequeretur id quod ante. erat ergo tota ruina murorum simul facta, & æqualiter complanati vndique muri in pauimento.

G *Casus murorum Iericho sufficienter apparebat supernaturalis, & quòd non potuisset sic naturaliter euenire, & an corruerit domus Raab. Quæst. XLVII.*

EX his autem patet, quòd ista ruina erat supernaturalis ab aliqua causa agente, ab intentione, & per libertatem, & non a causa pure naturali, scilicet a causa terræmotus impellente interius ad rupturam,& diuisionem terræ. nam si fuisset aliqua causa naturalis, ruisset aliqua pars muri, & non totus murus, scilicet, quia spatium interius totum erat repletum grosso spiritu impellente, non solum corruissent muri, sed etiam tota ciuitas, quæ intra illos continebatur, vel saltem maior pars ciuitatis. Vel etiam si hæc proteruientes diffiteamur,coge-
H mur confiteri,ꝙ domus quæ hærebant muro ruerent cum ipso muro: nisi quis confingere velit illum spiritum commouentem ad terræmotum,& ruinam, fuisse, vt ita dicam, in indiuisibili sub ipsa radice murorum. Satis enim confictum videretur, nec cuiquam rationi consentaneum, quòd sub toto illo circulo muri foret spiritus impellens ad terræmotum, & ad partes propinquas interiores vrbis, & exteriores nihil contingeret: & adhuc concesso isto absurdo, necesse erat quòd domus hærentes muris corruerent, quia etiam si non esset spiritus venti sub eis,sed solum motis muris, quibus ipsæ coniunctæ erant,ruerent. Potissime, cum quædam domus Ierichontinæ erant ita coniunctæ muro, vt murus esset vnus paries, & latus domus,& in ipso muro fenestras haberent. istæ ergo
I caderent cum ipsis muris, si naturali impulsu terræmotus muri corruissent.sed nullæ domus corruerunt. ergo non fuit ista ruina naturalis. Aliquis volens effugere ista dicet, quòd muri Iericho corruerunt naturaliter, & cum eis corruit aliqua pars domorum coniunctarum muris. Et quamquam nos dicamus solos muros corruisse, cum de eis solum litera recolat,dicet domos corruisse, & subticeri. Respondendum est stare non posse, quia domus Raab erat coniũcta muro,& habebat fenestram in ipso muro, ita ꝙ murus erat vnum latus, vel paries domus, vt patet supra 2. cap. Nam per murum dimisit Raab exploratores, & vt hoc esset verisimile quomodo fieret subiunxit litera. domus quippe eius hærebat muro, &
K ista non corruit: ergo non corruerunt aliæ domus coniunctæ muro: nisi forte assignare velis miraculum, quòd aliæ corruerint, & ista non: sed hoc iam redit in id quod volumus, scilicet quòd in isto terræmotu, vel ruina fuerit operatio supernaturalis. Quòd autem non corruerit domus Raab, patet, quia tunc perijsset ipsa cum cognatione sua, quæ intus erat. Sed falsum est,quia exploratores ingressi sunt in domum illius ad educendum eam cum cognatione sua, vt patet infra.ergo non corruit.

Replica

Replica quòd domus Raab corruerit cum muris, vt quidam volunt: quod tamen multipliciter refellitur. Et comprobatur etiam superior positio, quòd ruina fuerit supernaturalis. Quæst. XLVIII.

SED aliquis forte proteruiens respondebit, quòd Raab habebat aliam domum, quæ nō erat adhęrens, sed in medio ciuitatis: & in hac tunc mansit. domus autē eius apud murum corruit cū muro. Sed hoc stare non potest. nam siue Raab habuerit in vrbe Iericho aliam domum, vel plures nihil differt. necesse tñ est dici, ꝙ ipsa esset in domo, quę hęrebat muro, qñ muri corruerunt, quod patet, quia qñ exploratores dimissi sunt ab ea per murū de fenestra, & fecerunt cū ea pactū, dixerunt. Innoxij erimus a iuramento quo nos adiurasti, si ingredientibus nobis terrā signū non fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eū in fenestra p quā dimisisti nos. & postea leqtur qūo hoc fecerit Raab, cū dr̄. Dimittensq; eos vt pergerent, appēdit funiculū coccineum in fenestra. Si tñ nō esset Raab in domo illa tpe quo muri ruerēt, esset positū signū superuacue. ergo ibi erat cū tota cognatione sua. Itē corruentibus muris ingressi sunt viri exploratores ad educendū Raab, & cognationem suā. si tñ non fuisset Raab in domo in qua positus erat coccineus funiculus, de qua dimiserat exploratores per murū, nescirent eam inuenire cum ad hoc solum positus eēt funiculus coccineus, vt cognoscerēt exploratores domū illā. ergo in illa erat tunc Raab corruente muro, & non corruit. ergo nō corruerūt domus coniūctę muro: & cōsequēter fuit supnaturalis ista ruina murorū. s. qa in toto ciuitatis ambitu muri æqualiter corruerūt. Nā si esset a cā naturali, cū hoc ex impetu spiritus ventorum ingrossatorum interius fiat, in partibus illis vbi maior est impulsus, fieret maior ruina. sed ad hoc ꝙ fieret naturalis ista ruina, necesse erat vt spiritus ille esset regularis: & in oībus partibus æqualiter incuteret, quod non pōt stare, qa ad vnā partē versus quā impetus spiritus dirigitur, est fortior terręmotus: in alijs autē minor. sed hic in oībus partibus fuit murorū æqualis ruina. ergo fuit supernaturalis ab aliqua cā agēte ab intētione, & p libertatē. Itē patet fuisse supernaturalē ruinā: quia oēs partes murorū simul corruerūt. si tñ fuisset naturalis motus, primo esset ruina in vna parte, & deinde in alia s̄m successionem impellentis spiritus interioris. fuit tamen simul vt inductum fuit. ergo manifeste patet fuisse supernaturalem ruinam murorum Ierichontinæ vrbis.

Quis fuit modus ruinæ murorum Iericho, & quot miracula ibi acciderunt. Et quòd angeli diruerunt muros vrbis Iericho. Et de potentia Angelorum agitur. Quæst. XLIX.

MODVS autem ruinæ fuit, non ꝙ Deus poneret aliquam causam naturalē impellentem, s. ventum ingrossatum in parte inferiori murorum, quia ad hoc oporteret fieri multa miracula, s. Primum, ꝙ crearetur, aut formaretur a Deo ille spiritus, qui ante non erat, in visceribus terræ. Secundum miraculum: quia opere Angelorum dirigeret illum spiritum solum ad radices murorum concutiendas, vt non simul cōcuterentur partes ciuitatis propinquæ, s. domus hærentes muro. Tertium miraculum erat, ꝙ Angeli continerent domos muris hærentes, ne desilientibus ab eis muris ipsæ quoque quamquam non concussæ a subterraneo spiritu sequerentur in ruinam. Alia quoque huiusmodi si respiciantur. Sed quia peccatum est ponere pluralitatem vbi sufficit paucitas, iuxta Aristotelem 8. Topicorum. Dedit Deus alium modum, quo solum poneretur vnica operatio, s. ꝙ Angeli prosternerent muros vrbis applicantes se illis: nam quamquam Angelus non sit virtus corporea extensa, virtutem tamen suam motiuam, vel portatiuam poterat applicare cuique rei extensę modo extenso, vt totam eam moueat, & in singulis eius partibus: & sic applicantes virtutem suam muris impulerunt eos contra partem exteriorem vrbis. Et quia Angeli sunt agentes causæ ab intentione, & per voluntatem, poterant multi Angeli simul applicantes virtutem suam muris Ierichontinis eos ad solum diruere, & poterant diruendo tenere domus vrbis coniunctas muro, ne caderent. Et quia isti per intentionem agunt, & non ex determinatione alicuius virtutis naturæ: poterant diruere muros per medium altitudinis suæ: vel per partem supremam, vel per radices, & æqualiter, vel inæqualiter. factum est autem, vt æqualiter diruerent, ut inde, & hinc esset æque planus ingressus in vrbem, vt posset quilibet ingredi in vrbem per partem illam contra quam stabat, vt dicitur in litera. Nec debet alicui hoc videri quasi confictum: quoniam hæc tam naturaliter constant, quàm testimonio sacræ scripturæ. Quòd enim Angeli applicent virtutem suam ad portandum, vel mouendum aliquam rem, patet de Angelo qui mouebat columnam nubis per desertum dirigens Israelitas, vt patet Exo. 14. Illa enim nubes non poterat per se moueri tali motu, quali eam Angelus ille mouebat. hoc tamen non fieret, nisi applicaretur virtus Angeli ad mouendum. sic enim fit omnis localis motus, vt virtus mouentis applicetur rei motæ. Item patet hoc, quia Angelus quidam mouit Abacuch de Iudęa euntem ad messores, atque portantem cibos in alueolo suo, rapiens per capillum capitis quasi subito vsque ad Babylonem, & posuit eum super lacum leonum, vt patet Dan. 13. cap. ibi enim Angelus applicuit totam virtutem suam toti virtuti Abacuch, vt moueret eum: & vt contineret, ne caderet cito de nubibus. Nec credendum est, ꝙ portauerit eum per capillum, sicut litera dicit, quia capillus non erat tanti roboris, vt posset tenere pendentem Abacuch. sed Angelica virtus sustinebat eum applicita ei ex omni parte corporis. Et adhuc dato, quòd posset teneri Abacuch per capillum pendens, tamen dolor magnus valde esset si inde penderet, vt si quis alium arripiat per capillos. Sed dicit litera, quòd portabat eum per capillum, quòd videbatur ei quòd Angelus tenebat eum solum per capillum: ita enim leuiter applicabat virtutem suam toti corpori, vt non sentiret Abacuch se teneri per aliquam partem corporis. sensisset tamen si fuisset Angelus aliquid corporale stringens per applicationem quantitatis. Amplius autem ista patent ex fundamentis naturæ. nam Aristot. in 7. & 8. Physicorum, & 12. Meta. Cœlos ab intelligentijs, quas nos Angelos vocamus, moueri dicit. & hæc est positio omnium de natura loquentium. non enim potest reduci motus cœli ad aliquod alterum principium mouens, nisi ad intelligentiam; & illa applicat virtutem suam motiuam toti orbi, cum totus orbis cœlestis sit vnum: & ob hoc dicunt omnes philosophantes intelligentiam mouentem aliquem orbem esse in toto orbe moto, quia toti orbi illi applicat virtutem. hęc autem positio non solum est philosophantium, sed etiam sacrę scripturę testimonio confirmatur Iob 9. cap. vbi dicit Deus: orbem portari ab Angelis, idest moueri cœlos ab eis. Patet ergo conuenienter dictum, quòd muri Iericho mouentibus Angelis diruti sunt.

Quomodo Angelus mouit Abacuch per capillum de Iudęa in Babylonem, & cū portauit. Item Matthæi 4. assumpsit Iesum diabolus in sanctam ciuitatem.

An Deus per se diruerit muros vrbis Iericho, vel angeli iussu Dei. Et quòd ea ad quæ virtus angelica sufficit non fiunt a Deo,& quare. Quæst. L.

SED aliquis forte dicet, ꝙ Deus per se istos muros Ierichontinos prostrauerit. Deus enim per se aliqua agit sine ministris, sicut mundũ creauit nullo ministrante, & mortuos suscitat cęteraque miracula seipso agit. Ad hoc secundum modũ loquendi magistri in aliquibus locis.2.& 4.sent. dicendum esset non stare, quia q̃q̃ Deus per se agat ea ad q̃ virtus angelorum nõ sufficit, sicut creare, & mortuos suscitare: tñ ea ad quæ virtus angelica sufficit, non faciet Deus per se, alioquin mutaret ordinem frustra. ipse enim fecit angelos ministros. ꝙ ergo ipse faciat opera ministrorum non existente aliqua necessitate, videtur esse irrationabiliter dictum, sed diruere muros vrbis Iericho erat potentiæ angelorum subiectũ. ergo non faceret Deus per se, sed angelis faciendum iuberet. hæc quidem ratio congruitatis cuiusdam est, necessitatem autem nullam inducit. Dicendum ergo aliter. s. ꝙ Deus nullo modo poterat muros Iericho diruere. nam dirutio murorum Iericho motus quidam est. Deus tamen sine motu operatur, & per motum operari est impossibile. ergo conformiter non poterat diruere vrbis Iericho muros. si enim Deus aliquid moueret, ageret per successionem, sed hoc rapugnat Deo, quia cum esse Dei sit æternum, & æternum est totum simul iuxta Boetium de consolatione libro.5. prosa vltima. ergo actus suus erit totus simul,& consequenter in instanti, quia nulla sunt tota simul, nisi quorum esse in instanti completum est, quæ autem mouent, non habent totum esse simul, sed successiue. sicut enim motus qui est passio rei motæ, est aliquid successiuum, ita mouere, quod est actio mouẽtis, est aliquid successiuum. nam non mouetur aliquid, nisi dum mouẽs mouet illud. ergo motio actiua Dei qua moueret aliquid, esset in successione, sicut motio passiua ipsius rei quæ mouetur, & illa motio actiua non est aliquid extrinsecus adueniens Deo, vel denominans, sed aliquid quod esset a Deo. ergo poneremus in Deo successiuum aliquid, & quia quicquid in Deo est ipse Deus est, diceremus esse Deum in successione, sicut de nobis dicimus, ꝙ quamquam essentia nr̃a sit tota simul, esse tñ nostrum, quod est viuere non est totum simul, sed hęc falsa sunt. Deũ ergo impossibile est aliquid agere ꝑ motum, sed quidquid agit instãtaneum est, sicut totum suũ esse simul est. Et hoc magis patet, quia oĩa, q̃ dicimus a Deo proprie fieri, sunt instantanea, sicut creatio mundi, & q̃libet creatio animarũ, & suscitatio mortuorũ, & generaliter quælibet alia operatio pure miraculosa. de his latius dictũ est. Exo.23.& 25.c.& ibi vide. De muris autẽ Iericho sic factum est, quia ruina illorũ esset motus. ergo nõ fuit a Deo, sed ab angelis. Sed hoc an verum sit, ꝙ Deus qui totus simul est non operetur aliquid ꝑ se, cuius fieri consistat in successione, declaratũ est magis alibi.

Determinatio auctoris, sed ex alia cã.

Imposſibile est Deũ aliquid agere ꝑ motũ, sed q.cquid agit instãtaneũ est.

Ascendit vnusquisque per locum qui contra se erat. i. corruẽtibus muris non confluxerunt oẽs Israelitæ ad vnum locum, vt simul ingrederẽt. sed locum ꝯ quem quilibet erat ingressus est, vt hic dr̃. Hoc autem dictũ est, quia non erant oẽs Israelitæ simul lustrando vrbẽ, sed in longo agmine, quasi vallanres totam vrbem, sicut in processionibus generalibus in quibus multi cõueniunt, & tunc si oẽs deberent per vnum locũ introire oportebat, vt illi qui erant ad vnam partem circuitus vrbis, confluerent ad aliam partem per quam alii ingrediebantur. nunc autem dictum est, ꝙ quilibet ingrederetur per partem illam contra quã essent, vt sic tolleretur circuitus, & vt citius ingrederentur.

F Causa autem præcipua huius erat, vt Ierichontini subito se viderent vallatos a Iudæis, & non daretur eis aufugiendi locus. si tñ oẽs Iudęi ex eadem parte ingredi deberent, cum muri vndecunque corruissent, daretur locus fugiẽdi Ierichontinis per omnes alias partes, & eundi in montana, atque euadendi Iudæorum manus. cum autem per oẽs partes Iudæi ingrederentur vrbem, nullus fugiendi patebat locus. immo & ob hoc muri ex omni parte corruerunt, vt per omnem partem Iudæis in vrbem liber pateret ingressus. Alia causa erat, vt magis appareret diuinum miraculum, & argueretur Iudæos præcognouisse casum murorũ antequam fieret. nam si omnes hebręi ad vnum locũ ingrediendi confluerent, viderentur formidare ingre-
G di per alia loca. qui formidat incertus est de re. si tñ ipsi cognoscerent hoc prouenisse a Deo in ipsorum beneficium, non formidarẽt. vt ergo cognosceretur eos præintellexisse hoc, debebant introire per omnes partes ruentium murorum, vt viderent nihil formidare. *Ceperuntque ciuitatem.* s. introeuntes in eam nemine sibi potente resistere. non enim dicitur capta ciuitas quousque hostis intus sit, & alii non resistant. *Et interfecerunt omnia, quæ in ea erant.* s. omnia quæ erant interfectibilia. nam supellectilia inanimata non poterant occidi, & declaratur immediate quid hoc esset, & subdit, ꝙ homines, & iumenta.

H *Quare quisquam in vrbe Iericho occisus est, cum tota vrbs, cum omnibus, quæ in ea erant cremanda foret, & an sufficeret omnia cremari, cum etiam sit atrocius genus mortis. Et quæ esset anathematis conditio. Quæst.* LI.

QVAERET aliquis cum vrbs Iericho posita sub anathemate cremanda esset, vt maneret in tumulum æternum cum omnibus, quæ in ea erant, quare quicquam occidebatur? sufficiebat enim comburi illa. Responderi potest dupliciter. Vno modo, ꝙ Israelitæ quæsituri erant per totam vrbem Iericho vbi esset aurum, & argentum, ęs & ferrum. non poterant tñ ipsi secure prędari, quousque occiderent omnes qui erant in vrbe. quoniam
I aliqui de Ierichontinis egredientes de latibulis occiderent multos de Iudęis, & ipsi non auderent inquirere omnia occulta vrbis, quousque occiderẽtur omnes qui erant in vrbe. Iste enim est mos belli, vt prius sit interfectio, deinde direptio, & perscrutatio spoliorum. Itẽ quia dũ Israelitæ vacarent prędę, effugerent Ierichontini de vrbe ad montiũ latibula, vel confugerent ad alia quæcunq; refugia, vtcunque, vel ad alias propinquas vrbes. Itẽ hoc potissime erat, q̃a iã locus non habebat muros. nam si muratus esset quibusdam de hebreis manentibus ad portam vrbis, ne egrederẽtur de vrbe, poterant cęteri scrutari ciuitatem. Itẽ ista ciuitas debebat cremari cum omnibus, quæ in ea erat iuxta positũ anathema: tamen cremari non poterant,
K nisi prius occiderentur omnia viuentia. nam cum poneretur ignis vrbi, Ierichontini exeuntes magis vellet incurrere gladios hebręorum, quam cremari cum vrbe. Est enim ferocius genus mortis exustio, sic quoque & ipsa bruta facerent. cogerentur ergo tunc hebræi occidere gladio Ierichontinos, & non cremarentur. conuenientius ergo fuit, vt a principio gladio caderentur. Itẽ põt dici, ꝙ hoc fiebat ex cõditione anathematis. nam ciuitas Iericho fuerat subiecta anathemati, vt patet. s. cum dr̃. Sitque ciuitas hęc anathema, & oĩa q̃ in ea sunt. in ciuitatibus tñ anathematizatis obseruabatur hoc, ꝙ prius occiderẽtur gladio oĩa viuentia ibi, deinde succenderentur cum ipsa vrbe, vt patet Deute.13. cum dr̃. statimq; percuties habitatores

res vrbis illius in ore gladii, & delebis eam, & omnia quæ in ea sunt vsque ad pecora. quidquid autē supellectilis fuerit congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas domino Deo tuo. *A viro vsque ad mulierem.* i. occiderunt omnes, tam viros, quàm mulieres.

Quare occiderunt Iudæi mulieres Ierichontinas, & non magis acceperunt eas in ancillas, vel vendiderunt. Et quam legem tenebant Iudæi in pugnando extra terram Chanaan. Quæst. LII.

SED dicet aliquis, quare occiderũt Israelitæ mulieres vrbis Ierichontinæ, & non magis eas acceperunt in ancillas, vel vt venderent aliis gentibus? Sed dices. non licebat Iudeis accipere aliquam feminam, vel virum: arguetur quia Deuter. 21. cap. habetur, ꝙ Israelitæ poterant accipere de gentibus contra quas pugnabant, captiuos, & captiuas, & si inter feminas appareret aliqua pulchra, poterat qui illam concupisceret accipere in vxorem factis cæremoniis, quæ ibi habentur. ergo liceret accipi mulieres Ierichontinas. Respondendum est, ꝙ lex pugnandi Iudæis ista erat, postquam fuerunt in terra Chanaã, quia aut pugnabant contra aliquam gentem, quæ eēt extra terram Chanaan, aut contra Chananæos. si contra aliquam gentem extrinsecam, aut ciuitas contra quam Iudæi pugnabant, acceptabat oblatam ei conditionem pacis, & tributi: dicentibus Israelitis. aperite nobis portas, & date tributa, & non lædemus vos, vt patet Deuter. 20. si autem istam conditionē recipiens ciuitas aperiret portas, non poterant Iudæi occidere, quicquam de illa vrbe, sed accipiebant ab eis annalia tributa. Si autem nollet recipere hanc conditionem pacis, pugnabat Israel, & expugnata vrbe occidebat omnes masculos, qui in ciuitate erant, præter paruulos, quos cum fœminis reseruabant, & accipiebant in seruos, & ancillas, atque diuidebant prædam. Si autē pugnarent contra Chananæos quorum terram habituri erant, non poterant relinquere aliquam viuentē fœminam, aut masculum, sed omnes occidebant gladio. de his patet Deut. 20. non ergo potuerunt reseruare mulieres Ierichontinas.

Ab infante vsque ad senem. i. cuiuscunque ætatis esset vir debebat occidi.

An pueros Ierichontinos nondum aptos ad bellum debuissent Iudæi seruare a morte. Quæst. LIII.

SED dicet aliquis, ꝙ videt̄ debere reseruari pueros non aptos vllo modo ad bellum. nam & in bello Madian sic factum est. Iussit enim dominus fœminas occidi: & tamen paruuli reseruati sunt, vt patet Nume. 31. c. Respondendum est, ꝙ nō erat simile. nam bellum factum contra Madianitas fuit bellum contra gentes non habitantes in terra, q̃ Iudæi possessuri erant: ideo ex lege data Deutero. 20. debebãt soli masculi occidi relictis infantibus, & omnibus mulieribus, & sic fecerat populus adducens prędam Madianitarum. omnes enim fœminas abduxerãt, Deus tamen postea increpuit illos, fœminas iubēs occidere, & hoc quia ipsę fecerant peccare Israel in fornicatione in monte Phegor. vnde iussit occidi omnes fœminas, quæ cognouerant viros. virgines autem adultas, & oēs paruulas reliquerunt. vt patet Num. 31. si tamen illæ non fecissent peccare Israel, nulla de fœminis, siue cognitis a viris, siue nō cognitis corruisset gladio. In Ierichontinis aũ secus erat, quia erant de Chananæis quorum terram suscepturi erant Israelitę. iõ tenebant occidere oēs, tã viros, q̃ fœminas paruu-

A los, & adultos, ita vt nō relinqueretur semen de eis. *Boues quoque, & asinos, & oues in ore gladij occiderunt.* Ierichontini, quia erant obsessi ab hostibus, ante aduentũ Iudæorum recollegerant oīa hæc in ciuitate. ideo Iudæi ingredientes occiderunt intra, oēs boues, asinos, & oues, sicut viros. & per hæc intelliguntur oīa viuentia, q̃ erant in vrbe Iericho, ita vt nihil de illis superesset. non occiderunt Iudæi oīa pecora, & iumēta Ierichōtinorum, quasi obligati essent ex lege data. Deute. 20. delere oīa pecora Chananæorũ, sicut obligabant̄ occidere ipsos Chananæos, sed factũ est ex lege anathematis positi, quia dictum fuit, s. sitq; ciuitas hæc anathema, & oīa quæ in ea sunt, sola Raab meretrix viuat. ergo omnia viuentia in vrbe Iericho debebãt occidi.
B in aliis autem ciuitatibus Chananæorum omnia pecora, & iumenta diuidebantur exercitui, vt factum est in vrbe Hay, vt patet infra 8. & consequenter in aliis locis terrę Chanaan, omnia autem in hac vrbe fuerunt consecrata Deo, & arserunt cum vrbe.

Duobus autē viris, qui exploratores missi fuerant dixit Iosue. Ingredimini domũ mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quę illius sunt: sicut illi iuramento firmastis. Ingressique iuuenes eduxerunt Raab, & parentes eius, fratres quoque, & cunctam supellectilem, ac cognationem illius, & extra ca-
C stra Israel manere fecerunt. Vrbem autē, & omnia quę inuenta sunt in ea succenderunt, absque auro, & argento, & vasis ęneis, ac ferro, quę in ęrarium domini consecrarunt.

Complet autem Israel hic iuramentum factum ab exploratoribus nomine totius Israel. s. ꝙ saluarent de vrbe Iericho Raab, & dixit Iosue his exploratoribus, ꝙ educerent Raab, quia alii de exercitu non cognoscebant Raab, nec sciebant domum in qua erat. nam isti non cognouissent domũ, nisi q̃a positus erat pendens coccineus funiculus, vt patet s. 2. c. Sciendum est aũt, ꝙ ista lr̃a est hic mutata ab ordine naturali ꝑ reca- *Hic est recapitulatio.*
D pitulationem. prius. n. Raab educta fuit de vrbe, q̃ cæderentur Ierichontini, alioquin Raab quoque cũ eis perijsset, quia Iudæi non cognoscebant eam, & cognationem suam. ponitur tñ hic recapitulatum, vt enarretur conuenientius qũo Raab educta sit, & qũo vixerit in medio Israel. *Duobus viris.* Non est intelligendũ, ꝙ hi duo viri exploratores solum introierint in vrbē ad educendum Raab, & cognationem suam. nam cũ nondum occisi essent cæteri Ierichontini, consurgerent in eos videntes eos solos, atque occiderent. sed cũ istis iuerunt plures alii. dicitur tamen, ꝙ his mandauerit Iosue educere Raab, quia hi fuerunt ad quos ꝓceptum factum est, quia ipsi soli eam cognoscebant. alios tñ secum adduxerunt in defensionem a Ierichō-
E tinis. & vt educerent ea, q̃ possidebat Raab, & cognatio sua extra vrbem. *Ingredimini domum mulieris meretricis.* i. domum Raab, quæ erat meretrix, vel fuerat, sicut declaratum fuit supra 2. c. *Et producite eam.* i. educi- *In q. 14.*
te eam de vrbe, ne cum cęteris pereat. *Omniaque quæ illius sunt.* Potest intelligi duobus modis. Vno modo, quòd educta fuerint omnia quæ erant Raab. i. omnia, quę possidebat. s. tota sua supellex, & pecora, & iumēta si quæ habuerat. Alio modo intelligitur omnia quę illius sunt. i. oīa quę pertinent ad cognationem eius. s. omnes de progenie sua. sic enim iurauerunt exploratores s. 2. c. cum dixit Raab. Qũo feci vobiscũ misericordiam, ita & vos faciatis mecũ, & cum domo pa-

tris mei: detisq; mihi signum verum, vt saluetis patrē meum, & matrem, fratres, & sorores meas, & quamquam Raab solum expressisset has personas, exploratores obligauerunt se ad saluandū has, & totā cognationem Raab, si forte aliquæ alię erāt de cognatione Raab, vt patet ex verbis exploratorum ibidem cum dicitur. Innoxii erimus a iuramento hoc quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram signum nō fuerit iste funiculus coccineus, & ligaueris eum in fenestra per quam dimisisti nos, & patrem tuum, & matrem, ac fratres, & omnem cognationem tuam cōgregaueris in domum tuam. Debet tñ ista litera, vtroq; modo intelligi. s. ꝙ isti viri exploratores educerent Raab, & omnia quæ illius erant. i. totam cognationē suam, & omnia quæ possidebat. sic patet infra cum dicitur. Ingressique iuuenes eduxerunt Raab, & parentes eius, fratresque, & omnē supellectilem, ad cognationem illius. Ecce supellectilia educta sunt etiam. Et non solum intelligendū est educta fuisse omnia, quę possederat Raab, sed etiam cuncta quę possidebant cognati sui. sic enim iurauerant exploratores, vt patet supra 2. c. cum eis dixit Raab. Detisque mihi signum verum, vt saluetis patrem meum, & matrem, fratres, & sorores meas, & omnia quæ eorum sunt. sed exploratores iurauerunt omnia seruare, quę petiuit Raab. ergo etiam totam supellectilem cognatorum Raab tenebantur saluare. & sic factum est cum ipsi obseruauerint iuramentum.

An Iudæi fecerunt contra interdictum positum de anathemate, & contra mandatum de reseruando Raab, & omnia quæ ad illam, & totam cognationem suam pertinebant. Et ꝙ quandō Deus profert generaliter aliquam legem non tollit naturalem obligationem ex iure naturæ proueniente, nisi expresse illud prohibeat, vt in casu de quo supra 2. cap. quæst. 41.

Quæst. LIIII.

SED quæret aliquis, cum Deus iussisset Israelitis, vt de terra Chanaan neminem permitterent viuere, quomodo permiserunt Raab cū tota cognatione sua, & quomodo contra interdictum positum in ciuitate Ierichontina Raab, & omnia quæ ad illam, & totam cognationem suam ꝑtinebant, saluata sunt? Respondendum est, ꝙ quamquam Deus legem illam posuisset, tamen non abstulit naturalem obligationem. s. ꝙ tenerentur Israelitę benefacere benefactoribus suis. sic autem fuerat de Raab, quia ipsa eripuerat a morte exploratores, a morte ergo tenebantur eam eripere naturaliter. Item nō solum obligabantur naturaliter, sed etiam ex conuentione, quia iurauerant ei, ꝙ eriperent eam cū tota cognatione sua: ergo tenebantur ad hoc sub pęna periurij. Et si dicas, ꝙ non debuissent exploratores hoc promittere. Respondendum est, ꝙ licuit, quia alias ipsi occisi fuissent in vrbe Iericho, quod non solum redūdaret in eorum pęnam, sed etiam in damnum Israelitarum, qui non cognoscerent statum vrbis Ierichontinę. Ad aliud quod dicitur de transgressione anathematis liberando Raab, & cognationem suam de totius ipsius vrbis destructione: Dicēdum est, ꝙ in hoc non fuit factum contra anathema, quia ligabat anathema secundum, ꝙ fuerat positum, sed in positione sua fuit Raab cum omnibus, quę ad eam pertinebant exclusa. ergo liberando eam non erat contra anathema positum. sic patet supra cum dicitur. Sitque ciuitas hec anathema cum omnibus quæ in ea sunt, sola Raab meretrix viuat cum vniuersis qui in domo eius sunt. Si autem fuisset positum anathema generaliter, esset argumentum: quamquam etiam tunc subintelligeretur liberandam Raab, quia fuerat ei prestitum

F iuramentum de liberando eam. *Sicut illi iuramento firmastis.* q. d. ob hoc eam liberamus, quia iurauistis: alioquin occideremus eam cum vniuersis, vel cęteris de Iericho. *Ingressique iuuenes.* s. isti duo exploratores vocātur iuuenes, quia ita se prompte habebant sicut iuuenes, nō tñ erāt iuuenes ętate. Nostri dicunt, ꝙ isti erāt duo. s. Caleb, & Phinees. De Phinees an iuuenis vel senex esset non videtur ex litera. De Caleb tñ satis patet ꝙ nō sit iuuenis. sed de Phinees satis dicendum est, ꝙ nunc esset annorum 38. vel 39. quia quando facta fuit numeratio Leuitarum in monte Synai, & cōsecratio, non erat natus Phinees, quia Nume. 3. c. computātur 4. filij Aaron cōsecrati cū eo. s. Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar, & tunc mortui sunt in principio consecrationis suę Nadab, & Abiu, offerentes ignē alienum, & dicitur de eis, quòd mortui sunt sine liberis. cum ergo isti duo maiores non haberent filios, satis videtur quòd duo minores. s. Eleazar, & Ithamar nō haberent filios, sed Phinees fuit filius Eleazari, vt patet Nume. 25. ergo non erat natus tempore consecrationis illius, quę fuit in principio anni secūdi ab exitu de Aegypto, vt declaratum fuit Exo. 40. & Leui. 1. ergo in exitu de deserto, & transitu Iordanis non haberet Phinees annos 39. & sic satis poterat vocari iuuenis tempore illo, de Caleb non poterat ita dici, ꝙ erat iuuenis, quia eo tempore erat annorū 80. fere. Quod patet, quia quando misit eum Moyses de Cadesbarne cum alijs exploratoribus, erat annorum 40. vt patet infra 14. cum dicitur 40. annorum erā quādo misit me Moyses famulus Dei de Cadesbarne, & tamē ista missio fuit facta in secundo anno ab exitu de Aegypto ante medium anni ipsius, vt declaratur Nume. 13. ergo nunc esset fere 80. annorum, quia deficeret vnus annus, & pars aliqua alterius. Dicunt tamen Iudæi, quòd quamquam isti essent ętate senes, tamē vocati sunt iuuenes, quia velociter agebant. quod patet de Caleb infra 14. s. Hodie 85. annorū sum ita potens, & valens, vt valebam eo tempore, quo ad explorandū missus sum: illius in me tpis vsque hodie fortitudo perseuerat, tam ad gradiendum, quàm ad bellandum. Sed hoc dictū Iudeorum de istis duobus viris, quòd essent exploratores non multum habet apparentiam, sed ipsi ad placitum ista confinxerunt. Si autem vellemus illud defendere satis patet locus per ea, quę dicta sunt. Sed dici potest, quòd fuerint aliqui alii isti duo exploratores, qui iuuenes vocari possent, sicut eos hic litera iuuenes vocat.

G

H

I

An Phinees et Caleb iuuenis, capta Iericho, cuius ratio fortis dicitur Caleb.

Eduxerunt Raab, & parentes eius. Vocantur parentes Raab pater, & mater, & pro istis ipsa principaliter rogauerat, & sic erat ordo debiti: magis enim tenebatur his, quam cuilibet alteri.

Fratres quoque. Etiam intelligendum est de sororibus. nam ipsa Raab pro sororibus suis rogauerat. sic patet supra 2. c. s. detisque mihi signum verum, vt liberetis patrem meum, ac matrem, & fratres, atque sorores meas. intelliguntur tamen hic sorores nomine fratrum, sicut intelliguntur filiæ appellatione filiorum, vel potest dici, quòd intelligantur nomine cognationis, quę infra nominatur.

K

Et omnem supellectilem. Vocatur tota supellex omnia, quę possidebat Raab, & non solum, quę ipsa possidebat, sed etiam quæ possidebāt cognati sui, quia hoc expresserat Raab exploratoribus dicēs. Vt saluetis patrem meum, & matrē, fratres ac sorores meas, & omnia, quę eorum sunt, vt patet supra 2. c. Hoc autem factum est, non tanquam non posset Raab maiora habere inter Israelitas, quam relinqueret in vrbe Iericho, cum coniuncta fuerit in matrimonium principi tribus Iudæ. s. Salmon, sed quia diligebat res suas quas semper possederat, & doleret nimis si eas cū tota

ta vrbe conflagrare videret, ideo eductę sunt. Potissime, q. Raab fęmina erat, q̃ hñt teneriores affectus, & vberius ad res quas diligunt afficiuntur, atque pro eis profundius anxiantur amissis. *Ac cognationem illius.* Vocantur hic cognatio sorores Raab, quæ nõ expressæ fuerunt hic, & tamen liberatæ fuerunt, quia in pacto cum exploratoribus nominatæ sunt, vt patet supra 2. cap. Vel vocatur cognatio alii cognati Raab si quos habebat, vel filii fratrum, & sororum suarum, de ipsa enim non recolitur, ꝙ haberet filios. nam de his expressisset, sicut de patre & matre expressit. nullus enim de pertinentibus ad Raab periit, ne ipsa contristaretur de morte ipsius. *Et extra castra Israel manere fecerunt.* s. ꝙ dum vrbs cędebatur gladio. & fiebant oĩa quæ ibi complenda erant, manebat Raab extra castra Iudæorum per se cum rebus ad eam pertinentibus, quousque expleta cęde disponeretur de eis, vel forte factum est hoc, quia Raab, & qui cum ea erãt, tenuerant ritum Gentilium, erantq; incircuncisi, & q̃a erãt iungendi Israelitis, sicut patet infra in litera, circuncisi sunt primo masculi, vt sic cõuerterentur ad Iudaicas cæremonias, & quia antequam hoc fieret videbantur immundi, fecit Iosue, ne accederent ad castra Israelitarũ donec ista fierẽt in eis. & hoc satis est verisimile, quia etiam Iudæi qui circuncisi erant, quando erant immundi, manebant extra castra quousque lustrarentur. sic patet Nume. 5. de leprosis, & fluentibus semine, & pollutis super mortuo. Simile etiam patet, quia venientibus Israelitis de cæde Madianitarũ iussit dominus non intrare castra, quousque lustrarentur. sic patet Num. 31. c. Consumatis autem cæremoniis, quę fieri debebant ad munditiam Raab, & cognationis suæ suscepti sunt in castra. sic dicitur infra. s. habitauerunt in medio filiorum Israel, vsque in pręsentẽ diẽ. *Vrbem autem, & omnia quæ in ea erant succenderunt.* s. postq̃ occiderunt homines, & iumenta, & ibi arserunt omnia ædificia vrbis cum cadaueribus hominum, & pecorum, & omnibus supellectilibus ciuitatis, ita quod omnia cremarentur in honorem Dei, tanquam in sacrificium, vt patet Deuter. 13. de aliis anathematibus. *Absque argento, & auro, & vasis æneis, ac ferro.* Ista enim omnia conseruata sunt in thesauris dñi, & priusquam cremaretur vrbs post cędem Ierichontinorum, ꝑquisita sunt omnia latibula, vt educeretur quidquid haberi posset de his quatuor metallis. *Quæ in ærarium domini consecrarunt.* i. separauerunt ea ad ponendum in thesauris domini. consecrare signat applicare, & abdicare, quia id quod consecratur applicatur domino, & abdicatur ab vsu popularium, sic factum est de his 4. metallis, quia fuerunt abdicata ab Israelitis, cum nihil de eis peruenerit ad illos. etiam abdicata sunt ab anathemate. quia cætera, quæ in vrbe erant, incendio cõsumpta sunt his solis inde ablatis. fuerunt autẽ applicita ad Deum, quia posita fuerunt in thesauris eius. vocatur autem hic locus thesaurorum domini ęrarium, quod ab ære nomen accepit, quia primum metallum inuentum æs fuit, vt ait Isidorus 16. Etymo. & de eo moneta, & vasa ad quamcunque ministrationem fiebant: ideo obtinuit vsus, vt oẽs monetæ, atq; metalla æra vocarentur. inde autem repositorium horũ ærarium dictum est. Alio aũt noĩe vocatur gazophilatiũ a gazis. i. diuitiis & philacte, quod est seruare, quia ibi Gazæ seruantur, & ita vocat thesaurus dñi gazophilatium. Luc. 21. & sæpe in 1. lib. Paralip.

Aes & ęrarium quid significentur.

Raab vero meretricem, & domum patris eius, & omnia quæ habebat fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel, vsque in præsentem diem, eo quòd absconderit
A nuncios quos miserat, vt explorarent Iericho.

Raab vero meretricem. Ita per se nominatur, quia ꝓmeruit sibi, & aliis, vt non occiderentur cum vrbe Iericho. *Et domum patris eius.* i. cognationem suam. s. patrem, matrem. fratres, & sorores, & cæteros descendẽtes inde. Quid autem comprehendatur appellatione domus patris declaratum fuit supra. c. 2. *Et omnia quæ habebat.* i. omnia, quę possidebat Raab, & non solum, quæ Raab ipsa possidebat, sed etiam ea, quę pertinebant ad cognatos eius. sic enim ipsa petiuit ab exploratoribus, vt liberaretur pater, & mater, fratres, & B sorores, & omnia quæ eorum erant. *Fecit Iosue viuere.* i. seruauit a morte, vel a destructione. liberare enim a morte est dare vitam quodammodo. nam sicut, qui gignit dat esse simpliciter, quod ante non erat: ita qui conseruat a morte dat esse, quia facit continuari esse rei, quod interpolandum, & delendum erat. nisi liberaretur. Hebręi dicunt, quòd Iosue fecit viuere Raab, quia eam assumpsit in vxorem, sed hoc nihil est, vt infra dicetur.

Raab cum tota cognatione sua fuit conuersa ad Iudaismum. Et a quo illa fuerit accepta in vxorem.
Quæst. LV.

C ET *habitauerunt in medio filiorum Israel.* i. Raab, & omnes de cognatione sua vixerũt postea inter Israelitas transeuntes in nomen, & progeniem Israelitarum. Transierunt etiam in ritum Iudaicũ. Non enim consensissent Israelitę Raab & cognationem suã inter se, si vellent manere in ritu pristino colendo idola, quia hoc esset abominabile Iudæis, & magnum scandalum, sed necesse erat conuerti hos ad mores Israeliticos, cum transirent in cohabitationem populi illius. Item dato, ꝙ Israelitę non compellerent Raab, & cognationem suam transire in Iudaicum ritum, ipsa transisset spontanea: cognoscebat. n. Deũ Israel esse verum Deum, quomodo ergo colere vellet amplius Idola? patet hoc supra 2. cũ D dicitur. Noui, quòd tradiderit dominus terrã. in quo concedebat potestatem subiiciendi gẽtes, esse in Deo hebræorum, & post hoc amplius subdidit dicens. Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cęlo sursũ, & in terra deorsum. Ecce concedit eum Deum cęli, & terrę, sed nihil magis esse potest. nullatenus ergo mulier, quę talia edocta erat a domino, manere vellet in ritu Iudæorum. Item illi qui erant cum Raab conuerti vellent ad Deum: ipsi enim viderant deletionẽ miraculosam murorum Iericho factã a Deo hebręorum, in quo arguebatur eum esse Deum super alios Deos. De Raab dicendum est, ꝙ, quia tanta bona fecerat exploratoribus hebræorum: non solum fuit liberata a morte cum tota cognatione sua, sed etiam fuit assumpta in vxorem a Salmon principe tribus Iudę E filio Naason, qui fuerat princeps in deserto, vt patet Nume. 2. c. & hoc patet Matth. 1. c. nam cum describatur linea Saluatoris dicitur. Naason autẽ genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Raab: ergo vel fuit concubina Raab vel vxor Salmon. Non est autẽ dicendum, ꝙ acciperetur in concubinam: ergo in vxorem, & de ipsa venit Saluator: sic quoque de Ruth Moabitide Saluator deriuatus est, quia accepit eã in vxorem Booz filius Salmon, & sic ut pater suus Salmon accepit vxorem alienigenam Raab, ita & Booz accepit vxorem alienigenam. i. Ruth, vt patet Ruth. 4. c. & Matth. 1. Iudęi autem dicunt, ꝙ accepit eam in vxorem Iosue. Sed hoc nihil est cum constet acceptã

Christus descendit de Raab, & Ruth.

An Raab accepta fuerit in vxorem a Iosue, vt voluit Iudæi.

fuisse a Salmon. ipsi autem non habent aliquid, vnde fulcimentum, vel colorē dicti sui recipiant, sed ex sola opinione loquuntur.

An licuit Salmon principi Iuda accipere in vxorem Raab, quæ erat Chananæa sicut licuit Booz, & filijs Noemi, & Sampsoni. Quæst. LVI.

SED nunc quęritur quomodo licuit Salmō principi filiorum Iudæ accipere in vxorem Raab, quæ erat de alienigenis? Aliquis arguet, quòd non liceat, quia Nume. 36. dicitur. Omnes viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ fœminæ maritos de eadem tribu accipient. si tamē acciperet Salmon in vxorem Raab, non accipiebat vxorem de tribu sua. ergo illicitum erat. Item Deus vetuerat accipi vxorem de Chananæis, vt patet Exo. 34. cum dicitur. Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne postquam fuerint fornicatæ faciant fornicari filios tuos. sic quoque Deutero. 7. sed Raab erat de alienigenis. ergo non licuit accipi in vxorē. Aliqui in contrarium arguēt, quòd licuerit, quia licuit Booz filio huius Salmon accipere vxorem de alienigenis. nam accepit Ruth, q̄ erat de Moabitis, vt patet Ruth. 1. c. & tamen non vituperatur, sed potius benedicebāt ei omnes videntes in vrbe sua Bethleē, vt patet Ruth 4. Item licuit duobus filiis Noemi Maalon, & Cheleō accipere duas alienigenas vxores. s. Orphā, & Ruth, vt patet Ruth. c. 1. & non increpantur in sacra Scriptura. Item licuit Sampson accipere vxorem de alienigenis, scilicet de Philisthin, qa Dalida erat de vna vrbe Philisthinorū, vt patet Iudi. 14. & tamē dominus ob hoc non increpuit eum, sed prosperauit actus eius. licebat ergo accipi vxores de alienigenis.

Soluit argumenta pro parte affirmatiua superioris quæsiti. Quæst. LVII.

SED ista argumenta immediata nihil probant. Ad primum cum dicitur de Ruth accepta in vxorem a Booz. dicendum q̄ño fuit vetitum a Deo, quia erat Ruth de mulieribus Moabitis vt patet Ruth. 1. c. Dominus autem non vetuerat accipi de mulieribus Moabitarum, & aliarum gentiū, sed de Chananæorum populis, vt patet Exod. 34. & Deuteron. 7. Nam omnes has cum masculis, tā adultis, quàm infantibus Iudęi occisuri erāt, vt patet Deut. 20. Cum ergo non esset vetitum accipi vxores de aliis gentibus, videbatur esse concessum. Item quia Deus concesserat expresse Iudęis accipere vxores de mulieribus, quas in bello caperent in ancillas, vt patet Deuteron. c. 21. de omnibus tamen gentibus licitum erat accipi mulieres captiuas cum pugnarent Israelitæ cōtra illas, præterquam de septem populis Chananæorum, vt patet Deuterono. 20. ergo licitum erat Iudæis de qualibet gente accipere vxores, præterquā de Chananæis, Ruth autem erat de Moabitis. Licuit ergo Booz illam accipere: Raab autē erat Chananęa: ideo valde erat dissimile, nec videbatur hoc licere. Ad secundam probationem, quando inducebatur de duobus filiis Noemi, qui acceperunt duas Moabitidas in vxores Ruth, & Orpham, vt patet Ruth. 1. c. Aliquis respondebit, vt nunc responsum est de Ruth ducta in matrimonium, p Booz. Sed valde dissimile est, & magis excusatur Booz, quam excusati fuerint Maalon, & Cheleon, qui manentes in ritu Gentilico vxores acceperunt, & hoc nulli Iudæo licebat, quia tunc ipsæ conuerterent filios suos, qui erant filii Iudæorum ad ritū Gentilium, cum filii erudiantur apud matres, & ad faciendum bonos filios exigitur virtuosa mater, sicut

F declarat Arist. in fine. 1. Politicorum. Et ob hoc vetabat Deus contractum matrimonii Iudęorum cum alienigenis. sic patet Exod. 34. cum dicitur. Nec vxorē de filiabus eius accipias, ne cum fornicatæ fuerint fornicari faciant filios tuos. s. colendo idola. Quod autē Booz accepit Ruth iam conuersam ad ritum Iudaicum patet ex verbis suis Ruth. 1. c. cum respondit socrui suę Noemi dicens. Ne aduerseris mihi, vt relinquam te, & abeam, quocunque perrexeris pergā. vbi morata fueris pariter morabor, populus tuus, popul⁹ meus, & Deus tuus, Deus meus. ergo Deum Iudęorū susceperat in Deum Ruth cum venit in terrā Iudeorū. Item patet ex verbis Booz ad Ruth in c. 2. Ruth. s. Reddat tibi dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias a domino Deo Israel ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas. Quod aūt cum Maalō,

G & Cheleon acceperunt in vxores Orpham & Ruth, essent in ritu Gentilico, & postea adhuc in eo permanserint patet, quia mortuis his dixit Noemi ad Ruth. Ecce reuersa est cognata tua ad populum suum, & ad Deos suos. sic patet Ruth. 1. si tamen fuissent istæ conuersæ ad ritum Iudaicum, quando assumptæ sunt in vxores a Maalon, & Cheleon, non reuerterentur nūc ad Deos gentium. Item non diceret eis Noemi, q̄ redirent in terram suam, sed dimitteret eas pergere secum, aut magis rogaret, ne manentes in terra Moab rursus ad idola conuerterentur, sed non factum est: ergo adhuc manebant in ritu Gentilico. Non ergo erat simile de coniugio Maalon, & Cheleō cum Ruth, &

H Orphā, & de matrimonio Booz. nam coniugiū Maalon, & Cheleon simpliciter erat illicitum, nisi aliquā habuisset causam excusantem. fuit autem hoc, quia erat Noemi cum filiis suis in terra Moab, in quā confugerant propter famem, vt patet Ruth 1. c. & ibi nō poterant inuenire aliquas mulieres hebræas cum quibus contraherent, vel aliquas conuersas ad Iudaismū. Acceperunt ergo mulieres Moabitidas quas habere potuerunt. libenter autem eas ad ritum Iudaicum cōuertissent, si ipsę consensissent: cogere autē illas non poterant, quia erant in terra earum. Et si dicas, quòd adhuc non debuissent accipere mulieres illas in vxores, sed magis expectare donec reuerterentur in terram suam, & ibi acciperent Iudęas. Respondendum,

I q̄ magno tempore morati sunt in terra Moab. s. decē annis, vt patet Ruth. c. 1. quia semper vrgebat fames, & nesciebant, quando esset tempus redeundi in terram suam. Vt ergo non elaberetur eis gignendi tempus, acceperunt eas quas potuerūt: si autem alias fecissent habentes vxores ad nutum, non posset excusari actus eorum. quocunque tamen modo res se habeat, non est similis casus de Raab, quia ista erat de Chananæis, aliæ autem erant Moabitides. de his dictum fuit Deuteronom. 25. c. Ad tertium, quando probabatur de Sampsone qui accepit vxorem de Philistin, vt patet Iudic. 14. c. & tamen non redarguitur. Dicendum est ad hoc responderi non posse, sicut ad pręcedentia, qa prædictę erant Moabitides. Dalida autem quæ erat de

K Philistin erat Chananæa, de quibus non licebat accipi vxores. Et adhuc difficilior est casus iste, quā id quod dicitur de Raab. nam Raab erat iam conuersa ad ritū Iudaicum, vt declaratum est. Dalida tamen nondum erat conuersa, quia ipsa semper mansit in domo patris sui in Thānata vrbe Philistinorum, & nō fuit tradita in potestate Sampsonis, vt eam duceret in terrā Israel: ideo colebat idola, sicut patres. Dicēdum ergo, q̄ matrimonium contractum a Sampsone cum Dalida erat illicitum simpliciter, nisi aliquid illud excusasset. vnde parentes Sampsonis increpabant eum dicentes. Nunquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in populo tuo, quia vis accipere vxorem de

Ad fi... filios ... tuos a ... te.

de Philistin qui incircuncisi sunt. Si tamen licuisset ei non increparent. fuit tamen Sampson excusatus, qa Deus mouebat eum ad accipiendum illam vxorem, vt sic quæreret occasionem contra Philistin ad percutiendum eos. sic patet Iudic. 14. cum dicitur. Dixitque Sampson ad patrem suum. Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis. parentes autem nesciebant, ꝙ res a Deo fieret, & quæreret occasionem ꝯ Philistin. Ex hoc igitur excusari debet factũ Sampsonis, alioquin autem erat illicitum. De Raab autem ducta in vxorẽ a Salmon dicendum est, ꝙ licite eam duxit. Si enim aspiciatur, quòd ipsa Chananæa erat: non solum non debebat accipi in matrimonium ab aliquo Israelita, sed etiam debebat occidi cum cæteris Chananeis, vt patet Deuteron. 20. nullum quippe de eis vlla posita conditione vitæ donare poterat. cum Raab tamen, & tota cognatione sua ex causa supra posita, tam rationabiliter, quàm ex necessitate dispensatum est. ideo sicut fuit causa sufficiens ad donandum ei vitam, fuit sufficiens ad recipiendum eam in matrimonium ab aliquo Israelita. Potissime, cum esset iam in ritu Iudaico. nihil ergo illicitum egit Salmon accipiendo Raab in vxorem.

Respõ. auctoris ad titu. q. 56.

Respondit ad argumenta pro parte negatiua superioris quæsiti. Vbi nota quomodo intelligitur lex, quòd quilibet acciperet vxorem de tribu sua, de qua materia vide mirabiliter met dominum Abulen. Matth. 1. c. q. 28. & Nume. 36. c.

Quæst. LVIII.

AD argumenta duo in contrarium respondetur. Ad primum, cum dicitur Nume. 36. Omnes viri ducent vxores de tribu, & cognatione sua, sed Raab non erat de tribu aliqua Israelitarum. ergo &c. Respondendum est, ꝙ ista lex non obligabat Israelitas ad hoc, ꝙ quilibet acciperet vxorem de tribu sua, sed ad hoc, vt non acciperet vxorem de alia tribu Israelitica, quã de illa in qua erat. hoc autem obseruabatur in quolibet Israelita, cum accipiebat vxorem de alienigenis, quia nõ accipiebat vxorem de alia tribu Israelitica, de qua non esset, cum de nulla acciperet. ꝙ autem sit iste sensus inductę auctoritatis patet, quia istud pręceptum inductum fuit, vt non turbarentur sortes hęreditatis tribuum, & familiarum per matrimonia. nam si aliqua mulier de tribu Zabulon duceretur in vxorem a viro de tribu Ephraim, cum filij semper denominẽtur de familia patrum, & computentur per nomina generationum eorum: filij suscepti ex tali coniugio nõ pertinent ad tribum Zabulõ, sed ad tribum Ephraim. ideo decedente fœmina illa, & succedentibus filiis in sorte hæreditatis transiret illa pars hæreditatis in sortem Ephraim, & diminueretur sors Zabulon, & hoc modo turbarentur possessiones omnium tribuum, nec manerent, vt primo diuisæ sunt. cum autem fœmina sumeretur in vxorem a viro tribus suę, & familię, non fiebat ista diuisio, & perturbatio sortium, quia quamquam succederent filii semper manebat possessio in tribu in qua ante fuerat. Et fuit ista quæstio propter filias Salphaad, quæ erant fœminæ, & acceperunt hæreditatem patris sui. tunc conquesti sunt viri de tribu Manasse, ꝙ cum istæ sumerentur in vxores a viris alterius tribus, transiret possessio eorum ad alteram tribum, & consequenter possessio filiorum Manasse diminueretur, vt patet eodem 36. ideo Deus dedit hanc legem ad tollendum hoc inconueniens. Et patet, ꝙ ista fuerit intentio ex litera legis cum dicitur. Omnes viri ducent vxores de tribu, & cognatione sua, & omnes fœminæ maritos de eadem tribu accipient, vt hęreditas pmaneat in familiis, nec sibi misceãtur tribus,

A sed ita maneant, vt a domino separatæ sunt. Non licebat ergo viro Iudęo accipere vxorem alterius tribus, cum tamen acciperet mulierem de alienigenis nõ sequebatur aliquod inconueniens, quia tunc nõ miscebantur sortes tribuum, cum fœmina suscepta non ptineat ad aliquam de tribubus. ideo hac lege non vetatur accipi vxorem de alienigenis, siue conuersam, siue non conuersam.

Ad secundum quando arguebat, ꝙ dominus iusserat non accipi vxorem de Chananeis, ne seducerent filios Israel. Respondendum est, ꝙ intentio legis huius erat ne acciperentur in vxores fœminæ Chananæorum manentes in ritu Gentilico, quia tunc con-

Qõo intelligitur lex non accipies vxorũ de Chananæis, & an esset licitum.

B uerterent viros suos ad idolatriam, vel saltẽ filios inde natos, vt patet Deuteronom. 7. c. cum dicitur. Filiã tuam non dabis filio eius, & filiam illius non accipies filio tuo, quia seducet filium tuũ ne sequatur me, sed magis seruiat dijs alienis: si tamen istæ fœminæ essent iam conuersæ ad ritus Iudaicos, ita ꝙ nõ possent perducere ad idola suos viros, nec filios: licebat eas accipi in vxores. Sed tunc argues, ꝙ liceret Iudæis mulieres Chanenęas conuertere ad Iudaismum, & post accipere vxores. Respondendum est, quòd non licebat Iudæis aliquem de Chananeis virum, aut fœminam viuentem dimittere, cum Deus iusserit omnes occidi, vt patet Deuterono. 20. ideo licitum non erat dimitti aliquam de Chananæis viuentem ad conuertendum illam ad ritus Iudaicos, & tũc acciperetur in vxorem.

C si tamen liceret aliquo mõ manere aliquam de Chananeis viuentem, & conuerti ad Iudaismum, non minus licebat illam accipi in vxorem, quam aliquam de Moabitis, Idumęis, aut quibuscunque gentibus non pertinentibus ad Chananęos. De Raab autem sic factum est, quòd ex casu speciali supra posito licuit: immo necesse fuit illam dimitti viuentem cum cognatione sua: ideo licebat illam accipi in vxorem a quocunque Israelita: nec solum est hoc in Raab, sed etiã in sororibus suis, & in omnibus de cognatione sua: eadem quippe causa subsistit. non fuit ergo illicitum eã accipi in vxorem a Salmon principe tribus Iudæ.

Vsque in presentem diem. Refertur ad tempus quo scriptus fuit liber iste, & non est sensus, quòd habitauerit Raab, & cognatio sua in medio Israel vsquequo scri-

D ptus est liber iste: quia siue sit scriptus liber iste a Samuele, vt quidam volunt, siue ab Isaia, nõ mãsit Raab vsque ad tempus alicuius horum. Sed mansit Raab in medio Israel, vsque ad tempus illud, quia nati ab ea, & sororibus, & fratribus suis manebant in medio filiorum Israel, tũc cum scriptus est liber iste. nam de Raab descendit tota regum progenies in tribu Iuda: ipsa enim cõcepit Booz qui fuit proauus Dauid, vt patet Matth. 1. cap. ista autem linea mansit semper inter Israelitas vsquequo per Romanos deleta est. nam & Saluator noster de filijs Raab natus est, & forte vsque ad præsentem diem manet linea ista Raab inter Iudęos, vel inter conuersos ad Christum.

E *Eo quòd abscondit nuncios.* Ista est causa quare ipsa liberata fuit: tenebantur enim naturaliter illi, vt sicut ipsa liberauerat eos a non dubia morte, ita ipsi quoque eam liberarent: tenebantur tamen magis ex iureiurando, quia interciderat pactum iuramẽto firmatum de eripiendo eam.

Quos miserant, vt explorarẽt Iericho. Idest quos miserat Iosue de Sethim ad inquirendum statum vrbis Iericho, vt patet supra. c. 2.

In tempore illo imprecatus est Iosue, dicens. Maledictus vir coram domino, qui suscitauerit, & ędificauerit ciuitatem Iericho.

In

In primogenito suo fundaméta illius iaciat, & in nouissimo liberorū ponat portas eius. Fuit ergo dominus cum Iosue, & nomē eius vulgatum est in omni terra.

Hic ponitur tertium. s. Iosue imprecatio de nō ędificanda vrbe Iericho in sempiternum. *In illo tempore.* s. postquam Iericho diruta est, & exusta, ita vt nihil maneret in ea, sed esset quasi tumulus æternus.

An Iudæi completa cæde Ierichontinorum regressi fuerint in castra non præmissa aliqua purificatione, vel fuerint purificati. Quæst. LIX.

G QVAERET aliquis circa prędicta: an Israelitę cōpleta cęde Ierichontinorum reuersi fuerint in castra non pręcedente aliqua cęremonia, vel fuerint primo lustrati. Et videtur, ꝙ non redierint immediate in castra. nā cum aliquis erat immundus super mortuo iubebatur esse extra castra, vt patet Numeri 5. c. cum dicitur. Pręcipe filijs Israel, vt eijciant de castris omnem leprosum, & qui fluit semine, pollutusque est super mortuo. durabat autem ista contaminatio diebus septem, vt patet Numeri 19. & erat facienda aspersio die tertia & septima, sed de Israelitis occidentibus Ierichontinos patet ꝙ essent contaminati super mortuos, quia tangebant illos mortuos, & morientes, & aspergebātur sanguine eorum: ergo debebant manere extra castra. Respon- H debit aliquis forte, ꝙ illud de immunditia super mortuo, tenebat in mortuis, qui per se cadunt. secus autem in eis, qui occiduntur: sic enim patet in similibus: nam si aliquis tangeret carnes animalis liciti ad esum, cum occideretur ad comedendū, non incurrebat aliquam immunditiam: si autem tangeret carnes eius cū per se moreretur, efficiebatur immundus, vt patet Leuit. 11. Respondendum est: non esse simile, quia non erat de homine, sicut de animalibus licitis ad esum: immo ex eodem capite patet contrarium, quia cum esset aliquod animal illicitum ad esum, qui tangeret carnes eius, siue per se moreretur, siue ab alio occideretur, efficiebatur immundus, vt patet eodem c. De ho- I mine autem sic erat quòd non erat animal licitum ad esum: ergo nullatenus licebat tangi carnes eius, sine immunditia post mortem. Item patet hoc in bello facto contra Madian: nam bellatores venientes nō ingressi sunt in castra, quousque lustrarentur secundum ritum legis: manserunt enim ibi diebus septem. sic patet Numeri 31. cum dicitur. Manete extra castra septem diebus, qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit lustrabitur die tertio, & septimo, & lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra introibitis. in pugna ergo Iericho sic fieri debuit. Respondetur, quòd Israelitę occidentes Ierichontinos non expiati fuerunt, sed redierunt in castra: nec tamen infregerunt legem de purificatione. Non est autem simile de pugna cōtra Madianitas, quia hic erant omnes viri Israelitæ in circuitu Iericho, & plurimi eorum occiderunt aliquos de Ierichontinis, vel saltem asinos, & canes, & alia animalia pusilla vrbis Ierico, vt nihil viuens maneret. nihil ergo manebat in castris quod immundum non esset: immo ipsa castra immunda erant: quia magis dicebantur esse castra vbi erant omnes Israelitę inter vrbem Iericho, vel in circuitu illius, quàm vbi erant tentoria cum fœminis, & infantibus in Galgalis: non poterant ergo manere extra castra immundi, cum omnia castra essent immundorum. In bello autem facto contra Madianitas, solum missi sunt duodecim millia virorum, vt patet Nu-

Determinatio auctoris.

F meri 31. reliqui autem manserunt: & hi vocabantur castra. Cum ergo venerunt pugnatores de terra Madian, non ingressi sunt in castra, donec purgarentur: si tamen omnes Israelitę iuissent in Madian ad pugnandum, quamquam postea vellent se expiare nō possent manere extra castra, sed potius vbi omnes ipsi erant, dicebantur esse castra. Item munditia vel immunditia dicebatur esse respectu sanctuarij: alioquin non consideraretur inter Iudæos aliqua immunditia, nisi ea quæ naturalis contagio est, s. lepra. ideo cum de immunditia agitur, dicitur, ꝙ caueant immundi, ne contaminent sanctuarium Dei: vt patet Leuiti. 15. c. sed arca Domini in qua erat tota sanctificatio, erat cum Israelitis, nunc in bello apud muros Ierico. ergo non vetarentur ab ingressu castrorum, quia in castris non erat aliquid sanctificatum respectu cuius deberent cauere. Non erat autem sic in pugna contra Madianitas, quia arca Domini, & totum sanctuarium mansit in castris, ipsis euntibus in pugnam. cum ergo venerunt, viderentur polluere sanctuarium si intrarent in castra. hic tamen ipsi Israelitæ immundi a cęde Ierichontinorū portabant secum arcam. non erat ergo aliquid, quare deberent manere extra castra septem diebus in purificatione. Item alia causa principalis est, quia istæ leges cęremoniales non obligauerunt Israelitas quousque essent in pace: vt patet Deuteron. 12. Ideo quamquam obseruauerint aliquando ex mandato Dei ad dandum formam obseruationis earum, sicut Pascha celebratum est in deserto in mōte Synai: vt patet Numeri 9. Manifestum tamen est in deserto non fuisse obligationem aliquam ad cęremonialia. non igitur obseruauerunt post transitum Iordanis istam cęremoniam, quousque cessarent bella. Item non poterat cōuenienter obseruari cęremonia ista, quia postquam transierunt Iordanem vsquequo data est pax erepta terra de manu Chananæorum semper vacauerunt Iudęi bellis. si autem obseruarent istam cęremoniam, necesse erat, vt quandocunque fecissent aliquam cędem, manerent dies 7. in purificatione: quod nimis eos distraheret ab actibus bellicis. Quanta autē inconueniētia datis his quotidianis purificationibus sequerentur, quilibet aduertere potest. non fuit ergo in cæde Ierichontinorum seruata cęremonia lustrationis, nec postea toto tempore quo Iudęi vacauerūt bellis. Nec fuit simile in bello contra Madianitas, quia tunc non erant vacaturi Israelitę alicui bello vsquequo trāsirent Iordanem. ideo vt toto illo tempore manerent mundi, lustrati sunt aquis iuxta ritum qui habetur Nume. 19. & 31. & sic credendum est factum esse tempore Iosue cessantibus Iudęis a quotidianis bellis, ꝙ facta fuerit lustratio omnium in aquis, vt possent accedere ad loca sacra, & vacare legalibus cęremonijs.

Imprecatus est Iosue. Imprecari est rogare quòd malum veniat super aliquem, vt dicendo rogo Deum, ꝙ deleat illum vel illum, vel det ei calamitates, aut angustias. & hoc fecit hic Iosue dicens. Maledictus vir co- K ram Domino, qui suscitauerit, & ędificauerit ciuitatē Iericho. in Hebræo habetur verbū quod signat adiurare, vel compellere ad iurandum. s. ꝙ fecerit Iosue, vt omnes Israelitę iurarent nunquam suscitare vrbē Iericho. & istud iuramentum obligauit posteros. litera tamen nostra accepit in significatione imprecandi, scilicet quòd imprecatus fuerit Iosue malum super.

Quare Iosue imprecatus est malum super ædificantem Iericho, & quòd id malum postea accidit Abiel, qui Iericho reædificauit. Quæst. LX.

FVIT autem Iosue imprecatus istud malum super ędificantem propter duo. Primo ad manendum memoriam diuini miraculi: acceperant Israelitæ

litæ vrbem illam miraculose diruente Deo muros illius. vt ergo tanti miraculi nunquam memoria deleretur, volebat Iosue manere Iericho factam in tumulum sempiternum. tunc enim videntes inquirerent quid illud fuisset, & cognouissent magnalia Dei. si autem Iericho reædificaretur, & habitaretur, sicut cęterę vrbes terrę Chanaan in quibus erant Iudęi, non haberent posteri aliquam causam ad inquirendum de vrbe illa cur sic staret. & consequenter aboleretur memoria diuini miraculi: maledixit ergo ædificantem. Alia causa erat ex positione anathematis. nam quando aliqua vrbs subijciebatur anathemati, diruebatur, & succendebatur mansura tumulus in ęternum, & iubebat Deus, ꝙ nunquàm ædificaretur: vt patet Deuteron. 13. sed super Iericho positum fuerat anathema. ideo Iosue volēs obseruare cęremonias omnes illius, imprecatus est ne quis ædificaret: & ꝙ maledictus esset ædificans. *Maledictus vir coram Domino.* Idest, maledictus sit a Deo, qui ædificauerit vrbem istam. Sciendum autem, quòd non obstante ista imprecatione Ahiel de Bethel temporibus Regis Acab, qui regnauit in Israel, reædificauit vrbem Iericho. veneruntque super eum omnia mala, quæ scripta sunt hic, scilicet quòd mortui sunt omnes filij eius. nam cum inciperet ponere fundamentum mortuus est primogenitus suus: & dum ædificaret, mortui sunt alij. cum autē consummaret, mortui sunt omnes filij sui: vt patet 3. Regum 16. cum dicitur. In diebus illis ædificauit Ahiel de Bethel Iericho in Abiran primitiuo suo fundauit eam: & in Segub nouissimo suo posuit portas eius. *Maledictus vir coram Domino.* Idest, ista maledictio non solum sit coram hominibus, sed etiam coram Deo, scilicet quòd Deus reputet huiusmodi virum maledictum. Vel maledictus vir coram Domino, idest, nō solum maledicamus nos ei, sed rogamus Deū, quòd maledicat tali viro. & iste est sensus proprius maledictionis, vel imprecationis. Aliter potest intelligi: maledictus vir, idest maledictus est coram Domino, idest a Deo. q. d. Deus maledixit ei, qui istam vrbem ædificaturus est. Et tunc est sensus, quòd Deus reuelasset Iosue, quòd maledictus esset, qui ista faceret: & Iosue spiritu prophetico ista dixit: sic patet 3. Regum 16. cum dicitur de Ahiel: in primitiuo suo fundauit eam, & in nouissimo liberorum suorum posuit portas eius, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Iosue filij Nun. Apparet ergo, quòd Deus ista locutus fuerit. quamquam ergo ista dixerit per modum imprecationis, vt verbum notat, magis tamen dixit modo pręnunciationis. pręnūciauit enim quid futurum esset viro ædificanti Ierico. *Qui suscitauerit, & ædificauerit vrbem Iericho.* Suscitare Iericho erat incipere eam ad faciendum, vel reducere eam ad esse quæ olim fuerat, & nunc iam nihil erat. & dicitur. *Suscitauerit, & ædificauerit.* Quia suscitare dicit operis inchoationem. ædificare dicit prosecutionem, & expletionem. Maledictio autem hæc non erat ventura super eum, qui solum suscitaret, sed super eum qui suscitaret, & ædificaręt, idest qui inciperet, & consummaret, quod magis apparet ex littera sequenti, scilicet in primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum eius ponat portas illius. sed qui ponit portas iam cōsummauit ædificium: si ergo aliquis suscitaret Iericho, & non consumaret, moreretur primogenitus eius: quia vrbs in primogenito fundanda erat, vt hic subditur. non tamē veniretur vsque ad nouissimum filiorum: nisi consummaretur ædificatio vrbis, cum in nouissimo ponendæ essent portæ. *Et ædificauerit vrbem Iericho.*

A

An maledictio Iericho intelligatur tantum de muris, vel de domibus. Quæst. LXI.

Solum intelligitur hoc de muris, scilicet qui faceret muros, & turres Iericho: secus autem de illis qui facerent domos in vrbe Iericho. quod patet, quia si omnium ædificantium in vrbe Iericho morerentur filij vsque ad nouissimum, fuisset impossibile populari vrbem illam, quia morerentur filij omnium ædificantium: & non manerent aliqui successores patrum. & tamen ista vrbs postea fuit populata, & bonæ habitationis: ergo non morie-
B bantur filij omnium, qui ædificabant in vrbe Iericho. Item patet hoc ex litera, quia infra dicitur in primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. certum est hoc referri ad ipsam ciuitatem, scilicet ad muros, & mœnia, quod declarat istud relatiuum eius. Etiam quia cum quis poneret fundamenta alicuius domus in vrbe Iericho, vel portas illius poneret, non diceretur ponere fundamenta, & portas vrbis Iericho, sed hic de vrbe dicitur. Item multum differt ædificare Iericho, & ædificare in Iericho: nam qui ædificat Iericho, ædificat vrbem construendo muros, & turres. qui autem ædificat in Iericho, facit aliquam domum, vel aliquod aliud ædificium in vrbe Iericho. Hic autem dictum est de ædificantibus Iericho: ergo non erat ventura
C ista maledictio super ædificantes domos, siue ædificantes primas, siue vltimas. vnde constructa vrbe Iericho, vel dum construebatur, si aliquis construeret domum primam intra vrbem, non venirent super eum maledictiones istæ: quia ipse non suscitabat, nec ædificabat vrbem Iericho: sed aliquid in vrbe Iericho. litera autem solum loquitur de ædificantibus vrbem Iericho.

An aliquis faciendo domos sine ædificatione murorum esset maledictus. Quæst. LXII.

Quaeretur tamen, quid si destructa vrbe Iericho, antequam fierent aliqui muri, aliquis faceret ibi domos ad habitandum,
D & habitaret, nunquid venirent maledictiones? Respondetur ꝙ non, quia ille non construebat muros vrbis: & tamen litera loquitur de illo, qui poneret fundamenta ciuitatis, & murorum portas, quòd incurreret hæc.

An si fieret magnus populus in Iericho: & non construerentur muri, veniret maledictio. Quæst. LXIII.

Quid si in Iericho fieret populus magnę habitationis: & tamen non ponerentur muri, nec portæ, nunquid incurreret aliquis has maledictiones, vel omnes habitatores loci? Respondetur, quòd nullus ex causa supra po-
E sita, quia non erant ibi fundamenta ciuitatis, quibus iactis moriturus erat primogenitus: nec portæ vrbis, quibus positis nouissimus liberorum exanimandus erat. Item patet hoc: quia vrbs Iericho postea reædificata est, & habitauit ibi populus multus, sicut fuerat a principio, tamen super nullum eorum venerunt maledictiones hæ, nisi super Ahiel de Bethel, qui posuit muros, & portas. si ergo nullus fundamenta iecisset, nec posuisset portas, nullus incurreret maledictiones has, quia non faciebat contra imprecationem Iosue.

An

An Ahiel ponendo muros, & portas vrbis Iericho, peccauerit. Quæst. LXIIII.

QVAERET aliquis, an Ahiel qui ædificauit vrbem Iericho, ponendo portas, & iaciendo fundamenta, peccauerit mortaliter. Respondetur ꝙ sic. Primo, quia fecit contra iustam imprecationem Principis Israel: nullus enim debebat facere contra mandatum Principis, sub pęna mortis, vt patet Deuteron. 17. Qui ergo transgrederetur præcepta Iosue, erat reus mortis, & consequenter peccabat. Potissime, quia præcepta Iosue erant a Deo dictata, cum ipse esset Propheta, & sæpissime Deus illi loqueretur, quod Israelitis liquebat. facientes ergo cō tra præcepta Iosue intelligebant se facere contra pręcepta Dei, & consequenter peccabant mortaliter. sic autem fuit de Ahiel, qui erat de vrbe Bethel, quæ est apud Iericho, & quamquam cognosceret imprecationem positam ædificauit. Item pœna a Deo data, venit nobis ex meritis nostris, quia nemo iniuste patitur. sed iste Ahiel a Deo punitus est, & venerunt super eum omnia mala, quæ imprecatus fuerat Iosue: ergo peccauit, alioquin non venissent super eum pœnæ. Sed forte aliquis respondebit, istas pœnas venisse a casu, & non propter factum illud, & sic non arguetur peccatum. Sed non stat, quia non concedimus aliquas pœnas a casu alicui prouenire, sed omnia Deo dirigē te proueniunt. sed ista grandis quæstio est, de qua Boe-
Et etiam 6. tius de consolatione, libro 5. Sed dicet aliquis, quamquam istæ pœnæ prouenerint Ahiel pro peccato, tamen venerunt pro alijs peccatis, & non pro hoc. ideo non arguetur in hoc peccasse. Respondendum est, ꝙ peccauerit, & pro hoc peccato ei pœnæ prouenerint, vt patet 3. Regum 16. Scilicet, in primitiuo suo fundauit eam, & in nouissimo liberorum suorum posuit portas eius, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Iosue. Sed manifestum est, ꝙ verbum Iosue fuit, ꝙ ædificanti Iericho, prouenirent mala hæc: ergo pro ędificatione vrbis venerunt Ahiel mala hęc, & consequenter peccauit. & hoc concedendum est.

An illi qui ædificauerunt domos in vrbe Iericho ad habitandum, peccauerint mortaliter. Quæst. LXV.

QVAERET aliquis, an illi qui ædificauerunt domos in vrbe Iericho, vt ibi habitarent, peccauerunt. Respondendum est, ꝙ non: quia ibi habitauerunt multi viri sancti, s. Heliseus, vt patet 4. Regum 2. cap. Alij filij Prophetarum ibi cum eo: immo vt fieret locus ille conuenientioris habitationis, rogantibus filijs Prophetarum sanauit Heliseus sterilitatē aquarū misso sale in aquas, vt patet eodem cap. Si tamen peccatum esset habitare in Iericho, Heliseus qui erat Propheta Domini, habēs duplicatum spiritum Heliæ, vt patet eodem cap. Cognosceret, atque recusaret habitare ibi, sed non recusauit quin potius dedit occasionē, & allicitiuum alijs habitandi ibi, cum sanauit sterilitatem aquæ: ergo nō peccabant habitantes, & ædificātes domos. Item vrbs Iericho licita erat ad habitationem, sicut omnes aliæ vrbes terrę Chanaan, nisi Iosue imprecatus fuisset maledictionem, quæ habetur hic. sed ista maledictio non extenditur ad habitantes in Iericho, & construentes ibi domos, sed ad ædificantes vrbem. ergo non peccabant hi, quod patet ex forma imprecationis Iosue. dixit enim, Maledictus vir qui suscitauerit vrbem Iericho, sed habitare in Iericho non est eam suscitare: ergo non venit in hos maledictio.

Item patet magis ex eodem, quod dicitur: in primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissi-
F mo liberorum suorum ponat portas illius, sed hoc ad habitatores non pertinet, nec ad constructores domorum, sed ad solos ædificatores murorum vrbis: ergo non peccabant alij. Dicendum ergo, quòd in constructione Ierichontinæ vrbis solus Ahiel peccauit, & solus ipse pœnam passus est. *In primogenito suo fundamenta illius iaciat.* Idest, qui ædificauerit Iericho ponat fundamenta cum primogenito suo, scilicet, quòd moriatur primogenitus in principio ædificationis cū posuerit fundamenta. *Et in nouissimo liberorum ponat portas eius.* Idest, quando posuerit portas ciuitatis in consummatione ædificij moriatur vltimus filiorum eius. & est sensus, quòd omnes filij ędificantis Iericho moriantur ante completam ædificationem, & sit successio in filiorum morte, sicut in ædificatione, scilicet, ꝙ
G in principio ædificationis moriatur primogenitus, & succedente ædificatione moriantur alij filij vsquequo consummata ædificatione in positione portarum, moriatur vltimus filiorum, etiam si valde multi essent. Sic factum est in filijs Ahiel ædificantis Iericho. nam cum poneret fundamenta, mortuus est Abiran primogenitus eius, & consequenter cæteri succedente ædificatione: cum autem ponerentur portæ, mortuus est Segub vltimus liberorum eius, vt patet 3. Regum 16.

An si ædificatores principales vrbis Iericho essent plures, an omnes incurrerent maledictionem. Quæst. LXVI.

H SED aliquis arguet, quid si iste ædificator Iericho, non esset vnus principaliter; sed essent multi æque principales in ædificando, tam mouendo ad ædificium, quàm impendendo sumptum. Respondendum est, quòd quamquam ista lex ponatur in singulari de ædificatore Iericho, si tamen multi essent ædificatores principales, omnes incurrerent has maledictiones. quod patet, quia quilibet istorum suscitabat vrbem Iericho, & ædificabat eam, sed ædificatori ponitur pœna mortis filiorum: ergo quilibet istorum perderet filios. accidit tamen quòd vnicus esset ædificator, scilicet, Ahiel. ideo ipsius solius mortui sunt filij. Item in ædificatione Iericho mo-
I ri debebant filij alicuius, vt patet hic. erant tamen ex casu dato plures ædificatores, & non erat causa, quare magis morerentur filij vnius, quàm aliorum. ergo vel filij omnium, vel nullius morerentur: sed non potest stare, quòd ædificaretur Iericho sine morte filiorum ædificatoris: ergo morerentur filij omnium ædificatorum æque principalium.

An ædificatores minus principales Iericho, scilicet conductitij incurrerent maledictionem. Quæst. LXVII.

QVAERETVR an istam pœnam incurrerent ædificatores minus principales, vel adiutores. Respondendum est quòd non, quia manifestum est, quòd Ahiel de Bethel nō
K ædificauit solus vrbem Iericho, immo forte ipse nihil fecit, sed ministrabat impensas, & iubebat ædificari. tamen non refert sacra scriptura mortuos filios aliorum, sed ipsius solum. si tamen filij aliorum mortui fuissent, etiam sacra scriptura exprimeret: quia non magis videbatur de Ahiel, quàm de alijs: non tamen fuerunt filij aliorum mortui, quia non dicuntur illi suscitatores, vel ædificatores Iericho, cum essent solum manuales artifices. qui autem iubet fieri aliquid, & impendit sumptus, dicitur proprie facere illud. sic patet de Salomone, qui dicitur ædificasse domum Domini: & non dicuntur fecisse artifices, ipse

ipse tamen cum Rex magnus foret, nihil manibus suis exequebatur. de hoc 3. Regum 6. cap.

Quæstio curiosa, scilicet, quid si ædificator Iericho non haberet multos filios, an morerentur filij.
Quæst. LXVIII.

SED adhuc quæret aliquis, quid si iste qui ædificaret vrbem Iericho, esset non habens liberos multos, quomodo possent compleri ista maledicta in eo, scilicet, quòd in primogenito suo fundamenta iaceret, & in nouissimo liberorum poneret portas eius? Respondendum est, quòd ista verba Iosue possunt intelligi dupliciter, scilicet, aut per modum imprecationis, aut per modum prænunciationis. Si tamen accipiantur ista verba per modum imprecationis, & tamen quòd Deus exaudiuit Iosue: Dicendum est, quòd quamquam non haberet multos liberos, qui ædificaret Iericho, tamen complerentur in eo verba Iosue, quia intentio eius erat, quòd morerentur omnes filij ædificantis Iericho: si ergo vnicum habebat, satis erat, quòd moreretur ille vnicus. Alio modo potest intelligi per modum prænunciationis propheticæ, scilicet, quòd Iosue locutus diuino spiritu prædixit id, quod euenturum erat, scilicet, quòd ædificatoris Iericho filij morerentur, & isti essent multi in quorum primogenito iacerentur fundamenta, & in nouissimo ponerentur portæ. & hoc dicendum est, scilicet, quòd quia Deus præsciebat Ahiel de Bethel ædificaturum esse Iericho, & ille habiturus erat multos filios, prædixit, quòd in primogenito ponerentur fundamenta, & in nouissimo illorum portæ.

An si ædificator Iericho non haberet aliquem filium, complerentur in eo maledictiones istæ.
Quæst. LXIX.

SED quæret aliquis, quid si ille qui ædificaret Iericho non haberet aliquem filium, quomodo complerentur in eo maledictiones istæ? Respondendum est vt supra, s. ꝙ Deus mouerat Iosue ad dicendum ista verba per modum propheticæ enunciationis, & quia Deus prænunciabat illa de Ahiel, qui habiturus erat multos filios, & sic certissime futurum erat, quòd Ahiel ædificaturus esset Iericho, non oportebat poni, nec concedi alium casum. Si tamen adhuc vellemus dicere ista verba fuisse dicta solum per modum imprecationis, esset respondendum, ꝙ quamquam non morerentur filij ædificatoris, quia nullos haberet, tamen moreretur ipse, vel daretur alia pœna correspondens. Primum tamen magis tenendum est, & sic innuitur 3. Regum 16. s. in primitiuo suo fundauit eam, & in nouissimo liberorum posuit portas eius iuxta verbum Domini per manum Iosue: & sic ponitur, hæc verba Iosue fuisse verba Domini: ergo fuerunt verba prophetice dicta, & sic erat certum quis ædificaturus esset. s. Ahiel, & ob hoc dictum est de primogenito, & nouissimo liberorum, quia iste multos filios habiturus esset, & omnes mori debebant in ædificatione vrbis. *Fuit ergo Dominus cum Iosue.* Idest, Deus prosperauit omnes actus Iosue, hoc refertur quantum ad ea, quæ facta sunt in vrbe Iericho, quia cum ipso regẽte facta fuerit murorum subuersio, & deletio vrbis, in quo prosperabatur populus Iudæorum, dicebatur hoc totum fieri ipsi Iosue: ergo cum illo erat Deus. q. d. quia ista non potuissent fieri pro Hebręis, nisi Deus esset illis propitius, quia omnia hæc Deo agente proueniunt: Et iste est modus communis loquendi in sacra scriptura, quòd quando aliqua negotia in manu viri alicuius prosperantur, dicitur Deus esse cum illo: sic patet de Ioseph manente in domo Putipharis magistri militum Pharaonis, de quo dicitur, quòd cognoscebat Aegyptius esse Deũ cum eo, quia cuncta recte agebat: sic patet Genes. 39. cap. scilicet, fuitque Dominus cum eo, & erat in cunctis prospere agens: habitauitque in domo Domini sui, qui optime nouerat Deum esse cum eo, & omnia quæ gereret ab eo dirigi in manibus illius. *Et nomen eius in omnem terram vulgatum est.* Idest, & Dominus fecit, quòd haberet magnam famam per terram omnem, & hoc quia omnia facta nobilia, quæ fiunt in ducatu alicuius attribuuntur ei, & Iosue regente exercitum Iudæorum Deus fecerat grandia miracula, scilicet in diuisione Iordanis, & in diruendo muros Ierichontinæ vrbis, & post hæc alia maiora fecit, ideo vulgaretur nomen eius per omnes terras. Non tamen est intelligendum, quòd vere per omnes terras vulgaretur nomen Iosue, quia ad paruum spacium terræ peruenit nomen eius. Sed dicitur, quòd vulgatum fuit in omni terra, accipiendo hyperbolice, cum parua signantes maiora exprimimus: sic patet ex modo loquendi sacræ scripturæ frequenter, vt patet Genes. 41. cap. scilicet, Omnes prouincię veniebant in Aegyptum, vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent, & tamen manifestum est, quòd non veniebant omnes prouinciæ in Aegyptum, quia non erat verisimile, nec Aegyptus suffecisset ad duos menses, vt daret escas toti mundo, sed dicitur omnes prouinciæ, idest, multæ prouinciæ, scilicet, quia prouinciæ coniunctæ Aegypto, vt terra Chanaan, & Arabes, & similes terræ veniebant in Aegyptum.

An nomẽ Iosue fuerit vulgatũ per omnem terrã accipiẽdo omnem distributiue: quia non, sed hyperbolice.

An statio solis tempore Iosue potuit cognosci ab omnibus gentibus orbis: & dato quòd a quibusdam cognosceretur, an sufficienter ex hoc diuulgabatur nomen Iosue, per totum orbem. *Quæst.* LXX.

SED obijcietur, quòd fama Iosue peruenerit in omnes terras, quia facta fuerunt magnifica in ducatu eius, scilicet, quòd Sol steterit spatio vnius diei non motus, & fuerit facta maior dies quam vnquam fuerit, vt patet infra 10. cap. Hoc autem apud omnes gentes cognitum erat: etiam si cætera facta Iosue cognita non extitissent. nec est de hoc, sicut de cæteris magnifice factis, quia alia quantumcunque magnifica sint, non cognoscuntur apud alias gentes, nisi per aliquem referantur: hoc autem nullo alio referente apud omnes patebat, cum vbique terrarum Sol videatur.

Respondendum est, quòd hoc non sufficit ad manifestandum nomen Iosue per vniuersam terram. Primo, quia hoc fuit in statione Solis, & quòd dies fuerit maior, quàm dies omnes seculi. Quantum ad hoc, quòd dies ista fuerit maior, quàm dies omnes seculi, non videretur miraculum apud quasdam gentes: nam istud videbatur miraculum in terra illa, vbi dies, & noctes sunt intra spatium duodecim, vel vigintiquatuor horarum: quia quòd vna dies, quę aliàs solebat esse horarum duodecim, vel tredecim, aut sexdecim, vel decem & septem horarum efficeretur nunc vigintiquatuor horarum, & amplius, satis erat admirabile. Sunt tamen quædam partes terræ, in quibus aliquando dies peruenit ad vnius mensis quantitatem, & aliæ terræ, in quibus peruenit ad quantitatem duorum mensium, & trium, & quatuor vsque ad dimidium annum. sic enim necesse est manentibus sub polorum altero, quia totus annus fit vnus dies, & vna nox, & sex menses sint pro nocte, & sex pro die. hoc autem augmentum dierum contingit

Determinatio auctoris.

tingit ad duo latera mundi, scilicet, declinantibus ab æquinoctiali linea versus polum antarcticum, vltra tropicum Capricorni, & declinantibus versus arcticum, vel septentrionalem vltra tropicum Cancri, sicut manifeste declaratur per motum sphæræ materialis, assignatis diuersis positionibus Orizontis, secūdum varias mundi partes. Quòd ergo in aliqua terra, in qua durat dies per vnum mensem, & amplius, adderetur spatium duodecim horarum, non erat aliquod valde mirabile: quoniam nemo ad aliquid tale respiceret. nam in vno mense triginta dierum sunt horæ septingentę, & viginti, multiplicando triginta per vigintiquatuor, sed in septingentis, & viginti non videntur duodecim ponere aliquam notabilem quantitatem, nec respiceret ad hoc aliquis. In his ergo terris vbi est tanta magnitudo diei, non videretur miraculum vllum, quòd augeretur dies decem, vel duodecim horis.

Ad quæsitum superius, & quòd Hierusalem est in medio inter Indiam Orientalem, & vltimam Hispaniam, scilicet, Gallitiam, seu Compostellam: & ita intelligitur prius quòd Christus est operatus salutem in medio terræ.

Quæst. LXXI.

SED tunc diceretur, quòd quamquam non appareret miraculum in magnitudine diei insolita, appareret tamen in statione Solis, quia nūquam Sol stare visus est, vel fuerat, quòd autē tunc staret erat manifestum miraculum.

Respondendum est, quòd ex hac parte videtur esse minus miraculum. Nam gentes illę apud quas tunc nox erat, non perciperent stationem Solis, & consequenter non iudicarent esse miraculum: & tamen necesse erat, quòd tunc in medietate mundi esset nox, aut magis quàm medietate. nam quantum Sol accedit ad quasdam terras secundum longitudinem, quę est ab Oriente in Occidentem, tantum distat ab alijs, & quando quibusdam occidit, oritur alijs. Ideo dicendum est, quòd cum stetit Sol orante Iosue, erat iam nox in parte Orientali mundi, scilicet, in partibus Indię, & in tota latitudine frontis Orientis, quia sicut terra Chanaan in qua est Iericho, & Hierusalem est in medio mundi, scilicet terrę habitabilis, computando per latitudinem, scilicet, ab Australi plaga in Aquilonarem. Ita incipiendo in puncto Orientali ab habitatione gentium vsque in punctum Occidentalem ipsa est per longitudinem in medio. Ideo cum ibi fuerit meridies, necesse est, quòd occidat in parte Orientali Indiana, scilicet, quòd sit in puncto Occidentis. sic necesse est considerata dispositione quatuor quartarum circuli. nam a puncto meridiani circuli versus Zenith declinando ad punctum Orientis est vna quarta circuli, & declinando in Occidentis punctum, est alia quarta circuli, sed a puncto Orientis vsque ad medium terræ per longitudinem est vna quarta circuli, quòd ponitur esse fere in terra Chanaan: ergo cum Sol esset in meridiano terræ Chanaan, necesse est, ꝙ sit in puncto Occidentali, scilicet in Occasu respectu terrę Indianę: ita, quòd tunc illis incipiat nox, sed quādo Sol incępit stare orante Iosue, erat plus quàm meridies in terra Chanaan, & iam multum declinabat Sol ad Occasum. ergo necesse erat, quòd incepisset nox eis, qui manebant in puncto Orientis in terra Indiana, quod patet, quia si tunc esset meridies solum, aut ante meridiem non orasset Iosue, vt staret Sol, quia in parte residua diei poterat implere, quod volębat, vel dato, quòd in spatio residuo non sufficeret implere, non haberet causam orandi quousque esset inclinata dies, & interciderentur ea, quæ Iosue incępis-

F set, nisi staret Sol. Ecce igitur, quòd apud valde multas gentes esset tunc nox, & non videretur miraculum factum in statione Solis.

An miraculum prædictum etiam apud gentes illas, quæ tunc noctem haberent, cognosceretur. Ex qua disputatione, & ex ijs quæ habentur infra 10. & 4. Regum 20. & Matth. 4. quæst. 49. Poteris respondere ad nodosam illam, & inextricabilem hæreticorum quæstionem, cum Catholicis, scilicet, quare eclypsis, seu verius tenebræ passionis Christi ab hora sexta, vsque ad nonam non fuerunt visæ per totum orbem, vel si sic, cur totus mundus viso tali, ac tam stupendo miraculo in plenilunio non fuit conuersus ad Christum, & quare Historiographi nullam penitus de illo eclypsi fecerunt mentionem, licet Paulus Orosius lib. 7. cap. 3. aliter ad hoc
G respondeat testem nullum citando. Vel quidem rursus ex eo ꝙ videtur, quòd omnis, vniuersus in sacra scriptura non distribuunt semper pro singulis generum, sed hyperbolice, seu pro generibus singulorum, sic potest dici quòd illud Matthæ. 27. Tenebræ factæ sunt, & cæt. Sumatur sicut hic omnis.

Quæst. LXXII.

SED adhuc respondebitur, ꝙ etiam apud gentes illas, quæ tunc noctem haberent cognosceretur miraculum illud, quia dato, ꝙ non cognoscerent, an Sol staret, vel moueretur, scirent tamen noctem illam esse maiorem cęteris noctibus per horas decem, aut duodecim: in quo manifestum erat miraculum cognosci debere. Respondendum est, ꝙ
H non potest distincte temporis quantitas cognosci per noctem, sicut per diem, quia apud dormientes non percipitur tempus, & consequenter nec quātitas temporis, & quamquam esset maior nox non multum distinguerent. Sed adhuc dato, ꝙ cognosceretur quantitas temporis, & maioritas noctis illius super alias noctes, non poterat hoc esse in terris omnibus. Nam in terra illa vbi nox est vnius, vel duorum mensium, aut amplius, sicut necesse est esse in regionibus declinantibus nimis ad alterutrum polorum iuxta magnitudinem dierum, dato, ꝙ nox esset maior solito horis decem, vel duodecim, non cognosceretur magnitudo insolita noctis, quia tam paruus numerus horarum inter horas tot quot sunt in duobus, aut tribus mēsibus
I nihil est notabile. ideo non cognosceretur statio Solis, quia non videbatur, nec cognosceretur insolita magnitudo noctis, quia tam parua quantitas nō esset notabilis. ideo impossibile videbatur, ꝙ in omni terra, & gente cognosceretur fama Iosue per Solis stationem. Item dato ꝙ omnes gentes viderent Solem stantem, non cognoscerent omnes gentes miraculum esse. nā quædam gentes ita barbaræ, & carentes vsu rationis sunt, vt vix a belluis differre videantur, sicut sunt versus extremitates mundi, s. in parte Septētrionali apud Oceanum, quia bestiales Aristot. vocat 7. Ethicorum. & in parte Australi in desertis Aethiopicis varia monstra hominum, magis quàm homines sunt, de quibus Isidorus 11. Etymolog. & Solinus in Polistor. cap. de
K Aethiopia. apud hos ergo miraculum nullum sentiretur, nec iudicarent, an Deus, vel Natura hoc ageret, sicut nec belluæ iudicant. Item dato, ꝙ ista statio Solis esset cognita in toto orbe, & a gentibus illis, quæ aliquid discretionis habent, atque homines vocantur: cognosceretur esse miraculum, sed non cognosceretur propter quid Deus fecisset, an propter Chaldæos, vel Arabes, aut Indianos, vel Hebræos: cum plurimæ gentes erant, quæ non nouerant, an Hebræi aliqui essent: ad hoc quòd cognoscerent omnes gentes fuisse istam Solis stationem factam propter Iosue, oportebat vt discurrerent aliqui nuncij per omnęs terras, qui enarrarent, quomodo gerentę

te bellum Iosue cum Chananæis steterit Sol orante ipso ad Deum, vt staret.

Sed hoc redit ad id, quod circa alia contingit, scilicet quòd fama hominis esse nō possit per multas regiones, quia non est aliquis, qui nomen & facta eius multis gentibus enarret. nam quædam gentes sunt ad quas difficultate itinerum peruenire non possumus: ideo nec famam alicuius nostrum erit possibile aduenire. Aliæ autem sunt ad quas & si peruentio facilis, commertium tamen rarum est, ex quo fit, vt etiam apud eas subticeātur facta nostra. sic ait Boetius de consolatione libro secundo Prosa.7.

Adde, quòd hoc ipsum breuis habitaculi septum plures incolunt nationes lingua, moribus, totius vitæ ratione distantes, ad quas tum difficultate itinerum, tum loquendi diuersitate, tum commertij insolentia, non modo fama hominum singulorum, sed ne vrbium quidem peruenire queat.

Ideo dicendum est, quòd fama Iosue de facto isto non fuit per omnem terram vulgata, sed per aliquas terras in circuitu Chanaan, Hoc enim est, vt nullius vnquam fama in toto mundo fuerit potissime dum ipse vixerit. nam neque de magnis urbibus, quæ maiorem permanentiam habent, ubique fama est. Sicut patet de vrbe Roma, quæ erat solennissima in toto orbe, eiusque valde ampla facta. Tempore tamen Tullij cum iam a condita vrbe transissent plures quā septingenti anni, non erat cognitum nomen eius vltra Caucasum montem, scilicet quòd non peruenerat in Indiam, sicut Boetius de consolatione libro secundo Prosa septima, scilicet ætate denique Marci Tullij, sicut ipse quodam loco significat, nondum montem Caucasum Romanæ reipublicę fama transcenderat, & erat tunc adulta, Parthis cæterisque id locorum gentibus habitantibus formidolosa: non ergo diuulgatum est nomen Iosue per omnem terram per aliqua magnifica gesta eius.

Nec etiam propter stationem Solis. nam maius miraculum fuit, quòd retrograderetur Sol in horologio Acham lineis decem, & tamen factum est tempore Ezechiæ propter ipsum, vt patet quarto Regum vigesimo, & Isaię trigesimooctauo, tamen non ex hoc fuit nomen vulgatum Ezechię. nam licet viderent hoc gentes, nesciebant propter quid hoc factum foret. Caldei autem, qui nimis vigebant in Astronomia, miserunt in Ierusalem, vt inquirerent quid hoc fuisset, & discerent a Rege Ezechia, ut patet quarto Regum uigesimo, si tamen cognouissent, cum factum est, non inquisiuissent. Nec igitur cognoscerent de Iosue, cum fuit statio solis, an propter eum accidisset: cum nec cognitum esset Iosue esse in rerum natura: sed vulgatum est nomen eius per aliquas terras uicinas, sicut dicitur, quòd in Aegyptum ueniebant omnes prouinciæ, ut emerent escas, ut patet Genes. quadragesimoprimo cap. sed non ueniebant omnes.

Moralizatio quædam eorum quæ hic declarantur. Quæstio. LXXIII.

CIRCA prædicta de vallatione Ierichontinæ vrbis potest breuis assignari tropologia, quamquam intentionis nostræ non sit his intendere.

Vrbs enim Iericho signat ciuitatem Diaboli, de qua ait Augustinus. 14. de ciuitate Dei. Sicut ciuitatem Dei fecit amor Dei perueniens vsque ad suijpsius contemptum, ita ciuitatem Diaboli fecit amor

A suiipsius perueniens vsque ad Dei cōtemptū. De hac vrbe dicitur ꝙ erat clausa atque munita in principio cap. in quo multiplex signatur murus: carnalis concupiscentiæ, temporalis affluentiæ, mundialis excellentiæ: intra quos omnes ciues diaboli clausi erant, vel tenentur: quia quicquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, vt patet primo Ioannis capitulo secundo. Iste murus subuertitur a sedibus clangentibus sacerdotibus septem buccinis iubileorum, & populo clamante, idest ad sacerdotum deprecationem vel prędicationem, qui debēt prædicantes quasi in tuba clamare iuxta illud Isaiæ quinquage-

B simooctauo. Clama ne cesses, & quasi tuba exalta vocem tuam: & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Israel peccata eorum. In septem buccinis sacerdotes clangunt, quia septenarius perfectionem notat: quia prędicatores totum nouum & vetus testamentum atque exempla sanctorum in conuersione peccatoris debent aduertere: sicut etiam buccinæ istæ iubileorum, vt dicitur in litera. quia Iubileus annus remissionis est in quo liberatur homo a totali seruitute & debitis, vt patet Leuitici vigesimoquinto, quoniam prædicatores annunciare debent nobis quietem vitæ æternæ: vbi donata illa æterna fęlicitate liberabuntur ab omni seruitute peccati, & carnis, atque miseriæ, omnibus prioribus debitis dissolutis.

Hic modus præcipuus est quo prędicator euāgelicus ciuitatem diaboli dissipare valet. Ideo Christus

C qui ad prædicandum venerat, dixit se venisse ad prędicandum istum iubileum vel remissionem qui est annus placabilis: & cum primo locutus fuit in auribus populi, ista verba proposuit. sic patet Lucæ quarto capitulo. & intrauit in Synagogam secundum consuetudinem diei sabbati, & surrexit legere atque traditus est illi liber Isaiæ: & vt reuoluit librum inuenit locum vbi scriptum erat. Spiritus Domini super me, eo quòd vnxit me, & euangelizare pauperibus iussit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cęcis visum, & dimittere confractos in remissionem: prædicare annum acceptabilem Domini, & diem retributionis. sed acceptabilis annus est iubileus, quod ma-

D gis declarauit dicens: diem retributionis.

Ad diruptionem murorum Hierico non sufficit clangor sacerdotū, sed exigitur clamor populi, quia ad reparationem lapsi nō sufficit prędicator, nisi ipse populus corde contritus ad Deum orationum preces fundat.

Ciuitatem Ierico septies circundamus, quia vt de ciuitate diaboli exeamus muros eius diruentes, propriam conscientiam circuire oportet eam excutiendo, & diligenter inuestigando si quid sordis in ea pateat abstergendum.

Septem diebus circuitus iste fit, per quod tota vita signatur, quæ septem dierum circulo conficitur: quia

E dum homo viuit semper quid discutiat, & abstergat habet: quod signabatur in omnibus purificationibus legalibus, in quibus semper manebat immunditia vsque ad vesperum: vt patet Leuitici vndecimo, quia vsque ad finem mundi qui solis occasu signatur, semper in aliquibus saltem paruis immunditijs manemus.

Fit quoque septies in die septimo iste circuitus, quia qui ciuitatem diaboli subuertit, a septem capitalibus vitijs se diligenter excutit, vel ab vniuersitate vitiorum, quæ per septenarium numerum designatur.

Q Hæc

Hæc autem vrbs sub anathemate ponitur, ne quid de ea educamus, quia de vitijs ad dominum conuersi nihil antiquæ conuersationis nobiscum gestare debemus, quod in vrbe dęmonis habuimus, sed totam vrbem ignis vertit, quia omnia vitia quę in nobis fuerũt, exrente charitate consumenda sunt.

Aurum tamen vrbis Iericho, argentum, & vasa ęnea, ac ferrum domino consecrantur, quia quicquid Philosophicæ sapientiæ quæ aurum est, & eloquentiæ quæ argentum lucens est, & æs, idest naturalis industria: ferrum, idest corporalis atque temporalis potentia domino applicantur, quia sicut nobis in ciuitate dęmonis conuersantibus fuerunt instrumenta vitiorum, ita ad ciuitatem Dei conuersis sint instrumenta bonorum. ista enim ad Deum applicata nimis valent.

In hac autem vrbe Raab, & qui cum ea sunt, saluantur propter opus pietatis, & misericordiæ: quoniam misericorditer operantes misericordiam consequentur, iuxta illud Mattheo quinto. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. nec solũ Raab, sed etiam qui cum ea sunt saluantur, quia omnes virtutes, quæ cum misericordia coniunctæ sunt (cum omnes virtutes connexę sint, iuxta Aristotelẽ 6. Ethicor.) nos a peccato, & morte æterna per Christum liberant, & defendunt.

In hoc magis applicando particulas singulas interdum ad allegorias, atq; anagogias, atque tropologias dilataremur, nisi intenderemus alias huic vacare, si Deo dante historicum sensum totius sacrę Biblię expedierimus, tunc ab exordio moralitatibus super totam sacram Scripturam singillatim per capitula procedere, sicut in historico sensu fecerimus.

Hæc morte pu entus non fecit.

CAP. VII.

Infra 22. 1. Paral. 2.

FILII autem Israel præuaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi filij Zabdi filij Zare de tribu Iuda tulit aliquid de anathemate. Iratusque est dominus contra filios Israel.

F*ilij autem*. Fuerat in superioribus descripta deletio vrbis Iericho. Hic subiungitur casus incidentalis de morte, & furto Achan, & diuiditur in tres partes.

Primo, ponitur peccati perpetratio. Secundo, perpetrati cognitio. Tertio cogniti punitio. Secunda ibi. *Cumque mitteret*. Tertia ibi. *Misit ergo Iosue*.

Quare hic describitur casus de morte Achan. Et quare peccante solo Achan, dicitur quòd filij Israel peccauerunt.
Quæst. I.

CIRCA primum considerandum est, quòd hic describitur casus de morte Achan, qui quamquam non pertineat ad principalem historiam gestorum Iudaicorum, tamen describitur, quia supra dictum fuerat de anathemate posito in vrbe Iericho: Achan autem violauerat illud, ideo ponitur modus punitionis eius.

Item ponitur hoc principaliter, vt continuetur historia intenta de actibus Iudaicis sub Iosue de acquisitione terræ Chanaan, & quia Iudæi pugnauerunt con-

F tra ciuitatem Hay, & versi sunt in fugam, atque corruerunt vulnerati triginta sex, vt patet inf. ponitur hic causa huius, & quia istud euenerat, quia rapuit Achan de anathemate, debet describi quomodo rapuerit, & punitus fuerit.

Item fuit descriptum istud factum, quia tota sacra Scriptura est vtilis ad erudiendum iuxta Apostolum, & quia nos dupliciter erudimur, scilicet, amore, & timore. amor autem qui perfectorum est, magis pertinet ad statum noui testamenti. timor autem cõuenit statui veteris legis, & quia timor per punitionem concitatur, intendit describere sacra Scriptura veteris testamenti punitiones factas, vt sic cæteros a malis arceat. sed istę punitiones Achan peccantis graues fuerunt, quia ipse cum tota domo sua perijt. ergo G conueniens fuit hunc casum describi.

Circa primum ergo. *Filij autem Israel præuarlcati sunt.* Iussum fuerat, ne quis contingeret quippiam de anathemate Iericho, & quia vnus contingebat dicebatur facta pręuaricatio, & dicitur, quòd filij Israel pręuaricati sunt, ac si tota multitudo filiorum Israel peccasset, vel maior pars eorum, aut saltem multi. vnus tamen fuit solum qui peccauit, scilicet Achan: dicitur tamen de filijs Israel, quòd peccauerunt, sicut interdum peccãte aliquo de communitate dicitur, quòd tota communitas illa peccauit. Et etiam sacra Scriptura interdum sequitur istum modũ loquendi. sic patet Matth. 26. vbi dicitur de vnguẽto super capite Redemptoris effuso. videntes autem discipuli indignati sunt, vnicus H tamen fuit cui hoc indignum visum est, & moleste tulit, scilicet Iudas Scariothis: vt habetur Ioann. duodecimo cap. quòd autem iste solus peccauerit patet per ea quæ sequuntur in litera, quoniam applicitis ad dominum omnibus tribubus, & familijs, atque domibus, solus Achan deprehẽsus est, ipseque solus cum his quæ ad eum pertinebant deletus est.

Præuaricati sunt mandatum. Idest peruerterunt, vel nõ tenuerunt. dicitur in Hebræo præuaricari falsare, vel cum aliquis ponit fœdus cum alio de seruando aliquid tale, & postea non obseruat, dicitur pręuaricari, & est proprie falsare. Sic dicitur quarto Regum, 1. cap. pręuaricatus est Moab in Israel. Fuit autem ista præuaricatio I falsatio, vel violatio initi fœderis. de quo quarto Regum, 3. cap. scilicet. Porro Mesa Rex Moab mittebat pecora multa, & soluebat Regi Israel centum millia arietum, & centum millia agnorum cum velleribus suis Regi Israel. Cumq; mortuus esset Achab præuaricatus est fœdus, quod habebat cum Rege Israel. sic accipitur hic pręuaricari, quia positum fuerat anathema super vrbem Iericho, ne quis tangeret de his quæ in ea erant, vt patet præcedenti capitu. & hoc omnes confirmauerunt. postea tamen infregerunt, quod erat falsare, vel præuaricari. litera nostra expressit magis, scilicet, quòd præuaricati sunt mandatum, idest transgressi sunt, vel peruerterunt.

K *Et vsurpauerunt de anathemate*. Vsurpare est accipere, quod ad ius nostrum non pertinet. sic dicitur aliquis vsurpare res alterius, vel iurisdictionem, quia vtitur illis tanquam suis cum ad eum nihil pertineãt, & ponitur hic proprie vsurpare, quia id, quod erat in vrbe Iericho, eo quòd erat anathemati subiectum, erat abdicatum ab vsu omnium de populo, & applicatum ad honorem Dei, pars vt incendio conflagraret, & pars, vt in thesauris domini reponeretur. Accipientes ergo hi, quod ad Deum pertinebat, vsurpabant, & hic ponitur etiam in plurali vsurpauerunt, quamquam vnus esset solus, vt Deus infra declarauit, scilicet, non poterit stare Israel ante hostes suos, eosq; fugiet, donec deleatur ex vobis qui hoc scelere contaminatus

taminatus est. Et tamen ibi iterum expressit in plurali dicens. Peccauit Israel & preuaricatus est pactum: tuleruntque de anathemate, & mentiti sunt, & absconderunt inter vasa sua. absconderat tamen solus Achan.

An Achan præuaricatus est pactum, quia tulit de auro & argento, quod erat consecratum domino, vt dicit Nicolaus. Quæst. II.

NICOLAVS dicit, quòd Achan præuaricatus est pactum, quia tulit de auro & argẽto, quod erat consecratum domino. & quidem verum est: sed non fuit ob hoc prœuaricatus, quòd tulit de consecratis domino. nam dato quòd tulisset pallium coccineum, quod tulit cũ argento & auro, quod non erat de applicandis domino, peccauisset reus anathematis violati. dictum enim fuerat, quòd ciuitas & omnia, quæ in ea erant subdita forent anathemati, nullusque ea contingeret. si ergo Achan vellet vsurpare bouem, aut asinum, vel vestem aliquam, quæ non erant de reseruandis in thesauris domini, peccaret, & accidisset Israelitis, quod accidit, quia æque diceretur pollutus de anathemate, sicut nunc ablato argento & auro. Anathema est nomen grecum, & habet similitudinem, cum nomine Hebræo, quod hic ponitur, scilicet Herem, quod notat consecrationem, vel deletionem, & abdicationem. Et aliquãdo litera nostra transfert istud nomen in Hebrẹo corruptè vocans Horma, vt patet Numeri 14. in fine. & magis. 21. vbi dicitur. Et vocauit nomen loci illius Horma. & immediate declarauit adiungens, idest anathema, & ponitur ibi Herem, sicut hic. Applicatur autem anathema aliquo modo ad hæc. nam dicimus aliquem anathematizari, idest excommunicari separando eum totaliter a communicatione fidelium, & tunc est anathema abdicatio. Etiam signat ibi anathema destructionem, quia non vocatur in vsu nostro quẹlibet excommunicatio anathema: sed vltima excommunicatio cum solennitate, in qua excommunicati maledicuntur, sicut Dathan, & Abiron, & Sodoma & Gomorrha, & cum alijs cẹremonijs secũdum diuersas formulas prouinciarum: quoniam quælibet in suo sensu abundat. & tunc qui excommunicatur deletur, quia imprecatur ecclesia super eum deletionem. Pro consecratione etiam accipitur: non pro consecratione, quæ est conficere eucharistiam, aut consecrare sacerdotes ordinando & vngendo: sed pro consecratione, quæ est applicatio ad Deum separando aliquas res ab vsibus humanis & donando Deo. hoc solum est in translatione rerum prophanarum ad Deum, & tunc abdicatio & consecratio materialiter idem sunt, cum in eadem re fiant, & per eundem actum donationis.

Anathema tria signat de quo supra 6. cap. q.13.

Dicitur autem anathema ab ana, quod est sursum, & thesis quod est positio, quasi de supra positio. s. ꝗ maledictionem vel destructionẽ desuper. s. a Deo sutio. per aliquam rem imprecamur, vel supernorum positio, quia ea quæ superna sunt. i. ad Deum pertinentia reponimus abdicantes ab vsibus prophanis, & applicantes Deo. *Nam Achan filius Charmi.*

Vnde dicatur anathema.

Achan dici debet, & non Achor. Et an in isto nomine Achor, cum deberet vocari Achan errauerit Hieron. vel librarij, & quæ fuit occasio erroris. Quæst. III.

LITERA nostra, vt in plurimum est corrupta in hoc nomine dicens Achor, sed false scriptum est. Debet enim dici Achan, sicut patet ex litera hebraica.

A Et dicet aliquis: quòd forte hoc non est, quia scriptores errent: sed quia Hieronymus videns a principio quid haberetur in Hebrẹo, noluit trãsferre Achã, sed Achor: quia nomina Hebrẹa vix vnquam in latino translata retinent eandem formam, quam in Hebræo: sicut patet de hoc nomine Galgala supra quinto, nam in Hebreo habetur Guilgala: tamẽ hoc quia non multum conuenit sonoritati latinæ translatum est Galgala. In q.66.

Sed dicendum est non ex hoc prouenisse, sed magis ex errore: quod non imputandum censeo Hieronymo, sed posterioribus librarijs, qui circa scripturam nominum Hebraicorum non nimis curant:
B quamquam ipse attentius hoc in Prologo super librum istum commendauerit dicens. Monemusque lectorem vt siluam Hebraicorum nominum, & distinctiones per membra diuisas diligens scriptor obseruet: ne & noster labor, & illius studium pereat.

Quod autem sic factum sit patet, quia non scribitur istud nomen eodem modo in omnibus Biblijs. sed quædam quæ correctiores videntur Achan habent: aliæ autem Achor: sed communius habetur Achor.

Causa huius erroris in posterioribus fuit id quod habetur in fine capituli huius, scilicet, & vocatum est nomẽ illius locis Vallis Achor: & sic habetur Achor in Hebræo. extimãt autem ab illo viro fuisse vallem nominatam Achor, quia ibi lapidatus sit. Sed falsum est: quia non nominatur ex nomine viri, sed ex verbis quæ dixit Iosue, scilicet quia exturbasti nos exturC bet te Deus in die isto: & ab illa exturbatione vocatum est nomen vallis Achor. nam in Hebrẹo exturbatio vocatur Achor: & quia nõ possumus nos aspere exprimere sicut ipsi exprimunt vocamus Achor: & sic est in multis nominibus, s. in Rege Achab: qui in Hebræo vocatur Ahab: & sic quoque multæ Bibliæ nostrẹ habent.

Et potissime hoc venit ex translatione Grẹca. nam vbi Latini ponunt h, ponunt Græci quandam literam vocatam chi, quæ dure sonat sicut apud nos c, & h, simul. ideo vbi in Hebræo habetur Haram pro Mesopotamia in translatione nostra de Hebræo in Latinum interdum ponitur Mesopotamia per nomen Græcum: & interdum Haram per nomen He-
D bræum, vt patet Genesis vndecimo capitulo, & tamẽ in actibus Apostolorum qui de Grẹco translati fuerunt, & non erant in Hebræo, transtulit Hieronymus Charran pro Haram: quia pro h, posuit chi, literam Græcam quæ sonat vt ch, apud Latinos. de hoc patet Actuum septimo, in narratione Beati Stephani dicentis habitasse Abraham in Charran. in Hebræo ergo accipitur Ahor, idest turbatio: sicut cum nos turbamus aquam limpidam pede: & nos vocamus Achor ex consuetudine linguẹ: & hoc quia ibi dixerat Iosue. quia turbasti nos exturbet te Deus: & magis patet hoc ex litera Hebraica: quia ibi istud verbum turbare deriuatur de Ahor, siue Achor: cum
E dicitur *Aser abartemi.* Siue iuxta linguam nostram *Achartemi.* Idest quia turbasti nos. Sed *Achartemi* deriuatur de Achor apud Hebræos. est igitur corrupta litera non vitio beati Hieronymi, sed librariorum.

Filij Carmi filij Zabdi filij Zaræ. Istæ sunt generationes Achan, & reducitur vsque ad proauum, scilicet Zare vel Zaran. iste autem fuit filius Iudæ, quem suscepit de Thamar simul cum Phares, vt patet Genesis trigesimooctauo.

Quare ponitur hic Zare; & an positio coccinei fili in digito Zare significauerit, quòd aliquis de stirpe sua furaturus erat coccineum pallium, vt ait Rabbi Salom. *Quæst.* IIII.

EX hoc patet, quot generationes trãsierint per istam lineam ab ingressu in Aegyptum vsq; ad introitum in terram Chanaan transito Iordane, s. quatuor, nam Zare, & Phares introierunt paruuli cum patre suo Iuda in Aegyptũ, vt patet Gen. 46. paulo enim tempore ante hoc nati fuerant, vt patet ex declaratis Gene. 38. cap. Dicit Rab. Salom. quòd ponit̃ hic Zare, quia iste fuit qui de vtero Thamar prior egrediebatur, & in cuius digito obstetrix ligauit coccineum dicens. Iste egredietur prior, vt patet Gene. 38. sed postea obstetrix videns, quòd alius rupisset pelliculam, & egressus fuisset prior, ait. quare propter te diuisa est maceria? & vocauit nomen eius Phares, alius autem vocatus est Zaran, idest oriens, vel lucẽs, quia in digito suo erat coccineum, vel quia prior oriebatur.

Dicit prædictus Rab. Salom. quòd positio coccinei in digito Zare signauit, quòd aliquis de stirpe sua furaturus erat pannum coccineũ in anathemate Iericho. Sed hoc ridiculum est cum constet positum fuisse ob aliam causam. Dicit etiam, quòd narratur hic generatio vsque ad Zare, quia agebatur hic de furto Achan in auro, & argẽto atque coccineo pallio, & Zare prætulit nascens in manu sua coccineum. Sed etiam hoc nihil est, magis autẽ fit narratio vsque ad Zare ad notificandum de qua tribu erat, & quot generationibus distabat a capite tribus. Si autem diceretur Achan filius Charmi filij Zabdi, & non adderetur aliquid, non cognosceretur adhuc tribus eius. cum autem dictum est, filij Zare, cognitum erat esse de tribu Iuda, quia cõstabat esse Zare filium Iudæ, vt patet Gene. 38. ca. Etiã erat alia causa. quia si non enarraretur vsque Zare, nesciretur quot essent generationes inter Achan, & Iudam qui erat caput tribus, quia Charmi, & Zabdi nõ sunt cogniti testimonio sacræ scripturæ. De Zare autẽ patet cuius filius esset, quia de eo, & fratre suo Phares habetur Gene. 38.

De tribu Iuda. Idest iste Achan erat de tribu Iuda, vnde nobilior tribus in furto deprehensa est.

Tulit aliquid de anathemate. Non exprimitur quid tulerit Achan de anathemate, sed infra ponitur, quòd tulerit ducentos siclos argenti, & quinquaginta, & regulam auream, atque coccineum pallium.

Iratusque est dominus contra filios Israel. Dicebatur iratus, non quòd ira in eo vlla esse possit, sed quòd disponebat Israelitas percutere pro hoc facto. qui autem pęnas infligit iratus esse videtur quamquam nõ sit, quia ira ad inflictionem mali est. ipsi ergo qui punitur, videtur punitor iratus, & dicitur iratus dominus contra filios Israel, & non ꝯ solum Achan qui peccauerat.

An fuerit iratus solum contra Achan Deus. *Quæst.* V.

SED forte dicet aliquis, quòd erat iratus solum cõtra Achan, sed dicitur contra filios Israel iratus, sicut dicitur in principio cap. Filij Israel preuaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate, solus tamen Achan hæc fecerat.

Respondendum est, ꝙ non potest stare iste modus quia non solum fuit iratus contra Achan, sed etiam contra totam multitudinem Israelitarum, & eam puniuit cum fecit terga vertere Israelẽ hostibus, & corruerunt vulnerati triginta sex viri, vt patet infra in litera. & magis adhuc patet ex verbis Dei ad Iosue infra, scilicet, non poterit stare Israel ante hostes, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate.

F Item patet, quia cum punitus fuit Achor dicitur in litera, & auersus est furor domini ab Israel. ergo contra Israel iratus erat, quamquam solus Achan peccasset. nam nõ potest accipi, quòd esset auersus furor domini ab Israel, idest ab Achan, quia ipso mortuo non erat auersus furor, cum iam non esset Achan, sed superstes erat Israel a quo auersus erat furor domini propter vindictam sceleris factam in Achan. sic enim dixerat Iosue, quòd si aliquis contingeret de anathemate, non solum ipse esset reus preuaricationis, sed etiã omnia castra essent sub peccato, idest subdita pœnæ peccati, vt patet præcedenti capitu. Erat autem rationabiliter Deus iratus Israelitis, ipsi enim fecerant pactum de non contingendo quicquam de anathemate, sed quòd omnia ad honorem Dei cremarentur, po-

G stea tamen contigerunt: iuste ergo iratus est Deus. Quare autem aliquando peccato vnius tota communitas est in pęna, & quando veniat directe pęna communitati peccante aliquo de communitate, declaratum fuit præcedenti cap. In q̃o. 25. vsq; ad q̃ 31.

Cumque mitteret Iosue de Iericho viros contra Hay, quæ est iuxta Bethauem ad orientalem plagam oppidi Bethel, dixit eis. Ascendite & explorate terram. Qui præcepta complentes explorauerunt Hay. Et re- 45. dist. ca. sed illi so. dist. c. si q̃s diaconat, in fi. 33. q. 4. ca.

H uersi dixerunt ei. Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, & deleant ciuitatem. Quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos?

Hic ponitur secundum principale huius capituli, scilicet, peccati perpetrati cognitio, & diuiditur ĩ duo. Primo ponitur peccatum in generali.

Secundo denunciatur in speciali. Secunda ibi. *Surge sanctifica.* Et quia cognitio peccati Achan fuit per reuelationem factam Iosue deprecante ipso: ideo po-

I nitur primo circa hoc deprecationis Iosue occasio.

Secundo ipsa deprecatio. Tertio domini responsio. Secunda ibi. *Iosue vero.* Tertia ibi. *Dixitque dominus.*

Circa hoc considerandum est, quòd Israelitæ nunquam cognouissent peccatum Achan, nisi Deus reuelasset Iosue precanti, qui non precabatur pro reuelatione peccati alicuius, quia nihil tale existimabat, sed precabatur, quia erat totus Israel positus in timore. miserat namque Iosue pugnatores contra vrbem Hay, qui terga vertẽtes percussi sunt ab Amorrheis, & corruerunt triginta sex viri gladio. tremefactus autem Iosue, & corruens coram domino deprecatus est reuelari cur hoc esset, cui responsum est peccauisse Israel. Q̃o Iudei cognouerunt peccatum Achan.

K *Cumque mitteret Iosue de Iericho viros.* Israelitę intrabant ad adipiscendum terram Chanaan post Iordanẽ. primus autem horum locorum erat Iericho, & hunc iam deleuerãt. quo facto misit Iosue ad propinquam ciuitatem quæ vocatur Hay, vt videret qualiter expugnanda foret. ipse autem non mouit castra de Galgalis, sed mansit expectans nuncios, sed adhuc post reditum nunciorum manserunt castra in Galgalis, etiam quando pugnauit Iosue contra quinque reges, de quibus infra 10. cap. nam dicitur, quod completa cęde reuersi sunt in castra Galgalę. & hoc, quia quãdo ibatur ad bellum, interdum mouebatur pars exercitus manente reliqua parte in castris in Galgalis. aliquando totus exercitus ibat ad pugnam manentibus

feminis,

feminis & viris, qui ad bellum apti non erant. castra tamen immota erant in Galgalis. Isti viri qui mittebantur a Iosue erant exploratores, vt patet infra, cum dicitur. Qui præcepta complentes explorauerunt Hay, & reuersi sunt. & mittebat hos Iosue ad loca illa ad quæ iturus erat: qm̃ ad prudentiam ducis hoc pertinebat vt sciret, an totum exercitum, vel partem duci illuc oporteret, & qua via ascendendum esset vel pugnandum. & si non mitterentur exploratores interdum bellum valde periculose & inepte fieret. qđ patet, quia Iosue volebat ducere totum exercitum ꝯ vrbem Hay: exploratores tñ iudicauerũt solum duo millia vel tria millia virorum debere ascendere, vt patet infra: cum dicitur. Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia pergant & deleant ciuitatem, quare omnis populus frustra vexetur contra hostes paucissimos? *Contra Hay.* Ideſt ad ciuitatem Hay. an vero intrauerint exploratores Iudæorum in vrbẽ Hay, sicut intrauerunt in vrbem Iericho non patet. magis tñ dicendum videtur, ꝙ non intrauerint, sed accesserint iuxta vrbem, & considerauerint magnitudinem vrbis, & conijcerent ex hoc quot erant habitatores: etiam scirent loca expugnandi, & latibula atque insidias, quæ satis erant ad hoc, quòd congrederentur Israelitæ cum Chananæis.

Item nõ videtur quomodo possent introire Iudęi exploratores in vrbem Hay, quia omnia loca in circuitu clausa erant timore Israelitarum. non ergo possent ingredi in vrbem. Non fuit autem sic de ingressu in vrbem Iericho. nam cum illuc venerunt exploratores, erant Iudęi ante Iordanem, & non timebant Ierichontini breuiter venturos eos. erat igitur patens vrbs Iericho. nunc vero capta vrbe Iericho atque deleta, omnes vrbes Chananęorum extimuerant. ideo diligenter clausę erant, nec possent in eas exteri introire.

Item patet hoc ex litera, quia Iosue non misit viros istos, vt introirent in vrbem Hay, vt patet in litera. s. vt respicerẽt territorium eius, & dispositionem locorum, & magnitudinem vel paucitatem populi. nam nec Iudęi auderent iam introire ad explorandum in ipsam vrbem, nec in aliquam aliam, timentes insidias & periculum habitatorum terrę, sicut accidisset in vrbe Iericho, nisi Raab abscondisset exploratores, sicut declaratum est supra 7. cap.

Quæ est iuxta Bethauem ad orientalem plagam oppidi Bethel. Hic ponitur situs terræ huius. s. ꝙ vrbs Hay est, iuxta Bethauem, & ad orientem Bethel. s. ꝙ venientibus de Iordane qui est in fronte orientali terræ Chanaan. vt patet Num. 34. c. est Hay prius quàm Bethel: ideo dicitur esse ad orientalem plagam eius.

An Bethel & Bethauem sint idem locus vel diuersa. Quæstio. VI.

SED dubitatur circa ista loca, scilicet Bethauem & Bethel. Aliqui enim dicunt esse eundem locum, qui vocetur Bethel & Bethauem. dicunt tamen esse ista nomina posita ex aliquibus accidẽtibus, scilicet quòd Bethel nominatus fuerit locus ille, ideſt domus Dei, quia Iacob vadens in Mesopotamiam viderit ibi scalam pertingentem vsque ad cęlum & dominum innixum scalæ, vt patet Genes. 28. dixitque. nihil aliud est hic, nisi Domus Dei, & porta cœli. vocatum est, ergo tunc nomen vrbis Bethel, vt ibi patet. Dicunt autem, ꝙ vocata sit Bethauẽ. i. domus idoli, quia in Hebręo beth domus est, auon aũt idolatriam notat. hoc nomẽ volunt postea fuisse impositũ, quia Iereboam posuit ibi postea vnum vitulum aureũ, & alterũ in Dan, vt patet 3. Reg. 12. ab idolatria ergo ibi celebrata vocatur Bethauem. Item Rab. Salo. dicit super Oseæ cap. 10. vbi dicit litera. Vaccas Bethauẽ coluerunt: quòd Bethauẽ sit idem quòd Bethel. Sed dicendum est hoc nõ stare. sunt enim duo loca Bethauẽ & Bethel. quod patet primo ex litera, quę vult facere diuersitatem inter hęc, cum dicat: contra Hay quæ est iuxta Bethauẽ ad oriẽtalem plagam oppidi Bethel. si autem voluisset designare esse eundem locum non dixisset habens ad orientalem plagam Bethel: sed dixisset: quę est iuxta Bethauẽ ad orientalem plagam ipsius: sed subiũxit aliud nomẽ. ergo videtur manifeste signasse diuersitatem Bethauẽ & Bethel.

Item patet hoc solidius in diuisione terræ promissionis cum describitur sors Beniamin, quia ponitur ista esse diuersa loca, cum dicitur infra 18. & inde cõtra occidentem ad montana conscendens & perueniens in solitudinem Bethauẽ atque pertrãsiens iuxta Luzam ad meridiem, ipsa est Bethel. Ecce diuersa loca ista sunt: cum ponantur diuersa participia pro illis, scilicet, quòd sors Beniamim peruenit in Bethauem: & quòd pertransit inde in Bethel. si tamen esset idem locus non poneretur pertransiens & perueniens. vnde est sensus hic, quòd Hay ciuitas est iuxta Bethauem, scilicet, quòd habet Bethauem apud se ad latus aquilonare suũ: & dicitur apud se habere, quia respectu termini orientalis & occidentalis terrę Chanaan ista duo loca æqualiter se habent, scilicet, quòd non magis distat vnum quàm alterum: & sic secundum longitudinem idem sunt ista loca, sed secũdum latitudinem differunt: quia Hay est ad latus meridianum declinans. Bethauem autem inclinatur in partem septentrionalem: non tamen dicitur esse Hay iuxta Bethel, quia distant ista duo loca secũdum longitudinem. non enim distant ęqualiter ambo a parte orientali nec a parte occidentali, quia Hay est ad orientalem oppidi Bethel.

Responsio ad argumenta præcedentia tam secundum sententiam Nicolai quam Auctoris. Sed primo hic ad primam arguitur particulam quæsiti. Quæst. VII.

AD argumẽta facta respondetur. Ad primũ: qñ dicebatur ꝙ iste sit idem locus, & vocatus fuerit Bethel, quia vidit ibi Iacob scalam: & Bethauẽ, quia positus fuit ibi vnus de vitulis aureis. Rñdet Nicolaus non stare. Primum cum dicitur: ꝙ ibi viderit Iacob scalã. dicit enim ꝙ non vidit ibi, sed in Ierusalem, vt tenẽt cõiter oẽs doctores. tamen Ierusalẽ & Bethel, de qua hic dr̃, sunt loca distincta: sicut patet in diuisione terrę infra. Itẽ dicit ꝙ nõ sit eadẽ, quia Ieroboam posuit vnũ vitulũ aureum in Dan: & alium in Bethel ne iret populus ad adorandum in Ierusalem: ergo loca distincta erãt. Sed dicendum est istam solutionẽ Nicolai non stare. nam verum est ꝙ Bethel & Ierusalem sunt distincta loca, vt ipse probat: & magis adhuc probari posset ex alijs causis quæ causa breuitatis relinquuntur, tamen apparitio non fuit facta Iacob in Ierusalem, sed in Bethel, vt declaratum fuit Gen. 12. & 28. & patet satis ex situ terræ: quia cũ iret Iacob de loco habitationis patris sui Isaac, s. de Bersabe in Mesopotamiam tẽdebat versus partem orientalem. quod patet, quia vadens & rediens transiuit Iordanem. vt patet Gen. 32. cũ dr̃. In baculo meo transiui Iordanẽ istum: & nunc redeo comitatus duabus turmis. Iordanis tñ est ad orientalem partem terrę Chanaan, vt patet Num. 34. si tamẽ deberet ire Iacob de Bersabe per Ierusalẽ oportebat vt regrederetur versus partem occidentalem, cum Ierusalem non sit ad partem oriẽtalem terræ promissionis sicut Bethel, de qua hic dicitur.

Item patet, quia Bethel in qua apparuit Deus in scala Iacob vocatur Luza, & tamen ista Bethel quæ hic ponitur vocatur Luza, & non Ierusalem. quod patet, quia ista Bethel de qua hic dicitur, iuxta Bethauē est, cum dicatur hic, quòd est Hay apud Bethauem, & est ad Orientalem plagam Bethel: ergo coniuncta sunt alioquin non diceretur ad Oriētalem plagam eius. tamen Bethel quę est apud Bethauem vocatur Luza, vt patet infra 18. cum dicitur. Pergēs iuxta latus Iericho Septentrionalis plagæ, & inde contra Occidentem ad montana conscendens, & perueniens in solitudinem Bethauem, atque pertransiens iuxta Luzam ad Meridiem ipsa est Bethel. ergo ista Bethel quæ est iuxta Bethauem vocatur Luza. sed in Bethel quæ vocatur Luza vidit Iacob scalam, & dixit eam domum Dei. ergo vidit in hac Bethel de qua hic. & nō in Bethel quæ est Ierusalem: immo nūquam vocatur Ierusalem Bethel in sacra Scriptura. Sed aliqui non attendētes in his ad locorum situs, nec ad nomina eorum in sacra Scriptura, adherentes quibusdam leuibus fundamentis Ierusalem Bethel vocant.

No. contra multos ignorātes, ꝙ Ierusalē nunquam vocat̄ Bethe'.

Determinatio auctoris.

Dicendum est ergo concedendo, sicut arguebatur s. ꝙ vocatur locus iste Bethel, quia ibi Iacob vidit dominum innixum scalæ, & tamen non est concedenda altera pars, s. ꝙ iste idem locus vocetur Bethauem.

Responsio ad alteram particulam superioris quæsiti ex opinione Nicolai, & solutione auctoris. Quæst. VIII.

AD aliam particulam cum dicebatur, ꝙ iste locus sit etiam vocatus Bethauem, quia ibi idola culta fuerunt quæ posuit Ieroboam: Dicit Nicolaus non stare, quia hoc nimis extraneum est. nam Iosue scripsit librum istum, & tamē a tempore Iosue vsque ad tempus Ieroboam Regis Israel, qui posuit vitulum in Bethel fluxerunt anni quingenti, vel quasi. quod patet, quia anno quadringentesimo octuagesimo ab exitu de Aegypto fundauit Salomon domum domini, anno quarto regni sui. vt patet 3. Reg. 6. c. ipse autem regnauit 40. annis. vt patet 3. Regum 11. ca. & post Salomonem facta diuisione regni incepit regnare super decem tribus Ieroboā qui fecit vitulos aureos, & posuit vnum in Dan, & alterum in Bethel. vt patet 3. Regum 12. & sic sunt anni quingenti, & viginti ab exitu de Aegypto vsque ad finem regni Salomonis. a quibus si subtrahantur quadraginta, qui fluxerant ab exitu de Aegypto vsque ad transitum Iordanis, & deletionem vrbis Hay, manebunt quadringenti, & octoginta vsque ad fabricationem vitulorum aureorum, & positionem in Dan, & Bethel. non ergo poterat esse, quòd Iosue vocaret istā vrbem Bethauem ab eo, quòd accidere debebat postea, quasi per annos quingentos.

Dicēdum est, quòd ista positio peccat, quia pręsupponit, quòd Iosue istum librum scripserit. nam probatum fuit in Prologo primo auctoris, quòd non scripserit Iosue, & satis patet, quia in eo continentur aliqua quæ fuerūt post mortem Iosue, vt de funere suo, de quo Iosue 24. capitu. Etiam in alijs locis libri huius narrantur alia quæ referuntur ad tempora, quę fuerūt magno tempore post Iosue, sicut cum aliquando dicitur vsque ad præsentem diem, in quibus si diligenter aduertantur tempora illa sunt posteriora temporibus Iosue. Aliquis ergo alius scripsit. Non obstante tamen quòd responsio ista peccet, tenendum est id, quod intendit concludere, scilicet, quòd non sit Bethel idem locus, quòd Bethauem.

Adhuc tamen tenendo positionem Nicolai respōdendum est, quòd cum arguitur, quòd poterat esse, quòd Iosue scribēs hæc nominasset locum istum Bethauem per anticipationem, sciens id quod futurum erat in eo.

F

Dicit Nicolaus, quòd ista est valde magna anticipatio, ideo non est tenenda.

Sed dicendum est, ꝙ adhuc tenēdo positionem Nicolai aliter respondendū erat, s. quòd non poterat hoc positum fuisse per anticipationem. nam solum non requirebatur, ꝙ Iosue spiritu prophetico cognosceret quid futurū esset in loco, sed ꝙ tota gēs sciret ad hoc ꝙ vocaret locum illum Bethauem. alioquin populus nesciens quid futurum erat, non mutaret nomen loci imponens de futuro euentu quod nesciebat. sed Israelitę non cognoscebant quomodo ibi futurus esset vitulus aureus adorandus. ergo non vocaret nomen loci Bethauem. non potest igitur vllatenus stare hoc dictum per anticipationem. magnitudo autem, vel paruitas temporis ad hoc nihil differt si populus cognoscere posset euentum rei ad imponendum nomen.

G

Ad hoc ergo aliter dicendum est, s. ꝙ quamquam iste locus vocatus fuerit Bethel, qa ibi vidit Iacob dominum innixum scalæ, tamen non vocabatur Bethauem, quia duo loca sunt distincta Bethel, & Bethauē. vt patet infr. 18. & supra declaratum est. Et quando dicitur, ꝙ Iosue vocauit Bethauem locum istū propter euentum posteriorem in loco illo.

Vera solutio auctoris.

Respondendum est procedere dictam positionem super falsum, s. ꝙ sit idem locus. nam si idem concederemus esse Bethel, & Bethauem, inquirendum esset, quomodo vocaretur vtroque nomine, & tamen cognitum est non esse eundem locum, non oportet ergo inquiri de nominatione.

H

Obiectio quorundam contra Nicolaum. Et defensio eiusdem circa superius quæsitum. simulque a quo fuerit hic liber scriptus asseritur, & liber Iudicum atque Ruth. Quæst. IX.

SED adhuc contra Nicolai positionem aliquis arguere potest, quòd vocaretur locus idem Bethel, & Bethauem, & ꝙ non sit aliqua anticipatio magni, aut parui temporis, sed narrātur res præteritæ, quia liber iste nō fuit scriptus a Iosue, vt declaratum fuit supra in Prologo. Aliqui autem dicunt eum, & librum Iudic. scriptum ab Isaia. sed tunc stat, quod dr̄, ꝙ Isaias fuit post tēpus Ieroboam Regis magno tempore, s. tempore Ezechię Regis. vt patet c. 1. Isa. ideo potuit vocare locum istum Bethauem a vitulo aureo ibi posito, quamquam tempore Iosue non vocaretur Bethauem, sed Bethel. Respōdendum est, ꝙ quamquam ab aliquibus dicatur Isaiam scripsisse librum hunc, tamen nō scripsit, sed magis Samuel. Idē etiam de libro Iudicum videtur, quia ibi sunt aliqua q̄ repugnarent huic. sic habetur infra 15. s. Iebusęum autem habitatorem Ierusalem non potuerunt filij Iuda delere, habitauitque Iebusęus cum filijs Iuda in Ierusalem vsque in pręsentem diem, & hoc referretur ad tempus quo scribebatur liber. tamen si referretur ad tempus Isaię falsum esset, quia iam deletus, & expulsus fuerat totaliter Iebusęus de Ierusalem, vt patet, qa tempore Dauid fuerunt expulsi. vt patet 2. Reg. 5. cap. & 1. Paral. 11. c. Isaias tamen multo tempore fuit post Dauid. non ergo ipse scripsit librum hunc. Idem modus arguendi est, ꝙ non scripserit librum Iudicum, qa Iudicum ca. 1. habetur hoc testimonium, quod habet ỹ. 15. ergo idem inconueniēs est si poneretur scriptus liber Iudicum ab Isaia. Dicēdum ergo verisimile scriptos hos duos libros cum libro Ruth a Samuele propheta, qui vnum de iudicibus se computat. vt patet 1. Regum cap. 12. & in hoc non sequitur inconueniens, quod sequebatur si scripsisset Isaias, quia fuit primo

I

K

Samuel quàm Dauid. ideo tempore eius adhuc habitabat Iebusæus in Ierusalem non expulsus. Ad alterũ argumentum cum dicebatur Oseę. 10. cap. s. Vaccas Bethauem coluerunt. Et dicit ibi Rab. Sal. ꝙ Bethel vocetur Bethauem. Respondendum est: hoc posse intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ Bethauem sit nomen proprium loci. Alio modo, ꝙ sit nomen commune. Accipiendo secundo modo est sensus, ꝙ Iudęi coluerunt vaccas, quæ erant in domibus idolorum: vocat vitulos aureos vaccas ad magis vituperandũ, & istę sunt in Bethauē. i. in domo idoli, quia vna domus idoli erat assignata in Dan, & alia in Bethel, & tunc vterq; locus horum vocatur Bethauem. i. domus idoli, quia in quolibet erat vnus vitulus aureus, & nõ erit Bethauem nomen proprium alicuius horum locorum, sed cõe. Et fundamētum huius expositionis est, quia dr̃. Vaccas Bethauem coluerunt, & tñ in Bethel non erant vaccæ, vel vituli, sed vnus vitulus aureus tm̃modo, & alius in Dan. vt patet 3. Reg. 12. ca. Alio modo potest intelligi, ꝙ accipiatur ibi Bethauem ꝓ Bethel solum, & tunc dicemus, ꝙ Oseę. 10. vocatur Bethel Bethauem, non ꝙ Bethauem sit nomen quo ante vocaretur Bethel. nec vocaretur hic Bethauem aliquis locus propter illud, sed postea ipsemet locus Bethel a casu vocatus est Bethauem nõ tanquã noīe principali, sed velut agnomine quod ab euētu ponit̃.

An ista nomina Bethel & Bethauem essent istorum locorum ante introitum Iudęorum in terram Chanaan, uel fuerunt imposita ab Hebræis. Et an locus iste fuerit vocatus Bethel ex oratione quam faciebat ibi Abraham. Quæst. X.

AD principale quæsitum. s. quomodo vocaretur Bethel locus iste, & quomodo locus alius Bethauem. Respondet Nicolaus, ꝙ non fuit vocatus Bethel ex positione nominis a Iacob, quia vidit ibi Deum, sed quia Abrahã posuit tentorium suum, & construxit altare circa locum ipsum. s. inter ciuitatem Hay, & oppidum Bethel: erat autem ad occidentem altaris sui Bethel, cum haberet ad partem orientalem Hay. & sic dicitur in litera Genes. 12. quòd altare illud habebat ad partem occidentalem Bethel, & ad orientalem Hay. sed Iudæi ad occidentalem partem erant. ideo orabãt contra Bethel. & ex hoc vocatus est locus Bethel, scilicet domus Dei.

Sed ista satis deficiunt. Primo, quia si locus iste, iõ fuisset vocatus Bethel, quia ad partem eius orientalē erat construens altare Abraham, & adorans contra Bethel: diceretur in litera, Vocauitque nomen loci illius Bethel, vel ob hoc vocatum est nomen loci Bethel, sicut Genes. 28. dicitur, quòd quando Iacob vidit scalam in loco, vbi dormiebat, vocauit nomen vrbis Bethel, quę prius vocabatur Luza. tamen Gen. 12. vbi ponitur quomodo construxerit altare Abraham habens a parte occidentali Bethel, non dicitur, quòd ob hoc vocatum est nomen loci Bethel, vel ipse Abraham vocauerit Bethel. ergo non est vocatum ob hoc nomen illud.

Item si ex eo, quòd orabat Abraham contra partem illam vocatus est locus ille Bethel, magis debebat locus, in quo construxerat altare vocari Bethel, quia magis ibi Dei præsentia repręsentabatur, cum ibi offerret sacrificia quàm in vrbe Bethel, quæ erat distans. sed locus altaris propter orationes & sacrificia facta nõ fuit vocatus Bethel. ergo nec ciuitas, quæ erat ad Occidentalem partem eius sumpsit ex hoc nomen.

Hoc cõfirmat̃, qa qñ ꝯstruxit Abrahã altare, inuo-

A cauit ibi nomen Domini. vt patet Genes. 12. s. ædificauit quoque altare Domino & inuocauit ibi nomē eius: & tamen non dicitur quòd inuocauerit in vrbe Bethel, magis ergo locus iste vocari debuit Bethel, quod factũ non fuit. Item si ob id vocata est vrbs illa Bethel, quia Abraham construens altare adorabat contra illam partem, etiam omnes ciuitates quas habebat ad partem occidentalem cõtra quas tunc orabat debebant vocari Bethel: sed ridiculum est. Et si dicas quòd iste locus fuit vocatus Bethel, quia erat propinquior illi loco in quo construxit altare Abraham: Arguetur quòd tunc magis deberet vocari Bethel totus locus medius inter altare & vrbem, quia
B magis coniungebatur altari. sed nihil tale est. Si autem obijcias quòd non vocabatur spatium medium Bethel, quia non erat aliqua ciuitas vel oppidum, sed campus.

Respondendum est non stare: quia locus vbi circuncisi fuerunt Hebrei, non erat vrbs, sed oppidum: & tamen impositum fuit ei nomen Galgala. sic patet supra 5. Sic de agro vbi Iacob luctatus est cum Angelo, & vocauit nomen loci illius Phanuel. vt patet Genes. 32. sic de quercu fletus Gen. 35. & de planctu Aegypti Gen. 50. & loco flentium Iudicum 2. ergo poterat imponi nomen Bethel agro illi propinquo Altari constructo. Item fundamentum dicti Nicolai est super aliquo valde infirmo, scilicet ꝙ Iudęi adorant contra occidentē: ideo adorauit Abraham contra Occidentem: & locus ad Occidentem contra quem orauit vocatus est Bethel. dato enim ꝙ
C concederentur pręcedentia, scilicet, quòd locus ille contra quem orauit Abraham vocaretur Bethel, tamen non constat quem locum habuerit cõtra quem oraret, an Bethel vel Hay. Et cum dicis quòd orauit ad occidentem, quia Hebræi ad occidentem orant, nihil est: nam quòd Hebræi ad occidentem orarent institutum fuit a Deo in fabricatura Tabernaculi, vbi iubebat introitũ atrij & ostij tabernaculi esse ad partem orientalem, ad occidentem vero Sancta Sanctorum contra quod orabatur: de quo Exo. 26. & 29. & Leuitici 16. ante hoc non constat contra quam partem orarent, an contra orientem vel occidentem, aut aliam mundi positionem. non ergo aliquid ex hoc patet quare deberet vocari locus iste Bethel.

Quare Iudæi orant ad occidētem.

D Dicendum ergo quòd fuit locus iste vocatus Bethel non ex oratione aut adoratione quam faciebat ibi Abraham. sed quia Iacob imposuit nomen istud vrbi, quia vidit ibi scalam: vt patet Gen. 28.

Auctoris conclusio.

Nicolaus autem ista de Abraham dicit, quia vult esse duo loca quæ vocentur Bethel. vnum Bethel quod est Ierusalem, dicit vocatum Bethel propter ea quæ fecit Iacob. sed alterum dicit esse Bethel vocatum ab oratione Abrahæ. Solum tamen est vnum Bethel, quia Ierusalem non vocatur in sacra Scriptura Bethel, licet aliqui vocent. istud autem quod hic dicitur, & est iuxta Hay, est Bethel secundum ea quæ habentur Genesis vigesimooctauo cap. De Bethaue
E dicit Nicolaus, quòd sic appelletur, quia gentes ibi idola coluerunt.

Luza & Bethel sunt idem locus: & quare. Quæst. XI.

CIRCA ista duo loca considerandum est: ꝙ quamquam ista duo nomina dicantur de eis ingredientibus Iudæis in terram, ac si prius fuissent eis imposita: dicendum est, ꝙ nõ sunt nomina quæ fuerint à Chananæis posita, quod deriuatio eorũ notat. nam Bethel nomē compositum

positum in Hebręo est, scilicet domus Dei. & patet, quòd fuerit impositum ab Hebræis, quia Iacob vadēs in Mesopotamiam istud nomē imposuit, vt patet Genes.28. apud Chananæos autem aliud nomen erat loci, scilicet Luza, vt patet eodem capit. scilicet appellauitque nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur, & mansit istud nomen loci quandiu Chananęi in terra manserunt. nam ipsi nescierūt de nomine imposito vrbi, scilicet Bethel. & dato, quòd sciuissent impositum a Iacob, non curassent, vti illo. venientibus autē Iudæis, vocatus est locus Bethel, sicut illum pater eorum Iacob appellauerat.

De Bethauem dicendum est, quòd non vocaretur apud Chananæos sic, quia nomen Hebræum compositū est, scilicet Beth, quod est domus, & Auon quod est idolatria. & dato quòd tales voces essent in lingua Chananæorum, non vocassent illi locum idolorum suorum Bethauem, idest domus idoli, quod ad vituperium dicitur. sed Bethel, idest domus Dei, quia ad culturam Deorum suorum locum illum consecrassent. Nam idola sua gentiles vocant Deos. dicere autē idolum est dici imaginem rei, & non rem. Sed Hebræi postea istud nomen loco imposuerunt ex aliqua proprietate, non quia ibi colebātur idola, vt ait Nicolaus, quia hoc generale erat in oībus locis terræ Chanaan, quia non habebant gentiles vnicum locum ad adorādum, sed sicut habebant multos Deos, ita & multa altaria, & eiusdem idoli multa altaria, sicut apud nos in quolibet loco est Ecclęsia, vel Ecclesiæ multę, & multa altaria in honorem multorum sanctorum, vel eiusdem.

Iudæi autem vnicum habebant altare ad sacrificia in tota terra Chanaan, & vnicum locum in quo facerent sacrificia, de quo Deuteronom.12. capit. quilibet ergo locus posset vocari Bethauem in terra Chanaan, quia in quolibet colebatur aliquod idolum.

Dicendum ergo, quòd aliter vocatur locus iste Bethauem, idest domus idoli, quia erat inter Chananæos aliquis Deus maior cęteris, sicut inter omnes gentes Iupiter maximus Deorum habitus est. Vel esset aliqđ templum nobilius, & maioris deuotionis, sicut inter nos sunt aliquæ ecclesiæ ad quas maior deuotio est quam ad cęteras, sicut ad loca in quibus corpora sanctorum sepulta sunt, quia loca illa deuotius celebrantur. Ita autem in terra Chanaan esset aliquis locus, in quo esset maior deuotio Chananæorum, & concursus atque maior cultus, siue quia ibi esset maior, & excellentior Deus, siue quia erat templum nobilius, & ille locus vocabatur apud Hebręos Bethauem, idest domus idoli specialiter, quia ibi aliquis Deus specialiter colebatur, vel specialiter erat ibi cultus Chananæorum, & vocaretur a Chananęis domus sancta, sicut nos vocamus Ierusalem domum sanctitatis, quia ibi est gloriosum Redemptoris sepulchrum, & alia loca in quibus pro nobis aliquid specialiter aut egerit, aut passus est.

Cathedralis Cordub. q̄ hodie stat, erat quondā Sarracenorum famosissimū ac deuotissimū tēplū post domū de Mecha secundum obtinēs locum ī qua Ferdinandus III. Hispanorum Rex vi... te diu roborata ... eiecta ... ni spurcitia Mahometica ... cit Ecclesiam D... genitrici Mariæ ... fuit ibi cathedral... dei, S. T... ram ... ficis ex... uit in ea, possessio... bus plu... mis dita... eam, & ... zená ... castris ... tulit ei ... no Domini. 1235. 29. Iunij. hæc est illa Hispaniarū inclita Corduba Marcelli ędificiū ... ste Stra. & Colonia patricia: hoīum sapientia in toto orbe, maxime celebrata.

K Apud Sarracenos sic sunt aliquę domus sanctæ, scilicet domus de Mecha vbi Mahometum sepultum dicunt, & domus Cordubensis quę nunc ecclesia Cathedralis ipsius vrbis est.

Apud gentiles quoq; specialia loca fuerunt ad quę conueniebant multi populi, sicut templum Dianę in Epheso vrbe Asię minoris, quod Amazones condiderunt, vt ait Paulus Orosius in libro de Ormesta mūdi. in hoc templo Dianę tota Asia colebat, & magna pars orbis reuerentiam, & cultum exhibebat, de quo Actu. cap. 19.

Sic etiam erat aliud templum famosum in toto orbe, scilicet templum Apollinis in loco Delphorum in Gręcia. de omnibus enim terris illuc cōueniebāt ho-

F mines pro responsis. dabantur autem ibi ad inquisita responsa, nam & Romani multotiens illuc ibant. de hoc Paulus Orosius, libro 6. de Ormesta mundi. Paulo enim ante Saluatoris natiuitatē oracula huius defecerunt. Sic quoque erat templum Dianæ echaritę, cui offerebantur Peregrini, quam rapuit Horestes filius Agamemnonis. Erat etiam famosum templum Iouis Olympici. nam in monte Olympo Pelops auus maternus Herculis cōstruxerat templum Ioui, & ad radices illius montis de quadriennio in quadriennium cōgregabantur excellentes milites totius Græciæ ad specialia certamina, & inde dicūtur Olimpiades spacia quatuor annorum, per quas Græci tempora sua computant. De hoc tangit Aristotel. 1. Ethicor. & Seneca in

G Tragędia octaua. quæ dicitur Agamemnon, atque in vulgatis gentilium historijs satis habetur. Erat etiam speciale templum veneris in monte Cithero, vnde venus Citheriaca dicebatur. Sic quoque de templo Cereris in Eleusina ciuitate, de quo Seneca Tragędia decima, quæ dicitur Hercules Cethęus. Multa quoque alia specialia erant de quibus in historijs gentium, & potissime apud poetas celebris stilus est. Quia ergo locus iste apud gētiles talis erat, quasi domus sancta, vocauerunt eum Iudæi Bethauem, idest specialiter domum idolorum.

Ascendite, & explorate terram. Quando Iosue misit istos exploratores ad vrbem Hay, nesciebat terrā, nec nomina ciuitatum, cum nunquam stetisset in terra

H Chanaan, nec communicasset cum Chananæis qui ei dicere possent nomina locorum. nisi forte dicamus, ꝙ cognati Raab qui erant inter Hebræos, possent dicere vrbes propinquas, & nomina.

Dixit autem Iosue exploratoribus, quòd ascenderent, quia euntibus de Iericho contra vrbē Hay ascensus est. nam Iericho est in vallibus. terra autem Hay, & Bethauem est montuosa. ibi enim est mons magnus Hebal, & Garizin: ibi quoq; campestria magna sunt. Sic patet infra 18. cum dicitur, pergens contra latus Iericho Septentrionalis plagæ. & inde contra Occidentem ad montana conscendens, & perueniens in solitudinem Bethauem, atque pertransiens, iuxta Luzam ad Meridiem, ipsa est Bethel. Ecce quomodo eūtibus de Iericho in Bethauem patet ascensus in montana.

I *Et explorate terram.* Non dixit eis, quòd explorarent vrbem Hay, sicut dixerat supra secundo capi. quòd explorarent terram, & vrbem Iericho, & hoc quia iam timebant intrare in ciuitates propter pericula Chananęorum qui nimis in hoc cauebant, etiam quia portę non paterent, sed solum ibant ad explorandum terrā, scilicet ad videndum, an vrbs Hay esset magna, multi aut parui populi, fortis an infirma, & qui exitus, & ingressus in terram, & quę latibula, vt scirent conueniētia loca ad ineūdum pugnam, vel ad latendum, sicut factum est sequenti cap. nam posuerunt Israelitæ insidias in vrbe Hay ad occidentalem plagam eius.

Qui præcepta complentes. Scilicet peruenientes in vrbem Hay ascensu in montana solitudinis Bethauem.

K *Explorauerunt Hay.* Non intrantes in vrbem, vt declaratum est. Sed inquirentes de accessu ad locum, & de infirmitate vel robore, & magnitudine populi, aut paucitate, & de vijs ingrediendi, aut egrediendi. istam vrbem vocat Iosephus, libro quinto Antiquitatum Adom, positam super Iericho. & tamen proprietas vocabuli est Hay, sicut ponit litera nostra, & ponitur in Hebræo. Iosephus tamen sciens proprietatem locutionis Hebraicę, non conuenire modo locutionis Latinę, dixit Adom pro Hay.

Et reuersi dixerunt ei. Reuersi fuerunt considerato statu vrbis Hay, & terra in circuitu secundum qualitates quæ supra expressę sunt.

Dixerunt

Dixerunt ei. Scilicet Iosue, qui eos miserat: non referebant hoc toti populo, sed Iosue soli. ad ipsum enim pertinebat ordinare ingressus, & exitus illorum. cum autem ipse volebat proponebat hęc populo.

Non ascendat omnis populus. Hoc dixerunt exploratores Iosue, quia castra hebræorum erant fixa in Galgalis apud vrbem Iericho in campestribus eius. cum vero ad pugnandum procedebatur, manebant fœminę & paruuli, atque alii inepti ad bellum in castris, & omnes bellatores ibant in expeditionem. sic factum est ĩ deletione Ierichontinæ vrbis, quia totus exercitus bellatorum, & reliquum vulgus cucurrrit ad vrbem delendam, vt patet præcedenti capitu. Extimauerunt autem exploratores sic nunc disposuisse Iosue: ideo dixerunt non ascendat omnis populus. i. omnis populus bellatorum quasi dicat frustra est: sicut immediate dicitur: quare omnis populus frustra vexetur cõtra hostes paucissimos? & non accipitur omnis populus pro tota congregatione hebræorum, quia manifestũ erat, ꝙ non erant illuc ituræ fœminæ cum paruulis suis. sed dictũ est de toto populo. s. de toto populo bellatorum. *Sed duo, vel tria millia uirorum pergant.* Intelligebãt enim exploratores, ꝙ ciuitas Hay erat pauci populi. ideo duo millia, vel tria millia pugnatorum sufficerent. satis enim parua vrbs erat, de qua non putabãt Israelitę processuros ad bellum duo millia peditum. Non enim vocantur hic pugnatores pro pugnantib. pugna equestri, quia talis pugna nondum venerat in vsum iudęorum, nec Chananæorum: nisi quantũ ad currus falcatos, qui erant apud Aegyptios, & Chananæos atque alias gentes. iudæi autem non habebant nunc aliquos currus falcatos: sed tota eorum pugna pedestris erat: immo nec aliquem equum habebant, sed asinos solum, & pecora. & hic dixerunt exploratores duo millia, vel tria millia, ut immediate patet, quia hoc securius erat. *Et deleant ciuitatem.* De sola ciuitate Hay loquuntur hic exploratores: quia hanc solum cum terra ei adiacente explorauerant. & dicitur, ꝙ deleant hanc quasi dicant isti uiri si vadant illuc, sufficiẽt ad delendum eam. *Quare omnis populus frustra vexetur.* Idest quare tota multitudo bellatorum vexabitur eundo ad ciuitatem istam frustra? nam cum sufficiens sit ire duo, vel tria millia uirorum, ꝙ eant tot millia superuacuum est. *Contra hostes paucissimos.* Quasi dicat viri ciuitatis Hay sunt pauci. nam exstimauerunt exploratores non esse duo millia virorũ, nec erant multi: nam cum interfecti fuissent omnes, qui erant in vrbe Hay tam viri, quam fœminæ, & paruuli, & senes: inuenta sunt. 12. millia, ut patet sequenti capit. tamen in populo, ubi sunt duodecim millia computatis omnibus sic, nõ erunt duo millia, vel tria millia hominũ procedentium ad bellum.

Ascenderunt ergo tria millia pugnatorum. Qui statim terga vertentes, percussi sunt a viris vrbis Hay. Et corruerunt ex eis triginta sex homines. Persecutique sunt eos aduersarii de porta vsque ad Sabarim: & ceciderunt per prona fugientes. Pertimuitque cor populi: & ad instar aquæ liquefactum est.

De conse. di. 1. c. in sãcta. 1. q. 4. c. Ecclesia.

Misit ergo Iosue, quod plus erat: quia alii petierunt duo millia, vel tria. ipse autem accepit, quod amplius erat, & tutius. & isti venerunt in vrbem Hay manente reliquo exercitu in castris galgalæ.

A *Quomodo Iosephus dicit fuisse virorum, qui fuerũt contra Hay 30. millia.* *Quæst. XII.*

SED obiicietur: quia Iosephus libro quinto antiquitatum dixit, ꝙ Iosue misit triginta millia virorum contra vrbem Hay, vel Adom, & littera nostra ponit solum tria millia.

Aliqui respondent, ꝙ non est inconueniens, quia cum scriptura dixit tria millia non negauit plures mitti, & ita potuit esse, ꝙ mitterentur triginta millia, sicut dixit Iosephus, licet scriptura ponat solum tria millia, quia in hoc nõ est repugnantia aliqua. sic enim interdum sacra scriptura alicubi ponit paruum numerum hominum, & alibi narrans eandem historiam ponit maiorem numerum, sicut patet in numeratione populi, quam iussit fieri Dauid. nam dicitur. 2. Regum. 24. cap. ꝙ inuenta sunt octingẽta millia de Israel. sed. 1. Paralipom. 21. dicitur, ꝙ de Israel inuenta sunt mille millia, & centum millia. & tamen neutra harum scripturarum est falsa, quia vtraque est sacra scriptura.

B

Sed dicendum, ꝙ hoc non stat, quia hoc posset stare si narratio esset simplex, & non præcessisset aliquid quod notificaret veritatem istius. nam ea quæ præcedunt ostendunt, ꝙ fuerunt solum tria millia, quia Iosue volebat milites omnes mittere in vrbẽ Hay ad pugnandum, exploratores autem vrbis dixerunt. non ascendat omnis populus, sed duo, vel tria millia pergãt & deleant ciuitatem, quare omnis populus frustra vexetur contra hostes paucissimos? & ita cum illi dicerent sufficere duo millia, vel tria millia, non mitteret Iosue triginta millia, quia superuacuum esset, & vexaret frustra tãtam multitudinem: ideo misit solum tot quot dixerunt exploratores. & quia illi dixerunt duo vel tria millia, misit Iosue ad maiorem securitatẽ tria millia. & ita nõ habet locum, ꝙ essent triginta millia.

C

Alii dicunt, ꝙ erant triginta millia sicut Iosephus dicit: & non deuiat in hoc a sacra scriptura, sed sunt illa triginta millia, quæ misit Iosue ad explorandum, & ponendum insidias urbi Hay sequenti. c. — Determinatio auctoris.

Sed dicendum, ꝙ non stat: quia Iosephus vult fuisse istos primos, qui ascenderunt contra vrbem Hay, & de illis corruerunt triginta sex, ut ibidem adiungit. & tamen constat hic, ꝙ illi de quibus corruerunt triginta sex uiri, erant tria millia uirorum, qui primo ascenderunt contra vrbem Hay, ut patet hic in littera.

D

Dicendum ergo, ꝙ Iosephus hic uidit veritatem sacræ scripturæ. & tamen uoluit aliter ponere, quia sępe hoc facit: cuius causas declarauimus supra. 3. capi. hic autem uoluit ponere triginta millia, & non tria millia quia putauit credibilius fieri his quibus scribebat. nã fortassis crederent illi imprudenter factum esse, ꝙ de tanta multitudine pugnatorum mitterentur tam pauci: quia tunc iuste factum uideretur, ꝙ hostes persequerentur eos, & caderẽt triginta sex uiri. ideo posuit triginta millia. Et hoc conuenit narrationi Iosephi, quia ipse subticuit id quod ponitur hic. s. ꝙ missi fuerint exploratores contra vrbem Hay, & illi dixerunt esse hostes paucissimos, & ꝙ non oporteret mittere nisi duo, vel tria millia uirorum. nam si hoc expressisset Iosephus non conuenienter adiunxisset missos esse uiros triginta millia: sed tacitis omnibus satis conuenit hoc poni, vel quamcunque aliam summam, & ita consueuit in multis ponere excessiuas multitudines supra id quod ponit sacra scriptura, ut Iud. 4. c. ponit littera nostra de rege Sabin, ꝙ habebat nongẽtos currus falcatos, & Iosephus posuit tria millia curruũ lib. 5. antiquita. non est ergo mirandum, ꝙ ipse similia faciat, cum non sit intentio sua exprimere totam veritatem sacrę scripturæ: sed historiam, quam narrat credibilem facere his quibus narrat.

E

An iu-

An Iudæi euntes contra vrbem Hay verterunt terga solum timore virorum Hay: vel an Deus incusserit eis quendam timorem ex eo ꝙ Deus imprimeret in phantasia Iudæorum terribiles species. Quæst. XIII.

QVi statim terga vertentes. Iudæi non restiterũt aliquo modo viris vrbis Hay. sed statim, vt illi direxerunt vultũ suum cõtra eos egressi de foribus vrbis, verterunt terga iudęi. & hoc eis in pęnam datum fuit, quia Achan rapuerat de anathemate.

Poterat autem intelligi hoc dupliciter. Vno modo ꝙ Deus incusserit timorem cordibus iudæorum proponens eis species Amorrhæorum tanquam aliquid valde terribile, ita vt nullo modo auderent expectare. Aliquando autem dabat Deus istam pęnam iudęis quando in eum peccabant. sic patet Leui. 26. ca. cum dicitur. & qui remanserint de vobis dabo pauorem in cordibus eorum: in regionibus hostium terrebit eos sonitus folii volantis: & ita fugient quasi gladium: cadent nullo sequente: & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes. Idem patet Deuteronom. 28. hoc autem est: quia cor hominis est in potestate Dei, & potest illud deprimere, vel eleuare ad timorẽ, vel audaciam. Alio modo potest intelligi, ꝙ Deus hoc fecerit nimis corroborando Chananæos, qui ante nõ auderent persequi iudæos: Deo tamen eleuante animositatem eorum audebant in iudęos: atque eos ad internetionẽ persequebantur. Quocunque enim modo horum fieri poterat. nam cum aliqua duo ęqualia sunt possunt dupliciter fieri inæqualia. s. vni eorum aliquid addendo nihil alteri subtrahendo, aut vni eorũ aliquid subtrahendo nullo alteri tradito. Sed quis modus horum conuenientius hic assignetur, dicendum est: ꝙ primus modus scilicet, ꝙ Deus posuit timorem terribilem in cordibus iudæorum, ita quod non auderent vllatenus respicere Chananæos. & hoc patet. nam si iudæis relictum esset pristinum robur, dato ꝙ Chananæis Deus addidisset animositatem magnam, & uires, tamen non fugerent a facie eorum, licet Chananęi animosius in eos ferrentur, quam alias congressuri forent: & Chananæi præ magnitudine collati roboris deuicturi erant iudæos. ipsi tamen non fugerent sed cæderentur gladio tanquam uiri fortes resistentes aliis robustioribus. tamen iudæi terga verterunt, & non solum fugerunt, sed etiam statim, vt viri de vrbe Hay egressi sunt de porta vrbis, terga verterũt hebręi vt patet hic, quod est signum magnæ pauiditatis. s. ꝙ ĩ facie virorum vrbis Hay aliquid ita terribile visum est hebræis, ꝙ nullo modo resistere potuerunt. Quod autem aliquid ita terribile eis appareret non fiebat naturaliter, sed Deo imprimente talem speciem in phantasia iudæorum. de quo magis declaratum est Leuit. 26. capitulo.

Item patet hoc: quia infra dicitur non poterit stare Israel ante hostes suos: eosque fugiet, quia pollutus est anathemate. non posse autem Israelem stare ante hostes, sed fugere a facie ipsorum, ad timiditatem pertinet Israelitis inflictam, & non ad robur hostile.

Qui statim terga vertentes. In hoc signatur magnus timor: & quod hic aliquid a Deo causatum foret. nam sicut Deo incutiente timorem Chananæis, non audebant resistere Israelitis, sed cędebantur ĩ morem ouiũ sicut dictum est præcedenti. capitulo de Ierichontinis ita cum iudæi tanto timore percussi sunt, vt nullaten⁹ sustinere vultum hostium saltem ad minimum possent, uidetur, ꝙ a Deo talis timor inflictus sit. nam si esset alius timor humanus, quamquam timerent, tamen non tantum quantum timuerunt. s. vt nõ auderent saltem ad modicum resistere hostibus.

F

Percussi sunt a viris vrbis Hay. Videntes enim uiri urbis Hay fugientes hebræos sine vllo impetu bellico, persecuti sunt eos fugientes, & percusserunt occidentes de eis aliquos.

Et corruerunt ex eis. 36. homines. Scilicet de iudæis, qui non potuerũt velociter fugam maturare: & dum hos occiderent Chananæi, cæteri Israelitæ fugiebant. De istis. 36. hominibus quomodo corruerint, & quomodo peccante Achan in anathemate isti puniti fuerint preced. c. declaratum est. De istis. 36. viris dicunt quidam, ꝙ consenserunt prauitati Achan vsurpantis de anathemate. ideo traditi sunt in manibus hostium ipso peccante. sed hoc nihil est, non est enim verisimile ꝙ isti. 36. cognouerint, quia Achan abscondite valde fecerat sicut infra signatur. si tamen isti sciuissent non esset absconditum. Inq. 10. alias in 41.

G

Dicendum tamen magis est, ꝙ isti nihil de hoc cognouerint, sed ipsi mortem alias meruerant. Deus autem nunc eis infligere uoluit. non fuisset tamen ita cito inflicta nisi pręcessisset peccatum Achan, quo De⁹ in iram concitatus est.

Dicunt aliqui, ꝙ sicut nunc propter peccatũ Achã perierunt. 36. viri de Israelitis: ita de domo Achan incendio, & lapidatione. 36. perierunt. sed hoc non constat. solum enim dicitur, ꝙ ipse lapidatus est cum omnibus, quæ ad eum pertinebant, ut patet infra.

Persecuti sunt eos aduersarij de porta vsque ad Sabarin. i. viri vrbis Hay persecuti sunt vsque ad Sabarin. dicitur autem porta. i. de porta urbis, quia Israelitę accesserãt ad portam vrbis Hay, vt delerent eam, sicut supra dixerant exploratores. ascendant duo, vel tria millia uirorum, & deleant ciuitatem, cum tamen aperta porta vrbis cęperunt egredi viri, tanto terrore iudæi concussi sunt, ut nullatenus aut cõgredi, uel se defendere auderent: sed mox fugere inceperunt, & uiri vrbis Hay cęperunt illos persequi. fuit ergo persecutio de porta vrbis. si autem aliquandiu pugnauissent Israelitę cum viris vrbis Hay resistentes, non fuisset fuga a porta ciuitatis vrbis Hay, sed de loco illo ubi cessarent se defendere inientes fugam. & quia a porta urbis fugerę cęperunt, ibi cęperunt Chananæi persequi Israelitas fugientes.

H

Vsque Sabarin. Littera nostra ponit Sabarin tanquã nomen alicuius loci, vel agri, vsque ad quem viri de vrbe Hay persecuti sunt Israelitas. potest autem istud nomen esse proprium, uel appellatiuum. nam dicitur Sabarin confractio, vel lassitudo, & est pluraliter dictũ scilicet lassitudines, uel confractiones. Et tunc est sensus, ꝙ uiri vrbis Hay persecuti sunt Israelitas vsque ad confractionem. i. vsquequo frangerentur, vel lassarentur persequendo, & tunc substiterunt. vel vsque ad cõfractionem. s. iudęorum: quia tamdiu persecuti sunt eos vsquequo contererent. s. occidẽtes. 36. de eis. Sed melius dicitur, ꝙ ponatur hic Sabarin nomẽ propriũ, quia si esset nomen commune cum sit pluraliter dictum, non importaret conuenientem sensum. sed si velis dicere esse appellatiuum. s. vt significemus confractiones non multum differt.

I

K

Et ceciderunt per prona fugientes. i. Israelitæ ceciderũt quia fugiebant per prona. Dicuntur loca prona, quæ sunt multum inclinata, vt descensus montis altissimi quando rectus est, ita vt vix descendere quis queat, vocatur pronus. cum autem iudæi fugerent, ceciderunt per prona: quod potest intelligi, quia nesciebant vias terræ: & direxerunt viam fugæ suæ contra quędam loca pręrupta, & prona, ad quæ cum accessissent corruerunt in pręceps. Vel corruerunt per prona, quia uiri vrbis Hay persequentes contra partem illam direxerũt iudęos, & tunc per prona illa ambulare non potentes corrue-

corruerunt. Vel forte loca priora erant plana. iudæi tamen cum impetu venientes, accedentesq; ad loca ꝓna sustinere se nequiuerunt, sed corruerunt per prærupta, vel forte dici potest, ꝙ iudæi fugientes nõ potẽtes euadere chananæorũ manus dederũt se per prærupta ruituros: vt sic viri de vrbe Hay non sequerentur eos. quicquid autem sit cum venerunt ad prærupta atque prona, destiterunt Chananæi persequi fugientes.

Pertimuitque cor populi. Hic subintelligitur quomodo fugientes de bello venerunt in castra, & narrauerunt, quid eis acciderit: tunc viso hoc insolito, & inopinato elanguerunt corda iudæorum, sicut prius elãguerat spiritus Chananæorum: de quo. sup. 2. & 5. cap. Et dicitur pertimuit cor populi. idest omnium de populo: quia multi erant, & omnes timebãt. etiam quia populus non erat, vt vnus vir, qui haberet vnum cor, & timeret. sed timentibus eis, qui sunt in populo, dicitur timere populus aut cor populi. & ista locutio multum signat. s. ꝙ omnes de populo vno animo timuerunt. sicut enim si populus esset aliquid vnum vt vir, haberet vnum cor, & totaliter timeret aut nequaquã: ita cum nunc contriti sunt a viris Hay, omnes simul extimuerunt tanquam si vnum cor omnes ad timendum haberent, & uno timente cęteri timerent. Isti modi loquendi sunt vulgares, quia cor populi non timet, dato ꝙ accipiatur cor populi pro corde cuiuslibet de populo. nam aut accipietur cor pro membro illo carneo, quæ est primaria significatio, aut pro anima, vt nos vulgariter loquentes vtimur. Si autem assumatur pro instrumẽto carneo non stat: quia illud nõ timet, nec attribuitur ei aliqua talis actio, cum hæ actiones rei animatæ sint, vel quę sit spiritus. cor autem simpliciter est caro sicut manus, & pedes, atque cęteræ partes. licet sit de nobilioribus membris: ideo non timet, sicut nec dicimus pedes aut manus timere. Si autem accipiatur cor pro anima, ut vulgariter loquimur etiam non stat: quia anima non timet, nec amat, non gaudet nec dolet, quia iuxta Aristo. 3. de anima. q dicit animam tristari, dicit eam texere, & ædificare. Sed nemo dicit animam texere: ideo nec tristari affirmabit. sed ista dicuntur ex modo vulgari: actiones autem suppositorum sunt, ideo ipsum animal est quod timet, & non cor, nec anima, aut intellectus, vel aliqd in homine, aut quocunque animali.

Et instar aquæ liquefactum est. Idest dissolutum cor totius populi quasi aqua.

Est enim conueniens transumptio, quia animositas est per collectionem virium in vnum, & cum quis totam iram recolligit, vt fortius exardescat, tũc impetuose agit. & sic de eo, qui fortiter aliquid agit aut ꝓfert, dicitur ꝙ agit illud collecto animo in uires. sic cũ Boetius ex magno impetu contra philosophiam loq vellet ait. tum ego collecto in vires animo dixi, vt patet de consola. li. 1. prosa. 4. econtrario autem cum aliqui timent, vires non sunt collectæ, sed distantes vel dissolute. Ideo de nimis timentibus dicitur, ꝙ dissolutum est cor eorum non manentibus viribus simul. sic patet. s. 5. quia siccasset dominus fluenta iordanis coram filiis Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus. cum autem timor maximus est, tunc vires prorsus diffugiunt: atq; in varia dilabuntur, ita ꝙ nulla maneat copulatio. & quia nihil est, ꝙ magis effugiat, quam aqua, dicitur de maxime timentibus, ꝙ cor eorum instar aquarum liquefactum est. Sic etiam qñ aliquid maxime effunditur, ita ut nihil prorsus maneat, dicitur effusum sicut aqua. sic patet de Ruben cui nulla de benedictionibus primogenituræ mansit. & dicitur ad eum effusus es sicut aqua non crescas: ut patet Gen. 49. Adhuc magis cohęret ista transumptio: quia dicitur cor instar aqua-

A rum liquefactum est. aquæ enim cum premẽte aquilone gelidæ sunt, in vnam molem rigentem solidantur, atq; vnum efficiuntur. cũ vero liquefiunt a seipsis labẽtes diffugiunt. ita & cor nostrũ cũ collectę ui res sunt audet, cum vero liquefit, vires dissoluuntur dilabentes instar aquarum.

Iosue vero scidit vestimenta sua: & pronus cecidit in terram coram arca domini vsque ad vesperam, tam ipse quam omnes senes Israel. Miseruntque puluerem super capita sua. Et dixit Iosue. Heu domine Deus. Item peccato ciuiũ. & §. item peccato achor de iniur. c. uno. li. ui. infra. 8. a 1. q. 4. §. itẽ peccato achor.
B Quid voluisti traducere populum istum Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhæi & perderes? Vtinam vt cæpimus mansissemus trans Iordanem. Mi domine Deus quid dicam videns Israelem hostibus suis terga vertentem? Audient Chananęi & omnes habitatores terræ, & pariter conglobati circundabunt nos, atque delebunt nomen nostrum de terra. Et quid facies magno nomini tuo?

C *Iosue*. Audita tribulatione hac vehemẽter afflictus est: quia ipse princeps erat populi eique maior erat aduersitas. quia princeps eminenter continet totum populum. fuit autem conterritus, quia Deus dixerat ei ꝙ non dimitteret: nec pauendum sibi erat aut timendum. sed sicut fuerat cum Moyse sic semper cum eo esset, ut patet supra 1. c.

Ad signãdam ergo magnam tristitiam scidit vestimenta sua: quia mos erat antiquorum scindere vestes propter magnum dolorem. & sic uir ueniens de castris Israel apparuit veste conscisa & aspersus cinere in capite, quia annũciabat magnum dolorem de morte Saulis regis, & Ionathę: & reliquorum de Israel: ut patet. 2. Reg. 1. c. Et sacerdos magnus audiens quomodo Christus dixisset ꝙ uiderent filium hominis ueniẽtem in nubibus cœli, scidit uestimenta sua in signum magnæ tristitiæ ac si Christus blasphemasset: ut patet Mat. 26. c. Et cum de peccatis nimis dolere uolebant, vestimenta sua scindebant in signum planctus: ut patet Ioel. 2. c. scilicet scindite corda uestra, & non vestimenta vestra. Doloris indicia apud priscos.
D

An Deus tenuerit promissa facta ad Iosue, scilicet, quòd in diebus suis nemo posset resistere Israelitis cum fugauerint eos uiri Hay. Et modus quo utebatur Deus in Iudæos peccantes.

Quæst. XIIII.

E SED dicet aliquis, ꝙ uidetur Deum non tenere promissa facta ad Iosue. nam supra 1. c. dixit. nullus poterit uobis resistere omnibus diebus vitæ vestrę: sicut fui cum Moyse, ita tecũ ero: non dimittam te nec derelinquam. hic tamẽ reliquit Israelitas in manus Amorrhæorum, immo quod amplius est dixit eis ꝙ non possent stare contra hostes.

Respondendum est: ꝙ promissiones Dei de faciendo bonum uel malum alicui, intelligũtur semper conditionaliter, licet non apponatur conditio: ut patet 1. Reg. 2. & Hier. 18. & fuit declaratum supra 5. c. sic autem promissiones factæ ad Iosue intelligebantur si populus non peccaret. & tamen populus præuaricatus

est surripiens de anathemate Iericho: ergo conuertit Deus manum Amorrheorum super eos quousque de peccato satisfactum foret, & immediate consisterent promissiones, vt ante fuerant. sic patet infra cum dr̄. non poterit stare Israel ante hostes suos, eosq; fugiet, quia anathemate pollutus est. non ero vobiscū donec conteratis eum, qui huiusmodi sceleris reus est. & sic erat modus Dei cum iudeis: quia quamquam aliqñ peccarent, nō abiiciebat eos totaliter, sed puniebat aliqualiter. deinde miserebatur stantib. prioribus promissis. sic patet Psal. 88. vbi agitur de promissione facta Dauid. s. si autem dereliquerint filij eius legem meam, & ī iudiciis meis non ambulauerint. si cæremonias meas prophanauerint, & præcepta mea nō custodierint: visitabo in virga scelera eorum: & in plagis iniquitates eorum: m̄iam autem meam non auferam ab eo. sic patet Leui. 26. c. cum post punitiones infligendas pro peccatis sequitur: attamen cum essent in terra hostili non penitus abieci eos, nec dispersi, vt consumerentur, & irritum facerem pactum meū cū eis. Hæc autem vera sunt de Israelitis peccantibus, qñ peccata eorum erāt corrigibilia. cum autem facta est plaga desperata Deus dimisit eos totaliter in perditionem, sicut patet vsque hodie. Quod autem ista ꝓmissio facta Iosue intelligatur cum conditione, patet ex his quę sequuntur. nam cum. s̄. 1. c. positæ essent ꝓmissiones de prosperando actus totius Israelis, subditum est ꝙ Iosue attentus esset die ac nocte in lege domini. cum dr̄. non declines ab ea ad dexteram neque ad sinistram, vt intelligas cuncta, quæ agis: non recedat volumen legis huius de ore tuo, sed meditaberis ī eo diebus ac noctibus, vt facias cūcta, quę in eo scripta sūt: tunc diriges viam tuam, & intelliges eā. q. d. sine hoc non poteris dirigere viam tuam, & prosperari in ea. sed cum peccauit Israel in anathemate nō fuit obseruata lex: ergo non poterat dirigere viam suam.

F G H

Et cecidit pronus in terram coram arca. Hoc fuit ad orādum dn̄m, ut auerteret iram suam ab eis. dr̄ cecidisse pronus in terram. i. toto corpore extento. flectere aūt genua non est pronum esse. & hoc erat, quia īclinauit Iosue os suum vsq; ad terram, & hoc ante arcam: quia Deus erat specialiter in arca: cum ibi gloria sua appareret inter cherubin. erantque ibi tabulę fæderis sui.

I

Quomodo potuit Iosue iacere pronus coram arca cum arca erat intra sancta sanctorum, & illuc non introierit Iosue.
Quæst. XV.

SED dicet aliquis: qūo potuit Iosue coram arca pronus esse, quia arca erat intra sancta sanctorū Iosue autem illicitū erat illuc introire: quia nō licebat nisi sacerdoti magno, immo nec in primam partem tabernaculi ei ingredi licebat, sed solis sacerdotibus.

Ad hoc respondebit aliquis, ꝙ liceret Iosue introire coram arca intra sancta, quia erat dux populi sicut Moyses. licitum aūt erat Moysi ingredi in sancta sanctorum ad inquirendum oraculum quandocunque vellet: ut patet Nu. 7. c. & respondebatur ei immediate. Dicendum est ꝙ non licebat Iosue introire in sancta sanctorum. nam Moysi non licebat intrare illuc, quia erat princeps populi, sed quia erat specialiter electus a Deo in tota domo eius: vt patet ad Hebr. 4. nec erat Moyses, vt cęteri prophetę, vt patet Num. 12. ca. tradiderat autem dn̄s oīa in manu eius, & ipse omnia dirigebat: iō licere ei voluit Deus, ꝙ ingrederetur ī sā cta sanctorum qñcunq; vellet. nam hoc erat necessarium, alioquin magnum sequeretur inconueniens, sicut declaratū est Leu. 16. De Iosue aūt secus erat, qa licet Deus cum vellet esse successorem Moysi, tamen non fecit eum æqualem. iō Moysi permisit introire ī sancta sanctorum ad consulendum dn̄m quotiescūq; vellet: & ne putaret Iosue hoc sibi licere vt prædecessori suo Moysi, cum Deus fecit eum Moysi successorem dedit ei coadiutorem quantum ad ea, quæ Dei erant, ne inquam putaret ea sibi licere vt Moysi. & hoc fuit vt esset Eleazar sacerdos consulens dn̄m pro ipso sic. n. patet Num. 27. s. pro hoc si quid agendum fuerit Eleazar sacerdos consulet dn̄m. & dicitur ibi de Iosue si tamen liceret Iosue ingredi in sancta sanctorū, non consuleret Eleazar pro ipso: ergo non poterat Iosue intrare in sancta sanctorum.

K

Respondendum est ergo aliter. s. ꝙ Iosue stetit coram arca non intrans in sancta sanctorum, vel in aliquam partem Sanctuarii, sed arca erat extra Sanctuarium, quia vt in plurimum sola ferebatur in expeditionib. bellis, & omnes poterant stare ante ipsam. tn̄ non videbant eam nudam, sicut patet in lustratione vrbis Iericho per dies septem buccinis iubileorum, ut patet prçced. c. etiam qñ arca ferebatur in itinere motis castris sola ferebatur: & partes Sanctuarii per se, vt declaratum fuit Num. 4. c. & ibi patet in littera. Determinatio auctoris.

Item quando ibant Israelitæ in bella, ferebant multotiens arcam secum: ut patet. 1. Reg. c. & tunc sola erat, atque ab omnibus uidebatur. ita ergo erat quando Iosue coram ipsa pronus cecidit: & nō solum ipse sed etiam alii seniores Israel, ut patet immediate, tamen non pertinebat ad hos ingredi in sancta sanctorum.

Vsque in vesperam. s. a tempore illo quo audiuit hæc a fugientibus de bello, ipse & alii iacuerunt coram arca. cum aūt iacerent orabat ad dominum, & fundebat Iosue preces, quæ infra habentur. expectabantq; quid responderet Deus, nec surrecturi inde erant. quousq; Deus explanaret, quid hoc esset. iussit autem tunc, ꝙ surgerent, & surrexerunt: & tamen ante vesperam nō iussit, ꝙ surgerent, ut prius ibi abundanter peterent, & cum lachrymis Dei misericordiam. quia q̄q̄ Deus libere nobis beneficia confert, tamen interdum orari vult: quia sic disposuit vt non nisi sanctorum precibus vel nostris quamquam indignis obtineant, ut ait Grego. 1. dialogorum: & toto hoc die non comederunt, nec biberunt iacentes proni ad magnam cordis amaritudinem, & vt Deus misereretur eorum. Sic. n. in signum tristitiæ magnæ pro morte Saulis, & Ionathæ, atque Israelis Dauid planxit, & ieiunauit vsq; ad vesperam cum uiris suis, ut patet. 2. Reg. 1. c. s. apprehendēs autem Dauid vestimenta sua scidit, omnesq; uiri, qui erant cum eo, & fleuerunt, & planxerunt, & ieiunauerunt vsq; ad vesperam.

Tam ipse; quam omnes senes Israel. i. sicut Iosue scidit vestimenta sua, & cecidit pronus coram arca, ita omnes senes Israel. uocantur hic senes secundum ętatem non tamē senes solum secundum ętatem, sed pariter secundum honorem, quia isti associabant Iosue. fecerunt ergo sicut ipse. Tum quia ipsi eminentius cum duce suo Iosue repræsentabant personam populi, & de calamitate populi ad eos maxima pars pertinebat. Tum quia ad ipsos ꝑtinebat orare specialiter pro bono populi: quia bonum populi erat specialius bonum ipsorum. Tum quia erant honoratiores in populo, & vt honorarent ducem suum, comitati sunt ipsum ꝓsternentes se coram arca.

Miseruntque puluerem super capita sua. Hoc faciebant in signū magnæ tribulationis, & calamitatis. nam sicut scindebant vestimenta ad exprimendam amaritudinem cordis, ita ponebant puluerem super capita sua ad signandam calamitatem, & depressionem magnam. i. ꝙ facti erāt velut puluis aut nihil, maxima plaga, tn̄ signatur per reductionem in puluerem. iuxta illud Psal. 17. & comminuam eos velut puluerem ante faciem Dolorē iudicantia apud antiquos.

faciem venti:& ut lutum platearum delebo eos. Vel signatur magna humiliatio, vel depressio.s. ꝙ depressus sit homo vsq; ad puluerem, quia puluis iam super caput est.

Et dixit Iosue. Ista quæ sequuntur sunt verba Iosue prostrati ante arcam. cæteri quoque seniorum ad dominum preces fundebant, quilibet vt concipere poterat iuxta insitam amaritudinem, & mærorem. de verbis tamen Iosue solum mentio fit. Tum quia ipse erat dux populi, & de eo maior mentio, quam de omnib⁹ aliis fieri debebat. Tum quia propheta erat, & verba sua certiora erant.

Heu domine Deus. Heu interiectio dolentis est, & conquerentis. dolebat enim Iosue, ꝙ Deus introduxisset israelitas in terram Chanaan trans iordanem. & sicut ponitur hic interiectio, ita, & in hebræo. Interiectiones autem non sunt voces determinatę alicuius linguæ, nec quid determinate signant: sed sunt ad innuēdos affectus, & non conceptus. ideo non magis vnius idiomatis, quam alterius sunt: quamquam quædā gentes quibusdam interiectionibus vtuntur, aliæ vero aliis. Et ponitur hic in hebræo aha: quæ etiam apud nos interiectio est: sed non designat dolorem sicut heu. nec in hebræo distincte designat dolorem, sed magis quoddam alterum. & ista eadem interiectio. s. aha ponitur in Hebręo. Hiere. 1. ca. vbi respondit Hieremias dicens a.a.a. domine Deus nescio loqui quia puer ego sum. & tamen ibi non pertinet ad dolorem. ideo litera nostra non posuit heu: sed a.a.a. nam videns Hieronymus diuersos affectus designari hic. & Hiere. 1. cap. quamquam in hebræo quædam indistincte ponūtur secundum morem idiomatis illius, diuersę tamen in litera nostra designantur interiectiones hic, & ibi. lingua enim latina, quæ vt cōiter distinctior est, duas habet pro his interiectiones, quas Hieronymus posuit.

Quid nos voluisti transducere iordanem fluuium. q.d. si sic fieri nobis deberet, melius erat vt nō transissemus iordanem, quia ibi securiores eramus deletis hostib. possessoribus terræ. Et non dixit Iosue. vt quid nos adducere voluisti in terram hanc? sed vt quid nos voluisti transducere iordanem, quia si mansissent in terra duorum regum Amorrhęorum, isti Chananæi qui erant ad occidentalem plagam iordanis non insurrexissent in eos, quia non inquietabant terram illorum. nūc vero, quia transierant iordanem, qui erat terminus diuidens terras horum regum, Chananęi existimabant venisse, ut acceperent terram de manu ipsorum, iō congregati delerent eos ante iordanem. Etiam si manerent non curarent reges Chanaan, qui habitabant ad occidentalem plagam iordanis. melius ergo erat ibi mansisse si sic euenturum foret.

Vt andicat hic causam finalem. Eique triplex sensus accommodatur. Quæst. XVI.

VT *traderes nos in manu Amorrhæi, & perderes.* Non ponitur hic vt dicens causam finalē .s. ꝙ ad hoc transduceret Deus israelitas iordanem, vt daret in manus Amorrhęi. nam si perdere volebat eos, poterat sine Chananæis, & Amorrhæis perdere. nec enim Iosue quamquam mœrore depressus hoc intelligebat: sed tenebatur consecutiue. s. ad quid transduxisti nos iordanem, & nunc tradis nos in manus Amorrhæi. q.d. frustra fuit fieri miracula in diuidendo aquas iordanis, & delendo vrbem Iericho. melius erat nulla fieri miracula. & dicit Iosue, ꝙ Deus tradit eos in manus Amorrhæi. s. ꝙ facit, vt Amorrhæi destruant ipsos. s. augendo vires, & animositatem Amorrhæorum. & deprimendo eorum robur. & sic factum est: ut. s. fuit declaratum. s. ꝙ Deus incus-

A serit timorem iudæis ut non possent stare ꝯ faciē Chananæorum; sed visis eis fugerēt. Alio modo pōt intelligi ut traderes nos in manus Amorrhęi. i. vt nos tradi permitteres in manus illorum. q.d. nos nō fuimus ingressi terrā confidentes viribus nostris, sed uirib. Dei. nunc aūt si relaxat protectionem suam a nobis tradit nos in manus hostiles. & iste est sensus cōiter taliū orationū. Et dicitur in manu Amorrhęi. quod dupliciter intelligitur. vno mō ꝙ Amorrheus assumatur spāliter pro quodā de septem populis Chananæorum. & quāquam ante transitū Iordanis essent duo reges Amorrhæi, trās Iordanem erāt alij reges Amorrhæorum, & alia pars populi huius Amorrhęi. Sic patet supra. 5. scilicet postquā ergo audierunt reges Amorrhæorū qui

B habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagā: & cuncti reges Chanaā &c. Ecce. n. quosdā de Amorrhæis ad occidentem Iordanis dixit: & isti erant coniūcti Iordani, quia Amorrhæus erat unus populus vel gens quæ habitabat simul sicut Ethęus, Euęus, Iebusęus, & cęteri. & quia Iordanis intersecabat terrā eius ab aquilone pręterfluens in austrum, relinquit quandam partem ad occidentem, & quandam ad orientē. sicut ergo terra cōiuncta orientali parti Iordanis erat terra Amorrhæorū, ita terra coniuncta ei a parte occidentali erat Amorrhęorū. vnde vr̄ ꝙ viri vrbis Hay, & alię ciuitates coniunctæ erant de populo Amorrhæorum: & quia ab eis percussi fuerant Israelitæ dicebantur traditi in manus Amorrhæi. Alio modo accipi potest ꝙ sit Amorrhæus tota gens Chananęorum. nam

C aliqn̄ generaliter uocantur oēs Chananęi Amorrhęi: vt patet Gen. 15. scilicet nondum. n. completæ sunt iniquitates Amorrhæorū usq; in præsens tempus. nō. n. loquebatur Deus de Amorrhęis specialiter, sed de oībus Chananæis: quorū terrā promiserat dare Abrahę: sed nondum dabat eam: quia non erant adhuc cōpletæ iniquitates Amorrhęorum. sic ēt accipitur infra. 9. vbi vocantur quinq; reges Amorrhęorum: & tamen non erant oēs de populo Amorrhæorū: quia rex Hierusalem qui est vnus de ipsis nō erat rex Amorrhæorum: sed Iebusæorum. habitabant nāquā Iebusæi in vrbe Hierusalem: vt patet. 2. Reg. 5. & 1. Paralip. xi. Sic ergo potest accipi hic ꝙ Deus uellet tradere Israelitas in manus Amorrhęi. i. manus omnium Chananęorum:

D quia oēs congregarētur super eos & delerent illos. & quāquā sensus primus sit satis conueniens: tamen iste sensus est conuenientior: quia dr̄ infra. audient Chananæi & oēs habitatores terrę, & conglobati circūdabūt nos atq; delebunt nomen nostrū. sed Israelitę dicebāt se traditos in manus eorum, qui conglobati circunda rent eos atque disperderent: ergo non intelliguntur Amorrhæi pro solis Amorrhęis, sed pro omnib. populis Chananæorum. *Et perderes.* i. deleres nos: non dicebant se perditos. i. destruendos ab Amorrhæis Iudęi: sed a Deo. quia si Deus nō permitteret Chananæorū populos præualere contra ipsos non præualerēt. si aūt dimitteret ipse tradebat in mortem, & nō Chananæi.

E *Vtinam sicut cæpimus mansissemus post Iordanem.* i. si sic futurum erat nobis: magis vellem ꝙ mansissemus trans Iordanem sicut manere cæperamus. quasi dicat post subuersionem duorum regum Amorrhęorum manserunt Israelitæ ante Iordanem in terra illorum vsque ad mortem Moysi, & postea ibi planxerunt eum, atq; compleuerunt annum quadragesimum ab exitu de Aegypto. In principio autē anni. 41. ingressi sunt terram aliam transeuntes Iordanem decima die mensis primi, ut patet supra 4. c. incæperunt ergo manere trās Iordanem scilicet postquam acquisierant terram Og & Sehon regum Amorrhæorum. Vel potest intelligi de mansione in deserto: & manserant ibi annis. 40. sicut ergo cæperant his. 40. annis manere: ita semper

manere voluissent magis, quam tradi in manus A- F
morrhæi.

An peccauerit Iosue cum dixit quòd magis desiderabat quòd manerent in deserto quam, quòd transissent Iordanem. Et quòd uerba ex amaritudine & tristitia cordis dicta quandoque tolerantur a Deo: sed cauendum est ne proferantur ad extra. Quæst. XVII.

SED aliquis quæret circa hoc: an Iosue peccauerit, quia dixit se magis desiderasse ꝙ manerent in deserto ante Iordanem.

Et videtur ꝙ peccauerit grauissime. nihil.n. amplius dixerunt illi qui condemnati sunt vt morerentur in deserto, & non ingressi sunt in terram, ut patet Numeri 14. scilicet & murmurati sunt cõtra Moysen & Aaron cuncti filij Israel dicentes. vtinã mortui essemus in ægypto, & non in hac vasta solitudine. vtinam pereamus, & non inducat nos dominus in terrã istã, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri ducantur captiui. nonne melius erat reuerti in ægyptũ? dixeruntq; alter ad alterum, constituamus nobis ducẽ & reuertamur in ęgyptum. illi tamen oẽs mortui sũt in deserto. ergo debuit Iosue ex hoc puniri: & grauiter peccauit. Respondendum est, ꝙ verba Iosue nõ fuerunt ita dura vt verba illorum. habent enim molliorem sensum: scilicet utinam vt cępimus mansissemus trans Iordanem.i. si sic futurum nobis erat præ H elegissem ꝙ mansissemus trans Iordanem. G

Determinatio auctoris. Item differunt verba Iosue ab illis: quia ista uerba sunt amare dolentis: & tamen confidentis. illa autem sunt verba populi desperantis. nam cum Israelitę murmurati sunt: vt patet Numeri 14. dixerunt ꝙ uolebant reuerti in ægyptum & fecissent quidem: sed nõ erat eis locus. ideo enim duxerat eos Deus per uiam deserti vt non possent redire in ęgyptum consurgentibus bellis in se. sic patet Exod. 13. cum dicitur. igitur cum emisisset Pharao populũ, non eos duxit dominus per viam terræ philistin quę uicina est: reputans ne forte peniteret eũ si vidisset aduersum se bella consurgere & reuerteretur in ægyptum. sed circunduxit per uiã deserti quę est contra mare rubrum. Iosue tamẽ non dixit reuertamur in ægyptum, vel reuertamur trans Iordanem: sed magis confisus de diuina misericordia iacuit coram arca eius, orando pro populo. Israelitæ autem cum murmurauerunt non iacuerunt coram arca: sed luxerunt tota nocte desperantes introituros se in terram Chanaan. non ergo peccauit Iosue ut illi murmuratores. I

Dicendum tamen est ꝙ verbum Iosue fuit malũ. fuit tamen toleratũ: quia ex amaritudine magna cordis dicebat: qui non dixisset sine amaritudine in tranquillitate manens. quia tamen confidens de Dei pietate dicebat, non fuit ei ad malum imputatum: sicut de Moyse quando orans pro toto populo dixit. aut dimitte eis noxam hãc, aut dele me de libro in quo me scripsisti. illud enim male dictũ erat: quia petebat contra charitatem. tamen quia zelo succensus, & in dolore manens dixit: ad malum imputatũ nõ est. Qđ autem Iosue bono animo diceret, patet ex eis quæ fecit: quia in hac amaritudine recurrit ad dominũ prostratus coram arca. si tamen non confideret bonitati eius non oraret ad ipsum. K

Item patet ex verbis suis sequentibus, quæ sunt uerba orantis, & suadentis, & non desperantis.

Mi domine Deus quid dicam. Modus plangentis & cõquerentis est: ad ipsum enim conuertitur conquerendo: quia ipse solus est qui saluare potest.

Quid dicam uidens Israelem hostibus suis terga uertentem. Quasi dicat non possum præsumere aut iudicare bonum esse, ꝙ Israel terga uertat hostibus: quia tu dixisti ꝙ nemo nobis resistere posset tota vita nostra: vt patet supra. 1. c. Et dicit hic videns Israelem terga vertentem, non totus Israel terga verterat, quia solum erant tria millia Israelitarum vertentium terga de quib. corruerunt vulnerati. 36. sed tantum erat ac si totus populus terga verteret. & hoc propter duo. Primo quia pugnatores vrbis Hay erant valde pauci sicut dixerant ad Iosue ante hoc exploratores Israelitarum. & non oportebat totum populum vexari illuc eundo contra hostes paucissimos, sed irent duo vel tria millia. iuerũt tamen tria millia, & verterunt terga, quæ alias etiam pugna communi humana suffecissent ad delendum vrbem Hay. tantum ergo erat ac si totus Israel terga verteret. quia sic faciliter omnes Israelitæ terga verterent pluribus Chananæis congregatis, sicut nunc illi dederunt terga viris Hay.

Secundum erat, quia pugna non erat in paucis, vel multis, sed ĩ diuino adiutorio. sic patet ex verbis Ionathæ ad armigerum. veni. transeamus ad stationem incircuncisorum horum: si forte faciat pro nobis dominus: quia non est difficile saluare Deo vel in multitudine, vel in paucis. sic etiam patet. 1. Macha. c. 3. & ait Iudas facile est concludi multos in manu paucorum. & non est differentia in conspectu Dei cęli liberare in multis vel in paucis: quoniam non in multitudine exercitus est victoria belli, sed de cęlo fortitudo est. sic igitur cum bellum iudæorum non esset agendum viribus eorum, sed virtute Dei: & Deus permittebat cadere tria millia Israelitarum in manus hostium, ita p̃mitteret cadere omnes Israelitas; erat ergo Israel terga vertens.

Audient Chananæi. Hic ponitur inconueniens, quod sequebatur, quia Israelitæ verterunt terga hostib. suis scilicet, ꝙ venirẽt super eos oẽs habitatores terrę. nã cum audierunt Chananæi, ꝙ transissent Israelitæ mare rubrum sicco pede, & ꝙ interfecissent duos reges Amorrhæorum elanguit cor ipsorum, ut patet s̃. 2. c. cum autem audierunt diuisum fuisse iordanem corã eis ad transeundum, amplius extimuerunt, & dissolutum est cor eorum: vt patet supra. 5. non audebant igitur quamquam multi essent venire super ipsos. nunc ergo audientes, ꝙ Israelitę victi fuissent a viris vrbis Hay qui pauci erant, intelligerẽt eos derelictos a Deo suo, & congregarentur super eos ad delendum. *Audient Chananæi.* Hic possunt accipi Chananæi dupliciter scilicet pro omnibus septem gentibus Chananęorum, aut pro speciali populo, qui nominatur inter septem. Si velimus accipere pro populo speciali: confirmabitur sensus iste, quia dicitur: & cuncti habitatores terræ. quod intelligetur de alijs sex populis, qui large vocantur Chananæi, quia habitabant in terra illa sicut Chananęi. sed dicitur de Chananæis: quia isti erant apud Israelitas, cum Chananęus populus habitet apud mare, & fluenta iordanis: vt patet Num. 13. c.

Alio modo potest accipi hic, ꝙ uocentur Chananæi generaliter omnes septem populi. & isti audirent quomodo Israelitæ fugissent a facie virorũ vrbis Hay atque mouerentur, vt irruerent super eos, & tunc uocantur cuncti habitatores terrę, non Chananęi septẽ populi, sed alii scilicet Ammonitæ, & Moabitæ, qui conduxerunt Balaam ariolum ad maledicẽdum Israelitis, ut patet Numeri uigesimosecundo, & Deuteronomio vigesimotertio capitulo, si autem potuissent eos armis delere, libentius deleuissent. nunc vero cũ viderent fugisse a facie virorum Hay, non solum populi septem Chananæorum, sed etiam Ammonitę, Moabitæ, idumæi, & cęteri, qui habitabant in circuitu irruerent super iudæos.

Et

Et omnes habitatores terræ. Dupliciter intelliguntur habitatores terræ sicut dupliciter accipiuntur populi Chananæi: ut supra declaratum est. Quis autem modus istorum conuenientior sit, dicendum videtur, quod secundus: quia non solum Chananæorum gentes irruere vellent super gentem iudaicam si scirent eam infirmari, sed etiam alii habitatores terræ, qui erant hostes iudæorum, & potissime Amalechitæ, qui bis pugnauerant contra Israelitas. de prima vice patet Exodi 17. Scilicet in Raphidim. de secunda patet Numeri. 14. apud Cadesbarne. & erant Amalechitæ coniuncti terræ huic. nam apud Chananæos habitabant. nam dicitur Amalechites, & Chananæus habitant in vallibus. Et iterum Amalechites, & Chananęus ante vos sunt. & postea, descenditque Amalechites, & Chananæus, qui habitabat in montibus.

Atque conglobati circundabunt nos. Quia israelitę erant multi scilicet sexcenta millia pugnatorum, & amplius: non venirent pauci de his gentibus, sed omnes conglobarentur idest iungerentur in vnum globum, & sic delerent facilius, & securius hebręos. vel dicitur conglobati, quia quamquam soli Chananæi sufficerent ad delendos hebręos, quia tamen omnes gentes illę habebāt israelitas exosos tanquam hostes congregarentur super eos ad delendum vt se omnes de illis vindicarent.

Atque delebunt nomen nostrum de terra. Idest congregati occident omnes nos non relinquentes aliquem de semine nostro, qui suscitare posset nomen nostrū, sed totaliter peribimus ita, quod non maneat vlterius nomen Israel in terra nullo de genere nostro superstite.

Hæc facies nomini tuo magno. Idest nunquid facies talia pro nomine tuo magno? quasi dicat non expedit. Est sensus nomen Dei est gloriosum scilicet, quod erat Deus omnipotens in cœlo, & in terra sicut dixerat Raab. & patet supra secundo capitulo: si autem non defenderet iudæos quos introduxerat in terram Chanaan, non iudicaretur omnipotens a gentibus, quod cedebat in dedecus nominis Dei. ideo non expediebat, quod talia faceret Deus nomini suo idest, quod non inferret talem ignominiam nomini suo. ideo dicit hæc faces nomini tuo magno idest nūquid talia decet fieri pro nomine tuo magno, vt sit magnificatum? quasi dicat non decet. nam tunc dicerent Aegyptii, & aliæ gentes, quod dixit Moyses Exodi 32. capitulo & Numeri 14. scilicet, quod non poterat eis tradere terram, quam promiserat patribus eorum. Ideo dimittebat in manus gentium.

Est autem ista oratio nimis efficax circa Deum ad nimis suadendum. nam licet Deus non mutet sententiam suam, neque suadeatur aliquibus dictis cum aliqd diffinierit, ut patet ex verbis Samuelis primo Reg. 15. tamen vult, quod nos impetremus aliqua, quæ nobis diffiniuit dare orando. in orationibus autem tāto aliqua efficacior est, quanto magis in Deum dirigitur. cum autem nos precantes principaliter attendimus honorem Dei, aut adducimus aliquid in confirmationem, quod honori Dei nimis apponit, magnæ efficacię in suadendo Deo est: quia tunc nos causam illius agimus scilicet pro illo procurantes. Nam licet honor Deo a nobis exhibitus in se nihil sit, aut Deo prosit, quia bonorum nostrorum non eget. Psal. 15. tamen quantum ad nos, qui tenemur hoc impendere, ꝙ possumus, aliquid valde magnum est. Et quia nimis procurabat honor Dei, ꝙ ipse liberaret iudęos, ne nomen suum apud infideles infamaretur: qui hoc modo orabat magnam habebat efficaciam in suadēdo Deo. Ideo Moyses cum instanter orabat Deum, incumbebat huic modo orationis potissimum: vt pa-

A tet Exod. 32. & Nume. 14. Iosue ergo, qui discipulus fuit Moysi, hunc quoque suasionis modū secutus est.

Quid Iosephus circa supradicta dicat. Quæst. XVIII.

SED Iosephus lib. 5. antiquita. vt orator hæc aliqualiter exornauit dicens. Et congressis hostibus ceciderunt ex eis sex, & triginta. cūq; hoc nunciatum fuisset Israelitis magnam tristitiam & crudelem protinus habuerunt angustiam. nō enim propter cognatos amissos, licet omnes viri boni, & nimis exercitati periissent, quantum pro desperatione sua, credentes enim se iam terram obtinuisse, & præliis iam exercitum vacare Deo totaliter promittente,
B potiores inopinabiliter videbāt hostes. & saccos super induentes stolis suis tota die erant in lachrymis constituti nulla re inhęrentes cibo: casu siquidem, qui cōtigerat grauissime videbantur afflicti. vidēs autem Iosue exercitum ita percussum, & ex omnibus iam reb. pessima desperatione deiectum, audacter accessit ad Deum, & ait. non nostra petulantia venimus, vt hanc terram armis subigeremus, sed Moyse famulo tuo ad hoc nos adhortante processimus: dum multis signis possessionem huius terræ prębiturum te nobis esse ꝓmiseris, & exercitum armis hostium facere meliorē. Quæ sunt hæc, quę nobis repente venerunt? nunc autem præter spem decepti videmur, & tanquam non firma sint tua promissa, quę Moyses prædixit, afficimur: & deterior de futuris metus nunc nos desperabi
C lis habet primo experimento talia sustinentes. Sed tu domine quoniā tibi virtus est malis his adhibere medicinam, & pręsentis nostræ tristitiæ præbere victoriā etiam de futura desperatione tuo fauore nos libera. Sic equidem Iosue pronus in terra deprecabatur Deū cui responsum datum est a Deo vt surgeret.

Dixitque dominus ad Iosue. Surge: cur iaces pronus in terra? Peccauit Israel, & præuaricatus est pactum meum: tuleruntq; de anathemate, & furati sunt, atque mentiti: & absconderunt inter vasa sua. Nec
D poterit Israel starē ante hostes suos, eosque fugiet: quia pollutus est anathemate. Non ero vltra vobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est. Surge sanctifica populum: & dic eis. Sanctificamini in crastinum. Hęc enim dicit dominus Deus Israel. Anathema in medio tui est Israel. Non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te, qui hoc contaminatus
E est scelere. Accedetisque mane singuli per tribus vestras, & quamcunq; tribuum sors inuenerit, accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domusque per viros. Et quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua: quoniam pręuaricatus est pactum domini, & fecit nephas in Israel.

Alias postauit.

Dixitque. Hic ponitur cognitio perpetrati peccati. & fit ista cognitio per diuinā respōsionem. & quia diuina respōsio dupliciter. s. in gn̄ali, & in speciali data est:

est:fuit dupliciter modus cognoscendi hoc scelus. de F secundo modo dicitur ibi.Surge sanctifica. *Circa primum. Dixitque dominus.* idest respondit Deus de arca.

An Iosue loquutus fuerit hic Deus, vel angelus, & quis fuerit modus loquutionis, Et ꝙ impossibile est, ꝙ angelus formet vocem sine eo, ꝙ assumat corpus.
Quæst. XIX.

QVAERET aliquis circa hoc, quomodo responderit Deus Iosue. Et dicendum est, ꝙ iste respondens fuerit angelus, quia Deus non potest loqui: vt sepe probatum est.

Sed de isto angelo etiam dubitabitur quomodo fuerit locutus.s.an apparuerit in aliqua figura: sicut di G citur. supra. 5. ꝙ apparuit angelus domini in spẽ viri, qui dixit se principem castrorum domini. Dicendum est ꝙ non apparuerit in figura assumpta, quia vt declaratum fuit sup.4.capitulo,quando dicitur, ꝙ apparuit dominus nunquam fit apparitio in assumpto corpore sed in voce abscondita in nube,vel alias. Cum autem dicitur,ꝙ apparuit angelus,potest intelligi factam apparitionem in figura aliqua vel alias.sed hic dicitur, ꝙ locutus fuit dominus: ergo non fuit in figura apparente.

Item quia vox facta ad Iosue fuit hic facta coram aliis senioribus,& tota multitudine,quę erat cum ipso tamen non erat alia multitudo digna videre figuram apparentem Iosue.propter hoc enim non intrabat in sancta sanctorum sacerdos magnus,nisi assumpto thi H miamate emittente fumum,vt operiretur propitiatoriumq̃, & nihil videret de corpore latente in propitiatorio,ut patet Leui.16. c. quanto magis ergo indigna esset tota multitudo videre loquentem angelũ palã?

Aliquis forte dicet,ꝙ angelus locutus fuerit Iosue hic in assumpta figura, tamen non fuit coram cęteris Israelitis locutus,sed segregatim, ita vt ipse solus eius contemplaretur effigiem.

Sed non potest stare: quia ista vox ad eum facta dixit,ꝙ surgeret quare iacebat pronus coram arca.ergo tunc cum loquebatur angelus iste ad eum,iacebat coram arca:sed cum ipse prostratus esset,alii quoque seniores cum eo iacebant cum eo scissis vestibus, & aspersi puluere super capita.ergo si ei apparuit angelus in assumpta figura,cęteris quoque visus est. I

Dicendum, ꝙ ista locutio necessaria fuit desuper arca:quia erãt seniores cum Iosue prostrati coram arca:& ibi audita est vox, ꝙ surgeret Iosue. vt ergo non videretur figura assumpta,dicent aliqui, quod nõ fuit assumptum corpus aliquod,sed uox formata ab angelo desuper arca sine figura assumpta. ideo videri non potuit.

Respõdendum est,ꝙ angelus quilibet formare potest vocem non assumendo,aut formando de aere aliquod corpus humanum. Quod tamẽ vocem formet non fabricato aliquo corpore est impossibile,quia vox debet formari per collisionem. Angelus tamen non habet in quo collisionem faciat, nisi aliquod corpus de aere condensando fabricet.Et non solum requiri- K tur collisio ad formandã vocem, quia hoc in sono nõ articulato sufficit.in vocibus tñ,quæ articulatæ sunt.s. cum determinatione litterarum,& syllabarum,necesse est specialia atq; determinata esse instrumenta, & non quæcunq;.iõ bruta non possunt formare articulatas voces vt homo, quia non habent organa determinata vt homo: sed angelus loquens profert verba articulata,vt homo.ergo necesse est, vt aliqua talia organa de aerea materia fabricet in quibus loquatur, & hæc esse non possunt nisi solida,& condensata. necesse est ergo fuisse vnũ de duobus modis. s. vel ꝙ angelus formauerit aliquod corpus de aere tale quale humanũ,& posuerit illud intra aliq̃ nubẽ densam,& obscuram super arcam ne conspici posset latens corpus. aut ꝙ loqueretͬ sub coopertura arcæ,s.ꝙ arca quæ nũc coram israelitis erat,non apparebat nuda,qa morerẽtur oẽs:sed erat operta tribus palliis.s. velo ꝙ pẽdebat ante sancta sanctorũ,& vestimento de pellibus hiacinthinis,& pallio toto hiacinthino:ut patet Nu. 4. sic.n. operiebatur qñ mouebantͬ castra.manebat ergo nunc super propitiatoriũ inter alas cherubin concauitas, in qua latere posset corpus formatum de aere, sicut probauimus late Exod.25.& Leuit. 16.c.inde ergo formarentͬ voces angeli in corpore assumpto:& tñ nõ videretͬ,quia latebat sub operimentis arcę. & hoc est conuenienter dictum magis,q̃ ꝙ nubes nigra,& densa,in qua lateret corpus formatum poneretur super arcã: quia hoc esset ad populi terrorem.& isto mõ dicendũ est,ꝙ Deus locutus fuerit Iosue,vel Moysi qñcunque erant coram arca tecta operimẽtis. *Surge cur iaces pronus.* Ista fuerunt prima verba angeli ad Iosue:& locutus est ad eum, quia q̃q̃ oẽs seniores populi cum ipso iacerent,ipse solus erat dux,& excellẽtior. *Surge.* i. nõ iaceas in puluere:quia hoc non prodest.sed magis surge ad vlciscendum iniuriam factã Deo. *Cur iaces pronus* .i.nihil sic proficies, quia non tollet̃ aduersitas Israel sic iacendo, sed occidendo peccantem. iõ ẽt si multũ pronus iaceret ibi Iosue,non exaudiret Deus vt misereretur israeli,quousq; contereretur, qui peccauerat: sicut ĩ.patet.& hoc non fieret tñ ibi,cum Iosue ꝓnus iaceret. *Peccauit Israel.* Hic ponuntur sex verba,q̃ idẽ significant.s.ꝙ referuntur ad eandem rẽ signatam.s.ꝙ Israelitæ tulerint de anathemate. ponũtur tñ multa uerba ad persuasionem:quia est iste color Rhetoricus,cum volumus aliquid exaggerare.s.demonstrando esse valde malum,vel valde bonum.q̃q̃.n. per vnicum uerbũ signaretͬ ipsa rei substantia, tñ singulæ cõditiones eiusdem rei non exprimuntur eodem verbo.cum autem multa fuerint posita abundantius signatur conditio rei.Item proficit ad persuasionem,quia quodlibet verbum auditum proficit ad aliquam persuasionem. cũ autem iterantur uerba ad eandem rem, maior fit impressio.& ob hoc vti synonimis nimis proficit ad prouocationem passionalium affectuum sic dicit Isido. in principio synonimorum suorum. quia libellus quẽ synonimum uocant perueniens in manus eius, eum prouocauit in lamentum. & uere talis liber ille est, quod profecto non efficeret, si simplicibus & solis ꝑ quacunque re verbis,descriptus foret. nimis enim artificiosa eloquentia ad permutationem affectuũ confert,sicut est de melodiis iuxta Aristot.octauo politic. uolens ergo Deus mouere Iosue ad diligenter puniẽdum,proposuit peccatum Israelitarum per multa verba.Sic iterum fecit, cum Israelitę coluerunt vitulum aureum Moyse absente, Deus proposuit diligenter peccatum eorum exprimens per singulas circunstãtias,ut magis moueret ad punitionẽ: de quo Ex.32.c.

Peccauit Israel. Quia accipiendo de anathemate peccatum fuit cum iussum esset,ne quis contingeret qppiam de his, quæ erant in urbe Iericho. & dicitur, ꝙ peccauit Israel,non ꝙ totus Israel peccauerit, aut magna pars eius,quia solus Achan peccauit: sed ex peccato eius dixit Deus peccasse totum Israel: & pro illo peccante toti populo inferebat pęnam.

Et præuaricatus est pactum. i.falsauit, vel transgressus est pactum.pepigerant.n.cum dño,ꝙ nihil acciperent de anathemate urbis Iericho: postea tamen acceperunt.& hoc est proprie præuaricari.sic dicitur.4. Reg. 2.preuaricatus est Moab ĩ israel.i.fregit pactum, ꝙ habebat cum Israel.

Tuleruntque de anathemate. Istud non fuit aliquid alterum

terum preter peccare, & præuaricari pactum. sed in tollendo de anathemate fecerunt omnia hęc. & ponitur tollere de anathemate, quia hoc per se erat peccatum: etiam si nihil aliorum poneretur. & ponuntur omnia ista pluraliter signantia, vt referantur ad totum Israel, qui dicitur peccasse peccante Achan.

Et furati sunt. Istud quod positum est tulerunt de anathemate est substãtia facti. cętera autem ponuntur tanquam limitationes vel conditiones actus.

Quomodo Iudæi dicantur furati fuisse de anathemate: & an fuerit proprie furtum vel rapina. Quæst. XX.

DICVNTVR furati Israelitæ, quia tulerunt de anathemate. furtum autem est cõtrectatio rei alienæ inuito Domino animo lucrandi facta quod accidit hic. Nam ea B quę erant in vrbe Iericho quamquam iure bellico prouenissent Israelitis, quia tamen dederant ea Deo abdicantes a se per anathematis positionem fecerunt ea esse aliena. cum ergo postea vellent ea contrectare, non contrectabant res suas sed alienas. Ideo cõmittebant in eis furtum, sicut siquis donasset alicui quippiam transit in dominium illius: si autem postea nesciente illo & nolente, iste qui donauerat, vteretur re illa animo lucrandi committet furtum: sed simpliciter transierant in potestatem Dei ea quæ erãt in vrbe Iericho per anathema impositum. ergo quicunque de Israelitis postea contrectaret aliquam de rebus illis, vtebatur re aliena. Itẽ hoc erat inuito domino, quia Deus nõ permiserat alicui de Israelitis ꝙ acciperet de anathemate Iericho. Item erat animo lu C crandi facta ista ablatio. nam Achan vidit hæc quæ accepit pulchra esse, & concupiuit illa atque abscondit, vt patet infra cum dicitur, & concupiscens abstuli, & abscondi in terram. ergo lucrum eorum habere volebat. Sed an esset furtum specialiter dictum ista ablatio, an rapina, non clare patet: quia furtum cum distinguitur contra rapinam, est contrectatio rei alienæ sciente domino & non præbente cõsensum, nec qui accepit credidit dominum permissurum. Rapina vel latrocinium est cum res palam dño inuito aufertur non potenti eam defendere. neutrum autem horum totaliter conuenit ablationi de anathemate Iericho. nam non possumus dicere Deum nescientem, quia omnia videt & oculi eius in omni loco cõ D templantur bonos & malos: vt patet Prouer. 15. cap. Cum ergo Deo auferebatur aliquid de eo quod erat in vrbe Iericho ad eum pertinẽs scienti auferebatur, quia videbat & cognoscebat: non est igitur furtum totaliter dicendum. Item rapina aut latrocinium dici non potest, quia rapina est cum domino nõ defendere potenti rem suam aufertur. Deus autem potẽs erat ad defendendum ne Achan aliquid auferret de anathemate Iericho: ergo non fiebat rapina. Dicendum ergo est proprie assumendo vt nos diffinimus, non fuisse hic furtum nec rapinam, sed quandã ablationem rei alienæ quam large vocamus furtum. E

An dici possit quòd Achan non commisit furtum vel latrocinium: quia Deus cuius erant res, vidit, & consensit, cum aliter iste facere non posset. Et quòd Deus influit & coadiuuat omnibus peccantibus circa omnia quæ agunt siue bona siue mala, non tanquàm rector sed tanquã prima causa. Quæst. XXI.

SED adhuc dicet aliquis quòd nõ incurrit Achã crimen furti vel latrocinij auferendo aliquid de Iericho: quia Deus cuius erãt res illę vidit & consensit: cõsentiente tamen Domino nõ est furtum nec rapina: nec fuit cõsensus iste coactione aliqua inductus aut extortus sed simpliciter: quia Deum nemo ad aliquid adigere potest. Quòd cõsenserit patet: quia nisi ipse consentiret & ad agendum vires pręberet, non potuisset facere Achan nec velle. quia Deus est prima causa, & ab eo defluit tota perfectio in nos per continuationem actualem. Si autem desineret nos conseruare, caderemus in nihilum. ita nisi ipse ad omnia vires ĩnfluxerit, nihil fieri possibile erit: ergo Deus tribuit Achan vires ad agendum: ergo non furatus est nec peccauit. Respondendum est dupliciter. vno modo ciuiliter, s. quòd quamquã Deus viderit aut cognouerit Achan accipere de rebus suis, quę erant in vrbe Iericho, & prohibuerit non consensit. nam dato quòd aliquis videat alium accipientem res suas clandestine, & non prohibeat vt postea accusare possit de furto, vel ob aliam causam, non tollitur quin ille furatus fuerit: quia iste contrectauit rem alienam & hoc inuito domino, idest quia credebat non permissurum. quãquam ergo permitteret, quia non constabat isti: sed ob hoc accipiebat clandestine, quia putabat palam non permissurũ dominum, furtum committit quod ex animo pendet. nec permissio domini tollere potest quin iste furetur. Econtrario autem si iste qui accepit rem, credidit verisimiliter dominum permissurum & accepit: quamquam Dominus nõ permiserit, nec postea cõsentiat, non commisit furtum. Sic ergo erat in Achã accipiente de rebus Iericho, quia quamquam Deus præsens esset, & non prohibuisset eum accipere, potuissetque prohibere: tamen quia Achan credidit quòd non permitteret Deus, & se illicitum agere extimabat, vere commisit furtum. Alio modo responderi potest magis theologice, s. ꝙ Deus nõ consensit ablationi rerum factę ab Achan. Et quando objicitur quòd Deus cõsensit, alioquin nihil facere potuisset. Respondendum est ꝙ Deus voluit furtum Achã ſm voluntatem beneplaciti non tamen secũdum voluntatem signi: quin potius contrariũ se velle signauit, quãdo iussit Iosue facere anathema sup Iericho, vt supra præcedenti cap. declaratum est. vel saltem illud factum ab Israelitis acceptauit: & hæc est voluntas, quam nos sequi debemus quæ nobis cognita est. Volũtas autem beneplaciti est nobis incognita: ideo de hac nihil ad nos. sed Achan fecit contra voluntatẽ signi, quia Deus signauerat se nolle quòd aliquis acciperet de rebus vrbis Iericho: ergo nolente Domino abstulit. Sic est si aliquis iubeat seruo non accedere ad aliquam rem, & tamẽ desideret quòd seruus accipiat illam rem, si seruus acceperit criminis reus est: fecit enim contra voluntatem signi domini sui, & tamen non contra voluntatem beneplaciti, sed magis illam executus est: ita ergo in Deo per omnia est. Et quando arguis ꝙ Deus prębuit isti vires ad agendum, quia alioquin non potuisset accipere aliqd immo nec velle accipere. Rñdendum est hoc nõ obstare: quia Deus inquantũ causa prima influit in omnia causata indesinenter, & quantum ad hoc non iubet aliquid, nec vetat, nec aliquid est malum, quod fit in comparatione eius nec bonum. Quia habet hoc modo habitudinẽ capitis, & principij naturæ: & non tanq̃ rector in ordine rõnis. Malũ aũt & bonũ accipiuntur in ordine ad rõnem, quia sunt per variationẽ debitarũ circũstantiarum, vel per inexistentiam earũ: hęc tamen ſm rõnem sunt. sed Deus inquantum rector hęc vetat, nec prębet vires: ideo q̃q̃ Deus omni agẽti siue bonum sit, siue malum, vires præbeat (quia hoc agit vt causa naturæ, & non determinat illud robur datum ad aliquid malum: sed nos data fortitudine, & continua influentia Dei abutimur in malum conuertentes, sicut cum pecunias, & cætera bona

na fortunę a Deo largita in malorum fomenta dedu cimus) Deus tamen ad malum illa nobis non dedit: quamquam ipsa indifferentia erant an ad bonum vel ad malum verterentur. non potest ergo dici Deum consensisse peccato, quòd fecit Achan, quamquam ipse ei agenti vires prębuit. peccauit ergo siue eum furtum siue qualitercumque fecisse dicere eligamus. *Atque mentiti*. Etiam in auferendo de anathemate dicuntur Israelitæ mentiti semper referendo ad solum Achan. & dicuntur mentiti non quòd post ablationem factam de anathemate cōmiserint aliquod mendacium, sed in auferendo mentiti sunt. nam ponentes anathema promiserunt, quòd non acciperent aliquid de vrbe. cum autem abstulit aliquid Achan mentitus est, & ipso mentiente mentitus est Israel. *Et absconderunt inter vasa sua*. Solus Achan abscondit quę abstulit: & dicitur inter vasa, idest inter res suas. nam in medio tabernaculi sui fossa humo abscondit quæ furatus est: vt patet infra in litera.

Non poterit stare Israel ante hostes suos. Hic transfertur pœna pro peccato Achan in totum Israel. Achan.n. pro se punitus est, vt infra patet: totus tamē Israel qa ipse peccauit, primo pęnas luit. Quomodo autem transferatur peccatum vnius in communitatem, &

A q.26. vsque ad q.31.

quomodo communitas non punita fuit hic pro peccato Achan sed pro peccato suo, & quid fecerit peccatum Achan declaratum fuit præced. cap. Ponitur autem hic valde magna pęna timoris, scilicet, quòd non posset Israel stare contra hostes, quod dupliciter intelligi potest. Vno modo quòd non possent stare Israelitæ contra hostes, idest quòd quamquam conarentur stare coram eis, non possent se defendere, quia alij confringerent eos. & hoc modo minus malum est nō posse stare coram hostibus quàm fugere, quia isti non possunt stare cum robore hostium premantur & cadant: animos tamen viriles & bellicos gerūt. Alij vero qui fugiunt nondum confracti prementibus hostibus, corde pauitante, contra viriles animos atque bellicos fugam petunt. Alio modo potest intelligi quòd non poterit stare Israel coram hostibus, idest non poterit consistere eis visis. & est sensus ꝙ Israelitæ antequàm videant hostes habebunt animositatem, & ibunt ad loca hostilia: sed cum viderint vultus hostiū tanto concutientur pauore, quòd consistere non poterunt: sic factum est in vrbe Hay. Nā Israelitæ illuc iuerunt irritantes hostes ad pugnam: sed cum viderunt vultus hostiles, ilico terga verterūt nihil omnino resistentes, vt patet supra: & hoc est, quia vultus hostiles videbantur eis terribiles propter magnum timorem, quem eis Deus incusserat. & subito quidem incutiebat ad visum hostium, ac si in vultu hostium aliquid horrendum esset: nam cum irent Israelitæ in vrbem Hay nihil timebant, sed cum hostium vultus primo viderunt. *Eosque fugiet*. Quia cum nō potuerit eis resistere sed magis eis visis conterrebitur, & fugiet. Est autem ista fuga non ex defectu virium Israelitarū, sed ex timore a Deo incusso
C in pœnam: vt patet cum sequitur. *Quia pollutus est anathemate*. Idest quia coinquinauit se peccando capiens de anathemate, quasi dicat peccatum fuit, vt hæ calamitates ei proueniant. dicitur pollutus propter Achan semper transferendo in populum peccatum illius. dicitur pollutus quia omnia peccata coinquinant: sunt enim quędam sordes animæ velut magna corporum inquinamenta.

Non ero vltra vobiscum. Idest non adiuuabo vos ad expugnandum hostes sicut semper adiuui, quousque fiat quod sequitur in litera: nō solum non erat Deus cum Israelitis adiuuans eos specialiter, sed magis specialiter impediebat eos incutientibus terrorem visis
F hostibus. Nam dato ꝙ Deus non adiuuisset specialiter Hebręos, sicut a principio adiuuerat, sed solum pręberet vires communi influxu, vt alijs gentibus confert, non fuissent deuicti ab hostibus qui in ciuitate Hay erant. nam illi erant inferiores robore & numero Iudæis. Deus tamen incussit eis timorem, sicut aliàs incutiebat Chananæis, & terga verterunt. sic enim Chananæorum gentes a Iudæis superatæ sunt, cum multo maiores & fortiores essent, & valde maioris numeri quàm Iudęi: vt patet Deutero. 7. misit enim Deus terrorem suum in eos, vt fugerent visis Iudęis: vt patet Exo. 23. scilicet terrorem meum mittam in præcursum tui, & occidam omnem populum ad quem ingredieris: cunctorumque inimico-
G rum tuorum coram te terga vertam. magis ergo hic Deus intelligi voluit quàm expressit.

Donec conteratis eum. Non dixit donec occidatis, sed conteratis: quia conterere est in minutissimas partes frangere, vel totum frangere. & hoc fuit in Achan, qui non solum occisus est, ita vt ipse solus periret in scelere suo, sed etiam contritus, idest totus fractus, scilicet quòd ipse cum omnibus quæ ad eum attinebant, deletus est omnibus lapidatis & combustis: vt patet infra: hoc etiam signat delere vel disperdere: vnde in hoc iussit Deus quòd cuncta delerentur quę pertinebant ad eum qui peccauerat.

Qui huius sceleris reus est. Idest qui peccauit in hoc scelere. vocatur hoc scelus, quia est pręuaricatio pacti cōstituti cum Deo vt ipse Deus dixit, scilicet &
H pręuaricatus est pactum.

Surge sanctifica. Hic ponitur cognitio peccati perpetrati in speciali: & hoc quātū ad duo, scilicet quantum ad peccatricem personam, & quantum ad culpā determinatam. Secunda ibi. *Et ait Iosue*. Circa primum. *Surge*. Non dixit Dominus Iosue quòd surgeret, quasi tunc iaceret: sed ponitur surge ad excitationem ad faciendum aliquid. & iste modus est in tota sacra scriptura, vt dicatur alicui, quòd surgat vel egrediatur, quando iubetur ei quòd faciat aliquam rem, quam ante non faciebat. sic patet Exo. 32. surgens fac nobis Deos qui nos præcedant. non enim tunc iacebat Aaron, quando Israelitæ congregati ista dixerunt. sed dicitur quòd surgeret, idest quod velo-
I citer faceret. sic dicitur Exo. 2. egressus est post hæc vir de domo Leui accepta vxore stirpis suæ. non dicitur ibi ꝙ egressus est, quasi de aliquo loco egressus fuerit, sed quòd tunc cępit cognoscere vxorem suam quam ante metu Pharaonis cognoscere non audebat. Potest tamen accipi hic surgere proprie, scilicet quòd quamquā a principio dixerit Deus Iosue quòd surgeret, tamen ipse ex humilitate iacuit pronus in terra. & nunc ei iussit secundo quòd surgeret. *Surge sanctifica populum*. Idest conuoca vel fac esse paratos. Dictio quæ hic ponitur, apud Hebręos est æquiuoca ad conuocare, vel parare, aut facere sanctum. Dictio tamen latina non capit ista significata, & vt communiter ponitur pro parare. Sic accipitur supra 3. c. s. sanctificamini: cras enim faciet Dn̄s inter vos mirabilia,
K idest parate vos p̄ deuotionē ad mirabilia vidēda quæ Deus facturus est. Et Nu. 11. sanctificamini: cras comedetis carnes, i. parate vos ad comedēdū carnes, s. vt capiatis coturnices ascendentes de mari. Accipitur enim aliquādo pro facere sanctum: sic dicitur Leui. 21. ego Dn̄s qui sanctifico vos, idest facio esse sāctos, vel volo esse sanctos. sic etiā Hierem. 1. cap. antequā exires de vulua sanctificaui te, idest mūdaui te ab originali, vt exponūt doctores catholici. hic autem sanctificare videtur accipi pro conuocare, s. sanctifica populum, idest conuoca eos, vt mane pręsto sint ad cognoscendum quis de eis peccauerit.

Et

Et dic eis sanctificamini in crastinum. Idest sitis vocati pro mane, vt omnes veniatis coram arca Domini ad videndum quis peccauit. vel sanctificamini, idest estote parati per deuotionem ad videndum sententiam Domini mane inter vos.

Quomodo sumitur hic sanctificatio quia pro apparatione. Quæst. XXII.

Dicendum autem quòd in his locis sanctificatio pro apparatione accipitur. sed ista apparatio non fiebat semper eodem modo, sed aliquando per lotionem vestiũ & abstinentiam ab vxoribus, sicut fuit in datione legis. nam cum Deus iussisset Moysi, vt sanctificaret populum veniens ad populum dixit. estote parati in B diem tertium: & ne appropinquetis vxoribus vestris. ante hoc autem dixerat de lotione vestium. aliquando fit sanctificatio, idest paratio per ieiunium, sicut in cõdemnatione Naboth Iezraelite, quem cum vellet impia Iezabel condemnare ad mortem, vt coloraretur iniquitas eius, indixit ieiunium toti vrbi, vt postea videretur data sententia magis ex voluntate Dei. sic patet 3. Reg. 21. cap.

Aliquando fiebat sanctificatio ista sine apparatione per orationem, sicut in mittendis sortibus super Matthiam & Barnabam, vt alterum eorum acciperent in apostolatum, vt patet Actuum primo. hic autem aliqua cęremonia fortassis fieret in apparatu ad diem sequentem, sed non exprimitur quæ fuerit. saltem esset apparatus per deuotionem, & attẽtionem: C vt ad ea, scilicet, quæ sequenti die futura erant, essent attenti. & fuit eis nunc prędictum, ne sequenti die nouiter conuocandi essent.

Hæc dicit Dominus Deus Israel. Proposuit hic Iosue verba Dei toti populo, vt scirent quid illud esset, super quo vocandi & applicandi ad Deum erant cras.

Ad quid Iosue replicuit ista verba, quæ iussu Domini euulgauerat. Quæst. XXIII.

Et si dicas ad quid Iosue replicuit ista verba coram populo, quia iam audierãt illa loquentem angelum Domini desuper arcam? Respondendum est quòd repeti oportuit, quia D ista vox non fuit audita a toto populo. nam quamquam Iosue coram arca pronus iacuerit, vel ceciderit, & cum eo seniores Israel, tamen cæteri pro reuerentia non ausi sunt accedere, ideo non audierunt: nunc autem Iosue repetente cunctis innotuit.

Sed dices quomodo totus Israel potuit audire vocem Iosue ad hoc, quòd se pararet in sequentem diem?

Dicet aliquis quòd forte hoc voce pręconũ proclamatum est, sed nõ multum refert quomodo fuerit, quia dato quòd non audierint omnes Israelitę vocem istam de ore Iosue, quidam postea alijs declara- E rent, quod sufficiebat ad sanctificationem omnium in crastinum.

Anathema in medio tui est Israel. Ista vox est ad totum populum, & magis proprie locutio fit hic quàm supra, quia non dicitur peccasti in anathemate Israel. sed anathema est in medio tui, idest in te: quia erat Achan vnus de Israelitis, qui anathemate pollutus erat: & accipitur in medio tui, idest in te in quacunque parte esset. nam medium non accipitur hic pro ęque distantia a quolibet extremorum, sed pro interpositione. Et est sensus: anathema est in medio tui, quasi dicat de vrbe Iericho anathematizata sumptũ

A fuit aliquid quod est in medio tui, idest in te.

Non poteris stare coram hostibus tuis. Idest non poteris resistere hostibus tuis, quia delebunt te. vel non poteris stare contra hostes, scilicet non poteris cõsistere viso vultu eorũ: quia immediate formidabis & terga vertes, vt supra expositum fuit.

Donec deleatur ex te. Supra dicebatur donec conteras: ad idem ista pertinent, quia conterere est totaliter frãgere, & signat destructionem non solum eius qui malum egit, sed etiam omnium quę ad eum pertinent. & hoc idem disperdere signat atque delere.

Qui hoc contaminatus est scelere. Idest qui peccauit auferens aliquid de anathemate. Istud peccatum contaminationem facit sicut pollutiones quę corpori accidunt.

Accedetisque mane singuli per tribus vestras. Hic ponitur modus quo venturi erant cras Israelitæ ad comparendum coram Domino, scilicet, vt distincti venirent. erant namque distincti in deserto per tribus suas, & familias, & domos patrum: quia erant per quatuor vexilla distincti omnes Israelitæ, & sub quolibet erant tres tribus distinctæ: & in qualibet tribu familiæ quoque distinctæ erant, de quo Numeri secundo capitulo. Postquam autem venerunt in terram Chanaan non fuit totaliter obseruatus iste modus singillatim in procedendo, vt patet ex dictis supra primo capitulo, & quarto capitulo. & tamen dato, quòd essent distincti per tribus, & familias & domos sicut in deserto, forte quando venirent apparituri coram arca, commiscerentur, ita quòd non distinguerentur viri vnius tribus ab altera. ideo iussum est, vt venirent distincti per tribus & familias.

An in istis tribubus quæ veniebant coram Domino ad depræhensionem furti computarentur Leuitæ. Et quando Leuitæ intelligantur comprehendi in duodecim tribubus. Quæst. XXIIII.

Sed quęret aliquis an in istis tribubus quæ veniebant coram Domino computarentur Leuitę. Et dicet aliquis quòd non: quia hic iussum est, quòd Israelitæ venirent per tribus suas: sed Leuitę non constituebant aliquam de duodecim tribubus Israel: ergo non veniebant hic. patet hoc, quia quando computantur tribus Numeri primo & secundo. non ponuntur Leuitæ tamquam tribus.

Item quando de singulis tribubus computati sunt viri ad lustrandum terram Chanaan, non fuerunt ibi computati Leuitæ: vt patet Numeri decimotertio capitulo.

Dicendum est: quòd Leuitæ fuerunt hic ducti coram Domino, alioquin non potuisset fieri sufficiens perscrutatio de illo qui surripuisset de anathemate. nam potuisset aliquis de Leuitis surripuisse, & quamquam cęteri astarent, non inueniretur qui reus erat: necessarium erat igitur adduci etiam Leuitas.

Item hoc satis patet ex litera, quę non dixit accedant mane omnes tribus Israel, sed accedite singuli per tribus vestras: in singulis autem Leuitæ comprehendebantur.

Et cum dicitur quòd Leuitæ non erant de duodecim tribubus Israel, potest responderi dupliciter. Vno modo quòd hoc non obstat, quia hic non dicitur quòd accedant per tribus duodecim Israel, sed quòd omnes accedant per tribus suas: Leuitæ autẽ de tribu aliqua erant, quamquam non computarentur in duodecim tribubus Israel: ergo ipsi quoque accedere debebant.

Alio modo responderi potest, quòd quamquam diceretur hic, quòd accederent duodecim tribus Israel, intelligeretur quòd Leuitæ accederent. nam interdum Leuitę computantur vt vna tribus de duodecim, interdum autem non: quando enim tribus duodecim accipiuntur ad aliquid sacrum, vel obligationem alicuius legis, nomine duodecim tribuum Israel intelliguntur etiam Leuitæ. Sicut erant ad describendum nomina duodecim tribuum Israel in rationali: & ad ponendum duodecim lapides in memoriam duodecim tribuum Israel in alueo Iordanis, & totidem in Galgalis: aliquando accipiebantur tribus ad aliquid temporale, scilicet ad computandum bellatores, vel ad dandum eis sortem terræ, vel distribuendum castrametationes: & tunc nomine duodecim tribuum non cōputabantur Leuitæ qui erant separati ad sacra, & Deus iusserat vt non computarentur cum Israelitis, vt patet Numeri primo, sed ponerentur in officijs sanctuarij: de his magis declaratum fuit supra 3. cap. & Deuteron. 27. Hic autem erat aliquid pertinens ad Deum, scilicet quis peccauisset cōtra Deum. ideo non solū debebat inquiri inter alios Israelitas, sed etiam inter Leuitas. Et ipsi venerunt coram Domino distincti per familias suas tres principales: & quilibet per alias minores, sicut habetur Numeri 3. cap.

De quo dixit supra 3. cap. q. 31.

Singuli per tribus vestras. Idest quilibet veniat per tribus suas, vel cum tribu sua, ne misceatur alteri tribui.

Quare Deus iussit applicari Iudæos per tribus, & tribus per familias, & familias per domos: & non omnes simul. Quæst. XXV.

SED dicet aliquis, quare Deus iussit applicari omnes Israelitas per tribus suas, & tribus per familias, & non omnes simul? Respondendum est, quòd hoc fiebat vt facilius detegeretur peccatum istud vbi esset. nam siue hoc inquireretur per sortes, vt aliqua litera dicit, siue per lapides rationalis, vt volunt quidam: necesse erat vt si totus Israel simul veniret, pro quolibet eorum poneretur sors, vt accederet quilibet singillatim coram Domino ad videndum, an obscurarentur lapides rationalis vel Ephod. hoc autem difficillimum erat. ergo debuit dari alius modus, ne in tanta multitudine pro quolibet poneretur sors, aut quilibet specialiter applicaretur ad rationale iudicij. Fuit autem facilis modus iste, quem Deus posuit, scilicet, vt accederēt omnes tribus Israel, & poneretur pro qualibet tribu vna sors, & caderet super vnam tribum: deinde illa applicabatur coram Domino distincta per familias, & pro qualibet familia ponebatur vna sors, & cadebat super vnam familiam. deinde familia applicabatur per domos, & cadebat super vnam. Extrema applicatio erat virorum illius domus, & cadebat super vnum: & ille erat qui peccauerat. Erat autem iste modus valde facilis, quia alitèr oportebat fieri sortes valde multas: & esset magna confusio.

Cum Leuitæ cōputentur hic vt vna tribus, quomodo computantur Manasse & Ephraim. Et an detur pro eis vna sors vel duæ. Quæst. XXVI.

SED adhuc quęret aliquis cum hic Leuitę applicētur vt vna tribus, quomodo filij Ephraim computentur, & an detur pro eis vna sors, vel duæ. Respondendum est in hoc non multum differre. Poterant enim poni duæ sortes pro
F ambabus tribubus vel vna. nā si hic diceretur quòd applicaretur Israel per duodecim tribus suas, & deberet computari Leui pro vna tribu, erat difficultas de Ephraim & Manasse: quia tunc necesse erat vt solum poneretur vna sors, sicut factum fuit supra tertio, & quarto, vbi dictum est quòd eligerentur duodecim viri de tribubus duodecim ad educendos lapides duodecim de Iordane. ibi enim Ephraim & Manasse fuerunt vt vna tribus, & vnicus lapis pro eis positus est. hic tamen non dictum est, quòd accederet Israel per duodecim tribus suas: sed singuli per tribus suas: poterant ergo venire Ephraim & Manasse vt duæ tribus: vel vt vna. Si autem veniant vt duę tribus, non est aliqua difficultas, quia fiet de eis
G sicut de qualibet aliarum, quia diuidentur per familias, & familiæ per domos, & domus per viros. Si tamē dicatur quòd venit vt vna tribus, inquiretur cum vnica sors data fuerit, an fuerit nomine Ephraim vel Manasse.

Ad quod responderi debet quòd daretur sors nomine Ioseph. quia cum computantur isti, vt vna tribus, redeunt in vnitatem patris, qui erat vnus filiorum Iacob sicut cæteri. & vocabitur tribus Ioseph.

Cum poneretur vna tribus pro Ephraim & Manasse nomine tribus Ioseph, si deprehenderetur Ioseph: quæ tribus deprehendebatur. Quæst. XXVII.

H SED tunc quæretur si cecidisset sors super tribum Ioseph, quæ tribus deprehendebatur ex hoc, an Manasse vel Ephraim. Respondendum est quòd hoc dato non deprehendebatur harum aliqua determinate: sed ponebantur rursus sortes, quod fieri poterat dupliciter. Vno modo quòd sicut quælibet alia tribus diuidebatur per familias quę sunt maiores diuisiones, & immediatę sub tribu, ita cadente sorte super tribum Ioseph, diuideretur primo in duas magnas diuisiones, scilicet in Ephraim & Manasse, & deprehenderet sors aliquam harum tribuum: & tunc illa diuideretur per familias, sicut in cæteris fieri deberet.

Alio modo poterat fieri, quòd cum deprehendis-
I set sors tribum Ioseph, diuideretur in familias, scilicet, quòd omnes familiæ Ephraim & Manasse computarentur, & pro qualibet daretur sors, atque applicarentur Deo: & tunc super vnam de illis familijs siue Ephraitarū siue Manassitarum caderet sors, & illa applicaretur Deo, & deinde per domos suas vsque ad viros.

Cum applicabatur totus Israel per tribus suas, an applicarentur hic fæminæ, vel soli viri. similiter an & paruuli applicarentur. Quæst. XXVIII.

QVAERETVR adhuc an in ista applicatione ad Deum venirent fęminę. nam di-
K ctum fuit hic singuli per tribus, quod de solis masculis videtur intelligendum.

Aliquis respondebit quòd tam masculi quàm fęminæ veniebant in hac applicatione. nam ita poterant peccare fęminæ sicut viri: ergo erant applicandæ sicut viri, maxime quia agitur de furto in quo ita peccant fęminæ sicut viri.

Item quādo aliqua lex datur sub hac forma, s. quicunque furatus fuerit suspēdatur, etiā fęminę tenent hac lege, quāquā verborum forma videatur de solis masculis eo ꝙ masculinum genus cōcipit fęmininū.

ita

ita cum dicitur singuli per tribus suas, quamuis ponatur in masculino, tamen intelligetur etiam de foeminino genere.

Respondendum tamẽ est quòd in hac applicatione non veniebat aliqua fęmina: nec ex hoc poterat euitari, quin sciretur peccans. cuius causa est, quia fęminę nõ potuerũt in hoc peccare. Quærebatur.n. qs accepisset aliquid de anathemate Iericho: sed in vrbem non intrauerunt fęminæ, quia illę in castris manserunt. soli viri bellatores qui lustrabant ciuitatem sequentes arcam ingressi sunt in vrbem singuli per loca murorum, contra quę erant ruentibus muris, vt patet pręcedenti cap. Fęminas ergo aliquid hinc suscepisse non erat possibile: & dato quòd post ablationem de vrbe Iericho tradidisset Acham vxori suæ, illa quę furatus fuerat, illa non commiserat scelus rapiendo de anathemate, sed qui rapuerat. ideo nõ erãt fęminæ applicandæ.

Idem dicendum est de paruulis & pueris qui non ibant ad bellum, quòd isti non fuerunt appliciti: quia non poterant rapere, cum non intrassent in vrbem. Soli ergo viri bellatores, qui in vrbẽ Iericho ingressi sunt, poterant furari. ergo hi soli per tribus, & familias, atque domos appliciti sunt. Erat autem conueniens applicatio, vt leuius expediretur quod intendebatur. sicut cum Saul consuleret Dominum, & nõ responderet, inquisiuit per sortes ob cuius peccatum hoc euenisset: & separatus est Saul, & Ionathas in partem vnam, & totus populus in alteram: & cadente sorte super Saul & Ionatham diuisi sunt, & cecidit super Ionatham, vt patet primo Regum 14. si tamen pro singulis viris debuisset ponere sortem, oportebat cuilibet de populo distinguere sortem vnam, quod esset valde magnæ occupationis.

Et quamcunque tribum sors inuenerit accedet per cognationes suas. Hic est grammatica vetus, scilicet impropria atque inusitata antiptosis. sicut dicitur Psalmus 117. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, cum debuisset dici lapis, quem reprobauerunt. Ita hic deberet dici: & quęcunque tribus quam sors inuenerit accedet per cognationes suas.

An sortes istæ fuerint quòd applicaretur tribus coram Domino: & non rationali cognosceretur quæ tribus peccauerat secundum Rabbi Salomon. Quæst XXIX.

CIRCA hoc quod dicitur de deprehensione tribus & familiarum videtur esse dubium: litera nostra dicit quòd familia inueniebatur per sortes, & tribus, & domus & vsque ad virum: sed de his sortibus quis modus esset non videtur manifestum.

Rab. Salom. aliter dicit, scilicet, quòd per mandatum Dei duxit Iosue omnes tribus Israel coram rationali iudicij: quod ornamẽtum pontificale erat in sacerdotis pectore, in quo erant 12. lapides preciosi, sculpti atque celati duodecim nominibus filiorum Israel. vt patet Exo. 28. Et obscurato lapide tribus inde cognitum est eam peccasse, atque sic dicitur deprehensa. Ibi tamen non erat aliquis lapis pro familijs, domibus, & viris: ideo quæ familia peccasset, & quæ domus atque vir, non potuit ibi deprehendi, sed sortibus perquisitum est.

Sed Nicolaus arguit contra Rabbi Salom. dicens esse fictitium dictum in prima parte sui, quia in litera dicitur quòd tribus etiam per sortes deprehensæ fuerint, scilicet quamcunque tribum sors inuenerit, accedet per cognationes suas.

Sed istud argumentum nõ est efficax contra Rab. Salo. quia nõ habetur in Hebręo sicut hic. non enim fit mentio vlla de sortibus, sed dicitur. *Quamcunque tribum Deus ceperit, accedet per cognationes suas.* Et sic in omnibus sequentibus semper in Hebręo dicitur: quòd quemcunque Deus ceperit vel deprehenderit: & de sorte nihil agitur. Ideo dictum Rabbi Salom. non repugnat literæ Hebraicæ sed nostræ: de qua non sumitur efficax, nec apparẽs argumentum contra ipsum. non stante autem litera ista nec Hebraica, sed ex fundamento rationis, dictum Rabbi Salomo. videtur continere aliquid probabilitatis: quia rationale quod erat in pectore sacerdotis habens lapides duodecim dicebatur rationale iudicij. vt patet Exo. vigesimooctauo. Ergo aliquid iudicabatur per illud: vel inquirebantur aliquæ veritates. & hoc erat quantum ad ea quæ pertinebant ad filios Israel. Sic dicitur eodem capitulo. portabit semper Aaron coram Domino iudicium filiorum Israel in pectore. ergo per lapides istius rationalis poterat cognosci aliquid de statu duodecim tribuum, cum in duodecim lapidibus eius essent descriptæ tribus duodecim, vt patet eodem capitulo, nec est hoc absurdum. Quid autem cognosceretur per rationale iudicij, & quomodo, & quid per duos onichinos qui erant in Ephod declaratum fuit Exodi vigesimooctauo cap. Litera tamen nostra ponens sortes rationabilius transtulit, quia quamquam de tribubus fingi posset, quòd per fulgorem vel obscurationem lapidum in rationali cognosceretur quæ tribus peccasset: tamen non poterat cognosci de familijs, & domibus, & viris. sed de his cognoscendum erat per sortes, vt etiam ipsi Hebræi dicunt: & tamen litera dat vniformitatem dicens quòd ista cognitio semper erat a Deo, scilicet si tribus quam Deus ceperit, & familia quam Deus ceperit, & domus. ergo videtur quòd erat idem modus capiendi, scilicet per sortes.

Literę Hebrææ variatio.

Quis modus erat applicandi ad Dominum tribus & familias, & ponendarum sortium ad hoc, quòd deprehenderentur tribus, vel familiæ, vsque ad virum. Et quòd in sortibus fortunæ veritas est valde dubia. Quæst. XXX.

CIRCA modum ponendarum sortium dubium videtur, quia dicitur hic quòd applicabatur tribus, vel familię ad Dominum: & quòd deprehendebatur sorte. nam si solum diceretur quòd inuentum est hoc sorte, diceremus quòd accipiebatur sors pro qualibet tribu, & illis collectis educebatur vna: & tribus illa erat a Deo capta. sic autem de tribuum familijs, & domibus, atque viris. hic tamen dicitur quòd applicabatur ad Dominum, quod non videtur quomodo se habeat cum sortibus.

In quo dicendum est modum fuisse hunc, scilicet acciperentur cartulæ duodecim ęquales, & eiusdem figurę, scilicet quadratę vel rotundæ, & in qualibet earum scriberetur nomen vnius tribus: & illa poneretur in aliquo inuolucro, vel in sinu. iuxta illud Prouer. 16. scilicet sortes in sinum mittuntur, sed a Domino temperantur: & tunc conuolutis eis applicabantur duodecim tribus coram Domino, scilicet coram arca, vt Deus in cuius speciali pręsentia erant, redderet testimonium veritati faciens exire sortem tribus illius, quæ criminis rea erat: & tunc Iosue vel sacerdos magnus, aut aliquis alius quem elegissent, inuocato nomine Domini ad reddendum testimoniũ veritati mittebat manũ in inuolucrũ, vt educeret inde sortẽ vnã: & cuius sors exiret erat criminis rea. Tũc aũt Deus tẽperabat sortes ita, vt manus missa nõ apprehẽderet aliam sortem, nisi illam quam habebat tribus

tribus rea criminis. Iuxta illud Prouerb. 16. Sortes in sinum mittũtur, scilicet in quoddam inuolucrum: sed a Domino temperantur, idest ipse taliter temperat eas, & volui facit, vt illa eueniat quam ipse vult euenire.

In eductione autem sortis credendum est, quòd aliqua oratio de uota diceretur, vt Deus demonstraret veritatem in sortibus missis: sicut dixit Saul cum sortes positę sunt inter ipsum, & Ionatham, & totum populum, s. Domine Deus da iudicium quid est quòd non responderis seruo tuo hodie. si in me aut in Ionatha filio meo hæc iniquitas est da ostẽsionem; aut si est in populo tuo hęc iniquitas, da sanctitatem. Fiebat autem applicatio harum tribuum coram Deo vel familiarum, vt Deus vellet designare veritatem eius quod inquirebatur in sortibus. nam totus status sortium pendet a Deo, vt ipse velit demonstrare id quod quæritur per sortes. si autem sortes relinquãtur fortunæ, non reperietur aliqua veritas, aut erit dubia saltẽ: sed Deus ea quę facit interdum precibus nostris facere disposuit. ideo orandum est ad eum cum talia fieri debent: & quia magis confiderent Israelitę hoc fuisse factum a Deo, cum essent in præsentia arcæ, iubebat Deus applicari tribus ante se apud arcam cum ponerentur sortes, & deinde familiæ. sortibus autem datis, & inuenta per sortem tribu Iuda, computatæ sunt familiæ eius quę erãt quinque, scilicet familia Selaitarum, Pharesitarum, Zareitarũ: Aniulitarum, Esronitarum, vt patet Num. 26. cap. & nomina horum quinque fuerunt scripta in quinque cedulis eo modo quo dictum est de tribubus: & tũc separatis de conspectu Domini alijs tribubus, & manente sola tribu Iuda cum educeretur sors de inuolucro, inuenta est familia Zareitarum: & hanc dicebat Deus deprehendisse: tunc semotis cęteris familijs mansit illa coram Domino, & diuisa est per domos factis cedulis vt ante. & cum educeretur sors inuenta est domus Zabdi: deinde illa diuisa est per capita virorum, & cum poneretur pro quolibet cedula exijt sors Achor: & ille deprehensus est atque lapidatus, iste est modus sortium & deprehensionis Dei.

Si peccassent plures tribus vel familiæ aut viri, quomodo possent deprehendi sortibus: quia non proderat iste modus iam dictus. *Quæst.* XXXI.

SED adhuc quęret aliquis circa istam formam positarum sortium, quid si peccauissent plures tribus, quomodo deberet inquiri sorte. nã hic solum dabatur forma pro vna tribu, cum applicitis omnibus ante Dominum debebat vnius solum educi sors.

Respondẽdum est quòd iste modus fuit datus Iosue a Deo, quia ipse sciebat vnam duntaxat tribum peccasse, & educta vna sorte educeretur nomen tribus peccatricis. si tamen Iosue non consulto Deo vellet inquirere peccatum populi, hoc modo nesciret an bene inquireret, quia poterat esse quòd plures tribus peccassent. & tunc non proficiebat iste modus. De familijs autem idem modus erat, quia dato quòd vna pręcise tribus peccasset, tamen illa habebat multas familias, quarũ quælibet poterat peccasse vel multæ. quomodo ergo inueniretur veritas per has sortes? idem de domibus cuiuslibet familię argui licet.

Dicendum est ad omnia hęc quòd nõ habent certitudinem nisi ex Deo, qui dedit istum modum Iosue ad inquirendum peccatum. ipse enim cognouerat vnam pręcise tribum, & vnam familiam, & vnam domum peccasse, quæ sic faciliter inuenirentur.

F De viro autem peccante idem dicendum est, quia ille vnus erat: poterant tamen in eadem domo multi peccauisse. vnde educta vna duntaxat sorte non inueniretur sufficienter veritas, sed quia vnus erat solum inuenta est. & hoc signauit Deus in verbis suis dicens, non poterit stare Israel coram hostibus suis, eosque fugiet donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est. Ecce vnum dixit esse reum, & non dixit quousque conteratis reos huius criminis. si tamen fuissent plures tribus peccantes, & viri diuersarum tribuum, vel si esset eadem tribus, & multi viri eiusdem tribus non posset stare iste modus inquirendi extracta vna sorte: sed aut Deus proderet peccatores, aut dedisset alium modum. solum enim iste

G modus prodest vnico peccante.

Quomodo sortes a Deo diriguntur: & an in eis sit aliqua efficacia ad hoc, vt homines eis vtantur. quia sortes & fortuna atque casus habent causas licet non nobis cognitas & determinatas. *Quæst.* XXXII.

CIRCA istas sortes magis cõsiderandum est, quòd homines volunt eis vti, eo quòd limitantur sic iurgia humana: & videtur hoc a Deo factum. Vnde sciendum, quòd si in sortibus omnibus fraus absit, sicut & in proiectione taxillorum, necessarium est sortes exire sic vel sic nõ a fortuna, sed a Deo dirigente. & licet nobis qui fu-

H turos rei euentus ignoramus, sortes a fortuna & sine causa prouenisse videantur: tamen sine diuina ordinatione non proueniunt. si enim aliquid ideo fortuitum esse dicamus, quia illud futurum esse nescimus, nullamque eius comprehendimus causam, ea quæ natura constant fortuita asserentur. Sicut si quis nescit eclipsim futuram vsque ad vnum annum, ei a fortuna euenisse putabitur. Nullus tamen nescit eclipsim certa naturæ regula atque inuariabili euenisse. Nobis tamen qui vulgariter solum sapimus, incognita est, eis qui circa mathematicas insudant eclipsis futura pręcognita est quantum ad tempus, & durationem, & figuram, & cæteras proprietates. Ita ergo de sortibus est, quoniam causam dirigentem habent

I determinantem eas ad sic euenire, & non aliter. sicut de fortuna vel casu probat Boetius de consola. libro quinto prosa prima, scilicet, quòd si fortunam aut casum dicamus euentum temerarie nullo motu causarum prouenientem, casus nihil erit, sed erit casus vel fortuna aliquid, si dicãtur esse inopinati euentus ex confluentibus inuicem causis. Ita de sorte quam fortunam dicunt, vnde sors in communi latinorum locutione pro fortuna accipitur. Ideo dicendum easdem esse causas sortis & fortunæ: vtrumque quidem habet causas & confluentes, sed non determinatas & cognitas nobis. Quod patet, quia non potest sors esse ex non ente. Omne enim quod est, ex altero est: & nihil est ex nihilo prout dicit principium efficiens & non materiale: sed sors aliquid est.

K ergo ex altero est. quod magis patet, quia quicquid est, aut est factum aut non factum: si sit non factum Deus est necessario. si autem factum sit, ex altero factum est: quia a seipso nihil fit, licet a seipsis res conseruẽtur. Iuxta Arist. 2. de anima. Sors autem aliquid est, & non est ingenitum vel non factum. ergo est factum ex altero: & sic habebit causam. sunt autem causæ in sorte sicut in fortuna: dicimus enim fodientem in agro thesaurum inuenisse a fortuna esse. & tamen sine causis nõ est, quia qui fodiebat agrum thesaurum non inuenisset, nisi depositor pecuniam suã in agro obruisset, & fossor ibi foderet. Sunt ergo istæ

istæ duę causę euentus fortuiti, & quantum ad hoc A ꝙ iste posuerit thesaurum in agro, & alius fodiens inueniat thesaurum in loco quo alius obruit, nō est fortuitum. sed fortuitum dicimus quod cōtigerit hunc fodisse, nisi continget alium suam pecuniam abscondisse. In confluxu ergo causarum qui incognitus est, fortuna ponitur. ita in sortibus quòd positis pluribus sortibus in aliquo inuolucro ponatur simul illa quæ postea extrahitur, non est fortuna: & quòd mittens manum aliquam sortem educat non est fortuna. sed quòd hanc contingat educi & non illam est fortuna & sors. habet ergo sors causas, s. ꝙ sors in aliquo inuolucro posita fuerit, & ꝙ alius manum mittat ad educendum aliquam. confluunt autem istę causæ quando contingit manum missam hanc sortem accepisse, & non alteram. B

Cum sors & fortuna causas habeāt quæ contingenter confluūt: & an cōfluxus ille causarum sit ab aliqua causa vel a nulla, & quòd necessario sit a Deo. *Quæst.* XXXIII.

SED adhuc cum sors & fortuna causas habeāt q̄ contingēter cōfluūt, dicet aliquis illū confluxū non habere causas, sed accidere ꝙ cōfluant causæ istæ: vel ꝙ non confluant. & tunc manebit ꝙ fortuna & sors non habeant causas. Sed dicēdum est non posse stare, quia quęretur de illo confluxu causarum in sorte & fortuna an sit ens vel non. Et tamē respondeatur ꝙ sit ens. inquiretur an sit non factum: & tūc erit Deus. si est factum vel causatum oportet dari causas. & sic necesse est esse ꝙ confluxus causa- C rum habeat aliquā cām. & sic non manebit aliquid in fortuna & sorte quod non habeat causam. nam in fortuna & sorte duo sunt, s. causę & cōfluxus causarū. Quātum vero ex parte causarū fortuna & sors habēt causas, quantū autem attinet ad concursum causarū etiam ipse causatus est. ergo nihil est in fortuna & sorte sine causa. Quæ autem sit causa confluxus causarum fortunæ, idest faciens coniungi causas producentes euentū fortuitum: Dicendum est ꝙ sit Deus. ipse enim coniungit causas secreto suo iudicio ignorantibus nobis, vt cum alicubi thesaurus defossus est, & inuenitur, euentus fortuitus est. causæ tamen eius sunt thesaurū hic esse defossum, & fodere hic vbi est D thesaurus. quòd autem contingat hunc fodere vbi erat thesaurus absconditus, & non in distanti inde loco est confluxus causarū. fit aūt hoc a Deo: quia ipse mouet nos vt cū nesciam⁹ vbi fodere debeamus, fodiamus magis hic quàm ibi. Sic dicit Boetius de cōsola. lib. 5. prosa prima. s. cōcurrere atq; confluere cās facit ordo ille ineuitabili connexione procedens, qui de prouidentiæ fonte descēdens cūcta suis locis temporibusque disposuit. De sortibus autem conforme iudicium est. habent enim causas, s. ꝙ in sinum mittantur siue in aliquod inuolucrum: & ꝙ aliquis manum mittat educturus aliquam de illis. Confluxus causarum est ꝙ contingat hāc eduxisse quam eduxit, E & non aliquam alteram. iste confluxus a Deo est, quia cum aliquis manū mittit ad sortes, nescit quare magis accipiat vnā vel alteram, nec habet specialem inclinationem in alteram earum. & tamen determinatur in alteram earum, & non in omnes. Ergo necesse est quòd ista determinatio sit causata ab aliquo superiori agenti mouēte intellectum nostrum & voluntatem: nam volūtas nostra sequitur iudicium intellectus: cum autem intellectus habet manifestum bonum quod iudicat eligendum, determinatur ad illud: & non est indifferens ad hoc vel ad illud: & causa hu⁹ determinationis partim ab ipso est, partim ab obiecto. Cum tamen res secundum se sunt indifferentes non habentes aliquid, propter quod magis debeat eligi vna quàm altera, & tamē determinatur ad vnam, necesse est hanc determinationē ab alio prouenisse: quia cùm ens sit, causatum est: quia nō est Deus. & tamen superior intellectu nostro qui directe agat in illum, nemo est nisi Deus. ergo ipse est qui nos determinat ad accipiendum hāc vel illam sortē. confluxus ergo causarum in sortibus a Deo est. Sic dicitur Prouer. 16. Sortes in sinum mittuntur, sed a Domino temperantur, i. mittere sortes in sinum siue inuolucrū ad nos pertinet, quod est vna de causis sortium, etiam mittere manum ad educendam aliquam de sortibus ad nos pertinet: sed a Dño temperantur, idest mouere, vel disponere eas taliter, vt ista occurrat manui accipientis, & non alię, a Deo fit. & iste est confluxus causarum in sortibus. De confluxu causarum in fortuna, ꝙ Deus eum causet, patet in sacra Scriptura vt in homicidio facto casualiter, si quis. n. iaciat sagittas vel lapides ad aliquem locū, vbi nemo erat, nec intendebat percutere quemquam: aliquis autem trāseat & occidatur, fortuitum homicidium est: cuius causę sunt ꝙ iste sagittas iecerit, & alius per eundem locun transierit. Confluxus autem causarū, scilicet ꝙ iste iaceret sagittas ad locum per quem ille transiturus erat, aut ille transiret per locum ad quem ille sagittas iaciebat, a Deo est. Sic patet Exo. 21. vbi de homicidio casuali dicitur ꝙ factum est a Deo, s. si quis per insidias occiderit proximū suum &c. & postea sequitur. qui vero non est insidiatus, sed Deus tradidit eum in manus eius, cōstituam tibi locum in quem fugere debeat. Ecce dicit hunc qui casualiter occisus est, traditum a Deo in manus occisoris: sed hoc est facere ꝙ ille transiret per locum per quē iste iaciebat sagittas. Ecce ergo qualiter euentus sortiū nōn est relictus fortunę quasi a temeritate sine vllo dirigente sit, sed Deus semper in sortibus mouet manum missam in sinum vel inuolucrum, vt hanc vel illam sortem accipiat: & ob hoc frequentant quidam sortes, quia quod sortibus determinatur, a Deo diffinitum arbitrantur. Et hoc quidē verum est nisi fraus fiat in sortibus, quia tunc mouetur manus missa determinate ad hanc vel illam ex proposito, & non indeterminate.

Cum sortes a Deo dirigantur: & Deus vult sic sortes euenire an per sortes scire possimus, quid Deus vere determinet sicut si nobis responderet. Et quòd Deus per sortes iratus: sæpe facit prouenire contrarium eius quod significat velle: & fieret si sortes non essent. Et quomodo & quando per sortes possimus cognoscere voluntatem signi & beneplaciti Dei simul. *Quæst.* XXXIIII.

SED tunc dicet aliquis, ꝙ cū sortes a Deo dirigantur, & nō relinquantur fortunę, oīa q̄ determinantur sortibus certa erūt ex voluntate Dei: & cū aliquid sortiēdo alicui prouenerit, ita nobis constabit Deum voluisse illud, sicut si consultus Deus a nobis oraculo prophetico rñderet: & nō erit necessarius processus in inquirēdo veritates a Deo, sed oīa sortibus determinata cōstabūt. Rñdēdū est ꝙ cū aliqua sors alicui prouenit, Deus vult illā sortem & non aliam prouenire: & cū aliquid sorte declaratum fuerit, manifestū erit illud Deum voluisse. non tamen ex hoc nobis determinata voluntas Dei constat, quia Deus vult quod fit vno mō, qđ nō fieret alio mō. nā si aliquo absente res eius auferātur clam, Deus illud voluit, imò De⁹ fecisse dr̄, vt patet Amos 3. c. Nō est malū in ciuitate qđ Dñs nō faciat. tñ si ipse fuisset semper p̄sens in custodia rerū suarū, nō fuissent ablatę res eius, nec Deus voluisset eas surripi clā. sic quoque patet de oībus quæ fiunt. nam nihil fit

quod

quod Deus non vult fieri. nam contra eius volūtatē nemini operandi facultas foret: tamen multa mala fiunt quorum contraria Deus fieri iuberet. Nihil ergo est scire quid Deus voluit fieri, quia quodcunque nos fecerimus siue bonū siue malum, Deus illud voluit: nec ad hoc sortibus egemus. Hoc tamen est qđ nobis cōstat per sortes diuisorias vel consultorias simpliciter positas. nam licet Deus moueat manū missam ad hanc vel illam sortem, nō manifestatur nobis totaliter determinata voluntas Dei, quia fortassis id quod sortiendo sic euenerit, si consultu diuino aut humana concordia fieret, quę oīa a Deo sunt, aliter proueniret: sed tunc sortes aliquid proficiunt, & voluntatem determinatam Dei demonstrant, quando signant voluntatem signi, & beneplaciti illius, s. quid Deus signet se velle, & quid determinate velit sicut in re prouenit. Hoc autem non semper signatur per sortem positam: sed aliquando Deus facit prouenire contrarium eius quod signat se velle, & fieret, nisi demerita nostra in alterum inducerent. Sic enim Deus signabat se nolle quòd Iudæi facerent Regem, vt patet 1.Reg.8.& 12.cap. Et id esset voluntas beneplaciti Dei, nisi demerita & nequitia Iudęorum aliter efficeret: voluit tamen Regem fieri, licet increpuit. vt patet 1.Reg.12. Ita in sortibus cum vsus earum nō sit multū licitus, potissime in consultoria sorte, & Deus nolit illas, si inquireretur alio modo consulendo eū, aut ratione humana cōueniendo, forte placatus aliud de rebus disponeret, quā iratus propter sortes disponit: & tunc fieret ſm voluntatem suam signi & beneplaciti, quod nunc ſm voluntatem beneplaciti disponit. quando tamē Deus oratur, vt demonstret qđ velit per sortes in causis, quibus sit licitū vti sortibus, mouet taliter sortes, vt pateat voluntas signi & beneplaciti: quia ipse specialiter mouet sortes vt vult simpliciter, & non vt vult secundū demerita nostra. Sic factum est in positione sortium ad electionem apostoli vnius, quia ieiunio præmisso, & facta oratione positæ sunt sortes, vt Deus declararet quem vellet per sortem: & factū est quia cecidit sors super Matthiam, quem Deus determinate eligi volebat, & quē elegissent apostoli, si inuocato Spiritu sancto congregarentur ad eligendum: quia sicut Deus declaraturus erat in sortibus, quem vellet, ita declararet mouendo voluntates eorum in vnum ad cōcorditer eligendum: & ob hoc, vt videretur quòd Deus declarabat illum peccasse super quem sors caderet, & non videretur esse factum leuiter, sicut in communibus sortibus diuisorijs, iussit vt applicarentur ante Dominum, scilicet, vt ipse redderet testimonium veritati. Sic quoque Saul quando per sortes inquisiuit quis peccasset in Israel, & quare non redderet Deus sibi quærenti responsum, fecit congregari omnes ante Dominum. vt patet primo Regum 14. Hic autem quamquam non fuissent congregati Israelitæ ante Dominum, dedisset Deus testimoniū veritati signās quis peccasset, cum ipse iusserit istas sortes poni, vt tamen Israelitæ crederent ista a Deo euenisse, & non a casu, iussit fieri cum magna solennitate, & applicitis omnibus ante arcam.

De sorte quæ cecidit super Matthiā. & inf. q.41.

An Iosue peccauerit inquirendo peccantem sortibus: & an nobis sic inquirere liceat: & de sortibus consultorijs & diuisorijs quid sint, & quomodo, & quando licitæ.
Quæst. XXXV.

SED nūc aliquis queret an Iosue peccauerit inquirendo peccātem per sortes. Ad quod manifesta est responsio, scilicet, quòd non peccauerit, quia siue vti sortibus huiusmodi consul-

F torijs licitum esset siue non, quia Deus mandauit licitum erat. Nam quodcunque Deus fieri iubeat licitum est, nec solum licitum, sed etiam necessarium, si manifeste constet Deum illa iubere: vnde si Deus iubeat alicui occidere alterum etiam si pater suus sit, tenetur. sic mandauit Abrahę occidere filium suū, & ipse eum iam occidere parabat extēdens gladium super eum nisi angelus vetuisset. vt patet Gen. 22.c. & in hoc magis meruit Abraham quam in omnibus quæ fecit vnquam. Idem si Deus alicui nostrum iubeat cognoscere carnaliter vxorem proximi sui, tenetur. de quibus magis dictum est Gen.22.& Exo.3. Deus autem mādauit Iosue ponere has sortes. ergo licite agebat & meritorie ponendo illas: & peccaret

G si non poneret quia necessitabatur. ideo quamquā sortes secundum se essent illicitę: quia tamen Deus iubebat Iosue vt vteretur eis, tenebatur.

Sortes diuisoriæ secundum se malæ non sunt, sed a malo proueniunt. Et quæ sortes sunt licitæ. Et quamquam omnia hominum corda sint in manu Dei: specialius tamen sunt corda regum & principum. Quæst. XXXVI.

SED dubium est an ipsæ sortes illicitæ sint. de quo quomodo sint quędam sortes diuisoriæ, & quædam cōsultoriæ: & quid vtræque agūt, & quando consultorię licitę sunt, & quando illicitæ: & sic de diuisorijs declaratur Nu.26. vel 34.

H vbi de hoc. Sed in generali de sortibus dicendum est, quòd ipsę malę non sunt secundum se, sed a malo proueniunt. ideo interdum illis vti illicitum est, nam sortes diuisoriæ sunt ad distinguendum quid cui proueniat, scilicet quando plures partes sunt, & plures qui suscipiant, atque sorte dirimitur quid cui proueniat: ideo ponuntur autem istæ sortes nisi quia conuenire partes nequeunt, quid cui proueniat: sed hoc non conuenire malum est. & tunc vti sortibus diuisorijs, quamquam secundum se malum non sit, tamen a malo est, idest a discordia partium de prouenientibus portionibus quę mala est: cū pro his paruis, & terrenis contendendum nulli fore debet.

I Dicendum ergo de sortibus diuisorijs, ꝙ malæ nō sunt, sed a malo: nisi quædā alia intercidant propter quæ nō solum a malo sunt, sed etiam malæ. de quibus disseritur Nume. 26. Consultoriæ autem sortes sunt ad vnum. & in hoc distat consultoria a diuisoria, quia diuisoria ad duos vel plurimos est. consultoria autem ad vnicum, vt cum in electionibus quæratur quis debeat assumi in episcopum, vel ad aliquid alterum, & generaliter in omni electione siue ecclesiastica siue seculari si sortes sumantur. nam ibi non sunt plura distribuenda pluribus, sed vni dandum est id de quo dubitatur. Vocatur autem hæc sors consultoria, quia per eam Deus consulitur, quem eligi velit in dignitatem illam, vel officium, vel quodcunque de quo agitur. ista sors est magis illicita quàm diuisoria; ideo ista est a malo & est aliqualiter mala.

K Primo est à malo, quia prouenit ex non concordia plurium ad idem. Deberent namque conformare se homines quando tales electiones celebrande sunt inuicem: vt omnes habentes oculos in directum cessante omni cordis prauitate eligerēt, quem existimarent aptiorem ministerio de quo agitur. sed quia non est oculus omnium in bonum, sed plurimorum oculus nequam est, & totum corpus tenebrosum iuxta testimonium Saluatoris, discordant filij lucis a filijs tenebrarum, nec communi consensu electio celebratur. velle ergo vti sortibus ob defectū communis consensus a malo est.

Amplius

Sors consultoria quã fugienda.

Amplius autem est a malo sors consultoria magis quàm diuisoria, quia est ob defectũ fidei. nam in electionibus prælatorũ ad res magnas, vbi status politici vertitur periculum, aut lucrum, præcipue in electionibus ecclesiasticorum prælatorum, qui specialius ad Deum pertinent, deberent homines committere se Deo, confidentes ꝙ ipse regens ista, & habens curam omnium istorum magis quàm nos, qui ista administramus, nos dirigeret, cum sine voluntate illius, nec vnus de paruis passeribus cadat. iuxta testimoniũ Saluatoris Luc. 12. quamquam quinque illorum dipondio veneant. ibi autem de nobis curam esse dixit patri nostro cęlesti, quanto magis in rebus magnis, vbi versatur status communitatum? & quanto maioris multitudinis agatur negocium, tãto habet Deus maiorem curam. ideo specialius facta magna per eũ administrantur. Ideo cum Hieremias dixisset, ꝙ cor hominis erat in manu Dei, & via nostra non est in nobis, vt patet Hiere. 10. c. s. scio Domine, ꝙ non est hominis via eius, nec viri, vt ambulet & dirigat gressus suos. Salomon in prouer. 21. cap. solum dixit de corde & via regis. s. cor regis in manu domini, & quocunq; voluerit vertet illud. q. d. ꝙ quamquam omnia corda hominum sint in manu Dei, specialius tamen sunt corda regum, quia isti propter sublimitatem potestatis plurima facere possunt aut prohibere. ideo Deus infrenat corda ipsorum, vt contra voluntatem eius non moueantur efficaciter.

Est igitur sic in electionibus prælatorum, ꝙ Deus magnam curam de illis gerit; confidere ergo debemus, ꝙ Deus qui fidelis est, & seipsum negare nõ potest, si in eum mentem nostram dirigamus, & iaciamus in eum curam nostram, ipse nos enutriet non dando nobis fluctuationem, sed confirmabit corda nostra, & diriget in illum quem ipse specialiter secundum volũtatem signi & beneplaciti præesse vult populo suo, & non oportet poni consultorias sortes. s. vt per illas voluntas Dei de eo quem eligi vult, pateat. sed prouenit ista sors ex fidei paucitate. Quia si confideremus, ꝙ Deus moueret corda nostra ad eligendũ eum quem vult ipse præesse populo suo, non confugeremus ad alias certificationes, sed quia bonitati ei⁹ non bene confidimus, conuertimur ad sortes. & tñ si prorsus ratione nõ careamus, sortes in hoc nihil nobis notificant. quia cum ponimus sortem ad electiones pręlatorum faciendas, aut ponimus, vt Deus per eam nobis declaret, quem eligi vult, an vt tollatur humana discordia. Si autem solum fit, vt tollatur humana discordia, non est ex paucitate fidei, est tamen ex alio malo, quòd est discordia humana. Si autem fiat ad videndum quem Deus eligat, sicut Apostoli fecerunt in electione Matthię, dicẽtes. tu domine qui nosti corda hominum ostende, quem elegeris ex his vnum accipere ministerium huiusmodi & apostolatum. vt patet Act. 1. cap. Nihil magis proficiunt sortes quàm electio, quia sicut credimus Deum mouere, vt cadat sors super hunc, vel illum, ita rationabile credi est, ꝙ si rogauerimus eum, mouebit corda nostra, vt concorditer eligamus eũ quem ipse eligi vult. non est enim maior ratio de motu cordium, quàm de motu sortium. Ideo valde fuit cõsentaneum fidei & rationi, vt sortes consultorię in electionibus tollerentur: potissime in ecclesiasticis electionibus valde spiritualibus, de quibus alibi dicetur. nam hoc modo magis eruditur homo ad confidendum Deo quàm alias. In veteri autem testamento aliquando permittebat Deus sortes, & aliquando eas iubebat. Iussit autem eas hic & Leui. 16. & Num. 26. & 34. Sed illę quę habentur in Numero ad diuisorias pertinẽt, & ad res terrenas, ideo magis licitæ sunt quàm istæ. Istę autem

Consentaneum fidei & rationi fuit, vt sortes cõsultorię in electionibus prælatorum tollerentur, & quare.

A quæ habentur Leuitici 16. etiam diuisorię sunt, quia ponebantur duæ sortes per duos hircos. s. quis hircus proueniret Deo, & quis in caprum emissarium. ideo istæ minus licitæ erãt quàm diuisoriæ, quæ ad terram diuidendam pertinebant. Istę tamen ponebantur super duos capros ad tollendum dubium Iudæorum, quia vnus eorum mittendus erat in solitudinem portans iniquitates totius populi super se, & quia credebant hoc efficere non posse, nisi esset ille, quem Deus ad hoc specialiter eligeret, vt securi de hoc essent, iubebat Deus de hoc poni hic sortem.

B De sortibus quæ habentur hic ad inquirẽdum peccantem, dicendum est, quòd erant licitæ ex mandato Dei, quamquam non essent licitæ alias, & ipse eas faciebat certas venire, sicut postea confessus est ille, super quem sors cecidit. vt patet infra. si tamen Deus non iussisset nunc poni has sortes, non fuisset licitum vti eis, nec nũc licet his vti. s. ꝙ inquiramus quis in iudicio cõdemnari debeat per sortes, vel inquiramus delictum occultum per sortes. Sunt enim hæ sortes incertæ valde & periculosę, quia poterit forte condemnari in iudicio qui innocẽs est, vel in inquisitione occulti peccati poterit cadere sors super eum qui innocens est relicto nocente, quo nihil iniustius, vt taliter distribuantur pęnæ & honores. Aliquando aũt Deus veritatem in his declarat. sicut in Iona propheta, qui sortibus datis deprehensus est sorte, vt mitteretur in mare ad placandum Deum, vt quiescerent fluctus. vt patet Ionæ 2. cap. Non tamen semper sic veritas de-

C claratur. nam hoc modo omnes veritates sorte inquirere possemus.

Quomodo potest accidere, quòd sors falsum dicat, cum Deus semper temperet sortes missas iuxta Salomonem, & faciat, quòd sic eueniant.
Quæst. XXXVII.

Sed dicet aliquis cum Deus temperet sortes missas in sinum. vt patet Prouerb. 16. & semper illas temperet, quomodo potest accidere, quòd sors ab eo mota falsum dicat?

D Respondendum est, ꝙ id quod Deus facit non est falsum, vel id quod per sortem designat. Falsum nãque esset si aliud in re esset, & aliud ipse signaret, sed Deus non designat per sortem apparentem id, quod nos intendimus, nec aliquid alterum. nam licet nos ponamus sortes ad inquirendum quis peccauit: Deus tamen non dicit nobis, quòd mouebit manum missam in sinum, vt educat sortem eius qui peccauit: sed mouet manum ad educendum hanc, vel illam sortẽ ex alia causa: ideo qualitercunque eueniat, Deus non signat hic verum vel falsum per sortem eductam de inuolucro, cum nihil designare nobis intendat. si autem nobis dixisset, quòd faceret educi sortem peccatoris, vel ꝙ manifestaret peccatorem per sortem, necesse esset, quòd sors peccatoris exiret, & tunc si daremus, quòd non exiret illa, diceremus, quòd Deus

E falsum designabat per sortem. Et sic erat hic, quia ipse iusserat applicari omnes Israelitas, vt declararet quis inter eos peccasset, & hoc sorte missa. Si ergo non fuisset Achan peccans, cum sors super eum cecidisset, signaret falsum sors illa a Deo data. in nobis autem vtentibus huiusmodi sortibus nihil tale est, quia Deus non dixit se quippiam declaraturum per sortem. ideo quæcunque sors exierit, nec verum, nec falsum signat.

Obiectio

Obiectio contra prædicta. Et quòd Deus mouendo sortes falsas influit, vt causa vniuersalis, & non ut rector aut iudex, ideo non facit malum. simile sup. in hoc cap. q. 21. & de hoc uide etiam sup. c. 6. q. 27. & 32. & 42.
Quæst. XXXVIII.

SED adhuc dato, quòd Deus non signet hic falsum per sortem, si nō eueniat peccatori, tamē arguetur, ꝙ malum agat, quia mouet, vt eueniat illi, qui non peccauit, & per hoc moriatur. hoc autem æque inconueniens est, sicut superius.

Respondendum est, quòd Deus non facit in hoc malum, quia vtitur iure suo. ipse enim est causa suprema influens super omnia causata. sui iuris est, vt in his moueat cor nostrum, & membra nostra ad talia, vel talia agenda.

Si autem arguas, quòd ex hoc malum sequitur, qa occiditur ille, qui non est mortis reus superstite illo, qui sceleris actor est. Respondetur, ꝙ ad hoc nō præstat causam Deus immediatam, sed magis isti qui huiusmodi sortibus vtuntur in culpa sunt. quis enim eis iussit, vt hoc modo incertissimo inquirerent peccatorem occultum? cum ergo committant se manifesto discrimini, quodcunque malum inde prouenerit ipsorum culpa est, & Deo non est ascribendum.

Aliter autem responderi potest & cōuenienter valde, ꝙ datis sic sortibus ad inquirendum peccatorem, quamquam Deus moueat manum missam, vt accipiat aliam sortem, quam viri peccatoris: tamen malum non agit, quia ille cuius sors educta est de inuolucro, licet non sit reus huius, quod nunc in quæstione est, tñ aliorum forte maiorum reus est. Deus autē vult nunc eum puniri reseruans eum, qui tunc peccauit pro suo tempore puniendum. vel forte differt punitionem, vt cōuertat eum ad se misereatur illius, iuxta illud Isa. 30. ideò expectat nos Deus, vt misereatur nostri. puniendo autem illum bene agit, quia si illius scelera iudicibus cognita forent eum acriori supplitio plectendum darent. tradidit ergo nunc eum occidendum hac sorte iudicibus ignorantibus quare occidatur. & sic Deus nobis ministrantibus iustitiæ suæ modum explet ignaris tamen nobis horum, quæ per nos geruntur. Sic autem in homicidio casuali: quia tradidit Deus in manus nostras, vt occidamus eum quem nos occidere nollemus, & satis dolemus: ipse tamen mortis huius reus est, quia scelera sua hoc promeruerunt.

Si ponantur sortes inter aliquos ad inquirendum delictum, nunquid poterit sors comprehendere illum, qui penitus coram Deo, & hominibus innocens est. Quia ista conclusio videbitur alicui minus docto difficilis: tamen in corroborationem eius facit dictum beati Gregor. in oratione fer. 6. post cin. scilicet nulla nobis nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas, & omnia illa, quæ late prosequitur Boetius quarto de consolat. prosa. 6. & si arguas contra: de dicto Iob non peccaui & in amaritudinibus &c. & de dicto magistri Sent. in 4. dist. 15. dicentis, quòd Deus dat mala alicui sæpe sine peccato &c. Et de Christo & Abraham & multis martyribus & confessoribus, qui multa passi sunt sine vllo peccato. Ad hæc facile respondebis ex his, quæ do. Abulen. dicit hic, & præcedenti q. & seq & 72. & supra 6. cap. q. 27. & 37. cum alijs, & in 2. parte sui defensorij. cap. 34.
Quæstio. XXXIX.

SED dices, ponatur quòd sortes sumantur per aliquos ad inquirendum peccatum, & exeat sors illius, qui totaliter coram Deo, & hominibus innocens est morietur, & Deus moueat sortem illius qui nihil peccauerat, relicto nocente superstite.

F Respondendum est, ꝙ non est talis casus admittēdus. nam si aliquis fuerit simpliciter innocens, non mouebit Deus sortem eius, nec occidi faciet. & quod amplius est dato, ꝙ iniqui conarentur per fraudem opprimere eum datis sortibus, vt exiret sors illius facto dolo, non exiret, quia Deus nō permitteret. Deus enim facit nos cōtrarium agere eius, quod volumus interdum, & loqui contrarium eius, quod optamus, atque proponimus, sicut patet in Balaam propheta q̄ venerat ad maledicendum Iudæis. vt patet Nume. 22. cap. & tamen cum conaretur maledicere benedicebat, eo dolēte ꝙ benediceret. vt patet Nume. 23. & 24. Vnde cum conquereretur Balach rex Moabitarū, ꝙ vocauerat eum ad maledicendum hostibus, quibus
G ipse econuerso benedicebat: respondit se non posse facere aliud. vt patet ibidem. sic ergo quamquam int qui conentur delere iustum, non poterūt, quia Deus non sinet.

Et si aliquando exiret sors eius, qui videtur prorsus innocens? Respondendum est, ꝙ ille non est totaliter innocēs, quia licet in oculis nostris sic videatur, Dei tamen iudicium valde distans est. & quamquam inter nos viri prudentissimi aliquos iudicent innocentes, non ex hoc firmiter tenendum est esse innocentes, quia Deus interdum contrarium iudicat. Catoni enim viro iustissimo ac prudentissimo Romanorum placuit causa Pompeij, Deo tamen placuit causa Iulij Cæsaris. Sic ait lib. 1. de Bello ciuili Lucanus.

Victrix causa deis placuit, sed victa Catoni.

H Et Boetius de consol. lib. 4. prosa. 6. ait. nam vt pauca, quæ ratio valet humana de diuina profunditate perstringam, de hoc quem tu iustissimum & æqui seruantissimum putas, omnia scienti prouidētiæ diuersum videtur, & victricem causam dijs, victam vero Catoni placuisse familiaris noster Lucanus admonuit.

Sed aliqui aliter respondere volunt dicentes, quòd q̄q̄ educeretur sors hominis penitus innocētis, & moreretur, propter hoc non videbatur aliquod inconueniens, quia Christus innocens fuit, cum nihil impie vnquam egerit, neque labē originalem contraxerit: passus tamen fuit acriter.

Respondendum est ex hoc nihil sequi. quia Christus passus est, quia ad patiendum venerat. nam obla-
I tus est, quia ipse voluit. ad nihil enim in mundum venerat, nisi vt nos redimeret: redemptio autem morte & pęnalitatibus eius consummanda erat. ideo non est ad consequētiam cæterorum trahendus, quia de alijs nemo ad hoc natus est. Sed adhuc instabitur de Virgine benedicta, quæ non venit, vt pro nobis pateretur, multas tñ sustulit pęnalitates: ipsa tñ nihil peccauit. Ad quod aliquis rñdebit, ꝙ contraxit originalē labem, & ex hoc passa est pęnalitates, licet nihil actuale commiserit. Dicendum est, ꝙ q̄q̄ non contraxerit originale, vt supponitur a nobis, tñ digne passa est, & iuisset in limbum si mortua fuisset ante passionē Saluatoris, de quo late dictum fuit in libro nostro de quatuor metaphoricis paradoxis. Quamquā in hoc iuxta
K antiquorum nostrorum sniam satis dici pōt, ꝙ pœnæ quædam proueniant bonis non meritis, vt meliores fiant, vel vt in malum nō decidant. sed istæ sunt velut quædam tentationes & passiones. sic ait Boetius de consolat. lib. 4. prosa. 6. Si quosdam remordet ne longa felicitate luxurient, alios duris agitari sinit, vt virtutes animi patientiæ vsu atq; exercitatione confirmēt.

Ex his ergo patet, ꝙ quamq̄ Deus moueret manū missam in inuolucrum ad sortium eductionē, ad educendam sortem hominis, qui illius criminis, de quo agebatur reus non erat, non faciebat malum. nos tñ si sortibus in inquisitione criminum vtamur, peccamus, quia exponimus nos discrimini. hoc enim mō

cum

eum qui reus non est, reum efficiemus. Sunt igitur sortes consultoriæ ad inquirendum peccãtem magis illicitę quàm in electionibus,& omnibus alijs modis. In veteri tamen testamento permissæ fuerunt ex paucitate fidei, vel quia Deus volebat se conformare, sic illi populo, qui ad maiora non poterat eleuari. Vnde quia istæ sortes secundum se incertæ erant, quamquã cum Deus illas iuberet poni, propter Deum mandantem efficiebantur certę, Iosue nõ solum stetit determinationi sortium, sed postquam sors venit super Achan, inquisiuit ab eo quid fecisset, & coegit eũ confiteri, nec eum condemnauit ad mortem antequam confiteretur,& confessus est. Hoc quidem non quasi Iosue hæsitaret, an sortes verum determinassent, & confessione rei patefieri veritatẽ exposceret, sed vt totus populus videret, quomodo Achan iuste occidebatur ex confessione sua.

Item vt in hoc appareret gloria Domini, quæ per sortes veritatem fecerat inquiri,& certissime inueniri.& hoc patet, quia cum peteret Iosue ab Achan, ꝙ confiteretur peccatum suum ait. fili mi da gloriam Deo Israel.i.demonstra gloriam eius confitendo, ꝙ sors ab eo sorte missa verum signauerit.

Sortes consultoriæ pertinent ad homines imperfectos, ideo non ponuntur in nouo testamento. Et quòd firmiter confidere debemus, quòd quotiescunque in prælatorum electionibus Deũ puro inuocauerimus corde, mouebit affectus nostros, vt eum in rectorem eligamus, quem ipse populo suo præesse velit.
Quæstio. XLI.

NVNC autem in nouo testamento, quia est status perfectior & maioris fidei, non permittuntur sortes consultoriæ ad electiones,& multominus ad inquirendum peccatum, vel quæcunque occulta: sed electiones inuocato Spiritu sancto per vota singulorum fiunt, de quo confidendum est, ꝙ cum eum puro inuocauerimus corde, moueat affectus nostros, vt eum in rectorẽ, aut præpositum eligamus, quem ipse populo suo pręesse velit. Et si obijciatur de electione Matthiæ ad apostolatum facta per sortes, quæ pertinet ad nouum testamentum.

Respondendum est, ꝙ apostoli adhuc erant imperfecti in fide habentes reliquias conuersationis veteris testamenti.& quamquam eorum sincera foret intentio, tamen fides adhuc pauca erat. sicut enim Dei voluntatem inquirere conati sunt per sortes, & certissime cognouerunt, ita confidere debuissent, ꝙ eis in charitate non ficta coniunctis Spiritus sanctus adesset mouens corda eorum ad eligendum eum, quem per sortes acceperunt. s. quem Deus in apostolatũ assumi dignaretur. Hoc autem fuit, quia nondum confirmati erant in fide,& charitate. nam licet cum Christo conuersati essent per tres annos fere, aut vt quidã volunt per tres & dimidium, tamen non confirmauerat corda eorum. solum enim eis, vt cæteris prędicabat,& aliqua secreta declarabat, quę aliis abscondita relinquebat. iuxta illud Matth. 13. s. vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cęteris autem in parabolis, tñ non tangebat corda eorum. in Christo, tamẽ nihil proderat exterior cõicatio, sed interior tactus. nã etiam si per mille annos mansisset cum eis prædicãs, & nõ tetigisset specialiter corda eorum, nunquam in aliquo profecissent, quia nõndum a Deo trahebãtur. nemo tamen ad eum venire potest, nisi primo trahatur. vt patet Io. 5. Fuerunt autem in hac cõuersatione imperfecta,& secundum carnem, toto tpe, quo cum Christo manserunt. vnde sępe ipse increpabat eos, vt patet Matth. 17. cum ait. O gñatio incredula & peruersa quousque ero vobiscum,& quousq; patiar vos? & paulum post hoc inter se absente Christo cõtendebant, quis eorum maior esset, quod ad manifestos gloriæ amatores pertinet. de hoc Matth. 18. c. Nec solum Christo viuente hoc fecerunt, sed etiam cum pateretur oẽs adhuc infirmi,& non bene credẽtes abierunt eo relicto, vt patet Matth. 26.

Nec hoc suffecit, sed etiam eum cognouisse negauit Petrus, vt patet eodem cap.& ter quidem, sic omnes euangelistę testantur. Sed & hoc non tm̃ imputandum erat, quia timore humano inducti faciebant: sed & cum surrexisset, nõ credebant eum surrexisse, vt patet Luc. 24.& Io. 20. & 21. vnde eis ad hoc signa dedit, vt patet eisdem locis: conuersatus est autẽ post resurrectionem Christus cum discipulis suis apparẽs illis. 40. diebus in multis argumentis vsque ad diem, quo assumptus est, vt patet Actu. primo. & tñ adhuc erant rudes & imperfecti in fide: nam cum ascẽsurus foret interrogauerunt eum dicentes: dñe si in tempore hoc restitues regnum Israel. ecce qm̃ loquebãtur de Israel secundum carnem.

Dicẽdum autẽ vt aliquis, ꝙ illud non inquirebant apostoli, sed aliqui alij, quia dicitur Act. 1. in litera, igitur qui conuenerant interrogabãt eum dicentes, dñe si in tempore hoc &c. Respondendum est, ꝙ isti erãt apostoli, quod patet ex verbis Saluatoris, quæ sequuntur immediate. s. non est vestrum scire tẽpora & momenta, quę pater posuit in sua potestate, sed accipietis spiritum sanctum superuenientem in vobis, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudęa, & Samaria,& vsque ad extremum terrę: hoc tñ de apostolis intelligi necesse est qui missi sunt ad prędicandum per totum orbem. Ecce ergo manifeste patet, ꝙ vsque ad ascensionem Christi erant apostoli nimis imperfecti in fide, & post eam semper fuerunt vsque ad spiritum santum superuenientem, qui tetigit corda eorum,& in fide confirmauit atque charitate inflammauit. Vnde postea alteri viri effecti, iam nõ vt prius loquebantur,& hoc quia insilierat in eos spiritus dñi, & mutati fuerant in viros alteros: ideo iam sortibus vsi nunquam sunt, sed per electionem. Sic enim paulo post factum fuit in electione septem virorum, vt pręessent viduis. nam elegerunt eos & imponentes manus ad collationem spiritalis gratiæ confirmauerunt eos, vt patet Act. 6. c. de quibus primus fuit Stephanus. electio autem Matthiæ fuit ante aduenientẽ spiritum sanctum in Pentecoste. Ideo sortibus facta est, quia adhuc imperfecti erãt. Deinde iam multum confidentes Deo cum congregarentur in charitate, confidebant, & credebãt spiritum sanctum esse cum illis. Vnde dicebant placuit spiritui sancto, & nobis congregatis in vnum &c. vt patet Actu. 15. postea ẽt prouenientе & multiplicata fide eorum in successoribus sortes abolitæ sunt, & iam eas ecclesia detestatur: si tamen in aliquibus casibus eis liceat vti declaratur Num. 26. vel 34.

Quare Achan audiens Deum dixisse esse anathema in Israel, & inquirendum sequenti die, cum sibi conscius huius esset non fugit. Quæst. XLII.

QVAERET aliquis circa Achan, cum audiuit, ꝙ Deus dixerat esse anathema in Israel, & ꝙ sequenti die erat declarandum, eratq; sibi conscius huius sceleris, quare nõ fugit. Aliquis forte respondebit, ꝙ Achan non putauit pœnam magnam esse, infligendam quamq̃ reperiretur furtum: ideo non recessit de castris. Sed non stat, qa in litera expressum est, ꝙ ille qui reus erat criminis huius, delendus foret, vt patet infra cum dr̃. quicunq;

in

in hoc facinore deprehẽsus fuerit, comburetur igni
cum omni substantia sua. Deus quoque ante hoc di-
xit, non poterit stare Israel coram hostibus suis, eosq;
fugiet, quia anathemate pollutus est: non ero vobiscũ
vltra donec cõteratis eum, qui huius sceleris reus est:
non ergo ob hoc stetit in castris. Alio modo respon-
debit aliquis, ꝙ non potuit Achan fugere, quia quan-
do sortes positæ sunt, erant omnes coram domino,
& cecidit super eum sors: si autem fuisset alibi fugis-
set. Respondendum est hoc non stare, quia istud fuit
denunciatum per vnum diem ante, & iussum est, ꝙ
sequenti die omnes venirent coram domino ad de-
clarandum quis peccasset. vnde dixit eis Iosue, sancti-
ficamini in crastinum.i. estote parati pro mane ad ve
niendum, & subditur. accedetisque mane singuli per
tribus vestras: Achan ergo audiens hoc cum esset si-
bi conscius sceleris potuisset fugere ipsa nocte de ca-
stris. Dicendum est, ꝙ quamquam Achan sciret pę-
nam mortis esse infligendam peccatori, & quamq̃ co
gnouisset ante hoc per diem vnam tamẽ non fugit,
& hoc quia forte non habebat quo fugeret: nam tota
gens in circuitu erat Chananęorum, & putarent eum
exploratorem, atque occiderent extra suos, ergo cle-
mentius sibi quodcunque futurum opinabatur inter
suos.

Item forte dato, quòd conaretur fugere Achan de
castris, non posset, quia erant custodes castrorum in
extremitatibus ne quis de exercitu fugiat, aut ne ho-
stes repentino incursu percutiant castra, & hic non si-
nerent eum profugere.

Item forte Achan quamq̃ audisset verba de decla-
rando peccatore coram domino, non credidit futu-
rum, quia nunquam simile viderat: non enim fuerat
simile factum aliquid ante tempora sua. ideo magis
putauit hoc esse comminationem quàm veritatem
futuræ rei: vnde fugere non curauit. Aliter forte di-
ci potest, ꝙ quamq̃ Achan timeret futuram sibi mor
tem, tamen Deus peruertit cor eius, ita vt non mane-
ret ei consilium neque vires, quia volebat in eo mon-
strare gloriam suam, sicut dicitur de Pharaone, quòd
ideo Deus posuerat eum, vt monstraret fortitudinẽ
suam in eo, vt patet Exo.9.c. & ad Rom.9. stetit ergo
quia Deus eum stare fecit, licet aliter potuisset sibi
inquirere subterfugia.

Accedetisque mane singuli. Idest omnes de populo.s.
soli viri, quia fœminæ non accedebant cum non po-
In qõ. 28. tuissent peccare in anathemate, vt supra declaratum
est. Etiam intelligetur de viris numeratis ad bellum
a 20. annis & supra, quia alij minores non introierunt
vrbem Iericho, ideo non poterant rapuisse de anathe
mate: sed viri bellatores qui poterant rapuisse appli-
cabantur. *Per tribus suas.* Idest non venient omnes
commixti, sed quilibet vir veniet cum eis qui sunt
de tribu sua, vt distincta omnia sint. Causa huius erat,
quia primo ponendæ erant sortes per tribus, & dein-
de per familias tribuum, postea vero per domos: ad
extremum autem per viros. Si autem aliquis de vna
tribu esset cum viris alterius tribus, non posset sors
verum dicere, quia aut tunc caderet sors super tribũ
illam, de qua erat vir peccator, aut super tribum illam
cum qua tunc erat. Si primo modo non reperiretur
ibi, cum tota tribus diuideretur in familias, domos, &
viros. Si autem secundo modo etiam non conueniẽ-
ter assignaretur, quia debebat tunc per familias suas
tribus illa diuidi, & familiæ per domos, & domus per
viros. tamen in viris illius tribus non inueniretur pec-
cator. Debebãt ergo singuli esse per tribus suas, & cũ
his tribubus erat tribus Leui: quia Leuitæ etiam po-
tuissent peccare in anathemate Iericho. ideo de eis,
sicut de cæteris inquirebatur an peccassent. *Et quam-*
F *cunque tribum sors inuenerit.* Sors dicebatur inuenire tri
bum, quia primo fuerunt præsentatę omnes. 12. tri-
bus coram arca, & scriptę fuerunt cedulæ. 12. ęquales:
eiusdemq; figuræ nominibus. 12. tribuum: missæq;
sunt cedulæ in aliquo inuolucro, de quo missa manu
Iosue vel aliquis de alijs educturus erat vnam, & cuiꝰ
tribus cedula exijsset, erat rea huius criminis, & dice-
batur eam inuenire sors.i. Deus eã inueniri faciebat
per sortem. *Accedet per cognationes suas.* Cum cõpre-
hensa esset vna tribus sorte cęterę erãt immunes, nec
in eis aliquid inquirebatur, sed illa tribus diuidebatur
per familias. vocãtur autem hic cognationes familiæ,
quia sunt quædam cognationes sub tribubus: omnes
enim istæ diuisiones sunt cognationes, quia tribus co
gnationes sunt, sed maximę. Familiæ quoque cogna
G tiones quædam minores sunt: domus etiam sunt mi
nimæ cognationes, quæ diuidebantur, & tunc istæ fa-
miliæ erant inscribendæ cedulis totidem quot erant
familię & ponendæ in inuolucro, & missa manu ce-
dula monstrabat extracta, quæ esset tribus illius fami-
lia criminis rea. *Et cognatio per domos.*

*Domus quot modis capitur in sacra scriptura, quia quintuplici-
ter. vide supra 2.c. q.51. Quæst. XLIII.*

SVB familijs in tribubus sunt alię minores diui
siones, quæ vocantur domus. Accipitur enim
varie domus: aliquando pro toto vno magno
genere, & sic omnes Iudæi vocantur vna do-
H mus.s. domus Iacob, vt patet Psal. 113.s. domus Iacob
benedicite dominũ. Et sic apud poetas accipitur. vn-
de congregatio omnium Romanorum vocatur do-
mus Assarici, vel domus Aeneę, sic accipit Virgil. pri
mo Aeneidos.s.

Cum domus Assarici Phthiam clarasque Micenas.
Imperio reget & victis dominabitur argis.

Hoc autem de oĩbus Romanis intelligi voluit. Aliqñ
accipitur domus pro vna tribu, vt patet Psal. 113. do-
mus Leui benedicite dominum. Aliqñ accipitur do-
mus pro familia, vt dicimus domum Aaron. erãt aũt
Aaronitæ de familijs Leuiticæ tribus sub maxima fa-
milia Chaathitarum. Alio modo accipitur domus ꝑ
vna œconomia.s. pro cõiunctione viri vxoris & filio-
I rum, in qua ponuntur sex minima uel termini.s. do-
minus & seruus, vir & vxor, pater & filij, vt patet pri-
mo Politicorum.c.2. hæ tñ sex ad quatuor personas
reducuntur, quia qui est dñs est vir, & est pater: sed ad
aliud & aliud sumptus. Alio modo accipitur domus
pro congregatione aliquorum descendẽtium ab eo-
dem patre vel auo, qui non faciunt vnam ęconomiã,
sed multas. nõ accipĩt hic domus ꝓ primo nec. 2. nec
3. nec 4. modo sed quinto. De primo satis patet, quia
alias nõ fieret distinctio: sed omnes Hebręi essent vna
domus. De 2. & 3. patet, quia distinguitur hic domus
contra tribum, & familiam: etiam quia dr̃, ꝙ Achan
erat de tribu Iuda, & familia Zare, & domo Zabdi.
Quòd non accipiatur. 4. modo patet, quia viri dicun-
K tur hic qui faciũt distinctas œconomias: nam Achã
habebat vnam œconomiam per se quę vocatur do-
mus, quia habebat vxorem, & filios atque filias, & su-
pellectilia, & iumenta. Erat ergo hic domus in 5. mõ.

Domusque per viros. In hoc patet, ꝙ nõ fuerint fęmi-
næ applicitę ad eum, vt inuestigaretur ẽt inter eas pec
catum, quia domus per viros diuidebantur, & non ꝑ
viros & fęminas. & fiebat eodem modo, vt in præce-
dentibus, quia cõsiderabatur in qualibet familia quot
essent domus, & totidem fiebant cedulæ modo quo In q. 28. 30. huius
supra dictum est. inuenta aũt domo computabantur
viri illius domus, & describebãtur per singulas cedu-
las, atque positis eis in inuolucro educębatur cedula
vna,

vna,& quæ esset faciebat virum ibi descriptum crimi nis reum: vnde ad vltimum exijt cedula Achan.

Et quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, combu retur. Prædicebat hic pęnam Iosue ad maiorem terro rem, vt attenti essent, & parati ad videndum, quem Deus comprehenderet ex Israel.i. cuius cedula ad vltimum exierit morietur. *Comburetur igni.* Ista pęna da batur, quia omnia quæ erant in vrbe Iericho posita fuerant sub anathemate, erantque cremanda, sicut ipsa vrbs cum eis, quæ ibi fuerunt exusta est, vt patet prę ceden.c. Achan autem impediuit hoc furando partē eorum quæ ibi erāt: debuit ergo cremari ab igne qui peccauit auferendo ea, quæ cremanda erant igni.

Cur Achan lapidatus est cum cremaretur igne. Et ad hoc opinio Nicolai, de qua latius infra q. 65. tamen quæ hic affertur, non videtur esse opinio propria auctoris, vt patet infra in quæstionibus supra textum. Quæst. XLIIII.

SED dicetur quomodo ergo postea lapidatus est, vt patet infra in litera. Quidam dicunt, ꝙ peccauit dupliciter Achan. s. in auferendo de anathemate Iericho, & infringēdo sabbatum. Propter primum debebat comburi Achan, sicut peccauerat in rebus comburendis, vt per quæ quis peccat per hæc torqueatur, vt patet Sap. 11. c. Peccauit etiam infringendo sabbatum, quia dies septimus, in quo vrbs Iericho corruit, & capta sunt de anathemate hęc quæ infra habentur, dicitur fuisse sabbatū: sed infringentibus sabbatum pęna erat, ꝙ lapidarentur, vt patet Num. 15. de illo qui colligebat ligna in deserto die sabbati. sed an fuerit non cōstat. satis tamen rationabile aut verisimile est. Potest aliter dici, ꝙ ad terrorem maiorem populi factum est, vt magis timerent inflictis multis pęnis quàm vna.

Item vt ipsemet populus vindicaret offensam Dei in Achan, cum a Deo fuerit punitus propter eius peccatum, si tamen solum combureretur, nō poterat populus per se infligere mortem. Data fuit ergo alia pęna, in qua omnes possent. s. in lapidatione, quia totus populus mittebat lapides in Achā, & vindicabat iniuriam & offensionem factam Deo, qua ꝯ Israel concitatus fuerat, & damnum illatum eis. s. quia de eis ꝑ peccatum Achan mortui fuerāt. 36. viri, vt sup. patet.

Item leuius fiebat hoc Achan: est. n. leuius genus mortis atque velocius, & cum minori sensatione lapidatio, q̄ crematio, nec in parum: fuit autem lapidatꝰ, & cum defecisset oppressus lapidibus crematus est. sed hęc qūo vera sint disputabitur latius infra qōnibꝰ supra textum. *Cum omni substantia sua.* Idest cum oībus quę ad eum pertinent. substantia proprie hic possessas res notat, & non filios, & filias atque vxorem, quia ista non possidentur. non tū solum substantia peccantis exusta est, sed ēt filij, & filiæ, vt patet infra. hoc aūt nō videtur expresse Deus dixisse, satis tamen colligitˀ ex verbis cum dixit. non ero vltra vobiscū donec conteratis eum, qui hoc scelere contaminatus est. Iussit enim illum conteri: sed cōtritio signat totalem & simultaneam destructionē, ideo non solum ipse, sed ēt omnia quæ eius erant, destruenda erant: alioquin occisus diceretur, sed non contritus aut deletus.

In q̄ō. 55. 61. & 65.

Quare combusta fuit tota substantia domus Achan. Et quòd rapiens aliquid de anathemate efficiebatur anathema. Quæstio. XLV.

SED quæret aliquis quare combusta fuit tota substantia Achan? Respondendum est, ꝙ istud peccatum fuit in peruertendo anathema: fuerat. n. vrbs Iericho cum omnibus quæ in ea erant subiecta

A anathemati. ipse autem accipiendo quæ intra habentur præuaricatus est illud: ideo debuit ipse fieri anathema sicut id, quod sumpsit de anathemate, vt consimilis modus punitionis per omnia esset, sicut fuit transgressionis. cum autē aliquis ponebatur sub anathemate, totus ipse erat anathema, ergo debebāt oīa quę ꝑtinebant ad Achan esse anathematizata. Quòd autem rapiens aliquid de anathemate efficiatur anathema, patet Deuter. 7. s. ne auferas quippiam ex idolo in domū tuam, ne fias anathema, sicut & illud est.

Item fiebat ad maiorem terrorem, ꝙ non solum peccantes, sed etiam quæ ad eos pertinent, deleantur. Ita etiam ſm leges humanas aliqñ peccantes delentur cum rebus suis, vt in criminibus læsę maiestatis,

B vt patet ext. de hęre. c. vergentis. & quia longe magis est ęternam quàm temporalem offendere maiestatē, si pro lęsione maiestatis terrenæ infliguntur deletiones peccantium, & rerum suarum, multo magis pro lęsione æternæ maiestatis infligi iustum est, sed hanc offenderat Achan, ergo dignum erat eum cum rebꝰ suis perire. Alij vero hoc aliter exponunt, de quo dicetur infra in quęstionibus supra textum. In q. 56.

Quoniam præuaricatus est pactum domini. Ista est causa quare inflicta fuit pęna hęc. dicitur Achan præuaricatus pactum domini. i. falsauisse, vel peruertisse, q̄a fuerat initum fędus cum domino, vt esset super totam vrbem Iericho anathema cum rebus suis. Achan autem accepit de rebus illis, ergo præuaricatus est pactū quod ad scelus pertinet, sicut inter homines qui fal-

C sant fędera cōposita, magnis supplicijs d gni habenť.

Et fecit nefas in Israel. Hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ fecit Achan nefas in Israel. i. magnum peccatum, ꝙ nefas vel scelus vocatur, & fecit in Israel. i. inter Israelitas: ideo maiori pęna mulctandus est quàm si fecisset in alio populo, quia iste populus est sanctior, & in eo grauius peccata debent puniri. Sic dicitur de puella, quæ manens in domo paterna fornicata est, & postea cum desponsaretur subticuit se esse defloratam. Sponsus autem accepit eam tanquam virginem: si postea obijciatur ei, ꝙ non est inuenta virginitas, iubetur lapidari puella. & subiungitur, quia fecit nefas in Israel, vt fornicaretur in do-

D mo patris sui, ut patet Deuteron. 22. cap.

Alio modo accipi potest, quia fecit nefas in Israel. i. fecit magnum damnum, vel peccatum cōtra Israelitas. s. ꝙ propter actum eiusdem conuertit Israelitas in fugam apud vrbem Hay. & corruerunt vulnerati de eis. 36. viri, vt patet supra in litera. Sed primus sensus melior est, quia quamq̄ rationabilis causa esset, vt puniretur qui præuaricatus fuerat pactum, quia læserat Israelem: tamen istud nomen nefas, non potest importare pęnam, sed culpam.

Surgens itaque Iosue mane, applicuit Israel per tribus suas, & inuenta est tribus Iuda. Quæ cum iuxta familias suas esset oblata, inuenta est familia Zare. Illam quoque ꝑ

E domos offerens reperit Zabdi. Cuius domū in singulos diuidens viros inuenit Achan filium Charmi, filij Zabdi, filij Zarę de tribu Iuda.

Surgens itaque Iosue mane. Hic ponitur executio prædictorum. s. surgens Iosue sequenti die ad exequendū ea quæ Deus iusserat. *Applicuit Israel.* Idest fecit applicari totum Israel ante arcam. quare autem applicarētur ante arcam supra data est causa. s. vt intelligerent Israelitæ hoc fuisse factum Deo iubente, & reddente testi-

testimonium veritati, ꝙ non sic intelligerent si sine solennitate,& non ante arcam fieret. *Per tribus suas.* Ideſt applicuit totum Iſrael applicando tribus eius.ſ. 12. tribus,& cum eis tribum Leui, quæ non computabatur communiter tanquam vna de tribubus. ſed applicita eſt, vt etiam inquireretur ſi eſſet in ea iniquitas, & ne cæteri Iſraelitæ conquererentur. Dicerent enim,ꝙ poterat eſſe vir peccator inter Leuitas, qui ſi non applicarentur neceſſe erat cadere ſortẽ ſuꝑ vnã de alijs tribubus, quæ nihil peccauerant: adhibita aũt ea ſicut cęteris non eſſet cauſa dubitandi & conquerendi. *Et inuenta eſt tribus Iuda.* ſ. cum ponerẽtur ſortes.12.pro. 12. tribubus educta eſt de inuolucro cedula, in qua erat deſcriptum nomen tribus Iuda.

Quæ cum iuxta familias ſuas eſſet oblata. Cũ poſitis ſortibus inter omnes tribus inuenta eſt rea tribus Iuda, cæterę receſſerunt,& manſit tribus Iuda,quæ tunc diuiſa eſt per familias ſuas, vt ſciretur in qua familia eſſet iniquitas. Fuit autem diſtincta in quinque familias ſuas.ſ.Zareitarũ,Phareſitarũ, Ephronitarũ, Amulitarũ,Selaitarum,quæ habentur Num.26.c.deriuatæ & nominatæ a filijs Iudæ,& pro his quinq; datæ sũt. 5.cedulæ inſcriptæ nominibus ſingularũ, & poſitæ in inuolucro. *Inuenta eſt familia Zaræ.* Iſta erat vna de familijs Iuda denominata a Zare filio Iudæ: fuerunt.n. duo filij illius nati de Thamar nuru ſua. ſ. Phares & Zaram,vt patet Gen.38.& a Zare vocatur familia Zareitarum, de qua erat Achan. fuit aũt inuenta iſta familia, quia fuit educta cedula inſcripta nomine eius de inuolucro.

Quomodo intelligitur, quòd familia Zare diuiſa fuit per uiros. Quæſtio. XLVI.

ILLAM *quoque per viros offerens.* Capta familia Zarę ſeparatæ fuerunt reliquæ familiæ: manſitque illa quæ rurſus diuiſa eſt per domos: nam quælibet familia continebat domos.ſed in litera dr̃, ꝙ familia Zare diuiſa fuit per viros.Dicendum eſt,ꝙ primo diuiſa fuit per domos,& domus per viros: ſic.n. ſupra dixit Ioſue:quamcunq; tribũ ſors inuenerit accederet per cognationes ſuas, & cognatio ꝑ domos: ergo per domos diuiſa eſt familia Zare.hic tamẽ ſubticetur,quia eſt modus ſacræ ſcripturæ, ꝙ cum aliqd debet bis narrari ſemel, enarrentur quædam quæ ſecundo non dicũtur, vt euitetur longitudo ſermonis, ſicut patet præceden. c. ex declaratis ibi. ſic ergo hic, cum ſupra fuerit poſita iſta examinatio plene, cũ hic repetitur,ponitur non plene,quia ſubintelligitur.

Dicẽdum eſt ergo, ꝙ modus fuerit iſte.ſ. ꝙ primo applicitis tribubus coram dño inuẽta eſt ſorte tribus Iudæ: deinde illa applicita inuenta eſt familia Zarę: quę poſtea per domos diuiſa inuenta eſt domus Zabdi.& poſtea diuiſa illa per viros inuentus eſt Achan, quod ſignatur infra cum dr̃:inuenit Achã filiũ Charmi, filij Zabdi, filij Zarę de tribu Iuda: expreſſit.n.ibi oẽs in quibus computari poſſunt domus & familiæ. Et tñ ſi adhuc clarius inſpiciamus nihil hic dimiſſum eſt,licet quidã exiſtimẽt, ꝙ ẽt fuerũt cõputatæ hic domus. & in hac cõputatione reperta eſt domus Zabdi, vt patet in litera: nã ſi iſta diuiſio, q̃ hic dr̃ ꝑ viros eſſet vltimata diuiſio per viros, nõ diceret, ꝙ inuentus eſt Zabdi,ſed Achã:dr̃ tñ Zabdi.Itẽ qa poſtea dr̃,ꝙ dom⁹ Zabdi diuiſa eſt per viros,ergo diuiſio iſta Zarę per viros non eſt ꝓprie diſtinctio per viros, ſed per domos. Sed dices, quõ ergo dr̃, ꝙ diuiſa eſt familia Zarę per viros? R̃ndendum eſt,ꝙ non vocantur hic viri perſonæ ſingulares,in quas vltimata reſolutio fit:ſed vocãtur viri qui ſunt capita domorum,ſicut alij ſunt capita familiarum,& alij capita tribuum, & poterat dici,

F ꝙ quęlibet harum diuiſionum fiebat per viros, quia ponerentur.12. viri principes tribuum pro. 12. tribubus, & viri principes familiarũ pro familijs, & ſic de domibus.Eſt ergo ſenſus. *Illam quoque.*Ideſt familiam Zare. *Per viros offerens.* Non per viros qui ſunt perſonæ ſingulares,ſed per viros qui ſunt capita domorũ.

Reperit Zabdi. Ideſt ſorte inuentus eſt Zabdi.ſ. domus ſua, quia vir inuentus ſorte fuit ſolus Achan in quem diuiſio terminata eſt.

An Zabdi fuerit hic poſitus tanquam caput domus. Quæſtio. XLVII.

G NEc etiam intelligi poteſt, ꝙ Zabdi fuerit hic poſitus tanquam caput domus ſuę,& cecidit ſuper eum ſors: nam iſte a multis temporibus mortuus eſt, quia Zabdi fuit filius primogenitus Zaræ, cum ab eo denominetur domus. Zare autem ingreſſus eſt in Aegyptum cum patre ſuo Iuda,vt patet Gen.46.qui 20.annis poſt aut ante gigneret filium ſuũ Zabdi: haberet ergo Zabdi tot annos quot effluxerũt ab ingreſſu Iacob in Aegyptum vſque in diem hãc pręter.20. aut pauciores annos.ſ.q effluxiſſent ab ingreſſu in Aegyptũ vſq; ad natiuitatem eius. ſed hoc non ſtat, quia non poſſet tot viuere annis ſm̃ curſum illius temporis,ergo non viuebat tunc.Qđ patet, quia ab ingreſſu Iacob in Aegyptum vſque ad exitum Iſraelitarum fluxerũt anni ducenti & quindecim,vt fuit declaratum, Geneſ.15.&

H Exo.12.quibus addantur.40.anni, qui fluxerũt ab exitu de Aegypto vſque ad tranſitum Iordanis,& pauci dies qui ſuperexcreſcebant, erunt anni ducenti quinquaginta quinque,a quibus ſubtrahantur.20. qui fluere poterant ab ingreſſu in Aegyptum vſque ad natiuitatem Zabdi, manebunt ducenti triginta quinq; anni,quos ageret tunc Zabdi ſi viueret:ſed ad hanc ętatem nemo accedebat tempore illo. nam ætas maior erat centum viginti annorum, vel paulo amplius.

Dicendum ergo,ꝙ Zabdi tunc non viuebat,immo nec exierat de Aegypto,quia eſſent plures quàm centum anni a morte ſua vſque ad tempus iſtud: non ergo fuit hic repertus Zabdi tanquam ſuper eum caderet ſors pro domo ſua, ſed repertus fuit Zabdi.i.do-

I mus Zabdi, ſcilicet quòd diuiſa familia Zarę per ſortes inuentus eſt Zabdi.i.cecidit ſors ſuꝑ domũ Zabdi.

Cuius domum in ſingulos diuidens viros. Zabdi erat domus,& poſt domum non eſt alia diuiſio, niſi per ſingulas perſonas domus illius,ideſt cognationis. Ideo non dicitur hic, quòd diuiſa eſt domus Zabdi per viros, ſicut dicebatur de familia Zaræ: ſed quòd fuit diuiſa per ſingulos viros, ideſt ſingulariter ꝑ perſonas, non exiſtente alia diuiſione vlteriori.& pro quolibet horum virorum poſita fuit vna cedula, ſicut ſupra dicebatur de tribubus & familijs.

Inuenit Achan. Iſte eſt cui prouenit vltimate ſors,& propter hunc fuerũt poſitæ omnes ſortes, quæ ſupra habitæ fuerunt.

K *Filium Charmi, filij Zabdi, filij Zaræ de tribu Iuda.* Hic ponitur tota linea generationis Achan vſque ad caput tribus, quę erat Iudas, & ſunt quatuor generationes, quæ effluxerant a principio tribus ipſius: erat Charmi pater Achan,& Zabdi pater Charmi,ſcilicet auus Achan,& Zarę proauus. Iudas autem caput erat totius generationis & cognationis magnæ, quæ eſt vna tribus.

Et ait Ioſue ad Achan: Fili mi, da gloriã Domino Deo Iſrael, & confitere, atque indica mihi quid feceris,nę abſcondas. Reſpon- 1.q.4.ſi peccato- uer. Ite populus

ditque

26.q.2.§. 1.ibi. Sors descendit. de pe. di. 5.c. in sũma, uer. alij.

ditque Achan Iosue, & dixit ei. Vere ego peccaui Domino Deo Israel, & sic feci. Vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti: regulã que auream quinquaginta siclorum, & con cupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei: argentumque fossa humo operui.

Et ait Iosue ad Achan. Hic ponitur cognitio peccati quantum ad culpam determinatam: nam iam persona cognita erat.s. Achan. Inquisiuit tñ hic Iosue ab Achan de facto suo.s.q̃uo accepisset de anathemate. Nam per sortem a Deo missam manifestum erat, ꝙ peccasset Achan. sed modus non fuerat declaratus. ẽt inquisiuit Iosue, vt non videretur solum condemnari iste ex datis sortibus, sed ex ore, vt sic condemnatio iustior videretur. Item ad dandum gloriam Deo, vt supra dictum est, & sequitur immediate. *Fili mi da gloriam Deo Israel.* Vocauit Iosue Achan filium suum. est.n. modus dulcis ad suadendum cõueniens, & hoc vt induceret eum ad confitendum quid fecisset. postquã tñ confessus est non vocauit eum filiũ, sed dure locutus est dicens, quia turbasti nos exturbet te Deus in die hac. *Da gloriam Deo Israel.* Idest cõfitere peccatũ tuum, & modum eius, & sic dabis gloriã Deo Israel. Est sensus, ꝙ sors venerat super Achan, ꝙ ipse sceleris reus esset. & ista sors a Deo prouenerat: si.n. ista sors manifestam diceret veritatẽ, erat gloria Deo.s. ꝙ declarasset veritatem absconditam per sortes datas, an tñ verum esset, ꝙ sors signabat.s. ꝙ peccasset Achan vel non, nemo sciebat nisi Achan. Nemo ergo poterat dare gloriam illi declarãdo, ꝙ sors verum designaret nisi Achan. Rogando ergo ꝙ confiteretur, qđ fecerat, rogabatur ꝙ daret gloriam Deo. sic est qñ aliquis profert aliqua verba sñiarum continentia pondus, & alij ea approbant, datur ei gloria, quia constat eum verum protulisse, qđ non constabat a principio.

Et confitere atque indica mihi quid feceris. Iosue bene nouerat, ꝙ peccasset Achan rapiendo de anathemate: quid tñ determinate fecisset non cognoscebat, quia Deus non prouiderat. ideo petebat hoc declarari per verbum suum. ẽt proficiebat hoc, vt sciretur quę erãt ea quæ rapuisset Achan de anathemate, & cremarentur, sicut cætera in vrbe Iericho fuerant combusta. *Ne abscondas.* s. aliquid tam de facto q̃ de modo facti, quia iam nihil proficiebat, ꝙ Achan absconderet, qa Deus declarauerat, ꝙ peccauisset Achan, & reus mortis esset. ideo ẽt si non cõfiteretur, moreretur. erat ergo melius confiteri. *Respondit Achan Iosue.* Non recusauit Achan confiteri delictum, quia iam Deus manifestauerat eum peccauisse, cuius auctoritas maxima est: nec ei quisquam refragari potest negando, quod ipse asseruerit, & nihil magis sic ei pęnalitatis infligendum erat. *Vere ego peccaui domino Deo Israel*.

Aliquando peccamus directe cõtra Deum & solum contra eum. Interdum autem peccamus contra Deum, sed non directe. & quòd ad primum modum pertinent præcepta primæ tabulæ. ad secundum præcepta secundæ. Et quod in præceptis primæ tabulæ est duplex Dei offensio, in præceptis uero 2. una tantum.

Quæstio. XLVIII.

CONFITETUR Achan primo in vniuersali peccatum suum, & postea illud explanat in particulari. dicit se peccauisse Deo Israel, non ꝙ hoc aliquid nouum, & incognitum sit, quia quicũque peccat, in Deum Israel peccat: sed

A quia aliquid specialiter in Deum egit. Qñcunque.n. aliquis peccat, necesse est, ꝙ agat contra legem Dei positam, aut contra dictamen rectę rationis: quocunque dato peccatur in Deum. nam qui agit contra legem a Deo datam manifestum est, ꝙ in Deum peccat, quia offendit eum contemnendo legem illius, sicut offendit legislatorem qui aliquam legem eius infringit. si autem agat contra dictamen rectę rõnis, ẽt peccatum est contra Deum, quia ipse dedit dictamẽ rationis, quod pertinet ad cõscientiam & ius naturale, vt patet ad Roma. 2. ideo agentes contra hoc Deũ actorem huius offendũt. in omni ergo peccato offensio Dei est. Est autem alia offensio specialis.s. quia dãnum vel vtilitas eius, quod fit alicui prouenit. sicut cũ

B aliquis occidit proximum suum, Deus offenditur, qa dedit mandatum contrarium. læsio tñ ipsius proximi est. aliqñ autem vtrunq; horum ad Deum est.s. ꝙ peccãdo offenditur ipse tanq̃ legislator, & offenditur tanquam persona singularis, cui prouenit damnum vel vtilitas ex re quę fit. Est autem hoc in decalogo, nam in pręceptis primę tabulę quicunque Deum offendit peccat in eum, vt in legislatorem, & vt in personam singularem, & sic est duplex offensio. In præceptis autem tabulę secundæ quicunque peccat solum offendit Deum vno modo.s. vt legislatorem. quod patet. si aliqs colat Deos alienos peccat in prima tabula, & dupliciter offendit Deum. Primo quia Deus iussit non coli Deos alienos, & contemnitur lex eius. Secundo peccatur in eum tanq̃ in personam singularẽ,

C quia colendo Deos alienos tollitur Deo honor suus vnicus.s. ꝙ ipse solus sit, cum hoc alijs ascribatur, qui non sunt dij. Idem si nomen eius ad inania transferamus, vel sabbatum perfregerimus eius legem contẽnimus, & honori eius detrahimus tollentes nominis decus, & cultum sabbati. In præceptis autem secundę tabulę vnica offensio Deo fit. nam si occiderimus ꝓximum, aut furati fuerimus res illius, vel vxorem abstulerimus, Deum legislatorem contemnimus legẽ eius violantes: damnum autem vel iniuria ex actu ipso specialiter Deo non irrogatur, sed proximo, & sic est in omnibus præceptis secundę tabulæ. Ex quo sequitur, ꝙ maior offensio Deo irrogatur extẽsiue, aut

D plurificatiue in præceptis primę tabulę q̃ secundæ: qa in quolibet pręcepto secundę tabulæ Deum simpliciter offendimus. in pręcepto autem quolibet primę tabulę offendimus dupliciter. Sic autem est in hoc peccato, quia pertinet ad primam tabulam reducendo in secundum præceptum. nam fit nomen Dei irritum cum pactum promissum nomini eius violatur. sic dicebatur supra.s. peccauit Israel, & pręuaricatus est pactum. & magis declaratur, quia auferẽdo de anathemate Iericho erat peccatum: ideo necesse erat, ꝙ esset contra Deum tanq̃ conditorem legis, aut rectæ rationis, ꝯ quam omne peccatum est. Secundo erat offensio Dei specialis in hoc crimine tanquam cõtra personam singularem, quia auferebantur res vrbis Iericho quæ ad Deum pertinebant. nam per anathema positum res illę erant Dei. ideo accipiendo eas

E Deo irrogabatur offensio, sicut proximo infligitur cum res eius auferuntur. tota ergo huius facti offensio contra Deum erat: ideo non erat solum istud peccatum generaliter contra Deum, sicut sunt omnia alia peccata, sed etiam speciali modo. vnde proprie dicetur, quòd Achan peccans in anathemate, vere peccauit Deo Israel.

Et sic, & sic feci. Hic declaratur modus, scilicet modus peccandi fuit sic, & sic, scilicet sicut immediate declaratur in litera.

An Achan

An Achan præuaricatus fuit anathemata quinque, vt putat Ra.Sal.quia non. Et quot bella Iudæorum fuerunt ante transitum Iordanis,& in quibus locis fuit positum anathema, & in quibus non.
Quæst. XLIX.

RABBI Sal.dicit. *Sic,& sic feci.* Idest nō feci ego nouiter peccatum in anathemate, sed ego iam feci multoties sic. & quia geminatur hic sic & sic, dicit Ra.Sal. ꝙ peccauit Achan in alijs.4.anathematibus, & iam erant quinque:sed hoc non habet aliquem colorem. Et litera etiam non potest stare, quia non fuerunt vnquā tot anathemata posita. nā in terra Arad regis Chananæi fuit anathema,cum deleuit Israel vrbes illius. & tñ ibi nullus rapuit. nam si rapuisset fuisset iratus Deꝰ contra Israel,& fecisset sicut nunc factum est.Vel dato, ꝙ velimus aliquos ibi peccauisse, & fuisse de eis Achan:tñ illud vnum anathema erat,& non.4. Non erant autem alia bella,in quibus committi posset anathema.nam in primo bello facto in deserto.s. contra Amalechitas nō fuit positum aliquod anathema. de quo Exo.17. In secundo quoque bello contra Chananæos & Amalechitas nō fuit positum anathema, nec poni potuit, quia Israelitæ superati sūt,& hostes eorum occiderūt de eis vic, in Horma, vt patet Nume.14.Tertium bellum fuit contra Chananæum regem Arad, cum ipse audiuit venisse Israel per viā exploratorum,& pugnans superauit Israelem, atque cepit prędam:in hoc quoque non poterat poni anathema,quia Israelitæ superati sunt. vt patet Nume.21.c. Quartum bellum fuit contra eundem Chananæum regem Arad,vbi Israel voto se obligans dño ait.Si tradideris in manum meam populum istum, delebo vrbes eius,& sic factum est,atq; fuit anathema, nec qcquam captum est de vrbibus illis, ꝙ si velis astruere Achan inde quicquam vsurpasse habebit vnum anathema. Fuerunt quoque alia duo bella contra duos reges Amorrhæorum.s.Og,& Sehon,cum tota eorū terra capta est.ibi tamen non fuit positum aliqđ anathema:sed licuit cuicunq; capere de præda. nam iumenta in partem venere prædantium. vt patet Deut. 3.& 4.non poterat ergo ibi infringere anathema.

Aliud autem post hoc bellum fuit contra Madianitas,de quo Numeri 31.sed in hoc non fuit positum anathema, quin potius tota terræ præda capta est a Iudæis & diuisa inter ipsos. & datum fuit de ea sacerdotibus,& domino,vt patet eod.c.nō poterat etiam hic præuaricari Achan.Post hoc autem non fuit aliquod bellum vsque ad transitum Iordanis in vrbe Iericho, vbi peccauit Achan.non potuit ergo peccare Achan in quinque anathematibus, vt ait Ra. Sal.sed in vnico ante hoc.

Dicendum tamen est,ꝙ ibi non peccauerit. nam tunc iratus Deus percussisset Israelitas tradens in manus hostium, sicut hic tradidit. & adhuc erat maior causa tradendi quàm hic: nam ibi Israelitę fecerunt votum de anathemate ponendo antequam Deus traderet gentem,vt patet Numeri 21.c.dicens si tradideris gentem hanc in manu mea delebo vrbes eius, & ante hoc dicitur.at Israel voto se obligās dño ait &c. hic autem in vrbe Iericho nō fuit votum sic factum, sed consensus totius populi de anathemate posito a Iosue. magis ergo peccarent infringentes illud anathema, quàm si hoc infringerent, & consequenter magis Deus puniuisset, sed nihil tale factum est, aut in Israel,aut in Achan: ergo nemo ibi peccauit infringendo anathema. *Vidi enim inter spolia pallium coccineum.*

F *Quare pallium coccineum vocatur hic in Hebræo de terra Senaar,seu pallium Babylonicum. Quæst. L.*

PONITVR in speciali modus peccandi.s.ꝙ
vidit Achan, & concupiuit. accepit. n. pal-
lium coccineum. vocatur coccineum.i. de
cocco bis tincto. est.n. sericum rubeum val-
de tinctum,sicut in vestibus sacerdotis magni pone-
nebatur coccus bis tinctus,vt patet Exo.28.erat p̄cio-
sum istud pallium,vt infra dr̄:ideo cū multa alia spo-
lia videret, istud specialiter concupiuit. hoc erat q̄ñ
Israelitæ cęsis omnibus Ierichontinis incedebant per
totam vrbem inquirentes aurum,& argentum, & va
sa ęnea,atque ferrea, vt ducerent in thesauros dñi,si-
G cut iussum fuerat præced. c. Achan vero hæc videns
abscondit. Non erat pallium istud vestimentū, siue
chlamis,quia non potuisset occultare Achan exiens
de vrbe Ierichontina & reuertēs in castra: sed erat ali
quid paruum,sicut sudarium quod faciliter abscondi
potuisset:in Hebręo dicitur hic. *Pallium Babylonicum.*
Dicit Ra.Sal.ꝙ omnes reges terræ in vrbe Iericho ha
bebant palatia.ideo rex Senaar, qui dicitur rex Baby-
lonis habebat palatium ibi, in quo erant vestes Baby-
lonicę,& ibi inuentum est pallium Babylonicum, si-
ue de Senaar. Sed hoc satis apparet falsum.s. ꝙ in ter-
ra vnius regis alij reges habeant palatia ad habitandū
ibi: quomodo ergo rex Babylonis haberet palatium
in vrbe Iericho,quia illa pertinebat ad alium regem?
potissime,quia valde distabat inde Babylon, siue ter-
H ra Senaar. Sed quam̃q̃ non poneretur sic, aliter pote-
rat dici, ꝙ erant ibi pallia de terra Senaar.s.adducta
de terra Senaar, sicut in terra hac dicimus esse pānos
Anglicos, aut Gallicos, vel Britannos, quia de terris
illis huc perducuntur. Vel vocaretur pallium Baby-
lonicum,quia esset tale qualia illa quę primo in Baby
lone fuerūt,sicut in terra hac dicimus esse vestes Bur-
gundianas,aut Germanicas,vel Italorum, cum tñ de
terris illis vestes factæ ad nos non aduchantur: sed q̃a
nos tales in figura vestes formamus,quales apud An-
glicos, Germanos,aut Italos sunt.
Hieronymus transtulit coccineum, vbi Hebręi di-
cunt Babylonicum,vel de Senaar. Causa mutationis
fuit ex similitudine dictionis,quia in hebræo ponitur
I hic pallium de Senaar:similis huic est alia dictio.s.(se
ni) quæ signat bis tinctum, & putauit Hieronymus
Senaar deriuari de Seni, & tunc ad bis tinctum perti-
neret, & hoc nos coccineum vocamus, quia coccus
est qui bis tinctus est: sic patet Exo.25. & 28. vbi lite-
ra nostra dicit coccumque bis tinctum. litera hebrai-
ca dicit Tolaad Seni.i. vermis bis tinctus: dixit ergo
pallium coccineum,vel bis tinctum, vbi Hebręi cōi-
ter Babylonicum dicunt. *Valde bonum*. Idest precio-
sum,& ista fuit causa, quare ita desiderauit Achan il-
lud hr̄e:litera hebraica dicit. *Vnum & bonum*. Sed ad
vnum sensum pertinēt ambo.nā vnitas signat singu-
laritatē.s.ꝙ pallium istud erat spāliter bonū.& iō vni-
ce bonū dici poterat.vel vnū & bonū, quasi ipsum so
K lum bonum esset. *Et ducentos siclos argenti.* Ipsa est mo-
neta valde vsitata,quæ erat inter Iudæos, & erat inter
Chananęos, & per hanc fiebāt oēs appreciationes &
æstimationes in lege.sic patet Leuiti.27.s. oīs ęstima-
tio siclo sanctuarij ponderabit. ēt in redēptione pri-
mogenitorū q̄ erat lex perpetua,ponebant quinq; si-
cli,quasi ista moneta duratura semꝑ eēt apud Iudęos,
vt patet Nu. 3.& 13.c. Cōsistebāt aūt sicli in figura &
pōdere, quia oīs moneta debito charactere insignit.
Cōsistebat ēt in determinata q̃titate pōderis, q̃a erat
moneta de materia p̄ciosa q̄ ēt sine charactere valo-
ris magni est.vñ siclus interdū pro determinato pon-
dere ponitur, interdum vero pro moneta solum.

Regu-

Regulamque auream. Idest aliquam virgam de auro factam in modum regulæ. in Hebræo dicitur. *Linguam auream.* Sed idem est, s. quòd ista regula erat in modũ lingue fabricata. vel si principaliter vocemus eam linguam, poterimus vocare consequẽter regulam, quia illa lingua aurea erat ad aliquid regulandum.

Quinquaginta siclorum. Idest ponderis quinquaginta siclorum. Ecce solum ponitur hic siclus pro pondere, quia cum siclus qui est moneta, sit argenteus non poterat regula aurea continere aliquos siclos, sed erat põderis quinquaginta siclorum.

Et concupiscens abstuli. Hæc omnia pulchra erant, scilicet aurum, & argentum, & pallium coccineum valde pulchrum. ideo motus fuit Achan cupiditate eorum. maxime, quia vidit opportunitatem ad tollendum de loco in quo erant, cum nemo illa videret. Erantque paruæ quantitatis ita, vt faciliter absconditæ portari possent. quod non fecisset Achan si hęc essent magnę quantitatis, quoniam non posset educere de vrbe, vel introducere in castra non videntibus alijs Israelitis, qui eum prohiberent.

B

Et absconditi in terra contra medium tabernaculi mei. Postquam duxit Achan ista de vrbe Iericho, nõ ausus fuit illa ponere coram alijs Israelitis, ne cognoscerent illa esse de anathemate Iericho, & lapidarent eum, sed abscondit, vt postea in alijs locis quę capturi essent, posset se dicere accepisse de pręda. *Contra medium tabernaculi mei.* Non ausus est alibi defodere ne ab alijs inuenirentur. in tentorio autem suo nemo posset illa tollere quia ipse diligenter cernebat. Habebat Achan tabernaculum, quod erat tẽtorium factum de pellibus, vel panno, & sic singuli Israelitę habebant. Extendebatur autem istud tentorium funibus & paxillis, sicut patet in tentorijs quæ ducuntur ad bellicas expeditiones. erant enim domus portatiles, & postea istud tentoriũ cum ipso Achan crematum est.

C

Argentumque fossa humo operui. Repetitur hic de argento, idest de siclis, quia non erat ibi aliud argentum. regula namque erat aurea. Et fit repetitio, quia forte non erat argentum in eodem loco in quo cætera. & hoc forte ne si vnum reperiretur, non reperiretur alterum. & hoc signatur infra, quia eodem modo fit repetitio cum dicitur. & inuenerunt omnia abscondita in eodem loco, & argentum simul, idest circa illa, licet forte non essent in eodem loco.

D

Misit ergo Iosue ministros, qui currentes ad tabernaculum illius repererunt cuncta abscondita in eodem loco & argentũ simul. Auferentesque de tentorio tulerunt ea ad Iosue, & ad omnes filios Israel proieceruntque ante dominum. Tollens itaque Iosue Achan filium Zaræ, argentumq́; , & pallium, & auream regulam: filios quoq; , & filias eius, boues, & asinos, & oues: ipsumq; tabernaculũ, & cũctam supellectilẽ, & oĩs Israel cum eo: duxerunt eos ad vallem Achor. Vbi dixit Iosue. Quia turbasti nos, exturbet te dominus in die hac. Lapidauitque eum omnis Israel, & cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. Congregaueruntque super eum aceruũ magnum lapidum: qui permanet vsque in præsentem diem. Et auersus est furor domini ab eis. Vocatumque est nomen loci illius vallis Achor vsque hodie.

E

2. Reg. 18.

Iudic. 2.

Misit ergo Iosue ministros. Hic ponitur tertium principale, s. peccati cogniti punitio. Et hoc fuit, quia primo ducta sunt ea quæ rapuerat de anathemate, & postea cum eo combusta sunt. *Misit ergo Iosue ministros.* Idest aliquos executores ad ducendum ea, quæ absconderat in terra Achan. *Qui currentes ad tabernaculum illius.* Vt diligenter, & solicite expedirent quæ iussa erant. *Cuncta abscondita in eodem loco.*

Quomodo res illæ furtiuæ erant absconditæ in eodem loco. Quæst. LI.

DICEBANTVR omnia esse in eodem loco, quia argẽtum erat circa pallium coccineũ, & regulam auream. tñ non erant totaliter simul, alioquin non fieret repetitio de argẽto immediate, s. & argentum simul, sed erat aliquanta distantia. Potest aliter intelligi, ꝙ erant cuncta in eodẽ loco, non in eodem loco terrę, sed in eodem loco in quo dixerat ea esse Achan. *Et argentum simul.* Idest, & ducenti sicli de argento erant simul, idest iuxta vel circa pallium coccineum, & regulam auream. Vel sicut habetur in litera Hebraica, argentum erat ȷ̄. s. infra pallium, & regulam auream, s. ꝙ primo defoderit siclos argenti Achan in profundo loco, & operuit humo: deinde in eadem humo interiecta posuit regulam, & pallium, atq; rursum operuit, & sic erant omnia in eodem loco, s. in eadem fossa, sed distabat aliqualiter argentum, & ob hoc fit repetitio, s. ꝙ postquam dictum est omnia esse in eodem loco subiungitur, & argentũ simul: & tñ non esset repetitio ad aliquid vtilis, nisi aliqua distantia esset inter hęc. *Auferentesque de tentorio tulerunt ad Iosue.* Quia ipse sic iusserat ad hoc, quòd illa cremarentur. *Et ad omnes filios Israel.* Scilicet, ꝙ præsentata sunt coram Iosue, & omnibus Israelitis, vt viderẽt propter quid eis turbationes præpositæ acciderant. *Et proiecerunt ante dominum.* In hoc satisfaciebant Israelitæ Deo, quia peccatum fuit in hoc, ꝙ Achan tulit de anathemate, quia res illæ pertinebant ad Deum, sicut patet cum alicui res auferuntur, satisfit ei cũ res ducuntur ad potestatem eius, ita cum res ablatæ de anathemate Iericho essent Dei, quia per anathematis positionem transierant in ius illius, postea autem Achan abstulerat in quo fiebat offensio, nunc vero proijciendo ea coram domino reducebantur ad eum, vt essent illius, sicut cum anathematizata sunt, & quia istę res nõ proficiebant iam ad vsus Dei, ductæ sunt vt cremarentur cum ipso peccante. Et dicitur, ꝙ proiecerunt ante dominum, idest ante arcam, quia ibi sortes positæ fuerant, & ibi manserunt dum viri iuerunt in tabernaculum Achan ad ducendum ea quæ furatus fuerat.

Tollens quoque Iosue. Postquam perfecte manifestata fuerunt omnia, sola pęna infligẽda restabat, & ad hoc accepit Iosue Achan ducens eum ad vallem in qua lapidatus est. dicitur Iosue accepisse, vel tulisse Achan, quia iussit eum teneri, & captum duci. *Achan filium Zaræ.* Vocatur Achan filius Zaræ, nõ quòd filius eius immediatus sit, quia erat filius Charmi, & pronepos Zaræ, quia supra dicitur Achan filium Charmi, filij Zabdi, filij Zaræ: vocatur tamen filius Zaræ, quia fuit de familia eius, sic poterat vocari filius Iudę, quia erat de tribu eius.

Argentumque. Vocatur argentum ducenti sicli, quos furatus fuerat de anathemate Iericho.

Pallium, & auream regulam. Omnia ista tulit Iosue, & combussit cum ipso Achan.

Quare Iosue cremauit ea quæ furatus fuerat Achan.
Quæst. LII.

SED quęret aliquis, quare Iosue cremauerit hęc. Responderi poterit de pallio coccineo, ꝙ cremari debuit, nam ista fuerant ablata de anathemate Iericho. omnia autem quę ibi erant cremari debebant. pallium ergo, quia nō fuit crematum cum vrbe auferente illud Achan, nunc cum ipso cremari debuit, ne superesset quicquam de anathemate. De siclis tamen argenti, & aurea regula nō stabat idē, quia hęc debebāt seruari in thesauris domini, iussum quippe fuerat omne aurum, & argentum, vasa ænea atque ferrum seruari in thesauris domini, vt patet pręcedenti ca. Dicendum est, quòd hęc non fuerunt seruata in thesauris domini, sed cremata cum Achan propter duo. Primo, quia Achan peccauerat in auferendo hęc de anathemate. ideo iustū fuit, vt materia peccandi cum ipso peccatore periret. Secundo, quia non debebat transire in thesauros domini, sicut reliqua metalla sumpta in vrbe, quia ista fuerant vilia nimis cum vsurpata sunt ab Achan. ideo iam non erant apta ad thesauros domini, sed magis vt perirent cū Achā. *Filios eius, & filias.* Etiam ducti sunt ad mortem filij, & filiæ Achan, vt cum ipso lapidarentur, atque cremarentur. Dicunt quidam doctores hebręorum, ꝙ filii, & filiæ Achan ducti sunt, non ad occidendum, sed ad hoc, ꝙ viderent pęnam patris, & arcerentur a similibus peccatis. Sed hoc stare non potest, vt inferius dicetur in quæstionibus. In q. 68.

Quare filij Achan lapidati sunt pro peccato patris. Et opinio quorundam, quòd filij emancipati non possunt puniri pro peccato patris. Quæ opinio confutatur infra quæst. 71. *Quæst.* LIII.

ITEM circa istos filios, & filias Achan est dubium quomodo proprie perierint, nihil equidem peccauerant, potissime, quia scriptura dicit Deuteronomij 24. non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus.

In hoc respondendum est breuiter, quantum attinet ad expositionem literæ illam legem, secundum quosdam intelligi in iudicio humano, scilicet, quòd iudices non occidant patres pro filijs, nec econuerso: Deus tamē faciet quomodo voluerit. patet, quia illud est lex cum dicat non occidentur, idest non occidantur. lex tamen nō imponitur Deo ab ipso, nec ab alio. ergo de eo nihil tangitur. de hoc scilicet, quando secū dum legem Dei, vel humanam filij possint pro patribus occidi, declaratum fuit Deuteronomij 24. cap. satis late.

Hic autem dicendum est secundum opinionem quorundam, quòd Deus nō occidit pro patribus omnes filios, sed solum filios paruulos. Si autem filij sint emancipati non manentes in domo, nec in potestate paterna, sed per se, non occidet Deus illos, nec iubebit occidi. quod patet Ezech. decimo octauo, per totum capitu. vbi dicitur, quòd anima quæ peccauerit ipsa morietur, & filius nō portabit iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filij. sed si pater fuerit nequam morietur, & si genuerit filium declinantem a vijs patris ille non morietur, quòd si pater ambulans in vijs domini genuerit filium in contrarium, morietur, & non liberabitur propter patrem.

Pro maiori declaratione huius vide, quod scripsit supra 6. huius a qō. 27. vsque ad qō. 45.

Ponit causam huius, quia quilibet secundum merita, & demerita sua punietur, & pręmiabitur, & quia in filijs adultis est necessario meritum, vel demeritū, non moriētur pro peccatis patrū, quia si mali fuerint, & moriantur, pro peccatis suis pereunt, si autem boni

F fuerint, quamquam patres mali fuerint, Deus non occidet filios. De filijs paruulis manentibus in potestate paterna secus est, quia ipsi non habent aliquid secundum, quod mereantur, aut demereantur. ideo punit illos Deus, vt res pertinentes ad patrem suum, & nō nocet eis quæcunque mors euenerit, quin potius innocentibus mortis atrocitas ad coronam est: patribus autem eorum est pœna mors ipsorum, quia eos tenero diligunt cordis affectu, & ferè vt se ipsos. Sic factum fuisse videtur in filijs, & filiabus Achan. s. quòd filij sui paruuli, & filiæ mortui sunt. Quod aliter inducitur, qa dicitur hic, quòd tulerunt filios, & filias, & tabernaculum: & sic videtur, ꝙ isti adhuc manebant cum Achā in tabernaculo suo. vnde paruuli essent in potestate pa-

G terna. si autem habuisset maiores filios, qui iam viri p se essent, non occiderentur, vel si habuit non occisi sunt. nam si habuisset Achan aliquos filios magnos iā vxoratos, & habentes familiam, & ipsi cremarentur, non solum ipsi cremarentur, sed etiam filij eorum, scilicet nepotes Achan, & tabernacula sua, sicut tabernaculum Achan, vt patet hic. vnicum tamen tabernaculum crematum recolitur, s. tabernaculū solius Achā: ergo non habuit filios maiores, s. coniugatos qui cremarentur cum eo, sed paruulos qui pertinebant ad familiam illius. Filij autem magni emancipati non pertinent iam ad familiam paternam, sicut nec ad patriā potestatem. Rationabile ergo est, quòd dicit hęc opinio, ꝙ Deus occidat paruulos filios alicuius pro pecca-

H to illius, sed non magnos, quia sicut alicui peccanti rationabiliter auferuntur res, & delentur, & ipse patitur ita & de filijs paruulis est, qui sunt, vt res eius, vel partes illius, iuxta Aristotelem quinto Ethicorum, s. filius est pars patris donec sit Pelicon, idest, donec sit magnus, vel emancipatus: filij autem magni vel emancipati non sunt iam partes, vel res patrum, ideo non est rationabile pati pro patribus. De his filijs, & filiabus Achan dicendum est, quòd ista mors fuerit ad maiorem coronam: nihil enim mali promeruerant, nunc autem Deus percusserat eos atroci morte propter patrem: debebat ergo hoc eis recompensare in maioritate gloriæ in vita ęterna. Vtrum tamen hæc quę sic in expositione huius literę dicta sunt habeant veritatem, latius disputabitur infra in quæstionibus super In q. 71.

I hunc textum.

An vxor Achan lapidata fuerit cum eo.
Quæst. LIIII.

SED circa vxorē Achan inquiretur, an ipsa quoque lapidata fuerit, & cremata cum Achan.

Respondendum est, quòd non fuit lapidata, & nec quicquā mali passa est, quia solus Achan cum rebus suis perijt. vxor autem Achan non erat aliquid ipsius Achan, nisi eo modo quo Achan erat aliquid ipsius vxoris, quia vir & vxor ad paria iudicātur. sicut ergo peccante sola Achan vxore, non occideretur a Deo Achan, ita peccante Achan non debuit perire vxor eius.

K De filijs autem & filiabus longe distans est, quia isti pertinent ad patrem cum ab eo particulæ decisæ sint, ideo de vxore nihil dictum est, sed de solis filijs, & filiabus. *Et asinos, & oues.* Hæc cum eo combusta sunt ad maiorem delicti punitionem, & vt populus magis timeret videns ista fieri, etiam quia cum peccasset Achan anathemate, efficiebatur ipse anathema. Sic patet Deuteron. 7. s. ne inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est, sed in anathemate omnia destruuntur, vt patet Deutero. 13. ergo non solum Achan effectus erat anathema, sed etiam omnes res eius, erantque cremandę.

Ipsum-

Ipsumque tabernaculum. Etiam tabernaculum pertinebat ad res Achan: ideo cremandum erat, vt nihil de pertinentibus ad eum maneret. Erat autem tabernaculum istud portatile: si enim haberet domū Achan, illa dirueretur, atque incenderetur sicut factum est de vrbe Iericho quę tota succēsa est, quia fuit posita sub anathemate, & non habitaret quisquam in domo illa in ęternum in exemplum criminis, & punitionis. Sic etiam fit in committentibus crimen lęsæ maiestatis, circa principes magnos, nam ipsi cum rebus suis pereunt diruptis habitaculis eorum, atque interdictis habitari in ęternum.

A

Et cunctam supellectilem. Idest omnia bona mobilia. intelligendum est hoc de eis quæ pertinebant ad Achan, nam de possessione vxoris suæ ad quam nihil attinebat peccatum Achan, nec ipsa perijt, nihilque cōbustum est. ideo licet Achan dum viueret, possidebat atque disponebat bona vxoris, tamen quia ipse peccauit, res suæ solum perierunt reseruatis rebus vxoris.

B

Et omnis Israel cum eo. Idest Iosue duxit Achan ad locum lapidationis, & etiam omnis Israel cū Iosue duxit Achan, quia non tenebat Iosue vinctum Achā, sed alij ministri illum tenerent. vel magis ipse ibat cum cęteris non vinctus, quoniam frustra conaretur fugere inter tantam multitudinem. *Et duxerunt eos ad vallem Achor.* Ibi fuit lapidatus Achor, & omnia quæ ad eum pertinebant combusta sunt. & ista vallis fuit sic nominata, non quòd ante nominaretur vallis Achor, sed tunc nouiter nominari cœpit, nec tamen ideo nominata est, quia vocabatur Achor vir ille, sed ex eo, quod dixit Iosue nominata est. Falluntur enim in hoc ex similitudine nominis non attendentes, quia nō est idem nomen viri combusti & vallis. Sed vallis vocatur Achor, & vir vocatur Achan. sed vocatur vallis Achor ab eo, quod dixit Iosue, nam Achor in Hebræo turbationem notat, sicut cum turbatur aqua. & quia Iosue dixit, quia turbasti nos, exturbet te Deus. vocatur nomen vallis Achor, idest turbatio. vir tamen non vocatur Achor, sed Achan. Et patet ex similitudine dictionum, nam dixit Iosue. *Aser Achor tenu.* Idest, quia turbasti nos: vocatur ergo inde vallis Achor, idest turbatio. & ex hoc quidam turbantur, & habent occasionem corrumpendi dictionem hanc, quia reperiunt in Hebręo Achor in nomine vallis, & quia existimant esse deriuatum a nomine viri, vocant ipsum virum Achor, vt supra declaratum est.

Vnde vallis Achor fuerit sic nominata. vide supra quæst. 3.

C

D

Sciendum autem, quòd ponitur hic istud nomen per anticipationem, quia nondum vocabatur vallis illa Achor, sed postea vocata est, vt patet infra, quia tamen immediate factum est, scriptor qui post hęc omnia scripsit anticipando vocauit nomen vallis Achor. *Et dixit Iosue.* Hoc fuit cum poneretur Achan in loco lapidationis.

Quia turbasti nos, exturbet te Deus. Turbauerat Achan Israelitas, quia propter peccatum eius fuerant dati in manus hostium, & corruerant vulnerati triginta sex viri, vt patet supra, nec solum hoc malum esse putabāt Israelitæ, sed etiam alia maiora mala, scilicet, quòd audirent Chananæi, & omnes habitatores terre, atque conglobati circundarent eos & delerent, vt patet supra in litera, erant ergo nimis turbati magnas timentes calamitates, & certissime sibi euenturæ erant, nisi cęde Achan scelus expiaretur. Dixerat enim Deus nō poterit stare Israel contra hostes suos, eosque fugiet donec deleatur ex te, qui huiusmodi sceleris reus est.

E

Exturbet te Deus. Idest ponat te in turbatione, scilicet quòd ipse tibi hanc pœnam procurauit, in qua nunc turbaris, & dicitur hoc quasi per modum optandi. tamen magis intelligendum est per modum indicandi, & in pręsenti, scilicet, quòd Deus exturbat te.

In die hac. Idest, nunc est turbatio tua, vel pœna, sicut fuit turbatio nostra propter te diebus præcedentibus. Vel dicitur in die hac, idest nunc sit pœna tua, & nō reseruetur in futuro seculo tibi cruciatus. sed hoc magis alienum est.

Lapidauitque eum omnis Israel. Non solum fuit Achan lapidatus, sed etiam combustus. nam lapidibus pressus mortuus est, postea vero combustus. & sicut de eo dicitur, quòd lapidatus est, ita etiam de filijs eius, & filiabus.

Cur Iosue mutauit pœnam quam Deus infligi iusserat præuaricatori. Et an vocetur ignis quælibet pœna. tamen hæc quæstio non est eadem cum quæstione 44 & 61. Et quòd Achan non fuit damnatus æternaliter, quia pœnituit, & doluit de peccato, vide supra 1. cap. q. 6. *Quæst. LV.*

ET si arguat aliquis, quòd filij & filię non fuerunt lapidati, sed combusti, quia de solo Achā dicit, quòd lapidatus est, & de cunctis qui ad eum pertinebant, dicit quòd igne cremata sunt.

Dicendum, quòd vtrunq; debet referri ad Achan, & vtrunque ad res suas. nam manifestum est, quòd Achā crematus est, quia iussit eum comburi, vt supra patet. litera tamen dicit hic, ꝙ fuit lapidatus, & non tāgit, an fuerit combustus. intelligendum ergo, ꝙ vtrāque pœnam passus sit. ita de rebus suis econuerso dicitur, quòd crematæ sunt, & quòd non lapidatæ: tamen dicendum, quòd fuerint lapidata viuētia, & postea cremata. supellectilia autem & cętera quę non viuebāt, igne consumpta sunt.

Sed dicet aliquis, quomodo Iosue transgressus est pręceptum domini de pœna præuaricationis? dixerat enim quicunque in hoc facinore fuerit deprehensus comburetur igni. hic tamen dicitur, quòd fuit lapidatus.

Respondent quidam Iudæi, quòd crematio nō est aliqua pęna specialis, sed quamcunque afflictionem, vel pœnalitatem signat. sic patet Deuteron. 4. & Hier. 6. vbi seruitus Aegypti vocatur fornax ferrea. fornax tamen ab igne dicitur. ita dicunt quamcunque pœnā datam Achan, intelligi nomine cremationis, siue sit lapidatio, siue alia. Sed hoc non stat, quia iussit dominus, vt cremaretur Achan cum omni substantia sua. & sic factum est de substantia, vt patet hic. ergo intelligendum est, quòd fuerit a Deo iussum, vt cremaretur Achan. Item non solum iussum est, quòd crematur Achan, sed etiam tota substantia eius. tamen si nomine cremationis intelligeretur hic pœna quęcūque, & non esset combustio, nō posset hæc infligi omnibus rebus eius. nam res inanimatę Achan nihil pati poterant, nisi ꝙ cremarentur. ergo crematę sunt. sed eadem pœna dicta est a domino de Achan, & de rebus suis, ergo etiam Achan vere crematus est. Aliqui adhuc volentes respondere dicunt, ꝙ Deus dixit de Achan, ꝙ cremaretur, s. igne inferni pro hoc scelere. Iosue autem qui erat hic iudex debebat dare pœnam temporalem, ideo dedit lapidationem. Dicēdum est breuiter hoc non stare, vt inferius in quęstionibus supra textum latius disputabitur. Primo quia non videtur, quòd iste fuerit ęternaliter dānatus, quia pro peccato suo condignam pœnam hic tulit. non ergo videbatur, quòd post mortem puniendus foret, potissime quia videtur doluisse de peccato suo Achan, & illud confessus est humiliter petente Iosue dicēs. vere ego peccaui domino Deo Israel, & in hoc dabat gloriam Deo in se ipso. ideo satis erat hoc ad liberationē a pœna futuri seculi. sic enim dixerat sibi Iosue: fili mi da gloriam Deo Israel.

In qō. 62. & 63.

Item dato, quòd Achan cremandus esset igne ęterno, non denūciaret illud Deus Iosue, & alijs Israelitis, quia non pertinebat hęc pęna ad Iudæos, cum illa infligatur extra forum nostrum. solum autem ipse loquitur nobis de his quæ ad nos attinent. de illis autem nihil reuelaret, sed magis diceret, non est vestrum nosse tempora, & momenta quæ pater posuit in sua potestate, vt patet Actu. primo. sed expressit de combustione Achan, ergo ista intelligebatur esse crematio in præsenti seculo.

Item solidius patet, quòd nō intelligatur de crematione in gehenna, quia dicitur quicunque deprehēsus fuerit comburetur igni cum omni substantia sua. sed manifestum est, quòd substantia Achan non poterat cremari in igne ęterno, quia pœna illa animarum est. ergo necessario intelligitur de crematione in pręsenti. Item eadem pœna iussa est dari ipsi Achan, & rebus suis. sed in rebus Achan fuit crematio, ergo etiam fuit crematus Achan, & intelligebatur de pręsenti crematione.

Item non potest intelligi de pœna in igne ęterno, quia antequam sortes ponerentur dixerat Deus, quicunque deprehensus fuerit igne comburetur. quod potest intelligi per modum imperij, vel indicationis. Si per modum imperij manifeste pertinet ad cremationem præsentis temporis, nam de futura crematione nihil iuberet Deus Iosue, quia nihil ibi exequi poterat.

Si autem intelligatur per modum indicationis pertinebit ad futurum seculum. & tamen hoc non conuenit, quia tunc certissime Deus designaret eum periturum igne ęterno. quo dato non posset Achan effugere pœnam gehenne, quod falsum est, quia poterat conteri tempore medio, & tunc vitam ęternam adipisceretur. non ergo dictum est per modum indicationis de punitione in igne futuro, sed de igne cremationis pręsentis.

Item huic consonat litera ex verbis Iosue, scilicet, quia turbasti nos exturbet te Deus in hac die, & sic solum dicebat de pręsenti tempore, & non de futuro.

Intelligitur ergo crematio de pręsenti, & sic factū est, quòd fuit Achan lapidatus, & crematus. In quo dicit Nicolaus, vt tetigimus supra. quòd Achan peccauit dupliciter, scilicet quia abstulit de anathemate, & quia violauit sabbatum. fuit enim dies sabbati, vt aiūt cum corruit vrbs Ierícho, & ablatum fuit de anathemate. propter preuaricationem anathematis data est Achan prima pœna quę supra ponebāt, scilicet, quòd cremaretur, & fuit posterior ordine. propter violationem sabbati fuit alia pœna, scilicet lapidatio. nam qui violabat sabbatum lapidabatur, vt patet Nume. 15. de colligente ligna in sabbato. Primam pęnam, scilicet cremationem Deus iussit, quia iste erat casus specialis, scilicet pręuaricatio anathematis, de quo ante nō fuerat posita lex. De alia, scilicet lapidatione Deus non expressit, quia violantis sabbatum pœna cognita erat, scilicet, quòd lapidaretur, cum posita fuisset lex Numeri 15. cap.

In q̄ō. 44.

Auctoris determinatio.

Aliter responderi potest, quòd Deus vtramque pęnam imponi iussit, sed non exprimitur vtraque, quia frequenter sacra Scriptura cum aliquid bis ponēdum est, ne fiat frequens, & inutilis repetitio, ponit semel incomplete, & postea non enarrando totaliter supplet aliquas partes, quæ omissæ fuerant in prima narratione: ita quòd ex duabus narrationibus fiat vna plena narratio. sicut patet in libris Regum, & Paralipomen. quia duo libri Paralipomenon, sunt supplementa eorum quæ omissa fuerant in libris Regum, tamen non narratur Historia complete in libris Regum, nec complete in libris Paralipomen. sed particulæ omissæ in libris Regum supplentur in libris Paralipomenon. Ita ergo supra expressum est de crematione, & non de lapidatione, hic autem de lapidatione Achan subiunctum est, & non fuit dictum de crematione. sed de hoc disputabitur latius infra in quęstionibus super istum textum.

F

In q̄ō. & 61.

Quare res inanimatas Achan, vt supellectilia, & omnia alia quæ nec sentiunt, nec peccauerunt, Deus iussit cremari.

Quæst. *LVI.*

ADHVC vltra pręđicta in superficiali literæ expositione, est dubium quare Deus iussit cremari cuncta quę erant ipsius Achan, nā res inanimatę non peccauerant, ideo neq; puniri debebant, aut vastari. Secundo, quia superuacuum videbatur hoc esse, quia pęna inferenda est sentienti, sed inanimata non sentiebāt, vt tabernaculum, & supellectilia Achan, ergo frustra erat ea cremari.

G

Aliqui dicunt, quòd hoc verum est. ideo dicunt, quòd Deus non iubet ista inanimata cremari, sed intelligitur de operibus hominis, scilicet, quòd non solum cremandus erat Achan, sed etiam opera eius. nā per ignem purgatorium cremantur opera nostra, quę vocantur lignum, fęnum, & stipula, primo Corinth. tertio cap. & ad hoc mouentur, quia dicitur in litera cuncta quæ illius erant, & exponunt isti, idest cuncta opera. Sic exponit Gloss. ordinar. scilicet, nec mouere debet, quòd non ipsum tantum, sed etiam omnia quæ sunt eius Deus igni cremāda pręđixerit: ait enim igni cremabitur, & omnia quęcunque sunt eius: omnia enim opera possunt intelligi quę cum illo dixit esse cremāda, nam sicut Apostolus dicit de quibusdam operibus igne consumptis ipse saluus erit, sed huius peccatum intelligendum est, ita vt etiam ęterno igne puniatur.

H

Sed dicendum est, quòd iste sensus est mysticus, & non literalis, quia necesse est intelligi, quòd vere omnia quæ pertinebant ad possessionem Achan, cremata fuerint, vt litera innuit.

Et cum volunt isti dicere, ꝙ intelligatur de peccatis cremandis in pœna purgatoria. Dicendum, ꝙ non potest hoc cōuenire isti literę. Primo patet ex verbis mādati diuini, nam dicitur, quicunque in hoc facinore fuerit deprehensus comburetur igni cum omni substantia sua. sed substantia signat res possessas, & non peccata, sic accipitur Luc. 15. cap. de filio prodigo qui viuendo luxuriose dissipauerat omnem substantiam suam. Secundo patet ex modo executionis, quia dicitur in litera: tollens itaque Iosue Achan filium Zaræ, argentumque, & pallium, & auream regulam, filios quoque, & filias eius: boues, & asinos, & oues, ipsumque tabernaculum, & cunctam supellectilem, & omnis Israel cum eo duxerunt eos ad vallem Achor. vbi dixit Iosue, quia turbasti nos exturbet te Deus in die hac. lapidauitque eum omnis Israel, & cūcta quę illius erant igne consumpta sunt. & ita fuit ibi crematio realis, ꝗa nominatur ibi locus, & singillatim res ipsę quæ crematę fuerunt, quod nullo modo potest intelligi de pœna purgatoria. Tertio patet, quia ista executio dicitur facta per Iosue, & totum Israel. & tamen si intelligeretur de igne purgatorio non fieret executio per Iosue, & Israelitas, sed per Deum, quia ea quæ pertinēt ad aliud seculum non administrantur per homines, ꝗ illuc nondum peruenerunt, sed per Angelos, aut dæmones, aut per ipsam creaturam obedientem diuino mandato, scilicet per ignem. Dicendum ergo, quòd omnia quæ ad Achan pertinebant realiter cremata sunt, quia ita Deus iussit propter rationes dictas supra in literę expositione.

I

K

q̄ō. 45. & 55.

Quid

Quid est regula aurea, & quare pro tam paruo furto fuit, tam grauis pœna. Et quod opinio ipsius Adamantij, & glo. fuit, quòd lingua aurea quam furatus est Achan, est eloquentia philosophorum, & poetarum: & quomodo caute legendi sunt libri poetarum, & philosophorum. *Quæst. LVII.*

SED quæretur specialiter circa quędam istorum bonorum, s. circa regulam auream quare cremata est, & quomodo propter furtum tam paruę rei fuit tanta indignatio Dei. Aliqui dicunt ꝙ non intelligitur de regula, vel lingua aurea, vt aurũ & metallum; quia non erat tunc causa tãti peccati, sed dicunt, quòd lingua aurea est ipsa eloquentia fulgens, sicut aurum, per quam multi decipiuntur, siue accipitur eloquentia philosophorum iuncta sapientię mundanæ quę multos decipit, & auertit: sic enim Corinthij decepti fuerunt a philosophis, vt recederẽt ab obseruatione Euangelij, vt ait Hieronymus in Prologo super Epistolam ad Corinthios, & ipse videns has deceptiones admonebat Colossenses ne attenderent ad verba philosophorum. ad Colossen. 2. capit. scilicet videte, ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanẽ fallaciam secundum traditionem hominum secundum elementa huius mundi, & non secundum Christum. Etiam decipiuntur Christiani per eloquentiam gentilem legendo libros philosophorum, & maxime poetarum, vbi multa turpia de vitijs, & multa falsa, & execranda de dijs suis continentur, quæ turbant animos Christianorum pauca intelligẽtium, talia autem dicuntur Christiani furari, quia non sunt sua, idest nõ pertinent ad doctrinam Euangelicam, quãdo autem talia absconduntur, idest in corde retinentur cum desiderio quodam, & placere incipiunt, vacillat doctrina Euangelica in cordibus istorum, & hoc grauissima damna toti Ecclesiæ facit, quia posset totam fidẽ subuertere.

Sic exponit Adamantius, & Glo. ordinat. scilicet furatus est autem regulam auream, & posuit in tabernaculo suo, non puto in illo furto parui auri tãtam vim fuisse peccati, vt tam numerosam Dei macularet Ecclesiam, & respondet, sed multus decor est in verbis, multa in philosophorum, vel rhetorum sermonibus pulchritudo, qui omnes sunt de ciuitate Iericho, idest de hoc mundo, si ergo inuenias apud philosophos ꝑuersa dogmata, idest luculenti sermonis assertionibus decorata ista est lingua aurea. sed vide ne te decipiat fulgor operis, ne te rapiat sermonis aurea pulchritudo: memento quòd Iesus anathema iussit esse omne aurum, quod in Iericho fuerit inuẽtum. si poetam legeris fulgenti carmine Deus deasque texẽtem, ne delecteris eloquentiæ suauitate, lingua aurea est. si eam sustuleris, & posueris in tabernaculo tuo, idest si intro duxeris in cor tuum quæ ab illis asserũtur pollues omnem Ecclesiam Domini. debemus autem diligenter discutere, ne quis habeat in tabernaculo suo Ierichõtinam linguam absconditam, & abijciamus malũ ex nobis ipsis, quia etiam si cessamus, arguet Deus vt spõte confiteatur, & dicat: furatus sum auream linguam.

Dicendum, quia ista verba sunt quantum ad periculum, quod prouenit ex eloquentia, & sapientia gentilium: tamen non est iste sensus literalis, sed mysticus. Primo, quia apparet manifeste, quòd ista erat lingua aurea, quã inuenit Achan in Iericho, & accipiens illam abscondit, postea autem cremata apparet ex litera.

Secundo, quia si intelligitur de eloquentia gentilium, non peccaret in hoc Achan, quia nihil tale accipiebat, neque propter hoc occideretur, & tamen iubente Deo occisus est, ideo debet intelligi de furto materiali linguæ aureę, & non de eloquentia gẽtiliũ.

Cum autem obijcitur quomodo pro furto, tam paruæ rei tanta indignatio Dei secuta est.

Dicendum, quòd furtum fuit paruum, sed peccatum fuit magnum, & pro magno peccato iuste secuta fuit magna indignatio. Erat peccatum valde graue, quia Deus valde vetuerat accipi aliquid de anathemate Iericho. cum autem Achan accepisset regulam auream, contemnebat Deum vetantem, ideo erat graue peccatum: non enim iudicatur grauitas peccati secundum quantitatem rei in qua delinquitur, sed iuxta conditionem eius in quem peccatur, sicut fuit in taxationibus iniuriarum. & ideo Aristoteles dixit libro quinto Ethicorum. contra passum non esse simpliciter iustum, quia si rex percutiat rusticum non oportet repercuti, & si rusticus percutiat regem non satis est repercuti, sed oportet occidi. vnde cum in his peccetur contra Deum, siue res in qua delinquitur, sit magna vel parua, non multum differt cum sit peccatum contra Deum. iuxta illud Tullij in Paradoxis, in Paradoxa quæ incipit parua, inquit culpa, scilicet, quòd gubernator euertat nauem auri, vel paleę in re quidem multum differt, in arte vero nihil. & ita siue res sit parua, siue magna in qua peccatur, quia peccatum est cõtra Deum, semper habet magnum errorem.

Quare regula aurea, & sicli, & pallium coccineum cremata sunt. Et quòd Deo non debent applicari, nisi ea quæ munda sunt, & pretiosa. *Quæst. LVIII.*

SED adhuc quæretur, quare aurũm quod accepit Achan, idest regula aurea, & quinquaginta sicli, & pallium coccineum cremata sunt?

Dicendum, quòd fuit primo, quia cum Achã occideretur pro delicto, erant omnia quæ illius erant vastanda in detestationem criminis. sed ista iam erant aliquo modo effecta ipsius Achan cum vsurpasset ea, & posuisset inter sua. ideo cum cæteris quæ illius erãt cremari debuerunt.

Secundo, quia ista accepit Achan de anathemate Iericho, & si non accepisset cremarẽtur ibi saltem pallium. ideo & nunc cum per Israelitas inuenta fuerint cremanda erant.

Sed aliquis dicet cur non ponebantur in thesauris domini cum cęteris ibi reconditis? Dicendum, quòd quædam illorum non poterant poni in thesauris Dei, scilicet pallium coccineum, quia non ponebantur ibi, nisi quatuor metalla, s. aurũ, argentum, ferrum, ęs, pallium autem non erat metallum. regula tamen aurea, & quinquaginta sicli poni poterant, & positi fuissent si Achan non accepisset eos de anathemate, nunc tamen non debuerunt poni. Primo, quia Deus nõ vult pertinere ad se peccata. Achan autem peccauerat accipiendo ista de anathemate, ideo vt videatur, ꝙ non solum peccatum, sed etiam ea quæ ad peccatum aliquo modo pertinent Deus detestatur, voluit quòd non applicarentur ista ea ponendo in thesauris suis, sed cremarentur.

Secundo fuit, quia Deo non debent applicari, nisi ea quę munda sunt, & pretiosa. & ideo Deus conqueritur. Malach. 1. capitu. de sacerdotibus qui offerebant ei animalia clauda, & cęca, & macra qualia nõ placebant principibus terrenis. sed ista regula aurea, & sicli erant iam, vel reputabantur immunda, eo ꝙ contrectasset ea Achan cum peccato, & abscondisset inter res suas, per quod iam ista vilia facta erant. vt ergo ostendat, quòd non placent ei quæ abiecta sunt, sed mundissima, noluit quòd in thesauris suis ista ponerentur, sed cremarentur cum cęteris immundis.

Quare tabernaculum Achan,& omnia quæ eius erant,igne cremata sunt,cum non peccassent. Et quòd nihil est quod polluat hominem,nisi peccatum cordis.tametsi antiqui putabant pollui res exteriores ex peccato peccantium. Quæst. LIX.

SED quæretur de cęteris rebus Achan,scilicet tabernaculo,& supellectili vniuersa, & bobus,atque ouibus,quare lapidata,aut cremata sunt.

Aliqui dicunt,ꝙ ista non debuissent cremari, quia pallium coccineum, & regula aurea, atque sicli cremari debuerunt, quia erepta sunt de anathemate. ea tamen quæ possidebat Achan non pertinebant ad anathema,ideo non debuerunt cremari.

Dicendum, quòd omnia hęc debuerunt cremari, quia Deus illud iussit supra in litera,s.quicunq; in hoc facinore deprehensus fuerit, comburetur igni cum omni substantia sua.

Sed quęretur,quare Deus mandauit ista cremari?

Dicendum ꝙ fuit primo ad ostendendum magnitudinem delicti, scilicet, quòd tam graue fuit delictũ istud, quòd non sufficiebat mors Achan pro illo expiando ad auertendam iram.ideo non solum ipse pati debuit,sed etiam quicquid aliud cum ipso, & propter ipsum pati posset.vnde ex hac causa non solus Achan, sed etiam filij sui fuerunt lapidati,vt patet in litera,qui tamen in hoc dure cruciabantur.& ista est causa pręcipua quę videtur signari ex verbis Dei,cum dicitur.quicunque in hoc facinore deprehẽsus fuerit,igne comburetur cum omni substãtia sua,quasi dicat, nihil maneat de eo propter magnitudinem delicti.

Secundo fiebat ad detestationem criminis, scilicet reputabatur,tam graue istud delictum, quòd ad detestationẽ illius debebat totaliter deleri memoria pęccantis. & hoc erat, quòd neque ipse maneret, neque aliquid eius, ideo oĩa cremarẽtur:similiter enim quędam sunt quæ non peccauerunt,& tamen propter detestationem criminis occiduntur,aut delentur,sicut si quis coiret cum pecore, iubebat Deus lapidari hominem,& adiunxit pecus quoque occidite.Leuiti.20.ca. certum est tamen, quòd pecus non peccauerat cum irrationabile sit.

Tertio factum est ad magnam admonitionem populi.nam videntes ipsi, quòd Achan licet solus peccasset,non solus peribat, sed etiam omnia quæ ad illum pertinebant,timerent nimis, & cauerẽt talia committere.nam propter timorem incutiendum multa fieri iubentur,sicut in veteri testamento Deus iussit filium contumacem coram omnibus occidi, vt incuteretur cęteris timor, & non auderent similia committere, Deuteronom.21. cap. lapidibus obruet eum populus ciuitatis,& morietur,vt auferatis malum de medio vestri,& vniuersus Israel audiens pertimescat. Similiter & in nouo testamento correctiones criminosorum fieri debebant,vt alij timerent.Sic dicit Apostolus,primo Timoth.4.capi. peccantes enim coram omnibus argue,vt cęteri timorem habeant.

Quarto factũ est,quia omnia pertinentia ad Achan reputabantur immunda.tam abominabile enim iudicabatur istud peccatum, quòd non solum cõmittens, sed etiam omnia sua reputabantur polluta,& maculata ab immunditia ipsius criminis, & ideo ad quęcunque venirent aliqua illorum bonorum, videretur pollui ex illis. vt ergo non posset aliquis in existimatione aliorum pollutus esse possidẽdo,aut contingendo aliquid eorum quæ pertinuerunt ad Achan, iussit Deus omnia illa cremari, ita vt a nullo possideri possent.

Et hoc verũ est,quòd ita putabatur apud antiquos. nam licet secundum veritatem nihil est, quod hominem polluat,nisi peccatum,quod est in corde.Matth, 15.& illud solum inficit peccantem, quia est res spiri-

F tualis,& non facit contagionem materialem, tamen antiqui qui non satis cognoscebant conditionem peccati,putabant pollui res exteriores ex peccato peccantium.& secundum istum modũ loquebatur eis Deus, vt patet Leuit.22. cap. de manu alienigenæ non offeretis panes domino Deo vestro,& quicquid aliud dare voluerit,quia corrupta,& maculata sunt omnia,nõ suscipietis ea. & ita reputabantur polluta quæ tãgebat gentilis,& sic nõ recipiebantur in oblationem. Et adhuc manifestius apparet in casu dato,vbi ex magnitudine peccati censebantur polluta omnia,quæ possidebat peccans,& locus in quo morabatur, ita vt non liceret iam alijs tangere res illas,sicut erat de ciuitatibus idolatrarum in terra Israel.nam occidebantur omnes

G habitantes ibi, & iumenta, & cremabantur cum ipsa ciuitate,cuius ędificia diruebantur ad solum,ita vt nihil inde liceret accipi, neque habitare in vrbe. Deuteronom.13.capitu.

Quinto fuit,quia Deus solet punire grauissime ipsa peccata in principio sui, vel in principio legis alicuius ab eo datæ,siue in generali,siue in speciali. In generali patet,vt in diluuio.nam dicitur,quòd omnis caro corruperat viam suam.Gene.6.capit. & Deus non solum ipsos puniuit peccatores, sed omnes homines quotquot erant occidit, animalia quoque omnia, ita vt nihil maneret viuens,& ipsa quoque terra disperdita est cum animalibus eodem capitu.& Gene.7.& 8.

Quare Deus grauissime solet punire peccata in principio alicuius legis ab eo datæ, tam in generali quam in particulari.

De peccatis in particulari patet,vt de peccatis sodomorum.nam deleuit Deus peccatores cum vrbibus.

H Gen.19.capit. sępe tamen postea homines generaliter corruperunt vias suas, sed Deus non immisit diluuiũ, neque aliquam generalem pœnam, quia illud fuit in principio.similiter & fuerunt postea, & sunt nunc ciuitates multæ sodomitarum, sed neque ciuitates, neque ipsos peccatores Deus acriter punit, sed misericorditer expectat.illud autem fecit,quia videbatur ibi sumpsisse originem illud flagitium, & Deus voluit illud in suo exordio dure castigare.

Sic Deus oriẽtem nouiter simoniam acerrime puniuit.nam Geyci accipiens pretium pro spirituali dono incurrit lepram a domino, & tota posteritas eius. 4.Regum 5.cap.multi tamen quotidie maiores simoniaci sunt qui in nullo lęduntur a Deo.

I Sic quoq; Petrus occidit, aut potius iubente domino mori fecit Ananiam & Saphiram,quia mẽtiti sunt occultantes partem pretij agri,vt patet Actu.5.capit. sed multi quotidie mentiuntur, & fraudant, qui nihil mali patiuntur. illud tamen fuit, quia erat ibi principium status noui testamenti.Ita nunc Deus tam dure punire voluit Achan pro scelere pręuaricationis anathematis,quia nunc erat primum anathema positum a Deo,& qui illud violaret deberet dure puniri,& forte non fieret, tam acerba castigatio, si quis delinqueret in alijs anathematibus sequẽtibus ponẽdis a Deo, vel ab homine.

Sexto fuit, quia omnia pertinentia ad Achan reputata sunt esse de anathemate,& causa est,quia qui acci

K piebat aliquid pollutum,vt de anathemate, iudicabatur ipse anathema,& domus sua in quam inferebat rẽ de anathemate,vt patet Deuteronom.7.capit.non inferas quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema sicut,& illud est.& tamen quãdo aliquis,& domus eius fiebant anathema,omnia quæ ad illum pertinebant cremabantur,& nihil inde accipi licebat. Deuteronom.13.capitu. sed ita fuit de Achan, quia accepit aliquid de anathemate Iericho, & consequenter factus est ipse anathema cum rebus suis, ergo debuerunt omnia quæ ad eum pertinebant, cremari.

Quare totus Israel exiuit ad lapidandum Achan, & cremandum omnia quæ illius erant. Et quòd ad quemlibet de populo pertineret solicite vindicare diuinas iniurias, & minus eas tolerare quàm proprias.
Quæst. LX.

QVAERETVR, quare totus Israel exiuit ad lapidandum Achan, & cremandum omnia quæ illius erant.

Propter sex rōnes totus populus exiuit ad lapidandum Achan.

Dicendum, ꝙ hoc fuit: Primo, quia talis erat cōsuetudo in lege Moysi, ꝙ totus populus iret ad lapidandum illum, qui lapidandus erat. Leuitic.24.& Nume.15. sed nunc Achan lapidandus erat, ideo debuit a toto Israel lapidari. Secundo fiebat, vt omnes timerent, nam volebat Deus, ꝙ in pœna vnius alij castigarentur.& adhuc oportebat ꝙ omnes viderent, quādo aliquis puniretur, vt tamen magis inde admonerētur, volebat ꝙ non solum viderent, sed etiam ipsi pœnam infligerent. sic patet Deuter.ca.21. quando filius contumax lapidādus erat, s. lapidibus obruet eum populus ciuitatis, & morietur, vt auferas malum de medio tui, & vniuersus Israel audiens pertimescat.

Tertio fiebat, vt ostendat Deus, ꝙ ad quemlibet de populo pertinet procurare ne in populo fiat peccatū, quia ex peccato vnius inficiuntur alij, & posset eis pœna euenire: ideo vt hoc non accidat debent ipsi diligēter inquirere qui sint peccatores, & illos exterminare expellendo eos de consortio suo. Sic patet Deuteron. 17.cap. quando in aliqua ciuitate erat aliquis qui suaderet alijs colere Deos alienos. nam inuenta veritate iubebatur a toto populo lapidari peccator. & concluditur ibi, & auferes malum de medio tui. & idem dicitur Deuteronom.21.

Quarto fiebat, quia Deus volebat innuere, quòd ad omnes homines pertineat solicite vindicare diuinas iniurias, quia adhuc minus debēt tolerare diuinas iniurias quàm proprias. sed per peccatum contemnitur Deus, & irrogatur ei quædam iniuria. & ita peccatori totus populus debet inferre pœnam vindicando iniuriam Dei sui. Et non solum debet hoc fieri, sed etiam si non fiat indignatur Deus contra populum, qui non vindicat eius iniurias, vt patet Leuit.19.cap. de illo qui dabat de semine suo idolo Moloch. nā si populus terræ contemneret illum lapidibus obruere, obfirmabat Deus vultum suum contra totum populum, sicut cōtra ipsum peccatorem.

Quinto fiebat specialiter hoc ex conditione pœnę. nam quædam pœnæ sunt quæ non infliguntur a multitudine, sed ab vno vel paucis, sicut suspensio, crematio, flagellatio. quædam sunt quæ de cōditione sua debent inferri a multitudine, & non ab vno solo, sicut lapidatio. primæ pœnæ, quando inferebantur, non dicitur, ꝙ totus populus illud efficeret, vel ad illud conueniret. de secundis pęnis dicitur, ꝙ totus populus conueniat. De primo patet in suspendio. nam non dicitur, ꝙ a toto populo, sed solum, ꝙ appendetur in ligno. Deuteron.21.cap. de crematione non dicitur ibi, ꝙ a toto populo, sed ꝙ cremabitur Leuit 21.ca. scilicet filia sacerdotis si deprehēsa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui flammis exuretur. De flagellatione solum dicitur, quia iudices facerent ante se prosterni eū qui flagellandus erat, & flagellaretur. Deuterono.25. cap. vel dicitur interdum, quòd seniores vrbis flagellabunt eum qui flagellandus est, sicut est de illo qui calumniabatur vxori suæ dicens, non est inuenta in ea virginitas. Deuterono.22.& tamen intelligitur, quòd flagellarent eum, idest facerent flagellari coram se, iuxta illud Deuteronom.25. quia illi seniores erant iudices. De secundo, scilicet de lapidatione apparet, quòd ex conditione sua debeat inferri a multis, quod fit, ne

A quis diutius torqueatur, quod esset quędam crudelitas, cum autem a multis fit lapidatio, ipse lapidatus subito obruitur & expirat. Et nō solum in lege Dei, sed & nunc secundum humanam legem, quando quis lapidandus est, totus populus conuenit ad illud efficiendum, & sic quandocunque de ista pęna mentio fit in veteri testamento, dicitur quòd totus populus lapidaret peccatorem, vt Leuit.24.& Numer.15.& Deuter. 17.& 21.& 22.

Sexto factum est hic ex causa speciali in Achan, qa pręter offensam Deo irrogatam contemnendo præceptum eius, adhuc offenderat valde Achā populum, quia propter peccatum eius deseruerat Deus populū, & perierant triginta sex homines, præsenti capitu. B & sic erat Achan effectus hostis populi. vnde ad populum pertinebat sumere vindictam de illo, quod factū est conuenienter, quando totus populus eum lapidauit. & ita Deus videtur voluisse cum dixit sequen.cap. non ero vobiscum, donec conteratis eum qui huius sceleris reus est. & ita voluit Deus, quòd Achan a toto populo contereretur, quod factum est, quando eum totus populus lapidauit.

An Achan fuerit in pœna inflictum, quod Deus iussit, vel Iosue mutauerit pœnam, & de tribus opinionibus circa mortem Achan, an fuerit lapidatus, uel crematus, & an fuerint duæ pœnæ vel vna.
Quæst. LXI.

C QVAERETVR quomodo in pęna Achan, nō fuit inflictum quod Deus iussit. nam ille dixit. quicunque in hoc facinore deprehēsus fuerit comburetur igni cum omni substantia sua. & tamen Iosue fecit eum lapidari.

Aliqui dicunt, quòd Achan fuit lapidatus, & nō crematus, quia Deus hoc iussit, & nō fuerunt violata verba eius, sed cum dixit, quòd cremaretur intellexit lapidationem per cremationem. & ad hoc volunt, ꝙ omnis pœna signetur nomine ignis, eo quòd omnis pęna cruciat, sicut ignis vrit. & est modus loquendi scripturæ vocare quamcunque pœnam ignem, & durissimam pœnam vocare fornacem ferream ardentem, vt Deuteronom.4.cap. dominus eduxit vos de fornaD ce ferrea Aegypti, quod dixit ad signandam maximā pœnam, quam tolerabant Iudęi in Aegypto. Et hoc tenet August. cum dicit, quæritur cum dominus eum qui furtum fecerat, cum fuisset comprehēsus, igni cremari pręceperit, cur Iesus potius lapidari fecerit, an ita eum mori oportuit, quomodo Iesus verba iubētis intellexit. ideo quęrendum magis cur dominus lapidationem ignem dixerit, quàm credendum Iesum aliud quàm dominum iussisse. nam ad intelligendum verba domini quis potuit esse sapientior, vel ad facienda obedientior? sed nomine ignis potuit pœna significari, sicut ibi, qui eduxit vos de fornace ferrea, scilicet de tribulatione.

Secunda opinio est, quòd lapidatus est Achan, & hoc Deus voluit, sed vocauit istam lapidationē ignē, E quia per istam lapidationem euasit Achan pœnam ignis futuri. & ita accipiunt ambæ pœnæ idem nomē, quia vna pœna subrogatur in locum alterius.

Istud tenet Adamantius, scilicet duę mihi causę occurrunt, vt non ambę sint, sed altera ex eis: cur non ille cum omnibus suis euidenti igne crematus sit: si enim peccatum eius dominus tale iudicauit, quod supplicio illo expiatum non puniret in ęternum, propter ipsam purgationem pœna illa data est ignis, neque ad hunc intellectum quisquam tendere moueretur si eum inuisibilis ignis exureret. nunc vero cum propter verba Dei, & factum Iosue, qui præuaricari

verba illa non posset, recte dicitur lapidationem ignē fuisse, vt agnoscatur pœna illa hominem illum fuisse purgatum, ne puniretur in posterum, quod significat vasa in Leuitico, quæ iubētur igne purgari. Tertia opinio est, quòd Deus iussit Achan lapidari, & non cremari: & ita impletum est. cum autem obijcitur, ꝙ dixit Deus igne cremabitur, dicunt ꝙ intelligitur de pęna quam prenūciauit Deus futuram esse in alio seculo ipsi Achan, & non de aliqua quæ hic deberet inferri. & hoc ostendunt inquantum dicitur igne cremabitur, & non dr̄ igne cremabitis. & ita ſm̄ hanc opinionem verba ista Dei non debent accipi imperatiue, sed prenunciatiue. Et istam etiam opinionem ponit Adamantius cum pręcedenti dicens. si autem tale peccatum fuit illud propter quod eum etiam post hanc vitam gehennæ ignis susciperet, ideo Iesus voluit eum lapidari, vt quod a domino sic dictum est igni cremabitur, intelligeretur quod dominus faceret, non quòd ab ipsis esset faciendum. non enim dictum est igni cremabitis eum. cum vero ita dictum est, vt magis videatur Deus, quod ei futurum erat prędixisse, quam ꝙ ei ab hominibus fieret præcepisse, non potuit melius facere Iesus qui diuina verba, sicut propheta intellexit, ꝗ hoc ipsum prophetice fecit, ꝗ̄ vt illū lapidibus magis, ꝗ̄ flāmis perimeret, ne in illis ignibus verba dn̄i viderētur completa, quæ ob aliud dicta volebat intelligi.

Prima opinio Augus. de morte Achan, non potest stare propter tres rationes. Quæst. LXII.

SED dicendum, ꝙ istę opiniones nō stant, licet inter eas rationabilior est, & quæ magis teneri posset prima opi. quæ est August. & tamen adhuc illa non videtur stare, quia illa ponit vnicam fuisse pœnam, s. lapidationis, & illam vocari ignem. Primo quia non starent proprie ista verba, sed per metaphoram, s. ꝙ lapidatio vocaretur ignis, sed istud non conuenit circa mandata Dei quę secundum verba plana debent poni, & ita impleri. & nusquam inuenitur in aliquo præcepto dato a Deo talis modus loquendi metaphoricus, vt pœna quęlibet per ignem intelligatur, licet in narrationibus rerum gestarum nō sit istud inconueniens, quia ibi metaphora habet locum, eo ꝙ ex ipsa re gesta cognoscitur sententia verborum, & tale est illud. eduxit vos dominus de fornace ferrea Aegypti, quia narratio est, & non pręceptum. sed hic est pręceptum. ideo cum dicatur de igne, sic debet intelligi ad literam.

Secundo quia si iste modus loquendi haberet locū in diuinis mandatis, fieret confusio pœnarum a Deo iussarum. nam aliquando iubet Deus peccātes cremari, aliquando inferri alias pęnas. si autem nomine ignis intelligeretur quęcūque pœna, posset inferri vna pro alia contra intentionem Dei, quod est magnum incōueniens. ergo non potest intelligi ignis, nisi pro igne. Et patet hoc, quia aliquando imponitur pęna ignis, sicut Leuit. 21. capit. sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro flammis exuretur, & Deuteronom. 13. capi. de ciuitatibus idolatrarum iubebatur, quòd cum omnibus quæ in eis erant, cremarentur.

Tertio patet, quòd non possit accipi mandatū Dei de lapidatione, quia si de solo Achan diceretur, posset aliquo modo concedi. & tamē dicitur de eo, & rebus suis. s. quicunque in hoc facinore deprehensus fuerit comburetur igni cum omni substātia sua. & ita oportebat, quòd ista pœna ignis esset communis ad Achan & ad omnes res eius. & tamen accipiēdo lapidationē non pro igne, non poterat esse pęna communis, quia inanimata & supellectilia, maxime res molles, vt vestes, non possunt lapidari. possunt autem omnia cremari, tam dominus quàm res possesse, non ergo intelligitur lapidatio nomine cremationis.

F

Secunda opi. Adamantij non stat propter septem rationes. Et ꝙ Deus nunquam determinate reuelat alicui viuenti, quòd debet damnari, vel non damnari post hanc vitam. Quæst. LXIII.

SECVNDA & tertia opiniones non stant. De secūda patet, quia ista præsupponit id quod prima, & addit aliquid: id quod præsupponit est, scilicet, quòd hic fuerit vnica pœna, s. lapidationis, & illa intelligatur nomine ignis. & quantum ad hoc militant eędem rationes tres quę ponuntur pręcedenti quęst.

G Aliud est, quod addit, s. ꝙ ista pœna lapidationis vocetur crematio per ignem, eo ꝙ ista pœna erat ad purgandum loco pœnę ęternæ quę erat in igne.

Sed dicendum, quòd non stat. Primo, quia iste modus loquendi est multum alienus. nam si nō recipitur metaphora in pręceptis Dei de vna re temporali ad aliam propter dubitationem intelligēdi, multo minus recipietur de re temporali ad rem spiritualem, & pertinentem ad aliud seculū, de quo minor cognitio est, & maior dubitatio esse poterat. & tamen tale esset hic s. accipiendo, quòd euitaretur æterna crematio.

Secundo, quia scriptura debet taliter proponi, ꝙ intelligatur ab eis quibus proponitur, & maxime illa ꝗ consistit in pręceptis. & tamen si intelligeretur, quòd

H lapidatio vocaretur crematio, quia supplebat locum ęternę cremationis, non intelligeretur a Iudeis, quia illi ignorabant prorsus ea quæ pertinebāt ad futurum seculum, & ad statum animarum corporibus solutarum: ideo non intelligeretur de hoc. patet istud, quia adhuc tempore Christi, quando finiebatur status Iudaicus, & pręcesserant omnes sapientes Iudęorum, & tanta exercitatio in lege, adhuc Hebręi erant incerti de futuro seculo. Nam Saducęi dicebant, quòd non erat resurrectio mortuorum, neque est aliquis Angelus, neque diabolus, siue spiritus. Pharisęi autem confitebantur asserentes vtrunque. Actu. 21. c. & tolerabantur istę opiniones. & sic patet, quòd nō erat certitudo aliqua inter Iudęos de his, quia si esset certitudo non

I toleraretur tantus error Saducęorum. sed qui ignorat immo negat resurrectionem, & Angelum, & spiritū, negat necessario statum animarum corporibus solutarum quantum ad pœnas & gaudia, cum anima corpore soluta sit spiritus. ergo non poterant scire esse pœnam ignis post mortem. multo minus ergo istud notum esset tempore Iosue, quando incipiebat status legis, & non pręcesserat exercitatio circa cognitionem eorum quæ pertinebant ad legem, & ad alia inde dependentia, & sic Deus non loqueretur de hoc.

Tertio, quia Deus nūquam loquitur aliquid superuacuum, & inordinatum, cum ipse sit regula totius ordinis. & tamen superuacuum erat, quòd Deus loqueretur ad Israelitas de eo quod nullo modo pertinebat

K ad eos, ergo non loqueretur. tale autem erat, quòd diceret Deus de commutatione pœnę ęternę in istam temporalem, quia ista commutatio nullo modo fit p nos, sed per solum Deum, cum ista commutatio pertineat ad iudicium futuri seculi, ergo non intelligeretur verbum Dei de hoc.

Quarto, quia non videtur hoc cōuenire literę, nam dicitur quicunque deprehensus fuerit in hoc scelere igne cremabitur. & ita certificaret Deus, quòd quicunque ille esset, non puniretur in inferno, sed solum puniretur hic, quod non est conuenienter dictū, ꝗa poterat esse, ꝙ qui deprehenderetur in hoc facinore non doleret de hoc peccato, & sic moreretur in peccato mortali,

mortali, & talem nūquam Deus liberaret a pęna ęterna per quācunque pęnam temporalem, ergo nō certificaret Deus sic. Sed ad hoc aliquis diceret, ꝙ Deus poterat de hoc certificare, quia ei omnia sunt nota, & potest cōuertere, vel auertere corda hominum, quocunque ille voluerit. Prouer. 15. & 21. c. Dicendum, ꝙ non stat, quia licet hoc verum sit, tamen Deus de talibus nunquam vult certificare ne videatur libertatem arbitrij tollere ad se vertendum ad vnum, vel ad alterum, & patet hoc Ezechi. 3. c. vbi Deus dicit prophetę, & dices ad eos, hæc dicit dominus si forte, vel ipsi audiant, si forte quiescant, & iterum ibidem, loqueris ad eos verba mea si forte audiant, & quiescāt. certum est autem, ꝙ Deus sciebat an loquente Ezechiele ad Israelitas audirent, & quiescerent, vel non. & tamen dixit si forte, ad saluandum liberum arbitrium, vt innuatur, ꝙ in potestate eorum erat audire, & quiescere vel non, quia alias frustra fieret exhortatio, & sermo prophetæ ad eos, & ita solet Deus loqui in similibus, non ergo certificaret hic. Quinto, quia erratur in fundamento. nam pęna temporalis nunquam succedit loco ęternæ. nam nullus obligatus ad pœnam ęternam liberatur per temporalem pœnam, neq; Deus recipit talem commutationem, sed qui obligatus est ad pœnam ęternam liberatur ab illa per contritionem solā de peccato, quia tunc gratificatur, & efficitur in charitate. impossibile est autem existentem in charitate esse obligatum ad pęnam ęternam, quæ est pœna hostium, & non filiorum. pęna autem temporalis non potest satisfacere nisi pro alia temporali siue istius seculi, siue alterius, & ita Achan nō liberaretur per istā pęnam lapidationis ab igne ęterno. Sexto, quia non valet etiam si aliquis dicat, ꝙ intelligitur de liberatione a pęna ignis purgatorij quæ pęna grauissima est, vt ait Grego. & 25. dist in. c. qui in aliud seculum. nam etiam pro pęna purgatoria non satisfacit hic aliquis p quācunque pęnam, nisi illam sustineat existens in charitate, quia satisfactio non fit sine charitate per quācūque pęnam, vel opus. ideo etiam pro igne purgatorio non poterat satisfacere Achan per lapidationem istā nisi esset in charitate. non ergo diceret Deus, ꝙ commutaretur lapidatio ista pro igne purgatorio. Septimo, & maxime ad literam, quia nullo modo potest stare ista interpretatio. nam si de solo viro diceretur, ꝙ cremaretur igni, idest ꝙ per lapidationem liberaretur ab igne inferni, vel purgatorij, posset aliquo modo stare, tamen dicitur de homine cum rebus suis, s. igne cremabitur cum omni substantia sua, & tamen ad res possessas non conuenit aliqua mutatio pœnæ ęternæ, vel purgatorię, ergo neque in Achan pōt ita intelligi, cum illa crematio a Deo dicta sit communiter, tā de Achan quam de rebus eius, & ita non stat ista secunda opinio.

Nullus obligatus ad pęnā æternam liberatur ab illa per pęnam tpalem, & per consequens a pęna inferni, non liberatur quis p pęnā purgatorij sed p propriā cōtritionē charitate informatā.

Tertia opinio etiam Adamantij non potest stare. Et quod grauius, & periculosius est certificare de aliquo, quod condemnabitur quàm, quòd saluabitur, & quare.

Quæst. LXIIII.

TERTIA opinio etiam non stat, ista enim pręsupponit aliquid quod prima, s. ꝙ Achan solum fuit lapidatus, & addit aliquid. Quantū ad primum dicendum, ꝙ non stat, sicut neq; prima, sed non omnino per eas rationes per quas prima, quia illæ procedebant ad ostendendum, ꝙ lapidatio vocaretur crematio, quod prima opinio asserit, & tū ista tertia nō asserit, ꝙ lapidatio vocetur crematio, ideo dicendum, ꝙ id, quod præsupponit ista opinio, s. ꝙ pęna Achan fuerit vnica, s. lapidationis est falsum, quia fuerunt duæ pęnæ, vt ostendetur infra. Aliud est quod addit ista opinio, s. ꝙ crematio Achan intelligitur vere de crematione non de aliqua temporali, sed de igne inferni. Et dicendum, ꝙ istud non stat. Primo, quia si ita Deus intelligi vellet, non intelligerent Israelitæ, cum ipsi nescirent esse talem ignem post mortem; immo an erat aliquis status animarum corporibus solutarum; vt ostensum est supra. ergo non intelligitur de hoc. Secundo, quia hoc esset superuacue dictum. nam ꝙ ille qui reus erat huius criminis, puniretur pęna æterna, vel non, erat superuacuum dici Israelitis, cum per eos fieri non deberet, sed per Deum secreto iudicio, ergo non diceret illis hoc. Tertio, quia Deus non prænunciaret sub certitudine, ꝙ reus huius criminis arderet in inferno, quia in hoc videretur tolli libertas arbitrij. nam poterat ille dolere de peccato suo, & sic nō puniretur ęternaliter. de talibus autem esset inconueniens, ꝙ Deus certificaret. Quarto, quia dato, ꝙ sit inconueniens quocunque de his cum futura sunt certificare, multo est grauius certificare de aliquo, ꝙ condemnabitur quam, ꝙ saluabitur, quia magis repugnat libertati arbitrij, & bonitati Dei: nam q̃tumcunque sit aliquis aggrauatus magnis peccatis, & nō det operam, vt resurgat, tantę sunt diuitię bonitatis Dei vocantis hominem ad pęnitentiam, ad Roman. 2. c. ꝙ excitabitur, & trahetur, vt velit bonum, & sic saluabitur, & sic adiuuatur in hoc liberum arbitriū, & magnificatur bonitas Dei. Cum autem pręnunciatur de aliquo certissime, ꝙ damnabitur, minuitur valde libertas arbitrij, quia innuitur quasi, ꝙ non possit de peccato resurgere, & bonitati Dei videtur præiudicari, quia signatur, ꝙ Deus non mouebit efficaciter illum qui est in peccato ad hoc, ꝙ resurgat. nunquam ergo Deus de aliquo manifeste prænunciat, ꝙ condēnabitur, vnde neque faceret nunc de Achan. Quinto, quia non potest hoc concordare literę. nam dixit Deus igne cremabitur cum omni substātia sua, & sic pęna cremationis erat communis peccatori, & rebus eius, & tamen res possessę non possunt cremari ignē ęterno, vel purgatorio, sed temporali, ergo non intelligitur illud verbum Dei de igne inferni. Cum autem ista opi. fulcitur, quia dicitur igne cremabitur, in quo innuit quid ipsi Achan eueniret, & non quid Iudæi illi inflicturi essent. Dicendum, quòd motiuū non stat, quia etiam si non videantur dirigi verba ista ad iudices, vel ad populum, ad ipsos vere diriguntur. nam ante hoc Deus dixerat, non ero vobiscum donec conteratis eum qui huius sceleris reus est, & sic populus illum conterere debebat. Quod vero obijcitur de isto modo loquendi non obstat, quia tales modi loquendi sunt sępe in sacra scriptura, & tamen ibi certum est pęnas nominatas inferri per iudices. sicut Exodi 22. c. vbi de occidente furem agitur, dicitur, quòd si orto sole occiderit quis furem morte moriatur, & tamen certum est, quòd ista mors nō infligebatur a Deo, sed a iudicibus.

In q. pced.

In q. seq.

Item adhuc patet omnino simile, vt in casu nostro de crematione, quia Leuitici 20. capitu. dicitur qui supra vxorem filiam duxerit matrem eius scelus operatus est, viuus ardebit cum eis. nō dicitur viuum eum comburetis, & tamen certum est, quòd iudices hoc facere debent.

Item patet Leuitici 21. cum dicitur sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui, flammis exuretur, & non dicitur ibi flammis eam cremabitis, & tamen certum est, quòd hoc facerent iudices, & non Deus, & tamen nihil plus est dici igni cremabitur, vel combureťur quàm dici flammis exuretur, sed cum dicitur flammis exuretur nemo dubitat quin ad iudices pertineat, & non ad Deum. ergo cum dicitur hic, igni comburēť intelligitur, ꝙ iudices

dices hoc facerent, & non ꝙ Deus, & sic non potest
intelligi de pęna inferni. vnde ista opinio non potest
stare in veritate.

Auctoris determinatio quantum ad punitionem ipsius Achan præter opiniones præmissas, & opinionem Nicolai, & Rab. Salomonis. Quæst. LXV.

DIcendum autem, ꝙ veritas huius est, ꝙ ni
hil mutatum fuit de eo, quod Deus dixerat
vnde, sicut Deus dixit igne comburetur cū
omni substantia sua, ita factum est. nam cre
matus est ipse, & omnia quæ ad eum pertinebāt. Sed
obijcietur, q̄uo dr̄ in litera, ꝙ lapidauit eum omnis Is-
rael, & sic nō fuit crematus. Dicendū, ꝙ Achan, vtrā-
que pęnam sustinuit: crematus enim fuit, & lapidatus
est, & fuit ordo, quod Achā prius lapidatus fuit, & sic
mortuus crematus est cum omnibus quæ ad eum pti
nebant, & tunc stat tota scriptura; & non est aliqua du
bitatio. Sed tunc obijcietur, q̄uo ausus est Iosue infer-
re duas pęnas Achan, cum Deus vnā iussisset, s. ꝙ cre-
maretur. punire tn̄ supra id, quod Deus iubebat, erat
crudelitas, & videretur peccare Iosue. Dicunt quidā,
ꝙ inflicta fuit duplex pęna, quia Achā peccauit ī duo-
bus, s. furatus est de anathemate, & violauit sabbatum,
quia dies ille quo hoc accidit erat sabbatum, sicut ta-
In q̃. 44. & 55. ctum est supra in expositione literali textus. Et tunc
diceretur, ꝙ solum Deus iniunxit pęnam de violatio-
ne anathematis, & ista fuit crematio, & expressit illā
Deus, quia non erat per legem aliquam determinata:
quantum ad violationem sabbati Deus nihil iniūxit,
sed iudices illam per se intulerunt. Si autem hoc con-
cedereť poterat esse causa duplex. vna quia pęna vio-
lationis sabbati erat statuta per legem, cuius iudex est
executor, ideo ad eum pertinebat inferre illam. erat
autem pęna illa lapidationis, vt patet Num. 15. de illo
qui colligebat ligna in sabbato, ideo lapidatus est. Se-
cunda causa est, quia cum Deus non loquatur aliquid
superfluum, & pęna violantis sabbatum erat iam sta-
tuta a lege, eratq; superfluum illam repeti, Deus nihil
de illo iussit, quia ēt illo non iubente lapidaretur qui-
cunq; violaret sabbatum. de præuaricatione anathe-
matis non erat pęna imposita a lege, ideo Deus illam
expressit. Et tunc cum dicebatur, ꝙ erat crudelitas in-
ferre ipsi Achan plures pęnas quam Deus iusserat. Di-
cendum, ꝙ non erat, quia iam illę pęnæ cōstitutę erāt
per legem, & Deus illas iusserat, licet non nunc, sed
prius. Sed tn̄ adhuc dicendum, ꝙ nō fuerunt datæ istę
duæ pęnæ pp istas duas causas. Primo, quia si propter
violationem sabbati lapidaretur, cum illa esset pœna
principalis, quia crematio post mortem inferebatur,
poneretur causa illius, & tn̄ nihil exprimitur de viola-
tione sabbati, ergo intelligendum est, ꝙ non fuit pro-
pter hoc. Secundo, quia pręsupponitur, ꝙ dies ille erat
sabbatum, & tn̄ hoc non constat, & sic vr̄ diuinatio.
Tertio, & principaliter, quia siue illa dies esset sab-
batum, siue non esset, non poterat Achan violare sab-
batum, quia illa fuit dies in qua corruerunt muri Ieri-
cho, & præcepit Deus, ꝙ quilibet intraret per locum
in quo staret, & occiderent omnes habitatores in vr-
be, cremarentq; omnia quæ ibi erant præter aurum,
argentum, ferrum, & ęs, quæ collecturi erant, & reser-
uaturi in thesauris Dei, & ita in omnibus illis opera-
tionibus non violabatur sabbatum. sed Achan nihil
aliud fecit, quia inquirere ista in vrbe Iericho, & acci-
pere non erat peccatum, neq; violatio sabbati, quia ne
cesse erat illa accipi ad ponēdum in thesauris Dn̄i, sed
solum fuit peccatū Achan, quia concupiuit ista, & re-
tinuit sibi, sed ista non erat aliqua operatio per quam
violaretur sabbatum, ergo non peccauit in hoc, neq;

F fuit pro hac pęna imposita. Aliter ergo dicitur a mul-
tis, sicut diximus supra in expositione textus, s. ꝙ factū In q̃o.
est ad terrorem propter magnitudinem peccati, quia
magis terrerentur videntes, & audientes inflictis dua-
bus pęnis quam vnica.
Item factum est, vt populus in eum vindicaret per
seipsum. quod non fieret si solum cremaretur, sed in
lapidatione totus populus concurrebat.
Item quia non erat maior pęna Achā inflictis dua-
bus pęnis quam vnica. quia primo lapidaretur, & po-
stea mortuus cremaretur. durior tamen est pęna cre-
mationis quam lapidationis.

An Iosue de corde suo posuerit pœnam lapidationis Achan, vel
G *Deus illud iusserit, & quod Deus illud iusserit.*
Quæst. LXVI.

SEd tunc est dubium, an istam pęnam lapidatio
nis Deus imposuit, vel Iosue ex corde suo illā
inflixit. Aliq putāt, ꝙ Iosue de corde suo istud
fecit, & hoc quia non constat in litera de diui-
no præcepto. Sed dicendum, ꝙ non stat conuenien-
ter, ꝙ Iosue istud fecerit Deo non iubente.
Primo, quia si Deus non determinasset pęnam, cō-
ueniens erat, ꝙ Iosue qui erat princeps populi eā im-
poneret, vt ei videretur. tn̄ cum Deus præfixisset cer-
tam pęnam, s. comburetur igne, adhuc Iosue audere
aliquid aliud facere addendo, vel minuendo non est
incōueniens. nam Iosue laudatur valde, ꝙ non pręte-
H riuit vnum de verbis Moysi j̄. 10. c. & solicite admo-
netur obseruare omnia verba Moysi supra 1. capitu. a
fortiori ergo conaretur obseruare verba expresse di-
cta a Deo, ita vt de illis nihil mutaret, neq; adderet.
Secundo, quia forte aliquis diceret, ꝙ Iosue seruauit
præceptum. nam ille cremauit Achan, sicut Deus ius-
serat, & insuper eum lapidauit, & sic non præuarica-
tus est, quia non omisit quicquam, sed supererogauit.
Sed dicendum, ꝙ hoc nō conuenit, quia præcepta
Dei ita stricte obseruāda sunt, ꝙ sicut non licet omit-
tere aliquid de eis, ita neq; licet aliquid addere. & ma-
xime hoc tp̄e veteris testamenti, vbi erat exactissima
taxatio rerum, vt dr̄ Deuter. 12. c. s. quod pręcipio tibi
hoc tātum facito domino Deo tuo, neque addas quic-
I quam, neque minuas, & ita non liceret Iosue aliquid
addere. Tertio, quia per hoc Iosue videbatur non ob-
seruare, quod Deus iubebat. nam dixit igne combure-
tur, & hoc erat in pœnam. si autem mortuus esset A-
chan, quando cremaretur non sentiret pęnam, ideo
non compleretur mandatum s̄m intentionem Dei.
Quarto, quia qn̄ aliqui iubētur cremari intelligitur
ꝙ viuentes crementur, vt Leui. 20. ca. de illo qui acce-
pit matrem, & filiam in vxores, dicitur viuus ardebit
cum eis. & Leuit. 21. cap. de filia sacerdotis deprehen-
sa in stupro idem signatur. ergo cū diceretur hic igne
comburetur, nisi aliud asseratur, oportebat intelligi
de crematione in vita. & sic Iosue cremās illum mor-
tuum non videbatur implere mandatum Dei.
K Quinto, quia etiam videbatur facere Iosue contra
intentionem Dei inferendo minorem pęnam quàm
Deus imponebat. Deus enim dixerat igne cremabit,
& ista est grauissima pœna. Iosue autem lapidauit eū.
& postea mortuum combussit nihil de combustione
sentientem. sed lapidatio est pęna minor quam com-
bustio. ideo Iosue sic faciens minorem pęnam irroga-
uit quam Deus imposuisset: peccatum tamen erat mi
nuere de eo, quod Deus iusserat, quia nullus debet es-
se clemētior Deo. sic enim peccauit Saul cōtra Ama-
lechitas minuendo aliquid de pœna, & vltione, quam
Deus iusserat, & a Deo reprobatus est. 1. Reg. 15. cap.
& ita esset hic.

Sexto,

Sexto, quia ponendo istas duas pęnas pro vna, videtur quòd nullo modo poterat benefieri, quia aut ambæ erãt aliquid maius quam pęna cremationis a Deo imposita, aut non: sed aliquid minus. Si aliquid maius peccaret Iosue per crudelitatẽ puniendo acrius quã Deus iusserat. si autem esset aliquid minus peccaret, quia non implebat totam pęnam a Deo impositam. ideo dicendum est, ꝙ non fecit hoc Iosue a seipso, sed Deo iubẽte. Et videtur, ꝙ fuerit iste modus, s. ꝙ Deus vtramque pęnam imposuit, tamen scriptura non expressit vtramque, quia interdum est breuiloqua tacẽdo aliqua eorum quæ dicta fuerant aut facta. Et causa videtur huius, quia Deus volebat, ꝙ non solum periret peccator, sed omnia quæ ad eum pertinebant, & quia poterat esse quædam pęna cõmunis ei, & rebus suis illam expressit scriptura, s. igne combureretur cum omni substantia sua. pęna autem lapidationis non poterat esse communis. ideo non expressit eam scriptura in mandato, sed expressit in executione, s. ꝙ lapidatus fuerit Achan. Adhuc potest alio modo dici, s. ꝙ Deus a principio antequam deprehenderetur peccatum Achan, dixerit solum de vna pęna, s. igne combureretur. & ideo illud solum potuit tunc exprimere scriptura. postea vero deprehenso scelere eius, Deus iusserit eum etiam lapidari, & de verbis Dei tunc nihil expressit scriptura.

Quare Deus iussit duas pœnas inferri Achan, & an sufficeret vna. Et quomodo intelligitur non iudicat Deus bis in idipsum, & est pulcher intellectus. Quæst. LXVII.

SED tunc dicetur, quare Deus voluit, ꝙ inferrentur Achan istæ duę pœnæ, quia videtur, ꝙ altera earum sufficiebat. Item quia Deus non iudicat bis in idipsum. ergo neque debent duæ pęnæ pro eodem peccato inferri. Aliqui dicunt vno modo, s. ꝙ datæ sunt duæ pęnæ, vt populus posset vindicare se de Achan qui offenderat eos, & tñ cremando eum solũ non se vindicabat populus, quia non efficiebant ipsi hoc, ideo debuit etiã lapidari, quod populus faceret.

Dicendum, ꝙ ista per se non est causa sufficiens. nã si propter hoc fiebat poterat lapidari Achan, & ꝙ nõ crematetur. & sic satisfieret populo. & tñ non ita factũ est. Est ergo dicendum, ꝙ fuit primo, quia iudicauit Deus non sufficere alteram istarum pęnarum, siue pp magnitudinem peccati, siue ad magnitudinem terroris, quem imponere volebat Israelitis ex pęnis Achã. ideo voluit potius esse duas ꝗ vnicã, & ista est veritas.

Secundo fuit ad ostendendum differentiam inter peccantem, & res eius. omnia enim pertinentia ad Achan propter ipsum delebantur. ideo debuit esse maior pęna eius quam illorum. & sic voluit Deus, quòd Achan lapidaretur, & crematetur. res autem suę solũ cremarentur.

Tertio potuit esse propter cõditionem anathematis. peccauerat enim Achan in anathemate, & ita videbatur ipse cum rebus suis factus anathema. sed in anathemate vrbium erat modus, ꝙ homines occiderentur, deinde cum omnibus rebus quæ erant in vrbibus cremarentur Deute. 13. ca. ita ergo Achan nunc prius lapidatus, & occisus est: postea vero crematus est.

Ad primam rationem in contrarium dicendum: quòd Deus voluit inferri pęnas istas duas, quia nulla per se sufficere iudicata est, siue propter magnitudinem criminis, siue propter magnitudinem terroris, ꝗ incutiendus erat, & incuti conueniens erat.

Ad secundum dicendum, ꝙ Deus non iudicat bis in idipsum. idest non punit bis pro eodem crimine pęna sufficienti, quia hoc esset simpliciter iniustum, & tamen, quando non est vna pęna sufficiẽs, infert mul-

A tãs, ita vt omnes suppleant vnam pęnam condignam peccatis. & hoc fit tam in iudicio diuino quàm in humano. voco nunc iudicium humanum vbi iudicatur per legem datam solum ab homine, & non a Deo, ꝗa sępe imponuntur multæ pęnę simul, vt pro aliquo delicto infertur pęna capitis, & confiscantur bona: similiter in iudicio diuino multæ pęnæ inferuntur pro eodem delicto, quando non est quælibet sufficiens. & dico iudicium diuinum tam vbi solus Deus iudicat, ꝗ vbi per legem ab eo impositam iudicatur. De primo, sicut quando pro aliquo peccato punit Deus hic homines, & in eodem ipso peccato illos morientes cremat igne ęterno. De secundo patet in legibus a Deo datis. nam qui seduxerit virginem dupliciter punitur,

B scilicet dotat eam, & accipit in vxorem. Exodi 22. ca. similiter qui imponit vxori suæ falsum nomen dicẽs, non inueni eam virginem tripliciter punitur, scilicet flagellatur, soluit quinquaginta siclos, & priuatur licẽtia repudiandi. Deuteronom. 22. cap. & hic similiter erat. vnde nõ inferebatur Achan vnica pęna, sed multæ, scilicet lapidabatur, cremabatur, res suæ delebantur. & tamen in omnibus his non iudicabat Deus bis in idipsum, quia omnes istæ pœnæ simul sumptæ non erant tale quid maius quam peccatum Achan.

An filij Achan occisi fuerint cum eo, vel solum ducti ad videndum mortem patris, vt quidam Hebræi asserunt. Quæst. LXVIII.

C

SED nunc est dubium de filijs Achan, quomodo occisi sunt cum non peccassent. Aliqui dicunt, quòd non fuerunt occisi, quia neque litera illud asserit, & ita dicunt aliqui Hebræi. Cum autem obijcitur, quòd Iosue tulit filios, & filias. dicunt quòd non tulit eos ad occidendum, sed ad hoc, quòd viderent mortem patris, & admonerẽtur abstinere a similibus. Sed dicendum, quòd non stat. Primo quia hoc tenetur communiter ab omnibus sapientibus expositoribus, quòd tam filij quam filiæ perierunt. sic tenet Adamantius, & Glo. ord. dicens filios eius, & filias cũ pecoribus, & omnibus quæ habebat populus obruit.

Secundo, quia Deus videtur significasse, quòd A-

D chan cum filijs suis periturus erat, inquantũ dixit. non ero vobiscum donec conteratis eum qui huius sceleris reus est, & tamen non deletur, vel conteritur qui solus occiditur. nam licet ipse moriatur non moritur omnino si manent filij eius, quia manet nomen eius & domus, iuxta illud Ecclesiasti. 30. c. mortuus est pater illius, & quasi non est mortuus. similem enim sibi reliquit post se. ad hoc ergo, quòd contereretur, idest penitus deleretur Achan, debebant occidi filij eius.

Tertio, quia non potest stare expositio illa quã dãt, s. ꝙ ducerentur isti ad vidẽdum mortem patris, vt admonerentur non committere similia. nam hoc modo non ipsi soli, sed totus Israel iuit ad videndum mortem Achan, cum dicatur in litera. lapidauit eum omnis Israel. ergo cum fiat mentio de filijs, & filiabus vi-

E detur, ꝙ ducti sunt ad mortem. Quarto, quia fit differentia inter omnes Israelitas qui iuerunt ad mortem Achan, & filios atque filias eius. nam de filijs, & filiabus dicit, ꝙ ducti sunt. de Israel dicitur, ꝙ duxit istos, s. quòd Iosue, & omnis Israel tulerunt filios, & filias Achan. ergo Israel iuit ad occidendum Achan, & videndum mortem eius. filij autem, & filiæ Achan nõ iuerunt, sed dicitur, quòd ducti sunt, scilicet ad hoc, quod occiderentur.

Quinto, quia fit mentio de filijs, & filiabus, & non fit mentio de vxore eo, quòd omnes tenent, quòd nõ fuerit occisa pro peccato Achan, quia Deus dixit, ꝙ puniebat peccata patrum in filios Exo. 34. c. sed non dixit,

dixit, quòd puniebat peccata virorũ in vxores, & sic
In qõ. 54. declarauimus, quòd non occisa fuerit supra. & tamẽ si ad videndum mortem Achan intelligerentur isti ducti, etiam duceretur vxor, sed non dicitur de ipsa, quòd ducta sit, sed solum de filijs, & filiabus. ergo fuerunt ducti ad hoc, quòd occiderentur.

Sexto, quia dicitur, quòd Iosue tulit filios, & filias, boues, oues, & asinos, & tabernaculum, cunctamque supellectilẽ. & tamen constat de omnibus alijs rebus quòd ductæ fuerint ad hoc, quòd perirent. cum dica-
In qõ. 53. tur in litera, & cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. ergo etiam de filijs, & filiabus Achan dicendum est, quòd occisi fuerint, & ista est veritas. & sic tetigimus supra in literę expositione.

An filij Achan occiderentur cum eo, quia fuerint conscij criminis, & quod non fuerunt conscij, nec propter hoc occisi sunt. Quæst. LXIX.

SED tunc quæretur, quomodo isti occiderentur cum non peccassent. Aliqui dicunt, quòd erãt filij, & filiæ conscij huius peccati, ideo occisi sunt.

Sed dicendum, quòd non satis conuenit, quia litera non exprimit eos fuisse conscios, sed solum, quòd occisi fuerint, sicut cæteræ res Achan deletæ sunt.

Secundo, quia non videtur, quòd Achan manifestasset hoc alicui de domo sua, sed potius, quòd celaret ne ab Israelitis sciretur. nam dicitur, quòd ipse abscondit in terra in medio tabernaculi sui, & ibi postea res inuentæ sunt, vt patet in litera.

Tertio quia si aliquis conscius esset huius sceleris, potius videtur, quòd vxor Achan conscia esset, quam quòd filij, & filię. sed ipsa non ducta est ad mortem, sed solum filij, & filiæ. ergo non fuit hoc quasi essent conscij criminis.

Quarto, quia dato, quòd aliquis de filijs, aut filiabus Achan conscius esset huius rei, non est verisimile, ꝙ omnibus filijs, & filiabus manifestasset, quia sic facile erat publicari peccatum Achan, & periret. & tamen omnes filij, & filiæ perierunt cum Achan. ergo non fuit hoc quasi essent conscij criminis.

Quinto, quia etiam si essent conscij criminis non videbantur rei alicuius pœnę. nam ipsi non fuerunt in consilio, vt Achan raperet ista de anathemate, sed viderunt ea postquam Achan illa adduxisset in taberna-
Vide de hoc latius met do. Abulẽ. Deuteron. 13. culum. sed tunc nihil isti poterant facere nisi forte accusare patrem apud populũ de facto illo, sed filij non tenebantur accusare patrem ad mortem, immo non licebat eis propter maximum debitum naturale. ergo nihil peccabant occultando, & ita non occiderentur pro hoc.

Sed aliquis dicet, quòd forte isti filij fuerunt in cõsilio rapiendi ista de anathemate, & ita quasi fautores criminis morte digni erant. ad Rom. 1. c.

Dicendum, quòd non stat, quia non solum isti nõ fuerunt in consilio rapiendi aliquid de anathemate, immo & ipse Achan, quando iuit ad vrbem Iericho vastandam, & diripiendam, non deliberauerat furari aliquid de anathemate, sed postea casu vidit hęc, & videns concupiuit atque rapuit. sic dicitur supra in litera vidi enim inter spolia pallium coccineum, & ducentos siclos argenti, regulam quoque auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstuli, & abscondi. & ita non potuerunt peccare filij Achan in hoc, neq; tanquam conscij sceleris occisi sunt. Sed dicendum est, quòd ad terrorem, & ostendendũ magnitudinem criminis voluit Deus, quòd filij cum patre nunc occiderentur. & patet ex modo literæ, quia dicitur, quòd Iosue tulit filios, & filias, & boues, & omnia alia, & ta-

F men certum est, quòd alia non deleta sunt quasi in aliquo peccassent, sed solum ad terrorem, & ostendendam grauitatem criminis. ergo de filijs, ita factum est. & non quasi aliquid ipsi peccauerint in furto Achan.

Probatio quorundam, quòd soli filij parui puniantur a Deo pro peccato patrum, filij autem emancipati non puniantur. vt & quęst. 53. Quæst. LXX.

SED tunc manet illud dubium quod prius, s. quomodo Deus voluit, ꝙ isti occiderentur, cum nõ peccassent. Dicunt aliqui, ꝙ filij occiduntur pro peccatis patrum in iudicio Dei, non autem iudicio humano, ita hic. nam Iosue non fecit hoc quasi a
G seipso, sed quia Deus illud iussit. nam secundum legẽ qua Deus iusserat iudicibus iudicare, non erant occidendi filij pro patribus, vt patet Deute. 24. c. & hoc verum est. Sed adhuc istud non satisfacit, quia dicetur, quare Deus voluit, ꝙ innocentes occiderentur? Aliqui dicunt, ꝙ filios paruulos quandiu sunt in potestate patris Deus occidit pro peccato patris. ipsos autem filios magnos qui iam sunt emancipati, non facit mori pro patribus. & ita dicunt fuisse in pręsenti, s. ꝙ omnes isti filij Achan erant paruuli. Sed dicendum est, ꝙ hic sunt duo. vnum est, quod pertinet ad præsens, s. an omnes filij Achan essent parui, & in potestate patris, an essent aliqui adulti, & emancipati. & quantum ad hoc non est manifestum satis, an fuerint omnes filij parui. satis tamen potest dici, ꝙ erant omnes paruuli,
H vel saltem non emancipati sed manentes in potestate, & domo paterna, quia dicitur tulit Iosue filios, & filias, boues, & oues, & asinos, ipsumq; tabernaculũ, & ita innuitur, ꝙ filij, & filiæ Achan erant omnes parui, & manentes in tabernaculo eius, & ita non habebat Achan filios aliquos, & filias coniugatas. vel si habuit non fuerunt nunc occisi pro peccato patris, quia magis pertinent ad patres, & reputãtur res sua filij paruuli manentes in domo, quam coniugati, & emancipati, & hoc satis tetigimus supra in expositione literę. In qõ. 53.

Aliud erat generale, s. ꝙ filij adulti, vel emancipati non puniantur pro peccato patrum. Et dicendum, ꝙ ita solet teneri in omnibus distinctionibus, quæ fiunt ab alijs, & a nobis post eos, vt tactum est supra in lite- In qõ. 53.
I ra. Et hoc videtur habere aliquam rationem. Primo, quia non videretur quomodo concordarentur auctoritates sacrę scripturę. nam quemadmodum dicitur Exo. 34. c. ꝙ Deus punit peccata patrum in filios, ita dicitur Ezech. 18. c. anima quæ peccauerit ipsa punietur, & filius non portabit iniquitatem patris. vt autem concordentur auctoritates istæ dicunt, quòd illã de translatione peccati patrũ in filios intelligunt de paruulis qui peccare nesciũt. & ideo pro solis patribus puniuntur. illam autem Ezech. 18. capitu. intelligunt de adultis, & emancipatis, quorum per se est actus, & ita pro peccato suo puniri possunt, & ꝓ bono opere pręmiari.

K Secũdo patet hoc, quia multum differt inter filios paruos, & filios adultos extra potestatem patris, quia paruuli nõ sunt aliquid separatum a patre, sed vt pars eius. adulti autem sunt, vt homines separati per se existentes. Sic dicit Aristote. libro 5. Ethico. scilicet filius est pars patris donec sit pelicon, idest magnus, vel emancipatus, quasi dicat, postea non est, vt pars, sed vt homo per se existens. & tamen ad hoc, quòd homo puniatur in aliqua parte corporis sui, non oportet, ꝙ illa pars peccet, sed satis est, quòd homo peccet, quia tunc iuste inferetur pęna in quacunque parte quę nõ est separata, sed non ideo iuste punietur quicunque alius homo. ita cum filius paruulus sit, vt pars patris, potest puniri pro patre, sicut pars pro toto. filius autẽ adultus

adultus non est, vt pars, sed vt aliquid separatum, ergo non punietur pro peccato patris.

Tertio patet hoc, quia hic vbi erat iudiciū Dei puniti fuerunt paruuli filij Achan pro eo, sed non aliqui magni, vt dictum est præceden. quæst. ita igitur fiet in omnibus alijs.

Contra assertionem præcedentem probat, quia vere tam filij parui quàm adulti, & emancipati puniantur pro peccato patrum. Et non solum secreto Dei iudicio puniuntur filij emancipati pro peccato patrum: sed etiam quando Deus iubet hominibus exequi pœnam in illos. Quæst. LXXI.

SED dicendū, ꝙ istud non stat, immo filij puniuntur pro peccato patrum tam parui quàm adulti. Primo quia sacra scriptura Exod. 34. & Num. 14. & in alijs locis dicit, ꝙ Deus punit peccata patrū in filios nihil distinguens. ideo videtur, ꝙ neque nos distinguere debeamus.

In q. 30. & 31. Secundo, quia vt ostensum est præceden. cap. ideo dicuntur puniri peccata patrum in filios, quia in eadē pęna duo cruciantur, s. filius cui infligitur, & pater qui ita de illa affligitur, & tristatur, sicut filius qui tolerat. in alijs autem hominibus qui ex lege naturę non copulantur tanto amore, non dicitur puniri vnus ꝓ alio. & tamen pater, ita diligit filium adultum, sicut paruulum, immo magis dolet de morte adulti quam paruuli. ergo ita punietur adultus pro peccato patris, sicut paruulus.

Tertio, quia vnus punitur pro peccato alterius propter quandam punitionem quæ inter illos est, ita vt vnus videatur esse alius. puniuntur autem subditi pro peccato domini, sicut quando pro peccato computationis populi quam fecit Dauid occidit Deus peste, vel gladio angeli percutientis septuaginta millia virorum, & tamen magis pertinent filij adulti ad patrem quam subditi ad dominum. ergo punientur filij adulti pro peccato patrum.

Quarto, & principaliter patet, quia Exodi 34. ca. dicitur, ꝙ Deus punit peccata patrum in filios vsque ad tertiam, & quartam generationem. & ita Deus punit peccata patrum in nepotes, & pronepotes. sed non habet nepotes, nisi qui habet filios adultos a quibus gignantur, & nepotes non pertinent ad auum, nisi propter patrem qui est filius aui. ideo si Deus punit peccata patrum, idest auorum in nepotes, a fortiori puniet ea in filios adultos quorū sunt filij ipsi nepotes, quia propinquior est patri filius adultus quàm filij illius filij, idest nepotes. non est ergo dubium quin Deus puniat peccata patrum in filios adultos.

Aliqui conuicti a ratione confitentur, ꝙ Deus punit peccata patrum in filios adultos, quantum ad hoc, ꝙ secreto iudicio suo puniat filios pro peccatis patrū sine aliquo ministerio humano. & tamen quantum ad hoc, ꝙ iubeat per homines occidi pro peccatis patrum filios, dicunt ꝙ fit aliquando in filijs paruulis, sed nunquam fit in adultis.

Sed dicendum, quòd ista distinctio nō stat. Primo, quia non videtur habere fundamentum, sed ficta est de intentione istorum, qui volunt euadere rationem, & ideo non est admittenda.

Secūdo, & efficacius patet, ꝙ Deus puniat ministerio humano filios pro peccato patrum, immo & nepotes. sicut patet 2. Reg. 21. cap. vbi fuit fames per triēnium propter peccatum Saulis, quia occiderat Gabaonitas, & nō cessauit quousque Dauid ex responso Dei occidit duos filios Saulis faciens illos suspēdi, & quinque nepotes eius. Isti autem erant viri adulti, quia scriptura vocat eos septē viros, & fuerunt suspensi, quod non fieret si essent paruuli. & tamē certum est, quòd factum est iubente Deo, licet illud fecit Dauid. quod patet, quia immisit famē trium annorum in terram, vt fieret ista vindicta, & quando quæsitum est ab eo de causa famis, dixit esse, quia non erat vltio data Gabaonitis de domo Saulis, & quando Dauid occidit illos septem cessauit fames: nam dicitur, quòd repropitiatus est dominus terrę eod. cap.

Ex hoc patet efficacius, quàm ex omnibus locis, quòd punit Deus peccata patrum in filios tam paruulos quam adultos, cum isti essent viri.

Etiam patet, quòd puniātur peccata patrum in nepotes, quia quinque nepotes Saulis, s. filij Michol filię eius, suspensi sunt pro Saule. & hoc non inuenimus, ita expresū in alio loco scripturę. & quod ibi dicitur de nepotibus qui sunt in secunda generatione, factū fuisset de pronepotibus qui sunt tertia generatio, & de abnepotibus qui sunt quarta generatio, si fuissent ibi inuenti. & tamen non fuerunt aliqui alij inuēti de domo Saulis nisi isti pręter Miphiboseth filium Ionathę nepotem Saulis, quem non potuit occidere Dauid propter iuramentum pręstitū Ionathę. 2. Regum 22. cap.

Et iste est specialis casus in quo punitur filius pro peccato patris post mortem eius. nam generale est, ꝙ filij non puniantur pro peccatis patrum nisi viuentibus eis, & videntibus, quia tunc dolent patres de pœna filiorum. & afflictio illorum est pęna patribus, ac si ipsi paterentur, quod non accideret si punirentur filij post mortem patris. Et ista est causa quare vsque ad quartam generationem solum puniuntur peccata patrum in filios. Exodi 34. cap. s. quia vsque ad illam generationem solent homines videre ad plus posteros suos, & non amplius viuere, vt declaratum est præcedenti capi. hic tamen post mortem Saulis fuerunt suspensi isti. & fuit specialis casus, s. quia aliter non poterāt vindicari Gabaonitæ de domo Saulis, quod tamē Deus volebat eod. capit. alias autem viuentibus patribus fiunt punitiones, tam in filios quam nepotes, vsque ad generationem tertiam, & quartam. In q. 30.

Ad obiecta illa quæ supra quæstione septuagesima proposita fuerunt. Et concordia auctoritatum scripturæ sacræ quæ videntur de directo contradicere, scilicet punit peccata patrum in filios, & filius non portabit iniquitatem patris. Quæst. LXXII.

EX his responderi potest ad ea quæ obijciebantur supra q. 70. Ad primum de concordia auctoritatum dicendum, ꝙ possunt concordari sine limitatione ista, & aliqui dicūt, quòd possunt intelligi sic, s. cum dicitur, ꝙ puniuntur peccata patrum in filios intelligatur in iudicio Dei, cum dicitur Ezech. 18. filius non portabit iniquitatem patris intelligatur in iudicio humano. quia ita mādatum est in lege, non occidentur patres pro filijs, neque filij ꝓ patribus Deute. 24. cap.

Sed dicendum, quòd non stat, quia necesse est intelligi in iudicio Dei, & non humano. & patet quia Ezech. 18. cap. in principio respondet Deus ad prouerbium, & querelam filiorum Israel, s. patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescūt. & subditur. viuo ego dicit dominus non erit parabola hęc in prouerbiū in Israel. ecce omnes animæ meę sunt, vt anima patris, ita & anima filij mea est. anima quæ peccauerit ipsa morietur, & ita apparet, quòd Deus loquatur de iudicio suo, cū dicat omnes animę meæ sunt.

Etiam si esset hoc secūdum humanum iudicium, & non secundum iudicium Dei, maneret semper calumniosum prouerbium Israelitarum contra Deum, scilicet

ſcilicet patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt. & tamen Deus vult auferre illud prouerbiũ. ergo in iudicio ſuo intelligitur, quòd filius nõ portabit iniquitatem patris. Item patet, quia eod. cap. circa finem dicitur, quòd Iſraelitæ dicebant. non eſt ęqua via domini, audite ergo domus Iſrael, nunquid non eſt æqua via mea, & non magis vię veſtræ prauæ ſunt? & ſic oſtendit Deus, quòd omnia illa quæ ibi dicta ſunt, ſcilicet, quòd Deus non puniat filiũ pro patre, & e cõtrario, pertineat ad viam ſuam, ideſt ad iudicium ſuum. Aliter ergo concordandæ ſunt auctoritates, ſ. ꝙ vna loquitur de rigore veritatis, & alia de quadam apparentia. vel vna loquitur quando peccata ſunt, & alia quando nulla peccata ſunt. nam ſecũdum veritatem Deus nunquam punit vnum hominem pro alio, neque filium pro patre, ſi alias non ſit ipſe debitor pro aliquo peccato, pro quo etiam ſi nullum patrem haberet puniretur, vt oſtenſum eſt pręceden. capi. Sed dicitur puniri filius pro peccato patris, quando pater peccauit, & filius etiã peccauit, & Deus infert aliquam pęnam filio quantam ipſe pro peccato ſuo meretur, vel ſaltem non maiorem infert, tamẽ illam principaliter propter peccatum patris, ſ. vt pater qui peccauit videns pęnam filij affligatur de illa, ac ſi vere inflicta eſſet ei. & per hoc ipſe pro peccato ſuo punitur, quia in pęna filij ipſe punitur non minus quã ſi in ſeipſo torqueretur. & hoc eſt vere puniri peccata patrum in filios, ideſt quia filius punitur, vt pater in eo puniatur pro peccato ſuo. Si tamen filius in nullo peccauit, vel non manet debitor alicuius pœnæ, non inferret ei Deus pęnam aliquam, vt in illa pater puniatur. Et ſecundum hoc cõcordantur iſtæ auctoritates, quia cum dicitur, quòd punit Deus peccata patrum in filios, intelligitur ſi ipſi filij peccauerunt, propter quod mereantur pęnam illam ſibi infligi, & ſic ſimul puniantur pro peccato ſuo, & patres in eis. Quod autem habetur Ezech. 18. cap. intelligitur quando filius non peccauit, vel non eſt debitor alicuius pœnæ. quia tunc non inferret Deus aliquam pęnam eis, vt patres puniantur in illis, quia hoc eſſet punire immerẽtem. & hoc innuitur eod. cap. vbi enumerãtur peccata pro quibus Deus punit homines. & poſtea concluditur, quòd ſi filius non egit aliquod illorum, non punietur etiam ſi pater peccauerit valde. Ad ſecundum dicendum, ꝙ aliqua differentia eſt ad patrem inter filios paruulos, & adultos, quia paruuli ſunt pars patris, & non magni, vel emancipati. & tamen non infertur ex hoc, quòd ſit iuſtum paruulos puniri pro peccatis patrũ, vel vt partes quaſdam ipſorum, adultos vero nequaquam, quia tam iniuſtũ eſt puniri paruulos ſicut adultos. vnde nulla lex humana eſt quæ puniat filios paruulos pro peccatis patrũ. & ſi punit paruos, punit quoque adultos, vel emancipatos, ſicut fit in crimine lęſæ maieſtatis, in quo filij aliquam pęnam ſaltem exheredationis, & infamiæ ſuſtinent pro patre. extra de hæreti. cap. vergentis. & tamen illa, ita ad adultos, & emãcipatos, ſicut ad paruulos extenditur. Et Ariſtoteles, quando filios dixit eſſe partes patrum, quouſque ſint emancipati, vel magni, & non poſtea, non dixit volẽs innuere, ꝙ paruuli poſſint puniri pro peccatis patrũ, & non emãcipati. ſed quòd inter patrem, & filios paruos nõ ſit iuſtum ſimpliciter, quod vocatur iuſtũ politicum, ſed vel nullum iuſtum, vel iuſtum, quod vocatur paternum. inter patrem autem, & filios emancipatos, qui deſinunt eſſe in poteſtate paterna, eſt iuſtum ſimpliciter, quod eſt politicum. Et huius rei dat Ariſtote. cauſam lib. 5. Ethic. cap. politici autem iuſti, ſ. ꝙ non ſit iuſtum ſimpliciter hominis ad filios paruulos, quia ſicut non eſt iuſtum aliquod hominis ad partes corporis ſui, quia ſunt aliquid eius, licet non ſit do-

Auctoris cõcordia.

In qõ. 29. & 30.

Reſponſio ad auctoritatẽ Ariſt. ꝙ filius eſt pars patris

F minus earum, ita non erit iuſtum ſimpliciter patris ad filios paruos, quia ſunt velut partes quędam patris. magni autem non ſunt iam pars patris. & tamen quãtum ad puniendũ filios pro peccato patris ęquale eſt de adultis, & paruulis. quia vel neutri punientur, vel vtrique, quia vtroſque pater diligit, & de vtrorumque pęnis affligeretur.

Loqui... per ve... põt q... nota.

Ad tertium dicendum, quòd non eſt omnino certum, an filij, & filiæ Achan nunc fuerint paruuli cum puniti ſunt, & nulli emancipati, vel magni puniti fuerint. & tamen poteſt concedi, ꝙ omnes fuerint paruuli, vel ſaltem non emancipati, qui nunc cum patre puniti ſunt, vt tactum eſt ſupra. hoc tamen non fuit quaſi non liceret occidi maiores, ſed quia nulli tales inuẽti ſunt, ſcilicet, quia non habuit eos tunc Achan, ideſt G quia nunquam habuerat, vel quia defuncti erãt. & ſic ſoli parui filij cum eo tunc inuenti ſunt.

In q. 53. 70.

Quare filij Achan occiſi ſunt pro patre cum ipſi non peccauerint, & an fuit eis pro peccato patris mors inflicta, vel accelerata. Quæſt. LXXIII.

SED tunc manet adhuc dubium, quõ puniti ſunt iſti filij Achan pro peccato patris, cum ipſi non peccauerint. Aliqui dicunt, quòd filij nõ occiſi fuerunt, ſed ſolum ducti fuerunt ad vidẽdum pęnam patris, ſed iſtam opinionem ſupra improbauimus.

In qõ. 6...

Alij dicunt, quòd nõ occiſi fuerũt, ſed ſolus Achan. H & quòd per filios, & filias, & cuncta quæ poſſidebat Achan, intelliguntur opera eius. ſic tenet Adamãtius in vna expoſitione.

Sed dicendum eſt, quòd iſte ſit ſenſus myſticus. nã ſecundum literam neceſſe eſt concedi, quòd filij Achan cum patre occiſi fuerint, vt oſtenſum eſt ſupra.

In qõ...

Alij dicunt, quòd filij Achan pro patre puniti ſunt, ſed non pęna ęterna, ſed ſolũ temporaliter occiſi ſunt.

Sed dicendum, quòd iſti narrant veritatem, ſed nõ ſoluunt quæſtionem, neque tollunt difficultatẽ, quia licet verum ſit, quòd filij non puniantur æternaliter pro patribus, non iuſtificatur inde, quòd puniantur tẽporaliter pro illis, quia eſſet ibi pęna ſine cauſa. & ſic videretur iniuſta. quare tamẽ poſſit dici, quòd filij pu- I niantur pro patribus pęna temporali, & non æterna, neque purgatoria, declaratum eſt præceden. ca. Iſtam tñ ſolutionem inter alias tenet Adamantius. Alij autẽ dicunt, quòd factum fuit hoc iudicio Dei occulto, vt ſicut occiſi ſunt triginta ſex viri pro peccato Achan, ita & occiderentur filij eius.

In q. 56. & 57.

Alij dicunt, quòd filijs Achan non fuit hic mors inflicta pro peccato patris, ſed accelerata, quia etiã non peccante patre erant ipſi debitores mortis. & iſtas etiã ſolutiones tenet Adamantius, & Glo. ord. dicẽs filios, & filias eius cũ pecoribus, & omnibus quæ habebat, populus obruit. non tamen hoc iudicio humano, ſed ſpiritu prophetico fecit Ieſus. ſiue intelligens omnia quæ ſunt eius, vt neque filios cenſeret exceptos, ſiue K opera eius quæ poſt mortem fuerat Deus in illo crematurus, non ſolum per cætera quæ illius erant, ſed etiam per filios ſignificans, nec ideo credendum eſt pro peccato patris, a quo innocentes erant, poſt mortem igne inferni eſſe cremãdos: mors enim quæ omnes manet q̃uis de primo peccato veniat, quia ita nati ſumus, vt neceſſario moriamur, accelerata quibuſdam eſt, vnde raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius. quo ergo iudicio, vel miſericordia fuerit irrogata filijs eius, vel illis triginta ſex viris, cũ omnes fuerint a peccato eius alieni, latet apud Deum apud quem non eſt iniquitas, ſecundum illud impio peccatum etiam eſt, ꝙ plus terribiliter oportebat quærere

Iſta ſunt verba Adamant.

quod

quod admissum est. & tanto timuerunt cęteri factum eius imitari, quãto horrerẽt in tam magnum, & tam iustum populi odium dari, & eis quos ad spem propagandi generis se relicturum putabat, peccato suo secum consumptis mori.

Quòd non fuit aliquid iniustum, quòd occiderentur filij Achan pro peccato eius, & quomodo dicitur illis mors accelerata pro peccato patris, & non inflicta. Et hic nota conclusionem, scilicet, ꝙ filij Achan paruuli erant debitores mortis etiam si pater eorum non peccasset, & quare hoc.
Quæst. LXXIIII.

SED dicendũ, ꝙ non fuit aliqua iniquitas in hoc, ꝙ filij Achan nunc pro peccato patris occiderentur, & fuerunt aliquæ causæ ad hoc mouẽtes. Primum patet, quia filij Achan debitores mortis erant, etiam si pater eorum non peccaret, ideo illo ad huc non peccante poterant ipsi iuste occidi iudicio diuino, quo illorum debita, vel peccata cognita erant. non tamen iudicio humano. nam siue essent paruuli, siue adulti, certũ est, ꝙ habebant aliquod peccatum pro quo erant debitores pęnæ. nam si erãt paruuli haberent saltem reliquias peccati originalis, quia licet sit expiatum illud per sacramenta, vel fidem, vel alias, semper tamen manet obligatio ad mortem, cũ statutum sit vnumquemque hominem semel mori. ad Hebrę. 9. c. Si autem essent adulti, præter debitum mortis, quod est ex peccato originali, vel quomodolibet ex decreto Dei, haberent aliqua alia peccata per quæ obligati esse poterant ad alias pęnas, ita vt illis posset ista inferri etiam patre non peccante. Et secũdum hoc sunt cõuenientes vltimæ duę solutiones. vna est, ꝙ mors fuit accelerata pro hoc peccato, & non inflicta. nam verum est, ꝙ isti filij Achan erant debitores mortis, etiam si pater eorum non peccasset, & hoc inquantum mors consequitur, vt pęna debita pro peccato originali, vel vt prouenit ex decreto Dei, quo ẽt moriuntur illi qui non contraxerunt originale peccatum, sicut fuit de Christo qui non contraxit originale peccatum, neq; fuit possibile eũ incurrere aliquod peccatum, & tamen fuit obligatus ad mortem, vel saltem mortuus est propter illud diuinum statutũ, quo decretum est vnumquemque hominem semel mori. ad Hebræ. 9. c. Sed cum dicitur, ꝙ accelerata est illis mors pro peccato patris, non est intelligendum, ꝙ isti per peccatum suum non mererentur mori tunc, sed postea, & tamen propter peccatum patris abbreuiata fuerit illis vita: nam tunc non possemus euadere difficultatem, s. quia infligeretur eis pęna aliqua quam nõ mererentur. nam abbreuiari vitam pęna quædam est, & sic esset iniusta, quia solum pro peccato alieno. Sed dicendũ est, ꝙ sicut isti erant debitores pęnę, ita erant debitores pro quocunq; tempore. nam erant debitores sine præfinitione temporis. & quod debetur sine præfinitione temporis statim debetur, ideo poterat Deus ab istis repetere pęnam istam, vel mortem quã docunque vellet, & non faciebat eis iniuriam. Est tamen verũ, quòd Deus non petiuisset ab eis tunc mortem, nisi pater illorum peccasset, & ita propter peccatum illius dicitur mors accelerata, & hoc sine illorum iniuria.

Alia solutio erat de occulto Dei iudicio. & verum est, quòd occultum iudiciũ est, quòd vnus puniatur pro peccato alterius, & ideo non fit in iudicio humano, sed in solo diuino. in humano enim iudicio debent nota esse crimina pro quibus quis punitur, quia alias non recte agitur. occultum autem iudicium est, vbi pęna est nota, & causa latet. ideo ad solum Deum pertinet tale iudicium, quia delicta illa quæ homini-

A bus occulta sunt, nota sunt ei cui non est inuisibilis vlla creatura ad Hebræ. 5. cap. & ita erat hic, quia quãdo fecit Deus, quòd pro peccato Achan perirent triginta sex viri de populo, ignota erãt illorum peccata pro quibus occidebantur. similiter cum filij, & filię Achã pro eo mortui sunt, ipsi quidẽ in aliquo peccauerant, & debitores pęnæ erant, sed peccata illorum quę essent pro quibus patiebantur, occultum erat, sed licet occultum esset, iudicium iustum erat, immo propter hoc erat iustum, quia peccata quædam hoc exigebãt, sed illa occulta erant, & ita apparet, quòd non erat iustum occidi nunc filios, & filias Achan.

B *Causæ seu motiua quatuor quare occisi sunt filij Achan pro peccato patris sui. Vbi notandus est casus specialis in quo filius post mortem patris punitur pro patre, & supra quæst. 71.*
Quæst. LXXV.

SECVNDVM erat: quòd aliqua motiua erant ad hoc, quòd nunc occiderentur filij, & filiæ Achan cum eo. erat autem primum ipsa magnitudo peccati, vt innueretur tam graue fuisse peccatum, vt ad illius expiationẽ non sufficeret mors solius Achan, nisi etiam filij morerentur cum eo.

Secundum erat, & principale, ad incutiendum magnum timorem populo Israelitarum, vt abstinerent a similibus, quando viderent, quòd pro peccato non solum occidebatur peccans, sed & tota eius posteritas
C delebatur. & hoc est, quod maxime mouere poterat Israelitas, quia nihil magis quam filios diligebant.

Tertium fuit ad magis satisfaciendum populo. nã pro peccato Achan occisi fuerant triginta sex viri de populo, pro quo nimis Israelitæ indignarentur ipsi Achan, & vltionem de eo vellent sumere. & quia pro tot occisis non satisfaciebat mors vnius, vellent quoque filios occidere, & sic satiaretur ira illorum.

Quartum erat, vt magis puniretur, quia licet satis erat grauis pęna ipsi Achan, quòd ipse occideretur, grauior erat cum etiam filios suos, quos vt seipsum diligebat, coram se occidi cerneret. & ista est proprie causa quare filij puniantur pro peccatis patrum, scilicet, vt ipsi patres videntes filiorum pœnas affligan-
D tur de ipsis, sicut si ipsi eas in seipsis sustinerent. Sunt tamen duæ causæ solæ quare filij puniantur pro patribus.

Prima est quæ dicta est, scilicet, vt patres cruciętur de pęna filiorum. & ob hoc regulariter nunquam puniuntur filij, nisi viuentibus patribus atque vidẽtibus, vt sic ipsi affligantur. quod non accideret si patres nõ viuerent, vel filiorum pęnas nescirent. & ob hoc Deus dixit, quòd punirentur filij pro patribus solum vsque in tertiam, & quartam progeniem, scilicet, quia vsque ad illud tempus ad plus solent homines superuiuere. & quia sequentem posteritatem videre non solent, non dixit Deus, quòd punirentur vsque in sextam, & septimam generationem.

Secunda causa est ad dandum vltionem aliquibus
E hominibus, qui aliter non possunt sumere vindictam nisi occidantur aliqui de progenie illorum, a quibus iniurias susceperunt. & hoc fit interdum mortuis illis qui peccauerunt, & occiduntur tunc filij pro peccato patrum nõ videntibus patribus, & ideo neque de hoc dolentibus.

Et istud est rarissimum. nam non legimus illud factum nisi pro peccato Saulis occidentis Gabaonitas. nam post mortem eius occisi fuerunt duo filij eius, & quinque nepotes, vt satisfieret Gabaonitis 2. Regũ. 21. capitulo.

Est autem tale iudicium pure diuinum. quia iudex humanus non auderet talia facere, neque ei liceret.

vnde

vnde si Gabaonitæ conquesti fuissent Dauid tunc regnanti de crudelitate, quam in eos exercuerat Saul, non auderet Dauid occidere aliquem de posteris Saulis, quia repugnabat lex, scilicet non occidẽtur patres pro filijs, neque filij pro patribus. Deuterono. 24. cap. ideo cum non superuiueret Saul qui peccauerat, non posset eis Dauid dare vltionem. Deus tamen iussit eis dari vindictam, immo pro hoc afflixit fame tribus annis Israelitas 2. Regum capit. 21. & tunc occisi sunt septem viri, scilicet duo filij, & duo nepotes Saulis volente Deo.

Sed in præsenti concurrerunt ambæ causæ. Prima erat, quia filij, & filiæ Achan occidebantur præsente patre, & dolente de eorum pęna. Secunda quoq; erat quia fiebat hoc ad satisfaciendum Israelitis de malo, quod passi fuerant, & non putarent se habere sufficiẽtem vltionem si solum Achan occiderent. ideo etiã filij vocati sunt ad illos occidendum.

Sed sciendum, quòd licet fuerint quatuor motiua ad puniendum filios Achan pro peccato eius, vt dictũ est, duo tamen illorum tanguntur solum hic, scilicet primum, & tertium. De primo patet, cum Deus dixit. non ero vltra vobiscum donec conteratis eum qui huius sceleris reus est, vt patet supra in litera. & tamẽ cum dixit, non ero vobiscum, signauit magnam indignationem suam, & velle vltionem de offensa sibi facta. cum autem dixit donec conteratis, signauit quòd non solus Achan, sed etiam filij sui morerentur, quia alias non erat conterere eum, idest totaliter delere.

Tertium motiuum signatur ex verbis Iosue, quando volebat lapidare ipsum Achan. nam dixit, quia turbasti nos, exturbet te Deus in die hac, scilicet quia fecisti nobis turbationem faciendo, quòd caderent viri triginta sex de populo, exturbet te Deus, idest inferat tibi hanc pęnam quam statim patieris. & sic signauit, quòd ideo occidebant eum, & filios suos, quia ipse fecerat perire de populo illos viros.

De filijs, & filiabus Achan qua morte perierint, scilicet an lapidati, vel cremati, vel vtraque pœna. Quæst. LXXVI.

CVM constet filios, & filias Achan perijsse pro peccato patris, quæritur qua morte perierũt. Aliqui dicunt, quòd fuerũt cremati. primo quia de solo Achan dicitur, quòd lapidauit eum omnis Israel. ergo videtur, quòd filij non fuerũt lapidati, sed alia pęna affecti. & tamen non erat alia nisi crematio. quia de duabus solis pęnis hic agitur, scilicet lapidatione, & crematione, vt patet in litera, ergo cremati sunt.

Secundo patet, quia dicitur hic in litera. & cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. sed filij erant ipsius Achan, ergo cremati sunt.

Dicendum, quòd non fuerunt cremati, quia hoc erat valde irrationabile. nam filij Achan puniebantur nunc pro peccato patris, & minus rei criminis erant quam pater. ideo iniquum erat infligi eis maiorem pęnam quam patri, & tamen pater lapidatus est, & nõ fuit crematus viuens. minor autem pęna est lapidatio quam crematio, ideo non cremarentur filij eius.

Rationes autem in oppositum non probant. De prima patet. nam licet nõ dicatur, quòd lapidati sunt, non sequitur, quòd non fuerunt lapidati, quia scriptura multa subticet quæ facta sunt, & potissime, quando ex alijs possunt colligi. quia si ꝑpter hoc ꝙ non exprimitur de lapidatione, diceremus non fuisse lapidatos, ac etiam non exprimitur de crematione, neque de alia pęna, diceremus, quòd nulla pęna fuerunt puniti, sed hoc falsum est, quia mortui sunt pro peccato

F patris, vt ostensum est supra. Secunda etiam ratio nõ probat, quia dicitur. Et cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. quod manifeste accipitur de rebus possessis. filij autem non sunt aliquid patris, quia non possidenur ab eo, & ideo filios nostros vocamus liberos, quia nullius sunt. & ideo nomine cunctorũ quę erant ipsius Achan non possunt intelligi filij, & filiæ.

Sed dicendum secundum veritatem, quòd filij Achan lapidati fuerũt, sicut Achan, quia crematio erat maior pęna. ideo simul cum Achan fuerunt lapidati, & postea mortui existentes cremati sunt, sicut ipse Achan crematus est post mortem, vt supra probauimus.

Et hoc tenet Adamantius, & Glos. ordin. scilicet fi-
G lios ergo eius, & filias cũ pecoribus, & omnibus quæ habebat, populus cum puniret lapidibus obruit. non tamen hoc iudicio humano, sed spiritu prophetico fecit Iesus. siue intelligens omnia quæ sunt eius, vt neque filios censeret exceptos, lapidationis pęnam pro igne ingerens.

Et dicendum, quòd ista fuit causa quare scriptura tacuit de pęna filiorum Achan, scilicet, quia cũ de patre diceret, quòd lapidatus est, intelligebatur de filijs, quòd eandem pœnam paterentur cum essent homines, & non res possessę inanimatę.

Secundo, quia scriptura tacite hoc innuit. nam cũ expressit dicens. & cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt, & agatur de rebus possessis, innuit quòd res non possessę non combustæ fuerunt. sic autẽ erãt
H filij. ergo non fuerunt cremati, sed alia pœna affecti, & ista est pęna lapidationis, quia nulla alia pęna erat.

De rebus pertinentibus ad Achan tam animatis quam inanimatis qualiter fuerint consumptæ. Quæst. LXXVII.

SED de cæteris rebus pertinentibus ad Achan est dubium qualiter deletę fuerint. Dicendum quòd rerum Achan quædam erant inanimatę, vt tabernaculum, & supellectilia. alię erant animatæ, vt oues, boues, & asini.

De primis dicendum est, quòd igne consumpta.

Primo, quia talia non sunt subiectum alterius dele-
I tionis, neque alicuius pœnæ. nam lapidari non poterant, & si lapidarentur nihil fiebat, quia sic neque sentiebant, neque consumebantur. fuerunt ergo cremata, quia licet sic non sentirent pęnam, tamen consumebantur, ita vt esse desinerent. & hoc satis erat, quia ista erat intentio Dei, vt nihil illorum maneret, neque cedere posset in vsum Israelitarum.

Secundo, quia dicitur in litera. & cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt, sed inanimata erant proprie ipsius Achan, ergo igne consumpta sunt.

De alijs rebus, scilicet animatis est dubiũ quid fuerunt passę. Aliqui dicunt, quòd non est dubium quin fuerint cremate, quia dicitur. & cuncta quæ illius erãt igne cremata sunt, sed oues, boues, & asini, & alia a-
K nimata, erant res possessę ab Achan. ergo combusta sunt. Dicendũ videtur, quòd non cremata fuerint ista viuentia, quia difficile erat cremari sic, sed occisa sunt alio genere mortis, scilicet lapidatione, vt aliqui putant. & post mortem fuerunt cremata.

Sed dicendum, quòd nõ est satis rationabile, quòd eodem genere mortis perirent iumenta, & homines, vt non viderentur esse eiusdem dignitatis. Secundo, quia sicut isti dicunt, quod non cremarentur ista animalia viuentia, quia difficile erat ea cremari, ita neq; lapidarentur, quia difficile erat multa animalia huiusmodi lapidari viuentia.

Tertio, quia aliquando lapidantur boues, & tamen hoc est qñ est quasi culpa propria. sicut si bos cornu-
peta

peta est,& occidit virum,aut mulierem, obruit lapidibus.Exo.21.c.& tñ hic non præcessit aliquid tanq̃ culpa,vel damnum datum ab istis animalibus,sed solum occiduntur in detestationem criminis Achan dñi sui. ergo non debebant lapidari. Sed dicendum est,ꝙ ista oĩa aĩalia occisa sunt gladio, & fuit modus, ꝙ prius Achan,& filii sui, atque filię lapidarent, postea aĩalia oĩa gladio occiderentur,deinde tã Achan,q̃ filii mortui,& aĩalia occisa cũ oĩ supellectile,atque tabernaculo Achan cremarentur. Et patet primo,qa Achan,& ptinentia ad eũ perierunt,quasi res pertinentes ad anathema.nam Achan per hoc ꝙ de anathemate rapuerat,factus erat anathema ipse, & cuncta,q̃ ad eũ pertinebat, & tñ in anathemate aĩalia oĩa occidebant gladio,& postea cremabantur, sicut factum est in anathemate Iericho præce.c.s.ceperunt ciuitatẽ,& interfecerunt omnia quæ in ea erant a viro vsque ad mulierẽ, ab infante,vsque ad senem.boues quoque,& oues,& asinos in ore gladii percusserunt. Secundo patet,quia iste erat generaliter modus anathematum. nam quando aliqua ciuitas idolatrarum in terra Israel erat,subijciebatur anathemati,& occidebantur omnia viuentia in illa,& postea cremabantur cum ipsa ciuitate.Deut. 13.c. ita ergo nunc occiderentur ista animalia in ore gladii,& postea cremarẽtur. Si aliquis dicet,ꝙ ex hoc sequeretur, ꝙ etiam filii Achan occiderentur gladio, & non lapidarentur, quia tam in vrbe Iericho, quàm generaliter in omni vrbe supposita anathemati occidebantur gladio viri & mulieres, vt patet supra 6. & Deute. 13.c. Dicendum est,ꝙ non est hic eadem causa,q̃ in illis duobus.nam in anathemate Iericho erant Ierichontini, vt hostes, & defendebant se contra Iudęos,ideo non possent eos occidere aliter.etiam quia illos non occidebant Iudæi, quasi pro aliquo peccato quod commisissent,sed velut hostes. est autem occisio hostilis,vt gladio pereant. De habitatoribus autẽ ciuitatum idolatrarum, dicendum quòd occidebantur pro peccato commisso, & non velut hostes, quia tamen multi erant, & non permitterent se occidi velut peccatores in quos fit executio iustitiæ, agendum erat contra eos,quasi contra hostes,& sic occidebant gladio.De Achan, & filiis eius aliter erat, quia nõ occidebantur,vt hostes, sed vt peccatores præuaricantes mandatum Dei,siue pro præuaricatione ipsius Achã. & rursus ipsi erant pauci,& in quos poterat fieri executio iustitiæ: ideo nõ occisi sunt morte hostili.s.percussi gladio,sed pęna legali.s. lapidati, sicut aliqui alii peccatores lapidabantur.

Et cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. Ideo ea quæ pertinebant ad vxorem suam, quamquam ab ipso regerentur,& disponerentur dum viueret, ex habitudine œconomica, tamen cum ipse perijt non consumpta sunt, quia non pertinebant ad eũ, sed ad vxorem suam.dicuntur igne consumpta nõ solum igne, quia etiam lapidatio fuit in filiis & filiabus Achan, & postea cum ipso Achan cremati sunt. in rebus autem inanimatis fuit sola cõbustio. *Congregaueruntque super eum aceruum magnum lapidum*. Postquam fuit lapidatus Achan,& crematus cum rebus suis,super cinerem illum fuit magnus lapidũ congregatus aceruus, vt maneret in memoriam æternam, ꝙ ibi lapidatus fuerit Achan pro anathemate Iericho, & vt alij pęnarũ memores a similibus arcerentur. *Qui permanet vsque in præsentem diem*. s. vsque ad tempus quo liber iste descriptus est, scilicet sub Samuele, vt verisimilius est,nec solum,vsque ad illud tempus durasse credendum est, sed etiam toto tempore quo Iudęi manserunt in terra illa,quia cumulus ille erat testimonium punitionis iussę a Deo fieri,& qui dispergeret eum, tolleret memoriam iustitię diuinę. *Et auersus est furor domini ab eis.*

A Idest postq̃ Israelitæ occiderunt Achan delentes oĩa quę ad eum pertinebant, auersus est furor domini ab eis. nam ante erat pro peccato Achan toti Israeli iratus, & tradiderat eũ in manus hostium. dixerat quoque,ꝙ nunq̃ esset cũ Israelitis quousque contererent peccatorẽ. *Vocatumque est nomen loci illius Vallis Achor.* Ibi vallis erat, sed ante hoc non erat nominata vallis Achor.nunc vero nomen assumpsit ex eo quod ibi factum est.s.ꝙ occisus est Achan. nec tñ vocata est vallis Achor, quasi vir ibi occisus vocaretur Achor, sed ex verbis Iosue.s.Quia turbasti nos exturbet te Deus. In hebręo autem Achor turbatio est,& sic vocata est vallis illa turbationis, quia turbatus est ibi Achã iuxta verba Iosue. *Vsque hodie.* Semper Iudęi postea vocauerunt vallem illam eodem nomine ad continuatio-
B nem memoriæ rerum gestarum.& causa nominis huius vallis est, sicut causa aceruui facti de lapidibus, quia sic facta Deo melius a posteris recolebantur.

CAP. VIII.

DIXIT autem dominus ad Iosue. Ne timeas,neque formides. Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & consurgens ascende in oppidum Hay. Ecce tradidi in manum tuam
C Regem eius, & populum, vrbemque & terrã.Faciesque vrbi Hay,& Regi eius sicut fecisti Iericho, & Regi illius. Prædam vero,& omnia animantia diripietis vobis. Pone insidias vrbi post eam.

D*Ixit autem*. Descripta deletione vrbis Iericho,& destructione Achã, sequitur de destructione ciuitatis Hay, & diuidit in duo. Quia primo ponitur ciuitatis Hay destructio.Secundo totius terræ Chanaan inde secuta trepidatio.ĩ.9.c.Prima in tres.Quia primo ponitur captio-
D nis modus.Secundo executionis actus.Tertio immolationis cultus. Secũda ibi. *Surrexitque Iosue.* Tertia ibi. *Tunc ædificauit Iosue.*

An esset conueniens, quòd Deus nunc confortaret sermone Iosue timorem expellendo. Quæst. I.

CIRCA primum, quia supra ex pręuaricatione Achan Israelitæ ceciderant in aduersitatem hostilem,nunc autem scelus illud punitum erat, restabat, vt Deus conuerteretur ad Iudæos,ita vt primo fuerat. nam dixerat pręceden.
E cap.Non ero vltra vobiscum donec conteratis eum, qui hoc scelere contaminatus est. nunc autem, quia executi fuerant illud Israelitę, Deus tollit eis timorẽ, & loquitur ad Iosue,vt non timeat. nam dato, ꝙ executi fuissent mortem Achan, adhuc timerent forte, ꝙ Deus placatus non esset: ideo formidarent hostes suos de vrbe Hay, cum primo incurrissent in manus eorum. fuit ergo conueniens, vt Deus tolleret eis timorem certificando, ꝙ iam non traderet eos in manus hostium, sicut primo.

Sed dicet aliquis, quòd non erat necessarium, aut expediens,ꝙ Deus loqueretur Iosue confortans eum ne timeret,quia præceden.c.dictum fuerat,ꝙ auersus fuerat furor Domini ab Israel.

Respondendum est, ꝙ illud non cognoscebatur a Iosue nec Israelitis, donec Deus locutus fuit Iosue, ꝙ non timeret, sed scriptor libri ex his quæ postea dicta sunt collegit, ꝙ furor domini auersus fuerat ab Israel, & expressit supra. si tñ Iosue nõ audisset a dño ea quę dicuntur hic, non fuisset certificatus, an Deus adhuc esset iratus ꝯ Israel. *Dixit autem dominus ad Iosue.* Ista locutio facta fuit, postquam Achan cum omnibus, quæ ad eum pertinebant, deletus est, & satis cito post illam deletionem, & forte in die eadem. De modo autem locutionis huius responderi põt, sicut de præcedentibus, ꝙ potuerit fieri super arcã, vel in aliqua nube loqui, vel in assumpta humana imagine in secreto loco. quis autem horum fuerit nihil hic differt. *Ne timeas, nec formides.* q. d. ante formidandum erat tibi, & toti Israel ꝑꝑ peccatum Achan nondum punitũ, nũc autem illo punito nihil tibi extimescendum est, quia adiuuabo te, ꝑꝑ completam executionem. & duplicatur hic verbum ꝑtinens ad idem. s. ad timorem secundum morem linguę. etiam quia non signant idem totaliter. timere enim signat timorem quemcũque, pauere autem signat magnum timorem, & sic hebręi exponũt: ne timeas, nec extremiscas. *Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum.* Soli pugnatores ituri erãt cũ Iosue, fœminę vero, & viri inepti ad pugnã non ibãt, sed manebant in castris in Galgalis, vbi primo fixerãt tentoria transeuntes Iordanem, nã etiam postea cum pugnarent cõtra quinq; Reges, de qbus infra 10. manebant castra in Galgalis. nam post cędem factam reuersi sunt in castra Galgalæ, vt patet ibidem. *Omnem multitudinem pugnatorum.* In castris aũt nullus de pugnatoribus manebat, & tñ adhuc Iudæi non formidabãt, ꝙ aliqui de Chananęis insilirent in castris. Tum quia castra erant apud vrbem Iericho, & non erant aliqua loca propinqua illis, vt inde egredientes Chananęi inuaderent castra hebræorum. Tum quia omnes Chananęi extimuerant, & tota terra siluerat in conspectu Iudęorum: vnde non auderent prosilire in castra Israel etiam si propinqua forent. Iussit aũt tolli Deus omnem multitudinem pugnatorũ, q̃q̃ viri vrbis Hay pauci essent, vt nõ timeret populus hebręorum. prius enim dixerant exploratores. Non ascendat totus populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, & deleãt ciuitatem, quare omnis populus frustra vexetur ꝯ hostes paucissimos? vt patet ꝑced. c. & tunc fugerũt Israelitæ terga vertentes. si aũt nunc quoque pars pugnatorum ascẽderet, timerent ne sibi simile eueniret, ideo iussum est, vt ascenderent oẽs pugnatores. *Et consurgens ascende in oppidum Hay.* Dicebatur Iosue ascendere, quia euntibus de Iericho versus Hay est ascẽsus, cum Hay sit in locis montanis circa Bethauem, & Iericho sit in vallibus. sic patet infra 18. s. fuitque terminus eorum ꝯ aquilonem ad Iordanem pergens, iuxta latus Iericho septentrionalis plagę, & ꝯ occidentem ad montana ꝯscendens, & perueniens in solitudinem Bethauem, atque petransiens iuxta Luzã ad meridiẽ, quæ est Bethel. Ecce a Iericho in Bethauem, & Hay, & Bethel ascensus est, sed intermedius locus est Bethel, Hay: ergo ẽt ad illum est ascensus de Iericho.

Hay est in locis montanis.

Ecce tradidi in manu tua Regem eius, & populum. In hoc dabat ꝯfidẽtiã Deus Iosue de euẽtu belli. s. ꝙ Rex Hay traderetur in manus Iosue, & totus populus eius: habebat enim vrbis Hay Regem. nam isti nõ erant Reges, sed Reguli, quia valde paruam terram habebant. nã Iericho apud Hay erat, tamen in Iericho erat Rex vnus, & in Hay Rex alius, vt patet infra 12. Itẽ in parte quadam terrę promissionis, quam cepit Iosue, relicta adhuc magna parte eius erant 31. Reges, vt patet infra 12. vbi singulorum locorum Reges enumerantur. hi autem magis ex nomine, quam ex potentia re-

Reges Chanaan erant Reguli.

F gnatiua reges appellantur. vnde scriptura interdũ eos Regulos vocat. sicut patet Ioann. 4. Erat quidam Regulus cuius filius infirmabatur. *Vrbemque & terram.* Tradito toto populo, & rege satis intelligebatur de vrbe, ꝙ tradita foret, quia vrbs nulla sine pugnatoribus fortis est, sed dictum est ex superabundantia. *Et terram.* i. loca coniuncta oppido Hay. nam q̃q̃ Hay esset parua ciuitas, vt signatur pręcedẽ. cap. tamen, quia erat ciuitas regalis, habebat saltem aliqua pauca loca, quæ vocantur viculi, siue rura sub ditione sua.

Faciesque vrbi Hay sicut fecisti vrbi Iericho, & Regi eius. Hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ sit indicatio futurorum. s. sic eueniet tibi, ꝙ facies vrbi Hay, sicut fecisti vrbi Iericho, & Regi eius. s. ꝙ occides populum cum Rege, & capies vrbem. Alio intelligitur
G per modum pręcepti, & est sensus ꝙ faceret Iosue vrbi Hay, & Regi eius, sicut fecerat vrbi Iericho. i. sicut posuerat anathema in vrbe Iericho, ita poneret in vrbe Hay, & iste sensus est conueniens. sic patet infra, vbi ista facta enarrantur. s. ꝙ incensa est vrbs Hay, & posita in tumulum æternum, sed hoc ad anathema pertinet. Item patet, quia declaratur immediate hoc, scilicet prędam vero, & oĩa animãtia diripietis vobis. q. d. facietis sicut vrbi Iericho ponentes interdictum, vel anathema, tamen nõ totaliter, vt in vrbe Iericho, sed prædam tolletis de vrbe atque iumenta.

H *Ciuitas Hay posita est sub anathemate, vt vrbs Iericho, sed non similiter ambæ pari anathemate.*

Quæst. II.

Circa hoc considerandum est, ꝙ Deus iussit poni vrbem Iericho sub anathemate, & vrbem Hay, sed nõ similiter, quia in vrbe Iericho, tam ipsa vrbs ad habitandum fuit interdicta, quam omnia, quæ erant in ea ad capiendum pręter ea, quæ in thesauris dñi reseruata sunt, vt patet supra 6. cap. In vrbe aũt Hay fuit positum anathema, quia non licuit alicui habitare in vrbe, quia combusta est tota, atque turres, & męnia diruta, & posita in tumulum ęternum. nõ tamen fuit, vt in vrbe Iericho, quia hic pręda sumpta est tam rerum, quę supellectilia appellantur, q̃ iumentorum, ita vt nihil de his exustum est. Item in vrbe Iericho aurum, & argentum, ęnea vasa, & ferrum cesserunt domino, cęteris igne cõsumptis. in vrbe autem Hay nihil dño cessit, sed tota præda, tam auri, quam argenti, quam cæterorum bellatoribus distributa est, vt patet infra.
I

Quare non fuit tale anathema omnino positum in vrbe Hay, sicut in vrbe Iericho.

Quæst. III.

Quaeret aliquis quare in vrbe Hay interdictum positum est, & quare non tale quale in vrbe Iericho? Respondendum est, ꝙ Deus introducebat Israelitas in terrã Chanaan, vt faceret eos habitare ibi, & non vt terram illam totam sibi faceret anathema, atque consecraret, quia hoc modo non possent in ea habitare totam domino consecrantes sub anathemate. nõ ergo debuit poni anathema in omnibus vrbibus terrę Chanaan.
K

Et si aliquis dicat, quòd poterant Israelitæ omnes vrbes Chanaan subijcere anathemati sicut fuit in vrbe Iericho, & tamen habitarent in terra illa loca alia condentes, & vrbes.

Respondendum est non stare. aliter enim Deus de eis determinauerat, scilicet, quòd habitarent in vrbibus Chananæorum. sic patet Deuteronom. sexto. Cumque introduxerit te dominus Deus tuus in terram,

ram, &c. & dederit tibi ciuitates magnas, & optimas quas non ædificasti, & domos plenas cunctarum opum, quas non extruxisti, &c. ergo has ciuitates possessuri erant. Item quia dicitur Num. 35. ꝙ 48. ciuitates de eis quas acciperent darẽt Israelitę pro Leuitis. non debebant ergo oẽs vrbes Chananęorum subijci anathemati Ierichontino. fuit tñ vrbs Iericho posita sub anathemate, tanquam primitiæ omniũ vrbium, vt Deo consecraretur, quia prima erat, & quia Deus
In q.16. specialia miracula ibi pro Israelitis fecerat, & decuit fieri, vt declaratum fuit. s̄. 6. c. oẽs autẽ alias vrbes non decuit anathemetizari, qa tñ in vrbe Iericho oĩa fuerant data Deo quibusdam repositis in thesauris eius, aliis vero crematis ꝑꝑ Deum, si immediate in vrbe Hay oĩa prouenirent populo, nullo tradito Deo, esset transitus magnus. s. a toto in nihil. decuit ergo poni medium. s. vt quia in vrbe Iericho, tam vrbs, q̃ oĩa quę in vrbe erant fuerant dño data, in vrbe Hay, quę erat secũda aliqd darẽt Deo, & aliquid Israelitis, vt postea perueniret ad nihil dandum Deo, & totum Israelitis. nam in vrbe Hay data est ipsa vrbs Deo, ita vt cremaretur tota ꝑꝑ eum, & poneretur in tumulũ ęternum ne vnq̃ habitaretur. cessit autem Israelitis reliquum, quod erat in vrbe. s. omnia spolia, & iumenta.

An sic fuerit vrbs Hay posita sub anathemate, sicut Iericho. s. ut iuberetur ne quis in ea habitaret. Qõ. IIII.

DE hac aũt vrbe an quantum ad locũ sic fuerit posita sub anathemate, sicut Iericho. s. vt iuberetur ne qs in ea habitaret, dubium videtur. nam ꝙ cremata fuerit & diruta ĩ. patet. Sed an Iosue dixerit ibi verba, q̃ dixerat sup̲ Iericho. s. maledictus vir, qui suscitauerit, & ędificauerit vrbem Iericho, nõ constat. Dicendum vr̃, ꝙ ita fuerit positum anathema ne qs eam in ęternum suscitaret, sicut in vrbe Iericho, q̃q̃ nõ exprimantur hic verba illa, quod patet primo, quia dr̃ hic. Faciesque vrbi Hay sicut fecisti vrbi Iericho, & postea subditur. Prędã vero, & oĩa animantia diripietis vobis. q. d. ꝙ oĩa debebãt fieri in vrbe Hay, sicut in vrbe Iericho, præter hoc, ꝙ prędа cederet Israelitis, alioquin frustra ponerẽt ista clausula, sed vrbs Iericho fuit diruta, & succensa, & super posita ęterno anathemati, ne quis eam habitaret. ergo sic factum est de oppido Hay. Item quia ĩ. dr̃, ꝙ Iosue succendit vrbem, & fecit eam tumulum sempiternum. ergo nunquam in ea esse debebat habitatio, sed semper futura erat tumulus. In hoc autem, quod dr̃ eam fecisse tumulum æternum, subintelligitur ꝙ dixerit. maledictus qui suscitauerit, & ędificauerit vrbem Hay. postea vero nullæ vrbes in terra Chanaan anathemati suppositæ fuerunt, sed tam vrbes ad habitandum quam spolia vrbium ad diripiendum licebãt exercitui. *Prædam vero & omnia animantia diripietis vobis.* Idest non facietis hic tale anathema quale in vrbe Iericho, vbi nihil licuit vobis accipere. nam hic totum, quod in vrbe fuerit accipi licitum est pro vobis. Si aliter Deus iussisset, nimis moleste ferrent Israelitæ. s. ꝙ de toto, quod erat in vrbe Hay nihil acciperent, & q̃q̃ nihil raperent timentes iram dñi, sicut fuerat ꝓ violato anathemate Iericho, tñ grauiter ferrent, ꝙ eis cuncta auferrentur. permisit ergo eis Deus, ꝙ inter se diuiderent. *Diripietis vobis.* i. rapietis pro vobis, nã si solũ dixisset diripietis, adhuc non auderent Israelitæ accipere spolia vrbis pro se, sicut in vrbe Iericho licuit aurum, & argentum, & ænea vasa, atque ferrum diripi, sed in thesauris domini reseruata sunt, ita intelligerẽt hic nisi expressum foret. dixit ergo. diripietis vobis. i. pro vobis, nihil quippe Deo datum est de argento, atque reliquis.

A Differentiam facit litera inter prædam & animantia, quia vocat prædam oĩa supellectilia inanimata. animantia aũt vocat pecora, & iumenta in quibus est tota præda, vel spolia bellica. *Pone insidias vrbi post eam.* Hic datur modus capiendi Hay ꝑ insidias. s. ꝙ ad partem occidentalem eius ponerentur insidiæ. & cũ egrederentur viri de oppido Hay in pugnam ꝯ eos qui aperte veniebant a fronte orientali vrbis, atque sequerentur eos simulantes fugam, insidiæ, q̃ laterent post vrbem introirent in eam, & regrediẽtibus Chananęis non pateret aditus vrbis, sed interciperenẽt vndique ab hostibus, atque faciliter cæderentur. Si aũt totus exercitus Israelitarum occurrisset viris Hay a fronte, q̃q̃ egrederentur ab vrbe, non potentes postea sustinere
B pondus belli regrederentur, atque laterent. ideo non esset Israelitis facile comprehendere viros, sed oportebat vt obsiderent quousque deficerent in vrbe alimẽta, aut Deus dirueret muros Hay, sicut fecerat in muris Iericho. ad faciliter ergo comprehendendum dedit modum hunc. s. ꝙ ponerentur insidiæ. *Post eam.* i. a parte occidentali.

Dñia inter prędam, & animãtia.

Quomodo sumitur ante & retro, dextrum, & sinistrum in cœlo, & in omnibus rebus creatis. Quest. V.

IN quo considerandum, ꝙ quædam sunt, quæ habent ante & retro, dextrum & sinistrum, & hoc ẜm naturæ determinationẽ, quia sunt aliquę virtutes in his partibus ẜm quas vocãtur sic partes,
C vt in animalibus vultus vocatur pars anterior, quia ꝯ partem illam est impetus motus animalis, & non versus caudam. ideo dato ꝙ animal sit conuersum ad occidentem, vel quodlibet latus mundi, ea pars dicetur anterior eius ad quam vultus illius conuersus est. sic de supra, & infra. Nam caput animalis est suprema pars eius, & pedes sunt inferior pars, quia in capite est virtus deriuata per totum corpus a cerebro ad sentiẽdũ: deriuatio aũt a superiori ad inferiora est. ideo q̃q̃ aĩal pendeat pedibus erectis in sublime, pars eius sup̲ vocatur semper caput. In cęlo quoq; naturaliter sunt determinatæ istę positiones. s. ꝙ pars orientalis est anterior mũdi, vel cęli pars, quia ibi patet specialiter vis motus, quia ab ea parte incipit motus mundi. s. primi
D mobilis, & oĩum cęlorum inferiorũ quantũ ad motũ raptus, qui est principalior, & manifestior motus mũdi. Aliæ aũt res sunt, quæ ẜm se non hñt ante & retro, dextrum & sinistrum, quia non sunt in eis aliquæ determinatæ virtutes, ẜm quas accipiant istę positiones. Recipiũt tñ istas denominationes ex duobus. s. ex cõparatione ad nos in quibus sunt istæ positionum drĩæ proprie, vel ex mundo. ideo pars rei, q̃ est ad partẽ nostram anteriorem vocatur anterior in re, & q̃ est nobis dextra vocatur dextra in illis, & sic de cęteris drĩjs. Vel accipiuntur ex comparatione ad partes mũdi. s. ꝙ illa pars rei, q̃ est versus partem anteriorem mundi. s. orientalem vocatur anterior in re, & sic de cæteris positionibus. Ita ergo in vrbe Hay, ipsa ẜm se nõ habebat
E aliquam partem anteriorem, vel posteriorem: cũ nulla virtus sit quæ determinet sibi vnam partem, vel alteram, & denominari faciat, sed dicebatur pars anterior illa, quæ erat versus partem anteriorem Iudæorum venientium in Hay, & posterior illa, quæ erat ex opposito. Ideo venerunt Iudæi ex opposito vrbis in manifesta pugna, & fecerunt partem eorum per latibula circuire ciuitatem, & manere in parte opposita parti illi contra quam ipsi ibant. Vel vocabatur ante & retro in vrbe Hay secundum comparationẽ ad partes mundi. s. ꝙ pars vrbis Hay, quæ erat ꝯ oriẽtem vocabatur anterior, & pars quæ erat contra occidentem vocabatur posterior. Israelitæ autem veniebant a par-

te orientali.s.a Iericho,& Iordane in Hay. nã introierant in terram Chanaan per frõtem orientalem eius, scilicet per Iordanem,quæ est ad orientem terrę Chanaan,vt patet Num.34.c.& cum irent versus Hay introeuntes magis in terram Chanaan necesse est,ꝙ intrarent versus occidentem,& pars locorum opposita eis ad quæ ibant erat orientalis locorum: ipsa aũt erat pars anterior.pars vero occidentalis erat posterior,sed insidiæ erant ad partem occidentalem vrbis.ergo erãt post vrbem, sic patet infra.s.sederunt inter Bethel,& Hay ad occidentalem plagam vrbis Hay.

An liceat in bellis poni insidias,& vti alijs cautelis ad capiendum hostes. Et quòd veritas & fides seruanda est hostibus,& inimicis etiam infidelibus,& ethnicis, quia est de iure naturæ,fallit tamen in aliquibus. Quæst. VI.

CIRCA hoc, quod de insidijs ponendis hic dicitur inquirendum est, an liceat in bellis vti insidiis, & aliis cautelis ad decipiendum hostes. Aliquis dicet, quòd non, quia contra pceptum commune naturæ est,ꝙ quis alteri nõ faciat, qđ sibi fieri nolit.nemo tñ vult poni sibi insidias. ergo nõ est licitum in bellis poni aliquas. Itẽ insidiæ ex abscondito fiunt. nam in manifesto nullæ ponuntur insidiæ iuxta illud Prouerb.1.c.frustra rete ponitur ante oculos pennatorum,sed qui tenebras,& abscõdita petit malus est,iuxta illud Iob.c.24.Oculus adulteri diligit caliginem,& Luc.6.Qui male agit odit lucem.ergo poni insidias malum est. Item insidię pertinent ad fraudes. sunt autem fraudes pertinẽtes ad iniustitiam. ergo,qui ponit insidias iniuste agit.In contrariũ videtur, quòd Deus iussit hic Iosue,vt poneret insidias,sed Deus nihil iubet iniustum.ergo licitum est vti insidiis in bello. Item Glo. beati August.super locum istum dicit,ꝙ insidiis vti licitum sit. Ad hoc cõsiderandum est, ꝙ de iure gentium bella introducta sunt, & iura bellorum, atque artificia. nimis enim differt in regimine exercitus,quia habet suam prudentiam, sicut operationes singulę. Ad directionem autem bellicam pertinet positio insidiarum in decẽti loco.Ideo an insidiis vti iustum,vel iniustum sit,ex hoc dependet, ꝙ bellum sit iustum,vel iniustum. si enim bellum iustũ sit,cuncta quæ ad prudentiam bellicam pertinent iusta erunt.Si vero bellum iniustum sit,cuncta quę bellice fiunt, siue ad prudentiam bellicam pertineant,siue non,illicita sunt. Pro quo considerandum,ꝙ insidiæ sunt ad fallendum hostes. Possunt autem hostes falli dupliciter. Vno modo,quia eis falsa exprimũtur, vel quia pacta conuenta non obseruantur, & tunc illicitum est,nec talibus insidijs,aut magis fraudibus vtẽdum est.nam ad hostes etiam veritas tenenda est, nisi ipsi primo fidem fregerint. nam tunc generale est, ꝙ frangenti fidem fides frangatur eidem, vt patet extra de iureiu.c.peruenit 2. Sunt enim quędam iura bellorum, quę agentibus sine aliqua positione legislatorũ introducta,& obseruata sunt,vt ꝙ legati sint securi,& ꝙ treugę obseruentur,& omnia pacta inita,vt ait Ambro.in lib. de offi. contra hæc autem nemini agere licet. Alio modo hostes decipimus, quia id, quod agimus,aut in factis, signis, aut verbis occultamus, vt ꝙ veritatem eis non pandimus, licet tamen falsum non exprimamus. Nec solum licet occultare,quod agimꝰ aut intendimus,sed ẽt fingere nos aliud facere, q̃ facimus,vt eos capiamus. Et si quis obijciat,ꝙ non liceat decipere in alterutrum. Respondendum est,ꝙ hostes sibi cauere debent ab hostibus,quia non procurant in alterutrum bonum, sed omne malum. semper ergo suspicari debent malum ex eis euenturum,& vigilan-

Auctoris responsio.

F ter eis resistendum est. Nec si quicquam nobis ab hoste proueniat fraudi,aut dolo ascribere debemus,qm̃ dolus,aut fraus non est, nisi in eo, a quo nobis cauendum esse nescimus: cum enim pugnare cõtra hostes licet,nihil differt ex insidijs pugnare,aut manifeste,nisi vt secreta nostra hostibus pãdamus,vel nequaquã, sed nemo tenetur pandere secreta sua hosti. ergo cũ licuerit pugnare,licebit tã ex insidiis, q̃ manifeste pugnare.vnde Aug.super locum istum ait. Si quis bellũ iustum ceperit,nihil differt,an aperte an ex insidiis vincat quantum ad iustitiam. Si autem bellum est illicitum,non solum pugnare ex insidiis malum est,sed ẽt manifeste pugnare. peius tñ est ex insidiis, q̃ manifeste. Ad argumenta in contrarium. Ad primum cum

G dicebatur,ꝙ naturale pręceptum est,vt quis non agat contra alterum,quod ꝯ se fieri nollet. Dicendũ est nõ esse large intelligendum.nõ enim peccat quilibet faciendo ꝯ alterum,quæcunque sibi fieri nollet,vel nõ faciendo,quæcunque sibi fieri,vellet,quod patet,quia vellem, ꝙ nemo me aliquo modo de crimine accusaret,vel corrigeret:tamen si accusauero quempiam de crimine,vel correxero non pecco, quin potius interdum tenemur ad contraria.Item ego vellẽ a quolibet honorari,& mihi impendi obsequia. tamẽ nõ teneor quemlibet honorare,nec famulari illi. Sed est sensus, quęcunque volumus nobis fieri rationabiliter, eadẽ debemus velle facere aliis,& faciemus:& quęcunque

H iuste nolumus nobis fieri,tenemur non facere aliis. De insidiis ergo tunc dicẽdum est,ꝙ q̃q̃ quilibet vellet, ꝙ nemo pugnaret contra eum ex insidiis, tamen non tenetur non pugnare contra alios ex insidiis.nam si sic arguatur dicetur. Ego nollem,ꝙ aliquis contra me pugnaret vllo mõ iuste, aut iniuste. ergo teneor non pugnare ꝯ aliquem,siue iuste,siue iniuste,sed falsum est. ideo est sensus,ꝙ nos tenemur non pugnare ex insidiis ꝯ alios eo modo, quo nollemus rationabiliter pugnari contra nos.tñ,ꝙ nos nolimus omni mõ pugnari contra nos ex insidiis iniustum est,cum aliqñ liceat pugnari contra nos ex insidiis.s.qñ est iustũ bellum.solum ergo tenemur, non pugnare contra alios ex insidiis in bello iniusto, quia tunc ẽt tenemur non pugnare manifeste. Ad aliud argumentum cum di-

I cebatur, ꝙ insidiæ ponuntur in tenebris, & occulto, sed quę in occulto fieri volumus mala sunt.ergo &c. Respondẽdum est, ꝙ ea quæ mala sunt nolumus manifeste fieri,quia fugimus erubescere.de malo tñ erubescendum est.non tñ conuertitur,ꝙ omne.quod facimus in abscondito malum sit. quędam namque in abscondito fiunt, quia publice facta verecundię magnę sunt,sicut de copula coniugali. alia quoque secrete fiunt,q̃q̃ bona sint,vt cautius fiant, & ne ab aliis impediantur: sic de insidiis in bello iusto. non enim fiũt in occulto,quia malę sunt, sed quia non ita caute, aut faciliter perueniretur ad id, quod petitur, sicut data pugna ex insidiis. Immo si proprie dicere velimus nõ est aduersus hostes insidiarum positio: nam ad illos

K insidię sunt,qui ab insidiis cauere non debent,sed hostes debent formidare semp sibi latere insidias,cũ hostile sit aliis mala semper inquirere. ergo quæcũq; insidię positę hostibus, tanq̃ bella manifesta sunt.in bello ergo iusto insidiæ iustæ erunt. Ad tertium qñ dr̃,ꝙ insidię sunt quædam fraudes, sed fraudibus vti non licet,qa sunt partes iniustitię.ergo &c. Rñdendum insidias nõ esse fraudes, quia fraus non solum dicit aliqd occulte contra alterum agere, sed occulte, & iniuste agere. qui aũt struxit insidias in bello iusto,q̃q̃ occulte agit, iniuste non agit. ergo insidię illę fraudes non sunt.cum vero bellũ est iniustũ,insidię sunt aliqd iniustum,& occultum:ideo ad fraudes pertinent,patet ergo qualiter insidiæ licitæ,& qualiter illicitę sint.

Surre-

Surrexitque Iosue, & omnis exercitus bellatorum cum eo, vt ascenderent in Hay. Et electa triginta millia virorum fortium misit nocte: pręcepitque eis dicens. Ponite insidias post ciuitatem, nec longius recedatis, & eritis omnes parati. Ego autem, & reliqua multitudo, quę mecum est ascendemus ex aduerso contra vrbē. Cumque exierint contra nos, sicut ante fecimus, fugiemus, & terga vertemus donec persequentes ab vrbe lōgius protrahantur. Putabunt enim nos fugere sicut prius. Nobis ergo fugientibus, & illis persequentibus consurgetis de insidijs, & vastabitis ciuitatem, tradetque eam dominus Deus vester in manus vestras. Cumque ceperitis, succendite eam: & sic omnia facietis vt iussi. Dimisitque eos, & perrexerunt ad locum insidiarum, sederuntq; inter Bethel, & Hay ad occidentalem plagam vrbis Hay.

23. q. 2. c. dñs.

A

Surrexitque Iosue. Hic ponitur secundum, scilicet executionis actus, sicut enim iusserat dominus de captione vrbis Hay Iosue executus est, & diuiditur in duo. Quia primo ponit̄ exercitus ordinatio. Secundo vrbis captio. Secūda ibi. *Abijt ergo Iosue.* Circa primū. *Surrexitque Iosue.* Potest intelligi de surrectione a somno. s. quod diluculo surrexit omnis exercitus pugnatorum ad eundum contra vrbem Hay, vel quòd surrexit Iosue, idest recessit de castris Galgalæ in quibus nunc erat, vt iret in vrbem Hay. *Et omnis exercitus bellatorum cum eo.* Idest omnes viri qui erant armati potentes exercere opera bellica. non enim fuit factū, sicut prima vice quando iuerunt tria millia contra vrbē Hay, & terga verterunt. quare autē iuerit nunc totus exercitus supra declaratum est. *Vt ascenderent in Hay.* Idest vt ascenderent contra ciuitatem Hay. erat enim hæc ciuitas in montanis, & solitudine Bethauem, vt supra declaratum fuit. ideo a Iericho illuc pergentibus ascēsus erat. *Et electa triginta millia virorum.* Isti iuerunt ad ponēdum se in insidiis post vrbem ad occidentalem partem, sicut iusserat dominus, vt cum recto vultu eunte Iosue cum reliquo exercitu Israelitarum in vrbem Hay, exirent viri de vrbe, ipsi intrarent, & delerent ciuitatem. Misit autem Iosue triginta millia virorum, quamquam pauciores sufficerent ad insidias vt non timerent, & vt exeuntibus pugnatoribus vrbis Hay contra Iudęos venientes ex aduerso, possent intrare confidenter vrbem, & pugnarent cōtra eos qui manerent in vrbe.

Misit nocte. Dicitur quòd misit, quia non iuerunt simul cum Iosue isti qui latuerunt in insidiis, sed pręcesserunt, vt primo ipsi laterent, quàm veniret Iosue cum reliquo exercitu ex aduerso vrbis ad orientalem plagam. Et dicitur, quòd misit nocte, quia insidię ponendę erant ad partem occidentalem vrbis Hay, vt patet hic, & supra. Israelitę autem veniebant ex parte orientali vrbis, ideo necesse erat, vt circundarent latera ciuitatis, scilicet dimidiam ciuitatem, scilicet circueundo a puncto orientali per septentrionale latus ad occidentem. si tamen per diem venirēt qui latere debebant in insidiis, viderent eos viri vrbis Hay, & scientes esse insidias nollent egredi de vrbe. factum est ergo per noctem.

B

C

D

E

Præcepitque eis dicens. Ponite insidias post ciuitatem. Idest latere post ciuitatem ad occidentalem partem eius in insidiis. *Nec longius recedatis.* Dixit hoc, vt cum Iosue monstraret eis signum intrandi in vrbem intrarent. etiā vt immediate quo exiuissent viri vrbis Hay, possent ingredi. si autem longius abirent non possent immediate ingredi, sed fortassis prius regrederentur viri vrbis Hay. *Et eritis omnes parati.* s. vt cum egressi fuerint viri de vrbe ingrediamini in eam, & incipiatis cremare, atque pręadari, & vt exeatis postea ad percutiendum terga hostium. *Ego autem & reliqua multitudo, quæ mecum est.* Quia omnes pugnatores de castris veniebāt cum Iosue, de quibus mittebat. 30. millia virorū ante se, reliqui autem bellatores cum eo ibant. *Ascendemus ex aduerso contra vrbem.* q. d. nos non ascendemus eadem via qua vos, vt simus in insidiis, sed palam contra vrbem ex aduerso. i. a fronte vrbis. s. a fronte orientali. nam ab ea parte procedebant Israelitę contra vrbem Hay, cum vrbs Iericho sit ad orientalem plagā vrbis Hay. *Cumque exierint contra nos.* Non intendebat Iosue cum bellatoribus suis accedere ad vrbem Hay, vt non intelligerent viri vrbis Hay esse insidias, quia tantum audebant Israelitę cum prius victi fuissent. & sic factum est, quia manserunt in valle, & illuc exierūt contra eos viri vrbis Hay. & hoc intelligebat Iosue futurū, scilicet, quòd isti hostes ex priori victoria nimis elati, atque confidentes egrederentur contra Iudęos. *Sicut ante fecimus fugiemus.* Non est sensus, quòd Iosue fugisset prius cum missis tribus millibus ad vrbē Hay, quia ipse mansit in castris, & postea audiuit, quod factum fuerat, sed loquitur Iosue de his in persona sua, quia illi repręsentabāt omnes pugnatores Israel, quorum Iosue princeps erat. ideo illis prius terga vertentibus dicitur Iosue, & Israel terga vertisse. *Et terga vertemus.* Ad idem ista pertinent. nemo enim fugit, nisi terga vertat, quia qui non vertit terga licet currat fuga non est. prius autem est terga vertere, quam fugere, sed mutatur ordo. sicut cum dicit Virgil. 2. Aeneid. moriamur mediaq; in arma ruamus. prius enim in arma ruere, quam mori, sed mutatum est. *Donec ab vrbe longius protrahantur.* i. longe recedant. hoc erat, vt haberent tempus interim insidiæ latentes post vrbem ingrediendi in vrbem, & succendendi. si autem immediate, vt Israelitæ vertissent terga, conuerterentur ad pugnandum contra viros Hay, illi non potentes resistere econtrario terga verterent, & ingrederentur vrbem nondum ingressis insidiis, & tunc non posset capi ciuitas. *Putabunt enim nos fugere sicut prius.* Iste est modus quo posset colorari hoc, ꝙ Israelitæ fugerent viros Hay, & ꝙ illi persequerentur eos. s. quia prius volētes resistere non potuerunt, & corruerunt vulnerati. 36. viri. Ex hac ergo victoria viri vrbis Hay elati cōtra hebręos, atque confidentes non considerauerunt an laterent insidiæ, sed vt sciuerunt eos esse in valle apud vrbem, egressi sunt ꝯ eos. *Nobis enim fugientibus.* s. simulantibus fugam ad decipiendos viros istos. Ecce. n. iste modus cautelosus est, tamen quia contra hostes est, licitus est. nec distat de hoc ad insidias. nam, & iste modus erat insidiarum principium. sic enim facilius hostes capiuntur. Immo dato ꝙ non fuissent positæ insidię hoc modo, potuissent Israelitę delere viros vrbis Hay si fugiendo protraherent eos longe ab vrbe, & postea conuertentes se super eos irruerent in illos, & in mutua fuga comprehenderentur, quod non fieret si non fugissent, quia tunc viri vrbis Hay non potentes sustinere faciem hebręorum conuerterētur in vrbem non inde recedentes procul. *Et illis sequentibus.* i. persequentibus nos ad delendum, sicut prius fuerant persecuti, nūc tñ aliter fuit fuga hebręorū, q̄ ante. s. ꝙ longe stātes ab vrbe Hay mox, vt viderūt egressos vi-

Virgil. 2. Aeneid.

ros de vrbe verterunt terga, vt sic non accederent ad eos Chananæi. alioquin oportebat, vel ab eis cædi, vel resistere illis conuertendo super eos, quorum neutrũ licebat, nec factum est. Prima vice Israelitæ nihil timẽtes, nec fugam simulare intendentes accesserunt ad portas vrbis, & tunc hostes egressi persequentes illos cito comprehenderunt occidentes trigintasex, vt patet præced. cap. *Consurgetis de insidijs.* Idest, de loco insidiarum, quia isti iacebãt absconditi post vrbem Hay in aliquo loco abscondito nihil moti, vt non possent hostes percipere insidias. *Et vastabitis ciuitatem.* Scilicet occidentes eos quos ibi reperierunt, & succendentes eam. *Tradetque eam Dominus Deus vester in manus vestras.* Scilicet, quia reperietis eam apertam, & nullo resistente eam occupabitis. hoc autem a Deo factum dicitur, quia ipse dedit in cor omnibus de vrbe Hay, vt egrederentur de oppido ad persequendum Israelitas, nullusque maneret in vrbe, & ianuę essent patentes. nam in hoc manifestum erat eos fore incautos, sed Deus fecit errare illos, vt traderẽtur in manus Israelitarum. *Cumque ceperitis succendite eam.*

An vrbs Hay succensa est mox, vt fuit capta, vel postquàm Iosue reuersus est a cæde. *Quæst. VII.*

CIRCA hoc dubitant aliqui, an immediate foret ciuitas succendenda. Et videtur quibusdam ꝙ non, quia iussum est, ꝙ Israelitæ omnia spolia vrbis acciperẽt, & omnia iumenta. tamen si mox vt ciuitatem Hay intrauerunt, succendissent eam, combusta fuisset tota præda, quæ erat in domibus. vnde nihil de spolijs diriperent sibi. tamen postea diripuerunt, & diuiserunt, vt patet infra. ergo non succenderunt ciuitatem immediate, vt intrauerunt. Item non põt hoc stare, quia postq̃ Iosue occidit oẽs viros Hay in campo, reuersus est in vrbem Hay, & succendit eam, vt patet infra. ergo non erat ante succensa. Sed in contrarium aliquis dicet, quia iussit hic Iosue, vt isti succenderent vrbem immediate, vt intrarent. Item patet, quia infra cum enarrantur ista executioni tradita, dr̃ ꝙ immediate, vt insidiæ intrauerunt in vrbem Hay succenderunt eam. Item patet, quia ista succensio fiebat ad hoc ꝙ Israelitæ existentes extra vrbem, & ipsi viri Hay viderent fumum eleuatum in vrbe, vt sic esset signum Israelitis conuertendi vultum suum cõtra viros Hay, & viri Hay cõterrerentur. si tñ non incendissent immediate vrbem, non possent esse ista signa Israelitis. ergo succenderunt vrbẽ immediate, vt intrauerũt. & patet hoc: quia infra dr̃, ꝙ cum viderunt fumum vrbis viri vrbis Hay, & Iudæi, non potuerũt se defendere Chananæi, & vertertũt terga. ergo immediate, vt introierunt Israelitæ in vrbem Hay illã succenderunt. Dicendũ est, ꝙ Israelitę succenderũt vrbẽ Hay immediate, vt in eam introierunt, sed non succenderunt eã totã, sed erat aliqua pars illius segregata: & illius spolia breuiter diripiẽtes succenderunt, vt qui extra erãt cognoscerẽt cõflagrare vrbẽ per fumũ eleuatũ in cęlũ: non cremauerunt tñ totam vrbẽ ad hoc ꝙ non perirent spolia eius. & illam partem postquam deleti sunt viri vrbis Hay, succenderũt Israelitæ. & tũc stant omnia prædicta. s. ꝙ spolia non cõbusta fuerint, sed postea diuisa, & vrbs succensa fuerit post aduentum Iosue, & omnium aliorum Israelitarum, in vrbẽ. Etiam stant omnia, quę supra dicebantur, ꝙ vrbs incensa est, & ꝙ immediate, vt in eã ingressi sunt Israelitæ fumus fuerit signum eis qui extra erant, captę ciuitatis. Sed aliquis dicere poterit alias. s. ꝙ Israelitæ intrantes vrbem, totam vrbem succenderint, ereptis primo omnibus spoliis eius. Sed hoc non stat, quia ad inquirendum omnia spolia vrbis Iericho requirebatur

Determinatio auctoris.

F magnum spatium, vt perquirerentur omnia domorũ latibula, quod si breuiter fieret, multa relinquerentur igni exurenda, quia ea quæ meliora sunt, magis semp recondita sunt, sed si hæc diligenter perquiri deberẽt, necesse erat, vt forte per totam vnam diem, aut amplius manerent Israelitæ in vrbe post ingressum. Sed hoc non stat, quia tunc valde sero ascenderet fumus, vt esset signum Israelitis existentibus extra reuertẽdi in vrbem, & conuertendi vultus ꝯ viros Hay. nõ ergo sic factum est. Et dato ꝙ oĩa ista velociter fieri potuissent, tñ non põt dici, ꝙ sic acciderit. non. n. consentit lrã, quia infra dr̃, ꝙ postq̃ cæsis viris Hay intrauit Iosue in vrbem succendit eam. ergo antea non erat succẽsa. intelligendum ergo, vt declaratum est. *Sic facietis omnia, vt iussi.* Dat epilogum ad magis imprimendum. s.

G ꝙ non transgrederentur formam horum, quæ dicta fuerant.

Dimisitque eos. i. misit Iosue istos triginta millia virorum ad locum insidiarum, & hoc fuit de loco castrorum. s. ꝙ erat ibi Iosue qñ isti viri recesserũt ab eo. *Ex perrexerunt ad insidiarum locum.* i. ad locum in quo iusserat Iosue, vt laterent insidiando. s. vt manerent ad occidentalem plagam vrbis Hay. *Sederuntque inter Bethel, & Hay.* Erant istæ duæ ciuitates propinquæ. & in medio erat vallis in qua posuerat Abraham altare domino, & habitauit, quando venit nouiter de terra Mesopotamiæ in terram Chanaan. de quo Gene. 12. cap.

H postea recessit inde in Aegyptum premente fame, & iterum reuersus est in eundem locum, vt patet Gene. 12. in hac autem valle latuerunt, & tamen non viderunt eos viri qui erant in vrbe Bethel, quamquam ipsi exiuissent ad pugnandum contra Iudæos adiuuantes viros de oppido Hay, vt patet infra. s. cumque recessissent de ciuitate, nec vnus quidem remansisset in vrbe Hay, & Bethel, qui non persequeretur Israel, sicut eruperant, aperta oppida reliquerunt.

Ad occidentalem plagam vrbis Hay. Et erat ista orientalis plaga Bethel, quia Bethel ad occidentalem plagam Hay est.

Iosue autem nocte illa in medio mansit

I populi. Surgensque diluculo recensuit socios, & ascendit cum senioribus in fronte exercitus vallatus auxilio pugnatorum. Cumque venissent, & ascendissent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad septentrionalem vrbis plagam, inter quam & eos vallis erat media. Quinque autem millia viros elegerat, & posuerat in insidijs inter Bethauem, & Hay ex occidentali parte eiusdem ciuitatis. Omnis vero reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat, ita vt nouissimi mul-

K titudinis occidentalem plagam vrbis attingerent.

Iosue autem nocte illa. s. nocte qua dimisit exploratores. nam vt supra dictũ est per noctem transierũt Israelitæ ad insidiarũ locũ inter Bethel, & Hay ne viderent eos viri de his duobus oppidis, & quia vrbs Iericho cũ castris Galgalæ modicum distabat ab vrbe Hay, p noctẽ Israelitæ recesserunt de castris, & per noctẽ venerunt ad insidiarum locũ post vrbem Hay. *In medio populi mansit.* s. in castris Galgalæ vbi totus populus Israelitarum erat præter eos q missi erant ad insidias, & in hac nocte non mouit Iosue de castris cũ exercitu suo, qa ipse

ipse pugna aperta processurus erat cōtra vrbem Hay: & melius erat ire per diem ne presumerentur insidię. *Surgensque diluculo.* Sequēti die postquam misit 30. millia virorum ad insidias contra vrbem Hay. *Recensuit socios.* Numerauit Iosue omnes bellatores, cum mouere debuit de castris. nam in bellis multitudo non prodest, nisi ad ordinem redacta, sed numerus ad ordinē pertinet, quia ea, quę determinata nō sunt nō possunt poni in ordine. numerus autem omnia diffinit, quia ipse prima mensura rerū est. ergo oportet, vt cognoscantur bellatores quot sunt: etiā, quia acies disponendæ sunt sub certis ducibus, & vexillis, atque varijs modis, sed in his omnibus numerus est necessarius, etiam vt sciatur si quis de bello fugiat: nec solum est necesse numerari viros bellatores, sed etiā sciri nomina eorū, & cognosci illos in vultu a ducibus suis. hęc autē omnia Iosue fecit recensendo socios ituros ad bellū. *Et ascendit cum senioribus.* Dicitur ascendisse Iosue, quia de loco castrorum versus vrbem Hay erat ascensus, cum Bethel, & Hay sint in montanis, vt patet infra 18. *Cum senioribus.* Ascenderunt seniores cum Iosue nō ad pugnandum, sed ad consulendum. & vocātur hic seniores non omnes viri prouectę ætatis Iudęorū, sed illi solum qui erant honorabiliores cęteris. hi enim comitantur semper Iosue ad honorandum eum. sic patet c. præcedē. ꝙ seniores cum Iosue coram arca prostrati sunt. *In fronte exercitus.* Idest Iosue ibat in prima p u te exercitus, quæ est frons, & cum eo ibi seniores. & hoc vt daret cęteris fiduciam eundi. Et sic dixerat Deus, ꝙ Iosue transiret ante Israelitas, vt patet Deuter. 31. f. Iosue iste trāsibit ante te. Sic enim petierat Moyses quādo ei mors prenunciata est, ꝙ prouideret Deus hominem, qui esset super multitudinem illam, & posset ingredi, & exire ante eos, & introducere: ne sit populus Domini, sicut oues sine pastore, vt patet Nume. 27. c. *Vallatus auxilio pugnatorum.* Quia ex omni latere eius circunstabant multi bellatores. totus enim exercitus bellatorum ibat cū Iosue, pręter 30. millia virorum quos miserat præcedenti nocte ad locū insidiarum. *Cumque venissent.* s. circa ciuitatem Hay. *Et ascendissent ex aduerso.* Idest per aliqua loca montuosa, & eleuata, quæ erant ex aduerso ciuitatis, i. a fronte, s. a parte Oriētali, quod dr̄: quia immediate sequitur, quomodo descenderint deflectentes se in partē Septentrionalē vrbis. quæ iam non erat ex aduerso ciuitatis, sed ex latere. ex aduerso autē est quod a fronte est. *Steterunt ad Septentrionalem plagam vrbis.* Idest non ascenderunt directe, sed deflexerunt se in Septentrionem. nam a principio veniebant Israelitæ a parte Orientali vrbis Hay. & si vellent ad eam directe ire, debebant ascendere directe per cliuum ad altitudinē vrbis, & cum venissent circa vrbem non ascenderunt cliuum, sed manserūt declinantes in Septētrionalem partē in valle, in qua ipsa nocte quieuerunt, donec cognito hoc viri Hay sequenti die descenderunt ad eos in pugna. *Inter quam & eos vallis media erat.* Idest vrbē Hay, & Hebręos declinantes ad Septentrionalem plagam H ıy erat quædam vallis: quia vrbs erat in cliuo posita. In hac autem valle mansit nocte illa Iosue cum toto exercitu, vt patet infra cum dr̄. Abijt ergo Iosue, & nocte illa stetit in vallis medio. *Quinque millia autem viros elegerat, & posuerat in insidijs.*

An hic sit contraria litera, quoad numerum eorum qui ad insidias missi sunt. Quæst. VIII.

ALIQVIS dicet istam literam repugnare, quia supra dicitur, quòd triginta millia virorum fuerant electi, vt irent ad ponēdum insidias post vrbem Hay. Rabbi Salomon respondet quòd erant duplices insidię. Primę erant

A triginta millia virorum, de quibus supra dicitur, & isti erant magis distantes. Et erant quinque millia virorum: de quibus hic. isti autem minus distabant ab vrbe. Sed hoc non stat cōuenienter dictum, quia superfluum videbatur poni duplices insidias, sed magis videtur quòd eędem insidiæ erant, quod demonstratur ex identitate loci. nam sicut dicitur de triginta millibus virorum quòd ad Occidentalē plagam vrbis Hay excubare debebant, ita de quinque millibus dictū est. Item patet magis, quia de alijs dicitur, erāt inter Hay, & Bethel. eodem modo dicitur hic de Hay, & Bethauem: nam Bethel, & Bethauem erant coniuncta loca. Expositores autem nostri rationabilius dicunt ꝙ fuerant eædem insidiæ, & quòd isti quinque millia viri fuerunt de triginta millibus missis a Iosue primo, sed B de eis māserunt solum quinque millia in insidijs post vrbem, alij autem, scilicet, vigintiquinque millia regressi sunt ad pugnandum, vt adiuuarent Iosue, & reliquos Israelitas, sed isti non erant coniuncti Israelitis, qui erant cum Iosue in valle, sed latebant. Egressis autem viris de vrbe Hay, illi vigintiquinque millia coniuncti sunt Iosue, & reliquis Israelitis ad eos iuuandū. Misit tamen Iosue triginta millia virorum ante se occultanda in insidijs, vt viri vrbis Hay non terrerentur magna multitudine Israelitarum, atque recusarent aggredi. Manserunt ergo pauci in valle, & triginta millia latebant in posteriori parte vrbis, scilicet Occidentali: postea exierunt ad iuuādum Israelitas. Modus autem quo omnes isti vocantur insidiæ est, quia Iosue misit C triginta millia, vt manerent in insidijs post vrbē Hay, & omnes quidem erant insidiæ, & in eodem loco, sed cum egressi sunt Chananæi de vrbe Hay vigintiquinque millia istorum congregati sunt reliquis Israelitis manentibus cum Iosue in valle, quod quidem facile erat, quia exercitus Iosue erat diffusus per vallem. nā castrametantes in Septentrionali plaga vrbis extendebant se vsque ad Occidentalem partem vrbis, vt patet infra cum dicitur. Reliquus exercitus ad Aquilonem aciem dirigebat, ita vt nouissimi multitudinis Occidentalem plagam vrbis attingerent, & sic extremitas castrorum Iosue erat circa locum insidiarum, quæ manebant in Occidētali parte vrbis inter Bethel, & Hay. Ideo cum egressi sunt viri vrbis Hay contra Is- D raelitas, viderunt isti vigintiquinque millia qui latebāt in insidijs, & secuti sunt castra Iosue. Manserūt autem quinque millia virorum, qui iuerunt in vrbem Hay egressis habitatoribus, & succenderunt vrbem, atque ceperunt. Postea vero exierūt ad percutiēdum terga Chananæorum, & sic omnes triginta millia viri vocātur insidiæ, & omnes ad Occidentalem partem Hay, sed vigintiquinque millia, vt solum laterēt, ne viderēt eos viri de vrbe Hay. quinque millia autem, quia latuerunt ne viderentur. & etiam postea exeuntes de latibulis introirent ciuitatem ad succendendum eam. *Quinque millia autem viros elegerat.* Scilicet, ex triginta millibus elegit quinq; millia, vt laterent in insidijs ad succē- E dendum vrbem, & quamquam supra dictum est, ꝙ Iosue misit triginta millia virorum, vt manerent in insidijs, & dixit eis: vt egressis viris de vrbe ingrederentur ipsi eamque succenderent. pro solis quinque millibus intelligebatur, ꝙ introirent ad succēdendum vrbem, alij autem non erant positi in insidijs ad hoc. *Et posuerat in insidijs.* Idest iusserat, quòd manerent in insidijs, quia quamquam alij vigintiquinque millia etiam partes essent insidiarum, tamē non insidiabātur ad exeūdum, & cremandum vrbem, sed vt exeūtibus viris de vrbe Hay coniungerentur reliquis Israelitis. *Inter Bethauem, & Hay.* Aliquæ Bibliæ habent hic inter Bethel, & Hay: sed communior litera est inter Bethauem, & Hay: sed non multū differt. Idem enim signa-

Ordo nimis necessarius in bellis.

Expositio Catholicorum.

tur per vtrunque. nam sic supradictum fuerat, quòd maneant insidiæ ad partem Occidentalem Hay inter eam, & Bethel. hic autem dicitur inter Bethauem, & Hay, quia Bethauem, & Hay, & Bethel sunt tria loca coniuncta, vt patet, & declaratum est in principio pręceden. cap. Erat autem Bethel ad Occidentalem par- (In quęst. 6) tem Hay. Bethauem autem etiam erat ad Occidentem, sed non ita sicut Bethel, sed declinabat aliqualiter in Septentrionalem partem. ideo præcedenti cap. dictum est, quòd Hay est iuxta Bethauem, ad Occidẽtalem autem partem est Bethel: quia Bethel est locus magis directe Occidentalis, erat tamen vterque Occidentalis. ideo insidiæ latentes post vrbem Hay ad Occidentalem eius plagam poterãt dici inter Hay, & Bethel, vel inter Hay, & Bethauem. *Ex Occidentali parte eiusdem ciuitatis*. Idest, a parte Occidentali vrbis Hay, & Orientali parte Bethauem aliqualiter, & aliqualiter ex Septentrionali parte. *Omnis vero reliquus exercitus*. Scilicet omnes præter quinque mille viros insidiarum, qui erant ad partem Occidentalem cum alijs vigintiquinque millibus, qui in eodem loco latentes magis declinabant versus Septentrionale latus, vt coniungerẽtur exercitui reliquo Iosue, qui versus partem Aquilonarem inclinabatur, vt patet immediate. *Ad Aquilonem aciem dirigebat*. Iste erat exercitus, qui manebat cum Iosue in valle, quæ erat ad Septentrionalem plagam vrbis Hay. sic enim dictum fuerat supra, quòd cum ascendissent ex aduerso vrbis, steterunt ad Septentrionalem plagam eiusdem, & nõ intelligitur, quòd exercitus dirigebat aciem contra Septentrionẽ, idest, quòd moueretur contra Septentrionem, sed ꝙ manserunt contra Septentrionem vrbis, & ibi erant acies bellicæ ordinatæ, quæ versus Septentrionem dirigebantur. *Ita vt nouissimi multitudinis*. Idest, extremi de toto exercitu Iosue, & non vocantur nouissimi, idest citeriores, sed vlteriores, quia Israelitæ veniebant a fronte Orientali versus Occidẽtem, cum intrauissent per frontem Orientalem terræ Chanaan. Procedendo igitur habebat faciem suam contra Occidentem: ideo qui magis essent ad partem Occidẽtalem, essent vlteriores, & anteriores: qui vero magis Orientales, erant posteriores: hic tamen nouissimi dicuntur, qui magis Occidentales sunt: ideo dicuntur nouissimi castrorum, idest extremi: quia in vna extremitate erant, scilicet in anteriori. *Occidentalem plagam vrbis attingerent*. Erat vrbs Hay in quodam iugo, apud quam erat vallis in qua manebant Israelitæ distincti per acies. extendebatur autem agmen per vallem, ita quòd vna extremitas eius esset in parte Septentrionali vrbis, reliqua autem erat in Occidentali plaga, scilicet, quòd vallis illa erat circundans vrbem, & perueniebat longitudo acierum Iudæorum a parte Septentrionali, vsque ad Occidentalem, & sic extremitas castrorũ erat circa locum insidiarum, quæ erant in parte Occidentali. ideo quando ingressi sunt viri de vrbe Hay, potuerunt faciliter insidiatores coniungi reliquo exercitui Iosue, & alij quinque mille viri adhuc manentes in insidijs potuerũt videre, quando Iosue eleuauit clypeũ, vt ipsi ascenderent in vrbem Hay ad vastandum eam, & succendendum.

Abijt ergo Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio. Quod cum vidisset Rex Hay festinauit mane, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis, direxitque aciem contra desertum ignorans, quòd post tergum laterent insidiæ. Iosue vero, & omnis Israel cesserunt loco simulantes metum, & fugientes

F per solitudinis viam. At illi vociferantes pariter, & se mutuo cohortantes persecuti sunt eos. Cumque recessissent a ciuitate, & ne vnus quidem in vrbe Hay, & Bethel remansisset, qui non persequeretur Israel, sicut eruperant aperta oppida relinquentes, dixit Dominus ad Iosue. Leua clypeum qui in manu tua est contra vrbem Hay, quoniam tibi tradam eam.

Hic ponitur executio quantum ad ciuitatis captionem. *Abijt ergo Iosue*. Scilicet, de loco castrorum
G Galgalæ ad ciuitatem Hay vsque ad vallem, quæ erat in Septentrionali latere vrbis. *Nocte illa*. Hoc non est referendum ad abire, sed ad stare, scilicet, quòd stetit nocte illa in medio vallis. Nam Iosue non iuit per noctem in vrbem Hay, sed per diem. insidiæ autem iuerunt per noctem: nisi forte dicatur, quòd Iosue recessit cum exercitu suo per diem, & non accessit tunc ad vrbem Hay, sed per noctem venit in vallem. *Et stetit in vallis medio*. Scilicet, cum toto exercitu dormiuit ibi nocte illa. noluit enim accedere ad vrbem Hay, ne subito exterreret eos, & non auderent egredi de vrbe, sed mansit in valle, vt sequenti diluculo videntes viri
H vrbis Hay de cliuo vrbis manentes Israelitas in valle exirent ad eos, & insidiæ latentes egredientes de latibulis introirent ciuitatem illis egressis. *Quod cum vidisset Rex Hay*. Hoc fuit sequenti die. nam viri de vrbe videntes ibi acies Iudæorum dixerunt Regi Hay. habebat enim Hay Regem: quamquam ipsa esset de paruis locis Regalibus, sicut signatur infra 10. cum dicitur. Vrbs enim magna erat Gabaon, & vna regaliũ ciuitatum maiorque oppido Hay. *Festinauit mane*. Quia in mane hoc viderant, & tunc festinauit Rex, scilicet, parare viros vrbis suæ ad bellum, & omnes quidem parati sunt. nam vt infra dicitur, Omnes exierunt nullo manente in vrbe: nec solum vrbs Hay parauit se cõtra Israelitas, sed etiam viri de vrbe Bethel. exieruntque omnes, atque ipsam vrbem apertam reliquerunt,
I vt patet infra, sicut ipsi de vrbis Hay. & tamen de viris vrbis Bethel, an cęsi fuerint hoc impetu, non patet, cum nihil de eis dicatur: cõstat tamen eorum vrbem non fuisse tunc captam, nec toto tempore Iosue, sed postea tempore Iudicum, vt patet Iudicum 1. cap. & hoc quia forte viri de vrbe Bethel non fuerunt coniuncti viris de vrbe Hay, sed per se fuerunt persecuti in altera acie Israelitas, qui cum verterent vultum suũ in viros Hay, vidissentque insidias, regresi sunt forte in locum suum. ideo nec ipsi gladio corruerunt, nec vrbs eorum capta est. *Et egressus est cum omni exercitu ciuitatis*. Idest, omnes viri potentes pugnare egressi sunt cum Rege: vnde non remansit aliquis in vrbe: tanta enim illis persequẽdi Iudæos cupido erat, quòd
K nemo eorum mansit ad custodiam vrbis, nec etiam insidias cauere, aut intelligere potuerunt, quod magis eis in pęnam proueniebat, scilicet, quòd tradiderat illos Deus in manus Hebræorum, nihilque cauere, aut attendere sinebat. *Direxitque aciem contra desertum*. Scilicet contra partem Septentrionalem vrbis, quæ erat montuosa, & deserta. consederant autem in ea castra Hebræorum, & Iosue quoque contra eandem partem, scilicet Septentrionalẽ insidiose fugam iniuit, vt patet infra. *Ignorans quòd post tergum laterent insidiæ*. Idest, Rex vrbis Hay cum egressus est contra Iudæos nesciebat, quòd post tergum, idest ad ciuitatis partem Occidentalem laterent insidiæ. nam si sciuisset non egrederetur de vrbe. extimabat enim se posse

Israelitas

Israelitas superare, sicut primo superauerat. si autem cōtingeret ab eis effugari, rediret in vrbem suam, quæ satis erat vicina, & sic futurum erat conuersis Israelitis super eos, sed insidiæ in parte posteriori manentes impedierunt intercipientes eos in medio. Vel dicitur quòd insidiæ laterent post tergum, idest post tergum ipsius Regis, & exercitus sui. nam cum insidiç manerent post vrbem, & exituræ erant de latibulis, egressis viris de vrbe Hay dicebantur manere post eorum tergum. *Iosue vero, & omnis Israel cesserunt loco*. Idest cum vidissent Israelitę descendentes viros Hay de cliuo vrbis, fugam inierunt dimittentes locum vallis, & castrorum. potuissent quidem Israelitæ, quia multi erāt faciliter percutere viros Hay, sed timuerunt, ꝙ si resisterent mox confugerent viri illi in vrbem suam. cesserunt ergo loco, vt protraherent longe ab vrbe eos, vt tunc spatium haberent, qui erant in insidijs ingrediendi vrbem, atque succendendi antequam retrocederent viri de vrbe illa.

Simulantes metum. Debuissent viri vrbis Hay intelligere esse fallaciam, quòd tot viri fugerent a facie eorum, qui pauci erant, potissime, nondum commissa pugna, sed duo eos deceperunt. Primum, quia primo fugissent Israelitæ, & illa non fuerat fuga simulata. nā corruerant de eis vulnerati. 36. viri, vt patet præceden. c. nunc ergo sic existimabant. Secundum erat, & principalius, quia Deus volebat tradere viros vrbis Hay in manus Iudæorū. sic enim dixerat supra in litera. Ecce tradidi in manu tua Regem Hay, & populum eius, vrbemque, & terram. adiecit quoque hunc modum insidiarum, ideo vt efficax esset præter hoc, ꝙ ipse in se artificiosus erat, Deus virorum illorum perturbauit cor, vt non cauerent, quæ alias cauere, & timere debuissent, vel potuissent. *Et fugientes per viam solitudinis*. Scilicet ad partem septentrionalem vrbis Hay. nam ibi erat solitudo, quæ vocatur solitudo Bethauem, & per illam fugam iniuit Israel: non tamen nimis festinans, quia non erat vera fuga, sed vt protraherent ab vrbe viros Hay. *At illi vociferantes pariter*. s. viri vrbis Hay cum primo viderūt Israelitarum acies in valle circa vrbem, existimauerunt eas fugituras, sicut primo, & hac fiducia ducti egressi sunt. cumq; cępissent se dirigere versus acies Iudæorum illis cedentibus loco, atque fugientibus, confirmata est opinio virorum vrbis: ideo sumpta maiori audacia cęperunt clamare, qui clamor erat ad bellicam cohortationem, vt patet immediate. *Et se mutuo exhortantes*. i. viri de vrbe Hay exhortabantur adinuicem seipsos ad persecutionem, & cædem Iudæorum, cum viderent eos fugere. est. n. hęc cohortatio in viris bellantibus, quando seipsos ad animositatem cohortantur, vel loquuntur ad hostes compellentes eos ad fugam. sic est Exod. 32. cum dixit Iosue ad Moysen. tumultus belli auditur in castris: cui Moyses. non est clamor adhortantium ad pugnā, nec vociferatio compellentium ad fugam, sed vocē cantantium ego audio. *Persecuti sunt eos*. Quousque protraherentur longe ab vrbe, & Iosue conuerteretur super eos. In ista autem persecutione non accedebant viri vrbis Hay ad Israelitas, sed longe illi præcedebant, & hoc, quia vel cęderētur a Chananæis si appropinquarent, vel cogerentur conuertere se super eos, vt resisterent, & expugnarent. Neutrum autem licebat. nam si conuerterentur Israelitæ super viros Hay, illi regrederentur in vrbem, antequam insidiæ intrarent in eam vnde non caperentur. *Cumque recessissent a ciuitate*. s. viri vrbis Hay, etiam viri vrbis Bethel. nam sicut egressi sunt viri vrbis Hay contra Iudæos, ita viri vrbis Bethel, quia Iudæis communes hostes erant. et quia ipsi viderunt eos, sicut viri vrbis Hay. nam erat vrbs Bethel ad occidētalem partem vrbis Hay, vt patet præceden. c. & hic. Exercitus autem Iudæorū partim erat inter Hay, & Bethel, quia cum esset in valle ad septentrionalem plagam vrbis Hay, extendebātur acies vsque ad occidētalem partem vrbis, ita vt essent inter Hay, & Bethel, quod patet supra cum dr̄. omnis vero reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat, ita vt nouissimi multitudinis occidentalem plagam attingerent. exierunt ergo tam viri Hay, quā Bethel. erat etiam Bethauem satis in propinquo, sed nō legitur, quòd aliqui tunc inde exierint. *Et ne vnus quidem in vrbe Bethel, & vrbe Hay remansisset*. De quolibet horum duorum oppidorum cōcitati fuerant animo viri ad persequendum Israelitas, ita vt non relinquerent in vrbe aliquos custodes. in quo innuitur, ꝙ etiā viri de vrbe Bethel non viderunt insidias positas vrbi Hay, alioquin timuissent, & non fuissent persecuti Israelitas fugientes. hoc non est intelligendum sic, sed ꝑ hyperbolē. nam sicut in excessu magno est hyperbole, ita in hac diminutione, quæ tamē ex hac parte excessus est. s. ꝙ nullus remanserit, quia saltem fœminę & paruuli, & decrepiti senes manerent. hi enim ad pugnam inepti sunt. Sed dicendum est, ꝙ non est hyperbole, sed veritas: refertur tamen ad superiora, scilicet quòd Rex Hay egressus est cum toto exercitu suo ad Israelitas, & ne vnus quidem remansit in vrbe, quia de his qui pertinebant ad vrbis pugnatores, nullus manserat in vrbe, sed omnes venerant in exercitum: & ita factum est, vt in vrbe Bethel, quòd omnes potentes pugnare egressi sunt manente vacua vrbe. *Qui vt persequerentur Israel*. Ad hoc egressi fuerant viri de his duabus vrbibus: dicebantur persequi Israel, idest totum exercitum Israel qui erat hic. *Sicut egressi fuerant aperta oppida relinquentes*. Idest, quando egressi sunt isti de vrbibus manebant apertæ portę, vt egrederentur, eis autem egressis nemo clausit portas, sed manserunt patentes, quia non erant in vrbe aliqui qui tuerentur vrbem, & nihil magis videbatur esse clausam portam, quàm apertam. hoc forte factum est, quia viri de his ciuitatibus voluerunt sic manere portas, vt si contingeret eos effugari ab Israelitis, reuerterentur in vrbem: eamque patentem inuenirent. Vel forte nemo fuit in vrbe, qui curam haberet claudēdarum portarum. hoc autem dicitur propter insidias, quæ latebant post vrbem. nam si mulieres saltem manentes in oppido Hay clausissent portas, venientes insidiæ non potuissent ingredi in vrbem: resisterent enim sibi saltem paruuli existentes in męnibus, quousque regrederentur viri vrbis illius, vnde non haberetur intentum Iosue. manentibus autem portis patentibus acceleratum est negocium. *Aperta oppida derelinquentes*. Dicit de vrbe Hay, & vrbe Bethel. de qualibet enim exierant viri persequentes Iudæos, & reliquerunt ciuitates apertas, tamen solum hoc fuit vtile Iudęis, quantum ad captionem vrbis Hay. Bethel namque non capta fuit tunc. *Dixit Dominus ad Iosue*. Hic ponitur locutio Dei ad Iosue erudiendo eum, vt incitaret latentes in insidijs ad intrandum in vrbem Hay, & succendendum eam, quia iam erant viri distantes ab vrbe: nec possent regredi antequam insidiæ intrarent in vrbem, eamque succenderent.

[Margin, left: In duobus fuerunt decepti viri vrbis Hai.]

[Margin, right: An hic sit intellectus per hyperbolem.]

Quando ista locutio Dei ad Iosue fuit facta, & quomodo. Quæstio. IX.

Sciendum, ꝙ ista locutio Dei ad Iosue fuit facta fugiente ipso cum toto exercitu a facie Chananęorum. Ideo de modo huiusmodi locutionis, & apparitionis dicendum est, quòd non potest intelligi fuisse in arca, sicut dictum est pręcedē. cap. ꝙ locutus fuerit Angelus Domini de inter

Cherubin

Cherubin sub velamentis arcæ. hic autem non erat arca: quia non portabant eam Israelitæ in hac expeditione, sed mansit in castris Galgalæ. non enim decebat portari eam ad fugiendum. Sed dicendum est, quòd Angelus Domini apparuit ei aliter, scilicet in aliqua nube loquēs circa eum, vt eleuaret hastam suam, vel quòd formauerit aliquod corpus humanum de aere, in quo ei appareret. Sed primum rationabilius est. nā vt supra 4. cap. declaratum est, quandocunque apparet Angelus in aliquo corpore assumpto, vocatur Angelus, vel vir, & nunquàm Deus. cum autem loquitur velatus, vocatur Deus: sed hic dicitur quòd Deus locutus fuerit ad Iosue. ergo non videtur quòd apparuerit in assumpta figura manifesta. Item quia si sic apparuisset, etiam alij qui cum eo erāt viderent eum. quod forte non concederet Angelus alicui præter Iosue, quia alij erant indigni videre figuram apparentem. Rationabilius ergo erat, quòd apparuerit Angelus aliqua nube velatus, ita quòd non videretur aliquod corpus humanum, vel alia specialis figura. Quamquam si quis tenere vellet, quòd apparuit in forma humana non velatus nube, dici posset quòd cæteri Iudæi percussi sunt Aorisia, vt ait August. scilicet, cæcitate ita, vt cætera videntes non viderent illam figuram apparentem: sicut factum est de viris Sodomorum, qui videntes non potuerunt ostium domus Loth, vt patet Genes. 19. cap. De voce autem, quòd eam audierint, non est inconueniens, quia aliàs audierant, sed de figura non conuenit. *Leua clypeum qui in manu tua est.*

In quæst. 2

Quomodo intelligitur, quòd Iosue leuauerit clypeum.

Quæst. X.

DICVNT Hebræi: Leua hastam, vel leua vexillum. & dicunt hoc intelligi rationabilius, quàm de clypeo, quia Iosue non posset multum eleuare clypeum, ita vt viderent qui erant in insidijs, & exirent: tamen ad hoc factum est. & sequitur infra, quòd qui erant in insidijs viderūt clypeum eleuatum, & ascenderunt in vrbem Hay, atque succenderunt eam. Hasta autem, vel vexillum poterat eleuari in sublime, ita vt videretur a manentibus in insidijs. Sed dicendum est, quòd conuenientior litera est ista, quàm quòd ponatur vexillum: nam vexillum non esset in manu Iosue, quia Principes belli non portant in manibus suis vexilla, sed alij coram eis. non ergo haberet Iosue vexillum. De clypeo autem manifestum est, quòd haberet in manu clypeum ad pugnandum. Item non conuenit dici de vexillo, quia per vexillum eleuatum illi, qui erāt latentes in insidijs, non possent habere aliquod conueniens signum ad egrediēdum, quia vexillum semper est eleuatum, sed hoc quod erat in manu Iosue, non erat semper eleuatum, sed tunc solum eleuatum est. ergo non erat vexillum istud, quod eleuauit Iosue. Item non poterat intelligi de hasta, quia si eleuasset Iosue hastam, non viderent eam a longe manētes in insidijs. nam hasta est tenuis, & res graciles a longe uideri nequeunt, cū conus piramidis eorum quando peruenit ad oculos sit valde acutus: & cōsequēter piramis radiosa faciat paruam immutationem. non ergo possent uidere insidiatores. Potissime, quia quando eleuauit Iosue signum istud ad incitandas insidias, non erat prope illos, sed longe protraxerat uiros ab urbe, ut non possent regredi antequam introirēt insidiæ. nō erat ergo hasta.

Dicendum ergo quòd propria litera est quòd dicatur clypeus. s. eleua clypeum qui in manu tua est. nam non sequuntur aliqua de præpositis inconuenientibus: quia Iosue in manu sua haberet clypeum ad bellicam operationem: etiam illud in sublime eleuari posset, &

F non erāt sicut de uexillo quod semper erat eleuatū. Et quando dicebatur quòd clypeus modicum posset eleuari in manu Iosue. Respondendum est, quòd verum est si ipse eleuaret manu sua. Sed dicendum est, quòd appendit clypeum in hasta, & leuauit in sublime ita quòd videre possent, qui procul stabant de insidijs. ideo quamquam communius nomen positum hic in Hebræo exponatur ab ipsis pro lancea, vel vexillo, tamen multotiens pro clypeo sumitur. *Leua clypeum qui in manu tua est.* Quia habebat Iosue clypeum ad pugnandum, & hunc leuauit in hasta. *Contra vrbem Hay.* Scilicet, ponendo dorsum scuti contra Hay, & hoc, quia contra illam partem erant insidię, vt exirent de latibulis. *Quoniam tibi tradam eam.* Sciebat enim Iosue, quòd Deus in manu eius erat traditurus vrbem

G Hay, & quòd ipse tunc ostensurus erat aliquod signum insidijs, vt ingrederentur vrbem, & hoc eis dixerat. nesciebat tamen quando erat tempus eleuandi signum. Deus autem dixit sibi, quòd nunc erat tempus, quia nunc traderet ei vrbem. non ei, quia ipse foris manere debebat, donec conterrerentur omnes viri vrbis Hay, sed insidijs quæ nunc ingressuræ erant in vrbem, atque succensuræ eam.

Cumque eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis, insidiæ quæ latebant surrexerunt confestim, & pergentes ad ciuitatem ceperunt, & succenderunt eam. Viri autem ciuitatis,

H qui persequebantur Iosue respicientes, & videntes fumum vrbis ad cœlum vsque conscendere, non potuerunt vltra huc illucque diffugere: præsertim cum hi qui simulauerant fugam, & tendebant ad solitudinem, contra persequentes fortissime restitissent. Vidensque Iosue, & omnis Israel, quòd capta esset ciuitas, & fumus vrbis ascenderet, reuersus percussit viros Hay. Si quidem & illi, qui ceperant & succenderant ciuitatem,

I egressi ex vrbe contra suos, medios hostium ferire ceperunt. Cum ergo ex vtraque parte aduersarij cęderentur, ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur, Regem quoque vrbis Hay apprehenderunt viuentem, & obtulerunt Iosue.

Cumque eleuasset clypeum. Scilicet appendendo eum in hasta, vt leuaretur in sublime. *Ex aduerso ciuitatis.* Idest, contra vrbem Hay, quomodocunque eleuaretur clypeus, erat contra vrbem Hay, quia quilibet punctus signatus est contra omnem partem mundi, & ab eo in quamlibet partem contingit duci lineam rectā.

K Est enim petitio in 1. lib. Element. Eucli. scilicet a puncto in punctum contingit rectam lineam ducere, sed dicebatur ex aduerso vrbis, quia facies scuti, scilicet superficies exterior erat contrā vrbem Hay. Dicitur autem quælibet res esse specialiter contra eum locum, contra quem facies sua est. *Insidiæ quæ latebant surrexerunt confestim.* Latebant insidiæ post vrbem Hay ad Occidentalem eius partem, quæ mox vt pendentem clypeum viderunt, surrexerunt, vt ingrederentur vrbem. Et sciendum est, quòd istud signum eis prius fuerat notificatum, alioquin non immediate, vt viderent clypeum surrexissent. supra tamen non exprimitur hoc, sed solum dicitur. Nobis enim fugientibus, &

& illis persequentibus consurgetis de insidijs, & vastabitis vrbem: tamen si hoc solum dictum fuisset nescirent hi quando consurrecturi erant de insidijs, scilicet an immediate, vt inciperent fugere Israelitæ, vel postquàm valde multum fugissent, & sic sequeretur error, quia Iosue cum exercitu suo semper terga versurus erat viris de vrbe Hay, quousque vrbs conflagraret. Dicendum ergo necessario, quòd Iosue antequã mitteret viros in insidias prædixerat eis istud signum. ideo immediate vt viderunt, consurrexerunt de insidiarum loco. Scriptura tamen sacra non narrat omnia quæ gesta sunt. potissime cum ex litera concludũtur, quamquam non enarrentur. *Et pergentes ad ciuitatem.* Erant enim circa ciuitatem ad Occidẽtalem partem B vrbis. *Et ceperunt atque succenderunt eam.* Non pugnauerunt viri isti Iudæi ad capiendum vrbem, quia porta vrbis aperta erat. sicut enim exierãt pugnatores egredientes, ita patens mansit, vt patet supra cum dicitur, sicut exierant aperta oppida derelinquentes.

An vrbs Hay fuerit succensa ab ijs, qui ex insidijs introierunt: an pars aliqua tantum. Quæst. XI.

DICITVR, ꝙ succẽderunt eam: non quidem totam, sed aliquam eius partem segregatã, ita vt trãsirẽt inde aliquas vrbis partes. nam prius tota prędà capienda erat, quàm cremaretur ciuitas. alioquin enim non possent capi omnia, & diuidi exercitui: ad scrutandum tamen magno C spatio indigebant. nec expectarent tantum insidiæ. qa Israelitæ semper fugituri erant quousque viderent fumum vrbis, & sic factum est, vt patet infra. Si tamen non cremaretur ciuitas quousque tota præda diligenti scrutinio haberetur, possent fugere Israelitæ tota vna die. quod nequaquam est dicendum, quia parum fugerunt, postea vero cõuerterunt se super viros Hay, retrocedere eos facientes contra vrbem. Item, quia dato, ꝙ hęc omnia non essent inconuenientia, tamen non potest stare, quia infra dicitur, quòd postquàm Iosue venit in vrbem Hay combussit illam. si tamen cõbusta fuisset tota ab insidijs, Iosue postea veniens non potuisset eam cremare. Solum ergo aliquid de illa crematum est in signum, vt fumus emitteretur, & Israelitę, qui extra erant scirent captam vrbem. nam aliter D scire non poterant, nisi magno ascendente fumo. Et potissime, quia non erat solum, vt cognoscerent Israelitæ, sed etiam vt viri vrbis Hay cognoscerent vrbẽ captam, & consternarentur mente. Erat autem pro Israelitis necessarium hoc signum, quia quousque scirent vrbem captam, non expediebat vertere vultum contra viros vrbis Hay. nam cum Israelitę se conuerterent super eos, ipsi non potentes ferre impetum eorum retrocederent in vrbem terga vertentes. Et tunc si nondum esset capta ab insidijs vrbs Hay, conuertentes viri intrarent in eam, & venientes postea Israelitæ non possent illam expugnare. non erat ergo expediens, ꝙ Israelitę vultum suum verterent ad viros Hay quousque scirẽt eam captam. & hoc erat per fumum E ascẽdentem in excelsum. ergo immediate, vt ingressi sunt insidię in vrbem Hay, debuerunt succendere eã, vt videretur fumus a fugiente exercitu Israelitico ad hoc, ꝙ conuerterent se super viros Hay. & sic solum fuit cremata aliqua pars vrbis, vt forte aliqua suburbana, vel aliqua segregata a ceteris in vrbe, in quibus nihil rapiendum esset: vel quod rapiendum erat cito ablatum est. *Viri autem ciuitatis, qui persequebantur Iosue.* Idest viri vrbis Hay qui fuerant egressi post Iosue, & exercitum Israel persequentes. *Videntes fumum vrbis ad cælum vsque conscendere.* Idest, quòd fumus magnus eleuabatur de vrbe, qui videbatur conscendere in cœlũ,

A scilicet quia erat ad magnam altitudinem, & in hoc cognouerunt, ꝙ non esset fumus, qui consuetus esset alias egredi de domibus vrbium, sed fumus crematio nis ipsius vrbis. Est autem hic hyperbole. s. transcensus veri vsitatus ad exprimẽdum magnitudinem rei. sic dicit Alexan. in Doctrin. transcensus veri hyperbole tibi fiet, & ponit exemplum.

Astra ferit clangor.

Et sic dicitur Alexandrei. lib. 3.

Aurea fœmineus perstringit sidera clamor.

Non potuerunt vltra huc illucque diffugere. Idest, postquã viderunt fumum exhalantem de ardente vrbe, consternati animo non potuerunt moueri in diuersa ad pugnãdum, sed illico omnibus viribus destituti sunt. non dicebatur hic diffugere pro fuga, quia tunc innueretur quòd antequàm vidissent viri Hay ardentẽ vrbem fugerent, & visa ea non possent fugere, sed accipitur diffugere, idest discurrere, scilicet, quòd ante hoc viri vrbis Hay persequebantur Israelitas fugientes, & discurrebant huc, & illuc ad comprehendendum facilius Israelitas, vel mittendum eos per aliquam partem viæ, quam ipsi vellent. sicut prima vice viri vrbis Hay insecuti sunt Iudęos coegerunt eos declinare per prærupta, atque conciderunt ibi vulnerati de Iudæis trigintasex, vt patet præced. cap. Forte autem nunc viri vrbis Hay ad hoc discurrebant per varia loca, vt concluderent Iudæos in aliquo loco, in quo eos faciliter occiderent, aut tenerent. cum autem viderunt conflagrare vrbem destituti viribus non potuerunt discurrere huc, & illuc persequentes Iudęos. *Præsertim cum hi qui simulauerant fugam.* Hic ponitur alia causa, quare non potuerunt viri vrbis Hay amplius discurrere per varia loca. quia ante hoc fugiebant Israelitę non resistentes viris Hay. nunc vero cęperunt conuertere vultum suum contra eos ad pugnandum, quia sciebant vrbem esse captam, & quamquam isti regrederentur in vrbem nihil obstabat, quia iam eam ceperant insidiæ Israelitarum, & succenderant. Dicuntur hic simulasse fugam Israelitæ, quia ipsi vere non fugiebant cum non timerent, sed ideo se fugere simulabant, vt caperent vrbem procul educentes ab vrbe viros illius. Erant namque multi, qui cum Iosue militabant ita, vt faciliter capere possent, vel occidere viros Hay: sed nolebãt ne fugerent, atque regrederentur in vrbem, antequàm insidiæ caperent eam. *Et tendebant ad solitudinem.* Scilicet, quòd Iosue cum exercitu suo fugiebat contra solitudinem, idest contra partem Septentrionalem vrbis in qua erat solitudo. nam versus eam posuerat Iosue acies in valle, vt supra patet. & versus eam fugerat. *Contra persequentes fortissime restitissent.* Scilicet, quòd postquàm viderunt fumum de vrbe exhalantem inceperunt se vertere contra hostes. *Vidensque Iosue, & omnis Israel, quòd capta esset vrbs.* Hoc viderunt per fumum eleuatum ab vrbe, qui manifeste denotabat vrbem captam cum arderet. *Et vrbis fumus ascenderet.* Qui eleuabatur in sublime propter multa, quę ardebant, & iste designabat captam vrbem. *Reuersus percussit viros Hay.* Idest cępit percutere eos. nam non occidit eos totaliter quousque qui exusserant vrbem, ex aduerso venientes eos in medio comprehenderent. Fuit autem nunc conuersus Israel super viros Hay persequentes se: non ꝙ nunc nouiter possent eis resistere, & ante hoc non, sed quia nunc securum erat conuerti super eos, prius vero nequaquam. Quod patet, quia Israelitę erant multi potentes faciliter delere viros Hay, qui paucissimi erant, vt dixerant exploratores Hebræorum pręced. cap. scilicet, quare vexetur totus populus contra hostes paucissimos? tamen si conuerterẽtur super eos ipsi fugerent in vrbem, antequã illuc introirent insidię Hebręorum, postea vero non

esset

esset eis ingrediendi locus. nunc autem capta iam vrbe ab insidijs Iudæorum quandocunque erat opportunum ad percutiendum viros Hay. *Si quidem & illi qui ceperant, & succenderant ciuitatem*. Isti erant quinque millia virorum manentium in insidijs ad Occidentalem plagam vrbis, quæ mox vt Iosue dedit signum eleuato clypeo in sublime, ingressi vrbem eam succenderūt. alij autem vigintiquinque millia, qui in insidijs quoque fuerant, non manserunt ad delendum vrbem, sed cum Iosue ierūt cum fugeret totus exercitus, vt supra declaratum est. *Egressi ex vrbe*. Postquàm succenderunt partem eius. non est dicendum, quòd omnes egressi sunt ex vrbe. manserunt enim aliqui in vrbe ad custodiam, vt si quouis modo viri vrbis venirent ad eam, non pateret eis aditus. & ne fœminæ, & paruuli, atque alij, qui manebant in vrbe, fugerēt. nam non fuerunt occisi omnes de vrbe tunc, sed postea cū venit Iosue in eā deletis omnibus pugnatoribus eius, vt patet infra cum dicitur: Reuersi filij Israel percusserunt ciuitatem: veruntamen pauci essent, quia nemo erat in vrbe, qui eis resistere posset. *Contra suos*. Idest, isti egressi sunt contra suos, idest contra alios Israelitas, scilicet obuiam illis. nam ante hoc Israelitæ fugiebant persequentibus viris Hay. nunc vero conuersi sunt contra eos, tunc vero retrocedētibus viris Hay versus vrbem Israelitæ persequebantur eos. Alij ergo Israelitæ, qui cremata vrbe inde exierant, veniebant contra suos, idest contra faciem Iosue, & exercitus sui. *Medium hostium ferire cæperunt*. Idest, cęperunt percutere hostes in medio inuentos. nam Iosue cum exercitu a tergo premebat eos fugientes: insidiæ autem eorum vultum percutiebant intercipientes fugam ipsorum. *Cum ergo ex vtraque parte aduersarij cæderentur*. Idest, viri vrbis Hay qui erant aduersarij Iudæorum, ex tergo percutiebantur ab exercitu Iudæorum: & ab anteriori oppugnabātur ab exercitu de insidijs. *Ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur*.

An in pugna Hay essent soli viri Hay: vel cum eis viri Bethel. Quæst. XII.

Contra hoc aliquis objiciet, quia viri vrbis Hay pauci erant. nam venerunt exploratores Hebræorū & dixerunt reuersi. non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia, & deleant vrbem: quare vexetur populus contra hostes paucissimos? Aliquis forte respondebit, quòd in hac pugna non solum erāt viri de vrbe Hay, sed etiam de oppido Bethel. quod patet supra, cum dicitur: Cumque recessissent a ciuitate ne vnus quidem in vrbe Bethel, & Hay remansit, qui non persequeretur Israel, sicut exierant aperta oppida relinquentes, &c. Ideo quamquam viri vrbis Hay paucissimi essent, tamen coniunctis eis omnibus viris de vrbe Bethel esset grādis multitudo: & hi a Iudæis cæderentur. ideo diceretur cæsa magna multitudo. Respondendum est non posse stare, quia de viris vrbis Bethel nemo interfectus est, sed solum de viris vrbis Hay, & hoc, quia viri de Bethel non coniunxerunt acies suas viris de oppido Hay, sed per aliam partem sequebantur Iudæos. & hi vel ante fugerunt, quàm viri vrbis Hay: vel forte insidias contemplati sunt, & regresi, ita vt nemo de eis in hac strage caderet. quod patet, quia infra dicitur. Erantque qui in eodem die conciderunt a viro vsque ad mulierem duodecim millia hominum omnes vrbis Hay. ergo in eadem die nemo mortuus est de viris Bethel, sed tota ista multitudo grandis, quæ hic dicitur fuit de vrbe Hay. Respondendum ergo est, quòd Determinatio auctoris. erant Israelitis comparati viri de vrbe Hay pauci, sed in seipsis, vel simpliciter magna multitudo erat, quod

F patet, quia cum Israelitæ primo in pugnam cōtra eos ituri erant, dixerunt exploratores, vt non ascenderet totus populus, sed duo vel tria millia virorum. Et subiungitur. Quare vexetur totus populus contra paucissimos. q. d. in comparatione totius populi rari erant, tamē in se erant multi, quia forte essent quatuor millia, vel quinque millia virorum, vel saltem duo millia: & hi multi sunt. potissime, quia hoc non est magna difficultas, quia aliquando vocatur aliquis numerus paruus in aliquo loco, qui alibi vocatur magnus secundum quòd ad alterum, & alterum comparatur. *Ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur*. Quia intercepti sunt inter vtrosque hostiles cuneos, & non patuit eis aliquis fugiendi locus. ad resistendum autem viribus impares erant: ideo omnes qui ad pugnandum fuerāt

G egressi cęsi sunt in pugna acerrima. *Regem quoque Hay apprehenderunt viuentem*. Erant Iudęi multi, & vndique concluserant viros Hay. iō vel capere, vel occidere ad libitū eis ptās erat: maxime, qa hostes erant mēte cōterriti visa vrbis conflagratione. Potuerunt ergo comprehendere viuentem Regem Hay, nec eum occiderunt certamine bellico, vt insignius eum punirent. s. eum suspendētes, vt infra patet. *Et obtulerunt Iosue*. Qui ceperunt Regem hunc putauerunt se obsequiū præstare Iosue, ꝙ ei offerrēt viuētē Regē, & obtulerunt.

Igitur omnibus interfectis, qui Israel ad deserta tendētem fuerant persecuti, & in eo-

H dem loco gladio corruentibus, reuersi filij Israel percusserunt ciuitatē. Erant autem, qui in eodem die cōciderant a viro vsque ad mulierē duodecim millia hominum omnes vrbis Hay. Iosue vero non contraxit manum quam in sublime porrexerat tenēs clypeum donec interficerentur oēs habitatores Hay. Iumenta autem, & prędam ciuitatis diuiserūt sibi filij Israel, sicut pręceperat dominus Iosue. Qui succendit vrbem, & fecit eam tu-

I mulum sempiternum. Regem quoque eius suspendit in patibulo vsque ad vesperam, & solis occasum: pręcepitque Iosue, & deposuerunt cadauer eius de cruce: proiecerun tque in ipso introitu ciuitatis cōgesto super eo magno aceruo lapidum, qui permanet vsque in pręsentem diem.

Igitur omnibus interfectis. Scilicet in campo. *Qui Israelem. per deserta fuerant persecuti*. Isti erant viri pugnatores de vrbe Hay. hi enim persequebantur Israelem tēdentem ad deserta. i. exercitum Israelitarum simulan-

K tem fugam cum Iosue, & ista fuga erat versus desertum. s. ad partē septentrionalem vrbis Hay, quę erat deserta, cum ibi esset solitudo Bethauem. *Et in eodem loco gladio corruentibus*. Scilicet in loco in quo insidię exeuntes de vrbe iam incensa, obuiam habuerunt viros Hay fugientes, quoniam ibi conclusis eis vndique nullus euadere potuit. *Reuersi filij Israel*. Idest reuersi sunt. s. in vrbem Hay postquam in campo occiderunt omnes bellatores eius. *Percusserunt ciuitatem*. Percutere occidere est. Dicuntur percussisse ciuitatem. i. occidisse omnes, qui erant in vrbe. s. senes. & paruulos, atque feminas. nam de his regionibus Chananęorum neminem viuentem relinquere poterant aliqua conditione.

ditione pacis, aut seruitutis, vel quocunque, sed occidere cogebantur, vt patet Deuter.20.c. Ex hoc etiã Quæst.7. patet quod supra dicebat.s. q insidiæ de Iudęis ingredientes vrbem Hay non succenderũt eam totã. nam si totam succendissent, omnes qui in vrbe erant cõbusti forent, vel nemo in ea maneret. tñ post hoc reuersi sunt Israelitę in eam, & occiderunt ibi viros, & fęminas. ergo non fuerat tota cremata, sed aliquid eius in signum eis qui extra erant, q capta foret vrbs. Itẽ patet ex hoc, quod dicebatur supra.s. q aliqui de viris Israelitis, q fuerant in insidiis, manserunt in vrbe Hay post combustionem. nã si nulli mansissent viri, & fęminę, & paruuli, qui erant in vrbe Hay transfugissent ad vrbem Bethel, quæ vicina erat ad partem occidentalem, ne occiderentur, & tñ non transfugerunt, sed postea reuerso Israel a cæde pugnatorum vrbis Hay, occisi sunt ipsi qui erant in vrbe. *Erant autem omnes.* Hic ponitur summa mortuorum die illo. *Qui eodem die conciderunt.* Idest qui corruerunt gladio Israelitarũ: omnes.n. hanc gustabant mortem. *A viro vsque ad mulierem duodecim millia.* Omnes enim occidebant.s. viros, & fęminas, paruulos, & adultos. & hoc quia erant de Chananæis. si autem essent de aliis gentibus pręter has septem, solum deberent occidere viros pugnatores, fęminas autem, & paruulos reseruabant, vt patet Deute.20.c. Ex hoc autem patet, q in vrbe Hay pauci erant, ipsaq; erat parua ciuitas, quia computatis oĩbus tam magnis, quàm paruulis vtriusque sexus solũ accedebant ad 12.millia, sed in vrbibus solent cõmuniter tot fęminæ quot viri esse, interdum plures. ideo eẽnt in vrbe Hay sex millia virilis sexus. auferendo aũt ab his oẽs senes, & paruulos, qui vt cõiter multi sunt, nõ manerent duo millia, vel tria millia potentiũ exire ad pugnã. ideo exploratores Israelitarũ cum explorauerunt vrbẽ Hay retulerunt dicentes. Nõ ascẽdat totus populus, sed duo, aut tria millia, & deleant ciuitatẽ. intelligebant ergo q nõ essent tot in vrbe Hay, cũ duo millia, vel tria millia possent delere vrbem. *Omnes vrbis Hay.* In hoc patet, q de viris vrbis Bethel nullus illa die occisus est, q̃q̃ exierint in pugnam ꝯ Israelitas. nã sicut viri Hay isti viri Bethel egressi sunt ad ꝑsequendum Iudæos, & vrbem apertam reliquerunt, vt patet s̃. tñ ipsi non iuerunt simul cum viris Hay, sed per se aciẽ fecerunt. ideo reuersi sunt quando voluerunt, ita vt nullus de eis bello caderet. si.n. cõiuncti essent viris vrbis Hay, sicut illi conclusi sunt vndiq; a Iudæis, atq; cæsi, ita & hi, sed de his nemo periit, sed solũ de viris Hay. ergo non erat aliquis de viris Bethel cum viris Hay, & fuit hoc adiunctum, quia cum supra dictum fuisset, q oẽs de vrbe Bethel, & vrbe Hay egressi fuerunt ad persequendum Iudæos, & reliquerũt oppida aperta, & hic dicit, q occisi sunt pugnantes contra Iudęos, intelligeretur etiã de viris Bethel. ideo dicitur, q oẽs hi fuerunt de vrbe Hay. *Iosue autem non contraxit manum quam in sublime erexerat tenens clypeum.* Cũ fugiẽtes Israelitę viros Hay distraxissent eos longe ab vrbe, dedit Iosue signum latẽtibus in insidijs, q erũpentes inde occuparẽt vrbem, ad quod erexit clypeum in sublime appendens in hasta, vt videretur ab his, qui longe erant. Eleuauerat ergo ad hoc Iosue manus, nec tamen cõtraxit. i. curuauit manum quousque occiderẽtur oẽs, qui erant pugnantes contra ipsos. A principio causa eleuandi clypeum fuit, vt egrederentur insidię de loco suo ad capiendum vrbem. postea autem tenebat erectum in sublime, vt insidiæ exusta vrbis parte haberent signum veniendi contra pugnatores vrbis Hay. Postea etiam tenuit quousque occiderentur omnes viri Hay, quia si depressisset videretur esse signum cessandi a pugna, vel cæde. semp ergo tenuit quousque omnes gladio corruerunt. Ex quo patet, q

Vrbs Hay erat parua ciuitas.

A Iosue nihil pugnauit, nec occidit quemquam de viris Hay, quia antequam committerent Israelitę pugnam contra eos, leuauit clypeum, & postea nunquam curuauit manum quousque mortui sunt omnes, q erant de vrbe pugnatores. ergo non potuit pugnare, sed ista eleuatio clypei erat magna pugna, q a incitabat, & dabat aliis signum ad pugnandum. Iosue non pugnauit.

Donec interficerentur omnes habitatores Hay. Non intelligitur de habitatoribus, idest de omnibus qui morabantur in vrbe, sed de omnibus pugnatoribus qui in vrbe morabantur: isti enim fuerunt in campo occisi, antequam irent Israelitæ in vrbem Hay. Iosue autem priusquam in vrbem Hay iret, contraxit manũ depo-
B nens clypeum, quia iam non erat signum ad aliquid. *Iumenta autem & prædam ciuitatis diuiserunt sibi filij Israel.* Nunc enim cum regressi sunt Israelitæ in vrbem, occiderunt omnem hominem vtriusque sexus. omnẽ autem supellectilem alicuius valoris, quam secũ portare poterant, diripuerunt, omniaque metalla, & vestes, nihil enim in hac vrbe anathemati subiectũ fuit nisi ipsa vrbs, scilicet locus, quia tota ciuitas cõbusta est, & posita in tumulum æternum, ita q non habitaretur, vt patet infra. reliqua vero sumpta sunt. Nec tñ hinc aliquid assumptum est, vt poneretur in thesauris domini, sicut in vrbe Iericho, vbi Deo prouenit totum aurum, & argentum, & vasa ænea, ac ferrum, vt patet supra sexto capitu. hic autem omnia cesserunt plebi, nec vltra quicquam de captis in bello Deo con-
C secratum est, nisi quispiam speciali deuotione ductus offerre voluisset.

Iumenta autem, & prædam. Vocantur iumenta omnia animantia capta in vrbe Hay, sicut pecora, & animalia ad seruitium humanum, vt asini, & equi, q̃ iumenta appellantur. pręda dicitur tota congeries supellectilium, & omnium inanimatorum, quę in vrbe Hay capta sunt.

Diuiserunt sibi filij Israel. Non intelligitur, q diuiserunt filii Israel, idest omnes filii Israel, quia non est data pars de pręda manentibus in castris Galgalæ, sed soli exercitui pugnatorum diuisio facta est. Quod patet, quia hic dicitur. sicut iusserat dominus, sed dominus iussit soli exercitui diuidi, vt patet. s̃. in princip.c. pręđam autem, & omnia animantia diripietis vobis,
D idest pro vobis.s. qui ea rapitis.

Quare in bello contra vrbem Hay non fuit diuisa præda inter euntes, & manentes in castris, sicut in præda contra Madian. Quæst. XIII.

Aliqvis autem obijciet de pugna facta ꝯ Madian, quia tunc diuisa fuit præda inter euntes ad bellum, & non euntes, vt patet Nu.31. Rñdendum est, q non stat eadẽ rõ. nam cum Israel pugnauit ꝯ Madianitas nõ pugnauit totus populus, sed soli 12. millia virorum iuerunt cũ Iosue, vt patet Num.31. mansit autem in castris valde maior numerus pugnatorum. ideo quia viderẽt gra-
E ue, q non daretur aliquid de pręda toti populo, & hi pauci haberent totam, datum est aliquid populo non eunti ad bellum, medietas namque prædę data est 12. millibus viris eũtibus ad bellum, & medietas reliquo populo. Etiam fuit hoc ad tollendam contentionem & insultum, quia forte totus populus insiliret in 12. millia virorum venientium de bello, nisi darẽt eis partem prædę. Itẽ quia illi qui manserunt in castris erant prompti ad eundum ad bellum, sed non iuerũt, quia sola 12. millia virorum electa sunt. non debebãt ergo cæteri priuari iure suo, quod eis prouenisset, si iuissent ad bellum. Hic autem ad eos qui in castris manserũt nihil tale erat, quia non manserunt in castris Galgalæ

aliqui

aliqui pugnatores, oēs.n.ascenderant cū Iosue, vt patet supra in litera. Rationabile ergo erat, ꝙ solū diuideretur prǽda inter ascendentes ad pugnā. Potissime, quia illi qui manserunt in castris, non erant apti ad pugnam. nō habebāt igitur aliquid de diuisione hac, qa ēt si ipsi venirent in expeditionem nihil possent proficere. Itē non erat hic occasio tumultus, si non diuideretur prǽda inter manentes in castris, & ascendentes ad pugnam, quia in pugna ꝯ Madianitas valde plures pugnatores relicti fuerant in castris, q̄ iuissent in bellum. vnde poterant eos opprimere, nisi diuiderent cū illis prædam. illi autem qui manebant nunc in castris Galgalæ nō erant bellatores, quia de bellatoribus nullus mansit. ergo non possent iurgari, aut bellum agere contra euntes in pugnam, si non darent eis partē prǽdę. *Sicut præceperat dominus Iosue.* i. diuisa est præda inter bellatores, quia sic iusserat Deus. Vel dicitur sicut iusserat dominus ad monstrandum actum hunc esse licitum, quia in vrbe Iericho non licuit diuidi prędam, sed totam cum vrbe cremari quadam parte reseruata Deo, scilicet in metallis, vt patet supra 6. cap. ita ergo intelligeretur esse faciendum in vrbe Hay, & diuidi prędam videretur esse illicitum. Ideo Deus dixit supra. animantia autem & prędam diripietis vobis. i. nō cremabitis, sicut in vrbe Iericho, sed occidetis homines, & totam prædam vobis diripietis. *Qui succendit vrbem.* Postquam Iosue cum toto exercitu reuersus est in vrbem Hay, diligenter inquisitæ sunt omnes partes eius, vt erueretur inde tota præda, post autem succensa est tota vrbs, & diruerūt Israelitæ muros eius. s. prosternentes omnia ædificia ad terram. quia dicitur posita in tumulum sempiternum, vt immediate patet. tamen non videretur esse tumulus si adhuc starēt muri, męnia, & turres, & partes reliquorum ędificiorum preter ea quę ignis deuorasset. oportebat ergo deijci in terram omnia stantia ędificia. Sic etiam ponitur Deuter. 13. de ciuitatibus idolatrarū, ꝙ poni debent in tumulum sempiternum, & tunc subiungitur. non ædificabitur amplius. in quo innuitur, ꝙ non solum comburitur, sed etiam diruitur tota vrbs, alioqn non diceretur non ędificabitur, quia nō indigeret nō ędificari ciuitas, nisi diruta foret. ergo de hac quoque vrbe intelligendum est, ꝙ diruerentur męnia eius, & ędificia, quę vocantur eodē modo tumulus ęternus. *Et fecit eam tumulum sempiternum.* i. fecit eam esse sepulchrum semper manens. Nam vocatur ciuitas sepulchrum, quia diruitur nunquam reædificanda, quia sepulchrum dicitur vbi quispiam sepelitur, sed quia sepulchrum dicit humum fossam ad cadauera cōtegenda, & in ciuitatibus huiusmodi sic est. Nam cū aliqua ciuitas idolatrarum ponebatur in tumulum ęternū, occidebantur in ea oīa viuentia ab hoīe vsq; ad pecora, cęteraq; viuentia, postea aūt cremabantur, & diruebantur oīa ędificia super pulueres mortuorum. ideo ipsa ciuitas dicebatur sepulchrum oīum, qui ibi occidebantur. sic quoque vrbs Iericho in tumulum ęternum posita est, vt patet supra 6. quia oīa viuentia in ea gladio cōsumpta sunt, & ēt pecora & canes, postea cū vrbe conflagrauerunt, & cuncta ędificia corruerūt super illos. Sic quoque in hac vrbe Hay: nam q̄q̄ oēs viri bellatores corruissent gladio in cāpo, postea tñ oēs senes & paruuli, atque fęminæ perierunt gladio, & super eos ruentibus ędificiis domorū, & męnibus vrbis, sepulti dicuntur in ipsa ciuitate, tanquam ipsa ciuitas eorum sepulchrum sit. dr̄ ęternum sepulchrum, quia non habitabit illa ciuitas, nec mouebit terra ad sepeliendū alios, vel aliquid ibi faciendum, sed manebunt in sempiternum quiescentes qui sepulti fuerint.

Regem quoque eius suspenderunt in patibulo. Iste rex fuit magis afflictus, q̄ oēs viri de vrbe Hay. nam cum ipse

F esset princeps totius ciuitatis, excidium, & mala, atq; ruinæ gentis suę in eius miseriam redundabant. vidit aūt ipse oīa hęc, quia vrbem suam cōflagrare, & vniuersos de vrbe Hay perire gladio vidit, & subijci terrā hostili potestati: ad extremū aūt vilissimo mortis genere. s. in patibulo appensus exanimatus est. Erat autē ista magna ignominia Regis, quia nō solet talis mors infligi, nisi hominibus infimæ conditionis, generosis autem non infligitur talis cruciatus.

Quare Iudæi suspenderunt Regem Hay inferentes ei specialius supplicium quam cæteris. Quæst. XIIII.

G SED quæres, quare Israelitæ suspenderunt Regem Hay inferentes ei speciale supplicium, & ignominiam: Regem autem Iericho simpliciter occiderunt gladio, sicut cęteros? Respondēdum est, ꝙ Rex Iericho nihil nocuerat Israelitis, quia nullam contra eos pugnam inierat, sed magis omnes Ierichōtini ouium more cæsi sunt. Rex vero Hay bis pugnam commiserat contra Israelitas, & in primo cōflictu corruerunt. 36. viri, vt patet præced. c. Hæc autē ipse Rex Hay faciebat, quia erat princeps ad faciēdū ea. ergo magis affici merebatur Rex Hay, q̄ Rex Iericho. Fuit igitur simpliciter mortuus Rex Iericho, sicut ciues sui. Rex autem Hay ignominiosa suspendij morte assumptus est. Quamquam aliquis ad hoc respondere posset, ꝙ Rex Iericho nō fuit suspensus, qa forte non captus fuit viuens, nec cognitus est, sed cū
H cæteris ciuibus suis morte vulgari corruit. si autē inuenissent eum suspendissent. sic enim consuescebat facere Iosue Regibus quos capiebat. nam infra dicitur de quinque Regibus. c. 10. ꝙ capti sunt viuentes in speluca, & suspēsi sunt in patibulis, vsq; ad Solis occasum. sed qūocunque respondeatur non multum differt. *Vsque ad Vesperam, & Solis occasum.* Vsque ad istud tēpus solum suspendebat Iosue quemcunque suspēderet. sic etiam patet de quinq; Regibus, infra 10. quos suspendit Iosue in patibulis, vsque ad Solis occasum. hoc autem erat, quia præceptum erat inter Iudæos, ꝙ qñcunq; aliquis appenderetur patibulo non debebat permanere cadauer in eo, sed in vespere ad Solis occasum erat auferendum, & sepeliendū. vt patet Deu-
I teronom. 21. cap. sic ergo tam in Iudæis, quàm in aliis obseruabat Iosue.

Quare Iosue appendit cadauera istorum regum, vsque ad Solis occasum. Quæst. XV.

SED aliquis dicet non ob hoc solum appendisse Iosue cadauera istorum Regum vsq; ad Solis occasum, quia ista lex data erat Iudæis, & solum erat pro eis, & conuersis ad Iudaismum. Reges aūt isti erant Chananæi. ergo lex nō obligabat in eis, sed alia fuit causa faciendi hoc. Rñdendum est. ꝙ non solū erat obseruanda ista lex de suspensione in Iudæis, & cōuersis ad Iudaismum, sed ēt in oībus Gē-
K tilibus, quos suspenderent Iudæi si eos suspenderet in terra possessionis suæ, quia non erat hoc datum principaliter pp honorem, vel diminutionem dedecoris eius qui suspendebatur, sed pp incontaminationē terræ. si enim manerent cadauera in patibulis aliquanto tempore, terra pollueretur. euitabat ergo hoc ne pollueretur. Sic patet Deuter. 21. s. non permanebit cadauer eius in ligno, sed sepelietur, qa maledictus homo qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terram, quam tibi dñs Deus dedit in possessionem. Quo aūt contaminatur terra si penderent cadauera pluribus diebus in patibulo, declaratum fuit Deuter. 21. c. Fuerunt ergo isti Reges solum pendentes in patibu-

lis

lis vsque ad Solis occasum propter hanc legem. *Vsque ad vesperam & Solis occasum*. Pro eodem accipiūtur ista duo hic. nam licet vespera aliqualiter dici posset, postquam Sol incipit declinare a circulo meridiano, vsq; ad occidentem, cum proprie Sol cadit sub Orizonte vespera est.

Præcepitque & deposuerunt cadauer eius. s. post Solis occasum, ne contra legem domini aliquod cadauer maneret in patibulo vltra diem.

De cruce. i. de ligno vel patibulo, non ponitur aliud nomen in hebræo pro ligno cruce, & patibulo, idem enim ista sunt, sed lignum signat ista absolute, patibulum autem a patiendo dicitur, quia ibi patiunt̄ hoīes. crux autem a cruciando, quia ibi cruciatus tolerant.

B *Proieceruntque in ipso introitu ciuitatis*. i. sepelierunt apud portam vrbis Hay, vt ipse cum tota vrbe Hay videretur pertinere ad anathema vrbis.

Congregato super eum magno aceruo lapidum. i. super eū posuerunt lapides multos, vt sic saltem infelix illud cadauer tumulatum foret. & hoc fuit, vt sciretur ibi esse sepulchrum Regis Hay. hæc enim erant ad memoriam posterorum, & vt sic laudarent Deū qui eis terram illam acquisitam sanguine illorum tribuerat.

Vsque in præsentem diem. i. ꝙ ille aceruus lapidū in sepulchro Regis Hay manebat tempore quo scriptus fuit liber iste. s. tempore Samuelis a quo rationabiliter scriptus dicitur. & mansit posterioribus temporibus in memoriam factorū Dei. Potissime, quia vrbs Hay erat sub anathemate posita in sempiternum tumulū: vnde nullus haberet occasionem accedendi ad sepulchrum Regis, quod erat in introitu vrbis ad delendū illud. non enim erat ad hoc aliqua occasio, si habitata fuisset vrbs illa postea forte ablati fuissent lapides sepulchri testes, quia impedirent ibi non parum, cum essent in introitu vrbis.

Exod. 20. Deut. 27. a Tūc ædificauit Iosue altare domino Deo Israel in monte Hebal, sicut præceperat Moyses famulus domini filijs Israel, & scriptum est in volumine legis Moysi: altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit, & obtulit super eo holocaustum domino: immolauitque pacificas victimas. Et scripsit super lapides Deuteronomium legis Moysi, quod ille digesserat corā filijs Israel. Omnis autē populus, & omnes maiores natu, ducesq; ac iudices stabant ex vtraq; parte arcæ in conspectu sacerdotum, qui portabant arcam fœderis domini, vt aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta montem Garizin, & media iuxta montem Hebal, sicut præceperat Moyses famulus domini. Et primum quidem benedixit populo Israel. Post hoc legit omnia verba benedictionis, & maledictionis, & cuncta quæ scripta fuerāt in legis volumine. Nihil ex his quæ Moyses iusserat, reliquit intactum, sed vniuersa replicauit coram omni multitudine Israel, mulieribus, ac paruulis, & aduenis qui inter eos morabantur.

A *Tunc ædificauit Iosue*. Hic ponitur tertium, scilicet immolationis cultus, quomodo Iosue cū toto Israel fecit solennes victimas in monte Hebal, & Garizin scribens Deuteronomium, & ponens maledictiones, & benedictiones.

Cum altare non esset mansiturum ad vsum immolationis postea in monte Hebal, quare pro vnica immolatione fiebat. Quæst. XVI.

Dicit Nicolaus, ꝙ ista immolatio, & altaris constructio facta est ad reddendum Deo gratias de victoria habita, & ad complendū mandatum Moysi. sic enim iusserat Deut. 27. cap. Sed dicendum est, quòd nullo modo fuit immolatio ista victimarum ad reddendum gratias de victoria habita, quia in Iericho maius miraculum fecerat Deus pro Israelitis, quam in vrbe Hay: tamen non obtulerunt ibi vllas victimas. Item maior victoria fuit quando pugnauit Iosue contra quinque Reges, & occidit populum eorum, atque eos viuentes comprehēdit. vt patet infra 10. cap. quam cum obtenta est vrbs Hay, quia erant ibi hostes paucissimi, vt patet præce. c. Item fuit facta ista victoria cum maximo miraculo. s. quia tunc stetit fere Sol spatio vnius diei immotus, vt patet infra 10. c. & tamen non fuerunt tunc factæ aliquæ victimæ, nec in aliis victoriis celeberrimis. nā occidit Iosue 31. Reges, vt patet infra 12. ergo nec hic C fuit facta immolatio pro victoria: sed ꝗa iusserat Moyses. Deuteronom. 27. Item patet hoc ex litera, quia cum hic subditur causa horum, quæ fiebāt, dicitur sicut præceperat Moyses famulus domini, & scriptū est in volumine legis, ergo non fiebat propter victoriam habitam, sed quia iusserat Deus per Moysen. nō enim vacauerunt Israelitę sacrificiis, vel aliis cęremonialibus obseruationibus vsq; ad tempus, quo a bellis cessatum est, nec obligabantur vsquequo pacifice possiderent terram, vt patet Deuteronom. 12. nunc etiam non fecissent sacrificia, nisi quia iusserat Moyses, ꝙ postquam transirent in terram promissionis obligabantur in mōte Hebal, & Garizin facere cæremonias has, vt patet Deuter. 27. c.

D *An sit hic mutatio ordinis secundum Rab. Sal. vbi traditur, quæ sunt dictiones, quæ excludunt anticipationem, & recapitulationem. Quæst. XVII.*

Notandvm ꝙ Rab. Salom. dicit hic esse mutationem ordinis, quia ista lectio, vel particula poni debebat post transitum de Iordane, antequam venirent, & castrametarentur in Galgalis. Sed valde errat, quia non potest dici hic anticipatio, aut recapitulatio, vel aliquis alius modus mutati ordinis, quia quædam dictiones sunt quæ excludunt omnem talem mutationem, sicut dictiones consignantes temporaliter, vt nunc, tunc, ante hoc, post hoc, in eodem tempore, & sic de cęteris. E nam tunc si velimus facere recapitulationem, aut anticipationem, faciemus literam falsam, quæ tūc dicit esse aliquid factum, vel post, & non mutatum ordinē, sed hic ponitur aduerbium temporis tunc. ergo non est mutatus ordo, sed factū fuit hoc immediate post captam, & deletam vrbem Hay. de hoc declaratū fuit late §. 4. vbi dicebāt: an in die qua Israelitę transierunt A q. 21. vsque ad 24.
Iordanem venissent in montem Garizin, & Hebal ad faciendum, quæ hic dicuntur, vel si venerunt primo, & castrametati sunt in Galgalis. *Tunc ædificauit Iosue altare*. Ad offerendum ibi victimas quas oblaturi erant in solennitate confirmationis legis, & cū ponerētur maledictiones, & benedictiones pro obseruatoribus, & vio-

& violatoribus legis. & istud altare postea mansit in loco eodem toto tempore, quo manserunt Iudęi in terra, vt non periret memoria factorum sacrificiorum ibidem, & positarum maledictionum, atque benedictionum, nunquam tñ postea ibi fuit aliquod sacrificium factum, quia non licebat alicui facere sacrificiũ, tanq̃ sacerdoti, nec licebat cuiq̃ offerre victimas extra atrium tabernaculi sub pęna mortis, vt patet Leuit. 17. & Deut. 12. Si quis autem extra immolasset, ita imputabat̃ ei, sicut si hoĩem occidisset. Sacrificia autẽ quę offerebantur intra tabernaculi atrium, cremabãtur super altare holocaustorum. ideo nũquam postea licuit immolari ibidem: nec Iosue ad aliquem alium vsum fecit, sed solum, quia iusserat Moyses fieri altare de lapidibus, quos ferrũ nõ tetigit, vt patet Deu. 27.

Ad quid ędificauit Iosue altare domino in monte Hebal pro vnica immolatione, cum non esset amplius ibi mansurum. Quæst. XVIII.

Opi. Glo. ordin. & Nic.

SED quęretur ad quid ędificauit nunc Iosue altare domino? Aliqui dicunt, ꝙ fuit ad offerendum ibi hostias in gratiarũ actionẽ pro victoria habita, quia solebant homines in lege veteri offerre sacrificia in gratiarum actionẽ pro susceptis beneficijs, quę vocantur pacifica pro grãrum actione. de quorum cęremonijs hr̃ Leu. 7. c. & aliqñ erant holocausta in grãrum actionem, & sic fecit Noe qñ liberatus de diluuio in egressu de arca obtulit Deo sacrificia. Gen. 8. c. ita nunc Iosue in grãrũ actionẽ ꝓ victoria habita de Rege Hay obtulit sacrificia, & ad hoc ꝯstruxit altare, quia sacrificia nunq̃ fiebant, nisi in altari. Leui. 1. & 3. & 4. & istud tenet Glo. ord. interlinearis, qa super illo verbo tunc ędificauit Iosue altare dicit Glo. quia oportebat eum aliqd Deo dignum tanta victoria offerre. Sed dicendum, ꝙ non stat. Primo, quia multas alias victorias habuit Iosue, sed pro nulla legit̃ obtulisse sacrificia, & altare construxisse. Secundo, quia si Iosue non offerret sacrificium pro oĩbus victoriis, sed pro aliqua, maxime deberet fieri pro victoria p̃cipua, sed præcipua fuit illa qñ pugnauit fere cum oĩbus regibus Chananęorum ad aquas Meron. ĩ. 11. c. & alia similis fuit illa qua pugnauit ꝯ q̃nque Reges die quo stetit sol. ĩ. 10. c. & in nulla harũ obtulit hostias, neque construxit altare. & tñ ista qua vicit Regem Hay erat de minimis, quia habitatores vrbis Hay vocantur hostes paucissimi præced. c. ergo non obtulit ꝓ hoc hostias, neque cõstruxit altare. Tertio, quia si ꝓ hoc vellet offerre holocausta, non construeret altare, quia habebat altare holocaustorũ ad ostium tabernaculi, in quo Deus iubebat offerri oĩa sacrificia. Leuit. 17. c. & tñ construxit altare de nouo. ergo fuit ad alium finẽ. Quarto, quia Iosue laudatur, ꝙ impleuerit oĩa, q̃ locutus est Moyses. ĩ. 11. c. & ita Deus valde admonet eũ agere. s̃. 1. c. & tñ Moyses dixit in lege esse detestabile, & reum esse sanguinis, si quis sacrificia offerret alibi, q̃ super altare holocaustorum ad ostium tabernaculi. Leu. 17. c. ergo non construeret ipse nũc altare ad immolandũ sacrificia. Quinto, quia ipse Iosue valde hoc detestabatur. vnde qñ duæ tribus & dimidia construxerunt altare magnum iuxta Iordanẽ, putans Iosue, ꝙ hoc facerent ad offerẽda sacrificia iussit fieri bellum ꝯ illos quousque se excusauerunt viri illarum tribuũ ostendentes, ꝙ nõ fecissent altare ad sacrificia. ĩ. 22. c. non ergo Iosue faceret nunc cõtra id quod vetabat. Sexto, quia ex litera apparet, ꝙ non ad hunc finẽ fuisset constructum altare, cum dr̃: tunc ędificauit Iosue altare dño Deo Israel in monte Hebal, sicut præceperat Moyses famulus dñi filiis Israel, & scriptũ est in volumine legis, sed nihil præcepit Moyses de immola-

F tione facienda, & construendo altari pro victoria habita de vrbe Hay. ergo non fuit ad hunc finẽ. Dicẽdũ ꝙ veritas fuit, ꝙ Iosue non fecit istud altare ad immolandũ hostias in actionẽ grãrum pro aliqua victoria. nam si hoc voluisset non construeret altare, sed offerret in altari holocaustorũ, quod fecerat Moyses. Leu. 17. sed fuit ad implendũ legẽ, quia Deus p̃ceperat, ꝙ qñ Israelitæ transito Iordane venirent ad montes Garizin & Hebal cõstruerẽt ibi altare, & offerrent victimas, & ponerent bñdictiones & maledictiones ibi. vt patet Deut. 11. & 27. c. sed iuxta vrbẽ Hay est mõs Hebal & Garizin. ideo habita victoria de vrbe Hay, cũ ad istos montes venerunt Israelitæ construxerunt ibi altare, & fecerunt oĩa sibi imperata. Et patet hoc, qa dr̃ in lr̃a. tunc ędificauit Iosue altare dño, sicut p̃ceperat

Determinatio auctoris.

G Moyses famulus dñi. certum est tñ istud mandatũ eẽ ibi. Secundo, quia hic commemorantur facta ea, quæ leguntur iussa. Deut. 11. & 27. nihil omittẽdo, vt patet comparando ea, quæ hñr hic ad ea quæ ibi dicuntur. ergo ad hunc constructum fuit istud altare, & non ad aliquem aliũ finẽ. Ad dictũ Glo. dicendũ, ꝙ non multum est standum ei cum constet de veritate in ꝯrium.

An debuerit fieri istud altare, cum pro vnica tantum immolatione sit factum. Quæst. XIX.

SED dicet aliquis cũ non esset istud altare mansurum in posterũ ad aliquem vsum sacrificiorũ, quare fiebat pro vnica immolatione? nã poterat ibi ꝯueniẽter fieri immolatio in altari ho-

H locaustorũ, qđ erat in sanctuario, & non cõstrueretur altare de lapidibus superflue. Ad hoc rñderi p̃t dupliciter. Quidam. n. dicunt, ꝙ lapides in quibus fuit scriptus Deuteronomius, de quibus. ĩ. dr̃, erant lapides altaris, ita ꝙ in eodem sacrificia facta sint, & Deuteronomius scriptus. Et s̃m hos responderi debet, ꝙ fuit altare necessarium de lapidibus, quia q̃q̃ non esset necessarium ad faciendum sacrificia, erat ad scribẽdum in eo verba Deuteronomii, cum tñ fuit fabricatũ ad vtrunque vsum aptum fuit, & victimę fuerunt ibi immolatæ. Alii tenent, ꝙ aliud fuerit altare, & alii fuerũt lapides ad scribendum Deuteronomium. Et s̃m hoc respondendum est, ꝙ fuit factum ibi altare de lapidi-

I bus ad offerendum ibi victimas, quia sicut lapides magni positi sunt ad scribendum ibi Deuteronomiũ, & vt maneret hoc in memoriã, ꝙ fuerat ibi confirmata lex, & positæ maledictiones & bñdictiones, ita altare maneret ibi in memoriã, ꝙ fuerint tunc positæ maledictiones, & bñdictiones, facta sacrificia in solennitatẽ eorum, q̃ fiebant. sic factum est in monte Synai. nã constructum est altare ad faciendũ ibi victimas in cõfirmationẽ legis, & positi fuerunt 12. tituli in memoriam 12. tribuũ Israel qui steterunt ad confirmationẽ illam: an tñ fuerint ijdem lapides altaris, & in quibus Deuteronomius scriptus fuit, infra declarabitur.

K *An immediate post captionem vrbis Hay illud altare ædificauerit Iosue, vel fuerint aliqua intermedia. Quæst. XX.*

CONSIDERANDVM, quia dr̃ hic, ꝙ tũc Iosue ędificauit altare. s. post captionẽ vrbis, qa post illã factũ est, sed nõ immediate. fuerunt. n. aliqua intermedia, qđ patet, quia qñ Iosue cũ exercitu erat in vrbe Hay, solum erãt ibi bellatores viri: reliquus aũt populus senũ, paruulorũ, & feminarũ nõ venerat illuc, sed manserat in Galgalis, cũ solus populus pugnatorum venisset cum Iosue. nam cũ ipse recessit de castris, recensuit socios, qui cũ eo ibant, vt patet. s̃. in lr̃a, si tamẽ totus Israel mouisset castra de Galgalis,

Galgalis, & venisset in vrbem Hay non erat opus re-censeri socios Iosue: quia tunc numerarentur oēs, qui erant in castris. cum tamen factę sunt victimæ, q̄ ponū tur hic, & positæ benedictiones atq; maledictiones in monte Hebal & Garizin quæ sunt apud Hay & Bethel: fuerunt ibi castra Israel & oēs tā paruuli quā magni uiri & feminæ. Sic patet infra cum dicitur. sed oīa replicuit coram omni multitudine Israel mulieribꝰ, ac paruulis, & aduenis qui inter eos morabantur. Necesse erat ergo ꝙ postq̄ Iosue cū exercitu deleuit vrbem Hay: redierit in castra Galgalæ & mouerit inde castra, vt venirēt oēs in mōte Hebal & Garizin apud Bethel & Hay: & ibi hæc coram tota multitudine facta sunt. Deinde aūt reuersi sunt oēs Israelitæ in Galgalam ubi prefuerant: & ibi fixerunt castra: nā in bellis factis post hoc, cū pugnauit Israel contra reges qnque dr̄ ꝙ redierūt ad castra in Galgalā. vt patet infra. x. hoc aūt fuit, quia Galgala erat locus magis semotus ab hostibus in principio terræ Chanaan. *Domino Deo Israel.* Nulli alteri licebat erigi altare, quia altaria sunt ad offerendum ibi sacrificia. soli aūt Deo sacrificia offerenda sunt. ergo soli Deo erigenda erant uel construenda altaria: & iste erat Deus Israel, quia ipse solus Deus est. dij autē gentium dæmonia. *In monte Hebal.* Iste mons est apud ciuitatē Bethel & Hay. vt patet in lib. de descri. terræ sanctæ. erant aūt duo mōtes qui aliquo modo idem mons sunt. s. Garizin & Hebal. & in his sunt positę maledictiones & benedictiones.

Sicut præcepta Moyses famulus domini. Moyses dixit dū viueret: ꝙ cū transirent Israelitæ terram Chanaā ponerent maledictionem & benedictionem super montem Hebal & Garizin. Vocatur Moyses famulus dn̄i: qa erat ualde acceptabilis Deo: ideo sępe sic uocatur. *Et scriptum est in uolumine legis Moysi.* s. Deuto. c. 11. & 27.

Quid appellatur hic lex Moysi. Et quòd uolumen legis Moysi dupliciter accipitur. Quæst. XXI.

Vocatur volumē legis Moysi dupliciter. s. tótus Pētateuchus quem Moyses scripsit, & vocatur lex eius: quia licet ipse nō cōdiderit leges illas, tn̄ dabātur populo a Deo mediāte ipso. s. ꝙ nihil loquebatur Deus populo ꝑ se, sed Moysi, & ipse postea populo referebat. Alio mō pōt uocari lex Moysi ipse Deuteronomius, qa illū spāliter fecit Moyses. ipse. n. ex omnibus alijs libris legalibus recapitulauit, uel recollegit librum illum: & ibi declarauit legem. vnde dr̄ Deut. 1. ꝙ cæpit Moyses declarare legem: & ista est alia lex ab ea lege quæ data est in monte Synai. sic patet Deut. 29. cum dicitur. Hæc sūt verba fæderis quæ præcepit dominus ut feriret cū filijs Israel, præter illud fædus quod cum eis pepigit in Oreb. Et iste sensus secundus est quē facit hic litera. s. ꝙ in uolumine legis Moysi. i. in Deuteronomio q̄ est liber legis Moysi, erat scriptum præceptum istud. s. c. 11. & 27. quamquam ista litera pōt referri ad id quod dictum est hic. s. ꝙ ædificaretur altare, aut quantum ad conditionem altaris. s. ad ea quę infra subdūtur. s. altare de lapidibus impolitis. Accipiēdo primo modo istud pręceptum solum habetur Deut. 27. quia ibi iubetur, ꝙ poneretur altare de lapidibus in monte Hebal. nam Deut. 11. solū dr̄ de maledictione & benedictione ponēda in hoc mōte, sed de sacrificijs, & altari nihil dr̄. Si autem istud referatur ad id quod habetur inferius, in quo ponitur conditio altaris. s. ꝙ esset de lapidibus, quos non tetigisset ferrum. Dicendum ꝙ habetur in uolumine legis Moysi. s. in Deuteronomio qui est liber Moysi specialiter, vel volumen legis eius. ut habetur 27. c. Habetur etiam Exod. 20. ubi quamquam non agatur specialiter de hoc altari fabricando

A in Hebal, dicitur ꝙ altare de terra fabricabitur: quod si de lapidibus illud fecerimus, non sunt poliendi nec dolandi. Et Exodus ēt dr̄ uolumē legis Moysi nō specialiter sicut Deuteronomiꝰ, sed generaliter uocādo volumē legis totū Pentateuchū cuius pars est Exod.

Altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit. i. altare istud quod factū fuit erat ſm legē Moysi de lapidib. non politis, quia sic iussit Moyses. s. ꝙ essent saxa informia, & impolita. quare aūt hoc fit, declaratū fuit Deut. 27. & Exod. 20. s. ne dolando & poliēdo lapides altaris inducerēturad poliendū statuas quas colerent.

Quos ferrum non tetigit. Non dicitur ꝙ nō tetigit ferrum illos lapides accipiendo stricte. nam quamquam

B tangerentur a ferro, licebat poni in altari, dum tamē non polirentur: sed accipitur pro poliri uel fabricari. Etiam non prohibebatur in hoc ꝙ lapides scinderentur ferro de lapidicina. nam si uellent Iudæi fabricare altare de lapidibus, & non possent eos habere nisi de lapidicina, poterant eos ferro secare, & ponere in altari: dum tn̄ non ducerent ad politionē, vel certā figurā quadraturæ, aut cuiuscunq; lineationis politæ. nam saxa rudia & informia poni iubentur. talia. n. sunt quæ de lapidicinia educuntur, dū tn̄ postea non poliantur.

Et obtulit super eo holocausta domino. Istæ uictimę iussæ fuerant offerri in solennitatem benedictionū, & maledictionum, quæ ponebantur in eodem monte Hebal, ut uiderentur omnia fieri ad Dei reuerentiā. Fuerunt aūt holocausta oblata: quia hęc sunt principalia sacrificia, quę directè in Deū sunt. s. ad laudē eius. Alia aūt sūt ex causis alijs. ideo in hoc sacrificio oēs carnes

C animalis Deo proueniūt. in hostia aūt pacifica & hostia ꝓ peccato soli adipes cū sāguine. ut declaratū fuit Leui. 1. c. *Immolauitq; pacificas uictimas.* i. ēt obtulit ibi hostias pacificas. Quid aūt sit hostia pacifica, & quare sic uocetur, & q̄ iura inde proueniāt Deo, & q̄ sacerdotibus, & quæ offerētib. laicis: declaratū fuit Leui. 3. & 7.

Quæ sunt hostiæ pacificæ. Et quare Deus eas sibi iusserit immolari. Quæst. XXII.

Sunt autem pacificæ hostiæ quæ uel ad pacificādū nobis Deū sunt, uel pro eo nobis pacificato offerūtur. & de his soli adipes Deo proueniebant cū sanguine. ut patet Leui. 3. sacerdotib.

D aūt pectusculū, & armus dexter; offerētib. aūt reliquæ carnes. ut patet Leui. 7. Fuerunt aūt istæ victimæ tūc oblatæ, quia Deus iussit eas immolari. ut patet Deute. 27. Iussit aūt Deus ꝓꝑ duo. Primo: ad notandū ꝙ ipse eis pacificatus erat confirmata lege, & positis maledictionibus, & benedictionib. super obseruatores & trāsgressores. Secundo: ad lætitiam populi: quia de hostijs pacificis pertinet maxima pars carniū ipsis offerentib. lætarentur ergo cum offerrēt Deo suo, & postea ipsi quoq; de sacrificiorum partib. comederēt. & sic dr̄ de uenientib. in sanctuariū, & offerentib. ꝙ epularētur corā dn̄o & lætarētur. ut patet Deut. 12. & 16. hic aūt fuit facta immolatio oīum istorū sacrificiorū, & in oībus

E multa aīalia cæderentur: quia erāt sacrificia pro populo. Et quāquā de his nihil ultra addatur, intelligendū est de libamentis eorū. s. de simila, oleo, uino, thure, & sale, hęc. n. erant sacrificiorū libamēta: & in quibusdā eorū ponebatur certa mēsura, in alijs uero nō. nā de sale & thure non est determinata quātitas, sed ut placeret. De simila aūt oleo, & uino, determinabat ſm uarietatē aīaliū. ut si esset agnus, anniculus, uel aries, aut bos. pro quolibet aūt horū datur certa mēsura in trib. prædictis libamentis. Num. 15. c. & secundū illud oblata sunt libamenta, sed non exprimuntur: quia generale erat ꝙ semꝑ cū holocaustis & hostijs pacificis offerrentur libamēta: ideo iubendo ꝙ offeratur holocau-

stum non erat necesse subijci de libamento, quia subintelligebatur necessitate concomitantiæ. Sciendũ, ꝙ hic fuit facta confirmatio legis. nã positæ sunt maledictiones infringentibus, & bñdictiones obseruantibus,& ad hoc totus populus conuenit, & rñdit amen in singulis. Immo & ipse populus ꝓ se ponebat maledictiones,& bñdictiones.s.sex tribus benedicebant,& sex maledicebant,vt patet ỹ.& Deut.27.c.Fuit autem facta iterum confirmatio in monte Synai cum suscepta fuit lex, venit Moyses de mõte portans oĩa præcepta Dei,& recitauit coram toto populo,qui consensit omnibus,atque confirmata sunt.fuit aũt ibi fędus initum inter Deũ,& Israelitas de seruando leges datas, & ad hoc facta sunt sacrificia, & confirmatũ est testamentum sanguine.s.partem sanguinis effundendo super populum,& partem sub altare,& librum legis, vt patet Exod.24.& ad Heb.9.c. In illa autem confirmatione fuerunt facta holocausta,& victimæ pacificę sicut hic,& non pro peccato.

Cum fuerit confirmata lex in monte Synai, quare iterum confirmata fuit in monte Hebal. Qõ. XXIII.

QVAERET aliquis cum lex fuerit cõfirmata in monte Synai,quare fuit hic confirmata iterum? sufficere.n.videbatur prima confirmatio.Rñdendum est,ꝙ fuit valde cõueniens,& quasi necessarium confirmari nunc legem. Primo, quia in monte Synai non fuit confirmata tota lex.nam declaratum fuit Exod.24.Moyses stetit cũ Deo die qua data est cũ clãgore lex in mõte Synai,qa Deus iussit,ꝙ ascenderet Moyses in locũ caliginis, vt patet Exo.20. & Deuter.5.c.tunc aũt data sunt Moysi sub silentio in caligine omnia præcepta, quæ habẽtur in Exodo a princip.20.c.vsque ad finem 23.tunc autẽ descendit,& recitauit hæc coram toto populo,& confirmauit ea,vt patet Exod.24.omnia ergo, quæ postea data sunt in eodem Exodo, & in toto Leuitico nõdũ confirmata erant.idem aũt,& in lib.Numer.atque in toto Deut.sed hęc pertinebant ad legem,sicut ea quę habentur in Exodo.ergo debuerunt cõfirmari, sicut illa,sed non confirmata fuerant in toto deserto. ergo conueniens erat, ꝙ confirmarentur in introitu terræ Chanaan post Iordanem. Et dato,ꝙ aliquis vellet dicere,ꝙ oĩa q̃ hñr in Exodo,Leuitico, & libro Numerorum fuerint confirmata eadem cõfirmatione, quæ fuit in monte Synai,non quidem ꝙ prius data fuerint quam venerit confirmatio, sed quia oĩa fuerant data in eadem mansione,& per confirmationem primam intelligebantur esse confirmata oĩa alia, tñ adhuc ea, quæ hñr in lib.Deuter.non poterant esse confirmata hac confirmatione.nam hęc non fuerunt data in mõte Synai. sed Moyses recitauit ea in vltima mansione, scilicet Belsethim in qua mortuus est Moyses, & fuerunt hæc circa finem 40.anni. ea autem quæ in monte Synai data fuerunt, erant partim in anno primo egressionis de Aegypto, partim in anno 2. vt declaratum fuit Leuit.1.& 26. atque 27. Quod Deuteronomius datus fuerit ad finem anni 40.scilicet mense 11. eiusdem anni, patet Deuteronom. 1. non ergo pertinebant ad eandam confirmationem. Item lex data in toto Exodo, Leuitico,& libris Numerorum est alia a lege,quæ habetur in Deuter.quamquam ergo pro illis tribus libris conueniret eadem confirmatio, tñ nõ conueniebat pro Deute. Quod autem non sit eadem lex patet Deute.29.s.Hæc sunt verba fęderis,quæ pręcepit dominus Moysi,vt feriret cum filiis Israel in terra Moab, præter fędus illud, quod pepigit cum eis in Oreb. diuersis tamen legislatoribus non correspõdet eadem confirmatio.ergo debebat nunc esse alia con-

F firmatio saltem pro Deuteronomio. Item rationabile erat,quod dato,quod tota lex confirmata fuisset in monte Synai, nunc nouiter confirmaretur, quia in mõte Synai suscepta est: & ibi cõfirmata est tanq̃ nouiter suscepta, vt esset lex:nunc vero debuit nouiter confirmari ad operandum per illam. nam in deserto lex data est,tamen non habuit obligationem, nec fuit obseruata: sed obseruari debebat in terra Chanaan, cum essent iudei in possessione sua. ut patet Deut. 12. cum dicitur. Non facietis ibi, quæ nos hodie hic facimus, singuli, quod sibi rectum videtur: nec enim vsque in præsens tempus venistis in requiem, & possessionem, quam dominus Deus daturus est uobis. nunc ergo tanquam iam obseruanda debuit confir-

G mari,& in terra illa in qua confirmanda erat. Et quãquam nondum obligaret lex quousque essent Israelitæ in pace adepta terra: tamen quia in terra ista in qua nunc intrabant, obseruanda erat in posteris semper, lex debuit nunc confirmari tanquam uideretur reduci nouiter lex vel dari, quia ante hoc non erant in terra ĩ qua deberent legem obseruare,nunc vero erant. Incipiebant enim judæi nunc habere alium statum quem nunquam habuerãt,quia ante hoc semper fuerant peregrini in deserto vagantes, nunc uero introibant in terram possessionis suę in qua semper mansuri erant.rationabile ergo erat,quod legem,secundum quam victuri erant, olim susceptã nunc confirmarẽt.

H *Quare in hac confirmatione legis solum fuerunt oblata holocausta,& hostiæ pacificæ. Et pro quibus personis illa debebant offerri.* Quæst. XXIIII.

QVAERET aliquis quare in hac confirmatione legis solum fuit oblatio holocaustorum,& victimarum pacificarum,& non ꝓ peccato.

Respondendum est: ꝙ in holocaustum offerri aliquid debuit, quia holocaustum erat sacrificium directius pertinens ad Dei laudem,cum ad hoc solum offerretur:cętera aũt sacrificia q̃quam ad honorem Dei pertinerent sicut oĩa cęremonialia, tñ alios fines hẽbant magis particulares,& immediatos; sicut declara-

I tum est Leui.1.c.& 3. in confirmatione aũt legis cum offerrentur sacrificia ad solennitatem legis confirmatę,debebat offerri holocaustum,qđ erat ad Dei laudẽ. de hostiis aũt pacificis quare offerrentur supra declaratum est.De hostiis pro peccato dicendũ, ꝙ nõ erat decens offerri,quia pro personis singularib.nunquam offerebatur hostia pro peccato, nisi cũ incidissent in aliquod pc̃m̃,vel per ignorãtiã, vel aliàs:de quo Leu. 4.& 5.Nã ſm ꝙ essent diuersa genera pc̃orum,offerebant diuersa aĩalia in sacrificiũ. vt patet in eisdẽ locis. Aliqñ aũt offert̃ hostia pro pc̃õ siue ꝓ delicto ꝓ illis, qui inciderunt in aliquas immunditias,vel irregularitates corporales,qñ emundantur ab eis,tunc offertur

K sacrificium ꝓ pc̃õ.i.ꝓ inquinatione,quam incurrit ille,qui emundatur, vt reputetur mumdus a Deo.sic ꝓ leprosis,qñ mundabantur offerebant̃ sacrificia, vt patet Leu.14.sic quoq; ꝓ viro ſpmatico siue fluente semine,& pro muliere, q̃ magno tpe fluit sanguine. vt patet Leu.15.sic ẽt ꝓ nazareo qñ eẽt pollut⁹,& ĩ ſiſib. de quo Nu. 6. Cũ aũt ꝓ toto pplo offert̃ sacrificium pro peccato, nõ offerebat̃ pro emũdatione ab aliqua immũditia,sed pro alia cã.qa totus ppl̃s non poterat incurrere aliquã de illis immũditiis, ꝓ qb.offertur hostia pro pc̃õ:quia nec totus populus poterat leprã incurrere,aut esse fluẽs semine:& sic in cęteris:sed cũ offerebat̃ ꝓ toto populo hostia ꝓ pc̃õ,oportebat, ꝙ eẽt ꝓ aliquo pc̃õ:& hoc erat dupliciter: siue pro peccato vl̃r,aut pro pc̃õ aliquo determinate. Pro peccato in vniuersali.

vniuersali.s. pro omni genere peccatorum totius populi fiebat solum semel in anno sacrificium.s.ĩ die expiationis.de quo Leuit.16.vbi pro toto populo sacrificium expiationis pro peccato offert. Si autem esset pro peccato in speciali,istud non erat nisi pctm̃ ex ignorãtia.vt declaratum fuit Leuit.4. & 5. & tunc offerebat tale sacrificium quale hr̃ Leui.4.In confirmatione autem legis non erat aliquid horum,qa nõ erat dies expiationis ita,vt tunc offerret sacrificium ĩdeterminate pro peccato totius populi:nec erat aliquod peccatũ in populo, pp qd̃ dẽrent offerre victimas pro pctõ. iõ solas has obtulerunt. Cã aũt quare non oblatum fuit hic sacrificium pro pctõ fuit, quia ipsi sequebantur hic per oĩa mandati formulam,Deus tñ solum iusserat holocausta,& victimas pacificas offerri. Sic patet Deut.27.cum dr̃.Et offeres super eo holocausta domino Deo tuo,& immolabis hostias pacificas,comedesque ibi,& epulaberis corã dño.cã tñ quare Deus non iusserit sacrificia pro peccato fieri in hac confirmatione,fuit quę sup.posita est. *Et scripsit super lapides Deuteronomium legis Moysi.* i. fecit ibi Iosue scribi Deuteronomium in lapidibus.Iusserat.n.Moyses, q̃ erigerentur lapides ingentes,rudes, & impoliti:atq; lęuigarentur calce,vt super eos scribi posset: & ibi scriptus est Deuteronomius.Sic patet Deuter.27.s.Cumq; transieritis Iordanem in terram,quam dñs Deus dabit tibi,eriges ingentes lapides,& calce læuigabis: ut possis scribere oĩa verba legis huius. *Scripsit super lapides.* Cum isti lapides essent informes, & impoliti, non poterat in eis fieri litterarum forma.iõ iussum est,ut læuigarent calce:& sic ĩ superficie eius posset scribi.Sic dr̃ Deut.27. Eriges ingẽtes lapides,& calce lęuigabis,ut possis scribere omnia verba legis huius.

Quare scribebatur Deuteronomius super lapides calce linitos,& non super lapides politos. Quæst. XXV.

SED quæret aliquis quare scribebat̃ Deuteronomius super lapides calce compactos,& desuper linitos,ita vt superficies esset plana, & non super lapides politos.nam similem reddunt superficiem lapides politi, & coniuncti in ordine suo, quam lapides informes calce compacti reddunt, calx quippe interfusa eorum informitatem tollit reddens planam superficiem.Respondendum est,q̃ hoc fiebat pp duo.Primo: ad euitandum occasionem idolatriæ.nam cum polirentur lapides isti redacti ad quadraturam,vel aliam certam figuram cum planicie superficiei,erat similitudo in politura statuarum:inducerent igit̃ ad hoc.non ergo debuit cõsentiri. Adhuc autem ista rõ magis procedit s̃m eos, qui ponunt fuisse eosdem lapides in quibus fuit descriptus Deuteronomius, & in quibus fabricatum fuit altare.nam altare de sectis lapidibus fieri non licebat.vt patet Exod. 20. & Deut.27. litteræ autem non poterant describi nisi in superficie plana.debuit ergo informitas lapidum reduci ad planitiem per calcem interfusam,quæ superficiem planã redderet.Alia cã huius est, laboris magni excusatio. nam si deberent lapides planari ad sculpendum totum Deuteronomium. & deinde totus ibi litteraliter describeret̃, satis grauis labor esset: in calce aũt leuius poterat fieri hoc.Tollebatur.n.vterq; labor .s.labor poliendi lapides,quia nullus sic poliretur:& labor sculpendi eos pro litterarũ cauatione,& designatione:sed in calce leuius ista fiunt.ideo calx debuit apponi lapidibus informibus.

An sint iidẽ lapides Deuteronomij,& altaris. Quæst. XXVI.

CIRCA lapides istos quæret aliquis,an sint iidẽ lapides in quib.descriptus fuerit Deuteronomius & de quibus factum est altare.nam Deuter.27.

A iussum est q̃ erigerentur lapides grandes, & scriberetur ibi Deuteronomius,& postea iussum est, q̃ erigerentur lapides, & fieret altare ad offerendum sacrificia.de hoc aũt non multum vr̃,an essent lapides iidẽ, de qb.factũ est altare,& scriptus ẽ Deut.vel nõ. Sed super Deuteronomium diximus, q̃ erant alii lapides pro altari,& alii ad describendum Deuteronomium, qd̃ satis stat ex littera ibidẽ. 27. c.quia dicitur q̃ erigerent̃ lapides ingentes ad scribendum ibi Deuteronomiũ: deinde dicitur,q̃ erigerentur lapides pro altari. & de vtrisq; dr̃, q̃ calce linirentur.ergo vr̃ assignari quædã diuersitas. Si tñ ɔ̃rium velimus tenere, non multum differt.nam etiam hoc satis rationabiliter stat: quia si

B in lapidibus in quibus fabricatum est altare,non fuisset sc[illegible]ptus Deuteronomius, frustra calce linirentur. nam cremarentur carnes animalium super lapides nõ compactos calce sicut si compacti essent: sed de lapidibus altaris iussum est, q̃ calce linirentur. ergo dici potest q̃ in eis scriptus fuerit Deuteronomius, & nõ fuerunt aliqui alii lapides. *Et scripsit super lapides.* s. sup lapides altaris,uel super alios lapides grandes calce linitos,qui essent apud altare. *Deuteronomium legis Moysi.* i. scripsit in illis lapidibus calce linitis Deuteronomiũ legis Moysi.s. totum Deuteronomium, qui uocatur lex Moysi.

Quid scriptum erat in lapidibus de quibus hic dicitur, & an essent solum decem præcepta,vel solum maledictiones,& benedictiones:vel omnia præcepta affirmatiua, & negatiua, vel totus Deuteronomius, & quomodo potuit scribi.

C *Quæst. XXVII.*

CIRCA Scripturam, quæ erat in his lapidibus, dubitatur quid ibi scriptum fuerit. Quidam vt Nicolaus, & multi de hebræis dicunt, quod erant solum scripta præcepta decem, & ista uocatur lex.vnde dicimus esse duas tabulas legis.i.continentes legem.s.decem præceptorum. Horum ratio est ad euitãdum magnum laborem,& magnitudinem lapidum in quibus scribebatur:erat.n.difficile tanta scribi.Alii uolunt, q̃ in lapidibus illis solũ erant scriptæ maledictiones, quæ hñr hic:causa huius est,qa istę maledictiones, & benedictiones positę sũt in monte Hebal solum:ergo non expediebat poni aliqd alterũ in lapidib.in mõte eodem.Alii iudæi volũt,

D q̃ in lapidibus his scripta fuerunt oĩa p̃cepta, q̃ hñr in lege tam affirmatiua,q̃ negatiũa,quæ in uniuerso cõiuncta sunt sexcenta, & tredecim detractis omnibus aliis narrationibus historicis.Horum autem rõ est, qa iste liber Deuteronomii scriptus per extensum magnã contineret quantitatẽ in lapidibus. Si aũt sola p̃cepta ponerent̃, pauca eẽnt in ɔtinẽtia,qa nõ ɔtinerẽt forte quintã partẽ libri.& vr̃ aliqualiter positio istorũ, quia lex proprie dr̃,quæ in iubendo aut vetãdo est, q̃ ad præcepta pertinet:quæ vero historica sunt, non ptinẽt ad legem.vbi ergo oĩa continent̃ p̃cepta: lex tota contineri dicet̃.Sed nullæ istarum positionũ cõuenienter stare possunt.Prima dicebat,q̃ solũ erant decẽ

E p̃cepta inscripta lapidibus.sed non stat:quia hic nõ solum dr̃,q̃ erat lex Dei scripta in lapidibus illis, sed q̃ omnia uerba legis scripta erant.sed manifestũ est p̃ter decalogum multa pertinere ad legem,cum sint multa alia prȩcepta:ergo vltra decalogũ aliquid hic scribẽdum erat.hoc patet,quia Deut.27. & hic iubetur omnia uerba legis scribi.Et si obiicias, q̃ in lapidib. illis erant oĩa uerba legis decalogi, non dicitur conuenienter,quia nõ iubentur poni omnia uerba decalogi, sed omnia verba Deut.nam Deute.27.vbi ponitur præceptum istud dicitur: scribens omnia uerba legis huius in lapidibus plane,& lucide.

Item nullo modo potest hoc intelligi de præceptis decalogi solum, quia non iussit Deus scribi verba legis, sed specialiter verba legis huius. i. Deuteronomii, sed illa erat alia lex distincta a legis latione Deuteronomii, quod patet Deuteronom. 29. cum dicitur. hæc sunt verba fœderis, quæ præcepit dominus Moysi, vt feriret cum filiis Israel in terra Moab, præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Oreb, sed Deuteron. 27. iubetur, ꝙ scribantur verba legis ipsius, ergo non scribebantur præcepta decalogi solum, quia illa distincta erant a legis latione Deuteronomii, cum essent data in Oreb. Item patet ex hoc, quòd hic dr̄. s. scripsit Deuteronomium legis Moysi, sed manifestum est, ꝙ decem præcepta non vocantur Deuteronomius Moysi cum distinguatur a legis latione habita in Oreb, ergo non fuerunt ipsa scripta.

Nec valet si aliquis dicat accipi Deuteronomium pro quadam parte eius. scilicet pro decalogo qui habetur Deuter. 5. quia dicitur hic Deuteronomium legis, quod ille digesserat coram filiis Israel, sed Moyses non digessit coram Israelitis solum præcepta decem, sed totum Deuteronomium, ergo totus Deuteronomius erat descriptus.

Item patet, ꝙ non essent solum præcepta decē scripta, quia Deutero. 27. iubetur, ꝙ acciperentur lapides ingentes, & læuigarentur calce ad scribendum super eos. si tamen sola decem præcepta scribi debuissent, non iuberentur poni lapides magni. In paruis enim scribi potuissent, cum in duabus tabulis Moyses decem præcepta a Deo susceperit, quas ipse poterat manibus suis faciliter portare descendens de monte, vt patet Deuteronom. 9. Iussit tamen Deus erigi lapides ingentes, ergo aliquid valde magnum scribēdū erat.

Erat secunda positio, ꝙ in lapidibus istis solum essent maledictiones, & benedictiones, quæ positæ sunt in ipso monte, quæ habentur Deuteron. 27.

Sed hoc nō stat, quia maledictiones, & benedictiones non sunt legis verba. nam lex ad iubendum, aut vetandum est. Maledictiones tamen & benedictiones non vetant, nec præcipiunt: ergo non erant ipsæ specialiter scribendæ.

Item dato, quòd maledictiones, & benedictiones vocarentur lex, tamen non sunt omnia verba legis. hic tamen in lapidibus erant omnia verba scripta, vt patet Deuteron. 27. ergo non intelligitur de maledictionibus & benedictionibus solum.

Item quia dicitur hic, ꝙ Iosue in lapidibus illis descripsit Deuteronomium. sed non vocantur maledictiones & benedictiones Deuteronomius: ergo non erant ipsæ solæ scriptæ.

Erat aūt positio tertia, q̄ est Ra. Abrahā Aben Ezra scilicet, ꝙ in his lapidibus essent scripta omnia præcepta, tam affirmatiua, quàm negatiua legis, quæ sunt sexcenta, & tredecim.

Sed non stat. primo quia Deuteronom. 27. dicitur, ꝙ omnia verba legis Deuteronomii scribi debebant in lapidibus, sed illa præcepta non dicuntur verba legis Deuteronomii, quia non solum continentur in illis omnia præcepta, quæ sunt in Deuteronomio, sed etiam omnia quæ sunt in Exodo, Leuitico, & Numeris. Deuteronomius enim pertinet ad aliam legem, vel fœdus, quam omnes alii libri legales: ergo nō erāt ista præcepta scripta in lapidibus.

Item dato ꝙ illa præcepta dicerentur Deuteronomius, tñ non poterant vocari omnia verba Deut. sed Deut. 27. dr̄, ꝙ oīa verba legis illius scriberent in tabulis illis: ergo non erant scripta p̄cepta hoc mō. Antecedens patet, qa in tabulis quas faciūt Iudæi de oībus p̄ceptis affirmatiuis, & negatiuis nō sunt exhortationes, bn̄ficiorū narrationes, pœnarū inflictiones, bono-

F rum, & malorum imprecationes: immo nihil de his ponit in tabulis illis, quæ scribuntur in Deuter. præter quædam præcepta. s. omnia verba legis huius Moyses iussit scribi in lapidibus: ergo non erant scripta solum hic illa præcepta.

Arguit contra prædicta. Et quòd fuerit in illis lapidibus scriptus totus Deuteronomius, concluditur.

Quæst. XXVIII.

SED dicet aliquis, ꝙ quamquam iubeantur scribi omnia verba legis huius, non iubentur scribi omnia verba libri, sed omnia verba libri, q̄ pertinent ad legem, sed lex solum est in præceptis. ergo sola præcepta, quæ in hoc libro habētur, iu-
G bentur scribi, cum dicitur, ꝙ scribantur omnia verba legis huius. Respondendum est non stare argumentum. nam non solum scripta fuerunt omnia verba p̄ceptiua, & prohibitiua, sed etiam omnia verba libri, quod patet hic cum dicitur, ꝙ scripsit Iosue in lapidibus Deutero, sed Deutero. totum librum designat, & non solam partem præceptiuā: ergo totus descriptus est. Item nihil magis scriptū fuit in lapidibus hic erectis, quam quod iussit Moyses. s. Deut. vt patet hic, & Deut. 27. sed in tabulis illis hebræorum, vbi ponuntur præcepta omnia affirmatiua, & negatiua, multa habētur, quæ non ponuntur in Deute. quia multa præcepta de fabricatiōe tabernaculi, & de alijs ceremonijs scripta sunt in Exodo, quæ non sunt in hoc libro, & mul-
H ta de sacrificiis in Leuitico, & sic de libro Numer. sed omnia præcepta, tam affirmatiua quam negatiua sunt breuiter scripta in tabulis suis, ergo non fuerunt illa p̄cepta in lapidibus istis scripta. Item dicitur, ꝙ Deuteronomius scriptus fuerat in lapidibus, quem digessit Moyses, sicut dicitur hic, sed constat, ꝙ ipse non digessit. i. declarauit scripta, quæ habentur in illis tabulis Iudæorum, sed digessit librum Deuteronomium, vt patet Deuteronom. 1. cap. vbi dicitur, quòd Moyses cœpit coram filijs Israel explanare legem, & dicere ea, quæ habentur ibidē: ergo non fuerunt in lapidibus illis scripta verba illorum præceptorum, quæ Iudæi scribunt in tabulis suis, sed verba Deuteronomij. Item
I dato, quòd diceremus tabulas illas Iudæorum continere præcepta, quæ in hoc libro habentur, nondum benediceretur, quòd ista solum fuerunt scripta in lapidibus, quia quando aliquis extrahit flores alicuius libri, vel facit tabulationem, aut repertorium, non vocantur ista opera eodem nomine, quo principalis liber, nec sunt idem, vt decretum, & abbreuiatio decreti, & repertorium decreti. Sed præcepta, quæ habentur in tabulis Iudæorum sunt extracta, & abbreuiata de libris legis. ergo non vocant̄ nomine alicuius istorum librorum, sed in lapidibus illis fuit scriptus Deuteronomius, vt patet hic. ergo non fuerunt scripta in his lapidibus præcepta, quæ isti Iudæi fabulantur in ta-
K bulis suis. Necessario ergo colligitur ex prædictis, quòd hic fuerit scriptus totus Deuteronomius in lapidibus illis, quia dicitur, quòd Iosue scripsit in lapidibus Deuteronomium, sed Deuteronom. totum denominat.

Item quia dicitur. quod digesserat Moyses, sed nihil est, quod digessit, idest declarauerit Moyses, nisi liber iste. nam cum moriturus esset, vt patet Deuteronom. 1. incepit explanare legem, vt patet ibidem. & hoc maxime declaratur, quia dicit̄, quòd scriptus est Deuteronomius super lapides quemadmodum digessit eum Moyses, sed Moyses eū totaliter digessit. i. declarauit explicite singulas proponens partes: igitur sic scriptus fuit in his lapidibus.

Cum vero aliquibus videtur difficile esse, ꝙ tanta scriptura

scriptura super lapides designari posset: hoc non satis obstat. Potest enim stare hoc, primo: quia Deuter. 27. dicitur, quod erigerentur lapides ingentes. s. valde magni: sed in magnis satis lapidibus hæc scriptura conuenienter caperet. Secundo stare poterat, & sine graui labore: quia scriptura Deuter. non fiebat super lapides im̄ediate, q̄a illi erant informes, vt patet Deut. 27. sed super calcē eis interlitam ad compaginādū, & reddendū superficiem planā. Calx aūt erat tēperata ita, vt ī eis posset sine magno labore scribi, & lr̄ę nō eēnt valde magnę sed aliquātę, ita vt distincte legi posset, qđ scriptū erat: sicut iubet Deut. 27. *Quod ipse digesserat corā filijs Israel.* i. Moyses declarauerat, siue distincte ꝓtulerat hunc Deutero. coram filijs Israel. nā cū moriturus esset, incepit explanare legem, & dixit ea, quę hn̄r in toto Deuter. vt patet Deuter. 1. c. *Coram filijs Israel.* i. coram omnibus filijs Israel, & non solum coram eis, sed ēt coram aduenis, & peregrinis. Fuerunt. n. oēs cōgregati ad audiendum, ut patet Deut. 29. cum dr̄. vos statis hodie coram dn̄o Deo vestro, principes vestri, ac trib. & maiores natu, atq; doctores, oīs populus Israel, liberi, & vxores vestræ, aduena qui tecum moratur in castris, exceptis lignorum cęsoribus, & his, qui comportant aquas. *Omnis populus, & omnes maiores natu.* Hic ponitur ordo maledicentium, & benedicentium quātum ad Israelitas. Iusserat. n. Moyses, ꝙ starēt sex trib⁹ super montem Hebal, & sex super Garizin, sex ad bn̄dicēdū, & totidē ad maledicēdū, vt patet Deute. 27. & dr̄ hic ꝙ oīs Israel erat ī circuitu arcæ. s. ꝙstabat media pars populi in mōte Hebal, & media in mōte Garizin & ī medio eorū arca in valle. Vocat̄ oīs populus. s. tota gens cōis non subintelligendo principes, & maiores in populo, quia isti non exprimuntur nomine populi. *Et maiores natu.* i. seniores, qui in maiori tp̄e nati sunt, & non vocantur hic seniores, qui solum erant senes ætate, sed sensu, ita ꝙ essent viri valde honorabiles. nam esse solum senem non dicit aliquam excellētiam, s̄m quam debeat specialis fieri nominatio. *Duces que atque iudices.* i. etiam erant presentes iudices, & duces Israelitarum. Duces dn̄r Israelitarum ipsi principes tribuum. erant. n. principes per singulas tribus, quibus ipsæ tribus subiectæ erant. in familijs etiam, & domibus principes assignantur, qui præsint, & erant ī bellis maiores: ideo duces vocari p̄nt. Iudices dicūtur hic ipsi, qui constituti erant ad iudicandum in populo sicut constituerat Moyses in deserto decanos, quinquagenarios, centuriones. atq; tribunos, ut patet Exo. 18. & Deut. 1. *Stabant ex vtraq; parte arcæ.* Erant sacerdotes cum arca in medio duorum mōtium. populus autem diuisus in duas magnas turmas erat apud duos montes. s. Hebal & Garizin. ideo stabat ex utraq; parte arcę, quia sex tribus stabant ex vna parte, & sex ex altera. *In conspectu sacerdotum qui portabant arcam fœderis.* Dicebantur esse omnes isti in cōspectu sacerdotum, q̄a erant sacerdotes in medio vallis cum arca, & respicie bant versus eam omnes populares, quia erat in illa satisfactio Dei: ergo coram ea stare dicebātur. Portabāt hic sacerdotes arcam. i. tenebant eam ad magis honorandum: quamquam portatio eius regulariter pertineret ad Leuitas, & Caathitas: ut patet Num. 3. & 4. & sic aliquoties factum est, ut in transitu iordanis, ut patet s̄. 3. & 4. cap. sacerdotes. n. arcam portauerunt. item cum lustrata est septem diebus vrbis Iericho sacerdotes portabant arcam, ut patet s̄. 6. ca. Item cum exibat Dauid de Hierusalem fugiens a facie Absalonis filij sui, quia sacerdotes portabant arcam: ut patet. 2. Reg. 16. capitulo.

Item cum ducta fuit de Cariathiarim ī domū Obethedon: & postea in domum Dauid, de quo innuitur aliqualiter. 2. Regum 6. & 1. Paralip. 13. & 15. hic quo- Alph. Tost. super Iosuę.

A que sacerdotes eodem modo portauerunt arcam.

Vt aduena ita, & indigena. i. ī circuitu arcæ. s. circa duos montes erant de Israelitis omnes, siue qui erant Israelitæ ex genere, siue qui erant conuersi ad iudaismum. Vocantur aduenæ, qui ad iudaismum de alijs gentib⁹ conuersi erant: & isti erant, qui ascenderant de Aegypto cum iudæis. nam vulgus promiscuum innumerabile ascendit cū eis, ut patet Exo. 12. Isti nunc fuerunt præsentes ad confirmandam legem, & suscipiendum sup se maledictiones, & benedictiones sicut cęteri iudęi. Causa est, quia iam isti transierant in cultum iudaicum: ideo obligabantur ad omnia præcepta iudaica. vnde quando lex fuit declarata a Moyse in Deute-
B ronomio, & firmatum est fędus illud cum Israelitis, quod erat alterum a fędere firmato in Oreb, uocati fuerunt etiam aduenæ ad audiendum omnia illa, Sic patet Deuteronomio 29. cum dicitur. uos statis hodie coram domino Deo vestro, principes vestri, ac tribus, & maiores natu, atque doctores: omnis populus Israel, liberi, & vxores vestræ, & aduena qui tecum moratur in castris. Vocantur hic indigenæ idest iudæi ex genere: quia indigenæ respectu alicuius terræ illi dicuntur, qui ibi nati sunt: quasi inde geniti. aduena autem a ueniendo aliunde dicitur. nunc non proprie poterant inueniri in iudæis aduenę, & indigenæ: quia nō erant in aliqua terra manentes respectu cuius quidā vocarentur aduenæ. quasi ad eam venientes: alii indigenæ idest de ipsa terra geniti. sed est ista denominatio respectu gentis scilicet, quod quidam erant veniētes de ipsa linea iudæorum, & isti uocantur indigenæ,
C alii erant ad gentem iudæorum venientes, ut eius cęremonias sequerentur, & isti uocabantur aduenæ. omnes autem erant in circuitu arcę ad confirmationem legis nunc.

Media pars eorum iuxta montem Garizin, & media iuxta montem Hebal. Iusserat enim Moyses, quod diuiderentur Israelitæ ad maledicendum, & benedicendum scilicet medietas eorum hic, & medietas eorum ibi. nā sex tribus scilicet Simeon, Leui, Iudas, Isachar, Ioseph Beniamin stabant in monte Garizin ad benedicendū sex aliæ tribus. s. Ruben, Gad, Aser, Zabulon, Dan, Nephtalin stabant in monte Hebal ad maledicendum: vt patet Deut. 27.

D *An aduenæ steterunt ad maledicendum, & benedicēdum cum Israelitis: & quomodo steterunt, an cum benedicentibus, vel maledicentibus. Quæst. XXIX.*

SED aliquis quæret de aduenis conuersis ad iudaismum, quomodo steterint ad maledicendū vel benedicendum: vel an steterint.

Aliquis respondebit, quod positio maledictionum, vel benedictionum ad solos Israelitas pertinebat tanquam ad principaliores. alienigenæ autem de hoc nihil agebāt, quia videbatur hoc pertinere ad dignitatem quandam.

Sed dicendum est, quod aduenæ stabant ad ponen-
E dum maledictiones, & benedictiones. nam hic confirmabatur lex obseruanda in terra illa, quam nunc iudæi capere incipiebant, & inuocabantur maledictiones super transgressores, & benedictiones super obseruatores. si autem aduenæ non essent ad inuocandas maledictiones, & benedictiones, existimarent non habere potestatem super eos maledictiones, aut benedictiones illas, siue legem obseruarent, siue non. ideo debuerunt esse principes ad inuocandum vtrunq;: & ipsi cum cęteris maledictiones, & benedictiones protulerunt.

An conuersi maledictiones, & benedictiones de gentilibus protulerint. Quæst. XXX.

SED tunc dicetur, quomodo isti protulerunt? qa benedictiones proferre pertinebat ad sex trib. s. Simeon, Iudam, Leui, Isachar, Ioseph, & Beniamin. maledictiones autem proferebantab aliis sex residuis tribubus: de quibus Deut. 27. c. aduenæ autem non erant de his sex tribubus, aut aliis: ergo nec maledicebant, nec benedicebant.

Respondendum est, ꝙ aduenæ conuersi ad iudaismum maledictiones, & benedictiones posuerunt cū ceteris Israelitis. & erant quidam ipsorum cum sex tribubus, alii autem cum aliis totidem. nam Deus iusserat castrametari omnes Israelitas sub vexillis suis per cognationes, atq; domos patrū suorum: ut patet Nume. 2. & tamen cum eis erant mixti in castris, & sub vexillis aduenæ, vt declaratum fuit ibidem, & innuit Deut. 29. cū dr̄. & aduena, qui tecū moratur in castris: ergo ita essent hic distincti in duas partes aduenæ, & vna pars eorū esset cum sex tribub. ad maledicendū.

Et hoc aliqualiter conuincitur ex littera cum dicit, ꝙ hic erat omnis populus Israel tam aduenæ, quam īdigenę, & postea dicitur, ꝙ media pars eorū erat iuxta montem Garizin, & media iuxta montem Hebal. tūc ergo aut aduenæ erant cum iudęis mixti, aut non. Si erant aduenę cum iudæis, dabitur ꝙ volumus. s. ꝙ vna pars Israelitarum erat ad montem Garizin, & alia ad mōtē Hebal: & cū qualibet istarū erāt aliqui aduenæ.

Si autem dicas, ꝙ aduenę erant per se: cū tota gens esset diuisa in duas partes, necesse erat, ꝙ omnes Israelitæ essent ad vnam partem, & omnes aduenę ad aliā. Sed hoc falsum esset, quia Israelitæ in duas partes diuisi sunt. s. sex tribus apud montem Hebal, & sex apud montem Garizin, vt patet Deut. 27, ergo non erāt oēs aduenæ in vna parte. sed quidam in vna parte cum sex tribubus, & alia medietas eorum in alia parte cum totidem tribubus.

Iuxta hoc adhuc aliquis diceret, ꝙ dato, ꝙ Israelitæ essent diuisi in duas partes, adhuc poterant esse aduenæ ad vnā partē Israelitarū, & nō cōmixti vtriq; parti.

Dicendum est, ꝙ non conueniret. nam tunc aut essent aduenæ cum israelitis maledicentibus, aut cū benedicentibus. Si cum primis viderentur solum pertinere benedictiones ad aduenas si obseruarent legem maledictiones autem non, etiam si infringerent. Si autem essent cum maledictiones ponentibus, viderent ad eos pertinere maledictiones si infringerent legem & si obseruarent, non viderent pertinere benedictiones. Fuisse ergo eos in duas partes diuisos, ita ut quidā de eis essent cum maledictionibus, & alii cum benedicentibus rōnabilius erat. nā ob hoc diuisus est Israel in duas partes. s. vt medietas esset cum maledicentibꝰ & medietas cum benedicentibus, & sic vtrunque ad eos pertinere videret. *Iuxta montem Garizin*, Isti erant ad benedicendum, & erant sex tribus. s. Simeon, Leui Iudas, Isachar, Ioseph, & Beniamin. & media iuxta mōtē Hebal. s. Ruben, Aser, Gad, Dan, Nephtalim. & Zabulon. & isti erant ad maledicēdum: cum primis erat medietas aduenarum, & cum aliis alia medietas.

Quomodo media populi erat iuxta Garizin media iuxta Hebal, quando benedictiones, & maledictiones proferebantur. Quæst. XXXI.

SED arguetur, qa dr̄ hic ꝙ media populi stabat iuxta montē Garizin, & media iuxta montē Hebal, tamen Deuteron. 27. dicitur ꝙ erāt in monte Hebal, & Garizin: sed ista diuersa sunt. Respondendū est, ꝙ idem est hic esse in monte Hebal, & iuxta montē Hebal: & in monte Garizin & iuxta, quia mons Ga-

F rizin & Hebal est vnus mōs magnus: cuius vna pars, idest vnum caput dicebatur esse mōs Garizin, & alia pars dicebatur esse mons Hebal. in medio aūt horū duorum capitum erat aliqua planities vel vallis: & ibi erant in medio sacerdotes cum arca. Reliquus autē populus diuisus in duas partes appropinquabat duobus capitibus montium. qui aūt declinabant versus Hebal dicebantur esse iuxta montē Hebal: qui vero declinabant ad montem Garizin dicebantur esse iuxta montem Garizin. & hoc quia tāta multitudo gentis non posset esse in capitibus montium. Ideo stantes iuxta mōtes dicebantur esse in mōtibus, qui erāt in latere & descēsu mōtis Garizin erāt in mōte Garizin, cū essent in aliqua parte eius: & qui erāt in latere mōtis Hebal erāt in mōte Hebal. *Sicut præceperat Moyses*. i. Moyses iussit ꝙ diuiderēt totus Israel in duas partes ad ponēdū maledōnes, & bn̄dōnes, & sic factū est. Iussit, ēt ꝙ medietas esset in mōte Hebal, & medietas in monte Garizin. hic autem dr̄ ꝙ fuit medietas iuxta montē Garizin, & medietas iuxta montem Hebal. tamen dr̄ ꝙ faciēdo hoc complebatur id quod iusserat Moyses: in quo manifestatur ꝙ idē sit esse iuxta mōtē Hebal & in mōte Hebal. *Et primum quidem benedixit populo Israel*. Idest primū fecit poni bn̄dictiones super totū populū, vt aliqui volūt: & postea fecit proferri maledictiones. Sed nō est iste sensus. nā hic non intelligitur de bn̄dictionibꝰ quas iussit poni Moyses, cū immediate & post hæc legit verba bn̄dictionis. ergo anteq̄ ponerētur maledictiones & bn̄dictiones, fuit facta bn̄dictio super totū Israel. ista ergo nō fuit aliqua de bn̄dictionibus quas iussit poni Moyses. sed Iosue imprecatus fuit aliquā bn̄dictionem super totū Israel, vel fecit ꝙ sacerdotes eā imprecarent quibus magis cōpetebat ex officio: & ista proferretur absolute in quo esset proprie bn̄dictio. Aliæ aūt sunt quę proferunt cū quibusdā condōnibus aut quasi: & istę magis vocant adiurationes vel obsecrationes, q̄ bn̄dictiones. & istæ sunt quas iussit poni Moyses. ideo an̄ has Iosue posuit, aut fecit poni aliq̄ bn̄dictionē absolutā sup totū populū. Esset aūt forte ista bn̄dictio quā Deus iubebat sacerdotibus, vt proferrēt super Israelitas: de qua Nu. 6. cum dr̄. sic bn̄dicetis filijs Israel: bn̄dicat tibi Dn̄s & custodiat te: ōn̄dat Dn̄s faciē suam tibi, & misereatur tui: conuertat Dn̄s vultū suū ad te, & det tibi pacē. *Post hoc legit omnia verba maledictionis & benedictionis*. s. postq̄ fuit imprecatus super populū bn̄dictionē absolute: & nō est intelligēdū ꝙ Iosue legerit verba bn̄dictionis & maledictionis: quia iussum fuerat ꝙ Leuitæ pronūciarent ea: vt patet Deut. 27. & totus populus rn̄deret. sed dr̄ Iosue legisse verba maledictionis & bn̄dictionis, quia ipse erat princeps, & faciebat hęc oīa fieri. vn̄ oīa q̄ hic facta sunt attribuunt Iosue. Sic patet cū dr̄ infra. nihil ex his q̄ Moyses iusserat reliquit intactū, sed oīa replicauit corā oī multitudine Israel. Erat tn̄ modus huius ꝙ Iosue pręcepit sacerdotibus, qui erant in medio populi in valle cum arca, maledictiones & bn̄dictiones proferre: & Israel cū aduenis rn̄debāt. Nā sex tribꝰ q̄ erāt in mōte Hebal cū aduenis sibi cōiūctis, rn̄debāt Amē, qn̄ proponebant maledictiones. Alię sex tribus stātes apud mōtē Garizin rn̄debāt Amē, cū proponebant bn̄dictiones, cū aduenis eis cōiūctis: & ꝓ istis rn̄sionibus dicebant stare ad bn̄dicēdū & maledicēdū. sed vere sacerdotes erāt qui pronunciabant maledictiones & benedictiones. *Cuncta quæ scripta erant in legis volumine*. Scilicet in Deuteronomio qui vocatur volumē legis Moysi. omnes enim maledictiones ibi positas recitari fecit Iosue coram populo, & non solum quæ erāt scripta in legis volumine, sed etiam aliqua alia. nam hic positæ fuerunt maledictiones & bn̄dōnes: tn̄ in

Versus sex sus litteræ huius.

Deutero.

Deuterono.solæ maledictiones habentur.benedictiones autem non fuerunt scriptę, quia per maledictiones leuiter cognoscuntur benedictiones,cum dentur pro actibus ɔ̄riis:ideo ex qualibet maledictione resultat benedictio vna.Cum autem dr̄, ꝙ omnia,quę erāt in volumine legis Moysi recitata sunt hic, intelligendum est iuxta materiā de qua agiť hic:dicebat̄ de maledictionibus,& benedictionibus: & in his intelligendum est,ꝙ oĩa,quæ erant in volumine legis dicta sunt hic.i.oēs maledictiones,& benedictiones, quæ erant ĩ Deut.alia aūt non fuerunt repetita,quia nō fuerat iussum,sed solum scripta sunt. *In legis volumine.* Dupliciter accipiť volumen legis. Aliqñ accipiť pro toto pentateucho Moysi.s.pro quinq; libris.tota.n.ista congregatio vocat̄ lex,& hebraice vocatur Chorath, vt patet in prologo galeato Hieronymi super libros regum. Alio mō accipitur volumen legis pro Deute. qui erat spāliter lex Moysi:quia ipse eam declarando totam aliā legē dei dixit; & est alia lex ab ea quæ cōtinetur in alijs tribus precedētibus libris legalibus,vt patet Deut. 29.hic aūt accipitur scđo mō, quia nō fuerunt positæ oēs maledictiones, & benedictiones, quæ hn̄r in aliis libris Moysi:sed solum illæ, quę habētur in Deut. nec ēt omnes,quæ habentur in Deut.sed solum illæ, quæ habentur.27.c.has.n.duntaxat Moyses iussit poni sup montem Hebal,præter has tn̄ multę aliæ tam benedictiones,quam maledictiones hn̄r Deut. 28. sed hæ nō fuerunt hic positæ, quia non fuit de eis iussum. *Nihil ex eis quæ Moyses iusserat reliquit intactum.* q.d.oĩa obseruauit,quę iussit Moyses hic fieri tam in sacrificiis, quam in scriptura super lapides, quā ĩ maledictionum,& benedictionum positione.hoc faciebat Iosue,quia Deus nimis commendauerat ei custodire legem Moysi.dixit.n.ꝙ tunc dirigeret viam suam,ut patet.s.1.c.s.vide vt custodias,& facias oēm legem,quam p̄cepit Moyses seruus meus:nec declines ab ea ad dextram,nec ad sinistram,vt intelligas oĩa,quę agis:non cadat volumē legis huius de ore tuo,sed meditaberis in eo diebus,ac noctibus,ut custodias,& facias omnia, q̄ præcepta sūt in eo,tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.

Sed omnia replicauit coram omni multitudine. Dicitur Iosue replicasse omnia quæ iusserat Moyses. s. quia omnia,quæ Moyses iussit dici in monte Hebal, & Garizin ipse primo dixit tradens formam. cum autem Iosue nunc ea executioni tradidit,dicitur replicuisse, qa iterum facta erant: *Coram omni multitudine Israel.* Quia ad faciendum ea,quę dicuntur hic, totus Israel conuenerat.nam post deletionem vrbis Hay Iosue cū exercitu iuerunt redeuntes in Galgalam.& tunc totus populus,qui erat in castris tam virorum, quam fęminarum,magnorum, & pusillorum uenit in mōtem Hebal,& Garizin apud vrbē Hay,& Bethel, & facta sunt ibi hęc coràm tota multitudine:& nō manserunt ibi castra Israel.sed redierunt in locum Galgalę apud Iericho his expletis.ꝙ patet, quia post dicuntur fuisse castra Israel in Galgalis,ut patet ĩ.10. *Mulieribus ac paruulis.* Isti exprimuntur hic,quia de viris maioribus. s.potentibus ad pugnam satis notum esset,ꝙ ĩ loco illo essent.nam cum Iosue ipsi iuerant in pugnam ɔ̄ Hay. sed de mulieribus,& paruulis,quia māserant in castris Galgalę apud Iericho,dubiū erat an venissent ad duos montes istos,ideo exprimitur,ꝙ isti fuerint hic.

Qui erant aduenæ in castris hebræorum.

Et aduenis qui inter eos morabantur. Idest etiam aduenę qui morabantur cum Israelitis,steterunt in hac cōfirmatione legis.Dicuntur aduenę Aegyptij,qui descenderant cum iudæis,& iam ad iudaismum conuersi erant:ad quos pertinebant omnes legales obseruationes sicut ad iudæos ex genere.Erant etiam hic Ierichōtini,qui euaserant deleta vrbe. s. Raab cum cognatione sua,quia isti etiam ad iudaismum conuersi erant vt

A declaratum fuit.sup.6.cap.De his fit mentio specialis propter duo.

Primo, quia uolebat hic sacra scriptura nominare omnes,qui fuerant præsentes,& dixerat esse totā multitudinem Israel. nomine autem totius multitudinis non intelliguntur expresse omnes de conuersis, qui vocantur aduenæ:ideo expressi sunt.

Secundum est: quia de aduenis non magis dubitabatur,quam de aliis,an interessent huic actui, propter duo.

Primo: quia uidebatur ista positio maledictionis, & benedictionis pertinere ad quandam dignitatem: sed in aduenis non erat aliqd dignitatis respectu Israe-
B litarum:ergo dubium esset an deberent interesse.

Secundum,quia hoc erat ad confirmationem legis Dubium autem erat an cōfirmatio ꝑtineret ad aduenas ad quos nō directe pertinebat lex. Expressum fuit ergo, ꝙ essent hic aduenæ.

Qui inter eos morabantur. Dicebantur morari aduenæ inter iudęos,quia manebant in castris eorum, & sub vexillis atq; signis ipsorum.erat.n.distincta tota castra metatio Israelitarū sub quatuor vexillis principalib.& extra illa nullus manebat,ut patet Nu. 2. ideo cōuersi de Aegyptiis etiam manebāt sub his vexillis, quia nō constituebant per se castra, aut uexilla ponebant. Sic patet Deut.29.cum dicitur.& aduena, qui moratur tecum in castris.accipitur hic morari large.i.castra figere. s. ꝙ conuersi locabant tentoria sua inter tentoria Israelitarum.

CAP. IX.

C

QVibus auditis cuncti reges trans Iordanem, qui versabantur in montanis, & campestribus, in maritimis,ac littore magni maris. Hi quoque, qui habitabant iuxta libanum Ethæus, & Amorrhæus, Chananęus, Pherezæus,& Heuæus, & Iebusæus congregati sunt pariter, vt pugnarent contra Iosue & Israel, vno animo eademq; sententia.

D QVibus auditis. In superioribus descripta ciuitatis Hay deletione, hic agitur de circunstantis populi formidatione. Incidebat.n. timor iudæorum super Chananęos, secundum,quod facta mirabilia a Deo pro eis exigebāt,aut quę pro eis quotidie fiebant.

Et diuiditur in duas, secundum quod Chananæi timore ducti ad Israelitas dupliciter se habuerūt. quidam eis coniuncti resistere parauerunt, alii autem cū eis pactum pacis sagaciter firmauerunt. Secunda ibi. *Et hi qui erant in gabaon.* Ista secunda diuiditur in 4.partes.Primo ponitur falsitatis confictio. Secundo fęderis fraudulenter obtenti confirmatio.Tertio dolosita-
E tis detectio.Quarta pacti facti moderatio.Scđa ibi. *Susceperūt igitur.* Tertia ibi. *Post dies autem tres.* Quarta ibi. *Qui responderunt.*

Quod hic ponitur causa confœderationis Chananæorum ad hoc, vt introducatur historia dolosæ pactionis Gabaonitarum. Quæst. I.

CIRCA primū intendit hic auctor enarrare casus, q venerūt ĩ subiugatione terrę Chanaā,de qb.fuit dolosa pactio Gabaonitarū cū israelitis.Iō ad ĩtroducē dā istā historiā ponit hic cā huius ɔfederationis & fuit ꝙ oēs Chananęi timuerūt valde capta vrbe Iericho,

& deinde euersa funditus vr be Hay: ideo inter eos Gabaonitæ, qui erant propinqui Israelitis manentibus in castris galgalæ non potentes se defendere, aut saltem diffidentes posse, & maxime Deo mouēte eos ad hoc excogitauerunt fraudulentam, aut potius sapientem deceptionem ad componendum fœdus cum israelitis. & ob hoc ponitur hic primo de aliis regibus quomodo timuerint, & quid timentes fecerint: & postea subditur de Gabaonitis.

Quibus auditis. Hoc pōt referri ad omnia precedē tia. s. ad transitum iordanis, & deletionem Ierichontinæ vrbis, atque ciuitatis Hay. & sic exponit Nicolaus. sed magis vr̄ referendum solum ad destructionem Iericho, & ciuitatis Hay: ꝙ patet ex duobus. Primo quia de transitu iordanis iam audierāt oēs Chananei, & s. refert, ꝙ audierunt. 5. c. & ibi dr̄, ꝙ conterriti sunt audiētes, & dissolutum est cor eorum, nec remāsit spūs in illis. De vrbe Iericho deleta, & ciuitate Hay nō fuerat dictum. s. ꝙ audierint Chananæi. iō dicēdum est, ꝙ intelligat solū de urbe Iericho, & Hay: de qb. non fuerat dictum, ꝙ audissent Chananei. Item patet magis, ꝙ idem fuerit, ꝙ audierunt oēs istæ gentes pp ꝙ conturbatæ sunt. sed de Gabaonitis non ponit, ꝙ audierunt nisi deletionem vrbis Hay, & Iericho. ergo hoc solum intelligetur hic, ꝙ audierint ceteri Israelitarū hostes, de quibus ĵ. patet antecedens, quia ĵ. dr̄. & hi, qui habitabant in Gabaon audientes cuncta, quæ fecerat Iosue Iericho, & Hay callide cogitantes &c. Solū ergo refertur iste auditus ad deletionem Iericho, & Hay. *Cuncti reges trans iordanem.* q. d. timor iste solum puenit ad reges, qui erant trans Iordanem. s. ī terra Chanaan. Hoc pōt intelligi dupliciter. Primo mō, ꝙ solū peruenerunt ista, quę hic facta sunt, ad reges, qui habitabant trans iordanem in terra Chanaan, & non ad alias gentes: ideo hi soli timuerunt. Alio mō, ꝙ alii reges aliarum gentium audierunt, q̄ fecerant Israelitæ, tn̄ non timuerunt: qa sciebant, ꝙ non inquietarēt terrā eorum Israelitæ. Chananæi aūt scientes, ꝙ Israelitæ vellent disperdere eos de terra timuerunt, iō de his solum fit hic mentio, ꝙ timuerint: quāquam aliæ gētes audirent. Non est aūt intelligendū, ꝙ non audierint aliarum gētium reges: quia rex Moabitarum audiret cum terra Moab esset valde propinqua Iericho: cum cāpestria Moab tāgant Iericho terminos. s. iordanem: ut patet Nu. 26. & 33. iam tn̄ iste rex, & ceteri, qui erāt ante iordanem liberati erant a timore, cum dicerent israelitæ terram Chananæorum solum eis pertinere.

Qui versabantur in montanis. Aliqui de regibus Chananæorum morabant in montib. quia terra hęc mōtuosa, & cāpestris est, ut patet Deut. 11. erat aūt quædam pars magna terræ Chanaan montuosa excellentius, quam reliqua. & in hac morabant tres reges. s. Ethæi, Iebusæi, & Amorrhæi: vt patet Nume. 13. s. Amalech habitabat in meridie, Ethęus, & Iebusæus, & Amorrheus in montanis. de harum ergo gentium regib. intelligit. *Et campestribus.* Alię partes terræ Chanaan erant campestres. i. planæ, vel hn̄tes valles. nā terra Chanaan montuosa atq; cāpestris est, & non sicut ęgypt⁹ q̄ tota plana ē, ita vt fere ex eodē flumine tota irrigua est de hoc Deut. 11. *In maritimis.* Volebat hic ponere auctor qūo oēs habitatores terrę Chanaan tremuerūt auditis his: & ob hoc assignantur hic multę terræ ad signandam totam ipsam terram Chanaan. Vocantur hic maritima loca coniuncta mari. & quia ī terra Chanaan erant multiplicia maria. s. mare magnum, & alia: debebat excellentius ītelligi de mari magno: quia tamen exprimit īmediate de mari magno, necesse est intelligi de maritimis aliorū marium. s. de mari mortuo, ꝙ alio mō vocat mare salsissimū, vel mare deserti, & est mare sodomorū. s. in valle in qua quondā fuit

Quæ loca maritima sint hic.

F vallis hn̄s quinq; ciuitates sodomorū, de quib. 4. submersę sunt in momēto. una aūt. s. Segor mansit illęsa, vt declaratum fuit Ge. 19. & Deut. 29. Apud istud mare habitabant aliquę gētes Chananæorū, qa ibi est terminus Chananæorū, & Idumęorū. iō Hie. c. 49. vocat idumęā vicinā sodomę: & apud istud mare habitabat unus de septē pplīs, q spāliter vocabat Chananæus, ꝙ p3 Nu. 13. s. Amalech habitabat ī meridie, Ethæus, Iebusęus, & Amorrhæus ī mōtanis, Chananæus vero iuxta mare, & fluēta iordanis. nā licet ītelligi possit illud de mari magno, tn̄ de mari sodomorū magis ītelligit quia in terra eius est mare illud. Etiam vocant hic maritima loca cōiuncta mari Tyberiadis, ꝙ alio noīe vocat mare Genesareth, & aliqn̄ mare Cenereth: de quo dictū fuit. s. 3. & magis dr̄ Num. 34. c. *Et littore maris ma*

G *gni.* Vocat hic mare magnum, nō quidē mare Oceanū, ꝙ circundat oēm terrā in laterib. & extremitatib. mundi. terram aūt Chanaan non tangit Oceanus, qa est in medio terræ fm latitudinē, & lōgitudinē quasi sed vocat mare magnū ipsū mediterraneū, ꝙ de mari magno paruo strictoq; terrarū hiatu emittit, & tāgit terrāChanaā ī parte sua occidētali. iō cū agit de terminis terrę Chanaan, ponit mare istud magnū terminus occidētalis terrę illius. Sic patet Deut. 11. oīs loc⁹ quē calcauerit pes vester erit vester, a deserto, & libano, & flumine magno Euphrate, vsq; ad mare occidentale erunt termini vestri. Sic quoq; patet. s. 1. ca. s. oīs terra Ethæorum vsq; ad mare magnum ad solis occasum erit terminus vr̄. Vocat aūt istud mare Palæstinorum,

Hic mare magnum dicitur mediterraneum

H quia apud illud morantur Philistini. & Tyrii atq; sidonii. Sic patet Exo. 23. cum dr̄. ponam aūt terminos vestros a mari rubro vsq; ad mare palestinorū, & vocātur palęstini. i. Philistini, & de istis regib. qui morabant apud mare magnum, ēt dixerat s. 5. ꝙ audiuissent trāsitum iudęorum per arentem iordanem: cū dr̄. & cuncti reges Chananæorum, qui propinqua possidebant magni maris loca. De habitantib. circa littus maris magni ponit vltimate, ꝙ audierint, quia isti maxime distabant in tota terra Chanaan a Iericho, & vrbe Hay, cū mare magnum esset terminus occidētalis terrę Chanaan. Ista autem duo loca, quæ deleta fuerant, de quibus erat fama, apud frontem orientalem terræ Cha-

I naan erant. De Iericho patet, quia erat circa iordanē, & iordanis erat frons orientis terræ Chanaan: ut patet Num. 34. cap. De vrbe Hay patet, qa erat satis propinqua Iericho. Vocat aūt mare istud magnum, quia in comparatione maris salsissimi, & maris Genesareth, quæ sunt in terra Chanaan magnum valde est hoc: quia illa maria sunt solum lacus magnæ. mare autem mediterraneum est uere mare, quia fluit a mari oceano. *Hi quoque qui habitabant iuxta libanum.* Hic ponitur alia pars terrę promissionis scilicet terra, quæ erat iuxta libanum. est autem libanus mons altissimus habēs semper niues, ut patet Hierem. 18. & ponitur tanquā vnus terminus terrę Chanaan scilicet septentrionalis

K & cum ipso fluuius Euphrates. Sic patet Deuteronomio 11. scilicet a deserto, & libano, & fluuio magno Euphrate vsque ad mare occidentale erunt termini vestri. Sic patet. s. primo. s. a deserto, & libano erunt termini vestri. & ponuntur ibi solum duo termini terræ Chanaan australis inquantum dr̄ a deserto: septentrionalis inquantum dr̄, & libano. ad radices istius nascit fluuius iordanis: ut fuit declaratum. s. 3. c. Iste mōs erat altissimus, & apparebat ex iordane: ideo uidens eum Moyses petiuit a Deo, ꝙ dimitteret eum transire iordanē vt videret montem libanū, ut patet Deut. 3. c. apud istum montem in extremitate terrę Chanaā fuit sors filiorum Ioseph. s. trib. Ephraim, ut patet ĵ. 17. & 18. *Ethæus, & Amorrhæus, Chananæus, Pherezeus, Heuæus, Iebuseus.* Hoc pōt dupliciter intelligi. vno modo, quod

referatur

referatur ad id, quod immediate dictum est, quòd hi qui habitabant iuxta Libanum timuerunt, scilicet Ethęi, Amorrhęi, Chananæi, &c. Alio modo, quòd referatur ad omnia prædicta, scilicet, quòd qui habitabant in montanis, & campestribus, & maritimis, atq; littore maris magni, & iuxta libanum timuerunt. & isti erant Ethęi, &c. Et iste secundus sensus est quem facit hic litera. nam in tota terra Chanaan nulla gens erat præter istos populos nominatos, & Gergesęos. Si ergo diceretur, quòd omnes hi morarentur apud libanum, non esset aliquis de Chananæorum populis qui moraretur in tota residua terra, ergo non intelligitur hoc modo.

Item patet, quòd multi de his populis habitabant in diuersis locis terræ Chanaan, & non habitabāt omnes apud libanum. nam Chananæi iuxta maritima habitabant. Ethęi autem, Amorrhęi, & Iebusęi in mōtanis erant, vt supra declaratum est, vt patet Numeri 13. cap. ponuntur ergo omnes hi populi, scilicet, quòd isti sunt qui timuerunt auditis eis quæ supra dicebantur. vnde primo ponuntur loca habitationis ipsorum, deinde subduntur nomina.

Quomodo Chananæorum populi audire potuerunt, quæ fecisset Iosue Iericho. *Quæst.* II.

QVAERET aliquis, quomodo isti populi Chananæi audire potuerunt quæ fecisset Iosue vrbi Iericho, & Hay? nam ista non audiuntur nisi aliquo referente. sed de Iudæis nemo ibat ad terras istas Chananæorum, qui referret, cū non communicarent, quia erant hostes. Etiam de gētilibus nemo veniebat ad Israelitas, quia occiderēt eū. De viris quoque Hay, & Iericho nemo effugere potuit, qui enarraret reliquis populis, nam si effugisset nesciret ista enarrare, quia non viderat consummationem rerum.

Respondendū est, quòd reliqui populi Chananæorum, non quidem, quòd illi a Iudæis didicerint, aut ab vrbibus deletis effugerint, sed illi qui erant in locis cōiunctis Iericho, & Hay, videbant ea quæ passæ fuissent ciuitates istæ. Sic enim fuit de aquis Iordanis diuisis, quia illi qui erant in vrbe Adom, viderunt aquas intumescentes, & eleuatas in sublime, vt patet supra 3. cap. De vrbe Iericho potuit faciliter cognosci, quia qui erant in locis coniunctis, viderent deletam ipsam ex vrbibus suis, vel ex alijs latibulis, in quibus manerent ad contemplandum hęc, quia Iudæi qui non cognoscebant terræ semitas atque latibula, non possent tollere indigenis manere in illis. De vrbe Hay forte leuius fuit sciri quomodo fuerit deleta. nā vrbs Bethel erat propinqua oppido Hay, vt patet supra 7. quia & ipsi qui erant in Bethel simul exierunt ad pugnādum contra Iosue, quomodo exierunt viri de vrbe Hay, vt patet præcedenti cap. ergo ipsi ex vrbe sua videre poterant quomodo cremabant Israelitæ vrbem Hay, & delebant omnia quæ in ea erant, & quamquam non possent isti cognoscere distincte ea quæ fiebant in his locis, quia nec audiebant ea referri a videntibus, nec ipsi illa per singula speculati sunt videntes, sed solum viderunt quomodo vrbes deletę erant, & hoc sufficiebat.

Quare cum hic litera voluerit exprimere de omni gente Chananæorum non expressit de Gergesæis. Et quomodo facta tanta congregatione Chananæorum contra Israel, non fuit aliquod bellum secutum. *Quæst.* III.

QVAERETVR, quare cum hic litera exprimere voluerit de omni gente Chananæorum, quare

A non expresserit de Gergeseis: sunt enim hi vnus de populis terræ Chanaan, vt patet Gene. 15. & Deutero. 7.

Aliqui respondent, quod iste populus Iudæis introeūtibus cessit, vel antequam Iudęi introirent in terram, vnde cōtra eum pugna nulla commissa est, & ob hoc non numeratur inter cęteros populos, quia contra illos pugnatum est.

Respondendum est hoc non stare. nam cōtra Gergesęum, sicut contra cęteros populos pugnauerunt Israelitę, & Deus deleuit illum a facie eorum. Sic patet supra 3. c. cum dicitur. in hoc inquit scietis, quòd dominus Deus vester sit, & disperdet in conspectu vestro Chananæum, Ethęum, Heuęum, Iebusęum, Pherezæum, Amorrhęum quoque, & Gergesęum. si ergo

B isti omnes delendi erant a facie Israelitarū, pugnaturi erant Israelitæ contra Gergesęos. de hoc tamē populo rarissima mentio fit. vel forte, quia paruulus populus erat, vel quia expressis alijs satis ipse subintelligebatur.

Congregati sunt pariter. Scilicet ad inuadendum Iosue ne sic paulisper destrueret totam terram Chanaan, & non est intelligendum totaliter, quòd cōgregati fuerint omnes isti populi contra Iosue ad expugnādum. Nam tunc etiam Gabaonitæ consurrexissent ad pugnam: ipsi enim erant de his populis, de eis tamen immediate dicitur, quòd sagaciter pepigerunt fœdus cū Israelitis. dicitur tamen hoc de omnibus alijs populis terræ Chanaan. tota namque fere terra Chanaan fuit congregata, vt veniret super Iosue.

C Sed dicetur de ista congregatione omnium Chananęorum quomodo fuerit, quia non fuerit secutum aliquod bellum ex hac, nec fit aliqua mētio postea de tali congregatione, sed solum post confęderationem Gabaonitarum quinque reges pugnauerunt contra Israel, de quibus sequen. cap. Respondendum est, quod omnes fere reges Chanaā vno animo, vt hic dicitur, contra Iosue congregati sunt. non fuit autem ista congregatio facta realiter, ita quòd conuenissent in vnū locum, sed mutuis literis, aut nūcijs se exhortati sunt, vt omnes simul procederent contra Iudęos, non tamen fuit facta ista congregatio realiter super Iosue, sed substiterunt ad modicum tempus, & interim facta sunt ea, quę habentur de Gabaonitis. tunc quidam

D illorum omnium regum Chananęorum qui concitati fuerant contra Iosue, scilicet quinque reges mouerunt se in pugnam contra eum, & debellati sunt, vt patet sequenti cap. Deinde tota illa multitudo regum, quæ vna sententia conuenerat ad pugnandum contra Iosue, & tamen hucusque substiterant moti sunt, & contra eum venerunt, de hoc patet infra 11. c. Quod autem tota multitudo regum Chananæorum ibi conuenerit patet, quia ibi nominantur omnes populi terræ Chanaā, scilicet Chananęi, Pherezæi, Iebusęi, Heuęi, Amorrhęi, Ethęi, & tamen pręter hos non erant alij in terra Chanaan. Quod autem sit illa multitudo regum cōgregatio magna, de qua hic dicitur,

E patet ex identitate locorum de quibus mouebantur, & ex identitate nominum. De nominibus patet, quia hic nominantur sex populi congregati contra Iosue, scilicet Ethęi, Amorrhęi, &c. & isti ijdem enumerantur infra 11. cap. sed pręter hos non erant alij populi, qui sic nominarentur. ergo illi ijdem qui dicunt congregati hic, dicuntur congregati infra 11. capitu. Item patet hoc ex idētitate locorum habitationis horum. nam dicitur hic, quòd reges qui habitabāt in montanis, & campestribus, & maritimis atque in littore maris magni, & apud libanum conuenerunt contra Israel. Istę quinque designationes locorum habētur infra 11. ca. quamquam non totaliter per ista verba, sed per ęquiualentia, cum dicitur. ad reges quoque aquilonis

lonis qui habitabant in montanis, & planitie contra mare Cenereth, in campeſtribus quoque & regionibus Dor iuxta mare, Chananæum quoque qui habitabat ab oriente & occidente, Amorrhæum, Ethæũ, & Iebuſęum in montanis. Heuęum quoque qui habitabat ad radices Hermon. Ecce omnia loca ſunt nominata quæ habentur hic præter libanum. tamen intelligitur ibi libanus per duo. ſ. primo cum dicitur ad reges aquilonis: libanus tamen eſt in parte aquilonis terræ Chanaan. claudit enim terram illam ab aquilonari latere. Intelligitur etiam per Hermon, quia ut quidam volunt Hermon & libanus idem ſunt. hic tamẽ dicitur de Heuęo, qui morabatur ad radices Hermon, & tamen quamquam non ſit Hermon libanus ſunt in eadem parte, & plaga terrę Chanaã. ſ. in aquilonari, & vnus coniungitur alteri. ideo populi qui per longitudinem lateris ſeptentrionalis habitant in terra Chanaan, dicuntur habitare apud libanum vel Hermon. noĩato ergo Hermon intelligebatur de libano.

Quare conciliabulum regum Amorrhæorum contra Iudæos Deus diſtulit. Et quòd Iudæi dupliciter fuerunt confortati ante iſtud tempus magni belli. Quæſt. IIII.

DICENDVM ergo quòd omnes reges, de q̃bus hic dicit̃, auditis de deletione Iericho, & Hay conuenerunt animo vno, vt delerent Ioſue, & conuenturi erant realiter in breui, ſed Deus diſtulit, vt daret primo in manus Iudęorum ciuitates Gabaonitarum cõfęderatas, & nõ perirent. elegerat enim eas a morte ſaluare, vt ſeruirent in miniſterijs portandarum aquarum, & cædendorum lignorum pro ſanctuario, ſicut factũ eſſe narrat̃ infra in litera. & quia forte auditis his conueniſſet vno impetu multitudo tota Chanaan contra Iſraelitas, non fuiſſet locus Gabaonitis fallendi Iſrael, & cõſequenter eripi a morte nequiuiſſent.

Secundo & principaliter factum eſt ad maiorem confortationem Hebręorum: nam hucuſque nõ inſurrexerant cõtra eos bella magna. nam in hoc libro ſolũ habetur de bello Hay, in quo pauciſſimi hoſtes erant. vt patet ſupra 7. Hic aũt congregata tota multitudine terræ Chanaan pertimuiſſet cor populi. Sic enim dixerat Ioſue. ſup. 7. Audient Chananęi & oẽs habitatores terrę, atque pariter conglobati circundabunt nos, atque delebunt nomen noſtrum de terra. Si ergo immediate poſt euerſam vrbem Hay eueniſſet Iſraelitis hoc inextricabile infiniti populi bellum, liquefieret cor eius inſtar aquarũ. ideo valde fuit expediens, vt primo confortarentur per alia bella, quæ licet non eſſent maxima eſſent de valde magnis. Fuerunt aũt dupliciter cõfortati ante tp̃s illius magni belli. Primo in bellica exercitatione, quia pugnauerunt ꝯ quinq; reges Chananæos, de quibus ſeq. c. & occiderunt eos cum populis ſuis. calcare fecit ẽt Ioſue Iſraelitas ſuper colla regum illorũ viuentiũ, vt diſcerẽt non timere Chananęos. Fuerunt ſecundo cõfortati in ſigno admirabili, & iſtud fuit duplex Primum erat de lapidibus magnis de cęlo cadẽtibus, qui occiderũt plures de hoſtibus q̃ Iſraelitæ, vt patet ſeq. c. Secundũ ſignum fuit admirabiliſſimum, & oĩbus ſeculis ante incognitum, ꝙ ſol ſteterit ſpatio vnius diei. hęc autẽ videntes Iudæi fieri in fauorẽ ſuum exaltati ſunt valde aĩo, manifeſtiſſime videntes Deũ illis effectũ ꝓpugnatorẽ. Si vero ante hæc oĩa ineũdum foret bellum ꝯ totam multitudinem Chananæorũ, quæ poſtea cõuenit, formidaſſet cor populi. ideo fuit valde decens, ꝙ non permitteret Deus immediate cõgregari, & irruere ſuper Iſraelitas totam multitudinẽ Chananęorũ, ſed primo cõfortarent̃ per hęc quę precęſſerunt.

F Item hoc fuit valde expediens ex parte Chananęorũ populorum. Chananæi enim cum plura ſigna viderent, magis reddebãtur attoniti, & minus ad bellum audaces. ſigna autem quę facta fuerunt manifeſte in fauorem Iſraelitarum, poſtquam iſti reges conuenerunt contra eos, fuerunt maxima. potiſſime ſignum quod eſt in ſtatione Solis. valde ergo magis contremuerunt habitatores Chanaan hoc viſo, quàm ſi nõ vidiſſent. ideo ſi immediate vt conuenit tota multitudo regum Chanaan, fuiſſet permiſſa irruere ſuper Iſraelitas, confidentius pugnaſſet cõtra eos. Iſraelitę autem magis attoniti forent. vnde grauaretur ſuper eos maximum onus belli. Dicendum ergo quòd quamquam omnes iſti reges conuenerunt vno ani-
G mo & vna ſententia, vt irruerent ſuper Iſrael, & immediate hoc effecturi erant: tamen Deus fecit eos differre aliquantum temporis, donec fierent ea quæ medio tempore geſta ſunt, ſcilicet de cõfęderatione Gabaonitarum, & de pugna contra quinque reges.

Congregati ſunt pariter. Non realiter, ſed per literas, vel nuncios deſignantes in alterutrum intentionem ſuam conuenerunt in hanc ſententiam, quòd omnes ſimul irruerent ſuper Ioſue & Iſraelitas. nam ſi omnes conueniſſent, etiam quinque reges de quibus ſequenti cap. dicitur, conueniſſent cum eis, & non pugnaſſent per ſe contra Iſrael, ſed cum tota multitudine aliorum regum.

Vt pugnarent contra Ioſue & Iſrael. Idem bellum erat contra Ioſue & Iſrael: cum Ioſue eſſet dux Iſraelita-
H rum. ſed nominatur primo Ioſue, quia erat dignior cum eſſet dux. ſicut cum nominatur aliqua gens, nominatur primo rex illius: & cum nominatur aliqua vniuerſitas preponitur rector eius. hæc enim ſunt capita. ſed in capitibus excellentius eſt quàm in tota re.

Vno animo eademque ſententia. Ad idẽ pertinent hæc duo. nam qui vnam ſentẽtiam habent, vnum animũ habent, quia non accipitur hic animus pro ipſo animo. non eſt enim idem animus in aliquibus duobus. ſed qui habent eundem actum animi, dicuntur habere eundem animum. ſed actus iſte animi eſt conſentire aut diſſentire. ergo idem eſt dici vno animo & eadem ſententia. ſed poſſunt poni iſta duo tanquam differentia, quia habere vnũ animum pertinet quan-
I tum ad actum interiorem: & habere vnam ſententiam pertinet ad actũ exteriorem. & eſt ſenſus quòd antequam reges Chananæorum aliquid ſibi inuicem per nuncios aut literas deſignarent, habebant idem propoſitum, ſcilicet inſurgendi in Hebręos. & quia tamen nulli conſtabat de altero an haberet eandem conceptionem, ſignificauerũt ſibi mutuo, & conuenerunt in hoc, vt irruerent ſuper Iſraelitas. cum autẽ iſte conceptus idem omnibus mutuo deſignatus eſt, facta eſt vna ſententia quæ fuit conſenſus mutuus. Sic enim eſt in his qui contrahunt matrimoniũ, quia interdum antequã contrahant vnus conſentit in aliũ, & alius in alium: tamen neutri cõſtat de altero. ideo non ſufficit ad matrimonij fędera, quia nondum mutuus cõſenſus eſt. cum vero vterque alteri quod in-
K tendit reuelat, efficitur mutuus: & tunc ſtant fędera: ita hic.

At hi qui habitabant in Gabaon audientes cuncta quæ fecerat Ioſue Iericho & Hay, callide cogitantes tulerunt ſibi cibaria, ſaccos veteres aſinis imponentes, & vtres vinarios ſciſſos atque conſutos: calciamentaque perantiqua quę ad indicium vetuſtatis pitta-

tijs consuta erant, induti veteribus vestimentis, panes quoque quos portabant ob viaticum duri erant, & in frusta comminuti. Perrexeruntque ad Iosue, qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerunt ei atque simul omni Israeli. De terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes.

At hi qui. Hic ponitur secundũ principale huius cap. scilicet de fœdere contracto Gabaonitarum cum Israelitis,& cum descriptum fuerit quid fecerint ceteri populi Chanaan, scilicet, quòd conuenerunt in
B hanc sententiam, quòd vno impetu irruerent in Israelitas, ponitur quid fecerint Gabaonitæ, scilicet, quòd non fuerunt in hac vnitate sententiæ, vt cum ceteris populis pugnarent contra Israel, sed magis, vt confœderarent se eis atque subijcerent. & diuiditur in 4. partes quæ supra assignatæ fuerunt.

At hi qui habitabant in Gabaon. Non solum fuit hoc quantum ad habitatores Gabaõ, sed ad alias ciuitates etiam, erant enim quatuor ciuitates quæ hoc fœdus cum Iudæis inierunt, scilicet Gabaõ, Caphira, Beroth Chariathiarim, vt patet infra in litera. nominantur tamen omnes hę Gabaon, & ea nominata cæterę intelligebantur. *Audientes cuncta quæ fecerat Iosue Iericho, & Hay*. Hic ponitur motiuum Gabaonitarum ad ineundum fędus cũ Israelitis, scilicet, quia audierant ea quæ
C fecerant Israelitę vrbi Hay, & Iericho. solum ponitur hic de his quæ facta sunt in his duabus vrbibus, scilicet, Iericho, & Hay. infra tamen nõ dicitur, ꝙ propter hoc fuerint moti Gabaonitæ ad ineundum fœdus cũ Israel, sed quia audierunt ea, quæ facta erant in deserto & mari Rubro, cum dicitur, de terra longinqua valde venimus serui tui in nomine Dei tui. audiuimus enim famam potentiæ eius, cuncta quæ fecit in Aegypto, & duobus Amorrheorum regibus trans Iordanẽ Sehon regi Esebon, & Og regi Basan &c.

An Gabaonitæ moti fuerunt ad ineundum fœdus cum Israelitis propter omnia quæ audierant facta esse pro eis ab exitu de Aegypto vsque ad diem illum. Quæst. V.

D ALIQVIS forte dicet, quòd Gabaonitę moti sunt ad poscendum fœdus cum Israelitis propter omnia quæ audierant facta a tempore egressionis de Aegypto vsque ad diẽ illum. & sic etiam mouerentur propter deletionem vrbis Hay, & Iericho, sed non exprimuntur infra, & exprimuntur hic.

Respondendum est non stare, quia si ipsi dixissent se fuisse motos ad faciẽdum fędus cum Israelitis propter deletionem Iericho, & Hay in eorum artificiosa propositione exprimeretur hoc, quamquam hic non
E exprimeretur, sed solum exprimitur de mari rubro, & de regibus Amorrheis duobus, de transitu autem Iordanis subticetur, & de omnibus quę postea facta sũt. Dicendum ergo est, ꝙ id quod mouit Gabaonitas ad veniendum, vt ponerent fœdus cum Israelitis fuit, qa audierant terram totam Chanaan tradendam esse in manus Iudęorum, & delẽdos habitatores eius. ipsi autem hoc crediderunt, quia Deus illos ad hoc mouit, & noluerunt contendere, sed componere fędus. Hoc patet in fi. c. cum detecta fraude Gabaonitarum respõderunt Iosue dicentes. nũciatum est nobis seruis tuis, ꝙ promisisset dominus Deus tuus Moysi seruo suo, vt traderet vobis omnem terram, & disperderet oẽs habitatores eius. timuimus ergo valde, & prouidimus

A animabus nostris vestro timore compulsi, & hoc consilium iniuimus. Istud ergo fuit motiuum Gabaonitarum ad faciendum fœdus. sed non venissent nunc ad faciendum fędus cum eis ꝑꝑ hęc sola, sed quia audierant deletionem vrbis Iericho, & Hay. Nam si ꝑꝑ ea ꝙ̃ audierunt de apertione maris rubri, venissent nunc ad componendum fędera cum Iudęis, & non ex alia causa magna immediata, non venissent nunc, sed immediate, vt audierunt diuisionem maris rubri, vel duorum regum Amorrhęorum deletionem, sed nunc solum venerunt: ergo non fuit ista causa, sed immediata causa fuit deletio Iericho, & Hay. nam quamquam audissent ea quę dicebantur de mari rubro, & regibus Amorrheis, si manerent adhuc Israelitę in deserto nõ transeuntes Iordanem, nunquam pro componendo fędere ad eos venissent. Nunc asit cum audierunt destructionem Iericho, & Hay, videbãt eos propinquos sibi, ideo moti sunt, vt nũc venirent. & sic Gabaonitę fuerunt moti ad veniendum, vt ponerent fędus ꝑꝑ illa quę ĩ. habentur. & tñ ad nunc veniendum solũ moti sunt, quia audierunt deletionem Ierichontinorum, & vrbis Hay. ideo litera ista rerum gestarum veritatẽ contexens dixit, ꝙ hi qui erant in Gabaon audierunt, ꝙ Iosue destruxisset Iericho, & Hay, & inierunt consilium ad veniendum composituri fędus. In propositione tñ Gabaonitarum facta ad Israelitas nõ fuit expressum aliquid de transitu Iordanis, nec de vrbe Iericho, & Hay: nec dicendum est, ꝙ ipsi proposuerunt, & tñ scriptura subticet. non enim proposuerunt, quod fuit ex industria factum, vt Gabaonitæ colorarent mendacium suum. Verum enim erat, ꝙ ipsi audierũt deletionem Hay, & Iericho, vt hic litera exprimit: ipsi tñ subticuerunt, quia ista fuerãt forte solum decem diebus, aut paucioribus ante istam compositionem fœderis Gabaonitarum. Ipsi tñ dixerunt se venisse de terra lõginqua valde, vt patet ĩ. cum dr̃. de terra lõginqua valde venerunt serui tui. si tamen essent de terra longinqua, non potuissent audire famam deletionis Iericho, & Hay, ita cito. nam ad hoc, ꝙ perueniret fama in regionem illam longinquam, & ipsi consilium inirent, & postea itinerarent per tantam viæ lõgitudinem, vt vtres in quibus portabant vinum quos nouos sumpserant de terra sua, iam consumpti forent vetustate, vestimenta quoque eorum, vt patet infra, multum tempus esset necessarium. cõprehenderentur ergo in manifesto mendacio si dicerent se audiuisse deletionem Iericho, & vrbis Hay. subticuerunt ergo, & retulerũt ea quæ vetustiora erant, s. trãsitus maris rubri qui iam a 40. annis effluxerat: occisionẽ quoq; duorũ Amorrheorum regum qui ante hoc quasi per annũ, aut saltem magis quam per dimidium occisi fuerant, retulerunt. in his enim argui non poterant, ꝙ non de terra ꝓpinqua essent. *Callide cogitantes*. Idest prudenter ineuntes consilium. fuit enim callidum consilium, quia sic euadere potuerunt mortem. aliter autẽ nequiuissent. duxit autem illos Deus in hanc cogitationem, vt euaderent mortem, & famularentur ad obsequia Sãctuarij in portandis lignis & aquis. nam ceteri Chananæi audierunt hęc quæ Gabaonitæ audierunt, tñ non crediderunt esse dandam terram in manibus Hebręorũ. aut si crediderunt, non dedit eis Deus in cor, vt aliquẽ modum, exquirerent, quo possent mortem effugere, sicut fecerũt Gabaonitę, quia Deus aperuit corda Gabaonitarum ad hoc mouendo, & non corda aliorum Chananęorum. sed potius dicebatur Deus in hoc corda illorum indurare, vt traderentur in manus Iudæorum. sicut dr̃ excęcasse vel indurauisse cor regis Sehõ, vt caderet in manus Israel, vt patet Deuteron. 2. s. quia non mouit eum ad accipiendum sanum consilium, vt erueretur a morte. *Tulerunt sibi cibaria*. Tota sagacitas

Sagacitas Gabaonitarum. citas Gabaonitarum ad hoc tendebat, quia ipsi volebant pactum inire cum Israelitis ne occiderent eos. credebant autem hoc leuiter fieri posse, si ipsi nõ essent de terra Chanaan. si autem essent de illa, audierant ꝙ nõ possent liberari, quia Deus iusserat omnes hos occidi, vt patet Deutero. 20. vt ergo erui possent cum essent de terra Chanaã, inquirebant modũ quomodo cęlari posset, quòd essent de terra Chanaan. Et quia quæcunque pars terrę Chanaan quantumcunque distans non erat multum distans a loco, in quo tunc erant Israelitæ, conati sunt Gabaonitæ, vt effingere possent, quomodo viderentur de terra valde longinqua. & hoc est quod monstrare volunt in cibis, & omnibus, quæ hic exprimuntur. F

Quare volebant Gabaonitæ fraudulenter inire fœdus cum Israelitis, quia necesse erat, quòd ista fraus postea constaret. Et quòd moti fuerint a Deo, sic ut etiam bene fortunati agunt quædam, de quibus reddere rationem nesciunt. de quo latius Henricus in quolibet. Quæst. VI. G

QVAERET tamen aliquis ad quid volebant Gabaonitę componere fœdus cum Israelitis in fraude ne eos occiderent, quia necesse erat, ꝙ ista fraus postea constaret, cum venirent Israelitæ ad quatuor vrbes Gabaon, & tunc videntes se delusos magis incandescerent ira in illos atque delerent.

Respondendum est dupliciter in hoc dici posse. Primo modo, quòd Gabaonitæ hoc fecerint moti a Deo, qui volebat eos a morte per istum modũ eruere. ideo dedit eis hoc in corde, vt sic se haberent, ad Iudęos. & hoc eis visum est bonum, quia Deus mouebat eos, vt bonum illis videretur. & in istis non est arguendum de iudicio humano, quia non agunt pure, vt volunt, sed vt alij mouent. Sic dicit Aristot. primo libro de Bona Fortuna, quòd bene fortunati agunt quædam, de quibus reddere rationem nesciũt, sed dicunt se similia pati his, quæ a Deo fiunt. non aduerterent ergo, Gabaonitæ ad inconuenientia, nec aliqua eis videbantur. sed sicut Deus illis in corde dabat, ita operabantur. Quòd autem a Deo moti fuerunt Gabaonitæ, dubium non est, quia cæteri Chananei audierunt ea, quæ Gabaonitæ, & tamen nulli de ipsis crediderunt, nec ad inquirendum modum aliquem fęderis conati sunt. Isti autem crediderunt, quòd Deus Iudęorum, qui hęc promiserat Moysi, posset efficere: ideo timuerũt, & ad hoc conati sunt. non possent tamen ipsi credere, nisi Deus illos moueret ad credendum. Sic patet Ioan. 5. nemo potest ad me venire nisi pater, qui misit me, eum traxerit. Sed ad Deum per fidem venitur, quæ est fundamentum bonitatis totius. ergo non potest credere, nisi qui a Deo trahitur ad credendum. De Gabaonitis, ergo qui crediderunt Deum Israel hoc efficere posse, dicendum est, quòd Deus illos traxerit ad credẽdum. nulli enim de alijs Chananęis hoc credebant. H I

Alio modo responderi posset, quòd etiam dato, quòd consilio humano Gabaonitæ hoc fecissent, conuenienter in hoc se habebant. nam cum crederent omnes gentes terræ illius delendas esse ab Israelitis, & terram tradendam illis, crederent etiam se delendos a Iudæis. Nunc autem pacto inito nihil peius euenire poterat quàm aliter euenturum erat Gabaonitis. nam si Iudæi irati occiderent Gabaonitas, quia eos fefellerant, hoc etiam euenturum erat alias. K

Poterat tamen accidere, & satis poterat præsumi, quòd postquam Israelitæ iurarent nõ nocere Gabaonitis quamq̃ inuenirent esse illos de terra Chanaan propter iuramentum prȩstitum nõ occiderent, sicut factum est, vel aliquo modo misererentur eorũ, qđ aliàs non posito fędere nequaquam futurum erat. erat ergo sanum cõsilium hoc efficere, quia inde dãnum sequi nullum poterat, pręter id quod aliàs necessario euenturum erat. salus autem magna poterat prouenire. Magis tamen dicendum est quòd a Deo moti fuerint ad hęc faciendum, quamquam ipsi non existimabant: sed solũ se humano consilio agere timore coactos, vt infra ex verbis eorum declarari videtur. si autem Deus non mouisset volens saluare, magis ipsi vellent cum alijs Chananæis ad bellũ coniũgi, quàm inito tali fędere expectare futuram super se cognita fraude indignationem Hebræorum.

Tulerunt sibi cibaria. Idest tulerunt panes ad cibaria in itinere. Isti panes erant valde duri ad declarandũ ex hoc, quomodo terra eorum erat valde lõginqua: quia quando inde recesserunt acceperunt eos calidos, nunc vero vetustate indurati & comminuti erãt. Acceperunt etiam aliquos panes ad cibos in itinere, quamquam iter satis breue esset a Gabaon in Galgalam vbi tunc erat Iosue. Per ista cibaria non solum intelliguntur panes, qui ad experientiam magis erat, sed etiam alia quæ ad eorum sustentationem conueniebant.

Saccos veteres asinis imponentes. Isti sacci erant ad cõtinendum panes, & alios cibos: & portabantur veteres ad signandum quòd acceperant eos nouos de domibus suis, longitudine tamen itineris vetustas eos corroserat.

Et vtres vinarios scissos atque consutos. Portabant Gabaonitę vtres scissos, idest ruptos præ vetustate, & postea consutos, vt non effunderetur vinum. proficiebant autem isti vtres ad duo, scilicet ad portandum vinum quod biberent in itinere, & ad signum longitudinis vię per suam vetustatem. Amplius etiã proficiebant, vt in his portarent Gabaonitę vinum, quod traderent exercitui Israel, vt sic magis eos propitios haberent. sic enim fecerunt. nam postea illis de cibis suis obtulerunt, vt patet infra cum dicitur. susceperunt ergo de cibarijs eorum. in vino autem non ostendebant Gabaonitę longitudinem viæ sicut in panibus & cęteris. quia siue nouum siue vetus sit, nihil demonstraret breuitatis aut longitudinis viæ.

Calciamentaque perantiqua. Idest sotularibus valde veteribus omnes se calciauerant, vt sic etiam pateret quòd de longinqua venissent terra, & in itinere defecissent calciamenta.

Quæ ad indicium vetustatis pitatijs consuta erant. Idest non solum erant attrita vetustate calciamenta & perforata, sed vt magis eorum probaretur vetustas, pitatijs erant consuta. *Induti veteribus vestimentis.* Idest etiã Gabaonitę erant induti vestibus valde veteribus, vt maior signaretur vetustas. s. quòd itinerando vetustas corrosisset illa.

Panes quoque quos portabant ob viaticum. Idest ad nutrimentum vel cibos in via. *Duri erant & in frusta comminuti.* Indurauerant enim instar lapidum, & signabant quòd longitudo vię fecerat in eis hanc duritiẽ, atque motu itineris & cõpressione comminuti fuerant. non erant isti panes ob viaticum solum, sed magis ad ostensionem, vt viderentur venisse de terra valde longinqua: sed ad vtrunque proficiebant.

Opinio quorundam. Et an Gabaonitæ portauerint panes teneros pro exercitu Iudæorum, cum tamen pro seipsis portauerint duros & attritos. Quæst. VII.

ALIQVI dicent quòd non solum portauerunt isti Gabaonitæ panes duros, q essent ad ostensionem coram Israelitis, sed etiam portauerunt teneros ad comedendum in via, nam nulla sibi vtilitas

vtilitas erat comedere de duris in itinere. etiam quod portauerint panes teneros ad dãdum Iudęorum exercitui. nam infra dicitur, quòd sumpserint Iudæi de cibis Gabaonitarum. si tamen essent panes, ita duri, vt ferebant Gabaonitæ in signum longitudinis vię, nihil proficerent ad cibos Iudæorum.

Dicendum est primum satis stare. nam licet portarent Gabaonitæ quosdam panes duros ad monstrandum, poterant alios portare ad comedẽdum. sed litera hoc non videtur consentire, quia dicit panes quos portabant ob viaticum, duri erãt, & in frusta comminuti. & hoc dicendum est, quia cum parua esset via a Gabaon in Galgalam, etiam si duri panes sumerentur in Gabaon, modicum de eis in itinere sumendũ erat in cibos. De panibus autem quos obtulerunt Gabaonitæ Israelitis, dicendum est, quòd duri valde erant. nã cum pro se in via portarent duros, a fortiori portarẽt, vt demonstrarent Israelitis. nam litera solum duros panes eos portauisse meminit. & adhuc dato, quòd Gabaonitæ in itinere pro se portauissent panes teneros, Israelitis tamen solum offerrẽt panes duros ad cibaria. nam si panes teneros exhiberent, aut signarent se illos portasse de Gabaon, aut in via emisse. si autem dicerent se portasse de vrbibus Gabaon, repugnabant sibi: dixerãt enim se venisse de terra longinqua, & hęc omnia adduxerant in testimonium vetustatis. panes tamen recentes aut aliqualiter teneri non poterãt adduci de terra longinqua valde. si aũt dicerent se emisse in via, eodem modo non conueniebant, quia tunc dicerent Israelitæ, quòd sic de omnibus alijs panibus erat, scilicet, quòd etiam panes duros in via emissent. vnde non inducerent aliquam præsumptionem longitudinis vię per duritiem panũ. debuerunt ergo omnes panes, quos Gabaonitæ pręsentauerunt Iudęis, duri esse, & quòd signarẽt omnes adductos fore de Gabaon, vt sic aliquatenus cõuinceretur viæ longitudo. Et cum dicitur, quòd Iudæi sumpserũt de cibarijs istis ergo non erant ita dura, quia non proficerent sic ad cibum. Respondendum est, Iudæis grata esse ista cibaria, quia cum Iudæi essent semper in bellica expeditione, non poterant abundare in cibis. Potissime, cum ipsi intrarent in terram hostilem, & non haberent aliquam gentem sibi confęderatam, de qua ducerẽtur tuto cibaria Iudæis. gratanter ergo susciperent quicquid daretur, siue durum, siue qualecunque foret. Etiam quia cibaria illorum non solum erant in panibus, sed etiam in vino. nam vtres veteres, & consutos attulerãt Gabaonitę, in quibus vinum portaretur ad fomentum vię, & inde propinare poterant Israelitis. alia quoque sunt cibariorum genera quæ de longinqua terra portari queunt, & de his Gabaonitæ portare poterant, atque exhibere Israelitis.

De omnibus commentis Gabaonitarum ad fallendum Israelitas, quid singula proderant. Et an aliquid ostenderent de eo, quòd ipsi volebant. Et quæ probarent, & quæ non de eis. Quæst. VIII.

CIRCA istum modum sagacitatis Gabaonitarum considerandum est, ꝙ hęc fecerunt ad considerandam viæ longitudinem, & aliquã effigiem huius poterant monstrare: tñ non concludebant eam, & nec hoc solum, sed etiam non causabant probabilem præsumptionem. fuit tamẽ rude illud seculum, quod talibus datis, vel decipere, vel decipi potuit. satis enim rudes fuerunt Gabaonitæ, si his se elusuros Iudęos ęstimabant, satisq; indocti Hebręi erant qui talibus decipi potuerũt. nam multa horum, & fere omnia pręsumptionem nullam aliquatenus efficacem reddunt.

A In panibus enim argumẽtum nullum erat. nam poterant eos sumere Gabaonitæ duros valde de domibus suis, sicut sumpserunt, sicut poterant sumere teneros. quid ergo præsumptionis de longitudine viæ faciebant panes? Item dato, ꝙ panes recentes de domibus suis sumpsissent, breuiter in itinere indurarentur calore, & motu itineris, atq; compressione, pręsertim cum terra Chanaan nimis calida sit. Item quia dato, quòd de domibus suis attulissent panes teneros, poterant in via emere durissimos, quos Israelitis exhiberent, in quo nihil argueretur.

Item quia quomodo præsumi deberet magis portasse Israelitas panes siue teneros, siue duros de vrbib⁹ suis, quàm in via emisse? Item calciamenta in breui terræ spatio atterũtur. nam si quis ambularet ab extremitate terræ Chanaan ad alteram, calciamenta attrita forent, & adhuc citius, quomodo ergo ex sotularibus ꝯuinceretur non esse illos de terra illa, sed de lõginquiori? Item quia poterant de terra sua illos sotulares sic attritos, & pitacijs consutos attulisse: cur enim magis ꝑsumendum erat, ꝙ noua sua calciamenta in exitu fuerint de vrbibus suis, nunc vero longo progressu attrita, quàm ꝙ de terra sua sic vetera illa sustulerint? nihil inquam magis ad alterutrum mouet.

B

Item argumentum de vestimentis, & saccis, atque vtribus veteribus scissis, atq; pitacijs consutis non multum mouet, quia poterant talia vestimenta, vtres, & saccos de terra sua sustulisse. nihil ergo in re est, quòd efficacem aliqualiter debeat facere pręsumptionem,

C sed quia valde creduli Iudæi fuerunt.

Quòd præsumptiones Gabaonitarum non cohærebant, sed inuicem discrepabant. Quæst. IX.

ITEM præter hoc istę pręsumptiones non cohærent. nam vestimenta vetera, & attrita, & sacci atque vtres vinarij magni temporis valde notant præsumptionem, quia vestimenta quæ nũc noua sunt, non sunt attrita, idest totaliter fracta, vel rupta vsque ad vnum, vel duos annos, vel amplius. De vtribus quoque quos nouos se suscepisse dixerunt, & nunc erant veteres atque pitacijs consumpti, idem argumẽtum est. nam magno tempore durant vtres etiã si portentur in via. Ad hoc ergo, ꝙ eos nouos suscepissent,

D & longitudine viæ attererentur, ita vt pitacijs indigerent, signabatur quòd ambulauissent Gabaonitę vno, aut duobus annis in via.

De saccis idem argumentum est, sed non cõuenit hoc cum pręsumptione quam faciunt panes duri. nã non erat verisimile, quòd si tantum distabat terra Gabaonitarum a loco in quo erat Iosue, vt vno anno cõficiendum iter foret, portarent cibos in via pro omnibus necessitatibus suis: nam indigerent multitudine enormi iumentorum ad tanta cibaria portanda, & forte non portabant tot ipsi Gabaonitæ, ita vt argui posset sufficisse ad portanda cibaria pro viris Gabaonitis

E ad necessitatem vnius, aut dimidij anni. erãt ergo istæ duę præsumptiones aliqualiter obuiantes si quis inspexisset, scilicet, quòd Gabaonitæ portassent sufficiẽs viaticum de ciuitatibus suis vsque ad locum illum: & adhuc amplius cum de cibarijs suis dederint Israelitis, & quòd tanta esset longitudo viæ, quod vestimenta noua attrita forent, & vtres qui in exitu noui erant, nunc inueterati nimis atque rupti pitaciis consuti forent.

Item non erant conuenienter positæ vestes veteres, & vtres, atque sacci ad faciendum pręsumptionẽ, quòd via fuisset longinqua, quia aut Gabaonitæ signarẽt semper recto cursu processisse, ex quo vrbes suas egressi sunt, aut non.

Si vero

Si vero innuerent se non semp processisse, aut nō recto itinere, nullum longitudinis viç argumentum vestes attritæ & veteres vtres prçstabant. nam in vna dieta potuissent per duos annos morari si non esset processus quotidianus, vel si esset per circulationem factus. Ideo nihil magis de longitudine viæ arguebat vetustas vestium quàm nouitas. Si autem significarent se continue & recto cursu progressos fuisse, cum dicerent, habuisse vtres nouos in exitu de vrbibus suis, & vestimenta noua: nunc vero omnia vetustate consumpta erant, signaretur amplius esse quàm vnum annum, quòd de terra sua ipsi recessissent: sed hoc nulli erat credibile. nam si quis ab extremo terrç habitabilis, siue per longitudinem, scilicet a puncto orientis versus occidentem, vel per latitudinem climatum, scilicet ab austro in aquilonem progredi voluerit quotidiano itinere, ante vnum annum totam terram siue in longitudine, siue in latitudine perambularet, & multo quidem ante vnum annum consummatum. poterant ergo a finibus orbis vsque ad alterum extremum progredi Gabaonitç, & nondum dirupti forent vtres, quos portassent nouos, nec vestimenta attrita essent.

Item adhuc minus stat, quia Iosue erat nunc in terra Chanaan, quæ fere est in medio totius terræ habitabilis. a quacunque parte ergo mundi illuc veniretur, non erat iter magni temporis. non ergo tantum morari poterant, vt vestimenta & vtres dirumperentur.

Præsumptiones Gabaonitarum non erant verisimiles, quòd de terra valde longinqua venirent. *Quæstio.* X.

ITEM non erat aliquo modo verisimile, quòd Gabaonitæ venirent de terra valde longinqua. nam ipsi supponebant in verbis, (vt patet infra in litera) quòd Iudæi habituri erant terram Chanaan, & possessuri eam, & quòd ibi manerent, nec ituri erant ad alias gentes ad delendum eas. si ergo ipsi tantum distabant, vt in via media conficienda vtres qui noui fuerant rumperentur, atque pitaciis consui indigerent, & vestimenta attrita forent, distarent per tantum spatium, quòd nunquam eis futura esset vlla communicatio. Ad quid ergo tanti itineris laborem assumerent, vt confçderarentur Iudæis, cum fçdera hæc nihil profectura forent? nam hçc fçdera ad duorum alterum proficere poterant, scilicet ad securitatem, vel ad amicitiam. Ad securitatem autem, vt si componerent Gabaonitæ cum Israelitis, quòd non occiderent eos, nec pugnarent contra illos: erant autem fœdera amicitiæ si componerent inter se Gabaonitæ & Israelitæ, quòd cum aliquod bellum insurgeret contra Iudæos, adiuuarent Gabaonitç, & si bellum ingrauaretur super Gabaonitas, in eorum præsidium Iudçi proficiscerentur. Ad neutrum tamen horum proficiebat fœderum initio gentium tam distantium.

De primo patet. nam Israelitç non erant progressuri ad extremitates orbis, vel ad tantam viarum longitudinem, vt Gabaonitas, qui se ita distanter habitare fingebant, possent attingere. nam ipsi Gabaonitæ hoc in verbis suis prodiderunt, scilicet quòd Israelitæ mansuri essent in terra Chanaan, & possessuri eam.

Etiam non proficiebant ista fçdera ad compugnationes. s. vt Israelitç adiuuarent Gabaonitas, & Gabaonitæ Iudæos, sicut inierunt fçdus Romani cum Iuda Machabço principe Iudçorū, vt patet. 1. Mac. 10. cap.

F Nam si tam longinqua distantia erat inter vtrosque, vt in conficienda via vestes nouç attererētur, & vtres noui scinderentur, atque pitacijs egerent: non possent se mutuo adiuuare, quia prius perire possent quàm malum suum in alterutrum significare: & quamquam significatum esset, valde serus succursus esset. nihil ergo talia fçdera proderant. Nec igitur est verisimile quòd Gabaonitç si tantum distarent, fçdera cum Iudæis inire vellent. Potissime, tantos longissimç viæ perferendo labores. Iudæi ergo nisi nimis simplices essent, aduertere debuerūt, quòd ea quæ Gabaonitæ proferebant, satis conficta videbantur.

G Item non potest hoc stare rationabiliter, quia si in longitudine viæ vestes quæ in egressu fuerunt nouç, erant nunc veteres, & vtres noui rupti, esset vnus annus saltem: tamen ex verbis Gabaonitarum concluditur, quòd non erant tres menses, quibus venerant de terra sua primo recedentes. quod patet, quia ipsi dixerunt vt infra patet, quòd audierant quid fecisset Dominus in mari Rubro, & quid fecisset Iosue duobus Regibus Amorrhçorum, scilicet, Sehon & Og: hoc tamen fuit circa finem anni quadraginta ab exitu de Aegypto. quod patet: quia Aaron mortuus fuit in monte Hor anno quadragesimo ab exitu de Aegypto mense quinto. vt patet Numeri trigesimotertio. & tamen tunc nondum occisi fuerāt duo Reges Amorrhçi: prius enim venerunt Israelitæ in montem Hor, quàm in terram duorum Regum

H Amorrhçorum. vt patet ex ordine mansionum Numeri trigesimotertio capitulo. mors ergo duorum Regum Amorrhæorum esset in septimo vel octauo mense anni quadraginta ab exitu de Aegypto, ita vt ad plus dimidius annus: & a fine illius anni quadraginta vsque ad tempus, quo steterunt cum Israelitis Gabaonitæ, forte nondum transierat integer mensis primi anni quadragesimi primi. trāsierūt enim Israelitæ Iordanem, & veniētes in Iericho deleuerunt eā: & postea in vrbem Hay in quo parui temporis mora fuit, vt patet ex discursu superiorum. De tempore transitus Iordanis patet supra quarto capitulo. Fuisset ergo vnus mensis & dimidius elapsus a fine quadraginta anni vsque nunc, quando fuerunt Gabaonitæ cum Israelitis. Erunt ergo septem menses & dimidius, vel ad plus octo a tempore mortis duorum

I Regum Amorrhçorum vsque ad tempus compositionis fçderum Gabaonitarum cum Israelitis: quo dato antequam illa deletio duorum Regum Amorrhçorum narrari posset Gabaonitis, si inde distarent longe, transissent multi dies, ad minus tot quot morarentur veniēdo Gabaonitæ de terra sua ad locum, in quo erat Iosue. Etiam si diceremus paratum esse nūcium, qui mortem Regum Amorrhçorum mox vt fuit, ad narrandum Gabaonitis paratus erat, quod fictitium videtur.

Sed adhuc dato hoc cum a tēpore illo vsque istud non fluxissent octo menses integri, prius transissent quatuor mēses, quàm nouissent Gabaonitæ hæc quæ facta erant.

K Post hçc autem deliberando quid facerent, & parando se ad iter aliquanto tempore morarentur: & sic manerent de toto hoc tempore tres menses solū, in quibus hçc via necessario confici deberet. sed in tribus mensibus, aut quatuor non poterant vestimenta noua fieri attrita, & vtres noui educti rumpi & cōcidi ita, vt pitacijs consuti postea forent. Non erat ergo conuenienter dispositum ad causandum præsumptionem de longitudine viæ id, quod faciebant Gabaonitæ, scilicet dicere vestes suas fuisse nouas, & vtres, ac saccos: nunc vero longitudine viæ omnia

attrita

attrita fore. Nec ergo fuerunt satis prudentes Gabaonitæ qui istas præsumptiones recte effingere nequiuerunt, nec Israelitæ aliqualiter fuerunt docti, vt non viderent manifeste ista conficta esse, sed rude illud seculum omnia hæc pertulit, nisi forte dixerimus Iudæos nihil mali suspicātes potuisse faciliter decipi, sicut omni homini inopinatis euentibus fieri solet. Sed de Iudæis dici non potest hoc. ipsi namque de Gabaonitis malum aliqualiter suspicabantur, cum dixerūt eis. ne forsitan in terra quæ nobis sorte debetur habitetis, & non possimus inire fędus vobiscum: tamen hęc suspicantes non valuerunt eludere fraudem Gabaonitarū, quæ faciliter eludi poterat, nisi forte dicamus, quòd Deus volebat saluare de manu Israelitarum Gabaonitas, & ob hoc fecit, vt non multum attenderent ad signa, quæ dabant Gabaonitæ de longitudine vię, ne sic eorum cognoscentes fraudem non componerent cū eis fędera, sed magis occiderent, & ob hoc videtur, ꝙ ipse excęcauerit Iudęos, ne inquirerent ab eo, an componenda essent fędera cum Gabaonitis: sic dicitur. & os domini non interrogauerunt, scilicet de ineundis fęderibus.

Perrexeruntque ad Iosue. Ad totū Israel perrexerunt, quia tamen erat Iosue princeps, dicebantur perrexisse ad Iosue. & non est intelligendum, ꝙ omnes Gabaotæ venissent in castra Israel, sed solum nuncij eorum, sicut Reges, vel ciuitates mittere solent ambasciatores suos repræsentantes personam ipsorum. *Qui tunc morabatur in castris Galgalæ*. Ex hoc patet, quòd redierat Iosue in Galgalam.

Galgala quid sit, an campus, vel ciuitas. Et quomodo itinerationem Iosue, & castrametationem disposuerit, postquam transierunt Iordanem. *Quæst.* XI.

PRo quo sciendum est, quòd galgala est quædam vallis, siue campus apud vrbem Iericho, quæ sic vocata est, quia ibi Iudęi circuncisi sunt. vt patet supra quinto capit. ibi autem locauerunt primo castra post transitum Iordanis, scilicet die qua transierunt Iordanem, & posuerunt ibi duodecim lapides erectos, quos de Iordanis alueo eduxerūt ad memoriam duodecim tribuum Israel. de hoc supra 4. capitu. Cum autem per septem dies Israelitę lustrauerunt vrbem Ierícho, reuertebantur quotidie in castra galgalæ. vt patet supra sexto cap. Cum vero Iosue venit in vrbem Hay cum bellatoribus, manserunt ibi castra, & omnes qui non erant de bellatoribus. Expugnata autem vrbe Hay, omnes qui erant in castris, tam fœminæ quàm paruuli, tam aduenæ, quā indigenæ venerunt apud vrbem Hay in montem Hebal, & Garizin, ad ponendum maledictiones, & benedictiones. vt dictum fuit pręcedenti capit. cum dicatur ibi, quòd ibi erant mulieres, & paruuli, aduenę & indigenę. Facta autem hac solennitate benedictionum, & maledictionum, redierunt in castra in galgalam, vt ibi forte quiescerent, donec Deus eis aliquid iuberet, & eis ibi manentibus venerunt gabaonitę ad ineundum fœdus. ideo dicitur, quòd Iosue morabatur, tunc in castris in Galgala. Post hęc autem etiam manserunt castra ibi, quamquam irent pugnatores in bellum, sicut cum iuerunt contra quinque Reges. de quibus sequenti capitu. nam ibi dicitur, quòd postea regressi sunt in castra in Galgalam: erat enim ibi conueniens locus pro fixione castrorum, & quia non expediebat omnes Israelitas cum rebus suis moueri ad quemcūque locum, cum in pugnam eūdum foret (esset enim magni laboris portare fęminas, & paruulos, & omnia supellectilia, ac greges, & armenta ad expeditiones bellicas) manebant omnia hęc simul in loco segrega-

A to ab hostibus, scilicet in Galgala vbi erat fixio castrorum, & cum Iosue cessabat aliquando ab impetu bellico, redibat illuc in castra atque manebat.

Dixeruntque ei atque omni simul Israeli. Idest nuncij Gabaonitarum ad eum, & ad totum Israelitarum cętum simul locuti sunt verba ambasciatæ suæ: nō enim erat simul totus Israel, quia omnes non possent audire verba nunciorum, sed erat Iosue cum senioribus Israel, & cęteris qui erant maioris auctoritatis in populo, & hi principaliter audiebant, de alijs autem audiebant qui poterant. parum enim differebat, quòd audirent, aut non audirent.

B *Qua lingua Gabaonitæ locuti sunt Iudæis. Et quomodo potuerunt eos intelligere.* *Quæst.* XII.

QVaeret aliquis quomodo Gabaonitę locuti sūt Israelitis, scilicet qua lingua, & quomodo eos Israelitæ potuerunt intelligere. nam si loquerētur sermone terræ Chanaā, non videretur quomodo possent intelligere Israelitę, qui huic sermoni assuefacti non fuerant. Aliquis dicet forte, quòd Gabaonitę locuti sunt sermone Hebraico, vt totus populus Israelitarum intelligere posset. sic enim de ambasciatoribus interdum solet esse, qui eruditi sunt in lingua illa, ad cuius gentem destinantur.

C Sed hoc non multum stat: nō enim videtur aliquis modus, quomodo Gabaonitæ nossent Hebraicū sermonem: non enim est affinis Hebræus sermo linguæ Chananæorum, Gabaonitæ tamen non fuerant eruditi inter Iudæos, ita vt eorum nouissent linguam: Si enim essent Aegyptij, stare posset, quia in terra eorum manserant Israelitæ magno tempore, vnde poterant cognoscere ipsorum linguam.

Item dato, quòd Gabaonitæ aliquo casu scirent linguam Hebraicam, non loquerentur ea, quia sic darēt locum pręsumendi Iudæis, quòd essent de gentibus propinquis, qui ex assuetudine aliqua in Aegypto cū Iudæis, didicissent linguam Hebraicam. non ergo fuerunt locuti Hebræo sermone.

D Sed dicendum est, quòd locuti fuerunt Chananęorum lingua, quam nouerunt.

Gabaonitæ locuti sunt lingua Chananæa. Et quomodo ab Israelitis intelligi potuerunt. *Quæst.* XIII.

SEd tunc diceretur, quomodo Israelitæ intellexerunt verba eorum. Aliquis respondebit, ꝙ intellexerunt Gabaonitarum verba Israelitæ per interpretes, & erant interpretes alij Chananęi, scilicet Raab Ierichōtina, & q de cognatione eius erant. hi namque erant tūc inter Israelitas, quia Iosue fecit eos viuere, & habitauerunt semper in medio Israelitarum, vt patet supra 6. capitu. nouerant enim isti

E linguam Chananęorum in qua nati fuerant, & quia Gabaonitę parum distabant ab vrbe Ierícho, cognoscerent eorum linguam, quia forte omnibus Chananæis esset lingua eadem, vel multum propinqua, per quam se intelligere possent, vnde Ierichontini interpretarentur Iudęis verba Gabaonitarum.

Sed hoc non stat propter duo. Primo, quia non est dicendum, quòd Raab, & alij Ierichontini essent pręsentes, cum Gabaonitę ista proponerent. nam ipsi cognoscentes esse illos de Gabaon dicerent Iosue, & Israelitis, esse vrbes gabaon propinquas in terra Chanaan, & non inirent pactum cum eis de conseruando illos a morte.

Et si

Et si dicas quòd Ierichontini subticuerunt, quamq̃ cognoscerent Gabaonitas esse de Chananęis, vt saluarent illos a morte. Non potest stare, quia Iosue dixit Gabaonitis ne forsitan in terra, quæ nobis in possessione debetur habitetis, & non possumus fędus inire vobiscum. timerent ergo Ierichontini, scilicet Raab & cognati sui si præsentes essent ad interpretandum, cum Iosue ista diceret, si non reuelarent Gabaonitas esse de Chananęis in terra satis propinqua habitantes. Potissime si ponerentur ipsi tanquam interpretes. nam rationabile erat pro hoc eis mortem infligi, cognito quòd Gabaonitæ erant Chananæi & de terra tam ꝓpinqua, de qua nullatenus ignorarent Raab & cognati sui, sed pro hoc eis nullum malum postea inflictū est. ergo non erāt interpretes, imò nec erant p̄sentes cum loquebātur Gabaonitæ.

Item patet hoc. nam si Raab & alij Ierichōtini fuissent interpretes, priusq̃ illi ducerentur ad interpretandum, cognosceretur ꝙ Gabaonitę erant Chananęi, nam Raab & cognati sui qui Chananęi erant, non ducerentur ad interpretandum verba Gabaonitarum, nisi sciretur quòd hi intelligerent verba illorum: sed hoc non poterat intelligi nisi præsupponeretur esse Gabaonitas Chananęos sicut sciebatur de Raab & cognatione sua. ergo non fuit Raab interpres cum alijs Ierichontinis, quia non extitit cognitum de Gabaonitis quòd chananęi essent.

Determinatio auctoris. Dicendum est igitur quòd Israelitæ audierant verba Chananęorum Gabaonitarum, & intellexerunt ea, nam patet de duobus viris exploratoribus missis in Ierichon quòd intelligerent linguam Chananęorum, & scirent vti illa: nam locuti sunt ad Raab. vt patet supra secundo capitul. sic igitur de alijs intelligi posset scilicet quòd omnes Iudæi scirent linguam terrę Chanaan, vel plurimi eorum.

Modus autem quo scire poterant erat, quia Israelitæ manserant in Aegypto pluribus quàm ducentis annis, vbi Aegyptia loquebantur lingua. vnde quando iuit Moyses in terram Madian, filię sacerdotis Madian vocauerunt eum Aegyptium virum dicentes. Vir Aegyptius liberauit nos de manu pastorum. vt patet Exod. secundo capitulo. hoc autem non erat nisi quia eum lingua Aegyptia loqui uiderunt. sic etiam de cæteris erat. Lingua autem Chananæorum erat multum propinqua linguæ Aegyptiæ: ideo intelligentes linguam Aegyptiam cognoscebant linguam Chananęorum.

Lingua Chananęorum erat similis linguæ Aegyptiæ.

Alio modo hoc esse poterat scilicet quòd terra Aegyptiorum modicum distat a terra Chanaan. possent ergo ex communicatione Chananęorum cum Aegyptijs didicisse Israelitę linguam Chananęorum, ita vt intelligerent, & loquerentur ea.

Primum magis videtur. nam Gabaonitæ ibant ad Israelitas propositiuri ambasciatam suam confidentes, quòd ab eis intelligerentur: non ibant enim sub spe habendi interpretes aliquos de Chananæis apud Iudæos, nam tunc ipsi fugerent, quia comprehenderentur in mendacio Chananæis interpretibus declarantibus ipsos pertinere ad terram Chanaan. ergo confidebant Israelitas intelligere linguam ipsorum: quia sciebant ipsi propinquam eam esse linguæ in qua Iudæi semper conuersati fuerant. s. Aegyptię.

Si Israelitæ intelligebant linguam Chananæorum quomodo non cognouerunt pertinere Gabaonitas ad Chananæos cum haberent candem linguam.

Quæstio. XIIII.

SED tunc quæretur cum isti locuti fuerint intelligentibus Israelitis linguam eorum, & scientibus eadem r̄ndere, q̄uo non cognoscebant eos pertinere F ad terram Chanaan? quia cū quis loquitur in lingua gentis suę cognoscitur de qua terra oriundus sit. R̄ndendum est, ꝙ Israelitæ cognoscebāt illam linguam esse talem sicut lingua terræ Chanaan. nam sic videbant loquentes Ierichōtinos qui erāt de Chananęis, scilicet Raab & cognationem eius: tamen existimauerunt quòd etiam ista lingua erat communis alijs terris, sicut aliquæ gētes sunt satis distantes quæ concordant in lingua: tamē quia Iudęi viderunt magnā similitudinem ad linguam terrę Chanaan, quæ vere erat eadem, dubitauerūt & aliqualiter suspicati sunt istos esse Chananæos: ideo dixerūt eis. Ne forsitan in terra quæ nobis forte debetur, habitetis, & nō possumus fędus inire vobiscū. postea tamē auertit Deus G ab hoc cor eorum, ne nimis circa hoc scrutantes reperirent eos Chananæos, & nollent cum eis fędera inire. Considerandum est in hoc: quòd quando Gabaonitę venerunt ad Israelitas, non putauerunt esse cum eis Ierichōtinos, scilicet Raab & cognationem suam: putabant enim quòd omnes delerent sicut iussum fuerat illis, & erat fama apud omnes de terra illa: si enim scirent esse Raab & cognationem suam cum Israelitis, non iuissent illuc: quia putarent se cognoscendos in Chananęos ab illis, qui scirent vrbem Gabaon pertinere ad terram Chanaan: cum tamen venerunt ad Israelitas, non erant pręsentes collocutioni illi Raab & cognati sui: ideo nō potuerunt scire fraudem Gabaonitarum. si autem pręsentes fuissent, detexissent fraudem ne fallerentur Israelitæ: si H enim pręsentes subticuissent, potuissēt Iosue & Israelitæ eos iuste criminari, quòd non obseruarent salutē & honorem populi Israelitarum: vnde rei mortis forent: sed postea nihil tale oppositum est Raab & cognationi suæ, sed postea semper vixerunt inter Israelitas. ergo non erant pręsentes cum ista proposuerūt Gabaonitæ.

Sciendum etiam quòd cum venerunt Gabaonitæ ad Israelitas, vt inirent fędus, dixerunt se esse de terra longinqua, tamen nominauerūt vrbes suas quatuor, scilicet Gabaon, Caphira, Beroth, & Cariathiarim. nā nisi expressissent Gabaonitę ciuitates suas, pro quarum tuitione fędus iniebatur, non valeret quicquam fędus: quia cum venirent Israelitæ in vrbes illas delerent eas, quia non tenerentur fędere, cum non esset I factum fędus pro eorum liberatione: sed expresserunt Gabaonitę se esse de quatuor ciuitatibus quarum nomina expresserunt, tamen fefellerunt in distantia, quia dixerunt eas esse in terra valde longinqua. Postea vero Israelitæ inquirentes de vrbe Gabaon forte a Raab, & alijs Ierichontinis qui erant inter eos, compererunt pertinere Gabaon ad terram Chanaan.

An Gabaonitæ peccauerint fallendo Israelitas in fœdere composito. In quo statuitur regula generalis in theologia quòd quicunque potest se liberare a morte modo honesto sibi possibili, & non facit, peccat mortaliter: dum tamen honestiorem non prætendat finem vt martyres.

Quæst. XV.

K QVAERET aliquis an Gabaonitæ peccauerint faciendo hęc: & sic fallēdo Hebręos. Respondendum est: quòd hic erant duo, scilicet desiderare se liberare a morte, & se per aliquem modum liberare. Quantum ad primum dicendum est: quòd non erat aliquod peccatum velle se liberare a morte. nam prima & maxima cura omnium mortalium est se conseruare in vita: sicut ait Boetius de consolatione libro secundo, prosa quarta. & istud desiderium maxime naturale est.

naturalia

naturalia autem non dicunt aliquod crimen.ergo nō peccabant. Immo si contrarium vellent. s. nolentes se a morte liberare per quemcunque modum honestum sibi possibilem, peccarent contra naturalem & rationabilem affectum agentes, nullo honestiori prætento fine. Sed aliquis arguet, ꝙ peccabant volendo euadere mortem,& contrarium efficientes bene agerent, quia Deus adiudicauerat morti omnes Chananæos,& ipsis Gabaonitis hoc erat cognitum. ergo malum faciebant volentes viuere contra diuinam voluntatem.

Respondendum est: Gabaonitis non constabat, ꝙ Deus vellet illos occidi. nam licet ipsi audissent, ꝙ Deus iussisset omnes Chananęos occidi, tamen applicando ad singulares Chananæos,non cōstabat determinate de quolibet Chananęorum, ꝙ Deus vellet illum occidi. nam iusserat omnes Chananęos occidi: tamen Raab & cognati eius liberati sunt. ita poterat esse de multis alijs: vnde nulli constabat determinate de hoc Chananeo vel illo, an Deus vellet illū occidi: vnde ipsis Chananęis non cōstabat euidenter, an eos vellet occidi: ideo poterant licite desiderare vitam: immo peccatum erat si mori vellent ex hoc solum.

Item dato ꝙ constaret Gabaonitis determinate, ꝙ Deꝰ vellet illos mori non obligabātur velle mori:sed poterant virtuose agētes cōtrariū desiderare,& quantum possent procurare. Sicut est regula generalis, ꝙ non tenemur conformari Deo in volito, sed in modo volendi. de quo magis declaratum est supra cap.2. In q.38.

Secundum erat de ipsa liberatione & modo liberationis.s.qualiter se liberantes bene agerent. Et dicendum est, ꝙ cum liceat cuilibet immo sit necessarium vitam desiderio habere, nisi aliqua rōnalis causa distrahat: licebit quocunque modo illam procurare,qui non vergat in offensam Dei & proximi. Gabaonitæ aūt volentes a morte liberari prætento colore,non offendebant Deum,quia nihil agebant,quod esset directe Dei offensiuum exequentes licitum desiderium. Iudęis quoque iniuria non erat. nam cum ius suum prosequerētur volentes se liberare a morte quamq̄ fraudes quascunq; excogitarent, non peccabant.nam licebat eis cōtra Iudęos pugnare,quia licet Deus terram tradidisset Israelitis, Chananæi iustā habebant causam defendendi,quia iure humano sua essent, cum ipsi semper possedissent,& licitum fouebāt bellum:Iudęi ēt iuste pugnabant, quia Deo iubente agebant:vtrinque enim bellum iustum erat:cum propria & rebus defendendis liceret,Chananeis cōtra Israelitas bellum gerere: multo magis licebat pro vitę tuitione. si igitur hostile bellum agi licebat, quanto magis nullo damno inflicto Iudęis,sed quodā prætēto colore se quò ad possent tueri ab aduersis?non peccauerunt ergo hoc vtentes colore. Sed qm̄ mentiti sunt dicentes se esse de terra longinqua,& non de terra Chanaan,peccauerunt aliqualiter,sed mendacium quia officiosum,erat,de minimis peccatis est. potissime,quia est ad tuitionem vitæ: ideo quasi nullius culpę est.De Gabaonitis ergo dicendū est,ꝙ hoc facientes parum,aut nihil peccauerunt: nihil enim peccassent si vt liberarentur, oēs Israelitas occiderent vitæ propriæ cōsulētes. *De terra longinqua venimus.* In signis quæ pręferebant Gabaonitæ.s.saccis veteribus, & vestibus attritis,atq; vtribus scissis,& pitacijs cōsutis, signabatur eos de valde longinqua venisse terra. Potissime,cum ipsi testarentur ea, quæ tunc attrita erāt in exitu de terra sua fuisse noua, sed vt declaratum fuit, non conueniebat ista significatio,quia maior viæ longitudo designabatur q̄ ipsi cōpeteret:sed volebāt ipsi signare esse de aliqua terra satis longinqua. s. ꝙ non essent de terra Chanaā:non tū tantum longinqua, ꝙ

Vtrinque bellum tā ex parte Chananeorum q̄ Iudęorum erat iustum, & quomō.

A nullo modo cōicaret cum terra Chanaan. Si enim esset distantissima non indigeret confœderari Israelitis, sed ipsi Gabaonitę nescierunt inquirere aliqua designatiua conuenientis longitudinis viæ suæ.

Pacem vobiscum facere cupientes. Ista pax poterat esse ad duo. Primum erat ad hoc ꝙ Israelitę nunq̄ essent ꝯ eos.Intētio aūt Gabaonitarū erat,vt si quoquo modo per hoc fœdus a morte eripi valerēt, quæ aliàs eis certissime eueniret: tū quantum ad ea quæ ipsi prætendebant, poterant dicere se exoptare confęderari Iudæis propter duo. Primū, vt non pugnarent ꝯ eos Israelitæ aliqū,nec ipsi ꝯ Israelitas. Secundū erat,vt si quis ꝯ Israelitas insurgeret ipsi Gabaonitæ iuuarent, B & si quis de gentibus pugnaret ꝯ Gabaonitas adiuuarent Israelitæ. Primum tū horum solum cōposuerūt Gabaonitæ cum Israelitis,quod patet ex verbis, cū dixerunt: pacem vobiscum facere cupientes.Pax enim solum tollit aduersitates in alterutrum, sed non dicit obligationem ad compugnandum.nam hoc ad amicitię fędera pertinet. Etiam patet, quia si talia fędera pura forent,Gabaonitæ immediate venissent ad adiuuandum Israelitas,vel dicerent se venturos: sed habito fędere pacis immediate recesserunt.ergo non fuit factum pactum de compugnando.

Responderuntque filij Israel ad eos, atq; dixerunt. Ne forte in terra quæ nobis sorte debetur, habitetis: & non possimus fœdus inire vobiscum. At illi ad Iosue:serui inquiūt C tui sumus. Quibus Iosue ait. Qui nam estis vos,aut vnde venistis? Responderunt. De terra longinqua valde venerunt serui tui in nomine domini Dei tui. Audiuimus.n. famā potentiæ eius: cuncta quæ fecit in Aegypto,& duobus Regibus Amorrhęorum,qui fuerunt trans Iordanem Sehon Regi Esebō, & Og Regi Basan,qui erant in Astaroth: dixeruntque nobis seniores & omnes habitatores terræ nostrę. Tollite in manibus vestris D cibaria ob longissimam viam, & occurrite eis,& dicite. Serui vestri sumus, fœdus inite nobiscum. Et panes quando egressi sumus de domibus nostris, vt veniremus ad vos,calidos sumpsimus,nunc sicci facti sunt, & vetustate nimia comminuti. Vtres vini nouos impleuimus,nunc rupti sunt & soluti. Vestes & calciamenta quibus induimur,& quę habemus in pedibus ob longitudinem longioris viæ trita sunt,& penè consumpta.

E *Responderuntque filij Israel ad eos.* Israelitæ faciliter cōcederēt cuilibet gēti pacis inducias, dum tū nō eēt de terra illa quā ipsi possessuri erant, quia cū his nulla poterāt inire fędera. *Ne forsitan in terra quæ nobis sorte debetur habitetis.* i. cauete ne sitis de terra illa quā in sortē accepturi sumus.nam nō poterimus vobiscū inire fędera.dixerunt hoc Israelitæ,quia suspicati sunt illos esse de terra Chanaā. nam licet satis alicui diligēter aduertēti,pateret istos cōficte locutos fuisse, vt fuit declaratū,tū non cognoscebāt hoc Israelitæ,sed solū suspicati sunt esse illos Chananęos ex similitudine linguę.Poterāt ēt dici ista verba ad quandā eruditionē.s. vt si Gabaonitę nō cognoscerent conditionē Iudæorum.

X

rum.s.ꝙ non poterant confęderari cum hoībus terrę Chanaan, intelligerent atque scirent quid eis expediret, & tunc dicerent an forte essent de terra illa, ne pactum fieret in fraudē, & postea non teneret. Et dato ꝙ tunc Gabaonitę cōfiterentur se esse de Chananeis, non occiderent eos ibi Israelitæ, quia isti erant ambasciatores aliorum, qui manebant in 4. ciuitatibus Gabaonitarum. Iure enim gentium atque cōi omnium consuetudine inualuit, vt legati apud hostes securi sint, postea tamen cum irent Israelitæ in vrbes eorum delerent eos.

Ablatiuus forte quid determinat.

In terra quæ nobis forte debetur. i. in terra quæ debetur nobis, & forte diuidenda est inter nos. pōt iste ablatiuus forte, determinare illud verbum debetur, & tunc est sensus, ꝙ debebat̄ forte Israelitis terra Chanaan. & iste sensus nō stat, quia intelligeret̄, tunc ꝙ aliquę terræ diuisę fuerant sorte, & de eis ꝓuenerat per sortem Israelitis terra Chanaan. sed hoc non stat, quia nulla talis diuisio facta extiterat. Pōt determinare iste ablatiuus sorte, illū datiuum nobis. cum illo verbo debetur. s. in terra quæ debetur Israelitis, & ista debet̄ nobis sorte. i. nobis debita est, quia Deus illam nobis tradidit promittens & iubens ingredi ad possidendū, & nobis sorte ꝓuentura est, quia iussit vt inter nos sorte diuideretur. vt patet Num. 26. & 24. *Et non possimus fœdus inire vobiscum.* i. si in hac terra habitatis, non possumus vobiscū inire fędus de saluando vitam vestrā vlla apposita cōditione. nam nec in tributarios eos accipere poterant, nec amicos efficere, nec subijcere in seruos: sed occidere oēs tam viros q̄ fęminas, tā magnos q̄ paruulosq;. vt patet Deutero. 20. *At illi ad Iosue.* R̄ndebāt Gabaonitæ ad Iosue, quia ipse erat dux, & diffiniturus in cā. *Serui inquiunt sumus tui.* i. isti dixerunt serui sumus tui. q. d. fac de nobis, sicut volueris, qa serui tui sumus. Ista r̄nsio est indirecta. nā quærebant Israelitæ de terra Gabaonitarū, in qua regione esset, ipsi vero ab intentione volentes permutare loquēdi materiam, vt nō cogerētur r̄ndere ad inquisitū dixerūt: serui tui sumus, & iste est quorundā modus, vt non inducantur ad r̄ndendum, qđ nolunt, Israelitæ t̄n insti terunt quęrentes semper de qua terra essent: ideo coacti sunt respondere, quòd erant de terra longinqua. vt infra patet.

Qui nam ait estis vos. Nō quærębat Iosue de ꝑsonis, quia p̄ntes inspiciebat eos: sed de terra sua. s. an multum distaret, vel vbi esset: nec t̄n ex hoc quisq̄ intelligat, ꝙ Gabaonitæ nō expressissent ciuitates, vel regna a quibus mitterentur, quia aliàs nō vocarent se ambasciatores alicuius gentis, nec scirent Israelitæ, cū quo essent ꝯhenda fędera. nullatenus ergo taliter Iosue fecisset fœdus: sed ipsi ciuitates suas. 4. expresserunt & terram earum: t̄n hoc solum mutauerunt, ꝙ dixerūt illas distare nimis, nec esse de terra Chanaan: erant t̄n propinqui & de Chananęis. Patet ēt ꝙ expresserint noīa ciuitatū, de quibus erant, & pro quibus ꝯhebāt. nam infra dr̄, ꝙ tertio die post ꝯ̄ctum fędus audierūt Israelitæ esse viros, cum quibus fuerant cōfęderati, de terra Chanaan, & venerunt ad 4. ciuitates eorum, nec expugnauerunt eas, quia erant alligati iur̄o: si t̄n non expressissent Gabaonitæ Israelitis noīa ciuitatum, nō cognoscerēt, cum quibus pepigissent, nisi cum viderent viros illos, cum quibus fuerat fędus initum: sed cum iuerunt Israelitæ in Gabaon, non erant cum eis Gabaonitæ, sed cum ciuibus suis. ergo ipsis fuerāt expressa nomina illarum. 4. ciuitatum pro quarum pace agebatur. Item cum ciuitates istæ Gabaonitarum essent in terra Chanaā, si ambasciatores istarum vrbiū non expressissent nomina vrbium, pro quibus fœdus componebatur, cum Israelitę venirent ad eas, delerēt illas, non extimantes se eis ad quicquam obligatos:

F cum de eis expressum nihil extitisset: Israelitæ t̄n putauerunt se coactos iuramento ad obseruandum fidē istis quatuor ciuitatibus, ne pugnarent contra illas. ergo illæ fuerant expressę ab ambasciatoribus earum.

Responderunt: de terra longinqua valde venerunt serui tui. Idest nos qui sumus serui tui venimus de terra valde longinqua. Ecce enim quamq̄ rude esset istud seculum, t̄n lepiditatem quandam in modo loquendi obseruabat, ita vt de seipsis in tertia persona loquerētur, quod ad maiorem pertinet exaltationem eius ad quē locutio fit, quàm si in secunda persona fiat sermo. de quibus super Gen. c. 42. dictum est. Dicunt Gabaonitę se venisse de terra longinqua valdę. s. de terra, quæ esset vltra terram Chanaan: nec t̄n tantum volunt si-

Locutio in tertia psona pinet ad maioré exaltationé eius ad quem locutio fit quā si fieret in secunda.

G gnare Gabaonitę quantū verba sua designant: non. n. exigebat̄, ꝙ Gabaonitæ multum distarēt a terra Chanaā: satis. n. erat, ꝙ non essent de terra Chanaan, vt cū eis possent inire fędus, sed vt ipsi magis tollerent hanc suspitionem non solum dixerunt se non esse de terra Chanaan, sed etiam esse de terra valde longinqua: nō tamen conueniebat Gabaonitis dicere se de terra valde longinqua, nec tantum se distantes signare quantum signabant. nam hoc ipso quo nimis se longinquos testabātur, suspitionē de se ipsis causabant, quia valde distantes inde non egebant aliqua confœderatione cum Israelitis: sed verba Gabaonitarū non sunt intelligenda, vt valde magnam distantiam signent.

In nomine Domini Dei tui. Hic captant beneuolentiā Gabaonitę Israelitarum, laudantes Israelitarum Deū.

H s. ꝙ venerunt in nomine Dei Israel. i. venerunt ꝓpter famam Dei Israel, siue nomen eius. Fama enim est dilatatio nominis eius. cum ergo aliquis in alicuius venit famam, venit ad nomen eius, sic erat de Gabaonitis qui audierant quæ fecerat Deus Israel, & propter hanc famam veniebant ad eum: sic ipsi declarant immediate dicentes. Audiuimus enim famam potētiæ eius, cuncta quę fecit in Aegypto &c. In hoc Gabaonitæ duo persuadent. Primum est in captando beneuolentiam: nam cum Israelitæ desiderarent cultum & gloriam Dei sui, q̄n audiebant aliquem laudantem Deum eorum, gaudebant & magis inclinabantur ad faciendum bonum illi q̄ alias. Ideo citius sic inducerentur Israelitę ad concedendum fędera petita a Gabaonitis quàm alias.

Modus persuadendi Gabaonitarum.

I Item erat ista laus Israelitarum. nam magna laus ipsorum erat, ꝙ haberent meliorem Deum quàm aliæ gentes, & sic laudabiles eos dicit Moyses. vt patet Deuter. 4. c. cum dicitur. nec est alia natio tam grādis, quę habeat Deos appropinquātes sibi, sicut adest Deus vester cunctis obseruationibus vestris. sed Gabaonitę dicentes se venisse in nomine Dei Iosue, siue propter famam eius, laudabāt in hoc Deum Israel. ergo consequenter Israelitas, & sic facilius eis consentirēt ad fędera ineunda. Alio modo persuadent in hoc Israelitæ facientes probabilia, quæ petebant. nam forte diceret aliquis de Israelitis ad quid velint confęderari Gabaonitę Israelitis si de terra extra regna Chanaā erant, ad quæ non erat accessurus Iosue.

K Ex hoc autem responderi posset, quòd Gabaonitę audierunt famam Dei Israel, & ob hoc confęderari voluerunt genti, quæ talem Deum habebat, vt eis sic bene esset. Ita factum est de Geraritis, qui ad Isaac venerunt inituri fędus cum illo. vt patet Genes. 24. cū dixit. Quid venistis ad me hominem quem odistis, & expulistis a vobis? qui responderunt. Vidimus tecum esse dominum, & idcirco diximus. sit iuramentum inter nos, & iniamus fœdus. Videntes ergo Israelitę hoc, crederent Gabaonitas in ueritate loqui: ipsi tamen hoc prætextu velabant fraudem ad alligādum eos posito fędere.

Audiui-

Audiuimus enim famam potentiæ eius. Hic ponebant Gabaonitæ quid mouebat eos ad Israelitas venire, vt cum eis fędus inirent,& dicitur, ꝙ hoc fuit fama potentię Dei Iudæorum. Vere enim famam audierunt de factis mirabilibus Dei Israel, & tamen non erat istud, quod inducebat eos ad veniendum, vt inirent fędus cum Israelitis. Sed motiuum primum fuit, ne occiderentur,aut expellerentur de terra:audierant.n. quòd Deus promisisset terram Chanaan Israelitis dare in possessionem. Quòd autem traditurus esset crediderunt, quia audierant magnam famam potentiæ eius,scilicet quæ fecerat in mari rubro, & in duobus Regibus Amorrheis. Si autem putauissent hanc terram non deuenturam in manibus Israelitarum, quãquam audissent maiorem famam Dei Israel non curassent venire, vt confęderarentur Israelitis:sed necessitate compulsi veniebãt.sic patet infra, cum detecta fraude eorum dixerunt. Nunciatum est nobis seruis tuis,ꝙ promisisset dominus Deus tuus Moysi seruo suo, ꝙ traderet vobis omnem terram, & disperderet omnes habitatores eius.timuimus ergo valde,& prouidimus animabus nostris vestro terrore compulsi.

Nunc autem non reuelabant Gabaonitæ veritatē intentionis suæ, quia sic non possent attingere, quod intendebant,sed sub hoc colore. Causa tñ veniendi nunc fuit,quia audierãt deletionem Iericho & Hay, quę paulo ante hoc fuerat, & sicut de his vrbibus dicebatur,ita de Gabaonitis fieri posset,ideo festinauerunt ad componendum fędera. Et hanc causam veniendi ponit supra litera.s.& hi qui habitabant in Gabaon audientes cuncta, quæ fecerat Iosue Iericho & Hay,callide cogitantes tulerũt sibi cibaria &c. Hic tñ vt declaratum est, nõ ponunt causam verã Gabaonitæ motus sui,sed eam quæ cõgruebat intētioni eorũ.

Audiuimus enim famam potentiæ eius.Inter Deos gētilium non erat quisquam, qui talia ageret, aut facere videretur. cum ergo Gabaonitæ talia cognouerunt admirati sunt, & hoc dicuntur per famam se cognouisse.q.d.ꝙ non cognoscebãt hoc ex fundamento fidei, nec ex naturali cognitione de diuinis proprietatibus via naturæ inquirendo ſm ea,quę naturaliter essent cognita, vt dicit Apostolus ad Rom.1 c.sed solũ ex relatione aliorum cognoscebãt istam Dei magnitudinem,sicut cognoscunt facta notabilia virorũ per auditum. *Cuncta quæ fecit in Aegypto*. Hic declarãt quid erat, qđ de Dei magnalibus per famam peruenisset ad Gabaonitas. Et primo dicunt de oĩbus q̃ fecerat De⁹ in Aegypto.s.pro liberatione Iudęorũ infligendo magnas pęnalitates Pharaoni & seruis suis. de quibus a c.7. Exo.vsque ad 15.& ista ponuntur prima, quia ista vere sunt quæ fecit Deus primo pro Israelitis:añ hoc enim licet ab antiquo aliquid fecisset ꝓ patribus eorum,tñ nec ita magnũ nec celebre erat:ideo hoc solũ enarratur. *Et duobus Amorrhæorum Regibus*. Isti erant Sehon & Og, duo Amorrhæi Reges ꝯ quos pugnauerunt Israelitę,& deleuerunt eos. vt patet Nu.21.& Deu.2.& 3.c. *Trans Iordanem*. Dr̃ de Regibus Amorrhæis trans Iordanem.i. ante Iordanis transitũ ad partem orientalē eius:accipitur trans, varie. nam qui ad partē vnam sunt Iordanis esse alios dicunt trans Iordanem,& qui ad aliam partē manent, dicunt eodem modo esse alios trans Iordanē. Et sic in sacra scriptura aliqñ accipitur trans Iordanē pro parte orientali,& aliqñ pro parte occidentali. sic patet supra 5. c. cũ dr̃. Postq̃ ergo audierunt oẽs Reges Amorrhęorũ,q habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam. Aliqñ dicitur trans Iordanem.i.ad partem orientalē. sic patet supra 1.s.quam vobis dedit Moyses famulus Dei trans Iordanem.i. ad partem orientalem siue cõtra Solis ortum. De vtroque simul patet exemplum

A Num.32.hic dr̃ de Regibus Amorrhæorũ trans Iordanem ad orientalem.s. partē: non ꝙ non percussisset Iosue Reges Amorrhęorum ad occidentalē plagam trans Iordanem, sed ipsi hoc se ignorasse finxerunt.nam percusserat Iosue Regem Iericho,Regem quoque Hay suspendit.vt patet sup.8. Sed Gabaonitę non expresserunt de his,vt colorarent mendaciũ: nã dixerant se venisse de terra longinqua valde, in cuius testimonium oĩa attrita portabant,quæ in exitu de vrbibus suis noua fuerant: occisio tñ Regis Iericho & Hay, & deletio ciuitatum ipsorũ paulo ante hoc fuerat,& forte non per 10.dies.si igitur dixissent se in terra sua audiuisse famam horum,argueretur manifeste eos esse de terra propinqua satis, vnde mēdacij rei essent: subticuerũt igitur:istud tñ fuit quod mouit eos
B ad veniēdum,vt patet supra cum dicitur. & hi qui in Gabaon habitabant audientes quid fecisset Iosue Iericho & Hay,callide cogitantes &c.

Sehon regi Esebon. Iste erat de Regibus Amorrheis, & primus, venientibus a fronte orientali terræ illius: ideo Iudęi venientes per partem orientalem ingressi sunt primo terram Sehon:iste vocatur Rex Esebon, quia ciuitas sua Metropolis erat Esebon, quæ fuerat olim de terra Moabitarum cum alijs ciuitatibus:Rex autem Sehon accepit illam, & vocatus est rex Esebō. sic patet Num. 21. cum dicitur. Vrbs Esebon fuit regis Sehon Amorrhęi, qui pugnauit contra regem Moab,& tulit omnem terram quę ditionis illius erat vsque Arnon: vnde dicitur in prouerbio. venite in Esebon ædificetur ciuitas Sehon.

C *Et Og regi Basan*. Iste erat alius Rex Amorrhæus ante Iordanem de genere gigantum. vt patet Deutero. 3.cap. scilicet solus quippe Og restiterat de stirpe gigantum. Vocatur autem Rex Basan,quia erat in regno eius quædam terra specialis a qua ipse nomē traxerat.s.terra Basan: erat enim hic de gigãtibus,& terra Basan fuerat olim tota gigantum.vt patet Deuter. 3 cap.ab ea igitur conueniens nomen Regno eius datum est. Nec existimandum est Basan esse ciuitatem sicut Esebon. nam de Esebon patet, quòd sit ciuitas Nu.21.De Basan dicendũ est,ꝙ sit regio.vt patet Deuter.3. c. cũ dr̃. & oẽm Basan Og tradidi mediæ tribui Manasse, & iterũ. cũcta Basan vocat̃ terra gigantum:
D ꝑter Basan tñ alias terras habuit Rex Og, vt colligit̃ Deut. 3.sicut Rex Sehon habuit vrbes alias ꝑter Esebon. *Qui erat in Astaroth*. i.morabat̃ Og in Astaroth: nomen ciuitatis est,& vocat̃ Astaroth Carnayn.vt patet Nu.32.erat hic ꝑcipua sedes ei⁹, sicut Regis Sehō erat ciuitas Esebon. *Dixeruntq; nobis seniores*. Declarãt Gabaonitę hoc factũ esse cũ cõsilio magno. s. ꝙ quia audierant famã potentiæ Dei Israel, cõsuluerunt seniores bonũ esse cõfęderari genti quæ talē Deũ hēt. Et dr̃ de senioribus, quia ipsi sunt apud quos ꝯsilium est:ꝑtinet.n.consiliũ ad prudentiã,prudentia aũt perfecta iuuenũ non est, quia experientia indiget & tpe.vt ait Arist.6. Ethi. iõ mathematicos contingit iuuenes
E esse,prudentes aũt & physicos non. vt patet ibidem, quia mathematicę nullam experientiã supponunt: sed sola imaginatione cõprehendunt,cum abstrahantur a materia & motu. Physicum esse est de entibus materialibus, & in motu:ideo de his tardius certificamur:ideo tpe indigemus.Prudentia tñ adhuc maiori indiget tpe, quia est de factis humanis quæ sunt variabilia magis,nec hñt vllam certitudinem, cum dependeant a principijs pure liberis & varijs, nisi quis maxima experientia in eis quicquam deprehēdere valuerit.seniorum ergo consilium rectum est. Vocant autem seniores Gabaonitæ eos,qui in tota terra sua maioris habebantur auctoritatis in consiliando.

Prudentia & consiliũ semper est apud seniores & non apud iuuenes,& quæ est cã huius.

Et dicitur ꝙ dixerũt nobis,quod põt referri ad oẽs

Gabaonitas,vel ad istos solum qui missi erant.Primo modo est sensus, ꝙ congregatis Gabaonitis in cōmune consilium quid agēdum foret, senes dixerunt nobis,i.toti genti Gabaonitarum : Isti autem loquebantur nomine oīum Gabaonitarū,quia eorum erāt ambasciatores.vel intelligitur de ipsis solum. s.ꝙ Gabaonitę cęteri & seniores dixerunt istis, ꝙ tollerēt in manibus suis cibaria, & hoc quia constituerant eos ambasciatores & procuratores suos ad supplicādum pro fędere ineundo cum Israelitis. *Et omnes habitatores terræ.* Idest oēs de his. 4. ciuitatibus pro quibus petimus pacem,diffinierunt hoc congregati in cōmune consilium,& tunc præceperūt nobis,vt veniremus ad vos.

Tollite in manibus vestris cibaria. Hoc ponebant Gabaonitę ad colorandum mendacium suum.nam Gabaonitę qui erant in vrbibus iusserunt portare istis panes,vt possent eos monstrare Israelitis testes longissimę vię. Hi autem qui venerant tanq̄ ambasciatores ex mandato aliorum Gabaonitarum,habebant occasionem colorandi factum.nam dicerēt Israelitę. Qūo portatis panes istos ita duros? & si dicerent venisse illos de terra sua quæ longinqua valde erat,possent rn̄dere Israelitæ, nunquid forte in via non eratis panes inuenturi? Rn̄derent tunc Gabaonitæ.seniores nostri iusserunt nobis portare panes, ideo portauimus, & ecce iam viæ lōgitudine inueterati sunt, & indurauerunt nimis. *Ob longissimam viam.* Idest quia valde longam viam ambulaturi estis, tollite cibaria. Sciendū ꝙ ista determinatio ob longissimam viam, non refertur solum ad illud dictum,tollite cibaria: sed ad aliqd vltra.nam hoc modo non corresponderet intentioni Gabaonitarū.ipsi enim volebant ex hoc inferre, qūo duxissent de terris suis panes illos,& indurati nimis essent propter viæ longitudinem: si tn̄ solum diceretur tollite cibaria,poterant Gabaonitæ tollere cibaria, q̄ non suffecissent ad medietatem vię, & sic non peruenissent panes durissimi ad Israelitas : sed subintelligit tollite multa cibaria in manibus vestris, & tunc cōuenit qđ sequitur.s.ob longissimam viam.q.d.in longissima via cibaria multa fuerunt necessaria,maxime cū ipsi innuant consumptis oībus,quæ in illa longissima via necessaria fuerant,excreuisse ea quæ Israelitis nūc monstrabant,& quorum partem magnam gratis obtulerunt,sicut infra dicitur. susceperunt ergo de cibarijs eorum.& dr̄ : tollite in manibus vestris, non ꝙ in manibus tollerent,quia non poterant pro via tam lōginqua,vt ipsi fingebant, portare in manibus cibaria. Item quia ex facto suo ꝯrium apparebat : nam in Asinis ista cibaria portabant.vt patet supra.s.tulerunt ergo cibaria,saccos veteres asinis imponētes,& vtres vinarios scissos,sed dicuntur portare cibaria in manibus suis.i.prompta ad manum suam.s.ꝙ non oporteret illa inquirere per loca vię, sed qñcunque vellent pręsto haberent. *Et occurrite eis.* Non dixerunt Gabaonitæ,ite ad illos, tanq̄ manerent in aliquo loco vel terra,vt quiete possidentes:sed occurrite illis.i. exite illis obuiam. q.d. ipsi sunt semper in motu laborantes in acquisitione terræ, & veniunt versus terram hanc:occurrite ergo illis. *Et dicite: serui uestri sumus.* Hoc dicebant Gabaonitæ ex cōi modo lepiditatis, quia verba dulcia & quodam delibuta lepore animos permulcent, vt sic quædam pars rhetoricę suasionis effecta sit,nec tamen quis se ex hoc seruum alterius confitetur, quo seruum se illius vocat. sic tamen euenit eis, quia serui effecti sunt sanctuarij,& totius populi Isral, ad comportandas aquas,& cędenda ligna.

Verba dulcia & lepore delibuta animos permulcent.

Gabaonitæ autem non opinabantur se subijciendos in seruos,sed aut occidendos non constituto, aut rupto fędere, vel in plena libertate mansuros.& hoc quidem, quia audierant Israelitas prohibitos a Deo
F ponere fędus aliquod cum Chananeis , siue tributariorum, siue seruorum , sed ꝙ occiderentur . vt patet Deuter.20. cap. elegissent tamen potius Gabaonitæ seruire Iudæis quàm eorum gladio lacerari, sic enim fecerunt comperta eorum fraude per Israelitas. Dixerunt enim.nunc autem in manu tua sumus,quod bonum tibi videtur fac : si tamen horruissent seruitutē magis quàm gladium, elegissent potius viriliter morientes euadere ignobilem seruitutem,quàm mortē marcenti animo pauitātes certissimę subijci seruituti. *Et fœdus inire nobiscum.* Idest ponatur nobiscum pactū de non occidendo nos. nam non composuerunt fędus de compugnatione, sed solum de pace tenenda. vt supra declaratum fuit. *En panes.* Hic Gabaonitarū
G ambasciatores tollunt suspitionem hebręorū demōstrantes quibusdam coniecturis se non esse de terra Channaan,sed de terra valde lōginqua,& quamq̄ istę coniecturę efficaces non erant aduertentibus ad eas, vt supra est inductum, tamen Iudęi persuasi sunt illis datis.Dixerunt autem Gabaonitæ hoc,quia videbant Israelitas aliqualiter hæsitare in concedendo fędera arbitrantes,ꝙ essent de terra Chanaan . vt patet supra ex verbis eorum. s. ne forsitan in terra quæ sorte nobis debetur, habitetis, & non possimus fędera inire vobiscum.ponunt aūt suasiones Gabaonitæ ostendēdo vię longitudinem per signa hæc.Primo per panes, qui fuerant recentes in exitu vrbis Gabaon , nunc vero erant durissimi. *En panes.* Idest ecce panes qui corā oculis vestris sunt . protulerunt enim illos de saccis
H suis,vt viderent Israelitæ, & vt offerrent eis partem ciborum in subsidium, sicut infra patet, ꝙ susceperint de illis.

Quando egressi sumus de domibus nostris. Scilicet de vrbe Gabaon, Caphira,Beroth,& Cariathiarim . nam pro istis.4.ciuitatibus fędera inita sunt,quæ vocantur noīe Gabaon,quia illa erat Metropolis, & subintelligitur hic, ꝙ Gabaonitę recto cursu,& continuo processu venerant vsque in castra Galgalæ, vbi erant nūc Hebręi . nā si circularib⁹ anfractibus illuc ꝑuenissent, etiam si via esset breuissima,possent magno tempore immorari, in quo nullum argumentum de distantia terrę inde daretur Israelitis, etiam si non fuisset cursus in via continuus, non inducerent quod intende-
I bant Gabaonitę. Ideo quamquam hæc duo non proferantur subintelliguntur, & forte Gabaonitæ exp̄sserunt Israelitis,sed scriptura subticet,quia in his,quę subintelligi possunt,breuiloqua est.

Calidos sumpsimus. Et mox profecti vsque nunc ambulauimus, & ecce in magnam duritiem lapideam. consolidati sunt, aut siccitate comminuti : non valde arguebant Gabaonitæ in hoc.nam si panis calidus sumptus foret, & positus in saccis in viam portatus est,citius in duritiem trāsiret, quàm si post decoctionem paululum mansisset non portatus in via.

Nunc sicci facti sunt. Scilicet in tanta siccitate, vt satis euidenter monstrēt diuturnitatem a tempore recessus.nam erant isti panes tam duri,vt tantam viæ longitudinem demonstrarent quantam volebāt in
K quibusdam alijs signis monstrare . erant tamen satis duri, quia elegerunt in terra sua duriores panes quos inuenire potuerunt, & itineris motu atque calore adhuc magis indurati sunt atque comminuti.

Et vetustate nimia comminuti. Non erant panes Gabaonitarum comminuti uetustate,sed motu itineris, in quo frequenti concussione particulæ scissæ inuicem discinderentur ; dixerunt tamen esse comminutos uetustate, quia ueraciter ex nimia uetustate panis comminui potest . nam compactio partium est per aliqualem humiditatem bonæ commixtionis farinę, cum aqua in formatione panū: diuturnitate tpis consumitur

sumitur ista humiditas, & tunc a se partes dissiliunt. Sic autem fit in terra, quę continuo subiecta calori in magnitudine temporis conuertitur in harenas, dissilientibus a se inuicem etiam minutissimis particulis, humido tenaci calore exurente penitus absumpto.

Vtres vini nouos impleuimus. Idest qñ de terra sua recesserunt impleuerũt vtres vino, & erant noui, quod ex industria factum esse innuebant scientes viæ longitudinem, sed ex hoc poterant cõprehendere Israelitæ Gabaonitas in mendacio. s. vt inquirerent saccos eorum an essent multi, & consideratis cibis, qui tunc superant, dijudicari posset, an in illis tot cibaria portari potuissent, quæ verisimiliter in tanta vię longitudine sufficissent. idem de vtribus considerato vino, qđ supererat, sed ad hoc non aduerterunt Israelitę, ꝙ si forte ista inquisiuissent Israelitæ, & comprehenderẽt Gabaonitas in mendacio, dices ꝙ possent Gabaonitæ rñdere in itinere cõsumpta fuisse oĩa, & alia superaddita. sed hoc non stat, quia tunc diceretur eodem modo cætera fuisse in itinere sumpta: nullius ergo p̄sumptionis causatiua essent hęc, nisi dicantur oĩa educta fuisse de Gabaon noua, & nunc longitudine vię esse vetusta. De panibus dicit̃ in hebræo, ꝙ desiccati sunt, & putrefacti: vbi nos dicimus cõminuti, & f̃m veritatem literę hebraicę dicitur, ꝙ panes illi punctati sunt vel depicti. Dicuntur punctati. i. habẽtes maculas paruas putrefactionis vel muscositatis, & illæ vocantur puncta: Vel dicuntur depicti panes. i. ꝙ ad modum picturę erat in eis muscus & putredo in superficie.

Litera hebraica de panibus.

Nunc rupti sunt. i. vtres vinarij rupti sunt: f̃m literã hebraicam dicitur crepuerunt: sed melius consonat rupti sunt. nam crepuisse non est magis veteris vtris q̃ noui: sed rumpi præ vetustate, quod est scindi est ꝓprietas vetustatis, & hoc signauit supra litera nostra, cum dixit: vtres vinarios scissos atq; cõsutos. *Et soluti*. Dicuntur vtres soluti. i. dissoluti. s. ꝙ vna pars ab altera diuiditur, & hoc qñ putrefiunt vtres, & non põt teneri vna pars cum altera. *Vestes & calciamenta*. Per hęc inducunt signa longitudinis viæ, quia vestes quæ in exitu de Gabaon fuerunt nouæ, nunc erant veteres: calciamenta aũt nimis fuerant dissoluta ab inuicem, & rupta, atq; pitacijs cõsuta. Non est simile argm̃ de vestimentis & calciamentis, quia vestes nouę eductę de Gabaon vsq; ad magnã vię longitudinẽ non veterascerent, calciamenta aũt pauca viarum longitudine rumperentur: sed vtrunq; inducebant in suspitionẽ longitudinis vię.

Quibus induimur, & quæ habemus in pedibus. Reddendo singula singulis. s. ꝙ vestibus induebantur, & in pedibus habebant calciamenta. *Ob longitudinem longioris viæ trita sunt*. Ista est locutio impropria: sed ponitur ad multum exprimendum. s. ꝙ erat via valde longa. vocatur hic via longior absolute, scilicet valde longa. Dicuntur vestes tritę. i. fractę, vel perforatę, aut ruptę. calciamẽta aũt trita sunt qñ perforata sunt, & rupta prę vetustate. nam cum vestis discinditur nullo vsui applicando, sed uiolenter scindẽdo rupta vel scissa dr̃, sed non trita: calciamenta aũt identidem. cum aũt ista trita sunt, dicuntur nimio eorum vsu consumpta. *Et pene consumpta*. Idest quasi ad nihilum redacta, scilicet quando vestis particulatim discinditur, ita quòd nulli vsui induendi apta est.

Hieron.

Susceperunt igitur de cibarijs eorum, & os domini non interrogauerunt. Fecitq; Iosue cum eis pacem, & inito fędere pollicitus est, vt non occiderentur. Principes quoque multitudinis iurauerunt eis. Post dies autem

A tres initi fœderis audierunt, quòd in vicino habitarent, & inter eos futuri essent. Mouerunt castra filij Israel, & venerunt in ciuitates eorum die tertio, quarum hæc vocabula sunt, Gabaon, & Caphira, & Beroth, & Cariathiarim. Et non percusserunt eos, eo quòd iurassent eis Principes multitudinis in nomine Domini Dei Israel. Murmurauit itaque omne vulgus contra principes Israel. Qui responderunt eis. Iurauimus eis in nomine Domini Dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere. Sed hoc faciemus eis. Reseruentur quidem vt viuant, ne contra nos ira Domini concitetur si peierauerimus: sed sic viuant, vt in vsus vniuersę multitudinis ligna cędant, aquasque cõportent.

B

Susceperunt de cibarijs. Hic ponitur secundum principale huius. s. federis a Gabaonitis petiti cõfirmatio. nam cum Israelitæ per signa, quę mõstrabant Gabaonitæ, eos esse de terra longinqua, existimauerunt, nihil mali timentes concesserunt fędus qđ petebant.

Susceperunt de cibarijs eorum. Idest Israelitæ susceperunt de cibarijs Gabaonitarum. s. de panibus eorũ, & de vino, atque cæteris quæ in uiæ vsum attulerant.

C

An Israelitæ acceperint de cibarijs Gabaonitarum ad comedendum. Quæst. XVI.

Aliqui dicunt, ꝙ Israelitæ non susceperunt de cibarijs Gabaonitarum ad comedendum, sed ad experiendum an essent panes ita duri, ut dicebant Gabaonitæ.

Sed non stat conuenienter, quia ita bene possent Gabaonitis tenentibus panes in manibus considerare Israelitę an duri panes essent, sicut si eos manibus cõtrectarent: sed susceperunt Israelitæ panes ad comedendum, & vinum Gabaonitarũ, & si quę alia in vsus viæ attulerant. Et hoc dictum factum esse in signum confęderationis, quia apud antiquos moris extiterat post inita fędera simul cibos sumere. sic patet de Laban & Iacob, qui cum composuissent fędera pacis comederunt simul. vt patet Gen. 31. Gabaonitæ aũt confęderati fuerant Israelitis, ideo dederunt eis de cibarijs suis. Vel põt dici, ꝙ dederint cibaria in adiutoriũ ꝑ amicitiam, quam signabãt se iam hr̃e ad eos. erãt enim Israelitæ in bellica expeditione. in bellis aũt potissime cum est magna multitudo gẽtis, rerum penuria comitatur castra: Iudæi aũt multi erant & semper in bello, nec erant in terra, in qua possent aliquos hr̃e fauorabiles, qui eis pręstarent cibos pecunia emptos: indigerent, igitur p̄cipue, quia nondũ ceperant Israelitę terras, de quarum præda possent abundare. nã solum ceperant Iericho & Hay, de Iericho nihil habuerunt, sed oĩa exusta sunt, quia erat tota ciuitas sub anathemate. De vrbe Hay modicũ hr̃e potuerũt, qa erat vrbs parua. q d igit̃ inter tantã multitudinẽ vnde egebant? suscepissent ergo cibos quoscunq; oblatos, & sic fuit de cibis Gabaonitarũ. *Et os domini non interrogauerunt*. i. non interrogauerunt Israelitæ Deum, an deberent ꝯhere fędus. Ponit̃ istud ad declarandũ quõ errauerunt Israelitæ. s. n. Deũ interrogassent in nullo errauissent: Deo aũt nõ ꝯsulto decepti sunt. Et dñr nõ interrogasse os dñi. i. non consuluisse Deum: non hẽt

D

E

Deus non habet mēbra,

Deus os, nec aliqđ alterum instrm̄ corporale: pure enim incorporale est, sed quia verba eius audiebant, & nos ore verba proferimus, dr̄ ipse ore proferre. Ipse tñ nec os habet, nec quicq̄ ore ꝓfert, aut quolibet aliter. nam vt sæpe probatum est, Deus nihil loquit, nec vnq̄ locutus est, nec loqui (vt putatur) pōt. sed angelus est, qui loquitur, & dicūtur verba eius verba Dei: angelus tñ os non hēt, sed quia articulatę voces non possunt, nisi in organis debitis formari, angeli fingunt quędam corpora de aere habētia organa determinata, in quibus tales voces formentur, sicut erat de angelo loquente in propitiatorio inter alas duorum Cherubin. de quo declaratum fuit Exo. 25. & Leuit. 16. c. Israelitę erant consueti Deum cōsulere in causis magnis & arduis, & Deus hoc volebat & iusserat. sic patet Nu. 27. s. pro hoc si quid agendum erit Eleazar sacerdos consulet dn̄m. Et sic cum aliquid agendum esset. s. ꝙ esset aliquanti pōderis, cōsulendus erat Deus per sacerdotem, sic autem erat in hoc, quia erat satis magnum negocium contrahere fędera cum aliqua gente incognita nescientes, quid inde peruenturum esset populo Israel. Moyses enim ēt in rebus paruis cum ignoraret, ꝯsulebat dn̄m, sicut patet de duabus q̄ōnibus filiarum Salphaad. s. vna super successione paterna, de qua Num. 27. & alia super matrimonio contrahendo, de qua Num. 36. Hæc tñ leuia erāt in comparatione fęderum ineundorum, vel non ineundorum ab Israelitis cum alia gēte potissime incognita: non potest ergo tolli quin Isralitę in aliquo deliquerint omittentes Deum consulere: sed leue illud fuit quod peccauerunt, si enim interrogarent dn̄m forte respondisset id, quod ipsi fecerunt, quia ipse volebat gentem illam a morte saluare, vt esset seruiens in cędendis lignis, & comportādis aquis pro sanctuario: fecit tñ vt non quærerent aliquid ab eo Israelitæ, ne ipsi comperirent veritatem de terra Gabaonitarū, & nollent inire fędera. nam si quæsiuissent, an essent Gabaonitæ de Chananæis, respondisset Deus ꝙ erāt, & recusarent fœdera, vnde non saluarentur Gabaonitæ: nunc vero non cognoscentes terram eorum inierunt fędus. De modo interrogandi Deum dicēdum est, ꝙ erat duplex, vnus ꝙ sacerdos introiret in sanctuarium, & inquireret a dn̄o, quia apud ostium tabernaculi dicebat se appariturum. vt patet Exo. 29. c. Intra sancta sanctorum ēt super propitiatorium loq̄batur angelus: sed non erat sacerdoti magno licitum illuc ingredi, nisi in die propitiationis, vt patet Leuit. 16. & ad Heb. 9. c. Moysi autē licebat introire q̄ñcunque vellet, & patet Nu. c. 7. vbi dr̄, ꝙ q̄ñ Moyses volebat consulere oraculum audiebat vocem ad se loquētem de propitiatorio inter duo Cherubin.

Modus interrogādi Deum in ueteri testō erat duplex.

Alius modus erat cōuenientior sacerdoti ad vsum quotidianum. s. ꝙ applicaret rationale & Ephod, & ibi consulebat dominum & cognoscebatur veritas, sicut cum erat Dauid in Ceila, iussit Abiathar sacerdoti applicare Ephod, quo applicato inquisiuit an traderetur in manū Saulis, & respondit Deus quòd traderetur si ibi maneret, vt patet primo Reg. 23. cap. & ob hoc vocatur rationale iudicij, quia in eo iudicabatur id, quod erat absconditum. de hoc magis declaratum est Exo. 28. cap.

Fecitque Iosue cum eis pacem. Dicitur fecisse Iosue pacem non, quòd ipse solus fecerit, sed totus Israel, ipse tñ erat princeps: ideo omnia quæ faciebat totus populus ipsi attribuebantur. In hoc patet, ꝙ non inierunt fędus de mutua compugnatione. s. ꝙ adiuuarent Gabaonitæ Israelitas, & Israelitę Gabaonitas: sed solum, ꝙ non occiderent eos.

Et inito fœdere. Dicebatur inire fœdus. i. componere pactum de pace tenenda cum Israelitis: in fęderi-

F bus autem componendis apud antiquos occidebantur pecora. nam & q̄ñ cum Deo faciebant Israelitę fędus obseruabant has cęremonias. vt patet Hiere. 35. cum fecerunt pactum tempore Sedechiæ cum dn̄o, & occiderunt vitulum secantes in duas partes, atque transeuntes per medias diuisiones. an vero aliqua animalia in signum fœderis hic fuerint occisa non constat.

Pollicitus est, quòd non occiderentur. Idem est hoc, inire fędus, & quantum ad hoc determinate ponebatur pactum, & non de compugnādo: intelligebatur tñ per hoc quòd etiam non infligeretur eis aliquod damnū, aut pęna, nec auferretur terra possessionis eorum: pro hoc enim specialiter orabant Gabaonitæ. nam si solā

G vitam cōseruare cuperent, tradita etiam patria in manus Israelitarum poterant non incurrentes aliquam seruitutem, nec erat eis opus componere fędera cū Israelitis: poterant quippe ablatis rebus suis ante aduentum Iudęorum in Gabaon terram dimittere alias sedes inquirentes: amor tñ patriæ eos tenuit, & pro hac fędus inierunt, vt si quo modo in ea manere possent. Fuit aūt istud fędus confirmatum iurō Iosue & principum, & quamquā nō exprimatur hic de Iosue iurō, intelligendum est, sicut de iuramēto principū.

Principes quoque multitudinis iurauerunt eis. Idest postq̄ iurauit Iosue, ēt principes populi iurauerunt: isti erāt 12. principes tribuū qui erāt principes totius multitudinis, quia in tota multitudine non erant nisi. 12. tribus: iurauerunt isti noīe totius multitudinis, quia cōtinebant totam multitudinē eminenter & in virtute:

H ēt quia tota multitudo non poterat iurare, nisi singuli de populo iurarēt, qđ difficillimū erat: vnde postea comperto ꝙ Gabaonitæ essent de Chananęis multitudo voluit delere eos: principes aūt populi restiterūt allegantes, ꝙ iurassent, si aūt oēs de multitudine iurauissent non moti fuissent ad occidendū eos, sed oēs equaliter defendissent Gabaonitas a morte. Sic patet infra cum rn̄derunt principes multitudinis ipsis popularibus dicētes. Iurauimus eis in noīe dn̄i Israel: iō non possumus eos cōtingere. *Post dies autem tres.* Hic ponitur tertium huius secundę partis. s. mendacii Gabaonitarū detectio: erat. n. necessario detegendū mēdacium Gabaonitarū, quia cum ipsi habitarent in ter-

I ra Chanaā Israelitę peruenturi erant in terrā illam, & cognoscerent mentitos Gabaonitas: ipsi tñ volebant q̄ūocunq; inducere Israelitas ad fędus: inito. n. pacto fortassis misererent eorū, aut iurm̄ putātes tenere nō cōtingerent illos: iō leuius eis affuturū expectabāt q̄ si nullū ꝯheretur fędus: si aūt aliqđ mali eueniret ēt aliter euenturū erat: ꝓlegerunt ergo se exponere in illis dubijs fędera facientes, quā nullo facto pacto non dubiā mortē expectare. *Post dies autem tres initi fœderis.* Idest post tres dies a fędere inito. *Audierunt, quòd in uicino habitarent.* Istud audire poterāt Israelitæ a Ierichōtinis qui erant inter eos. s. a Raab & cognatis suis: isti enim erant in castris Israel, & cum venerunt Gabaonitæ ad ponendū fędus cū Israelitis nō erant p̄ntes locutioni: iō non potuerunt notificare Israelitis, q̄ūo ip-

K si erant de Chananęis: non. n. tacuissent, vt supra declaratū fuit: postea dictum est his q̄ūo venissent ad faciendum fędus cum Israelitis quidā viri qui vocabantur de Gabaon, & Caphira, Beroth, & Cariathiarim: tunc dixerunt istos esse Chananęos Ierichōtini, & in propinquo habitare: fuit autem hoc post tres dies a contracto fędere, quia forte non fuit prius notificatum Raab & cognatis suis venisse Gabaonitas ad ponendum fœdus cum Israel.

Posset autem aliquis dicere, ꝙ Israelitæ audierunt hoc a quibusdam alijs, sed non videtur quomodo. nā non cōicabant Iudęi cum aliquibus Chananæis, qui eis

eis significare possent hoc. Erant enim omnes hostes Israelitarum, quia non poterant Israelitæ dimittere viuentem aliquem horum, vt patet Deut. 20. ergo rationabiliter dictũ videtur, ꝙ Raab & cognati sui hoc reuelauerint. nam circa Iericho erat Gabaon. quod patet, quia fędera inita fuerunt in castris Galgalę, vt patet supra cum dicitur, quòd venerũt Gabaonitæ ad Iosue, qui tunc morabatur in castris Galgalę. sed Galgala erat apud Iericho. s. in campo apud Iericho. nam existentes Iudæi in Galgalis dicebantur esse in campestribus Iericho, vel in agro Iericho. vt patet supra 5. c. Dicebatur tamẽ Gabaon in propinquo ad castra Galgalę, vt patet hic cum dicitur. audierunt, ꝙ in vicino habitarent. ergo Iericho in vicino erat ad vrbem Gabaon, possent ergo consequenter Ierichõtini cognoscere an esset Gabaon in terra Chanaan, & an in propinquo vel in distanti.

Quòd in vicino habitarent. Hoc erat contra dictum Gabaonitarum. Dixerant enim se venisse de terra longinqua, in cuius testimoniũ ostẽderant omnia signa supra posita, & tamen in hoc nihil pręiudicabatur Israelitis, dum tamen non essent in terra Chanaan. poterant autem esse de terra propinqua, & ꝙ non essent de terra Chanaã. nam in circuitu terræ Chanaan erãt multæ regiones propinquę in quibus potuissent habitare Gabaonitę, & non essent de terra Chanaan, & tunc cum terra illa non pertinerent ad Israelitas, possent inire fędus cum illis. Nec etiam Gabaonitę dixerunt, atque in habitu finxerunt se venisse de terra longinqua: tanquam necesse esset eos esse de terra Chanaan, si essent de terra propinqua: sed posuerunt hoc ad magis elidendum suspitionem illam. nam si dicerent se esse de terra propinqua, erat indifferens ad esse eos de terra Chanaan, vel esse de terra aliena. cum autem dicerent se esse de terra lõginqua, nimis elidebant efficaciter presumptionem, quia non poterant esse de terra nimis longinqua, & ꝙ essent de terra Chanaan.

Et inter eos futuri essent. Idest audierunt, ꝙ si post fędera ipsi Gabaonitæ mansuri essent in terra, in qua tunc erant, quòd necessario moraturi erant inter ipsos Israelitas, quia vrbs Gabaon, & aliæ tres erant in medio terræ Chanaan. nam Gabaonitæ erant de genere Heuęorum, qui erat vnus de septem gentibus. Sic patet infra cap. 11. s. non fuit ciuitas, quæ se nõ traderet filijs Israel præter Heuęum, qui habitabat in Gabaon: in hoc iam pręiudicauerunt Gabaonitæ Israelitis, quia si non lęderent eos, non tollerent eis possessionem terrarum, in quo diminuebatur sors Israelitarum: ẽt quia iusserat Deus oẽs Chananęos occidi, nec erat fas Israelitis componere cum eis fœdus. nũc aũt iurauerant non occidere istos, vnde erant impliciti iuro ꝯ pręceptum Dei. *Moueruntque castra filij Israel.* s. recesserunt de Galgalis ad veniendum in ciuitates Gabaon. iam enim innotuerat eis, vbi essent ciuitates illę, quia notificauerãt Ierichontini. s. Raab & cognati sui. Iõ vt viderent quõ hoc factum esset, & an aliq̃ cãm huius haberent Gabaonitę iuerunt illuc Israelitę. Et dr̃, ꝙ mouerunt castra s. de Galgalis. nam in Galgalis erant qñ fędera facta sunt, & postea non mouerunt inde castra usq; quo iuerunt in Gabaon. potissime, quia tribus diebus post facta fędera mouerunt castra, ut hic patet. Et non est intelligendum, ꝙ mouerint castra. i. ꝙ totaliter recesserunt de Galgalis. nam seq. c. dicitur de Iosue & Israel exercitu, quõ reuerterentur in Galgalam in locum castrorum: sed dicitur, ꝙ mouerunt castra. i. Iosue cum viris bellatoribus recesserunt de Galgalis in Gabaon. *Et venerunt in ciuitates eorum die tertio.* Iste dies tertius potest dupliciter intelligi. vno modo, ꝙ sit dies tertius, & computetur a

A die quo facta sunt fędera, quia dicitur, ꝙ post tres dies facti fęderis cognouerunt Israelitę falsitatem Gabaonitarum, & ꝙ in hoc tertio die venerint in Gabaon. Alio modo accipitur dies tertius. s. computãdo a die, quo mouerunt castra de Galgalis recedentibus inde bellatoribus viris solum. & iste sensus est conuenientior, quia ista determinatio die tertio, videtur referri ad iumenta. s. mouerunt castra filij Israel. nam si referretur ad illum diem tertium, in quo cognouerunt Israelitę fraudem Gabaonitarum non diceretur, ꝙ venerunt die tertio in Gabaon, sed ꝙ venerunt eodem die. Dicendum ergo, ꝙ tertia die a recessu de Galgalis peruenerunt in Gabaon, quia nõ multum inde distabat. *Venerunt in ciuitates eorum.* Istę ciuitates erãt ꝓpinquæ inter se, eratq; earum metropolis Gabaõ: iõ

B Gabaonitę facere dicebantur oĩa quæ fecerunt istæ quatuor ciuitates: cum aũt peruenerunt ad eas Israelitę, aperuerunt Gabaonitę eis portas tanq̃ amicis, qa nihil eis aliud agere expediebat. nam si clausis ianuis eis resistere vellent, nihil prodesset pristinum fędus, quia pro hoc erant rei mortis, & melius eis foret non iniuisse fędus q̃ inire, & postea portas claudere. Et satis apparet, ꝙ si ipsi intellexissent aliqñ claudere portas Israelitis illuc euntibus, nunq̃ ante hoc per nũcios suos iniuissent fędus cum eis: nunc autem cum Israelitæ ad eos iuerunt locuti sunt eis, ergo gratis aperuerunt portas. *Quarum hæc sunt nomina, Gabaon, & Caphira Bereth, & Chariathiarim.* Istæ quatuor ciuitates erant simul, & forte pertinebant ad vnam cõitatem vel regi-

C men, quia non noĩantur habuisse regem, sicut ciuitates aliæ, & erant propinquæ pertinentes ad terrã Heueorum, quia infra. 11. Gabaonitę vocantur Heuęi. Et forsitan dicas Gabaonitas esse Heuæos, sed non constare de alijs, an sint de genere Heuęorum. Rñdendũ est oẽs quatuor ciuitates pertinere ad Heuęos, qa infra. 11. dicitur. non fuit ciuitas, quæ se non traderet filijs Israel pręter Heuęum, qui habitabat in Gabaon: oẽs bellando deuicit: sed manifestum est, ꝙ non deuicit Israel pugnando eos qui habitabant in Caphira. Beroth & Cariathiarim. ergo noĩe Gabaon intelligũtur ẽt istę tres ciuitates: alioquin non stabit litera, & cum Gabaon dicatur ꝑtinere ad Heuæos: ẽt alię tres ciuitates dicentur esse Heuęorum. Istę quatuor ciui-

D tates postea non sunt diuisæ sorte inter Israelitas, quia sicut Gabaonitæ incolumes seruati sunt, ita & ciuitates eorum, & ẽt cuncta quæ possidebant, eis reseruata sunt in quibus manerent. *Et non percusserunt eos.* i. non occiderunt eos. s. quia principes tenuerunt populũ ne irrueret in eos. nam populus voluerat delere illos, & quia non permiserunt principes repugnauit murmurans populus. *Eo quòd iurassent eis principes multitudinis.* Vt non infringerent iuramentũ nõ occiderunt, alioquin occidissent, & doluerunt, ꝙ eis iurauissent, quia desiderabant occidere eos. dicuntur iurasse principes multitudinis. s. Iosue, qui erat maior in toto populo, & principes. 12. tribuũ qui erant principes totius mul-

E titudinis, quia in 12. tribubus tota multitudo Israelitarum erat, sic vocantur Nu. 4. & 7. c. populares autẽ non iurauerunt, qa non exigebatur. sufficiẽs. n. erat, ꝙ principes iurarent, qui cõtinebant eminenter totam multitudinẽ. *In nomine Dei Israel.* Nõ dr̃ hoc tanq̃ si iurassent in noĩe alterius Dei, non esset iurm̃ obligatoriũ. nam quõcunq; qs iuret siue ꝑ Deũ siue ꝑ aliq̃ de creaturis iurm̃ tenet. Iudęis tñ nõ licebat iurare ꝑ nomẽ alterius q̃ Dei sui. immò nec licebat noĩari per os eorum aliquẽ de alijs dijs. sic patet Exo. 23. s. per nomẽ externorũ deorũ nolite iurare, nec audiant̃ ex ore vestro. etiam refertur in hoc veritas facti, quia Israelitę iurauerunt in nomine Dei sui, & non alterius: sic enim Gabaonitę petierant.

Murmurauit itaque omne vulgus contra principes. Volebat vulgus irruere in Gabaonitas delendo eos, quia Chananei erant, & quia fefellerant eos, & quia principes vetuerunt propter iuramentum præstitum, murmurauerunt. Causa murmurandi erat dupliciter. prima, quia agebatur hic contra mandatum Dei. nam præceperat omnes Chananæos occidi, ita vt nullus eorum maneret sub aliqua conditione, vt patet Deuter. 20. c. hic autem seruabantur Gabaonitæ.

Cã murmurãdi de Gabaonitis fuit duplex.

Item damnum inferebatur magnum ipsis Israelitis, quia diminuebatur possessio eorum. nam totam terram Chanaã ipsi accepturi erant in possessionem, in qua erant quatuor ciuitates Gabaonitarum. cũ aũt isti permitterentur viuere, etiam ciuitates eorũ relinquebantur eis: erant tñ istæ ciuitates magnæ, vt patet seq. c. Magnum ergo damnum infligebatur Israelitis adimendo. 4. ciuitates eorum. *Qui responderunt*. Hic ponitur quartum. s. pacti temperatio, qũo pactum initũ cum Gabaonitis non mansit totaliter in viribus suis, sed quantum ad aliquid obseruatum est, & hoc, quia vtrinque causa vrgens erat: nam populus murmurabat, ꝙ dimitterentur impuniti: Gabaonitæ tñ delendi erant, quia Chananei erant, & nisi aliqualiter cõsentiretur populo, magnus tumultus fieret. Rursus non decebat, nec iustum visum est principibus Israel infringi pacta inita cum Gabaonitis, quia erant iuramẽto firmata: ideo temperata sunt, quia non occisi sunt: nec eorum vrbes illis ablatę fuerunt: in seruitutẽ tñ redacti sunt. s. ꝙ semper essent in cultu multitudinis & sanctuarij, vt patet infra. *Iurauimus eis in nomine domini Israel, idcirco non possumus contingere eos*. i. iurauimus eis per Deum, ꝙ non occideremus eos, nec noceremus illis. ideo non possumus contingere. i. tangere illos ad nocendum eis, nisi incurramus pœnã periurij. *In nomine Domini Israel*. In hoc cõsistit vis rõnis. s. nomen Dei Israel est excellẽs, nec illud in uanum sumi decet, sed in nomine eius iurauimus. ideo non decet irritum fieri iuramentum. *Idcirco non possumus eos contingere*. Idest obligati sumus ad non contingendum, scilicet inferendum aliquam læsionem.

An iuramentum præstitum Gabaonitis ab Israelitis fuerit obligatorium, ubi arguitur primum pro parte negatiua, deinde pro affirmatiua. *Quæst.* XVII.

CIRCA hoc considerandum est, quia principes dicebant se nõ posse cõtingere Gabaonitas. s. non incidendo in periuriũ, inquirendum est, an iurm̃ præstitum ab Israelitis Gabaonitis fuerit obligatoriũ. nam si obligat, recte dicebant principes nõ posse contingere Gabaonitas: si aũt non erat obligatoriũ, poterant occidere eos nõ incidentes in periurium. Et videtur, ꝙ non obligaret, qa iurm̃ pręstitum ꝯ legem Dei non tenet, imò obseruari nõ debet sub pęna mortalis peccati, sed istud iurm̃ erat ꝯ legem Dei, vt patet Deut. 20. s. ꝙ de gentibus quarum Israelitæ terrã in possessionẽ accepturi erãt, nullã dimitterent occidentes in ore gladij tam viros q̃ fęminas, paruulos, & senes. Idem patet Num. 34. ergo iurm̃ pręstitum Gabaonitis de nõ occidendo eos, quia erant Chananæi (vt patet hic) non tenebit.

Item iuramentũ cum præstatur sub conditione, nõ obligat, nisi existat conditio: sed Gabaonitis præstiterunt Israelitæ iurm̃ sub conditione, ne essent de terra quam ipsi in possessionẽ accepturi erant, vt patet supra cum dicitur: ne forsitan in terra quæ nobis sorte debetur, habitetis, & non possumus vobiscum inire fędus: sed Gabaonitæ erant de terra illa. ergo non tenebat iuramentum.

Item fraus & dolus nemini patrocinari debent: sed

F Gabaonitę fraudulenter induxerunt Israelitas ad iurandum, ne eis nocerent, quod non fuissent consecuti nisi fraudibus vterentur. ergo non debuit in eorum fauorem tenere iuramentum, sed magis in odium viribus carere.

In contrarium arguitur ex verbis principum, quæ habentur hic, scilicet iurauimus eis in nomine Domini Dei Israel. ideo non possumus eos contingere. q. d. incurremus periurium si tetigerimus, sed non incurrerent periurium, nisi iurm̃ esset obligatorium. ergo obligabat.

Item si principes isti non intellexissent se teneri iuramento, occidissent Gabaonitas, cũ populus tumultuaretur cõtra eos, quia non permittebant occidi Gabaonitas. sed principes non permiserunt, etiam si populus quantũcunq; tumultuaretur dicentes se iurauisse. ergo intelligebant se astrictos iuramento.

G

Item dicitur infra, reseruentur quidem, vt viuant, ne ꝯ nos ira Domini concitetur. sed ira Domini non concitatur, nisi contra eos qui male agunt. ergo si Iudei Gabaonitas occiderent, malum agerent. Sed hoc non erat malum, nisi quia iurauerant eos conseruare a morte. nam aliàs licitum erat, immo præceptũ eos occidi: ergo iuramentum istud obligauerat.

Item contra Dei præceptum erat aliquem de Chananæis reseruare viuentem. si ergo non obligasset iuramentum, Israelitæ non reseruassent eos, sed reseruauerunt. ergo obligauit.

H *De tribus rationibus quas ponit Nicolaus propter quas iuramentum præstitum Gabaonitis erat seruandum, & an teneat.* *Quæst.* XVIII.

AD hoc respondet Nicolaus, ꝙ iuramentũ præstitum Gabaonitis fuit obseruandum triplici ratione. Prima sumitur ex parte Gabaonitarum, quia venerunt ad Iosue in nomine Dñi volentes eius cultui subijci. ideo præceptum dñi de interfectione habitatorum terræ Chanaan non videbatur contra eos currere, quia erat datum propter malitiam habitantiũ in terra, & obstinationem eorum in malis. vnde infra. 11. c. dr̃ de obstinatione illorum. Dñi. n. sententia fuerat, vt indurarẽ-

I tur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur vllam clementiam, ac sic perirent, sicut p̃ceperat dñs Moysi. ex quo patet, ꝙ Gabaonitę meruerunt clementiam Dei, nec currebat ꝯ eos sñĩa dñi. Secunda cã accipit̃ ex parte Israelitarum, quia istud fuit primũ iurm̃, quod fecerunt extraneis gentibus, excepto tñ iuro qđ fecerunt Raab, qđ fuit magis particulare. istud aũt fuit magis cõe. ideo si fregissent iurm̃ Gabaonitas occidẽdo, quibus iurauerãt ne occiderent illos, fuisset hoc diuulgatũ per oẽs terras in circuitu, & reputati fuissent filij Israel infideles, & iurorum transgressores in magnũ scandalũ illius populi, & per ꝯñs in irreuerentiã, & blasphemiã Dei, cuius dicebatur peculiaris populus, & a Deo electus: iõ ad euitandũ hoc debuit obseruari iurm̃. Tertia ac-

K cipitur ex parte Dei, qui pronior est ad indulgendũ q̃ ad puniendum. ideo credendũ est, ꝙ Iosue ex familiari consilio Dei mortem eorũ mutauerit corporalẽ in ciuilem, & sic de suis mendacijs punirentur, qđ de morte corporali eis non infligẽda intelligebat. Quòd aũt dñs hanc sñĩam approbauerit patet, quia ꝑꝑ afflictionẽ factã iniuste Gabaonitis a Saul, Deus dedit famem magnã tribus annis in Israel, & nõ cessauit ira Dei, quousq; ad petitionẽ Gabaonitarũ suspensi sunt septẽ viri de stirpe Saul, sic patet 2. Re. 21. c. Itẽ patet ex glo. B. Aug. sup p c. sequens sup partẽ illã, in manus tuas tradidi illos: ait nec cõsultus est dñs vtrũ eundũ esset,

esset, sed vltimo suis subuenire volẽs futuram p̄nunciauit victoriam. sic posset de Gabaonitis inconsultus monere qui essent cum mentirentur, nisi ei placeret illa iuratio, quę subiectis parcere cogeret. crediderãt enim Deo, quoniam audierant promisisse quòd gentes illas subuerterent, & terram eorum obtinerent: & hanc eorum fidem quodammodo remunerauit, quia non perdidit.

Solutiões Nicolai.

Ad argumenta respondet. Ad primum. s. ꝙ Deus iusserat occidi omnes Chananæos, dicit quòd non currebat contra Gabaonitas ista sententia. Ad secundum respondet: quòd quamquam a principio dixerunt Israelitæ Gabaonitis, ne forsitan essent de terra quæ eis debebatur: tamen in iuramento postea non fuit interposita aliqua conditio, sed simpliciter iurauerunt illos non occidere. Ad tertium argumentũ dicit, quòd mendacia & fraus quando ordinantur ad malum finẽ, non debent prodesse: mendacia autem & fictiones Gabaonitarum licet essent de se mala, tamen non erant ad malum finem sed ad bonum, scilicet ad corporalem salutem & spiritualem.

Confutatio opinionis Nicolai. Et quòd iuramentum præstitum Gabaonitis non obligauit: sed putauerũt Israelitæ quòd obligabat ideo seruauerunt. Item quòd iuramentum præstitum contra legem Dei, siue affirmatiue, siue negatiue, siue ignoranter, siue scienter, non obligat.

Quæst. XIX.

NON obstantibus his dicendũ est, ꝙ Israelitæ non fuerunt obligati per iuramentũ præstitum Gabaonitis, sed potuerant eos occidere non incurrentes aliquod periurium, nec aliqualiter peccantes. quod patet, quia iuramentum contra legem Dei præstitum nunquam obligat: & dato quòd aliquis obligari velit, non obligatur, sed magis econtrario peccat iurando. vnde si Israelitis cõstitisset Gabaonitas esse Chananęos, quando venerunt ad eos, non iurassent illos cõseruare. Et dato quòd vellent iurare, non teneret iuramentum: quia ipsi non poterant per aliquod iuramentum, aut aliquod alterum vinculum inducere obligationem contra legem diuinam. sed si aliquis iurãs contra ea D quæ Deus iubet, posset se obligare ad faciendum, per iuramentum tolleret legem diuinam exuens obligationem illius super se, & inducens contrariam obligationẽ: & hoc modo posset tota lex diuina destrui. Absurdum ergo est, nec quisquam nisi insanus fatebitur iurantem contra ea quæ sunt in lege diuina, siue affirmatione, siue negatione teneri iuramento. Iuramentum autem Israelitarum huiusmodi erat de saluandis Gabaonitis, quia Deus legem dederat vniuersalem de Chananæis delẽdis de quibus erant Gabaonitę. ergo si per iuramẽtum præstitum eis potuissent se obligare ad non occidendum eos, possent tollere legem diuinam per iuramentum suum, quod absurdum est. Nec valet si dicas quòd Israelitæ iurauerũt nescientes esse Gabaonitas de Chananæis, sed potius credentes esse de alijs gentibus. nam hoc est ad excusandum Israelitas a peccato, scilicet, quia iuramentũ E pręstiterunt nesciẽtes: quod si præstitissent scientes, non erat dubium eos valde grauiter peccare: tamen ex hoc non tollebatur quin esset iuramentum contra legem Dei. ideo sicut iuramentũ præstitum contra ea quę sunt manifeste in lege Dei, non obligat, ita non potest tollere obligationem legis diuinæ, ita nec põt obligare iuramentum præstitum contra ea quæ sunt in lege Dei nobis hoc ignorãtibus, siue hoc proueniat ex ignorantia iuris, siue ex ignorãtia facti. quia tũc daretur quòd ipsa ignorantia nostra tolleret obli-

A gationem iuris diuini. nam quocũque modo detur quòd iuramentum factum contra legem Dei teneat, siue præstetur ignoranter, siue scienter, tolletur obligatio legis diuinæ. nã cũ obligatio iuramenti & legis diuinæ sint contrariæ, includunt contradictionem tenere vtramque. sed necesse est vnam tolli per alterã. Dicendo ergo quòd iuramentum pręstitum contra legem diuinam tenet, siue scienter præstitum, siue ignoranter, dicimus quòd obligatio legis diuinæ per iuramentum illud sublata est, quod est falsum. ergo nullo modo iuramentum præstitum ab Israelitis Gabaonitis tenebat, quia erat contra legem Dei. Quòd autẽ nescirent Israelitæ hoc, solum operabatur quòd putabant se obligatos, ac si non iurassent contra legẽ B Dei: cum tamen constiterit illos iurasse contra legẽ Dei, constabit eis quòd non tenet iuramentum. sic autem fuit cum nũciatum est Israelitis, quòd Gabaonitæ erant de Chananæis. nam tunc sciebant se contra legem Dei iurasse: ergo cognoscere debebant se non teneri. Et si dicatur quòd Deus dedit consensum ad istud iuramentum. Dicendum est quòd non ex hoc iuramentum tenebat, quia aut Deus approbauit iuramentum cum fiebat, scilicet, quòd non imputabat Iudæis ad culpam aut malum, quòd præstarent huiusmodi iuramentum: aut fuit post iuramentum factum, scilicet, postquam cognouerunt Israelitæ Gabaonitas esse de Chananæis. Si autem primo modo dicas, non ex hoc fiebat illud iuramentum licite. nam non constabat Israelitis an Deus factum C eorum approbaret, vel reprobaret: cũ dicatur supra quòd os Domini non interrogauerunt, idest non sciuerunt a Deo an liceret, vel expediens esset inire fędus cum Gabaonitis, vel non. postea etiam antequã scirent a Deo aliquam confirmationem pręcedentẽ, vel quę postea fieret, cognouerunt Gabaonitas esse Chananæos. & consequenter cognoscere debuerũt iuramentum esse factum contra legem Dei, & non tenere. Si autem dicas quòd Deus postea dixerit Iosue, quòd non occideret Gabaonitas: non ex hoc arguitur tenuisse iuramentum, quia iam non erat licitũ Gabaonitas seruari, quia iuramentum fuerat factum, sed quia Deus iubebat. & dato quòd Deus diceret quòd Israelitæ seruarent iuramentum suum, non arguebatur quòd tenuerit, quia istud pręceptum erat superueniens. Iuramentum autem a principio factum si obligatorium fuit, semper obligauit. si autẽ non obligauit a principio, nũquam postea obligauit, etiam si Deus diceret, quòd seruarẽt illud: quia iam non erant vires iuramenti ad obligandum, sed diuina iussio: & ita obligarentur per hanc iussionem, etiam si nullum præcessisset iuramentum.

Respondit ad fundamenta Nicolai, seu causas positas q. 18. Et quòd Gabaonitæ non venerunt ad Iosue ad subijciendum se cultui Dei Israel, vt putat Nicolaus, sed solum terrore compulsi. Et quòd nobis facere non licet aliquid ex eo quòd apud Deum id rectum sit, & illud fieri velit.

Quæst. XX.

AD fundamenta Nicolai quibus inducere videtur, quòd istud iuramẽtum obseruandum fuit. Respondendum est. primo dicit quòd Gabaonitæ venerunt ad Iosue in nomine Domini, ideo non debebat currere contra eos pręceptum de interfectione Chananæorum: venerant enim vt subijcerentur Deo. Dicẽdum quòd Gabaonitæ venerunt ad Iosue in nomine Domini Israel, non quidem ad subijciendum se ei, sed ad famã Dei, scilicet, quòd nomen Dei Israel, idest fama sua erat magna, & Gabaonitæ venerunt in nomine Domini,

mini, ideſt in fama vel per famam Dei. Et hoc patet ex litera ſequenti, cum ipſi declarant intentionẽ ſuã dicentes. de terra longinqua valde venerũt ſerui tui in nomine Domini Dei tui. Audiuimus enim famã potentiæ eius cuncta quę fecit in Aegypto &c. de fama igitur intelligitur, & non quòd ipſi tunc venirẽt ad ſubijciendum ſe cultui Dei Iſrael. Item non venerunt Gabaonitæ vt ſubijcerent ſe Deo vllo modo, ſed ſolum terrore compulſi: vt patet infra cum dicit, nunciatum eſt nobis ſeruis tuis,quòd promiſiſſet Dominus Deus tuus Moyſi ſeruo tuo, vt traderet vobis omnem terram, & diſperderet omnes habitatores eius, timuimus valde, & prouidimus animabus noſtris veſtro terrore compulſi: ergo non merebãtur quicquam tanquam venientes ad ſe ſubijciendum cultui Dei. Item patet quia ſi veniſſent ad ſubijciendũ ſe cultui diuino, inquiſiuiſſent ab Iſraelitis de cæremonijs, & didiciſſent eas: ſed non fecerunt quin potius pro ſolo fędere exorantes eo obtento abierũt: ergo non veniebant ad hoc. Item dato quòd veniſſent Gabaonitę ad ſubijciendum ſe cultui diuino, tamen non tollebatur quin curreret contra eos lex poſita de occidendis Chananæis: quia lex poſita erat ꝙ nequaquam permitterent viuere aliquem de Chananæis: ergo nullo fędere aut conditione poſita, aut propter nullum finem licebat dimittere Chananæos viuentes. nam hoc dato neceſſe eſſet,quòd ſi omnes Chananæi vellent conuerti ad Dominum cęremonias eius acceptãtes,quòd dimitterentur viuentes, & terras eorum illis. & ſic nullum locum poſſeſſionis haberent Iudæi: & poſita lex a Deo non haberet locum quantum ad aliquid. nam quamquam Chananæi non deſiderarent conuerti ad cultum Dei Iſrael animo,tamen videntes ſe impares Iudæis fingerent ſe velle ſubijci Deo Iſrael,vt ſic viuere permitterẽtur. vnde ſi ſemel videretur inter Chananæos, quòd aliqui de eis liberabantur a morte propter hoc, quòd ſe Deo Iſraelitarum ſubijciebant,omnes alij ſe ſic Deo ſubijcere ficte poſſent, & per fraudem viuerent, atq; manerent in terra: ſicut multi de Iudæis ad Chriſtũ timore conuerſi, vel vt glorioſius præſentem agerẽt vitam, qui nihil de vita iudaica recepta a cunabulis perdiderunt: & hac occaſione inter nos interdum vt filij ſeculi pollent in ſeculo. Quamquam ergo diceret aliquis de Chananæis Iſraelitis, quòd volebant Deo eorum ſubijci,non dimitterent eum viuentem. Item patet ex hoc quod fecerunt Iſraelitæ. nam quãquam Gabaonitæ dixerint ſe veniſſe ad eos in nomine Dei eorum audita fama, tamen quæſiuerunt an eſſent de Chananęis dicentes, quòd ſi de terra illa eſſent,non poſſent cum eis fędus inire. vnde ſi confiterentur ſe eſſe de Chananęis, nõ ſuſcepiſſent eos ad fędus. ergo non iurauerũt Iſraelitę Gabaonitis,quia veniebant ad ſe ſubijciendum Deo, ſed quia putauerunt eos eſſe de gentibus extraneis. non ergo tollitur quin ſentẽtia Dei curreret contra eos, quia veniebãt ad colendum Deum. Si tamen non curreret, quia volebant ſubijci Deo, non oportebat quòd Gabaonitę fingerent ſe eſſe de terra longinqua,ſed ſolum ꝙ dicerent ſe veniſſe ad ſubijciendũ Deo Iſrael. & dato ꝙ Gabaonitę neſcientes hoc fingerent ſe eſſe de terra longinqua, vt qualitercunque euaderent, tamen Iſraelitę non debebant quærere an eſſent de Chananęis vel non: ſed an eſſent volentes ſubijci Deo vel non, & ſi veniſſent vt ſubijcerentur Deo, ſiue eſſent de Chananęis ſiue non,inirent cum eis fędus. ſed inſtiterunt diligenter quęrẽtes an eſſent Chananęorum terra vel non. & nõ quęſierunt an eſſent volentes ſe Deo ſubijcere. ergo quãquam dicerent ſe velle ſubijci ritibus iudaicis, non liberarẽtur a morte ſi cõ-

F fiterentur ſe eſſe Chananęos. Itẽ patet ex hoc quod fecerunt Iſraelitę cognito quòd Gabaonitę eſſent de Chananęis. nam populus voluit eos delere niſi principes reſtitiſſent. Dixerant tamen ipſi primo, quòd veniebant in nomine Domini Iſrael. Item ꝙ Deus voluerit Gabaonitas eſſe ſaluos,non iuſtificabat iuramentum Iſraelitarum: nec faciebat illud valere. nã q̃q̃ Deus velit id quod nos agimus non iuſtificatur actus. nam hoc modo nullus actus iniquus eſſet, cũ nullus ɔ̃ voluntatem eius ſit. non poſſet quicq̃ fieri, niſi ipſe vellet.ſic patet Sap.11.c.tamen multos actus iniquos dicimus. Item Deus operatur iudicio ſuo occulto diſtribuens pœnas & pręmia, ſ͠m ꝙ nouit expedire,& merita noſtra exigere. nos aũt ſ͠m legẽ datã
G nobis ſolũ operamur, q̃uocunque ſe res habeat. ideo aliqua iuſta ſunt Deo operante, quę à nobis fieri illicitũ eſt ſi fierent deliberate: ſicut Deus nouit aliquẽ meritum mortem ſibi infligi, & vult ei infligere per manus noſtras tradẽs eum nobis, & occidimus eum a caſu: vt ſi iaciamus lapides vel ſagittas ad locũ certũ, & tranſeat aliquis corruet vulneratus: nos tñ percutere non vellemus. Ecce enim occiſio illa quantũ ad id qđ Deus iudicat,& agit,iuſta eſt: tamẽ ſi voluntarie nos efficeremus,peccaremus. Item patet hoc: quia q̃ncunque aliquis patitur aliquã pęnã, illã iuſte patitur quia meretur. nam in aliquo Deum offendit pro quo puniri meretur: tamẽ nõ iuſte pęnã infert quicũque occidit aliũ,alioquin nemo peccaret quicq̃ in proximũ. quicũque tñ in alterutrum pęnam infli-
H gimus,Deo diſpenſante facimus: quia niſi ipſe vellet eum pati quę patitur, & ad aliquẽ bonum finẽ proficeret,non puniri permitteret: vt declarat Boetius de conſola. lib.4. proſa 6. Non ergo recte dr̃ ꝙ ex eo ꝙ aliquid apud Deum rectũ eſt, & ipſe illud fieri vult, nobis facere liceat. quamquam ergo Deus iudicio ſuo occulto Gabaonitas dimittere vellet ex aliqua cauſa: Iſraelitis tñ non licebat hoc,quia legẽ habebãt ſ͠m quam agerent,ſ. ꝙ occiderẽt oẽs habitatores terrę Chanaan. non licebat ergo eis ɔ̃facere, donec lex alia, aut ſpeciale pręceptũ poneretur de ſeruãdo eos.

De hoc dixit excellenter ſupra 7.cap q.39.

Solutio ad confirmationem primi fundamenti Nicolai poſitum.
q.18. Quæſt. XXI.

I

CVM autem confirmatur,ſ.ꝙ non curreret ɔ̃ eos ſententia Dei de occidendis habitatoribus terrę,qa alios tradiderat in manus Iſraelitarum, vt non mererentur aliquam miſericordiam: vt patet infra 11.cum dicitur. Domini.n. ſententia fuerat,vt indurarentur corda eorum,& pugnarent contra Iſrael,& caderent,& non mererẽtur vllam clementiam, ac perirent ſicut pręceperat Dñs Moyſi. ergo contra Gabaonitas nõ currebat iſta ſententia,quia Deus non indurauerat eos: ſed venerunt ad confirmandum fędera cum Iſrael. Reſponderi poteſt vno modo ꝙ non probatur ex hoc. nam q̃q̃ ſnia Dñi fuit ɔ̃ iſtos, vt in pęnam malorum ſuorum indu-
K rarentur,& nõ mererentur vllam miſericordiam, nõ ſequitur ꝙ ſententia Dei data ɔ̃ Chananęos non curreret contra Gabaonitas, niſi forte dicas ꝙ ſententia Dei ſolũ erat contra illos,de quibus eo.cap.11.mẽtio fit. Sed hoc falſum eſt, quia etiam erat ſententia Dei contra oẽs,qui poſtea perierunt de Chananęis. Manifeſtum eſt enim ꝙ multi de Chananęis poſtea perierunt,ſ.illi quos deleuerunt Iſraelitæ poſt mortem Ioſue,vt patet Iudi.c.1. & 19. & reges Iſrael multos poſtea occiderunt,ſ.Saul: cuius toto tempore fuit bellũ potens contra Philiſtin: vt patet 1.Reg.14. & Dauid multos occidit de his: vt patet 2.Reg.5.& 8.ſi tamen non cucurriſſet ſententia Dei contra illos,nõ fuiſſent occiſi.

occisi. Ergo dicendo ꝙ sentētia Dei fuit contra eos, de quibus habetur infra 11.cap. ꝙ perirent non tollitur de alijs ꝙ curreret contra eos Domini sententia: huiusmodi autem contra Gabaonitas erat. Item dato quòd veraciter sententia Dei non curreret contra Gabaonitas, vel contra multos alios de Chananęis: hoc tñ non constabat Israelitis, sed potius apparebat manifeste ꝙ cōtra oēs currebat: quia Deut.20. & Nu.34. dr̄ de his terris, quas Hebræi accepturi erāt in possessionem, nullum oīno viuere permitterent. donec ergo Deus determinaret eis aliquam gentem, vel aliquos hoīes de Chananæis, quos non occiderēt, sententia eius contra oēs currere videbatur. Sed ista snīa non fuerat limitata in Gabaonitis, ꝙ non curreret. ergo non erat aliquid quare non curreret contra eos, q̄q̄ Deus apud seipsum determinasset ꝙ nō curreret contra eos. Et cum dicit Nic. ꝙ Gabaonitæ inuenerunt clementiam, ita vt non curreret cōtra eos snīa Dei. Rn̄dendū est ꝙ inuenerūt, tamen nō sequit̄ ex litera allegata per eum, quia idem tūc sequeretur de oībus alijs, qui tūc non fuerunt occisi. Sed falsum est, quia multi eorum qui tunc non perierunt, postea deleti sunt. Item illud qđ dr̄ infra 11. & allegatur per Nicolaū fuit post pactū factū cū Gabaonitis, & pręstitum iuramentū. ergo ante nō cōstabat qui inuenturi essent misericordiā, vel an aliquis hoc inuēturus esset. Item q̄q̄ Gabaonitæ misericordiam a Deo cōsecuti fuerint, tamen non constabat Israelitis: ideo tantum erat ac si non fuissent consecuti.

Solutio ad secundum fundamentum seu causam Nicolai, de quo q.18. Et quòd aliquando ea quæ contra mandata Dei fiunt, postquam facta sunt, ipse confirmat.

Quæst. XXII.

SECVNDA ratio quam ponit Nicolaus ex parte Israelitarum nō multum tenet, scilicet, quia istud erat primum iuramentum quod præstiterant genti alicui, & redundaret in magnam infamiam ipsorum si non obseruarēt, & in contumeliam Dei. Respondendum est, ꝙ non redundaret in aliquā infamiā, sed potius reputaretur eis ad iustitiā: quia si manifeste præstitissent iuramentū Gabaonitis de conseruando vitam eorum cognito qui essent, & non obseruarent, esset magna infamia. Gabaonitæ tñ per fraudē ab eis hoc exegerant quærentibus ipsis primo, an essent de terra Chanaan, & negantibus veritatē. & si veritas fuisset expressa nullo mō tale pactū fuisset factū: ergo pp fraudem quam Gabaonitę cōmittebant in Israelitas, poterant eos occidere, & nullus populus ad malū imputasset. Nec etiam cedebat in Dei offensam. nam si iuramentum fuisset præstitū in noīe Dn̄i Israel, & sine aliqua fraude, nō obseruantibus Iudæis dehonestaretur nomen Dei: nunc tamē fraus interciderat: ergo non infringebatur iuramentum, nec irrogabatur offensio nomini Dei. Etiā tertia rō Nicolai ex parte Dei non multū tenet. nā q̄q̄ Deus reuelauerit Iosue, ꝙ non occiderent Gabaonitæ, & cōmutaretur pęna eorum corporalis mortalis in seruitutē, non validabatur iuramentū. nam a principio iuramētum carebat viribus ex causis assignatis, quia non poterat obligare contra legem Dei. Israelitæ tamen putabant illud valere, quia nesciebāt aliqđ impedimentum quare non valeret. cum aūt cognouerunt Gabaonitas esse Chananęos, notū eis esse debebat non tenere iuramentū. Quòd aūt Deus postea diceret, ꝙ nō occiderentur, non validabat iuramētū. sed ex isto nouo præcepto obligabantur non occidere, ēt si nullum fuisset p̄stitū iuramentū. nā cū semel iuramentum nullas tenuit vires, nunq̄ postea poterit

Ad 3. fundamentū Nicolai.

A esse obligatorium: sed ex aliquo alio insurget vinculū ad obligādū, si aliqua obligatio fuerit ad talē actū. Cum aūt confirmat, s. ꝙ Deus approbauit hoc, quia tpe Dauid misit magnā famē super Israel pp iniuriā factā Gabaonitis a Saul. Rn̄deri poterat nihil sequi ex hoc. nam aliq̄n ea q̄ cōtra voluntatē & mandatū Dei fiunt, postq̄ facta sunt ipse confirmat, vt patet de cōstōne regis: nam Samuel ex parte Dei dixit Israelitis, ꝙ nō eligerēt regē, & ꝙ erat cōtra voluntatē Dei hoc, vt patet 1.Reg.8. tñ postq̄ electus fuit Saul Deus approbauit. & q̄q̄ Israelitæ vellēt retrocedere, s. ꝙ nō haberēt regē, Deꝰ noluit: vt patet 1.Reg.12. q̄q̄ ergo Deus vindicasset postea iniuriā factā Gabaonitis, non sequebatur ꝙ a principio factū esset recte, & de volū-

B tate eius. Sed relicta adhuc ista solutione possumus aliter rn̄dere. s. ꝙ licet Deus approbaret Gabaonitarū liberationem, tñ q̄n iurauerūt eis Israelitæ, non constabat an Deus approbaret, vel an malū bonūue facerēt. ideo approbatio Dei nō faciebat eos recte agere. Item auctoritas B. Aug. quæ dicit Deo placuisse liberationē Gabaonitarū, nihil ad hoc agit. nā cum Deus tradit aliquē male meritū in manus alterius nescientis quid agit, vt occidat illū, vult ꝙ ille occidatur: alioquin nō traderet ipse, tñ tradit: vt patet Exo.21.c. nō tñ recte agit qui sic occidit. nam si deliberate ageret, mortaliter peccaret & puniretur. & tñ Deus adhuc mouet eum aliquo mō, vt puniatur ille qui deliquit. sicut Deus mouet malos ad persecutionē bonorū, vt mereantur, tñ in hoc mali peccant: ex hoc ergo con-

Quamuis Deus moueat malos ad p̄secutionem bonorum vt mereantur: nō tñ in hoc mali merent̄: immo grauiter peccant.

C sensu Dei per taciturnitatem non fit actus licitus, qui aliàs licitus nō erat. non ergo ex aliquo horū inducit̄ tenuisse Iuramētum Gabaonitis p̄stitū ab Israelitis. Itē ꝙ magis est: Israelitæ nō tenuerunt iurm̄ præstitū Gabaonitis. nam iurauerāt eis ꝙ nō occiderent eos, vt dicit litera. & nō solū hoc, sed ēt ꝙ nullo mō nocerent eis nec rebus suis, q̄q̄ supra nō exprimatur. Intelligit̄.n. ex hoc qđ dr̄ hic, s. ꝙ dixerūt eis principes. iurauimus eis in noīe Dn̄i Dei Israel. ideo non possumus eos contingere. sed hic punierunt eos capitis diminutione. s. efficiendo seruos: ergo non obseruabāt iuramentū. Itē factū erat pactū cum Gabaonitis, quia extimabantur esse extra terrā Chanaan habitantes, &

D si sic inuentum fuisset non nocuissent eis Israelitæ reducendo eos in seruitutē. nūc autē cōperto ꝙ essent Chananęi fecerūt illos seruos: ergo non stetit iurm̄ in viribus suis. Solutiones autem argumentorum factæ ab ipso per hunc modum impugnantur.

Solutiones argumentorum factæ a Nicolao refelluntur, & determinatio auctoris ad quæstionē principalem: de qua q.17. Et quòd principes Israel per ignorantiā iuris cum seculum illud rude fuerit errauerunt valde obseruando Gabaonitis præstitum iuramentum, & in sabbatis non pugnando infra q.seq.

Quæst. XXIII.

DICENDVM autē est ad qōnē ꝙ iurm̄ præstitum Gabaonitis ab Israelitis nō tenuit, quia erat contra legē Dei cōtra quā nulla obligatio consistęre pōt. Israelitę tñ puta-

E uerunt istud iurm̄ tenere, quia putabant se iurare illis qui essent extra terram Chanaan, qđ ipsi iurare possent. ignorantia tñ non faciebat iurm̄ obligare: quia q̄ūocunque obligaret, tollebat obligationē legis diuinę quę nullo modo tolli pōt. cum aūt cognouerūt esse Gabaonitas de Chananęis, notum esse debuit illis ꝙ nō obligauerat iurm̄ nec tenebat. Principes tñ populi qui non multū erāt docti circa hoc, s. q̄n iurm̄ esset obligatorium vel nō, quia adhuc seculum illud erat rude, obseruauerūt illud quātū ipsi intelligebāt. & ob hoc dixerunt populo murmuranti. iurauimus eis in noīe Dn̄i Dei Israel: ideo nō possumus contingere

gere eos. si tamen nō putarent se teneri iuro non dixissent hoc, sed sua credulitas vel ignorantia iuris nō validabat iurm. nam sicut ignorātia facti in eis nō poterat dare vires iuro, vt valeret, ita nec ignorātia iuris. Erat autem ignorantia iuris nescire, qn iuramentum tenet, vel qn non. Simile hr de Iudęis tpe Machabęorum: quia enim erat pręceptum datum de custodia sabbati, existimabant se non posse pugnare in sabbatis inuadendo, nec resistendo hostibus. ideo cum ꝯ eos in sabbatis ex industria pugnarent hostes, non se defenderunt, & mortui sunt vsque ad mille animas: vt patet 1. Mach. 1. c. & tn̄ manifestū est ꝙ licebat se defendere ab hostibus in sabbatis, quia tamen existimauerunt hi simplices infringi sabbatum si defenderēt se, mortui sunt in simplicitate sua inuocantes super se cęlum & terram in testes. sed immediate alij Iudęi determinauerunt cū sacerdote magno Matathia qui tunc erat, licere pugnare in sabbatis se defendendo: & sic fecerūt: vt patet eo. cap. Sic ergo in his principes intellexerunt se iuro astrictos, cum tamen non essent astricti. ideo si occidissent Gabaonitas nō peccassent, quia non infringebant iurm, cum nullū esset. Errauerūt aūt adhuc isti principes per ignorantiā iuris, quia putātes se obseruare iurm, subiecerūt in seruitutem Gabaonitas. & quia nō occidebāt eos, intelligebant se tenere iurm: sed si iurm mansisset in viribus suis, non solum non potuissent occidere eos, sed etiam non potuissent eis quicquam inferre molestię, quia non debebant eos contingere. ipsi tamen existimauerunt ꝙ propter fraudem Gabaonitarum potuerunt istam pœnam seruitutis eis imponere, & ꝙ maneret iuramentum: cum non occiderent eos. istā tn̄ limitationem non poterant facere manente iuro. nam vel in totum teneret vel in nihilo, cum totum esset contra legem Dei. An vero ista fuerint facta ex mandato Dei, s. ꝙ non occiderentur Gabaonitæ, & ꝙ poneretur eis ista pœna inferius dicetur. In q. 30.

An principes populi & Iosue peccauerint imponendo Gabaonitis onus seruitutis æternæ. Quæst. XXIIII.

SED istis suppositis queret aliquis, an principes populi & Iosue peccauerint imponendo Gabaonitis onus seruitutis ęternę. nā iuramentum erat, vt non nocerent eis aliqualiter. sed istud est de maximis nocumentis, quia est capitis diminutio. immo ab eis qui recte considerant, & honoris seculi huius amatores sunt, habentes cor generosum, grauior est ęterna seruitus quacunque morte honeste suscepta: ergo peccabant inferendo illud. Dicendum est, ꝙ si iuramentum præstitū Gabaonitis tenuisset, non solum non poterant Israelitæ Gabaonitas occidere, sed etiam non poterant eis quicq̄ mali aliter inferre, non tenuit tamen vt probatum est, quia erat contra legem Dei. ideo siue ignoranter pręstaretur, siue aliter, non poterat validari: quia quocunque mō tollebatur obligatio legis diuinę. potuerunt ergo Israelitę licite occidere Gabaonitas, & cōsequēter quodlibet malum minus inferre potuerunt cuiusmodi erat seruitus perpetua. Sed tunc argues de principibus, qui putabant se obligatos iuramēto, & tamē inflixerunt pœnam seruitutis. Rn̄dendum est: ꝙ si quis recte saperet credēs ꝙ istud iurm obligabat, debebat credere ꝙ non poterat infligi aliqua pęna, aut dānum Gabaonitis. Israelitarū tn̄ principes in duobus per ignorantiam iuris errauerūt. Primo, quia existimauerunt se obligari iuro illo, cum tamē nō obligarentur: vt supra declaratum fuit. Secundum fuit, quia cū credidissent tenere iurm, putauerūt se posse agere cōtra illud in aliqua parte, s. subijciēdo Gabao- In q. 19. & precedēti.

F nitas in seruitutem, cum tn̄ non posset iurm ex parte obligare, & ex altera nō: cum totum sit contra legē Dei, quod in eo promissum est. debuissent tamē facere conscientiam de hoc, cum intelligerent se obligatos iuramento.

Respondit ad argumenta posita q. 17. Et quomodo intelligitur regula iuris, fraus & dolus alicui patrocinari non debent. Quæst. XXV.

NVNC ad argumenta principalis qōnis rn̄dum est, & ad ea quæ probāt non tenuisse iurm non est rn̄dendum, quia ista pars tenēda est. Ad ea tn̄ rn̄det Nicolaus, quia G tenet ꝯriam partem. Ad primū dicens ꝙ snīa Dei data de oībus habitatoribus terrę Chanaan occidendis non currebat ꝯ Gabaonitas, quia Deus miserebat eis: sed hoc supra improbatum fuit satis. nam licet Deus In q. 20. vellet illos liberare, tamen non tollebatur quin lex illa data Israelitis de occidēdo oēs habitatores Chananæorum obligaret eos ad occidendum gabaonitas, si cognoscerent eos esse de Chananæis. Ad secundum argumētum rn̄det ꝙ non fuit apposita aliqua cōditio in iuro pręstito Gabaonitis: in quo dicendum est, ꝙ ista duo argumenta vltima erant impertinentia: & q̄q̄ quod intendebatur erat verum, tamē vltima duo argumenta nō concludunt. nihil enim prohibet esse veram conclusionē, & inconuenientem modum arguendi. ideo sic dici debet hic, ꝙ nō fuit posita aliqua H conditio in iuramento: & ex hac parte iurm non infirmabatur. tamen infirmabatur, quia erat contra legem Dei pręstitum, contra quam nullum vinculum vel obligatio est efficax. Ad argumentum tertium de fraude & dolo ꝙ nō debēt patrocinari, sed sic fuit in Gabaonitis. Respōdet Nicolaus, ꝙ fraus & dolus facta ad malum finem non debent patrocinari, secus in Gabaonitis, qui non fecerūt ad malum finem, sed ad salutem corporalem & spiritualem. In quo dicendum est, ꝙ fraudem & dolum patrocinari accipiēdo stricte falsum est indistincte. nam siue ad bonum finem, siue ad malum finem nunq̄ patrocinātur, idest nunq̄ tribuunt aliquod ius. & sic Gabaonitæ q̄q̄ fecerint dolum istum, tamen non assecuti sunt ex hoc I ꝙ esset illicitū Israelitis occidere eos, quia potuissent occidere eos si vellent licite. & dato ꝙ tenere vellemus iurm istud fuisse obligatorium, nō infertur fraudem Gabaonitarū fuisse patrocinatā: quia nō ideo liberabantur Gabaonitæ de manu Israelitarum, quia fraudem & dolum commiserant, quia hoc fuit mediatum: sed quia Israelitæ eis iurm præstiterūt de nō contingendo eos. Alio modo accipitur ꝙ fraus & dolus non debent patrocinari, i. semper debent nocere ei qui committit, & tunc aliquo modo stat distinctio Nicolai, s. ꝙ fraus facta ad bonum finem, i. sine præiudicio alterius non nocet agēti. si tn̄ sit ad malū finē, i. cum pręiudicio tertij, semper debet p̄iudicare agēti.

K *Respondit ad argumenta pro parte affirmatiua posita. q. 17. Quæst. XXVI.*

NVNC restat rn̄dere ad argumenta alterius partis in quibus inducebatur, ꝙ tenuit iuramentum. Ad primum cum arguebat ex litera ex dicto principū, s. iurauimus eis in noīe Dn̄i: ideo contingere eos non possumus. Dicendum est ꝙ ista litera procedit ex intentione principum, s. ꝙ ipsi intelligebant se obligatos iuro. ideo ꝙ non possent occidere. errabāt tn̄ vt supra fuit declaratum. sic dr̄ de viris simplicibus tpe Machabæorū, ꝙ intelligebant esse illicitum pugnare se defendendo diebus

diebus sabbatorum: tamen falsum est. nam licitum erat vt postea alij sapiẽtiores declarauerunt. Ad aliud argumentum ex eadem litera, s. conseruentur quidẽ, ne pereant, ne contra nos ira Dñi concitetur. sed ira Dñi non concitatur nisi pro peccato: ergo pctm̃ erat si eos occiderent. Dicendum est eodem modo procedere ex intentione principum. nam cum intelligerent se astrictos iuramento, credebant ꝙ si ꝯ venirẽt, Deus irasceretur: & verũ quidem erat ꝙ si iurm̃ esset obligatorium, & principes ꝯ venientes occidissent Gabaonitas peccarent, atque ira Dei exardesceret super illos: tñ iurm̃ non tenuit. Ideo q̃q̃ contra venissent non esset furor Dei super eos: multa enim sacra scriptura sic refert, quæ a multis per ignorantiam dicta sunt, & sunt falsa. sic patet Iudi. 13. de Manue patre Sampsonis qui ait. moriemur, quia vidimus angelum Dñi. putabant enim certissime mortem secuturam ex visione illa, sed nihil tale erat. Ad aliud argumentum, qñ dr̃ ꝙ si principes non intellexissent se obligatos iuramẽto, occidissent Gabaonitas. Rñdendum est totum debere cõcedi, s. ꝙ principes existimabant se obligatos obseruare iurm̃ istud: tñ nõ sequit̃ ex hoc, ꝙ obligati erant, quia per imperitiã istud existimabant. & ex facto vel existimatione hoĩum non nimis eruditorum non est arguendum ad veritatem iuris. Ad aliud argumentum, s. contra pręceptũ Dñi erat reseruare aliquem de Chananeis viuentem. s. n. non tenuisset istud iuramentum, nõ seruassent Israelitæ Gabaonitas: sed seruauerunt: ergo tenebat. Rñdendũ est nõ tenere ꝯñam. sed magis econuerso arguendum erat, s. ꝙ quia iurm̃ istud non tenebat, non obligabantur Israelitę seruare vitam Gabaonitarum, sed poterant eos occidere. tamen quia putabant se teneri ad iuramentum pręstitum obseruandum, non occiderunt. Istud autem argumentum præsupponit infallibiliter ꝙ scirent Israelitæ quid erat de lege Dei, & quid obligabantur facere. & ꝙ infallibiliter facerent id ad quod operandum obligabantur. sed primũ falsum erat: quia vt probatum fuit hic, ipsi errauerũt putantes se obligatos ad obseruationem iuramenti: cum tñ non essent obligati. Secundum aũt erat dubium. nã dato ꝙ cognoscerent quid facturi erant, tñ adhuc possent declinare ad alterum nisi ponantur impeccabiles. non ergo tenet consequentia. & sic manet ꝙ iuramentum præstitum Gabaonitis non fuit obligatorium, sed poterant facere quod vellent occidentes eos.

An peccauerint Iudæi non occidendo Gabaonitas: cum non obligarentur iuramento. Et quòd ignorantia iuris excusat principes Iudæorum quòd non occiderunt Gabaonitas. Quæst. XXVII.

NVnc cum dictum sit non tenuisse iuramentum istud pręstitum. & sic quòd poterãt Israelitæ occidere Gabaonitas, quæritur an peccauerint quia nõ occiderunt. Rñdendum est ꝙ per legem datam de occidẽdo oẽs Chananæos, de qua Deuter. 20. & Num. 33. cap. tenebantur Israelitæ occidere oẽs Gabaonitas, quia erant de Chananæis nisi Deus specialiter vetuisset. & quia Deus non vetuerat de his, tenebantur illos occidere. iuramẽtũ autem superuenit, quod nisi superuenisset certissime principes occidissent ciues Gabaon. sic. n. se excusauerunt hic, s. iurauimus eis in noĩe Dñi Dei Israel. ideo non possumus eos contingere. istud autẽ iurm̃ non tenuit: ideo ita eos occidere debebãt pręstito iuro sicut si non præstitissent. nõ peccauit tamẽ populus in non occidẽdo. voluit quippe delere illos, sed non permiserũt principes, vt patet supra in litera.

A Principes autẽ in hoc videbuntur alicui peccasse, sed ignorantia iuris eos excusauit. quia adhuc seculum illud erat rude, & non erant eruditi circa iuramẽtum quando teneret, aut quando non. & ignorantia ista aliqualiter eos excusauit facientes s'm conscientiam suam. An vero Deus eis reuelauerit hoc esse beneficum vel non, ex litera nõ constat. sed quõcũque se habeat, satis innuit ꝙ nõ fuerit reuelatio facta a principio, qñ cognito ꝙ Gabaonitę erant Chananæi noluerunt eos occidere pp iurm̃ pręstitum. nam cũ populares tũc arguissent ꝯ principes tumultuantes, quia non permitterent occidi Gabaonitas, rñderunt ꝙ nõ poterant eos cõtingere, quia iurauerãt illis. si tñ haberent aliã excusationẽ ponerent, s. si Deus iussisset ꝙ
B non occiderentur. Principes tñ videntur in hoc solũ aliqualiter deliquisse, quia cum cognouerũt Gabaonitas esse Chananeos, & putauerũt se esse perplexos, debuerant inquirere à Deo quid agendum esset de illis: & non quæsiuerunt, sed ligauerunt se ad iurm̃ dicentes quòd non poterant percutere Gabaonitas, quia iurauerant eis.

Quare Iosue recepit Raab & cognatos eius, & permisit manere liberos in Israel: Gabaonitas vero non permisit liberos, sed subiecit seruituti: & an inhumaniter egerit. Qõ. XXVIII.

ALiquis queret: quare Iosue recepit Raab & cognatos eius, & permisit manere liberos in Israel: Gabaonitas vero recepit, &
C non permisit liberos, sed subdidit seruituti? Dicendum ꝙ aliqui accusant in hoc Iosue dicentes ꝙ crudeliter se habuerit, quia hoĩes ad se humiliter venientes seruituti subiecit. Sic refert Adamantius & glo. ordi. s. notandũ ꝙ heretici qui vetus testm̃ non recipiunt, in hoc loco dicunt videre, quia nihil humanitatis habuit Iesus Naue filius, vt hoĩb⁹ qui ad se supplices venerant salutem concedens, notã infamiæ & iugum seruitutis infigeret. Sed dicendum ꝙ Iosue hoc iuste fecit, quia nõ erat eadẽ causa in Raab & cognatis eius, quæ fuit in Gabaonitis. Primo quia Raab bñficium pręstitit Iudæis liberans duos exploratores eorum a morte, in quo non solũ illis bñfecit,
D sed etiam toti exercitui Iudæorum, quibus sequeret̃ magnus timor & dubitatio aggrediẽdi Chananęos, si eorum exploratores capti a Ierichõtinis occiderentur. Secundo pręstitit bñficiũ toti genti Iudæorum, quia pp eos prodidit patriam suam, & instruxit exploratores de timore oĩum Chananæorum: & quõ tota terra tradita erat in manus eorum. & ex hoc Iudæi valde confortati sunt supra 2. cap. Gabaonitæ autem nullum beneficium pręstiterunt Iudæis: ideo magis tenebant̃ Iudęi Raab & cognatis eius, q̃ Gabaonitis. Tertio: quia exploratores noĩe totius Israel iurauerũt, ꝙ liberarent eã & cognationẽ suã, & fuit pactum initum pro bñficio pręstito supra 2. & istud pactũ &
E iurm̃ vr̃ postea confirmatũ a toto populo dicente Iosue, sola Raab meretrix viuat supra 6. c. cũ Gabaonitis aũt nõ fuit initum pactũ pro beneficio, sed solũ pręstitum fuit iurm̃ de non nocendo eis. & istud iurm̃ nõ vr̃ confirmatũ auctoritate plebis, sed potius reclamauit populus petens Gabaonitas ad mortẽ, & soli principes defenderunt eos: vt patet supra in litera. iõ non fuit idẽ in vtrisque. Quarto & pręcipue, qa Raab non decepit Israelitas negãs cõditionẽ suam, s. se esse Chananeã, qa hoc manifestũ erat. ideo iurm̃ illi præstitũ non habuit cãm vt dissolueretur, quia scienter illud fecerant Israelitę. & sic non cõtrauenerũt in aliquo. Gabaonitæ aũt mentiti sunt Israelitis decipiẽtes eos, & dicentes quòd essent de longinquo. si aũt veritatẽ expressissent, nõ facerent Iudęi cũ eis fędus ve-

tante lege, Deutero.20.cap. cum ergo per mendaciũ induxerint Israelitas ad iurandum, non tenebat iurm, & licuisset Israelitis occidere Gabaonitas non obstante iuramẽto prestito si voluissent. in iuramẽto Raab non interuenerat dolus. ideo non licebat contrafacere: ideo cum licuisset Iudeis occidere Gabaonitas, licuit eis subijcere illos seruituti quod videbatur minus. Quinto & etiam principaliter fuit pp scandalũ. nam ꝙ obseruaret iurm prestitum Raab nullus ꝫdixit, sed oẽs consenserunt. quãtũ ad Gabaonitas fuit econtrario, quia populus indignatus est, & volebat occidere illos: principes autem opposuerunt se pp

Quare Iosue subiecit Gabaonitas seruituti.

iurm. vt ergo Iosue tolleret scandalum tenuit mediã viam. s. voluit ꝙ viuerent Gabaonitæ pp iurm principum, & subiecit illos seruituti altaris Dei, & populi, vt sic satisfaceret populo. & hçc fuit tota causa seruitutis Gabaonitarum. nam cognita fraude eorum si populus non reclamasset, permitteret eos Iosue viuere, & nõ subijceret alicui seruituti vel pçnç: sed quia populus petebat eos ad mortem, non potens aliud facere Iosue, subiecit seruituti, vt non sequeretur mors ipsorum. Ex his ergo apparet contra assertionẽ hæreticorum dicẽtium fuisse Iosue inhumanum, quia supplices sibi factos subiecit seruituti. nam non fuit inhumanus, immo abundanti humanitate vsus est, quia quantum potuit eos a morte liberauit. & quia non potuit per alium modum, imposuit eis quandam seruitutem quam ipsi mitiorem iudicauerũt, q̃ ꝙ occiderentur sicut populus petebat. Sexto, quia præiudicabatur aliqualiter Israelitis ex pacto Gabaonitarum, sed in nullo preiudicabatur ex pacto inito cum Raab. quia Gabaonitæ habebant quatuor vrbes magnas. s. Gabaõ, Caphira, Beroth, Cariathiarim, vt patet supra in litera. & istas habituri erant Israelitæ in possessionem si occiderẽt Gabaonitas, quia tota terra diuidenda erat per sortes. Nu.26. & 34.cap. si aũt totaliter seruaretur pactũ Gabaonitis, nõ possent Israelitç has vrbes habere. ideo præiudicabatur eis. secus de Raab, quia illa non habebat vrbem, neque hçreditatem: & si quid habebat illud erat in vrbe Iericho, de qua nihil habituri erant Iudæi: quia erat supposita anathemati ne habitaretur, & ne acciperetur aliquid de illa supra 6.cap. ideo non prçiudicabatur in aliquo Israelitis ex pacto Raab. vnde nõ reclamauerũt de illo, sicut reclamauerũt de iurõ præstito Gabaonitis. Septimo dicunt aliqui factum fuisse, quia Gabaonitç non habuerũt plenã fidẽ in Deo Israel. Raab autẽ habuit fidẽ plenã: ideo aliter cũ illa agi debuit. Octauo, qa dicunt ꝙ Raab ex deuotione venit ad Deum Israelitarum. Gabaonitæ aũt ex solo metu: ideo debuerũt seruire Gabaonitç & non Raab. De his duobus loqt̃ Adamãtius & glo.ordi. s. sed Iesus ſm mensurã fidei ipsorum cõpetenter iudicauit. sed Raab meretrix fide integra credidit cum oĩ domo sua, & exploratores cũ oĩ deuotione suscepit: ideo integre in societatem populi suscepta est, & apposita ad filios Israel. Isti vero qui non tam Israeliticæ plebis cõsortia dilexerũt, q̃ suæ perditionis metu accesserunt ad Iesum fraudulẽter, qũo poterant libertatem vitæ & regni cõsortium de his seruilibus promereri? Prçterea cum dicerent, audiuimus quanta fecit Dñs vobis in mari Rubro, & per desertum: nihil tamen fidei dignum, nihil tantarum virtutum admiratione dignũ fecerunt. Iesus vero videns in fide eorum angustum propositum, moderationem erga eos iustissimam seruat, vt salutem mereantur: quia parum quid fidei habent, nec tamẽ summã regni vel libertatis accipiant: quia fides eorum nullo operum nobilitatur accessu. Dicendum aũt ꝙ istæ duæ rationes aliqualiter sunt suasoriæ: sed rõnes cogentes sunt tertia, quarta, & quinta s̃. positç.

F *Quare sic se habuerunt Iudæi circa Gabaonitas: & an opinio Gratiani circa iuramentum præstitum possit sustineri.*

Quæst. XXIX.

ADHVC vltra supraposita de iuramento dubium est de Gabaonitis, cur omnia ista sic facta sunt circa illos, qa videtur quòd aut Israelitç tenebantur iurõ præstito Gabaonitis: & tunc sicut non licebat occidere illos, ita neque subijcere seruituti. aut non tenebantur iuramento, & tunc non seruituti erant subdendi, sed occidendi iuxta legem communem aliorum Chananæorũ. Num.33. & Deut.20.cap. Dicendum ꝙ in nullo istorum obseruatus est rigor iuris, sed quædam modera-

Attẽde lector ꝙ valde necessaria fuit fuit ista rationũ recollectio & additio ad q.17. vt nihil relinqueretur intactum.

G tio habita est quæ partim prouenit ex ignorãtia illius temporis, partim ex dispensatione Dei. Considerãdũ enim ꝙ iuramentum præstitum Gabaonitis nõ tenebat, quia per fraudem extorserant illud: & si Israelitç veritatem sciuissent, neque istud promitterent, neque obseruarent: ideo comperta fraude iudicari debebat iuramentum non esse obligatorium. Secundo: quia Israelitæ iurauerunt nunc aliquid contra legem Dei, scilicet non occidere Chananæos, cũ Deus vetuisset fieri talia pacta. Deut.20.cap. iuramenta aũt facta cõtra legem Dei non sunt obligatoria. & ideo certũ est non tenuisse iuramentum istud, & sic licuisse Israelitis pugnare contra Gabaonitas, sicut si non iurassent. & ita ostendimus supra. Tertio, quia si aliqua gẽs esset extra terram Chanaan, quã Israelitæ putarent esse

In q.17. & 19. & 23.

H in terra Chanaan, & ob hoc iurarent pugnare contra illam: postea comperto ꝙ esset illa terra extra Chananæos, scirent Israelitç se non obligatos ad pugnandum, & ita non pugnarent: cũ ergo nunc iurauissent non pugnare contra Gabaonitas, quia dicebatur eos esse de longinquo, comperto ꝙ essent de terra Chanaan, certũ est ꝙ licebat pugnare. De his dicit Augu. in hoc loco. s. queritur qũo iurationem quã seruãdã crediderunt Hebrei Gabaonitis, quibus ita iurauerũt tanquã de longinqua terra venientibus, sicut illi mentiti sunt. sciebant enim se debellandos si cognitum esset Hebreis se in ea terra habitare, quam recepturi erant. mentientibus ergo ꝙ de longinqua terra venerunt iurauerunt: postq̃ vero cognouerunt eos ha-

I bitatores, vbi oẽs, quos inuenerũt ſm Dei prçceptũ debellare deberent, noluerunt tñ frangere iurationẽ: & q̃uis eos mentitos didicissent. & post pauca dicit. nam si econtrario iurassent aliquos se interfecturos, quos in terra promissionis esse putassent, & postea didicissent eos ab ea terra esse extraneos, & de longinquo ad se venisse, non arbitrandũ est ꝙ essent debellaturi eos causa iurationis implẽdæ: cum propter ipsam parcendi clementiam sanctus Dauid, postq̃ iurauit se interfecturum Nabal, sciens vtique quẽ erat interfecturus, parcere maluit, nec in re duriore implere iurm, magis placere Deo extimãs si quod ira perturbatus iurauerat, non fecisset q̃ si perfecisset. Et ita August. manifeste dicit nõ tenuisse iurm istud, & licuis-

K se Israelitis pugnare contra Gabaonitas, sed non fecerũt. Sed obijcitur ꝙ Gratianus tenet ꝯrium, s. ꝙ iurm istud obligauit Israelitas ad non delẽdos Gabaonitas. nam ipse 22.q.4. §. si cum his: obijcit de iurõ prçstito Gabaonitis, quod non debet obseruari: quia erat illicitum: & postea ibidem in §. illicitum. rñdet dicens ꝙ iurm quod scitur esse illicitum qñ iuratur, non est seruandum. sed iuramẽtum quod putatur esse licitũ cum patratur, & postea inuenitur esse illicitũ obseruandum est: quia ignorantia facti ibi excusat. vnde dicit ibi. seniores aũt Israel nõ ignorabant gẽtes terrç promissionis ex p̃cepto Dei esse delendas, sed ignorabant Gabaonitas esse incolas terrç promissionis.

Opi. Gratiani decretorum compilatoris.

igno-

ignorabant siquidem factum : sed non ignorabant ius facti : atque ideo & si illicitum esset quod iurauerunt, tamen licite seruari debuit quod iuramento firmauerunt. Et ita non solum dicit ꝙ licuit Israelitis seruare hoc iuramẽtum, sed etiam ꝙ debuerunt seruare. Sed dicendum ꝙ non est verũ, quia nulla ignorantia facti potuit eos obligare ad faciendum contra legem Dei, quia tunc ignorantia nostra tolleret obligationem legis Dei, quod est absurdum. vnde non tenetur Gratianus in hac parte. Et glo. Ioannis illud ibi dicit, s. rõ vr̃ suadere ꝙ non debuerunt seruare iuramẽtum. tum quia erat ibi error personæ. tum quia dolus dedit cãm iur̃o. tum quia nõ poterant se obligare aliquo iuramento contra legem Dei. Et ideo certissime tenendum est ꝙ illud iur̃m non tenuit. & ideo licuit Israelitis pugnare contra Gabaonitas. Etiã Gratianus non põt saluare Israelitas, sed potius condemnat : quia si illud iur̃m tenuit, erant fœdera inter Israelitas & Gabaonitas : ideo non poterant eis in aliquo nocere sicut amicis : sed nocuerunt valde subijciendo perpetuæ seruituti : ergo non seruauerunt iuramentum.

Cum iuramentum præstitum non obligauerit Iudæos ad saluandum Gabaonitas, quare non occiderunt eos : & an Deus hoc iusserit, vel Iosue motu proprio istud egerit. Vbi etiam ponitur differentia inter inspirationem & reuelationem Dei, & quid vtraque operetur. *Quæst.* XXX.

SED nunc manet dubium, cum iuramentum istud non tenuisset, quõ Israelitæ non occiderunt Gabaonitas. Dicẽdum ꝙ primo prouenit ex ignorantia iuris. nam iuramentum erat illicitum, principes tñ populi qui nesciebãt distinguere de iuramẽto, putabant oẽ iur̃m præstitum in noĩe Dñi obligare. vñ dixerũt. iurauimus eis in noĩe Dñi Dei Israel : idcirco non possumus eos contingere, vt patet in litera. & ita diximus supra. Et tamen an ista ignorantia iuris excusaret principes ab hoc, ꝙ nõ occiderunt Gabaonitas, quos tenebantur occidere, dictum etiam est supra, & satis patet magna ignorantia illorum principum, qui ex vna parte putantes se iuramento astrictos non occiderunt Gabaonitas : & D ex alia parte violabant iuramentum subijciendo Gabaonitas seruituti, in quo etiam aliquo modo peccabant : vt declaratum est supra. Secunda causa & præcipua, quare Gabaonitæ non fuerunt occisi, fuit diuina dispositio. vnde aliqui dicunt ꝙ reuelatum fuit Iosue & senioribus populi a Deo, ꝙ non occiderent Gabaonitæ. sic tenet Ioannes in glo. 22. q. 4. §. sed cũ his, s. ad hoc dicunt plurimi ꝙ fuit eis diuinitus inspiratum ꝙ deberent eis parcere, sed tamen iuramẽtum fuit illicitum. Dicendum ꝙ satis põt eis fuisse inspiratum concedi, sed non ꝙ fuerit reuelatum saltem a principio. Est enim differentia magna inter inspirare & reuelare : quia inspirare est, i. in spiritu ponere, s. in voluntate. reuelare aũt pertinet ad intellectum. vnde inspirati sunt : vel possunt esse ignorantes eius quod faciunt quare agant, sed solum sentiunt se inclinatos E valde ad aliquid agendum. sic dicit Arist. lib. de bona fortuna, s. ꝙ bene fortunati patiuntur aliquid simile eorum quę a Deo fiunt, s. quia sentiunt se moueri ad aliquid quod bene eis proueniet, & tamen nesciunt aliquam cãm quare faciant. Sic erat de Sampsone qñ petebat sibi a parentibus dari in vxorem mulierẽ de terra Philistinorũ : & dixerunt ei pater & mater nunquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in oĩ populo tuo, quia vis accipere vxorem de Philistin qui incircuncisi sunt ? Sampson aũt videbat se rõne hortari, & nesciebat dare cãm aliquam quare vellet,

Bene fortunati sentiunt se moueri ad aliquid, [illegible] Pueniet; & tñ nesciunt aliquã cãm quare sic faciant.

A sed solum dixit hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis. Sampson aũt ardẽter hoc volebat, quia Deus mouebat animum eius ad istud desiderandum. Sic dr̃ Iudi. 14. cap. s. parentes aũt eius nesciebant ꝙ res a Dño fieret, & quęreret occasiones contra Philistin. Et sic patet ꝙ Sãpson licet a Deo moueretur ad hoc, nesciebat se moueri a Deo : quia si sciret diceret hoc parentibus suis, qñ petebant cãm, quare vellet mulierem de Philistin : & tñ non dixit, sed solum ꝙ placebat oculis eius : ideo non sciebat an a Deo mouebat̃ : & sic erat inspiratio quædam, i. quia Deus dabat aliqd in spiritum eius, i. voluntatẽ, s. desiderium accipiendi vxorem Philistinam. non tñ erat reuelatio cum non cognosceret se a Deo moueri. Est autem reuelatio B qñ Deus manifestat aliquid alicui agendum vel non agendũ : & tunc ille scit sibi illud reuelari, & scit dare rõnem de eo quod facit : & differt inter reuelationẽ & inspirationem : quia inspiratio non reddit opus totaliter licitum, neque oĩno excusat a peccato si opus aliàs sit illicitum : eo ꝙ inspiratus nescit se a Deo moueri. de reuelatione secus est, qa ista reddit opus simpliciter bonum, & excusat a peccato si opus erat aliàs illicitum, eo ꝙ reuelatio habet vim cuiusdam dispensationis. Et nunc dicendum ꝙ si Iosue & seniores solum fuerunt a Deo inspirati, non excusantur totaliter in omnibus quę fecerunt, cũ videantur repugnantia egisse. s. quia ex vna parte ꝑ obseruantiã iuramẽti non occiderũt Gabaonitas : ex alia parte iur̃m violabant subijciendo seruituti Gabaonitas. Si aũt fuit re- C uelatio excusantur totaliter, quia recte agerẽt nõ occidẽdo Gabaonitas, quia Deus illud sic fieri iubebat : & etiam non peccarent imponendo seruitutem Gabaonitis, quia Deus illam imponendam dicebat. Prædicta aũt vera sunt accipiendo stricte, & proprie reuelationem & inspirationem, vt distinguitur inspiratio contra reuelationem. aliqñ tñ accipitur large inspiratio pro reuelatione. & tunc oĩa quæ concedimus de reuelatione, concedemus de inspiratione. sic accipitur. 2. Petri. 1. cap. s. non. n. voluntate humana allata est aliqñ prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei hoĩes. & ita ꝓphetas dicit inspiratos. certũ est tñ prophetas scire sibi aliquid a Deo dici & intelligere illud : vt patet Dan. 10. cap. s. intelligentia opus est in visione. ergo inspiratio qua dicuntur prophetæ inspirari, est vera reuelatio. Et loquendo de tali inspiratione verum est, ꝙ inspirati a Deo excusantur de oĩbus quæ faciunt per inspirationem, quia inspiratio est ibi vera reuelatio. & tñ nos cum distinguamus inspirationem & reuelationem, non accipimus sic inspirationem.

Israelitæ fuerunt a Deo inspirati ad ea quæ fecerunt circa Gabaonitas, & non fuit eis facta reuelatio aliqua super hoc tunc, quando ista facta sunt, nec postea. *Quæst.* XXXI.

NVNC ergo manet dubiũ, an Iosue & principes populi circa obseruationẽ iuramenti pręstiti Gabaonitis fuerint inspirati, vel fuerit eis facta reuelatio. Dicẽdum est nõ esse dubium, quin illis fuerit facta inspiratio quædam ad omnia, quę fecerũt circa Gabaonitas : & tñ an fuerit reuelatio, non est certum : immo dicendum ꝙ cõstat saltem a principio qñ erat cõtentio inter populũ & principes super vita Gabaonitarum, nõdum fuisse factã aliquam reuelationem. Et patet hoc, quia populus murmurabat cõtra principes vt occiderẽtur Gabaonitæ : ad qđ habebãt motiuũ ex lege, s. qa erãt Gabaonitæ Chananęi, & de terra possessionis eorũ. principes aũt vidẽtes se rõne cõuictos nõ potuerũt aliud r̃ndere populo nisi hoc, s. iurauimus eis in noĩe Dei

Israel,

Israel, idcirco non possumus eos contingere. & tñ si fuisset eis reuelatio facta circa Gabaonitas quid agendum esset, dicerent Deus mandauit. & ista erat rñsio conuenientior q̃ allegare iurm, de quo an teneret nõ constabat. & tñ non allegauerunt aliquid de hoc: ergo nõdum erat eis super hoc facta reuelatio. Etiam patet, qa si populus murmuraret, & Iosue vellet sedare scandalũ satisfaciendo intentioni populi, subiecit Gabaonitas seruituti: & tenuit istam viam mediam dicendo, reseruentur & viuant ne ꝯ nos ira Dñi cõcitetur si peierauerimus eis: sed sic viuãt, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cędant, aquasque cõportẽt. sunt ista verba Iosue & principum. & nõ sciuit Iosue aliquam causam istius mediæ viæ, nisi quia non licebat peierare. quod tñ erat falsum, quia nõ erat periurium non seruare hoc iurm. ergo vr̃ ꝙ neque ipsi Iosue fuerat aliquid tũc reuelatũ, quia aliàs diceret, sic Deus iussit fieri: & iam non esset cõtentio vlla in populo. An vero post hoc, i. imposita seruitute Gabaonitis & reseruata illis vita, fuerit facta aliqua reuelatio de hoc, s. ꝙ Deo placeret id quod factum erat, & ꝙ sic firmum maneret, non apparet. Aliqui dicũt ꝙ nõ, qa nõ erat iam vtilis reuelatio. nã a principio qñ erat dubitatio quæ poterat tolli per reuelationem, non fuit facta reuelatio: nõ ergo erat verisimile ꝙ postea fieret. Dicendum ꝙ licet non constet de reuelatione, tñ satis erat verisimile ꝙ fieret: quia in multis alijs sic facta est, s. ꝙ a principio non fieret reuelatio quid agendum esset, & postq̃ res facta erat, reuelabatur per Deũ ꝙ sic vellet manere. & hoc erat, quia re facta dubitarent aliqui an Deo placeret hoc, & conarentur forte in ꝯrium putantes non placere Deo, & sequerentur in hoc bella & scandala. vt aũt ista euitarentur, reuelabat Deus illud esse de intentione sua, & tunc cessabãt scandala. Sic patet qñ tpe Roboam filij Salomonis diuisum est regnum, & decem tribus acceperunt Ieroboam in regem. nam Deus non iussit aut consuluit illis hoc agere. & ideo Roboam cum duabus tribubus quę remanserant, voluit pugnare contra decẽ tribus ad reducendum eas ad se. Deus autem misit prophetam ad dicendum quòd non pugnarent. nam Semeias propheta dixit ad populum, non ascendetis neque bellabitis cõtra fratres vestros filios Israel: reuertatur vir in domum suam. a me enim factum est verbum hoc, vt patet 3. Reg. 12. vel mea volũtate hoc gestum est. 2. Paralip. 11. cap. & sequitur ibi. audierunt sermonem Domini, & reuersi sunt de itinere sicut pręceperat eis Dominus. Etiam sic factum est qñ Israelitæ petiuerunt regẽ. 1. Reg. 8. & datus est eis Saul in regem. 1. Reg. 10. & quia crederent illi non esse peccatum in hoc, cum Deus dedisset illis regem, Deus fecit eos conuocari. & ostẽdit mirabiliora coram illis, s. tonitrua & fulgura de cęlo, vt cognoscerent peccatum suum, & cognouerunt illud. 1. Reg. 12. cap. & quia cognito hoc volebant recedere a rege suo, reuelauit illis Deus quòd non recederent eod. c. Sic poterat esse in pręsenti, quia nũc reseruata fuerat vita Gabaonitis ꝯ legem Dei ꝑtexu iurĩ pręstiti eis repugnante populo. poterat aũt postea dubitatio oriri an recte hoc actũ esset, & forte populus vellet aliud disponere de Gabaonitis, vt aũt hoc non sequeretur, reuelaret Deus Iosue vel Israelitis hoc de sua voluntate gestũ esse, vt postea ꝯ hoc nihil attentarent. Sed dicendum ꝙ hoc non obstante vr̃, ꝙ Deus non reuelauerit super hoc aliquid postea. & patet, quia si reuelasset, nõ fuisset aliquid in ꝯrium attẽtatum: & tñ factũ est. nam Saul occidit postea plurimos de Gabaonitis propter hoc; vt patet 2. Reg. 21. cap. s. porro Gabaonitæ nõ sunt de filijs Israel, sed reliquę Amorrheorũ. filij quippe Israel iurauerant eis ne perimerẽt eos,

Determinatio auctoris.

Determinatio auctoris.

F & voluit Saul percutere eos zelo quasi ꝓ filijs Israel. s. zelo illo quo Israelitę voluerũt eos occidere, & occidissent nisi repugnassẽt prĩcipes: voluit eos Saul occidere, & fecit occidẽdo de eis multos. & tñ si reuelatũ esset, ꝙ ista erat volũtas Dei, nõ cõmot⁹ fuisset Saul ad occidendũ Gabaonitas: qa sciret se agere ꝯ volũtatẽ Dei: & tñ dr̃ ꝙ cõmotus fuerat zelo pro filijs Israel. s. zelo bono quo illi mouebãtur a principio ꝯ Gabaonitas: ergo non fuerat facta talis reuelatio. Secundo patet, quia si fuerat facta reuelatio de hoc, dato ꝙ Saul istud vellet facere, manifestum est ꝙ peccaret: qa contra iuramẽtum Dei agebat. & tñ non fuit cognitum hoc, quia nesciebatur an fuisset peccatũ ista occisio Gabaonitarum, quousque immissa fame per
G triennium, & consulto Dño reuelatũ est ꝙ fames illa erat pro peccato Saulis, quia occiderat Gabaonitas. 2. Reg. 21. c. ergo non fuerat quicq̃ reuelatum de Gabaonitis, neque ante, neque post vsque ad tẽpus, quo Deus iussit puniri domum Saulis pro peccato eius, quia Gabaonitas attriuerat.

De modo quo Deus mouit Israelitas ad ea quæ fecerunt circa Gabaonitas. Et quòd propter octo rationes constat quòd Israelitæ fuerunt inspirati diuinitus in liberatione Gabaonitarum. Quæst. XXXII.

Ex prędictis apparet, ꝙ nõ fuit Iosue & principes populi in facto Gabaonitarũ moti per reuelationẽ aliquã, sed solum dicendũ est ꝙ
H fuit aliqua inspiratio. Et fuit modus. Deus voluit ꝙ Gabaonitæ nõ perirẽt morte cõi aliorũ Chananęorũ, quia forte pręuiderat eos meliores futuros & elegerat eos meliores facere, voluitque applicare alicui cultui suo. & ad hoc dedit in animum eorum ꝙ cogitarẽt aliqua ingenia, per q̃ possent fallere Israelitas, & inducere ad pręstãdũ iurm & ineũda fędera, & dedit eis cõfidentiã in aĩo ꝙ hoc possent obtinere. nã si non confiderent non attentarent. & hoc fuit inspiratio q̃dã facta a Deo Gabaonitis, licet ipsi non intelligerent: & tñ mouebantur a Deo ad hoc faciẽdũ. Et ad hoc faciendũ Deus mollificauit corda eorũ, vt supplices fierent Israelitis. & sic possent euadere mortẽ. In alijs aũt Chananęis quos Deus pręuiderat futu-
I ros malos, & non elegerat eos applicare alicui cultui suo, nõ fecit sic: sed indurauit corda eorũ, i. non mollificauit vel potius indurauit, sed mouit ardenter ad desiderãdũ pugnã cõtra Israelitas: & sic nõ possent obtinere fędera eorũ, sed ab eis tanq̃ hostes occiderentur. sic innuitur supra 11. c. vbi ponit dña illorum Chananęorũ, qui pugnantes cũ Israelitis corruerunt gladio, & eorũ q non pugnantes saluati sunt, s. D. ñi. n. sñia fuerat, vt indurarentur corda eorũ, vt pugnarent contra Israel, & nullã mererent̃ clementiam: ac perirẽt sicut pręceperat Dñs Moysi. & ita apparet ꝙ ex parte Gabaonitarũ inspiratio Dei fuit ad nõ pugnandum, & tractandũ fędera cũ Israel. Ex parte quoque Israelitarũ fuit diuina inspiratio ad hoc, ꝙ ista fierent:
K quia Deus sic mouit corda eorum, vt ista fierent. Et primo fuit in turbando corda eorum, & distrahẽdo, ne peterent a Dño cõsiliũ super hoc. nam super alijs rebus minoribus soliti erant cõsulere Dñm, an agerẽt vel nõ: & nũc super ista re magna nõ aduerterũt, vt cõsulerẽt Dñm. & hoc fuit, quia Deus aliquo mõ distraxit, & infatuauit corda eorũ ne istud quærerẽt: sicut dixit Dauid, infatua quęso Dñe cõsiliũ Achitophel. 2. Reg. 15. c. & ita non cõsulentibus Israelitis Dñm, fuit locus, vt deciperent̃ a Gabaonitis. nam si quęrerẽt Israelitę de Gabaonitis an essent Chananęi, rñderet Deus esse Chananæos: & sic non iniretur fędus cum eis: sed quia non quæsierunt, errauerunt.

Secundo

Secundo fuit in eo, quòd moti fuerunt principes A populi ad defendendum Gabaonitas contra voluntatem populi dicentes, non possumus eos contingere. & istud a Deo fiebat. nam si principes nō fuissent moti ad istam defensionem, occidisset illos populus, vt patet supra in litera. Tertio fuit inquantum fecit errare principes super obseruatione iuramenti. nā illud non erat obligatorium, cum esset præstitum cōtra legem Dei. & si hoc putarent principes, permisissent illos occidi a populo. crediderunt tamen se obligatos iuramento dicentes, iurauimus eis in nomine Dei Israel, idcirco non possumus eos contingere. & forte Deus compunxit corda eorum, vt hoc crederent.

Quarto videtur fuisse inspiratio, quia etiam auertit Deus corda eorum, vt nunc quoq; non consulerent. B nam prius non quęsierant, an Gabaonitæ essent Chananæi, & ideo decepti inierant fędus. nūc autem erat iam discordia inter populum & principes, quia populus putabat non se obligari iuramento, & licere occidi Gabaonitas, ideo eos petebant ad mortem. principes autem dicebant se obligatos iuramento. & ideo non licere contingere Gabaonitas. tunc ergo insurgēte isto dubio saltem consulere debebant dominum, an teneret iuramentum, vel non: & non consuluerūt, sed potius ipsi se concordauerunt quasi modo humano dando medium, vt aliquo modo satisfieret populo & principibus. Quinto fuit inspiratio, inquantum Deus mouit populum ad petendum mortem Gabaonitarum. nam cum principes putarent se teneri iuramento, si populus non peteret Gabaonitas ad mortē, C nihil mali inferrent eis principes, neque subijcerēt seruituti, & ita non sequeretur id, quod Deus volebat, s. ꝙ Gabaonitæ ministrarent in portando aquam, & cędendo ligna pro altari domini. ideo fecit, ꝙ esset ista contentio, vt sic surgeret inde illa conclusio, s. ꝙ Gabaonitæ ministrarent in cędendo ligna, & comportādo aquas. Sexto inquantum dedit in cor principum, & Iosue, vt tale medium inuenirent, scilicet, quòd reseruarentur Gabaonitę, & seruirent in ministerio altaris, & populi.

Septimo inquantum placauit cor populi ad assentiendum huic modo dato. nam populus pertinaciter petebat mortem Gabaonitarum, ꝙ autem statim cederent a rigore suo non facto eo quod ipsi petebant, D quod non fieret faciliter, nisi quia mollificabat Deus corda illorum. Octauo colligitur, ꝙ fuerit hoc de voluntate Dei, & ipso aliqualiter inspirante, quia approbauit Deus id, quod factum fuerat, quia quando Saul quasi zelo motus pro filijs Israel occidit multos Gabaonitarum, Deus iratus immisit famem trium annorum, neque cessauit fames, quousq; data est vltio Gabaonitis occidendo filios, & nepotes Saulis, secundo Regum 21. cap.

De his dicit Augustinus, noluerunt tamen frangere iurationem, & quamuis eos mentitos didicissent, parcere maluerunt, cum possent dicere se tanquam illis iurasse, quos esse crediderunt, idest de lōginquo venientes, cum vero illos cognouerunt, præceptum domini circa illos implendum fuit, vt sicut cæteri expu- E gnarentur, Deus autem hoc approbauit, nec parcentibus consensit quamuis illum non interrogassent qui illi essent, & ideo eos fallere maluissent, vnde credendi sunt, & si fallere pro sua salute voluerunt, non tamen fallaciter Deum timuisse in populo eius, ideo autem dominus non consensit iurantibus, vel parcentibus, & Gabaonitas ipsos postea tanquam populi sui homines, de domo Saul vindicauit, sicut regnorum ostendit historia. & quia iuratio sic seruata est quamuis hominibus mentitis, vt ad clementiam sententia flecteretur, non displicuit Deo.

Dicendum etiam, quòd licet iuramētum illud prçstitum Gabaonitis non teneret, placuit Deo, quòd putaretur, vt sic esset occasio liberādi Gabaonitas, & ob hoc Deus non reuelauit Israelitis, qui essent Gabaonitæ. nam licet Israelitę non quærerent qui essent illi, Deus ipse reuelaret eis admonens illos, ne cōntra legem suam pactum inirent, sed quia liberare voluit tacuit, vt sic deciperentur Israelitę. Item ostendit Deus voluntatem suam de vita Gabaonitarum, quia quando obsessi fuerunt a quinque Regibus, vt patet capit. sequen. potuisset Deus illos permittere perire in manibus eorum: tamen noluit, sed adiuuit miraculose ipsum Iosue mittendo terrorem in Chananęos, vt fugerent a facie Iosue: & postea illos fugientes persecutus est Deus mittens lapides grandinis magnos de cœlo, ita vt perirent multi Chananęorum. vt patet cap. seq. & vt magis esset victoria completa, tenuit Deus solē immobilem quasi spatio vnius diei, vt non fugerēt hostes occidente Sole, eod. cap.

De his dicit Augustinus, cum obsessi Gabaonitę a Regibus Amorrhęorum misissent ad Iesum, vt sibi subueniret, ascendit Iesus de Galgalis ipse, & omnis populus bellatorum cum illo, omnipotens fortitudine: & dixit dominus ad Iesum. noli timere illos, in manus enim tuas tradidi illos, vbi neque cōsultus est dominus vtrum eundum ad eos esset, sed vltro suis subuenire volentibus futuram pronunciauit victoriam. sic etiam posset de Gabaonitis incōsultus monere qui essent, cum mentirentur, nisi ei placuisset illa iuratio quę subiectis parcere cogeret. crediderant enim Deo quem audierant populo suo promisisse, quòd illas gētes subuerteret, & earum terrarum obrueret, & hanc eorum fidem quodammodo remunerauit, quia non perdidit.

Cum autem dixit Augustinus de iuratione, quòd subiectis parcere cogeret. videtur innui, quòd obligatoria erat si cogebat. Dicendum quòd accipit hoc Augustinus secundum intentionem principū, & non secundum veritatem, s. quòd principes putabant se teneri hoc iuramento, licet secundum veritatem non tenerentur, sicut ipse Augustinus supra dixit.

Sed hoc eis faciemus. Hic ponitur temperatio pacti facti, quasi dicat, licet non possimus infligere eis aliquā pœnam occisionis, quia iurauimus, imponemus tamen eis alium modum pęnalitatis, scilicet, vt seruiant Sanctuario, & multitudini. Et in hoc etiam rursus errabant principes, quia primo cognito, quòd Gabaonitę essent Chananęi, putauerunt se teneri ad iuramentum: deinde quantum ad aliquid putauerunt sibi licitum mutare promissum, sed non licebat, quia vel totum tenebat, vel nihil, cum totum iuramentum contra legem Dei esset. *Reseruentur quidem, & viuant.* Idest seruentur a morte, & viuant inter nos. In hoc non solum dicebatur, quòd reseruaretur eis vita, sed etiam ꝙ seruarentur ciuitates eorum pro eis, & terrę ad colendum.

Ne contra nos ira Dei concitetur. Idest hoc faciamus, ne Deus irascatur nobis immittēdo super nos aliquā pęnam. intelligebant principes se teneri ad iuramentum præstitum Gabaonitis, & quòd si illis nocerent, agerent contra iuramentum, & tunc verum est, quòd Deus puniret eos, quod erat concitari iram Dei.

Si periurauerimus. Verum dicebant isti principes, scilicet, quòd concitaretur contra eos ira Dei si periurarent, ipsi autem intelligebant, quòd periurarent, quia putabant se alligatos iuramento, tamen non erant.

Sed sic viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cædant. Ex aliqua parte principes vitam permittebant, & ex aliqua parte vitam eis adimebant, quia subijciebant in æternam seruitutem, quæ mors

ciuilis est, & hoc modo putabant se satisfacere iuramento, & popularibus, sed non satisfaciebant. nā quia eos non occidebant, putabant se satisfacere iuramento, quia vero eos in seruitutem subijciebant, putabant se satisfacere populo petenti deleri illos, sed non satisfaciebant iuramento si teneret. nam tunc non solum obligarentur non occidere illos, sed etiam non nocere eis aliquo modo. Etiam non satisfaciebant plebi, quia populus volebat occidi Gabaonitas secundum diuinam iussionem. erat autem mandatum illud datū de morte temporali, & de obligatione omnium bonorum. Israelitæ autem non irrogabant Gabaonitis mortem temporalem, nec eis ciuitates auferebāt, aut contingebant quicquam de rebus illorum, ergo non satisfaciebant populo, quia tamen non præualuit vulgus contra iussa principum quicquam efficere, statū est sententiæ principum de non occidendis Gabaonitis, sed subijciendis in seruitutem. *Vt in vsus multitudinis ligna cædant, & aquas comportent.* Quia conquerebātur populares, ꝙ isti effugerent mortē, & ꝑderēt ciuitates eorū, quas alias habituri essent, principes, vt satis placare possint concitatos animos populi, dicūt de vtilitate eis procuranda, s. de seruitio Gabaonitarum præstando populo in cædendo ligna, & portando aquas. & quamquam dixerunt principes de applicatione facienda ad vtilitatem multitudinis, magis tamen applicandi erant, & appliciti sunt ad obsequia Sāctuarij, quam ad obsequia multitudinis. sic patet infra cū dicitur. decreuitque Iosue in die illo esse eos in ministerio cuncti populi, & altaris domini, cędentes ligna, & aquas portantes vsque ad præsens tempus, in loco quem elegisset dominus. de hoc tamen non fecerunt aliquam mentionem principes, vt magis placarent animos populi applicantes eis totam vtilitatem obsequiorum Gabaonitarum, vt sic cessaret primus ille, & fortis impetus animositatis populi. cum autem iste relanguerit, cęteri mitiores sunt, & poterat ordinari de Gabaonitis quicquid principes vellent.

Gabaonitæ manserunt toto tempore bellorum, scilicet, quasi per septem annos in ministerio totius multitudinis, postea vero fuerunt in ministerio Sanctuarij. Quæst. XXXIII.

DICITVR, ꝙ isti cęderent ligna, & comportarent aquas in vsus multitudinis, idest ad vsum totius populi. hoc intelligitur de tempore illo in quo Israelitæ manerēt in bellicis expeditionibus ante diuisionem terræ, & possessionem singulorum, atque habitationem per singulas ciuitates, & loca. Nam magno tempore dum durauit bellum contra Chananæos nondum deuictis eis, nec capta terra, habitabant Israelitæ in castris, s. in tentorijs in bellica expeditione, & erant ibi omnes præter quā cum eundum erant contra aliquem locum, vel gentē ad pugnam, quia tūc omnes viri pugnatores, aut pars eorum ibat in pugnam, reliqua autem multitudo manebat in castris, & hoc fuit aliquanto tempore donec Deus dedit pacem Israelitis subiecta eis terra, & recesserunt Rubenitæ Gaditæ, & dimidia tribus Manasse in terram suam. de quo infra 21. & 22. & hoc fuit spatium annorum septem, vt historici antiqui referunt, quod satis colligi potest ex his quæ infra habentur. nā non fuit data pax, & habitatio Israelitarum per loca sua, vsquequo factum est, quod dr̄ infra 21. & 22. c. sed ante hoc locutus est Caleb ad Iosue id quod habetur infra 14. c. Tunc tamen non cessauerāt bella, cum postea fiat mentio de pugna contra gigantes qui erant in Hebron. vt patet inf. 14. & de pugna cōtra Cariach Sepher. de qua infra 15. in tēpore tn̄ quo locutus fuit Caleb ad Iosue ea, quæ habentur infra 14. effluxerant

Quot anni duraret bella, & quot anni steterunt duæ tribus, & dimidia cū aliorum.

F iam anni sex cum dimidio aut fere. ergo aut fuissent anni 7. aut amplius ab ingressu terræ Chanaan vsq; ad pacem habitam, & reuersionem Rubenitarum, Gaditarum, & dimidiæ tribus Manasse in terram suam. Antecedens patet, quia qn̄ loquebatur infra 14. Caleb ad Iosue dixit. 85. annorum sum hodie sic valens, vt eo valebam tp̄e, quo ad explorādum missus sum. Iterum in eo. c. dicit Caleb ad Iosue 40. annorum eram, qn̄ misit me Moyses famulus domini de Cadesbarne ergo a die qua missus fuit Caleb ad explorandum cū cęteris vsq; ad diem, qua locutus est Iosue effluxerūt anni 45. cum ipse tunc esset annorum 85. sed a tempore, quo missus fuit ad explorandum Caleb vsq; ad ingressum terrę Chanaan trans Iordanem transierūt G anni 38. & dimidius, aut parum plus. ergo ab ingressu in terram Chanaā post Iordanem vsque ad diem, quo loquebatur Caleb ad Iosue, effluxerunt anni sex, & quasi dimidius. Patet consequentia subtrahendo 38. & dimidium, aut parum plus a 45. Quod autem a tempore, quo missus est Caleb ad explorandum, vsque ad transitum Iordanis effluxerunt solum anni 38. & dimidius aut parum plus patet, quia ab exitu de Aegypto vsque introitum in terra Chanaan, & ad transitū Iordanis transierunt anni 40. vt manifestum est Exo. 16. & Deut. 8. ab his detrahatur tempus, quod effluxerat, quando missi sunt exploratores, fuerūt enim missi anno secūdo ab exitu de Aegypto. nam de Cadesbarne missi sunt, vt patet infra 14. & Nume. 13. & ista mansio est distans a monte Synai per 21. mansiones, H vt patet in Catalogo mansionnm Nume. 33. c. in quibus morarentur plusquam per mensem ad minus. nā præter tempus, quo steterunt in sepulchris concupiscentiæ ad comedendum de coturnicibus, quod secūdum quosdam est vnus mensis, vt aliqualiter conijcitur Num. 11. mansit Israel in Aseroth ad minus septē diebus, quibus Maria soror Moysi fuit leprosa. vt patet Num. 12. in his ergo 21. mansionibus cum tempore, quo manserunt nihil ambulando, effluxissent eis ad minus menses quasi duo, vel plus, vt quidam computant, sed de monte Synai recesserunt Israelitæ anno 2. ab exitu de Aegypto mense secundo die vicesima mensis. vt patet Num. 10. Ergo cum fuerunt missi exploratores de Cadesbarne, transierant menses fere I 4. anni secundi ab exitu de Aegypto, ita vt esset fere dimidius annus. restabāt ergo anni 38. & dimidius, & parum plus vsque ad introitum terræ Chanaan transito Iordane, sed his demptis de 45. manent sex, & fere dimidius. ergo sex, & dimidius fere fluxerunt a transitu Iordanis vsque ad tempus, quo locutus fuit Caleb ad Iosue ea, quæ habentur infra 14. sed tunc non erat data pax Israelitis, cum postea fuerint aliqua bella, vt supra dictum est. ergo ad minus septem anni fluxerunt a transitu Iordanis, vsque ad tempus quo data est pax, & recesserunt Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse a reliquo Israel reuertētes in terram suā.

Aliqui tamen aliter dicunt, scilicet, quod Israelitæ morati sunt pugnando contra Chananęos annis 7. & K postea in diuidendo terram morati sunt alijs 7. annis. De primis 7. annis satis constat ex scriptura secūdum modum probationis supra positum. De secundis autem non constat, quicquid autem fuerit, s. siue 7. siue 14. mansit toto hoc tēpore Israel in castris, & vocatur multitudo, quia erant congregati, cum vero distributa terra sorte recesserunt singuli in ciuitates suas, non vocata est multitudo, & toto hoc tempore Gabaonitæ, s. de Gabaon, Caphira, Beroth, & Cariathiarim manserunt in famulatu totius multitudinis cædentes ligna, & comportantes aquas, applicuerunt autē principes ipsos Gabaonitas ad istū vsum totius multitudinis, quia non erat aliquis vsus q ita ꝯueniret toti multitu-

multitudini, sicut portatio aquarum, & lignorũ pro castris, & erat hoc magni laboris, & continui, pro tanta multitudine aquas sufficienter comportare, & ligna. Et quãdo non habebant Israelitæ seruientes Gabaonitas, multi de eis continue implicabãtur huic officio, scilicet, vt portarent in castra aquas, & ligna, & tam continua erat ista vacatio, quòd non poterant venire ad audiendum, quando proponebantur leges domini coram toto populo congregato. nam & quãdo Moyses moriturus totum Deuteronomium coram cuncto Israel recitauit, non erant præsentes qui portabant ligna, & aquas. sic patet Deute. 29. c. cum dicitur. Vos statis hodie cũcti coram dño Deo vestro, principes vestri, ac tribus, & maiores natu, atque doctores, omnis populus Israel, viri, & vxores vestræ, & aduena qui tecum moratur in castris, exceptis lignorum cęsoribus, & his qui comportant aquas. Seruiuit autem populus 4. ciuitatum Gabaon toti multitudini Israel in his iam dictis duabus ministrationibus, quãdo erãt coniuncti, cum vero data pace recesserũt in ciuitates suas, desierunt illis sic ministrare, & manserunt hæc eadem facientes in obsequium Sanctuarj vbicunque essent, vt patet infra, cum vero Israelitę erant in expeditionibus bellicis congregati, ijdem seruiebant Sanctuario, & toti multitudini, quia ministratio in Sanctuario tunc parua erat, donec daretur pax, & vacarẽt cęremonjs.

Quibus hæc loquẽtibus vocauit Gabaonitas Iosue, & dixit eis. Cur nos decipere fraude voluistis, vt diceretis, procul valde habitamus a vobis, cum in medio nostri sitis? Itaque sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cędens, aquasque comportans in domum Dei mei. Qui responderunt. Nunciatum est nobis seruis tuis, quòd promisisset dominus Deus tuus Moysi seruo suo, vt traderet vobis omnem terram, & disperderet cunctos habitatores eius. Timuimus igitur valde, & prouidimus animabus nostris vestro terrore compulsi, & hoc consilium iniuimus. Nunc autem in manu tua sumus, quod tibi bonum, & rectum videtur, fac nobis.

Quibus hæc loquentibus. Idest dum populus murmurans, & tumultuans loqueretur, quæ dicta sunt contra principes, & principes responderent. *Vocauit Iosue Gabaonitas.* Scilicet eos qui erant in Metropolitana vrbe Gabaon dicta, & hoc vt placaret corda populi tumultuantis contra principes infligendo pœnam quandam Gabaonitis, & applicando eos ministerio populi. *Et dixit eis. Cur nos decipere fraude voluistis?* Idest quare laborastis, vt nos deciperetis, & hoc ĩ fraude, scilicet præposita quadam fictione in habitu, ad significandum sedes suas esse nimis inde distantes. nam si Gabaonitæ solis verbis decipere conati fuissent, & decepissent, non tantum erant culpabiles, quia non tantum operam dedissent, vt fallerent Iudæos. cum autẽ in opere quasdam fictiones posuerint, magis onerosum Iudęis erat, ꝙ tantum laborassent ad eos fallendum. Sciendum, ꝙ Gabaonitæ iuste agebant se quomodocunque a morte tuentes sine aliorum iniusta offensa, & quia erant Iudæi hostes Gabaonitarum, licebat Gabaonitis contra illos vti quibusdam fraudibus, quibus non liceret vti aduersus alios. nam licebat eis occidere Iudęos, & fouebant iustum bellum, cum terram suam ab eis, & proauis eorum semper possessam tuerentur. si ergo licet hostibus contra hostem in bello iusto pugnare ex insidijs, vt declaratum fuit pręce. c. & Deus illud iussit Iosue, s. vt poneret insidias vrbi Hay, magis licebat vti quibusdam alijs fictionibus ad fallendum hostes, quam poni insidias ad pugnandum. nam insidiæ Gabaonitarum non erant ad occidendum Israelitas, sed ad defendẽdũ se ab eis, vt mortem quoquo modo effugerent. insidiæ autem Iudæorum positæ in vrbe Hay erant ad occidendum viros vrbis, fuerunt tamen istę licitæ. ergo magis insidię positæ a Gabaonitis in quibusdam fictionibus. In hoc solum peccauerunt Gabaonitæ, quòd mentiti sunt dicentes se de terra longinqua valde. in cæteris autem iure suo vtebantur, nemini iniuriam inferentes. Iudæi tamen, quia decepti erant, quamquam alias iuste egissent, conquerebantur, ideo dixerunt, cur eos decipere voluissent. *Vt diceretis valde procul habitamus a vobis.* Idest a terra quę vobis debetur, quia tunc nõdum habitabant Iudæi in terra aliqua, sed erant in cõtinua expeditione bellica manentes in castris: quamquam fecissent Gabaonitę alia, s. ducentes veteres saccos, & pannos vestium, ac cibaria antiqua, nihil horum retulit Iosue, quia ista omnia erant in confirmationem dicti illius, s. de terra longinqua venimus, hoc ergo solũ repetit. Etiam licebat Gabaonitis quamcunque fictionem facere in habitu ad fallẽdum Israelitas, in verbis tamen fallere non licebat ideo iustius cõqueri potuit Iosue de mendacio in verbis, quam de cæteris fictionibus. *Cum in medio nostri sitis.* Idest cũ habitetis inter nos. non ponitur medium pro ęqui distantia, quia nõ erant Gabaonitæ in medio totius terræ Chanaan per ęqui distantiam, sed in medio per interpositionem, & hoc illicitum erat, & grauabantur Iudæi. Primo, quia si staret iuramentum præstitum, irent contra legem datã a Deo de occidendis omnibus Chananæis, quod erat satis molestum Israelitis, s. quòd cogerentur agere contra legem Dei. Secundo, quia priuabantur possessione ciuitatum eorum. erant enim quatuor ciuitates, s. Gabaõ, Caphira, Beroth, & Chariathiarim, vt patet supra in litera. & magnæ ciuitates erãt, in quo satis grauabantur perditis quatuor ciuitatibus de possessione sua. *Itaque sub maledicto eritis.* Idest sub pœna maledictionis eritis semper, s. diminuti omni bono. maledictio enim importat diminutionem, & benedictio augmentationem, vel multiplicationem. sic patet Deute. 28. vbi benedicuntur horrea, & fruges, & fructus iumentorum, atque aliarum rerum, i. vt crescãt, & perueniant ad magnum numerum. maledicuntur enim ibi econuerso omnia ista ad diminutionem, s. vt ad nihilum reducantur. & Apostolus 2. ad Corinth. 9. benedictionem vocat augmẽtationem, vel largitatẽ, s. qui parce seminat, parce metet, & qui in benedictionibus seminat, de benedictionibus, & metet, idest qui parum dat, parum recipiet, qui vero abundanter, recipiet abũdantissime. maledictio autem, vel diminutio sub qua futuri erant Gabaonitæ erat, vt semper essent in seruitute. nulla aũt diminutio boni maior esse potest, quia potissimum bonum nostrum est in libertate qua ablata nihil nobis manet nisi vita non honeste ducenda. virum. n. fortem magis decet fortiter mori, ꝙ effęminate viuere. *Et non deficiet de stirpe vestra ligna cędens aquasque portans.* Quasi dicat ista seruitus vobis perpetua inducitur, ꝙ vos, & posteri vestri serui sitis, & opus vestrum erit in cędendo ligna, & comportando aquas. nam assignati sunt, vt semper in quocũq; loco esset Sanctuarium, seruirent in his ministrationibus.

An Gabaonitæ manserint in gentilitate, vel conuersi fuerint ad iudaismum. *Quæst.* XXXIIII.

CIRCA istos Gabaonitas aliquis inquiret, an manserint in gentilitate, vel cõuersi fuerint ad iudaismum. Respondendum est, quòd ad indaismum cõuersi fuerint, quia cum Iudei habebant aliquos seruos, cogebant eos circuncidi, & conuerti ad iudaicum cultum. in mercenarijs autem, & inquilinis secus erat, de quo Exodi 12. cap. s. omnis seruus emptitius circuncidetur. & sic comedet illud, idest Phase. Gabaonitæ autẽ erant serui effecti in ęternum, ergo Iudæi cogerent eos conuerti ad iudaicos ritus, s. vt circunciderentur, & cętera obseruarent legalia. Item Gabaonitę habitabant inter Israelitas. sed Israelitæ non permitterent vllatenus in terra sua cultum idolorum, quia sic maxime pollueretur terra. si tamen Gabaonitę non fuissent conuersi ad iudaismũ, manerent in cultu idolorum in ipsa terra Iudæorum, quod nullo modo permitterent Iudæi, ergo conuersi fuerunt. Item magis patet hoc, quia Gabaonitæ ministrabant ad vsus Sanctuarij, s. portantes aquas, & cędẽtes ligna, quorum causa necesse erat introire in Sanctuarium, non tamen permitterentur introire, aut accedere ad Sanctuarium si in gentilitate manerent, ergo conuersi sunt. Patet antecedens, quia Deus vetuerat, ne quis de gentilibus introiret in Sanctuarium, vt habetur Ezech. 44. cap. s. sufficerunt vobis omnia scelera vestra domus Israel, eo ꝙ inducitis filios alienos incircuncisos carne, vt sint in Sanctuario meo, & polluant domum meam. De hoc etiam Threnorum 1. s. quia vidit gentes ingressas in Sanctuarium suum, de quibus pręceperas ne intrarent Ecclesiam tuam. Gabaonitæ autem intrabant, ergo non manebant in gentilitate. & tamen quamquam conuersi fuerint ad iudaismum, non fuit eis ablata conditio seruitutis. nam poterant serui esse in ęternum conuersi ad iudaismũ, & filij conuersorum, vt patet Leui. 25. capit. s. serui, & ancillæ sint tibi de nationibus, quæ in circuitu vestro sunt, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra. hos habebitis in seruos, & hęreditario iure transmittetis ad posteros, atque possidebitis in ęternum. Potissime autem hoc de Gabaonitis erat, qui erant de Chananęis, quibus maior erat imponenda pęna quàm cęteris gentibus. & quamquam Gabaonitæ manerent in hac ęterna seruitute, cogebantur obseruare omnes cęremonias legis, sicut cuncti Iudæi ex genere. *In domum domini Dei mei*. i. ad sanctuarium, quod vocatur domus Dei.

Ex communi decreto Gabaonitæ tum ad seruitium multitudinis tum Sanctuarij destinati sunt. *Quæst.* XXXV.

ECCE contrario modo dixit Iosue quam principes. nam principes dixerunt, ꝙ Gabaonitę applicarentur ad vsum multitudinis, vt comportarent ligna, & aquas, nihil autem de Sanctario expresserunt. Iosue vero dixit, ꝙ applicarentur ad hęc ministeria pro Sanctuario, nihil dicẽs de multitudine. vtrunque tamen fuit. nam pro multitudine ligna cędebant, & comportabant aquas, pro Sanctuario eodẽ modo, vt patet infra. s. decreuitque Iosue die illo esse eos in ministerio cuncti populi, & altaris domini. dixit autem Iosue de ministerio domus domini quia istud erat semper manens. ministerium autem quantum ad multitudinem Israel solum futurũ erat, cum manerent Israelitæ in bellica expeditione, antequam daretur pax in circuitu ab hostibus terrę Chanaan. Et dixit Iosue, ꝙ essent Gabaonitæ ad portandũ aquas, & ligna pro Sanctuario domini. Ligna enim

Ligna, & aqua ad quid erant pro Sãctuario.

F erant pro altari holocaustorum, quia in eo erat semper ignis, & supponebantur ligna per singulos dies ad fouendum eum. sic patet Leui. 6. s. ignis in altari meo semper ardebit, quem mitteret sacerdos mane ꝑ singulos dies subijciens ligna. Ad nullum autem alium vsum erant ligna necessaria, nisi pro sacrificijs in altari holocaustorum, & pro coquendis partibus hostiarum pacificarum prouenientibus sacerdotibus, & offerentibus. nam in Sanctuario ista coquebãtur, & comedebantur, quod satis patet 1. Reg. 2. cap. Aquę portabantur in Sanctuarium ad ponẽdum in labro ęneo, & vasi, vt lauarent ibi sacerdotes manus, & pedes, qñ ad ministrandum accederent. non lotis enim manibus, & pedibus si quis ministraret, moreretur: vt patet

G Exo. 30. c. Erant etiam aquæ istæ ad lauandum carnes sacrificiorum. nam in holocaustis cum omnes carnes cremãdæ erãt, primo lauabãtur intestina, caput, & pedes quam cremarentur, vt patet Leui. 1. Sed an carnes sacrificiorum lauarentur in labro ęneo, in quo lauabantur sacerdotes, non vr̃ signatum ex litera. Magis tñ dicendum est, ꝙ lauarentur in aliquibus alijs vasis, quia immunditia pecorum non infunderetur in vase mundissimo, in quo lauabantur sacerdotes, s. in labro ęneo. Vnde in templo per sacerdotes sacrificia facta non lauabantur intra templum in aliquibus vasis, sed extra in quadam lacuna, quæ erat apud tẽplum, quæ vocabatũ probatica piscina, idest lacuna ouium, & Hebraice dicitur Bethsaida, idest domus ouium, de qua Io. 5. c. Vocatur autem lacuna ouium, quia lauabantur

H ibi carnes ouium, & aliorum pecorum ad sacrificia. hoc enim sic multi asserunt, & ꝙ nulla vasa essent in quibus lauarentur carnes sacrificiorum. & tamen, an verum sit, vel an in labro ęneo magno, quod fecit Salomon, vel in luteribus decem, aut alijs vasis templi lauarentur carnes sacrificiorũ, dicetur magis lib. 3. Reg. 7. c. & Leui. 1. & Io. 5. c. quomodocunque autem dicatur, Gabaonitę comportabant omnem aquam necessariam ad vsus Sanctuarij.

Tollitur contradictio quæ videtur in verbis de seruitio Gabaonitarum. *Quæst.* XXXVI.

I SED dicet aliquis, quare dicitur hic, quòd Gabaonitę serui turi erant ad necessitates populi, & altaris, hic autem dicitur, quòd comportabunt ligna, & aquas in domum domini Dei? ministrare autẽ pro domo Dei maius est, quam pro solo altari.

Respondendum est, quòd ministratio Gabaonitarum, siue ad vsus totius multitudinis, siue Sanctuarij, solum erat in cędendo ligna, & comportando aquas. & quia pro toto Sanctuario non erat aliquid necessarium de ministratione Gabaonitarum, nisi pro altari, dicebantur seruire ad ministerium altaris. quod patet, quia ligna ad nihil proficiebant in toto Sanctuario, nisi ad altare, vt cremarentur ibi.

K Aquę quoque non proficiebant, nisi ad altare, scilicet, vel vt carnes sacrificiorum cremãdę super altare lauarentur, vel vt sacerdotes, qui ministraturi erant in altari, lauarentur, non solum autem lauabantur sacerdotes ad ministrandum in altari holocaustorum, sed ad omnem ministrationem sanctam, sed quia ministratio in altari erat frequentior, & maxima: & illi q̃ faciebant cæremonias sacrificiorũ, faciebant cęteras ministrationes sanctas, qñ lauabatur sacerdos ad opera altaris holocaustorũ, lauabatur ad omnia opera sancta sequentia. *Qui responderunt*. Iosue dixerat Israelitarum nomine Gabaonitis. Cur nos decipere fraude voluistis? Ad hoc respondent hic per singula Gabaonitę ne videantur quicquam irrationabiliter egisse.

Nunciatum

Nunciatum est nobis seruis tuis. Hic respődetur ad questionem,s. quare deceperunt, deinde ad maledictionē, & pœnam impositam. Et quantum ad primum excusant se,quòd commiserint illam fraudem propter terrorem,quia nesciebant,quomodo possent euadere aliter manus Iudæorum,& in hoc iustificant gabaonitæ factum suum, s. ꝙ nō male egerint cōmittendo hanc fraudem. nam dicunt se non egisse ad malum finem, s.vt nocerent Iudæis tanquam hostibus, sed solum vt euaderent manus eorum,sed velle euadere, & procurare modum,est vti iure suo in quo nemini præiudicatur.si autem intendissent per hoc delere Iudæos, non merebantur veniam cum comprehēderentur in fraudem. *Nunciatum est nobis.* In hoc verum dicebant Gabaonitæ, quia non poterant ipsi hoc aliquando scire, nisi quisquam eis aliquando nunciasset.

Quomodo potuerunt audire Gabaonitæ, quòd Deus promisisset dare Iudæis totam terram Chanaan. Quæst. XXXVII.

SED dicet aliquis,quomodo potuit peruenire ad Gabaonitas,ꝙ Deus promiserat Moysi dare Israelitis totam terram Chanaan, & disperdere omnes habitatores eius?Respondendum est,ꝙ ex multis hoc potuit peruenire,nam licet dum Israelitæ per desertum procederent, omnes populi timerēt eos,s.quando transierunt mare rubrum,de quo timore patet Exodi 15.timebant etiam eos post,sicut patet de Moabitis,& Idumęis, & cęteris gentibus Deuter. cap.2.tamen adhuc multæ gentes erant, ex quibus poterant hæc cognosci. Primo poterat audiri ex Aegyptijs. nam licet ista non reuelarentur publice in Aegypto,vt non detinerentur ibi Israelitæ: tamen a multis de Aegypto ista audita sunt:alioquin nō ascendissent aliqui de Aegyptijs cum Israelitis, cum nescirent quo irent,& quid habituri essent: multi tamen ascenderūt de Aegyptijs.vt patet Exodi 12.c. s. sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis: non est tamen credendum, ꝙ omnes quibus reuelata sunt verba hęc, ascendissent cum Iudęis, sed multi manerent in Aegypto:illi autem postea alijs gētibus,referre possent ea quæ dixissent Hebręi. Poterat etiam hoc cognosci a Madianitis, quia Ietro sacerdos Madian iuit in desertum Synai ad Moysen portans ei vxorem suā Sephoram,& duos filios,& tunc retulit ei beneficia q̃ Deus Israelitis ꝯtulisset.vt patet Exodi 18.& nō est verisimile,ꝙ Moyses beneficia promissa illis subticuerit. Potissime,quia Nume.10.c.hoc significat, cum dicit. dixit Moyses Obab filio Raguelis cognato suo Madianiti:proficiscimur ad locum quem dominus Deus daturus est nobis,veni nobiscum, vt benefaciamus tibi,quia dominus bona promisit Israel:iste tamen non iuit cum Israelitis,sed reuersus est in terram suam Madian.vt patet ibidem.ergo iste poterat postea notificare gentibus Madian, quid Deus promisisset Israelitis, & inde reliqui audire poterant.

Etiam ipsi Israelitę notificauerunt hoc Regi Seyr mittentes nuncios, vt dimitteret eos transire in terrā quam Deus eis daturus erat, per terram suam, vt patet Nume.20.

Item adhuc magis hoc cognoscere potuerunt Idumæi,& Moabitæ,quia transierunt Israelitę per terram Idumęorum & Moabitarum,& ab eis cibaria susceperunt.vt patet Deute.2.c.non erat autem verisimile,ꝙ tunc non dicerent eis in quam terram pergebant, & sub qua spe obtinendi. Hinc ergo in omnes gentes finitimas & lōginquas diuulgari potuit verbum istud, ita vt gabaonitę, & cęteri Chananęi cognoscere possent referentibus alijs. *Nobis seruis tuis.* Hoc loquebantur gabaonitæ lepido affatu cōsueti: sic enim mos est

A minoribus loqui ad maiores, præsertim cum sunt excellentes aliquantum:ad rem tamen euenit,ꝙ Gabaonitę essent serui. nam iam eis Iosue imposuerat onus seruitutis dicens.Itaq; sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cędens, aquasque cōportans in domum domini Dei mei. *Quod promisisset dominus Deus tuus Moysi seruo suo.* Promissiones istę primo factę sunt Abrahę,s. quòd possideret totā terram Chanaan.vt patet Gene.15.cap.& postea Isaac.vt patet Genes.26.& sic omnibus posteris, promissio tamen facta Moysi fuit vltima,& magis explicita,ideo de hac dicitur,ꝙ facta est existentibus Israelitis in deserto, ꝓmissiones autem factæ Abrahę,Isaac, & Iacob fuerunt in ipsamet terra Chanaan,cum habitarent in ea peregrini,
B & erant pauci valde. nam Abraham nullum de stirpe sua habebat cum factę fuerūt ei promissiones, ideo non erant famosi tunc Israelitę, nec etiam istę promissiones factæ tunc gentibus reuelabantur,vnde non cognouerunt tunc Gabaonitę & alię gentes,nisi de promissionibus factis Moysi: ei enim sępe promissiones factæ sunt.vt patet in quatuor vltimis lib. Pentateuch. quarum prima habetur Exodi 3.vbi apparuit ei in rubo dominus. *Vt traderet vobis omnem terram.* Nōn promiserat Deus tradere Iudęis omnem terram,nec etiā sic narratum fuerat Gabaonitis, sed ꝙ daret eis omnē terram Chanaan, gentes septem quæ sæpe nominantur,s.Ethęi,Amorrhęi &c.quia tamen morabātur Gabaonitę in terra hac,vocabant eam omnem terram,s. omnem terram habitationis eorum. nam sermones
C applicari debent materiæ de qua agitur, & quia tunc erant Israelitæ in terra Chanaan, & Gabaonitæ dicebant,ꝙ promisisset Deus Moysi,ꝙ traderet omnē terram Israelitis,scilicet omnem illam in qua tunc erant.

Et disperderet omnes habitatores eius. Idest. Quod occideret omnes habitatores terrę Chanaan, nā si manendum esset eis in terra,quamquam sub Israelitarum ditione manerent,non erat tam durum: erant tamen simul vitam cum patria perdituri, hoc etiam relatum erat Gabaonitis, s. quòd iusserat Deus Israelitis occidere omnes Chananęos,vt nullus eorum maneret.sicut patet Nume.33.& Deuter.20. *Timuimus ergo valde.*

D *Ex quibus poterant conuinci Gabaonitæ, quòd Deus daret Iudæis totam terram. Quæst. XXXVIII.*

ISTE timor fuit in Gabaonitis, quia crediderunt, quòd Deus daret terram illam Israelitis sicut promiserat:si enim non credidissent, non suspicarentur malum nec timerent, quòd autem crederent hoc poterant conuinci dupliciter. Primo modo per ea quæ videbant,sciebant enim ꝙ Deus fecerat pro Israelitis maiora,scilicet, quomodo aperuerit Iordanē, & aquas eius suspenderit in sublime apparentes a longe, & quomodo muros vrbis Iericho nemine illos tangente diruerit, & quid fecerit duobus fortissimis Amorrhæorum Regibus,scilicet Og, & Sehon. hæc enim maiora erant quàm totam terram Chanaā illis
E subijcere,sed hęc certissima relatione cognouerāt. ergo satis rationabile erat, quòd crederent Gabaonitæ verissime euentura quæ promissa fuerant, hoc enim conterriti erant omnes habitatores terrę Chanaan, vt patet supra 2.& 5.cap. Gabaonitę ergo hoc modo induci potuerunt ad credendum,s. per alia quæ viderāt, vel audierant. Alio modo induci poterant a Deo,scilicet,quòd Deus daret in corda eorum,vt crederēt terram tradendam in manum Israelitarum, & quòd ad eos confugerent inituri quoquo modo fędus. Et hoc secūdum efficacius fuit, nam q̃q̃ primum rōnabiliter mouere debuisset sufficienter ad credendū, quidā tn̄ non moti sunt,s. oēs reges & populi,de quibus dicitur

sequen.ca.& ꝟ.11.& hoc,quia Deus non mouit illos: ideo manserunt in duritie cordis sui. Sic patet infr.11. cum dicitur.sententia enim domini fuerat, vt indurarentur corda eorum,& pugnarent contra Israel,& caderent,& non mererentur vllam clementiā: si tamen Deus eis dedisset in cor,vt cōfugerent ad Israelitas cō fugissent.De Gabaonitis ergo dicendum est, ꝙ Deus illos mouerit,vt crederent,& inirent consilium, quo cum Israelitis fędera inire possent.*Et prouidimus animabus nostris.* Idest inquisiuimus,quomodo possemus nobis prouidere ne moreremur.

Quid vocatur hic anima. Et quòd anima in sacra Scriptura aliquando accipitur pro vita, aliquando pro spiritu, aliquando pro toto homine. Quæst. XXXIX.

ANIMA vocatur hic vita,nā non accipitur ꝑ spiritu, quia de hoc nulla cura erat Chananæis:& dato ꝙ cura esset,nō prouidebatur spiritui eorum sic in aliquo, sed vitæ prouidetur: quia ipsa defectura erat si Gabaonitæ non confugissent ad Israelitas,vt ipsi existimabant,& sic verissime futurum erat. Accipitur enim multoties anima pro vita,sicut accipit Christus Matt. 16. scilicet si quis voluerit animam suam saluam facere perdet eam, q autem perdiderit animam suam propter me inueniet eam.Idem Ioan.12.cap.s.qui amat animam suam propter me inueniet eam, & qui odit animam suā in hoc mundo in vitam ęternam custodit eam. Non potest hic accipi pro spiritu,quia nullus eum perdere debet, vt postea inueniat, nec odisse,vt in vitam ęternam custodiat, sed qui animam suam, idest spiritum exosam habuerit in ęternum perdet, quia agit cōtra ordinem charitatis,sed de vita intelliguntur, s. quòd vita nostra nobis debet esse perdita,vel odiosa, scilicet sub angustijs,& laboribus posita, vt in ęternum gaudia consequamur incognita, & vita nobis ibi delectabilis conseruetur.

Accipitur anima aliquādo pro toto homine, vt est vnum ens tertium compositum,& viuens:& sic dicitur,quòd septuaginta animæ egressæ sunt de femore Iacob,& ingressę in Aegyptum.de quo Genes. 46. & Exo.1.cap.constat tamen animam non posse accipi ꝑ spiritu,quia nō deriuatur de femore Iacob, sed a Deo prouenit:homo autem ipse a patre nascitur, & de femore eius deriuari dicitur.& sic dicitur Leuiti.2. animatum obtulerit sacrificium.& Leuit.4.si peccauerit anima de populo terrę:anima tamen,idest spiritus nō offert sacrificium sed homo,& nō dicitur peccare anima de populo,idest spiritus,sed homo popularis.

Alio modo accipitur anima pro solo corpore,quādo iam est cadauer, & sic dr̄, ꝙ aliquis est immundus super animam hominis, idest, contingendo cadauer hominis.sic patet Num.9.cap. de his qui dixerunt,immundi sumus super animam hominis,s.contingendo cadauer hominis, & quare fraudamur, vt non valeamus offerre oblationem domino in tempore suo: nō tamen erant isti immundi in aliquo spiritu hominis, quia ille tangi non potest,sed contingendo cadauer. Potest autem etiam hic accipi anima pro toto ipso homine,ita vt dicatur,prouidimus animabus nostris,iddest nobis,vt viueremus.*Vestro terrore compulsi.*Idest nō fecissemus hoc,nisi quia timuimus valde, ideo excusari debuimus a culpa.Duo ponuntur hic, secundum ꝙ gabaonitæ volunt inducere se nō esse culpabiles, quāquam fecerint quæ supra habentur. Primum est,quia non faciebant ad inferendam vllam offensionem Iudęis,sed solum,vt prouiderent aīabus suis. s. vt liberarētur a morte,cuilibet aūt valde licitum est ad defensionem suam agere. Secundum erat, quia gabaonitæ

F non fecerunt hoc pure eligentes, sed necessitāte compulsi. nam nisi hęc fecissent infligeretur eis mors ab Israelitis.terrore ergo compulsi fecerunt, quæ alioqn nequaquam fecissent.Per timorem autem licita multa fiunt, quæ si pure libere fiant illicita reputabuntur. *Et hoc consilium iniuimus.* Idest fecimus consilium istud, quod vidistis, iudicantes sic posse euadere manus vestras.

Nunc autem in manu tua sumus. Verba suasoria loquebantur gabaonitæ, quę Iudęorum animos ad pietatem possent prouocare. Magna enim eloquentiæ vis est,vt duras animositates, quę viribus succumbere nesciunt,flectere queat.Vnde Prouerb.15. responsio mollis frāgit iram,sermo durus suscitat furorem.Decebant autem ista verba gabaonitis.nam vere ipsi erāt in manibus Israelitarum,his tamen verbis molliebant eorum animos,vt mollius tractarentur,scilicet nos fecimus hęc,vt euaderemus mortē aliquo modo, nunc vero manibus tuis traditi sumus,si vis potes nobis donare vitam. *Quod tibi bonum & rectum videtur fac nobis.* Idest secundum voluntatem tuam de nobis dispone: rectum iustitiam notat, bonum notat ęquitatem, vel complacētiam, & est sensus quod tibi videtur iustum esse,vt de nobis facias,& placet, fac.

Fecit ergo Iosue, vt dixerat: & liberauit eos de manu filiorum Israel, vt non occiderentur. Decreuitque in illo die eos esse in ministerio cuncti populi, & altari domini, cædentes ligna, & aquas comportantes vsque in præsens tempus, in loco quem dominus elegisset.

Fecit ergo Iosue, vt dixerat. Ipse enim eis primo dixerat,quòd quia deceperant Israel sub maledicto, idest, sub maledictione semper essent, & nunquam deficeret de stirpe eorum,qui cęderet ligna, & comportaret aquas in Sanctuarium domini,sic fecit, s. assignando eos ad æternam seruitutem,vt portarent aquas, & ligna in Sanctuarium,& dicitur fecisse Iosue, quia ipse erat princeps populi, & ad eum huius rei pertinebat diffinitio.

Et liberauit eos de manibus filiorum Israel. Scilicet de manibus populariū:ipsi enim volebant delere illos, principes autem eos defenderunt suadentes populo murmuranti, & tumultuanti, quòd manerēt ad obsequia totius multitudinis.de manu ergo principum liberati non sunt,cum non vellent eos occidere, sed de manu popularium qui vocantur filij Israel,quia ipsi erāt plurimi,& recipiebant nomen omnium Israelitarum.Et sic aliquando cum comparantur omnes tribus duodecim Israelitarum ad Leuitas, vocātur ipsi filij Israel & Leuitę non.vt patet Nume.1.capi. scilicet noli numerare Leuitas, nec ponas summam eorum cum filijs Israel.& hoc, quia duodecim tribus erāt quasi omnes Israelitę.

Vt non occiderentur. Volebant eos occidere populares, vt implerent domini iussionem, & vt acciperent eorum vrbes,nunc vero, quia eos viuentes relinquebant,eis quoque vrbes donabant.

Decretum Iosue de saluandis Gabaonitis fuit approbatum a Deo,& quare. Quæst. XL.

DEcreuitque Iosue in die illo. Tanquam princeps populi,ad cuius verbū iusserat dn̄s,vt ingrederent, & egrederent filij Israel,i.mouerent, poterat diffinire de statu

de statu horum. de hoc Num. 27. Etiam ipsi Israelitæ A dixerant, ꝙ quicunque eius verbis repugnaret moreretur, vt patet supra 1. cap. s. qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus quæ præceperis ei, moriatur: præsertim, quia assensus toti⁹ populi fuit ad hoc, quamquam a principio magis vellēt, quòd occideretur tota gens Gabaonitarum. Istud decretū Iosue mansit postea in toto tempore, nam fuit a Deo tacite, vel expresse approbatum. & maxime, quia hoc cedebat in cultū Dei, scilicet, vt essent qui subministrarent Sanctuario domini in comportatione aquarum, & lignis cędendis. Ista enim videtur fuisse satis rationabiliter causa, quare Deus fecerit relinqui Gabaonitas, aut dederit eis in corde, vt tale inirent consilium, quo possent manus effugere Hebræorum, s. vt essent B ad ministrationem Sanctuarij. nam postquam essent Israelitæ in pace in terra Chanaan, vacare debebāt cæremonijs legalibus, quæ erant potissime in sacrificijs, & quia multa erant sacrificia in Sanctuario, exigebantur continui subministrantes in cędendis lignis, & cōportandis aquis, quorum erat vtrunque necessarium ad altaris ministrationem. Et quia Deus nolebat, vt Israelitæ his laboriosis, & infimis ministerijs manciparentur, elegit de Chananęis aliquam gentem quæ in his ministraret, & hi fuerunt Gabaonitæ, ideo eos fecit conseruari a morte. nam quamquam expresse nō iusserit, fecit tamen, scilicet dando Gabaonitis consilium, quod inierunt, & animos veniendi ad Israelitas, s. vt sic expectarent se posse liberari de manu Israelitarum, ipsosque Israelitas fecit non aduertere, vt deciperentur, & crederent eos esse de terra longinqua. Facile C namque erat, vt cognosceretur fraus ipsorum Gabaonitarum, quia ea quę ipsi ponebant, vt euasoria intentionis eorum, non inferebāt efficaciter, sed potius quædam eorum ad oppositum, vt supra declaratum est, ideo si aduertissent, manifeste deprehendissent eorum fraudem, & non pepigissent cum eis fędus de nō occidendo illos: Deus tamen conuertit intellectū eorum ne ad hoc aduerterent, etiam cognita fraude Gabaonitarum mollificauit corda Israelitarum, vt non irruerent in eos vno impetu. tum quia Chananæi erāt, tum quia fefellerant eos, ideo siue expresse, siue tacite hoc approbauit, & omnes posteri intellexerūt esse recte factum, ideo non ausi sunt contra ire. Saul autem D multo post tempore grauia dāna intulit Gabaonitis: Deus autem in vindictam huius misit famem magnā in Israel tempore Dauid, quousque septē viri qui restabant de stirpe Saulis suspenderentur. vt patet 2. Regū 21. cap. *Esse eos in ministerio cuncti populi*. Idest, vt Gabaonitæ ministrarent toti multitudini Israelitarum comportando pro eis aquas, & cędendo ligna. hoc autem non intelligitur pro toto tempore, sed solum pro eo tempore quo manebant Israelitę in bellica expeditione, & erant omnes simul in castris. cum vero data est pax Israeli subiectis hostibus, & distributa terra, secesserunt singuli in ciuitates suas, & non mansit multitudo nec castra, & tunc non seruierunt Gabaonitæ Israelitis, quia non vocabatur tunc totus Israel populus, sicut cum erant omnes congregati in castris. Etiam ꝗa E tunc oportuisset Gabaonitas distribui per singulas vrbes ad seruiendum. Falsum tamen est, quia infra dicitur, quòd iussit esse Gabaonitas in ministerio altaris in loco, quemcūque dominus elegisset. solum ergo fuerunt Gabaonitæ seruientes Israelitis quousque cessatum est a bellis, & distributa est terra, atque redierunt in terras suas Rubenitæ, & Gaditæ, atque dimidia tribus Manasse. de quo supra declaratum est.

In q̄ō. 8. / In q̄ō. 33. (margin)

Et altaris domini. Idest iussit, quòd essent Gabaonitæ in ministerio altaris.

Duplex erat ministratio altaris in offerendo sacrificia.
Quæst. XLI.

Erat duplex ministratio altaris. Vna erat ministrare in ipso offerendo sacrificia, s. iugulando, & cremando super altare, atque expiando in sanguine. Alia est ministratio altaris, s. ducere ligna necessaria ad cremandum in altari, & aquas ꝓ ministris altaris, vt lauarentur, & sacrificiorum carnes abluantur.

Prima ministratio est solum sacerdotalis. nam etiam Leuitis non licebat accedere ad ministrationē, s. faciendo sacrificia, vel saltem disponere ligna super altare. Si quis enim tētasset hęc facere moreretur. sic patet Numer. 3. cap. s. Aaron vero, & filios eius constitues super cultum sacerdotij, externus qui ad ministrādum accesserit morietur. idem patet Numeri 18. c. sic etiam factum est de Chore, qui erat de Leuitis de familia Caathitarum, & conatus est ipse cum complicibus suis vsurpare sacerdotale ministerium, & combusti sunt a domino. vt patet Numeri 16. ad hanc ergo altaris ministrationem non accedebant Gabaonitæ.

Secunda erat ministratio in portādo ligna, & aquas aliaque necessaria ad ministrationem altaris, & ista pertinebat ad Gabaonitas, non tamen vllatenus accedebant ad tangēdum altare, aut alia vasa sancta, & ista vocatur ministratio, vel ministerium altaris, sed non ministratio in altari, quia isti nihil agebant super altare. ministratio autem sacerdotum erat in altari, quia ipsi cremabant hostias super altare, & expiabant in illo, vnde recte ministratio sacerdotalis vocatur ministratio, quod vero Gabaonitæ efficiebant non vocatur ministratio, sed subministratio, quia subseruiebant ad ministrationem, quam faciebant sacerdotes in altari, scilicet necessaria præparantes in materialibus.

Et si dicatur quare dicitur hic, quòd Gabaonitæ futuri erant in ministerio altaris, cùm supra dicatur, ꝙ portarent aquas, & ligna in domum domini.

Respondēdum est, quòd Gabaonitarum officium erat solum in duobus prędictis, & ista portabantur in Sanctuarium: tamen non proficiebant ibi ad aliquid alterum, nisi ad altare, scilicet altare holocaustorum, quia ligna solum cremabantur in altari pro sacrificijs, cum ignis semper futurus erat in altari, atque quotidiana lignorum appositione fouendus. vt patet Leuitici, sexto capit. ad nullam autem aliam ministrationem proderant. de aqua identidem supra declaratum fuit. In q̄ō. 35.

Cum essent duo altaria, de quo illorum intelligebatur, quòd Gabaonitæ seruituri erant in ministerio altaris. Et quòd inter ea, quæ in honorem diuinum fiunt, nihil magis attestetur Deitati, quam sacrificium.
Quæst. XLII.

Quaeret aliquis, cum in Sanctuario essent duo altaria, scilicet altare holocaustorum, & altare thimiamatum, & hic non exprimatur in cuius altaris ministerio mancipandi erant Gabaonitæ, de quo intelligendum sit.

Aliquis dicet forte intelligendum esse de altari thimiamatum, quia cum hic ponatur altare nulla data connotatione, intelligitur de altari, quod vocatur altare secundum excellentiam, & hoc est altare thimiamatum, quod erat aureum. vt patet supra quarto cap, scilicet, quia erat totum opertum laminis aureis, vt patet Exodi trigesimo cap. altare autem holocaustorum erat ęneum, scilicet opertum laminis ęneis, vt patet Exodi 27. capitu, in hoc autem satis notabatur excellentiæ differentia.

Item patet ex assignatione locorum, nam altare thimiamatum erat intra Sanctuarium circa velum Sancti sanctorum. vt patet Exo. 30. altare autem holocaustorum foris erat in atrio tabernaculi ad hostiũ eius. vt patet Exodi 29. & in multis locis. erat autem excellentior locus tabernaculum quàm atrium eius, nam in atrium tabernaculi, tam viri quàm fęminæ, tam sacerdotes, quàm non sacerdotes, ingredi poterant ad offerendum, & comedendum ibi coram domino. In tabernaculum autem solum ingrediebãtur sacerdotes ad ministrationes quotidianas. vt patet ad Hebræ. 9. c. ergo erat excellentior locus altaris thimiamatum.

Determinatio auctoris. Respondendum est, quòd altare, cuius ministerio subijciebantur Gabaonitę, erat altare holocaustorum, quod satis patet ex his quæ dicuntur. nam iussit nunc Iosue esse Gabaonitas in ministerio altaris ad cõportandas aquas, & cędenda ligna, sed ista nullatenus attinebant ad altare thimiamatum. ergo non erant in ministerio altaris thimiamatum, sed holocaustorum. qđ patet, quia in altari thimiamatum nullum fiebat sacrificium, neq; libatio, aut effusio sanguinis. vt patet Exodi 30. sed quotidie in mane, & vespere ponebatur thimiama in thuribulo, & cremabatur coram domino. ad hoc autem nulla erat ministratio in aqua necessaria. Etiam nulla ligna, nam quamquam thimiama cremaretur super prunas, illę non erant in ipso altari thimiamatum, sed sumebantur de altari holocaustorum in thuribulo, & ponebantur super altare thimiamatum. Quod autem ad vsus altaris holocaustorum necessaria essent ligna & aqua, declaratum fuit. solum ergo ministratio Gabaonitarum erat pro hoc altari, & non pro altari thimiamatum. (In q. 35. & præceden.)

Cum vero arguebatur, quòd erat dignius altare thimiamatum. ergo de illo intelligendum erat, cum hic nihil exprimatur.

Respondendum est tenere argumentum, si nõ cõstaret ex aliqua euidenti, aut probabili coniectura de quo intelligeretur, quia tunc recurri debebat ad id, quod erat dignius: constat tamen ex dictis manifeste debere intelligi de altari holocaustorum. nihil ergo agit argumentum de dignitate.

Aliter responderi potest, quòd altare holocaustorũ erat dignius altari thimiamatum, vel saltem non erat inferius dignitate. quod patet, quia altaria erant vasa sacrę ministrationis, & sortiuntur dignitatem ex ministerio, quod in eis fit, sicut omnia artificialia sortiuntur figuram & dignitatem ex vsu ad quem sunt, cum solum sint propter illum finem, sed ministratio quæ fiebat in altari holocaustorum, erat dignior ministratione, quæ fiebat in altari thimiamatum. ergo erat altare holocaustorum dignius. quod patet, quia omnia sacrificia fiebant in altari holocaustorum, in altari autem thimiamatum nullum: inter ministeria tamen facta in honorem diuinum nullum erat dignius sacrificijs, quia nihil magis attestatur deitati quã sacrificiũ: cęteri quippe honores quos Deo impendimus, antiqua gentilitas indifferẽter hominibus, & Deo tribuit, sacrificium autem a nulla vnquam gente quantũcunque rudi, alicui nisi Deo vero, aut ei qui Deus verus extimabatur, datum est.

Cum vero probatur dignius esse altare thimiamatum altari holocaustorum ex materia, s. quia erat opertum laminis aureis, altare autem holocaustorum laminis ęneis. Respondendum est non tenere argumẽtum. nam altare holocaustorum ex auro tectum fuisset, nisi ministratio ibi facta repugnasset, s. qa erat semper magnus ignis super illud ad cremandas sacrificiorum carnes, sed hoc modo liquefieret aurũ eius. Debuit ergo poni aliud metallum, quod non liquefieret, sicut est quoddam genus ęris. Si autem ministratio al-

F taris thimiamatum similis foret, ipsum quoque non laminis aureis, sed ęneis tegeretur: ministratio tamen succendendi thimiamatis nihil obstabat laminis aureis. Ad aliud argumentũ, quando arguebatur ex conditione loci, s. quia erat altare thimiamatum intra Sanctuarium, & altare holocaustorum erat extra tabernaculũ. Respondendũ est, non cõcludi ex hoc maiorem dignitatem alterius. nam etiam altare holocaustorũ fuisset in tabernaculo, nisi eius ministratio repugnaret: fiebat enim in eo magnus ignis, & continuus, de quo magnus & crassus exhalabat fumus. Si vero intra tabernaculum poneretur, cum solum altitudo tabernaculi esset cubitorum decem. vt patet Exo. 26. (quia quęlibet tabula eius erat huius altitudinis solum) cre-

G maret ignis sacrificiorum operimẽta omnia tabernaculi, quia altare erat eleuatum cubitis tribus, vt patet Exo. 27. c. perueniret autem flamma, vel calor nimius ignis magni altaris ad septem cubitos, ita vt pertingeret ad cortinas tabernaculi, & exurerentur: fumus tamẽ crassus valde exhalatus de crematis adipibus quotidianis ascenderet, & inficeret omnia operimenta, & totam tabernaculi pulchritudinem repleret fuligine. debuit ergo foris tabernaculum poni. In altari autem thimiamatum nihil erat, quod pulchritudini Sanctuarij obstaret. nam nec ignis magnus, nec fumus crassus & infectiuus exhalabat, sed fumus aromaticæ rei qui nũquam inficit, sicut fumus thuris, & potissime, quia ille paruus erat. Si autem talis ministratio fuisset in altari thimiamatum, sicut in altari holocaustorum, neu-

H trum fuisset in tabernaculo. non ergo concluditur ex hoc maior dignitas altaris thimiamatum quàm holocaustorum: erat tamen ministratio in altari thimiamatum munda. in altari vero holocaustorum immunda & aliqualiter inquinans.

Quomodo Gabaonitæ poterant esse in ministerio totius populi, & altaris, cum vix sufficerent ad ministrationem populi. Quæst. XLIII.

QVAERET aliquis quomodo Gabaonitę poterant esse in ministerio cuncti populi & altaris, cum vix sufficerent ad subministrandum toti populo in cędendis lignis, & com-

I portandis aquis: litera tamen dicit eos ascriptos ministerio cuncti populi, & altaris. Ad hoc aliquis respondebit, ꝙ Gabaonitæ multi erant, & poterant in vtroq; subministrare: præsertim quia necessitas subministrationis pro altari erat parua. Sed ex hac parte non stat, nam dicitur infra, ꝙ Gabaonitæ esse debebant in ministerio Sanctuarij in loco, quem dominus elegisset. quomodo ergo stare poterant ibi, & manere in ministerio cuncti populi? Respondẽdum est, ꝙ ad hęc duo ascripti fuerunt Gabaonitæ, sed non pro eodem tempore. nam subministratio cuncti populi erat prior, illa autem desinẽte incipiebat ministratio altaris. Pro quo sciendum, vt supra dictum est, ꝙ Gabaonitę non fuerunt semper in ministerio Israelitarum, sed solum, qñ (In qõ. 35.)

K erat totus Israel collectus in vnum agmen, & manebat in castris ad bellicam expeditionem: tũc enim vocabatur multitudo, vel populus. Postea autem diuiso Israel in vrbibus, & locis suis, non mansit congregatio illa, nec Gabaonitæ amplius manserunt in obsequio eorum, quia hoc modo oportebat, vt diuiderẽtur per singulas vrbes, villas, & viculos in qbus habitarent Israelitę, sed tunc totaliter ascripti manserũt altari dñi, vt subministrarent in cędendis lignis, & comportãdis aquis, & ad quemcunq; locũ transiret Sanctuariũ dñi, trãsibant Gabaonitę, tanq̃ ascripticij serui. Diuisa autẽ multitudine Israelitarũ per loca sua, situatũ est Sãctuarium dñi in Sylo. vt patet ĩ. 18. ibi. n. fuit primo in tota

terra

terra Chanaan, eratque in sorte Ephraim. Cum vero maneret multitudo Israel cōgregata in castris ad bellicas expeditiones, nondum assignatis aliquibus locis ad manendum, erat Sanctuarium domini in castris, & mouebatur cum eis, tunc enim non fiebant subministrationes Gabaonitarum pro Sanctuario, quia dū erant bella non obligabantur Iudæi ad cęremonias, sed data pace. vt declaratum fuit pręce. cap. & Deute. 12. Cum ergo sacerdotes non vacarent sacrificijs, nec erat necessaria aut conueniens subministratio Gabaonitarum pro altari. Solum igitur tunc ministrabant toti multitudini cędendo ligna, & comportādo aquas. cum vero cessauit ministratio quā faciebant toti multitudini, situato Sanctuario in Sylo, inceperunt cæremonię sacrificiorum, & tunc fuit necessaria subministratio Gabaonitarum ad cędenda ligna, & comportandas aquas.

In qō. 23.

Ad argumenta hoc modo respondetur. Ad primū cum dicebatur, quòd Gabaonitæ vix sufficerent subministrare toti multitudini, quomodo ergo multitudini seruientes subministrarent altari?

Respondendum est, quòd non erant simul istę subministrationes. nam quando toti multitudini seruiebant, nihil ministrationis impēdebant altari, quia erat tunc tempus bellorum, & non vacabant sacerdotes sacrificijs. consequenter ergo, nec Gabaonitæ cædebant ligna aut comportabant, sed cessante subministratione quæ fiebat populo, cępit vsus cæremoniarū Sanctuarij, & consequenter subministratio Gabaonitarum.

Ad secundum argumētum, scilicet quomodo possent esse Gabaonitæ in loco quemcunque dominus elegisset, & esse in ministratione totius populi?

Respondendum, quòd esse non poterat, nec fuit vnquam simul, quia quādo erat tota multitudo Israel collecta in castris ad quotidiana bella, nondum fuerat positum Sanctuarium in aliquo loco, sed mouebatur cum ipsis castris. cum vero data est pax, & recessit totus Israel singuli in vrbes, & oppida sua, positum fuit Sanctuarium in Sylo in sorte tribus Ephraim, & ibi mansit vsque ad tempus Heli sacerdotis, quando arca portata in bellum capta est a Philisthin, & mansit in regione sua mensibus septem, vt patet 1. Reg. 6. Postquā vero inde redijt, venit in Bethsames. vt patet eod. cap. Inde translata est in Cariathiarim. vt patet 1. Reg. 7. cap. & postea ad domum Obethedon Gethęi. vt patet 2. Reg. 6. Inde in domum Dauid in Ierusalem. vt patet eod. cap. & ibi mansit postea in Templo Salomonis translata de domo Dauid. vt patet 2. Paralip. 1. capit. Sanctuarium quoque ipsum totum cum altaribus, & vasis suis non māsit in Sylo, sed translatum est in ciuitatem Nobe: ibi enim erat tempore Regis Saulis quando ipse destruxit ciuitatem, & occidit 85. sacerdotes domini vestitos Ephod. vt patet 1. Reg. 22. ibi autem ministrauerunt Gabaonitæ iuxta opera sua. Postquam vero semel cęperunt sacerdotes domini esse in loco dedicato ipsi Sanctuario, Gabaonitæ subministrantes nunquam fuerunt in obsequijs multitudinis. *Cædentes ligna, & aquas portantes*. Istud fuit semper ministerium Gabaonitarū, siue cum ministrarent multitudini Israelitarum, siue cum manebant in Sanctuarij loco quem dominus elegisset.

Vsque in præsens tempus. Idest semper fuerunt Gabaonitę in ministerio eis assignato vsque ad tempus, quo iste liber scriptus est, scilicet tempore Samuelis. nam cum Iosue astante toto Israel confirmasset, & ascripsisset Gabaonitas ministerio altaris, nullus quantęcunque auctoritatis, & potestatis postea repugnare ausus est, tum quia Iosue hoc præceperat toto populo assentiente, tum quia Gabaonitæ erant Deo dicati, &

A qui eos tolleret de ministerio domini, Deum offenderet subtrahens ministros, & consequenter cultum eius diminuens.

In loco quem dominus elegisset. Idest decreuit Iosue, vt manerent Gabaonitę semper in loco quem dominus elegisset ad subministrādum. & dicitur quem elegisset, quia non erat certum, an Deus vellet manere Sanctuarium suum in eodem loco. nam per varia loca mutatum est, arca quoque disiuncta a Sanctuario postquam reducta fuit de terra Philisthin, mansit multo tempore in locis segregatis. De locis autem in quibus stetit Sanctuarium, & de causis mutationis per loca illa, & de temporibus quibus māsit in quolibet horum locorū vsquequo vltimo perijt tempore captæ

B Hierosolymæ a Romanis, & de arca similiter in quibus locis steterit seiuncta a Sanctuario, & quanto tempore, & quis fuerit eius exitus, declaratū est late Exo. 20. cap. & Deuteronom. 12. cap. ibi vide. Manebant autem Gabaonitæ de quatuor ciuitatibus in loco quem dominus elegisset, vt ibi præsto essent ad semper subministrandum, sicut sacerdotes, & Leuitæ manebant in loco quem dominus elegisset.

De his quoque quamquam nihil expressum sit, scilicet quid eis daretur in sustentationem. Credendum tamen est, quòd aliquid daretur, quia cum ipsi in ministratione quotidiana altaris domini essent, non poterant vacare operibus suis agriculturæ, sicut igitur sacerdotibus, & Leuitis erant assignata certa iura in qui

An Gabaonitis daret aliquid ad sustentationem.

C bus sustentarētur, de quibus Numeri 5. & 18. & Deut. 18. ita Gabaonitis essent assignata aliqua ad sustentationem, quæ postea principes statuerent, scilicet de eleemosynis, & denarijs datis in Sāctuarium. nam iuxta Apostolū. qui altario seruit de altari viuere debet. vt patet. 1. ad Corinth. 9. cap. Gabaonitæ autem seruiebant altario subministrantes illi aquas, & ligna ad necessitates suas, ergo de altari viuere debebāt, idest de aliquibus redditibus, aut prouentibus Sanctuarij, Deus tamen de his nihil statuit, sed solum de redditibus sacerdotum, & Leuitarum, quia tempore quo Deus statuit, scilicet in deserto, nondum erāt assignati Gabaonitæ tanquā ministri, alioquin iussisset eis quicquam dari.

D

An Gabaonitæ morarentur in vrbibus suis, vel in loco Sanctuarij, & an vrbes eorum datæ fuerint Israelitis.

Quæst. XLIIII.

Q Vaeret aliquis, circa Gabaonitas an morarentur in loco Sanctuarij, vel in vrbibus suis quatuor, scilicet Gabaon, Beroth, Caphira, & Cariathiarim. Quod autem aliqui eorum morarentur in loco Sanctuarij manifestum est. nam quotidiana erat subministratio eorum portando aquas, & cędendo ligna, non possent tamen venire in locum quem dominus elegisset ad ministrandum, si in ciuitatibus suis manerent, pręcipue cum locus Sanctuarij distaret a Gabaon.

E Aliquis autem dicet, quòd non habitabant omnes Gabaonitæ in loco quem dominus elegisset, sed in vrbibus suis quatuor supradictis. Horum tamen aliqui erant qui manerent in loco Sanctuarij ad subministrādum in cęsione lignorum, & aquarum comportatione. Et cum expletum esset tempus horum, alij veniebant ministraturi, scilicet, quod essent distributi Gabaonitę per sortes, & vna sors eorum ministraret vno tempore anni, & alia alio tempore: vt hoc modo temporibus ęqualibus, & alternatim ministrarent, paucique eorum morarentur in loco quem dominus elegisset.

Sic erat de sacerdotibus, & Leuitis. nā sacerdotes erant

erant diuisi in 24. sortes, vel vices, & vna pars eorum ministrabat vno tempore, alia autem alio tempore. vt patet 1. Paralip. 24. cap. & dum isti ministrabant manebant in vrbe quam dominus elegisset. Postquam vero consumassent tempus ministerij sui, redibant in loca sua quæ erant extra locum Sãctuarij, vt patet de Zacharia patre beati Ioãnis qui sorte exijt, vt offerret incensum. vt patet Luc. 1. cap. cum esset ipse sacerdos de vice Abia. Et postea dicitur ibidem. Et factum est, vt impleti sunt dies officij eius abijt in domum suam. erat autem domus sua extra vrbem Ierusalem in quadam villa montana Iudeę. vt patet eodem capit. cum dicitur de beata Virgine, quòd venerit ad domum Zacharię, scilicet exurgens autem Maria in diebus illis abijt cum festinatione in montana in ciuitatem Iudæ, & intrauit in domum Zachariæ.

Item patet hoc ex ciuitatibus assignatis sacerdotibus, & Leuitis 48. namque vrbes illis assignatæ sunt, vt patet Nume. 35. ergo manebant extra locum Sanctuarij, quia non poterat esse Sãctuarium in qualibet earum, cum esset vnicum Sanctuarium. sic quoque erat in Leuitis, quia ipsi seruiebant in Sanctuario statutis temporibus secundum officia sua. erant namq; ipsi in 24. sortes diuisi, sicut sacerdotes, de quo 1. Paralipom. 25. & singuli manebant in vrbibus suis. cum vero tempus ministerij eorum aduenisset, pergebant ad locum Sanctuarij manentes ibi tempore officij sui, quo expleto redibant in vrbes suas singuli, ita vt nunquam deficerent ministri in domo domini, tamen non erant omnes simul, hoc idem signatur Deuteronomij 18.

Et propter hoc poterat aliquis vouere seipsum de Leuitis, vel sacerdotibus ad manendum in Sãctuario tota vita sua. vt patet de Anna matre Samuelis, quæ eum vouit domino, vt ministraret coram eo tota vita sua, & erat de Leuitis. vt patet 1. Reg. 1. capi. Si tamen omnes Leuitæ, & sacerdotes manere cogerentur in loco Sanctuarij, non caderet hoc sub voto, quia votũ est de his ad quæ alias non existentes obligati, nos spõtanee obligamus.

Item aliquando sacerdotes, & Leuitæ poterãt sine voto venire ad Sanctuarium, vt semper ibi manerent, & tunc alij tenebantur dare illis partem iurium, quæ eis proueniebant ad sustentationem præter ea quę ei in vrbe sua ex paterna successione debebãtur. vt patet Deuteronom. 18. capitu. Nihil tamen horum esset, si omnes sacerdotes, & Leuitæ cogerentur in loco Sanctuarij manere.

De Gabaonitis vero sic videbitur, quòd in vrbibus suis habitarent, & statutis temporibus per vices, & sortes subministrarent Sanctuario domini, ita vt nunquã deficerent aliqui de Gabaonitis ministrantes in loco Sanctuarij.

Aliæ rationes, quòd Gabaonitæ ministrarent per vices. Quæst. XLV.

Item hoc videbitur rationabiliter dictum, quia Gabaonitæ erant multi, scilicet viri quatuor ciuitatum nominatarum in litera cum viculis suis. Manifestum tamen est, quòd non essent necessarij omnes hi ad ministrationem cędendorum lignorum, & aquarum comportandarum, cum solum portare debebant hoc ad vsus altaris holocaustorum.

Item nõ videtur stare vllo modo, quòd omnes Gabaonitæ habitarent in loco quem dominus elegisset, quia isti viri erant de quatuor ciuitatibus cum viculis suis, & oppidis. locus autẽ Sanctuarij erat vnicus semper. ergo non possent capi in illo loco Sanctuarij, immo nec medietas eorũ. Potissime, quia vrbes Gabao-

F nitarum erant magnę, præcipue ipsa vrbs Gabaon, vt patet sequen. cap. in nulla ergo vrbe terræ Chanaã caperentur amplius, quia in vrbe in qua erat Sanctuarium semper esse debebãt sacerdotes multi ministrãtes per vices suas. Etiam debebant esse Leuitæ identidem in officijs suis ministrantes, vt patet ex dictis. Quomodo ergo caperentur hi in aliqua vna ciuitate? Præter hęc, quia adhuc habitabant populares alij, qui non erant de ministris domini in loco Sanctuarij, sicut cum erat in Ierusalem Sanctuarium. nam ibi manebat Rex, & Principes, populares quoq; de tribu Beniamin, cum ibi esset sors Beniamin. nequaquam ergo manere poterant omnes de quatuor vrbibus Gabaon in loco quem dominus elegisset. Potissime, cũ

G esset locus paruus, sicut ciuitas Sylo in sorte Ephraim in qua primo stetit Sanctuarium. vt patet infra 18. postea etiam in alijs paruis ciuitatibus, vt in ciuitate Nobe. Item non potest stare. nam si omnes gabaonitæ de quatuor vrbibus manerẽt in loco quem dominus elegisset in tempore Saulis, cum tempore eius manserit Sanctuarium in ciuitate Nobe, necesse erat, quòd ibi essent omnes Gabaonitę, non tamen fuerũt, quia hoc tempore omnes occisi fuissent a Saule. quod patet, quia cum audiuit Saul, quòd Achimelech sacerdos magnus dedisset Dauid panes, & gladiũ Goliath, occidit eũ, & 85. sacerdotes domini vestitos Ephod, omnes etiam qui erant in vrbe occidit, & euasit vnus solus, scilicet Abiathar. vt patet 1. Reg. 22. cap. cum di-

H citur. Nobe autem ciuitatem sacerdotum in ore gladij percussit viros, & mulieres, paruulos & lactantes, bouem, & asinum. Euadens autem vnus filius Achimelech, &c. si ergo ibi fuissent omnes Gabaonitę, nõ mansisset ex eis vestigium, manserunt tamen tempore Regis Dauid, & conquesti sunt de Rege Saule, ꝙ attriuisset eos, atque facta est fames tribus annis propter eos, & suspensi sunt viri septem de domo Saulis. vt patet 2. Reg. 21. c. ergo non erant omnes Gabaonitæ in eodem loco in quo erat Sanctuarium, sed quidã de eis seruiebant vno tempore, quidam vero alio, & sic nunquam deficiebãt ministri de Gabaonitis in domo Domini.

Aliquis in contrarium dicet, scilicet, quòd non manerent Gabaonitæ omnes in vrbibus suis, sed in loco

I Sanctuarij, nam si manerent in locis suis valde grauarentur Israelitæ dimittendo 4. vrbes magnas illis, de quibus nihil acciperent.

Item nõ potest stare, quia istę vrbes datę sunt Israelitis in distributione totius terræ Chanaan. ergo non manserũt in eis Gabaonitę. patet hoc, quia tres vrbes harum datæ sunt ĩ diuisione tribui Beniamin, scilicet Caphira, Gabaon, Beroth, vt patet infra 18. Quarta vero harum vrbium, scilicet Cariathiarim cessit tribui Iudæ, vt patet eodem capitu.

Item Gabaon fuit ciuitas data sacerdotibus, vt habitarent in ea, ergo non manserunt ibi Gabaonitę. patet hoc infra 21. vbi de ciuitatibus, quę erant in sorte

K tribus Beniamin, dicitur quòd data est Gabaon.

Determinatio auctoris ad superius quæsitum. Quæst. XLVI.

Respondendum est, quòd Gabaonitæ manserunt in vrbibus suis, vt ante erãt, sed seruiebant semper ministerio domini in portandis aquis, & cędendis lignis, nõ quidem omnes, sed quidam eorum per sortes, sicut supra declaratum est, & rationes ibi assignatę hoc conuincunt.

Cum autem arguebatur, quòd grauarentur Israelitę si manerent Gabaonitę in vrbibus suis. Respondendum

dendum est, quòd non grauabantur, quia cum mansuri essent Gabaonitæ ad subministrationẽ Sãctuarij, Israelitæ daturi erant eis loca ad manendum, sed Gabaonitæ replebant 4. ciuitates suas in quibus erant. ergo aut manerent in eis, aut darentur eis loca alia eiusdem capacitatis ad manendum. Quid autem magis differebat Israelitis dare Gabaonitis loca illa, cum si illa auferrent, alia æqualia daturi erant? nihil quippe differebat. ergo nec factum est.

Ad aliud, quando arguebatur, quòd tres ciuitates harum datæ sunt tribui Beniamin, & quarta data est tribui Iudæ. Respondendum est, quòd ex hoc non sequitur, quòd inde Gabaonitæ exclusi fuerint. nã modus diuisionis fuit, vt tota terra diuideretur ad possessionẽ tribuum 12. Postea autem de his diuisionibus datę sunt aliquæ ciuitates sacerdotibus. vt patet infra 21. & non habitabant in eis Israelitæ seculares, sed soli sacerdotes, aut Leuitæ. dicebantur tamen esse ciuitates istæ alicuius de tribubus, quia dominium pertinebat ad tribus, alij vero in eis quasi ex eleemosyna habitabant, manebat tamen hoc in ęternũ. Ita de Gabaonitis erat, quia vrbes istæ cesserunt in partes diuisionum tribuum Israel, manserunt tamen in eis habitantes Gabaonitæ, & cum eis quoque manebant aliqui de Israelitis. Nec solum hoc, sed etiam aliquæ vrbes dicebantur pertinere ad possessionem alicuius de tribubus, & tamen nullus de illa tribu, aut de alia morabatur in illis ciuitatibus, sicut patet de Iericho, ipsa enim fuit posita sub anathemate, vt in ęternum non habitaretur. vt patet supra 6. In diuisione autem quæ cessit tribui Beniamin posita est vrbs Iericho vna, & prima. ita ergo poterit de Gabaonitis dici, quòd 4. vrbes earum ceciderunt in sortem Beniamin, & Iudæ, tamen nemo de Iuda, & Beniamin habitauerit in eis, vel si habitauerint aliqui alij, poterant manere cum ipsis Gabaonitis.

Ad aliud argumentũ de sacerdotibus, scilicet Gabaon data est sacerdotibus. de quo infra 21. Respondendum est, quòd cecidit Gabaõ in sortem filiorum Beniamin. vt patet infra 18. & cũ dare deberet tribus ista vrbes aliquas sacerdotibus, vel Leuitis, fuit vna de ipsis Gabaon, in ipsa tamen vrbe habitauerunt sacerdotes cum Gabaonitis. nam & qui dicunt Gabaonitas omnes habitasse semper in Sanctuarij loco, dicunt cum eis habitare Leuitas, & sacerdotes necessario. Nam in loco Sanctuarij erant semper sacerdotes ministrantes, erant quoque Leuitæ. ergo quomodocunque dicatur, semper dabitur, quòd Gabaonitæ, & sacerdotes habitarent simul in loco eodem. non potest ergo poni aliquis modus quo magis euitentur inconuenientia, quam dicendo commoratos fuisse Gabaonitas in vrbibus suis, alij etiam cum eis habitare cępẽrunt, scilicet sacerdotes in ciuitate Gabaon, in Caphira autẽ, Beroth, & Cariathiarim habitare possent aliqui de tribu Beniamin.

In ciuitate Gabaõ habitauerũt simul sacerdotes & Gabaonitæ.

CAP. X.

QVAE cum audisset Adonisedech rex Ierusalem, quòd scilicet cepisset Iosue Hay, & subuertisset eam, sicut enim fecerat Iericho, & regi eius, sic fecit Hay, & regi illius: & quòd transfugissent Gabaonitæ ad Israel, & essent fęderati eorum, timuit valde. Vrbs enim magna erat Gabaon, & vna ciuitatum regalium,

A & maior oppido Hay, omnes bellatores eius fortissimi. Misit ergo Adonisedech rex Ierusalem ad Oham regem Hebron, & ad Pharan regem Hierimoth, ad Iaphie quoque regem Lachis, & ad Dabir regem Eglon, dicens. Ad me ascendite, & ferte præsidium, vt expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Iosue, & ad filios Israel.

QVæ cum. In superioribus declaratum extiterat, quid timore ductus egerat Gabaonitarum populus, hic consequenter ponitur

B quid ob eorum timorem egerit quinque regum cętus, scilicet, quod committere voluerit bellum contra Gabaonitas, quia confugerant ad Israelitas. Et diuiditur in duo. Primo ponitur occasio belli. Secundo subditur actus bellandi. ibi. *Ascenditque Iosue.*

Secunda diuiditur in duas, quia primo ponitur debellatio hostium. Secundo occupatio ciuitatum ibi. *Eodem die Macedam quoque cepit.*

Prima in duas, quia primo ponitur modus pugnæ. Secundo manifestatio victorię ibi. *Reuersus est omnis exercitus.*

Iterum in duas, quia primo ponitur diuinum auxi-

C lium. Secundo subditur humanum studium ibi. *Irruit itaque.*

Motiua quibus ad confœderationem sunt adducti Chananæi contra Israelitas, & ad oppugnandum Gabaonitas.
Quæst. I.

CIRCA primum considerãdum est, quòd audierant Chananęi, quòd Deus promisisset Israelitis tradere illis totam terram Chanaan, & disperdere habitatores eius, sicut retulerunt Gabaonitæ Israelitis sibi fuisse nunciatum, vt patet pręcedenti capitu. & sicut eis nunciatum fuerat, ita & in aures totius terrę Chanaã insonuit. vnde Cha-

D nanæi inter se erant confęderati, vt resisterẽt vno animo, & impetu Israelitis, sicut patet de quinque regibus de quibus hic, & de multis alijs de quibus sequenti capitulo.

Si autem aliqui de Chananeis se traderent, aut confęderarent Israelitis, dissoluebant corda omnium aliorum. ideo erant iam isti hostes cęterorum Chananęorum, sicut Israelitę. Gabaonitę autem confœderati fuerant cum Israelitis, vt patet in præcedenti capitulo. Congregati fuerunt ergo contra eos reges isti quinque, vt delerent eos, ne qui de Chananeis ad similia haberent exemplum, & vt vrbes illę redirent in Chananęorum dominium. gabaonitę autem non valentes resistere, a Iosue auxilium petierũt, qui irruens in hos quinque reges deleuit eos cum po-

E pulis suis.

Quæ cum audisset. Scilicet confœderationem gabaonitarum cum Israelitis, hoc potuit satis manifestari, quia erant gabaonitę inter cęteros Chananęos. Redeunte ergo Iosue cum exercitu in castra galgalę, poterant alij Chananęi communicare cum gabaonitis, & perferre verba hęc ad Adonisedech regem Ierusalem. & tunc ipse congregauit alios quinque reges absente Iosue: si enim fuisset Iosue apud gabaon, non ausi fuissent reges isti venire super gabaon, sed extimauerunt, quòd antequam Iosue veniret de galgalis in succursum eorum, delerent eos vno impetu. innotuit tamen res gabaonitis, & mittentes petierunt auxiliũ a Iosue,

a Iosue, qui festinus venit auxilium impensurus.

An iste rex Ierusalem appelletur Adonisedech, vel Adonibezech.

Adonisedech rex Ierusalem. Aliqui libri habent hic Adonibezech. sed litera est corrupta, quia Adonibezech erat alius rex quē occiderunt Israelitæ post mortem Iosue, cęsis summitatibus pedum, & manuū, vt patet Iudi. 1. cap. litera autem Hebraica habet Adonisedech. multum enim in compositione secundum idioma Hebræum differunt, quia Adonisedech interpretatur dominus meus iustitiæ, vel domini mei iustitia. sunt enim duo nomina Hebræa, scilicet Adoni, idest dominus meus, & Sedech, idest iustitia. sic dicitur Melchisedech, idest rex iustitiæ qui etiam fuit rex Ierusalem, vt patet Gene. 14. Adonibezech de quo Iudi. 1. interpretatur dominus meus tonitrui, vel domini mei tonitruum, quia deriuatur, & componitur de Adoni, idest dominus meus, & Bazach, idest tonitruum. similitudo autem quędam in nomine decepit plerosque latinorum scriptorum, ad hęc parum aduertentes, & inexpertos in Hebraico sermone.

Rex Ierusalem. Est Ierusalem vrbs quæ cecidit in sortem tribui Beniamin, & vocatur alio nomine Iebus, vt patet infra 18. capit. iste rex Ierusalem congregauit istos quatuor reges, vt venirent contra Gabaon, quia erat rex magnus, vnus de principalibus regibus totius terrę Chanaan, & ad ipsum tanquam principalem pertinebat tractare, & cōuocare alios reges: vel forte quia alij reges erant suffraganei regis Adonisedech, & non distabat multum Gabaon ab vrbe Ierusalem. & forte ista est causa, quare conuocabat reges alios in subsidium contra Gabaonitas, quia confęderatio Gabaonitarum principaliter erat nociua regi Adonisedech, quia cum esset propinqua terræ suę, per illam partem haberent Israelitæ locum ad inuadendum terram Adonisedech.

Alij dicunt aliter, scilicet, quòd vrbes Gabaon erāt pertinentes ad aliud regnum regis Adonisedech, & quia confęderatę fuerant Israelitis, subtraxerant se a dominio eiusdem, ideo volebat pugnare contra eas ad reducendum in pristinam subiectionem, aut ad delendas eas in vindictam illatæ offensæ.

Sed hoc non videtur, quia Ierusalem pertinebat ad populum Iebusęorum, vt patet 2. Regum 6. capitu. & ob hoc vocatur Iebus, vt patet infra 18. capitu. Gabaonitæ tamen erant de populo Heuæorum, vt patet sequenti capitu. regna tamen erant distincta in his populis, quia non pertinebant duæ gentes ad vnum regem, sed potius in qualibet harum septem gentium multi erāt reges, vt patet infra duodecimo cap. vbi de quadam parte harum gentium subiecta Israelitis, occisi sunt triginta vnus reges, manebant autem adhuc multi alij. non ergo erant Gabaonitę pertinētes ad regnum Adonisedech regis.

Item quia videtur, quòd Gabaon habuerit regem, quia dicitur infra in litera. vrbs enim magna erat Gabaon, & vna regalium ciuitatum. ergo regem habebat. tenendum est igitur quod dictum est.

Quod cepisset Iosue Hay. Hic ponitur quomodo timuerit rex iste Adonisedech, & timori prouidere voluerit. nam si solum vellet assignare scriptura, quomodo voluerit Adonisedech delere Gabaon, quia transfugerat ad hostes, & non describeret timorem eius, sufficisset dici, quòd cū audisset Adonisedech, quòd Gabaon fugisset ad Israelitas, irruit super eam, aut vocauit reges ad delendum eam. sed retulit de omnibus alijs, scilicet, quod cepisset Hay, & Iericho, quasi dicat quia cepit Iosue istas vrbes, & confęderati fuerunt ei Gabaonitæ timuit rex Adonisedech, & voluit delere Gabaonitas, ne alij Chananæi similia attentarent, & dissoluerent cor omnium Chananæorum. Vrbs Hay non fuit habitata, quia posita est in tumulum sempi-

Vrbs Iericho, & Hay i qua (?) ...

F ternum, vt patet supra 8. capitu. tamen cecidit in sortem Beniamin, sicut Iericho quæ non erat habitāda. Computatur tamen prima inter omnes ciuitates Beniamin. Hay autem non nominatur in terminis Beniamin nec in ciuitatibus eius. satis tamen constat, ꝙ fuerit in diuisione sua, quia Bethel, & Bethauē ponuntur in terminis Beniamin. tamē īter hæc loca est Hay. vt patet supra octauo cap. cum dicitur, quòd Hay est iuxta Bethauem ad orientalem plagam vrbis Bethel. De Bethel tamen, & Bethauem, quòd pertineant ad terminos Beniamin, patet infra decimo octauo cap. ergo sic erit de vrbe Hay.

Et subuertisset eam. De subuersione vrbis Hay dicitur supra octauo cap. & dicitur subuersa quia tota cremata est, & diruti muri vrbis, atque ędificia ad solum

G prostrata, ita vt tota vrbs tumulus videretur ęternus.

Sicut enim fecerat Iericho, & regi eius, ita fecit Hay, & regi illius. Idest sicut deleuit Iericho. & regem atque totum populum eius, ita & in vrbe Hay fecit. non est intelligenda totalis similitudo quantum ad vrbem, nec quantum ad regem, sed solum in vniuersali, scilicet, quod rex Iericho occisus est, & rex Hay eodem modo, & vrbs Iericho deleta est, & vrbs Hay etiam fuit subuersa. Rex tamen Iericho vulgari suorum morte assumptus est, scilicet, quòd gladio perijt, sicut alij Ierichontini. Rex autem Hay apprehensus est viuens, & suspensus in patibulo ad introitum vrbis suæ, vt patet supra cap. octauo. ciuitas quoque non passa est eundem anathematis modum. nam in vrbe Iericho om-

H nia cremata sunt, pręter aurum, & argentum, ęs & ferrum, quæ fuerunt seruata in thesauris domini. bellatoribus autem nihil de spolijs vrbis capere licuit. Achan vero quia regulam auream, & siclos, atque pallium coccineum accepit, a populo lapidatus est. vt patet supra 7. cap.

Et, quòd transfugissent Gabaonitæ ad Israel. Dicebantur transfugisse Gabaonitæ, quia cum essent de Chananęis fędus posuerūt cum Israel. ex quo sequebatur, quòd ipsi non pugnarent contra Israelitas, nec darent fauorem alijs Chananæis pugnantibus contra Israel, sed magis adiuuarent Israelitas contra Chananęos.

Et essent fœderati cum eis. Idest, quòd posuissent fœdera, scilicet, quòd non occiderent Israelitæ Gabaoni-

I tas, & econuerso, quòd ipsi non adiuuarent aliquam gentem contra Israel.

Timuit valde. Scilicet, quòd sicut deleuerat Iosue Iericho, & Hay, ita posset delere cæteras Chananæorum vrbes. & quòd sicut confugerant Gabaonitę ad Israel, ita possent confugere, vel trāsfugere multi alij, quo dato faciliter Israelitæ caperent cęteros Chananęos.

Gabaon erat Metropolis.

Ideo ne aliqui alij confugerent ad illos, volebant delere Gabaonitas. & fit hic mentio specialis de Gabaonitis, quia forte erat Metropolis Gabaon, & vna excellens inter alias ciuitates, quia erat rex in Gabaon qui dominus erat aliarum trium ciuitatum. Sic in-

K nuitur cū dicitur immediate. vrbs enim magna erat Gabaon, & vna regalium ciuitatum. Iste timor compulit regem ad conuocandum alios quatuor, vt venirent contra Gabaon.

Vrbs enim magna erat Gabaon. Hoc intelligitur solum de vrbe ipsa quę vocabatur gabaon, & erat Metropolis aliarum ciuitatum, & ob hoc de ea mentio specialis fit, & ista erat vrbs magna, & regalis.

Dicitur hoc ad exprimendum magis causas timoris regis Adonisedech, scilicet, quòd gabaon erat vrbs magna. ipsa tamen transfugerat ad hostes, ergo a fortiori aliæ minores possent transfugere, & deberent, & ob hoc subiungitur infra, maior oppido Hay, idest, quòd ista erat ciuitas famosa, & maior ciuitatibus, quæ

quæ captæ fuerant. cum ergo transfugerent ad hostes, aliæ minores magis transfugerent.

Et vna regalium ciuitatum. Dupliciter intelligi potest. Vno modo, quòd erat vna de ciuitatibus regalibus, idest de ciuitatibus quæ habebant reges, quasi dicat, quòd in terra Chanaan multæ erant ciuitates, non tamen habebant singulæ reges, sed illæ quæ maiores erant. sic etiam Gabaõ erat, quia erat vrbs magna, ideo erat vna de regalibus vrbibus.

Aliqua ciuitas dupliciter dicitur regalis.

Alio modo intelligi potest, quòd esset vna de vrbibus regalibus, idest de vrbibus magnis, quæ quamquã non haberet regem, erat tamen tanta, vt vrbes habentes reges.

Et maior oppido Hay. Idest, maior erat quam ciuitas Hay. in hoc exprimitur causa timoris Adonisedech regis, scilicet, quia Gabaon quæ erat vrbs magna, & vna de regalibus maior, quàm oppidum Hay transfugerat ad hostes: ita transfugerent vrbes reliquæ. Non vocatur hic Hay ciuitas, sed oppidum, quia oppidum pertinet ad loca parua. ciuitas autem ad magna, & ob hoc, vt communiter vocatur Hay oppidum. sed non semper obseruatur ista differentia. nam aliquando vocantur ciuitates magnę oppida, vt patet Threnorum, secundo cap. scilicet, cum deficeret paruulus, & lactãs in plateis oppidi. ibi tamen vocatur ciuitas Ierusalem oppidum, quæ erat ciuitas magna in tota terra Chanaan.

B

In quo differunt ciuitas, & oppidum.

Omnesque bellatores eius fortissimi. Et hoc inducitur ad signãdum maiorem timorem regis, scilicet, quòd omnes viri Gabaon erant fortissimi viri, & famosi inter pugnatores alios terrę Chanaan, scilicet, quòd si isti qui erant multi, cum esset ciuitas eorum magna, & aliæ tres ei adiunctę vrbes, erantq; fortissimi timuerũt, ita vt ad hostes transfugerent, quanto magis trãsfugerent ciuitates alię minores, & quę non habebãt viros ita bellicosos?

C

Misit ergo Adonisedech ad Oham regem Hebron. Hic potest teneri ergo, vt dicit consequentiam, vel dicit incœptionem. Si dicat consequentiam, est sensus quòd quia Adonisedech timuit valde transfugientibus gabaonitis ad Israelitas, fecit vocari contra eos quatuor reges in auxilium, vt delerent illos, & non esset occasio alijs Chananęis, vt essent transfugę. Vel potest teneri, vt dicit incœptionem, sicut tenetur igitur sępissime, quamquam sit nota consequentiæ. Et quoniam quamquam sit causalis, magis tamen ponitur hic in propria vi, vt dicit notam consequentię. Iste Adonisedech vocauit cęteros propter causam supra positam.

Ergo quot modis potest teneri.

D

Ad Oham regem Hebron. In Hebron habitabant gigantes de genere Enach, vt patet Numeri decimotertio, & infra decimoquinto capitu. Habitauit autem in hac vrbe Abraham aliquando cum esset in terra Chanaan, scilicet, in valle quadam in terris eius, vt patet Gene. vigesimotertio capitu. ibi enim mortua est Sarra vxor Abrahę. in hac vrbe sepultus est Adam, vt patet infra decimoquarto capitu. & cessit locus iste in possessionem sortis Iudę, vt patet infra decimoquarto & decimoquinto capit. Deinde in locis quę data sunt sacerdotibus ad habitandum fuit vnus, vt patet infra vigesimoprimo capit. Fuit autem ibi locus orationis, & sacrificiorum tempore Dauid. nam Absalon petijt licentiam a Dauid, vt iret ad offerendum munera sua in Hebron, & fere totus Israel conuenit illuc, vt patet secundo Regum, capitu. decimoquinto. In hac autem ciuitate cępit regnum Dauid. nam regnauit septem annis in vrbe Hebron super Iudam, & Beniamin. postea super totum Israel regnauit annis triginta trib. vt patet tertio Regum, secundo capit. Ad hunc regem misit Adonisedech, quia erat ei propinquus,

Quę notabilia sunt in ciuitate Hebron.

E

A

& attinebat ad eum pars damni. vel quia erat confœderatus illi ad adiuuandum eum, vel forte erat subditus illi. & eędem causę, vel aliquę harum poterant esse ad reliquos tres reges, quos conuocauit in subsidiũ contra Gabaon.

Et ad Tharan regem Hierimoth. Iste erat alius rex veniens contra Gabaon cum Adonisedech. erant autem parui reges, quia paucam terram habebant. nam cum aliquis habebat vrbem vnam vocabatur rex. quod patet, quia in terra promissionis essent plures quàm quinquaginta reges. nam Iosue occidens quandam partem Chanaan deleuit triginta vnum reges, vt patet infra 12. capitu.

Reges Chanaan erant parui reges, alias reguli.

Item patet in rege Adonibezech, de quo Iudicum primo capi. nam ipse habebat sub mensa sua reges septuaginta comedentes micas cadentes de mensa abscissis, summitatibus manuum, & pedum. tamen si essent septuaginta reges magni, vt nunc sunt in terris his, forte in medietate mundi non reperirentur, sed erant reguli domini paruarum ciuitatum, & paucorum locorum. Iste rex denominatur a ciuitate quadã dicta Hierimoth, quæ erat Metropolis regni sui. vel forte ipsa sola erat in regno suo cum aliquibus oppidis, & viculis. cessit autem ista in sortem tribus Iudę, vt patet infra 15. cap.

Et ad Iaphie quoque regem Lachis. Similiter erat ista Metropolis regni Iaphie. cessit autem tribui Iudę, vt patet infra 15. cap.

Et ad Dabir regem Eglon. Dabir nomen regis est: Eglon vero nomen vrbis. hęc est coniuncta vrbi Lachis: & est in sorte Iuda, vt patet infra decimoquinto capitu. Vnde cum nominantur ciuitates tribus Iudę quę erant in campestribus, ponitur simul Lachis, & Eglon, vt patet ibidem.

Dicens ascendite ad me.

Istæ quatuor vrbes erant australes, scilicet Ierusalem Hebron, Hierimoth, & Lachis, sed Ierusalem magis Aquilonaris. Quæst. II.

DICEBAT Adonisedech, vt venirent alij reges ad ipsum, quia forte locus suus, scilicet Ierusalem erat magis propinquus Gabaonitis quam Lachis, Hebron, & Hierimoth. erant enim istę vrbes quatuor magis australes, quàm Ierusalem cuius erat rex Adonisedech. Quod patet, quia istę quatuor vrbes erant in sorte tribus Iudę, vt patet ex dictis. & habetur infra decimoquinto capit. Ierusalem autem erat in sorte Beniamin, vt patet infr. decimo octauo cap. Sors tamen Iudę erat magis Meridiana in terra Chanaan, quia ipsa tenebat latus australe terrę Chanaan perueniens ad Cadesbarne, & torrentem Aegypti, qui erant termini maxime Meridiani, vt patet infra decimoquinto capitu. Cęterę autem sortes erant incipiẽtes ab ea versus Aquilonem, & prima erat sors Beniamin, erant enim coniunctę, vt patet infra decimo octauo capit. Et ista erat adhuc occasio quare filij Beniamin coniungerentur cum filijs Iudę. nam post mortem Saulis, vt quidam volũt, cum omnes tribus Israel haberent Isboseth filium eius in regem, tribus Iuda, & Beniamin habuerunt Dauid de tribu Iuda: vt patet secundo Regum, secundo capitu. Sed falsum est, quia tribus Beniamin fuit, tunc cum Isboseth contra Dauid: immo illa erat principalis in hoc, quia Saul, & Isboseth erant de tribu Beniamin, vt patet eodem capitu. Et postea in diuisione regnorum tempore Roboan filij Salomonis declinauerunt decem tribus ad Ieroboã filium Nabath. tribus autem Iuda, & Beniamin manserunt cum Roboan: vt patet tertio Regum, duodecimo capitulo.

Erat

Erat ergo Ierusalem magis Aquilonaris quàm aliqua de alijs quatuor vrbibus. Quod autem magis propinqua esset Ierusalem vrbi Gabaon, & reliquis cōsocijs eius quàm Hierimoth, Hebron, Lachis, Eglon, saltem secundum latitudinem climatum computando, scilicet a Meridie in Septentrionem, patet, quia Gabaon, Caphira, Beroth erant in sorte tribus Beniamin: vt patet infra decimo octauo capit. & in hac erat Ierusalem: vt patet eodem capitu. Lachis autem Hierimoth, Eglon, & Hebron erant in sorte Iudæ, vt patet infra decimoquinto capit. necessario ergo minus distabat Gabaon a Ierusalem secundum latitudinem climatum, quàm aliç vrbes horum quatuor regum. an vero secundum longitudinem quæ consideratur ab Oriente in Occidentem, idem fuerit, non potest ex hoc patere. satis tamen verisimile est, quòd etiam secundum longitudinem minus distet. Ideo alij reges ad ipsum conuenire rationabile erat magis quàm è conuerso.

Item quia Adonisedech rex Ierusalem erat principaliter pugnans contra Gabaonitas, & alij reges veniebant ad adiutorium eius, sicut dicitur infra. Ferte presidium, ad eum pertinebat igitur ordinare bellum, & quòd alij conuenirent ad eum: dato quòd ipse non esset excellentior eis. Et dicitur hic, ascendite ad me, quia a locis in quibus habitabant reges isti, ad locum in quo manebat Adonisedech in Ierusalem erat ascensus, quia isti reges erant in sorte Iudę quæ est terra magis Meridiana, quàm sit in tota terra Chanaan. sed eundo in Meridiem ab Aquilone semper est descensus. pręsertim, quia aliqui reges istorum dicebantur habitare in campestribus, siue in vallibus, sicut rex Eglon, & Lachis: vt patet infra decimoquinto capitulo. Ierusalem tamen, quia est magis Septentrionalis est ascensus contra eam a ciuitatibus istorum regum.

Et ferte præsidium. Idest adiuuate me ad expugnandum Gabaonitas. & hoc aliqualiter innuitur, quòd adiutorium precibus exorabat Adonisedech, & non tanquam iubens, ideo magis videtur, quod isti reges vocati fuissent, quia erant amici eius, vel confęderati illi, quàm quia erant subditi ei: alioquin diceret iubens, & non quòd ferrent præsidium, quia hæc exorantis vox est.

Vt expugnemus Gabaon. Idest, vt deleamus illam ne sit exemplum alijs vrbibus terrę Chanaā transfugiendi ad hostes.

Quia transfugit ad Iosue.

Transfugisse ad Iosue de quibus vrbibus intelligatur.
Quæst. III.

Hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo Gabaon & aliç vrbes quæ cum ea transfugerant ad Israel, pertinebant ad regnum Adonisedech regis, & ipse propter offensam irrogatam volebat delere Gabaon, & cōuocabat alios reges: quia Gabaon erat vrbs magna, & omnes viri eius fortissimi bellatores, vt patet supra in littera. ideo non poterat eam faciliter delere, nisi conuocaret alios. & ad hoc etiam potest poni, quod supra dicebatur, scilicet vrbs enim magna erat Gabaon, & vna de regalibus ciuitatibus, & maior oppido Hay, scilicet, quòd quia magna erat, egebat Adonisedech adiutorio ad expugnandum eam.

Potest autem accipi aliter, scilicet, quòd istę vrbes non pertinebant ad regnum Adonisedech. erant tamen eis satis propinquæ: ex quo sequebatur magnum damnum regno suo, quia per illam partem possent Israelitæ ingredi in regnum Ierusalem, & pugnare de terra Gabaon habentes ibi defensacula. ideo vt extirF pare Gabaonitas statuerat super eos venire in pugnā, vel quia sicut confugerat vrbs Gabaon cum socijs ciuitatibus, nisi prouideret, possent transfugere aliç vrbes Chanaan. vt ergo tāti mali aboleretur exemplum delere parabat vrbes has Adonisedech.

Potest autem accipi hic Gabaon pro sola ciuitate, vel pro omnibus quatuor. Si accipiatur primo modo forte dicetur hoc, quia pertineret ad regnum Adonisedech.

Accipiendo tamen Gabaon pro omnibus his quatuor vrbibus: non stabit iste sensus, scilicet, quòd pugnaret contra eas Adonisedech, quia trāsfugissent de regno suo. nam non poterant omnes pertinere ad regnum Adonisedech. de tribus enim aliqualiter dici
G poterat, scilicet de Gabaon, Caphira, & Beroth quæ erant simul, & in sorte Beniamin. Sed de quarta, scilicet Cariathiarim stare non poterit, quia pertinebat ad sortem tribus Iudę, vt patet infr. decimoquinto, & decimo octauo capit.

Hoc enim quidam dicunt, sed iste modus arguendi nullus est, quia esse aliquas vrbes de sorte Iudę, vel Beniamin posterius fuit, scilicet postquam Israelitę acquisierunt terram. hoc ergo nihil attinebat ad Chananęos qui primo habitauerunt in terra. multæ namque ciuitates quę prius pertinuerāt ad vnum regnum, vel gentem, postea diuisę sunt in plures sortes secundum quòd ceciderunt funiculi sortium.

Sed aliter dicendum est, quòd nullo modo potest *Determinatio Auctoris.*
H stare, quòd rex Adonisedech pararet delere Gabaon, quia transfugisset de regno suo, siue intelligatur de sola ciuitate Gabaon, siue de omnibus quatuor. nulla enim earum pertinebat ad regnum Adonisedech, quia erant diuersarum gentium ciuitates istę. nam Gabaonitæ de omnibus quatuor ciuitatibus erant de genere Heuęorum, vt patet sequenti capit. cum dicitur, quòd non fuit ciuitas quàm bellando non caperet Iosue, pręter Heuęum qui morabatur in Gabaon, & accipitur ibi necessario Gabaon pro omnibus quatuor illis ciuitatibus: alioquin diceretur necessario, quòd alias tres ciuitates, scilicet Beroth, Caphira, & Cariathiarim ceperit Iosue pugnādo, quod falsum est. Rex autem Adonisedech erat rex in gente Iebusęorum:
I quia in Ierusalem habitabant Iebusęi, vt patet secundo Regum, quinto capitu. & ob hoc vocata est Iebus, ergo nulla harum ciuitatum ab eius regno transfugerat. sed transfugerat a Chananęis ad Israelitas in magnum scandalum omnium Chananęorum, quia cęteri sic facere possent.

Transfugit ad Iosue, & ad filios Israel. Confœderando se eis. istud transfugere erat idem. sed nominatur primo Iosue, quia erat dux Israelitarum.

Congregati igitur ascenderunt quinque reges Amorrhæorum. Rex Ierusalem, rex Hebron, Rex Hierimoth, rex Lachis, rex
K Eglon, simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa Gabaon oppugnātes eam. Habitatores autem Gabaon vrbis obsessæ: miserunt ad Iosue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei. Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum. Ascende cito, & libera nos, fer que præsidium. Conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrhæorum, qui habitant in montanis.

Congregati igitur ascenderunt quinque reges. Reges conuocati ab Adonisedech conuenerunt ad eum in Ierusalem, vt tractarent de bello, & ibi dispositis exercitibus suis ascenderunt contra Gabaon.

Ascenderunt quinque reges. Dicuntur ascendisse, quia forte vrbs Gabaon ad quam expugnandam pergebant erat altior quàm Ierusalem. Est autem Gabaon ciuitas magis Orientalis vrbe Ierusalem. nam quando computantur ciuitates quę erãt in sorte tribus Beniamin, incipit computatio ab Orientali parte terræ Chanaan, scilicet a Iericho quę prima ponitur. & ponitur processus versus occidentem. Gabaon & tres alię vrbes, scilicet Caphira, & Beroth prius ponuntur quàm Ierusalem. & est Ierusalem de vltimis in sorte illa, vt patet infra decimo octauo capitu. ad partem autem illam forte erat processus ad maiorem altitudinem terrę.

Amorrhęi dupliciter accipiunt. *Quinque reges Amorrhæorum.* Accipiuntur Amorrhęi dupliciter. Vno modo pro quodam speciali populo qui est de septem, & vocatur Amorrheus, vt patet in computatione eorum.

Alio modo pro omnibus gentibus istis septem. Primo vocantur Amorrhæi duo reges qui erant ante transitum Iordanis, scilicet Sehon, & Og. Eodem modo accipitur supra quinto capit. de regibus Amorrhęis, & de alijs regibus terræ Chanaan, vbi distinguũtur reges Amorrhæi cõtra reges aliorum populorum Chananæorum.

C Hic autem dubitatur de istis regibus quomodo vocentur Amorrhæi, scilicet, an large, vel stricte.

Dicendum est, quòd vocantur hic Amorrhęi large, idest populi de terra Chanaan. nam non erant omnes isti de Amorrhæis: quin potius dubium est, an quispiam horum fuerit de Amorrhęis. Quod autem non fuerint omnes de Amorrhæis patet, quia rex Adonisedech erat vnus horum, ipse tamen de Iebusęis erat, cum Ierusalem ad Iebusęos pertineret: vt patet infra decimoquinto. & secundo Regum, quinto cap. & hoc modo accipiuntur aliquando Amorrhęi. Sic patet Amos, tertio capitu. cum dicitur. & ego expuli a facie eorum Amorrheum: cuius altitudo, vt altitudo cedrorum. ibi tamen non accipitur pro solis Amorrhæis, sed pro omnibus gentibus Chananæorũ, quas

D Deus expulit a facie Israel. sicut etiam accipitur Gen. quadragesimo octauo capit. cum dicitur. do tibi partem extra fratres tuos quam tuli de manu Amorrhęi in gladio, & arcu meo. & intelligitur de vrbe Sichen, vt ibi fuit declaratum, & satis apparet infra vigesimoquarto capitu. Ipsa tamen non pertinebat ad Amorrhęos, sed ad Heuęos, vt patet Genes. trigesimotertio capitu. vbi rex Hemor princeps Sichen vocatur Heuęus: vocatur tamen terra illa Amorrhæorum large, idest Chananæorum.

In q̃o. 2. *Rex Ierusalem Rex Hebron.* Computantur hic reges qui omnes erant satis propinqui in ciuitatibus, in quibus autem sortibus fuerint vrbes eorum supra declaratum est, & valde quidem propinquę erant. Nam in

E vna quidem die pugnauit Israel cõtra vrbem Lachis & cepit eam, & inde profectus cepit eadem die vrbẽ Eglon, vt patet infra in litera. Si tamen aliqualiter distarent, non solum non possent Israelitæ pugnare, & capere has duas vrbes die eadem, sed etiam nec peruenissent ab vna vrbe in alteram, erant ergo propinquæ nimis.

Quòd fuerint illæ vrbes Lachis, & Eglon propinquæ. Et cõtrariæ obiectiones tolluntur. *Quæst.* IIII.

NEc obstat si quis dicat fuisse hoc in die magna, quando stetit sol iubente Iosue, quia non fuit

A die illo, sed die altero, vt patet infra in litera. Et de Eglon ascendit Israel in Hebron, & oppugnauit eam. & sic Hebron quoque his duabus propinqua erat. nã si fuisset aliqualiter distans, & in medio fuissent ciuitates vllæ, non venissent Israelitę post Lachis immediate, in Eglon, & post Eglon in Hebron, sed iuissent ad expugnandas ciuitates quæ erant in medio.

Sed aliquis dicet, quòd erant istæ ciuitates aliquantulum distantes, & inter eas erant aliæ vrbes. Israelitæ tamen de Lachis iuerunt in Eglon. de Eglon autem in Hebron profecti sunt, quia occiderant reges ciuitatum harum, cum eos in spelunca inuenissent. vnde tanquam destitutas præsidio propter defectum bellatorum qui corruerant vulnerati cum regibus suis, &

B quia terrore consternatę erant, intelligebatur posse facilius eas capere, quasi improuisas prius quàm vndiq; corrogarent præsidia ad tutandas illas.

Dicendum est non stare hoc, quia si ob hoc fecissent Israelitæ, ad has ciuitates omnes primo iuissent, quam ad aliquas alias.

Sed primo ad alias iuerũt, scilicet in Macedam, & oppugnauerunt eam, atque deleuerunt. postea autem venerunt in Lebna, & similiter destruxerunt, nõ relinquentes in ea vllas reliquias: ergo non processerunt de Lachis in Eglon. & inde in Hebron, vt consequerentur aliquid alterum, sed quia istæ ciuitates erant coniunctissimę, & sic reges isti erant coniunctissimi. & ob hoc erant confœderati inter seipsos. Rex quoque Adonisedech erat propinquus his. nam Hebron satis propinqua est Ierusalem, scilicet decẽ & sex milliaribus distans, quę sunt octo leuce vulgares, vt patet in libro de diuisione Terrę sanctæ. Ab alijs autem regibus, scilicet Eglon, Lachis, & Hierimoth, eodem modo dicendum est, quòd esset valde propinquus. & de his vrbibus dicendum est, quod vrbs Gabaon erat magis orientalis quàm istæ quæ hic nominantur ab his regibus. Distantia istarum ciuitatũ inter se.

Sed adhuc in his magis est orientalis Lachis quàm Eglon, & magis Eglon quàm Hebron, & Hebron magis quàm Ierusalem. quod conuincitur aliqualiter ex processu Israelitarum per has ciuitates delendo habitatores earum. Nam procedebant Israelitę ab Oriente versus Occidentem. & ab hoc processu fuerunt primo in Lachis quàm essent in Eglon: & postea in Hebron. qui ergo posterior in his erat magis Occidentalis videbatur. De Hierimoth non patet hic, quia non fuit deleta hoc impetu pugnæ cum cęteris, quia forte aliqualiter distans erat, aut in transuersum posita.

An isti quinque reges vere fuerint Amorrhæi. Et quod ista duo nomina Chananæus, & Amorrhæus sunt specialia, & quandoque generalia omnibus populis totius terræ promissionis, quos delere tenebantur Israelitæ. *Quæst.* V.

ADhuc est dubium, circa id quod dicitur in litera, scilicet, congregati ascenderunt quinq; reges Amorrhæorum, an vere sint Amorrhæi.

Aliqui dicunt, quòd non poterant esse omnes Amorrhęi stricte accipiendo, sed solum large, vt accipitur Amorrheus pro omni Chananęo, quia si esset vnus, aut duo reges: poterat credi, quòd essent Amorrhæi accipiendo stricte. & tamen erant hic quinque reges: & duo alij qui iam fuerant occisi ad Orientem Iordanis. non poterat ergo de omnibus his septem dici, quòd erant proprie Amorrhęi, sed large.

Dicendum, quòd hoc non stat, quia adhuc plures poterant esse reges de Amorrhęis proprie dictis. nam

septem

septem erant populi Chananæorum, scilicet Ethęus Heuęus, Iebusæus, Pherezæus, Chananæus, Gergesęus Amorrheus. Deuteronom. septimo capitu. & nō erant omnes isti ęquales multitudine gentis, & magnitudine terræ possessę. & ita forte aliquis illorum esset duplus ad alium. & tamen in his septem populis erant forsitan sexaginta reges, aut plures, quia iam occisi erant triginta, & vnus per Iosue, & duo per Moysen infra 12. & 13. capitu. & manebant multi de istis populis qui nondum fuerāt subiecti Israelitis, scilicet quinque reges Philisthinorum, & terra alia latissima, vt patet infra 13. capi. in qua forte essent plures quàm viginti reges. & ita etiam si illi septem populi Chananęorum essent æquales multitudine gentis, & magnitudine terrę possessæ, posset quilibet populus habere decem reges, vel quasi, quanto magis illi populi de istis septem qui essent alijs maiores. & sic populus Amorrhęus non solum septem reges, sed etiam decem aut plures habere poterat. vnde ratio ista nihil conuincit, & poterant esse omnes isti septem reges vere Amorrhæi.

Determinatiō auctoris.

Sed his non obstantibus dicendū, quòd non erant isti quinque reges de quibus hic dicitur vere Amorrhęi: immo forte nullus de eis erat Amorrhęus, quia de aliquibus eorum patet, quòd non erāt Amorrhęi. sicut de rege Ierusalem de quo certum est, quòd erat Iebusęus, quia Iebusęi morabantur in Ierusalem secūdo Regum, quinto capit. & de aliquibus alijs regibus coniunctis sibi de his, ita credendum est, quòd essent Iebusęi, & non Amorrhęi.

Dicendum est, quòd septem erant populi terræ Chanaan, vt dictum est, & habent nomina specialia in quibus non communicant. sunt tamen de istis populis duo nomina quæ ita sunt specialia vni populo, ꝙ etiam conueniunt omnibus populis, scilicet Chananęus, & Amorrhęus. nam secundum proprietatem, ita est Chananæus vnus populus, quòd non est Pherezęus, neque Iebusęus, neque aliquis de alijs. & tamen secundum consuetudinem sacræ Scripturę Chananæus accipitur aliquando pro vno de septem populis, & connumeratur contra alios. & tunc Pherezęus nō est Chananęus. aliquando Chananæus accipitur generaliter, & competit omnibus illis septem populis, vt dicantur omnes Chananæi, vel omnes populi Chananęorum. Sic est de Amorrhęis, nam Amorrhæus accipitur aliquando pro vno populo qui connumeratur contra alios, & tunc Iebusęus non est Amorrhæus. Aliquando autem accipitur communiter pro omnibus septem populis, & sic Iebusęi, & Pherezęi vocantur Amorrhęi. & hoc sæpe scriptura facit, vt illud Amos 3. capit. expuli a facie eorum Amorrhęum, cuius altitudo erat, vt cedrorum. certum est autem accipi ibi pro omnibus septem populis. nam Deus non gloriaretur de vnius solius expulsione, cum septem expulisset a facie Israelitarum, sed vocantur ibi Amorrhæi ipsi omnes septem populi.

Heuæi aliquādo vocantur Amorrhæi.

Etiam aliquando Heuæi vocātur Amorrhęi. vt Genes 48. capit. cum dixit Iacob filio suo Ioseph. do tibi partem extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhęi in gladio, & arcu meo. & intelligitur de vrbe Sichem, vt patet infra 24. capitu. tamen habitatores Sichem non erant Amorrhęi, sed Heuæi, vt patet Gen. 33. cap. etiam apparet hoc circa Gabaonitas qui erant Heuæi infra 11. cap. scilicet, præter Heuęum qui habitabat in Gabaon omnes pugnādo cepit. & ita omnes Gabaonitæ erant Heuæi, & tamen vocantur aliquando Amorrhęi, vt patet 2. Regum, 21. cap. scilicet porro Gabaonitæ non sunt de filijs Israel, sed reliquię Amorrhæorum, & ita sępe fit: in pręsenti sic fuit, quòd Iebusęi, & alij reges vocantur Amorrhęi.

F De hoc dicit Augustinus, quæritur quomodo rex Ierusalem Adonisedech, & cęteri cū quibus obsedit Gabaonitas secūdum septuaginta interpretes, primo vocantur reges Iebusęorum, cum ad eos obsidendos conuenerunt. postea reges Amorrhęorum dicantur ab ipsis Gabaonitis, quando eūtes miserunt ad Iesum, vt sibi subueniret. sicut enim perspeximus secundum Hebręum vtrobique dicuntur Amorrhęorum, cum constet Iebusęum regem fuisse Ierusalem, quę dicta est Iebus tanquam illius gentis Metropolis, & septem gentes sępe scriptura commemorat exterminandas, quarum vna perhibetur Amorrhæorū, nisi forte hoc nomen vniuersale fuerit omnium, aut potius maioris partis, vt non vna, sed plures in his septem hoc nomi-
G ne censerentur, quamuis esset vna de septem quę Amorrhæorum proprie vocaretur. sic est quædam pars quæ proprie dicitur Libya, quamuis hoc nomen vniuersæ Africæ conueniat. & pars quædam est quę proprie dicitur Asia, quamuis Asiam alij dimidium orbē terrarum, alij tertiam partem posuerunt. Chananæi quoque tanquam vna gens in illis septem cōmemorantur, & tamē vniuersitas illa originaliter terra Chanaan vocatur.

Libya est quędā regio in Africa.

Considerandum autem, quòd in his duobus nominibus Chananæus, & Amorrhęus istud inuenit, quòd aliquando specialiter, & aliquando communiter pro omnibus accipiantur. In alijs autem quinque nunquā inuenitur, quòd accipiantur, nisi stricte pro vno populo. sed adhuc dicendum, quòd licet ambo inueniātur
H communiter accepta, magis tamē, & sępius accipitur hoc nomen Chananæus communiter quàm Amorrhęus.

Et satis est causa manifesta, quia Chananæus potest dupliciter accipi. Vno modo, vt dicitur a Chanaan, alio modo, vt a Chananęo. Primo modo semper accipitur communiter. Secundo modo semper accipitur specialiter. Pro quo sciendum, quòd Chanaan filius Cham, & nepos Noe genuit septem viros, a quibus nominantur isti populi, vt colligitur Genes. 10. capit. & insuper genuit Sydonem primogenitum suum, & Aracheum, Aradium, Cyneum, Samarithē, & Amatheum, a quibus nominati sunt populi quidā.
I omnes autem isti populi, inquantum descendunt a Chanaan patre primo vocantur Chananæi, & terra vocatur Chanaan, & non potest tunc Chananæus vocari specialiter aliquis populus sed omnes. & ita ponūtur generaliter termini terræ Chanaan. Gene. 10. cap. scilicet facti sunt termini Chanaan venientibus a Sydone Geraram &c.

Terra Chanaā appellatur sic a Chanaan nepote Noe.

Sed rursus ab isto Chanaan denominatur vnus populus connumeratus contra alios septem, & est velut vna familia in tribu Chanaan, & iste vocatur populus Chananęus. & quando accipitur Chananæus isto modo semper accipitur specialiter pro vno populo solo: & ideo est causa variandi in hoc nomine. Sed circa nomen Amorrhęorum non est eadem causa, quia
K Amorrhæus fuit vnus de filijs Chanaan, scilicet quartus, vt patet Gene. decimo capit. & ita nominat populum specialem, & non habet causam aliquam, vt omnes septem populi, vel multi illorum dicantur Amorrhęi. & tamen scriptura sępe vocat omnes septem Amorrhęos, vt dictum est. & non apparet causa, nisi forte, quòd iste populus erat maior, & nobilior alijs, & sic acceperunt alij nominationem eius.

Populi Amorrhæorum denominantur sic ab Amorrhæo quarto filio Chanaan.

Simul cum exercitibus suis. Quilibet gentem suam in bellum acciverat, vt sic facilius delerent Gabaon. *Et castrametati sunt circa Gabaon*. Scilicet fixerunt ibi tentoria sua ad faciendum bellum graue vrbi. hic accipitur necessario pro vna vrbe Gabaō. nam isti quinque reges obsidebant vnam vrbem simul, & ista erat Gabaon. &

sic dict

sic dicitur infra, quòd habitatores obsessę vrbis miserunt ad Iosue. Ex hoc autem aliquis dicet, quòd Adonisedech rex solum fuerat motus, vt deleret vrbē Gabaon, de socijs eius nihil curans: ideo eam obsedit. sed an verum sit non constat. tamen quomodocunque se habeat non constat ex hoc, quòd solum venerit Adonisedech contra vrbem Gabaon. nam quamquā nunc solam Gabaon obsideret, postea tamen posset obsidere alias vrbes, nec poterat ipse simul obsidere vrbes has quatuor, quamquam vellet, quia exercitus paruus erat. & si diuideretur non sufficeret ad delendas vrbes istas. potissime, quia Gabaon erat vrbs magna, in qua multi habitabant, omnesq; bellatores eius erat viri fortissimi, vt patet supra in litera. ideo nihil magis constat, ꝙ vellet delere solam vrbem Gabaon, quam omnes quatuor.

Oppugnantes eam. Idest cęperunt pugnare cōtra Gabaon, vt subuerterent eam. nec tamē potuerunt mox comprehendere eā, quia in vrbe erant bellatores fortissimi qui se defenderunt, dum venit Iosue quem in auxilium venire fecerant.

Habitatores autem Gabaon vrbis obsessæ. Idest habitatores solum vrbis illius, quę vocabatur Gabaō, quę erat obsessa ab his regibus quinque.

Miserunt ad Iosue. Nā quamquā in vrbe vndiq; clausi forent, mittere tamen potuerunt nuncios ad Iosue, qui erat in Galgalis: multę enim sunt artes belli, & varię sagacitates.

Qui tunc morabatur in castris apud Galgalam. Scilicet quando reges quinque obsidebant Gabaon, erat Iosue cum toto Israel apud Galgalam: ibi enim fuerant posita castra ab initio quando Israelitę transierunt Iordanem, vt patet supra quarto c. & postea, quamquam ad aliqua loca tenderent in pugnam manebant castra in Galgala, & ibi erant omnes qui ad bellum impotentes erant, sicut fœminæ, paruuli, & senes. finito autem bello reuertebatur exercitus, vt maneret in castris in Galgala, eratque ibi donec ad bellum iterum redeundum foret, & quamquam aliquando castra inde totaliter mouerentur: reuertebantur illuc. sicut fuit cum iuerunt omnes Israelitæ in montem Hebal, & Garizin ad confirmandum legem ponendumque ibi maledictiones, & benedictiones, vt patet supra. 8. ibi nāq; tunc totus populus erat: fœminę cum paruulis, aduenę, & indigenę. postea tamen reuersa sunt castra in Galgalis cōsummatis cęremoniis istis, vt patet supra 8. capit. Nam cum post expletas cęremonias illas venissent Gabaonitę in castra Israel, inuenerunt illos in Galgalis, vt patet pręcedenti cap. Reuersis autem Gabaonitis in terram suam expleto fędere mansit Iosue cum toto Israel in Galgalis, quia tunc vacabant a pręliis. Interim autem rex Adonisedech cognito fędere Gabaonitarum cum Israel conuocauit quatuor reges de quibus hic, vt procederent contra Gabaon, & venerunt ad eam. quo facto miserunt Gabaonitę ad Iosue, & ille adhuc manebat apud Galgalam in castris cum toto Israel. *Et dixerunt ei.* Scilicet nuncij Gabaonitarum.

Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum. Idest nō cesses nos defendere qui sumus serui tui. retrahere manum ab auxilio est cum quis primo adiuuabat, vel ad adiuuandum promptus erat, & postea non adiuuat, vel ab adiuuando cessat. vocant se serui Iosue Gabaonitæ. & hoc secundum humilitatem ad suadēdum ei, vt adiuuet: secundum veritatem tamen etiā sic erat, quia Iosue imposuerat eis onus æternæ seruitutis in cædendis lignis, & comportandis aquis pro tota multitudine, & pro altari domini, vt patet pręcedenti cap.

A

Quomodo Gabaonitæ potuerunt mittere ad Iosue manentem in Galgalis, vt adiuuaret eos manentibus eis in vrbibus suis.

Quæst. VI.

SED aliquis quęret, quomodo Gabaonitę potuerunt mittere ad Iosue manentem in Galgala ipsis manētibus in vrbibus suis. nam hoc pręsupponitur hic. tamē secundum decretum datum pręcedenti cap. non videtur posse. pręceperat enim Iosue, vt Gabaonitę manerent serui in ęternum comportando aquas pro tota multitudine, & cædendo ligna: quomodo nunc non manebant in his ministeriis?

B

Responderi posset, quòd quamquam decreuisset hoc Iosue, tamen non immediate tradidit executioni subijciens eos ministerio totius multitudinis, & hoc, quia si mancipasset eos huic seruituti, manerent ciuitates eorum desertę, & alii Chananæi veniētes occuparent eas, quod inconueniens magnum erat. ergo in eis manere debuerunt bellatores ad defensionem ipsarum. nulli autem magis conuenienter manebant quam ipsi ciues antiqui: ergo manere debuerunt donec hostes, qui in circuitu erant, delerentur, & tunc possent Gabaonitę esse in ministerio totius multitudinis.

Vel potest dici, quòd aliqui de Gabaonitis de omnibus quatuor ciuitatibus erant in castris Israel in ministerio totius multitudinis: alij autem manebant in

C

ciuitatibus, ne manerent loca vacua propter insidias vicinorum Chananęorum. hoc modo supra declaratum est pręcedenti cap. ꝙ Gabaonitę ministrabant in In q. 44.
sanctuario domini, non tamen erant ibi semper omnes, sed per vices seruiebant.

Et ascende cito, & libera nos. A loco in quo erat Iosue versus Gabaon erat ascensus. ipse quippe erat in Galgalis apud Iericho, & est locus iste humilis, quia est in valle Iordanis. inde autem contra alias partes terrę Chanaan est ascensus. vnde de castris Galgalę ad vrbem Hay dicebantur ascendere Israelitę, vt patet supra septimo capit. & cum computantur sortes, a Iericho incipiens sors tribus Beniamin ascēdere dicitur, vt patet infra 18. Gabaon tamen, Caphira, & Beroth,

D

quæ erant ciuitates Gabaonitarum, erant in sorte Beniamin, vt patet eod. cap. ergo a castris Galgalæ versus Gabaon erat ascensus.

Ascende cito. Ne ipso moram faciente reges quinq; oppugnantes Gabaon caperent eam.

Et libera nos. Scilicet de manu hostili, quia ipsi non sufficiebant se defendere de illis: ideo non audebant congredi cum eis bello aperto in campo.

Ferque præsidium. i. Adiuua nos, vel defende nos.

Conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrhæorum. Iste est modus excessiuus dicendi. Solum enim conuenerant cōtra ipsos reges quinque qui supra nominati sunt. Sed potest hoc intelligi, quia forte Gabaonitę, quamquam cognoscerent multos reges obsidentes vrbem eorum, nesciebant tamē quot erant,

E

quia forte nō erat determinatus eis numerus propter non esse eorum exercitus distinctos.

Aliter dici potest, quòd Gabaonitæ cognoscebant quot erant reges, qui obsidebant eos, vt tamen magis mouerent Iosue ad velociter veniendum, dixerunt illos esse valde multos. s. omnes Reges Amorrhęos. Alio modo intelligi potest, ꝙ ista verba sint expressiua timoris magni. Pertinet autem ad timentes, vt res horrendas maiores existiment, quàm sint.

Omnes reges Amorrhæorum. Non erant isti omnes Amorrhęi. forte. n. nullus de eis erat Amorrhęus prout Amorrhęus dicit specialē populū de septem populis Cha-

Chananæorum. De rege tamen Ierusalem constat, quòd non esset de Amorrhæis, cum esset vnus de regibus Iebusæorum. nam in Ierusalem habitabant Iebusæi, vt patet secundo Regum, sexto cap. vocantur tamen isti Reges Amorrhæi, idest de gente Chananæorum, quia Amorrhæus est nomen generale Chananæorum pro omnibus septem populis interdum, sicut istud nomen Chananæus.

Qui habitabant in montanis. Non habitabant omnes isti in montanis, sed magis in vallibus, qa ciuitas Hierimoth, & Eglon, atque Lachis in campestribus sunt, vt patet infra 15. vocant autem Iudęi campestria valles, & nos vocamus terram planam, & si non sit vallis. de vrbe autem Hebron magis patet, quia in valle sit. nam Abraham habitans iuxta eam dicebatur morari in conualle, vt patet Gen. 18. & 23. c.

Qũo intelligitur, ꝙ isti reges habitabãt in montanis cũ habitarent in vallibus.

Item patet, quia quando Rex Ierusalem conuocauit omnes reges istos, vocauit vt ascẽderent ad eum. ergo ipsi in vallibus, aut locis planis habitabant. sed dicebantur morari in montanis forte in comparatione ad locum, in quo erat Iosue. s. in Galgalis, quia iste erat locus humilior aliis. s. declinans ad fluenta Iordanis in valle illa magna. & quamquam essent loca regũ istorum in vallibus respectu Ierusalem, tamen respectu terrę Galgalæ erant in montanis.

Alio modo dici potest, quòd Gabaonitæ dixerunt reges istos habitare in montanis, quia forte non cognoscebant qui reges essent, sed putabant eos esse reges aliorum locorum.

Et si arguas, quia dicitur hic de istis quinque Regibus, ponendo cuiuslibet eorum nomen specialiter, ergo isti cognoscebant illos. non sequitur, quia ista postea multo tempore scripta sunt quam facta. scriptura autem distinxit nomina illorum regum, qui postea patuerunt ex euentu belli.

Ascenditque Iosue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo viri fortissimi. Dixitque Dominus ad Iosue. Ne timeas eos. In manus enim tuas tradidi illos. Nullus enim ex eis tibi resistere poterit. Irruit itaque Iosue super eos repente, tota nocte ascendẽs de Galgalis. Et conturbauit eos Dominus a facie Israel, contriuitque plaga magna in Gabaon: ac persecutus est eos per viam ascensus Bethoron, & percussit vsque ad Azecha, & Maceda. Cumque fugerent filios Israel, & essent in descensu Bethoron, Dominus misit super eos lapides magnos de cœlo, vsque ad Azecha. Et mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quã quos gladio percusserant filij Israel.

Ascenditque Iosue. Hic ponitur secundum principale huius cap. scilicet hostium debellatio. & primo promittitur hic diuinum adiutorium contra hostes. *Ascenditque Iosue.* Mox vt Gabaonitarum nuncij retulerunt hec Iosue, ascendit de Galgalis, vt veniret in vrbem Gabaon. & dicitur, quòd ascẽdit, quia locus Galgalæ erat valde humilis in vallibus Iordanis, Gabaon autem in montanis erat. *De Galgalis.* Aliquando vocatur locus iste castrorum Galgala, & aliquando Galgalę arum. pluraliter, sicut Hierosolyma, & Hierosolymis, nihil in hoc differt. Iste locus Galgale pertinuit ad sortem tribus Iudę, & Beniamin, quia est Galgala campus Iericho, sed Iericho fuit in sorte Beniamin, vt patet infra 18. c. *Et omnis exercitus bellatorum cum eo.* i. omnes viri potentes pugnare: non fuerunt hic aliqui pauci missi, sicut contra vrbem Hay prima vice fuerunt missi tria millia virorum, vt patet supra septimo. Hic autem erant multi hostes, scilicet reges quinque, & ipsi Gabaonitæ hoc ampliauerant dicentes: omnes Reges Amorrheos habitantes in montanis venisse contra eos.

F

Viri fortissimi. i. viri potentes fortiter pugnare, quasi dicat, licet essent de Israelitis aliqui transeuntes ad numerum bellatorum, qui viribus imbecilles essent, nõ ibant ad bellum, sed manebant in castris Galgalæ.

G

Dixitque dominus ad Iosue. Hic ponitur diuina confortatio. poterat enim Iosue contremiscere, quia dixerãt Gabaonitę, quòd venerant omnes reges Amorrheorum. Non enim habuerat tam graue bellum in terra Chanaan, solum quippe pugnauerat contra viros vrbis Hay, qui valde pauci erant. vt patet supra 7. contra Ierichontinos autem non fuit pugna, sed cędes, cum corruentibus muris eorum, vndique ipsi attoniti, & indefensi more ouium trucidati sunt. hoc ergo quod imminebat erat graue bellum, quale non fuisset prius in terra Chanaan: habuerat tamen Iosue alia bella, ita ferocia. s. cum ipse habens secum duodecim millia

H

virorum pugnauit contra quinque Reges Madianitarum, deletisque illis & occisis, totam terram Madiã euertit, occiditque viros omnes. vt patet Nume. 31. c. fuerat tamen hoc viuente Moyse, & precibus eius q̃dam æstimaret Iosue sibi a Deo prouenire, quæ nunc ei eius precibus destituto nequaquam euentura putaret. ideo ad hoc bellum ferox conserendum cũ quinque Regibus, eguit Dei consolatione speciali.

De modo autem locutionis huius non constat, poterat esse, quòd appareret ei angelus in humana effigie, sicut apparuit in agro Iericho. s. in Galgalis, vt patet supra 5. c. Sed non est hoc dicendum, quia hic vocatur Deus iste loquens, cũ tamen angelus in humana effigie apparebat nunquam vocabatur Deus, sed vir, aut angelus, vt probatum fuit supra 4. c. ergo apparuit hic alio modo, scilicet, quòd angelus in aliqua nube formato corpore interius, quod non apparet, locutus est, & tunc poterat vocari Deus. *Ne timeas eos.* Si timeret Iosue formidaret congredi, aut valde pigre, & pusillanimiter congrederetur, ita vt hoc forte conspecto verterentur hostes super eum, & totus populus eius timeret. nam cum Dux timet, nihil manet exercitui eius, nisi ꝙ timeat.

Quomodo Deus locutus est Iosue.

In q. 2.

I

In manus enim tuas tradidi illos. Nondum tradiderat, sed traditurus erat. Dicit tamen quòd tradidit, quia modicum laborãdum erat Iosue ad capiendum Reges istos, ac si iam eos in manibus teneret, sic enim factum est, quia Deus pugnauit pro illo misso timore in Chananæos. vt fugerent a facie Israelitarum deinde cadentibus lapidibus magnis de cœlo multo plures occisi sunt, quam Iudæorum gladio occidissent, vt patet infra. postea autem stante Sole persecutus est Iosue, & cepit Reges, atque deletus est exercitus eorum. Vel dicitur tradidi illos, idest iam determinaui tibi tradere.

Litera duplex sensus.

K

Nullus tibi ex eis resistere poterit. Hic magis de facilitate victorię adiungitur. nã dato, ꝙ Reges isti ad vltimum in manus Iosue tradendi forent, poterãt resistere ei, & multos de Israelitis occidere, ad extremũ autẽ gladio caderent, & tunc tanta poterat esse Israelitarũ ruina, quòd victoria esset lamentum. Ideo excluditur hoc, & dicitur ei, quòd tradentur Reges isti in manus eius, & cum nullo suorum discrimine, quia nullus de his

his Regibus poterit resistere Iosue, scilicet se aliquo modo tenere, aut stare contra faciem illius. sic dicitur infra, quòd turbauit eos dominus a facie Israel. *Irruit itaque super eos.* Hic ponitur humanum studium. s. qualiter Iosue diligenter executus fuerit, quod Deus iussit. nam, q̄q̄ Deus promiserat tradendos Chananęos in manus Iosue, ipse negligere non debebat, sed pugnare fortiter ac si nulla esset facta promissio. *Irruit itaque super eos Iosue repente.* i. Reges isti quinque erant quieti apud Gabaon, nondum pugnantes, nec aliquid huiusmodi sibi futurum suspicantes. Irruit autem super eos Iosue, idest subito cecidit super eos, ita ꝙ non potuerunt se ad bellum parare: ideo conturbati subito fugerūt, & est ista magna eruditio in bellis. s. quòd si quis potest irruat super hostes nihil mali expectantes, sic enim a paucissimis magna castra indigne deleta sunt, sicut patet ex vulgaribus historiis, & communissimum in bellis est, & ita repente apparuit Gedeō super Madianitas manentes in valle, & perterruit eos atque in fugam versi sunt. *Tota ascendens nocte de Galgalis.* i. ascensus Iosue de Galgalis fuit per totam noctē. erat namque vrbs Gabaon propinqua Galgalis, & vt Chananæi manentes in circuitu non cognoscerent Iosue venire in succursum Gabaonitarum, ambulauit tota nocte cum exercitu suo. in aurora autem accedētes ad castra quinque Regum apud Gabaon, cum illi manerent in castris quiescentes nondum accincti ad pugnandum contra vrbem, viderunt subito super se irruentem Iosue, & conterriti sunt, atque confusi.

Magna eruditio in bellis exēplo Iosue.

Et conturbauit eos dominus a facie Israel. i. turbauit mentes Regum istorum Deus, vt nescirent qualiter sibi prouidendū esset in hac hostili occupatione, sed corda eorum subegit ad timorem nimium.

Quomodo misit Deus terrorem super quinque Reges pugnantes contra Gabaon. Et quomodo solet Deus mouere corda hominum ad timorem, & quamcunque passionem. Quæst. VII.

ISTA conturbatio proueniebat dupliciter, scilicet a Deo, & ab homine: ab homine proueniebat, quia dato, quòd Deus nihil specialiter hic fecisset, satis rationabiliter Reges isti turbari poterāt, quia erant quiescentes in castris nihil mali suspicātes, & viderunt subito super se irruentes hostes suos Israelitas, ita vt non possent se parare ad pugnandum: nec Reges possent recolligere, & parare exercitum, sed quilibet hoc viso pauitans fugeret: nihil ergo istis manebat, nisi vt fugerent, vel vt manētes velut inermes cæderentur.

Amplius autem fuit conturbatio a Deo immissa, quia ipse specialiter misit in corda eorum quendam timorem, secundum quem nesciebant quid faciendum esset, & quamquam aliquod remedium illis superesset, ignorarent. Hoc autem facile est, quia Deus habet dominium directum super corda nostra, & potest in illa agere quid voluerit. sic patet Prouerbiorū. c. 21. Cor regis in manu domini, & quocunque voluerit vertet illud. Sicut autem de cordibus Regum est, ita & de cordibus omnium aliorum hominum. Potest ergo dare turbationem incutiendo validū timorem. Sic patet de Iudęis Leuitic. vigesimosexto, vbi in pœnam dabatur eis excellens timor, cum dicitur. Qui remanserint de vobis dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium: terrebit eos sonitus folii volantis, & ita fugient quasi gladium: cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes. Ita potest mouere cor quantum ad omnes alias passiones, & desideria. sic patet. quarto Regum decimonono, de Rege Senacherib, cum di-

A xit, quòd non pugnaret contra Ierusalem, sed iret in terram suam, scilicet ego immittam ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam. Ille spiritus quem Deus dicebat se missurum in Senacherib erat aliquod desiderium, quod causaret in corde eius ad reuertendum in terram suam, & recedendum de Ierusalem, ita hic misit spiritum in corda Chananęorum ad conturbandum eos, vt nescirent sibi consulere in hoc casu. Sic misit Deus perturbationem in castra Madian, quando Gedeon venturus erat super illa. nam misit somnium in Madianitas, in quo ipsi interpretarētur Gedeonem deleturum castra Madian, & tunc apparentibus subito per noctem trecentis viris cum trecentis buccinis, & amphoris habentibus

B interius faculas, conterriti sunt, & conuertit quilibet gladium ad proximum suum, gladiisque mutuis concidebant nihil pugnante Gedeone, vt patet Iudicum septimo. Magna enim erat turbatio, quòd pugnarent Madianitæ contra seipsos, & corruerent alterius gladiis putantes se perire ab hostibus cum illis confligentes. Maior tamen adhuc iterum turbatio fuit in hostibus pugnante Iosaphat Rege Iuda contra Moab, Ammon, & habitatores montis Seyr, multasque gentes. Hæ enim conuenerant ad delendum exercitum Israel, sed cum posuissent insidias ad capiendum Iudęos in medio, stantibus Iudæis a longe canentibus laudes Deo suo, consurrexerunt qui erant in insidijs contra alios qui pugnauerant, & putantes se esse hostes, tam diu congressi sunt quousque, nec vnus eo-

C rum relinqueretur, vt patet secundo Paralipomenon vigesimo: hic enim nihil egerunt Iudęi, sed hostes se inuicem occiderunt, & fuit maius quid, quam tempore Gedeonis, quia conflictus mutuus Madianitarum fuit per noctem, & non cognoscebant se mutuo: videbant autem trecentas tubas clangentes, & faculas latentes in amphoris, vnde putabant super se esse infinitam multitudinem hostilem: pugna tamen facta tempore Regis Iosaphat fuit per diem, & hostes aberant. nimis ergo isti a Deo turbabantur, vt talia facerent.

In Chananęos autem Reges Deus turbationē misit, sed ista minor fuit, quia solum fugerunt in seipsos mutuo non confligentes.

D *Conturbauit eos a facie Israel.* i. conturbauit eos, vt nō possent sustinere vultum Israelitarum, sed mox, vt viderunt terga verterunt.

Contriuitque plaga magna in Gabaōn. Hoc refertur ad Israel. s. quòd contriuit Reges istos magna plaga in Gabaon, idest occidendo multos de exercitu illorum apud vrbem Gabaon, antequam recedere possent de castris, nam subito irruit totus Israel super Reges hos: ideo antequam ad fugam saltem se pararent, multi corruerunt.

Vel potest hoc referri ad Deum, scilicet, quòd contriuerit plaga magna, quia ipse faciebat omnia hęc cū eo dirigente, & vires præbente operarentur Israelitę.

E sicut patet Deuteronom. octauo capit. scilicet ne diceres in corde tuo fortitudo mea, & robur manus meæ hęc mihi omnia pręstiterunt, sed recorderis domini Dei tui, quòd ipse tibi vires præbuerit, vt impleret pactum, &c.

Ac persecutus est. Israelitę occiderūt multos de exercitu Regum horum in Gabaon, anteq̄ inde possent discedere, cum subito irruissent super eos, sed dum super quosdam cędes patrabāt cęteri fugiebant, hos ꝑsecutus fuit Israel, vt deleret eos. Non. n. fuit contentus, ꝙ abstulisset hostes obsidētes Gabaon, & multos eorum deleuisset, sed voluit oēs exterminare. hoc. n. iussum fuerat Israelitis, vt neminem. s. de terra Chanaan quam in possessionē accepturi erāt, viuere per-

mitterent, vt patet Deuteronom. 20. & Num. 33. cap. *Per viam ascensus Bethoron.* Contra hanc partem Israelitæ persecuti sunt Reges hos, quia contra hanc partem fugerunt Reges isti. Forte hoc fuit, quia locus ille fugiendi eis promptior erat, quia ab illa parte non vallabantur ab hostibus, vel forte, quia Bethoron erat locus satis propinquus, vt possent illuc confugere, & dicitur per viam ascensus Bethoron, quia a Gabaō versus Bethoron erat ascensus, cum esset Bethoron in loco sublimi.

Et percussit vsque ad Azecha. Israelitæ persequentes Reges istos percutiebant eos in via, vsque ad ciuitatem quādam, quæ dicebatur Azecha. ista ciuitas erat post Bethoron. nam Reges isti fugientes ascenderūt in Bethoron, & non manserunt ibi, quia forte non patuit eis aditus vrbis: inde autem descenderunt versus Azecha, & in isto descensu etiam Israelitæ persequebantur fugientes Chananęos. Deus autem misit lapides magnos super illos, qui occiderunt multos ex eis.

Bethoron duplex, inferior, & superior. Sciendum autem, quòd Bethoron est duplex. quædā est Bethoron, quę vocatur Bethoron inferior, idest magis declinans ad partem meridianam, & alia est Bethoron, quę vocatur superior. s. magis declinās ad partem septentrionalem.

Prima Bethoron est in sorte tribus Iudæ, vt patet infra 15. vbi vocatur Bethoron, & ista est in extremitate terrę Chanaan, quantum ad latus meridianum, & apud istum locum coniungitur linea terrę Chanaan, vt patet in libro de diuisione terrę Sanctæ.

Alia est Bethoron superior, & ista est in sorte tribus Ephraim, vt patet infra 16. nam in parte orientali sortis Ephraim est Bethoron superior. Hic accipitur Bethoron pro inferiori, quæ est in latere meridiano terrę Chanaan. & in sorte Iudæ, quod patet, quia Bethoron est apud vrbem Azecha, vt patet hic ex litera cum dicatur, quòd de Bethoron descenderūt in Azecha, & ibi venerunt lapides magni super Chananęos, sed Azecha est in sorte Iudæ. ergo Bethoron de qua hic dicitur est in sorte tribus Iudę, & consequenter est inferior. s. apud latus meridianum. De Azecha, ꝙ sit in sorte Iudę, patet infra 15. ipsa enim circa Bethoron est.

Vsque ad Azecham, & Macedam. Descendentibus Regibus istis de Bethoron persecuti sunt eos Israelitæ, & durauit ista persecutio vsque Azecham, & Macedam vrbes. nam in hac via descensus Bethoron misit Deus lapides magnos ad occidendum Chananęos, & peruenerunt vsque ad Azecham cędendo eos, & inde peruenerunt in Macedam, quę distantior erat. Ponitur autem Maceda vltimo, quia apud illam latuerunt Reges quinque in spelunca vrbis illius, & comprehensi sunt, vt patet infra. Post hoc autem exercitus illorum dispersi sunt, & persecuti fuerunt illos Israelitę, antequam introirent in vrbes suas.

Cumque fugerent filios Israel. i. Reges isti Chananęi fugerunt a facie filiorum Israel.

Et essent in descensu Bethoron. Fugerant primo isti Reges versus vrbem Bethoron. s. Bethoron inferiorem, quæ erat in sorte tribus Iudę in latere meridiano terrę Chanaan apud Idumęam, vt patet ex superioribus. & dicuntur esse in descensu, quia primo ascenderunt ad hanc vrbem, cum dicatur supra, ꝙ Israelitę persecuti sunt Reges istos per viam ascensus Bethoron, & non potuerunt ingredi in eam, quia non patuit eis aditus. Descenderunt ergo de Bethoron per aliam viā versus Azecham, & Macedam, vt ibi euaderent. Ista vrbs Bethoron erat in montanis altissimis, quia dicitur hic habere descensum, & ascensum, & hoc, quia terra Chanaan in latere meridiano, vbi coniungitur Idumęę, & aliis terris, est montuosa, vt patet Nu. 34.

F & in distributione sortis Iudę: non tamen vocatur ex hoc Bethoron superior, quia illa est in sorte tribus Ephraim, vt patet infra. 16. sed vocantur Bethoron superior, & inferior secundum, ꝙ magis, aut minus accedunt ad aquilonarem partem. nam terra in parte aquilonis dicitur esse altior, terra autem in parte meridiana est depressior, ideo versus meridiem semper est descensus. Quamquā igitur ista Bethoron sit in montibus altissimis, quia tamen est magis meridiana, quā illa quę est in sorte Ephraim, vocatur inferior.

Terra versus aquilonem elatior & versus meridié est depressior.

Deus misit super eos lapides magnos de cælo. Isti lapides missi sunt, vt occiderentur multi de Chananęis, vt patet infra, & vt cęteri turbarentur, & ita inciderent in manus Iudęorum. nam Iudei tota nocte ambulauerant de Galgalis venientes ad vrbem Gabaon super
G hostes, vnde fessi erant. Chananæi autem qui ante hoc quieti erant, velociores erant ad fugam: effugissent igitur manus Iudęorum, vt non fugerent Deus plurimos lapidibus occidit, alios autem conturbauit, ita vt non fugerent velociter, sicut prius, & ob hoc credendum est, quòd Deus miserit lapides istos ante faciem Chananęorum fugientium, vt metu cadentium lapidum transire non auderent, & sic maneret Iudæis spatium ad comprehendendum eos, & occidendum plurimos.

H *Lapides venientes super Chananæos ab angelis missi sunt, & non a Deo, & quòd non veniebant naturaliter isti lapides. Et quare ea, quæ ab Angelis fiunt sacra Scriptura dicit fieri a Deo.*
Quæst. VIII.

CIRCA istos lapides dicendum est, ꝙ Deus illos de cęlo miserit. i. de altitudine aeris: non ꝙ Deus mitteret, sed Angeli: Deus enim horum per se nihil facit. Potissime, cum ista ad motum pertineant, & in Deo nullus sit motus. Scriptura sacra tamen ea, quę ab angelis fiunt, a Deo fieri dicit, quia sunt substantiæ spirituales, & non videtur an a Deo, vel ab eis fiant. Potissime, quia ea quæ angeli faciunt, Deo iubente faciunt: etiam quia interdum
I quædam facta ab Angelis sacra Scriptura subticet, & dicit facta esse a Deo, quia sunt quędam opera magni beneficii, quæ si ab Angelis facta dicerentur, viderentur homines obligati Angelis ad maxima, & forsitan apud nescientes distinguere quantitates beneficiorū, tantum obligati viderentur quantum Deo, vt autem gloria singularis Deo detur in omnibus, actus isti qui ab angelis Deo iubente facti sunt, a Deo facti dicuntur. Et si aliquis de Gentilibus non assentiens sacræ Scripturę diceret lapides istos nō fuisse missos a Deo, sed naturaliter euenisse, nō staret rationabiliter, quia solum dirigebantur isti lapides in Chananęos, & cū Iudæi Chananæis fugientibus propinqui essent, lapides plurimos de Chananęis occidentes neminem de Iudęis tetigerunt. hoc ergo non videtur factum natu-
K raliter, sed ab aliquo agente secundum rationem, & intentionem, & iste est Deus, vel Angeli, qui ministrant ei. Item magis patet hoc, quia lapides isti non cadebant ad alias partes locorum, sed solum per eam partem dirigebantur per quam Chananęi transibant, & quod amplius est cum aliqui Chananęi fugerent semper lapides cadebant per loca illa, per quæ ipsi fugiebant, & non in loca illa in quę ante cadebant. nam per eum locum, per quem transierant Chananæi, immediate transibant Iudæi, sed cum transibant Iudei, nulli lapides cadebant, & in locis illis, quę Chananęi fugientes nondum attigerant, non cadebant lapides. cum vero illuc accederent, lapides cadebant: ita vt consequerentur eos lapides quocunque irent,

quasi

quasi essent iacula hostilia. Nemo ergo, qui attendisset, poterat dicere hoc naturaliter fieri, sed a Deo specialiter volente Israelitas adiuuare premendo Chananęos. Et ipsi Chananęi videntes hoc confiterentur Deum pugnare contra eos, sicut confessi sunt Aegyptij, cum ingressi fuissent in mare rubrum persequentes Israel dicentes: fugiamus Israelem, quia dominus pugnat pro eis contra nos, vt patet Exod. 14. c.

An lapides isti essent lapides grandinis, vel erant saxa, quæ aliquando fuerant in terra. Quæst. IX.

CIRCA istos lapides dubitabitur, an fuerint lapides de cęlo cadentes, qui geniti essent in loco grandinis, vel si erant de saxis, quæ in terra sunt.

Aliquis forte dicet, ꝙ erant de saxis, quę sunt in terra. nam si essent lapides grandinis non possent occidere homines, occiderunt tamen plures de Chananæis, quam Iudæi gladio occidissent, vt patet in litera, ergo erant lapides saxei.

Respondendum est ex hoc nihil concludi, quia sicut lapides qui in terra sunt, propter ponderositatem suam grauiter lędunt, & occidunt, ita lapides grandinis interdum, ita magni, & duri ceciderunt, ꝙ possent homines occidere, & occiderint. sic fuit de lapidibus grandinis, qui ceciderunt in Aegypto. nam homines & iumenta occiderunt, vt patet Exo. 9. c. Ad occisionem tamen iumentorum adhuc maioris quantitatis lapides erant necessarii. isti ergo qui super Chananęos ceciderunt, satis poterant esse lapides grandinis, & ꝙ occiderent eos.

Aliquis dicet, ꝙ fuerint lapides grandinis, quia dicitur hic, ꝙ misit Deus de cęlo lapides, & accipitur cęlũ pro aere in quo formantur grãdines. Iuxta illud Ps. 8. Volucres cęli, & pisces maris. Et Matth. 13. Aues cęli comederunt illud. ergo non erant isti lapides saxei, alioquin non diceretur de cęlo.

Ad hoc responderi potest, ꝙ etiam non tenet hoc argumentum. nam mitti lapides de cęlo potest dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ mittebantur de cęlo. i. ꝙ geniti erant in parte aeris, vbi gignuntur grandines, & inde cadebant. Alio modo, quòd mittebantur lapides de cęlo, idest, quòd veniebant lapides super Chananæos de superiori parte aereis, siue ibi geniti fuissẽt siue non. nam poterant angeli subito de terra sumere saxa quotquot vellent, & illa mittere super Chananæos, & tunc venirẽt de cœlo, licet non essent genita in cœlo.

Determinatio auctoris. Dicendum tamen est verisimilius esse, quòd lapides isti in loco grandinis geniti essent, & ipsi essent grandines. angeli autem Dei illos sumptos miserunt super Chananæos. Causa huius est, quia Deus volebat manifestare miraculum suum in his, tam Iudæis, quã Gentilibus. pro Iudæis autem nihil differebat, quia siue essent lapides saxei, siue grandines, scirent illos missos esse a Deo in adiutorium ipsorum. ideo semper cognoscerent esse miraculum. Gentiles autem fortassis non cognoscerent si aliter fieret. nam si mitterentur lapides saxei, forsitan putarent opere incantatorum, aut maleficorum per dęmonum suffragia hoc fieri. Ipsi quippe talia faciliter explere queunt. & quia Chananęi maleficorum artibus insistebant, sicut patet Leuitic. vigesimo, & magis Deuteronom. decimo octauo, cognoscere possent hoc fieri posse dęmonum artibus. vnde nec crederent opere Dei venisse super illos malum illud graue, sed dęmonum opere, & maleficorum actionibus. cum autem essent lapides grandinis, nõ erat verisimile, ꝙ dęmones illos facerẽt

Lapides isti fuerũt grandines.

A aut facere possent, quia dæmonibus non est potestas super entia naturalia, quod enim natura nequit, dæmones nequeũt, & quod natura efficit, ipsi facere nequeunt, sed solum vtuntur rebus factis a natura. Sed quòd lapides grandinis tanti essent, forte non crederent Chananæi a natura prouenisse, quia nullos vnquam tantos viderẽt, sed aliqua speciali virtute eguisse ad tantos lapides efficiendos. Cum vero mitterentur lapides saxei quantumcunque magni essent, non crederentur ob hoc missi a Deo, quia magni erant. maiores enim illis dæmones mittere poterant: formare tamen nequibant lapides grandinis, nisi quos natura parens formasset, sed lapides magnos grandinis non crederent formatos naturaliter. ergo necessario intelligerent ibi latere aliquam diuinam virtutem, quod non pateret in lapidibus saxeis. De potestate autem operatiua dęmonum, & an aliquam rẽ producere possint, declaratum fuit Exo. 7. c. Potentia dæmonis ad quæ se extendit.

B Item patet manifeste ex litera, ꝙ non fuerint lapides saxei, quia infra in litera dicitur, ꝙ multo plures mortui sunt lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserant filij Israel.

Item aliqualiter apparet ex litera, ꝙ isti fuerint lapides grandinis. nam dicitur, ꝙ Deus misit de cęlo lapides grandes: si autem isti essent lapides saxei, nõ oportebat dici, quòd essent magni. nam propter magnam duritiem interdum lapides saris parui occidunt, præsertim, quia isti lapides ab angelis missi erant, qui magno impetu illos iacularentur. Sed dictum est, quòd C erant magni ad notandum, ꝙ erant lapides grandinis, & si essent parui grandines, sicut communiter euenire solent, quantumcunque forti impetu iacularẽtur, frangi quidem poterant, nocere autem ad mortẽ nequibant, sed dictum est, ꝙ erant lapides magni ad notandum, ꝙ quamquam essent lapides grandinis tamẽ occidere poterant. vt ergo ista particula aliqd signet, magis intelligendum est de lapidibus grandinis, quã de lapidibus saxeis.

An lapides isti grandinis naturaliter fuerint facti ad tantam quantitatem, vel nunc nouiter facti fuerint, vel augmentati, cum prius essent ipsi minores. Quæst. X.

D NVNC quoque circa istos lapides quærendum est an naturaliter facti essent ad tantam quantitatem, vel nunc nouiter facti sint, aut augmentati.

Respondendum est, ꝙ satis dici poterat, quòd isti lapides naturaliter facti fuissent: nam generatio lapidis, & grandinis secundum naturam est, tam ad causam suam materialem, quam ad causam efficientem. Solum erat ergo difficultas quantum ad magnitudinem, an natura ad tantam magnitudinem potuerit lapides grandinis formare. & nõ est in hoc magna difficultas. nam quamquam in entibus perfectis, & viuẽ E tibus potissime constet determinata magnitudo rei secundũ quantitatem, & determinata periodus quantum ad durationem. iuxta Aristot. secundo de anima. Tamen in rebus homogeneis velut in elementis non est determinata magnitudo rei, sed quantumcunque fuerit magna res poterit effici maior, sicut ignis per appositionem lignorum continuam, & aqua per additionem partium similium. Animal tamẽ quamquã continue alatur, nõ potest peruenire ad magnitudinẽ insolitam super suam speciẽ, nec semp augmentabitũ quãdiu nutritur. De entibus aũt omnibus imperfectis quæ fm speciẽ non differunt ab elementis, aut si differant sunt mixta, de prima mixtione, quę imperfecta sunt,

In rebus homogeneis nõ datur maximum. sed bñ in ethe rogeneis. 2. de gene. & 1. physi.

sunt, dicendum est, ꝙ possunt venire ad quantamcunque magnitudinem. Sic est de lapidibus saxeis. nam sunt ista immediata mixta post elementa, quę sunt cō posita, & non mixta. ideo lapides possunt peruenire ad quantamcunque magnitudinem. Idem de humoribus. nam sunt entia imperfecta, ideo quantumcunque augmentata non est contra eorum naturam. De entibus autem meteoricis sic est, sicut de grandine, niue, pluuia, rore, & cęteris. nam ista sunt entia imperfecta, quę non differunt secundum speciem a principio suo materiali, quia non sunt in eis tales mixtiones, in quibus inducatur forma substantialis distincta a forma principij materialis, præterquam pluuia, quę cum sit ens meteoricum est perfectum. s. distinctum a suo materiali, quia est verum elementū aquæ. ideo sicut elementa pn̄t crescere per additionem ad quantācunque magnitudinem, ita ista entia imperfecta. De grādinibus sic est, ꝙ sunt entia meteorica imperfecta, nō habentia formam substantialē distinctā a forma suæ causę materialis. ergo sicut ipsa elementa, q̄ sunt materialia horum, pn̄t recipere augmētum per additionem, ita & ipsa causata ex eis ꝑ illas leues mixtiones. immo generale est, ꝙ omnia homogenea in partibus suis non habent determinatā magnitudinē ſm spēm, sed pn̄t quantūcūque augeri. sic est de oībus meteoricis. ergo lapides grandinis per appositionem principij materialis maioris in quantitate, & per continuationē actionis principii effectiui possunt effici continue maiores. Ideo non solum tantæ quantitatis lapides, quantę missi sunt super Chananęos fugientes, natura facere poterat, sed etiam maiores.

Lapides isti non sunt facti tunc naturaliter. Et quòd in terra calida impressiones meteoricæ sunt rarissime.

Quæst. XI.

SED an fecerit dubitatur. magis. n. vr̄ oppositū. nam si naturaliter lapides ad tantam quantitatem peruenissent, iam cecidissent. nisi forte dicatur, ꝙ Deus seruabat eos lapides naturaliter genitos pro tempore, in quo eis vteretur, tanq̄ instr̄is suæ iustitiæ, & tūc semper redibitur ad aliquam operationem diuinam. Item non est credendū, ꝙ lapides illi facti fuerint naturaliter in terra illa. nam in terra hac quę est frigidior illa valde, tātos lapides gigni est admirabile, & fortassis a seculis visum non est. Quanto magis in terra Chanaan, quę est satis calida, & fiunt in ea rariores impressiones meteoricę, quam in hac, atque minoris quantitatis? sicut in Aegypto, quę terrę Chanaan propinqua est, aut horum nihil fit, aut rarissime valde fit, & quantum ad omnes terras differētes in maiori, & minori caliditate hoc differre videmus, ꝙ in terra, quę magis calida est, paucioris atque minoris quantitatis impressiones meteoricæ sunt, q̄ in terra frigida. In regionibus autem valde frigidis econuerso ista eueniunt. In terra ergo Chanaan, quæ valde calida est, non videtur, ꝙ naturaliter tantæ quantitatis lapides gigni potuissent. Sic enim est de terra Aegypti, quę est satis vicina terrę Chanaan secūdum latitudinem climatum: in ea enim quando fuit grando magna missa a domino in tempore decem plagarum, vt patet Exod. 9. c. dicitur, ꝙ fuit grando tantæ quantitatis, quanta antea nunquam fuerat visa in Aegypto ex die, quo condita est. si tamen naturaliter ad tantam quantitatem gigni potuisset grando in terra Aegypti, aliqn̄ ante illam grandinem alia similis accidisset, aut quasi similis. ergo natura loci non permittebat talem magnitudinem grandinum. ergo conformiter in terra Chanaan, quę vicina est Aegypto, vr̄ ꝙ tanta grando gigni nō potuerit, vt occideret bellato-

F res, sed ꝙ Deus eam fecerit. Sed dicendum est, ꝙ q̄q̄ ista grando diceretur naturaliter formata ad tantam quantitatē: tamen non fuit missa naturaliter. s. cadens pondere suo, vel ex impotentia contentiui, sed ab angelis missa est. nam litera dicit, ꝙ Deus misit lapides, & dato ꝙ aliquis non assentiret literę huic, necessario cogeretur dicere a Deo factum esse, si vidisset modū missionis iuxta ea, quæ supra data sunt. Dicendo autē, ꝙ fuerit formatio grandinū a Deo potest intelligi dupliciter. Vno modo per viā additionis. Alio modo ꝑ totalem formationē. Primo modo, vt si diceremus, ꝙ aliqui lapides essent geniti in terra Chanaan in alia parte aeris, de qua angeli ducerent eos, & illi essent in parua quantitate, sicut lapides & grandines commu- *Grandines formari a Deo pt intelligi dupliciter.*

G nes, & Deus illos subito efficeret maiores ad quācunque quantitatem vellet, per additionem materiæ subito conuersæ ad naturam grandinis. Et hoc nōn poterāt facere dæmones, nec angeli boni, quia ista operatio est a causa naturali determinata ad hoc, vel ex aliquo, quod continet totam ipsam naturam in potentia & virtute. Angeli autem nullum istorum modorum habent, quia non sunt causę naturales determinatæ ad aliquem effectum cum sint substantię spirituales. habere autem determinationem naturalem ad aliquod genus operis, pertinet ad causas, quæ sunt entia corporalia: nec etiam angeli, aut dęmones cōtinēt in virtute totam naturam, cum non sit ab ipsis natura

H rerum. ergo non poterant grādines formare, aut augmentare, nisi forte vterētur instr̄is naturæ, & tunc ipsa natura est operatrix & causa. Angeli aūt solū sunt ministri, sicut natura rerū est sanatiua morborū, aut causatiua ęgritudinum. medicus aūt solum est minister, vt ait Galenus. Sic in magis Aegypti factum est, quia opere dęmonum efficiebant aliqua naturalia applicādo actiua passiuis, q̄ erant in propinquissima dispositione, vt cōfestim sequeretur effectus. Sed adhuc isto mō angeli facere non poterant, vt lapides paruos ipsi subito magnos valde efficere possent, quia hoc requirebat efficaciam tantæ frigiditatis, quanta forte non esset in tota natura rerum. Itē quia natura in successione operatur: ista aūt operatio esset subito. s. ꝙ lapides grandinis, qui erant in parua quantitate, fierent su-

I bito magni. Alio mō intelligi poterat, ꝙ isti lapides antea non extitissent, nec in quantitate ita magna, vt ceciderunt, nec in aliqua, sed ꝙ a Deo subito totaliter facti fuerint. Et tunc potest stare dupliciter. s. ꝙ Deus illos lapides creauerit de nihilo fabricans, vel ꝙ de aliqua materia illos fecerit. quocunque aūt modo dato fierent lapides in instanti, quia operationes Dei non habent aliquam successionem, cū totum esse sit Dei simul, quicunque autem horum modorum satis conuenit. *Vsque Azecha.* Est vrbs vltra Bethoron. & in descensu Bethoron, vsquequo accederent Chananæi Azecha ceciderunt lapides de cęlo super eos. nam in descensu Bethoron Chananæi iam fugiebant manus Iudęorū, & effugissent, nisi Deus misisset lapides ma-

K gnos, qui quosdam de Chananęis occiderunt. alios vero ne velociter mouerentur, turbauerunt, & hoc durauit, vsque ad vrbem Azecha. persecutio tamen Iudęorum post Chananæos continuata est vltra ad vrbem Macedam. vt patet supra, & ibi latuerunt Reges quinque in spelunca ante vrbem.

Et mortui sunt multo plures lapidibus grandinis. Erant lapides magni, poterantque faciliter occidere quēlibet percussum, præcipue, quia fortibus viribus iaciebantur, scilicet manibus angelorum, vnde in hac persecutione fere totus exercitus horum quinq; Regum perijt. nam quidam lapidibus grandinis, alij vero gladio hebræorum conciderunt. pauci autem potuerunt cō fugere in pręsidia.

Tunc

Tunc locutus est Iosue domino in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel. Dixitque coram eis. Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna cõtra vallem Ahialon.

Tunc locutus est Iosue domino. Fuerat positum vnum signum a Deo datum in adiutorium Israelitarum, qđ erat de cęlo aereo, scilicet de lapidibus grandinis. Hic subiungitur aliud de cęlo æthereo, siue sidereo in statione Solis. & petiuit hoc confidenter Iosue, qa sicut supra a domino miraculose adiuti fuerant, ita & nunc adiuuari confidebant. Et dicitur, ꝙ tunc locutus est, idest tunc quando accesserunt Chananæi ad vrbem Azecha. nam dicitur supra, quòd Deus misit lapides grandinis super Chananęos in descensu Bethoron, vsque ad Azechã vrbem, & tunc locutus fuit Iosue rogans Deum, quòd teneret Solẽ. videbat Iosue, quòd plurimi de hostibus cęsi fuissent, quidam lapidibus grandinis, alii vero gladio hebræorum, sed adhuc multi supererant, & quia superueniente nocte non possent persequi illos, ipsis ad oppida sua confugiẽtibus, orauit vt staret Sol, vt sic possent eos comprehendere, & delere.

Quæ hora diei erat quando Iosue petiuit a Deo, vt staret Sol. Quæst. XII.

CIRCA hoc inquirendum est, quæ hora diei erat, quando Iosue petiuit a domino, vt staret Sol. Et respondebũt quidam fuisse vesperam, ita ꝙ esset Sol, quasi in occasu, vt nõ superesset lux ad persequendum hostes. nam nõ est verisimile, ꝙ petiuerit Iosue hoc a domino circa horã secundam, aut tertiam diei, quia tunc cum superesset, quasi totus dies, frustra erat petere, quòd staret Sol. Nec etiam hoc in meridie peteret, quia cum superesset media dies, manebat spatium ad delendum hostes. vel si forte non sufficeret tota dies, poterat petere cum iam esset articulus diei, ita vt nihil superesset. In aurora autem petere erat frustratorium, vel in meridie, potissime, quia sicut cum in descensu Bethoron essent, misit Deus lapides magnos grandinis, & deleuit plurimos de illis. ita poterat in media die, quæ superesset, simile alterum facere, ita vt omnes interirẽt. non ergo habebat causam Iosue tunc petendi stationem Solis, sed in occasu eius, vel parum ante. Item patet hoc ex verbis Iosue. dixit. n. Sol contra gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Ahialon. ergo quãdo Iosue petiit ista, apparebat Luna. si tamen Sol esset in meridie, non posset Luna apparere, quia tunc lumine suo eam offuscaret, cum tunc sit maxima Solis lux. a fortiori, si esset in parte anteriori ad meridianũ. non potest enim Luna apparere, nisi cum Sol incipit ire sub orizonte, vel est in orizonte, aut parum ante, sed cum Iosue ista dixit vidit Lunam, quia dixit Luna ne mouearis contra vallem Ahialon. ergo erat tunc tempus occubitus Solis. s. parum ante. In contrarium aliquis arguet dicens, ꝙ esset tunc meridies, quia tunc Sol erat in medio cęli. vt patet infra cum dicitur. stetit itaque Sol in medio cęli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei. Dicendum videtur, ꝙ tempus petitionis Iosue fuit ad Solis occubitum, vel paulo ante. vt patet ex auctoritate, & ratione satis conuincente. (Determinatio auctoris.)

Ad id quod dicitur in contrarium respondendum est, ꝙ non accipitur medium, secundum æquedistantiam, idest, ꝙ Sol esset tunc in puncto medij cęli. s. in puncto circuli meridiani. nam certificare de hoc erat (De hoc in. 4. q. 86. c.)

A difficillimum. Sed accipitur medium secundum interpositionem. & hoc modo omnes partes cœli, quę sunt super orizontem nostrum, vocantur mediũ cœli, prout distinguuntur contra partes, quæ contingũt orizontem, quæ sunt extremitates hemisphęrii, & iste modus loquendi est frequentatus in sacra Scriptura. Sic patet supra septimo, scilicet anathema in medio tui Israel, idest inter vos est aliquid raptum de anathemate Iericho. Et Isaiæ. 6. in medio populi labia polluta habentis ego habito. Non intelligebatur aliquid istorum per æquedistantiam, sed medium per interpositionem. & sic dicitur hic, quòd stetit Sol in medio cęli, idest in parte hemisphęrii nostri, quę est inter vtrasque extremitates hemisphęrii, scilicet orientalẽ, & occidentalem. (Medium quot modis sumitur.)

B *Tunc locutus est Iosue domino.* Scilicet orans ad dominum, vt faceret stare Solem, & quamquam verba videantur dirigi ad Solem cum dicitur: Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Ahialon. tamen per modum orationis intelligenda sunt verba dirigendo illa in Deum. In hebræo dicitur.

Tunc loquetur Iosue. Sed istud est per barbariem idiomatis huius mutantis inconcinne tempus pro tẽpore: numerum pro numero, & genera, & omnes alias habitudines dictionum in oratione ad constructionem. nam futurum hic ad nihil erat cum res gesta esset. (Litera hebraica.)

In die qua tradidit Amorrhæum coram filijs Israel. Dies ista fuit qua super Chananæos irruerunt simul Israelitæ super vrbem Gabaon, & persecuti sunt eos per viam ascensus Bethoron, & in descensu versus vrbem Azecha, & vsq; Macedam. sed verba dicta sunt in extrema parte diei illius, cum essent Iudæi persequentes Chananæos apud vrbem Azecham. In hac die Deus tradidit Amorrhęum coram filiis Israel, quia perterruit Amorrhæum, & vulnerauit eum maxima ex parte. reliquos autem tradidit vulnerandos in manus Israelitarum. sicut dicitur sequenti capit. Cras enim in hac eadem hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israel. & vocantur isti Amorrhęi large. i. de terra Chanaan, sicut large vocantur Chananæi omnes illæ septem gentes. tamen non erant omnes isti Amorrhęi, cum de rege Ierusalem, & exercitu eius constet, quòd non essent Amorrhæi, sed Iebusæi.

D *In conspectu filiorũ Israel.* i. dedit ipsis Israelitis Amorrhęum occidendum, vel in conspectu ipsorum, ꝙ ipsis videntibus Deus misit lapides grandinis, & deleti sunt plurimi de Chananęis his.

Dixitque etiam eis. i. corã filiis Israel. s. audientibus ipsis, vt sic magis Dei miraculum manifestaretur, & cognoscerent Israelitæ, ꝙ propter eos Deus hæc omnia efficeret. si enim Iosue non clamasset aliis audiẽtibus hoc, quamquam Sol staret non cognoscerent Israelitæ an factum esset precibus Iosue. Ideo licet esset beneficium eis, & hoc ipsi cognoscerent, tamen nõ tantum determinate cognoscerent, an Deus fecisset propter eos, vel propter aliã causam, nunc vero, quia sciebant precibus suis hoc fuisse factum, magis cognoscebant Deum sibi esse beneficum. Potest aliquis referre hoc ad Amorrheos. s. quòd dixit hoc Iosue coram Amorrheis. s. vt ipsi audientes verba Iosue, & vidẽtes, ꝙ Deus consentiret verbis illius magis expauescerẽt. Sed non stat iste sensus, quòd non poterat hoc dicere Iosue coram Amorrhęis cum ipsi verso tergo præcederent fugientes. nihil tamen coram aliquo fieri dicitur, nisi ipse illud aduertat. Item non stat, quia istud relatiuum eis, refertur ad immediata, sed immediate dictum fuerat de filiis Israel. ergo de eis intelligitur, scilicet, quòd coram ipsis dicta sint hæc.

E

Item quia si intelligeretur de Amorrheis non diceretur, dixitque coram eis, sed coram eo, quia supra dictum fuerat in die qua Deus tradidit Amorrheum. ergo necessario intelligitur de Israelitis. *Sol cōtra Gabaon ne mouearis.* Idest, o sol stans ex opposito Gabaon non mouearis ad cedendum sub orizonte. In Hebręo dicitur. *Sol tace contra Gabaon.*

An Sol omni hora canat aliquid ad laudem Dei, vt affirmat Rab. Salom. & multi philosophi Platonici, & quòd non potest canere etiam si sit animatus, nec in corporibus cœlestibus potest causari vox aliqua propter 5. rationes. Quæst. XIII.

ET dicit Rab. Salom. ꝙ sol qualibet hora canit aliquid in laudem Dei, & tunc canebat. iussit autem Iosue, ꝙ taceret a cantu. Sed hoc ridiculum est, quia sol non canit. pertinet enim cantus ad rem animatam habentem organa vocatiua, & intentionem formandi harmonicas voces. sol autem non est corpus animatum. ideo canere nō poterat. Et si aliquis obijciat contra hoc, ꝙ sol sit aliquid animatum, philosophorum plurimorum hęc est positio. sic enim tenet Cōmentator, & dicit sentire Aristot. 2. de anima in c. vbi distinguit gradus animę. vbi quasi sub dubio tangit an sit aliquis gradus animę excellentioris anima rationali humana. Sic etiam videtur Psal. 134. qui fecit cęlos in intellectu, idest cęlos cum intellectu. si tamen intellectum habent animati sint. necesse est ergo, quòd animati sint. & sicut dicitur de ipsis cęlestibus orbibus, ita & de corporibus planetarum, & cęterarum fixarum stellarum sentiēdum videtur, quòd animata sint per se, quia per se motum habent. Ad hoc r̃ndendū est corpora cęlestia non esse animata, sicut tota catholica positio tenet, & rationibus naturalibus conuincitur. de quibus ad pręsens nihil, sed dicetur Psal. 134. satis late, & ibi soluent̃ c̃ria.

Sed adhuc dato quòd, corpora cęlestia animata essent, & sol per se animam haberet, canere non posset, quia ad canendum requiritur potentia vocatiua, aut intetpretatiua, vt alij vocant. corpora tamen cęlestia nullam harum haberent. Ergo non possent canere. quod patet, quia ipsi Philosophi, qui corpora animata dicunt cęlestia, solas duas potentias ipsis animabus tribuunt scilicet intellectiuam, & desideratiuam, & ita non efficiunt corpora cęlestia animalia, quamquam sint corpora animata. sed potētia vocatiua pertinet ad potentias animales: ergo non est in corporibus cęlestibus, vnde nec formare vocem possent.

Item dato, quòd corpora cęlestia hanc vocatiuam haberent potentiam, non possent vocem formare, quia ad formationem vocis requiruntur organa determinata, tam in figura, quàm in qualitatibus humidi, & sicci, vel calidi. in corporibus autē cęlestibus organa nequaquam sunt, cū sint corpora totaliter sphærica, & vniformia, & omnes partes similes.

Item non possunt esse organa propter diuersitatē qualitatum, quia organum vocatiuū determinat sibi quandam complexionem specialem secundum qualitates elementales, sed in corporibus cęlestibus nullę harum qualitatum sunt, ergo non possunt esse organa, nec quis vnquam quantumcunque rudis concessit in corporibus cęlestibus esse organa, sed vniformitatem corporis: solum autem differre secundum maiorem & minorem aggregationem lucis.

Item Aristo. 2. de anima. c. de voce dicit, quòd sola animalia vocant, quamuis quędam instrumenta vocare videantur, siut Lyra. corpora tamen cęlestia non sunt animalia, ergo non possunt vocare, & consequēter nec canere.

F *An in cœlo sint voces, quæ dicantur concentus. Et quomodo est verum, quòd in cœlo sunt toni, & hemitonia, & omnes proportiones, & harmoniæ musicorum. Quæst. XIIII.*

NIsi forte quis dixerit cantum non esse vocem formatam ab aliquo animali, sed sonum quendam causatum ex cōtactu corporum cęlestium in motu poliendo vnū super alterum, & ibi dicunt resultare omnes proportiones musicas tonorum, de quo videtur dici Iob 36. & concentus eius, quem dormire non faciet. & loquitur de cęlo, & hoc tenent multi Philosophorū potissime Platonicorum. Dicendū est, ꝙ dato, ꝙ fieret can- *De quo Aristot. 1. cœli.*

G tus ex contactu, & politura cęli super cœlum, tamen non diceretur ex hoc canere sol, sed cęlum. ad solem tamen ista verba directa sunt. Sed adhuc dicendū est, quòd in motu corporum cęlestium non causatur aliquis cantus, nec sonus qualiscunque, nec est possibilis. de quo magis dicetur super Iob in loco suo. nam cantus, aut sonus, qui causatur in plaustris, qui a plaudendo. i. canendo dicuntur, fit propter durorum contactum, quæ sunt vocem emittentia, large dicendo. In corporibus tamen cœlestibus non est contactus durorum, nec mollium, quia istæ sunt qualitates elemētorum, & elementatarum rerum. ideo nec cōcentus causari potest. Philosophi tamen dicunt esse in cœlo

H omnes proportiones harmonicas musicorum, & esse tonos, atque semitonia, non quidē, ꝙ ibi sit aliqua vox secundum quā considerentur istę proportiones. Sed accipiuntur isti toni, & semitonia, vel proportiones vocum secundum duo. s. secundum magnitudinem, & proportionem distantię cęli vnius ab altero cōputando a superficie concaua cuiuslibet, vsque ad conuexam, & quia non sunt omnes cęli ęquales in magnitudine, est proportio magnitudinis, & distātiæ planetæ a planeta, & secundum hoc a quibusdam planetis ad alios sunt semitonia. ab alijs vero ad alios sunt toni integri. sicut describit Martianus mineus felix capella lib. 2. de nuptijs mercurij, & physiologiæ. Alio modo possunt computari toni, & semitonia, & diapēte, diatesseron, atque diapason, cętereque consonantię

I proportiones, tam musicæ, quàm geometricæ, secundum proportionem motus. nō enim est omnibus corporibus cœlestibus æqua velocitas. nec est aliq̃d cęlū quod ęqualis velocitatis cum alio sit. ideo multiplices proportiones assignari necesse est, & quantum ad hoc consideratur concentus cęli. i. cōcordia motuū secundum proportiones melodicas in velocitate.

Item adhuc dato, quòd sol esset animal, & caneret, non diceret ei Iosue, quòd taceret, quia taciturnitas solis nihil proderat. nam quamquam taceret poterat moueri, & non consequeretur intentio Iosue, & cum staret, siue caneret, siue taceret, nihil nocebat, aut proderat. ideo non peteret hoc Iosue, sed quòd staret.

K Item hic dicitur sol sta contra Gabaon. Si autem diceretur tace, non cōsonaret litera, quia tunc signaret, ꝙ sol ante hoc canebat aliquid contra Gabaon. & nūc ꝙ taceret contra Gabaon, sed adhuc tacere cōtra Gabaon non est aliquid intelligibile. Ideo dicendū, quòd litera hebraica ex modo loquendi communi dixit tace. i. non mouearis. sic enim nos dicimus silete. i. non moueamini, & sic habetur Exo. 14. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. i. vos non mouebimini, quia Deus conuertit aquas maris super Aegyptios nihil agentibus Israelitis. *Sol contra Gabaon non mouearis, & luna contra vallem Ahialon.* i. sol qui stas ex opposito Gabaon non mouearis, & luna, quę stas ex opposito Ahialon non mouearis.

Quæ

Quæ erat diſpoſitio Solis, & Lunæ eo tempore quo locutus eſt Ioſue, vt ſtaret Sol. Et quomodo intelliguntur verba Ioſue. Quæſt. XV.

DISPOSITIO iſtorum duorum planetarũ erat hoc modo quando Ioſue iubebat hoc ꝙ ipſe videbat vtrunque, & ex hoc ſequitur, quod ſupra dicebatur. ſ. quòd quando iſta dixit Ioſue, erat veſpere ad ſolis occubitum paulo antequam ſubintraret orizontem, & tunc videbatur Sol in vna extremitate hemiſphęrii. ſ. in occidente apud orizontem, & Luna erat in alia extremitate hemiſphęrij ad pũctum orientalem, ita vt quaſi diſtarẽt per diametrum cęli, ſed non erat pfecta diſtantia diametri cęli, quia tũc eſſet centrum Solis in puncto orizontis ad occidentem, & Luna in puncto orizontis ad orientem. ſed hoc non dicitur conuenienter, quia tunc neutrum horum bene videretur, quia non bene videretur Sol cuius medietas eſſet ſub orizonte, nec Luna cuius medietas ſub reliqua parte oppoſita orizontis. Nec eſt credendum, quòd ita ſero Ioſue oraret Solem ſtare, ſed ante orauiſſet, quam Sol deſcenderet ad orizontem: hoc tamen accidit in vero plenilunio, ſi contingat tunc eſſe plenilunium cum deſcẽdit Sol ad orizontem occaſus; quia tunc diſtabũt Sol & Luna per verum, & integrum diametrum cœli, & ſic fixo centro Solis in orizontis parte occidẽtali, erit centrum Lunæ fixum in parte orizontis oriẽtali. Nũc autem ad hoc quòd Ioſue videret Lunam, & Solem tempore, quo iſta dixit, ſicut in litera innuitur, oportebat vtrunque eſſe ſuper orizontem, vnde non diſtarent per integrum diametrũ cęli, & hoc eſt ante plenilunium, ſcilicet in 12. die, vel 13. lunationis, apparebit vterque ſuper orizontem: Sol ſuper occidentalem partem orizontis, & Luna contra orientalem partem orizontis. & forte tunc erat ſic. ideo vtrunque ſatis videri potuit. Dixit autem Ioſue ꝙ ſtaret Sol contra Gabaon, non quidem quòd ſtaret Sol ſuper Gabaon in ſuo meridiano, quia tunc non diceretur ſtare contra Gabaon, ſed ſuper Gabaon; ſed cõtra, dicit oppoſitionem a frõte. Et ex hoc patet adhuc quod dicebamus ſupra, ſcilicet quòd non eſſet meridies, quãdo ſoli locutus fuit Ioſue iſta verba, ſicut videtur ſignare litera infra dicens. ſtetit itaq; Sol in medio cęli. nam ſi fuiſſet Sol in medio cęli per ęquidiſtantiam ab occidente, & orientem, non diceretur, Sol non mouearis contra Gabaon, ſed Sol nõ mouearis ſuper Gabaon. i. Sol ſtans ſuper Gabaon non mouearis. ergo non erat in meridie, ſed magis circa punctum occidentis, ita vt diceretur eſſe contra Gabaon, ideſt oppoſitus ei a fronte per lineam rectam ductam ſuper planitiem orizõtis. Et debet exponi iſta litera per ſubintellectum, ſcilicet Sol contra Gabaon non mouearis. nam ſi nihil ſubintelligatur non poteſt intelligi litera, quia tunc diceretur, quòd non moueretur Sol contra Gabaon, ideſt, quòd non veniret cõtra Gabaon, in quo neceſſario ſequeretur, quòd iſta dicerẽtur ante meridiem, quod falſum eſt, quia tunc non poſſet aſſignari, quomodo videretur Sol contra Gabaon, & Luna contra vallem Aialon, quia iſta diſpoſitio Solis, & Lunæ ad hoc, quòd ambo videantur ſuper orizontem in partibus oppoſitis, non contingit ante meridiem, nec poſt aliquantulum, ſed ſolum cum ſit Sol circa occaſum. Conſequentia patet, quia Sol dicitur moueri contra aliquem locum, quando nondum acceſſit ad eũ, hoc eſt ante meridiem, cum Sol perambulat primã quartam circuli cęli ab oriente, vſque ad punctum meridiani, & cum illuc peruenerit eſt meridies loci illius, cuius eſt circulus ille meridianus, & tũc acceſſit Sol ad locum illum, quia eſt ſuper eum, quamquam non

Nota expoſitionẽ huius Sol cõtra Gabaõ ne mouearis.

A ſit in ſuo Zenith. ante hoc ergo ſemper dicebatur moueri contra locum. cum vero tranſierint meridianũ iam eſt vltra locum, & non mouetur contra locum illum, ſed recedit ab eo, ſed cum fuit locutus iſta Ioſue erat dies inclinata ad occaſum Solis. ergo non poteſt intelligi ſine ſuppletione, ſed debet ſubintelligi, Sol qui ſtas contra Gabaon, ideſt a fronte ei oppoſitus, ne mouearis, ita vt illa prępoſitio contra, nõ determinet caſuale retorquendo ad illud verbum mouearis, ſed ad verbum ſubintellectum.

Scilicet. ſtas.

B *Quare Ioſue dixit magis, quòd ſtaret Sol contra Gabaon, quam contra aliam vrbem, cum non ſolum eſſet contra Gabaon, ſed contra omnes alias vrbes. Et in quo loco ea dixerit. Quæſt. XVI.*

SED dices quare dicitur hic Solem non moueri contra gabaon, ideſt qui ſtat contra gabaon. nã non erat Sol magis contra gabaon, quam cõtra alia loca. poterat enim dici ſtare contra quemlibet locum, cũ ſit poſitio in geometria in primo elementorum a puncto in punctum rectam lineam ducere, ideſt ꝙ a quolibet puncto vbicunque aſſignato ad punctum alium vbicunque poſitum poteſt duci linea recta, ſed oppoſitio per lineã rectam facit hic contrarietatem, ideſt eſſe contra. ergo nõ magis erat Sol contra gabaon, quam contra alia loca. Aliquis dicet hoc dixiſſe Ioſue, quia erat tunc apud vrbem gabaõ, C & loquebatur de vrbe apud quam erat. Sed hoc non ſtat, quia quando iſta dixit Ioſue nõ erat apud gabaõ, ſed magis apud vrbem Azecham, quia poſtquam acceſſit ad vrbem Azecham perſequẽs Amorrhæos dixit, Sol ne mouearis contra gabaon. Sed ad hoc dicetur, quòd non fuit dictũ quando erat Ioſue apud Azecham, ſed quando erat apud gabaon. Et quando dicitur, quòd primo dicitur hic, ꝙ acceſſerunt ad vrbem Azecha, & poſtea Ioſue iſta dixit. Reſpondebit, quòd ex hoc ordine literę non patet. quia poteſt eſſe anticipatio, vel recapitulatio, ſicut frequẽtatur in ſacra Scriptura. potiſſime, quia dicitur hic, ꝙ Ioſue locutus fuit domino in die qua tradidit Amorrhęum in cõſpectu filiorum Iſrael, Sol non mouearis contra gabaon. ergo ad quamlibet partem diei referri poteſt, ſed in eaD dem die ſteterunt Iſraelitæ apud gabaon, & apud Azecham. ergo in quocunque horum locorum dici poterat de his verbis, quòd protulerit ea Ioſue. Reſpondendum eſt non poſſe ſtare, quia Iſraelitæ venerũt tota nocte de Galgalis, & in aurora irruerunt ſubito ſup Amorrhęos manentes apud gabaon. ibi aũt non manſerunt aliquanto ſpatio, quia immediate, vt Iſraelitæ irruerunt ſuper eos, turbauit Deus illos, & fugerunt a facie Iſrael per viam aſcenſus Bethoron. Hęc patẽt, quia dicitur ſupra. irruit itaque ſuper eos Ioſue repente tota nocte aſcendens de Galgalis. ergo quando ſtetit Ioſue apud gabaon, aurora erat, aut ſaltem prima pars diei, & immediate Amorrhei conturbati fugerunt. ergo non dixit Deo Ioſue apud gabaon, quòd faE ceret ſtare Solem, quia non erat opus tũc dicere cum ſupereſſet tota dies, in qua poterãt Iſraelitę vlciſci de hoſtibus. Item, quia non poſſet aſſignari, quomodo Sol ſtaret contra gabaon, & Luna contra vallẽ Ahialon. Niſi forte aliquis diceret, quòd erat Sol in pũcto orizontis in parte orientali, & Luna in puncto orizõtis, aut prope circa occidentem, & poſſent ſic videri, ſicut cum ponebamus nos illa eſſe diſpoſita econuerſo. ſ. Solem in occidente, & Lunam in oriente.

Sed hoc non ſtat, quia adhuc non ſtantibus omnibus ſupra poſitis probationibus de tempore, quo iſta verba dicta ſunt, neceſſe eſt, quòd fuerint dicta in meridie, aut poſt meridiem, quia dicitur infra: ſtetit itaq; Sol

Sol in medio celi,& non festinauit occumbere spatio vnius diei. si enim acciperemus mediū cęli ibi secundum equidistantiam,cogeremur dicere esse dicta ista verba in articulo meridiei, sed non accipitur, vt diximus; quia tamen dicitur, & non festinauit occumbere spatio vnius diei.ergo videtur,quòd Sol iam occūbebat. Sol autem occumbit,postquam incipit declinare a puncto meridiani circuli, sicut ascēdit semper a puncto orientis quousque est in puncto meridiani circuli. immo ab angulo terrę vsque ad angulum medij celi,siue punctum meridiani circuli,semper est ascendere,sed dicitur hic, quòd Sol non festinauit occumbere.ergo iam occumbebat, & consequēter erat post meridiem in quacunque hora voluerimus,sed apud gabaon non fuit Iosue post meridiem, sed in aurora,& confestim fugerunt Amorrhęi,ergo non fuerunt ibi dicta ista. Post hoc persecuti sunt Israelitæ Amorrheos per viam ascensus Bethoron,& deinde descendentibus de Bethoron versus Azecha ceciderūt de cęlo lapides magni super Amorrhęos.cum autem venturus esset in Azecha, dies inclinata erat, vsque ad Solis occubitum fere. Ideo Iosue habuit occasionem precandi,vt staret Sol, ne effugerent hostes de manibus eius adiuti ope noctis. ideo non erant Israelitæ apud gabaon cum ista dicta sunt,sed apud Azecha. ergo magis ex hoc dicere debuisset Sol ne mouearis ꝯ Azecha, quam contra gabaon.

Alia expositio quorundam, circa sensum illorum verborum, quæ dixit Iosue ad Solem, & eorum confutatio cum determinatione auctoris. Qō. XVII.

ALIQVI dicunt,ꝙ intelligitur Sol non mouearis contra gabaon.i. non mouearis contra vtilitatem gabaonitarum, q.d,istud bellum initum fuerat,vt tolleretur obsidio vrbis gabaon,& eius hostes delerentur. si aūt Sol occūberet non occiderentur hostes. ergo moueret̄ contra vtilitatem gabaon. Imprecabatur ergo Iosue ne moueretur contra gabaon. Sed non stat,quia hoc modo non diceretur Sol moueri solum contra gabaon,sed contra Iudęos, quia Iudęi iam non persequebantur Amorrheos, tanquam hostes gabaonitarum,sed tanquam hostes suos, iam enim obsidio gabaon ablata fuerat.solum tamen persequebantur Israelitę illos,qa ad hoc venerant in terram Chanaan, vt delerent omnes habitatores eius, & possiderent terram, & sic dicitur infra. stetit itaque Sol in medio celi, & non festinauit occumbere spatio vnius diei, donec vlcisceretur se gens de hostibus suis. Item non concordat litera,quia dicitur de Luna,& Luna ꝯ vallem Ahialon, idest Luna non mouearis ꝯ vallē Ahialon. si tamen intelligeretur, quòd motus iste erat contra vtilitatem gabaon,non solum de ipso diceretur, quòd esset contra gabaon,sed etiam de motu Lunę, quòd non moueretur cōtra gabaon,& nihil diceret̄ de valle Ahialon, quia nulla vtilitas, aut damnū pertinebat ad vallem Ahialon. Dicendum est,quòd tunc quando Iosue locutus fuit Soli, vt staret, non magis erat contra gabaon,quam contra alium locum:immo cōtra omnem locum stabat,sed Iosue dixit de gabaon, quia forte tunc erat conuersus cōtra gabaon, & ob hoc venit sibi in mentem dicere de gabaon, & non de alio loco.Vel forte gabaon erat in aliquo loco eminenti, & magis videbatur ceteris locis manentibus in valle, & Sol descendens ad occubitum videbatur magis directe esse oppositus gabaon,quam aliis locis, quia propter altitudinem vrbis gabaon videtur esse oppositio secundum lineam rectam ductam per planitiem orizontis. ad alia autem loca non videbatur esse, ita oppositio a fronte. Vel aliter dicendum,ꝙ quamquam Sol quando ista dixit Iosue, esset contra omnia loca, & non magis contra gabaon,quam cętera: tamē cuilibet intuenti Solem videtur, quòd ei sit oppositus a fronte, aliis autem locis, quę lateraliter se habent ad ipsum respicientem videtur inspicienti, quòd Sol opponatur lateraliter, & quia gabaon tunc forte erat in directo Iosue post tergum,videbatur Iosue,quòd erat Sol directe oppositus contra gabaon a fronte, & non Bethoron,nec ad vrbem Azecha, aut Macedam, aut alia loca, quia forte ista se habebant lateraliter respectu Iosue,& iste modus exponendi est conueniens.

Determinatio auctoris.

Et Luna contra vallem Ahialon.

Quomodo intelligitur, quòd Luna sit contra vallem Ahialon. Quæst. XVIII.

IDEM modus inquirendi circa hoc erat.s.quomodo Luna sit contra vallem Ahialon.nam nō magis videtur contra vallem illam esse, quam contra omnia quæcunque alia loca. Sed ex supradictis patet modus respondendi.s. quòd Luna esset modicum eleuata ab orizonte orientalis partis,& videret eam Iosue per aliquam vallem,tanquam nondū multum eleuatam, & sic videbatur esse directius contra vallem illam quam cōtra aliam partem.& hoc in cōparatione ad Iosue,quia erat illa vallis contra Iosue,& Luna erat etiam contra Iosue,ideo videbatur opposita esse valli Ahialon,quasi a fronte, cæteris autem locis,quæ in circuitu erant, videbatur opposita lateraliter,& potuisset dicere Iosue,quòd Luna etiā non moueretur contra gabaon.i. Luna stans contra gabaon, non mouearis,sed dixit contra vallem Ahialon, quia videbatur sibi per illam vallem. ideo magis visum est ei,ꝙ esset opposita valli Ahialon, quam gabaon. Est autē gabaon aliquis locus,& Ahialon similiter, a quo denominaret̄ vallis ista, sicut nominatur vallis Mambræ.Gen.14.& 18.i.vallis Hebron,& iste locus erat satis propinquus loco in quo erat Iosue. non tamen reperitur in diuisione locorum terrę Chanaan aliquis, qui sic denominetur. inuenitur autem Ahialō in sorte tribus Aser, vt patet infra 19. Sed illa est septima sors,vt patet eod.c. ideo erat apud partem septentrionalem lateris Chanaan, quia omnes sortes tendebant ab oriente in occidentē,ita quòd prima sors,quæ erat filiorum Iuda, ab oriente in occidentem perueniens coniuncta erat toti lateri meridiano terræ Chanaan. & super eam sors tribus Beniamin, & sic consequenter,vsq; ad sortē filiorum Ephraim, qui erant coniuncti toti lateri septentrionali: sors aūt filiorū Aser erat circa eos.ergo multum erat septentrionalis.Nunc autem Iosue erat in sorte filiorum Iuda, quia erat apud Azecham,quæ est in sorte filiorum Iuda, vt patet infra decimoquinto cap. sed Sol, & Luna erāt hic,quasi directe oppositi. ergo non videretur Luna per vallem Ahialon,quę est in sorte Aser. sed per aliam vallem,quæ esset in sorte tribus Iuda,aut Beniamin, & illa vocaretur vallis Ahialon ab aliquo loco ibi existente sic dicto.

Ahialō est locus sicut Gabaon, in qua sorte.

Item dato,quòd Luna non esset soli opposita secūdum directionem latitudinis cęli, sed vnus eorum ad septentrionalem partē declinaret, & alius versus meridiem, sicut interdum est, cum Sol declinat versus alterum tropicorum,adhuc non posset stare,quia Iosue stans nunc circa latus meridianum terrę Chanaā in sorte Iudæ non videret vallem Ahialon, quę esset in terra sortis Aser, quia ista terra multum inde distaret, scilicet per totam latitudinem fere terræ Chanaā scilicet a latere meridiano,in septentrionem. oportet ergo intelligi,ꝙ sit vallis Ahialō in sorte Iuda,vel Beniamin

niamin,& esset apud Gabaon,vel prope,& de Ahialō quæ est in terra sortis Aser nihil hic intelligitur.

Quare Iosue petiuit, vt Luna non moueretur, quia videtur superfluum,cum Luna nihil ageret ad intentionem suam. Et an Iosue fuerit imperitus circa orbes cæli, ideoque vulgariter locutus fuerit. *Quæst.* XIX.

QVAERET aliquis quare dixit hic Iosue, Luna non mouearis. videtur enim superfluū, q̄a ipse intendebat a Deo petere, vt Sol nō occumberet, ita vt haberet spatium se vlciscendi de Amorrhæis,quod non contingeret si occūberet,fugerent enim ad præsidia, vel laterent in montibus,& cauernis terrę.ideo erat necessaria solis statio ad id quod petebat Iosue. Lunæ tamen motus nihil impediebat, quia siue Luna moueretur super nostrū hemisphęrium,siue consisteret, dum tamen Sol maneret,semper esset dies.

Respondendum est, quòd Iosue ista dixit forte, qa erat imperitus circa astrorum doctrinam sentiens, vt vulgares sentiunt. Putant enim vnicum esse cęlum, & in illo esse omnes planetas & astra. Item existimāt esse omnia sidera,& planetas fixa in cęlo illo,sicut claui fixi sunt in rota, & quia sicut mota vna parte rotæ necesse est moueri omnes alias propter continuitatē, & soliditatem: ita moto cęlo necessario putant moueri omnia astra. vnde tunc quia credunt Lunam infixam esse cęlo,sicut clauum,si ipsa moueret̄, necesse erat totum cęlum moueri, & Solem qui infixus erat moueri similiter,& sic quamquam oraret Solem stare, quia tamen si moueretur Luna, credebat necesse esse moueri Solem,orauit etiam, vt staret Luna contra vallem Ahialon, non quidem quasi statio sua aliquid proficeret ad id quod intendebat Iosue, sed vt non impediret si moueretur. Et necesse erat,ꝙ Iosue præsupponeret hæc duo.s.esse vnicum cęlum,& omnia astra in eo infixa esse,sicut clauos in rota. nā si alterum horum diffiteretur,erat intentio sua cassa,quia si esset vnicum cęlum tamen nō essent astra fixa, possent singula moueri singillatim aliis manentibus, & sic stante Sole posset moueri Luna. & sic nō esset opportunum, vt peteretur, ꝙ staret Luna ad hoc, ꝙ staret Sol. Si autem diceret esse plures cęlos,quamquam crederet infixa esse in eis astra, sicut clauos in rota,tamen moto vno astro non erat necesse moueri alterum, quia moueretur, aut staret astrum ad motū,vel stationem cęli sui, & quia moto vno cęlo, aut stante non erat necesse moueri,aut stare reliquum, poterat vnum astrum moueri non moto reliquo. oportebat ergo,vt crederet Iosue hæc duo simul. De quolibet tamen eorum arguere non est intentionis nostræ, ne cogamur amplius euagari,quam materia suppetat:tū an vnum cęlum,vel multi sint, depēdet ex hoc,quod quidam dubitant.s. an sit cęlum totum continuum, vel contiguum, & quamquam quidam continuitatem asserant,tamen contiguitas solum est, & diuersitas orbium.

An sit vnū cęlum, vel plures.

An planetæ infixi sint in cælo,vt clauus in rota, contra quod arguitur secundum Astronomos: planetarumq; exponuntur cursus. *Quæst.* XX.

DE stellis an sint fixę, vt clauus in rota etiam quidam dubitant,sed euidentissima cōclusio apud omnes astronomos est, planetas non esse infixos orbibus, & satis ipsa experientia docet, quia planetæ habent declinationem de tropico in tropicum,& amplius, quia quamquā Sol

A sub eclyptica moueatur, tamen cęteri planetæ arcuāt latitudinem zodiaci facientes caput, & caudam draconis, & maiorem habent latitudinem declinationis. Hoc tamen erat simpliciter impossibile si essent infixi orbibus suis,sicut claui in rota,quia tunc nunquam declinarent ad vnam & alteram partem. Quidam sic concludere moliuntur, ꝙ planetæ non sint infixi orbibus suis. Sed falluntur nimis in modo probandi,qa ista declinatio,& latitudo non fit propter motum naturalem planetarum, sed propter motum raptus, & quia poli planetarū sunt egredientes a polo axis mundi,necesse est,vt sit declinatio planetarum ab ęquatore diei,vbi est medium motus mundi. Ideo dato, ꝙ

B planetæ ponantur infixi orbibus suis, tamen habebūt istam declinationem, potissime de Sole qui nō declinat ab eclyptica.nec quicquam declinationis minoris habebit si sit infixus,quam nunc habet: cum tanta sit declinatio ab æquatore diei, quanta est declinatio polorum axis mundi a polis axium planetarum. Aliter ergo probandum est, quòd non sint planetæ infixi orbibus suis,vt claui.s.per epiciclos,quia eleuātur & deprimuntur,diriguntur,& retrogradiuntur secundum illos.ista tamen vulgares non attendunt, nec capiunt. satis tamen patet in Lucifero,& Sole, quia aliquo tēpore antecedit Solem, aliquo tempore subsequitur: alio vero æqualis est motus:tamen Solis & cuiuslibet astri est regularis motus. non potest ergo saluari,aut dari quid hoc sit,nisi posito epiciclo veneris, & sic in

C aliis planetis præterquam in Sole. Item patet hoc in arcuatione, quam faciunt planetæ sub zodiaci latitudine.nam cum ponatur idem polus zodiaci, & omniū planetarum,si essent infixi in orbibus suis planetę, nō possent facere arcuationē sub zodiaci latitudine, sed planeta qui semel esset sub eclyptica, quæ est mediū octaui cœli diuidens in duas dimidias sphęras, sicut ęquator diei est dimidium tenens in primo mobili, nunquam posset exire ab illa, & qui semel eēt in vna extremitate latitudinis zodiaci, semper sub illa moueret̄. in nullo tamen planeta hoc fit præterquā in Sole. Alii autem interdum sunt versus extremitatē meridianam latitudinis zodiaci, interdum vero sunt sub aquilonari extremitate. aliquando autem declinant, aut veniunt ad medium tangentes lineam eclypticā.

Oēs planetæ habent epiciclum Sole excepto.

D Et hoc modo fit draco in zodiaco per motum planetarū, & assignatur caput,& cauda draconis,q̄ vulgata sunt apud astronomos, & hęc quidem nō sunt secundum motum raptus,sed motu naturali. ergo necesse est planetas poni non infixos orbibus, sed motū habere distinctum a motu orbium suorum.vulgares tamen hæc non respiciunt. De aliis astris orbis octaui an fixa sint,vt claui in rota,cum vocentur communiter astra fixa,dubium est. quantum ad declinationem manifestum est,quòd nullam habeant: ponunt tamē quidam eis epiciclos, quos si habeant non potuerunt esse infixa,quia eleuabuntur,& deprimētur in suo orbe,& habebunt motum pręter motum orbis sui: de his autē si pręsentis esset speculationis inquirere dele-

An stellę cęli octaui sint infixæ vt clauus in rota.

E ctabile erat,sed suffecerit,quod dictum est. Et tamen quamquā vulgares qui rudissimi sunt quodlibet horum per se tenere possunt, & non possumus conuincere eos palpabilibus argumentis, secundum eorū capacitatem,tamen non possunt tenere vtrunque simul quin manifeste conuincamus eos. Nam si dicant, ꝙ vnicum cœlum est,& omnia astra,& planetę sunt infixa ibi,tanquam clauus in rota: necessario dicent, ꝙ omnes stellę ęqualiter distent semper.s.ꝙ stellę, quæ semel distant per integrum diametrum cęli semper per diametrum distent, & quę distāt per semidiametrum,semper tamē distabunt.ergo Sol,& Luna semper æqualiter distabunt,quia nō possunt moueri, nisi

moto

moto cęlo in quo sunt: ergo in parte cęli illius, in qua semel fuerit Sol, vel Luna semper erit: quo dato nunquam esset nouilunium, nec oppositio, & quadratura aliiq; aspectus, sed si semel essent in oppositione ęterna esset eis oppositio: idem de cęteris habitudinibus, quod manifeste apparet falsum: ergo nō sunt omnia astra in eodem cęlo, & infixa sicut claui imposita, sed oportet alterum istorum negari, aut vtrunque. Iosue tamen vtrunque tenuit, & ita procedebat deprecatio sua: tamen hoc non est admirandum, quia non erat assuetus doctrinæ astrorum, sed magis legi Dei, & operi militari.

Cum Iosue orauerit stare Lunam, quia mota ea credebat necessario moueri Solem, quare non erat idem de cæteris astris fixis, & planetis. *Quæst.* XXI.

QVAERET aliquis cum Iosue orauerit stare Lunam, quia mota ea credebat mouēdum Solem, quare non orauerit stare cętera astra, quia etiam eis motis mouerentur Sol, & Luna necessario secundum suam positionem.

Respondere posset aliquis, quòd istá duo sunt maxima luminaria, ideo quamquam de reliquis dicere posset, tamen de his pręcipue locutus est, sed hoc nihil est. Dicendum autem, ꝙ Iosue locutus fuit ad Solem, & Lunam, ne mouerentur, quia ista duo astra solum vidit, erat enim tunc Sol super orizontem apud occasum, ideo quamquā Luna apparere posset, quę maiori lumine Solis indiget ad hoc, ꝙ non appareat: stellę tamen paruo Solis lumine hebetant. vnde non poterant videri stante Sole super orizontem. ad hęc duo ergo luminaria, quæ vidit, locutus est.

Alia causa adhuc forte conuenientior assignari potest circa superiora, quare Iosue orauerit stare Lunā. s. ꝙ Deus mouerit ipsum ad orandum hoc. Volebat. n. Deus, vt non mutaretur Luna, ne perturbaretur ordo cœlestis in motibus corporum stellarum & orbium: & dato ꝙ non orasset Iosue facturus erat, quòd staret Luna, cum faceret stare Solem, & tunc, quia Iosue nō orauerat de Luna, videretur forte factum hoc totum a Deo ex alia causa. ipse tamen volebat videri hęc facta esse propter Iudęos: ideo voluit, vt cūcta, quę fieri viderentur, apparerent facta precibus Iosue. mouit ergo eum ad precandum pro statione Lunæ, cętera autem corpora cęlestia eodem modo steterūt. de eis tamen non orauit Iosue, nec Deus mouit eum ad orandum, quia Sole stante super orizonte non erant vidēda, nec pateret, an starent, vel mouerētur. ideo frustra erat implorare miraculum, vbi apparere non poterat, quamquam fieret. Deus ergo noluit, ꝙ Iosue pro hoc oraret.

An stante Sole cessauerit omnis motus omnium cœlorum, vel solum Luna, & Sol. *Quæst.* XXII.

QVAERET aliquis an stante hic Sole cessauerit totus motus cœli, uel solū Sol, & Luna. De duobus cęlis aut planetis eorum manifestum est, ꝙ steterint. s. de Sole, & Luna cum dicat litera. Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Ahialon. de aliis autem est dubium. Tamen satis videtur dicendum, quòd non fuerint moti, sed ꝙ stante cœlo Solis tota cœlestis machina steterit, & etiam ipsum primum mobile. Qđ cōijcitur ex litera cum dicatur, quòd steterunt Sol & Luna, manifestum est enim, quòd Deus nihil frustra facit, tamen statio, aut motus Lunę nihil faciebat ad id quod petebat Iosue. s. vt vlcisceretur se de hostibus suis, cum sol sufficeret ad hoc, siue Luna staret, siue mo-

F ueretur. Deus fecit tamen stare Lunam, quòd identidem erat miraculum sicut statio Solis. ergo ad aliquē finem factum est. hoc autem non videtur, nisi quia volebat Deus stare totam machinam cęlestium corporum, vt non turbaretur ordo cęlestis propter illud miraculum. Alia autem corpora cęlestia non visa sunt stare, quia non poterant patere cum lumine Solis earum lumina heberentur: si tamen videri potuissent apparuisset quomodo stabant. Et hoc certissime tenēdum est. nam non poterit reperiri aliquid alterum ad quid Luna steterit. Quòd autem Sole stante potuerint moueri cętera cęlestia corpora, manifestum erat, quia sunt corpora plura contigua, & vnum non retinet alterum, nec impedit a motu. Item dato, quòd esset vnum corpus continuum, adhuc poterant cęterę

G partes illius corporis cęlestis moueri stante cęlo, in quo stabat Sol, sicut partes aquę quędam mouentur aliis quiescentibus, & tamen non tollitur continuitas, & sicut concedimus motus cōtrarios in cęlo, quamquam fateamur continuitatem, ita & facilius concedere poterimus, ꝙ moto vno corpore cęlesti, aut vna parte illius cęli reliqua maneat. Item dato, ꝙ moueretur totus ille orbis cęlestis q vnicus esset, posset stare Sol, quia quilibet planeta habet motum proprium pręter cęlum in quo est. ergo quiescere posset non quiescente cęlo in quo esset. Ideo nemini dubitandum est cętera corpora cœlestia moueri potuisse stante Sole: immo necessarium esse, ꝙ fuerint mota, nisi Deus miraculose illa detinuerit, sicut tenuit Solem. Quod autē

H debuerint stare cętera, præter hoc quod probatū est, ꝙ steterint: adhuc dici potest, ꝙ erat valde rationabile ꝙ starent. nam Deus volebat miraculo suo Iosue adiuuare, vt se de hostibus vlcisceretur, nolebat tamē naturę totum ordinem peruertere. Et quamquam pro tunc cum Sol stabat, natura cedēte miraculo peruertebatur ordo vsitatus naturæ, tamen postquā Sol inciperet moueri cursu solito, non erat miraculum, maneret tamen tunc perturbatio ordinis naturæ, & pro aliquanto tempore. hoc autem erat inconueniens, ꝙ sine aliqua causa ordo totius naturæ qui dependet ex motu corporum cœlestium perderetur. ergo Deus non permitteret illum manere turbatum, non enim pertinebat ad magnam Dei sapientiam, vt quod tam

I elegantissime cōstituerat, tam enormiter turbaretur. ad hoc autem, ꝙ non turbaretur oportebat, ꝙ dū stabat Sol, non mouerentur alia cęlestia corpora. ergo non mota sunt. consequentia infra probabitur inducendo per multa.

Quæ inconuenientia sequebantur si stante Sole moti fuissent alij cœli, & quomodo posset corrigi secundum quosdam, & an illa correctio teneat. *Quæst.* XXIII.

SED forte aliquis dicet, ꝙ tolleretur ista deordinatio alio modo. s. ꝙ quamquam cętera cœlestia corpora mouerentur, dum Sol stetit: tamē ꝙ postea Deus faceret moueri Solem, ita velo-

K citer, vt attingeret breuiter cętera cęlestia corpora ad habitudinem motus, quam cum eis habebat prius cū cępit consistere. Sed ista positio non potest stare, quia tunc deordinatio corporum cęlestium corrigeretur per aliam deordinationem, & insuper erat miraculū, scilicet, ꝙ sol moueretur velocius, quam consuetum erat moueri. Nam sicut stare Solem erat contra consuetum cursum naturæ, quia nihil vnquā tale visum fuerat, ita erat ista deordinatio naturę, qa cuilibet planetæ data est certa proportio velocitatis, vel tarditatis in motu, ꝙ ergo nunc fieret motus velocior, valdę erat peruersus naturæ status.

Item fieret aliquid valde mirabile.ſ.ꝙ dies vnus, & nox, vel duo, aut tres, quouſque Sol rediret ad ſtatum priorem, eſſent valde paruę quantitatis propter velocitatem inſolitam Solis, & ſic ex neceſſitate apparerent maiora miracula poſt ſtationem Solis, quam in ipſa ſtatione, quod etiam ſcriptura narraret: nihil tamen vnquam tale meminit. Item valde maius miraculum erat, ꝙ Sol haberet maiorem velocitatem in motu, quam prius, quam ꝙ ſtaret, quia quamquam ſtare Solem erat contra ſtatum naturę, & vſum: cum nunquam ab exordijs ſeculorum ſtetiſſet: tamen nō erat miraculum, quod requireret potentię magnitudinem. Angeli namque mouent cęlos, ſicut Philoſophi tenēt, & ſacra Scriptura aſſerit. cū ergo liberi ſint, & agentes ab intentione, facile eſt ſibi ceſſare a mouendo, & tunc ſtabit corpus cęleſte, quod Angelus quieſcens prius mouebat: cum autem ceſſare a motu nullius potentię ſit: non videtur miraculum quantū ad ipſum motorem, ꝙ ceſſet motus cęli. Tamen, ꝙ moueatur aliquod cęlum in maiori velocitate quam prius mouebatur, eſt manifeſtum miraculum, quia Angelus qui mouet, quamquam non ſit virtus fatigabilis, tñ non poteſt mouere in maiori velocitate, & cū ſemp agat, iuxta vltimū de potentia, mouebit ſemp in ęquali velocitate cęlum. Et hoc modo Ariſt. & cęteri Philoſophice loquentes ponunt vniformitatem, & regularitatem in motu cęleſti. ſi autem Angelus mouens aliquod cęlum, poſſet mouere in maiori velocitate, aliquando contingeret eum in maiori mouere velocitate, aut minori, quod nunquam contingit. ergo oportet poni, ꝙ Angelus quilibet mouens cęlū non poſſet mouere maius cęlum illo in eodem gradu velocitatis, & ꝙ illud cęlum nō poſſit mouere in maiori gradu velocitatis. in minori autem nunquam mouet, quia nunquam fatigatur, & ſemper agit iuxta vltimum de potentia. Ergo ſi daremus hoc modo ſolē moueri valde velocius quam prius, vt corrigeretur peruerſio ordinis naturę: oportebat poni aliū Angelum motorem illius cęli ad maiorem velocitatem, & hoc iam dicit miraculum, quod non dicebat ceſſatio a motu, quod non pręſupponit aliquam poteſtatem. Item datis omnibus his adhuc nō poſſet corrigi hoc modo inordinatio derelicta ex motu aliorum ſtante Sole, quia cum moueretur Sol impetuoſe, vt perueniret cito ad ſtatum illum, quem habebat cum alijs cęlis cum mouebatur, mouebit omnes inferiores cęlos ad motum ſuum rapiendo eo modo, quo primum mobile rapit cęlum ſibi coniunctum, & illud rapit alterum, & aliud conſequenter vſque ad vltimum, & tunc non poſſet corrigi iſte error, niſi vſque ad tantū tempus, in quo naturali motu cęli corrigi poſſet. Corrigeretur tamen ſi moto cęlo ſolis non raperentur inferiores orbes ad motum eius: ideo nihil prodeſſet iſta velocitas motus, cum ſic neceſſe eſſet moueri rapiendo inferiores, & non peruenire ad ſtatū priſtinū, niſi in tanto tempore, in quanto perueniretur naturaliter. ad hoc igitur nullum fieret miraculum. Plura alia induci poſſunt faciliter, quę quilibet aduertere poteſt. non eſt ergo dandus talis motus ad correctionē peruerſitatis ordinis naturę: cum ipſe motus multo plures peruerſitates includat.

Maius miraculū eſt, quod Sol moueatur velocius, quā prius quā quod Sol ſtaret.

Angelus mouēs cœlum nō pt mouere id in maiori velocitate quam mouet nunc, & quare.

Determinatio auctoris circa præcedens quæſitum. Et ſi fuiſſet Luna mota dum ſtabat Sol, quæ inconuenientia ſequerentur. Item ceſſante a motu Sole an poſſet moueri Luna. *Quæſt. XXIIII.*

SED dicendum eſt, ꝙ ſtante Sole omnes cęleſtes orbes ſteterint, & tunc non ſequebatur aliquod inconueniens de aſſignatis. ſolum enim eſſet ceſſatio

A a motu, ſed eadem habitudo maneret, quę foret manſura, ſi Sol, & cętera corpora ſemper mouerentur, & conſequenter non erit opus aliqua emendatione, aut correctione peruerſitatis: cum peruerſitas nulla ſit. ſequitur tamen neceſſario peruerſitas, ſi ſtante ſole cętera cęleſtia corpora moueantur. Ad Lunā autem nulla peruerſitas ſequi poterat, quia manebat ſicut Sol: ideo eadem habitudo eſſet inter vtrunque, ſi ſic manerent ſicut ſi ambo mouerentur. Si tamen daremus ꝙ Luna moueretur ſtante ſole, & concederemus in ea omnem motum, qui prius erat, cum Sol manſerit quaſi horis. 12. aut amplius. ſ. fere ſpatio diei vnius tēporis illius: Luna poſſet moueri per diametrum cęli.

B nam Sol mouetur per diametrum cęli. i. per vnum hemiſphęriū horis 12. Luna autem in 12. horis, & dimidia fere mouebitur per diametrum cęli, & ſic cum Ioſue loquente iſta Sol eſſet apud orizontem partis occidentalis, & Luna apud orizontem in parte orientali: perueniſſet Luna motu raptus in illis 12. horis aut quaſi, quibus Sol manſit, a loco in quo erat vſque ad locum in quo tunc erat Sol, ſcilicet ſuper orizontem occidentalem, quia non erat ꝑfectum diametrum cęli, ſed quaſi.

Ex quo ſequitur magna ꝑuerſitas ordinis naturę. ſ. ꝙ in die quo Sol ſtetit erat lunatio. 13. dierum, vel aliquid amplius, quia nondum peruenerat ad perfectā oppoſitionem ad ſolem, aut eſſet quaſi. 14. dierum, & poſt 12. horas cum iterum Sol moueri inciperet, eſſet

C Luna in ꝯiunctione, & ſic daretur aliqua lunatio, quę ſolum eſſet dierum tredecim, aut quatuordecim, & cum nondum veniſſet ad plenilunium rediret ad cōiunctionem, quod magnam inordinationem dicit in motu cęlorum.

Si aūt dicamus, ꝙ Luna nō moueret̄ motu raptus. ſed ſolū motu naturali ſolū, magis moueretur, ꝙ̄ alias moueri poſſet, ſi raperetur, & tunc cum moueretur in illis 12. horis, aut quaſi quibus Sol non fuit motus, citius attingeret eam Sol motu raptus, ꝙ̄ alias attingere poſſet conueniendo cum ea, & ſic foret iſta lunatio paucorum dierū, ꝙ̄ alię. Item ſequebatur magnū aliud inconueniens ſi Luna moueretur Sole ſtante, quia ipſa non poſſet moueri motu raptus, cum motus raptus ſit, quia primum mobile rapit omnes alios in-

D feriores cęlos motu ſuo, & ſit iſte raptus ꝑ contactū, ſicut omnes actiones naturales. ſ. ꝙ primum mobile tangit cęlum ſibi immediatum. ſ. octauum cęlum, & illud tangit aliud coniunctum: ita cōſequenter vſque ad vltimū, & motus iſte à primo mobili deriuatur tamen per media. Si ergo aliquod iſtorum cęlorum medìorum ceſſaret a motu, neceſſe erat omnes inferiores ceſſare a motu raptus, quia virtus primi mobilis non poteſt deriuari in illos, cum non ſit contactus propter eſſe aliquod cęlum immobile in medio, & ſic ſi Sol ſtaret totaliter, dato, ꝙ Deus non faceret ſtare cęlum Lunę, non poſſet moueri ad motum raptus . ſ. ab oriente in occidentem. immo eſſet miraculum ſi Sol ſtaret, & moueretur motu raptus Luna ab orien-

E te in occidentem. Ideo neceſſe erat niſi Deus miracula miraculis ſuper adderet, ꝙ cum ſtaret Sol, niſi Deus faceret ſtare Lunam, ꝙ ceſſaret motus raptus eius ab oriente in occidentem manente motu ſuo naturali ab occidente verſus orientem. Et ſic Luna quæ apparebat ſuper orizontem in parte orientali qñ iſta locutus eſt Ioſue, cum dixerit Sol ꝯ Gabaon non mouearis. & Luna ꝯ vallem Aialon: motu ſuo retrograderetur per partem orientalem, & caderet ſub orizonte. & hoc erat mirabilius cęteris: atque coincideremus cum ſtultitia cuiuſdam gentis Aegypti, quę dicit ſe a maioribus ſuis accepiſſe, quòd vbi nunc oriens eſt, olim fuit occaſus, vt ait Solinus in poliſ. c. de Aegypto

Stultitia Aegyptiorū de quo Solinus, & ēt Pomponius mella, cap. de Aegypto.

pto. Hoc tamen sequi necesse erat, quia ablato motu raptus, non auferetur motus naturalis. nam motus raptus est ab aliquo superiori. s. a primo mobili deriuāte virtutem suam per media. motus autem naturalis cuiuslibet cęli planetici est ab Angelo, qui est coniunctus illi orbi, & hoc non requirit virtutem deriuatam a cęteris.

Stante Sole impossibile erat aliquod de tribus cęlis inferioribus moueri motu raptus. Et quod stante Sole poterant moueri cęli superiores motu raptus tamen sequeretur mutatio qualitatum temporis in frigore, & calore, quæ causatur ex diuersis aspectibus Planetarum ad Solem. Qō. XXV.

ITEM sequeretur inconueniens si stante Sole mouerentur alii cęli. Nam cęli qui erant sub Sole non poterant moueri motu raptus, vt probatum est de Luna, quia virtus primi mobilis rapientis eos, non poterat continuari per medium: cum mediū esset immobile. solum ergo maneret in eis motus naturalis, qui non cessaret propter motū raptus, & tunc retrocederent planetę istorum cęlorum cum magna velocitate ad partem orientalem, quia non impedirētur propter motum raptus, & petransirent valde plus de spatio motu naturali in 12. horis quam alias pertrāsituri erant. Sed in istis non appareret inconueniens ad oculum, cum propter fulgorem Solis non appareret retrogradatio istorum ad partem orientalem, sed posset deprehendi ista ordinatio per motum veneris sequentibus diebus. nam si esset venus in parte anteriori epicicli sui, ita vt esset lucifer etiam si multum distaret, tantum retrocederet motu naturali non impedita versus medium epicicli, vt sequenti die, vel esset circa Solē, uel iam a radijs eius obumbrata, ita vt non esset lucifer neque hesperus, cum in die sequenti, aut valde citius, quam soleret, veniret ad stationem medii epicicli, ita vt non videretur. In quacunque ergo parte epicicli esset venus, necesse erat mutari legē apparitionis eius in habitudine ad Solem, & cognosceretur manifeste illa deordinatio. In planetis autem qui erant supra Solem, non poterat assignari iste modus peruersitatis, quia nō cessaret motus raptus in eis, quamquam Sol cessaret ab omni motu cum ipsi sint superiores Sole, & non deriuetur virtus aliqua motus in illos per Solem. Sequeretur tamen aliud inconueniens, scilicet mutatio qualitatum temporis in frigore, & calore, & cæteris, quia ista causantur secundum diuersos aspectus, coniunctiones, & oppositiones planetarum aliorum ad Solem, & quia mouerent Mars, Iupiter, & Saturnus stante Sole quasi per diametrum cęli integrum, cum fuerit statio Solis quasi horarum 12. necessarium est, vt valde diuersum aspectum haberent ad eum, quam ante habebant, & consequenter qualitas temporum mutaretur. nec quidem per vnum, aut duos dies, sicut in oppositionibus, aut quadraturis Lunę, vel coniunctionibus euenire solet. quia ista habitudo cito acquiritur, & deperditur propter velocem motum Lunę naturalem, & circulum paruum, & tardum motum raptus, sed duraret per multos dies, quia Mars, Iupiter, & Saturnus velocem motum raptus habent aliqualiter magis, quam Sol: ergo transiret satis de tempore, quousque Sol rediret ad primam dispositionem, & sic mutatio temporis esset magna, quod identidem erat contra naturam temporis, quod tunc erat.

F *Sole stante poterant superiores cœli moueri motu raptus, mutaretur tamen tempus a priore qualitate, idest frigore, & calore, & distaret vnus dies ab alio sequenti in qualitate qua tum dies medij Iunij distant a diebus medij Decemb. Qō. XXVI.*

ITEM erat magnum inconueniens, quia mutaretur adhuc valde tempus ex alijs causis. Sol enim s̄m q̄ in diuersis signis est, ita causat distemperatiorē calorem, aut humiditatem, vel frigora magis abūdantia, quia signa omnia diuersarum complexionum sunt, & Sol sub eis existens suscipit diuersitatem virtutis influxiuæ. Si tamen Sole stante moti fuissent alii cęli, ēt cęlum stellatum fuisset motū suo naturali motu, & motu raptus: tempus tamen stationis
G Solis fuit 12. horarum, aut parum plus: cum in 24. horis pertranseat illud cęlum stellatum a puncto in punctum motu raptus: necesse esset, q̄ discurreret p̄ cœli diametrum integrum hoc est per quantitatem vnius hemisphęrii, quę est quantitatis sex signorum, & tūc si stante Sole non desineret moueri octauum cęlum, in quo est Zodiacus, & Sol esset nunc sub vno signo, trāsisset Sol signa sex, q̄ sunt medietas Zodiaci, & eēt Sol in septimo signo distanti inde, vtpote tempus in quo factum est hoc, s̄m q̄ doctores continuāt, & aliqualiter colligi pōt ex supra enarratis in hoc libro: esset principium Iunii, vel circa medietatē, vt magis infra declarabitur, & tunc Sol est in fine geminorū, vel in principio cancri cum sunt dies maiores anni. In terra
H tamen Chanaan non sunt magni dies, quia est multum meridiana, sed peruenire non possunt ad 13. horas, & dimidiam, vel quasi 14. & cum hic non steterit Sol vna die artificiali, quia Eccl. 46. dr̄, q̄ sub Iosue facta est vna dies, quasi duo, esset statio Solis 12. horarū, aut parum plus, & in hoc spatio mouerentur signa sex Zodiaci. s. medietas, quia in 24. horis totus Zodiacus motu raptus transit. Ideo cum staret Sol sub fine geminorū, vel principio cancri, transirent sex signa. s. totus Cācer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, & veniret principium Capricorni. Et tunc si dicas, q̄ Sol sit sub principio Capricorni, cum Capricornus sit valde differentis complexionis a Cancro, sequetur, q̄ non maneret eadem complexio temporis tunc, cū
I Sol cępit stare, & sequenti die, sed sicut cum Sol est in principio Capricorni. s. in medio Decēbris, sunt magna frigora, & turbatio temporis: ita cum sequēti die dicas fore Solem sub Capricorno, ex necessitate motus Zodiaci distabit tantum vnus dies ab alio sequenti in qualitate, quantum dies medij Iunij, cum torrida ęstas omnia siccat, distant a diebus medij Decembris, cum frigida hyems omnia indurat. Item si hoc fatearis, sequeretur, q̄ cū dies in principio Capricorni sunt minimi totius anni, q̄ fuissent maximi dies anni ante Solis stationem, & sequerētur minimi dies nō transeundo per medium: hæc enim sequentur si decursis sex signis a Cancro, vsque ad Capricornum dū stabat Sol, diceres eū fuisse immediate sub Capricor-
K no: ista tamen erant maxima inconuenientia in peruersitate naturæ, & toti vulgo manifesta.

Stante Sole 12. horis poterant moueri cœli superiores, & per consequens cœlum stellatum in quo est Zodiacus sequeretur tamen quòd non esset Sol sub aliquo signo, seu sub Zodiaco, immo distaret a parte directe apposita, plusquam quadraginta gradib. Quæst. XXVII.

SED secundum veritatem sequeretur aliud inconueniens, s. q̄ posito isto casu superiori, ita q̄ dū Sol staret qui ante mouebatur sub Cancro, transirent sex signa

signa vsque ad principium Capricorni, non esset Sol sub aliquo signo, & consequenter nec sub zodiaco, sed valde declinaret a toto zodiaco, sed potius distaret a parte directe opposita zodiaci plusquam 40. gradibus. prima pars patet, quia quando Sol est in principio cancri est in tropico septentrionali, & maxima declinatione ab equinoctiali: tunc ergo si moueatur zodiacus, & non moueatur Sol, nō manebit Sol sub aliquo signo zodiaci: non enim manet sub cancro, donec finita circulatione iterum redeat. Sub alijs autem esse non potest, quia nullum signum tantum declinat ab equinoctiali, vt Sol existens sub tropico cancri, si maneat, possit illo transeunte sub illo esse. Nullum enim signum transit tangens tropicum septentrionalem, nisi caput cancri. Ideo si Sol esset sub tropico cancri, & nō moueretur aliquo motu, etiam si in eternum ibi maneret, nunquam posset transire super illud aliquod signum, nisi extremitas capitis cancri: ergo cum per motum recesserit inde caput cancri non manebit Sol sub aliquo signo, donec iterum redeat caput cancri. Sic ergo necesse foret in Sole, si esset medietas Iunij, quando fuit ista statio, & eo stante moueretur zodiacus. nam immediate, vt inciperet stare, inciperet non esse sub aliquo signo, & in illis duodecim horis, aut parum plus, transiret sex signa, ita quòd caput Capricorni esset in directo ad Solem, scilicet super orizontem ad occidentem, sicut Sol erat, sed non esset Sol sub capricorno, nec sub aliquo alio signo, quod patet, quia Sol erat tunc in maxima declinatione ad partē septentrionalem, cum paulo ante fuisset sub capite cancri: cetera autem signa non tantum declinant versus septentrionem: ideo sub nullo eorum esse posset. Pars secunda patet, scilicet, quòd pars zodiaci directe sibi opposita per latitudinem distaret ab eo plusquā quadraginta gradibus, quia tūc cum ex hipothesi Sol esset in declinatione maxima, scilicet vbi tangit caput cancri tropicum, distat ab equinoctiali gradibus 23. & quibusdam minutis, qui nō perueniunt ad vnum gradum integrum, sed est quasi vnus gradus. tāta autem declinatio est ab equinoctiali ad caput capricorni vbi tangit tropicum, & sic coniuncta ista declinatio, faciet gradus, quasi 48. scilicet plusquam 47. tanta enim est declinatio a tropico ad tropicum, sed Sol erat nūc in eleuatione tropici cancri, quamquam nō esset sub tropico cancri, & super orizontem in parte occidentali, vbi erat Sol, erat quoq; caput capricorni. ergo latitudo media esset graduum 47. & amplius quasi 48. sed non erat illa pars magis coniuncta Soli in zodiaco directe opposita, sed magis extremitas interior zodiaci opposita capiti cancri, & quia latitudo zodiaci est graduum sex, subtrahantur gradus isti a distantia, manebit distātia Solis a parte magis cōiuncta directe opposita gradibus quadraginta vno, & amplius, & sic erit Sol extra zodiacum: si tamen mansisset Sol horis 24. redijsset totus zodiacus de puncto ad punctum transcurrentibus signis duodecim, & sic rediret illud signum in quo Sol ante erat, scilicet, vt esset in cācro sicut prius.

Dato autem hoc cum Sol per horas 12. motus nō fuerit, & manserit extra zodiacum, totum tempus illud non esset de complexione precedentis temporis, quia Sol habet diuersam virtutem influendi, secundum quòd est in diuersis signis, & quia tunc non esset sub aliquo signo, non haberet aliquem modū influendi, sicut alias solebat habere. Et hoc dato, scilicet, ꝙ a principio cum inciperet stare Sol, staret super orizōtem in parte occidentali principium cancri, & fluxissent sex signa, vsque ad principium capricorni, & moueret Sol super orizontem cum principio capricorni, & inciperet tunc moueri, tā motu naturali, quàm

A raptus, non posset intrare sub signis zodiaci, vsque ad tres menses completos, & tunc intraret in ariete, qđ patet, quia quando Sol in circulo suo mouetur motu naturali, non potest magis eleuari declinando, quā vt accedat ad tropicum cancri, & tunc incipit conuerti versus equinoctialem redeundo, & in tribus mēsibus redit a capite cācri ad equinoctialem. sunt enim tria signa, quæ Sol in tribus mensibus perambulat, & tamen hoc dato Sol quādo stetit, fuisset in capite cancri, & dum ipse mansit, scilicet in duodecim horis peuenit ad æqualitatem eius principium capricorni cū rursus Sol incæperit moueri, & principium capricorni secundum motum raptus, mouebuntur ista duo equaliter præter id quod quotidie Sol retrocedit, & qa

B in tribus mensibus Sol retrocedit vnam quartam celi, motu proprio, perueniet ab altitudine illa in qua erat, ad equinoctialem in tribus mensibus, & tunc introibit in principium arietis, ante hoc non poterat introire sub zodiacum, quia cum Sol quando cœperit moueri, postquam steterit, retrogradiendo motu naturali, in vno mēse retrogradietur spatio signi vnius, scilicet tantum quantum est capricornus, tamen non potest introire in capricornum, quia Sol est ex parte aquilonari. capricornus vero ex parte meridiana in 2. mense pertransibit spatium alterius signi. s. tantū quātum continet aquarius, sed non intrabit in illud, quia est a parte declinationis meridianæ.

C Item in tertio mense pertransibit Sol retrogradiēdo spacium alterius signi, s. tantum quantum cōtinet signum piscium, sed non intrabit in illud, quia est meridianum, & Sol adhuc declinat a septentrione, & nōdum peruenit ad equatorem diei, qui est medius inter septētrionalia, & meridiana, & sic toto hoc tēpore non poterit introire Sol in aliquod signum. in principio autem quarti mēsis, iam incipiet intrare in arietem, & tanget æquinoctialem.

Statio Solis tempore Iosue fuit circa medietatem Iunij. Et quòd si Sole stante per 12. horas moueretur zodiacus tempore Iosue, sequeretur, quòd aliquis annus perfectus fuerit sex mensibus constans.
Quæst. XXVIII.

D IN his autem tribus mensibus non esset tempus de conditione estatis, autummi, aut hyemis, vel veris, quia Sol non mouebatur sub signis pertinentibus ad has temporum qualitates. nam zodiacus in quatuor quartas diuisus est, & iuxta hoc tēpora anni quatuor sortiuntur qualitates, sed in his tribus mensibus non fuit sub aliqua quarta zodiaci: ergo non fuit aliqua de conditionibus quatuor temporum anni. Sequentur autem ex hoc multa inconuenientia. Primum est, quòd aliquis annus perfectus fuerit sex mensibus constans. Quod patet. quia annus plenus est cum Sol motu naturali peruenit a puncto in punctū in Zodiaco. ergo cum Sol a capite cancri discurrens iterū redierit in caput cancri, annus perfectus est, sed

E in his sex mensibus hoc fieret, quia ex hipothesi data dies quo Sol stetit orante Iosue, erat in capite cancri, & dum staret Sol transierunt sex signa vsque ad principium capricorni. Et tunc cum Sol incipit moueri, moueretur tribus mensibus extra Zodiacum, & perueniet ad principium arietis in fine trium mensium, vt supra probatum est, & deinde moueretur per arietem, taurum, & geminos in caput cancri, & sic sex mēses transiret solum a tempore, quo Sol rediit a capite cancri in illud. iste autem esset annus integer: nunquam tamen hoc visum est, nec fieri potuit.

Item isto modo arguendo diceremus alterum incōueniens sequi, scilicet, quòd aliquis annus esset qui

solum

solum haberet ęstatem, & ver, vel vt magis proprie dicatur, solum haberet ver, & aliquid proportionale ęstati. nam postquam declinat Sol a tropico cancri quousque perueniat ad ęquinoctialem, est ęstas mensibus tribus. in hoc tamen anno non esset proprie ęstas, quia non mouebatur Sol sub illis signis in quibus est ęstas, scilicet sub cancro, leone, & virgine, cum sub nullis signis moueretur, vt probatum est: in tribus autem sequentibus mensibus esset ver proprie dictum, quia secũdum modum supra assignatum intraret Sol in arietem, taurum, & geminos in quibus est proprie ver. Alia tempora, scilicet autumnus, & hyems nõ essent anno illo, secundum datum modum, & alia inconuenientia huiusmodi sequerentur. Ista, quę ante hoc arguebantur sequi videntur: si Sol immediate, vt rediret ad aliquod signum zodiaci, tangens illud moueretur per illud, sed non stant. Sequuntur enim alia inconuenientia alterius modi. nam, quamquam Sol ex hipothesi data post tres menses contingeret ęquinoctialem descendens ab altitudine tropici cancri, tamen non moueretur sub zodiaco immediate, quamquam tangens ęquinoctialem transeat sub principio arietis, sed mouetur per deferentem circulum suum declinando ad meridiem, & non ascendendo ad septentrionem, & non poterit intrare in arietem, vel in aliquod alterum signum, quia repugnat sibi obliquitas circuli sui: immo sequitur, quòd in ęternum iam non posset Sol moueri sub zodiaco, vt patet considerauti habitudinẽ motus Solis in deferenti suo, & motus signorum zodiaci data hipothesi de motu zodiaci dum Sol stetit per 12. horas.

Atque etiã aliquis annus esset qui solum haberet æstatem, & ver.

Si Sole stante 12. horis moueretur zodiacus non posset in ęternum intrare Sol sub zodiaco. Et quę signa zodiaci maneãt super orizontem, & in quo signo moueatur Sol noctis tempore ad oculum potest cognosci.
Quæst. XXIX.

ET ex hoc arguitur magis demõstratiue, quòd non fuerit mutatum octauum cęlum cum zodiaco dum stetit Sol, quia scilicet si stante Sole per 12. horas moueretur zodiacus, & postea mouerentur ambo cum omnibus corporibus celestibus, non posset in ęternum intrare sub zodiacum, vt moueretur sub eo: sed nunc mouetur Sol sub signis zodiaci, vt satis apparet ex doctrina omniũ astronomorum. Et ad oculum patet quando per noctem in principio noctis cadente Sole sub orizonte consideramus signum, quod manet super orizõtem, in quod Sol intraturus est, quia ex figura cognoscitur, & videtur an sit meridianum, an septentrionale, & per declinationem Solis in sequẽtibus diebus ad septentrionem, vel austrum, cognoscitur manifeste, quòd motus suus est sub illo signo, quod erat super orizontem ad occasum, & hoc modo per totum zodiacum: ergo non mutatus fuit dum Sol manebat. Prima pars patet, quia si stante Sole per 12. horas moueretur zodiacus motu raptus, & quando Sol inciperet stare, fuisset in capite cancri: ex hipothesi: mouerentur sex signa integra dum Sol staret, & perueniret ad principium capricorni ad ęqualitatẽ Solis in occasu. in illo autem non posset stare Sol, quia ex hipothesi Sol erat in maxima declinatione sui deferentis ab ęquinoctiali, scilicet sub tropico cancri ad septentrionem, Caput vero capricorni est in maxima declinatione australi ad alterum tropicum, Item vsque ad tres menses moueretur Sol ęqualiter motu raptus cum zodiaco: ideo dũ declinabat per vnam quartã sui deferentis vsque ad punctum ęquinoctialis, transirent tria signa zodiaci, quę faciunt quartam illius .s. capricornus, aquarius,

F pisces. Et tũc deferens Solis, & zodiacus intersecarẽt ęquinoctialem in eodem puncto, & esset punctus deferentis Solis, quo intersecat ęquinoctialem sub puncto principij arietis, & finis pisciũ, vbi zodiacus intersecat ęquinoctialem. Cum autem Sol peruenisset ad locum illum, non intraret sub ariete, vt moueretur sub eo, sicut arguebatur supra ex intentione quorundam parum aduertentium ad habitudinem circulorum. Est enim impossibile, quia tunc Sol veniens per suum deferentẽ declinat ab altitudine cancri, ad maximam declinationem meridianam sui circuli, quę est sub tropico capricorni. nam Sol non mouetur per zodiacum, sed per deferentem circulum sui orbis: quòd autem sub zodiaco moueatur hoc est per accidẽs, inquantum deferens Solis est sub zodiaco. Si tamen isti
G circuli a seipsis disiũcti sint, vt pote, quòd vnus intersecet alium: erit impossibile, quòd moueatur Sol sub zodiaco. quamquam ergo perueniat Sol ad contactũ principij arietis, non intrabit, vt moueatur sub ariete, quia iste contactus est per intersectionem, sed magis declinabit Sol versus partem meridianã ad infimam partem sui deferentis: si tamen sub ariete moueri deberet, & consequenter sub alijs signis, necesse erat, vt cum Sol descendisset a maxima declinatione sui deferentis, scilicet a tropico cancri, & peruenisset ad æquinoctialem, ꝙ non descenderet ad aliam extremitatẽ deferẽtis in maxima declinatione meridiana, scilicet sub capite capricorni, sed conuerteretur rursus ad ascẽdendum ad declinationem septentrionalem. Hoc au-
H tem est impossibile, quia iam desereret Sol suum deferentem, & moueretur per suum circulum, & istud erat deterius omnibus, quia in cæteris natura videbatur turbata: in hoc autem erat destructa, quia non haberet Sol in orbe suo aliquem circulum per quẽ moueretur. Necesse ergo erat, ꝙ Sol cõtingens æquinoctialem, & caput arietis intersecando, nõ moueretur sub illo, sed declinaret ad extremitatem meridianam deferentis sui, & tunc dum transiret Sol ab æquinoctiali, vsque ad maximam declinationem suam meridianã sub tropico capricorni, quę est vna quarta eius, transiret alia quarta zodiaci, scilicet tria signa, aries, taurus, & gemini, & tunc haberet Sol declinationem maximam meridianam, & tamen non esset sub capricor-
I no, nec sub aliquo signo, sed haberet directe oppositũ caput cancri: distans a se plusq̃. 41. gradibus; sicut probatum fuerat supra de distantia Solis a parte opposita capricorni, & tunc inciperet Sol redire per deferentẽ suum versus ęquinoctialẽ per quantitatẽ vnius quartę circuli sui, & interim transibit alia quarta zodiaci. s. tria signa, cancer, leo, & virgo, & intersecabuntur iterum deferẽs Solis, & zodiacus ab ęquinoctiali in principio librę, & tñ non intrabit Sol in libram, quia Sol ascendit tunc de parte meridiana sui deferentis, ad maximã declinationem septentrionalem: signa tñ, quę simul currunt sunt australia. s. libra, scorpius, sagittarius, & hoc modo Sol perambulabit quolibet anno totum suum deferentem, & intersecabit bis zodiacũ, & ęqui-
K noctialem in libra, & ariete in principijs suis, & tamẽ nunq̃ intrabit in zodiacum, sed ẽt si in ęternum moueantur, nunq̃ cõueniẽt, vt Sol moueatur sub zodiaco quia qñ super eosdem axes, & polos sunt aliqui duo circuli, qui semper mouentur ęqualiter, impossibile est, ꝙ conueniant in ęternum, vt sit vnus totaliter sub altero, sed ad quamlibet perfectam perambulationẽ necesse est esse duas intersectiones, & ita de Sole, & zodiaco fieret, nisi quantum ad hoc corrigendũ motus octaui cęli in quo est zodiacus adiuuerit, sed hoc nihil est, quia in triginta sex millibus annorum consummatur, vnde est quasi non motus,

In q. 21.

Obiectio

Obiectio contra prædicta. Arguendo quòd non sunt motus zodiaci & circuli deferentis solem æquales. Eiusdem solutio. Præterea quæ inconuenientia sequerentur in eclipsibus solaribus ac lunaribus si sole stante mouerentur alij cæli, & quibus temporibus fierent eclipses. Quæst. XXX.

NEc valet si aliquis arguat, quòd non sunt motus zodiaci & circuli deferentis solẽ ęquales, quia quamquã quantum ad motum raptus aliquo modo possemus eos comparare in æqualitate, tamen in motu naturali nequaquam, quia in 36. millibus annorum octauum cęlum complet cursum suum motu naturali, sol autem complet anno vno.

Respondẽdum est, ꝙ si sol & cęlum octauum haberent motum raptus penitus æqualem, & motum naturalem, non sequerentur ista quæ dicta sunt, sed alia inconuenientia alterius modi. nam existente hipothesi, ꝙ dum stetit sol transierunt signa. 6. s. vsque ad principium capricorni, & ipse quando cępit stare erat in capite capricorni, semper esset sol in directo capitis capricorni in æternum, & non sub illo. quod patet, quia non poterat præcedere sol caput capricorni procedendo ab oriente versus occidẽtem, quia ex hipothesi æquales sunt motus raptus in illis. Non potest etiam magis retrocedere ab occidente versus orientem sol quàm caput capricorni, quia iste processus est secundum motum naturalem, & tamen ex hipotesi motus naturales istorũ sunt æquales. ergo impossibile erat, ꝙ sol præcederet, aut succederet ad caput capricorni, sed ambo simul mouerentur in æternum, quia tamen cõcedimus esse inæqualitatem motus tam secundum motum raptus, quàm secundum motum naturalem, retrocedet in vno anno sol per quantitatem omnium signorum zodiaci complendo suum deferentem: tamen non introibit sub zodiacum, & sic erit sibi motus, ita ꝙ nunquam conueniãt vt vnum sub alio sit: sed solum fient duæ intersectiones in quolibet anno, & sic non esset nunc sol sub zodiaco. falsum tamen est, vt probatum fuit, quia semper mouetur nũc sub zodiaco, vt apparet ad oculum per signa quæ manent sub orizonte, occũbente sole.

Item dato hoc sequeretur perturbatio in eclipsibus lunaribus, & solaribus. nam cum reperimus lunam in tempore perfectę oppositionis ad solem, ꝙ stet in capite, vel cauda draconis, iudicamus eclipsim futuram, & ad experientiam sic prædicimus ante quàm fiat, & postea opere comprobatur: quo nullum est fortius argumentum in tota natura rerum, & tamen dato quòd sole stante per horas. 12. vel quasi motus fuisset zodiacus, non fieret eclipsis lunæ stante luna in capite, vel cauda draconis, dato quòd esset perfecta oppositio. Causa huius est, quia eclipsis lunæ fit, quia ipsa necessario eclipsatur, nisi cũ a sole illuminatur, semper autem illuminatur, nisi cum subintrat ipsa terræ vmbram: nunquam autem subintrat illam, nisi cum peruenit ad omnimodam oppositionem, scilicet, quòd non magis declinet vnus eorum ad austrum quàm alius, vel ad Septentrionem, cum vero vnum est in declinatione australi, & aliud in aquilonari, vel ambo in eadem, tamen secundum magis & minus, nunquam luna potest subintrare vmbram terræ, quia vmbra terrę dirigitur ad illam partem, cui directe sol oppositus est, sed sol est semper sub ecliptica, ergo nunquam potest dirigere vmbrã terræ, nisi versus eclipticam, ergo luna nunq̃ erit opposita soli ad hoc, ꝙ subintret vmbram terræ, nisi cum fuerit in ecliptica: sed luna semper declinat ab ecliptica per duos ventres draconum, nisi cum peruenit ad caput & caudam quę sunt intersectiones

Luna nunquam eclipsatur, nisi cum est in capite vel cauda draconis, & hoc modo fit eclipsis lunæ.

A eclipticę: ergo nunquam luna eclipsatur nisi cum fuerit in capite vel cauda draconis. hæc autem omnia solum depẽdent ex hoc, quòd sol semper est sub ecliptica sub medio Zodiaci. si autem ibi non esset cum nos inquirimus eclipsim, & inuenimus lunam in capite vel cauda draconis iudicantes eclipsim, non accideret eclipsis: semper tamen sic accidit: necesse est igitur quòd sol sub ecliptica semper sit. si tamen concederemus quòd fuerit motus zodiacus non mutato sole per duodecim horas, sequeretur quòd non esset sol sub zodiaco, nec vnquam intraret sub illum, sed solum intersecaret bis in quolibet anno.

B

Secundum & tertium inconueniens. quòd sequeretur in luna quoad eclipsim. Quæst. XXXI.

EX hoc sequeretur quòd eclipses essent rarissimæ in luna, & forte quòd in mille annis nõ accideret vna eclipsis. nunc tamen frequenter accidunt. patet cõsequentia, quia eclipsis non fit nisi sol & luna sint in perfecta oppositione, ita quòd non habeat aliquis eorum maiorem declinationem ad aliquam partem mundi quàm alius, sed ea quæ sunt extra zodiacum & ea quæ in zodiaco, nõ habent declinationem æqualem siue perfectam oppositionem: ergo si sol fuerit extra zodiacum & luna in zodiaco, erit impossibilis eclipsis: sicut cum dicamus nunc semper solem & lunam esse sub zodiaco, & tamen nunquàm est eclipsis, nisi sit luna sub linea media zodiaci quæ vocatur ecliptica, a fortiori si
C vnus eorũ in zodiaco sit, alius vero extra zodiacum nunquam erit eclipsis. sed ex suppositione data, vt supra inductum est, sequebatur quòd semper esset sol extra zodiacum nisi in duabus intersectionibus quolibet anno. ergo impossibile esset quòd fieret eclipsis nisi cum sol est in illis intersectionibus: in eis autem non manet sol aliquanto tempore, cum nõ moueatur directe sub zodiaco aliqualiter his datis. ergo solum erit per quendam quasi indiuisibilem contactum, sed nunc existente sole sub ecliptica, & nunquam inde exeunte, non fiunt multoties lunares eclipses: quãto magis si solum sol esset in zodiaco quo-
D libet anno bis intersecando: esset enim satis accidentale & mirabile fieri vnquàm eclipsim.

Item sequeretur aliud. quod est manifeste falsum, scilicet quòd nũquàm posset fieri eclipsis lunaris nisi in æquinoctio in medio Martij & Septembris quod falsum est, quia alijs temporibus frequenter accidũt. Patet consequentia, quia nunquam sol & luna faciũt eclipsim nisi cum sunt in plena oppositione, sed impossibile est esse eorum perfectam oppositionem altero existente in zodiaco, & altero extra zodiacum: ergo nunquam tunc erit eclipsis. sed ex superioribus inductum est quòd sol semper esset extra zodiacum, nisi cum bis in anno intersecaret illum & æquino-
E ctialem, scilicet in capite arietis descendendo ad maximam declinationem australem sui deferentis, & in principio libræ in ascensu eius ad maximam declinationem septentrionalem. ergo in his duobus temporibus fieri poterit, sed primus contactus horum est in medio Martij fere, secundus est in medio Septembris ferę, igitur solum possibile esset esse eclipsim, sed falsum est. ergo non mouetur sol extra zodiacum, & consequenter non fuit mutatus zodiacus pęr duodecim horas stante sole contra Gabaon,

Probat, quòd eadem inconuenientia in Sole sequerentur. Quæst. XXXII.

ITEM de eclipsibus solaribus eadem inconueniẽtia sequerentur, nunquam enim fit eclipsis solaris, nisi in coniunctione Lunæ, cũ ipsa est coniuncta soli directe posita sub eo, vt nos ad oculum experimur in ipsis eclipsibus videntes quomodo Luna abscindit quandam partem solis, & pars quæ abscisa est lucere nequit, nec apparere, alia vero apparet. alioquin in qualibet lunatione in cõiũctione esset eclipsis solis, ergo nunquam cõtingit etiam solis eclipsis nisi stante Luna in capite, vel cauda draconis, & Sol in eadem, Sole autem existente extra Zodiacum, & Luna in Zodiaco, non potest esse directe opposita Luna sub Sole, ergo impossibile est solarẽ fieri eclipsim, nunquam tamen esset Sol sub Zodiaco, nisi bis in anno, non manendo, aut directe gradiendo, sed intersecando. ergo impossibile erit solarem fieri eclipsim, nisi cum coniunctio fieret in illis duabus intersectionibus. fieri autem ibi rarissima esset, cum Sol solum per vnicum contactum sit in qualibet harum intersectionum, ergo non essent solares eclipses frequentes, vt sunt.

Item non possent fieri, nisi in medio Martij, & Septembris in ęquinoctijs, quia nunquam alias Sol esset in Zodiaco, nisi tunc. Et coniunctio perfecta ad hoc, quòd esset Luna directe sub Sole, esse non poterat, nisi cum ambo essent in Zodiaco in eadem parte. sed hoc falsum est, quia alijs temporibus contingit fieri eclipsim Solarem, nec magis his temporibus quàm alijs fit.

Item sequeretur ex hoc aliquod maximum inconueniens, scilicet, quòd raro in fine lunationis in coniũctione pro noua lunatione obscuraretur Luna. siue absconderetur. Nunc tamen semper absconditur in qualibet lunatione, quod patet, quia causa occultationis Lunæ in qualibet lunatione est, quòd lumen magnum solis obscurat abscondendo sub radijs solis omnes Stellas propinquas. Cum autem Luna venit ad ęqualitatem Solis, quia ambo sunt sub Zodiaco, dato quòd non supponatur directe vnus alteri, tamen propter paruam latitudinem Zodiaci, & stationem Solis in medio, scilicet sub ecliptica ad quamcunq; partem Luna declinet in ipso Zodiaco, nõ potest multum distare a Sole. non enim erit declinatio sex graduum, & hoc quidem quantum ad latitudinem. In his vero radij Solis abscondunt sidera sibi coniuncta, & non solum quantum ad latitudinem, sed etiam quantum ad præcessionem, & subsecutionem. nam non potest Luna apparere immediate, vt Sol incœperit eam præcedere, sed aliquandiu manet sub radijs Solis occultata, & ob hoc non apparet in prima die, in qua celebratur coniunctio: cum tamẽ aliqualiter effugerit radios Solis, incipit apparere: non potest autem Sol abscondere sub radijs Stellas distantes gradibus quindecim. Ideo si aliqua Stella distet a Sole quindecim gradibus subsequendo Solem, & cadat Sol sub orizontem, incipiet apparere Stella illa, quia iam effugit radios Solis, ergo quando fuerit Luna a Sole in distãtia per quindecim gradus, vel vltra, non poterit eam abscondere sub radijs.

Sol nõ põt abscondere sub radijs suis Stellas distantes gradibus quindecim.

Hoc dato si Sol moueretur extra Zodiacum semper, præter quam in duabus coniũctionibus quolibet anno, sicut sequitur si stante Sole mutatus fuerit Zodiacus, vt supra patet, rarissime erit in noua lunatione obscuratio Lunæ sub radijs Solis. Fit enim vna lunatio cum Luna complet circulum suum. Si autem cõpleret in cancro, & conueniret ibi cum Sole in capite cancri, tunc staret Sol in extremitate maximę declina-

F tionis Meridianæ sub tropico capricorni, quamquam non esset sub capricorno, nec sub aliquo signo, vt supra probatum est. Et tunc distantia Solis a Luna existente in capite cancri secundum antecessionem, vel subsecutionem nulla foret. sed fm latitudinem distarent plusquam 40. gradibus. nam a tropico cancri ad tropicum capricorni est quasi declinatio graduum 48. ergo existente Sole sub tropico illo, & Luna in capite cancri, siue esset in ipso tropico, s. sub ecliptica, siue in extremitate exteriori, siue interiori, distantia esset plusquam graduum 40. sed ad tantam distantiam non posset Sol sub radijs abscondere Lunam, & sic in lunatione ibi inchoata non obscuraretur, vel absconderetur Luna. Idem fieret in lunationibus omnibus

G factis in cancro toto, & ecõuerso si esset Sol in maxima declinatione australi, in extremitate deferẽtis, sub tropico cancri, quamquam non sub cancro, nec sub aliquo alio signo, & Luna cõueniret ita vt essent simul: necesse erat, vt ipsa esset in capite capricorni, & tũc eodem modo non posset obscurari in noua lunatione, quia tanta est distantia hic eorum, sicut in casu præcedenti, cum solum fit permutatio. Ex hoc apparet, ꝙ in lunationibus nouis, nunquam abscondi posset Luna, si Sol esset in tanta distantia in quanta est cancer, vel gemini, aut leo, & capricornus, sagittarius, & aquarius: & fere de omnibus signis, nisi cum Sol declinãs a Meridie in Septentrionem, vel a Septẽtrione in austrum esset iuxta intersectiones, & Luna ibi, ita vt esset parua distantia eorum. in oĩbus vero alijs nunquam fieret

H absconsio Lunæ sub radijs Solis, quia distãtia magna erat, vt patet intuenti, & sic in toto anno nũquam obscuraret Luna sub radijs, nisi in duabus lunationibus, vel tribus, quę fierent in Martio, & Septembri circa ęquinoctia, quia tunc Sol & Luna appropinquarent ad intersectiones, & contingeret aliquis annus, in quo nunquam in noua lunatione Luna abscõderetur sub radijs, vt si contingeret noua lunatio aliqualiter distãs ab æquinoctio, sed hoc est falsissimum ad experientiam: ergo non mouetur Sol extra Zodiacum.

Item sequeretur, quòd Sol faceret maximum draconem in motu suo, magis quam alij planetæ: Luna enim & cęteri planetæ præter Solem faciunt draconem in motu suo, quia declinãt ad extremitatem Zo-

I diaci secundum latitudinem eius, & faciunt caput, & caudam draconis huius in locis, vbi intersecant eclipticam lineam, sub qua mouetur semper Sol. Si autẽ Sol moueretur hoc modo, vt probatum est, extra Zodiacum, & cum intersecaret Zodiacum bis quolibet anno, faceret ventrem draconis toto tẽpore quo moueretur extra. Cum vero intersecaret, faceret in vna intersectionum caput draconis, in alia vero caudam eius. Dracones autem reliquorum planetarum ad cõparationem huius draconis nulli essent, cum illi sint intra Zodiaci latitudinem, multa quoque alia inconuenientia ex hoc sequerentur.

Oẽs plane te habent dracones.

K *Omnia inconuenientia assignata sequuntur si stante Sole duodecim horis, vel quindecim, vel quotcunque mouerentur alij cæli, nisi forte staret 24. horis, vel quadraginta octo, quia tunc nullum inconueniens sequeretur, & quare. Quæst. XXXIII.*

SI tamen stante Sole cęteri cęli steterint, non sequitur aliquod horum inconuenientium. Ergo non moti sunt dum Sol stabat. & nõ solum sequuntur ista inconuenientia, dato quòd Sol steterit duodecim horis, & interim cæteri cœli moti fuerint, sed etiam si Sol steterit quinque, vel sex horis, vel decem, & quotcunque. dum tamen non steterit vigintiquatuor: nã si stetisset vigintiquatuor horis, & interim mouerentur alij cœli, fieret perfecta circu-

circulatio aliorum cęlorum superiorũ motu raptus, & rediret idem signum, quod steterat cum sole cum cœpit stare, ad illum cum cœpit moueri. Si autem fuerit maius tempus quàm.24. horarum: esset vltra vnam circulationem perfectam, & maneret inconueniens quodcunque ante inducebatur. Si autem fuerit minus tempus quàm.24. non erit vna perfecta circulatio. Ideo semper manebit inconueniens, vt si dicamus, ꝙ mansisset sol horis.20.& mouerentur cæteri cęli transiret zodiacus quasi totus. s. signa decem: quia in 24. horis est perfecta circulatio, & tunc si sol esset in principio cancri cum cępit stare, rediret principium tauri ad ęqualitatem solis, & non posset esse sol sub tauro, quia cum sol fuisset sub capite cancri qñ cępit stare, & ista sit maxima declinatio meridiana, non poterat redire caput tauri, vt esset ad ęqualitatem solis, & esset sol sub illo, cum non tantum declinet taurus, sicut cancer, & cum postea inciperet sol moueri, mouerentur simul motu raptus Sol & taurus, licet non esset sub tauro, & retrogradiendo descenderet per deferentem suum a declinatione maxima, quam habebat sub tropico cancri versus extremam partem deferentis meridianam, vt intersecaret æquinoctialem & zodiacum. non in principio arietis vt prius, quia finiebantur ibi duæ quartæ simul, scilicet vna quarta deferentis, & alia quarta zodiaci, & qa simul incipiebant, simul terminabãtur, scilicet simul incipiebat sol in maxima altitudine sua sub tropico cancri, in suo deferente, & caput capricorni. Ideo dũ transirent tria signa vsque ad arietem, transiret sol vnam quartam sui deferentis, & veniret intersectio in capite arietis: si tamen principium tauri esset cum sole, quando sol inciperet moueri retrogradiendo, & moueretur per vnam quartam sui deferentis, transiret alia quarta zodiaci, scilicet tria signa, taurus, gemini, & cancer, non tamen fieret intersectio in fine cancri, quia quarta deferentis terminatur in intersectione æquinoctialis, cum ibi sit medium latitudinis meridianæ & Septentrionalis: in fine tamen cancri non est contactus ęquinoctialis. Ideo ante hoc sol intersecaret zodiacum, scilicet in signo geminorum in principio, & compleret quartam suam cum mouerentur tria signa prædicta, & tunc ista intersectio deferentis solis, & zodiaci non fieret super lineam ęquinoctialem, & postea declinaret per aliam secundam quartam sui deferentis sol, vsque ad maximam declinationem meridianam, & interim transiret aliqua quarta zodiaci, scilicet leo, virgo, & libra, tunc sol rediret versus æquinoctialem declinando versus Septentrionem, & pertransiret quartam vnam, quæ est vsque ad ęquinoctialem, & interim transirent signa tria, scilicet scorpius, sagittarius, & capricornus. ante tamen quàm transiret istam quartam intersecaret zodiacũ, nõ in fine istorũ trium signorum, sed in sagittario, cum ista intersectio non posset fieri super ęquinoctialẽ vbi consummatur quarta, sed in medio, scilicet cum sol ascendens versus ęquinoctialem obuiaret principio sagittarij. Postea vero ab ęquinoctiali declinaret per vltimam quartam sui deferentis vsque ad tropicum cancri, & cum pertransibat illam quartam transiret vna quarta zodiaci, quæ ęrat vltima, scilicet aquarius, pisces, & aries, vsque ad principium tauri, & hoc modo in æternum moueretur sol, & nunquam sub zodiaco, sed solum intersecando bis in anno zodiacum in principio geminorum, & sagittarij. Ita de omnibus alijs modis, siue per duas, siue ꝑ tres horas, siue.15. aut quomodocũq; sol stetisset motis alijs cęlis sequerentur ista inconuenientia. sola aũt diuersitas est in intersectionibus, sed in alijs similis modus arguendi est. Hæc autem omnia nullo modo

A euitare possemus, si dicamus quòd sole stante moti sunt alij cęli, s. octauum cęlum, & alij superiores: ergo dicendum est, quòd sole stante cęteri quoque steterint.

An posset dici quòd stante sole alij cœli moti sunt: & postea fecit Deus stare alios cœlos & moueri solem, vt rediret status prior: & quæ inconuenientia sequantur. *Quæst.* XXXIIII.

NISI quis dicat quòd alij cęli moti sũt stante sole, & tamen postea fecit Deus stare alios cęlos, vt sol motu suo ęquaret ad mo-
B tum eorum consequendo eos in statu, in quo fuerat quãdo cępit stare. Sed hoc non dicitur conuenienter: quia tunc fierẽt duo miracula, s. quòd Deus faceret stare solem, & postea ipso moto faceret stare omnes alios cęlos, vt sol ęquaretur cum eis: frustra autem erat poni duo miracula cum vnum sufficiat, s. quòd sole stante cætera quoque corpora cęlestia steterunt. Deus tamen nihil vnquam frustra efficit. Item oportebat adhuc poni aliud miraculum, scilicet, quòd daretur quidam motor nouus cęlo solis. nam dum cęlum solis stetit, moti essent alij cęli motu raptus, & quantum ad habitudinem quam habebat sol cum alijs per motũ raptus debebat restaurari: quod non poterat per motum naturalem, quia isti duo motus multum differunt, cum sint penitus contrarij ad terminos contrarios: ergo necesse erat moueri motu raptus. Fit autem motus raptus in om-
C nibus corporibus cęlestibus per cõtactum primi mobilis trahentis cęlum sibi immediatum motu suo, & illud trahit alterum: & sic cõtinue vsque ad vltimũ, quod totum fit deriuata virtute primi mobilis in omnes illos per continuitatem & contactum. Si autem ponatur quòd omnes alij cęli stent, postea dum sol mouetur ad hoc, quòd reducatur ad statum quẽ habebat cum eis, non poterit moueri sol motu raptus ad motum primi mobilis, cum dicamus illud cum cęteris stare: & dato ꝙ moueatur cum cęli medij non moueantur, non poterit deriuari vis impetus illius in cęlum solis adhoc quòd moueatur: sed oportebit poni aliquem nouum motorem ipsi cęlo solis, quia ille angelus qui primo mouebat illud, solũ mouebat mo-
D tu naturali, nunc quoque eodem motu mouebit. nã motus naturalis semper est necessarius soli ad influẽtiam, quia non frustra illi datus est. Idem autem angelus non potest mouere motu naturali & motu raptus: quia isti motus sunt contrarij. Impossibile est autẽ ꝙ aliqđ agens simul principiet duos actus ꝯrios. Item dato ꝙ cessaret mouere angelus ille motu naturali, & mouere vellet motu ꝯrio, qui est motꝰ raptus, non posset: quia quilibet angelus mouens aliquod cęlum mouet illud ſm vltimum suæ virtutis, & non posset mouere maius cęlum: nec posset mouere illud quod mouet maiori velocitate, sed motus raptus velocior valde est motu naturali, cum per motum
E raptus cõpleat sol circulum in 24. horis. per motum autem naturalem nõ compleat ante fluxum anni: ergo angelus mouens cœlum solis motu naturali non posset mouere illud motu raptus, sed necesse erat dari alium nouum motorem.

Idẽ angelus nõ poterit mouere cęlũ motu naturali & motu raptus.

Quare sol non posset moueri motu raptus & naturali etiam datis pluribus motoribus, nisi mouerentur alij cœli superiores, & ipsum primum mobile. *Quæst.* XXXV.

ITEM adhuc quamquam darentur duo motores cęlo solis vel mille, non posset moueri motu raptus & naturali, nisi mouerentur alij cęli superiores,

 &

& ipsum primum mobile. nam vnum corpus solum impossibile est moueri duobus motibus contrarijs simul. sed cum sunt duo mota contrarijs motibus, & vnum alteri applicatur, potest vnum illorum moueri duobus motibus. sicut musca cum mouetur per rotam potest moueri duobus motibus, vel homo cum mouetur in naui. sed homo solus sine naui non potest duobus motibus mutari, nec nauis. Item musca si non sit in rota vnico motu mouebitur, in rota tamē duobus motibus agitatur. Vnde si non mouerentur alij cęli, & duo motores vellent mouere cęlum solis contrarijs motibus, aut essent ęquales in virtute, aut inęquales. si ęquales nullus eorum moueret. si autem inęquales, potentior eorum moueret ad duas partes tamen illud moueri erat impossibile. Ideo si cęteri cęli starent impossibile erat moueri cœlum solis motu raptus, quo dato non posset alijs ęquari qui per motū raptus illud excesserant, cum motus raptus, & naturalis sint ad contrarias partes. Si ergo Sole stante cæteri cœli moti fuerant, & debebat eis ęquari Sol, ita vt eis quiescentibus moueretur cęlum solis, necesse erat, vt cessaret motus naturalis eius ab Occidente in orietē. Sed alius Angelus fortior eo qui mouebat, illud motu naturali moueret ab Oriente in Occidentē, & hoc solum vsquequo ęquaretur alijs cęlis. Et tunc iste motus non erat motus naturalis, nec motus raptus. non naturalis, quia iste fit ab Occidente in Orientem, iste autem econtrario est. non est motus raptus, quia iste fit contra motum naturalem, sed non haberet tunc aliquem motum ex hypothesi, ergo non poterit dici motus raptus, sed erit quidam motus distinctus ab illis duobus, qui nunquam fuisset in cęlo illo, vel alio.

Regula Philosophica de motu.

Istæ autē sunt multæ varietates, & difficultates peruertendo ordinem naturæ, & inutiliter, quarum nulla sequeretur ponendo, ꝙ Sole stante cętera corpora cęlestia steterint: Ergo Sole stante contra Gabaon. Dicēdum est, ꝙ totus cęlestis ordo steterit, & Sole incipiēte moueri omnia corpora simul moueri cęperint, & non fuit necessaria, nec possibilis aliqua emendatio, cum non steterit aliqua peruersitas ordinis in eis. Et sic dicendum est tempore Ezechiæ factum esse cum Sol decem gradibus retrocessit, quia cum illo quoq; cętera corpora cęlestia retrogressa sunt, vt non turbaretur ordo, de quo latissime declarabitur sup 4. Reg. 20. c. vel super Isa. 38. c. qui autem ad pauca aduertunt, existimant Sole stante cętera corpora mota fuisse pręter lunam de qua exprimitur, ꝙ steterit, sed non stat. nam & nescirent assignare ad quid Luna steterit, si cętera corpora cęlestia mota sunt.

Conclusio auctoris.

Sole stante contra Gabaō totus cęlestis ordo stetit, similiter retrocedēte eodē retro cessit tēpore Ezechię

An si Sol magno tempore stetisset, sequeretur aliqua diuersitas in statu rerum elementalium. Et an tota variatio rerum sit ex motu solis. Et quomodo fit generatio, & corruptio ex accessu, & recessu solis. Quæst. XXXVI.

NVNC quoque quærēdum est, an ad stationem solis, & cęterorum corporum cœlestiū sequeretur aliqua diuersitas in rebus elementatis, & elementis a statu priori. Et respondendum est, quòd stante Sole, & alijs astris, necesse erat aliam complexionem esse temporis, & habitudinem rerum quam fuisset primo. nam secundum Aristotelem secūdo de generatione, & corruptione propter accessum solis, & recessum in circulo obliquo, idest in Zodiaco causantur omnes generationes, & corruptiones in terra, idest secūdum motum solis, & aliorum astrorum discurrendo per signa Zodiaci declinando ad latitudinem Meridianam, & Septentrionalē, causantur generationes, & corruptiones. nam fiunt generationes, & corruptiones in ele-

F mentis, & elementatis secundum contrarias qualitates, prout interdum inualescunt, interdum vero deficiunt.

Cum inualescunt producuntur res ad esse, & fit generatio atque conseruatio, cum vero deficiunt corrumpuntur. Istæ tamen qualitates elementorum, & elementatorum adiuuantur per motum solis, quia cū ad vnam partem orbis declinant dant in eo caliditatē & frigiditas perit, ideo tunc ea quæ per caliditatem consistunt generantur, vel permanent, quæ vero per frigiditatem corrumpuntur. Cum autem Sol declinat ad aliam partem mundi, illa, quā ante calefecerat, ex absentia eius frigescit, & corrumpuntur quæ genita erant, & alia quæ per frigiditatem existunt, gignun-

G tur, in ea autem parte mundi ad quam Sol tendit erat frigiditas, & genita erant quæ frigore consistunt. Adueniente autem Sole gignuntur, quæ caliditate permanent, & corrumpuntur quorum permanentia est in frigore.

Et hoc modo semper est generatio, & corruptio in elementis, & elementatis, & hoc per accessum, & recessum solis in circulo obliquo, idest in Zodiaco, scilicet, quia Sol habet latitudinem Meridianā, & Septentrionalem, & nunc declinat ad vnam partē mundi, postea vero ad aliam.

Si autem nō haberet Sol istum accessum, & recessum in Zodiaco, sed semper moueretur per eandem lineam, vtpote per ęquinoctialem, non posset fieri generatio, & corruptio, quia terra quæ semel esset frigi-

H da, in ęternum frigore premeretur, quæ vero calida perpetuis ardoribus ęstuaret, quia Sol nunquam magis accedebat ad aliquam terram, aut recedebat ab ea. Nunc vero, quia propter latitudinem Zodiaci, & obliquitatem sui deferentis, atque polorum axis sui varietatem, a polo mūdi, accedit, & recedit respectu cuiuslibet regionis, quæ non est valde ad extremum mundi, generatio causatur, & corruptio. Et sicut motus solis accedendo, & recedendo, causat diuersitatem qualitatum in rebus, per latitudinem suam Meridianam, & aquilonarem, ita causat secundum longitudinem motus, scilicet transeundo. nam cum per diē Sol transit super totum nostrum orizontem in Hemisphęrio isto calefacit omnia, quæ in eo sunt, & confortatur ca-

I liditas, vt agat contra frigiditatem. Cum vero cadit sub orizontem, & absentia eius frigiditas præualet ipsius terræ, & ipsa quę frigida sunt, agūt contra calida, & est sic continua actio, & reactio, generatio, & corruptio.

Si autem Sol semper staret super orizontem non motus causaret caliditatē, & frigiditas omnino deperiret, vnde non esset actio, & reactio, generatio, & corruptio, sed præualente caliditate omnino consisterēt ea quæ caliditate consistunt, frigida autem deperirēt, & nihil gigneretur, cum sit generatio, & corruptio p contrarietatem qualitatum. cum vero vnum extremum contrarietatis totaliter pręualet, non est actio, & reactio, sed consistit illud.

K

Stante Sole nō fuit facta aliqua notabilis variatio in rebus, quia fuit paruum tempus. si tamen fuisset aliquanto tempore, necesse erat omnia animalia mori, & quare. Quæst. XXXVII.

IDEO cum antequam Iosue loqueretur, moueretur semper Sol, & cætera cœlestia corpora, & post eius verba steterunt, necesse erat, vt mutaretur prior status rerum, nec esset tūc talis cōplexio tēporis, qualis prius fuerat, vel post futura erat. nō enim esset mutatio in actione qualitatum, sicut prius, sed quia durauit pauco tempore, scilicet 12. horis, aut parum

parum plus vel minus, non apparuit aliqua notabilis mutatio, quia qualitates quæ prius existebant, nõ potuerunt in 12. horis valde deperdi, aut vigorari. Si tamẽ durasset magno tempore, necesse erat omnia animalia vbique terrarum perire, & plantatiua: sola mixta imperfecta manerent. Cuius fundamentum est, quia omnia quæ sunt mixta perfecta potissime animata consistunt in 4. qualitatibus elementalibus habentibus quandam harmoniam: qua deperdita non manet res, sicut est in homine, qui requirit certum gradum caloris, & humiditatis. Si autem inducatur in eo maior siccitas morietur, sicut cum corrumpitur humidum radicale, vel ex maxima parte deperditur. Ita requirit certum gradum caliditatis, quia caliditas est instrumentũ animæ operantis: nam frigiditas non ponit pedem in aliqua operatione naturę in animali, nisi per accidens, vt ait Auicenna. Si autem deuenerit homo ad valde magnum frigus, ita vt deperdatur calidum naturale, deperibit homo, & ita est in quolibet animali: omnia enim in certa harum. 4. qualitatum harmonia consistunt: sed non est eadem harmonia omnium. Quædam quippe magis de calido quàm alia, quædam vero de humido magis, & sic in varijs modis vertuntur.

> Frigiditas non ponit pedem in aliqua operatione animalis secundum Auicennã.

De plantatiuis quoque est, idem modus, quia omnia illa requirunt certam humiditatẽ: illa autem destructa in totum, vel ex maxima parte per siccum, aut calidum, non poterit manere plantatiuum. sed stante sole per magnum tempus, & cęteris corporibus cęlestibus necesse erat destrui harmoniam omnium istorum. Quod patet, quia in terris illis ad quas non accederet sol secundum latitudinem. s. ad extremitatem meridianam & aquilonarem, necesse erat, vt ex conditione terræ insurgeret frigiditas, & cum illa nunquam reprimeretur per accessum solis, vel motum aliorum astrorum, necesse est, vt illa veniret vsque ad maximum gradum frigiditatis quam habere poterat elementum, & quia ista est excessiua, non possent manere ibi quę ante viuebãt, quoniam destruetur omne calidum, quod in eis erat, quia per nullum adiuuans conseruarentur.

In terra quoque illa sic est, quæ est circa polũ mundi arcticum. tanta enim ibi frigiditas est, vt nihil ibi gigni posset, nec genitum conseruari, quia non reperitur ibi gradus aliquis caliditatis, & hęc sequerentur in hemisphęrio illo, in quo sol existeret, ita vt videretur. quia quamquam semper videretur stans, tamen non posset calefacere, cum non moueretur versus aliquam terram accedendo & recedendo.

> In terra in[illegible] polum arcticum nulla est generatio etiam lapidum, de quo latius dixit in repetitione de optima Politia.

In terra autem illa quæ esset in alio hemisphęrio, cum non videretur sol, sicut cum nobis est nox manente sole in alio hemisphęrio sequeretur magnum frigus, & adhuc intolerabilius quàm in extremitatibus meridianis & aquilonaribus hemisphęrij illius, in quo est sol stans: quia quamquam sol non accedat ad extremitates illas, mittit tamen aliquos radios, qui saltem remissum calorem causaret, vel gradum saltem aliquem. Ad hemisphęrium autem illud cui non apparet sol, non emittuntur aliqui radij: ideo nullatenus potest ibi causari aliquis gradus caloris: vnde omnia quæ consistunt in proportione. 4. qualitatũ corrumpentur, cum non maneat aliqua harmonia, quia frigiditas perueniet vsq; ad summum gradum frigiditatis elementalis, & nõ manebit ibi calor quisquam, vel in gradu ita remissio, ꝙ non potest conseruari in illo vita alicuius animalis. necessario ergo omnia huiusmodi peribunt. Nec perirent ista subito, sed sicut ęgritudine animal successiue cõficitur, ita & incipientibus deficere qualitatibus ab harmonia, & excedente vna, paulisper corrumperetur animal, quia

A nõ subito ista qualitas ad talem gradum perducitur, in quo vita consistere nequeat. nec qualitas quæ in harmonia extiterat, non subito deficit ab harmonia.

Si Sol staret impossibile erat aliquid gigni aut corrumpi: & quomodo nunc fiunt generationes & corruptiones. Quæst. XXXVIII.

IN parte autem hemisphęrij quod illuminatur à Sole super quam sol directe est, magna erit caliditas propter continuam assistentiam solis, & directionem radiorum. Magna quoque fiet reflexio propter radios esse multum cadentes perpendiculares, & acutiem angulorũ reflexionis: & sic omnia magno calore soluentur, ita vt nihil humiditatis aut frigiditatis proportionem habeat: & quia non potest manere vita animalis nisi in harmonia, necessario omnia animalia morerentur. De vegetabilibus singulis idem modus est: quia cuncta suis consistunt harmonijs. Est autem terra quædam in qua calor solis manentis esset temperatus, vtpote in terra quæ aliqualiter distans est, & radij non sunt perpendiculares, nec multum ascendunt ad perpendicularem: sicut nunc sole moto per circulos suos quædam terræ sunt quę temperato calore vegetantur. Et in his adhuc dicendum est, quòd non possent manere animalia nec plantæ: quia omnia hæc consistunt in proportione debita qualitatum: & cum in illa terra sit caliditas solis, quamquã temperata sit, quia semper manens est, semper inualescet, & frigiditas nunquam adiuuabit: ideo necessario peribit: sed pereunte frigiditate quantacunque sit caliditas non manet temperata, cum destructum sit extremum vnum contrarietatis: ergo non manebunt ea quorum substantia consistit per harmoniam qualitatum. Item ista quæ sunt generabilia, & corruptibilia per gñationẽ, & corruptionẽ perpetuantur. Sed dato ꝙ sol staret sic: in hac terra solus calor maneret extirpata humiditate & frigiditate. ergo non fiet gñatio nec corruptio, cũ ista pręsupponant contrarietatem, & contrarietas nunquam est, quando deficit alterum extremum. Dato ergo quòd sol staret, necessario in quibusdam partibus mundi frigiditas vigoraretur, vbi non esset operatio solis, vel esset valde remissa, in quibus necessario periret omnis caliditas: & tunc impossibile erat generationem & corruptionem cõtinuari: quia ista solum sunt per contrarietatem. ablato autem vno extremo contrarietatis non manet contrarietas, & consequenter nec actio: cum simile nunquam agat in simile, sed in contrarium: vt patet 5. Physic. quamquam omnis actio terminatur in similitudinem. In terra autem in qua sol magnam habet operationem, erit caliditas valde intensa. Vel dato quòd sit temperata a principio, quia tamẽ est continua, excedet proportionem, & deficiet frigiditas: & eodem modo nõ erit generatio & corruptio, cum deficiat alterum extremum contrarietatis.

Prędicta autem procedunt supposito, quòd sol stans super hemisphęrium aliquod etiam si non moueatur, calefaciat radijs suis ea, quæ contingit: potissimum vbi sui radij dirigũtur aliqualiter ad perpendicularem. Sed istud satis dubium est, quia corpora cęlestia calefaciunt per calorẽ & motum: & quia stante sole deficit motus, fortassis neque calefaciet deficiẽte altero principio. Sic enim patet de eo, quod erit post diem iudicij innouato mundo: nam sol, & luna, & cętera astra stabunt: & tamen certum est quòd illud hemisphęriũ sup q̃d sol steterit, nõ calefiet, neq; oppositum infrigidabitur per actionem alicuius astri infrigidantis: quia tunc maneret actio alteratiua.

Sed hoc falsum, quia ista actio repugnat perpetuitati rerum, & tamen post iudicium innouato mundo res habebunt perpetuam consistentiam. ideo non erit ibi actio alteratiua, & consequenter Sol stãs super hemisphęrium non calefaciet, & ita radij soli non sufficiũt ad calefaciendum, nisi simul sit motus. Sed quidquid accideret, si Sol diutius staret tẽpore Iosue, siue calefaceret, siue non partem illam, super quam staret, certum est, quòd sequerẽtur omnia prædicta, idest, quòd non possent viuere diu animata, & fieret modo sequ. F

Ex quo sequit̃, quòd si Sol stare inciperet magno tempore, ea quæ nunc viuunt, paulisper deficerent, & penitus consumarentur. postea alia viuẽtia gigni, siue animalia, siue plantatiua erat impossibile, cum generatio sit per alterationem præcedẽtem in materia rei generabilis. alteratio autem sine extremitatibus contrarietatis non fit. Impossibile erat ergo aliquid gigni, aut amplius corrumpi. G

Ad generationem, & corruptionem, & conseruationem orbis fuerunt necessarij duo motus solis, & planetarum, scilicet naturalis, & raptus, & diuersitas polorum mundi & Zodiaci. Et ad quid proficit in rerum natura primum mobile. Quæst. XXXIX.

ET ob hoc summa Dei prouidentia disposuit diuersitatem circulorum in orbibus, & principaliter diuersitatem polorum, vt sub motu mundi possent stellæ habere latitudinem in motu, & declinare ad diuersas partes mundi. Ob hoc enim fuerunt necessarij duo motus contrarij in mundo, s. motus naturalis in planetis, & motus raptus causatus a primo mobili rapiente omnia inferiora. nam primum mobile ad nihil alterum in rerum natura ꝓficit, nisi ad motum raptus inferiorum cęlorum. Nã si non esset primum mobile, planetę solum mouerentur motu naturali ab Occidente in Orientem, & secũdum istum motum nõ posset stare rerum generatio, & corruptio, atque continuatio, quia sequerentur fere omnia inconuenientia quæ supra ponebantur. Nã tunc motus planetarum nõ haberet latitudinem declinationis ad Septentrionem, & Meridiem: sed in ęternum mouerentur per eandem lineam. & sic terra illa super quam mouerentur, nõ esset habitabilis, quia super eandem semper mouerentur, sicut nũc torrida zona nõ est habitabilis, quia Sol semper mouetur circa eam, vel super eam. Terra quoque quæ esset aliqualiter propinqua, non esset ad vitam animalium, quia in ea esset continuus calor, cum nunquam ab ea Sol magis recederet vno tempore quàm alio, quia mouetur semper per eandem lineam. nunc vero quamquã Sol accedat ad aliquam terram, quia tamen non stat semper in eadem habitudine, quòd in vno tempore recipit de superfluo calore, alio tempore recedẽte Sole deficit in calore, & augetur in frigore, & sic alterando non pereunt res. Necesse ergo fuit ad generationem, & corruptionem rerum, & conseruationem, & vitam, ꝙ planetę, & principaliter Sol haberent latitudinem in motu suo, scilicet declinando nunc ad meridiem, nunc ad Septẽtrionem, vt sic accedere possent ad diuersas terras calefaciendo: & postea succedente alio motu ad aliam partem mundi frigefierent. Non poterant tamen planetę habere motus latitudinem si solum haberent motum suum. Ideo datum est aliud cœlum per cuius motum raperentur, & haberent alium motum contrarium motui suo, & istud est primum mobile, quod rapit cœlos ab Oriente in Occidentem, cum ipsi moueantur ab Occidente in Orientem.

Auctor loquitur de torrida zona secundum antiquorum opinionẽ hodie tamen nauigatione Hispanica patet contrarium.

Trobat necessitatem polorum, vt non sint ijdem poli axium. Quæst. XL.

ET tamen adhuc non sufficiebat hoc ad latitudinem motus planetarum, & accessum, & recessum ad terras multas, quia licet moueret primum mobile omnes alios cęlos cõtra motum eorum, si tamen haberent eosdem polos axium cum primo mobili, impossibile esset, ꝙ haberent latitudinem accedendo, & recedendo versus, Austrum, & Aquilonem, quia per eandem lineam per quã mouetur Sol motu suo naturali, per eam reduceret eũ primum mobile motu raptus ex necessitate eorundẽ polorum. Fuit ergo necessaria polorũ diuersitas quantum ad primum mobile, & reliquos cœlos, & secundum quãtitatem distantię polorũ ab inuicem est latitudo motus declinando ad Septentrionem, & Meridiem. Si enim fuissent ijdem poli primi mobilis, & reliquorum cęlorum, necessarium esset, ꝙ mouerentur planetę sub ęquinoctiali, quia quilibet planeta est in medio cęli sui. sed in primo mobili æquinoctialis est medium cęli. ergo mouerentur sub ęquinoctiali semper, distant tamen poli eorum ab inuicem, ergo necesse est, vt sit latitudo motus planetarum ab æquinoctiali versus Aqlonẽ, & Meridiem. quãtum enim polus arcticus mundi distat a polis arcticis planetarum, tanta est declinatio, & latitudo motus ipsorum ab ęquinoctiali versus Septentrionem. Inde sequitur, ꝙ tanta sit declinatio circuli arctici a polo mundi, quanta declinatio capitis cancri ab ęquinoctiali. in parte Meridiana quanta est declinatio polorum planetarum a polo mundi, tanta est latitudo planetarum ab ęquinoctiali versus Meridiẽ: & ista est declinatio capitis capricorni. Si autem Deus voluisset facere maiorem latitudinem declinationis planetarũ ab ęquinoctiali fecisset quantumcunq; voluisset, & fuisset modus, ꝙ poneret axes planetarum multum distantes ab axe mundi in polis. vnde si fecisset distare quinquaginta gradibus, polos planetarum a polo mundi arctico, & totidem ab antarctico esset latitudo declinationis planetarum ab ęquinoctiali ad partem Meridianã graduum quinquaginta, & totidem ad Septentrionalem partem, & perueniret Sol in terra hac, vt esset super zenith nostrum in climate hoc, sicut est super zenith eorum, qui sunt sub capite cãcri, & esset zenith nr̃m tropicus cãcri, aut fere. Potuisset ẽt facere maiorẽ declinationem, vt si fecisset distantiam polorum planetarũ a polis mundi 60. graduum, scilicet polum arcticum, & totidem antarcticum, & tunc transcenderet Sol vltra nos versus polum. Potuit eodem modo facere minorem latitudinẽ declinationis motus, vt si fecisset declinare polos planetarũ a polis mundi 15. gradibus, tunc enim solum per 15. gradus declinarent planetę ab ęquinoctiali versus partem Meridianam, & tantũdem contra partem Septentrionalem. H I

Quis modus fore ad hoc, planetæ haberent maiorẽ latitudinem declinationis ab æquinoctiali.

Quid varietatis sequeretur in diebus, & noctibus, & qualitatibus rerum, si declinatio polorum mundi, & Zodiaci esset maior vtpote 50. grad. vel minor, vt 15. Quæst. XLI. K

NON decuit tamen fieri minorem latitudinem, vtpote. 15. graduum, quia tunc q̃q̃ in anno essent dies tot, quot nunc, quia tot circulationes faceret primũ mobile in Sole girando illum motu raptus, dum ipse compleret circulum suum motu naturali, quot nunc facit, cum tantum esset spacium pertransibile a Sole, & ęqualis semper sit vis impetus primi mobilis. tamen essent circuitus Solis spissiores, quia nunc facit Sol a capite cancri vsque ad caput capricorni circuitus centum octoginta tres, aut fere, & ista est medietas anni, & iterum a capi-

a capite capricorni vsque ad caput cancri totidem facit, & est alia medietas anni. Fiunt autem istæ. 183. circulationes in latitudine graduum. 48. aut fere: non enim deficit dimidius gradus. Si autem esset declinatio polorum mundi a polis planetarum graduum. 15. esset tanta solum declinatio, & latitudo planetarum ab equinoctiali versus septentrionem, & tantundem contra meridiem, & sic fierent. 183. circulationes in spacio & latitudine graduum. 30. necesse igitur erat, vt spissiores essent circulationes solis tunc quã nunc, cum fiunt in latitudine fere graduum 48. Si autem esset sola. 15. graduum declinatio planetarum ad septentrionẽ, & tñdem ad meridiẽ: necesse erat, vt sol magis exureret terram q̃ nunc, cum non esset tanta distantia inter circulationẽ, & circulationẽ, & omnes radij reflexionum causati ex his circulationibus essēt B magis similes in maioritate reflexionis, & acutie angulorum, q̃ nunc: cũ essent ꝯiunctiora loca circuituũ, a quibus radios mitteret reflectendos. ēt non esset tãta terra habitabilis, sicut nunc: quia nunc cum magis sol extendatur declinando ad meridiem, & austrum, potest accedere magis ad terras remotas versus polos, vt calefaciat illas. Si autem solum habeat declinationem. 15. graduum contra vtranque partem, non poterit ad multas partes terræ accedere ad calefaciendum. iõ propter frigus naturale earum pauciores erunt habitabiles. Item sequeretur, ꝙ ipsa terra quæ habitabilis esset, magis appropinquaret ad medium terræ quàm nunc, quia zona torrida nõ haberet tantam latitudinem, cum sol super eam motus causans illam, non habeat tantam euagationem C declinando.

Aliud incõueniẽs.

Si autẽ poneretur latitudo declinationis valde magna. s. graduum. 50. vel 60. ad septentrionem, & tantundem ad meridiem: terra habitabilis non esset maior quàm nunc: esset magis tamen contra polos. Quòd autem magis declinaret ad polos patet, quia dum fiat maior declinatio planetarum versus Septentrionem & meridiem, fit torrida zona latior: cum plus de terra sole moto perpendiculariter prematur, & sicut nunc vsque ad tropicum cancri non est terra habitabilis bonę habitationis, ita vsque ad extremitatem declinationis meridianæ & Septentrionalis, vbi tunc essent capita cancri & capricorni, non D esset terra bonæ habitationis. manerent ergo solum tunc habitabiles ab illis locis vsque ad polos mundi. Et quia ab equinoctiali vsque ad quemlibet polorũ sunt. 90. gradus si declinatio & latitudo motus planetarum ab æquinoctiali versus Septentrionem esset graduum. 50. manerent gradus. 40. & sic terra habitabilis bene inciperet sub tropico cancri, & primi habitatores ibi haberent eleuatum polum arcticum gradibus. 50. & deprimeretur æquinoctialis totidem. Reliqua autem terra versus equinoctialem esset torrida zona, aut quasi torrida, & magnitudo illius esset centum graduum. 50. ad Septẽtrionem, & totidem ad au E strum. Essent autem solum ad partem Septentrionalem vsque ad polum pro Zenith. 40. gradus terræ habitabilis, & inciperet terra habitabilis, vbi nunc est extremitas septimi climatis, aut quasi. s. in ciuitate Eufordia, cuius eleuatio poli est quinquaginta vnius. & in ciuitate Maguntia, cuius altitudo poli est graduũ. 50. & tamen iam ibi nunc terra est malę habitationis propter magnum frigus. nec manet aliqua terra ad habitandum, nisi terra montuosissima, qualis est ad partes versus polum arcticum: quæ dato ꝙ esset temperata, propter asperitatem tñ locorum habitationi inepta erat. potissime, quia iam terra illa mari premitur, ita vt locus ad habitandum non pateat. Ideo disposita sic terra, vt est, non potuit conuenienter fieri

Versus polum est terra montuosissima.

Alph. Tost. super Iosue,

A talis dispositio cęli in latitudine planetarum, quia tũc redderetur fere tota non habitabilis.

An terra habitabilis posset fieri maioris quantitatis si latitudo declinationis ab æquinoctiali esset maior. Et quòd duæ conditiones requiruntur ad hoc quòd aliqua terra sit habitabilis. Quæst. XLII.

Quòd autem non posset fieri habitabilis terra maioris quantitatis, dato quòd latitudo declinationis planetarum ab æquinoctiali esset maior, patet: quia quanto maior esset latitudo declinationis motus planetarũ, tãto torrida Zona magis extẽderetur: & sic qđ augebatur de quãtitate terræ habitabilis versus polũ arcticũ, diminueret versus ęquinoctialẽ. ideo qualitercũque se haberet latitudo declinationis planetarũ, non posset esse maior latitudo terræ habitabilis. Nam ad hoc quòd terra sit habitabilis, duo requiruntur quòd neque sit nimis frigida, nec nimis calida. propter frigiditatem desinunt esse habitabiles terræ quæ sunt versus polos recedendo ab æquinoctiali. propter caliditatẽ nimiã sunt inhabitabiles terræ quę sunt accedendo ad æquinoctialem. Causæ autem horum fundamentales sunt: quia versus æquinoctialem sunt anguli reflexionis radiorum nimis acuti, & reflexio fortis: versus polum sunt anguli reflexionis nimis obtusi, & reflexio valde paruæ efficaciæ ad causandum calorem. Ideo est dari aliquos angulos ita acutos reflexionis, qui faciant terram inhabitabilem ex calore. & est dare angulos ita obtusos reflexionis qui faciant terram inhabitabilem propter frigiditatem: medium autem harum reflexionum est habitabilis terra. Ideo siue esset maior latitudo declinationis planetarum siue minor, semper esset medium æquale inter angulos reflexionis multum acutæ & nimis obtusæ.

Sequeretur tamen alterum, quòd in latitudine valde magna declinationis planetarum anguli æqualis reflexionis non causarent tantum calorem sicut nunc causant. ideo non esset tantum de terra habitabile vt nunc. causa est, quia circulationes a quibus radij reflectendi emitterentur, magis inter se distarent cum fierent circulationes centum octuagintatres solis in latitudine centum graduum vel centum viginti ex hipothesi datæ latitudinis supra. Si autem esset minor latitudo declinationis planetarum ab æquinoctiali quàm nunc, radij reflexionis ita acuti vt nunc causarent maiorem calorem quàm nunc propter maiorem spissitudinem circulationum solis, a locis quarum emittuntur radij reflectendi: & maior spissitudo causat maiorem continuationem, & consequenter maiorem efficaciam in calefaciendo.

Aliud incõueniẽs.

Vnde data virtute solis ad calefaciendum vt nunc est, & cœlo & terra quantum ad situm suum sic dispositis vt nunc, quamquam sapientiæ Dei nihil detrahamus, videtur quod nihil magis de terra bonæ habitationis esse potuit quàm nunc est. Patet ex dictis: quia siue poneretur maior declinatio vel minor planetarum ab æquinoctiali, semper quantum adderetur versus polos, subtraheretur versus æquinoctialem ampliata torrida zona. non fuit tamen aliquis modus conuenientior quantitatis latitudinis declinationis planetarum ab æquinoctiali quàm iste qui positus est: & dato quòd sol maioris esset efficaciæ in calefaciendo, non esset tamen magis habens de habitabili, quàm nunc habet: quia quanto magis calefaceret, tanto zona torrida maior efficeretur: & sic semper maneret, quòd si ex efficacia

Nihil magis de terra bonæ habitationis esse potuit quàm nunc est: & per cõsequẽs mũdus est pfectissime creatus.

maiori solis in calefaciendo aliquid augebatur versus polos, diminuebatur versus equinoctialem. Apparet autem ex prędictis, quòd fuit necessaria latitudo declinationis planetici motus ad conseruandum genita, & continuandam generationem, & corruptionem, sine eis enim esse non posset. declinatio autem non poterat esse sine diuersitate polorum planetarum, & primi mobilis, duo ergo requirebantur ad generationē, & conseruationem rerum, scilicet diuersitas polorū, & cęlum motum cōtra motum planetarum, & astrorum. Istud autem cęlum, quod mouet alios rapiendo illos, vocatur primum mobile, & non est ad alterū in natura (vt incępimus dicere) nisi ad mouendum planetas contra motum ipsorum rapiendo eos. Nam motus primi mobilis si per se esset non proficeret ad aliquid, quia non habet aliquod astrum cuius virtute influat. virtus autem influendi non est in orbibus, sed in astris, vnde si essent cœli simpliciter se habentes sine astris, nihil nobis proficeret motus eorum. Nam si esset primum mobile per se proficiens ad aliquid sine raptu aliorum cęlorum, dato quòd habuisset motum sicut alij planetę, proficeret: tamen non videtur ad quid: patet ex alijs cęlis, quia cęlum solis totum orbem tegit, nihil tamen influit in aliquā partem orbis. Nam versus polos mundi, ita est cœlum, sicut ad medium terræ. nihil tamen ibi cęli efficiunt, quia neque fiunt generationes, nec corruptiones velut si nihil esset influens. Primum mobile in toto ambitu suo sine astris est, ergo non potest influere, sed solum proficit ad mouendum cęteros cęlos motu raptus, vt sic causetur declinatio, & latitudo in motu planetarum, & in hoc nimis proficit: nam omnes cęli planetici simul sumpti non proficerent ad quicquam, nisi haberent declinationem in motu accedēdo, & recedendo, erat tamen impossibile, nisi daretur corpus cęleste alterū rapiens illos contrario motu, & diuersitas polorum, vt declaratum est.

Duo requisita necessario ad generationē, & conseruationem rerum.

Primū mobile duntaxat fuit creatū ad mouendū alios cęlos motu raptus, & ad nihil aliud quia nullā hēt stellā.

Mundus fuit, & est perfectissime ac sapientissime ordinatus, & dispositus: vnde Sal. omnia in sapientia fecisti, & in numero. pondere &c. & infra quæstione 46.

Quæst. XLIII.

Hoc autē modo prouidit Deus rebus corporalibus elementatis a se creatis, vt manerent: nam dato alio modo non potuissent, & quia latitudo, & eccentricitas, siue diuersitas polorum saluat res, disposuit Deus, ꝙ secūdū, ꝙ res generabiles, & corruptibiles potissime quæ habent perfectam mixtionem, consistunt 4. qualitatibus habentibus harmoniam, ita in latitudine motus planetarum essent aliqua per quæ conseruarentur singulæ harum qualitatum ne perirēt. Et quia si semper corpora cęlestia adiuuarent vnam qualitatem, cęterę perirent quæ habent aliquam contrarietatem directā vel indirectam, oportuit, vt sic disponeretur, ꝙ qualitates in successione adiuuarentur. non enim decebat, vt etiam qualitates semper essent in ęqualitate: nam sic erat impossibilis actio, generatio, aut corruptio, q̄ causantur ex superabundantia vnius ad reliqua. Non ergo debuit etiam dari dispositio secundum quam omnes qualitates essent ęquales, aut in dispositione secūdum quam non possent agere in alterutrum, quia sic tolleretur status earum, sed dispositio secundum quā non essent ęquales, sed vna ageret in alterā diminuendo, & corrumpendo, non tamen penitus. Hoc autem esse non poterat, nisi vt vna qualitas vno tempore prę ualeret contra alias agendo. postea vero alia, vt confortarentur contraria vicissim, & sic vicissim agerent, & repaterentur, atque cōtinuaretur generatio, & corruF ptio in ęternum in eis. Et quia quatuor qualitates cōtrariæ sunt, datum est, vt sol secundum latitudinem motus sui habeat quatuor quartas, in quarū qualibet habet vim confortandi qualitatem vnam super alias, assignamus enim soli motum in suo deferēti sub Zodiaco, quē in quatuor quartas diuidimus. Prima quarta habet tria signa, scilicet Arietem, Taurū, Geminos. & in his Sol currens habet virtutem confortandi humiditatem. Secunda quarta est trium signorum, scilicet, Cancri, Leonis, & Virginis, & in hac Sol cōfortat caliditatem super cęteras. Tertia quarta est continens tria signa, scilicet Libram, Scorpium, Sagittarium, & in hac confortatur siccitas contra alias. Quarta vltima est aliorum trium signorum, scilicet, Capricornij, Aquarij, Piscium. & in hac frigiditas adiuuatur, & secū-
G dum has mutationes semper agunt, & repatiuntur istæ qualitates, tamen nunquam totaliter pereūt, quia cum aliqua qualitas incipit totaliter succumbere, vt pereat, redeunte Sole ad quartam illius qualitatis cōfortatur, & incipit agere contra cęteras, quæ quōdam inualuerant in ipsam.

De quatuor quartis Zodiaci q̄ signa cōtineant, & quō istę 4. dominanē quatuor qualitatibus corporū, & causant quatuor tēpora anni.

Ex quatuor autem quartis declinationis solis secūdum quas confortantur istę qualitates, nominantur quatuor tempora anni, in quæ tota ętas nostra voluitur, sicut Sol in solas illas quatuor quartas regiratur, & quodlibet istorum temporum vnam qualitatē sortitur. Nam primæ quartę correspondet ver, in qua confortatur humiditas, & omnia naturaliter humida conualescunt, quamquam autem hyems videatur hu
H midior propter pluuiam, tamen non est nisi secundū accidens, magis enim frigiditas ibi quam humiditas est. Nec est enim ibi proprie natura humiditatis, quia aer est humidior quam aqua, cum de natura humiditatis est, quòd se infundat, & penetret: humiditas tamen aquæ non penetrat, sicut humiditas aeris, vt patet ad experientiam in corporibus nostris, quia nobis non sentientibus ex contactu aeris capita nostra humiditatibus replentur, & corpora.

Prima quarta Zodiaci.

Ver est humidior hieme, licet videat̄ cōtrariū, & aer aqua.

Secundę quartæ latitudinis motus Solis correspondet ęstas, & in hac confortatur calor ad magnā quantitatem valde, ita vt omnia nimijs ardoribus exurant. Tertiæ quartæ correspondet autumnus in quo cōfortatur siccitas, & huius signum est, quia tūc fructus
I grosse substantię qui in toto ęstatis feruore stiptici, & duri fuerant, maturantur, folia quoq; arborum humiditatem glutinosam perdunt pręualente siccitate. & cum manerent alligata arboribus, glutinosa humiditate illa consumpta decidūnt. prius autem viriditatem amittūt mutato in albidum colore, quod quidem ex siccitate est consumente humiditatem, per quam viredo consistebat, q̄ in nimio ęstatis feruore illesa constiterat, quia directius siccitas viredini repugnat quā caliditas. immo caliditas nihil repugnat, nisi ex adiuncta siccitate: si tamen caliditas aliqua sine siccitate sit, sicut est caliditas aerea, illa non repugnat viridi, & humido. Vltimæ quartæ respōdet hyems, in qua frigida
K confortantur. Ideo tunc omnia mortificātur, quia frigiditas qualitas mortificatiua est: caliditas autē viuificat, & vegetat, & sicut Sol in qualibet quarta hēt tria signa, ita quodlibet quatuor tpum tres menses habet.

Frigiditas est inimica naturæ.

Quatuor qualitates faciunt contrarietates solidas, & simplices. & quòd in quatuor quartis cœli non coniunguntur habentia contrarietatem solidam, sed simplicem, & quare. Item quid sit contrarietas solida, & simplex, de quo infra quæst. 48.

Quæst. XLIIII.

Consideranndum autem, ꝙ quamquā qualitates quatuor faciant duas contrarietates solidas, scilicet frigiditas, & caliditas, humiditas, & siccitas: ta-

tas:tamen quartæ latitudinis motus non ſunt coniun
gentes extrema cõtrarietatis: ſed per media tranſeũt.
Prima quarta de humido eſt cui ſiccum opponitur.
tamen non ſequitur poſt quartam de humido quar-
ta de ſicco.ſ.poſt ver autumnus.ſed poſt humidum ſe
quitur calidum:& eſt quarta ſecunda ęſtas quę calidũ
confortat.poſt ſecundam quartam, quæ eſt de calido
non ſequitur quarta de frigido, quod eſt extremum
ꝯrietatis: ſed quarta de ſicco. Et poſt hanc non ſequi-
tur quarta de humido,quæ eſt oppoſita,ſed de frigido
quę eſt hiems: & non ſequitur poſt autumnum ver
ſed hyems.poſt hanc vero quartam vltimam, quę eſt
de frigido, non ſequitur quarta de ſicco, quod repu-
gnat,ſed de humido,ſcilicet poſt hyemem ver,& non
ęſtas.ſed ligantur extrema ſolidæ contrarietatis per iũ
cturas mediarum qualitatum.ſ.calidum, & frigidum
ligantur per humidum:ideo inter hyemem,& ęſtatē,
quæ ſunt extremitates calidi,& frigidi,ponitur ver, ꝙ
eſt humidum.Siccum autem, & humidum ſunt duo
extrema,ideo ligantur per medium,quia per calidum:
ob hoc ver,& autumnus non ſunt ſimul, ſed interci-
dit medium quod eſt ęſtas. Fit quoq; adhuc quædam
ligatio in ipſis temporibus ſecundum quædam me-
dia ſimilitudinis:vt ver, & æſtas quamquam non ha-
beant contrarietatem ſolidam, cum ver ſit principali-
ter humidum,& æſtas principaliter calida, & habens
ſiccitatem admixtam, ligantur tamen qualitate qua-
dam,quæ utrunque communicat.ſ. caliditate. deinde
æſtas, & autumnus ligantur media qualitate, quia æ-
ſtas eſt calida,& ſicca,autumnus ſiccus, & frigidus:ſi
tantam vero haberent repugnantiam ſicut duo extre-
ma contrarietatis,non ligarẽtur:& eſt ſiccitas mediũ
quia æſtas eſt calida,& ſicca,autumnus quoque ſiccus
eſt.hyems autem,& ver coniunguntur: haberent ta-
men aliquam repugnantiam, quia ver eſt aliqualiter
calidum.ideo ligantur media qualitate. ſ. humiditate:
hyems quippe humida eſt, & ver identidem.hoc mo-
do ea,quæ contraria ſunt a tota contrarietate nunquã
deſinunt,nec tamen penitus ſe corrumpunt.

*Ponit cauſas prædictorum ſcilicet ordinationis quatuor qualita-
tum, & ſequentium : & ipſorum temporum ſe inuicem
conſequentium, & quod contraria non ponantur ſimul.
Et quæ tempora habeant inter ſe contrarietatem ſolidam, &
quæ ſimplicem: & quod tempora habentia contrarietatem ſo
lidam non poſſunt coniungi, ſed medium habent ſimplicem
contrarietatem. Quæſt. XLV.*

CAvsa huius ordinationis, & ꝙ cõtraria nõ
ponãtur ſimul eſt propter cognationem na-
turæ:quia contraria extremitates dicunt, &
nullam cognationem habent. De extremo
autem ad extremum nunquam eſt motus niſi ponatᷓ
medium,quia alias non eſſet continuitas in motu:nul
lus tamen motus eſt niſi continuus: neceſſe eſt igitur
ad faciendum proceſſum aliquem in natura, ꝙ inter
duo extrema contrarietatis ponatur medium, per ꝙ
tranſeatur ab vno in alterum.

Alią cauſa eſt,quia poſitis contrariis ſimul nõ poſ-
ſent conſeruari genita,vt ſi a maxima frigiditate tran-
ſeatur ad maximam caliditatem, & a maxima ſiccita-
te in maximam humiditatem:ut ſi eſſet apud hyemē
immediate æſtas,cum hyems frigida,& humida ſit,ę-
ſtas vero calida,& ſicca,haberent duas ſolidas ꝯtrarie-
tates.Ideo ea, quę in hyeme conſeruantur,aduenięte
mox ſuo contrario in ſummo corrumperentur.ita ſi
de humido ad ſiccum tranſiretur, vt de vere ad autũ-
num.Eſt enim ver calidum, & humidum, autumnus
autem frigidus,& ſiccus:exiſtentibus ergo duabus ſo-
lidis contrarietatibus non ligatis medio neceſſario,
quæ in vno tempore conſeruarentur, aduenientibus

A immediate contrarijs penitus ſoluerentur. Nunc ve-
ro omnia iſta ligata ſunt, quia tempora quæ habent
duas ſolidas contrarietates, alijs temporibus interme
dijs copulantur, vt ſic duabus ſolidis contrarietatibus
correſpondeant duæ qualitates mediæ ligantes,ſ.ver,
& autumnus habent duas ſolidas contrarietates.Ideo
intercidit media æſtas habens duas qualitates quibus
copulentur, ſcilicet per calidum copulantur humidũ
veris,& ſiccum autumni, per ſiccum ęſtatis colligan-
tur frigidum autumni, & calidum veris, quia ſiccum
in ſe calidum recipit,& frigidum. Sic hyems, & æſtas
duas ſolidas habent contrarietates, ſcilicet ęſtas cali-
da,& ſicca,hyems frigida,& humida. Ideo intercidit
tempus medium, ſcilicet ver quod habet duas quali-
B tates,quibus colligantur duæ cõtrarietates ſolidæ ho-
rum.Eſt enim ver calidum, & humidum, per calidũ
veris ſiccum æſtatis,& humidum hyemis copulãtur,
quia calidum vtriuſq; ſuſceptiuum eſt. Interdum qp-
pe ſuſcipit humida,aliquando vero ſicca. Per humi-
dum veris ligantur frigidum hyemis, & calidũ æſtatis
quia humidum quodlibet eorum ſuſcipit. Tempora
autem alia, quæ conſequuntur ſe, non habent totalē
contrarietatem, cum non repugnent omnes eorum
qualitates:ideo quamquam non dicatur de eis ſimpli
citer,ꝙ habent ſolidã contrarietatem, dicetur tamen
ꝙ habent vnam ſolidam contrarietatem.Ver & ęſtas
ſe conſequuntur:in his autem eſt vna contrarietas ſo
lida.ſ.ver eſt humidum,& calidum:æſtas calida, & ſic
ca:humidum tamen veris,& ſiccum ęſtatis habent ſo
C lidam contrarietatem,tamen temperantur ſiue colli-
gantur media qualitate.ſ.ꝙ eſt ver calidum,& ęſtas ca
lida.Nec habent iſta duo tempora niſi tres qualitates
.ſ.calidum,humidũ,& ſiccum: & vna earum eſt me-
dia,quia copulat ambo.ſ.humidum, & ſiccum. Inter
ęſtatem,& autumnum non eſt ſolida cõtrarietas, qa
æſtas calida,& ſicca eſt,autumnus vero ſiccus,& frigi
dus.hic ſolum ſunt tres qualitates diſſimiles.ſ. calidũ,
ſiccum,& frigidum,& ligantur duo extrema vnica ſo
la qualitate.ſ.ſicco. Autumnus, & hyems non habent
ſolidam contrarietatem,quia cum autumnus ſit frigi
dus,& ſiccus,hyems vero humida,& frigida,tres qua-
litates diſſimiles ſunt.ſ.frigidum,humidum, ſiccum,
D & copulantur duæ contrariæ vnica media. ſ. frigidita-
te,quę in vtroque eſt.Hyems autem,& ver non habēt
ſolidam contrarietatem, eſt quippe hyems frigida, &
humida,ver autem calidum,& humidum. Sunt in eis
ſolum tres qualitates.ſ.frigidum,humidum,& calidũ
& colligantur duæ contrariæ qualitates vnico medio.
ſcilicet humido.Et ſecundum hunc modum eſt con-
tinuus proceſſus naturę ab extremis per media, ita vt
ſemper ſimilitudo, & contrarietas ſit, ſ. cum tranſi-
tur a vere in ęſtatem, tranſitur a calido in magis cali-
dum,& in hoc ſeruatur ſimilitudo: trãſitur etiam ab
humido in ſiccum, & quantum ad hoc contrarietas
eſt cum ſimilitudine: & propter ſimilitudinē eſt tran
E ſitus continuitas,& conſeruatio: propter contrarieta-
tem eſt generatio,& corruptio:cum tranſitur ab ęſta
te in autumnum, venitur a ſicco in ſiccum,& quantũ
ad hoc eſt ſimilitudo: tranſitur etiam ſimul a calido ĩ
frigidum,& quantum ad hoc eſt de contrario in con-
trarium,& eſt ad generationem, & corruptionem.
Cum vero peruenitur ab autumno ĩ hyemem, tranſi
tur a frigido in frigidum,& eſt ſimilitudo atque con-
tinuitas motus:tranſitur etiam ſimul a ſicco in humi
dum, & eſt contrarietas. Ab hyeme autem cum ſit
tranſitus in ver, venitur ab humido in humidum, &
ſic eſt ſimilitudo,& cõtinuitas motus. Venitur etiam
a frigido in calidum, & in hoc venitur a contrario in
contrarium:& ſic eſt ſemper contrarietas, & ſimilitu
do,ut ſecundum vnam res habeant cognationem, &
maneant

maneant, secundum aliam vero. s. contrarietatem agant,& patiantur,generentur,& corrumpantur:& sic manebit naturæ machina incorrupta,

Vniuersum ita bene ordinatum est,quod melius ordinari nequit infra,q.53.De contrarietate simplici, & solida in elementis & quomodo ligantur,& quæ elementa possunt coniuncta esse & quæ requirunt necessario medium,& de varia habitudine eorum. Et quod nullum elementum nec tempus habet simplicem qualitatem,sed quodlibet habet duas. Quæst. XLVI.

HOc autem modo res optime ordinatæ sunt ita vt in æternum manere possent in tali artificio consistentes. vnde quamquam infinitæ sapientiæ Dei nihil detrahamus, cui mensuram apponere non possumus, nec debemus, quæ in quantacunque perfectione dignata est res producere,tamen aliqualiter videtur recte dictum,ꝙ antiqui philosophorum magis naturales,quam catholici locuti sunt.s.ꝙ vniuersū ita bene ordinatū est,ꝙ melius ordinari nequit, & in his consentit Arist. in fine. 12.Meta.s.entia nolunt male disponi. i.in entibus vniuersi nulla inordinatio est, sed maxime conueniens dispositio.

G

Ob hoc autem sequiur,& alterum, ꝙ tam in temporibus, quam in elementis est. s. ꝙ nullum tempus habet simplicem qualitatē nec elemētum,sed quodlibet habet duas.Sunt enim quatuor tempora, & quatuor elementa:qualitates quoque,quæ sunt totius naturæ instrumenta,& machinæ tam in agendo, quam in consistendo,4.sunt.Si autem essent simplices in elementis,vel temporibus,ignis esset solum calidus, aer solum humidus,aqua solum frigida, terra solum sicca.Sic quoque de temporibus ver esset humidum solum:æstas vero solum calida:autumnus solum siccus hyems solum frigida. & tunc haberent ista per quid contrariarentur:& non per quid similarentur nec cōtinuarentur.Sicut enim frigidum,& calidum contraria sunt, & non est trāsitus ab vno in alterum propter esse contraria sine medio:ita calidum, & siccum sunt dissimilia,& non est transitus ab vno in alterum propter esse disparata, & non habere aliquid commune: & propter hoc dicitur, ꝙ partes continuorum terminantur ad aliquem terminum communem, in distinctis vero nequaquam possibile est: motus autem de continuis est. ergo semper requirit aliquid commune.Sed sicut frigidum, & calidum nihil habent commune: ita calidum,& siccum non habent quicquam commune,si nihil aliud accipiatur. ergo sicut nō posset esse transitus secundum naturam de hyeme in æstatem,si hyems esset solum frigida, & æstas solum calida,ita non posset esse transitus ab ęstate in autumnū quia æstas esset solum calida, & autumnus solum siccus:quibus solis existentibus nihil commune est. Et sicut ab humido in siccum non est transitus,sine medio,quia contraria sunt: ita ab humido in calidum nō potest esse transitus,quia dissimilia sunt,& non habēt secundum se aliquid commune. ergo sicut a vere in autumnum non est transitus, si ver solum humidum esset, & autumnus solum siccus.ita a uere in æstatem non esset transitus, quia in æstate est sola caliditas,ver autem solum humidum: & hęc nullum habent medium similitudinis.Ad hoc ergo,ꝙ esset motus secūdum naturam in operatione secundum cōditionem temporis,necesse fuit vt in temporalibus qualitatibus esset continuitas, ut posset esse transitus. continuitas autem non est nisi in similibus, aut potius in his, quæ sunt totaliter idem. non potuit autem dari continuitas, nisi daretur cuilibet tempori duplex qualitas, qa ver est calidum, & humidum: quantum ad calidum

F continuatē æstati. transibitur autem ab ipso in æstatē: quantum ad humidum continuatur hyemi, ut transeatur ab hyeme in ipsum.Aestas est calida, & sicca,vt continuetur duobus: quantum ad calidum transeatur a vere in ipsam, & quantum ad siccum transeatur ab ipsa in autumnum.Autumnus autem habet duas qualitates.s.siccum, & frigidum, ut quantum ad siccum continuetur transitus ab æstate in ipsum:quantum ad frigidum continuetur transitus ab ipso in hyemem. Habet quoque hyems duas qualitates. s. frigidum, & humidum,vt quantum ad frigidum continuetur trāsitus ab autumno in hyemem: quantum ad humidum continuetur transitus ab ipsa in Ver. Iste autem est cōueniens ordo,ita ut semper sit similitudo, & cōtinuitas,& tamen nunquam omittatur contrarietas: vt ex altero sit principium actionum, & ex altero sit continuitas in eis.

Secunda causa,quare sic ordinantur tempora secundum quartas Zodiaci. Quæst. XLVII.

ALIA causa quare sic ordinantur tempora secundum quartas cęli est propter similitudinem elementorum, quæ sunt primordia omnium corruptibilium,& generabilium scilicet ut secundum varietatem istorum quatuor tēporum confortentur, & vegetentur ad manendum quatuor elementa.Sed in elementis est talis ordo: ergo in temporibus conformiter.patet in elementis,qa quædam habent solidam contrarietatem,& quædam simplicem:quæ vero habent solidam contrarietatem ligantur vno medio elemento, quæ autem simplicē, ligantur vnica qualitate media nullo intermedio elemento.Terra,& aer solidam habent contrarietatem, quia sunt duæ contrarietates in eis.s. terra est frigida, & sicca:aer uero calidus,& humidus.Ideo intercidūt duę mediæ qualitates,& unum elementum.s. aqua in qua sunt duæ qualitates.nam caliditas aeris, & frigiditas terræ ligantur per mediam humiditatem aquæ,nā humidum cuilibet horum copulatur. Humiditas autem aeris,& siccitas terræ ligantur per medium vnū. s.per frigiditatem aquæ:nam cuilibet horum conuenit: est enim humidum interdum frigidum, interdū siccum est frigidum.Sic quoque aqua,& ignis solidā habent contrarietatem:quia aqua est frigida, & humida:ignis est calidus,& siccus: ligantur vno elemento medio, quod duas habet qualitates. s. vt per quamlibet earum colligetur vna contrarietas: nam calidum ignis,& frigidum aque colligantur per humidum aeris,quia humido calidum conuenit,& frigidum. Rursus siccitas ignis, & humiditas aquæ copulantur per medium,ꝙ est caliditas aeris, quia calido cōuenit humidum & siccum.Terra autem, & aqua non habent solidam contrarietatem, quia habent qualitatem aliquam similem, sunt enim in eis tres qualitates. s. humiditas,frigiditas, & siccitas, cum aqua sit frigida, & humida,terra sit frigida,& sicca.sunt in eis duæ qualitates contrariæ.s.humidum,& siccum,& colligantur vno medio solum.s.quia frigido,quia vtrumq; est frigidum elementum.

H

I

K

Item aqua,& aer non habent solidam contrarietatem,quia aqua est frigida,& humida,& aer est calidus & humidus,habent autem tres qualitates.s.caliditatē, frigiditatem,& humiditatem, & sunt duæ contrariæ s.calidum, & frigidum quæ colligantur vno medio.s. humido.Aer,& ignis non habent solidam contrarietatem,quia aer est calidus, & humidus,ignis est calidus & siccus.sunt ī eis tres qualitates.s.calidū,siccum,humidum, & colliguntur duę contrariæ qualitates vno medio,s.humidum,& siccum copulantur per calidū.

Regula

Regula Platonica vbicunq; est solida contrarietas colligatio est per duo media: vbicunque est simplex colligatio est per vnum. Idque patefit inductiue in qualitatibus elementorum inter se colligatorum. Quæst. XLVIII.

ET in hoc est regula platonica de habitudine ꝯtrariorum, ꝙ vbicunque est solida contrarietas, oportet esse colligationem per duo media: vbi autem est cõtrarietas simplex, vel plana, solum est colligatio per medium, vt aqua, & ignis habent solidam contrarietatem, ideo duobus mediis copulantur. Dicitur solida contrarietas in aliquibus quando totaliter sunt contraria, ita ꝙ non sit aliqua qualitas in vno, quę non sit contraria qualitati, quę est in altero: & sic est in igne ad aquam, quia quodlibet duas contrarias qualitates habet eis, quæ sunt in altero: ideo ponuntur duo media ligamenta pro quibus constituitur vnum medium elementum. s. aer. Nam caliditas ignis, & frigiditas aquæ sunt totaliter contraria: ideo indigent medio vno, quia est vna contrarietas: colligantur autem per humiditatem cui conuenit vtrumque. s. calidum, & frigidum, quia res humidæ interdum frigidæ interdum calidæ sunt. Manet autem alia contrarietas in eis. s. in siccitate ignis ad humiditatem aquæ: ideo indigeret media qualitate copulante, quia nunquam contraria copulantur sine medio. Ista autem non est, quæ ponebatur medium frigidi, & calidi. s. humiditas: quia quamquam ipsa sit medium horum, tamen non est medium sicci, & humidi: sed magis est alterum extremum. ergo dabitur necessario alia qualitas media. s. caliditas: huic enim conuenit siccum, & humidum: quia calida interdum sicca, interdum humida sunt, & sic necessario erunt duę qualitates mediæ inter ea, quæ solidam habent contrarietatẽ: & ex hoc necesse est ꝙ inter aquam, & ignem sit vnũ medium elementum. s. aer, quia sunt duæ qualitates medię: sed duæ sufficiunt ad vnum elementum: ergo erit elementum medium.

Obiectio contra prædicta, & solutio.

Et si dicat aliquis ꝙ poterit poni alia qualitas media quam istę quę positę sunt. s. vt ponatur inter calidum & frigidum ignis, & aquę medium humidum, quod vtrumque recipit: & inter siccum, & humidum ignis & aquę ponatur medium frigidum, quia frigidum recipit vtrunque. s. interdum frigida sunt sicca, & interdum humida.

Dicendum est ꝙ non potest hic poni medium frigidum sed calidum, quia cum ponantur hic duæ qualitates medię, & vna sit humiditas, si ponat̃ aliud medium frigiditas, id quod fuerit medium inter ignem, & aquam erit humidum, & frigidum, & hoc nõ erit medium sed extremum: quia ignis est calidus, & sicc⁹ ꝙ vero est humidum est frigidum, & solidam contrarietatem habet cum igne, & non est medium.

Item quia id quod est frigidum, & humidum elementum est aqua, cum istæ sint qualitates aquæ. ergo quod est medium inter ignem, & aquam, non est frigidum, & humidum: quia tunc aqua esset medium ĩter ignem, & aquam: sed solum medium est calidum, qđ humidũ, & ĩtercidit inter frigidum, & humidum, calidum, & siccum, & huiusmodi est aer. Necesse est autem inter ignem, & aquam intercidere medium elementum, quia ut probatum est, ista sunt solida contraria, & non possunt copulari nisi per medias qualitates duas: sed neutrum horum elementorum participat aliquid de eo, quod est in alio, cum sit solida contrarietas. ergo oportet, ꝙ communicatio fiat per aliquid quod sit medium: necessario ergo dabitur aliqua natura corporalis media inter ignem, & aquam, cum non possint ista copulari sine medio. Et ista erit necessario habens duas qualitates, quia cum inter ignem, & aquam sit solida contrarietas non possunt copulari inuicem unica qualitate, sed sicut sunt duæ contrarietates in eis. s. frigidi ad calidum, & humidi ad siccum, erunt necessario duo colligamenta singularium pro singula contrarietate. Erit quoque ista substantia corporalis materię inter ignem, & aquam calida, & humida: quia est una contrarietas caliditatis ad frigiditatẽ pro qua datur medium humiditas: & in eis alia cõtrarietas siccitas ad humiditatem, & pro hac datur medium caliditatis: habet autem naturam informatam ignis, & aqua in aere: quia colligatio semper fit per aliquid simile ad continuitatem motus, & naturæ rerũ & quia aqua habet aliquid simile in aere. s. humiditatem, per illud ab aqua in aerem transitur: ignis vero copulatur aquę per aerem, quia habet in aere simile. s. caliditatem: & per hanc transitur ab igne in aquam mediante natura aeris. colligatio enim contrariorum non est nisi ad continuationem motus, & vnitatis in natura. De terra, & aqua huiusmodi est, quia habent solidam contrarietatem. i. in eis est tota natura contrarietatis, quia præter qualitates, quæ in eis sunt, nullæ aliæ sunt extremitates contrarietatis: est enim aer calidus, & humidus, & terra sicca, & frigida: humidum in aere, & siccum in terra cum sint vna contrarietas, indigent medio per quod copulentur, & quia est vna contrarietas, erit sola vna qualitas media. s. frigiditas, quia quæ frigida sunt, interdum sunt humida, & ĩterdum sicca.

Est alia contrarietas. s. calidi in aere ad frigidum, quod est in terra, & medium horum est humidum, quia humida interdum sunt frigida, & interdum calida: hoc existente colligabuntur aer, & terra vno medio habente duas qualitates. s. humidum, & frigidum. Non potest autem dici, ꝙ sint aliqua alia media: quia inter calidum, & frigidum in aere & terra, non potest poni medium siccum, quia tunc illud ꝙ est medium aeris, & terræ erit siccum, & frigidum, siccum. s. ꝓ medio inter calidum, & frigidum, & erit frigidum ꝓ medio inter humidum, & siccum, nam tunc nõ erit hoc medium sed extremum, quia aer est calidus, & humidus, & ꝙ frigidũ, & siccum est solidam contrarietatẽ habet ad aerem, qui est calidus, & humidus, ergo nõ est medium.

Item terra est frigida, & sicca. si ergo poneretur siccum, & frigidum medium inter aerem, & terram, eẽt terra media inter aerem, & terram, quod falsum est. Nec potest poni humidum, & calidum medium ĩter aerem, & terram, quia aer est calidus, & humidus, & est extremum, ergo medium non erit calidum, & humidum, sed frigidum, & humidum inter hæc.

An inter aerem, & terram possit dari medium elementum, ꝙ sit calidum, & siccum, & per consequens quinq; elementa Quæst. XLIX.

ET si dicas, ꝙ non est sufficiens diuisio, quia potest dari medium, quod sit calidum, & siccũ. Respondendum est ꝙ non potest dari, quia iam alia natura talis data est. s. ignis.

Item si inter aerem, & terram daretur aliqua natura materiæ, quæ esset calida, & sicca, quęritur quæ sit qualitas principalis illius. Non potest dici, ꝙ sit caliditas, quia tunc coincideret cum igne cuius est potissima qualitas caliditas. Si autẽ dicatur, ꝙ sit siccitas coinciderct cum terra, cuius potissima uirtus est siccitas. Non ergo erit medium illud calidum, & siccum, sed frigidum, & humidum, & tunc non coincidet cum igne, quia nullam eius habet qualitatem, nec cum aere, quia potissima qualitas aeris est humiditas. Huius

aut

aut mediæ naturæ pręcipua qualitas est frigiditas,nec
coincidit cum terra, quia illius potissima uirtus sicci-
tas est:huius autem frigiditas.
Item si daretur medium inter aerem, & terram:ca-
lidum,& siccum : non possent conseruari elementa,
quia aer solueretur : nam ignis agit in aerem propter
suam magnam siccitatem,& corrumpit partem eius:
quātum tamen patitur ab igne, tantum adiuuatur ab
aqua propter grossam humiditatem eius qua irrora-
tur. Si autem non esset inter aerem, & terram aqua,
sed elementum calidum, & siccum ageret in aerem
sicut ignis, & necessario cum vndique corrumpere-
tur, secundum idem penitus solueretur: natura tamē
rerum sic ordinari debuit,vt penitus non periret.ergo
non debuit poni elementum calidæ, & siccę comple
xionis inter terram,& aerem, sed frigidum, & humi-
dum. Est igitur necesse,ut ĩter aerem,& terram pona
tur medium aliquod præter ista duo elementa: quia
sunt habentia contrarietates integras, & vnum non
communicat aliquam qualitatem alterius. ergo ne-
cesse est, ꝙ sit aliquod medium,in quo fiat vtriusque
participatio.
Item necesse est, ꝙ istud medium habeat duas qua
litates,quia inter aerem,& terram est solida contrarie
tas,quæ dicit duas integras contrarietates,& pro quali
bet contrarietate est vna qualitas necessaria tanquam
medium.ergo erunt duæ qualitates mediæ,& istæ ne-
cessario sunt frigidum, & humidū medium. ergo na-
tura media elementalis inter aerem, & terram est ne-
cessario frigida,& humida:& ista est aqua quæ neces-
sario inter aerem,& terram consistit.
Inter elementa autem,quę habent contrarietatem
non solidam idest,quæ quamquam contrarientur, ta-
men non contrariantur secundum omnes qualitates
suas, datur medium in quo colligentur. sed illud est
vna qualitas sicut inter terram,& aquam est contrarie
tas quædam: quia aqua humida est, terra vero sicca,
sed non est solida. i.totalis contrarietas, quia terra est
frigida, & sicca, aqua autem est frigida, & humida.
quantum ad frigidum non repugnant, sed quantum
ad siccum. in omni autem contrarietate solida sunt.
4.extrema contrarietatis dissimilia.vt in igne,& aqua
sunt calidum,& siccum,frigidum,& humidum.
In contrarietate autem elementorum non solida
ponuntur solum tres qualitates dissimiles: sicut in a-
qua,& terra solum sunt siccum,frigidum, humidum
in duabus autem harum qualitatum est contrarietas
s. in humido,& sicco.Ideo aqua,& terra quorum alte
rum siccum alterum humidum est, non potest ligari
sine medio: & quia est vnica contrarietas vnicum est
medium scilicet frigiditas: ei quippe conuenit humi-
dum,& siccum aduenire:& istud medium in quo cō
ueniunt non est in alio, sed in ipsismet: quia terra est
sicca,& frigida,& aqua est humida,& frigida.Ideo im
possibile est poni elementum medium inter aquam,
& terram:quia si medium esset,communicaret natu-
ram vtriusque:& quia in quo colligantur aqua,& ter-
ra,est vnicum medium,quia contrarietas non est soli
da,id quod poneretur inter aquam, & terram, vnicā
qualitatem necessario haberet: nullum tñ elementū
vnicam habet qualitatem,sed quodlibet duas. ergo ĩ-
possibile est poni elementum medium inter aquam,
& terram.
Item impossibile est medium elementum poni in
ter aquam,& terram, quia quodlibet elemētum duas
habet qualitates:terra ergo, & aqua. 4. habebunt: sed
duæ earum repugnant.ergo duæ alię erant similes,ita
ꝙ qualitas vnius sit qualitas alterius.Si autē esset colli
gatio eorum in aliquo medio distincto ab eis,non pos
sent communicare in se ipsis:sed communicant in se-
F ipsis,ita ꝙ qualitas vnius est qualitas alterius.ergo nō
possunt communicare in aliquo medio distincto.
Item aqua, & aer habent contrarietatem simplicē:
solum.n.sunt in eis tres qualitates dissimiles.s.frigidū
calidum, & humidum.nam aer calidus, & humidus
est:aqua vero frigida, & humida: ideo non pōt ligari
nisi vnico medio:& istud est vna de illis tribus qualitā
tibus.s.humidum.nam frigidum aqueum,& calidum
aereum repugnant. ergo dabitur vnicum medium.s.
humiditas,quæ frigiditati cōuenit, &calori,& quod-
libet eorum humidum erit.Non pōt autem poni ele
mentum medium inter aquam, & aerem, quia cum
illud sit in quo communicant aqua, & aer, & in quo
ligantur:non possunt tñ ligari in duabus qualitatibus,
G cum non habeant solidam contrarietatem.ergo illud
elementum,ꝙ medium esset,solum haberet vnā qua
litatem:ꝙ impossibile est. Omne.n.elementum dua-
bus consistit qualitatibus, & repugnat toti ordini na-
turæ, & continuitati rerum atque motus, ꝙ aliquod
elementum aut tps vnicam habeat qualitatem: non
est ergo elementum medium in quo cōicant, sed in
seipsis suscipiunt communicationem eiusdem qua-
litatis.s.ꝙ ambo habeant humiditatem.

An elementa,quæ simplicem contrarietatem habent possint copulari duabus qualitatibus.
Quæst. L.

H DIcet aliquis ꝙ elementa,quo habent ꝯrie-
tatem non solidā, sufficienter colligari pñt
vnica media qualitate, non tñ tollitur quin
colligari possint in duabus. Respondendū
impossibile esse,ꝙ ea,quæ simplicem contrarietatem
habent,duabus mediis qualitatibus copulentur, sicut
impossibile est etiam ea quæ solidam habent ꝯrietatē
vnica ligari qualitate.Nam si in duabus colligarentur,
aut colligarentur communicando in seipsis, aut in ali
quo tertio.Si autem dicatur,ꝙ in seipsis colligantur,
est impossibile dictum, quia tunc habebit vnum ele-
mentum duas qualitates quas habet alterum,vt ꝙ aer
habeat duas qualitates quas habet aqua, & ꝙ esset fri-
gidus,& humidus sicut aqua.sed tunc aqua, & aer es-
sent idem elementum. Impossibile est igitur duo ele-
menta habere per omnia similes qualitates. Nec pōt
I dici,ꝙ colligentur in aliquo medio per duas qualita-
tes,quia si inter aquam, & aerem esset medium ele-
mentum aliquod participās duas qualitates horū, aut
illud haberet duas qualitates aquę,aut duas qualitates
aeris,aut vnam qualitatem aeris,& aliam aquæ. nō est
.n.aliter possibile aut imaginabile. Si primo modo.s.
ꝙ acciperet duas qualitates aqueas, ꝙ esset frigidum
& humidum sicut aqua,iam non esset elementū me-
dium inter aerem,& aquam,sed esset vera aqua. Si au
tem diceremus,ꝙ illud haberet qualitates aeris duas,
non esset medium elementum, sed verus aer. Si autē
dicatur,ꝙ haberet unam qualitatem aeris, & aliam a-
quæ,aut diceretur,ꝙ habebat qualitatem illam in qua
communicabant solum.s.humiditatē, quia aer est hu
midus,& aqua est humida,& hoc est impossibile, q̃a
K tunc constaret aliquod elementum vnica qualitate,
ꝙ improbatum est.Si uero dicāt, ꝙ sumeret vnam ab
aere,& aliam ab aqua,& tunc aut sumeretur caliditas
aeris,& frigiditas aquæ,& hoc est ĩpossibile, quia nul-
lum corpus duas ꝯrias simul habet qualitates.Si vero
sumeretur caliditas aeris,& humiditas aquæ,non pos-
set tale elementum medium dari, quia istud esset cali
dum,& humidum,& non esset medium sed esset ipse
aer.Si autem sumeretur humiditas aeris, & frigiditas
aquæ,etiam non poterit stare, quia tunc illud elemen
tum erit humidum,& frigidum,& consequenter erit
aqua.

aquæ. Est igitur impossibile, ꝙ inter aquam, & aerem detur medium elementum, & iste modus arguẽdi est per omnia, ꝙ inter terram, & aquam non possit dari & inter aerem, & ignem, nec quicquam mutatur, nisi quia sunt diuersæ qualitates ipsorum.

Idem econtrario sequitur inter elementa, quæ hñt ꝯrietatem solidam, ꝙ necesse sit poni aliquod mediũ elementum: nam aqua, & ignis solidam habent ꝯrietatem. si autem nullum esset elementum medium, esset transitus, & continuitas naturæ ab vno in alterum: sed cum ꝯrietatem solidam habeant nullam naturæ habent cognationem. ergo non est vlla continuitas ĩter ea, sed in rebus naturæ est continuitas, ut totum vniuersum in quadam consistat vnitate. ergo non poterunt stare sine medio. Si autem colligantur cum sit in eis ꝯtrarietas, non possunt vnica qualitate colligari, vt si contrarietas frigidi, & calidi colligaretur per vnicam qualitatem in igne, & aqua, maneret adhuc contrarietas humidi, & sicci in eisdem sine aliqua colligatione: sed a contrario in contrarium in natura nõ fit transitus sine medio. ergo necesse erat etiam istam secundam contrarietatem colligari: ideo erant necesse duę qualitates in quibus colligentur. Et tũc aut colligabuntur in istis qualitatibus in seipsis, aut in aliquo medio, ꝙ habeat duas qualitates. Si autem in seipsis ẽ impossibile, quia tũc haberet vnum eorum duas qualitates quas hẽt alterũ: & sic nõ maneret ꝯrietas solida imo nec aliqua ꝯrietas, sed totalis siĩtudo: & iã nõ erat cõparatio ꝯriorũ. hoc aũt est ĩpossibile. Itẽ quia si vnũ haberet duas qualitates, quæ essent alterius, esset penitus idem: sed duo elementa non sunt idem. necesse est igitur, ꝙ colligatio illa sit in aliquo medio habẽte duas qualitates, & illud necessario est elementum.

De aere quoq; & igne dicendum est, ꝙ habẽt simplicem contrarietatem, quia solum reperiuntur in eis tres qualitates dissimiles. s. caliditas, siccitas, & humiditas: In duobus eorum repugnant in quibus est simplex contrarietas: ideo vnico medio necesse est colligari, ut supra inductum fuit in ceteris. s. siccitas ignis, & humiditas aeris contrariantur, & colligantur vnico medio. s. caliditate, quæ vtrique conuenit: & istud medium colligans non est in aliquo distincto ab eis, & intercidente, sed in ipsismet, quia quodlibet eorum est calidum. nec potest poni aliquod medium elementũ, quia in elementis habentibus simplicem contrarietatem impossibilis est copulatio per aliquod medium elementum, ut supra declaratum est.

An quodlibet elementum habeat in se simplicem contrarietatẽ, & solidam, & an quodlibet habeat contrarietatem ad tria ad unum solidam, & ad duo simplicem, & de regulis platonicis de quadratis, & cubis.

Quæst. LI.

SCIENDVM est circa supradicta, ꝙ omnia elementa habent inter se contrarietatem solidã, & simplicem, ita ꝙ quodlibet elemẽtum hẽt simplicem contrarietatem, & solidam.

Est aũt ista regula, ꝙ quodlibet elementum hẽt cõtrarietatem solidam ad aliquod alterum: sed nullum habet contrarietatem solidam ad immediatum sibi: terra. n. habet solidam contrarietatem ad aerem, vt supra probatum est: quia habent. 4. extremitates dissimiles. Aqua habet solidam contrarietatem ad ignem, ex eadem causa a er habet solidam contrarietatem ad terram: ignis habet solidam contrarietatem ad aquam. Quod autem nullum habeat contrarietatem solidam ac elementum immediatum patet, quia terra immediatum est aquæ, & simplicem habent contrarietatẽ,

A quia solum habẽt tres extremitates, vel qualitates dissimiles. Aquæ aer immediatus est, & ĩter eos simplex est contrarietas: aeri vero ignis coniungitur, & solidã contrarietatem nequaquam habent. Quare autem, q̃ solidam contrarietatem habent, non coniungantur siue sint tp̃a siue elementa, supra declaratum fuit. s. ad dandum continuitatem in processu naturæ, & in ipso vniuerso. Considerandum autem circa istam colligationem ꝯriorum siue in elementis siue tp̃ibus, ꝙ colligatio ꝯriorum est, vt ipsa ꝯria per aliquid sic disponãtur, ꝙ ab vno ad alterum sit processus. Natura autem non potest facere processum nisi per continua, quia motus de genere continuorum est quantum ad aliq̃d In continuis autem vltima sunt idem, cum partes cõtinuorum copulentur ad terminum communem. ergo si motus fieri debet ab aliquo in alterum, oportet ꝙ illa duo aliquo modo sint idem: & hoc non potest esse nisi per continuitatem, ita ut copulentur quęcunque assignatæ partes ad terminum cõem. In ꝯriis aũt si ipsa sola accipiantur, est impossibile, quia non hñt aliq̃ unitatem neq; identitatem, cum non copulẽtur partes eorum ad aliquid commune. Si ergo debet fieri motus ab uno ꝯrio in alterum, oportet ꝙ ponãt aliquod medium in quo reducantur ad identitatem, ita ut ipsa ꝯria, quæ sunt partes, & extremitates reducant ad hoc, ꝙ copulentur in termino cõi. sed elementa, q̃ habent ꝯrietatem, vt ipsa tp̃a sunt entia in natura. Ad hoc ergo, ꝙ fiat motus per ipsa tanquã per continuũ ab uno in alterum, necesse est, ꝙ aliquod medium intercidat in quo ꝯria iam non sint ꝯria, sed copulentur & sint idem atq; similia, & tunc fiet motus ꝑ illa. De hoc dr̃ in habentibus solidam ꝯrietatem, ꝙ copulant duobus mediis qualitatibus. i. ꝙ ad hoc quod fiant similia, & de vno ad alterum sit continuitas, oportet poni duo media, ut patet de aqua, & igne quæ habent solidam contrarietatem, non posset poni aliquod medium, quod haberet unicam qualitatem. Nam si illa esset, aut esset media in contrarietate calidi aquei ad frigidum aqueum, aut in contrarietate humidi ad siccum. Si primo modo poneretur medium humidum, cui conuenit utrunque: & esset illud elementum medium humidum solum: sed tunc non esset continuitas in processu de uno elemento ad alterum, quia ab aqua versus ignem procedi posset per medium illud ꝙ erat humidum, ut. s. ab humido aqueo transiretur ad humidum medii elementi: sed ab illo non posset transiri in ignem, quia non est aliqua similitudo cum ibi non sit aliquod humidum. Si aũt ponatur mediũ alterius ꝯrietatis. s. humidi, & sicci aquei, & ignei, erit illud calidum: sed tunc non erit continuitas nec transitus ab uno in alterum, quia poterit ab igne ad illud mediũ esse transitus. s. a calido igneo ad calidũ aereũ sed non poterit esse continuitas inde ad aquam, cum non reperiatur aliquid calidum in aqua. Ad hoc ergo ꝙ sit continuitas, & transitus ab vtroq; in alterum, oportet dari duo media ꝓ duabus ꝯrietatibus, quas dicit solida ꝯrietas. Erit autem medium illud calidum, & humidum: calidum ut sit medium ꝯrietatis sicci, & humidi. humidum ut sit medium contrarietatis calidi, & frigidi, & tunc transibitur ab vtroq; in alterum: quia transibitur ab aqua in medium illud quia humidum est: ut transeatur ab humido aqueo in humidũ aereum, ꝙ est per continuitatem, & idẽtitatem. Transibit ẽt ab illo medio ĩ ignẽ, quia illud medium est calidum, & transibit a calido aereo in calidum igneum in quo transitu est continuitas Aer igitur, qui medius est aquę, & ignis, duas habet qualitates medias: vnam, vt possit transire ab igne versus aquam per continuũ, & aliam, ut transeatur inde ad aquam, vel ab aqua versus ignem.

Margin: In q. 46. — Notabile. — B — C — D — E

Idem

Idem transitus in terra, & aere, quod non possunt ligari vnico medio. Item quod diuersum est in aqua, & terra. Et etiam in aere, & igne eo ꝙ vnum medium ad colligandum illa est. Quæst. LII.

IDEM autem in terra, & aere est solida contrarietas, & non possunt ligari vnico medio: quia illud tunc esset solum ad vnam contrarietatem, est.n. terra sicca, & frigida, aer vero humidus, & calidꝰ. Si aūt ponat̄ vnicum medium solum erit ad colligandum vnam ꝯrietatem, vt ponat̄ inter terram, & aerē vnum medium, ꝙ sit frigidum, solum erit ad colligādum ꝯrietatem, q̄ est humidi aerei, & sicci terrei. nam vtriq; harum qualitatum frigidum conuenit: hac tñ solum existente non posset fieri transitus ab vno ī alterum cum non esset continuitas, quia q̄q̄ a terra posset fieri transitus in medium illud frigidum, ꝓp ꝙ terra est frigida, & fieret motus per continuum, tñ non posset inde fieri motus ad aerem, qa non esset continuitas. nam de frigido non transit̄ ad aerem cum nihil ibi tale sit. Si aūt ponat̄ medium alterius ꝯrietatis. s. humidum, non erit continuitas, nec transitus a terra in aerem, & econuerso, quia licet ab aere posset trāsiri versus terram ad illud medium. s. vt transeat̄ ab humido aereo in humidum aqueum, conuenienter positum est. sed inde non poterit fieri transitus in terram, quia terra est frigida, & sicca. Nulla aūt est similitudo humidi ad hæc. A terra ēt versus medium illud non est transitus aliquis, quia nō est similitudo. iō necesse est vt dēturduo media. s. frigidum, & humidum, & ꝓp frigidum poterit transiri a terra versus aerem per illud medium, quia est frigidum, & fiet transitus a frigido ī frigidum. s. a frigido terreo ī frigidum aqueum. Deinde poterit transiri in aerem per aliud medium. s. ꝑ humidum: & sic transibitur ab humido aqueo in humidum aereum: & fiet totus motus per continuum, & idem. In elementis aūt quæ hn̄t ꝯrietatem non solidā vnum medium ad colligandum illa est. s. ꝙ ad hoc ꝙ transeat̄ ab vno in alterum per continuitatem, & similitudinem, solum est necessaria vna qualitas media, ut inter aquam, & terram: habent.n. simplicem ꝯrietatē. s. vnam sicci, & humidi ideo est necessarium vnū medium. s. frigiditas, quod est in vtroq;: quia terra est sicca, & frigida, & aqua humida, & frigida: & a frigido terreno fit motus in frigidū aqueum, nec possunt dari duo media, vt supra declaratum est.

In aqua quoque & terra similiter est, quia sunt nō habentia contrarietatem solidam. Fit autem transitus ab vno in alterum per unicū medium. ideo vnico medio colligantur: est enim aqua frigida, & humida, aer calidus, & humidus: istud medium, ꝙ est humidum reperitur in vtroque, & est sufficiens ad hoc ꝙ fiat trāsitus, & continuitas ab vno in alterum: quia transibit̄ ab humido aqueo in humidum aereum. In aere etiā & igne idem reperitur, quia sunt contraria non solida habentia unicum medium, quia illud est sufficiens vt transeatur ab vno in alterum. Est.n. aer humidus, & calidus, ignis vero siccus, & calidus: transibitur igitur ab vno in alterum. s. a calido aereo in calidum igneū, nec requiritur aliquod alterum, ut transeatur ab uno in aliud: ideo vnico medio copulant̄. Et per hunc modum est continuitas, & motus per elementa ab uno in alterum. s. a frigido terreno in frigidum aqueum & inde ab humido aqueo in humidum aereum, & inde a calido aereo in calidum igneū, & inde a sicco igneo in siccum terreum per circulum.

F *Quod in colligatione elementorum altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei declaratur sup q. 46. Et de quadratis, & cubis explanatio cum platonicis, ut elemētorum intelligatur proportionalis ligatio. Quæst. LIII.*

ECCE enim quam magna est sapientia dispositionis Dei in colligatione elementorum, qa q̄dam colligant̄ vnico medio, quædam vero duobus: & hoc est ꝙ dicit Boetius de consolatione lib. 3. Met. 9. s.

Tu numeris elementa ligas, vt frigora flammis,
Arida conueniant liquidis: ne purior ignis.
Euolet: & mersas deducant pondera terras.

Idest ꝙ elementa colligata sunt numeris. i. numeralibus proportionibus.

G Est aūt in numeris proportionandis regula, ꝙ duo numeri solidi. i. cubici sic se habent, ꝙ inter quoscunque duos necesse est reperiri duos numeros cōtinuo proportionales: & non possunt coniungi per vnicum continuo proportionalem.

In numeris planis quadratis est regula, ꝙ inter quoscunq; duos numeros planos est reperire vnum continuo proportionalem: & non poterunt reperiri duo. Exemplum de primo: vt bis duo bis. s. octo est cubus vel solidus, quia tribus dimēsionibus constat sicut solidæ quantitates, quæ uocantur corpora in quantitate. Secundus cubus immediatus est, qui consurgit ex numero ternario. s. ter tria ter. s. 27. hi duo sunt primi cubici numeri: isti non possunt ligari vnico numero
H continue proportionali eis, sed est necesse ligari duobus. nam non est inter. 8. & 27. aliquis vnus numerus, qui se habeat ad. 8. in eadem proportione in qua se habeat ad 27. s. ꝙ si fuerit duplꝰ ad. 8. sit subduplus ad 27. & sic de aliis nominibus proportionum. Repeiuntur tñ duo, q sunt continue proportionales, ita ꝙ sicut se habet octo ad primum eorum, ita se habet secundus ad. 27. & isti sunt. 12. & 18. quia octo se habet ad 12. in sub sexquialtera. & 12. ad 18. in sub sexquialtera: idē 18. ad 27. vt patet inspiciendo.

Regula platonica de dando varia media in quadratis & cubis: & sic in habētibus simplicem cōtrarietatē, & solidam vel cubicā.

Si accipiantur alii duo cubi. s. ex quaternario fiat vnus. quater quatuor quater sunt. 64. ex quinario fiat alius cubus. quinquies quinq; quinquies. s. 125. isti duo cubi sunt immediati: quia radices eorum sunt numeri lineales immediati: & non reperietur aliquis nume
I rus continuo proportionalis īter eos si sit vnus, ut patet si omnia intermedia diligenter quis inspiciat. Reperiet tñ duos numeros continuo proportionales octoginta, & centum, quia. 64. se habent ad 80. sub sexquiquarta & . 80. ad centum sub sexquiquarta, & cētū ad. 125. sub sexquiquarta: & sic de omnibus numeris cubis.

In numeris aūt planis necesse est ꝙ inter quoscūq; numeros planos reperiatur vnus numerus proportionalis solū: ut bis duo sunt quatuor: & est primus quadratus. Fiat alius quadratus immediatus. s. ter tria. s. 9. sunt duo plani immediati: quia radices eorū sunt numeri simplices lineales immediati. inter hos est vnic ꝓportionalis. s. 6. quia. 4. ad. 6. sub sexquialtera: & 6. ad
K 9. sub sexquialtera. Accipiantur alii duo quadrati. s. ter tria sunt. 9. & quater quatuor sunt. 16. solum est vnus numerus continuo proportionalis. s. 12. quia. 9. est in sub sexquitertia ad 12. & 12. ad 16. in sub sexquitertia. Semper igitur in solidis numeris immediatis necesse est duos numeros continue proportionales reperiri, & in planis solum vnum inter duos immediatos: hęc est regula de proportione numerorum.

Eadem aūt est in elemētis. s. ꝙ quælibet duo elemēta habentia solidam ꝯrietatē hn̄t necessario duas qualitates medias quibus copulentur: & quælibet duo elementa habentia planam ꝯrietatem hn̄t vnicā qualitatem

litatem continuo proportionalē in qua copulentur. De solidis patet vt inter terram, & aquam, q̄ hn̄t solidam ꝯrietatem, dant duæ qualitates mediæ sicut duo numeri medii inter cubos: & istæ sunt frigidum, & humidum in aqua: & tūc sicut se habet terra ad aquā in frigiditate, quia frigiditas aquæ est maior frigiditate terræ, ita se hēt humiditas aquæ ad humiditatē aeris. nā si frigiditas terrę est subdupla ad frigiditatē aquæ: erit humiditas aquæ subdupla ad humiditatem aeris, & sic quocunq; noīe proportionis. Qđ aūt maior sit frigiditas aquæ, q̄ terræ manifestū est, qa qualitas prīcipalis aquæ est frigiditas. in terra aūt non est principalis, sed secūdaria: ita humiditas in aqua est minor, quā in aere, quia qualitas principalis est in aere humiditas, in aqua au tem est secundaria.

Prosequitur adhuc proportionalia media, quæ conueniunt in elementorum ligationem secundum eorum contrarietates ad inuicem. Quæst. LIIII.

IN aqua aūt, & igne est idem modus, qa sunt ꝯria solida. vt declaratum est, cum hēant quatuor extremitates ꝯrietatis: & dant inter ea duo media ꝓportionalia. s. humidum, & calidū in aere, q̄ sunt proportionaliter se hn̄tes, qa sicut se hēt humiditas aquæ ad humiditatem aeris: ita se hēt caliditas aeris ad caliditatem ignis: & sunt. 4. termini discontinue proportionales. nam minor est humiditas aquę humiditate aeris: & caliditas aeris caliditate ignis: & si humiditas aquæ est subdupla ad humiditatem aeris, caliditas aeris erit subdupla ad caliditatem ignis. Qđ sit maior humiditas aeris, quam aquę patet, qa in aere est qualitas principalis, in aqua vero est secundaria. Qđ calor maior sit in igne, quā in aere eadem rō est fundamentalis. In elementis habentibus ꝯrietatē non solidā est vnica qualitas medio mō ꝓportionalis. s. inter terram & aquam non hn̄tes solidā ꝯrietatem medium est frigiditas, ī qua cōicāt siccitas terrea, & humiditas aquea & est proportionalitas trium terminorū, vt vr̄ cōtinue ꝓportionabilium. s. ꝙ sicut siccitas terrea se hēt ad frigiditatē terream: ita se hēt frigiditas aquea ad humiditatem aqueam. Velut si dicamus sicut se hēt. 9. ad 6. ita se hēt. 6. ad 4. nam siccitas terræ est maior frigiditate terrę: ita frigiditas aquę est maior humiditate aquę Qđ sit siccitas terræ maior frigiditate eiusdem patet: qa siccitas est qualitas principalis terræ: frigiditas autē est secundaria. Qđ in aqua frigiditas sit maior humiditate patet: qa frigiditas est principalis qualitas aquæ humiditas vero secundaria: iō si siccitas in terra ē dupla ad eius frigiditatem, erit frigiditas ī aqua dupla ad eius humiditatē. Ita aqua ad aerem hēt ꝯrietatem nō solidam: iō est vnicus terminus medius proportionalis, ut vr̄. s. frigiditas, humiditas, caliditas. Est aūt ꝓportionalitas: ꝙ sicut se hēt frigiditas aquæ ad humiditatem suam, ita se habet humiditas aeris ad caliditatem suam. sed frigiditas aquæ est maior humiditate eius ī aliqua proportione. ergo humiditas aeris erit maior caliditate sua in eadem proportione, in qua frigiditas aquæ se hēbat ad humiditatem. Item aer & ignis hn̄t ꝯrietatē non solidā, & sunt vt vr̄ in eis tres termini ꝓportionales dato vno medio. s. humiditas caliditas, siccitas: inqbus est ꝓportionalitas ꝯtinua. s. ꝙ sicut se hēt humiditas aeris ad caliditatem eius, ita se hēt caliditas ignis ad siccitatem illius. Maior est. n. humiditas ī aere, quā caliditas: ita in igne maior est caliditas, quam siccitas. Item in igne, & terra per circulum est ꝯrietas nō solida: qa ignis est calidus, & siccus: terra uero frigida & sicca: & dat̄ in eis vnum medium proportionabile. s. siccitas: & tunc sicut se hēt caliditas ignis ad siccitatem eius; ita se hēt siccitas terræ ad frigiditatem eius;

A sed maior est caliditas ignis siccitate sua. ergo siccitas terræ frigiditate terræ maior est in eadem proportione. Aliqui falluntur in hoc putantes in elementis hn̄tibus solidā ꝯrietatem esse duos terminos medio mō proportionales: in hn̄tibus aūt ꝯrietatem non solidā esse vnicum terminum continue ꝓportionalē. Sed falsum est: qa vtrobiq; sunt duo termini continue ꝓportionales: ideo vtrobiq; est proportionalitas discōtinua: nā utrobiq; sunt quatuor termini. sed ī hoc differt quia in habentibus ꝯrietatē solidam sunt duę qualitates medię re, & noīe differentes, & ita sunt quatuor termini omnino differentes, & ꝓportionales in proportionalitate discontinua. In quibus aūt est ꝯrietas non solida est vna qualitas sm̄ nomen sed non sm̄ rē,

B qa non accipit̄ eadem qualitas in vno elemento, ideo non sunt tres termini proportionales sed quatuor, & isti non sunt proportionales continue sed discōtinue. Sicut dicendo, sicut se hēt frigiditas aquę ad humiditatem aquæ, ita se hēt humiditas aeris ad calorem aeris, sunt. n. soli tres termini quantum ad nomen. s. frigiditas humiditas caliditas, & tn̄ humiditas non est vnicus terminus, quia accipit̄ bis. s. in aqua, & in aere, & ita nō est eadem humiditas, vnde neq; est cōtinua proportionalitas. Fieret autem continua proportionalitas si diceretur, sicut se hēt frigiditas aquæ ad humiditatem aquæ, ita se hēt humiditas aquæ ad colorē aeris. & tn̄ hoc falsum est, quia humiditas aquæ, & caliditas aeris non sunt proportionales in aliqua proportione cognita, & saltem non se hn̄t inter se sicut frigi-

C ditas, & humiditas aquæ, quæ sunt qualitates eiusdem elementi, ēt hoc mō maneret vna qualitas aeris. s. humiditas non proportionata alicui, iō dēt fieri proportionalitas vbiq;. & sunt quatuor termini sicut dictum est. In auctoritate Boetii addebat̄ de ponderibus elementorum. s. ne ignis euolet, & pōdera deducāt mersas terras, de quo ita est altissima speculatio in proportionibus ponderum sicut in proportionibus actiuarū & alteratiuarum qualitatum, sed hoc sequestratum est a præsenti inquisitione.

De contrarietate solida, & simplici 4. temporum anni: & de proportione, & colligatione illorum per quæ media consistat. Quæst. LV.

D SICVT autem de proportionibus qualitatū in elementis quatuor dictum est, ita & in quatuor tp̄ibus anni, quia in eis reperitur solida ꝯrietas in quibusdam, & in aliis plana. Inter uer & autumnū est solida ꝯrietas, iō necesse est dari duo media proportionalia, ver. n. est calidum, & humidū, autumnus frigidus, & siccus, in quibus sunt quatuor extremitates dissimiles, q̄ faciunt solidam ꝯrietatem, & necesse est uniri per duo media, nā q̄libet ꝯrietas exigit unum medium ad copulandum. s. caliditas veris, & frigiditas autumni sunt ꝯrię, & habent mediū.

E s. siccum, quia siccum frigiditati, & caliditati cōuenit. Si aūt non detur medium aliud, manebit alia ꝯrietas. s. humidi, & sicci, ꝯria tn̄ nunquam pn̄t copulari nisi ꝑ mediū. ergo dabit̄ alia qualitas media. s. calidum, vtrique. n. conuenit. Ex quo sequitur ꝙ necessario inter ver & autumnum intercidit vnum tp̄s medium, ꝙ sit siccum, & calidum, quia sine his duabus qualitatibus non vniunt̄ uer, & autūnus, & istud tp̄s est æstas. sunt aūt istæ duę qualitates ęstatis tanquam duo termini ꝓportionales inter ver, & autumnum, cum hēant ꝯrietatem solidam. Et fit sic proportionalitas. sicut se hēt caliditas veris ad caliditatem æstatis, ita se habet siccitas ęstatis ad siccitatem autumni, sed caliditas veris est minor caliditate ęstatis. ergo siccitas æstatis est minor siccitate autumni. Veritas proportionalitatis patet, quia

quia minor est caliditas veris,quam æstatis,ꝙ ad experientiam patet,& in maturatione quoque fructuum: ita minor est siccitas æstatis siccitate autumni.Hoc apparet etiam ex maturatione, quia fructus, qui sunt styptici,& duri in tota æstate, in autumno decoquuntur.quod adhuc magis apparet ex fluore foliorum.nã illud fit ex desiccatione humidi glutinosi,quod habe rent folia ipsis ramis.& non fuit desiccatum istud humidum in tota æstate,& magis apparet in desiccatione foliorum in seipsis, quia in tota æstate erant viridia in autumno autem deperdita viriditate albescunt:viriditas tamen ex abundantia siccitatis perditur.

Item patent prædicta, quia caliditas est propria qualitas æstatis:veris autem econtrario:ita siccitas est qualitas principalis autumni, & secundaria æstatis. ergo minor in ęstate quam autumno. Ideo si caliditas veris est subdupla ad caliditatem æstatis,erit siccitas ęstatis subdupla ad siccitatem autumni.vnde ligantur ver & autumnus proportionalibus cuborum numerorũ per duo media continue proportionalia.

Item æstas ad hyemem habet solidam contrarietatem:quia sunt in eis.4.extremitates dissimiles calidũ, & siccum,frigidum,& humidum:& ligantur necessario duabus mediis qualitatibus.nam contrarietas,quę est calidum æstatis, & frigidum hyemis ligantur vno medio.s.siccitate quæ vtrique conuenit: quia calida ĩterdum sicca sunt, & frigida quoque interdum sicca: humidum hyemis,& siccum æstatis ligantur alio medio frigido, quia vtrique frigidum conuenit.si autem poneretur vnicum de his pro medio non posset esse inter hæc:quia esset medium in vna contrarietate, & non in alia. tunc vbicunque manet contrarietas non potest esse continuitas:necesse est ergo etiam pro alia contrarietate poni medium.

Item causa est, quia si vna qualitas poneretur solũ media,non posset esse medio modo proportionalis ĩter hyemem,& æstatem,quia si ponatur medium siccum quamquam habeat aliquam proportionalitatẽ ad siccum ęstatis,tamen non habet proportionem ad hyemem:quia non est aliqua qualitas hyemis ad quã sic se habeat siccitas autumni, sicut se habet siccitas ęstatis ad siccitatem autumni: nam si conferatur siccitas æstatis ad siccitatem autumni est minor illa.Ita siccitas autumni comparata ad aliquam qualitatem hyemis,deberet esse minor illa in eadem proportione.sed falsum est,ꝙ patet,quia siccitas autumni, non est minor frigiditate hyemis. nã sicut frigiditas hyemis est principalis qualitas sua, ita siccitas est principalis qualitas autumni.ergo non erit vna maior alia.

Item non potest dici, ꝙ siccitas autumni sit minor humiditate hyemis:quia humiditas non est principalis qualitas hyemis:siccitas autem est principalis qualitas autumni.ergo non est minor siccitas autumni humiditate hyemis,sed potius est maior:ideo data vnica qualitate materiæ inter autumnum, & hyemem non poterit esse alia medio modo proportionalis. Detur autem alia.s. frigiditas quæ sit media inter hyemem, & æstatem non poterit esse medio modo proportionalis,quia si dicamus sic:sicut se habet caliditas æstatis ad frigiditatem autumni, ita se habet frigiditas autumni ad frigiditatem hyemis: non est ibi aliqua proportionalitas,quia caliditas æstatis habet se ad frigiditatem autumni vt ad minus, quia caliditas est principalis qualitas ęstatis,& frigiditas nõ est principalis qualitas autumni.frigiditas autem autumni non se habet in eadem proportione ad frigiditatem hyemis, quia maior est frigiditas hyemis frigiditate autumni, quia frigiditas est principalis qualitas hyemis, & non autumni,

Si fiat alio modo ista proportionalitas.s.sicut se ha-F bet caliditas æstatis ad frigiditatem autumni,ita se habet frigiditas autumni ad humiditatem hyemis, non est verum,quia non est ibi vera proportionalitas,quia frigiditas autumni est minor caliditate æstatis: vt sup. probatum est. Frigiditas tñ autumni non est maior hyemis humiditate, cum sit frigiditas qualitas secundaria autumni, & humiditas similiter qualitas secundaria hyemis.ergo æqualiter vel similiter se habent, & non secundum habitudinem excessus.

Si fiat aliter proportionalitas ex parte ęstatis.s.sicut se habet siccitas æstatis ad siccitatem autumni, ita se habet siccitas autumni ad frigiditatem hyemis. non est enim ibi vera proportionalitas,quia siccitas æstatis ad siccitatem autumni habet se ut minor,cum sit siccitas principalis qualitas autumni, & secundaria qualitas æstatis: sed siccitas autumni non se habet sic ad G frigiditatem hyemis,quia ista sunt æqualia.nam sicut est principalis qualitas autumni siccitas, ita principalis qualitas hyemis est frigiditas.

Fiat aliter proportionalitas, sicut se habet æsta tis siccitas ad siccitatem autumni: ita se habet frigiditas autumni ad humiditatem hyemis, sed non est ibi uera proportionalitas:quia siccitas æstatis ad siccitatem autumni habet se vt minor: siccitas tamen autumni ad humiditatem hyemis habet se vt maior, quia siccitas est principalis qualitas autumni:&humiditas nõ est principalis qualitas hyemis. Non poterit ergo reperiri aliqua vna qualitas media proportionalis inter æstatem,& hyemem, quia est in eis solida contrarie-H tas,sed datis duabus mediis qualitatibus proportionabus reperietur colligatio, ut ꝙ ponatur frigiditas, & siccitas tanquam media duo inter hæc proportionalia: & tunc sicut se habet siccitas æstatis ad siccitatem autumni:ita se habet frigiditas autumni ad frigiditatẽ hyemis:& est vera discontinua proportionalitas, quia siccitas æstatis est minor siccitate autumni, ita frigiditas autumni est minor frigiditate hyemis.Omnia hęc supra inducta sunt. Iste modus est ad probandum de vere,& autumno,ꝙ necesse est intercidere duas qualitates medio mõ proportionales, ita de igne, & aqua, & de terra,& aere,quia inter quæcunque istorum est solida contrarietas, ideo non potest dari vnicum medium inter hęc continue vel discontinue proportionale.In temporibus autem habentibus contrarietatẽ I non solidam vnica qualitas media proportionalis dis continue datˉ,sicut inter ver,& æstatem, in quibus sũt tres extremitates dissimiles.s.calidum, humidum, & siccum,medium est calidum,ꝙ conuenit humido ueris,& sicco ęstatis,& habet se medio proportionale inter hæc,quia sicut se habet humidum veris ad calidũ eius,ita se habet calidum æstatis ad siccum eius. Et q̃quam videanˉt hic esse quatuor termini:tamen solum sunt tres.s.calidum,siccum,& humidum intelligẽdo, vt declarauimus pręcedenti.q.s.ꝙ sunt tres termini q̃tum ad vocẽ,& q̃tũ ad spẽm, sed quãtum ad rem sunt quatuor termini. Et tenet uerũ ista ꝓportionalitas, q̃a humidũ est maius in uere, q̃ calidum, ita calidum est maius in æstate, quam siccum. & si uelimus ponere duos terminos medios proportionales non poterunt K poni: sicut inter duo quadrata immediata non potest poni ꝙ sint duo numeri continue proportionales.

Item quia cum non sit contrarietas solida est vnica,& illa non potest colligari nisi vnico medio, ideo impossibile est inter ver, & æstatem esse tempus medium,quia omne tempus habet duas qualitates, sed ĩter ver,& ęstatem nõ possunt esse duæ qualitates mediæ,cum solum sit contrarietas vnica,ergo impossibile est intercidere tempus medium inter ver,& æstatẽ nec inter æstatem & autumnum. Eodem enim modo est contrarietas non solida, quia sunt tres termini solum

Inter hiẽ tpa anni non potest dari mediũ tempus.

solum, s. calidum siccum & frigidum: & medium est siccum quod conuenit caliditati æstatis & frigiditati autumni. est autem proportionale, quia sicut se habet caliditas æstatis ad siccitatem suam, ita siccitas autumni ad frigiditatem suam. caliditas æstatis maior est siccitate eiusdem, cum caliditas sit principalis qualitas eius, & siccitas sit secūdaria, ita qualitas principalis autumni est siccitas, & frigiditas est secundaria: nec potest intercidere tempus medium inter æstatem & autumnum, quia habent vnicam qualitatem mediam in qua colligantur, sed nullum tempus habet vnicam qualitatem. Inter autumnum & hyemem etiam non est solida cōtrarietas: quia sunt tres extremitates solum, s. siccum, frigidum, humidum, & habent se proportionaliter: quia sicut se habet siccitas autumni ad frigiditatem eius, ita frigiditas hyemis ad humiditatem illius, quia siccitas autumni est maior frigiditate sua, quia siccitas est principalis qualitas & frigiditas secundaria, ita in hyeme frigiditas est maior humiditate, quia est principalis frigiditas & secundaria humiditas: nec intercidit tempus mediū inter hæc ex causa dicta in superioribus. Inter hyemem & ver non est contrarietas solida, quia sunt tres extremitates solum, s. frigidum, humidum, calidum: & medium proportionale est humidum, quia sicut se habet frigidum hyemis ad humidum eius, ita humidū veris ad caliditatē eius: nā frigiditas hyemis est prīcipalis qualitas & humiditas secūdaria: in vere humiditas est principalis qualitas, & caliditas secūdaria.

De contrarietate quatuor humorum solida & simplici: & colligatione illorum. & quæ requirant medium & quæ non. in quo habet quid speculetur philosophus & medicus. Quæst. LVI.

SICVT autem de quatuor elementis, & temporibus maioris mundi dictum est, ita de quatuor humoribus hominis qui est minor mundus conformiter dicendū est: quòd sunt duo eorum habētes solidam contrarietatem adinuicem, & rursus inter eos successiue est contrarietas non solida: sunt enim melancholia, phlegma, sanguis, cholera: & ista a quatuor qualitatibus elemētalibus principaliter denominationem habent, s. cholera a calore, sanguis ab humiditate, phlegma a frigiditate, melancholia a siccitate. Non tamen sunt solæ istæ quatuor qualitates in his, sed quilibet humor duas habet: nam si quilibet haberet vnicam, nulla esset continuitas vnius ad alterum in processu naturæ, nec in motu, cum non sit similitudo, quia si melancholia solum sit sicca, erit phlegma frigidū. Cum istæ duæ qualitates absolute non habeant aliquam cognationem, quia sunt disperatæ, non poterit esse cōtinuitas inter eas, nec erit transitus ab vno in alterum, sed erūt tanq̄ duo distincta, & disperata non habētia inuicem aliquem ordinē, sed nō possunt esse in eodem quod habet vnitatem simpliciter aliqua, quæ non habeant aliquem ordinem, nec harmoniam, aut continuitatē: quia tunc esset sicut aceruus lapidum. ergo non erit melancholia sicca solum, & phlegma solum frigidū, sed habent alias qualitates. Idem de sanguine & cholera dicendum est, sicut probabatur supra, impossibile esse aliquod elementum vel tempus quod vnicā haberet qualitatem, sed duas necessario. Et in his inter melancholiam & sanguinem est solida contrarietas, quia sunt ibi quatuor extremitates, s. calidum, & frigidum, & humidum, & siccum: cum melancholia sit frigida & sicca; sanguis vero calidus & humidus. ista duo non possunt ligari vnico medio, q̄a ad hoc ꝙ detur cōtinuitas, oportet ꝙ inter ꝯrietatē aliquo mō

In q. 46. Inter sanguinem & melancholiam contrarietas [illegible] sit, & [illegible] ligatur [illegible] sit humidum [illegible] me[illegible] [illegible] eos [illegible].

A detur similitudo & idētitas, sed inter melancholiam & sanguinem sunt duę ꝯrietates, quia inter calidum sanguinis & melancholiæ frigidum est ꝯrietas. Similiter humidum in sanguine ad siccitatem in melancholia repugnat. Ad primā ꝯrietatē necessarium est vnum medium, s. humidum. nam humidū conuenit calido & frigido. si autē non poneretur alia qualitas media, maneret alia ꝯrietas secunda non ligata, humidum & siccū in sanguine & melancholia: & ista duo non possunt ligari mediante primo medio, s. humido, quia tunc humidum esset mediū & extremū. nec pōt manere non ligata, quia tunc non esset continuitas, cum duo ꝯria f̄m se non habeant aliq̄ similitudinē nec continuitatem, sed potius repugnantiam

B & disparationem nisi detur aliquod alterum mediū, in quo ipsa suscipiant similitudinem & identitatem. Dabitur ergo aliud medium pro humido & sicco, & istud erit frigidum quod vtrique conuenit: ligantur ergo melāncholia & sanguis duabus qualitatibus medijs, s. humiditate, & frigiditate, & istud est in phlegmate. Et ex hoc patet ꝙ inter melāncholiā & sanguinem necesse est dari humorem mediū, quia non pn̄t colligari sanguis & melancholia nisi duabus medijs qualitatibus vt dictum est, sed istę duę qualitates non possunt esse in eis. ergo sunt in medio aliquo distincto ab eis. Quod non sint in eis patet: quia tunc quilibet eorum haberet illas duas qualitates, cum dicant in duabus cōicare, sed impossibile est, quia tūc ambo essent idē humor, q̄a humores qui per oīa easdē qualitates habent sunt idem: sed isti duo cōicant ex fun- Prima rō.

C damēto dato. ergo sunt idem humor. Item si ambo cōicarent istas duas qualitates medias, cū istę sint frigidū & humidū, & istę faciunt humorem phlegmaticum, sequeretur quēlibet horū esse humorē phlegmaticū. vnde melāncholia & sanguis essent phlegma. Item si quilibet istorū cōicaret illas medias qualitates, iam non maneret solida ꝯrietas, immo nulla sed esset identitas. Ideo non diceretur ꝙ habentia solidā ꝯrietatem colligantur duabus medijs qualitatibus si efficiūtur vnū: sunt ergo necessario in medio aliquo distincto ab vtroque, quia duę qualitates facient humorem vnū. Ideo necesse est ꝙ inter melancholiam & sanguinē detur vna tertia media natura quæ sit hu- Secunda ratio. Tertia rō.

D mor, & sit humida & frigida: & hoc est in phlegmate, istud medium datū inter ambos humores non pōt habere vnicā qualitatem, quia nō esset transitus, nec cōtinuitas ab vno in alterum. nam si esset iste humor medius solum frigidus posset a melancholia transiri in illum per continuum, s. a frigido melancholico in frigidum phlegmaticū, non t̄n posset inde transiri ad sanguinem in quo nihil de frigido est, vel veniendo de sanguine versus melancholiam transiri nō posset, quia nulla erat conuenientia. Si autem illud mediū solum ponatur humidū, non posset esse transitus, q̄a licet a sanguine in phlegma transiri posset, s. ab humido sanguineo in humidum phlegmaticū, t̄n inde in melancholiā transiri non posset, quia in melancholia

E nihil est de humido: necesse ergo fuit dari duo media, & tunc est continuitas & transitus, quia a melancholia transibitur versus sanguinem, s. a frigido melancholico in frigidum phlegmaticum. & ab humido phlegmatico transibitur in humidū sanguineum.

Alia ratio ad idem. Et de proportione phlegmatis ad sanguinē & melancholiam & illorum inter se. Quæst. LVII.

ITEM necesse erat dari duo media, quia cum ista duo haberēt ꝯrietatē solidā, nō poterat dari vnicū mediū cōtinuo proportionabile, sicut neç inter duos cubos immediatos nunq̄ dat̄ vnicus numerus cōtinuo ꝓportionalis, sed duo. Nā ponat vni-

cum medium in phlegmate, s. frigidum, non poterit istud esse continuo proportionale, vt si dicatur sicut se habet siccitas melancholiæ ad frigiditatem phlegmatis, ita se habet frigiditas phlegmatis ad caliditatē sanguinis: nam non stat ista proportionalitas, quia siccitas est principalis qualitas melancholiæ, ideo nō est maior quàm frigiditas phlegmatis, cum etiam sit frigiditas principalis qualitas phlegmatis: sed est proportio æqualitatis, ideo sic se debet habere frigiditas phlegmatis ad caliditatem sanguinis: & tunc cū non sit simpliciter æqualitas in caliditate sanguinis, nō est medium proportionale in proportionalitate continua vel discontinua. Si autem fiat aliter proportionalitas, s. sicut se habet siccitas melancholiæ ad frigiditatem phlegmatis, ita frigiditas phlegmatis ad humiditatem sanguinis. hic enim istæ qualitates sunt principales in his humoribus, ideo habent æqualitatem, & consequenter non est continua proportionalitas nec proprie proportionalitas. Hoc putant aliqui, sed falsum est, quia sicut est proportionalitas cōtinua inter tria inequalia, s. tria sex duodecim, ita est proportionalitas continua inter tria ęqualia, siue in numeris, siue in magnitudine, sed non sufficit illud medium vnicum proportionale pro duabus contrarietatibus: ideo necesse est dari etiam aliam qualitatem medio modo proportionalem. Si autem fiat aliter, scilicet sicut se habet frigiditas melancholiæ ad frigiditatem phlegmatis, ita frigiditas phlegmatis ad caliditatem sanguinis, non est proportionalitas continua, quia frigiditas melancholiæ est minor frigiditate phlegmatis, cum in phlegmate frigiditas sit qualitas principalis, in melancholia autem est secundaria, sed non se habet frigiditas phlegmatis ad caliditatem sanguinis in proportione minoritatis, sed maioritatis, quia frigiditas phlegmatis est principalis qualitas eius, caliditas autem sanguinis non est principalis eius qualitas. Si autē fiat aliter proportionalitas, scilicet sicut se habet frigiditas melancholiæ ad frigiditatem phlegmatis, ita frigiditas phlegmatis ad humiditatem sanguinis: non tenet proportionalitas, quia frigiditas melancholiæ est minor frigiditate phlegmatis, & frigiditas phlegmatis sit æqualis humiditati sanguinis, cū vtraque sit in humore suo qualitas principalis. Idem modus arguendi per omnia est, si ponatur aliud medium solum, scilicet humidum phlegmatis, quia nunquam reperietur continua, neque discontinua proportionalitas tot modis variando proportionalitatē, quot supra variauimus. Necesse est igitur medium humorem, s. phlegma habere duas qualitates secūdū quas sint proportionales isti humores, & tunc fiet ibi vera proportionalitas, s. sicut se habet frigiditas melancholię ad frigiditatem phlegmatis, ita se habet humiditas phlegmatis ad humiditatem sanguinis: est habitudo similis, quia frigiditas melancholiæ est minor frigiditate phlegmatis, cū in phlegmate sit qualitas principalis, & in melancholia secundaria, ita se habet humiditas ad humiditatem, s. humiditas phlegmatis ad humiditatem sanguinis, quia humiditas in sanguine est qualitas primaria, & in phlegmate est secundaria. Alio modo potest fieri ista continua proportionalitas, s. sicut se habet siccitas melancholię ad humiditatem phlegmatis, ita frigiditas phlegmatis ad caliditatem sanguineam: & hoc verum est, quia siccitas est principalis qualitas melācholiæ & est maior humiditate phlegmatis, quia illa est conditio eius minus principalis. Ita frigiditas phlegmatis ad caliditatem sanguinis, quia frigiditas est principalis qualitas phlegmatis, & caliditas est minus principalis qualitas sanguinis.

F *Inter phlegma & cholerā necessario datur humor medius, idest sanguis. Quæst. LVIII.*

De phlegmate ad choleram eodem modo dicendum est, φ sunt habentes solidā contrarietatem, quia sunt in eis quatuor extremitates dissimiles, s. phlegma frigidum & humidum: cholera calida & sicca: ista duo non possunt ligari vnico medio, quia sunt in eis duæ contrarietates, sed duplici medio, s. humido & calido. nam q̄libet cōtrarietas vna qualitate media indiget ad colligandum. frigidum ergo in phlegmate & calidum in cholera colligantur humido, quia humidum vtrique eorum conuenit. Manet secunda contrarietas,
G scilicet sicci & humidi: & ista non potest sine medio relinqui, quia tunc daretur discontinuatio: & consequenter tolleretur motus, qui fit per cōtinuum: nec potest primum medium etiam esse medium pro hac continuitate, quia tunc idem esset medium & extremum, sed dabitur aliud medium, s. calidū, quia huic conuenit tam siccū quàm humidum. duæ ergo qualitates sunt mediæ colligantes choleram & phlegma, sed istæ non sunt in eis, quia tunc sequerētur omnia inconuenientia quæ supra inducebantur de melancholia & sanguine, sed sunt in quodam tertio distincto, & ex hoc necesse est quòd sit inter phlegma & choleram medius quidam alius humor calidus & humidus, & iste est sanguis, & habet iste duas qualitates medias secundū proportionalitatē inter phleg- In q. 56.
H ma & choleram. Non potest enim vnicus esse, quia tunc ponatur quòd sit illa humiditas, non erit continuitas, neque transitus inter hęc duo. nam poterit a phlegmate transiri versus choleram, s. de humido phlegmatico ad humidum sanguineum, inde tamen non poterit transiri, quia non est aliquod humidum in cholera, & a cholera versus sanguinem non poterit esse transitus, quia non habet aliquid cholera a quo transeatur per continuum in humidum sanguineum.

Si autem ponatur aliud medium solum, scilicet calidum, poterit esse transitus a cholera in sanguinem, s. a calido cholerico in calidum sanguineum: non tamen poterit transiri inde in phlegma, quia in phleg-
I mate nihil caliditatis est, & a phlegmate non poterit transiri in sanguinem, quia non erit aliquid simile.

Necesse est igitur dari duo media, s. calidum & humidum, & tunc erit cōtinuitas & transitus, quia transibitur ab humiditate phlegmatica in humiditatem sanguineam, & a caliditate sanguinea in caliditatem cholericam. aut econtrario ex caliditate cholerica ad sanguineam &c. Item hoc patet, quia cum isti duo humores sint duo solidam contrarietatem habentia, necesse est intercidāt inter ea duo medio modo proportionalia. nam dato vno non poterit reperiri: patet exemplificando sicut supra exemplificatum est de melancholia & sanguine. De proportione sanguinis & phlegmæ ac choleræ inter se.

Datis duobus est manifesta proportionalitas, sci-
K licet sicut se habet humiditas phlegmatis ad humiditatem sanguinis, ita se habet caliditas sanguinis ad caliditatem choleræ, quia humiditas phlegmatis est minor humiditate sanguinis, cum sit humiditas principalis qualitas in sanguine: in phlegmate autem est minus principalis: sic in caliditate, quia est maior in cholera quam in sanguine: cum sit principalis qualitas choleræ & non sanguinis: & in eadem proportione in qua se habet humiditas phlegmatis minor quàm humiditas sanguinis, est minor caliditas sanguinis caliditate cholerę. Secundus modus proportionalitatis istorū inter se.

Alio modo potest fieri ista ꝓportionalitas, s. sicut se ha-

se habet frigiditas Phlegmatis ad caliditatem sanguinis, ita se habet humiditas sanguinis ad siccitatē cholerę, quia frigiditas phlegmatis est maior caliditate sanguinis, quia in phlegmate frigiditas est principalis qualitas, in sanguine autem caliditas est minus principalis, ita in sanguine humiditas est maior quàm sit siccitas choleræ, quia in sanguine humiditas est qualitas principalis, & in cholera siccitas est minus principalis, & in eadē proportione diminutionis se hēt.

In humoribus in quibus est contrarietas solida datur vnicum medium. Quæst. LIX.

IN humoribus autem habentibus contrarietatē nō solidam datur vnicum medium proportionale secundum legem numerorum quadratorum: sicut inter melancholiam & phlegma est contrarietas simplex, quia sunt tres extremitates solum, scilicet siccum, frigidum & humidum: & medium est frigidum quod vtrique conuenit. Et quantum ad hoc est similitudo & transitus a melancholia in phlegma, quia transitur a frigido melancholico in frigidum phlegmaticum, & est istud medium continuo vel discontinuo proportionale, quia sicut se habet siccitas melancholię ad frigiditatem suam, ita se habet frigiditas phlegmatis ad humiditatem suam. quod patet, quia siccitas melancholię est maior frigiditate eius, cum pręcipua qualitas sua sit siccitas, frigiditas autē est minus principalis, ita frigiditas phlegmatis ad humiditatem suam quia est maior, cum frigiditas sit principalis qualitas phlegmatis: humiditas autē est minor. Nec potest poni aliquis humor medius inter melancholiam & phlegma, quia ista duo sola ligantur vnico medio. ergo neque humor medius solum posset habere qualitatem illam mediam in qua ligantur ambo humores, vel si haberet aliquā vltra illam, iam coincideret cum aliquo duorum extremorum, quia aliam quandam qualitatem reciperet ab aliquo duorum extremorum: vnde vtranque caliditatem illius extremi reciperet. Si autem solum habeat vnicam mediam qualitatem non poterit esse vnus humor, quia quilibet humor, quodlibet elemētum, & quodlibet tēpus duas necessario habet qualitates, alioquin tolleretur similitudo & continuitas omnis, vt supra declaratum est. nullus ergo humor poterit mediare inter melancholiam & phlegma. potissime, quia qualitas illa qua colligantur nō est in aliquo medio distincto, sed in eis. Inter phlegma quoque & sanguinem est contrarietas non solida, quia habent tres extremitates solum differentes, s. frigidū, humidum, calidum: & colligātur vnico medio proportionali, s. humido: quod tam phlegmati quā sanguini conuenit: & illo dato fit transitus conueniens a phlegmate in sanguinem, s. ab humido phlegmatico in sanguineū humidum. Est autem medio modo proportionale humidum, quia sicut se habet frigidum phlegmaticum ad humidum eiusdem, ita humidum sanguineum ad calidum eiusdem, & hoc est esse medio modo proportionale siue in proportionalitate cōtinua, vt cum dicitur sicut se habet quatuor ad sex, ita se habet sex ad nouem, hic inter duo quadrata immediata, scilicet quatuor & nouē datur vnicus numerus medio modo proportionalis. Ita hic in istis quando non habent solidam contrarietatem excedit humiditas sanguinis caliditatem suam, sicut excedit frigiditas phlegmatis humiditatem suam, & terminus medio modo proportionalis est hic humiditas. Non possunt autem assignari duo media proportionalia inter phlegma & sanguinem, quia sicut non potest reperiri vnicum medium proportionale

Inter melancholiā & phlegma nō datur aliquis humor medius.

In q. 46. & 56.

Cōparatur phlegma ad sanguinem.

A inter duo quæ habent solidam contrarietatem, ita nō pōt reperiri duplex numerus medio modo proportionalis, vel duplex medium proportionale in habentibus simplicem cōtrarietatem. Si autem darētur inter phlegma & sanguinem duę qualitates proportionales, aut essent in istis duobus humoribus, aut in aliquo medio distincto ab eis. si aūt essent in ipsis cōicarent in duabus qualitatibus, & quilibet humor haberet alterius qualitates. nam quilibet istorum duorū humorum habet duas qualitates. si ergo cōicarēt in duabus qualitatibus in seipsis, quilibet haberet duas qualitates alterius & esset idem, & hoc non erat colligare vel communicare, sed esse eūdem humorem.

B Si autem dicatur quòd illę duę qualitates medio modo proportionales erant in aliquo medio: quæritur de illis qualitatibus quę essent: vna earum esset qualitas media in qua cōicāt, s. humidū: alia aūt non poterat esse nisi ipsius phlegmatis vel cholerę, quia aliàs non esset qualitas media. cum ergo istud medium sit humidum, si detur ei qualitas phlegmatis, s. frigidum erit humidum & frigidum sicut phlegma, & nō differret a phlegmate. Si autem dicatur quòd erat caliditas sanguinis: cum illud medium, vt dictum est, sit humidum, addita ei caliditate erit humidum & calidum sicut sanguis, & non differret a sanguine, & tūc non erit medium, sed extremum. Ideo non poterit dari aliquod medium quod habeat duas qualitates, & ob hoc impossibile est inter phlegma & sanguinem intercidere aliquem humorem, quia ille necessario

C haberet duas qualitates, sed nō possunt esse duæ qualitates mediæ inter hęc, vt probatum est. ergo nō potest cadere medius humor. Inter sanguinem quoque & choleram non est solida contrarietas, quia solum sunt tres extremitates differentes, s. calidum, humidum, siccū: medium est calidum, & copulantur ambo in illo, quia conuenit sanguini & choleræ, & est sufficiens ad hoc ꝙ fiat transitus, quia transibitur a calido sanguineo in calidum cholericum, & ecōtrario. est etiam medio modo proportionale, quia sicut se habet humiditas sanguinea ad caliditatem suam, ita se habet caliditas cholerica ad siccitatem suam, quia humiditas in sanguine est maior caliditate, quia est humiditas principalis qualitas in sanguine, caliditas

D vero minus principalis. In cholera autem ita se habet calor ad siccitatem, quia qualitas principalis choleræ est ipsa caliditas, & minus principalis est siccitas. Idem modus inter choleram & melancholiam assignatur, quia eodem modo habent planam contrarietatem. Et hoc modo est continuitas transitus inter humores, quia a melancholia transitur in phlegma, scilicet a frigido melancholico in frigidum phlegmaticum, & inde ab humido phlegmatico in humidum sanguineum, & postea a calido sanguineo in calidum cholericum, ita vt semper sit continuitas motus.

Inter phlegma & sanguinem non datur aliquis humor medius.

Q̃uo est continuitas transitus inter humores.

E *Quodlibet de quatuor elementis, quatuor temporibus, quatuor humoribus necessario habet solidam contrarietatem ad vnum: & simplicem ad duo sui generis: & cur hoc. Quæst. LX.*

CONSIDERANDVM autem quòd in quatuor elementis, quatuor temporibus & quatuor humoribus, quilibet humor, quodlibet elementum, quodlibet tempus habet contrarietatem solidam ad vnum, & cōtrarietatem planam ad duo.

De elementis primo patet, quia terra habet cōtrarietatem solidam ad vnum, s. ad aerem, cū sint in eis

quatuor extremitates differẽtes, ſ. terra frigida & ſicca, aer calidus & humidus, habet contrarietatẽ planã ad duo, ſ. ad ignem & ad aquam. Primo ad aquam, quia aqua eſt frigida & humida, & terra frigida & ſicca, habent enim tres extremitates ſolum differentes quod non perficit ſolidam contrarietatem. habet etiam contrarietatem ad ignem planam, quia ignis eſt calidus & ſiccus, terra eſt frigida & ſicca, tres extremitates ſolum ſunt.

Item aqua habet ignem pro contrario ſecundum ſolidam cõtrarietatem, & aeri & terrę opponitur ſ'm planam contrarietatẽ, quia in aqua & igne ſunt quatuor extremitates differentes in eis, ſ. calidum, frigidum, humidum, & duæ earum ſunt cõtrariæ. Etiam aqua ad terram habet planã cõtrarietatem, quia ſunt tres extremitates, ſ. humidum, frigidum, ſiccum. Aer habet ſolidam contrarietatem ad terram, & habet ad ignem & aquam planam contrarietatem. Ignis habet contrarietatem ſolidam ad aquam, & contrarietatem planam ad aerem & terram, quia in quolibet primorũ ſunt quatuor extremitates, in alijs vero tres.

Probat idem in tẽporib'. In temporibus autem conformiter reperitur, quia ver habet contrarietatem ſolidam ad autumnum, & planam ad hyemem & ad æſtatem. Primum patet, quia ver eſt calidum & humidum, autumnus eſt ſiccus & frigidus, quę sũt quatuor extremitates cauſantes duas integras contrarietates. Veris ad æſtatem eſt cõtrarietas plana, quia ſunt tres extremitates ſolum, ſcilicet calidum, humidum, & ſiccum: veris ad hyemem ſimplex eſt cõtrarietas in ſolis tribus extremis, ſcilicet calido, humido, & frigido. Aeſtatis ad hyemem eſt ſolida ꝯrietas, quia ſunt ibi quatuor ꝯrietatis extremitates complẽtes ſolidam ꝯrietatem. Aeſtatis ad autumnum eſt ſimplex ꝯrietas, quia ſunt ibi ſolũ tres extremitates: ita de æſtate ad ver, quia ſunt ibi humidum, calidum & ſiccum. De autumno quomodo ad ver ſolidam contrarietatem habeat, & ad æſtatem & hyemem ſolam ſimplicem: patet ex dictis. Idem patet de hyeme reſpectu aliorum temporum.

Probatio in humoribus. In humoribus idem eſt: quia ſanguinis cum melancholia eſt ſolida contrarietas: cum ſint quatuor extremitates, ſ. ſanguis eſt humidus & calidus: melancholia frigida & ſicca: ſanguinis autem ad choleram eſt contrarietas ſimplex, quia ſunt tres extremitates ſolum, ſ. calidum, humidum, ſiccum: cum ſanguis ſit calidus & humidus, cholera calida & ſicca. Sanguinis ad phlegma eſt ſimplex contrarietas, quia ſunt tres extremitates, ſ. calidum, humidum, frigidũ. Choleræ ad phlegmam eſt ſolida contrarietas, quia ſunt ibi quatuor extremitates, ſ. calidum & ſiccum in cholera, frigidum & humidum in phlegmate. Choleræ ad ſanguinem eſt ſimplex cõtrarietas, quia ſunt tres extremitates differẽtes, ſ. calidum, ſiccum, & humidum. Cholerę ad melancholiam ſimplex contrarietas eſt', exiſtentibus tribus ſolum extremitatibus, ſ. calidum, ſiccum, frigidum. De melancholia ad ſanguinem ſolida eſt contrarietas, & ad phlegma & choleram ſimplex. Phlegmatis ad cholerã ſolida eſt contrarietas: ad melancholiam autem & ſanguinem eſt ſimplex, vt patet ex dictis.

An neceſſe ſit eſſe tantum quatuor elementa: & quatuor tempora anni: & quatuor humores: vel ſit poſſibile eſſe plura vel pauciora his. *Quæſt.* LXI.

Ex præmiſſis colligi poteſt quòd neceſſe eſt eſſe elementa quatuor datis quatuor qualitatibus: & non eſt poſſibile eſſe plura nec pauciora. In quo conſiderandum eſt quòd elementa ſecundum qualitates eorum accipiuntur. ſi

F autem qualitates ſimplices eſſent in elementis, ſcilicet, quòd in quolibet eorum eſſet vnica ſecundum quòd ſunt quatuor qualitates eſſent quatuor elementa: habet tamen quodlibet elementum duas qualitates neceſſario: vt ſupra probatum eſt: quia aliter nõ eſſet in naturalibus continuitas nec harmonia: quia quęlibet qualitatum elementalium eſſet in ſummo, & non haberent ſecundum quòd ſe excederent: habet autem quodlibet duas, ſed quodlibet eorum habet vnam principalem, & ſecũdum quòd ſunt quatuor ita ſunt in quatuor fundamentis, ſcilicet, quòd igni debetur caliditas ſumma: aeri ſumma humiditas: aquę ſumma frigiditas: terræ extrema ſiccitas. Ad hoc autem quòd iſta elementa contemperentur,

G recipiunt ſecundarias qualitates, quia quodlibet elementum præter qualitatem quæ in eo eſt in ſummo, habet aliam ſecundariam quæ eſt minor.

Nunc ergo dato quòd in quolibet elemento neceſſe eſt poni duas qualitates, non poſſunt eſſe pauciora elementa quàm quatuor. Non enim poteſt eſſe vnicum elementum, quia nõ poſſunt eſſe in vno elemento niſi duæ qualitates, tamen qualitates elementales ſunt quatuor. ergo oportet dari plura quã vnum. nam in vno non poſſunt poni quatuor qualitates cum faciant duas integras contrarietates: nihil tamen poteſt habere in ſe non ſolum duas contrarietates, ſed etiã neque vnam: hæc enim eſt natura contrariorum, vt in eodem ſubiecto eſſe non poſſint. Nõ poſſunt etiam in eodem elemento poni tres qualita- Datis 4. qualitatibus neceſſe eſt eſſe quatuor elementa.

H tes, quia tunc neceſſe erat poni ibi vnam contrarietatem. nam in quatuor qualitatibus ſunt duę integrę contrarietates. ergo quãdo fuerint tres qualitates in aliquo, neceſſe eſt vt ſint ibi duo contraria, vt ſi ponatur calidum, ſiccum, & frigidum in aliquo, aut qualitercunque aliter varietur: duę autem qualitates eſſe poſſunt ſine contrarietate, vt calidum & humidum: frigidum & ſiccum, vel calidum & ſiccum, frigidũ & humidum, ſed tres quæcunque illę ſint non poſſunt eſſe ſine contrarietate. nullum ergo elementum poteſt conſtare pluribus quàm duabus qualitatibus non contrarijs, ſed quatuor ſunt qualitates. ergo neceſſe eſt ad minus poni duo elementa: quorũ vnum ſit calidum & ſiccum, vel calidum & humidũ,

I & aliud ſit ſiccum & frigidum, vel frigidum & humidum. Si detur quòd ſint duo elementa quorum vnum ſit calidum & ſiccum, & aliud frigidum & humidum, erunt iſta vt ignis & aqua quæ habent huiuſmodi qualitates. Sed iſta non poſſunt eſſe ſola, quia contraria ſi ſola ſint nõ habent aliquam cognationẽ, nec poſſunt aliqualiter colligari: natura tamen requirit vnitatem & continuitatem, cum vniuerſum habeat in ſe ordinem, & res eius habent inter ſe aliquam vnitatem & conformitatem naturæ ſecundũ aliquid, ſed contraria ſine medio continuari & colligari nequeunt.

Neceſſe eſt igitur quòd detur medium inter talia duo elementa, & non erit vnica qualitas, quia vbi eſt ſolida contrarietas, neceſſe eſt dari duo media colli-

K gãtia, ſicut inter duos numeros cubos proximos neceſſe eſt reperiri duos numeros medio modo proportionales ad illos in continua proportionalitate, vt ſupra ſatis declaratum eſt. Et erunt iſtę qualitates humidum & calidum, quia caliditas ignis & frigiditas aquæ indigent vna qualitate media colligante, & iſta eſt humiditas, quia vtrique conuenit humiditas, cum interdum calida ſint humida, & interdum frigida ſint humida. In q. 53.

Iſta qualitas non ſufficit ad colligandum vtranque contrarietatem, quia ſiccum & humidum non poſſunt colligari humido, cũ ſit humidũ extremitas. Eſt ergo

ergo necessaria alia qualitas, scilicet calidū, & in hac copulantur siccum & humidum, cum interdum sicca calida sint, & interdum humida sint calida. Istæ duæ qualitates necessario supponunt aliquam naturā mediam inter duo illa elementa data, & in illis colligabuntur. nam in eis non possunt esse istæ duæ qualitates: quia tunc quodlibet horum duorum elementorum esset calidum & humidum, & tunc ambo essent vnum elementum: quia haberent easdem qualitates penitus. Item nō staret solida contrarietas nec aliqua: ideo necesse est vt manētibus his duobus elementis in suis qualitatibus, s. in calido & sicco: humido & frigido, detur extra ipsa aliqua alia natura elementalis habens duas qualitates, s. calidum & humidum: & sic erunt saltem tria elementa.

Probat quartum elementum dari necessario, s. ignis. Quæst. LXII.

SED adhuc necesse est poni alterum elementum, quod potest sic probari: quia qualitates quatuor sunt in elementis, & quælibet qualitas habet quòd sit summa in aliquo elemēto. In elementis tamen istis tribus solum sunt tres qualitates principaliter, quia in calido & sicco, s. igne est caliditas in summo: in frigido & humido est frigidū in summo, s. in aqua: in medio autem elemento, scilicet calido & humido quod est aer, est humidum in summo: siccum autē in nullo adhuc est in summo. Oportebat ergo adhuc dari aliquod aliud elementū, in quo sit in summo siccum: & istud est terra. Sed aliter probari potest fundamentalius, quia in natura est continuitas propter motum & processum, qui nō fit sine continuitate. Sed datis his tribus elementis non datur continuitas. nam ab aqua in aerem proceditur, scilicet ab humido aqueo in humidum aereū: & ab aere in ignem, scilicet a calido aereo in calidum igneū, sed a sicco igneo in nihil procedi posset, sicut est de duabus qualitatibus aeris, quarum vtraque est medium procedendi ab aqua in ignem, sed esset ista siccitas ignis superflua. Idem de frigiditate aquę, qa a frigiditate aquę non proceditur ad aliquid, sed solū ab humiditate eius in aeream humiditatem. Nec potest dici quòd per circulum redeatur a sicco igneo in frigidum aqueum, quia motus fit per cōtinuum, sed inter frigidum & siccum non est continuitas, quia non copulantur ad terminum communem: ipsa autē sunt disperata. debet ergo poni aliqua natura media elementalis, per quam copulentur: & fit progressus continuus per omnes istas qualitates: & ista erit frigida & sicca, scilicet terra: & tunc erit continuitas. nec erit quicquam superfluum, aut diminutum, quia ab humiditate aquea ꝓceditur in humiditatē aereā, & a caliditate aerea in caliditatem igneam, & a siccitate ignea in siccitatem terream. & a frigiditate terrea in aqueam frigiditatem, & hoc modo fiet cōuersio quotiescunque voluerimus semper per cōtinuū. Ista probatio procedit si dederimus quatuor qualitates elementales in duobus elementis, scilicet calidū & siccum, frigidum & humidum. Sed detur aliter, s. quòd illa duo elementa sint vnum calidum & humidum: & aliud frigidum & siccum, scilicet aer & terra: hic sunt quatuor qualitates elementales, & sic nō videtur necesse esse poni plura elemēta. Sed necesse est poni plura, quia terra & aer solidam habent cōtrarietatem, & non possunt ligari contraria sine medio, nec vnico medio ligabuntur sed duobus, quia sunt contraria solida. nam caliditas aeris & frigiditas terræ sunt vna contrarietas, humiditas aeris & siccitas terrę sunt alia contrarietas. Prima cōtrarietas ligatur

Alia probatio melior.

A vnica qualitate, scilicet humido, quia humidum conuenit calidis & conuenit frigidis: ista qualitas nō potest esse medium in alia contrarietate humidi & sicci: cum ipsa sit vnum extremum, sed erit medium frigidum. Cum ergo istę qualitates sint ad colligandum duo contraria solida, necesse est vt vel sint in ipsis duobus elementis, quę habent solidam contrarietatem, vel in aliquo alio inter ipsa. Non possunt esse in ipsis, quia tunc easdē haberent qualitates duo contraria solida, quod includit contradictionem, quia nō solum non manerent contraria solida, sed neque manerent contraria, sed essent idem. ergo dabuntur istæ duæ qualitates aliquo subiecto medio, & istud erit tertia natura media elemētalis, scilicet humida & frigida, & est aqua.

B Datis his tribus probabitur necessarium esse quartum elemētum, scilicet ignis, quia aliàs non daretur continuitas processus in natura. nam procederetur a frigido terreo in frigidum aqueum, & ab humido aqueo in humidum aereum: tamen a calido aereo in nihil posset procedi: non enim continuaretur alicui. Idem de sicco terreo: nulli enim continuarei. oportet ergo dari naturam aliam mediam secūdum quam omnia ista continuentur, & ista erit ignis: & tunc erit processus continuus, quia a frigido terreo procedetur in frigidum aqueum: & ab humido aqueo procedetur in humidum aereum, & a calido aereo in calidum igneum, a sicco autem igneo ad siccum terreum, & sic erit perfecta continuitas. quocun-

C que ergo modo detur necesse est concludi esse quatuor elementa.

Esse plura vel pauciora elementa quam quatuor est impossibile, & quare. Et quòd inter terram, & aquam non potest intercidere aliquod elementum. Quæst. LXIII.

ESse autē plura elementa est impossibile, quia inter ignem & aquam vnicum intercidere posse necesse est, plura vero impossibile. nā sicut in numeris cubis fit colligatio per duo media proportionalia, & nō potest fieri per vnicum, nec est possibile inter duos cubos proximos intercidere tres numeros continue proportionales, aut plu-

D res, ita cum ignis & aqua sint solida in contrarietate, non poterit intercidere vnicum medium: nec tamē plura duobus, sed duo media sūt duæ qualitates proportionabiles, & illę faciunt vnum elementum. ergo non potest inter ignē & aquam intercidere nisi vnicum elementum. Et quia media colligantia solidam contrarietatem ignis & aquæ sunt calidum & humidum, fiet elementum calidum & humidum, & istud est aer. Si autem inter ignem & aquam darētur duo elementa, necesse erat dari quatuor qualitates in eis: cum quodlibet elemētum vnam habeat qualitatem principalem, & aliam secundariam: & istæ quatuor qualitates essent continuo proportionales inter aquā & ignem, sed hoc est impossibile, quia non possunt

E intercidere in solida contrarietate nisi duo termini medij continue proportionales. Accipiātur alia duo contraria solida, s. aer & terra, non poterit intercidere nisi vnum elementum inter illa, quia ista habēt quatuor extremitates contrarietatis, quæ sunt humidum, calidum, siccum & frigidum: inter hæc non possunt intercidere nisi duæ qualitates mediæ ad colligādum duas ꝯrietates: & erunt frigidum & humidū, sed solę duę qualitates vnicū efficiunt elemētum. ergo inter aerem & terram elementum vnicum est, s. aqua. Si autē darentur duo elemēta media necesse erat intercidere quatuor qualitates quæ essent cōtinuo medio modo proportionales, nulla tñ cōtrarietas solida pōt

recipere nisi duos terminos medios cõtinuo propor-
tionales. non dabuntur ergo nisi quatuor elemẽta.
Alia probatio clarior. Aliter probari potest & euidentius per ipsa elemẽta
habentia simplicem contrarietatem, s. inter ista qua-
tuor elementa non possunt intercidere alia. ergo nõ
possunt esse nisi quatuor elementa. nam si plura es-
sent elementa, necesse erat vt continuaretur vnum
ad alterum, & efficerent vnam naturæ continuitatẽ:
aliàs non ordinarentur ad vnum. nec daretur cogna-
tio in rebus naturæ: & tunc non essent ad generatio-
nem nec ad corruptionem, cum ista fiant secundum
quandam harmoniam similitudinis & dissimilitudi-
nis. Inter terram autem & aquam quæ simplicem
habent contrarietatem, impossibile est intercidere
aliquod elementum: quia ista habent cõtrarietatem
planam, s. siccum terreum & humidum aqueum: in
habentibus tamen huiusmodi contrarietatem vnicũ
medium possibile est ad colligandũ, sicut inter duos
quadratos quoscũque proximos vnicum numerum
medio modo proportionalem reperiri necesse est. Et
ista est vnica qualitas, vt inter siccum terreum & hu-
midum aqueum intercidat frigidum, quod cõuenit
vtrique, & non possunt plura media esse: quia sim-
plex contrarietas non potest ligari nisi vnico medio,
vt supra satis probatum est, sed vnica qualitas non ef-
In q. 55, & 56. ficit elementum. ergo non potest intercidere aliqđ
inter terram & aquam: prętertim quia qualitas illa
media qua colligantur est in ipsismet. ergo non po-
terit intercidere aliquid quo colligẽtur: seipsis enim
sufficienter colligantur qualitate illa media.

Inter aquam & aerem non potest intercidere aliquod elementum medium: & quare. Et quòd idem in aere arguitur. Similiter etiam inter aerem & ignem. Quæst. LXIIII.

ITEM arguendum est de aqua & aere, ꝙ nõ pos-
sit intercidere aliquod mediũ elementum: quia
ista habent contrarietatem simplicem. in tribus
enim extremitatibus differentibus consistunt, s.
frigido, & humido, & calido: quarum duę contrarie-
tatem habent simplicem. tertia autem est media col-
ligans: ideo non poterit intercidere medium alterũ.
Tum quia medium colligans contrarietatem est in
ipsismet: ideo non indigent alio. Tum quia vnica
qualitas media est, sed illa nõ potest efficere elemen-
tum quod semper duabus consistit qualitatibus. Idẽ
in aere & igne arguetur ꝙ nullum possit intercidere
medium, quia simplicem habent contrarietatem.
Idem in igne & terra. Aliter argui potest si aliquod
medium intercideret inter terram & aquam illud de-
beret esse medio modo proportionale: alioquin non
daretur continuitas, & ordo processus in natura. si
autem sit medio modo proportionale, oportet quòd
accipiat de qualitatibus eorum: accipiet autem me-
diam qualitatem, s. frigiditatem quæ conuenit tã sic-
co terreo quàm humido aqueo. accipiet etiã aliam
qualitatem: quia non potest consistere vnica quali-
tate: & tunc aut erit illa de qualitatibus terrę, aut de
qualitatibus aquæ. si assumat de qualitatibus terræ
assumet siccum: & sic erit medium illud frigidum
& siccum, sed tunc non erit medium sed extremũ,
quia erit terra quæ est frigida & sicca. Si autem cum
medio quod est frigidum, assumatur alia qualitas,
quę sit qualitas aquæ, erit humidum, & dicetur me-
dium frigidum & humidum: sed istud est extremũ,
quod est aqua. ergo non potest poni medium ele-
mentum.

Si autem dicas quòd vis ponere frigido, quod est
medium, aliam qualitatem quæ non sit de qualitati-
bus aquæ & terrę: necessario illa erit caliditas: cum
F præter humiditatem & siccitatem nulla sit coniun-
gibilis nisi caliditas, sed frigidum calido copulari ne-
quit propter contrarietatem. ergo impossibile est
medium dari inter terram & aquam. Inter aquam &
aerem idem modus est inducendi: ista enim sunt cõ-
traria simplicia habentia extremitates tres, scilicet fri-
gidum, humidum, calidum, & colligantur calidum
aereum & frigidum aqueũ qualitate media quæ est
humidum.

Si autem velimus ponere medium elemẽtum ha-
bebit primo qualitatem mediam, quæ est humidum:
& tunc quæritur quam de alijs tribus qualitatibus ha-
bebit. Si dicas quòd habet frigidum, erit humidum
& frigidum, & istud est aqua. Si autem dicas quòd
G habet calidum, erit humidum & calidum: & istud est
ipse aer quod erat alterum extremum. Si autem sit
siccum non poterit dari, quia tunc iungerentur hu-
midum & siccum: & iste modus est euidentior alijs
prioribus, quamquam omnes sit necessarij.

Inter aerem & ignem identidem non potest esse
medium elementum, quia ista sunt contrarietatem
simplicem habentia in tribus differentibus extremi-
tatibus, scilicet humido, calido, & sicco: & colligan-
tur per calidum. Si autem velimus ponere medium
elementum, necesse est vt habeat primo qualitatem
mediam, scilicet caliditatem quæ mediat: & tunc cũ
illa aut habebit frigidum, aut humidum, aut siccum.
Non potest habere humidum, quia esset tunc calidũ
& humidum: & istud est aer quod est extremum.
H Si autem habeat siccum, erit calidum & siccum, &
istud est ignis qui est extremum. Si autem detur ꝙ
habeat frigidum est impossibilis colligatio, quia con-
traria in eodem non sunt. Non ergo potest interci-
dere medium elementum inter aerem & ignem re-
ducendo per circulum: quia ipsa sunt habentia sim-
plicem contrarietatem in tribus differentibus quali-
tatibus, scilicet calido, sicco, frigido: & modus erit in
excludendo medium, sicut in prædictis.

Secundus modus probandi quòd est impossibile quòd sint plura quam quatuor elementa vel pauciora. Quæst. LXV.

I ALITER autem induci potest impossibili-
tas plurium quam quatuor elemẽtorum,
quia quatuor sunt qualitates elementales,
& nullum elementum potest habere vni-
cam, sed quodlibet in duabus est: & tunc quot fue-
rint possibiles combinationes qualitatum, tot erunt
possibilia elementa, sed non sunt possibiles, nisi qua-
tuor combinationes istarum qualitatum. ergo non
erunt possibilia nisi quatuor elementa, quod patet
inducendo.

Accipiatur calidum & coniungatur humido, &
fiet vnum elementum, scilicet aer. Coniungatur ca-
lidum sicco, & fiet alterum elemẽtum, scilicet ignis.
Coniungatur calidum frigido & est impossibile.

Accipiatur frigidum & combinetur humido, &
K fiet vnum elementum, scilicet aqua. Combinetur
frigidum sicco, & fiet aliud elemẽtum, scilicet terra.
Combinetur frigidum calido: hoc est impossibile.
Ecce per combinationẽ variam qualitatum sola qua-
tuor elementa inuenta sunt.

Accipiãtur aũt duę residuæ qualitates, s. siccum &
humidũ, & cum qualibet earũ fiant speciales cõbina-
tiones, & inueniẽtur eadẽ quatuor elementa, s. siccũ
cõiungatur calido, & erit elemẽtũ ignis. Cõiungatur
frigidum sicco, & erit elementum terrę. Cõbinetur
siccũ humido: & hoc est impossibile, cũ sint ɔ̃ria. Cõ-
binetur humidũ alijs qualitatibus, s. humidum calido
erit

erit elementum aeris. Combinetur humidum frigido, & erit elementum aquæ. Combinetur humidum sicco est impossibilis combinatio. qualitercunque ergo inducantur qualitates, solum est possibilis quadruplex combinatio, & consequenter erunt quatuor elementa. Si autem contrariorum esset possibilis combinatio fierent sex elementa. Et per hunc modum etiam induceretur, quòd non erat possibile fieri alia elemēta preter hæc, scilicet, quòd essent quatuor elemēta: tamē quòd illa non essent terra, aqua, aer, ignis: aut quòd esset aliquod alterum, & deficeret aliquod de his quatuor. Nec enim nunc de nominibus contendimus, s. an vocentur terra, & aqua, aer, & ignis: quia in hoc nihil differt, cum singulæ gentes proprijs ea vocibus secundum sua idiomata appellent: sed quòd non erat possibile esse elementa quatuor alterius naturæ quàm sunt hæc: quia licet in his differentia substantialis sit per formam specificā, tamen mutatis qualitatibus elementalibus impossibile erat manere eandem specificam formam: quia formæ in materia non possunt gigni nisi existant certæ dispositiones: & postquàm fuerint ibi, non poterunt manere si perdantur illæ dispositiones. Vnde si igni auferatur calidum & siccum, non manebit forma ignis, sed alterius erit naturę: quia illa forma nō potest cōsistere nisi in his dispositionibus: & si ablatis igni calido & sicco, daretur calidū & humidum, iam non esset ignis sed aer: non quidem quia substantia ignis consistat in calido & sicco: sed quia sine illis consistere impossibile est. Et hoc modo cum vnum elementum agit in alterum, conuertit illud ad naturam suam: sicut sępe aer conuertit ignem in seipsum: & econuerso conuertit ignis aerem, non quidem tanquam directe forma specifica aut destruatur, aut conuertatur: sed quia per actionem contrariorū pereunt qualitates sine quibus nō cōsistit forma specifica in materia. Consistunt ergo elementa diuersę naturę secūdum quòd qualitates se habent vario modo in eis: sed impossibile est alias esse combinationes qualitatum pręter eas, quę nūc sunt existentibus quatuor qualitatibus. vt supra fuit inductum. ergo impossibile erat alia elemēta pręter hæc esse: vel quòd essent quatuor elementa, quæ non essent hęc: quia ad hoc requirebatur quòd essent quatuor qualitatū combinationes: & quòd non essent istæ combinationes: sed non sunt possibiles combinationes alterius modi, vt inductum est. ergo nec sunt possibilia elementa alterius modi quàm hæc.

Necesse est esse quatuor tempora anni & impossibile est esse plura his. Quæst. LXVI.

SIMILITER autem de tēporibus anni dicendum est, quòd necessario sunt quatuor tēpora anni, & non possunt plura aut pauciora poni: quia ista tempora consistunt diuersa secūdum qualitates diuersas quæ in eis dominantur: sed in his temporibus sunt quatuor qualitates, & in quolibet debet esse duplex qualitas: quia non potest aliquod tempus habere vnicam qualitatem, vt supra probatū est. Debet autem quælibet qualitas habere dominiū in aliquo tempore, sicut caliditas in æstate, in autumno siccitas, frigiditas in hyeme, humiditas in vere: & istæ sunt combinatę alijs qualitatibus minus principalibus illorum temporum. Hoc dato non possunt esse pauciora quàm quatuor tempora: quia si poneremus esse vnicum tempus, cum quatuor qualitates in tēpore ponendę sint, necesse esset vt illud haberet omnes quatuor qualitates: sed est impossibile, quia tunc haberet solidam cōtrarietatem, & duas simpli-

(In q. 46.)

A ces contrarietates. Nec possunt poni tres qualitates in eodem tempore, quia in tribus qualitatibus quæcunque illæ sint si sunt de elementalibus, necesse est simplicem contrarietatem vnam esse, vt in calido, humido, frigido, vel aliter quomodocūque: non potest autem in eodem recipi contrarietas. necesse est igitur saltem esse duo tēpora, & in quolibet eorū sint duæ qualitates. Sed nec istæ erunt de ꝯrijs, vt ꝙ poneremus in eodem calidū & frigidum: & in alio siccū & humidum: istæ enim combinationes sunt impossibiles: quia ꝯria non recipiunt se simul: sed fierent combinationes aliter, s. calidum & siccum, & frigidū & humidū in alio, & videbatur ꝙ sufficerent ista duo tempora, quia in eis qualitates omnes reperiebantur, B sed non possunt hęc solum consistere, quia sunt talia duo tpa habentia solidam ꝯrietatem, & ꝯria nunq̄ ligantur nisi per medium: aliàs non erit motus & cōtinuitas: sed tpa copulantur, cum vltima eorum sint idem. ergo necesse est qualitates tpales conformiter quandam habere habitudinem. Sed duo ꝯria solida non habent aliquam cōformitatem, ideo necesse est intercidere medium copulans: & istud non est vnicum, quia duo contraria solida semper exigunt duo media continuo proportionalia, sicut inter duos cubos proximos sunt duo termini continuo proportionales. erit ergo inter caliditatem æstatis & frigiditatē hyemis medium vnum, s. siccum: quia cuilibet eorū cōuenit. Pro alia cōtrarietate, s. sicci & humidi aliud medium necessarium est, s. frigidum. nam siccū non C potest esse medium, cum sit extremum in hac ꝯrietate: & tunc medium illud quod datur, erit siccum & frigidum. Nec possunt istæ qualitates esse in æstate & hyeme, quia tunc non essent solida contraria: sed idem penitus sine aliqua contrarietate. Dabitur ergo necessario medium quod sit siccū & frigidum, & erit aliud tempus distinctum ab æstate & hyeme, in quo ambo colligentur, & sic erunt tria tempora saltem. Est autem adhuc necessarium quartum tempus: quia in tempore est circulus secundū qualitates eius, quia causatur secundum motum circuli cęlorum: ideo cum procederetur ad hyemem ab æstate est processus per continuum, s. a sicco æstatis procedetur in siccum autumni: & a frigido autumni in frigidum hyeD mis: sed cum inde procedēdum sit non poterit procedi per continuum, quia ab humido hyemis nō potest procedi in calidū æstatis aut in siccū: quia nō est aliquid medium & cōe his: ideo necesse est dari tps medium ita vt semper per cōtinuū procedatur. Erit autem istud tempus necessario humidum & calidū ad hoc ꝙ mediante illo cōtinuentur hyems & æstas: quia trāsitur ab humido hyemis & nō pōt trāsiri nisi in humidum vt sit continuitas: & quia transiri debet inde in caliditatē æstatis vt continuentur tpa, necesse quoque erit vt calidum sit, erit igitur tps istud calidū & humidū, & istud vocatur ver quod mediat inter hyemē & ęstatē, & tunc erit continuitas in tpibus, qa procedetur a siccitate æstatis in siccitatem autumni, E & a frigiditate autumni in frigiditatem hyemis, & ab humiditate hyemis in humiditatem veris, & a caliditate veris in caliditatē æstatis, & sic fit circulus & perpetuitas in temporibus. Datis autē solum tribus temporibus non poterit fieri continuitas & circulus. necesse est ergo esse quatuor tempora.

(Probat necessitatem quarti tēporis.)

Esse plura tempora quā quatuor est impossibile. Qō. LXVII.

ESse plura tempora est impossibile, quia aut essent ista cum alijs, aut alia per se. Non posśūt esse ista cum alijs, quia tunc interciderent alia inter hæc, cum in istis totus ordo durationis vertatur. non posśunt tamē alia tpa intercidere

quod multipliciter induci poterat, sicut inductum fuit de elementis quòd non possent esse plura quatuor, sed satis erit quòd inducatur duobus vltimis modis.

Primo: quia inter æstatem & autumnum non potest intercidere aliquod tempus, quia omne tempus duas habet qualitates. ergo esset aliquod tempus medium inter hec, cum ista habeant contrarietatem simplicem in calido & frigido, erit medium siccum: & illud tẽpus quod intercideret esset siccũ: sed necesse erat ꝙ haberet aliam insuper qualitatem: & illa aut esset frigiditas, & tunc coincideret cum extremo, s. cum autumno qui est siccus & frigidus: si sit caliditas est medium calidum & siccum, & tunc coincideret cũ æstate quæ est extremum, & est calida & sicca: si autem sit humiditas non poterit fieri cõbinatio, quia contraria nõ coniunguntur. Item inter autumnum & hyemem non potest etiam tẽpus medium intercidere: quia ista sunt simplicem cõtrarietatem obtinentia in tribus extremitatibus, s. frigido, sicco, humido, quorum medium est frigidum: ideo necesse est vt tempus illud quod esset medium, frigidũ esset: & quia non potest constare vnica qualitate, necesse est vt superaddatur alia: & illa aut erit siccitas: & tunc medium erit frigidum & siccum, & coincidet cum extremitate quę est autũnus. Si autem ponatur alia qualitas, s. humidum, erit medium frigidum & humidum, & erit extremitas quæ est hyems. Si autem detur alia qualitas, s. calidum non erit possibilis combinatio, quia contraria non simul stabunt: impossibile est igitur inter autumnum & hyemem intercidere tempus medium. Inter hyemem autem & ver necesse est quoque esse nullum medium: quia in his est contrarietas simplex in tribus extremitatibus, s. frigido, humido, calido, medium autem est humidum: quod vtrique cõuenit: ideo si aliquod tempus medium deberet intercidere, necesse erat vt illud esset humidum, aliam quoque haberet qualitatem: & tunc aut illa esset frigiditas, & sic esset frigidũ & humidum: atque coincideret cum altero extremo, s. cum hyeme. si autem esset caliditas cum humiditate in medio illo coincideret cum altero extremo, s. cum vere quod calidum & humidũ est. si autẽ combinetur siccitas humiditati est impossibilis combinatio: quia sunt contraria. nullũ ergo tempus medium intercidere potest. Inter ver quoque & æstatẽ medium tempus esse est impossibile: quia sunt contrarietatem simplicem obtinentia in tribus extremitatibus, s. calido, humido, sicco, medium autem est calidum. si ergo daretur aliquod tẽpus medium, illud esset necessario calidum: sed non poterat solam hãc qualitatem habere. haberet ergo aliquã de alijs: sed tunc aut esset siccitas cum caliditate: & sic coincideret cum altero extremo, s. cũ ęstate quæ est calida & sicca. Si autem esset humiditas, coincideret cũ altero extremo, s. cum vere quod est calidum & humidum. Si vero sit frigiditas est impossibilis combinatio, quia sunt contraria & non consistunt in eodem. nõ ergo poterit intercidere tempus aliquod inter ver & æstatem, & consequenter patet ꝙ non pñt esse plura quàm hec.

Alia probatio. Amplius patet alio modo: quia tempora sunt varia secundum diuersas qualitatũ proportiones in eisdem: sed non possunt dari plures cõbinationes qualitatum quàm hæ quatuor: ergo non possunt esse plura tempora. Patet: quia solum sunt quatuor qualitates temporis, idest rerum temporalium ſm varias partes successionis temporis, sicut ipsorum elementorum sunt quatuor qualitates: & non possunt qualitates istæ esse simpliciter, idest solæ secundum suc-

F cessiones temporum, sed combinatæ. Accipiatur autem calidum & combinetur ei humidũ, & fiet tempus vnum quod est ver. Accipiatur cũ calido siccũ, & fiet aliud tempus, s. æstas. Accipiatur autem frigidum cum calido, & ista est impossibilis combinatio: cum sint contraria. Accipiatur frigidum & combinetur sicco, & fiet tertium tempus, s. autũnus: combinetur frigidum humido & fiet quartum tempus. s. hyems: combinetur frigidum calido: & est impossibilis vnio. manebunt ergo sola quatuor tempora ex his mixtionibus. Accipiãtur aliæ duæ qualitates. s. siccum & combinetur frigido, & erit vnum tempus. s. autumnus: de quo dictum est. Combinetur siccum calido, & fiet aliud tempus, s. æstas. Combinetur siccũ humido: & ista est impossibilis mixtio. Accipiatur
G humidum & combinetur calido & fiet vnum tẽpus, scilicet ver. Coniũgatur humidũ frigido, & fiet aliud tempus, s. hyems. Combinetur humidum sicco: & ista est impossibilis: ideo non poterunt reperiri nisi istę quatuor combinationes: & consequẽter nec plura quatuor temporibus. Quòd autẽ non sunt alia tpa pręter ista, siue sint quatuor, siue pauciora patet: quia tpa fiunt ſm diuersas combinationes qualitatum: sicut elemẽta sunt diuersa per varias qualitatum combinationes: sed impossibile est plures esse combinationes, nec esse alias est possibile siue tot siue pauciores. sicut ergo quia non sunt plures combinationes, non sunt plura tempora neque elementa: ita quia nõ sunt aliæ nisi istæ, s. alio modo facta non sunt alia tem
H pora in substantia, nisi ista siue tot in numero, siue pauciora.

Oportet quatuor humores dari, & plures fore est impossibile. Nec possunt esse alij quàm isti, siue plures, siue pauciores ponantur.
Qõ. LXVIII.

IN humoribus eadem est speculatio, s. ꝙ necesse est esse humores solum quatuor quod ex superioribus satis induci posset: sed vt saltem detur formula breuiter inducetur: sicut in elementis sunt quatuor qualitates ita & in humoribus: quia nihil in natura simplicem habet qualitatẽ ex causis su-
I pra positis: sed sunt qualitates istę combinatę in humoribus. Nõ possunt autem esse omnes in subiecto vno ita ꝙ esset vnicus humor: quia ille haberet duas contrarietates integras: quod impossibile est, cum nec vnam habere queat. Non possunt etiam in eodem esse tres qualitates elementales: quia quæcunque illę sint facient vnam integram contrarietatem: duæ autem sunt compossibiles: vt calidum & siccũ in eodem: & frigidum & humidũ: vel alijs modis: & sic saltem dabuntur duo elementa. sed non sufficiunt: quia necesse est dari medium copulatiuũ inter hęc, cum sint contraria solida, & illa semper colligentur ex causis supra assignatis. Si ergo dederimus calidum & siccum in vno, & in alio frigidum & humidum necesse est poni duo media pro duabus con-
K trarietatibus. Erunt autem illa duo extrema cholera & phlegma, quia in his conueniunt qualitates hæ: & pro calido cholerico & frigido phlegmatico dabit medium, s. humidũ: quod vtrique conuenit. pro sicco cholerico & humido phlegmatico est aliud medium, scilicet calidum quod vtrique conuenit: & sic dabitur necessario medium inter choleram & phlegma, quod sit humidum & calidum: & iste est sanguis: vnde erunt necessario tres humores.

Sed adhuc est necessarius alius: quia non esset cõtinuitas & progressus in humoribus si nõ detur alius: & erunt aliquę qualitates superfluę. qđ patet, quia ab humido

humido phlegmatico procedetur in humidum sanguineum, & a calido sanguineo procedetur in calidũ cholericum: sed a sicco cholerico non poterit procedi in aliquid per circulum vel alias.

Item a frigido phlegmatico nõ põt in aliquid deueniri, neque ab aliquo in illud. nam a sicco cholerico non potest veniri in frigidum phlegmaticum, qa non habent identitatem vel continuitatem, progressus aũt per cõtinua fit. Ideo oportet esse aliquid medium, ita vt neque siccum cholericum, nec frigidum phlegmaticum superfluum sit, & hoc est, vt ponatur humor. s. qui sit frigidus & siccus, & tunc transibit per circulũ a sicco cholerico in siccũ illius humoris, & a frigido illius procedet in frigidũ phlegmaticũ ita vt fiat pfectus circulus, & iste quartus humor est melancholia. qui necessario est frigidus & siccus.

Esse autem plures est impossibile, quia inter melãcholiam & phlegma non potest dari medius humor cum sint in eis solum tres extremitates. s. siccum, frigidum, & humidum: medium autem est frigidum. & si aliquis humor medius daretur, necessario ille esset frigidus & haberet aliam qualitatem. si autem esset siccitas esset frigidus & siccus: ideo esset vnũ extremum. s. melancholia. Si autem esset humidum, esset medium illud frigidum & humidũ, & sic esset phlegma, quod est alterum extremum: non potest esse calidum, quia non combinatur calidum & frigidum. Inter phlegma autem & sanguinem intercidere mediũ humorem est impossibile, quia consistunt in simplici cõtrarietate, & medium eorum est humidum: extremitates duæ sunt calidum sanguineum & frigidũ phlegmaticum. Si ergo daretur aliquis medius humor necessario esset ille humidus, & tunc aut combinaretur cum hoc frigidum, & sic esset phlegma, qđ est frigidum & humidum, aut combinaretur ei calidum, & tũc esset sanguis, qui est calidus & humidus: non potest combinari ei siccitas, quia contraria sunt. non est ergo possibile intercidere medium humorẽ inter Phlegma & sanguinem. De sanguine & cholera idem modus est, quia ista duo sunt contraria non solida, & habent medium calidum: extremitates contrariȩ sunt, siccum cholericum, & humidum sanguineum: si autem esset medium esset calidum, & non posset esse siccum: quia tunc coincideret cum cholera: esset enim calidum & siccum. nec potest combinari huic medio humidũ, quia coincideret cum sanguine: non potest etiam combinari ei frigiditas, quia sunt contrariȩ: sed in vnica qualitate non potest subsistere aliquis humor. ergo non poterit esse medium inter sanguinem & choleram. idẽ de cholera & melancholia quæ identidem sunt contraria simplicia. Alij modi per sufficientem diuisionem combinationum qualitatum induci possunt: sed satis patent ex superioribus. apparet ergo ex prædictis necessario esse. 4. elementa nec plura, & 4. tempora. & 4. humores, nec plurificari potuisse, nec diminui. Hȩc autem omnia dependent ex. 4. qualitatibus secundum combinationes earum.

Si aliquando per possibile vel impossibile daretur, quòd sol staret, & nunquam postea moueretur, quæ accidentia sequerentur. Quæst. LXIX.

NVNC autem redeuntibus nobis ad id vnde paululum digressi fueramus, ad inquirendum ordinem in istis naturalibus: dicendum est, ꝙ fiunt mutationes in rebus secundum qualitates propter motum cęlorũ, & principaliter propter motum corporis solis. Et quia hẽt in circulo suo. 4. quartas secũdum quas declinat, cau-

A sat. 4. varietates combinationum qualitatum in rebus secundum successionem tẽporum discurrendo quartas illas, & si sol non haberet aliquam latitudinem in motu versus Septentrionem & austrum, non causaretur aliqua diuersitas istarum qualitatum in regionibus ad aliquam partem mundi, sed manerent semper sub eisdem qualitatibus quæcunque illæ essent, quia influentia semper esset eiusmodi, & identificata causa impossibile est variari effectum, & si sole nõ habente declinationem nõ fieret diuersitas in regionibus, adhuc magis essent res sub eadem qualitate si sol maneret immotus totaliter: tũc enim nihil gigni aut corrũpi posset, quia nunquam esset alteratio secũdum contrarietatẽ qualitatum, quæ necessario præ-

B supponitur ad generationem & corruptionem: cum qualitates semper essent eędem. s. vbi semel esset frigiditas semper esset frigiditas, & vbi caliditas eodem modo, quia non esset adiuuans aliquid ab extra ad intensionem & remissionem. quod ergo genitum non esset nunquam gigneretur, quod autem genitum esset si constaret in harmonia magna qualitatum, necesse erat perire, sicut omnia animata tam animalia quàm plantatiua, quia semper vna qualitas inualesceret cæteris pereuntibus, & sic cessaret harmonia, & consequenter ipsa quæ per harmoniam consistunt. Ideo si sicut stetit sol tempore Iosue paruo tempore. s. per 12. horas aut quasi, vel parum plus, stetisset per duos vel tres menses aut plus, necesse erat omnia viuentia perire: quia fortificaretur semper in eis vna

C qualitas & destrueret harmoniam, & accideret hominibus & omnibus animãtibus, sicut in his quȩ aliqua diuersa valetudine tacti paulatino conficiuntur langore: arbores autem & cętera virentia si procul a regione illa super quam sol stabat, essent, duro frigore & velut autumni siccitate marcescerent defluẽtibus folijs, versisque in alborem, bruma premente: ipsa quoq; virtus arboris in qua fundatur tota vitalis operatio & substantia, nullo calore adiuta periret. Si vero sub terra illa essent quam stans sol premeret, aut ei appropinquarent, intemperato exurerentur calore toto humido naturali soluto.

Prouidit tamen Deus, vt quamquam potẽtissimũ

D bracchium suum ostendisset tenendo cęlum, tamen non fecit magno tempore detineri, ne rerum status aut periret, aut ex aliqua parte labefactaretur. Sic autẽ post diem iudicij cessabit omnis corruptio & generatio in elementali regione non existentibus animalibus, nec plantis, aut aliquibus vegetalibus, nam stabit sol & luna, & totus apparatus cœli, quia iam priora transierunt. Erant enim magnifici Dei nostri artificia quædam ad conseruationem & generationem nostrã in hoc seculo: cũ vero hæc cõsumata erunt, nihil iam proficeret motus cęlorum, nec generatio & corruptio. non ergo erit. Et quamquam substantia elementorum non cesset: omnes tamen species viuentium peribunt, quia ista immediate erãt ad hominem: substantia autem elemẽtorum ad honorem Dei & pulchritudinem operis sui. Et quia si

E in die iudicij constaret motus cęli, ex quo consequẽter omnia viuentia perirent: aliquãta successione manerent cadauera super terram ipsorum animalium, quæ licet mouerentur, consumi tamen cadauera nõ possent, quia non erat aliqua qualitas dissoluens, sicut nunc est calor, nisi forte essent sub sole stante (vt aliqui volunt) perpendiculariter, aut in propinquo manerent quoque arbores desiccatȩ non resolutȩ, q̃ omnia satis magnam præstarent deformitatem elemento terræ. Ideo Deus in die iudicij mittet ignem, qui omnia animalia & viuentia incinerabit, & plantatiua omnesque alias mixtiones imperfectas, & hæc quæ

Post diem iudicij cessabit Cęli motus & omnis generatio & corruptio, & quare.

quæ combustione illa soluentur, claudentur intra terræ hiatus per quasdam infernorum (vt aiunt) portas, & tota terra atque elementorum facies manebit purissima. De combustione hac dicit beatus Petrus Canon.2.cap.3.s.cęli autem, qui nunc sunt, & terra, eodem verbo repositi, sunt igni reseruati in diem iudicij & perditionis impiorum hominum. Et postea subditur. Adueniet autem dies domini, vt fur, in qua cęli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur, terra autem, & quæ in ea sunt opera exurentur. Ex prædictis autem patet, quid sequeretur si sol stetisset vlterius, sicut cęperat stare tempore Iosue, & dato ꝙ mouerentur cæteri cęli, & planetarū corpora, si tamen sol in æternum staret, necesse erat sequi omnia inconuenientia quæ supra posita sunt, quia cæteri planetæ sine sole non sufficiunt ad gubernationem, est enim a sole fere tota virtus influxiua, & cæteri a sole lumen recipientes ad influendum adiuuantur, non tamen sequerentur ita velociter incōuenientia prædicta stante sole, & motis omnibus planetis, sicut si omnia simul starent.

An quando stetit sol orante Iosue fuerit tempus. Quæstio. LXX.

QVAERET autem adhuc aliquis, an quando stetit sol orante Iosue fuerit tempus. Aliqs forte dicet, ꝙ non: quia tempus est passio motus & fundatur in cęlo: sed tūc cœlum stetit. ergo non erat tempus. nam secundum ꝙ probat Arist.4. phys. quamquam omnia quæ mouentur sunt in tempore, tamen non est tempus in quolibet eorum, sicut in subiecto: quia tunc quot sunt res motæ tot essent tempora, sicut quot sunt res albæ tot sunt albedines: sed est tempus subiectiue in vnico, quod mouetur, & in cęteris, vt in mensurato. ideo licet omnia mobilia dicantur esse in tempore: non tamen est ponendum, ꝙ in quolibet sit aliquod tempus: sed ipsum quod est primū in motu & causa motuum aliorum, ponetur solum subiectum temporis, & existendo in illo subiectiue mēsurabit illud, & omnia alia, quæ sunt cum duratione illius, sicut posita mensura in aliqua re mensurabili mensurabit illam, & multas alias in quibus non sit, sicut posita vlna super pannum, & ille sit complicitus in mille partes æquales mensurando superiorem mensurat omnes inferiores, nec oportet, ꝙ cuilibet illarum plicarum specialiter applicetur: si tamen mensura deberet esse subiectiue in quolibet quod mensuratur, necesse erat vt fieret specialis applicatio ad quamlibet plicam. Ita cum primum mobile habeat fundamentum totius motus, & motus suus sit antiquior & durabilior alijs motibus, ponitur in eo tempus quasi in subiecto. sic diffinit Aris. in 4.phys. & tenent omnes alij, qui de natura loquuntur. cum ergo cessauerit stante Iosue motus cęli non potuit esse tempus, quia non existente subiecto. s. motu cœli non stabit passio illius. s. tempus.

Aliquis diceret, ꝙ tempore Iosue stetit sol, & quia per motum illius causantur nox & dies, poterant ista tunc cessare: tamen non erat necesse totum tempus cessare, nec valet ista consequentia. dies & nox non sunt. ergo nullum tempus est, quia dato ꝙ cessent ista per cessationem solis a motu: tñ non cessabit iō motus primi mobilis, in quo fundatur tp̄s, & non in cœlo Solis moto: ideo cum non dicatur stetisse, nisi Sol & Luna, non sequebatur fuisse ablatum motū & tp̄s.

Sed dicendum est, ꝙ ex hac parte non potest rn̄deri, quia non solum steterunt Sol & Luna, sed ēt cætera cęlestia corpora, vt supra declaratum fuit. ergo nō fuit motus, in quo fundabatur tp̄s. Sed videtur dicē-

In q. 22.

F dum, ꝙ hoc non obstante fuerit tp̄s, quià scriptura dicit, ꝙ vna dies facta est, quasi duo dies, vt patet Eccl. 46. Sed nō essent duo dies, nisi esset tempus. ergo stante Sole fuit tempus.

Item dicitur in hoc c. ꝙ non fuit vnquam tam longa dies obediente Deo voci hominis. ergo dum stetit Sol fuit additum aliquid diei. Non potest autē addi aliquid tempori, nisi tempus, sicut non potest addi quantitati, nisi quantitas. ergo tunc fuit tempus.

Item tempus est duratio quædam rerum consistētium in motu secundum prius & posterius: sed dum stetit Sol durabant Iudæi & durabant hostes sui. ergo erat tempus.

Item omnes actus nostri & successiue mensurantur & quantitate temporis: sed Iudæi aliquid facie-

G bant dum Sol stabat & hostes sui. ergo erat tempus: alioquin darentur operationes nostrę in instanti.

Item quandocunque est motus, est tempus: sed tēpore quo Sol stetit erat motus, quia Iudæi persequebantur hostes suos, & occidebant eos. ergo tp̄s erat. patet antecedens, quia licet non sit tempus subiectiue in quocunque motu: tamē necesse est, ꝙ qn̄cunq; motus fuerit sit tempus, sicut nō est necessario poni mensuram immediate super quamlibet rem mensuratam, siue sit in illa, siue in alia: ideo siue in motibus Iudeorum, & hostium suorum fundaretur tempus, siue non: inquirendum non curo: necesse tamē erat, quia erant motus illi, quòd esset aliquod tempus.

H *Ad superius quæsitum determinatio auctoris. de quo etiam infra q. 80. Et quòd vnicum est temporis subiectum, quo mensurantur omnia temporalia, scilicet primum mobile: vnde quandocunque est motus est tempus, sed non in quocunque est motus est tempus. Quæst. LXXI.*

AD hoc respondendum est, ꝙ cum stetit Sol tempore Iosue, ita fuit tempus, sicut ante illud. nam si non esset tempus nihil profuisset Iosue id quod petierat, quia ipse volebat vt daretur ei tempus lucidum ad vlciscendum se de hostibus suis, & tamen si stetisset sol, & non esset tempus, non haberet quòd volebat: nihil enim tunc facere posset, cum omnis actio nostra mensure-

I tur tempore: fecit tamen quod intendebat delendo hostes. ergo tempus tunc fuit.

Considerādum autem circa hoc, ꝙ si in omnibus rebus quæ mouentur assignaretur tempus, sicut assignaretur motus: non esset dubium, an tempus fuisset sole stante tempore Iosue, quia manifestum esset, ꝙ fuisset: quia tempus tunc fuisset, quia erat motus: tamen nō fundatur tempus in omni motu, sed in vno: & reliqui motus quantum ad durationem suam mēsurantur tempore quod subiectiue in illo vnico est, sed in quolibet mensuratiue. Et causa huius est, quia non est necesse, ꝙ ad hoc ꝙ mensuretur duratio mo-

K tus alicuius, sit in eo subiectiue & realiter mensura illa qua mensuratur, sed habeat motus successionem, & mensurando durationem vnius mensurat tempus durationem alterius, sicut cum mouetur cęlum, mouentur omnes alię res siue motu locali, siue alijs modis motuum, & dum tempus mensurat durationem illius motus. s. 20. vel 30. annos: mensurat quoque 20. vel 30. annos in qualibet alia re quę tantum durat: vnde a principio anni vsque ad finem est tempus vnius anni, & istud tempus est subiectiue in motu cęli: & sicut mensura: quęlibet autem alia res quæ interim viuit aut est, vnum habet annum, sed non sunt tot anni quot res durātes in illo anno, sed vnum esse dicimus. Si tamen diceremus, ꝙ tempus esset in qualibet re tēporali subiectiue, tot essent anni quot res durantes in anno

anno illo, cum connumerarentur accidentia ad connumerationem subiectorum. Ideo diceremus, q̄ dū est vnus annus sunt plures quàm 20. millia annorū, & esset quilibet horum annorum distinctus ab alio realiter, sicut distinguitur subiectū a subiecto: nemo tamen hoc confitetur, sed dicet esse vnum annum solum a principio vsque ad finem. ergo non est annus ille, siue tempus subiectiue in qualibet re temporali, sed necesse eē in vnica, sicut dicim⁹ ipsum esse vnicū.

Item si res quælibet temporalis, haberet tempus suum subiectiue in motu fundato in ea, secundum varios motus rerum variarentur. annus autem & mēsis, dies & nox non causantur per motum alicuius rei elementalis, sed solius cęli. ergo non est in aliquo nisi in cęlo: si autem in alijs rebus ponitur non est subiectiue, sed mensuratiue.

Item duratio nostra non est distincta, sicut motus cęli. ergo si nos haberemus tempus, non esset tempus determinatiuum, sicut dies & annus, quia in duratione nostra non est aliquid per quod fiat distinctio, sicut in tempore causato a motu cęli. nos ergo si viueremus per tēpus, quod in nobis esset, non viueremus per annos & dies, sed per quoddam alterum tēmpus: quia dies & annus non sunt in motu. Est igitur tempus quandocunque motus est, sed non est tempus in quocunq; est motus, sed vnum erit, quod habebit tēpus, & per durationem illius mensurabuntur cętera.

Explicat duas conditiones subiecti temporis, & quomodo istæ competunt primo mobili. Et quòd non est ipsum adæquatum subiectum temporis contra Philosophos. Quæstio. LXXII.

Sed ad hoc oportet, vt illud habeat duas conditiones. Prima est, q̄ motus illius rei sit permanentior motibus aliarum rerum, & non fuerit aliquis motus ante motum illius. nam si ponamus in aliquo tempus, per quod cætera mensurentur, per partes durationis illius mēsurabunt cætera, & dū cęlum durat cætera durant, quamq̄ non tm̄ durēt quantum cęlum, & res quæ totam periodum suam habet in 20. annis vel 30. non habet illos 30. annos in se, sed mensuratur quadā parte durationis motus cęli. nam dum motus cęli durat per 30. annos: etiā homo iste durat per 30. annos, & non sunt alij anni numero, quibus durat iste homo, quàm illi quibus durat cęlum: esset tamen distinctio istorum annorum si in qualibet re quę durat. 30. annis essent 30. anni subiectiue. & in hoc in quo fundatur tempus, necesse est, vt non fuerit motus aliquis ante motum illius. nam si fuit cum non possit esse motus sine tempore, necesse esset, vt tunc fundaretur tempus in aliquo alio, & illud esset primum subiectum temporis. Eodem modo necesse est, vt post illud non sit motus aliquis, q̄a tunc etiam dabitur tempus, & requiret aliud subiectū quàm primum.

Alia conditio subiecti temporis erat, vt illud conferat aliquam causalitatem ad motum propter quod est tempus. nam motus proprietas est rei motę, & deriuatur ab aliqua causalitate in re: ita cum tempus cōsequatur motum, pullulabit a causa illa a qua deriuatur motus. Cum ergo aliquid fuerit positum tanquā subiectum primum temporis quo omnia mensurantur, oportet vt sicut tempus omnium est tp̄s illius subiecti, ita motus oīum rerū deriuetur aliquo mō ab illo subiecto tp̄is. Et ista conueniunt totaliter primo mobili. s. nono cęlo: ante ipsum. n. nō est aliq̄s motus s̄m philosophos, qui ponunt non fuisse creationem, aut principium productionis rerum. s̄m modum loquendi veritatis catholicæ aliud est primo: fuit enim

Primū mobile est nonū cęlū, [illegible] Alfonsus. [illegible] Rex

A materia corporalium rerum creata, vel in prima die. scilicet, cum ipsa prima die, vel ante omnem diem. cęli autem facti sunt die secunda, cum intelligant̄ nomine firmamenti: sed dum erat materia rerum, necesse erat esse motum aliquem alterationis, cum ponantur ibi contrariç qualitates, & dato q̄ non poneretur ipsa materia alterari. non habebat totum esse simul, ideo erat successio aliqua in esse, & motus quidam, & iste fuit ante motum primi mobilis: licet non comparentur s̄m idem, quia primum mobile solum mouetur motu locali s̄m situm, quia nulla alteratio in cęlestibus est. materia autem elementalis mouebatur motu alteratiuo, vel secundum alios motus.

via a[illegible]rologica in tabulis patefecit & post adinuenit.

Sed adhuc ante motum localē primi mobilis fuit B alius motus localis s̄m positionem catholicorum. Nam dicunt, q̄ cum prima die, siue ante omnem diē creata est ipsa lux, quç erat quędam nubecula mota per mediam regionem materiæ illius, & ista fecit noctem & diem, quousque Sol motu suo hęc faceret. Ideo tam motus localis quàm alij præcesserūt ad motum primi mobilis, nec ideo vocatur primum mobile, quia primo motum fuit, sed quia ab ipso est deriuatio totius motus in alia.

An añ motum primi mobilis fuerit aliquis mot⁹ localis catholice loquendo.

Item primum mobile non est, quod vltimo cessabit a motu, quia ex fundamentis catholicis post diem iudicij cessabit motus cęlorum, & tamē non poterit tunc cessare omnis motus & tempus. nam manebūt adhuc res corporales, quæ motum aliquem habebūt, quia manebunt in eis qualitates actiuæ & passiuæ in C tali gradu, vt aliquo tempore agere possint & pati postquam steterit cęlum. Et adhuc stantibus astris post diem iudicij, licet tollatur actio & passio per euidentem excessum & defectum vicissitudine quatuor qualitatum, tamen non simpliciter poterit tolli, vt multi volunt, quia Sol influet contra illam partem, in qua fuerit perpendiculariter: Luna quoque & cętera astra secundum qualitates suas influent, & virtutes aliquæ elementales necessario ibi augmentabuntur alio modo, q̄ olim fuerant, in quo est motus & tēpus: sed tunc non erit motus primi mobilis. ergo nec est primum mobile in motu ante omnia, nec post omnia: sed aliquid est ante ipsum, & aliquid post ipsum D mouebitur, & habebit tempus. Nam dato adhuc, q̄ tolleretur omnis actio & passio qualitatum cōtrariarum s̄m quas est motus alterationis, & cessaret motus localis: adhuc non tollebatur quin res essent tēporales, quia cum durationem aliquam habeant, necesse est, vt vel ęternitatem, vel ęuum, aut tempus hēant pro mensura: non quidem æternitatem, quia ęternitas est interminabilis vitę tota simul possessio: sed res illę non habent totum suum esse simul, quia aliqua pars effluxit, & aliqua effluxura est. Aeuum autem eis non concedimus, quia hoc solum substantijs spiritualibus tribuimus, s. angelis. corporibus, ergo tempus manet tanquam mensura, sed istud tempus non erit tempus primi mobilis, cum non sit propter motum, aut aliquam conditionem eius magis, quàm aliarum rerum.

Quare nonum cęlū appellatur primū mobile.

An post diem iudicij cessabit omnis motus & tempus: actio & passio.

Aeuū cuius est mēsura.

E *Opinio philosophorum de motu primi mobilis & subiecto temporum. Quæstio. LXXIII.*

Horum autem nihil Philosophi intelligētes primum mobile dicūt subiectum motus, quia omnes conditiones ei cōformari reperiunt: est enim ipsum in motu primum: non quidem, quòd cætera in motu pręcesserit, quia hoc ipsi non fatebuntur: sed quia nullus motus pręcessit motum illius, cum sint omnia hæc ab infinita duratione.

Item

Item non erit aliquis motus post motum illius, nec aliquod tempus, quia motum æternitatem durationis siue infinitatem consequi dicunt. Quantum ad hæc duo mobile nullum præcedebat ipsum primũ mobile: tamen nec ipsum præcedit cętera: ita enim ex modo Philosophorum motus cœli Saturni, aut Veneris est ab æterno, sicut motus primi mobilis, & ita durabit in æternum, & idem de duratione elemẽtali, quę nec cępit, nec finiet, & in elementis semper est motus: præcedit tamen quantum ad præcipuam conditionem, scilicet quia primum mobile est causa temporis & motus in omnibus alijs rebus. nam in rebus est tempus, quia est motus, cum sit tempus mensura motus. id ergo quod pstat alteri rei, vt sit in motu, præstat vt sit in tempore: sed a primo mobili est causalitas omnis motus in cętera. ergo ab ipso est causalitas temporis pro omnibus rebus, & consequenter in ipso erit tempus omnium tanquam in causa & subiecto. Causa quidem, quia in cæteris causat motum, subiecto autem, quia propter suum motum est in eo tempus tanquam cadens in subiecto. In elementali autem regione non potest poni ob hoc tempus tanquam in subiecto, quia ipsa non est causa motus & tẽporum alijs rebus. Motus enim localis est primus secundum naturam, & causa omnium aliorum motuum, vt probat Aristotel. primo de Cœlo & mundo. Sed motus localis in cęlo est primo, cum ibi solum sit iste motus, & nullus alius: in rebus autem elementalibus quę mouentur, primo est motus alterationis, cum ipsa res non moueatur localiter, donec sit: fit tamen motus secundum alterationem ad hoc ꝙ res sit per generationem, quam necessario præcedit alteratio motus, ergo cęlestis primo erit. nam & istę alterationes fiunt a qualitatibus contrarijs: istę autem suscipiunt augmentum & fortificationem, vel aduersitatem ab influentia cęli ad hoc, ꝙ agendi instrumenta sint & patiẽdi. in cęlo ergo fundabitur tps.

Rursus autem dato, quòd fundetur tempus in cęlo, & non in elementis, adhuc non fundatur in omnibus cęlis, quia sunt diuersa corpora, & non possunt habere vnicum accidẽs numero: tempus tamen vnicum est, vt fuit declaratum. Et dato quòd contendas omnes cęlos vnum corpus esse continuum. adhuc non obstat, quia motus fundatur immediate in corpore velut subiecto, tempus autem est non immediate in corpore: sed immediate in motu cuius est passio. ergo cum in cęlo sint manifeste plures motus, & multi eorum contrarij, sicut patet de motu raptus cuiuslibet planetæ, & de motu naturali. non potest ergo fundari immediate tempus in motu cęli, aut totius cęli, sed in motu cęli primi mobilis, quia inde deriuatur influxus in reliquos cęlos.

Quamquã subiectum tpis sit cœlum: tamẽ non qđlibet cœlũ, sed unicũ, & quare primũ mobile.

In quo considerandum, ꝙ omnes cęli præter primum mobile habent duplicem motum. s. naturalẽ, & motum raptus: naturalis eorum est contra orientem procedendo ab occidente: motus raptus est ecõuerso. Quantum ad primum motum non est aliqua subordinatio, nec causalitas: quia quodlibet cęlum habet intelligentiam mouentem, nec mouet vnum cęlum alterum contra orientem, sicut mouet primum mobile omnes cęlos contra occidentem: non enim vocarentur sic motus naturales planetarum, quia qđ ab extrinseco est non conferente vim passo nõ est naturale, sed aliquo modo cadit in violentum. Attribuitur autem cuilibet cęlo vnus angelus mouens, & isti sunt inęquales viribus, vt quilibet moueat ſm vltimũ de potentia sua, & tamen non sint motus æquales, & sicut in quolibet orbe ponitur angelus mouens illũ orbem contra orientem, ita in primo mobili ponitur vnus angelus cæteris fortior, & ille mouet cęlum il-

Quodlibet cęlum pp primũ mobile habet necessario duos motus. s. naturalem & raptus, & ꝙ quantum ad naturalẽ non est subordinatio cęlorum inter se, nec

F lud ab oriente in occidentem, & est motus ille naturalis illi cęlo, sicut cęlis Planetarum ab occidente versus orientem moueri est necessarium & naturale. In hoc autem, nec est primo motus in primo mobili, nec in cæteris, cum sint diuersa principia motus cuilibet eorum.

ad primũ mobile, quantum ad secũdũ subordinantur primo mobili.

Est autem subordinatio quantũ ad motum raptus, quia primum mobile mouetur contra occidentẽ ex natura sua, cæteri autem econuerso, & tamen viribus suis trahit omnes cęlos versus occidentem, in quo subordinantur ei, quia ab ipso solum virtutem mouẽdi recipiunt. cum ergo primum mobile nihil recipiat a cæteris cęlestibus corporibus de virtute motiua, & aliquo modo eis omnibus tribuat causalitatem motus, in ipso erit magis fundamẽtum motus & temporis quàm in cæteris. Potissime adhuc comparando

G ad res elementales, quia mutantur elementalia secundum actionem & influxum cęlestium corporum, & magis fit ista immutatio secundum motum diurnũ Planetarum, qui est motus raptus, quàm secundũ motum naturalem: ideo motus raptus est principalior ad causationem temporis, cum sit præcipuus ad causandum contrarietatem & motum in rebus secundũ quem sunt in tempore. Primũ mobile igitur erit magis fundamentum temporis quàm cætera corpora cœlestia.

Item adhuc patet, quia vt supra probatum est, tempus nõ est in qualibet re, sed in vna, & cum in illa sit, mensurat omnia quæ mouẽtur. Ideo si in lapide esset tempus subiectiue mensurando motum & durationem illius, mensuraret motus alios, & non esset in cę-

In q.71.

H lo, aut cęteris rebus. Cum ergo necesse est existente motu esse tempus, & illud non sit in quolibet, sed in vno motu: necesse est, quòd sit in illo motu, qui primus fuerit, quia ille immediate cępit habere tẽpus, cum sine tempore esse non potuit, & postquam in illo fuit tempus subiectiue, non poterat esse in aliquo alio subiectiue illo existente: necesse est igitur, quòd in illo solo sit tempus subiectiue, & quamquam non detur secundum modum loquendi Philosophorum aliquid quod in motu cætera præcesserit quantum ad durationem, propter quod deberet esse subiectum tẽporis: tamen præcedit aliquid cætera in motu quan-

I tum ad causalitatem, & istud erit subiectum motus. scilicet primum mobile.

Quid dicant Philosophi de subiecto temporis, & quid catholici, & an supposita creatione cogantur dicere materiam elementalem esse subiectum temporis, uel aliquid alterum. Et quamquam omnis motus tempore mensuretur, tamen non est subiectum temporis motus alterationis, uel aliquis alius, sed solus localis, & quare. Quæst. LXXIIII.

ISTA manifesta sunt quantũ ad modum loquendi Philosophorum. Nunc autem dubitatur, an nos sic confiteri debeamus. Aliqua enim nos de

K tempore & rebus temporalibus cõfitemur, quæ ipsi nullo modo confitentur. nam nos dicimus cępisse omnes res temporales, & cępisse motum, atque ipsum tempus quod Philosophi negant. Sed hoc non multum differt ad diuersitatem subiecti temporis. nã etiam hoc existente manifeste apparet primum mobile esse primum subiectum motus. si diceremus, ꝙ ante ipsum non fuit aliqua materialis natura facta, aut creatura, quæ moueretur aliquo modo, & haberet tẽpus, sed dicimus, ꝙ ante primum mobile aliquis motus fuit & tempus, & post primum mobile aliqđ tempus erit, vt supra declaratum est. in q.73. quæ satis videntur obstare ad hoc, quòd primum mobile sit subiectum motus, vel aliquid alterum.

Aliquis

Aliquis dicere posset, ꝙ subiectum temporis non est ipsum primum mobile, sed aliquid alterum, quod fuit ante omnes motus, aut saltem non fuit ante ipsū aliquis motus, & post motum illius non erit aliquod tempus. Istud autem est natura elementalis, quia ista a principio condita est cum mutabilitate & motu alterationis cuiusdam, existentibus ibidem qualitatib' quibusdam: motum autem omnem consequitur tēpus. Etiam post motum istius naturæ elementalis nō est aliquis motus, quia dum corpora cęlestia mouentur, ipsa quoque elementa mouentur. Cum autem cęlorum motus defecerit, adhuc quidam motus manebit in elementis, vt supra tactum est, & quamq̄ in corporibus cęlestibus interrumpatur motus, tñ non interrumpitur in elementali, & consequenter tempus suum nunq̄ cessat, & tunc erit sublata qō de eo, ꝙ stetit sol Iosue orante, an tunc fuerit tempus, quia manifestum erit, ꝙ fuerit tp̄s, cum semper fuerit motus in materia elementali.

Notēt bene Philosophi infrascripta 4. phy.

In q. 72.

Sed adhuc dicendum est, ꝙ suppositis his quæ ex fide habentur de inceptione motus & temporis, & his quæ doctores Theologi dicunt: est dicendum necessario, ꝙ non sit subiectum temporis elementalis natura, sed primum mobile. Quod patet ex fundamētis positionis catholicæ. licet enim sint simul multæ res quæ tempore mensurantur, non est tēpus in qualibet subiectiue, sed in vna. cum autem dentur multa simul moueri, necesse est, vt detur tempus in illo, in quo est magis natura motus: magis proprie autem reperitur natura motus in locali quàm in cęteris, qa ipse est prior cæteris & causa aliorum, vt patet in primo de cęlo & mundo: sed a principio conditionis rerum cum ipsis rebus cępit motus localis, sicut motus alterationis. ergo tempus non debebat fundari subiectiue in motu alterationis, sed in motu locali, & si natura elementalis non cępit in motu locali, sed alterationis: cępit autem simul motus localis, quia vulgariter quatuor ponuntur coęua in prima die creata, de quibus est lux: hanc autem dicunt doctores fuisse nubeculam paruam, quæ mouebatur in circuitu, & nūc mouetur sol explens illius officium. Ante hanc non fuit natura elementalis, siue materia illa tota in forma corporea, non fuit ergo subiectum temporis aliquid præter illam nubeculam ab exordio.

Supposita creatione naturæ elemētalis nō est subiectum tp̄is, sed primum mobile.

Item patet, quia cum sacra scriptura computat ab exordio seculi tempora, non computauit per aliquā limitationem durationis materiæ elementalis factæ, sed per durationem motus nubeculæ: cum dixit Genes. primo cap. factum est vespere & mane dies vnus, & ita in sequentibus: tamen dies non causabatur ibi per durationem materię creatæ, sed per durationem motus nubeculæ circundantis in mouendo. Si autem ista nubecula semper durasset, non est dubium quin in motu illius fundaretur tempus subiectiue, cum a principio in ea fuisset: sed non mansit, nam in quarto die factis astris cessauit nubecula, vel conuersa in solē, vel quòd aliquid alterum ex ea factum fuerit, de quo diximus late Genes. primo.

E

Probatur quòd tempus non debuit fundari in materia elementali, sed in primo mobili cum cessauit nubecula, quæ initio mundi putatur fuisse distinctiua temporis.
Quæstio. LXXV.

SED quamquam ista nubecula cessauerit, non ex hoc materia elementalis fuit subiectum tēporis, quia ista nubecula nunquam cessauit de officio suo, quousque factus est sol, & tunc factum erat primum mobile, siue dicamus illud factū in secunda die, cum diuisæ sunt aquæ quæ erant sub

A firmamento, ab aquis quæ erant super firmamentū, siue dicamus factum in die quarto, cum omnia astra & luminaria magna facta sunt. & tunc incepit fundari tempus in motu primi mobilis. Nec est hic aliqua difficultas quin inciperet fundari in primo mobili, & non in materia creata elementali, quia nondum fuerat vnquam tempus in materia ista velut in subiecto, sed in nubecula: cessante autem illa erat indifferens, an fundaretur in primo mobili vel alio cęlo, siue in materia elementali. Necesse autem erat, vt fundaretur in mobili primo, quia manet eadē ratio quæ fuerat primo in nubecula, & elementali materia: nam cessante nubecula quæ erat subiectum temporis, manebant omnia condita, ac si nullum tempus fuisset:

B sed tunc deberet incipere, sicut quatuor diebus ante inchoauerat, & quia in materia elementali erat motus alterationis, in cęlo autem erat motus localis, qui est principium omnium aliorum motuum, necesse erat, vt ibi fundaretur tempus, & non in materia elementali.

Item successerat motus cęlestis in locum nubeculæ prioris, & adhuc perfectius explebat officiū illud, q̄ nubecula, sed a principio cū essent coęua motus nubeculę, & elementalis materiæ, non fuit subiectum motus elementalis materiæ, sed motus nubeculæ. ergo postea in motu primi mobilis idem accidit, nec videtur in hoc causa dubitandi. Esset autem dubium si cessante nubecula, non immediate cępisset primū mobile, sed fuisset materia creata subiectum tempo-

C ris aliquandiu, quia tunc erat difficilius, vt motus ille, qui erat subiectum temporis, permaneret, & tamen desineret esse subiectum temporis, & inciperet alius motus esse subiectum temporis. Sed adhuc necessarium erat hoc, quia tempus est mensura durationis rerum quæ mouentur secundum prius, & posterius, vt patet in 4. physicorum. mensura autem est de natura determinantis & certificantis, & ob hoc ea q̄ sunt notissima, sunt mensuræ eorum quæ non sunt ita manifesta, cum per mensuram ignota rerum quantitas ad certitudinem deducatur. Et ista quoque est causa quare in numeris est prima ratio mensuræ, quia natura discretionis facit maxime cognosci. continua autē

D non cognoscuntur, nisi per relationem ad discreta, vt fundatur in eis numerus vel proportio denominata a numero: sed sic est in motibus, ꝙ non est aliquis, ita distinctus, sicut motus localis. ergo tempus, qđ mensura est durationis determinatiua & certificatiua, in motu locali fundari debet. nam durationem alterationis alicuius non cognoscimus, nisi per relationem ad motum aliquem localem. motus autem localis quantitas magis determinata est. Vnde dato, quòd non comprehendamus tempus per motum solis, aut astrorum, nec per motum alicuius instrumēti, vt horologij, adhuc cognoscere poterimus aliqualiter per motum nostrum localem, vt si quis moueatur per duas leucas, cognoscere poterit aliqualiter quantum de tempore, tunc permansit, & non poterit hoc cognoscere per quantitatem alterius alterationis. Causa est, quia magnitudo spacij quo mensuratur magnitudo motus, est distincta. Alteratio autem non habet aliquid secundum quod cognoscatur eius magnitudo, si subtrahatur limitatio temporis per motum corporum cęlestium, vel per instrumenta determinatiua temporis. Et sic cum motus localis regularis distinctiuus temporis, sit in corporibus cęlestibus, & non est in materia elementali, debet tempus fundari in primo mobili, & nō in materia elemētali. vnde quamq̄ aliquādo cessaret motus primi mobilis, ex quo sequebatur, quòd esset tempus in motu elementalium rerum, tamen si rediret iterum primum mobile, vel

Quare in numeris ē prima rō mensuræ.

aliquod

aliquod corpus cęleste, defineret tempus fundari in F materia elementali, & fundaretur in primo mobili, aut quolibet corpore cęlesti.

Quamquam materia elementalis moueretur localiter, & iste motus esset prior motu primi mobilis, tamen non esset elementalis natura subiectum temporis, & cur hoc. An tempus debeat concedi post diem iudicij. Et an in elementis, & rebus elementatis post diem iudicij erit motus localis & alterationis, & an tales motus si sint, mensurarentur tempore proprie dicto vel æuo. Quæst. LXXVI.

Ex eadem autem ratione sequitur, ꝙ quamq̃ motus localis semper esset in natura elementali, & esset ante motum primi mobilis, tamē non esset tp̄s subiectiue in motu materiæ elementalis, sed in motu primi mobilis. Causa est, quia tempus cum sit mensura, est de natura distinctiui & certificantis: sed id quod est in aliquo genere excellētissimum, est mensura omnium aliorum illius generis, iuxta Arist. 10. metaphysicæ: sed mensura ponitur ad certificandum & ipsum tp̄s. ergo in motu illo, qui magis certificatiuus est, fundari debet tp̄s: sed ille motus magis certificat, qui vniformior & regularior est. ergo in illo fundabitur: huiusmodi est motus cęlestis qui est vniformis semper, cum nunq̃ vno tempore moueatur cęlum velocius q̃ alio tempore. In elementali autem materia non est aliquis motus totaliter regularis, quia quamq̃ aliquando sit vniformis, perdit postea vniformitatem. ergo necesse est, vt in corporibus cęlestibus fundaretur tempus subiectiue, & non in materia elementali.

Item omnibus adhuc concessis in contrariū, quāquam nos concedamus tempus esse in materia elementali, tñ fundari ibi dies, & annos, & mēses est impossibile, quia annus causatur per motum solis, cum sit duratio qua sol naturali motu finit circulum suū. ergo in eo fundabitur: nos tamen tempus nostrū dicimus dies, & annos. ergo non est tempus subiectiue in nobis, sed in solis cęlestibus corporibus.

S ante cœlo post diē iudicij, ubi fundabitur tp̄s. Si tamen aliquando cessent corpora cęlestia a motu, mutatis istis rebus inferioribus tempus est, & illud fundatur in motu istarum rerum. Vnde post diem iudicij, quia stabunt omnes cęli, nō fundabitur in eis aliquod tempus, quia non erit motus: si autem aliqs motus fuerit in rebus istis inferioribus, erit & temp⁹, & in illis fundabitur. Si enim post diem iudicij maneret in rebus elementalibus motus aliquis localis, quamq̃ nō esset in corporibus cęlestibus motus, nec tempus, fundaretur in eo tempus, & dato ꝙ nullus motus localis esset, si poneretur motus alterationis, adhuc esset necessario tempus, sed ista non manebūt post diem iudicij: ideo difficultas est, an tempus cōcedi debeat. Et dicendum est, ꝙ si concedatur manere aliquam actionem qualitatum quamq̃ valde remissam, quia illa alteratio est: necesse est, vt illa sit motus, & habeat tempus. Si autem maneāt qualitates in eodem statu rerum, videbitur ꝙ non sit tempus, quia tempus fundatur in motu: tunc autem tempus nullum esset. Respondendum est, ꝙ ablatis his mutationibus qualitatum, & motu locali, necesse erat, vt manerent res sine tp̄e proprie dicto, nec tñ erat in eis mēsura durationis, quę est æternitas, quia totum esse suū simul non habent, cum aliquid habuerint, ꝙ non habebant, & aliquid eis aduenire possit: erit ergo tunc in rebus mensura durationis, quæ vocatur æuum quā angelis attribuimus, quia ęuum est mensura durationis sine motu: sed ibi esset duratio, quia est esse etiam succedens, quia non habent totum esse simul, ergo in successione: & tamen ista successio est sine motu, quia id quod iam acquiretur in elemētis de partibus essendi, non acquiritur per motum, sicut nunc acquiritur, quia esse album, esse nigrum, esse sanum, & ęgrum per motum acquirūtur, nec omnes partes istarum formarū, quę acquiri pn̄t, in aliquo sunt simul.

Sic in angelis dicimus esse ęuum, quia vera successio est, quod probant actus hierarchici. s. purgare, pficere, illuminare. Illuminantur angeli quantum ad aliquas virtutes, quia aliquid nunc reuelatum suscipiūt, quod ante hoc nunquam susceperant, vbi tamen est prius & posterius necessario est successio. In intellectu quoque nostro quamquam perficiatur, motus tamen nullus est, sicut ait Aristot. in 7. Physic. est igitur ęuum in his. i. successiua acquisitio partium essendi sine motu: in rebus autem istis data hypothesi sic ęsset, quia esset successio, cum non posset dari totum esse simul in aliqua re nisi in ęterna: tamen non esset motus amplius ad quicquam acquirendum. ergo nō esset tempus, sed ęuum. Qūo probat clare, ꝙ angeli mensurentur æuo. Aeuū q̄d est. G

Non manente aliquo genere motus in rebus, sicut post diem iudicij, & manente aliquo horologio, an esset tempus, quod mensuraretur ab illo? Quæst. LXXVII.

Sed adhuc aliquis dicet, ꝙ existentibus rebus, sicut dictum est, sit tempus, quia ponatur, ꝙ sic esset post diem iudicij, & tamē maneret aliquod horologium, illud mensuraret tempus vt nunc: & daret signa horarum percutiendo cimbalum: sed nō posset illud mensurare vel notificare q̃titatem temporis nisi sit. ergo tempus tunc est, & tale horologium sic semper maneret & mensuraret tempus: vnde tempus esset semper qualiscūque detur status rerum. H

Ad hoc responderi potest conuenienter, ꝙ non sequitur, ꝙ quamquam horologium maneret post diē iudicij, ꝙ illud notificaret temporis quantitatē. nam si horologium esset aliquid a natura datum ad notificandum tempus, nō posset illud notificare quin esset tempus: tamen est factum per artem, & quamquam ad notificandum factum sit, interdum tamen nō notificabit, quia ea quæ fiunt per artem non necessario consequuntur finem suum, sicut confectio pharmaciæ, quamquam recte per artem facta sit, tamen non semper consequitur sanitatem, vt si natura sit multū deficiens, & iam adiuuari non possit: ita horologium non necessario consequit̄ hunc finem, vt semper tēpus distinguat si tempus nullum fuerit. Et qn̄ dicitur si esset aliquod horologium post diem iudicij, quòd illud daret signa horarum & mensuraret tempus. Respondendum est, ꝙ non poterit mensurare tempus: quia nullum erit, & quamquam ad hoc solum esset, tamen frustraretur fine suo, sicut est in multis factis ab arte. I

Alio modo & conuenientius responderi potest, ꝙ non debet admitti casus, quia data hac hypothesi. s. ꝙ nō esset aliquis motus localis, nec quicunq; in rebus post diem iudicij, repugnabat poni horologium: inducit enim motum. nam cum dat signa horarū motus est: quia non sunt simul percussiones illę pro signis singularum horarum. Etiam motus rotarum, q̄ fit inter percussiones horarum est, & tollit hypothesin: ideo non est concedendus casus. Sed adhuc distingui posset de percussionibus horologij, quia aut solū esset tale instrumentum, quo post completum spatiū horę pulsaretur ad signa horarum elapsarum, & in spatio medio non esset motus quisquam rotarum, sicut cum nullo existente horologio homines cognoscunt spatia horarum: aut esset horologium habens rotas, in quibus semper esset motus, sicut est in oībus horolo- An possit dari horologiū post diem iudicij. K

horologijs nunc, qui dant certa signa horarum singularum percussionibus denotando.

Si isto secundo modo dicendum est, ꝙ esset verus motus & tempora horarum, & illud horologiũ mensurat illud tempus: non esset autem aliud tẽpus præter tempus in motu illius horologij fundatum, & ipsum horologium mensuraret motum suum, & tempus in ipso fundatum, nec est hoc inconueniens. Sic enim fit nũc in omnibus horologijs, quia omnis motus est in tempore, & omnis motus qui est in tota hora ista, mẽsuratur ab ista hora: sed horologium determinat quantitatem tpis, ergo quãtitatem motus. Sed quilibet motus durans in tota ista hora mẽsuratur ab ista hora, & horologium determinat quantitatẽ omnium motuum factorum in ista hora, sed ipse motus horarum horologij fit in hac. ergo mensuratur & determinatur ab ipsomet horologio. Sciendum quòd horologium non mensurat quantitatem motuum, quia tempus solum facit hoc: horologium autẽ non est tempus.

Horologium non mensurat quantitatẽ tpis, nec motus, sed est determinatiuũ mensuræ.

Item horologium non mensurat quantitatem tẽporis, quia mensuræ non est mensura: potissime, quia id quod est mensura alterius, est accidens illius, & fundatur in illo, sicut tempus est mensura motus, & fundatur in illo, sicut passio in subiecto. Horologium autem non est huiusmodi. i. non est mensura, sed determinatiuum mensurę, quia in rebus fundatur tempus cum mouentur, & illud est tm̃, vel tm̃ etiam si nulla mensura sit. Nos tñ non cognoscimus mensuram, nisi ponatur determinatiuum illius, & hoc est horologium: tñ accipiendo in ipsa mensura naturali quæ est tempus, hora non est spacium inter percussionem & percussionem horæ assignatiuam, sed spacium transitus vel ascensionis. 15. graduum æquinoctialium est hora vna. Nos autem videntes ortum istorum non cognosceremus distinctam quantitatem tpis: ideo factum est horologium, & sic est de oĩbus alijs mensuris nostris, siue aridorum siue liquidorũ: illæ enim non sunt mensurę, sed determinatiua mensurarũ ipsarum rerum, quia quælibet quãtitas mensurata est, nisi sit infinita. De tali ergo horologio dicendum, ꝙ in ipso solum esset motus, & in ipso solum tp̃s, & ipsummet mensuraret, vel determinaret quantitatem motus sui notificando quamq̃ non mensurando, & oĩa horologia nunc suorum motuum quãtitates determinant, sicut motus aliarum rerum. Et non est inconueniens idem esse mensurans & mensuratũ, vel determinans & determinatum: sed non ſm idem: qa motus horologij ſm ꝙ habet magnitudinẽ terminatam certo termino, determinatur ab ipso horologio, & ſm ꝙ est motus regularis factus artificiose ad certum motum vel spacium, est mensura & motũ mensurat. Nisi aũt hoc negetur, sequitur ꝙ de motu horologij inter percussionem & percussionem nesciamus quãto tp̃e durat. nam horologium factum est, vt determinet magnitudinẽ durationis cuiuslibet motus, & motus cuius magnitudo non determinatur similibus instr̃is, est incognita. Si igitur nõ mensuratur horologij quantitas motus inter signa horarũ erit incognita, sed falsum est, quia illa est notior alia quantũcunque aliæ notificentur per illam: sed ſm aliud, & aliud est determinans & determinata. Si aũt diceretur, ꝙ istud horologiũ nõ haberet motum medium rotarum inter percussionẽ & percussionẽ pro signo horarum. Dicendum est, ꝙ in percussionibus illis erat motus & tp̃s, & tñ illæ percussiones signatiuę horarũ non determinant horas, ita ꝙ inter percussionem & percussionem non intercidit tp̃s alicuius horæ, nec dimidiæ horæ. Immo dicendũ, ꝙ cum pulsatur in horologio illo, est tp̃s propter motum, qui tunc fit: sed

A inter percussionem & percussionẽ tempus nullũ est, quia nullus est motus in ipso horologio, quia nõ est motus horarum ex casu dato: non est etiam motus in alijs rebus ex priori hypothesi, & consequenter nec tempus. ergo non intercidet tempus inter percussiones. De tp̃e ergo an post diem iudicij aliquod futurũ sit taliter determinatum sit. De tp̃e autem, quod nũc est, dicẽdum est, ꝙ in primo mobili fundatur & vnicum est, quamuis res temporales multæ sint.

Annus, dies, mensis, hora non dependent a motu solis principaliter: sed a motu primi mobilis, & in ipso fundantur, & non in cœlo solis. Quæst. LXXVIII.

B SED tunc aliquis dubitabit de die anno & mẽse, quia ista sunt tp̃a nostra, & tñ ista non fiunt per motum primi mobilis: sed per motum solis: cęlum aũt solis, & primi mobilis sunt distincti, vel saltem motus sunt distincti, & hoc sufficit ad hoc, ꝙ non sit idẽ tẽpus numero subiectiue in vtroq;

Respondendum est, ꝙ hora & dies fiunt per motũ solis non principaliter: sed tanq̃ per instr̃m. Principaliter aũt fiunt per primum mobile. actio aũt semper imputatur principali agenti. Patet primũ, quia hora & spacium ascensionis. 15. graduum ęquinoctialium cum in 24. horis transeant 12. signa faciendo perfectã reuolutionem, & sic in duabus horis transit vnum signum, & quia quodlibet habet. 30. gradus in qualibet hora transibunt. 15. Non tñ est computandũ per C ascensiones signorum, quia quædam oriuntur velocius, & quędam tardius, vt patet ex differentia spherarum magis obliquatum, aut minus: cõputantur ergo gradus in ęquinoctiali, & quantitas signorum ſm ęquinoctialem, ita vt quælibet longitudo graduum. 30. in ęquinoctiali diceretur vnum signum. ergo nõ sunt horę secundum motum solis aut circuli eius.

Item dies non fiet principaliter ſm motum solis & cęli sui: sed magis ſm motum primi mobilis. Fit. n. dies per motum raptus solis ab oriente in occidentẽ, siue accipiatur pro die artificiali qui facit semicirculũ, siue pro die naturali, qui dicit integram reuolutionẽ a puncto in punctum: est. n. vtraque per raptum: sed D tota vis rapiendi est a primo mobili, quod motu suo rapit, sol aũt rapitur: solum ergo causans diem est primum mobile. Instr̃m autem suum ad hoc est motus solis, & quia nunq̃ imputatur actio instr̃o, sed mouenti, iste motus, in quo fundatur dies non erit in corpore solis aut in orbe suo: sed in primo mobili.

Arguit contra prædicta de anno qui fundatur in primo mobili. Et unus annus quomodo peragatur a cœlo stellato. Et quantus esset unus annus si non esset primum mobile. Quæstio. LXXIX.

DE anno forte maius videbitur alicui dubiũ, quia videtur causari ſm motũ naturalẽ solis. Est enim annus spatium quo sol ptransit totum suum deferentẽ a puncto ad pun E ctum, & hoc pertinet ad motum naturalẽ ad quem primum mobile nihil adiuuat, sed potius turbat. ergo non fundabitur annus in motu primi mobilis, sed in motu solis aut deferẽtis sui. Rñdendum est, ꝙ annus est tp̃s, & fundatur in primo mobili, & nequaq̃ in motu solis aut orbis sui, quia annus nihil est, nisi. 366. dies sibi succedẽtes, vel annus nihil est, nisi tp̃s limitatum cõtinens sub se certos dies tanq̃ partes integrales: sed oẽs dies sunt in ipso primo mobili. ergo annus qui est tẽpus nihil cõtinens præter dies, nõ fundabitur in motu solis vel orbis sui, sed in motu primi mobilis. Non est. n. excogitabile qũo oẽs partes anni fundarẽtur in

primo

primo mobili, & tñ annus ipse constans in illis partibus fundaretꝰ in motu solis. Et qñ dr̃, ꝙ annus causatur ex motu naturali solis peruenientis in suo circulo suo a pũcto in punctũ. Rñdendum est hoc verũ esse: sed est per accidens. nam q̃q̃ annus cõsumetur qñ sol consummat circulũ suum: tñ non iõ causatur annus quia sol finit circulũ suum: sed quia primũ mobile toties rotauit solem quousq; motu naturali compleuit circulum suum. Dato tñ ꝙ non cõpleuisset circulum suũ, si tñ fierent tot rotationes esset annus, & patet in duobus exemplis. Primo ponatur, ꝙ primũ mobile moueret solem rotationibus quot nunc rotat, & nõ hẽret ille motum naturalẽ ꝯrium motui primi mobilis: sed nullum motum hẽret, nisi quẽ reciperet a primo mobili, vel hr̃et motum naturalẽ, tñ non ꝯrium primo mobili, & non posset moueri in tanta velocitate in quãta mouetur a primo mobili rapiendo: tũc datis tot rotationibus solis quot nunc, q̃q̃ nõ esset motus naturalis solis, esset annus. ergo non dependet annus a motu naturali solis. Item qñcunque sunt. 366. dies dempto quadrante est annus: sed isti dies poterãt effici sine motu naturali solis. ergo non est annus in motu naturali solis. Secundum exemplum est. Detur ꝙ sol hr̃et motum naturalẽ in suo deferente, & nõ esset aliquis motus raptus, nõ esset annus illo motu cõpleto: nam si sol nõ impediretꝰ rapiendo ipsum ꝯ motum suũ, velocius finiret circulũ. Quod patet, qa oẽs

Cęlũ stellatum vno anno peragit gradũ vnum.

cęli planetici quanto sunt superiores, & magis cõiuncti primo mobili magis rapiuntur, & tardius mouentꝰ in motu suo, & qui magis distant a primo mobili velociores sunt, citiusq; circulũ suum cõplent. sic est de cęlo astrorũ fixorũ, qđ immediatũ est primo mobili, & in centũ annis motu naturali peragit gradũ vnum: in 36. millibus annorũ totum circulũ finiet perueniẽdo a pũcto in punctũ. Saturnus aũt magis distat: ideo motus suus naturalis non est ita tardus: in annis. n. 30. cõplet circulũ, & sic semper diminuendo, donec deueniatur ad solẽ, qui velocior est in motu naturali: nã in vno anno cõplet. Luna aũt q̃ maxime distat est velocissima in motu naturali: iõ cõficit circulũ f̃m medium motũ diebus. 29. & aliqd plus. Si igitur tolletur oĩs raptus impediens, necesse esset, vt q̃libet planeta, velocius valde circulũ suum pertrãsiret, & tũc sol forte ante vnum mensem, aut dies. 15. pertransiret motu naturali totũ suũ deferentẽ, & tñ nõ esset q̃titas istius

Si nõ esset primũ mobile vnus dies esset vnus annꝰ, & vnus annus nõ haberet forte duratioñe ultra 15. dies aut parũ plus uel minus.

transitus vnus annus: cũ ergo ꝑ motũ primi mobilis principaľr, nõ exñte motu naturali solis causari possit annus, & ꝑ motũ naturalẽ solis nõ exñte motu raptus nõ possit causari annus: relinq̃tur ꝙ nõ est annꝰ tp̃s fundatũ in corpore solis, aut in cęlo eius, sed ĩ primo mobili. Cũ aũt dr̃, ꝙ sol tunc ꝑtransit totũ circulũ suũ motu naturali. Rñdendũ est hoc esse ꝑ accidens. substãtiale. n. anno est, ꝙ in eo sint tot rotationes dierum quot fiunt. s. 365. & quadrans. Quòd aũt istę cõpleantꝰ in tanto tp̃e quanto sol ꝑtransit totũ suum circulũ motu naturali, vel maiori, aut minori, est ꝑ accidens: nã si tardior esset motus naturalis solis, nõ esset vnus annus, dum moueretꝰ sol naturali motu per totũ circulũ: sed forte fierent duo vel tres anni. Sicut dum mouetꝰ saturnus complens circulũ suum, sunt. 30. anni, & si motus solis naturalis esset velocior, dum moueretur complens totum circulum nõ esset vnus annus. Fũdatur ergo necessario annus in primo mobili.

Respondet in forma ad titulum quæstionis pcsitæ. sup. q. 70. s. an esset tempus dum stetit Sol tempore Iosue. Et si non esset primum mobile non esset distinctum tempus per menses & annos dies & noctes, & quare. *Quæst.* LXXX.

His v. sis põt rñd. ri ad qõnem. s. an esset tp̃s dũ stetit sol tp̃e Iosuę. Et dicendum ꝙ fuit, & dato

A ꝙ postea sic stetisset fuisset tp̃s, si sic fuisset motus localis, vel f̃m alterationem, vt erat pugnante Iosue ꝯ hostes, quia ibi erat verus motus. Ad motum aũt necessario consequitur tẽpus, quia est passio sua. Sed dicendum, ꝙ si semper sic mansisset rerum status, aut saltẽ magno tp̃e, q̃q̃ semper fuisset tẽpus, non tñ fuissent anni & mẽses, qa mẽses fiũt per vnum signũ trãsitus solis, & sicut sunt. 12. signa in zodiaco, ita sunt. 12. menses in anno. non tñ sunt mẽses ęquales quamquam sol moratur æqualibus tp̃ibus in transitu oĩum signorum, quia oĩa signa sunt ęqualia, & sol vniformẽ hẽt motum: vnde necessario tm̃ de tp̃e expendit in transitu vnius signi, sicut in transitu alterius. Men-

B ses tñ inæquales sunt, de causa cuius aliquid tactũ est Exo. 12. Nec ẽt principia mensium sunt in principijs ortus signorum, sed magis circa medium cuiuslibet mensis intrat sol in signum quodlibet, nec ponit semper esse idem, quia per tp̃a mutarentur ortus signorũ a diebus. vnde fieret vt ortus signi, qui erat in prima die mensis fieret ad diem. 10. vel 12. aut amplius, sicut factum est ex tp̃e natalis Christi. Nam vt ait Beda, natalis dñi fuit in solstitio hyemali, & tñ solstitium nũc distat a die natalis pluribus quã duodecim diebus, & cum magnus tp̃is fluxus fuerit, necesse est plus distare, nisi computationes mensium corrigantur rectificando f̃m motum cęli. Menses aũt f̃m Iudæos computantur per lunationes: ideo non essent tunc mẽses de latinis, quia non essent 30. dies ad cõplendum mẽsem. nec esset motus lunę, vt vna lunatio efficeret mẽsem, sicut dixit Iosue sol ꝯ Gabaon non mouearis, &

De motu solis & diuersitate dierũ mensium & noctium vide met dom. Abulen. Exo. 12. & in 2 parte sui defensorij circa finem. ✠

C luna ꝯ vallem Ahylon. Esset tñ tempus non distinctũ per menses, & annos, dies, & noctes, & efficerentur hoĩes seniores successione tp̃um: nõ tñ haberet vnus plures annos q̃ alius, vel dies, aut menses, quamquam haberent spatia quæ æquarẽtur magnitudine diebus, mensibus, & annis. Et tunc dicendum est, ꝙ fuit tempus, & subiectum suum nõ erat primum mobile: sed dicetur, ꝙ motus materiæ elementalis, vel motus localis erat subiectum tp̃is, quia tñ non erat tunc aliqs vnus motus localis, qui semper mansisset quo mensurarentur magnitudines aliorũ motuum, nisi ipse motus elementalis materiæ f̃m alterationẽ continuã adinuicem, ideo videtur magis dicendũ, ꝙ fundabatur

D tunc tp̃s in motu alterationis elementorũ. Cum autẽ cœpit moueri cęlũ, postq̃ sol stetisset, tp̃s desijt esse in motu materiæ elementalis, & cępit esse in motu cęli primi mobilis, quia ille motus est magis distinctiuus cum sit localis, & est regularior oĩbus motibus alijs.

Item quia tunc redierũt dies, & noctes, anni, & mẽses sicut prius fuerant, sed isti fundantꝰ in motu cęli. Ex prædictis patet qũo stãte sole tp̃e Iosue tp̃s nõ cessauerit. Ad argm̃ in ꝯrium rñdetur, cum dicebatur, ꝙ nunq̃ est passio sine subiecto suo, sed tẽpus est passio motus primi mobilis. ergo sine illo non reperietur.

Solutio ad argum. de quo supra q. 70.

Dicendũ, ꝙ verum est passionẽ nunq̃ esse sine subiecto suo primo, si sit primũ & adęquatũ, si tñ deficiat aliqua harũ cõditionũ stabit passio sine subiecto.

E De primo sortes est subiectũ risibilitatis, tñ nõ est subiectũ primum eius, qa non primò ꝯuenit sorti q̃ platoni & cæteris: iõ deficiente hoc subiecto adhuc manet risibilitas. Itẽ dato ꝙ sit primũ subiectũ, si tñ non sit cõuertibile adhuc deficiente illo non deficiet passio, sicut tẽpus conuenit motui, & primo cõuenit motui cęli primi q̃ oĩbus alijs, qa magis est causalitas motus & tp̃is quã in cæteris, & tñ non est adęquatũ tempus motui primi mobilis, qa non solũ motus ille tp̃e mensuratur, sed etiam singuli motus: ideo deficiente motu illo adhuc manebit tẽpus, quia manerent mensurandi cæteri motus, & sic deficiente illo mansit tẽpus, quia mansit motus in his inferioribus.

An da-

An dæmones potuerint facere omnes cælos, & astra stare.
Quæst. LXXXI.

QVAERET adhuc aliquis: an istam statione͂ Solis, & cęterorum planetarum, atque cęlorum potuerint facere dæmones. Aliquis respondebit, ꝙ sic: dæmones possunt in natura rerum operari quantum ad productione͂ formarum non virtute sua, sed applicando actiua passiuis. In his autem quæ pertinent ad motiuam potentiam dęmones per se possunt, & est maior potentia eorũ motiua, quam cuiuslibet rei naturalis. Possunt enim mouere vnam turrem per aerem si ipsa non frangeretur, & aliquid quod sit maioris ponderis quam turris. Dicimus etiam, ꝙ dęmones possunt sistere flumina, & tenere quascunque aquas, atque diuidere. vnde malefici artibus suis dicuntur interdũ fecisse consistere flumina. motus autem corporum cęlestium pertinet ad motum corporalem. ergo dęmones poterant sistere cęlum Solis, & alios orbes planeticos. Dicendum est, ꝙ dęmones non possunt tenere cęlum ne moueatur: non quidem tanquam esset valde magnæ potestatis tenere cęlum ne moueatur, cum potius sit magnæ potestatis mouere illud, & dantur ad hoc intelligentiæ motrices. Sed non poterant dęmones tenere cęlum, quia motus cęli est instrumentum quo reguntur omnia inferiora corpora quantum ad naturalem vegetationem, & mediante actione cęlestis motus deriuatur influxus naturalis causæ primæ in corporalia entia. Deus vero non permitteret, quòd aliquis sisteret motum illorum, nec dęmonibus suberit permutare motum, quia sic subesset eis statum totius naturæ permutare.

Item non liceret hoc dęmonibus, quia cęli tam secundum modum loquendi philosophorum, quàm sacræ Scripturæ veritatem mouentur ab intelligentijs: & quodlibet cœlum habet vnam intelligentiam secundum modum loquendi Arist. 12. Metaph. Nulla ergo intelligentia mouere poterit cęlũ, nisi illa quæ ad mouendum coniuncta est, sed dæmones non sunt intelligentiæ coniunctę orbibus cœlestibus ad moue͂dum, ergo non possunt illas sistere, nec mouere.

Item non licet magis dęmonibus nunc in statu dãnato quàm licuisset in statu perfectionis & fęlicitatis, si mansissent, sed pauciora licent eis: tamen si mansissent, non licuisset mouere cęlos, nec sistere, cum solũ hoc fiat ab intelligentijs coniunctis illis orbibus. ergo non licet nunc.

Item quia si hoc per dęmones fieri posset, aliquando fecissent, vt magis colerentur, qui tamen de natura loquuntur, & omnes magici reputant hoc impossibile, ergo non possunt facere dęmones.

An Angeli boni potuerint facere cessare cęlum a motu. Quomodo Angelus mouet cœlum per modum amantis, & desiderantis. Et quid secundum philosophos, & quid secundum theologos de cœlorum motu, & cessatione concedi debet.
Quæst. LXXXII.

QVAERET adhuc aliquis, an Angeli boni possent tenere Solem & Lunam, cęteraque astra, & cœlestes orbes ne moueantur. Rñdẽdum est quosdam esse Angelos ad quos pertinet mouere cęlos, & dicuntur intelligentię coniunctę cęlestibus orbibus, alię sunt quę non mouent. eis autem quę non mouent non competit, ꝙ possent sistere, vel mouere. De alijs qui sunt coniũcti orbibus dicendum est, ꝙ quantum est ex virtute requisita ad sistendum cœlum ipsi possent, & aliquid adhuc valde maius, quia maius est cęlos mouere quàm sistere, cũ

A ad mouendum requiratur virtus motiua: ad sistendũ autem solum requiritur cessatio a motu impulsionis. Et si forte dicatur, ꝙ cęlum ſm seipsum habet alique͂ motum, & dato ꝙ Angelus nõ moueret moueretur: ideo sistere motum illum est alicuius potentię. Rñderi potest, ꝙ quamquam cęlum sit formam habens aptam ad motum, tamen non potest moueri, nisi ab aliquo extrinseco moueatur, quia non habet animã mouentem. Sed adhuc dato, ꝙ corpora cęlestia ſm seipsa sine intelligentijs haberent aliquos motus, & ponere͂tur intelligentię ad moue͂dum velocius, esset facilius impedire impetum rotę motę quam mouere eam velocitate magna, sed Angeli motores in hac velocitate quam experimur mouent. ergo ipsi posent sistere orbes ne mouerentur. Dicendum tñ est, ꝙ non posunt

B sistere, nisi Deus iubeat, quia Deus est causa primaria in natura. Influentia autem sua in naturam corporale͂, & modus motus, & naturę, non potest deriuari, nisi per motum cœli, ideo nõ poterit aliqua de causis medijs sistere, nisi ipse sistat, aut sisti iubeat. Potissime, q̃a etiam ſm modum loquendi Aristot. in 12. Metap. intelligentię secundę mouent in ratione amantis, & desiderantis, s. quia amant primam volentes participare bonitatem illius, inquantum ipsis possibile est. Et q̃a prima intelligentia summe bona est, maxime se communicat in omnia ex natura primæ causalitatis. Ipsę quoque volentes participare hanc bonitatem volunt suam bonitatem diffundere in omnia entia minoris perfectionis, s. in corporalia, & quia non potest spiritus

Oĩs creatura si bona est maxime suam bonitatem cõicat.

C influere directe in substãtiam corporalem, nisi sit formaliter vnitus, vt anima corpori, vel contineat naturã in virtute, sicut prima intelligentia, volunt influere ꝑ corpora tanquam per instrumenta, & hoc est mouendo corpora cęlestia: sic enim in totam naturam corporalem influũt. cum ergo naturale & inuariabile desiderium substantiarum motricum sit similari primę intelligentię, tanquam ei in quo est earum fęlicitas, non poterunt desistere a motu. vnde ſm modum loquendi Arist. non est concedendum, ꝙ aliqua intelligẽtia possit cessare a motu. Nos vero aliter dicere debemus, quia non ponimus intelligentias naturaliter assignatas mouendis orbibus, sicut physici ponũt, sed

D diuino iussu tanquam ministros assignatas huic operationi. Sicut enim Angeli ex mandato Dei sunt ministri inter nos eorum qui hęreditate͂ vitę ęternę capiũt, vt dicit Apostol. ad Hebr. 1. c. sunt administratorij spiritus in ministeriũ missi propter eos qui capere habent hęreditatem salutis. Ita erunt ministri quãtum ad motum cęli, & ex obedientia mandati eius mouent. Sic innuitur Iob. 9. c. coram eo incuruantur qui portãt orbem, idest coram Deo incuruantur, vel humiliantur omnes Angeli qui portant orbem, i. mouent orbes cęlestes. Incuruari tñ ad obedientiam pertinet, & tũc q̃a ſm naturam nõ sunt Angeli determinati ad motum cęlestium orbium, nec consistit sua beatitudo in hoc,

E nec ẽt per hoc magnam bonitate͂ acquirunt diffunde͂do virtutem suam, sed solũ quia quod iussum est exequuntur. Posent ergo ex seipsis desistere a motu qñcunque, sed nunquam desistunt, quia vident, ꝙ Deus semꝑ vult vt moueant, & aliter Deo placere nequeãt.

Angeli nõ possunt ꝑ se desistere a motu cęlorum, nisi Deus iubeat.

An posito quòd Angeli mouentes orbes cœlestes, ita deprauarentur, vt nollent eos mouere, nunquid propterea possent cessare a motu eorum. Et quis sit modus quo Angeli, & animæ confirmantur in bono. *Quæst.* LXXXIII.

SED dicas, ponamus ꝙ Angeli isti deprauarentur nolentes mouere, nunquid posse͂t cessare a motu? Respondendum est, ꝙ non est admitte͂dus casus loquendo theologice, quia iam Angeli confirmati sunt in

in bono,ita vt impossibile sit eis apparere bonum nisi quod diuino iudicio bonum iudicatur, sed impossibile est,ꝙ ipsi operentur, nisi quod iudicauerint, & elegerint,cum sint agentia secundum rationem,ergo impossibile est,ꝙ agant,nisi quod Deus iusserit, nec erit possibile,ꝙ desistāt a motu,nisi Deus iubeat, cum autem iusserit,mox desistent. sic factum est tempore Iosue stantibus orbibus:tunc enim cessauit motus omnium Angelorum. Aliter adhuc responderi posset ēt si non concederetur, ꝙ Angeli boni erant confirmati,sed adhuc potentes repugnare voluntati diuinę. Et dicendum, ꝙ licet aliquis Angelus de motoribus cęli posset deprauari, ita vt non vellet mouere Deo iubēte,nō cessaret motus celi,nec ipse posset cessare a motu quamquam vellet,quia omnis creatura Deo subijcitur,ideo & vis motiua Angeli,& poterit operari per illam qualiter,& quando voluerit etiam inuito Angelo,& mouebit Angelus dolens quod mouet,velut si quis me manu mea percuteret. Hoc patet, quia non est difficilius Deo, nec secundum naturam facere, ꝙ Angelus moueat etiā si nolit, quàm ꝙ homo loquatur id quod disposuerit nullo modo loqui, sed Deus cogit nos interdum loqui id, quod nullo modo volumus.ergo poterit facere, ꝙ Angelus moueat cęlum etiam si nolit. Patet hoc in Balaam, quia ipse volebat maledicere Israelitis, & tamen cum aperiret os suum incipiebat benedicere,& dolebat, ꝙ benediceret, sic patet Nume.23.& 24.& Deut.23. De Angelo autem non est dissimile,quia vtrobique est potētia libera imperans potentiæ executiuę,s.motiuæ, vel interpretatiuæ. Alio modo dici potest, s.ꝙ Deus poterat Angelū cogere,vt vellet mouere, quia etiam voluntas nostra cum sit creatura Deo subijcitur, & quamquam nos libere velimus, poterit nos Deus determinare ad aliquid,quod velimus,& non possimus velle contrariū, & hoc non est tollere libertatem. vtpote ꝙ Deus faciat nobis aliquid apparere bonum, & quodcunque contrarium faciat totaliter apparere malum. volūtas autem in malum ferri nequit, ideo tunc non poterimus velle contrarium. ipsi tamen voluntati libertas manet,quia in ipsa non fit aliqua impressio, sed determinatur intellectus noster ad aliquem modum intelligendi de bono. Et iste est modus quo confirmati fuerunt Angeli in bono, & confirmantur animæ beatorum existentium in vita ęterna, quia voluntas sequitur necessario intellectum naturaliter, s.quia ipsa non est potentia iudicatiua, & præsupponit iudicium intellectus.nec potest velle, ꝙ intellectus iudicauerit malum esse.ergo ꝙ nos aliquid malum eligamus, ex hoc dependet,ꝙ intellectus noster iudicare potest aliquid quod malum est, esse bonum. Si igitur intellectus noster deuenerit ad hunc statum, vt nullo modo posset iudicare esse malum quod est bonum, non poterit voluntas nostra eligere malum,& consequenter erimus impeccabiles,& hoc est esse confirmatos. Intellectus autem noster consequetur, ꝙ non posset iudicare esse bonum quod est malum per hoc, ꝙ applicatur ad summum lumen veritatis, s.ad beatificam veritatem in qua non potest contingere aliquis error, alioquin non esset clarissima veritas. Ideo postquam homines semel fuerint diuinam visionem clarissime consecuti,non possunt iudicare bonum esse quod malum est. Et hoc modo potest Deus facere de quolibet Angelo,ꝙ non posset velle non mouere, aut cessare a motu ostendendo ei in ratione magni mali cessare a motu. Et quia malum cognitum malum non potest appeti,non poterit ille Angelus velle cessare a motu,& consequenter nequibit cessare a motu, & libertas arbitrij semper intemerata manet, nec sunt ob hoc minus liberi.nam voluntas Dei liberrima est,malum ta-

F men velle non potest. De libertatis ergo ratione non est esse vertibilē in hoc,vel illud, sed non cogi ad hoc vel illud,qn potius esse vertibile in hoc,& illud est defectus libertatis.quia incidit voluntas per accidens,& in particulari in malum,quod ab intentione naturæ, & in vniuersali fugit.esset autem ablatio libertatis arbitrii si ego vellem diligere hominem, & nō possem velle diligere hominem, sicut potentia mea motiua coacta est si moueri volo, & moueri nequeo, & tunc diceremus,ꝙ ego vellem comedere, & tn̄ nō possem velle comedere.ista directa ablatio liberi arbitrij est, & hæc omnino est impossibilis, nec solum hoc sed ēt includit contradictionem,quia præsupponit me velle currere,& tn̄ non posse velle currere implicat tunc.

G Patet ergo ex prædictis,ꝙ etiam Angeli boni qui mouent cęlos,non poterāt desistere a mouēdo nisi Deus iuberet.ergo erat istud plenum miraculum cum a solo Deo fieri posset.

Steteruntque Sol, & Luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum? Stetit itaque Sol in medio cęli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei. Non fuit antea, & postea tam longa dies, obediente domino voci hominis, & pugnante pro Israel.

Steteruntque Sol,& Luna. Non solum steterunt ista
H duo corpora planetica sed etiam orbes eorum,nec solum hęc,sed ēt omnia corpora cęlestia tam stellarum quam orbium,vt supra probatum est. Dicitur tamen In q. 11. cum sequ.
solum,ꝙ steterunt Sol,& Luna, quia duo hęc corpora solum visa sunt stare Sol, s.in occidente parum super orizontem,Luna vero in Oriente parum eleuata super orizontem,stellæ fixæ,& alij planetæ stabant,tn̄ lumine solis impediente non videbant̄, sicut totū Hemispherium quod per diem super nos est, stellatum est,tamen nō videntur stellæ per diem, nisi fieret eclipsis solaris valde magna. Quare autem petierit Iosue, ꝙ Sol,& Luna solum starent, cum cętera quoque cęlestia statura erant,supra declaratum est. *Donec vlcisce-* In q. 15.
retur se gens de inimicis suis. Idest donec Iudæi deleuissēt
I hostes:ob hoc enim petierant, vt staret Sol,quia quāquam multos eorum ipsi deleuissent, plurimos vero Deus lapidibus grandinis. adhuc tamen valde multi restabant,& quia propinqua nocte laterent, petijt Iosue,vt staret Sol,alioquin ꝯfugerent, & laterent. Nec tamen est intelligendum,ꝙ omnes Iudæi occiderint, quia dum hos persequebantur,fugerūt multi ad prę sidia vrbium, vt patet infra, s.hi qui Israel effugere potuerunt ingressi sunt ciuitates munitas. Dicebatur tamen,ꝙ stetit donec vlti sunt de hostibus suis, idest donec occideretur fere totus exercitus. Pauci autē qui remanserunt quasi pro nullis computātur. vel dicitur, ꝙ stetit Sol donec vlciscerentur Israelitæ se de hosti-
K bus suis,quia antequam Sol stetisset, licet plurimi de Amorrhęis corruissent grandine,vel gladio,nullus tamen de quinque regibus occisus, aut captus fuerat, & cum Sol staret a principio nondum vlti erant,quia latebant reges in spelunca vrbis Maceda. Inuentis autem eis poterant dici Israelitæ vlti dato, ꝙ fugeret reliquus populus in præsidia,quia isti erant principaliter hostes,quia mouerant reliquos ad veniendum contra Iudæos,ideo dato,ꝙ caperentur,vel occiderentur reliqui hostes, si tn̄ euaderent isti quinque reges, adhuc manerent hostes, nec essent vlti Iudæi. Vtrunque tn̄ factum est,quia reges capti sunt,& clausis eis in spelūca vrbis Maceda persecuti sunt Israelitæ omnes fugiētes,& occiderunt omnes præter eos qui in vrbiū præ

sidijs

sidijs recepti sunt. *Nonne hoc scriptum est in libro iustorum.* Inducit scriptura probationem huius ex libro iustorum, quasi dicat, ꝙ istud non erat nunc nouum, qa prænunciatum prius extiterat in libro iustorū. In Hebræo dicitur in lib. iuris: sed ad idem pertinent, quia iusti ex iure nascuntur, aut ius ex iustis. iste liber iustorū multum auctenticus est: nam & sacra scriptura ipsum in testimonium adducit, quod non contingeret, si nō esset auctenticus valde.

Quis sit liber iustorum, & an sit Genesis, vel Abacuch, vel quis alius. Et primum quod non sit liber Abacuch.

Quæst. LXXXIIII.

DVBITATVR autem quis sit liber iste. Aliqui doctores nostri dicunt, ꝙ iste liber quāquam apud Hebręos fuerit, ad latinos tamē non peruenit, quia non translatus est. Sed dicit Nicolaus non fore conuenienter dictum, quia etiam apud Hebræos non est, cum ipsi non habeant plures libros sacrę scripturę quam nos, & nunc verū est, quòd non est apud eos si apud nos non est, sed ꝙ apud ipsos aliquando fuerit, & ad nos non peruenit, negari non potest, quia quando allegabatur a scriptore libri huius, necessariū est, quòd esset apud Iudęos, alioquin non intelligerent auditores, vel lectores tēporis ipsius quid allegabatur, & non proficeret eis, ēt non faceret auctoritatem. Item necesse est, quòd fuisset tempore quo scribebatur liber secundus Regum, quia ibi quoque allegatus est. Aliqui dicunt, quòd fuerit liber 12. minorum prophetarum, qui apud Iudęos propter angustias verborum sub vno volumine coarctātur, vt patet in Prologo beati Hieronymi super 12. prophetas, & hoc, quia in libro ipso describuntur verba Abacuch: in cuius 3. c. dicitur Sol, & Luna steterūt in habitaculo suo, quod videtur conuenire huic tempori cum steterunt Sol, & Luna, vt patet hic.

Sed hoc non conuenit, quia liber 12. prophetarum valde magno tēpore fuit descriptus post Iosue. nam ipsi prophetę incęperunt valde magno tempore post Iosue, scilicet non multo tempore ante regē Achaz, cuius temporibus fuit Oseę: fuit quoque Isaias qui de primis prophetis sunt, vnus in maioribus primis, & alius in minoribus, & fuerunt contemporanei, vt ait Hieronymus in Prologo 12. prophetarum minorū, & patet ex principio cuiuslibet eorum conferendo reges sub quibus incęperunt prophetare. Nec solum intelligendum est, quòd liber Abacuch, & 12. prophetarum minorum fuit posterior tempore Iosue, sed ēt fuit posterior tēpore quo scriptus est liber iste Iosue: nam non scripsit eum Iosue, sed Samuel propheta, vt declaratum est in Prologo paruo huius operis Iosue. Præcessit autem Samuel multo tempore librum Abacuch, quia fuit Samuel ante tempora regum, vt patet primo Regum capitu. 1. Abacuch autem fuit post tēpus captiuitatis Babilonicę, ergo non poterat allegare dicta illius. hoc declarat Hieronymus in Prologo super Abacuch.

Et si aliquis dicat, quòd istud fuit additum a translatore nostro postquam scriptus fuit Abacuch, nō stat, quia etiam sic habetur in Hebræo.

Nec valet si dicas additum ab Esdra scriptore legis post destructam Bibliam tempore destructionis Ierusalem, cum ipse postea eam restaurauit: nam ipse non fuit commentator sed translator, ideo seruauit veritatem prioris scripturę secundum, quòd spiritus sanctus dabat illi scribere.

A *Obiectio, ꝙ fuerit ipsius Abacuch quidem, sed tamen hic fuerit prophetice nominatus, id quod refellitur. reprobatur etiam, quòd fuerit liber Genesis.* *Quæst.* LXXXV.

ALIQVIS forte respondebit, quòd liber iustorum sit Abacuch, & fuit magno tempore post scripturam libri huius Iosue, tamen potuit allegare librum Abacuch, quia spiritu prophetico poterat scire quid dicturus esset Abacuch: nam necesse est, quòd dicamus scriptorem libri huius fuisse prophetam, cum dicat aliquid de futuro, s. non fuit ante, nec post tam longa dies obediēte Deo voci hominis. Si autem dicere volueris, quòd istud non est dictum scriptoris libri, sed in libro iustorum habetur, necessario concedes, quòd non sit liber
B
Abacuch liber iustorum, quia in tota prophetia Abacuch nihil tale habetur, sed solum, ꝙ steterunt Sol, & Luna in habitaculis suis. ergo non est ille. Si autem cōcesseris esse dictum scriptoris libri huius, dicetur etiā, quòd potuit ꝓphetice præcognoscere quid dicturus esset Abacuch, & hic scribere.

Respondendum est, quòd scriptor libri huius fuit propheta, & pręcognoscere potuit quid dicturus esset Abacuch, sed quamquam præcognosceret nō poneret hic. cuius causa est, quia istud dictum libri iustorum allegabatur hic in testimonium eius, quod hic dicebatur de statione solis, oportebat ergo, ꝙ legentes cognoscerent librum illum, si tamen esset liber iustorum liber Abacuch, nullus de illis qui erant tempore
C
scriptoris libri huius cognosceret q̄d erat, quod scribebatur, quia non erant prophetæ: ergo non proficeret, sed potius turbaret, & daret occasionem suspicādi aliquid, & consequenter non scriberetur. Item nō potest intelligi de libro Abacuch, quia omnes dicunt totam istam clausulam, vel contextum vsque ad illā partem reuersusque est Iosue de libro iustorum, & t̄n non potest reperiri in libro Abacuch ista clausula, s. non fuit ante, nec post tam longa dies obediēte Deo voci hominis, ergo non est iste liber. Item litera nostra præsupponit, ꝙ liber ille iustorum iam scriptus erat, cum dicat. nonne hoc scriptum est in libro iustorum, sed liber Abacuch nondum erat scriptus, ergo
D
non intelligitur de eo. Item scriptura adducit hic auctoritatem libri iustorum in probationem huius, quia loquitur specialiter de hoc casu cum dicat, quòd steterunt Sol, & Luna obediente Deo voci hominis, & pugnante pro Israel, quod manifeste conuenit tempori Iosue, nec potest applicari alteri tempori. Id tamen quod habetur in Abacuch, non dicitur de tempore Iosue, sed de bello Persarum contra Babilonios in vindictam malorum, quę intulerant Caldęi Israelitis, vt colligitur ex loco eodem, & præcedenti serie literæ Abacuch, ergo non allegaret scriptura hic locum illum, quia nihil agebat ad propositum.

Item si liber Abacuch esset liber iustorum, conti-
E
nerentur ibi ea quæ dicuntur alibi esse in libro iustorum, sed non continentur. quod patet 2. Regum primo. cum dicitur. sicut dicitur in libro iustorū, & pręcepit, vt docerent filios Israel planctum, & considera Israel pro his qui mortui sunt super excelsa tua, & vulnerati, sed hoc nō habetur in libro Abacuch, ergo nō est ipse liber iustorum.

Iudæi autem, vt communiter, & Nicolaus cum eis dicunt, quòd iste liber est Gen. quia ibi scribuntur facta Abraham, Isaac, & Iacob qui fuerunt iusti, & propter eorum merita facta sunt beneficia multa populo Israel, vt patet sępe in sacra scriptura. Et dicunt, quòd hoc scriptum est Gene. 48. vbi ponitur benedictio Iacob sup Manasse, & Ephraim, & de Ephraim dicit, & semen eius crescet in gentes, vel semen eius congre-

An fuerit Genesis.

congregatio gentium, quod fuit impletum in Iosue qui fuit de tribu Ephraim, vt patet Numeri 13. quia quando dixit Sol contra Gabaon ne mouearis, filij Israel fuerunt congregati ad audiendum istud verbum, sicut dicitur in litera, dixitque coram eis Sol contra Gabaon, &c.

Sed hoc non conuenit, quia tota ista expositio est valde extorta, vt patet cuilibet consideranti: nam Gene. 48. videbat Iacob maiorē multitudinem in Ephraitis quàm filijs Manasse, ideo dixit, quòd Manasse multiplicaretur, sed minor frater, scilicet Ephraim maior esset, & addidit, quia semen eius cresceret in gentes. & istam eādem expositionem tenuit Moyses postea cum benedixit tribus Israel Deuteronom. 33. c. dicēs hę sunt multitudines Ephraim, & hęc sunt millia Manassę, quod non potest applicari ad Iosue, nisi valde distorte.

Item adhuc concesso isto non stat, quod dicitur, quia hic dicitur, quòd in libro iustorum scriptum est, stetit itaque Sol in medio cęli, & non festinauit occūbere spatio vnius diei, sed manifestum est nihil tale haberi in tota Gene.

Item, quia dicitur hic non fuit ante, & post tam lōga dies, &c. sed etiam nihil horum directe, aut saltem distortissime haberi poterit ex tota Gene. Item si liber Gene. esset liber iustorum, continerentur ibi omnia quæ scriptura dicit esse in libro iustorum, sed non sunt, quia id quod habetur 2. Regum primo. & allegatum fuit supra, non habetur ibi de planctu Israelitarum, & mortuis in excelsis. ergo non est ipse liber iustorum.

Determinatio auctoris, quis fuerit iste liber iustorum, qui & bellorum Domini liber appellatur.

Quæst. LXXXVI.

DICENDVM est igitur necessario alium esse librum iustorum, & de isto libro dicēdum est, quòd sit valde magnæ auctoritatis, cum sacra Scriptura alleget illum in testimoniū eorum quæ dicit. Et dicendum est valde rationabiliter, quòd istum librum Moyses fecerit, & ista sit causa quare tantam accepit auctoritatem. Est autem totus prophetice conscriptus de euentibus futuris in statu veteris testamenti, sicut nunc apud nos est apocalypsis in quo nobiliora quæ in Ecclesia facta sunt a tempore reuelationis factę beato Ioanni, & vsque ad diem iudicij futura sunt, describuntur: sicut patet ex sententia expositorum libri illius, & sunt quędam per modum pręteriti, quędam per modum futuri, quamquam quādo scripta sunt omnia futura erant, sed modus propheticus talis est. Ita per omnia in libro iustorum scribuntur prophetice enunciata aliqua de principalibus, quæ accidere debebant Iudæis, & quædam per modum præteriti enarrantur velut gesta, quamquam fuissent futura tempore Moysi, vt patet hic cū dicitur, stetitque Sol in medio cęli, & non festinauit occumbere, &c.

Aliquando autem ibi describuntur quædam per modum imperij, vel exhortationis: vt patet secundo Regum, primo cap. & præcepit, vt docerent filios Hebræorum planctum, sicut scriptum est in libro iustorum, considera Israel pro his qui mortui sunt super excelsa tua, & vulnerati.

Liber bellorum dñi quis est.

Iste idem est qui vocatur liber bellorum Domini, quia ibi erant descripta bella quæ Deus facere debebat pro Israel, sicut in scopulis Arnon fecit inclinari scopulos super Amorrhęos ad occidendum ipsos, & hoc Deus solus fecit nihil agentibus Iudæis, & in ma-

F ri rubro similiter Deus pugnauit pro Israel contra Aegyptios nihil agentibus Iudæis, vt patet Exodi 14. scilicet dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Et ibidem: dixerunt Aegyptij fugiamus Israelem, quia dominus pugnat pro eis contra nos. cum ergo ista bella a solo Deo futura prænunciantur, vocatur ipse liber bellorum domini, sicut patet Numeri 21. capit. scilicet sicut scriptum est in libro bellorum domini, sicut fecit in mari rubro, ita faciet in torrentibus Arnon, scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerēt in Arnon, & recumberent in finibus Amorrhęi. Et ipsemet Moyses allegabat hūc librum, quia cum scripsit eum scribebat, vt propheta, cum vero scripsit librum Numerorū erat magis historiographus quam

G propheta.

Iste liber magno tempore mansit publice inter Iudæos, & habebatur magnæ auctoritatis: nam quando scribebantur loca ista, in quibus allegatur liber iustorū, necesse erat, vt haberetur in vsu liber ipse: alioquin non faceret vllum testimonium si non cognoscerentur dicta eius. tempore Iosue habebatur, & tempore regum ante Babilonicam captiuitatē cum in primo capitu. secundi regum allegatus sit. Post captiuitatem autem Babilonycam non visus est inter Iudęos, & forte, quia Esdras non illum transtulit, aut si transtulit postea suppressus est: non enim peruenit ad tempus translatorum latinorum, quia translatus foret in latinum cum scriptura sacra illum approbauerit, immo ex eius dictis confirmationem inducat: nec ipsi

H septuaginta interpretes tempore Ptolomei regis sacram Scripturam in Græcam vertentes linguam, illū habuerunt, ideo translatus non est.

Nec dici potest, quòd non est translatus, quia auctoritas eius minus sufficiens reputata est, vt inter sacras Scripturas poneretur, qa qđ semel, vt verum susceptum est, nunquam vt falsum reputabitur, nisi in approbando erratum fuerit: sacra tamen Scriptura approbauit, ergo non dimissus fuit ob hoc. Sed ideo nō fuit translatus, quia ab antiquo peritissimi Hebreorū vel doctores nostri in ecclesia primitiua de illo nō curauerunt. vel ab hereticis, aut imperitis aliquibus corruptus fuit, ita vt eius auctoritas minus idonea sit: nec recipi, aut legi debuerit, sicut fuit de libro iusti E-

I noch in quo plurima prophetice dicta sunt, vnde eum in epistola sua Iudas Apostolus allegauit. Hebręi tamen periti, & antiqui doctores nostri videntes hunc librum hęreticorum mendacio deprauatum, vbi auctoritate libri hęretici sua falsa dogmata miscentes, totaliter veritatem, & auctoritatem corruperunt, vnde nunc Ecclesia veritates eius in canone scripturarum non recipit, ne occasione verorum falsa pariter confiteri cogatur. de hoc Augustinus, de ciuitate Dei, libro decimoquinto capitu. & in illo libro hoc scriptum est, & cętera similia: ideo iam credimus scripturæ solum ex auctoritate sua, & non, quia allegat librum iustorum, quia de illo nihil nobis constat,

K sicut Epistolæ Iudæ assentimus, quia canonica est, & id quod ex libro iusti Enoch probat confitemur. non tanquam probationem de libro accipiamus cum non cognoscamus librum illum, & quamquam cognosceremus de auctoritate illius dubitaremus, quia iam deprauatus foret.

Liber iusti Enoch quare non recipitur ab Ecclesia.

15. di. sancta Romana Ecclesia.

Constat tamen non esse deprauatum quantum ad partem illam, in qua eum Iudas in Epistola sua allegat, quia tunc canonica scriptura erraret, patet ergo de libro iustorum quid sit.

Stetit itaque Sol in medio cæli. Ex hoc dicit Nicolaus apparere, quòd erat Sol tēpore quo clamauit Iosue in puncto Meridiano, idest vbi arcus circuli solis intersecat circulum Meridianum, nisi forte dicatur medium cęli

An Sol qñ stetit fuerit in puncto meridiei.

cęli pro toto, quod est super orizontem, idest totum hemisphęrium. Sed non potest aliqualiter dici, ꝙ esset Sol in medio cęli in puncto meridiei, quia tunc Iosue non habuisset causam petendi, ꝙ staret Sol, quia adhuc restabat sibi meridies ad vindictam de hostibus sed erat in occasu: ideo tunc si non petiuisset Iosue, occubuisset Sol, & non potuissent Israelitæ vindicare se de hostibus suis. Aliæ rationes etiã suprapositę sunt, sed istæ rationes sunt probabiles: necessarię tamen nõ. Sed dicendum aliter impossibile fuisse, ꝙ tunc esset Sol in meridie, quia quãdo Iosue ista dixit, videbat Solem & Lunam. nam Luna erat contra vallem Ahialon. & dixit Iosue Sol contra Gabaon non mouearis, & Luna contra vallem Ahialon, si tamen esset meridies nequaquam potuisset Iosue videre Lunam, quia fulgor Solis, tunc est maximus, quia radij magis reflectuntur, cum Sol maxime ascendat tunc ad perpendicularem, & radij reflexionis nimis impediunt radios missos ab astris videri, nisi diceremus esse solarem eclipsim, quod falsum est, quia non erant tunc Luna, & Sol in coniunctione, cum dicatur Sol stare contra Gabaon, & Luna contra vallem Ahialon, in eclipsi tamẽ solari Sol & Luna sunt in coniunctione. ergo nõ erat tunc meridies. Sed necesse erat esse Solem circa orizontem, ita vt iam videri posset Luna, radijs Solis facientibus valde paruam reflexionem propter esse valde inclinatum Solem. sed dicitur in medio cœli, idest in hemisphęrio nostro inter partem orizontis orientalem & occidentalem: totum enim spatium interceptum vocatur medium cęli. *Et non festinauit occumbere.* Idest non cucurrit velociter ad occumbendum, siue intrandum sub orizontem, quasi dicat, Sol erat circa orizontem in parte Occidentali, & si moueretur secundum quòd solebat moueri, festinate vel velociter occubuisset, quia paruum spacium velociter pertransiret, & tamen non festinauit occumbere, idest non cito occubuit, sicut consueuerat.

In q. 12.

Nota rōnē pp quid & a priori.

Ex hoc nascitur vna maxima & immortalis qō inter ifideles, & catholicos si stetit tũc sol spatio vnius diei cũ hoc esset tã mirabile, & stupendum factum a seculis nunq̃ ante nec post auditum quare historiographi illius tpis nullam penitus de hoc fecerunt mentionẽ, cũ hoc miraculũ cęleste, ita tunc videretur a gẽtibus, sicut a Iudęis, sed ad hoc poteris rñdere faciliter ex his quę do. Abulẽsis dixit supra 6. c. q. 12.

Spacio vnius diei. Idest stetit vna die, vel spatio vnius diei.

Alio modo potest esse sensus superior, & conuenientior, scilicet non festinauit occũbere spatio vnius diei, idest fluxit spacium vnius diei, in quo non festinauit Sol ad occumbendum.

Pro quo est intelligẽdum, quòd motus cęli & aliorum cęlestium corporum semper est cõtinuus, & sic semper festinant ad perueniendum ad aliquos terminos, sed secũdum quòd Sol est in diuersis partibus cęli, ita dicitur festinare contra diuersas partes. nam cũ exierit partem orizontis orientalis, festinat semper ad meridianum vbi est maxima eleuatio, cum autem ꝑuenerit ad locum ipsum, festinat semper ad occasum, ideo dicitur festinare occumbere. cum vero sub orizontem cadit, dicitur festinare ad ortum: nunc autem cum Iosue petijt solem stare, erat Sol circa occasum, & festinauerat ex transitu lineæ Meridianæ semper vt occumberet, cum vero locutus fuit Iosue, Sol contra Gabaon ne mouearis, non festinauit occumbere, idest non motus fuit contra occasum, & hoc spatio vnius diei.

An Sol steterit immobilis spatio vnius diei artificialis, idest, duodecim horarum, ex eo quòd duo sunt textus, quodammodo contrarij. in quo notanda est regula theologica, quòd quandocunque sunt duo loca sacri canonis vbi agitur de eodem quantitatiue, vel numeraliter, locus qui magis particulariter loquitur est magis tenendus. *Quæst. LXXXVII.*

AN vero fuerit tantum quantum vna dies integra de artificialibus, ex litera videtur innui manifeste, ꝙ sic, sed Eccles. 46. c. vbi dicitur de hac statione, dicitur ꝙ facta est vna dies quasi duo. ergo non fuit statio solis dies integra, sed quasi. Magis autem credendum est illi literę quàm isti, non quidem quòd ista errauerit, sed quia modus sacrę Scripturæ est interdum de minimis nõ curare, ideo cum fuerit quasi vna dies, dixit vnam diem, & ob hoc est tenẽda regula in sacra Scriptura, quòd quandocunque sunt duo loca vbi agitur de eodem, potissime cum consistit in quantitate, vel numero, & in vno minutatius ponatur, ille locus est magis tenendus, non quidem quòd alius falsus sit, sed quia in vno nõ curauit scriptura diligentissime inquirere numerum, aut magnitudinem rei vsq; ad minutissima, in alio autem curauit. sic patet in numero peregrinationis hebręorum in Aegypto, quia dictum est Abrahæ, quòd semen suum peregrinum futurum esset in terra non sua quadringentis annis, vt patet Genes. 15. & incępit computari tempus istud a natiuitate Isaac, quia tunc incępit Abraham habere semen, idest prolem. Nam licet habuisset per annos decem & quatuor Ismaelem, vt patet Gen. 16. tamen non erat vocandum semen Abrahæ in Ismaele, sed in Isaac, vt patet Gen. vigesimoprimo capitu. scilicet, in Isaac vocabitur tibi semen, & tamen a tẽpore natiuitatis Isaac vsque ad exitum de Aegypto fluxerunt anni quadringenti quinque, & subticuit scriptura ibi quinque. Alibi autem expressit eos, scilicet, vbi dixit Exodi, duodecimo capit. quòd mansio Israelitarum in Aegypto fuit annorum quadringentorum triginta, & isti computantur ab ingressu Abrahę in terram Chanaã, sicut omnes doctores, tam catholici quàm hebręi asserũt, quia non est alius modus quo computari possint. Etiã patet ex eo, quod dicit Apostolus ad Galat. cap. tertio. quòd lex facta non infringit promissionem, & quòd fuit lex data quadringentis triginta annis post factam promissionem, sed lex fuit data in primo anno exitus de Aegypto, scilicet mense tertio, vt patet Exodi decimonono capitu. promissio autem prima fuit facta Abrahæ immediate, vt venit in terram Chanaan, vt patet Gene. duodecimo, ergo ab ingressu in terram Chanaan sunt computanda ista tempora, sed tunc cum ab ipso ingressu vsque ad natiuitatem Isaac transierint anni vigintiquinque, quia introiuit Abraham in terram illam, cum esset septuagintaquinque annorum, vt patet Gene. duodecimo capitu. & genuit Isaac anno centesimo vitæ suæ, vt patet Gen. decimoseptimo, & vigesimoprimo capitu. manebunt a tempore ipso vsque ad exitum de Aegypto anni quadringenti quinque, quibus semen Abrahæ peregrinatum est: scriptura tamen dixit Genes. decimoquinto capitu. quòd semen Abrahæ esset peregrinum quadringentis annis. ergo accipiendum est secundum aliam scripturam, quæ minutatius ponit istum numerum, scilicet quadringentos triginta.

Sic accipiendum est hic, quia litera ista dicit fuisse moratum solem vnius diei spatio. Et alia litera Ecclesiastici quadragesimo sexto capit. dicit mansisse quasi vna die cum ait. & facta est vna dies quasi duo. ergo dicendum est, quòd non manserit totaliter spatio vnius diei, sed quasi vnius diei.

Et non dicitur hic, quòd stetit sol vna die, sed spatio vnius diei, quia dum stetit Sol non fuit vna dies, nec dimidia, nam dies fundatur in motu primi mobilis rotantis Solem secundum vnam circulationem perfectam, sed stante Sole nullus talis motus erat: ergo nõ erat tunc vna dies. Erat autem spatium vnius diei, quia dies continet certam magnitudinem durationis, & tanta esse potest in quolibet alio motu, & poterit maxime cognosci per aliquem motum localẽ regularem scilicet, ꝙ tantũ spatium transiretur in illo tpe, quo stetit sol, quantum in vna die artificiali, quod

per horologia faciliter cognosceretur si tot essent pulsata signa horarum, quot in die vna artificiali, vel per quæcunque alia instrumenta certificatiua temporis ex quantitate motus ipsorum, & non per motum cœli.

Q̃o intelligitur, ꝙ non fuit post tā longa dies, & in qua regione hoc intelligit ad hoc, ꝙ uerum sit.

Non fuit ante, & postea tam longa dies. Ponitur hoc modo prophetico, siue ponatur in libro iustorum, siue a scriptore libri huius positum sit, quia licet de præterito sciri posset per historias, an aliqua dies, tam longa fuisset, de futuris tamen sciri nō poterat, nisi Deus reuelaret: magis tñ vr̃, ꝙ scriptum sit in libro iustorum, quàm a scriptore libri huius dictum fuerit, & hoc verum est, ꝙ non fuit aliqua, tam longa dies, quia nō poterat esse, tam longa dies, nisi per stationem Solis, aut retrocessionem, sed non fuit vnquam facta aliqua statio, vel retrogradatio, nisi tunc & tempore Ezechiæ. ergo non fuit ante, nec post tam longa dies, nisi forte hæc fuerit dies qua retrocessit Sol tempore Ezechiæ, sed hæc non fuit, ergo nec illa. Hoc intelligitur de diebus in terra Chanaā, quia aliæ terrę sunt in quibus dies maiores sunt, sicut in illis quæ multum declinant versus vtrunque polum. nam terrę multę sunt vbi dies ꝑuenit ad quantitatem mensis vnius & amplius, & alię vbi ad duos, & tres, & vsque ad dimidium annum, nā necesse est in terra quæ habet quemcunque polorum pro Zenith, esse diem quantitatis dimidij anni, & noctem æqualem, vt dies vna, & vna nox compleant annum, sicut apparet ex dispositione orizontis ſm sphęram magis & minus obliquam, quod magis manifestatur in tractatu de sphera. Si autē compararetur dies illa ad omnes terras falsum esset, quia ī alijs terris erat maior, sed adhuc in quacunque terra tunc esset dies, necesse esset, vt maior esset dies, quàm aliàs propter stationem Solis.

Quis fuerit maior, scilicet dies, quo stetit Sol petente Iosue, vel dies quo stetit ægrotante Ezechia, secundum communem, & Nicolai opinionem, & Dionysii expositionem. Quæst. LXXXVIII.

SED circa diem in quo retrocessit sol tempore Ezechiæ est dubiū, an fuerit maior, vel minor, quàm ista. Dicunt communiter loquentes maiorem fuisse hanc, qua stetit sol tempore Iosue quia dicitur hic non fuit ante, nec post tam lōga dies. Sed obijcitur, quia tempore ęgritudinis Ezechiæ Sol reuersus est gradibus decem per cęlum in horologio Achaz regis. Et iterum ambulauit illos, sed decē gradus faciunt horas decem. ergo essent 20. horæ euntes, & redeunte Sole per hos gradus, & pręter hos fuit tota quantitas diei illius, quo facta est retrogressio solis. ergo essent in die illa plures quam 32. horę. In die autē qua stetit sol sub Iosue, non fuit tanta quantitas, quia statio solis fuit quasi vnius diei, vt patet Ecclesiast. 46. vel fuit diei integri, vt patet hic, & tamen dies illa artificialis duplicata non perueniret ad triginta duas horas, sed esset vigintiquatuor horarum, aut parum plus.

Ad hoc respondent quidam fuisse maiorem diem sub Iosue. & dicunt de die sub Ezechia, quòd ille dies artificialis erat duodecim horarum, & quando Deus dixit, quòd faceret redire solem decem gradibus, vel lineis in horologio Achaz erat decima hora diei, & fecit Deus redire solem vsque ad ortum per decem lineas, quæ erant spatium horarum decem. Et tamen dicunt, quòd retrogressio ad ortum per decem lineas illas fuit subito virtute diuina, & in redeūdo ad locum in quo prius fuerat Sol, cum retrocessit, moratus est horis decem, & deinde descendit vsque ad occasum per duas horas, & hoc modo fuerunt in die illa 22. horæ, scilicet duodecim horę diei artificialis, & decē ho-

F ræ quibus moratus fuit sol retrocedēdo per lineas decem, dies autem sub Iosue maior fuit, quia vigintiquatuor horarum extitit, nam ipsa dies erat duodecim horarum, & diei vnius spatio stetit sol non occumbens, in quo fuerunt vigintiquatuor horę. vnde duabus superabundauit horis. Alij autem aliter assignant hoc dicētes, quòd retrocessio solis tempore Ezechię fuit solenne miraculum, ideo vt appareret magnum verisimilius est, quòd retrocessio fieret successiue, qa hoc erat mirabile nimis, & ad ponendum solum decem horas excessus illius retrogradationis & reuersionis, dicunt, quòd redijt per illas decem lineas horologij, sed quælibet linea faciebat solum dimidiam horam: ideo in quinque horis retrocessit, & in totidem facta

G est reuersio, vnde decem horę abundabunt ad diem artificialem solum, vt sint viginti duo. ideo dicunt, ꝙ dies sub Iosue excessit duabus horis, quia fuit vigintiquatuor horarum, cum fuerit dies duplicata.

Alij dicunt secundum Dionysium, quòd fuerit maior dies sub Ezechia: dicit enim Dionysius in epistola ad Polycarpum, quòd dies sub Ezechia fuit fere triplicata ad diem artificialem, & hoc quia quamlibet linearum decem dicit facere vnam horam, & in retrocedēdo moratus est sol horis decem, in redeundo autem iterum horis decem. Fuerunt ergo in excessu ad diem artificialem viginti horę, & ipsa dies cōtinebat horas dudecim: essent ergo 32. horæ diei illius, illa autē quæ fuit sub Iosue solum fuit duplicata. Ad illud quod dicitur in litera hic, scilicet non fuit ante, nec postea tā

H longa dies, dicunt quòd hoc intelligitur referendo ad tempus, quo scriptus est iste liber, scilicet, quòd Iosue scripsisset librum istum in senectute sua lōgo tempore postquam ista euenerunt, & tunc diceret non fuit ante, scilicet antequam staret sol, tam longa dies, nec post, idest postquam stetit in toto residuo tempore vsque ad mortem Iosue, siue vsque ad tempus scripturæ libri huius non fuit aliqua tam longa dies, quòd tamen postea fuerit non negat.

Sed non potest sic responderi, quia non scripsit Iosue librum hunc, vt probatum fuit supra in Prologo paruo huius libri, quia computantur in eo aliqua quæ fuerunt post mortem Iosue, & multa alia dicūtur, quę nequaquam conueniunt tempori Iosue, sed posterio-

I ribus.

Sed dicendum, quòd Samuel propheta hunc librū scripserit, & tamē ipse nequaquam fuerit multo tempore post Iosue. tamen ante tempus Ezechię sub quo retrocessit sol magno tempore fuit. Et eodem modo dicere poterat, quòd non fuit ante, scilicet ante stationem illam solis, tam lōga dies, nec postea in toto tempore, quod fuit inter Iosue, & Samuel.

Hæc positio, seu solutio aliqualiter videtur stare, sed non stat, quia pręsupponit ista verba esse scriptoris libri huius, sed non sunt, quin potius in libro iustorum scripta sunt, vt satis patet ex tenore eorum, & tūc

K cum liber iustorum fuerit scriptus ante librum Iosue, vt supra probatum est: necesse est, quòd referatur hoc ad omnia tempora, quæ futura erant post Iosue, scilicet, quòd in nullo eorum fuerit tam longa dies.

Explicatur ratio Nicolai pro prima opinione contra Dionysium. Quæst. LXXXIX.

ADHVC autem Nicolaus contra dicta Dionysij vult probare, quòd non fuerit maior dies sub Ezechia etiam pręsuppositis omnibus fundamentis Dionysij.

Et ad hoc præsupponit, quòd fuerit ista statio solis in medio Iunij, vel circiter cum dies sunt maximi in terra, quæ est post æquinoctialem versus boream, & hoc

& hoc inducit per ea quæ facta sunt in his temporibus: nam Israelitæ transierunt Iordanem die decima mensis primi, qui est Martius apud Iudęos, & incipit aliqñ post medietatem Martij nostri, circa principiũ Aprilis, & 15. die mensis illius celebrauerunt phase in Galgalis, vt patet s̃. 5. postea sanati a vulneribus circuncisionis obsederunt Iericho lustrãtes per dies septem, & ceperunt eam, vt patet s̃. 6. post hęc miserunt exploratores in vrbem Hay, & fugientibus eis atque occisis 36. viris pp furtum Achan de anathemate, lapidatus est Achan, & ventum est in Hay & capta est. Post hęc factis sacrificijs in monte Hebal venerunt in Galgalã, vbi prius steterant: quibus ibi manentibus venerũt ad eos Gabaonitæ, & confęderati sunt, de quibus a ca. 7. s̃. vsque ad 9. occasione autem huius confęderationis quinque reges moti sunt ad expugnãdos Gabaonitas, quos adiuuãte Iosue cum persequeretur Amorrhęos stetit sol, vt patet hic. In his autẽ omnibus posset esse fluxus a principio Aprilis vsq; ad medietatem Iunij, aut quasi. & tunc dicit, ꝙ dies artificialis est 18. horarũ, cum ergo fuerit duplicata dies essent 36. horę. Dies autem sub Ezechia quamquam sit fere triplicata, fuit ad plus 32. horarum, vt patet ex supradictis, ideo excessit eam dies sub Iosue horis 4. quamquam concedantur omnia fundamenta Dionysij, & sic putat Nicolaus cõclusisse ꝯ Dionysium. Sed argumentatio Nicolai nequaquam procedit. primo enim errat circa notissima in astrologia. Dato enim, ꝙ dies in qua stetit sol tempore Iosue, esset maxima dies anni, stante Sole in principio capitis cancri in medio Iunij, tamen erat impossibile peruenire diẽ ad 18. horas. immo nec ad 14. nam maxima pars terræ Chanaan est in tertio climate, sed ibi non accedit dies maximus ad horas 14. quia sub ęquinoctiali est dies semper 12. horarum, & cum receditur versus polum quemlibet, efficiuntur dies maiores, & procedendo ꝑ omnia climata est regula, ꝙ semper in climatibus quę magis coniuncta sunt ęquinoctiali, minores sunt dies: ita ꝙ in tertio sunt minores, q̃ in quarto, & in secũdo minores quàm in tertio, sed in climate isto quinto, vbi nos habitamus, non peruenit dies ad 15. horas integras: ergo in tertio climate a fortiori non perueniet, nec ad 14. ergo q̃q̃ esset maxima dies anni tunc in terra Chanaan, non poterat excedere 14. horas, qũo ergo perueniret ad 18? Sed existimauit Nicolaus vbiq; esse dies æquales, & sicut Parisius erat, & in alijs locis magis appropinquantibus ad polum, ita & in tota terra contingere. sed falsum est, ideo dato ꝙ esset maior dies anni, tunc in terra Chanaan, esset 14. horarum, & duplicata perueniret ad horas 28. Sed adhuc maior esset dies sub Ezechia ex dictis Dionysij, quia erat dies triplicata fere habens 32. horas. Itẽ errat argumentatio ista, quia adhuc concesso, ꝙ essent 18. horę in maxima die terrę Chanaan, & illa esset qñ stetit Sol sub Iosue, non sequeretur ꝙ fuerit maior, q̃ dies sub Ezechia, quia non est determinatum quo mẽse facta fuit retrogressio Solis sub Ezechia. Potest ergo dici, ꝙ ẽt esset in medio Iunij, vel quasi, cũ sint maximi dies. & tunc ex fundamento Nicolai diceremus esse 18. horas diei illius, & 20. in retrocedendo, & redeundo sunt 38. vnde semper dies sub Ezechia excederet diem sub Iosue. non tenet igitur probatio.

Nicolaus defecit ex ignorantia Astrologię

Nicolaus ď Lira scripsit Parisius & fuit natione gallus & monachus de Seraphico ordine minorum, in sacra Scriptura, maxime in hebraica lingua peritissimus, & sãctissimus. Auctor tñ quandoq; suas cõfutat opiniones pp honorem veritatis. 1. Ethic.

Auctor decidit superius quæsitum, & dubium, & rationibus improbat opinionem Dionysij sentientis diem fuisse penè triplicatam tempore Ezechiæ, ideoque maiorem die quo Sol stetit. Quæst. XC.

SED dicendum videtur, ꝙ dies sub Iosue fuerit maior quam dies sub Ezechia, de quo forte dicetur latius cum peruentum fuerit ad eundem locũ. Et hoc Alph. Tost. super Iosue.

A quia litera dicit hic, ꝙ non fuit antea, nec post tã longa dies, & non sunt ista verba scriptoris libri, sed libri iustorum, sicut pręcedẽtia, & cum pręcesserit scriptura libri illius ad librum hunc Iosue, necesse est ꝙ intelligatur de omnibus temporibus, quæ postea fuerunt, quòd in eis nunquam fuerit aliqua tam longa dies: nõ potest tamen poni dies qui fuit sub Iosue, maior 28. horarum, quia in terra illa dies maximus non peruenit vltra 14. horas. & dato quòd non esset adhuc medietas Iunij, sed finis Madij, vel medietas eius, saltem esset dies 13. horarum, & aliæ tresdecim, vel quasi quibus stetit Sol, facient 26. horas quę essent in die illa. Cum vero Dionysius dicit, ꝙ fuerit dies fere triplicata, non multum ei assentire debemus, cum dicat contra scripturam, & non probet ratione, aut scriptura. nã

B ipse supponit decem gradus, aut decem lineas horologij esse decem horas, sed hoc non stat manifestum, nõ constat, an facerent decem illæ lineę decem horas, vel vnam, aut duas, siue dimidiam. Ideo quantumcunque tempus paruum voluerimus, poterimus intelligere per illas decem lineas per quas retrocessio facienda erat: in rotis enim horologiorum puncta multa sunt, quæ non faciunt horam, nec dimidiam, sed valde paruum tempus. non ergo infertur ex hoc, quòd fuerit dies sub Ezechia fere triplicata, scilicet, horarum 32. quod concluderetur si lineę horologij Achaz facerẽt horas singulas.

Item probatur, quòd sit impossibile lineas singulas facere horam vnã in horologio illo ex verbis Isaiæ

C ad Ezechiam: dixit enim quarto Regum, vigesimo capitu. vis vt ascendat vmbra decem lineis, an vt reuertatur totidem gradibus? & ait Ezechias facile est vmbram crescere decem lineis, nec volo vt hoc fiat, sed vt reuertatur retrorsum decem gradibus.

In hoc præsupponendum est, quòd ea hora, qua Isaias dixit ista, erat Sol in tali statu, quòd posset ascendere per decem lineas, scilicet procedendo vlterius subito, aut reuerti posterius decem lineis, sed hoc erat impossibile, si quælibet linea ĩ horologio Achaz de quo dicitur, faceret vnam horam, ergo nõ faciebat vnam horam.

Præsuppositum patet, scilicet, quòd cum dixit ista Isaias Ezechiæ erat Sol in tali statu, in quo posset vlte-

D rius procedere gradibus decem, vel retrocedere totidem, quia alioquin diceret Isaias, quod fieri non posset, vtpote si Sol esset tunc in puncto orizontis Orientalis, non diceret Isaias, vis vt reuertatur Sol decem lineis, quia non videretur, an reuerteretur saltem media.

Hoc supposito arguitur sic, quando Isaias dixit ista Ezechię quæritur, an erat ante meridiem, vel punctus meridiei, vel post meridiem. Si autem esset ante meridiem, vtpote in secunda hora diei, posset Sol ascendere gradibus decem, vel lineis in horologio, idest subito transire tantum de cęlo quantum trãsiturus erat per horas decem, quæ essent lineę decem horologij, & perueniret subito a loco in quo esset hora secunda diei, ad occasum, quod intermedium spatium in ho-

E ris decem pertransiturus erat, sed tunc non poterat retrocedere lineis decem in horologio, quia cum retrocederet per duas lineas quæ facerent duas horas, esset in puncto orizontis Orientalis, & tunc non posset videri, an retrocederet vel non, sed Isaias taliter dabat signum, quod videri posset quomodo retrocedebat.

Hoc intelligit pupponẽdo, ꝙ dies sub Ezechia esset 12. horarum, vel parũ plus, vel minus, ut est ĩ terra Chanaã

Si autem dicatur, ꝙ esset post meridiem, etiam stare nõ posset. nam dato ꝙ esset iam Sol ante occasum per duas horas, & transisset reliquas partes cęli in horis decem, poterat tunc stare vna pars signi, scilicet, ꝙ retrocederet Sol lineis decem in horologio, i. decem

 horis,

horis,quas facerent decem lineæ, & tunc rediret vsq; ad punctum orientis,in quo fuerat in principio diei,& maneret in retrocedendo decem horis, sed non stat, tunc alia pars signi, s. q̄ posset Sol ascendere decem lineis in horologio,quia hoc erat in partem c̄riā, s.versus eam ad quam mouebatur. nam cum pertransiret Sol a loco ipso versus orizontem partis Occidentalis, spatium celi duarum horarum esset in orizonte Occidentali,& transijsset duabus lineis, nec pateret vltra, an transiret,cum esset sub orizonte. ergo nullo istorū modorum stant verba Isaiæ possibilia, si faceret quelibet linea spatium, quod pertransit hora vna. Si aūt dicatur,q̄ esset pūctus meridiei,cū verba ista dicta sunt; adhuc non stat, quia quæritur de die illo quot horarū esset:& nō potest dici,q̄ esset maior, quàm horarum 13.aut 14.quia in terra Chanaan non accedunt dies ad maiorem quantitatem,& tunc superessent de die horę sex & dimidia, vel quasi septem ad plus, & neutrū fieri posset de partibus signi,quia si Sol ascenderet,idest iret decem gradibus contra eam partem, ad quam est motus suus,s.ad Occidentem, non posset ascendere lineis decem,sed solum septem,si quælibet linea faceret horam vnam, nam immediate vt trāsiret spatiū horarum septem,caderet sub orizontem ad Occidētem,& non videretur,an pertrāsibat gradibus decem, vel quot. si autem reuerteretur non posset retrogradi decem lineis,si facerent horas decē, quia cum retrograderetur spatium linearum septem facientium horas septem,intraret sub orizontem Orientalem,& nō posset videri,an magis retrocederet. si ergo esset quælibet linea spatium transitus horę vnius, nō diceretur, q̄ retrocederet,vel ascēderet decem lineis, sed solum quinque vel sex, aut ad plus septem, necesse est igitur ad hoc,q̄ verba Isaię stent, q̄ non faceret quælibet linea spatium horæ vnius.nō poterat enim hoc supposito consistere in veritate, nisi esset dies illa ad minus 20.horarum,& esset tunc pūctus meridiei, cum dicta sunt verba:patet, quia tunc staret Sol a quolibet orizōte,siue Orientali,siue Occidētali spacio horarum decem,quæ facerent Meridiem. Dicta tñ Dionysij fundant in hoc,q̄ quælibet linea contineret spacium horæ vnius,quia tunc videretur dies triplicata, sed nō potest signare quælibet linea in horologio Achaz vnam horam, vt declaratum est. ergo nec stare pōt dictum istud Dionysij.Dicendum ergo est cum lr̃a ista, q̄ nō fuit dies sub Ezechia tanta sicut ista, quia non fuit ante,nec post,tam longa dies, vt patet hic. *Obediente Deo voci hominis*. i. condescendente ad supplicationem Io-
In q̄. 82. sue,quia hoc facere solius Dei erat,vt s̄.probatum est. sed tactum est: ergo Deus ↄdescendit homini clamāti,quia inuitus nihil agere potest.& accipitur obediēte Deo pro condescendente, quia Deus nō poterat obedire voci hominis, cum obedientia semper sit ad maiorem,& ad habentem iurisdictionem,sed hoc nō est hominis ad Deum. *Et pugnante pro Israel*. Idest, cum Deus fecit stare Solem,pugnauit pro Israel dans ei locum ad occidendum hostes miraculose. si enim fuisset dies clausus naturaliter,Sol erat iam in obitu,& latuissent Amorrhei fugientes per noctis tenebras,& si Iudæi vellent eos persequi,non possent,aut inducerentur in loca incognita in quibus perirent: stante autem sole persequi potuerunt,& delere illos. Et dicit Deus hic pugnare,quia adiuuit dans locum pugnandi, & tē-
Q̄ō Deus pugnabat pro Israel. pus:sed ipsi Iudęi gladio suo occidebant hostes. Aliqñ autem pugnabat pro Israel,s.ipse totaliter pugnans nihil agentibus Iudæis,sicut fuit in mari Rubro, cum existentibus Iudæis in littore cōuertit Deus fluctus maris super Aegyptios,opprimens omnes illos, vt patet Exo.14.& ibi hoc dixerat Moyses, s. dominus pugnabit p̄ vobis,& vos tacebitis,idest nihil agetis,sic quoq;

F fuit contra Amorrheos apud torrentem Arnon, vbi fecit Deus inclinari scopulos torrētis, & Amorrheos latentes sub scopulis ad occidendum Iudęos cum trāsirent,oppresserunt: vt patet Num.21.cap.Et in his nihil fecerunt Iudæi,quamobrem vocantur ista duo bella domini,& Nume.21.cum dicitur,de his dicitur. vnde dicitur in libro Bellorum domini, sicut fecit mari Rubro,ita faciet torrentibus Arnon.

Reuersusque est Iosue cum omni Israel in castra Galgalæ. Fugerant enim quinque reges, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda. Nunciatumque est Iosue, quòd inuenti essent quinque reges latentes in spelunca
G vrbis Maceda. Qui præcepit socijs, & ait. Voluite saxa ingentia ad os speluncę, & ponite viros industrios qui clausos custodiant. Vos autem nolite stare, sed persequimini hostes: & extremos quosque fugientium cædite. Ne dimittatis eos vrbium suarum intrare præsidia, quos tradidit dominus Deus in manus vestras. Cæsis ergo aduersarijs plaga magna, & vsq; ad internetionem penè consumptis, hi qui Israel effugere potuerunt in-
H gressi sunt ciuitates munitas. Reuersusque est omnis exercitus ad Iosue in Maceda, vbi tunc erant castra; sani & integro numero. Nullusque contra filios Israel mutire ausus est.

Reuersusque est Iosue cum omni Israel in castra Galgalæ. Istud ponitur anticipatiue,nam non redijt Iosue in castra Galgalæ quousque facta sunt ea quæ dicuntur infra,s.q̄ ceperint quinque reges,& suspenderēt eos. nā eadem die acceperunt eos latentes in spelunca vrbis Maceda, & suspenderunt vsque ad occasum Solis. ēt eadem die ceperunt vrbem Macedam, vt infra patet, Hic est anticipatio i narratiõe.
I & deleuerunt hostes, qui venerant cum his quinque regibus: & sequenti die adhuc non cessantes a pugna ceperunt alias ciuitates, de quibus postea dicitur in litera,ita vt non cessauerint a pugna toto die illo, & sequenti, nec reuerti potuerunt in castra Galgalę. nam Galgala inde procul erat,s.apud Iericho, & non posset illuc Iosue ire cum toto Israel, nisi aliqui dies intercciderint. Item quia dum ipsi irent,hostes intrarēt in prę sidia, nec possent in die eadem comprehendere eos, & suspēdere reges,sicut factum est,vt patet immediate. Item quia non reuerteretur Iosue in castra Galgalæ,nisi ad quiescēdum ibi,sicut faciebat alias cum cessaret a bellis,sicut post bellum contra vrbem Hay re-
K dierunt in castra Galgalæ:ibi enim erant, quando iuerunt Gabaonitę ad faciendum fędus cum eis, vt patet pręced.c.sed ponitur hic per anticipationem.deberet enim poni infra in fine c.vbi dicitur, reuersus est cum omni Israel in locum castrorum in Galgalam. Hic autem ponitur hoc,quia dictum fuerat,q̄ stetit Sol quousq; gens vindicaret se de hostibus suis,sed postquam vlti sunt,quod fuit sequēti die post stationem solis,reuersi sunt in castra Galgalę, & istę anticipationes vsitatę sunt. *Fugerant autem quinque reges*. Dum p̄sequerentur Israelitę Amorrheos in ascensu Bethoron, & descensu versus vrbem Azecham, reges quinque fugerunt de reliquo exercitu tanq̄ priuati viri, vtpote qa solì recesserūt ne cognoscerent, & ingressi sunt ī speluncam

tam quādam magnam apud vrbem Macedam, & ibi A latuerunt, nec ingreſſi ſunt vrbem, quod forte fuit, q̄a vrbs aliquantulum diſtabat, & poterant in medio itinere capi ab hoſtibus, aut quia forte putabant, ꝙ non paterent eis portæ vrbis. nam erant aduerſarij apud vrbem, & poſſent cum eis ingredi hoſtes. Latuerunt autem in vrbis ſpelunca, quia intellexerunt, ꝙ ſuperuenientis noctis auxilio inde exeūtes per tenebras fugerent. *Et ſe abſconderant in ſpelunca vrbis Maceda.* Iſta ciuitas erat propinqua eis venientibus de Bethoron, & Azecha. & non erat iſta ciuitas alicuius quinque regū horum, quia ipſa habebat alium regem, quem eadem die cepit Ioſue cum ipſa vrbe, & occidit, vt patet infr. & ob hoc forte, non auſi fuerunt fugere reges iſti in Macedam. Non enim putauerunt, ꝙ eis portę paterēt, ſi tamen eſſet alicuius regum horū pateret eis aditus, B iſta vrbs Maceda fuit poſtea in ſorte tribus Iuda, vt patet infra 15. ca. *Nunciatumque eſt Ioſue, quòd inuenti eſſent quinque reges latentes in ſpelunca Maceda.* Cum Iſraelitæ fere ad internetionem perduxiſſent omnes hoſtes, viderunt non eſſe cum eis quinque reges, nec viderūt eos fugientes cū his qui pręcedebant de Amorrhęis. Ideo aliqui de Iudæis dederunt operam ſolicite perquirendo illos, atque introeuntes in vrbis Macedam ſpeluncam repererunt eos ibi, vel forte aliqui eorum viderunt eos illuc intrare. Sed magis dicēdum eſt, quòd non viderunt introeuntes. ſed cum perquirerent, caſu peruenerunt in ſpeluncā, & repererunt ibi illos. Tunc nunciatum eſt Ioſue, ꝙ inuenti eſſent reges quinque, quia forte ipſe illos perquiri iuſſerat. *Latentes in ſpelunca Maceda.* C Ideſt apud vrbem Macedam exiſtente, & forte non auſi ſunt introire, quia timebant, ꝙ Iſrael tę ipſa die peruenientes ad vrbē Macedam eam delerēt, & eos ibi caperent, ſicut & poſtea factum eſt. *Qui præcepit ſocijs, & ait.* Ideſt Ioſue pręcepit aliquibus de exercitu ſuo, vt voluerent ſaxa. Ioſue noluit morari apud ſpeluncam educendo reges quinque, eoſque occidendo, quia interim fugerent hoſtes quos perſequebantur, ſed iuſſit cuſtodiri, vt cum cęteros hoſtes deleuiſſent, redirent ad cędem quinque regum. *Voluite ſaxa ingentia ad os ſpeluncæ.* Ideſt ponite valde magna ſaxa, ne ipſi a parte interiori impellentes ea diſcutere poſſint. *Et ponite viros induſtrios qui clauſos cuſtodiant.* Non ſufficiebant ſaxa ingentia: nā ſi nemo cuſtodiret clauſos, poſ- D ſent forte per aliam ſpeluncæ partem portam ſibi fodere, & exire, & potiſſime poſiti ſunt viri, vt cuſtodirent, ne qui forte de Amorrhæis venientes eos educere conarentur. *Vos autem nolite ſtare.* Hic autem Ioſue prouidens ad totum exercitū loquitur, quòd non manerent ad os ſpelunce, ne elaberentur de manibus eorum hoſtes quos perſequebantur, etiā quia facile erat a paucis obſeruari os ſpeluncæ. *Sed perſequimini hoſtes.* Scilicet Amorrhæos, qui venerant cum quinque regibus contra Gabaon. Et ſciendum, ꝙ dum hæc omnia fierent, ſtabat Sol, & ſtetit vſquequo ceſſauerunt Iſraelitæ perſequi Amorrhęos, & redierunt in vrbem Macedam, vbi erāt loca caſtrorum, ſuſpenderuntque reges, & tunc ſteterunt vſque ad veſperum diei ipſius. E *Et extremos quoſque fugientium cædite.* Ideſt vltimos in fugiendo qui non poſſunt fugere in primis, & hi ſunt qui velut laſſi reſident, vel labore confecti ſunt.

Nec dimittatis eos vrbium ſuarum intrare præſidia. Ideſt intrare in vrbes ſuas, quę erant præſidia, ideſt defenſiones contra impugnantes, & hoc erat, quòd perſequerentur indeſinenter illos. nam ſi deſiſterent perſequi, illi fugerent in præſidia vrbium. & tamē ad vltimum aliqui introierunt in præſidia fugientes, quia dum Iudæi quoſdam occidebant, alij fugiebant, nec deſtiterunt perſequi illos, quouſque intrauerunt in pręſidia vrbium.

Quos tradidit dominus Deus in manus veſtras. Ideſt, cum Deus tradiderit iſtos in manus veſtras, ſi effugerint, veſtra negligentia effugient, eritque in vobis irritum diuinum beneficium: dicitur tradidiſſe in manus eorū, quia fugere potuiſſent Amorrhęi ope vicinę noctis, niſi Deus feciſſet ſtare ſolem, in quo dabat ſpacium Iudęis perſequendi hoſtes: quos igitur poſtea occidiſſent, Deus in manus eorum tradere dicebatur. *Cæſis igitur aduerſarijs plaga magna.* Satis erat magna plaga, cū quinque reges horum Amorrhęorum capti fuiſſent, & totus exercitus fere deletus. *Et vſque ad internetionem penè conſumptis.* Ideſt omnes fuerunt conſumpti fere vſque ad mortem. non eſt ſenſus, ꝙ conſumerentur fere vſque ad mortem. nam qui conſumebantur, veriſſime vſque ad mortem conſumebantur, ſed dr̄ vſque ad internetionem, ideſt vſque ad totalem deletionē. fuit enim in eis deletio, ſed non totalis, & hanc ſignat internetio, vel accipitur totus populus quaſi vnus vir, & ſicut poſt mortem viri nihil de eo viro ſupereſt, & ſi adhuc ſupereſt non eſt perductus ad mortem, ita cū totus populus deletur, eſt internetio populi, cum vero aliqui de populo ſuperſunt, non eſt internetio, i. mors populi, ſed dicitur penè eſſe ad internetionem perductus. *Hi qui Iſrael effugere potuerunt ingreſſi ſunt ciuitates munitas.* Dum Iſraelitę occidebant extremos agminis, q̄ pręcedebant fugiebant in longinquum, & ſic priores quidam in fuga intrare potuerunt in pręſidia vrbium, & cum omnes occidiſſet Iſrael, quos in perſecutione occidere potuit, ingreſſis reliquis in pręſidia, regreſſus eſt in caſtra. *Reuerſusque eſt.* Hic ponitur manifeſtatio victoriæ Iudæorum, & fuit iſta victoria ſatis excellens, & manifeſta, ſigna habens quod a Deo ſolo fuerit. Et ponuntur duo principaliter, ſ. quòd redierint omnes Iudęi incolumes, ſ. ꝙ cum tot hoſtes ceciderint die illa, de Iudęis nemo, aut corruit, aut vulneratus eſt. Secundum erat, quia tantus timor inuaſit hoſtilia agmina, ꝙ nec ſaltem parum reſiſtere auſa ſunt Iudęis inuaſoribus: ſi enim fuiſſet humanitus factum, quamquā deuincerentur Amorrhęi, tamen non tantum perterriti forent, vt ſaltem aliquid reſiſtere non auderent.

Reuerſusque eſt omnis exercitus ad Ioſue in Maceda. Poſtq̄ occiderunt quos occidere potuerūt, perſecuti ſunt hoſtes. cum vero nullus ſupereſſet, qui vel nō corruiſſet gladio, vel non ingreſſus eſſet in vrbium pręſidia, deſtiterunt a pugna, & regreſſi ſunt in caſtra: tn̄ nondum erat nox, cum poſtquam redierunt, ſuſpēderint reges quinque qui latebant in ſpelunca vrbis Maceda, & tenuerunt ſuſpenſos illos vſque ad ſolis occaſum diei ipſius, vt patet inf. fiebant aūt oīa hęc ſtante adhuc Sole.

An Ioſue iuerit in pugnam, & ad perſequendum hoſtes quinque regum fugientium: cum videatur ſcriptura innuere quòd reſederit in caſtris apud Macedam.
Quaſt. XCI.

ET dicitur, ꝙ reuerſus eſt omnis exercitus ad Ioſue in Maceda. ex quo forte videbitur, ꝙ Ioſue non iuit cōtra hoſtes in perſecutione, ſed manſit in caſtris, alioquin nō diceretur, ꝙ reuerſus eſt oīs exercitus ad Ioſue in Maceda, ſed cū Ioſue. Sed dicendum eſt, ꝙ Ioſue iuerit in pugnam, quia non decebat totum exercitum ire ad pugnandū duce manente in caſtris, niſi forte aliqui pauci mitterentur ad expugnādum paucos hoſtes, ſicut factum eſt cum miſſi fuerunt tria millia virorum de caſtris Galgalæ ad expugnandum vrbem Hay, & poſtea fugerunt, vt patet ſupra ſeptimo capitulo. Hic tamen totus exercitus iuit in pugnam, vel in bellum, cum dicatur, quòd vniuerſus exercitus reuerſus eſt ad Ioſue in Maceda. ergo non decebat manere Ioſue in caſtris, potiſ-

potissime, quia cum Iosue audiuit, quòd inuenti sunt reges quinque in spelunca vrbis maceda; noluit sistere: sed dixit, vt ponerentur aliqui viri industrij ad custodiendum os speluncę; reliquus vero exercitus persequeretur hostes. si tamen ipse mãsisset in castris apud Macedam vrbem, ipse maneret ad ostium speluncæ in qua reges latebant, sed non fuit. ergo non mansit in castris, sed iuit in pugnam persequendo fugientes Amorrhęos. Dicitur tamen exercitus totus redijsse ad Iosue in macedam, quia cum incœperunt fugere Amorrhęi post descensum Bethoron, non fugerunt simul, sed quidam huc, alij vero illuc diffugiebant, quo eos pauoris impetus ferret, tunc Iosue fecit, vt ad persecutionem hostium exercitus quoq; suus diuideretur, vt sic valerent consequi omnes fugientes, ꝯstituitque, vt cum quelibet turma Israelitarum cessaret a persecutione hostium, rediret ad vrbem Macedam, apud quam castra poni præceperat. Ipse autem Iosue iuit in vna parte exercitus, & cum ipse cum turma sua destitissent a persecutione hostium, redierunt in castra, reliquæ vero partes exercitus finita persecutione etiam cateruatim venerunt ad ipsum Iosue qui iam venerat de bello in castra, & necesse est poni hunc modum, quia si totus Israel persequeretur simul fugientes hostes, cum ipsi in multas scinderentur turmas, non persequeretur Israel, nisi paucos eorum, & cęteri fugerent, sed hoc imprudentia magna erat. Quod vero Amorrhæi diuiderentur in multas turmas fugiendo patet, quia quinque reges non fugerunt cum reliquis, sed per se fugientes latuerunt in spelunca vrbis maceda, & non viderunt Israelitæ vbi intrauerunt, quousq; diligenter persequentes inuenerunt in spelunca, non tamen fieret hoc si tota concio hostium simul fugeret. Item patet, quia dicitur, ꝙ Israelitæ omnes occiderunt pręter eos, qui in præsidia vrbium confugerunt. ergo in plures vrbes fugientes intrauerunt. si tamen omnes contra eandem partem, & simul fugerẽt, omnes qui euaderent, in eandem vrbem vel oppidum introissent, nec solum ipsi qui euaserunt introierunt in diuersas vrbes, sed etiam a principio cum fugerent, videbat eos Iosue in plures turmas diuidi, & ob hoc iussit dicens, extremos quosque fugientium cędite, nec dimittatis eos vrbium suarum intrare pręsidia. si tamẽ contra eandem partem fugerent, non sic dixisset.

Item hoc signat litera hic cum dicit, ꝙ omnis exercitus redijt ad Iosue in Maceda. si autem exercitus simul persecutus fuisset hostes, nõ diceretur, quòd omnis exercitus regressus est in maceda. sed diceretur, ꝙ exercitus reuersus est, sed dicitur omnis exercitus ad signandum omnes partes exercitus, quia illæ reuersæ sunt, nullusque fuit de Israelitis qui non reuerteretur illuc completa cęde, quia fuerat omnibus sic assignatum, vt illuc redirent.

In maceda. Non ad ipsam vrbem, quia non intrauerunt in eam quousque postea ceperunt illã expugnantes, sed redierunt ad castra quæ erant apud vrbem illã, vt patet immediate. *Vbi erant tunc castra.* Idest ibi fecerat Iosue figi castra Israelitarum.

Quæ castra erant illa apud Macedam, cum iam essent Israelitarum castra in Galgalis. Quæst. XCII.

NON est hoc intelligendum de castris Israelitarum totius plebis, vbi erant paruuli, & mulieres, greges, & armenta: quia ista castra non mouebantur de Galgalis: potissime cum erat eundum in bellum, quia ista non erant conuenientia bellatoribus. sed Iosue quandocunque in bellum ire debebat, remanebat vulgus in castris apud Galgalam, & assumptis secum viris pugnatoribus

F ibat in aciem. Vocatur autem huiusmodi castra, quia quando mouebantur pugnatores, portabant secum aliquos breues apparatus, tam pro cibis, quàm ad manendum per noctem, reliquis in castris Galgalæ relictis, & illos apparatus fecit poni Iosue apud vrbẽ Macedam. Et ideo ad illum locum omnes redituri erant finita hostium cęde. Item non poterat intelligi, ꝙ castra Israelitarum omnium tũc essent apud Macedam, quia supra dicitur in litera, ꝙ cum miserunt Gabaonitæ ad Iosue, vt auxiliarẽtur eis, erat in castris apud Galgalam: & dicitur, ꝙ assumpto secum exercitu bellatorum ascendit per noctem in Gabaon tota nocte ambulans: in aurora autem irruit super quinque reges Amorrhęorum, & in ipsamet die persecutus est eos, stetitque Sol. non poterant ergo omnia castra Israeli-

G tarum venire ita cito, vt essent apud vrbem Macedã, cum paruulis, mulieribus, & gregibus.

Item quia dicitur, ꝙ cum Iosue ascẽdit solum exercitus pugnatorum. ergo tota alia multitudo non apta ad bellum mansit in castris apud Galgalam.

Item quia facto isto bello, & sequenti die expugnatis quibusdam ciuitatibus, redijt Iosue in locũ castrorum in Galgalam. ad quid ergo vtile esset, vt castra Israelitarum frustra laborarent veniendo in Macedam, ad manendum ibi solis diebus duobus, cum immediate in Galgalam futura esset reuersio? non ergo intelligitur de castris totalibus Israelitarum, sed solum de castris bellatorum, in quibus portabãtur aliqui leues apparatus ad comedendum, & breuiter manendum, &

H ista castra figebantur quandocũque ibatur in bellum, & tunc erant apud Macedam, quia forte Iosue præcepit ea figi ibi a portatoribus, dum exercitus sequebãt hostes. *Sani & integro numero.* In hoc laudabilis valde atque felix victoria est, quia magna hostium clades, & penè vsque ad internetionem facta est, & de Israelitis nemo perijt. interdum enim cum hostes vtrinque sunt viri fortissimi, licet altera pars vincat, ita amara victoria est, ꝙ fere nihil distat vincere, & victum fuisse, nisi in honore, cum vtrinque æqualis, aut fere ęqualis iactura sit. hic autem non sic accidit, quia omnes Israelitę sani fuerunt, ita vt nemo de eis ab hostibus saltem leuiter percussus fuerit: etiam integro numero redierunt, quia nemo de eis, qui ad pugnandum exierant, mansit ab hostibus captus aut cęsus. *Nullusque contra fi-*

I *lios Israel mutire ausus est.* Idest non fuit aliquis ausus pugnare contra Iudæos, nec saltem quicquã loqui. Mutire signat latratum, vel mugitum canum, sicut dicit Exo. 11. s. inter filios Israel non mutiet canis, idest non latrabit, s. non erit aliqua commotio, vel clamor, nec etiam canes mutient, quod esse solet ad quamlibet cõmotionem: & dicitur hic, quòd nullus ausus est mutire, idest loqui contra filios Israel. Mutire proprie quid est.

Præcepitque Iosue, dicens. Aperite os speluncæ, & producite ad me quinque reges,

K qui in ea latitant. Feceruntque ministri, vt sibi fuerat imperatum. Et adduxerunt ad eũ quinque reges de spelũca, regem Ierusalem, regem Hebron, regem Ierimoth, regem Lachis, regem Eglon. Cumque adducti essent ad eum, vocauit omnes viros Israel; & ait ad principes exercitus qui secum erãt. Ite, & ponite pedes super colla regum istorum. Qui cum perrexissent, & subiectorum colla pedibus calcarent rursum ait ad eos. Nolite timere, nec

re, nec paueatis, confortamini, & estote robusti. Sic enim faciet dominus cunctis hostibus vestris, aduersum quos dimicabitis. Percussitque Iosue, & interfecit eos, atque suspẽdit super quinque stipites, fueruntq; suspensi vsque ad vesperum.

Præcepitque Iosue dicens. Hic ponitur tertium in quo fuit victoria ista multum gloriosa, s. ꝙ cẽperunt quinque reges qui erant duces hostium, & posuerũt pedes Israelitæ super colla ipsorum. Istud præceptum Iosue fuit reuerso toto exercitu in castra apud Macedam vrbem, vbi erat spelunca de qua producti fuerunt reges. *Aperite os speluncæ*. Erat obstructum ingentibus saxis. sic enim iusserat Iosue, s. voluite saxa ingẽtia ad os speluncę. *Et producite ad me quinque reges qui in ea latitant*. Sciebat eos ibi latere, quia deprehensi primo fuerant, & post obstructum os speluncæ.

In quo, & quomodo Hebræi cognouerunt eos esse reges, qui latebant in spelunca. Quæst. XCIII.

Sed dicetur, in quo cognoscebant Israelitę istos esse quinque reges qui latebant? nunquam. n. viderant eos. Et si dicatur, ꝙ in bello viderunt, etiam hoc non est valde verisimile, quia mox, vt irruerunt Israelitę super Amorrhęos apud Gabaon fugam petierunt, & non potuerunt considerare vultus eorum. Sed forte dici posset, quòd deprehenderũt eos esse reges per apparatum, quia habebant regium apparatum. Sed adhuc nõ multum hoc constat, quia non est verisimile, ꝙ isti fugientes retinerẽt apparatũ regium. Sic enim maior super eos verteretur impetus hostilis. sed abiecerunt magis, vt liberius fugam peterent. Item quomodo poterant cognoscere Israelitæ ꝙ erant quinque reges, vel quatuor? quia non viderãt vnquam distinctas acies, vel habuerant aliquid, per qđ cognoscerent. Sed magis dicẽdum est, ꝙ aliqui de Gabaonitis ibant cũ Iosue persequendo reges illos quinque, q contra eos venerant, & isti cognoscebant quot reges erant, & determinate quemlibet eorũ, quia erãt de terra illa. Etiam credendum est, ꝙ isti Gabaonitę fuerint qui inuenerunt in spelunca reges, quia Israelitę nescirent speluncam, quia nunquam steterãt in terra illa. Gabaonitę autem inquirentes loca sibi nota inuenerũt. *Feceruntque ministri, vt eis fuerat imperatum*. Subditur immediate; quid hoc fuerit, quod fecerunt, scilicet. *Eduxerunt ad eum quinque reges de spelunca*. Scilicet prostrauerunt eos coram Iosue, vt forte aliquid inquireret ab eis Iosue, vel vt contemplarentur eos Israelitæ. Sed in hoc apparet, vel reges istos fuisse infelicissimos virorum, qui se turpiter latitantes ad maximam ignominiam suã turpius educi passi sunt ab Hebræis de spelunca. vel fuit terror domini super eos non sinẽs eos mutire contra Israel: erat enim eis felicius in spelunca mori ne educerentur; quam ꝙ se ignominiose educi permitterent ab hostibus illudendos. Potissime cum scirent se grauius afficiendos, quàm si pugnãdo in spelunca morerentur. nam de rege Ierícho cognouerunt, ꝙ a Iudæis occisus foret, de rege quoque Hay acceperant, ꝙ turpiter patibulo expirasset appensus. Quid ergo sibi post hęc affuturum expectabant? infelicissimi ergo hoc facto fuerũt. felicior enim erat Saul licet per illicita hoc acquisierit, quia ne ab hostibus ingruentibus illuderetur, incubuit super gladium suum. vt patet primo Regum, 31. capi. *Regem Ierusalem*. Iste erat principalis rex dictus Adonisedech, qui reliquos

Regum est potius occũbere, q̃ se pmittere duci viuos ad ignnominiosũ supplicium.

A conuocauerat in pugnam, eratque de Iebuseis.

Regem Hebron. Iste vocabatur Ochrã, vt patet supra, erat Hebron prope Ierusalem per octo leucas, & postea fuit in sorte Iuda, vt patet infra 15. & data est sacerdotibus ad habitandum, vt patet infra 21.

Regem Ierimoth. Iste vocabatur Pharam, eratque ciuitas sua in sorte Iudæ. *Regem Lachis*. Iste vocabatur Iaphie, vt patet supra. *Regem Eglon*. Iste vocabatur Dabir, vt patet supra, de ciuitabus istorum dictum est supra.

Cumque educti essent ad eum. Idest præsentati coram ipso. *Vocauit omnes viros Israel*. Scilicet omnes pugnatores, quia non erant ibi tunc omnes Israelitę, cum mansissent castra in Galgalis, sed soli pugnatores, & quia isti erant dispersi per tentoria sua in castris ipsis apud

B vrbem Macedam, & quia valde magna castra erant multus exercitus, non aderant omnes Iosue educenti reges de spelunca. Fecit autem vocari omnes, vt contemplarentur reges illos viuentes, & discerent non esse formidandos Chananæos, & vt viderent, quomodo principes sui ponebant pedes super colla regum.

Et ait ad principes exercitus qui secum erant. Quamquã esset Iosue princeps belli, & omnium Iudæorum; tamen totus populus non erat immediate sub ipso, qa non posset ipse regere omnes in bello, sed diuidebantur in multos ducatus, vt quilibet dux haberet specialem curam de suis, & sic melius regerentur in acie, & iste modus est in omnibus bellis, hos autẽ principes minores Iosue secum habebat. *Ite & ponite pedes super*

C *colla Regum istorum*. In hoc dabatur ipsis principibus maior audacia contra hostes, & toti exercitui videnti hęc, ad quod fecit Iosue, vt reges illi extenderentur in plano, & principes ponerent pedes super colla transeuntes, & conculcantes eos velut lutum.

Qui cum perrexissent ad calcandum colla regum, & subiectorum pedibus colla calcarent. Idest principes calcauerunt colla, s. regum subiectorum, idest qui subiacebant eis extenti in plano.

Rursus ad eos ait. Vt confortaret eos ex eo, quod fecerant. *Nolite timere, nec paueatis*. Ad idẽ videntur ista duo pertinere, sed timere signat quemcunque timorem, pauere signat magnum timorem, cum homo contremiscit, & non dixit Iosue. Nolite timere, nec paueatis,

D s. istos reges quorum colla calcauerant, quia isti iacebant in terra velut exanimati inter totam multitudinem Israel. Potissime, quia iam calcauerant eos. nam antequam calcarent, adhuc poterat dici aliqualiter, ꝙ non timerent, quia forte recusarent eos tangere, sicut cum Gedeon comprehẽdisset duos principes Madiã, s. Zebee, & Salmana. Iussissetque primogenito suo Iether, ꝙ occideret eos, non eduxit gladium: timebat. n. quia puer erat, vt patet Iudi. 8. cap. sed in istis non erat, quia viri erant, etiam iam calcauerant colla ipsorum. Sed dixit non timendum, nec pauendum hostes residuos, quia sic facerent eis, sicut istis, & hoc valde fuit conueniens Israelitis, quia maximum bellum instabat illis, paululum post hoc congregatis fere omnibus regibus terræ ad aquas Meron. si autem hęc non præces-

E sissent pauitarent corde cuncti Israelitę, & ob hoc ẽt Deus impetum illorum regum distulit vsq; ad ipsum tempus pugnę, quia prius conuenerant vna sententia & vno animo, vt pugnarent contra Israel, vt patet supra præceden. cap.

Confortamini, & estote robusti. Idest sitis viri fortes animo non pauentes ad occursum hostilem. confortari, & robustum esse ad idem pertinet, sed cõfortari pertinet ad acquirere fortitudinem, esse robustum ad manẽdum in ea, & solum intelligitur de robore, scilicet animositate, quam homo potest facere maiorem, vel minorem magis, aut minus se prouocando, & nõ de robore corporis, quia hoc non est in potestate nostra,

an ma-

an maius, vel minus sit. *Sic enim faciet dominus cunctis hostibus vestris.* Idest omnibus Chananæis quorum terram accepturi erant; nullam autem gentem tũc præter hos habebant hostilem. quamquã deletis his obligabantur pugnare contra Amalechitas ad delendum eos, quia dominus iusserat Deute. 26. capi. s. memento quid fecerit tibi Amalech, quando egrediebaris de Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui qui lassi residebant ceciderit, quãdo tu eras fame, & labore confectus, & nõ timuerit dominum: cum ergo dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & subiecerit cunctas per circuitum nationes in terra quam tibi pollicitus est, delebis nomen eius sub cęlo, caue ne obliuiscaris. Et sic etiam factum est de rege Amalechitarum, sicut de his quinque regibus, quia Saul deleuit Amalechitas ducens Agag regem eorũ in terram Israel, ibique Samuel insiliens in eum trucidauit ipsum, vt patet primo Reg. 15. c. & dicitur, ꝙ dñs faceret hæc, quia ista bella non erant Israelitarum, sed Dei. *Aduersum quos dimicatis.* Non dimicabant Israelitæ tunc actualiter contra aliquos, sed erant semper in bellica expeditione. ideo idem erat ac si actualiter dimicarent. *Percussitque Iosue, & interfecit eos atque suspendit super stipites.* Non est sensus, ꝙ Iosue percussisset, & occidisset eos vulnerans illos, & postea suspenderet: frustra enim tunc suspensio esset, quia suspẽsio ad mortem est, sed iuberet eos poni in spelunca postquam percussisset, sicut cum depositi fuerũt fecit eos ibi poni, sed ponuntur ista omnia ad signandum idẽ, sicut sępe scriptura facit, sic patet supra in litera cum dicitur, fecerunt ministri, vt sibi fuerat imperatum, & eduxerunt ad eum quinque reges de spelunca, ibi tamen manifestum est, quòd nihil aliud sit facere quod iussum fuerat, quam educere reges de spelunca, quia hoc fuerat imperatum. Ita hic percussio, & occisio signant ipsam suspensionem solam.

Stipites isti hodie appellãtur furca, qđ genus mortis in Hispania daĩ villanis, & rusticis, hic autem Venetiis datur etiã nobilibus.

Suspendit super stipites. Genus istud mortis vile est, nec datur nisi hominibus nullius dignitatis. Iosue tamen sic faciebat regibus, quos viuentes apprehendebat. Sic enim fecerat regi Hay, vt patet supra. 8. In Hebræo dicitur. *Super quinque stipites.* Ita, quòd singulos reges ꝑ singulas furcas suspẽdebat, satis autem litera nostra hoc signat, cum dicat eos suspensos super stipites. *Fueruntque suspensi vsque ad vesperam.* Idest vsque ac solis occasum, vt patet immediate.

An Iosue, & totus exercitus post suspensionem regum stetit vsque ad vesperam. Quæst. XCIIII.

NEc tamen est intelligendum, quòd Iosue, & totus exercitus Israel, post suspẽsionem regum starent ibi vsque ad solis occasum, quia eodem die ceperunt Macedam vrbẽ, vt patet infra, ceperunt quoque vrbem Lebna. & inde transeuntes oppugnabant vrbem Lachis, quam sequenti die comprehenderunt, vt patet infra. ergo nõ expectauit ibi Iosue cum toto exercitu vsque ad solis occasum, ad deponendum reges, & sepeliendum in spelunca, quia non potuisset facere quod fecit.

Sed dicẽdum est, quòd cum totus exercitus Israel post cędem fugientium congregatus esset in castra apud Macedam, & reges fuissent appensi patibulis, inceperunt oppugnare Macedam, ceperuntque eam, & inde transeuntes in Lebna ceperunt illam, postea venerunt in Lachis, cum tamẽ recessisset Iosue de loco appensionis regũ; dimisit ibi aliquos de Israelitis, qui deponerẽt reges de patibulis ad solis occasum, atque ponerent in spelũca. sicut prius iusserat manere viros industrios ad os spelũcę custodientes, cum reges ibi

F latebant. ipsi autem nõ erant prius cum depositi sunt de patibulis.

Sed dicet aliquis aliter hæc accidisse, scilicet, quòd reuerso toto exercitu a cęde fugientium, & suspensis regibus recesserunt de castris apud Macedam, & oppugnauerunt eam capientes, & postea vrbem Lebnã, deinde venerunt in Lachis quam similiter oppugnauerunt, & postea regressi sunt in castra apud Macedã, vbi erant reges appensi, ante solis occubitum, & cum Sol occumberet iussit eos deponi.

Sed non stat, quia Iosue die ipso quo sũpẽdit reges, & cepit Macedam atque Lebnam incępit oppugnare Lachis, sed non cepit eam die eadem, sed in sequẽti, vt patet infra. Quomodo ergo facta obsidione eadẽ

G die, & nondum capta vrbe, recederet Iosue de loco ipso rediens in castra apud Macedam? non est rationabiliter dictum, quia interim poterant hostes habere subsidia maiora ab extraneis, ita vt vrbs difficilius capi posset. Potissime, quia vt stet modus assignatus ab illis, necesse est, quòd Iosue rediret in castra apud Macedam ante solis occasum, vt iuberet deponi reges de patibulis. non est autem verisimile, quòd incipiens Iosue oppugnationem lachis nõdum expleta ea desineret oppugnare multo ante solis occasum, maxime discedens de loco oppugnationis. secus si desinens oppugnare ad sumendam quietem maneret in eodem loco, non permittẽs subsidia recipi in ciuitatem. Ideo tenendus est primus modus, scilicet, quod non redierit ipse cum exercitu in castra apud Macedam, vbi

H erant reges appensi, sed reliquisset ibi aliquos qui iussa explerent.

Cumque occumberet Sol præcepit socijs, vt deponerent eos de patibulis. Qui depositos proiecerunt in speluncã in qua latuerãt, & posuerunt super os eius saxa ingentia, quę permanent vsque in præsens. Eodem die Macedam quoque cepit Iosue, & percussit in ore gladij; Regemque illius interfecit, & omnes habitatores eius. Non dimisit in ea

Deut. 21.

I saltem paruas reliquias. Fecitque Regi Maceda, sicut fecerat Regi Iericho. Transiuit autem cum omni Israel de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam. Quam tradidit dominus cum Rege suo in manus Israel. Percusseruntque vrbem in ore gladij, & omnes habitatores eius. Non dimiserunt in ea vllas reliquias. Feceruntque Regi Lebna, sicut fecerant Regi Iericho. De Lebna transiuit in Lachis cum omni Israel. Et exercitu

K per gyrum disposito oppugnabat eam. Tradiditque Dominus Lachis in manus filiorum Israel, & cepit eam die altero, atque percussit in ore gladij omnem animam, quę fuerat in ea, sicut fecerat Lebna. Eo tempore ascendit Hyram Rex Gazer, vt auxilietur Lachis. Quem percussit Iosue cum omni populo eius vsque ad internetionem. Transiuitque de Lachis in Eglon, & circundedit, atque expugnauit eam in eadem die,

percus-

percussitque in ore gladij omnes animas, quæ erant in ea iuxta omnia quæ fecerat Lachis. Ascendit quoque cum omni Israel de Eglon in Hebron, & pugnauit contra eam, cepitque, & percussit in ore gladij: Regem quoque eius, & omnia oppida regionis illius, vniuersasque animas quæ in ea fuerant commoratæ. Non reliquit in ea vllas reliquias. Sicut fecerat Eglon, sic fecit, & Hebron: cuncta quę in ea reperit consumens gladio. Inde reuersus in Dabir, cepit eam atque vastauit: Regem quoque eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij. Nō dimisit in ea vllas reliquias, sicut fecerat Hebron, & Lebna, & Regibus earum, sic fecit Dabir, & Regi illius. Percussit itaque Iosue omnem terram montanam, & Meridianam, atque campestrem, & Aseroth cum Regibus suis. Non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut præceperat ei dominus Deus Israel a Cadesbarne vsque Gazam. Omnem terram Gosen vsque Gabaon, vniuersosque Reges, & regiones eorum, vno impetu cepit atque vastauit. Dominus enim Deus Israel pugnauit pro eo. Reuersusque est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala.

Cumque occumberet Sol. Idest cum iam occubuisset Sol sub orizontem cadens. *Præcepit socijs.* Idest aliquibus militibus suis quos vocat socios in bello. nam & ipsi duces omnes alios militantes sub eis socios appellare solent, & ipsi imperatores Romani vocabant milites suos cōmilitones, idest socios in militia, vt patet in Legend. Sanctorum, & historijs. *Vt deponerent eos de patibulis.* Non erat prius Iosue cum ista facta sunt, sed relictis quibusdam militibus ibi ista pręcepta dedit.

Quare fecit Iosue deponi de patibulis 5. reges ante solis occasum, & an obligaretur ex lege ad hoc faciendum ex eo quod præcepta moralia, & iudicialia semper obligarent Iudæos etiam in deserto, non tamen cæremonialia.

Quæst. XCV.

FECIT autem Iosue deponi eos ad solis occasum, quia in lege iussum erat, vt quandocunque aliquis suspenderetur, non maneret in patibulo magno tempore, sed in vespere deponeretur, vt patet Deute. 21. obligabantur autem Iudęi ad hoc, quamquam illi essent Chananæi, quia lex illa non dabatur fauore personarum, sed propter terram in qua Iudæi habitaturi erant, vt patet eod. c. cū dicitur. Nō permanebit cadauer eius in ligno, sed eadem die sepelietur, quia maledictus a Deo est qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terram tuam quam dominus Deus tuus dedit tibi in possessionē, sed ita contaminabatur manentibus cadaueribus Hebræorum. ergo etiam obligabantur deponere ad So-

A lis occasum cadauera Regum istorum suspensorum.

Sed aliquis dicet, quòd quamquam obligarentur Iudæi in terra illa obseruare legem hanc ad omnes, tamen non obligabantur in tempore hoc, quia nondum erant in pace, obligatio tamen legis nō fuit quousque Israelitæ pacifice possederunt terram Chanaā, vt patet Deut. 12. s. non facietis ibi quæ nos hodie facimus hic singuli, quod rectum sibi videtur, neque dū enim vsque in præsens tempus venistis ad requiem, & possessionem, quam dominus daturus est vobis. & postea subditur, ꝙ postea quam esset eis pax in terra illa a cunctis hostibus, qui in circuitu essent, obseruarent legem, sed nunc non erat pax, sed maximum, & quotidianum bellum. ergo non tenebantur. Respō-

B dendum est, ꝙ tenerentur. Et cum dicitur de obligatione tempore pacis. Respondendum est verum esse de pręceptis cęremonialibus, præcepta tamen moralia, & iudicialia semper obligauerunt. de moralibus non est dubium, quia sunt naturalia, & ista semper, & vbique habent eandem potentiam iuxta Arist. 5. Ethi. potissime, quia ista non obligant ex voluntate legislatoris, sed ex natura quæ semper eadem est. De pręceptis autem iudicialibus magis videbatur dubitādum, quia non sunt ex natura, sed legislatoris voluntate.

Præcepta moralia sp obligant, & quare.

Sed adhuc de his dicendum est, quòd obligauerūt in introitu in terram Chanaan antequam haberetur pax aliqua, etiam in deserto obligauerunt. Quod autē obijcitur Deuter. 12. vbi dicitur, quòd quilibet facie-

C bat, quod volebat, solum intelligitur quantum ad cęremonialia præcepta, & de his solum exemplificabatur ibi, s. ꝙ illuc ferrent holocausta sua, & munera, & in toto 12. cap. de cęremonijs agitur. Iudicialia autem semper habebant promptitudinem ad hoc, ꝙ vbique obseruari possent, quia materia eorum, s. ipsi qui puniebantur, vel condemnabantur, aut absoluebantur per ea, ita erant in deserto, sicut in terra Chanaan, & causę super quibus iudicandum erat, ita erāt in deserto, sicut in terra Chanaan. ergo vbique obseruanda erant. De cęremonialibus non erat sic, quia requirebāt determinatum locum, & materiam, quę non erat in deserto, nec in terra Chanaan donec daretur pax in circuitu. ergo non erant obseruanda vsque tunc.

D Item patet, quòd iudicialia obseruata fuissent ante ingressum in terram Chanaan. nam in deserto constituti sunt iudices in monte Synai decani, quinquagenarij, cēturiones, atque tribuni, vt patet Exo. 18. & isti iudicabant populum omni tempore, vt patet eod. ca. Tunc ergo aut iudicabant isti secundum legem, aut contra legem. Non est dicendum, quòd cum iudicarent, per alias leges iudicarent quam per eas, quę positę erant, sicut si in deserto sacrificia fierent, obseruarentur cęremoniæ iussę circa sacrificia, non tamen obseruabantur illę cęremonię, quia non fiebant aliqua sacrificia, sed iudicia quotidie fiebant. nam & post ordinationem iudicum in monte Synai Moyses conquestus est se grauari magnis negocijs populi, & dati sunt sibi 70. iudices coadiutores, vt patet Nume. 11.

E c. ergo semper erant iudicia in populo, & consequenter obseruarentur leges iudiciales. nam esset valde absurdum, quòd post datam legem Israelitis, haberent ipsi causas forales, & non iudicarent eas per leges eis datas. Sicut si diceretur, quòd susceptis legibus de cæremonijs sacrificiorum facerent sacrificia, & non secundum illas cæremonias. Ideo dicendū, quòd post datas leges per Moysen iudiciales, semper fuerunt Iudæi obseruare illas obligati, aduenīēte eis casu in quo secundum illas iudicari posset. Et ita cum in suspensione 5. Regum fuisset casus legis, quæ habetur Deut. 21. obligabantur illam obseruare.

Quibus depositis proiecerunt eos in speluncam in qua latuerant.

rant. Vt daretur eis honor quidam sepulchri, vt esset aliqua distantia eorum, & cęterorum qui in acie ruerant, & ita fecit Iosue Regi Hay, quia postquam suspēsum deposuit de cruce, fecit sepeliri aggregato lapidū cumulo super eum, vt patet supra 8.

Et posuerunt super os eius saxa ingentia. Hoc fuit, vt videretur locus sepulchri, & nemo intraret in speluncā. nam si quis de Iudæis introiret in eam, fieret immundus, quoniam qui tangeret ossa, vel cadauer, vel speluncam, erat immundus septem diebus, vt patet Nume. 19. cap. Si tamen non clauderetur spelunca aliqui introirent illuc, & fierent immūdi, & ob hoc super Regem Hay sepultum in porta ciuitatis suę positus est aceruus magnus lapidū, vt videretur locus sepulchri, & nemo tangeret eum.

Qui permanet vsque in præsens. Idest, & ille aceruus lapidum, vel illa saxa ingentia quæ fuerunt posita ad hostium speluncę manent vsque in præsens, idest vsque ad tempus quo fuit scriptus liber, s. tempore Samuelis. nam de eis quæ præcepto Iosue facta sunt, cęteri Israelitæ nihil postea mutauerunt, & hoc quia ille erat propheta, & omnia facere credebatur instinctu Dei. Item quia hoc erat ad laudem Dei, s. vt maneret memoria quomodo tradidisset Deus in manu Israel illos quinque Reges.

Eodem die. Hic consequenter describitur occupatio ciuitatum. nā deletis his regibus cepit Iosue quasdam ciuitates continuato eodem bello, scilicet in die eodem, & in sequenti quasi vno impetu, sicut dicitur infra.

Eodem die. Hic ponitur istud per recapitulationē, quia prius describi debebat quam ea quæ suprapposita sunt, & patet hoc ex ipsa litera. nam dicitur hic, quòd eodem die quo facta sunt superiora, capta est vrbs Maceda, & Lebna, de qua infra, & obsessa est Lachis, si tamē fuissent ista facta post illa quæ supra scripta sunt, cum dicatur supra, quòd reges depositi sunt de patibulis ad solis occasum, & positi in spelunca, necesse esset, quòd post solis occasum caperetur Maceda, & pugnaretur contra Lebnam, & caperetur, deinde obsideretur atque oppugnaretur Lachis, sed non conuenit, quia per noctem non viderent Israelitę quomodo oppugnarent.

Item adhuc concesso hoc, s. quòd per noctem oppugnarent, non stat, quia dicitur, quòd eadem die capta est Maceda. nam id, quòd fit ante Solis occasum, & quòd fit sequenti nocte, non dicuntur fieri eodem die more vulgari, nec more sacrę Scripturę. Ideo dicendum necessario hic esse recapitulationem. Fuit autem ordo, ꝙ in hac die primo Israelitæ in aurora apparuerunt subito quasi ex insidijs, super exercitum quinque regum manentium apud Gabaon, & persecuti sunt eos per ascensum Bethoron, tunc cum non inuenissent refugium in vrbe illa, descenderunt versus vrbem Azecha, & in hoc descensu pluuit Deus lapides grandinis super Amorrheos vsque Azecha, & inde diuisi sunt hostes fugientes in plures turmas, & orauit Iosue stare Solem, cum iam esset prope occasum, & diuisit quoque exercitum suum in plures turmas ad persequendum hostes, iubens vt completa cęde reuerterentur in castra apud Macedam, quo facto educti sunt reges de spelunca, & appensi patibulis, tunc collecto exercitu manentibus regibus in patibulis, & stante Sole, iuit Iosue contra Macedam, & cepit eam, deinde transiēs in Lebnam vrbem cepit eam, postea transiuit in Lachis quam cum oppugnaret, facta obsidione occubuit Sol qui hactenus steterat, & non potuerunt eadem die Israelitę capere vrbem Lachis, sed manserunt vsque ad sequentem, & capta est, vt patet infra.

Hic est recapitulatio, & non ordo continuus.

Processus Iosue i captione vrbium, & stāte Sole.

F Reges autē eadem die qua Sol stetit, depositi sunt de patibulis, capta vrbe Maceda, & Lebna, manente exercitu Israel in oppugnatione Lachis, sed non deposuit Iosue reges, quin potius quidam manentes ad iussa eius ibidem vsque ad vesperum, vt supra declaratum est, scriptura tamen facit hic recapitulationem, quia sępissime necesse est vti recapitulatione, & anticipatione, ne minuantur historiæ: si enim in omnibus rectum ordinem temporis obseruare vellemus, impossibile erat res gestas aliquas plene narrari, sed necessario intercidérent diminutiones, vt vna res gesta alteri insereretur, quod acumen legentium perturbaret. conueniens ergo fuit interdum his vti transmutationibus ordinis.

G *Macedam quoque cepit Iosue.* Ista ciuitas erat apud locū castrorum, vbi suspensi fuerant reges, & breuiter oppugnata est: irruerat enim terror Dei super eos, potissime cum tunc staret Sol, quo cōterriti videntes mutatum ordinem naturę consternati animo hostibus resistere nequibant.

Et percussit in ore gladij. Scilicet omnes habitatores vrbis gladio peremit, nec fuit hic combustio, sicut in Iericho, & vrbe Hay, nec positum est anathema, licuit enim iā habitari in hac ciuitate, & fuit ista ciuitas tertia capta in terra Chanaan, cum ante eam solæ duæ Iericho, & Hay captæ essent. nam Gabaonitarum ciuitates 4. non fuerunt captæ, sed confœderatæ Iudæis, & licuit iam populo Israel habitare in hac vrbe, quod in nulla priorum licuerat.

H *Regemque illius interfecit.* Scilicet in ore gladij, non fuit rex vrbis huius de quinque regibus captis in spelunca, & suspensis, vt patet ex litera supra. ideo non suspēdit hunc, sed vulgari ciuium suorum eum morte peremit.

Et omnes habitatores eius. Mors generalis fuit in ore gladij. *Non dimisit in ea saltem paruas reliquias.* Quia tam viros quàm fęminas, senes, & paruulos interfecit nullo remanente: nec enim poterant Israelitę parcere alicui de vrbe, quia erāt Chananæi, & iussum erat, quòd omnes istos tam viros, quam fęminas occiderent, vt patet Deut. 20. si autem essent in terra alia, dimittere deberent viuentes paruulos, & omnes fęminas, vt vēderent, vel ipsi sumerent in seruos, vt patet eod. c. Sed

I non intelligitur hoc quātum ad animalia bruta, quia omnia animantia tam iumenta, quam greges exercitui peruenerunt, sicut in vrbe Hay, & ita semper fuit in omnibus alijs ciuitatibus, & ista erat generalis regula præterquam in vrbe Iericho, quæ interdicto supposita est, vt patet supra 6.

Fecitque regi Maceda, sicut fecit regi Iericho. Idest occidit eum, sicut occiderat regem Iericho, & dicitur de rege Iericho, quia alij fuerant intermedij reges, sed non perijt eodē genere mortis rex Maceda: rex enim Hay occisus est, sed non morte suorum, quia patibulo appensus est, vt patet supra 8. reges quoque quinque supra positi fuerunt occisi, sed affixi crucibus, vt patet

K supra: nunc autem, vt non intelligeretur idem genus mortis in rege Maceda, expressū est de rege Iericho, sed non dicitur, quòd fecit vrbi Maceda, sicut fecerat Iericho, quia Iericho sub anathemate posita est, Maceda autem nequaquam.

Transiuit cum omni Israel de Maceda in Lebna. Cum capta esset ista vrbs adhuc stante Sole Iosue diuertit ad ciuitatem Lebnam, quæ propinqua erat, vt eam quoque oppugnaret. tunc enim erat tempus accommodum gerendis rebus, quia terror Dei attonitos reddiderat habitatores locorum, & dicitur, quod transiuit cum omni Israel, idest cum toto populo pugnatorū, paruuli enim, & fœminæ, atque veterani non veniebant cum eis, quia ista nequaquam erant opportuna bello,

bello, sed nimis impeditiua, omnes tñ pugnatores vocabantur totus Israel, quia in eis erat tota virtus populi. *Et pugnabat contra eam*. Idest obsedit eam, & pugnabat ad capiendum illam.

Quam tradidit dominus cum rege suo in manus Israel. Ista ciuitas, sicut & Maceda breuiter in manus Iudæorum tradita est, cum in breuissimo spatio ceperit Iosue Macedam, & postea Lebnam, & postea ceperit oppugnare Lachis, & hęc omnia postquam cępit stare Sol prę ter omnia quæ prius facta fuerant in cęde fugiētium hostium. Et dicitur, ꝙ Deus tradidit vrbem hanc in manus Israel, quia licet, quando alicui victoria prouenit, a Deo proueniat, cum victoria sit de cęlo, vt patet primo Mach. c. 3. s. non est in multitudine exercitus victoria belli, sed fortitudo de cęlo est. Aliquando tamen specialius dicitur esse victoria de cęlo, vel a Deo, s. quando apparēt aliqua signa, ex quibus arguatur aliquid super humanam virtutem, vt ꝙ pauci valde vincant multos, potissime si plurimi sunt viri bellatores fortissimi, vel si faciliter expleātur aliqua quæ magno egebant processu, sic fuit de captione harum vrbiū, s. quòd ista velociter caperentur.

Nota quæ facta fuerūta Iosue in tpe quo stetit sol, & q̃ post.

Cum rege suo. Non erat iste de quinque regibus supra captis, & suspensis, vt patet ex nominibus ciuitatū suarum. *Percusseruntque vrbem in ore gladij*. Scilicet omnes habitatores in vrbe, ipsa autem vrbs non poterat in ore gladij destrui, cum non sit aliquid gladiabile.

Et omnes habitatores eius. Ponitur hic, &, expositiue, & non copulatiue, s. & omnes habitatores, idest omnes habitatores, quia non possunt hic distingui habitatores contra ciuitatem, cum ciuitas non habeat aliquid, quod posset occidi gladio, nisi habitatores. nam pecora, & iumenta non ceciderunt gladio, sed exercitui seruata sunt.

Non dimiserunt in ea vllas reliquias. Scilicet de habitatoribus, quia tam viros quam fęminas, quàm senes, quam paruulos occiderunt, cum essent Chananæi, & non possent cum eis facere aliquod pactum pacis, aut seruitutis, nec quemquam eorum vitæ donare, vt patet Deute. 20. reliquiæ autem non attenduntur quantum ad animalia quæ possidebantur, quia de his nihil gladio perijt, sed quantum ad homines de quibus nullus mansit.

Feceruntque regi Lebna, sicut fecerunt regi Iericho. Erat rex iste in vrbe sua, & morte vulgari cum ciuibus suis cōcidit, sicut factum est de rege Iericho, sic etiam fuit de rege Maceda, sed rex Hay cum 5. regibus supra positis quodam alio genere cruciatus assumpti sunt.

De Lebna transiuit cum omni Israel in Lachis. Capta velociter vrbe ista sicut Maceda, adhuc stabat Sol, ideo festinauit Iosue, vt declinaret in Lachis quę vicina erat, huius autem rex non erat in ipsa, quia iam perierat cū alijs regibus stipite affixus, vt patet supra: multus quoque exercitus de hac vrbe perierat, qui cum rege suo ascenderat contra Gabaon, & dicitur, ꝙ transiuit Iosue cum omni Israel, idest cum toto exercitu pugnatorum, alij autem qui non erant ad pugnam manserūt in castris apud Galgalam. vt supra declaratum est. De ista vrbe dicendum est, ꝙ fuerit in sorte tribus Iuda. vt patet infra 15. cap.

Et exercitu per gyrum disposito oppugnabat eam. In hac paucus erat exercitus, quia ascenderant cum rege suo Iaphie contra Gabaon vt patet supra, tamen voluerūt se defendere, sciebant enim viri Lachis, ꝙ qualitercūque se haberent ad Israelitas, non poterant effugere mortem. nam etiam si eis se sine bello dederent gladio cedendi erant. maluerunt ergo viriliter resistere quoad usque valuerunt, & non capta est Lachis eadem die, sicut Maceda, & Lebna, non quia durius isti dimicarent, quia pauciores erant, sed quia cum Iosue venit in Lachis occubuit cito Sol, & deposita obsidione cessauit oppugnatio vsque ad sequētem diē.

A Dicitur ꝙ erat exercitus per gyrum dispositus, scilicet ad oppugnādum vrbem ex omni parte, vt sic facilius eam caperent. nam cum habitatores vrbis manentes in ea pauci essent, dum versus vnam partem pugnarent, discuterent muros Israelitæ ex alia, vel infringerent portas, aut comburerent, vel ascenderēt męnia.

Cepitque eam die altero. Iste erat dies sequens post eū in quo steterat Sol, & non cepit die quo structa est obsidio ex causa supra data.

Et percussit in ore gladij omnem animam quæ fuerat in ea. Idest occidit gladio omnes inuentos in vrbe, vocātur hic animę, idest homines, vel res animatę, quia animę non occiduntur, sic dicitur primo Mach. 2. cap. s.
B occiderunt vsque ad mille animas hominum, & non accipiuntur animę pro omnibus rebus animatis, quia non occidebant pecora, & iumenta cum tota pręda exercitui seruaretur. & non supponebatur interdicto, nec cremabatur iam aliqua ciuitas harum, sicut factum fuerat in Iericho, & Hay. vt patet supra. 6. & 8.

Sicut fecerant Lebna. Idest ita fecerūt ciuitati Lachis sicut Lebna vtramque delentes in ore gladij.

Eo tempore ascendit Iram rex Gazer. Iste erat de terra Chanaan cōfęderatus regi Lachis, venit autem in auxilium eorum, cum sciuit Iosue declinare illuc, & ipse quoque cum populo suo deletus est. Gazer est prope ciuitatem Lachis, & sic potuit scire, quando declinabat Iosue cōtra Lachis, nam cum in eadem die pugnasset cōtra Macedam, & Lebnam, & incępisset oppugnare Lachis, si rex Gazer inde distaret, prius deleti essent viri Lachis quam perueniret rumor ad regē Gazer de bello Israelitarum contra Lachis, sed immediate venit. ergo vicinę vrbes erant Lachis, & Gazer.
C
Vt auxiliaretur Lachis. Vel reges earum confęderati erant, sicut nunc multę ciuitates, vel regna conueniūt inter se de compugnationibus faciendis.

Quam percussit Iosue cum omni populo eius. Regem hūc morte vulgari commilitonum suorum peremit. *Populumque qui cum eo ascenderat, vastauit*. Dr̄ Rex Gazer ascēdisse ad auxiliādū, quia forte est Gazer magis Meridiana quam Lachis, & a parte Meridiana versus Septentrionem est ascensus, vel quia forte est in vallibus Gazer, & Lachis in montanis. quædam namque ciuitatum harum quas nunc oppugnauit Iosue, erant in montanis, & aliæ in campestribus, vt patet infra, s. percussit Iosue omnem terram montanam, & Meridianam, atque campestrem.
D
An Gazer sit magis meridiana q̃ Lachis.

Vsque ad internetionem. Idest vsque ad mortem, vel totalem deletionem, s. ꝙ non relicti sunt aliqui de pugnatoribus eius. *Transiuitque de Lachis in Eglon*. An iste transitus esset in die quo capta est Lachis non constat. Satis est autem sciendum, ꝙ non fuit aliqua interpolatio dierum: omnia enim quæ in hoc capitu. enarrantur, sub vno impetu facta sunt, scilicet, non interpositis aliquibus diebus quietis, sic dicitur infra, ꝙ Iosue cepit omnes regiones has atque vastauit vno impetu, transiuit autem in Eglon post Lachis, quia erat ciuitas vicina, & non iuit in Gazer, quamquam occidisset ante hoc regem Gazer, quia erat propinquior Eglon quam Gazer: rex istius vrbis Eglon iam perierat, quia erat vnus de 5. regibus captis in spelunca, vt patet supra. est autem ista ciuitas in sorte tribus Iudæ, vt patet infra 15. c. tota enim hęc terra fere in qua nūc versabatur Iosue, pertinuit ad tribum Iuda, quia erat Meridiana, & Iuda hęreditauit latus Meridianum.
E

Et circumdedit atque expugnauit eadem die. Scilicet die qua expugnata fuit Lachis, precedenti enim die reges harum duarum ciuitatum suspensi fuerant apud Macedam, vt patet supra: & faciliter expugnata est ista vrbs:

vrbs: tum quia eam terror Dei apprehenderat, tum quia paucus in ea populus manserat, cum ascēdissent bellatores eius cum rege contra Gabaon.

Percussitque in ore gladij. Idest occidit gladio, quia non inferebat nunc alia genera suppliciorum. *Omnes animas quæ erant in ea.* Idest omnes homines qui erant in Eglon, vocatur anima solum pro homine, quia nihil aliud in bello cæsum est.

Iuxta omnia quæ fecerat Lachis. Idest fecit Iosue destructionem totalem in vrbe Eglon, sicut fecerat in vrbe Lachis, quam deleuerat vsque ad internetionem.

Ascendit quoque cum omni Israel. Scilicet cum toto exercitu pugnatorum. nam reliquum vulgus non ascendit, sed mansit in castris in Galgalis.

De Eglon in Hebron. Erant enim istæ duæ ciuitates coniūctæ, ideo ab vna processit Iosue in alteram quasi motu continuo ad pugnandum, sed hic quoque reges harum iuerunt cum rege Ierusalē super Gabaon.

Pugnauit contra eam cepitque.

An Hebron fuerit capta a Iosue, vel a Caleb in quo reijcitur opinio Nicolai. Quæst. XCVI.

HIc est difficultas, quia Hebron capta dicitur a Iosue, & deleti habitatores, tamen infra 15. dicit de Caleb, ꝙ ipse ceperit Hebron, expuleritque ex ea tres gigantes. ergo nō fuerat capta a Iosue. Posset dici, ꝙ est duplex ciuitas Hebron, vnam earum cepit Iosue, de qua dicitur hic, alteram vero cepit Caleb delens inde gigantes, vt

Hebrō est duplex secundum quosdam. patet infra 15. c. Item ad hoc est aliud motiuum, quia dicitur hic de rege Hebron, quia etiam occisus sit, si tamen esset eadem Hebron, nō videretur quomodo posset hic occidi rex Hebron, quia præced. dic in bello fuerat occisus suspensus in stipite, vt patet supra, ipse enim erat vnus de quinque Regibus latentibus in spelunca, datis autem duabus vrbibus quarum vtraq; vocetur Hebron, stant omnia hęc plane, sed non multum conuenit, quia in diuisionibus ponuntur omnes ciuitates quæ proueniebant cuilibet tribui, non reperitur tamē nisi vnica Hebron in tribu Iuda, in alijs vero nulla. ergo non erant duę. Item quia quandocunq; sacra Scriptura loquitur de Hebron simpliciter loquitur, si tamen essent duæ ciuitates loqueretur cum aliqua connotatione determinante, sicut de Bethoron, quia est duplex Bethoron, & vna vocatur Bethoron superior, & alia inferior. Item non stat quantum ad regem, quia si istæ essent duæ ciuitates, necessario haberēt duos reges, essetque vnus qui in quinque regibus fuerit, & alius qui postea cum ipsa ciuitate in Hebron periret, & illum qui suspensus est, diceremus esse de vrbe Hebron quam cepit Caleb, & alia Hebron quæ postea capta est habuerit alium regem, de quo hic dicitur. sed non stat hoc, quia cum enumerantur reges qui occisi sunt in terra Chanaan, solum ponitur vnus rex Hebron, vt patet infra 12. c. ergo non sunt duæ ciuitates habentes duos reges. Aliter autem dici potest,

Auct. rñ. ꝙ Hebron est vnica in terra Chanaan, & ista est quā cepit Iosue, & quam cepit Caleb postea: sed ista ciuitas habebat duas partes. s. vnam in plano, & illam deleuit Iosue faciliter, erat autem alia pars in altissimo sicut in vrbibus consueuerunt esse castra fortia, & ad

Hebrō est vnica, & nō plures. illum locum confugerunt aliqui de Hebronitis, & manserunt quousque postea Caleb deleuit eos inde, sic in multis ciuitatibus fit, vt prius magno tempore tradātur plana, quam fortalitia: sic enim in Ierusalem fuit. nam ceperunt Israelitæ vrbem, sed non potuerūt accipere montem Syon, qui erat locus altissimus ciuitatis, & ibi magno tempore manserunt Iebusęi habitantes. In planis autem locis ciuitatis habitabant Israe-

F litæ. vt patet infra 15. c. s. Iebusęum autem habitatorē Ierusalem non potuerunt filij Iuda delere. habitauitque Iebusęus cū filijs Iuda in Ierusalem vsque in præsentem diē, & postea tempore Dauid pugnatum est contra Iebusęos, & præualentes Israelitæ expulerunt eos inde, vt patet 2. Reg. 6. c. Dicit Nicol. dici posse, ꝙ Snia Nic. de Lyra.
hoc fuerit per anticipationem positum, s. ꝙ Iosue fecit id, quod dictum est, idest, ꝙ concessione eius fecit illud Caleb. Sed non potest stare, quia ista quæ ponuntur hic manifeste repugnat anticipationi, quia dicitur ꝙ ascendit Iosue cum omni Israel in Hebron post Eglon, vel de Eglon in Hebrō, necesse est igitur, ꝙ ipse de Eglō in Ebron ascendit: si enim attribueretur hoc Caleb necesse est, ꝙ ipse ascēderet de Eglō in Hebrō.

G Item quia dicitur, ꝙ de Hebrō reuersus est Dabira, necesse est igitur pertinere ad idem tempus, & non esse anticipationem. Item quia dicitur, ꝙ ascendit illuc cum omni Israel, sed manifestum est non posse intelligi de Caleb, quia ei specialiter tradita est Ebron, & ipse cum familia sua oppugnatā expugnauit, sic enim petijt a Iosue, vt daret ei Hebrō, vt si forte Deus adiuuaret eum, & posset delere habitatores Hebron. non ascendit ergo omnis Israel cum eo, ex quo consequēter infertur, ꝙ Iosue expugnauerit Hebron, & non sit aliqua anticipatio. de hoc tamen quid sit verum vide seq. c. circa fi. ibi dicam. *Regem quoque eius.* Idest deleuit etiam Iosue regem Hebron.

H
Quomodo hic dicitur, quòd captus est rex Hebron, cum supra fuerit suspensus. Quæst. XCVII.

DE hoc rege est dubium quomodo accipiatur, si essent duæ ciuitates manifestum est, ꝙ fuissent duo reges, & planum esset, sed hoc improbatum est. Ideo dicit Nicolaus, ꝙ dupliciter potest intelligi de isto rege. Vno modo, ꝙ intelligatur de rege, qui die precedenti fuerat suspēsus cum alijs 4. regibus apud vrbem Macedam. Alio modo, ꝙ intelligatur de nouo rege, s. ꝙ filius regis illius mortuo eo assumptus fuerat in regem die eadē, & tunc solum regnauit vna die, vel forte non dimidia, vel si erat per electionem principatus regnatiuus,

I ꝙ populus acceperit sibi regem defuncto alio, & iste in bello mortuus fuerit cum capta est vrbs. Sed hoc non est verisimile, quia vix scirent de morte alterius, cum Iosue venit cum toto exercitu in Hebron. quomodo ergo haberent regem iam nouum? Item non potest stare, quia quamquam ista Hebron sit eadē ciuitas, si tamen esset iste rex alius ab illo, quem crucifixerat Israel apud Macedam cū alijs 4. vt patet supra, duo essent reges Hebron occisi ab Israelitis, sed infra 12. c. enumerantur omnes reges quos occiderunt Israelitæ in terra Chanaan inter quos ponitur solum vnus rex Hebron. ergo non fuerunt duo reges vrbis illius occisi ab Israel successiue. Sed dicendum, ꝙ scriptura Determinatio auct.
agit hic de rege illo, qui fuerat suspensus cum alijs 4.

K regibus, repetiuit tamen hic, quod non fecit in alijs, s. Lachis, & Eglon. *Et omnia oppida regionis illius.* Vocātur oppidā terræ illius castra parua, quæ erant apud ciuitates has quas deleuerunt Israelitæ, de quibus supra dicitur, vel vocantur loca non munita, quę vocantur villulę infra in diuisionibus terræ Chanaā, & nunquā ponuntur nomina illorum, quia non erant principalia loca. *Vniuersasque animas quæ in ea fuerant commoratæ.* Idest omnes tam viros quam fęminas, magnos & paruulos. Intelligendum est de his qui in planitie habitabant, qui vero manserunt in superiori loco vrbis, s. fortalitio euaserūt, nec curauit Iosue manere cum toto Israel ad expugnationem fortalitij Hebrō, sed reliquit capta reliqua vrbe, postea magno tempore cui data fuerat

fuerat ciuitas,expulit inde habitatores fortalitij. *Non reliquit in ea vllas reliquias*. s. de his qui habitauerant in plano,quia omnes tam magnos quàm paruos occidebat,cum ad hoc ex lege obligaretur Deuter.20.sed de fortalitio,nec tetigit quicquam,nec dimisit reliquias, quia nō potest aliquis reliquias dimittere, nisi q quicquā abstulerit. *Sicut fecit Eglon sic fecit Hebron.* In Eglon oēs occisi fuerāt in ore gladij non relictis vllis reliqis, sic,& in Hebron,quamquam in Eglon non relictū est aliquod fortalitiū, quod postea caperetur sicut in Hebron.

A

Cuncta quæ in ea reperit consumens gladio. Istud est expositio præcedentis,s. ꝙ deleuit Iosue in ore gladij oīa quæ erant in Hebron,& non intelligit vīr, quia multa erant in Hebron quæ gladiō deleri nō poterant,sicut supellectilia,& cętera inanimata,quæ in partem venere prædantium,sed de solis animatis quę gladio cōsumi poterant intelligitur: nec tñ omnia animalia deleta sunt,sed soli hoīes. nam pecora & iumenta non fuerunt deleta,sed prędanti exercitui prouenerunt in tota terra Chanaan pręterquam in Iericho. vt patet s̄.6. quia ibi fuit generale positum anathema. *Inde reuersus in Dabira*. De ista ciuitate,an ceperit eā Iosue,vel post mortem suam fuerit capta,vide seq.c.circa fin.ista est alia ciuitas, quæ nō pertinebat ad aliquem de regibus 5.suspensis supra,quia ibi vbi ponūtur reges occisi ab Israelitis, ponitur rex Dabir per se, & in litera immediate apparet, ꝙ regem habuerit, & ista ciuitas aliqñ vocatur Dabir aliquando Dabira.quod patet, quia cū hic vocetur Dabira immediate vocatur j̄.Dabir. & j̄. 12.vocatur ēt Dabir, hoc aūt non prouenit ex cōsuetudine Latinorum, sed ex more Hebraici Idiomatis, in quo aliqñ sic dictiones varie terminantur,sicut pro Aegypto Hebrei Mizrayn dicunt, siue Mesrayn iuxta literam nostram Gene.10.c. Aliqñ tñ per additionem vocatur Mizrayma addita vnica litera terminali, & licet hoc apud Hebręos frequentissimum sit,nostra tñ litera raro curauit, quia hoc nō pertinet ad veritatem scripturæ,sed ad modum idiomatis. *Cepit eam atque vastauit*. Oppugnauit,& cepit eam,nam omnes istę ciuitates resistebant quantum poterant,scientes,ꝙ ēt si se spontanee absque bello traderent, nullum esset eis viuendi remedium, cum Israelitę obligarentur occidere oēs Chananæos ex lege. *Regem quoque eius*. Ista ciuitas regem habebat. nam fere quęcunque magna ciuitas Regem habebat,quia hi nō proprie Reges,sed Reguli erant.de rege huius patet j̄.12.ꝙ vnus de regibus Chananęorum occisis ab Israelitis fuit rex Dabir.

Hieron. diligēter trāstulit sacrā scripturā ex hebræo curans de veritate,& non de verbis pcisis.

B

C

Et omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij. Vocantur oppida parua loca quę erant apud Dabir, sicut nunc sunt rura apud vrbes,aut villulę, & hęc faciliter capta sunt.vel vocantur oppida castra aliqua,vel fortalitia in quibus pauci habitabant, & ob hoc non vocabantur ciuitates.

D

Non dimisit in ea vllas reliquias. Idest, nec in vrbe Dabir,nec in oppidis adiacentibus reliquit Iosue vllas reliquias,scilicet habitatores superstites, nam de animalibus brutis nihil tetigit,quia ista in partem prędantiū prouenerunt.

E

Sicut fecit Hebron,& Lebna. Duę ciuitates sunt supra positæ quas deleuit Iosue cum omni Israel,nec solū sicut fecit his, sed etiam sicut fecit Maceda, & Lachis, & Eglon:omnibus eadem lex fuit pereundi quātum ad habitatores suos,nec positæ sunt istę tanquam magis fuerit deletio vrbis Dabir conformis his quàm alijs,sed quia voluit aliquas nominare.

Et regibus earum. Harum duarum ciuitatum reges ab Israelitis occisi sunt, sed non perierunt eodem genere mortis,quia rex Hebron suspensus fuit cum alijs quatuor Regibus apud vrbem Macedam, de quo supra. Rex autem Lebna nō fuit de illis quinque,& vulgari suorum morte assumptus est. non poterat ergo fieri Regi Dabir, sicut factum est Regi Hebron, & Lebna,quia tunc necesse erat, vt suspendio periret, & gladio cęderetur,quod non stat, sed accipitur in generali comparatio, scilicet, quòd factum est, sicut Regi Hebron,& Lebna,& vterque occisus est,rex quoque Dabir occisus est.

Sic fecit Dabir,& regi illius. Quia Dabir cum habitatoribus suis, sicut cętere vrbes deleta est, rex eius gladio cęsus est.

Percussit itaque Iosue omnem terram montanam. Hic ponitur terra quam deleuit Iosue, nec accipitur de tota terra quam cepit omnibus alijs temporibus, sed solū de terra quam cepit quasi vno impetu, vt infra dicitur. Et ponuntur hic tres differentiæ,scilicet montana,meridiana,campestris.

Tres dfiæ terrarum, s. mōtana, meridiana cāpestris.

Et sciendum, quòd quantum ad situm tota terra, quam nunc cepit Iosue erat meridiana, quia in latere meridiano terrę Chanaan erat. quod patet, quia sors meridianum latus tenens fuit sors tribus Iudę,omnes tamen hæ ciuitates quę captę referuntur hic, sunt in parte Iudę, vtrunque patet infra decimoquinto capit. vbi ponuntur omnes istæ ciuitates.Postea autem accepit partem terræ Aquilonaris, cum pugnauit contra reges qui ponuntur sequen. capit. Ista pars meridiana diuidebatur in partem montanam & capestrem, quia circa extremitatem erat terra Chanaan montuosa, cum haberet deserta magna in latere, campestris autem terra magis declinabat contra aquilonem.

Poterat alio modo accipi, scilicet,quòd meridiana dicatur esse ꝯnotatio distincta ab alijs duabus, & tunc est sensus,quòd istius regionis quam nunc occupauerat Iosue,erāt quædam partes meridianæ, & quædam non, scilicet Aquilonares, & istarum Aquilonarium erant quędam campestres,alię vero montanę, sed prima expositio est verior, quia tota terra quam occupauerat vsque nunc Iosue erat meridiana, scilicet, circa latus meridianum,cum fuerit in sorte Iuda tota,vt patet infra 15.capitu. & tamen illa erat meridiana sors, vt patet eodem capit. & tunc non distinguitur meridiana contra montanam & campestrem,sed est communis,& istę duę differunt inter se.

Et Aredoch. Istud potest esse nomen proprium prouincię, sicut dicitur regio Basan, vel Argob. vt patet Deuteronom.3. & in isto sensu litera nostra translata est. vel potest esse nomen appellatiuum, & signat vicos, vel rura: & est sensus, quòd Iosue cepit omnem regionem cum omnibus oppidis paruis, siue ruribus, aut villulis,& in hoc sensu exponunt Hebręi.

Cum regibus suis. Refertur ad istas prouincias quæ habebāt reges multos, cum essent in eis multi reges, & fere quęlibet ciuitas vnum haberet regem.

Non dimisit in eadem vllas reliquias. i. non dimisit vllos superstites de Chananęis habitatoribus terrę illius.

An Iosue dimiserit aliquos superstites de Chananæis. *Quæst.* XCVIII.

SI obijciatur, quia infra 15. dicitur de filijs Iuda, qui non potuerunt delere Iebusęum qui habitabat in Ierusalem,sed inter eos habitauit.

Item de filijs Ephraim dicitur infra 16. capi. quòd non occiderunt Chananęum qui habitabat in Gazor,sed habitauit tributarius in medio eorum. Idē de filijs Manasse qui Chananęos terrę suę fecerunt tributarios,vt patet infra 17.capitu.& habitauerunt inter eos.

Respondendum est,ꝙ hoc intelligitur de bellis, q̄ fecit Iosue ꝯ regiones, & ciuitates istas Chananęorū,

de

de quibus dr̄ hic in litera, & tunc erat cū eo totus Israel, nec erat facta aliqua diuisio terrę, nec relinquebat tunc aliquos de Chananæis in vrbibus quas cepisset, & hoc est nullas manere reliquias. Postea autem diuisa est terra, & quædā ciuitates occupatę adhuc ab hostibus proueniebant cuilibet tribui, & illi de tribu illa pugnabant, & aliqñ subijcientes eos sibi faciebant tributarios, aliqñ autem delebant, & sic intelliguntur de Iuda, Ephraim, & Manasse, quod habetur ꝭ. 15. & 16. atq; 17. c. Iosue tñ non sinebat vllas reliquias. *Sed omne quod spirare poterat interfecit*. Idest omne quod viuebat, spirare est spiritum hr̄e, vel flare: sola autem viuentia spirant, nec tñ oīa viuentia spirant, quia pisces non spirant, cum aqua sit eis, sicut aer attractus est reliquis aīalibus ad pulmonem pp cordis calorem. & est sensus, ꝙ oēs homines interfecti sunt. De pecoribus aūt, & iumentis non intelligitur, quia diuidebantur pugnatoribus. *Sicut præceperat ei dominus Deus Israel*. i. non interficiebant Israelitæ oēs Chananęos, quia desiderabāt occidere, sed quia iusserat dn̄s: alioquin aliquos eorum fecissent sibi seruos, & ancillas, alios vero vendidissent in alias nationes. Præceptum huius hr̄ Deuter. c. 20. s. ꝙ cum pugnatum fuerit ꝯ Chananęos qui erāt in terra, quam accepturi erant Israelitæ, non possent cū eis aliqđ fędus inire, sed si essent in terra extranea, non occidebāt fęminas, nec paruulos, sed solū viros potentes pugnare aliquo modo. *A Cadesbarne vsque Gazam.*

Pisces nō expirāt, & per consequens non oīa viuentia.

Quanta erat magnitudo terræ quæ capta est, tam secundum longum quàm latum. Et Cadesbarne vbi est. Quæst. CXIX.

Hic ponitur magnitudo terrę quæ capta est, & ponitur primo longitudo, quia Cadesbarne quamquam sit in latere meridiano terrę Chanaan in deserto Syn, tñ est circa contactum lateris oriētalis & meridiani. Gaza autem est circa extremitatem occidētis, quia est in terra Philisthin, & sunt oīa oppida ista apud mare magnū, qđ vocatur mare Palesthinorum, idest Philisthinorum, vt patet Exo. 23. c. & tñ istud mare est terminus Occidentalis terrę Chanaan. vt patet in pręalle. c. tota ergo longitudo terrę captæ est inter duo loca hęc. De Cadesbarne est sciēdum, ꝙ est in extremitate terrę Chanaan in latere meridiano, & est in capite lateris huius, s. in coniunctione lateris meridiani ad latus orientale. quod patet, quia Cadesbarne est in deserto Syn, vnde aliquando vocatur Cades deserti Syn, & aliqñ Cadesbarne. De primo patet Num. 13. & 14. & 20. De secundo patet Deut. 1. & hic, & inf. 13. & 14. Desertum autē Syn est in latere meridiano in principio eius, s. vbi cōiungitur latus meridianum orientali, sic patet Nume. 34. c. cum ingressi fueritis terram Chanaan his finibus terminabitur, pars meridiana īcipiet a solitudine Syn, & hēbit terminos ꝯ orientem mare salsissimum. Ecce qualiter apud desertum Syn sunt termini orientales terræ illius, & inde incepit Iosue acquirere terram, s. a Iericho qui est circa latus orientale, s. apud Iordanem & mare salsissimum. Gaza est ciuitas vna de quinque principalibus Philisthinorum. vt patet 1. Regum, ca. 6. & tota terra Philisthinorum est apud mare magnum, quod vocatur mare Palesthinorum, idest Philisthinorum. Exod. 23. & istud est mare occidētale terræ illius. vt patet supra 1. & Deuter. 11. ca. Specialiter autem de vrbe Gaza, ꝙ sit apud mare magnum, patet ꝭ. 15. vbi cum ponantur confinia eius, s. villulæ suę, & oppida, dicitur, vsque ad mare magnum & torrentem Aegypti. Isti modi terminorum ponuntur Gen. 10. ca. cum dicitur. Factique sunt termini Chanaan venientibus a Sidone Gerarám vsque ad Gazam, donec ingrediaris Sidoniam, & Gomorrham Adama, Seboyn, & vsque

F Lesa. Ponitur Sidon in extremitate lateris aquilonaris vbi coniungitur illud latus occidentali. quod patet, qa Sidon est in littore maris magni, quod ponitur terminus occidentalis Chanaan. Gaza est terminus meridianus in extremitate lateris meridiani, vbi coniungitur meridianum latus occidentali, quia etiam Gaza est super mare magnum occidentale. Sodoma, Gomorrha sunt in latere orientali, vbi ponitur coniunctio lateris meridiani & orientalis. Lesa est ciuitas adhuc magis in extremitate lateris meridiani, & confinio orientalis, & ibi coniungitur terrę Moab terra Chanaan. *Omnem terram Gessen vsque Gabaon*. Ista est mensura sm̄ latitudinem, s. accipiendo a latere meridiano versus aquilonem, quia Gessen est meridiana terra. Gabaon autē

G est magis Septentrionalis, cum sit in sorte Beniamin. vt patet ꝭ. 18. & sors Beniamin est magis septentrionalis quam sors filiorum Iuda, cum super sortem filiorū Iudę sit immediate sors Beniamin, & tñ terra quam nunc cepit Iosue, magis est meridiana, cum tota fere sit in sorte Iudę quę est maxime meridiana. vt patet ꝭ. 15. non accipitur hic Gessen pro quadam terra in qua habitauerunt Israelitæ in Aegypto, quę erat opportuna pastoribus, vt patet Genes. 47. hanc petiuit Ioseph a Pharaone pro patre suo, & fratribus, atq; concessa est. Ista terra de qua hic dicitur erat in terra Chanaan.

Mēsura terræ captæ a Iosue secū dum latitudinem.

Vniuersos reges, & regiones eorum vno ceperit impetu. Idest in terra supradicta fuerunt omnes regiones, & populi cum regibus suis deleti, fere vno impetu, quia nō fuit quies Israelitarum, dum totam istam terram acquisierunt. potissime de his ciuitatibus quę hic expressę

H fuerunt, quia non intercidit aliqua dies media in qua non pugnarent.

Quot ciuitates erant in hac terra a Iosue capta. Et quomodo intelligitur, quòd Iosue omnia cepit vno impetu. Et an acquisitio totius terræ inter Cadesbarne, & Gazam fuerit ante pugnam contra reges istos. Quæst. C.

Sciendum autem, ꝙ in terra ista cuius magnitudo designatur hic, plures sunt quam sexaginta ciuitates, quia designatur tota longitudo terrę Chanaan ab oriente vsque in occidētem, &

I includuntur fere oēs ciuitates prouenientes tribui Iudę, quę valde multę fuerunt. vt patet infra 15. sed non nominauit hic de captione aliarum ciuitatum scriptura, nisi de his sex, quia istę fuerunt in duobus, aut tribus diebus captę de manu hostium, alię autem maiori successione deletę sunt.

Sciendum etiam, ꝙ nō dicitur hic vno impetu quasi nulla dies quietis intercideri, quia quamquam ad capiēdas istas sex vrbes nulla dies media intercideri, tamen ad capiendum totam hanc terram multi dies fuerunt quietis medię. nam cū fecisset Iosue aliquod bellum, redibat in Galgalam, vbi erat locus castrorū, sicut factum est post bellum ꝯ Hay, vt colligitur s̄. p̄ced. quia ibi repererunt Gabaonitę Israelitas, qñ eos

K inquisierunt ad confœderationem, & post hoc bellū factum etiam redijt in castra ad manendum Galgalæ, vt patet infra in litera, sed dicitur vno impetu, quia nō interciderunt magna interualla temporum, cum non habitassent Israelitę in aliquibus locis terrę illius, sed quamquam non quotidie pugnarent, semper tamen erant in bellica expeditione manentes in castris. Ideo ex quo cęperūt esse in castris parati ad bellum, vsquequo cœperunt habitare per loca quę acquisierant, semper fuit vnum bellum continuum, sicut hostes qui sunt in castris, quamquam non quotidie pugnēt, quia tamen sunt dispositi ad pugnam, dicitur semper inter eos esse indesinens bellum.

Ex

Ex quo ſequitur, ꝙ ex eo tpe quo Iſraelitæ tranſierunt Iordanem venientes ꝯ Iericho vſq; ad diem quo deſierunt eſſe in caſtris habitantes diuiſim per vrbes, & oppida, fuit vnus impetus belli, quia nunquam ceſſauerunt ab expeditione bellica, & caſtris. Et ob hoc dicendum eſt, ꝙ non ſolum fuit iſte impetus ex tpe, quo ceperunt pugnare ꝯ quinque reges, qui conuenerant ſuper Gabaon, & continuato bello pugnauerunt ꝯ ciuitates ſupra poſitas, ſed dr̄ eſſe impetus iſte etiã ꝯ Iericho, & ꝯ Hay, & totum tp̄s medium fuit ſub hoc impetu. Sciẽdum etiam, ꝙ q̃q̃ dicatur. c. ſeq. de pugna Ioſue ꝯ multos reges ſimul, non eſt intelligendum, ꝙ acquiſitio totius terrę quæ eſt ĩter Cadesbarne, & Gazã, fuerit ante pugnam ꝯ reges iſtos. quod patet, quia reges de quibus ſeq. c. pugnauerunt ꝯ Iſrael immediate, vt fuerant deleti quinque reges, & ciuitates quę nominantur hic, ſ. 6. vt patet in prin. eiuſdem cum dicat, ſ. quæ cum audiuiſſet Iabin Rex Aſor, & refertur ad iſta quæ facta fuerant de deletione Regum quinq;, qđ fuit aliquid ſubitaneũ, & peruenit annũciatio eius ad Iabin regem Aſor. ergo poſt captionem. 6. ciuitatum s̄. nominatarũ mox factum eſt, ſed acq̃ſitis ciuitatibus illis nõ erat acquiſita tota terra a Cadesbarne vſq; Gazã, in qua magnitudine ciuitates multę ſunt. ergo poſt bellum Iſraelitarum ꝯ reges, de quibus ſeq. c. fuit acq̃ſita maxima pars terrę hic dictę. Niſi quis dicat, ꝙ ciuitates hic noĩatę fuerunt vltimæ in acquiſitione totius iſtius terræ, quę hic deſignatur, a Cadesbarne vſque in Gazam. Sed non ſtat, quia non leguntur Iudæi aliquã terram ante hac acquiſiuiſſe ante has ciuitates, niſi Iericho, & vrbem Hay, vt patet ex proceſſu ſuperiori libri huius, & ſatis apparet, quia cum acquiſiuiſſent Iſraelitæ Iericho aſcenderunt in vrbem Hay quę ſatis vicina eſt. de hoc s̄. 7. c. poſtea accepta vrbe Hay, vt patet s̄. 8. redierunt Iſraelitæ in caſtra in Galgalam, & ibi venerunt viri Gabaon ad eos, vt confęderarentur eis, tunc tñ ſolum audierant quę fecerat Ioſue Iericho, & Hay. vt patet s̄ 9. c. & poſt hoc immediate 5. Reges cõuenerunt ꝯ Gabaonitas, q̃a confęderati fuiſſent Iſraelitis vt patet hic, & conuocauerunt Gabaonitæ Ioſue, qui perſecutus eſt reges illos, & deleuit, atq; die eodẽ & ſeq. cepit ciuitates, quę hic hñr. ergo antequam caperentur iſtę vrbes, nõ fuerat capta tota terra a Cadesbarne vſq; Gazam, ſed ſolum Iericho, & vrbs Hay, ſed poſt iſtas vrbes hic expreſſas fuit bellũ mox ꝯ Reges, qui hñr ſeq. c. ergo illud fuit anteq̃ complerentur omnia, quę hñr hic. ponĩt tñ hoc, quia tota acquiſitio iſto-

A rum locorum pertinet ad idem, & de locis acquiſitis præter ciuitates ſex non erat aliquod bellum ponendum, ideo ſimul poſuit hic, bellum aũt quod ſequitur ad aliud pertinet, ideo concluſum eſt s̄. de captione tota terræ meridianæ. *Dominus enim Deus Iſrael pugnabat pro eo.* ideſt ideo Ioſue cepit totam terram iſtam quaſi vno impetu, quia dñs pugnabat pro eo, ſ. dando vires Iſraelitis ad pugnandum, vt patet Deut. 8. & quod maius erat, terrebat hoſtes eorum, ita vt conuerterentur

B in fugã, & non poſſent ſtare ante Iſrael. ſic patet Exo. 23. ſ. terrorem meum mittam in pręcurſum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris, cũctorumq; inimicorum tuorum terga vertam. hęc fuit cauſa, vt Ioſue ita velociter capere poſſet tantam terram, ſ. vt in eadem die 5. Regum exercitũ deleret, eos quoq; capiens, & ſuſpendens: poſtea vero debellauit tres ciuitates, ſ. Macedam, & illa capta accepit Lebna, & poſtea obſedit Lachis, quam Sole occidente nõ potuit eadem die capere, ſed ſequẽti. Admirabile enim nobis hoc eſt, ſi autem humanis viribus iſta agẽda fo-

C rent, non ita cito facta forent. *Reuerſusque eſt cum omni Iſrael in locum caſtrorum in Galgalam.* Ideſt conſummatis his redijt Ioſue cum oĩbus bellatoribus in caſtra Galgalę, nõ refertur ad oĩa ſupra poſita, ſ. ꝙ ceperit Ioſue omnem terram a Cadesbarne vſq; ad Gazam. nã hoc magno tempore eguit, ſed refertur ſolum ad captionem ciuitatum ſupra poſitarũ ſex, quę in pauciſſimis diebus captę ſunt, & immediate in caſtra Galgalę reuerſus eſt Ioſue, vt ibi quieſceret aliquantulum a bel-

D lis, cum aũt ibi eſſet, congregati ſunt reges de quibus ſeq. c. & Ioſue iuit cõtra eos. Et dr̄, ꝙ reuerſus eſt cum omni Iſrael. i. cum toto exercitu Iſrael. nam non erãt ibi oẽs Iſraelitę, cum fęminę, & paruuli, atq; ſenes nõ venirent in bellum, ſed manebant cum pecoribus, & iumentis, totaq; ſupellectili in loco alio in Galgalis, & reuertebatur illuc Ioſue q̃q̃ prius ibi fuiſſet, q̃a ibi manebant fęminę, & ſenes, atq; paruuli Iſrael, totaq; ſubſtantia eorum, ideo qñ illuc ibãt, erat eis velut ſi de bello in domos proprias remearent, & poſtea ſumpta ibi

E paulũlum quiete, aut ex mandato Dei, vel iudicio ſuo bellum cęptum repetebant: totum autem vulgus nõ mutabat inde locum caſtrorum, quia ibi erat eis locus conueniens tam pro ſe, quàm pecoribus, & iumentis, erantque ab hoſtilitate diuiſi, & ſicut fecerũt in bello contra Hay, quia conſummato eo redierunt in caſtra in Galgalam, ita hic fecerunt, & multoties, licet de alijs non repetatur.

Qũo intelligitur, ꝙ reuerſus ẽ Ioſue cum oĩ Iſrael ĩ Galgalã.

Expoſitionis Literalis Alphonſi Toſtati in primam partem Ioſue Finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc.

Omnes ſunt Quaterniones, præter Cc qui ſunt Quinterniones.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.

M D X C V I.

ALPHONSI TOSTATI HISPANI.

EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,

Ac Pontificij Iuris, Cæſareique conſultiſsimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritiſsimi,

Commentaria in Secundam Partem IOSVE:

Mendis nunc ſanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictiſsimum Hiſpaniarum, & Indiarum Regem.



VENETIIS, M D XCVI.

Apud Io. Baptiſtam, & Io. Bernardum Seſſam, fratres.

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS COMMENTARIORVM In Librum Ioſue

PARS SECVNDA.

CAP. XI.

QVÆ cum audiſſet Iabin rex Aſor, miſit ad Ioab regem Madon, & ad regem Semeron, atque ad regem Achſaph, ad reges quoque Aquilonis, qui habitabant in montanis, & in planicie contra meridiem Ceneroth, in campeſtribus quoq;, & regionibus Dor iuxta mare: Chananæum quoque ab Oriente, & Occidente, & Amorrhæũ atque Hethæum, ac Pherezæum, & Iebuſæum in montanis: Heuęum quoque, qui habitabat ad radices Hermõ in terra Maſpha. Egreſsique ſunt omnes cum turmis ſuis, populus multus nimis, ſicut arena, quæ eſt in littore maris, equi quoque & currus immenſę multitudinis. Conueneruntque omnes reges iſti in vnũ ad Aquas Meron, vt pugnarent contra Iſrael. Dixitque dominus ad Ioſue: Ne timeas eos: cras enim hac eadem hora ego tradam omnes iſtos vulnerandos in
A conſpectu Iſrael, equos eorum ſubneruabis, & currus igne combures.

QVAE *cum.* Dicto ſupra de pugna contra Reges. II. ſcilicet regem Iericho, & Hay
B & poſt de pugna contra reges quinque ſimul, & poſtea de quatuor regibus ſucceſſiuè. ſ. Maceda, Lebna, Gazer, & Dabir. Hic ponitur de pugna cõtra. 34. Et diuidit̃ in duo: primo ponitur dicta debellatio: ſecũdo quędam epilogatio ſequen. c. Prima in duas, quia primo ponitur belli apparatus, ſecundo ipſe conflictus infra. *Venit Io-*
C *ſue.* Circa primum. *Quæ cum audiuiſſet Iabin.* Hic ponit̃ incentiuum belli, ſicut poſitum fuerat in regibus qnque pręcedentibus. nam illi audierant, ꝙ Gabaonitæ confęderati fuerant Iſraelitis, & tũc Adoniſedech rex Ieruſalem, quaſi princeps inter illos quinq; reges, conuocauit alios, vt irent contra Gabaon, ita cum Iabin rex Aſor audiuit, ꝙ iſti reges deuicti, & ſuſpẽſi eſſent
D ab Iſraelitis, moti ſunt, vt pugnarent contra Iſrael, Iabin autem erat principalis inter alios reges, quia Aſor olim tenuerat principatum inter omnia regna Chanaan, vt patet infra in litera, & iſte conuocauit alios reges ad pugnandum contra Iſrael.

E *An iſte rex Iabin, de quo hic, fuerit ille, qui pugnabat contra Iſrael tempore Iudicum. Quæſt. I.*

ET non eſt iſte Iabin rex Aſor, qui habuit principem exercitus ſui Siſarã, contra quem pugnauerunt Iſraelitæ tempore Iudicum, dum iudicaret Del-

bora Israel, vt patet Iud.4.c.quia ille multo post tempore fuit,& de illo nō legitur, ꝙ fuit occisus ab Israel, sed solum magister militiæ suæ Sisara. De hoc autem Iabin patet,ꝙ occisus fuerit, quia sequenti c.inter reges occisos ab Israelitis ponitur rex Asor vnus; & iste est Iabin,qui nunc regnabat,& conuocauit reges hos. Item patet hoc infra in litera, quia dicit̄,ꝙ Iosue cepit Asor,& regem eius occidit. De Asor dicendum est, ꝙ sit triplex,quia quædā est in tribu Nephthali, vt patet.j.19.duæ aliæ ciuitates dictę Asor sunt in sorte Iuda,quarū vna vocatur Asor Noba, & alia est Asor, q̄ alio nomine dr̄ Ieson,vt patet.j.15. Ista tn̄, quæ habetur hic est præcipua earum, quia tenuit principatum olim inter alia regna terræ Chanaā,vt patet infra, sed non patet,quæ sit de omnibus his tribus. *Misit ad Iobab regem Adon.* Iste rex Iabin misit ad hos reges, vt adiuuarent eum ad pugnandum contra Israel: nemo.n.de regibus Chananæis solus audebat pugnare ꝯ Israel,tū quia ipsi reges Chananæi singulariter erant paruæ potentiæ, cum quilibet eorum haberet vnicam ciuitatē, aut populum, Iudæi autem erant populus multus: tū quia videbant Chananæi Israelitas faciētes terribilia. Non audebant ergo ꝯtra eos pugnare, nisi valde multi essent simul,& sic fecit iste Iabin rex Asor. Conuocauit autem iste alios reges, quia ipse habebat aliquā præeminentiam,vel principatum super cæteros,sicut dicit̄ infra, ꝙ Asor antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat. *Ad Iobab regem Madon.* Aliqui putant istam Adon esse ciuitatem,quæ habetur.s̄.3.c. vsque ad quam videbatur intumescere Iordanis transeuntibus Iudæis.s.ab Adon vsque locum, qui dicitur Sarthan. Sed non est eadem ciuitas,quia quamquam aliqui de nostris, qui non multum curant obseruare veritatem scripturæ circa nomina propria locorum, vel personarum in hebræo faciant idem nomen, tamen differt,quia illa ciuitas,de qua supra 3.c.vocatur Adam, ista vero vocatur Adon. *Ad regem Semeron, & regem Achsaph.* Isti tres reges erant principales inter omnes,quos conuocauit Iabin,ideo ponuntur expressis nominibus suis,cæteri vero sub nomine communi. Aliqui existimant regem Semeron esse regem Samarię,quia in hebręo talis fere nominatio est, cum litera hebraica non dicat Samaria. Sed dicendum esse falsum, quia in hebræo differunt nomen huius vrbis, & nomen Samariæ, quia pro Samaria dicitur Simō, pro ista ciuitate dicitur *Semiron*. Item non sunt idem, quia Samaria nondum facta erat hoc tempore, sed diuiso regno inter Israelitas tempore Ieroboam,& Roboam facta est:nam Amri, qui erat de stirpe Ieroboā emit montem Samarię a Somer duobus talentis argenti,& construxit ibi ciuitatem,vocauitque eam Samariam, vt patet 3. Reg. 16. Est ergo ista alia ciuitas multum differens, sed est Semeron ciuitas in sortem Zabulō,vt patet infra 19.c. Achsaph est in sorte Aser. vt patet infra 19.& vtraque est aquilonaris: magis tamen Achsaph,quia est in quinta sorte. *Et ad reges quoque aquilonis.* Iste Iabin rex Asor habitauit versus aquilonem:si sit Asor ciuitas, quæ est in sorte Nephthali, quę est contra septentrionem: ideo misit ad conuicinos reges,qui habitabant in terra aquilonis. Etiam qa reges meridiani erant vexati nimis a Iosue,septem.n. eorum occiderat.s.regem Iericho,Hai, & postea quinque.s.regem Ierusalem, Lachis, Hebron,Eglon, Ierimoth. Occidit quoque tres alios reges.s. regē Lebna, Maceda,& Dabir, ita vt essent decem reges meridiani occisi:reges autem aquilonis nunc conueniunt, vt priorum vlciscerentur ruinas. *Qui habitabant in montanis.* Hic diuiditur terra aquilonaris Chanaan in multas partes,scilicet montanam, planam, atque campestrem. Dicuntur habitare in montanis qui in locis al-

> Triplex est ciuitas Asor simile, infra q.5.

> Madon, & Madan ciuitates differunt.

> Semerō,& Samaria non est eadem ciuitas.

> Diuisio terræ aquilonaris Chanaan.

F tissimis habitabant: nam multi reges istorū habebant ciuitates in collibus magis,vt infra patet. Est enim terra Chanaan ex parte plana, & ex parte montuosa, & in hoc differt ab Aegypto, secundum quòd declarat Moyses Israelitis. Deuter.11.c.Terra, ad quam ingredieris possidendam, non est sicut Aegyptus, de qua existi,vbi iacto semine in hortorum morem aquę ducuntur irriguę, sed montuosa est, & campestris. q.d. Aegyptus, quia tota plana est irrigari potest flumine Nilo,& aliis fluminibus, terra autem Chanaan, quia montuosa est, non potest irrigari fluminibus interiectu montium. Sunt autem montes potissimum in terra Chanaan ad duo latera eius.s. meridianū, & aquilonare,quia a meridie est desertum Sin, & ascensionis Scorpionis, ab aquilonare autem est mons libanus,

G & hermon siue Sanir,vt patet Num.34. Est etiam terra quædam plana in parte aquilonari.s.terra vallium, vel terra,quę magnam habet planiciē, licet inter colles non sit.terra cāpestris vocatur illa, quæ nō est mōtuosa,tamen non est totaliter plana,& sic apud Iordanem ponuntur duæ mansiones Israelitarum, quarum vna dicitur esse in campestribus Moab, & alia in planioribus locis apud Iordanem,vt patet Num.33.ergo terra plana dicit maiorem ęqualitatem, quam terra campestris. *Et planicie contra meridiem Ceneroth.* Hoc potest intelligi dupliciter: vno modo,ꝙ conuocauit reges,qui erant in planicie Cerenoth cōtra meridiem. Est Ceneroth nomen maris,existit autem in plano,& tūc erit sensus,ꝙ reges qui sunt in planicie illa, in qua mare Ceneroth in circuitu maris illius ꝯuocati sunt

> Inq.35.& melius i.c. q.34.

H ad bellum hoc. Alio modo est sensus,ꝙ ille genitiuus Ceneroth non determinet istum ablatiuum planicie, sed istum accusatiuum meridiem, & tunc est sensus, ꝙ apud mare Ceneroth erat quędā magna planicies ex parte meridiana maris illius, & reges, qui erant in planicie illa ad partem meridianam Ceneroth conuocati sunt ad bellum, & non vocabitur tunc planicies ista Ceneroth,& iste est conuenientior sensus.

An mare Ceneroth sit mare mortuum,seu Sodomæ.
Quæst. II.

I PONITVR hic Ceneroth, tanquam nomen maris, quod sępe nominatur in scriptura, & istud postea vocatum est alijs nominibus: nō est enim mare magnum oceanum,nec mare mediterraneum, quod more scripturę vocatur mare magnum,& mare Palestinorum,vel mare occidentale,quia est in occidentali parte claudens terram Chanaan,& tangens terram Philisthinorum: sed est quidam lacus magnus valde, & more hebraicæ locutionis vocatur mare. Ideo in euangelio aliquando vocatur stagnum,& est illud quod vocatur stagnum Genezareth: postea autem vocatum est mare Tiberiadis: nam mare istud nomen assumpsit à quadam ciuitate,quæ est apud ipsum, q̄ vocatur Ceneroth. Postea

K vocata est Tiberias a Tiberio Imperatore Romanorū sub cuius tempore, scilicet anno 18. Christus passus est. De his magis dicetur Nume.34.& dictum est supra.3.Aliqui autem putāt istud mare Ceneroth esse mare,quod vocatur mortuum, vel salsissimum. Sed falsum est, quia mare mortuum est mare in valle Sodomorum, quod est apud confinia lateris meridiani, & orientalis terræ Chanaan: mare autem Ceneroth est in latere orientali terræ eiusdem, sed declinat versus latus septentrionale.Item in mari Ceneroth,quod nunc vocatur mare Tiberiadis,vel stagnum Genezareth sunt pisces multi, & ibi piscabantur Apostoli, vt patet Matth.3.vbi vocauit Christus quatuor Apostolos,& vocauit istud mare Galilęę,sed mare Galilęę,& Tibe-

Tiberiadis idem est, vt patet Ioannis 6. & vocatur mare, vel stagnum Genezareth. Matth. 8. c. in mari tamē mortuo nullus piscis est, nec quidquā viuens. ob hoc enim mare mortuum appellatum est: ergo non sunt idem mare Ceneroth, & mare mortuum, vel salsissimum. Item non posset stare litera si intelligeretur de mari mortuo, quod est Sodomiticum. s. in valle Sodomorum, quia dicitur, quòd reges, qui habitabant ad meridiem Ceneroth cōuocati sunt ad bellum, sed falsum est, quòd vltra mare mortuum sint in ipso latere meridiano vrbes coniunctæ lateri orientali, sed hic dicitur, quòd ad meridiem Ceneroth erant reges, qui vocati sunt. Item non stat accipiendo alium sensum. s. ꝙ dicatur planicies Ceneroth, & in planicie illa in circuitu maris sint reges, qui cōuocati sunt ad pugnam: nam mare mortuum non solum ad partem meridianam non habet aliquos reges Chananæos, sed etiam ad nullam partem suam, quia illud est in valle Sodomorum, vbi erant quondam ciuitates quatuor, & nūc mare obtinuit locum illarū subuersis eis peccato Sodomorum, prius autem non erat ibi mare, sed Iordanis transibat irrigans totam illam vallem, & erat sicut Paradisus, vt patet Gen. 13. ca. postea versa est vallis in stagnum magnum, & vocatur mare mortuum: nec sunt ibi aliqua oppida in circuitu in quibus reges principentur. Item patet hoc firmius, quia Nume. 34. cap. ponuntur ista duo maria distincta, scilicet mare Ceneroth, & mare mortuum, vel salsissimum, quia cū describitur latus meridianum terrę Chanaan ponitur in confinio lateris meridiani, & orientalis mare salsissimum, & cum describitur latus septentrionale eiusdē, in fine lateris septentrionalis vbi coniungitur orienti, ponitur mare Ceneroth: ergo differunt ista maria, & distant localiter per totam latitudinem, quę est a latere meridiano in septentrionale, scilicet per totum latus orientis. Et tunc stat sensus conueniens, scilicet, ꝙ reges aquilonis conuocati sunt: mare autē Ceneroth etiam est in parte aquilonari, scilicet in extremitate ipsius lateris, vbi coniungitur orienti, & declinando a mari Ceneroth versus partem meridianam in planicie sunt reges multi. De mari, ꝙ sit in planicie, siue valle, manifestum est ex natura rei, quia maria, & omnes aquæ vniuersaliter non habent loca sua in altissimis. *In campestribus quoque.* Ista est alia terra, quæ differt a plana, quia campestris non est totaliter mōtuosa, nec totaliter plana. in terra autem Aquilonis sunt aliqua campestria, sicut & in parte meridiana, & sunt istę tres differentiæ communes: nam terra quęcunq; in tres modos diuidi potest, quia vel est totaliter aspera, & eleuata, & sic vocatur montana, vel montuosa: aut est tota ęqualis, & ista vocatū planicies: aut aliqualiter aspera, & aliqualiter plana, & ista vocatur campestris. Ideo isti tres modi communiter nominantur in scriptura. *Et in regionibus Dor iuxta mare.* Ista est magna terra apud mare, & ibi multi reges sunt, nec est Dor aliqua ciuitas vna sicut alię supra nominatę, sed regio, vel prouincia, & dicitur iuxta mare, scilicet mare occidentale, quia cum non exprimatur nomē maris, intelligi debet de principali, quod est mare occidētale, scilicet mediterraneum. Cętera autem maria terrę Chanaan non erant mare, sed quędam magna stagna, vel lacus. sicut mare salsissimum, quod est mare Sodomorum, & mare Ceneroth, quod stagnum Genezareth, siue Tiberiadis dicitur. & sic accipiebat rex Iabin reges adiutores de toto latere aquilonari terræ Chanaan, quia in orientali parte est mare Ceneroth, vt patet Nume. 34. & in planicie apud mare ipsum ex parte meridiana eius conuenerunt reges, vt patet supra, & isti erant orientales in extremitate aquilonari. Illi qui erant in regionibus Dor erant occidentales in

Dor an sit ciuitas, vel regio.

A latere hoc cum essent apud mare magnum, cęteri verò, qui nominantur erant medii in aquilonari latere. *Chananæumque ab oriente, & occidente.* Isti sunt pręter reges supra nominatos, & cōuocauit Iabin Chananeū, idest populum illum, qui specialiter vocatur Chananęus: aliquando enim generaliter pro cunctis habitatoribus terrę Chanaan accipitur. Et tunc non distinguuntur septem populi Chananęorū, sed omnes sunt Chananęi. Hic accipitur specialiter, quod patet, quia distinguitur contra Pherezęum, Heuęum, & Iebusęū in litera, & habitabant Chananęi ab oriente, & occidente, quia habitatio huius populi extendebatur a fronte orientis, vsque ad occidentem, scilicet a Iordane, qui est in capite orientis terræ huius, vt patet Numer. 34. vsque ad mare magnum occidentale, quod est claudens terram illam ab occidēte. Et hoc innuitur Nume. 13. s. Amalec habitat in meridie: Hethęus, Iebusęus, & Amorrhęus in montanis, Chananęus verò moratur iuxta mare, & fluenta Iordanis. Et sic posuit duos terminos populi Chananęi. s. mare ab occidente, & fluenta Iordanis ab oriente. Quamquam aliter exponi potest, vt ibidem videbitur: sed quocūque dato necesse est, ꝙ habitatio Chananęorum secundū longitudinem pertingeret ab oriēte in occidentē, ꝙ non erat sic de quolibet alio populo illorum septē. *Et Amorrhæum, atque Hethæum, ac Therezæū, & Iebusæum in montanis.* Conuocauit etiam Iabin rex multos reges de his populis quatuor qui habitabant in montanis: nam apud latus septentrionale terrę Chanaā terra est magis montuosa, & ibi morabatur magna pars horū populorum quatuor. Et si aliqs dicat de Amorrheis, quia iam deleti essent, quia deleuit Moyses reges Amorrhęos duos Sehon, & Og, vt patet Numer. 21. & Deuteronom. 2. & 3. hi tamen ante Iordanem habitabant. Respondendum est, ꝙ pręter Amorrhęos reges qui erant a parte orientali Iordanis, adhuc erant quidam alii ad partem eius occidentalem, quia non solū erant reges duo de Amorrheis, sed fortè plures, quā decem, cum in latere quodam terrę promissionis capto trigintaunus reges occisi fuerint, vt patet sequen. cap. ergo iste populus Amorrheus, qui erat vnus de principalibus haberet plures, quā duos reges, sed ante Iordanem non erat de Amorrheis, nisi terra duorum regum. s. Og, & Sehon: ergo ad partem occidentalem Iordanis erant alij reges Amorrhęi. Item patet hoc supra 5. cap. cum dicitur: Postquam ergo audiuerunt oēs reges Amorrhęorum, qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam, & c. ergo præter Amorrhęos, qui erant ad orientem Iordanis, & iam deleti fuerant adhuc residui erant aliqui reges Amorrhęorum, & isti habitabant in montanis. *Hethæum, & Therezæum.* Isti pro maiori parte declinabant ad partē septentrionalem Chanaan, & habitabant in locis excelsis, quia montuosius est latus septentrionale Chanaan, quam meridianum præter extremitatem meridiani, quę est in montibus consummata. *Et Iebusæum.* Isti habebant Ierusalem, & terram in circuitu eius, sic patet infra 15. scilicet Iebusęum autem, qui habitabat in Ierusalem non potuerunt filij Iuda delere. *Heuæum quoque, qui habitabat ad radices hermon.* Populus Heuęorum erat partim aquilonaris, & partim orientalis. s. circa locum vbi coniungitur latus septentrionale orientali: nam hermon est mons in latere aquilonari terrę Chanaan, & peruenit vsque ad orientem eiusdem terrę. Secundum patet, quia cum ponerentur termini terrę duorum regū Amorrhęorū, qui erant ante Iordanem ad orientalem, ponuntur tres termini, s. vnus orientalis, & duo occidentales. s. Aroer, quę est super Arnon, & mons hermon, & mare solitudinis, vt patet Deut. 4. Aroer est in parte oriētali terrę Amorrhęorum

Vbi habitabant Hethei, & Pherezai.

Populi Heuæorum vbi.

rum,& per illam intrauerunt Israelitę. Mons hermon & mare solitudinis sunt terminus occidentalis terrę illius: sed mare solitudinis est occidentalis in contactu lateris meridiani, & occidentalis: mons Hermon est occidentalis in contactu lateris occidentalis ad septētrionalem: sed terra duorum regum Amorrhęorum ante Iordanem, & omnium Chananæorum post Iordanem distinguuntur solum Iordane medio: ergo locus, qui est terminus occidentalis terrę duorū regum Amorrhęorum est terminus maxime orientalis alterius terrę, quę est ad occidentem Iordanis: cum terra illorum duorum regum Amorrhęorum sit oriētalis respectu alterius, vt patet Nume. 32. & Deuterono. 3. & 4. sed mons Hermon ponitur, tanquam terminus occidentalis terrę duorum regum Amorrhęorum: ergo est orientalis respectu terrę nouem tribuum, & dimidię, quę vocatur generaliter terra Chanaan.

Item mons hermon, & mare salsissimum ponunt tanquam duo termini occidentales terrę duorum regum Amorrhęorum, & mare salsissimum est, tanquam terminus orientalis reliquę terræ Chanaan, vt patet Numeri 34. ergo mons hermon erit terminus orientalis terrę Chanaan, cum vterque sit in terra eadem. Est igitur mons hermon pertingens ad orientē terrę Chanaan nouem tribuum, & dimidiæ. Est etiam in latere septentrionali terrę eiusdē. s. vbi latus septētrionale, & orientale coniunguntur, quod patet, quia mons hermon, & mare salsissimum ponebantur, tāquam duo termini occidentales terrę duorum regū Amorrhęorum, & mare salsissimū erat in latere meridiano vbi illud coniungitur orienti, vt patet Nume. 34. c. ergo mons hermon erat in alia extremitate maxime distante, scilicet in coniunctione lateris septentrionalis, & orientalis. Heuęi autem habitantes apud radices montis huius aliqualiter sunt oriētales in terra illa, & septentrionales. declinabat autem terra populi huius contra meridiem, vt patet in vrbe Gabaō, quia Gabaonitæ erant de Heuęis, vt patet infra in litera. s. præter Heuęum, qui habitabat in Gabaon omnes bellando cepit. Et non solum erant Gabaonitę, Heuæi, sed etiam aliæ ciuitates. s. Caphira, Beroth, Cariathiarim, quæ confęderatę fuerunt Israelitis, vt patet supra 9. & illi necessario intelliguntur nomine Gabaō, quia non captę sunt bellando, sicut cęteræ, quæ dicūtur bellando captæ. Istæ tamen vrbes aliqualiter erant meridianę, quia erant in sorte Beniamin, vt patet infra 18. tamen sors ista erat meridiana, cum esset super sortem Iudę immediatè, quę erat cōiuncta lateri meridiano terrę huius. Quod autem sit terra Heuęorum circa orientem patet, quia Sichen est circa orientalem partem terrę Chanaan apud Hay, & Bethel, vt patet in libro de Descriptione terræ Sanctæ, Sichen tamen est in terra Heuæorum, quia rex eius vocabatur Heuęus, vt patet Gen. 34. cap. 1. Hemor, Heuęus princeps terræ illius. Quod autem Hay, & Bethel apud quæ est Sichen sint loca apud orientalem partem terræ Chanaā, patet infra 18. in computatione sortis Beniamin, vbi incipitur ab oriente Iordanis, & Iericho, & ponuntur ista loca prima. De his Heuęis conuocauit reges etiā Iabin. *Qui habitabat ad radices hermon in terra Maspha.* Quamquam multi essent Heuæi, & quidam eorū declinarent versus meridiem, vt supra declaratum est: tamen solum dicitur hic de illis, qui erant magis septentrionales. s. habitantes ad radices hermon, q est mons in latere ipso septentrionali terrę Chanaan, vt supra probatum est: ideo ponitur regio specialis eorum. s. in terra Maspha. Nec est Maspha regio, quę alias vocatur Masphad, quia Maspha non est nomen vrbis, sed regionis: nomen aūt Masphad est nomen vrbis. ibi. n. sacrificauerunt Israelitæ dño, & egressi sunt inde per-

Terra Heuęorum erat orientalis.

Maspha & Masphad.

F sequēdo Philisthinos, vt patet 1. Reg. 7. c. *Egressique sunt omnes cū turmis suis.* Omnes isti reges egressi sunt de terris suis, nec tamen venerunt ad Iabin in Asor, sed ipse assignauerat eis locum, & conuenerunt omnes ad aquas Meron, vt patet infra. Dicuntur egressi cum turmis suis, quia quilibet rex ducebat magnum exercitū. *Populus multus nimis, sicut arena, quæ in littore maris.* Id est isti reges conduxerunt populum nimis multum, q erat hic maior pars terrę Chanaā, & dicitur sicut arena, quę est in littore maris, non ad significandū ęqualitatem, sed quandam similitudinem: nā maior est numerus granulorum arenę in duobus, vel tribus pugillis arenę maris, quā in toto illo exercitu Chananęorū, sed est sensus, q sicut arena maris est in valde magna multitudine, & nobis simpliciter innumerabilis:
G ita & ille exercitus erat multus nimis: sic scriptura facit aliquas similitudines multum distantes, sicut dicit Gen. 22. multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli, & arenā, quæ est in littore maris, quasi essent ista duo ęqualia, sed quasi in infinitum est maior numerus arenę maris, quam stellarū cęli, quia non sunt valde multę stellę cęli. *Equi quoque, & currus vniuersæ multitudinis.*

Modus pugnandi a principio bellorum, qui erant currus falcati. *Quæst.* 111.

A PRINCIPIO bellorum maximus modus pugnandi fortis fuit in curribus. s. q duo, aut tres equi iungerentur currui, & erant currus illi falcati. i. habentes falces, siue gla-
H dios longos, & curuos in modum falcis: equi quoque armati erant, & in frontibus habebant acutos enses, super currus erant pugnatores: maior autem erat pugna istorum ex impetu rotarum falcatarum scindentium omne, quod opponebatur, & ex impetu equorum, quam ex iaculis militum armatorum super currum, & ista armatura fuit cōmunis omnibus regnis gentium: nam & cum essent ibi Iudęi iam erāt currus falcati, vt patet Exo. 4. Erat autem nimis sumptuosus apparatus, ideo quamquam aliquis rex esset valde magnus: tamen non poterat habere multos de his curribus: nam Pharao rex Aegypti magnus rex erat: tamē non potuit habere, nisi ducentos currus de electis, cū
I contra Iudęos exijt pugnaturus circa mare rubrum, vt patet Exo. 14. Iabin etiam rex Asor, qui erat maximus regum terrę Chanaan, & omnes alij reges ei deseruiebant, solum habebat currus nongentos, vt patet Iudi. 4. c. Congregauit autem Iabin nunc currus multos, & equos: non quidem ad insidendū equis, vt nūc, quia nondum erat vsus artis equitatiuę, sed solum in curribus. Postea autem per experientiam deposita ruditate, perfectam armorum peritiam sęcula induerūt. Currus autem vetustatis apparatus iam cessauit, quia non est visus per omnia vsui bellico accommodus, Iudęi nō habebāt aliquos currus falcatos, nec equos, tota enim pugna eorum pedestris erat. *Conueneruntque omnes reges isti in vnum ad aquas Meron.* Ante locum illū
K non conuenerant, sed quilibet de terra sua cū turmis suis egrediebatur, conuenerunt autem in locum illū, quia erat contra locum, in quo castrametabantur Iudęi. s. contra Galgalam, & cum illuc conuenissent deliberabant dę loco pugnandi cōtra Iudęos, & modo, nam non opinabantur ipsi Iudęos venturos ad eos, sed potius fugituros a facie tantę multitudinis, & dū ibi manerent Deus iussit Iosue, vt iret illuc, & iuit ad aquas Meron. *Vt pugnarent contra Israel.* Nō vt pugnarent contra Israel in loco ipso, quia non erat ibi Israel, sed magis apud Galgalam, sed conuenerant ad aquas Meron, quia erat locus contra Galgalam procedēdo de regionibus ipsorū, & ibi deliberaturi erant de toto bello.

Meron qs locus fu:

bello. *Dixitque dominus ad Iosue, ne timeas eos*. Hic ponitur apparatus belli ex parte Iosue: gentes enim conuenerant in magno robore contra Iudęos, Iudęorũ autẽ pugna non erat in armis, sed in confidentia Dei, q pugnabat pro eis, vt patet præcedenti c. & dixit Deus Iosue ne timeret, quia timidi corde etiam si superiores viribus sint semper succumbent, quia timor non sinit eos agere bellicè. Primum ergo, quod requiritur in duce est, ne extimescat cor illius. Et dictum est hoc, quia conuenerat tota fortitudo Chanaan in multitudine populi, & fortitudine. Iudæi autem numero pauciores erant, & viribus inferiores: nam & currus non habebant, nec iugales equos: ideo poterant timere rationabiliter. Primo igitur admonuit dominus ne timerent. *Cras enim hac eadem hora*. Cum Deus dixit ista Iosue, erant Israelitæ in castris Galgalę, & denunciauit ei, ꝙ non timeret: ipse quoque verisimile est, ꝙ populum suum admonuerit ex parte dñi, ne timeret illam magnam multitudinem, quia quamquam non timeret dux, timerent, nisi ipsi quoque confortarẽtur verbis domini. Et ad tollendum eis Deus timorem excitauerat illos in aliis bellis magnis, sicut cum pugnauerunt contra quinque reges, de quibus præceden. c. quos captos simul suspenderunt, & dicitur cras hac hora tradam eos. Quia aquæ Meron erant prope locũ Galgalæ, & pararent se Israelitæ die illa, qua dicta sunt verba, & sequenti die eadem hora committeretur pugna, & traderentur in manus eorum Chananæi. *Tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israel*. i. ego tradã eos vobis, & vos vulnerabitis. Modus erat, vt Deus incuteret timorem validum mentibus Chananæorum istorum: ita vt non possent pugnare contra Israelitas, Iudæi autem quasi impunè eos percutere possent, qa Deus priuaret viribus Chananæos, vt non possent pugnare, & tunc Iudæi non propriè pugnam exercebãt, sed cędem, velut si pugnaretur contra inermes, vel contra semimortuos: sicut cum Leui, & Simeon filii Iacob occiderunt omnes viros Sichem, cum essent circuncisi die tertio, quando grauissimus vulnerum dolor insurgit, & duo viri potuerunt delere totam ciuitatem, vt patet Gen. 34. c. Cum autem dicitur, quòd Deus traderet omnes vulnerandos coram Israel: non est sensus, ꝙ omnes fuerũt vulnerati, & occisi, sed plurimi eorum corruerunt, alii autem fugerunt, & in fuga quidam perierunt, alii autem in castra, & oppida sua suscepti sunt, vt infra patet, sed scriptura solet ponere vniuersales propositiones, quæ non sunt propriè vniuersales, & ponitur omnia. i. multi: potissimum qñ est maior pars eorum, quibus adiungitur signum distributiuũ. *Equos eorum subneruabis*. Subneruare equos est abscindere crura eorum. s. occidere, & secundum proprietatem Latinæ dictionis signatur abscisio neruorum crurum, quibus succisis animal claudicat, & penitus inutile est. *Et currus eorum combures*. Equi erant iugales, scilicet ad portandum currus solum, vt dictũ est: nondum enim equestris ars inoleuerat, & sicut equi occidebantur, ita & currus destruebantur comburendo eos.

Prima conditio, siue necessaria in duce est ne sit timidus.

Quare Deus iussit equos subneruare, & currus comburere, & noluit, quòd Iudæi pugnarent curribus.
Quæst. IIII.

Hoc dicunt factum in signum victoriæ habitæ a Deo, sed dicendum, ꝙ causa cõbustionis curruum, & subneruationis equorum erat mandatum Dei. Quare aũt Deus mandauit? Forte videtur rationabiliter dicendum, ꝙ fiebat, quia currus, & equi non proderant Iudæis: cum ipsi nunquam habuissent peritiam pugnandi in cur-

A ribus & equis: ideo esset eis onerosum habere equos, & currus: vnde deserentes eos facerent prouenire in manus hostium, qui rursus contra eos in ipsismet pugnarent curribus & equis, vel venderent Iudæi gentibus exteris, quod rursus redundabat in damnum eorum cum inde Chananæi recuperare possent. Vel fiebat ne forte videntes Iudæi curruum armaturam esse maximam tempore illo vellent iam pugnare contra Chananæos residuos in curribus illis. & hoc redũdabat in diminutionem laudis diuinæ, quia tunc cum vinceret attribueretur victoria curribus, & equis, & non Deo: cum autem essent leuiter armati velut inermes, & vincebant, attribuebatur victoria Deo, quia
B nihil erat aliud cui attribuere possent. Item erat ad vtilitatem Iudęorum, quia si ipsi haberẽt currus, & equos videntes esse fortissimam armaturam inciperent confidere viribus suis, & non tantum attenderẽt ad Deũ, vnde consequenter Deus non attenderet ad eos, & caderent in manus hostiles: cum autem nihil armaturę fortis haberent, in qua confidere possent, ad Deum se conuertebant, qui eriperet eos.

Venitq; Iosue, & omnis exercitus eius cũ eo aduersus illos ad aquas Meron subitò, & irruerunt super eos, tradiditque illos dominus in manus Israel. Qui percusserunt eos, &
C persecuti sunt vsque ad Sidonem magnam, & aquas Masserophot, Campumq; Masphę qui est ad orientalem illius partem. Itaque percusit omnes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias, fecitque sicut præceperat ei dominus, equos eorum subneruauit, currusq; cõbussit igni. Reuersusque statim cepit Asor, & regem eius percusit gladio. Asor. n. antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat. Percussitque oẽs animas, quæ ibidẽ morabantur, nõ dimisit in ea vllas reliquias,
D sed vsque ad internetionem vniuersa vastauit, ipsamq; vrbem peremit incendio, & oẽs per circuitum ciuitates. Reges quoque earũ cepit, percusit, atque deleuit, sicut præceperat ei Moyses famulus domini. Absq; vrbibus, quæ erant in collibus, & in tumulis sitæ, cæteras succendit Israel, vnam tantum Asor munitissimam flamma cõsumpsit. Omnẽq; prædam istarum vrbium, ac iumenta diuiserunt sibi filij Israel, cunctis hominibus in-
E terfectis. Sicut præceperat dominus Moysi seruo suo, ita præcepit Moyses Iosue, & ille vniuersa compleuit, non præteriit de vniuersis mandatis, nec vnum quidẽ verbũ, quod iusserat dominus Moysi.

Quare noluit Deus, quòd Gentiles venirent ad Iosue.
Quæst. V.

Venitque Iosue. Hic ponitur secundum. s. bellandi actus. *Venitque Iosue*. Scilicet de castris, q̃ erant apud Galgalam ad aquas Meron: noluit enim Deus, quòd

Gentiles venirent ad Iosue in castra: Chananęi autē intendebant venire in castra Galgalę ad delendum Iudęos, aut persequendum quocunque fugerent: Iudęi autem pręuenerunt euntes ad Gentiles apud aquas Meron, & hoc erat ad magnam confortationem Iudęorum, & terrorē gentium: semper enim, qui aggrediuntur prerogatiuam in hoc habent, quia facilius expellunt hostes, quam qui sustinent aggressores, maximè, quia, qui sustinent aggressores credunt eos magni cordis, aut magnarum esse virium cum aggredi nō formidauerint. Et quanto quis credit hostem suū cum viribus siue animo maiorem: tanto magis depauitat, & difficilius congredi putat: si autem Gentiles venissent ad castra in Galgalam non sustinuissent Iudei eorum impetum pauitantes multitudinem, & vires atque animum: cum vero Iudęi pręoccupauerunt venire in castra gentium ad aquas Meron pauendum erat Gentilibus de confidentia hebręorum, quia pauci cum essent ad tantam multitudidem venire non formidabāt. Item alia causa huius erat potissima, quia in castris apud Galgalam erat totus Israel tam viri, q̄ feminę, paruuli, viri, & senes. Si autem fęminę, & paruuli vidissent multitudinem hostium, clamarēt horribiliter vlulantes, & omnia castra Iudęorum conturbarēt: ipsaque virorum pugnatorum corda dissoluerēt. nunquam ergo apud castra bellum commissum est. *Et omnis exercitus cum eo.* Idest totus populus armatorū manente reliquo vulgo paruulorum, fęminarum, & senum in castris cum pecoribus, & iumentis, cęterisque vtēsilibus suis *Aduersum eos.* Idest contra omnes reges illos, qui conuenerant ad aquas Meron pugnaturi cum Israel. *Ad aquas Meron.* Quia ibi erant congregati omnes reges Chananęorum. Est autem Meron nomen cuiusdam lacus magni existentis apud mare Ceneroth circa partem orientalem terrę Chanaan per quam transiuit Iordanis. Hoc patet, quia Galgala, vbi erant castra hebręorum, est in parte orientali terrę Chanaan, scilicet apud Iericho: adhuc magis propinqua Iordani, quam Iericho, vt supra 5. quia Iudęi transeuntes in terrā Chanaan per Iordanem, primò venerunt in Galgalam, quam in Iericho, & est Iordanis caput orientale illius, vt patet Nume. 34. cum autē isti reges Gentilium conuenerunt ad aquas Meron erant propinqui Galgalę, quod patet, quia Deus locutus fuit Iosue in castris Galgalę, dicens: cras enim hac hora dabo omnes istos vulnerandos in conspectu Israel: sed in tempore illo intermedio vnius diei Israelitę se parauerunt ad pugnam, & venerunt ad aquas Meron, & dispositis aciebus insilierunt in Gentiles. ergo locus Meron erat valde prope, & cum Galgala esset locus orientalis, esset eodem modo Meron oriētalis, aut valde propinquus orienti: sic est de aquis Meron, quę sunt orientales cum transeat Iordanis ꝑ eas. *Subito & irruerunt super eos.* Gentiles disponebāt ire ad pugnandum contra Israelitas in castra Galgalę, nec suspicabantur vllatenus, ꝙ Israelitæ venirent ad eos ad aquas Meron: ideo non erant adunati modo bellico, cum autem Israelitę subito irruerunt super eos turbauerunt ipsos tāquam inopinatum malum, & sic cito fugauerunt. Ita cōtra reges quinque egit Iosue super Gabaon irruens super eos ex insperato, vt patet pręcedenti c. *Tradiditque eos dominus in manibus Israel.* i. fecit eos non potētes pugnare, vel reddidit attonitos: ita vt fugerent visis Israelitis non mouentes contra eos arma, sicut factum est de regibus quinque præceden. c. quia de illis nemo resistere, aut mutire ausus est. *Qui percusserunt eos.* Non occiderunt illos in loco castrorū apud aquas Meron, quia oportebat tunc, vt Israelitę manerent pugnantes cum Gentilibus aliquantulum, & tunc aliqui de Gentilibus occiderēt hebræos, sicut

F fiebat è contrario, aut alias esset sola cędes vnius partis, & non pugna, & tunc Gentiles non consisterent, sed darent terga Iudęis, & tamen de Iudęis nulli occidebantur: ergo Israelitæ immediate, vt irruerunt in Gentiles, fecerunt eos fugere, & fugiendo plurimos occiderunt: nec tamen omnes, quia postea introiuerunt in oppida sua, & magno tempore pugnauerunt Israelitæ contra eos, vt patet de Rabin rege Asor, contra quem postea pugnauit Israel, & accepit ciuitatem ipsius, ipsumque occidit: sic patet etiam de multis regum istorum, quia dicitur infra: multo tempore pugnauit Iosue contra reges istos. *Persecutique sunt vsque ad Sidonem magnam.* In castris aliquos occiderunt, & postea cum fugerent persecuti sunt eos, & multos occiderunt. Fuit autem persecutio vsque ad Sidonem ma- Persecutio Chananęorum.

G gnam. i. vsque ad ciuitatem Sidonē, quę erat magna, & famosa ciuitas. ex hoc patet, ꝙ persecuti sunt Israelitę Chananęos per totam magnitudinem longitudinis terrę Chanaan, quia bellum fuit in parte orientali terrę Chanaan. s. apud aquas Meron circa Iordanem, & mare Ceneroth, quę sunt partes orientales, & inde durauit persecutio vsque ad Sidonem magnam, quæ erat in termino òccidentali terrę Chanaan, & mare magnum est terminus occidentalis terrę Chanaan, vt patet Deuteron. 11. & supra 1. Sidon autem est in maritimis, cum Tirus, & Sidon sint in litore maris magni, & ponitur Sidon, tanquam vltimus terminus fugę. *Et aquas Masserophot.* Iste est alius locus vsque ad quem Israelitę persecuti sunt Chananæos, & non est Situs Sidonis.

H locus iste vltra Sidonem, quia vltra nihil est de terra Chanaan, nec de alia terra solida coniuncta, sed mare magnum cōiunctum, sed est locus aquarum Masserophot ad aliquod latus Sidonis, quia non fugiebant omnes Iudęi cōtra eandem partem, nec Israelitę persequebantur eos versus eundem locum, sed ad varios, sicut fuit in fuga regum quinq;, & exercituum suorum, de quibus præcedenti cap. fuit ergo alius terminus ad aquas Masserophot. Sciendum, ꝙ istud nomē Masserophot secundū hebręos est ęquiuocum, quia potest significare locum determinatum, vel est nomen cōmune. In prima significatione accepit litera nostra, sicut dicimus ad aquas Meron. Alio modo est nomen commune signans aquas calidas, quia in he- Masserophot quid significat.

I bręo dicitur Mizrephot, & est conpositum de Mayn, quod significat aquas, & Zrephot, quod significat calidas vel comburentes, & dicunt esse Mizrephot balnea naturalia, in quibus calidę aquę de scaturigine terrę erumpunt. Magis tamen est credendum literę nostrę, quia Hieronymus transferens hęc, nouerat omnia loca terrę Chanaan, & perambulauerat ea per seipsum, cum sapientissimis Hebręorum, vt patet in ꝓlogo eiusdem super Paralip. & magis potuit scire, quę essent nomina propria locorum, quā hebręi, qui nunc exponentes nihil horum viderunt, sed innitunt̄ soli significationi vocis, quę fallit satis: nam & in Latino idiomate sic est, ꝙ multa nomina locorum sunt composita ex duobus nominibus appellatiuis, & siqs non

K cognouerit talia esse loca, putabit signari per voces illas aliquid commune. Nicolaus dicit. *Ad aquas salinarum.* s. ꝙ erant aliquæ canales apud mare, per quos immittebatur aqua maris, & ibi desiccabatur a Sole; atq; conuertebatur in sal, & vsque ad aquas illas durauit persecutio. *Campumque Maspha.* Maspha est nomen regionis, sicut s̄. accipiebatur. s. de Heuęis habitationibꝰ ad radices hermō in terra Masphę, vsque ad hāc quoque Israelitæ persecuti sunt Chananęos, qa inde quoque ad pugnandum multi venerant, & tunc illuc confugiebant, ibiq; cessauit persecutio, quia erat in extremitate lateris septentrionalis apud radices hermon, vt patet supra. Etiam quando illuc peruentum est iam

in-

ingressi fuerant omnes Chananæi in oppida sua: & post hoc pugnatum est contra eos manentes in vrbibus suis, & tunc durauit magno tempore bellum, quia non poterat ita faciliter Iosue delere Chananæos in præsidiis suis vt in campo manētes. *Quæ est ad orientalem illius partem*. Ad regionem Masphа refertur. s. quod est ad orientalem partem Masserophot: nam vtrunque est in latere septentrionali terræ illius, & tamen Masserophot est magis propinquus locus occidenti terræ illius, quam campus Maspha: ideo est campus iste orientalis respectu Masserophot. *Ita percussit eos omnes quòd nullas dimitteret ex eis reliquias*. Non est hoc simpliciter accipiendum, quia multi manserunt, quos tunc Iosue non occidit, cum postea pugnauerit magno tēpore contra reges hos, & quosdam eorum deleuerit, vt patet infra, sed intelligitur de his, quos capere potuit Israel. omnes enim hi occisi sunt. Et ponitur ad significandum, quod nullos de his in seruos subiecerit, aut vendiderit aliis gentibus, sicut facere solent pugnantes ad captanda lucra, sed Deus iusserat, vt omnes Chananæi occiderentur, nec quisquam permitteretur viuere aliquo pacto, vt patet Deut. 20. & vt videatur, quod Iosue impleuerit iussa Dei, ponitur hoc.

Fecitque sicut præceperat ei dominus. Hoc potest referri ad præcedentia, vel sequentia: referendo ad pręcedentia est sensus, quod nō dimisit Iosue reliquias vllas ex his, sed fecit sicut pręceperat dominus. s. quod sicut Deus iusserat occidi omnes Chananæos, ita ipse fecit, quos habere potuit.

Alio modo potest referri ad subsequentia, & tunc est sensus: fecit sicut præceperat dominus. s. quod subneruauit iugales, & cōbussit currus, quia sic præceperat dominus. Vterque sensus est conueniens, sed magis conuenit iste secundus, quamquam ad vtrunque simul referri potest. *Equos eorum subneruauit*. i. in bello cepit spolia occisorum, & fugientium currus, & equos: de cæteris spoliis nihil destructum est. Currus autem & equi, quia ad nullum vsum Iudæis conuenientes erant, vt supra declaratum est, iussu domini destructa sunt, & quia Deus iusserat de curribus & equis. subiungitur hic executio. s. quod equi subneruati sunt, idest abscisi fuerunt eis nerui pedū, vt ambulare non possent, vel abscisa fuerunt eis crura: nec solum hoc, sed magis intelligendum est, quod occiderentur, quia postquam subneruarentur frustra permitterentur viuere, cum ad nullum vsum essent, nec sanari possent, immo nec Iudæi eos sanos esse volebant, quia ad hoc subneruabant, vt sani non essent. *Currusque combussit*. Deus enim sic præceperat, quia iam non erant vtiles Iudęis ad aliquem vsum, ideo melius erat comburi, quam vt relati per diuersa loca caperentur a Chananæis, & post in eis pugnarent contra Israel. *Reuersusque statim cepit Asor*. Supra ponebantur ea, quæ fecit Iosue in bello illo campali, & communi: hic autem ponuntur particularia bella contra quemlibet regem de manētibus: nam in ciuitates confugerunt, & iam non ausi sunt alii qui de Chananæis exire in bellum campale cum Iudæis, sed quomodocunque se intra sua męnia tuebantur, & tunc fuit bellum magni temporis contra eos. Cum autem de bello fugerent isti Chananæi persecutus fuit eos cędens, vsquequo intrauerunt omnes in præsidia præter eos, quos occidere potuit, & durauit persecutio vsque ad extremitates terræ Chanaan, scilicet vsque ad Sidonem, & Masserophot, atque campum Masphę, vt supra dictum est. Finita autem persecutione cępit singulariter oppugnare loca hostium. Et dicitur, quod reuersus est in Asor, idest primo venit Iosue ad pugnandum contra illam vrbem, quam contra alias, quia ista est principalis, cum dicatur immediate: Asor enim antiquitus inter omnia regna hęc princi-

A patum tenebat, & inde voluit inchoare bellum, vt capta illa vrbe facilius cæterę caperentur. *Reuersusque statim cepit Asor*. Istud aduerbium statim potest determinare istud verbum cepit, vel istud participium, reuersus. Si determinet participium, est sensus, quod Iosue reuersus est statim, scilicet finita persecutione ad pugnandum contra vrbes particulariter, & tunc cepit Asor. Si referatur ad verbum cepit, est sensus, quod reuersus est in Asor ad pugnandum, & cepit eam statim. s. quod paruo tempore moratus est pugnando contra eā. *Et regem eius percussit gladio*. s. regem Iabin: iste enim fugerat de bello, & intrauerat in vrbem suam: postea autem capta vrbe cum populo suo occisus est: iste fuit qui

B conuocauit totam multitudinem cōtra Israel: de qua supra patet.

Duplex literæ expositio.

In q. 1.

An Iabin rex Asor, de quo hic dicitur, fuerit occisus in bello. Quæst. V.

SED obijciet aliquis contra hoc, quia non fuerit occisus rex iste Asor, quia Iudi. 4. cap. dicitur de Iabin rege Asor quomodo pugnauit contra Israel tenens subiectum sibi populū hunc magno tempore, & contra ducem eius Sisaram postea pugnauit Israel. Respondendum est, quod non erat idem rex Iabin, de quo nunc dicitur, quia multa tēpora interciderunt inter hunc & illum, ideo dato, quod non occidisset Iosue Iabin regem, non potuisset viuere vsque

C ad illud tempus: nam illud factum est iudicante Delbora, vt patet Iud. 4. sed a tempore hoc vsque ad illud trāsijt primo totum residuum tempus vitæ Iosue: deinde tempora aliquorum seniorum, in quorum temporibus non declinauit Israel post idola: post venit iudex Othoniel, qui 40. annis durauit, vt patet Iud. 3. deinde fuerunt Israelitæ. 18. annis sub rege Moab, vt patet eodem cap. post quem clamantibus ipsis suscitauit dominus Aoth iudicem, & quieuit terra annis 80. postea venit Iabin rex Asor, qui tenuit decem annis Israelitas sub iugo suo, vt patet Iudi. 4. non poterat ergo ille Iabin tandiu durare, sed erat alius, quia frequenter reges eiusdem regni habent idem nomen, vel cognomen, sicut reges Aegypti vocabantur Pharaones. Habebat tamen alia nomina pręter hęc, vt declaratū

D est in principio Exodi: tam in prologo, quam in 1. cap. Item reges Iudæorum tempore Christi vocabantur Herodes, & habebant alia nomina specialia. s. Herodes Antipater, Herodes Agrippa, sic & de Romanis Imperatoribus factum est, qui omnes vocabantur Cęsares, vel Augusti habentes alia nomina. s. Iulius Octauianus, Claudius Tiberius. Ita de regibus Asor esse poterat, quod vocarentur omnes Iabin, siue tanquam nomine principali, siue tanquam cognomine, sed multi reges inter hunc Iabin, qui nunc occisus est, & illum, qui dominabatur Hebræis, interciderunt. Sed adhuc obiicietur, quod non possit hoc stare, quia hic dicitur, quod Israelitæ occiderunt regem Asor, & totum populum eius deleuerunt, ipsam quoque vrbem incenderunt,

E vt patet infra, quomodo ergo postea in ea essent reges Gentiles? Postea tamen fuerunt ibi reges tempore iudicum Israel. s. Iabin, qui per annos decē oppressit Israel, vt patet Iud. 4. c.

Reges iudęorū tempore Christi omnes uocabantur Herodes.

Ad hęc responderi posset, quod non procedit argumētū, quia triplex est ciuitas Asor, duæ sunt in terra meridiana Chanaan, quæ prouenerunt in sortem Iudæ, quarum vna vocabatur Asor noua: alia autem vocabatur alio nomine Iesson, vt patet infra 15. alia, & tertia erat in parte septentrionali terræ Chanaan, & ista prouenit in sorte Nephthali, vt patet infra 19. c. & ista erat sors sexta, & valde septentrionalis. Quamquam ergo vna fuerit subiecta Israelitis, & cremata, mane-

Triplex ciuitas Asor.

bant due, de quarum qualibet poterat esse rex Iabin, qui pressit Israel. Alio modo responderi potest,& conuenientius.s.ꝙ Asor ciuitas,quę nunc destructa,& cōbusta est,fuit in qua postea rex Iabin dominatus est, q̄ pressit Iudęos,& conuincitur aliqualiter, qa illa Asor erat magna,cum rex ille Iabin esset tam potens in terra Chanaan,vt haberet nongentos falcatos currus,& exercitum magnum nimis,vt patet Iudic.4.c.ista autē Asor, de qua hic dicitur, est huiusmodi.s.ꝙ rex Iabin conuocauit omnes alios reges ad debellandū Iudęos & venerunt. Etiam ipse locus erat caput omnium regnorum terrę illius,cum dicatur hic,ꝙ Asor antiquitus inter omnia regna hęc principatum tenebat: alię autem duę ciuitates Asor non erant famosæ, ideo videtur ꝙ de hac Asor,quæ nunc destructa est intelligēdum sit, ꝙ ibi postea dominatus fuerit Iabin rex, de quo in libro Iudicum. Et tunc respondetur,ꝙ Iudæi nunc destruxerunt Asor occidentes populum, & cremantes ciuitatem,& non habitauerunt in ea,ideo Gētiles postea confligentes contra Iudęos, & inualescentes inceperunt habitare in ciuitate illa, sicut prius habitauerāt,& fuit Metropolis regnorum,vt primò. De ista Asor dicendum est,ꝙ q̄q̄ non constet satis, q̄ fuit de tribus.s̄.positis,tñ rationabilius est dici fuisse Asor, q̄ erat in tribu Nephthali, quā aliqua de duabus,quæ erant in tribu Iuda. Quod patet,quia iste rex Asor veniens in pugnam ꝯ Israel conuocauit oēs reges de latere aquilonis,& terræ Chanaan,vt patet supra in principio c.ex litera,& declaratis ibi: si tamen fuisset Asor ista aliqua de duabus, quæ erāt in sorte Iudę essent ad latus meridianum terræ Chanaan,cum tota sors Iudę esset meridiana,quia ipsa fuit prima incipiens ab oriēte,& in occidentem tendens tota cōiuncta lateri meridiano, vt patet ĩ.15. si autem rex Iabin fuisset de aliqua illarum duarum Asor fuisset meridianus,& conuocasset reges meridianos, conuocauit tamen reges Aquilonares,& nullū de meridianis: ergo erat rex in illa Asor,quę erat ad septētrionē in sorte Nephthali. Item patet hoc ex loco, in quo conuenerunt ad pugnam, quia Gentiles veniebant ad pugnandum cōtra Israelitas manentes in castris Galgalę:si aūt iste rex Iabin venisset de parte meridiana prius venisset in castra Galgalę,quam accessisset ad aquas Merō, vbi omnes reges Gentilium conuenerant,vt patet supra. Quod patet, quia aquæ Meron sunt apud mare Ceneroth, quod est in latere septentrionali terræ illius, vt supra probatum fuit,vt patet Nume.34. sed prius venerunt Gentilium reges ad aquas Meron, quā ad castra Galgalæ, quę satis declinabant in meridiem, cum essent apud Iericho:ergo veniebant de parte aquilonari.

Item patet per fugam horum Gentilium: nam fugerunt ad partē aquilonarem,scilicet ad aquas Masserophot,& ad campum Maspha:tamen ista loca,vel regiones erant ad radices mōtis hermon, vt patet supra de campo Maspha in litera, & consequenter de Masserophot,quę erat magis occidentalis aliquantulum, si tamen essent meridiani pugnatores isti,& Iabin rex Asor,non fugissent versus aquilonem, sed in meridiē ad oppida sua,vt ibi concluderentur. apparet ergo ꝙ Asor, de qua erat Iabin rex erat septentrionalis.s.quæ est in sorte Nepthalim.

Asor autem antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat. Ponitur causa quare omnes isti supradicti reges conuenerunt ad vocationem regis Iabin, scilicet, quia ciuitas sua Asor erat Metropolis inter alias ciuitates,& consequenter rex Asor tenebat principatum super alios reges. Et non dicitur,ꝙ Asor tenebat principatum super omnia regna Chanaan, sed super omnia regna hæc, idest super omnia regna suprapósita. Vnde Iabin conuocauit hic totam potentiam suam,

F scilicet omnes reges,quibus principabatur. Et non cōuocauit plura regna Chanaan, quamquā plura superessent, scilicet omnes ciuitates, & regna Philisthinorum,quia non erant subiecta ciuitati Asor. Cum dicitur antiquitus non refertur ad tempus Iosue, sed ad tēpus scriptoris huius libri, nam si tempore Iosue non fuissent regna omnia hęc subiecta regi Asor non conuenissent reges ad vocationem regis Iabin:ergo tunc erant subiecta. Itē quia scriptura non ponit hanc clausulam frustra, si tamen tempore Iosue nō essent subiecta regna hęc ciuitati Asor superfluū esset poni hāc clausulam cum nihil declararet, sed referēdo ad tempora scriptoris stat clausula hæc conuenienter, quia fuit scriptus liber iste a Samuele, vt supra declaratum est,& respectu temporis sui erant antiqua ea, quæ facta fuerant tempore Iosue, & tūc exprimit in hoc scri- *Scripsit librum hunc Samuel.*

G ptor libri, ꝙ tempore Iosue erant subiecta omnia regna hæc ciuitati Asor,& ad mandatum regis Asor cōuenerunt omnes reges pugnaturi contra Israel. Et dicit antiquitus fuisse hoc, quia tempore Samuelis non manebat ista subordinatio,cum illa terra iam subiecta esset Iudęis, & Asor non esset iam caput regni, sicut ante erat:immo nullus erat rex,sed tunc cępit esse primus rex in Iudęis,scilicet Saul. Et est exponendum,ꝙ antiquitus caput erat Asor, idest toto tempore, quo eam Gentiles obtinuerunt:ideo cum post destructionem istam iterum redierit in manus Gentilium, vt supra declaratum est,reges eius erant potētissimi, sicut patet de rege Iabin,qui pręssit Israelitas annis decem, *An regna Chananęorum subiecta fuerint vrbi Asor quando Iosue cepit terram.*

H vt patet Iudicum 4. Erat enim potentissimus rex cum haberet nongentos currus falcatos, vt patet ibidem. Sed non esset nisi haberet alios reges sibi subiectos: alioquin enim reges terræ Chanaan paruę potestatis erant,quia erant valde multi:nam terram, quam possidebant.40.vel 50. reges: possidebat postea vnus rex Iudæorum. Nec tamē erant reges valde magni,quod patet, quia Iosue occidit; 31. reges cepitque terras eorum, vt patet sequenti c. & præter hos, duos alios reges occiderat Moyses, & postea terra magna capta est,siue tempore post modicum paulisper, siue tempore regum, & tamen in ista regnabat vnicus rex Iudæorū:ergo erant paruuli reges Chananæi. Sed Asor rex erat potentissimus, cum tot currus falcatos haberet,ergo non poterat habere, nisi alia quoque regna,

I sibi subiecta haberet.

Percussit omnes animas,quæ in ea erant. i. occidit omnes qui erant in vrbe Asor. Accipitur anima pro homine, sicut est communis modus loquendi, tam sacræ Scripturæ,quam vulgarium, sic dicitur præcedenti c. ꝙ occidit Iosue omnes animas,quæ in Hebron fuerāt commoratæ,& 1. Machabęo. 2. dicitur,ꝙ occiderunt hostes Iudæorum,vsque ad mille animas hominum, & dicitur anima pro ipsa re animata. Nec tamen potest accipi pro omnibus rebus animatis, quia non fuerunt pecora,& iumenta occisa, sed bellantibus diuisa est præda. Nec de eis accipi potest,quia dicitur, ꝙ percussit omnes animas,quę in ea fuerant cōmoratę,sed

K pecora non dicuntur commorari,sed homines.

Et non dimisit in ea vllas reliquias. i. non dimisit ibi aliquos habitatores,sicut alii victores faciunt, qui interdum captis vrbibus occidunt quosdam, qui erant capita belli,reliquos autem subiiciunt in seruitutem:Iosue autem nec subiecit in seruos quosquam, nec fecit tributarios,nec vendidit aliis gentibus,lege prohibente,scilicet, quòd nemo de Chananæis vitæ donaretur. Deuteron.20.c. Postea tamē aliqui de Israelitis subiicientes sibi Chananæos non occiderunt illos,sed fecerunt tributarios,vt patet de filiis Ephraim,infra 16. & de filiis Manasse,infra 17.c.sed istis ad malum imputatum est,quia propter hoc Deus dimittere voluit gentes

tes in offendiculum illorum: nam dixerat Deus, ꝙ si non occiderent Chananæos, illi essent eis claui in oculis, & lanceę in lateribus, vt patet Numer. 33. & comminatur ibi Deus, ꝙ quidquid illis mali illaturus esset in Iudęos inferret. Idem patet Iud. 2. c. vbi angelus domini stetit in loco flentium, & increpuit Israelitas, dicens: & pollicitus sum, vt non facerem irritum pactū meum vobiscum in sempiternū, ita duntaxat, vt non feriretis fędus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum subuerteretis, & noluistis audire vocē meam, quare hoc fecistis? quamobrem nolui eos delere a facie vestra, vt habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinam. Et ob hoc Iosue, qui nō dimittebat reliquias de his, quos tenere poterat laudatͣ, ꝙ impleuerit vniuersos sermones domini, vt patet infra.

B *Sed vsque ad internetionem vniuersa vastauit*. i. deleuit omnes habitatores. Internetio est totalis destructio siue mors. Et dicitur populus vastari quando rapiuntur bona, & destruuntur aliqua ædificia, sed non dicitur vastari vsque ad internetionem, donec occidātur omnes, qui in populo sūt, & sic fuit in vrbe Asor, vbi omnes fuerunt occisi, & dicitur vniuersa vastauit, idest omnes homines, quia pecora & iumenta non vastata sunt, sed cessere pugnantibus.

Internetio quid est.

Ipsamq; vrbem peremit incendio. i. adhuc præter homines ipsammet vrbem destruxit incendens eam. Et dicitur perimere. i. occidere, quod improprie accipitur, quia vrbs non potest perimi, sed quod animatum est, sed accipitur large perimere pro destruere. Quare aūt succendit Iosue vrbem Asor, cum esset conueniēs ad habitationem Israelitarum, infra dicetur.

Perimere quo hic accipiatur.

C *Et omnes per circuitum ciuitates*. Primo enim reuersus Iosue de persecutione fugientium Chananęorum, venit pugnaturus cōtra Asor principalissimam vrbem, quam deleuit, & post hęc cępit pugnare contra finitimas vrbes, & similiter cepit eas nō breuiter, vel vno impetu, sed continuato bello magno tempore, vt patet infra. s. multo tempore pugnauit Iosue contra reges istos: non tamen est intelligendum, ꝙ omnes ciuitates Iosue ceperit, quia multę manserunt, quas nō cepit, sicut patet infra 13. c. sed accepit multas, & dicitur accepisse omnes. *Reges earum cepit, percussit, atque deleuit*. Fere omnes ciuitates istę habebant reges: quia reges parui erant in terra Chanaan: cum autem acciperet aliquam ciuitatem capiebat regem eius, atque occidebat, nam in bello pauci de regibus corruerant, sed cōfugerant in vrbes: nunc vero in eisdem capti occidebantur. Dicitur percussisse, idest occidisse, quia licet percutere solam vulnerationem signet, rarò tamen hic accipitur, nisi pro mortis inflictione, & iste est cōmunis modus apud historicos. Dicitur deleuisse, idest totaliter destruxisse, quia non dimittebat vllas reliquas in vrbibus, quas cepisset.

D *Sicut præceperat ei Moyses*. Hoc pōt referri ad captionem vrbium, aut ad destructionem vrbium, & regū. Quantum ad primum est sensus, ꝙ fecit Iosue, sicut pręceperat Moyses. Pręceperat enim Moyses ei, ꝙ cōfortaretur, & viriliter ageret, quia ipse diuideret terram Israelitis, vt patet Deuteronom, 3. & 31. & sic cōfortatus est, & pugnando laborauit diligenter, donec subijceret gentes illas Israelitis. Alio modo potest referri ad occisionem regum, & populorum, scilicet, ꝙ Iosue fecit, sicut pręceperat Moyses, quia ipse præcepit Deute. 20. vt nulli de Chananęis parceret, sed omnes occideret pueros, & senes, masculos, & feminas, & hoc fecit cum omnes reges percuteret, & populos eorum deleret.

E *Famulus domini*. Vocat Moysen famulum Dei, quia nimis sequebatur pręcepta Dei super omnes Israelitas, & firmiter adhęrebat Deo credens dictis eius. Cęteri autem Israelitę ex aliqua parte claudicabant: ideo vocauit Deus Moysen fidelissimū in toto domo sua, vt patet Num. 12. c. & ad Hebręos 4.

Quare Moyses famulus Dei vocat.

A *Absque vrbibus, quæ erant in collibus, & tumulis suis sitæ cæteras succendit Israel*. Idest, quamquam caperent ciuitates multas, tamen non habitabant in eis, sed succendebant, solas autem vrbes, quę erant in collibus, idest in montibus altissimis, & in tumulis suis, idest in aliqua altitudine, quamquam non essent in montibus, non combussit Israel.

Quare Iudæi cremabant vrbes, quas capiebant præter eas, quæ erant in collibus.
Quæst. *VI.*

CAVSA huius fortè erat, quia Israelitę erant adhuc in paruo numero, & non poterant habitare in his vrbibus: ideo vt non manerent vacuę, & venirent gentes ad morandum in eis comburebat eas Israel. Sed dices, quomodo Israelitę pugnabant contra gentes istas si ciuitates susceptę eis sufficiebant ad habitationem? Dixerat enim Deus, ꝙ non daret illis simul totam terram Chanaan, sed paulisper, quia Israel erat in paruo numero, & nō poterat implere totam terram: crescerent enim bestię contra ipsos, vt patet Exo. 33. sed solum daret eis successiue, sicut ipsi successiuè multiplicarentur. sed dabat Deus illis ciuitates has, ergo erant necessarię ad habitationem eorum.

Respondendum est, ꝙ Israelitę non poterant replere omnes ciuitates, quas ceperant, & tunc vno impetu continuati belli capturi erant: ne igitur a gentibus occuparentur cremabantur, & tunc erant inutiles ad habitationem, nisi pręcedenti magno labore nouiter construendo domos, quod magno egebat tempore. Sed tūc dicetur, quare nunc tradebat Deus in manus Israelitarum gentes istas, cum adhuc non egerent Israelitę tot vrbibus? Respondendum est, ꝙ fiebat propter duo. Primo, qa gētes istę, quas Deus tradidit nūc in manus Israel, erant pessimę, & induratę: demerebant ergo peccatis suis, vt morerentur nunc, nec eorū vita, sicut aliarum gentium in longum tenderetur, vt patet infra. s. domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur vllam clementiam. Alia causa erat, & principalior, quia si solū tradidisset Deus in manus Israel tot ciuitates, quot eis ad habitandum tunc essent necessarię, manerent valde multę gentes Chananęorum vsque ad mortem Iosue nōdū multiplicatis Israelitis, & auderent irruere super Israelitas, atque premerent eos: nunc autem deletis omnibus gentibus, quas subuertit Iosue manebāt pauci de Chananeis: ideo etiam si moreretur Iosue nō auderent insurgere contra Israelitas, nisi cum Deus concitaret gētes contra Israelitas in pęnam suorum facinorum, sicut faciebat tempore Iudicum, quia cum declinarent ad idola tradebat eos dominus in manus regum Gentilium aliquando Chananęorum, aliquando non Chananęorum. De non Chananęis patet, vt de Chusan Rasathain rege Mesopotamię: Iudic. 3. c. cui seruierunt magno tempore, & de Eglon rege Moab, cui seruierunt 18. annis. Iudicum tertio. De rege Chananæo, sicut de Iabin rege Asor, cui seruierunt dura seruitute annis decem, vt patet Iudicum quarto. Sed isti non mouebantur ad pugnandum a seipsis, sed Deus mouebat illos, tanquam instrumenta, & sic dicitur in eisdē c. scilicet suscitauit Deus Chusan, vel suscitauit Eglon, & ob hoc dr̄ interdum vocare eos. Sic dicit de Nabuchodonosor, ꝙ Deus vocauit eū ad pugnandū

contra

contra Iudæos. Isaiæ 5. scilicet, & leuabit signum in na
tionibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terrę,
& ecce festinus velociter veniet. Et hoc quidem, quia
isti erant instrumenta Dei punientis, sicut virga & ba-
culus sunt instrumenta nostra ad percutiēdum in ira
nostra, & sic vocat Deus regem Sennacherib virgam
furoris sui, idest virgam, qua percutit Iudęos quando
est in ira magna. sic patet Isa. 10. c. Vę Assur virga furo
ris mei, & baculus ipse, in manu eorum indignatio
mea: ad gentem fallacem mittam eum, & contra po-
pulum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia. Istæ
igitur gentes residuę essent instrumentum irę Dei, qn̄
punire vellet Iudęos: cum tamen Deus non moue-
ret eos ad bellum, non mouerentur ipsi consideran-
tes paucitatem suam, & magnifica gesta hebręorum:
si autem mansissent in magno numero susceptis pau-
cis vrbibus eorum per manus Iosue, etiā si Deus non
moueret eos, auderent insurgere cōtra hebręos, ideo
fecit Deus illas tradi in manus hebręorum. Nec. n. tra
ditæ sunt ciuitates propter seipsas: nec ob hoc pugna
bat Iosue, vt vrbes caperet, sed vt gentem ciuitatum
deleret, quia tamen deletis hostibus manebant vrbes,
ne gentes residuæ vellent habitare in illis, & sic mul-
tiplicarentur hostes Iudęorum, combustę sunt: non
tamē fuerunt omnes vrbes combustę, quia aliquibus
egebant Israelitę ad habitandum: relictę sunt autem
ciuitates, quæ erant in montibus, & tumulis, quia istę
erant magis defensabiles ex congruentia situs, & Israe
litę tutius manerent in eis. Si autem obiiciatur, ꝙ
non fuerit ista causa, quare fuerunt ciuitates succen-
sæ, quia Israelitę non habebant sufficientem locū ad
habitandum distributa eis terra in sortes, vt patet de
tribu Ephraim, quæ conquesta est se modicum habe-
re locum habitandi, & respondit Iosue, ꝙ ascenderet
in syluas ad succidendum sibi loca habitationis, vt pa-
tet infra 17. c. Respondendum est, ꝙ capta terra, & di-
uisa fuit sufficiens ad habitandum toti Israel, nec ali-
qua tribus conquesta est de paruitate loci pręter E-
phraim, quæ magnum habebat populum, & non pro-
uenit ei fortè tanta sors, quanta egebat pro tempore,
quia sortes erant inęquales. Nam sors Iuda erat valde
magna, vt patet infra 15. & fortè superabundabat ad
necessitatem eius pro tunc. *Vnam tantum Asor munitissi-
mam flamma consumpsit*. Quasi dicat omnes ciuitates,
quę erant in planis non habentes fortes muros, quia
non erant bene defensabiles combustæ sunt ex causa
supra posita: de ciuitatibus tamen munitissimis, & exi
stentibus in collibus nulla combusta est, pręter vnā. s.
Asor. Ista est Asor cuius erat rex Iabin, qui cōuocauit
in pugnam contra Israel omnes reges supradictos, &
est in parte septentrionali in sorte sexta Nephthali, de
qua supra dictum est. Quare autem specialiter ista cō-
busta fuerit inter omnes munitissimas, Dicit Nico-
laus fuisse, quia rex illius erat magis hostis Israel, quā
cęteri, quia conuocauerat cęteros reges ad pugnādū.
Sed non multum stat, quia rex erat hostis, & non mu-
rorum ambitus, potissimum, quia capta vrbe, & dele-
to populo ciuitas ipsa ad Israelitas pertinebat: ideo cū
comburerent eam, non cremabant vrbem hostilem,
sed suam. Ad aliquam ergo vtilitatē Iudęorum hoc
referendum est, & non ad vindictam, sicut de cæteris
vrbibus, quę in plano erant, factum est non ad vindi-
ctam, sed ex causa dicta. Dicendum igitur de Asor, ꝙ
quamquā esset munitissima tamen periculosum erat
eam conseruari, quia gentes residuæ bello impeterēt
habitatores eius, & difficile esset eis resistere. Voluit
ergo tollere Iosue scandalum quotidianum: motiuū
aūt gentium ad pugnandum magis pro vrbe Asor ca
pta, quam pro cęteris erat, quia Asor antiquitus. i. tem
pore eorum potestatem habebat super omnia regna

F supra posita, vt patet in litera. Quisquis ergo erueret ci
uitatem illam de manu Iudęorum haberet principa-
tum competentē cum vrbe illa super reliqua regna.
ad potiēdum autem isto sceptro magni dominij om
nes reges residui de Chananęis pugnarent, periculo-
sum ergo erat talem inhabitare ciuitatem: fuit autē
melius eam delere incendio. Motiuum superius pa-
tet per ea, quæ secuta sunt: nam quamquam vrbs in- In q. 5.
cendio perierit, tamen gentes illam postea habuerūt,
& fuerunt ibi reges potentissimi subiecta habentes
omnia regna terrę illius, sicut fuerat ante Iosue, vt pa
tet de rege Iabin, qui fuit rex Asor tempore Delborę
prophetissę, & seruiuit ei Israel decem annis seruitute
magna, vt patet Iudic. 4. c. non reperierunt autem ali-
G quam sic litigiosam, & impetibilem vrbem a Chana-
nęis Israelitę, ideo de munitissimis hanc solam flam-
ma consumpsit. *Omnem prædam istarum vrbium, ac iumen-
ta diuiserunt sibi filij Israel*. Pręda vocatur hic strictè pro
solis inanimatis. i. pro supellectilibus, & auro, & argen
to, atque moneta. Iumenta large accipiuntur pro om
nibus animantibus brutis: nam non solum iumenta,
quæ vocantur animalia ad laborem, & non ad cibum
diuiserunt Israelitę, sed etiam pecora: nihil enim de
his perijt, quę ad vsum Israelitarum peruenire potue-
runt. Nec etiam ęstimet quis, ꝙ vrbes istę, quę com- An istę urbes fuerint positæ sub interdicto sicut urbs Hay, & Iericho.
bustæ fuerunt ab Israelitis, fuerunt positæ sub interdi
cto, sicut vrbs Iericho, & Hay. Nam vrbs Iericho, tā
H quantum ad se, quam quantum ad omnia, quæ in ea
erant, interdicto subiecta fuit, & maledictio posita est,
siquis eam fundaret in ęternum supra 6. cap. De vrbe
Hay non fuit similiter factum, quia sola vrbs interdi-
cto supposita est. s. vt esset tumulus ęternus, vt patet 8.
Et non licuit, cuiquam de Iudęis ibi fundare sedes, si-
sicut nec in Iericho: causę autem interdictorum ho-
rū locis pręallegatis expositę sunt: istę vero vrbes nūc
incendio vastatę non fuerunt combustę ad honorē
Dei, sicut ciuitates suppositæ interdicto, sed ad vtili-
tatem Iudęorum ne Gentiles pugnarent ad accipien-
dum eas si habitacula, & cuncta earum ędificia con-
stitissent: ideo non dicitur de his ciuitatibus combu-
stis, ꝙ positę fuerunt, sicut tumuli ęterni, sicut diceba-
tur de vrbe Iericho, & Hay. Nam licet nunc combu-
I stæ fuerint, licuit tamē postea Israelitis restaurare eas
ad habitandum cum ad maiorem quantitatem popu
lus peruenit, & sic factum est. Si tamen fuissent sup-
positæ interdicto, nunquam licuisset in eis fundari se-
des, sicut nunquam licuit in Iericho, & Hay, & qui ibi
fundauerunt, maledictionem incurrerunt, vt patet 3.
Reg. 16. & declaratum est supra 6.

An præda fuerit diuisa inter omnes Israelitas, vel inter solos bellatores. Quæst. VII.

CVM dicitur hic, ꝙ tota præda diuisa est filiis
Israel, est dubium, an intelligantur omnes
Israelitę, vel soli viri bellatores. Aliquis di-
K cet omnes Israelitas intelligi, quia dicitur,
ꝙ diuisa est pręda filijs Israel. Sed hoc non probat so-
lide, quia etiam soli bellatores vocarentur filii Israel
absolutè, tanquam essent omnes Israelitæ, & non so-
lum hoc, sed etiam vocantur totus Israel, vt patet præ-
cedenti c. s. transiuit Iosue cum omni Israel de Mace-
da in Lebna, & iterum de Lebna transiuit cum omni
Israel in Lachis. sed ibi solum intelligebatur pro bel-
latoribus, cum omnes alij manerent in castris apud
Iericho in Galgalis, vt ibi declaratum est. Hoc tamen
nō obstante, dicendum est, ꝙ Israelitæ diuiserūt inter
se prędam, nec soli pugnatores habuerunt: nam & in
deserto morantibus Israelitis, cū iuissent quidā de se-
ipsis ad Madianitas, vt delerent regionem illam, de-
leta

leta terra, & reportata preda in castra diuisa est inter pugnantes,& non pugnantes, licet non ex equo,quia pugnantes acceperunt medietatem prede, & toti populo non pugnāti reliqua medietas cessit,vt patet Nume.31.c. nunc autem omnes censebantur esse in bello, cum essent in terra, quę eis in sortem prouentura erat. Et sic videtur de prèda urbis Hay, de qua dixit Deus: Prædam autem, & cuncta animantia diripietis vobis,& non dixit specialiter de pugnantibus. Postea in executione huius dicitur,ꝙ iumenta,& omnē prędam ciuitatis diuiserunt sibi filii Israel, & non dicitur de pugnantibus specialiter. Item quia dato,ꝙ non diuideretur prèda, nisi inter pugnantes diuidebatur inter omnes Israelitas, quia omnes venerant in pugnā hanc pręter eos, qui ex defectu ętatis non erāt apti ad bellum: nam pręsenectute nemo excusabatur, quia de Israelitis nemo esse poterat tūc annorum sexaginta completorum tempore.s.transitus Iordanis, nisi Iosue,& Caleb,& hoc quantum ad 12.tribus. Secus autem de Leuitis. De hoc satis declaratū fuit supra 4.c. Si autem dicas, ꝙ aliqui manebant in castris ad custodiam castrorum,cum essent ibi pecora, & paruuli, atque mulieres,etiā his deberet ex ęquo pars prędæ dari,quia isti erant in bello, sicut & cęteri, qui actualiter pugnabant: nam ęqua pars est manentis ad sarcinas, & descendentis in bellum,vt patet 1.Reg.3.c.

An Leuitis fuerit data portio. Quæst. VIII.

DE Leuitis aliquis dubitabit an fuerit eis data portio prędę sicut cęteris. Et ad hoc dicēdum est,ꝙ aut Leuitę pugnabant, sicut reliqui Israelitę,aut non: si pugnabant,sicut cęteri,non est dubium,quin prouenirет eis pars prędę licet non euentura esset eis pars hęreditatis in sortem, vt patet infra 14. Si autem cęteris pugnantibus ipsi non sinerentur ire ad pugnam, dicendum est, ꝙ non daretur eis pars prædæ,tanquam haberent ius diuidēdi,sed daret de pda totius populi, velut in eleemosynam, vel in oblationem, sicut factum est in pugna contra Madian,quia diuisa prèda inter pugnatores,& reliquum populum non pugnantem, de quingentis capitibus,qui prouenirent in pugnatorum partem dabatur caput vnū Eleazaro sacerdoti.s.p se, & reliquis sacerdotibus,& de quibuslibet capitibus.50.puenientibus multitudini non pugnanti dabatur caput vnum Leuitis, vt patet Num.31.c. hic autem dato hoc casu adhuc abūdātius fieret diuisio,quia erat maior prèda.

An Leuitę ac sacerdotes pugnauerint in bellis contra Chananæos,& an sit eis licitum pugnare. Quæst. IX.

QVAERET autem aliquis an Leuitę pugnauerint, & sacerdotes in bellis istis factis cōtra Chananęos. Respondebit aliquis, ꝙ nō pugnauerint, quia cū Deus iussit numerari pugnatores in qualibet tribu in eis, qui transibant ad nomen: fecit de omnibus tribubus.12.accipi summam: de Leuitis autem iussit,ꝙ non poneretur summa eorum cum filijs Israel, sed constituerentur super opera tabernaculi,vt patet Numeri.1.c.ergo non pugnabant ipsi. Item patet Nume.31.de bello Madian: nam de singulis tribubus bellatores electi sunt.s. de qualibet tribu mille, vt ibidem habetur:de Leuitis tamen non accepti fuerunt aliqui pugnatores,ergo nec post transitum Iordanis Leuitę, & sacerdotes pugnauerunt.Item dicetur, ꝙ non licebat pugnare Leuitis, & sacerdotibus, quia pertinebant isti ad diuinum ministerium, & non licet ministris altaris effundere sanguinem,immo, qui hominem occiderit est irregularis, & non potest assumi ad diuinum ministerium, vel si assumptus fuerit non ministrabit amplius. Respondendū est,ꝙ per certitudinem declarari non potest an Leuitę,& sacerdotes pugnauerint in bellis istis contra Chananeos: satis tamen rationabiliter videtur dicendum, ꝙ pugnauerint, & ad hoc inducunt duo. Primum,ꝙ essent necessarij Israelitis multi bellatores Secundum, ꝙ Leuitis, & sacerdotibus pugnare illicitum non esset. De primo patet, quia Israelitę pugnabant contra valde multos,ideo multi pugnatores erāt necessarij:nam licet tota victoria Israelitarum esset in confidentia virtutis Dei,tamen prudentia humana regebantur in quantum Deus precepta contraria non daret,ideo cum essent paucissimi hostes,paucos mittebant bellatores,vt patet supra 7. vbi contra vrbē Hay miserunt tria millia virorum, quia erant pauci viri vrbis illius:cum autem erant hostes multi,ibat totus populus sicut contra reges 5. manentes super Gabaon, vt patet pręcedenti c. ideo cum interdum valde magnam scirent esse copiā hostium, sicut in pugna ista ad aquas Meron,quotcunque possent habere pugnatores acciperent,nam & si non esset victoria ipsorum in multis,& paucis,vt patet.1.Machab.c.3. sed de cœlo erat fortitudo: tamen cum plures essent confidentius aggrediebantur. Si igitur de Leuitis essent viri multi potentes in armis, sicut de cęteris tribubus, & non erat eis illicitum pugnare, quid causę erat, quare non pugnarent,non potest apparere. Secundum patet.s.ꝙ Leuitis, & sacerdotibus licitum esset pugnare. In quo primo considerandum est,ꝙ necessarium erat sacerdotibus ire ad bellum quomodocunque esset. Primo ibant sacerdotes aliqui ad confortandum bellatores: nā in ipso ingressu belli sacerdos stare debebat coram aciebus dicens: Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis: non ptimescat cor vestrū, nolite timere, nolite cedere, nec formidetis eos, quia dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de periculo. Erant quoque necessarii sacerdotes in quolibet bello ad clangendum in buccinis argenteis: nam quandocunque iretur ad bellum clangendum erat in his buccinis,vt patet Nume.10.s. si exieritis ad bellum de terra vestra cōtra hostes, qui dimicant aduersum vos clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum, sed in his tubis non erat licitum clangere alicui, nisi sacerdoti, vt patet Numeri decimo, scilicet filii Aaron sacerdotis clangent tubis, eritque legitimum sempiternū generationibus vestris, & obseruabatur ad hoc in omnibus bellis Iudæorum, sicut fuit in bello contra Madian: nam Phinees sacerdos filius Eleazari sacerdotis magni iuit cum Iosue duce belli portans tubas sacras ad clangendum,vt patet Nume.trigesimoprimo, scilicet vasa quoque sancta, & tubas ad clangendum tradidit ei. Idem patet in bello facto contra Iericho: nam cum lustraretur vrbs per septem dies, sacerdotes septem pręcedebant arcam clangentes in septem tubis iobeleorum, vt patet Iosue sexto. Aliquando etiam sacerdotes ibant ad bellum ad portandum illuc arcam, quod patet primo Regum quarto, ex testimonio Philisthinorum dicentium: Vę nobis, non fuit tanta exultatio hebręis heri, & nudiustertius, quis nos liberabit de manu deorū istorum sublimium? ex quo videtur, quòd heri, & nudiustertius in bello non fuerat arca,ideo duo prima officia sacerdotum in bello erāt necessaria. Tertium autem istud erat contingens, & tū quandocunque arca portanda foret in pugnā,portabāt eā sacerdotes,vt patet in bello

Respon.ad quęsitum.

lo contra Philisthijm quando eam portauerunt duo filii Eli.s.Ophni,& Phinees,vt patet 1. Reg.4. idē fuit in bello contra Iericho, quia ibi sacerdotes quoq; portabant arcam,vt patet Iosue 6.

Licebat sacerdotib⁹, & Leuitis pugnare.

Considerandum amplius, quòd sacerdotibus non erat illicitum pugnare,quia pugna quando est iusta,dicitur illicita alicui personæ si nullo modo liceat ei occidere,& effundere sanguinem : in bello tamen iusto sacerdotes non incurrebāt irregularitatem aliquam, vt nunc incurrunt,sed potius in hoc fiebant habiliores ad sacerdotium,si zelo Dei facerent. Vnde Leuitę,ideo meruerunt habere sacerdotium inter cęteros Israelitas,quia cum Moyses punire vellet in peccatoribus noxam idolatriæ clamauit dicens:siquis domini est iungatur mihi, & conuenerunt ad eum filii Leui, qui occiderunt omnes idolatrantes, pro quo Moyses adiunxit,dicens: consecrastis hodie manus vestras domino vnusquisque in filio, & fratre suo, vt detur vobis benedictio,vt patet Exo.32.cap.Ita etiam Phinees filius Eleazari summi sacerdotis,motus zelo Dei trāsfodit pugione principem tribus Symeon coeuntem cum Madianitide per loca genitalium,& ob hoc promisit Deus sacerdotium æternum illi, vt patet Num. 25.& primo Machabęorum 2.c.Non erat igitur apud sacerdotes veteris testamenti illicitum homicidium, vt apud sacerdotes noui testamēti: nam & Matathias summus sacerdos trucidauit super altare eum,qui immolauit,& principem cogentem immolare, vt patet primo Machabæorum.c.2. & non solum licebat facere hęc zelo legis,quæ specialia erant, sed etiam in pugna contra hostes esse licebat,& fortiter cędere,sicut patet de Machabæis fratribus filiis Matathiæ, quorū quilibet summum tenuit sacerdotium : primò Iudas, deinde Ionathas,postea Simon, deinde Ioannes Hircanus filius Simonis.Gesserunt tamen bella fortia tēporibus suis, vt patet ex primo, & secundo libris Machabæorū,& ipsi dum essent summi sacerdotes erant duces bellorum,atque in bello vitam finierunt. Patet ergo in veteri testamento, ꝙ nihil magis illicitū erat sacerdotibus,& Leuitis pugnare, quam popularibus, cum ergo Iudęis tempore hoc,quo cōtra Chananęos pugnauerunt,multi pugnatores necessarii essent, aut saltem valde opportuni,vt supra declaratum est,videtur rationabiliter dicendum;ꝙ pugnauerint.

Item quia dicitur sępe, ꝙ Iosue cum toto exercitu pugnatorum contra tales, vel tales reges dimicabat. vt patet præcedenti cap. sed Leuitæ dicuntur pugnatores,cum ipsis,vt cæteris, pugnare liceret: ergo ipsi quoque pugnabant.

Item non videbatur conueniens, ꝙ cęteris viris fortibus euntibus in bellum,soli Leuitę non habētes aliquam causam legitimam,aut coloratam nō pugnādi manerent in castris.ergo pugnauerunt.

Item si de Leuitis diceretur, ꝙ non pugnauerint, ita dici poterit de filiis Iudæ,vel Beniamin,aut quacūque tribu,ꝙ non pugnauerit, quia non habebant maiorem causam sacerdotes, & Leuitæ abstinendi a bello cum eis totaliter esset licitum,quā quælibet alia tribus.De qualibet autem tribu alia est inconueniens dici,ꝙ non pugnauerit, quia eadem ratione diceret̄ de omnibus,cum æqua ratio sit:ergo non est dicendum de Leuitis,ꝙ non pugnauerint.

Item patet, quia erat magna necessitas bellatorum: nam fuerat pactum initum cum filiis Ruben, & Gad atque dimidiæ tribus Manasse, quòd transirent cum reliquis tribubus Iordanem, & non redirent, vsquequo illę haberent possessionem suam.Et si facere nollent non dimitteretur eis terra,quam susceperant ante Iordanem in possessionem,vt patet Num.32.cap.si ergo isti, qui iam pacificè possidebant terram,com-

F pulsi sunt magno cum labore extra loca sua peregrinari relictis paruulis,& vxoribus omnibus, quę possidebant ante Iordanem, quanto magis Leuitæ, & sacerdotes,qui erant in castris, erantque viri fortissimi, irent ad bellum?non enim videtur rationabile cōtrarium asserere.

Ad primā rationē in contrariū.

Ad argumenta in contrarium respondendum est. Ad primū qn̄ dicebatur, ꝙ quādo numerati sunt viri bellatores, non fuerunt computati cum eis Leuitæ. Respondendum,ꝙ in hoc non est eis ablatum, ꝙ liceret pugnare, & posset ad hoc multipliciter dici. Primò,ꝙ cum computati sunt Israelitę quorum summa habetur Num.1.non fuerūt computati, ita vt omnes, qui computabantur assignarentur, vt pugnatores: nā

G ibi computabantur etiam vetustissimi, qui non erant apti ad bellum,vt declaratum est Numer.1. & 14.sed vocantur viri bellatores,quia computabantur omnes qui transibant ad nomen ab anno 20. & supra, & tamen vltra annum 20.est homo aptus ad bellum: si autem computati fuissent aliqui viri specialiter ad bellū, non erat inconueniens, quòd ibi computarentur aliqui de Leuitis: ideo per numerationem illam nō differebant Leuitę a cæteris, quantum ad hoc, ꝙ licitū, aut illicitum esset pugnare.

2. solutio primæ rationis.

Alio modo dici posset concedendo,quod infertur, scilicet,quòd Israelitæ fuerunt computati, vt bellatores, & Leuitæ non fuerunt computati cum eis, nec

H designati ad bellum, & hoc quidem non tanquam illicitum foret eis pugnare, sed quia Deus dabat eis officium speciale,in quo vacarent, sicut Israelitę in bello,& ob hoc quamquam licitum esset pugnare,tamē non obligabantur cum cęteris ire ad pugnam, quia habebant speciale officium, cui satis erat eis deseruire.Sed magna differentia est in deserto, & in terra ꝓmissionis, quia in deserto cum esset frequens motus, & ipsi portare deberent vasa sacræ ministrationis, & totum sanctuarium sufficiebat eis motus iste,ideo nō occupabantur circa actus bellicos,cum vero trāsierūt Iordanem pugnaturi contra Chananęos, nō erat sic, quia sanctuarium semper mansit in Galgalis toto tēpore pugnæ, quia ibi erant castra populi, & non mo-

I uebatur de loco ad locum vsquequo data pace Israelitis,collocauit totus populus sanctuarium domini in Silo,quod colligitur infra decimooctauo capitul.nisi cum venit totus populus de Galgalis in montem Hebal,& Garizim ad confirmandam legem, & stetit ibi arca domini, vt patet supra octauo, reliquo autem tēpore nunquam fuit motus de Galgalis, vt patet ex ꝓcessu libri huius : non habebant ergo tunc Leuitę aliquam occupationem circa sanctuarium, ideo poterant pugnare cum eis. Si autem per separationem illam,quę habetur Nume.primo intelligeretur, quòd non erat licitum amplius Leuitis pugnare, tanquam ministris Dei,nunquam pugnauissent, sicut sacerdotes nunc non possent ire ad bellum aliquod cū proposito occidendi. Religiosissimis tamen viris inter

K sacerdotes veteris testamenti licuit occidere : immo ex hoc,quòd occidebant erant religiosiores, vt patet ex supra dictis, ideo non fuit inhibita pugna eis Numer.primo cap.

3. solutio.

Alio modo responderi potest, quòd Deus dixit Numer. primo non esse computandos Leuitas cum Israelitis : non quidem quòd non liceret eis pugnare, sed quia dabatur eis speciale officium : ideo erant specialiter, & seorsum computandi: nam in popularibus non erat commissa, aliqua specialis administratio in portio Dei : Leuitis autem erat data ministratio in portando sanctuarium, in erigendo quoque cum castramentandum foret,& deponendo cū mouerentur castra,& excubando in circuitu illius manētibus castris, vt

vt patet Nume. 1. sed in omnibus officiis, & ministrationibus magis sic est, quòd cum sunt diuersa officia, omnes officiales ministrationis vnus seorsum administrantibus in aliquo officio describuntur, vt non fiat confusio, & hoc idẽ inter ipsos Leuitas obseruatũ est. Nam, quia diuersa erant officia Caathitarum ab officijs Gersonitarum, & Meraritarum non accipiebatur vna summa totalis eorum, sed de quibuslibet fiebat specialis summa, vt patet Nume. 3. & 4. c. distinguebãtur Leuitæ a cęteris Israelitis, non tanquam ministri vnius officii a ministris alterius, sed tanquam habentes ministrationem aliquam a non habentibus vllam ministrationem. Alio modo responderi potest, & adhuc solidius, quam in omnibus superioribus. s. ꝙ Deus iussit non poni summam Leuitarum cum Israelitis, quia non erant computandi eodem modo, iubebat enim Deus, ꝙ omnes Israelitæ computarentur a 20. annis, & supra, vt patet Num. 1. & hoc quia solum volebat computari eos, qui transeunt ad numerũ secundum legem: constitutum autem erat omnes transire ad numerum a 20. annis, & supra, & ꝙ quilibet numeratus daret dimidium siclum, vt patet Exod. 30. c. ideo si computarentur Leuitæ sub eadem summa Israelitarum fieret computatio in eis eodem modo, scilicet a 20. annis, & supra, Deus tamẽ in Leuitis volebat fieri aliam computationem. Et hoc dupliciter, quia primo volebat computari omnes Leuitas ad accipiendũ ipsos pro primogenitis Israelitarum: secundò volebat eos computari pro distributione officiorum. Pro prima cõputatione accipiendi erant Leuitæ ab vno mense, & supra, vt patet Nume. 3. c. pro secunda computatione accipiendi erãt Leuitæ ab anno 25. vt patet Nume. 8. vel ab anno 30. vt patet Num. 4. non erat autem talis computatio Leuitarum, sicut cęterorum Israelitarum: ergo non debebant poni sub eadem summa, & ista fuit causa potissima, quare Deus iussit, vt nõ cõputarentur Leuitæ cum Israelitis, & non vt non liceret eis pugnare cum postea licuerit. Ad secundum argumentum cum dicitur, ꝙ in bello cõtra Madian assumpti sunt aliqui de qualibet tribu. s. mille: de Leuitis autem nulli assumpti sunt: ergo non pertinebat pugnare ad Leuitas: respondendum est, ꝙ cum pugnatũ est contra Madian pauci de Israelitis erant necessarii: nam de tanta multitudine, soli 12. millia fuerunt missi ad pugnandum, vt patet Num. 31. c. nunc erant necessarii multi pugnatores, quia non solum illi, q erant de nouem tribubus, & dimidia transeuntibus Iordanem in pugnam vocati sunt, sed etiam Rubenitę, Gaditæ, & dimidia tribus Manasse, qui habitabant ante transitum Iordanis cõpulsi sunt ire in pugnam: ideo cum pugnatum est contra Madian non erat aliquid, quare omnes Israelitæ illuc ire deberent, & manserũt in castris plurimi: cum verò pugnandum fuit contra Chananæos trãsito Iordane erant necessarij multi bellatores: ideo rationabile fuit ipsos Leuitas assumi. Ad tertium argumentum cum dicitur, ꝙ non licet ministris Dei effundere sanguinem, & occidere, sed qui occiderit quemquam irregularis est. Respondẽdum est, ꝙ in nouo testamento occisio, & bigamia, & quędam alia inducunt irregularitatem, ita ꝙ si quis ista commiserit ad sacros ordines promoueri non potest, vel si iam fuerit ꝓmotus, cessabit ab omni officio, & hoc quia sic iussit Apostolus. In veteri autem testamento nihil horum vetitum erat: ideo esse bigamum, trigamum, aut quadrigamum, non faciebat irregularitatẽ: idem de occisione, vt in superioribus inductum est, immo ipsa effusio sanguinis faciebat aliquem dignũ sacerdotio, vt patet de Phinees. Numer. 25. & primo Machabæorum 2. c. Causa autem differentiæ est, quia status sacerdotalis est hic verior, & perfectior, quam

4. solutio melior.

[illegible]

A in veteri testamento: ideo rationabile fuit aliqua vetari sacerdotibus nostris, quæ non erant vetita sacerdotibus temporis illius, sicut simpliciter status totus noui testamenti est perfectior statu veteris testamenti: nam in veteri testamento libellus repudii, & vsuræ, & quædam alia permittebantur, quæ non permittuntur in nouo. Patet ergo ex prædictis, ꝙ Leuitę trãs Iordanem pugnauerint contra Chananæos, sicut reliquus Israel. & consequenter acceperint partes in præda. *Cunctis hominibus interfectis*. Idest ista diuisio prædæ facta est, postquam occisi sunt omnes homines harũ ciuitatum: nam dum bellum durauit, quamquam caperetur quotidiana præda non diuidebatur, quia aliqñ præda ciuitatis erat parua, & non poterat conuenienter diuidi inter tantam multitudinem: ideo seruabatur vsque ad vltimũ, & tunc cessante bello diuisa est.
B *Sicut præceperat dominus Moysi seruo suo*. Hic ponit quomodo Iosue quantum ad omnia, quæ fecit obseruabat legem domini, & hæc data est per Moysen. Deus autem primo dedit eam Moysi, & sicut ipse pręcepit Moysi: ita præcepit Moyses Israeli. Et dicitur, sicut ꝓceperat dominus Moysi, quia lex data Iudæis non dabatur immediatè ipsis, sed loquebatur angelus domini Moysi in secreto, & postea Moyses proponebat eã publicè toti populo: solum autem accepit Israel præcepta decem immediatè a Deo in voce tubæ, patet Exod. 19. & 20. cętera Deus locutus fuit Moysi, & Moyses proponebat populo. Causa autem quare illa Deus in voce tubæ populo locutus est, & nulla alia,
C declarata est Exo. 20. c. Considerandum, ꝙ hoc quod dicitur. s. ꝙ Iosue obseruauit legem, sicut pręcepit dominus Moysi, non est referendum ad omnem legẽ, quia nõ obseruabat nunc omnem legem Iosue: nam cęremonialia non obligabant pro isto tẽpore, sed solum quando esset data pax ab omnibus nationibus in circuitu, vt patet Deuteronom. 12. nunc autem erat continuum bellum. Etiam quia dato, ꝙ Israelitæ vellent obseruare leges sacrificiorum quotidianorum, & cęremonias festorũ, non poterant, quia ista requirunt magnam tranquillitatem, ipsi autem quotidianis implicabantur bellis, sed solum refertur ad ea, quæ tangebant materiam. in qua Iosue versabatur, scilicet circa actus bellicos, & sequentia ad bellũ, & de his erant
D datæ leges Moysi, quas obseruabat Iosue. Primo de bello: nam erat data lex, ꝙ cum gentibus extraneis qñ esset bellum posset iniri fędus non occisis hostibus, & si pugnando caperentur ciuitates soli viri pugnatores destruebantur: paruuli autem, & fœminæ non occidebantur, sed assumebantur in seruos. Si autem essent de gentibus terræ Chanaan, nõ poterat aliquis sumi in seruum, aut relinqui viuens aliquo pacto pacis, sed omnes occidebantur, vt patet Deut. 20. c. hanc legem obseruauit Iosue, quia de ciuitatibus, quas accipiebat nullas omnino dimittebat reliquias, vt patet ex superioribus præcedenti c. & hic. Erat etiam lex de cõsequentibus ad bellum. s. de diuisione prædæ, quòd
E diuideretur exercitui, vt patet Deuterono. 20. c. hanc quoque obseruabat Iosue, vt patet supra immediatè, quia cęsis omnibus hominibus terrę illius pręda diuisa est filiis Israel.

Quæ pręcepta legis hic obseruabat Iosue.

Ita præcepit Moyses Iosue. Lex data erat vniuersaliter ad totum Israel, vt patet in omnibus libris legalibus, & non magis ad Iosue, quam cęteros, quia tamen Iosue successurus erat in ducatum totius populi, Moysi iussit Deus, vt Moyses cõfortaret eum, & corroboraret, vt patet Deut. 3. & 31. c. & tunc Moyses dixit ꝓcepta aliqua specialiter. s. ꝙ q̃q̃ cõmendaret ei obseruare totam legem, tñ quia dux futurus erat, dabat ei specialiter præcepta, quæ ad regimen ducũ pertinebant, & hęc obseruauit Iosue. *Et ille vniuersa compleuit*. i. vniuersa

uersa pręcepta, quæ Moyses dedit Iosue specialiter pertinentia ad regimen ducatus obseruauit Iosue, sicut illa, quæ supra posita sunt: alia autem non erant sibi specialiter pertinentia, cum nec tempus opportunitatem obseruationis illorum induceret. *Non præteriit de vniuersis mandatis, nec vnum quidem verbum.* Repetitio eiusdem est ad magis imprimendū menti, & laudandum Iosue, ꝙ fuerit obseruantissimus legis. Nam preter hoc, ꝙ Moyses moriturus valde commendauit Iosue obseruationem legis, adhuc Deus post mortem Moysi apparuit Iosue, & monuit, vt obseruaret diligentissimè legem Moysi, & ꝙ tūc intelligeret viā suā, cū sequeret legem, vt patet s. 1. cap. & Iosue his commonitus diligenter obseruauit. Et cum dicitur, ꝙ non præteriit nec vnum verbum, non est intelligendum, ꝙ obseruauerit omnia pręcepta, sed ꝙ non pręuaricatus est aliquod præceptum. Differūt enim hæc: nam ad obseruandum omnia pręcepta legis necesse erat, ꝙ Iosue haberet exercitationē circa quodlibet de pręceptis, vt in sacrificiis, & purificationibus, cęterisque cęremoniis, sed non habebat exercitium circa aliquid horum, nec obligabantur vsq; ad tempus datæ pacis ab hostibus in circuitu. Ad non pręuaricandū aliquod pręceptū requirebatur, ꝙ non haberet actualiter actum contrarium alicui de pręceptis etiā si nullum illorum compleret. Primum enim exigit multos actus. Secundū sine aliquo actu cōsummatur: ideo verum est, ꝙ nullum de pręceptis pręteriit Iosue, quia quamquam non compleuerit illa, cum non daretur opportunitas ad operandum secundum illa: tñ nunquam egit contra aliquod illorum.

Iosue obseruātissimus legis.

Et si dicas, ꝙ non complendo illa in tēporibus suis, dicebatur infringere, sicut non obseruando cęremonias festorum, vel purificationum temporibus statutis. Respondendum est, ꝙ non obseruando ista nō infringebat legem, quia lex tunc violatur quando in tēpore, quo ad obseruationem obligabat non obseruabatur: de omnibus tamen cęremonialibus veteris testamenti sic est, ꝙ non obligabant toto tempore, quo Iosue erat pugnans contra Chananæos, sed quousque daretur pax, & habitaret Israel per loca sua, vt patet Deutero. 12. ergo quamquam non obseruaret illa Iosue non dicebatur pręuaricari aliquod illorum. Vel potest intelligi, ꝙ non pręteriit, nec vnum verbum de his, quę pręcepit dominus Moysi. i. ꝙ obseruauit omnia pręcepta: & tunc non accipietur vniuersaliter pręceptum, sed solum pro illis, quę occurrebāt Iosue ad quotidianos ducatus sui actus, scilicet in pugnando, & diuidendo pręadam. De his enim non pręteriit, nec vnum verbum, vt declaratum est.

Sup. 10.

Cepit itaque Iosue omnem terram montanam, & meridianam, terramque Gosen, & planitiem, & occidentalem plagam, mōtemque Israel, & campestria eius, & partem montis, quæ ascendit Seir, vsque Baalgad per planitiem libani subter montē hermon, omnes reges eorum cepit, percussit, & occidit. Multo tempore pugnauit Iosue contra reges istos. Non fuit ciuitas, quæ se non traderet filijs Israel, præter Heuæum, qui habitabat in Gabaon, omnes enim bellando cepit.

Cepit itaque Iosue. Hic ponitur tertium, scilicet belli obtentus, idest quid Iosue bellando effecerit. & est, quòd ceperit vrbes multas, quod declarat immediate, & ponuntur terræ quas cepit Iosue in bello isto cōtinuo.

F

In quo sciendum est, ꝙ totam terram, quæ hic nominatur, & præcedenti cap. cepit Iosue vno impetu. s. non cessando a bellis, donec eam obtineret, vt patet præceden. cap. & fuit duratio ista fere annorum septē, vt declaratum fuit supra 4. & dicetur infra c. 14. post hoc autem non pugnauit Iosue contra Chananæos, sed mansit terra in pace tota vita sua quousq; ipse fuit grandęuus senex, & adhuc non erat capta tota terra, vt patet infra 13. c. s. Iosue senex prouectæ ætatis erat, & dixit Dominus ad eū, senuisti & lōgęuus es, & terra latissima derelicta est, quæ necdum sorte diuisa est. In istis autem septem annis acquisiuit Iosue terram, quę sufficiebat habitationi omnium Israelitarum pro tunc, & amplius, quia multas de ciuitatibus, quas acquisiuerant, combusserunt. s. omnes ciuitates, q̃ erāt in plano, & non erant munitæ fortissime, vt patet supra: tota autem hęc terra nominatur hic sub aliquali vniuersalitate. *Cepit itaque Iosue omnem terram montanam, & meridianam.* Vocatur hic terra montana terra Chanaan in parte aquilonari. Et patet, quia distinguitur cōtra meridianam, sed non sunt differentię aliquę oppositæ meridianæ terrę, nisi terra aquilonaris, & sic vocatur supra terra aquilonaris montana. s. ad reges quoq; aquilonis, qui habitabant in montanis.

4. c. q. 19. & melius 9. c. q. 33.

G

H *Quæ terra Chanaan pars esset montana, & quæ meridiana: Quæstio. X.*

NEc tamen est ex hoc intelligendū, ꝙ solū latus aquilonare terrę Chanaan esset mōtuosum: nam & latus meridianū habebat montes cum esset desertum Sin in latere illo, & ascensus scorpionis, vt patet Nume. 34. c. vocatur tamen terra aquilonaris montana, quia erat magis montuosa, quam australis. Considerandum etiam quia non est accipiendum largè de terra montana, & meridiana, ꝙ eas cepit Iosue: nam tūc diceretur, ꝙ totam ceperit terram Chanaan Iosue, quia tota terra illa sufficienter diuiditur in meridianam, & septentrionalem, sed non cepit totam: cum perducto ad nimiā vetustatem Iosue magna terra relinquebatur, quę nō venisset in partem Israelitarum, vt patet ĩ. 13. & mortuo illo adhuc non erat subacta hebręis, vt patet Iudicum 3. c. Sed vocatur terra montuosa tota terra aquilonaris, in qua habitabant Amorrhęi, Hethęi, Iebusęi, Pherezęi. Ista enim vocatur montana: sic patet supra in litera. s. Amorrhęum, atque Hethęum, ac Iebusęū, ac Pherezęum in montanis. De his enim nō fit mentio, ꝙ aliqui eorum derelicti fuerint, vt patet infra 13. & Iudicum 3. vbi ponuntur Chananęorum gētes derelictæ post mortem Iosue. Terra meridiana potest accipi hic ferè totum latus meridianum a confinio lateris orientalis, vsque ad terram Philisthinorum in occidente terrę illius, quia illa non fuit capta. Nec tamē pro toto hoc accipitur: nam præter istas duas differentias. s. montanam, & meridianam ponuntur hic alię differentiæ terrarum captarum, vt patet in litera: terra autē Chanaan, quæ a Iosue capta est melius cognosci potest per eam, quæ non fuit capta, quam per eam, quæ fuit capta: nam demptis quibusdā partibus, quæ captę non sunt, de quibus infra 13. & Iudicum 3. tota terra Chanaan a Iosue capta est.

I

K

Terramque Gesen. Ista terra Gesen secundum assignationem literę differre debet a terra meridiana, & mōtana, & est quædam regio magna in terra Chanaan, quę est quasi in medio terræ illius. s. ꝙ non declinat multum ad latus meridianum, nec rursus ad latus aquilonare, & peruenit vsq; ad ciuitates Gabaonitarū, vt

vt patet supra pręcedenti.c. s.a Cadesbarne vsque Gazam omnem terram Gesen vsque ad Gabaon. Erat tamē Gabaon in sorte Beniamin, vt patet infra 18. Ideo magis erat terra Gesen meridiana, quam aquilonaris. Distinxit tamen hic litera terram Gesen a terra meridiana, quia illa est in extremitate lateris. *Et planiciem.* Idest terram, quę vocatur planicies in terra Chanaan fuit subiecta Israelitis tempore Iosue: non est autem aliqua terra sic vocata, sed erat terra plana, & vocatur planicies. Nec tamē est intelligendum, ꝙ in terra Chanaan nulla esset plana pręter illam, quia quędam vocātur campestres partes, & alię planę, & in terra, quamtuncunque syluatica planicies aliquę sunt, sed vocata est quędā pars terrę Chanaan planicies, quia illa differētius cęteris plana erat sicut in regno Legionis quandam partem vocamus campos Gothicos, quia licet in terra Castellæ, & Legionis multę planicies sint: illa tamē præ cęteris est differētior magnitudine, & ęqualitate. Et ista planicies est quædā regio, quæ erat apud mare Ceneroth, siue Tiberiadis ad partem meridianam maris illius. Sic patet supra in litera. s. qui habitabant in montibus, & planicie contra meridiem Ceneroth. Qui autem in regione hac erant pugnauerunt ꝯ Iosue, & Israelitas, vt patet supra, & deleuit eos Israel capta terra illorum. Erat autem terra ista orientalis, quia mare Ceneroth est in parte orientali terræ Chanaan. s. apud Iordanem, & est in confinio lateris septētrionalis, & orientalis, vt patet Num. 34. planicies autē hæc non erat minus orientalis, sed solum differebat, quia erat minus septentrionalis: cum dicatur esse ad meridiem Ceneroth, & ista planicies tēdit versus Iericho, & vrbes meridianas terræ illius. *Et occidentalem plagam.* Non est accipiendum, ꝙ fuerit pars occidentalis terrę Chanaan subiecta Israelitis. nam de ea parū aut quasi nihil acceperunt, & hoc quia in occidentali parte terræ Chanaan sunt Philisthijm, quæ in quinq; regiones diuiduntur, vt infra 13. c. & isti tēdunt a parte meridiana versus aquilonem, & Acharon, quæ est vltima ciuitas Philisthinorum, & aquilonaris magis in tota terra illa. Ad partem autem occidentalem tāgentem latus septentrionale erant Tyrii, & Sidonii, & tamen de his nulli erāt dediti in potestatem Israel, erant autem omnes isti extremi in parte occidentali, & omnes apud mare, quia Philisthini apud mare sūt, & ob hoc mare illud vocatur ab eis mare Palesthinorum. Tyrii quoque, & Sidonii sunt iuxta mare occidentale, & tamen ipsi manebant: ergo non manebant Iudæis loca aliqua in parte occidentali terrę Chanaan apud mare, nisi inter latus meridianū, & septentrionale aliquid satis modicum. Sed potest dici terra occidentalis tota terra, quæ erat declinans ab oriente versus occidentem, quamquam non tangerēt limitem occidentis. *Montemque Israel, & campestria eius.* Iste mons vocatur sic, non ꝙ vocatus fuerit sic primo ab Amorrhæis, sed quia Israelitæ postea eum sic vocauerunt, sicut multa nomina locorum sunt in eis, quę infra dicuntur, quæ ab Israelitis posita sunt, & non vocatur mons Israel, quasi non esset aliquis alius mons in toto Israel, cum sit terra montuosa nimis, pręcipuè contra aquilonem, vt supra patet, sed vocatus fuit ex aliquo casu, vel forte sola intentione imponentium, sicut est in plerisque locorum nominibus, in quibus sola voluntas impositorum est causa, & contingit sæpe, quòd idem nomen sit pro regno toto, & pro aliquo loco paruo regni illius, & sic vocabatur tota gēs Hebręorum Israel, & rursus mons iste vocatur Israel, est autē iste mons ad partem meridianam terrę Chanaan, sicut mons sequens qui ascendit in Seir, & sunt apud montem istum campestria magna, & hoc quoque possederunt Israelitæ.

A *Et partem montis, quæ ascendit Seir.* Iste est alius mōs, quem Israelitæ acceperunt, & est in latere meridiano terræ Chanaan versus lateris orientalis confinia: nam iste mons ascendit in Seir, idest in Idumęam, sed Idumęa est ad partem meridianam terræ Chanaan circa latus orientale, cum sit Cadesbarne in confinio Idumęę, vt patet Numeri. 20. & Cadesbarne est in latere meridiano terræ Chanaan apud orientem, vt colligitur supra pręcedenti capitulo, & Numer. 34. coniungitur autem Idumæa terrę Chanaan apud Bethoron, quę est vrbs terræ Chanaan, & est Bethoron inferior, vt patet in libro de Descriptione terrę Sanctę, & dicitur de parte montis, qui ascendit Seir, quia erat aliquis mons magnus cuius pars quædam erat pertinens ad

B terram Chanaan, & alia pertinebat ad Idumęorū terram, sicut in multis terris nunc est, quòd aliqui montes, vel colles partim pertinent ad vnum regnum, & partim ad alterum, & Israelitæ acquisiuerunt partem montis pertinentem ad Chananęos. De parte autem pertinēte ad Idumęos nihil acceperunt: iusserat. n. dominus, vt nequaquam mouerentur in pugnam cōtra Idumęos, quia non daret illis vestigium pedis saltem de terra eorum, vt patet Deut. c. 2.

Vbi litera nostra dicit. *Partem montis.* Est litera hebraica aliqualiter ęquiuoca, quia potest dici, & partē montis, vel montem blandum, siue lenem, & in isto secundo sensu magis accipiunt Iudęi moderni, vt cōmuniter. & dicunt, quòd vocatur mons lenis per contrarium, quia in eo erant durissimi lapides. Et tunc nō

C erit sensus, quòd partem montis acceperint, sed montem, scilicet totum. litera tamen nostra rationabilius posita est, quia dicitur, quòd iste mons ascēdit in Seir, sed de monte ascendente in Seir non poterant Israelitæ accipere totum mōtem, sed partem eius, cum de terra Seir nihil acceperint Iudæi.

Vsque ad Baalgad. Nomen terrę est Baalgad. Et nō debet coniungi literæ superiori, idest totam partem montis, quę extenditur vsque ad Baalgad, nam mons cū ascendit in Seir a terra Chanaan declinat a septentrione in austrum, quia magis est meridiana terra Idumęę, quam terra Chanaan, cum coniungatur ei a latere meridiano, ideo mons cum magis introierit in terram Seir magis tēdit in meridiem, sed Baalgad est Situs Baalgad.

D magis septentrionale, quam tota terra hęc, cum sit ad radices montis hermon, & libani: & isti montes sint in latere aquilonari terrę Chanaan, vt colligitur Numer. 34. & Deuteronom. 3. c. & 4. Sed debet incipi hic sententia continuata clausula, scilicet, quòd ceperunt Israelitę montem, qui intrat in terram Seir, & ceperūt totam terram, vsque ad Baalgad, quę est quędam regio, vel locus in latere septentrionali terrę Chanaan. Et hoc est verum accipiendo a parte orientali, vsque ad Baalgad. Nam ab occidente vsque ad Baalgad non fuit capta terra a Iudeis, vt patet infra 13. c. & ponitur Baalgad, tanquam aliquis terminus medius in latere septentrionali, & pars relicta versus orientem, scilicet versus mare Ceneroth, quod est in extremitate aqui-

E lonaris lateris ad orientem erat capta a Iudęis, reliqua autem, quę tendebat a Baalgad versus occidentem, non erat capta a Iudęis, & patet hoc infra 13. vbi ponuntur, quę non erant capta de terra Chanaan. Et cum posuisset de terra quinque regulorum Philisthinorum, qui erant ad occidentalem partem in coniunctione ad latus meridianum, subiungit de terra, quę erat a Baalgad, & incipit computare versus occidentem, scilicet a Baalgad, vsq; ad Emath, & inde ad omnes Sidonios, & ibi finit. Sidonii tamen sunt apud mare occidentale: ergo Baalgad est terminus a parte oriētali concludens terram, quæ non capta erat relicta versus occidentem,

Per

Per planitiem Libani. Mons libanus est altissimus, hic tamen dicit planiciem libani, quia libanus dicit quandam magnam terram in latere septentrionali terræ Chanaan, & quædam partes sunt montuosæ, & aliæ planæ, & illarum partium montuosarum quædam habent nomen speciale montium, & quædam earũ vocatur Hermõ, & peruenit vsque ad partem orientalẽ terræ Chanaan per latus septentrionale. Et tunc cum planicies illa, quæ est apud mõtem Hermõ pertineat ad montem libanum dicetur esse planicies libani, & tamen quia est ista planicies apud partem illam montuosam libani, quæ vocatur hermon, dicitur esse ista planicies libani sub hermon, vel apud radices hermõ. Et hoc etiam conuenit, quia dicitur infra 13. ꝙ multi habitant in monte libano: si autem esset mons altissimus. nemo in eo congrue habitaret, potissimũ quantum ad magnas vrbes, q̃ esse non possunt conuenienter, nisi in locis planis, aut campestribus.

Libanus mons altissimus qualis.

Si autem aliquis dicat, ꝙ dicebantur habitare isti in planicie libani. i. in quadam planicie, quæ est apud radices libani. Non stat, quia tunc etiam dicerentur habitare in planicie hermon, cum ista planicies sit ad radices hermon, vt patet hic cum dicatur ista planicies esse subter montem hermon, & infra 13. dicitur ad radicem hermon, vbi agitur de hoc.

Item quia dicuntur morari aliqui in mõte libano, vt patet ĩ. 13. & nõ dicunt̃ habitare in monte hermõ: si tamen mons libani diceretur planicies, quia sub ipso esset, non magis dicerẽtur habitationes esse in mõte libano, quam in hermon, sed non conceduntur aliqui habitare in hermon: ergo accipitur libanus large pro magna terra, cuius partes quędã montuosę erãt, alię autẽ planę, & in istis planiciebus habitabant multi populi. *Omnes reges eorum cepit, percussit, & occidit.* Idest omnes reges terrarum istarum: nullus enim fuit, qui vel in bello, vel in vrbe sua non caperetur. Percutere, & occidere ad idem pertinẽt: non tamen innuitur in hoc, ꝙ quilibet istorum regum vulneribus periret: nã quidam eorum sine vulneribus corruerũt, sicut quinque reges suspensi, de quibus supra præcedenti c. De ista terra, quæ capta est, considerandum est, ꝙ tota terra capta est pręter partes quasdam expressas infra 13. & Iudic. 3. ista autem terra sic erat disposita, ꝙ solum latus orientale terrę Chanaan captum est non manẽte ibi aliquo loco Chananæorũ, & in toto latere meridiano nihil mansit, quod non caperetur ab Israelitis. idem de latere septentrionali, vsque ad frontẽ occidentalem. frons autem illa non fuit capta, sed mansit ibi in terra Philisthinorũ diuisa in quinque regulos, & incipit a latere meridiano in extremitate. s. a flumine turbido, quod irrigat Aegyptũ versus aquilonem, & consummatur in ciuitate Acharon, vt patet infra 13. Est etiam ibi in parte occidentali tota terra Tyri, Sidonis, quę capta non fuit, & est iuxta mare, sed ibi magis extẽditur pars terrę. s. in latere aquilonari apud montem Hermon vsque Baalgad: tota autem reliqua terra mansit sub potestate Israelitarum. *Multo tempore pugnauit contra reges istos.* i. quamquam supra dicatur, ꝙ vno impetu capta sunt omnia, quę supra habentur: tñ non fuerunt simul capta, vel in pauco tẽpore, sed multo tempore pugnando. nam postquam pugnauit contra reges istos multos Israel ad aquas Meron, pugnauit singulariter contra quẽlibet accipiendo vrbes eorum, & cum iam nõ congrederentur publicè, erat leuius cuilibet regum defendere se intra męnia vrbis suæ. Fuit autem istud tempus magnum minus quam septem annorum, vt declarabitur infra 14. *Non fuit ciuitas, quæ se non traderet filijs Israel.* Multę manserunt ciuitates, quę non se tradiderunt Israelitis, viuente Iosue, nec eo mortuo magno post tẽpore. De vita eius

F patet infra 13. vbi ponitur terra, quę non subiecta fuerat Israelitis ipso inueterato. etiam post mortem eius mansit eadem terra, vt patet Iudic. 3.

Ideo aliqui, vt Nicolaus exponunt, quòd non fuit ciuitas, quæ se non traderet Israelitis hyperbolicè, q̃a quamquam multæ manserint, cum plurimæ traditę fuerint, dicuntur non mansisse aliquæ vrbes, sicut eũtibus multis ad spectaculum dicitur, ꝙ tota ciuitas illuc vadit. Sed magis est sensus literę propinquus, ꝙ non fuerit aliqua ciuitas, quæ se non traderet referendo ad id, quod dictum est: nam ponebatur supra terra tota, quæ capta fuerat ab Israelitis, & de hac dicebãt, ꝙ non fuit ciuitas, quæ se non traderet Israelitis. Et satis patet sententia ista cum ante hoc posuerit terminos terræ captæ, & quia de omnibus locis sub illis terminis clausis verum est, ꝙ capta fuerint: est verum, ꝙ non fuit ciuitas, quæ effugeret manus Iudæorum. Et iste sensus est necessarius, quia quandocunque litera potest stare propriè, quòd reducatur ad modum figuratum, aut improprium, error est. Sic est de propositione vniuersali, quia ipsa propriè stat distributiuè pro suppositis omnibus: cum autem reducitur ad hyperbolem stat extra naturam vniuersalitatis. s. pro multis. Quandocũque ergo potuerit stare pro omnibus suppositis, & reducitur ad hyperbolem, error est. Sic est hic, quia potest stare vniuersaliter propriè, vt declaratum est.

Nicolaus refellitur.

G

H *Præter Heuæum, qui habitabat in Gabaon omnes bellando cepit.* Tollitur hic dubium, quia cum dictum fuit, quòd non erat aliqua ciuitas, quæ se nõ traderet filiis Israel, crederetur, ꝙ sponte faciebant. Et respondetur, ꝙ faciebant necessitate compulsæ: nam ipsę non tradebãt se, sed magis Iosue eas pugnãdo capiebat, & hoc, quia videbant Chananæi nullam sibi salutis spem esse si Iudęis se traderent, cum eis non esset fas aliquo interposito pacto quemquam de Chananæis saluum permittere: nam multi se tradidissent sine bello siquid profecisset: ideo gloriosius eis erat viriliter pugnando pro seipsis, & patria commori, quam tradi in manus hebræorum. facilius quoque erat eis pugnando, & percutiendo hostem mori cum actio, & reactio esset, quam si solum ad mortem certissimam se exponerent manibus hebræorum: potissimum, quia pugnando fortassis effugere possent mortem, vt si fugientes de bello in aliam tenderent regionem: tradendo aũt se manibus hebręorum nullus erat euadendi locus.

I

An Chananæi peccauerint pugnando contra hebræos, vel fouerent iustum bellum. Quæst. II.

QVAERET aliquis circa hoc, an Chananæi iustum fouerent bellum, vel peccarent pugnando contra Iudæos. Aliquis dicet, quòd peccabant inferendo bellum Iudęis, quia si aliquis pugnat pro re non sua contra dominum rei peccat. Chananæi autem erant huiusmodi, quia Deus tradiderat terram illam Israelitis: ergo pugnando cõtra eos pro terra peccabant. Ad hoc respondendũ est, ꝙ Chananæi pugnabant cõtra Israelitas pro duobus. s. pro defensione vitæ, & pro tuitione patriæ: nam Israelitæ ingressi fuerant in terram Chananęorum, & inquietabant eos ad mortem, nec solum pro acquisitione terræ, vt eam suę ditioni submitterent, sed etiam vt Chananæos delerẽt: nam quamquam Chananęi, vellent subiici Israelitis, in tributarios relicta eis patria, vel effici serui eorum, non donabatur eis vita, & dato ꝙ vellent totaliter sedes relinquere in aliam terram profecturi incolumes non sinebãt, sed quoquo modo eorum sanguinem effundere volebant. Hoc dato cum quęritur, an peccarent Chananæi pugnando cõtra

K

tra Israelitas. Respondēdum est, ꝙ aut pugnabant ad vitæ tuitionem, aut defensionem patriæ, si primo modo dicendum est, ꝙ non peccabant defendendo se ab Israelitis, & occidēdo Israelitas si possent. Nam in defensione est generale, ꝙ nemo peccat defendendo se a morte si sola defensio sit. Pro quo sciendum est, ꝙ ille, qui se defendit, aut solum se defendit neminem īpugnando, aut aliquem impugnat, vt se defendat, ut quia non posset se defendere, nisi aliquem impugnaret. Si primo modo semper est licitum se defendere, siue ille, qui se defendit, mereatur mala pati, siue non mereatur. Si non mereṫ mala pati, manifestum est, ꝙ siue a iudice se defendat, qui iniuste condemnare vult siue a parte alia nō peccat. Immo siquis potens se defendere nulla mala meritus permittat se mori, cum se posset honeste defendere, peccat: ipse. n. hostis suus, & homicida est. Si aūt non mereret mala, & a falsis testibus cōuincit. si non pt se liberare honeste, ꝑmittēs se mori non peccat, qa nō est in ptāte sua, an moriat: sed a iudice pēdet, & testibus. Et si forte iste posset effugere mortē per aliquem modum inhonestum, & effugeret, q̄quam nō mereret mortem, peccaret. Vtpura probatū est per testes, ꝙ iste occidisset Platonē, ꝙ est falsum: ipse poterit elidere istos testes si ꝑ alios testes firmiores, vel quibus magis credi debeat probet negatiuā indirecte. s. ꝓbando, ꝙ erat in alio loco distāti inde satis tpe, quo testes deposuerunt occisionē fuisse factā: & sic liberabit. Si tñ isti testes, quos inducit ad ꝓbandā negatiuā īducunt ad deponendum id, qđ nesciunt precibus, vel pecuniis huius conuicti, q in veritate īnocēs est: inhonestus modus liberationis a morte est, iō peccat mortaliter si corrumpat testes, vt deponant ꝯ conscientiam ad liberandum eū, sed potius dēt oīa mala pati, q̄ malo consentire, qa nō sunt faciēda mala, ut bona eueniant, ut patet ad Ro. 3. c. quicunque tñ modus honestus licitus est. Si aūt aliquis non iudex velit iniuste nocere, defensio quæ sine īpugnatione est iusta est: immo interdum necessaria, ut cum qs nos occidere, vel mutilare cupit, si. n. hæc videntes non cauerimus, idem est ac si parietem ruentem conspiciētes inde fugere negligamus. Si aūt qui se defendit non pugnando defendat se a pęna, q̄ ei iuste infligi pt, vt quia fornicatus est cum vxore alterius, uel furatus fuit, & vult se defendere non impugnando, sed fugiendo, aut alio quouis modo non nocendo persequenti: aut iste, qui persequitur est persona priuata, vtpote, ꝙ dn̄s rei, quam furatus sum, aut furari intendebam, aut aliqui nomine eius me persequūtur ad mortem non iudiciarie, sed manu sua, qui furatus est, si fugiat, ne occidatur, non peccat, immo si putaret se posse saluari fugiendo, & non fugiat expectans, ꝙ eum occidat aduersarius, aut permittens se occidi peccat mortaliter, & ipse homicida atq; hostis suus est. Eodē mō si aliquis adulteratus est cum vxore alterius, & superueniens vir occidere vult męchum, si fugere possit & non effugiat mortem fugiendo, peccat mortaliter ꝑmittens se occidi. Si aūt ille, qui persequitur ad mortē eum, qui meretur. s. furem, vel adulterum sit iudex, si potest se fugiēdo defendere, & fugiat, non peccat, qa naturale desiderium est conseruare vitam, quicunq; autem agit per naturæ inclinationem, si non agat contra aliquam legem non peccat, nulla tamen lex est, q̄ vetet eos, qui deliquerunt antequam sint in potestate iudicum, fugere.

Est tamen differentia in isto casu a superioribus, qa licet isti sit licitum fugere mortem fugiendo, tamen non peccat si non fugiat eam: vt si expectauerit iudicē qui eum secundum legem capite plecti faciat, quia in remissionem delictorum potest iste iuste desiderare, vel magis permittere, ut in eo pęna legis exerceaṫ

A ab illo, qui tanquam distributiuus iustitię, & persona publica hoc efficere pt. rō diuersitatis a superiorib. est, qa cum dn̄s rei furto acceptæ ꝓsequiṫ furem ad occidendum ēt relicta re, vel iniuriatus ꝓsequiṫ iniuriatorē, non ꝓsequiṫ, vt distributor iustitię, sed vt hostis ex ira: nō mors illa iniuste infligeret ex parte inferētis. cū tñ aliquis honeste effugere pōt mortē iniustā, & non fugit, peccat. si aūt iudex ꝓsequaṫ furē ad mortem, & ipse potens fugere ꝑmittat se capi, vt exerceatur in eo pęna legis, non fugit mortem iniustam, sed iustam, cū iudex sit persona publica, & positus vt distributiuus iustitiæ, & competit ei ius distribuendi pęnas reis ſm legē, & sicut ęgrotus duras pharmacias sustinet, ut graues morbos effugiat, ita iste desiderio relictæ uirtutis, aut expiādæ īiquitatis iuste se ꝑmittet pęna legis mul

B ctari. Dr̄ aūt ꝙ illicitum sit sustinere mortē iniustā, cū mō quocunq; honesto effugere pt. nā interdū non solum nō est iniustum pati mortē iniustā, vel expectare, sed ēt necessariū est: ita ut si eā effugerimus pctm̄ sit. sicut cū nō pōt haberi modus honestus ad euitandā eā vt mors illata martyribus ab infidelibus pro fide Christi iniustissima erat. ipsi tñ peccassent mortaliter, si subticerent nomē Christi ad mādatū ipsorū infidelium quamquā non cogerenṫ colere idola, aut nō occiderenṫ. & hoc qa illicitus modus effugiendi mortē erat subticere nomē Christi ad mādatū infideliū, posiquā semel captus esset ab infidelibus ob hanc cām: secus si aliqui christiani, qui prius publice confitebanṫ adue

C mente magna ꝑsecutione se abscondāt, uel fugiāt, vel pn̄tes nomen Christi subticeant, quia de his nō pt diffiniri sicut de his, q semel capti, vt nō occidanṫ, ad mādatū infidelium subticent nomen Christi, qa isti cū ꝓceptis infidelium pareant, vnr aliquid infidelitatis hr̄e licet nō hēant. & ꝙ ꝑmittant talia de se apparere huiusmodi dātes exemplū pctm̄ est: & potius deberent mala pati, quam consentire huic malo. Qui aūt metu ꝑsecutionis urgentis subticent, non quia eis noīatim iussum est, nō dant huiusmodi exēplū, iō nō est necesse, ꝙ dicamus eos peccare, cū ex infirmitate a morte ī iusta per huiusmodi taciturnitatem se defendant. Cōtra id, ꝙ dicebaṫ, aliqs obiiciet. s. ꝙ siqs furatus fuisset, vel adulteratus, & dn̄s rei ablatæ ꝓsequaṫ ad mortē furē, vel uir vxoris adulteræ mœchū, & possit fugiendo liberari a morte, & fugere nolit sustinens mortē pec-

D cat mortaliter. nā sicut iudex pt infligere furi mortē iustam, & adultero, & non fugiendo cum saluari posset, sed expectando iudicē non peccat, expectando virum cum cuius uxore adulteratus est, & occidatur ab eo, quamquam fugiendo posset liberari non peccabit quia pōt ei infligere iuste mortem. patet quia sicut iudex habet auctoritatem a lege distribuendi pęnas, ita vir, cuius vxor adulterata est, habet auctoritatē a lege occidendi adulterum, & mœcham simul repertos, ut patet digestis de adulteriis ī lege Gracchus. Rn̄dendū est, ꝙ si adulter fugere possit, & non fugiat ꝑmittens se occidi indefensus, peccat mortaliter. Cū arguitur ꝙ licet uiro cuius adulterata est uxor hoc facere, rn̄dendum est, ꝙ non data est uiro huic auctoritas iudicandi, & distribuendi pęnas in hoc crimine sed ꝑmissum

E est ad duritiem cordis nostri, & ad horrorem criminis, ut hoc facere posset talis vir: esset enim męstissimum si uiro reperienti vxorem sic cum alio turpiter agentem non liceret percutere utrunque. dedit ergo lex potestatem uiro uindicandi huiusmodi scelus propter dolorem magnum tam grauis iniurię. vnde ī pręallegata lege Gracchus dicitur de illo, qui virū occidit repertum cum vxore sua, ꝙ tam iustum dolorem tolerare non potuit. Non est autem bonum simpliciter, ꝙ iste seipso vltionem de hac iniuria expetat: lex tamē permisit ex prædicta cā, sicut ꝑmisit Deus in lege

lege Mosaica,ꝙ daretur libellus repudij, & ꝙ darentur pecunię ad vsuram,ut patet Exo.24.& tamen non erat bonum secundum se, sed ad duriciem cordis iudæorum permissum est,ut patet Matth.19.ca. ita non est bonum,ꝙ uir sic reperiens vxorem suam, vtrunq; occidat,quãquã lex permittat,rectius.n.ageret, si non occideret eos:iō nō est iste,ut iudex, nec mors īflicta adultero ab hoc est vt a iudice,sed magis, ut ab hoste. Itē nō est iste, ut iudex,quia iudici ptās iudicādi mandata est in puniendo & absoluendo,huic aūt nō ē mādata,sed permissa auctoritas vindicādi. & ꝯria accidūt in iudice q̄ in eo,qa iudici est necessitas puniendi delicta probata corā ipso, & notoria,q̄ ad officiū suum expectāt. expugnare huic aūt viro, cuius ē vxor adultera ta,nō īest necessitas puniēdi,sed liberū ē,qd velit agere. Itē iudex cū delicta punierit meret̄ valde apud Deū qui aūt occidit vxorem,& adulterum simul repertos q̄q̄ lex humana permittat,apud Deum securus nō est sed magis peccat, quia id ex iracūdia facit.Item iudex si neglexerit punire delicta notoria,aut ī iudiciū deducta & probata,peccat grauiter,vir aūt reperta vxore cū adultero si non occidat eos manu sua valde meretur toleratione huius grauissimi doloris,non est igitur,ut iudex.Item,qui fornicatus est cum vxore huius si occidat̄ ab eo,non occiditur vt a iudice, sed vt ab hoste, qa non persequit̄ adulterum ad mortē aīo distribuendi iustum,& corrigendi scelera, sed durissimo stimulatus dolore. Siquis igit̄ expectauerit ab eo occidi cū potuerit fugere,peccat.Si aūt defensio a morte nō sit sola fuga, sed ad defensionē oportet esse impugnationē,est distinguendum, ꝙ aut defensio est actu iudiciario in verbis,vel quacūq; via iuridica, aut est defensio p̄ imaginationem bellicā,in qua sępe occisio aut mutilatio sequit̄,de qua posterius dicet̄. si aūt sit defensio per viam iuris,aut defensio erit in cā, ī qua meremur mortē,aut nō:si nō mereamur mortē, tunc aut defendimus nos ꝯ partē male,aut calūniose accusantē, aut ꝯ iudicē inique sentētiantē.Si ꝯ partē calūniose accusantē licitū est defendi,& si non defendimus nos,mortal'r peccamus,& hoc si possumus honeste nos defendere.secus si aliquibus modis iniquis, quia tūc sancti⁹ est mortē iniustā tolerare, quā aliqd illicitū cōmittere,vt ponebat̄ s.exemplū de eo,q per falsos testes conuincit aliquē reū mortis,qa iste posset interdū ꝑ testes corruptos probare indirectā negatiuā, licet aliqñ vere ꝓbari p̄t. Det̄ tñ casus,in quo nō p̄t ꝓbari nisi ꝑ testes corruptos, potius dēt eligere mori inique cōdēnatus, quam ab iniqua morte iniqua eripi probatione.Si aūt iudex sit,qui ꝯdēnauit iniuste grauādo,& īponat mortis sñiam,si nos innocentes,& potētes ꝓbare iniquitatē sñię nō appellemus, nec prosequamur ꝑmittentes succūbere sñiæ illi iniquæ,mortal'r peccamus.Secus si ꝓbare nō possumus iniquitatē,aut credimus nō posse ꝓbari,quāquā probabilis sit,qa tūc inuiti morimur. Et hoc dūtaxat si ꝓbatio sit ꝯueniens,nā corruptis testibus,aut corrūpendo iudicem superiorē, ad quē appellatū est,nō licet nobis eripi a morte iniusta,sed peccamus,si hæc fecerimus.Nec obstat, si accusator se īscripsit ad talionē, & si nos ꝓbauerimus eū calūniatū fuisse,plecteret̄ capite, nā potius eligendū est, ꝙ ipse iuste moriat̄,quā ꝙ nos iniuste subigamur morti: idē si iudex,qa iniuste ꝯdēnauit, pęna aliqua plectendus foret,nam eligendū potius est ipsū, quā nos puniri.Si aūt in cā,in qua mortē meremur, qs nos ad mortem ꝓsequat̄,& iudiciariè experiendum est,aut defendere mus nos aliquo mō illicito,vt corrūpendo testes ad ꝓbandā negationē indirecte,vel corrūpendo iudicē, & tunc sp̄ est illicita defensio, & mortaliter peccat̄, nec solū si iniquā foueamus litē,sed ēt si iustissimā fouere mus cām modis his defendi nō liceret.Si aūt sit defē-

F sio ꝑ solā negationem veritatis,utpote qa aliqs criminaliter me accusat,& ego nego ꝙ dr̄, si ipse ꝓbare nō p̄t,peccaui negādo,nā magis eligere debeo mori concedendo veritatē,quā effugere mortē ꝑ mendacium, & peccat̄ dupliciter.primo, qa negat̄ veritas ꝑ mēdaciū,& est mortale,scd̄o,qa induco accusatorē ad mortem iniustā,qa f̄m conditionē accusantiū de crimine forte subscripsit se ad talionem,& qa succūbit in ꝓbatione,capite plectet̄,q aūt veritatem negat, īducit istā mortē,quia si ꝯfiteret̄ veritatem, non occideret̄ accusator.Est adhuc grauius,si reus subtrahat actori agenti criminaliter copiā probationis,qa tūc facit succūbere inscriptū ad talionē,& mori. & non morit̄ tunc accusator culpa sua,sicut prius cū sufficientes nunc hēat probationes,nisi alius dolose subtraheret. Idē ꝯ iudicē

G est,siquis velit appellare in criminalibus a sñia, quam credit iuste latā,& notorie est iusta,peccat mortaliter vel q̄uocunque ꝯ eum iudicialiter agendo. In causis, q̄ sunt pure ciuiles adhuc magis ē hoc.s.ꝙ siquis sciēs se iniquā fouere litem, siue iurauerit de calūnia, siue non sp̄ peccat mortaliter se defendendo,quia mentit̄ & quia iniuste vexat alterum litigatorem. Cum dictū sit de eis, qui fugiendo, siue uia iuridica euadere p̄nt mortem antequā capiant̄,dicendum est de his,q effugere p̄nt mortē fugiēdo postquā capti sunt, utpote si quis capiatur occidendus,& effugere possit, an licitū sit effugere,& an aliqñ peccatum sit non effugere.Et respondet̄,ꝙ aut meretur mortem, qui capitur ad occidendum aut non,si non mereatur mortem, aut ca-

H pitur ab aliquo,qui est iudex,aut a non iudice,sed persona priuata uolente nocere.Si secundo mō dicendū est, ꝙ sicut antequā caperemur licebat fuga:ita licet postquam capti fuerimus,immo si est nobis locus fugiendi,& credimus posse effugere qualitercunque teneamur,& credimus,ꝙ non fugiendo moriemur,peccamus mortaliter ex cā ibidem posita si non fugiam⁹. Si autem aliquis iudex nos tenuerit,& credimus ꝙ occidere uelit, siue quia iniquus est, & sitit sanguinem nostrum,siue quia testibus falsis conuicti sumus, aut tenet in custodia reorum, aut tenet manibus suis, vel aliquis coram ipso tenet.Si secundo modo credamus posse effugere,& saluari, peccamus si non fugiamus, quia spernimus uitam nostram, quam saluare posse-

I mus nulli iniuriam inferentes.Si vero in custodia reorum ponamur,aut custodia illa est commissa alicui,q teneatur pro fugitiuis ad pęnam, quam ipsi tenebantur,aut sub nullius huiusmodi obligatione est.Si secūdo modo licitum est fugere si credamus posse saluari īmo peccamus si non fugerimus. Si primo mō custodia reorum commissa sit,vel aliquis captus alicui sine publica custodia sub dicta pęna ad custodiā datus sit, peccat mortaliter qui de custodia fugit, quamquam sciret se capite plectendum,& innocentem:quia facit quod ille, cui custodia commissa est,moriatur innocens,sed melius est,ut ego innocens moriar, quam faciam alium mori innocentem,vel causam prestem,vt

K moriatur.

Si autem qui captus est meretur mortem,aut capitur a persona priuata,uel a iudice. Vtpote si fur, uel adulter,aut occisor capiatur, si primo modo licite fugere potest,vt non occidatur manibus hostilibus: immo si data opportunitate,qua credit fugiendo posse saluari non fugiat permittens se occidi,peccat mortaliter.Quod patet quia quamquam huiusmodi captus mortem mereatur,capiens tamen, qui eam infligere vult non potest iustam infligere mortem, cum non habeat auctoritatem infligendi, qui tamen permittit sibi mortem iniustam infligi, potens eam honeste euitare, peccat, quia contemptor vitæ est, & ipsemet homicida sui.

Si

Si aũt capiatur a iudice distinguendum est supra. Et si dicamus, ꝙ de manibus iudicis effugit, vel de præsentia eius: cũ ad nullum ꝑtineret custodia illius, nõ peccat, quamquam mereaẗ mortem, quia non obligatur velle, ꝙ in eo fiat executio pęnarũ ſm legem, cũ hoc ꝑtineat ad ꝑfectam charitatẽ, iõ cũ fugerit metu pęnarum, dũ tñ fugiendo nemini noceat non peccat, nisi forte fidẽ dederit de nõ fugiẽdo, qa tunc siue iuste teneaẗ siue iniuste peccat, si mortẽ fugiẽdo effugerit. Si aũt sit mãcipatus custodiæ reorũ publice, vel alicui ꝑsonæ priuatæ ad custodiendũ cõmissus, & ex fuga eius, nemo lędiẗ, nõ peccat vt in casu superiori. Et tñ differunt isti casus a supiorib. qñ aliqs iniuste tenebaẗ, qa ibi erat licitũ fugere, & si nõ fugeret peccabat: hic aũt licitũ ẽ fugere, tñ si nõ fugerit, nõ peccat, ĩmo valde mereẗ, q data opportunitate fugiẽdi nõ fugerit. Cã diuersitatis ẽ, qa ꝙ velim recipere mortẽ iustã ẽ obedire iusto. nã volẽdo id ꝙ iustũ est nõ peccamus, sed lex iuste nos punit cũ meruimꝰ, ergo velle iustũ illud nõ ẽ malũ, sed magis ꝑtinet ad ꝑfectã virtutẽ, & q uolũtarius ĩ hoc est magnã partẽ satisfactionis debitę ĩ purgatorio ꝑ hoc aufert. In morte iniusta secus est, quia si cui nõ est iusta mors, q̃ inferẗ: ita nõ est iustũ, ꝙ illam velimus cũ sit honestus modus effugiendi illã; nec vllo mõ in mortẽ illã nobis sic illatam ꝯsentiẽdũ est. Si aũt, q captus est teneẗ ĩ custodia publica sub obligatione eius, q hẽt custodiã ꝓ quolibet fugitiuo, aut teneẗ ĩ aliqua custodia priuata sub simili obligatione alicui, q inde fugerit mortaſr peccat, qa reũ mortis ꝯstituit eũ, q ĩnocẽs ẽ. Si aũt defensio nr̃a sine ĩpugnatione fieri nõ põt, vt si qs me occidere cupit, si fugiẽdo defendi nõ possũ, qa in ꝑsentia hostes sũt, defensio sola manet ꝑ ĩpugnationẽ. & tũc aut est defensio ista, cũ meremur mori, aut ꝑcuti, aut cũ nihil mali meruimus. Sic secũdo mõ aut qs defendit se aperte, aut a iudice, si a ꝑsona priuata dicẽdũ est, ꝙ lꝫ nobis defensio ꝑ ĩpugnationẽ, & si nõ possimus nos euadere mortẽ, q̃ ipse hostis infligere vult, nisi occidendo ipsum licitũ est occidere, ĩmo si nõ occiderimus, & ꝑmittamus nos mori ne illũ occidamus, peccamus. Cauendũ tñ est, ꝙ q defendendo se occidit alterũ nõ ꝑstet ipse cãm ad occidendũ alterũ, vel ad necessitatẽ hãc. s. ut alterũ cogatur occidere, & hoc est si forte fugere poterat nõ pugnãs & expectauit, qa tũc si sequaẗ occisio, non penitus caret culpa occisor. Itẽ dẽt attendi, ꝙ tutela sit inculpata s. ꝙ nõ magis, qs ꝯ aliũ pugnet, q̃ ad defẽsionẽ suã sufficit. nã si quis potẽs se defendere ab inuasore ĩpellẽdo, & nõ vulnerãdo, & vulneret, culpa nõ caret, vel si vulnerando poterat se tueri non occidendo, nõ vocaẗ inculpata tutela si occidat, & occisores huiusmodi quãtum ad aliqd coram Deo rei sunt. Sed interdum circa hęc locus nõ patiẗ hr̃e consilium, & tunc aut totaſr dimittiẗ agẽti, aut quantũ ad aliqd culpa diminuitur.

Si aũt iudex capere velit nos nihil male meritos ad mortem, ita ut timeamus, ꝙ si capimur moriemur, vt pote, qa falsis testib. cõuicti sumus, & iudex velit nos capere ad infligẽdam pęnã legis, si nõ possimus aliter euadere, nisi ĩpugnãdo, & vulnerãdo iudicẽ non licet nobis pugnare, sed magis tolerare dẽmus capi, & mori. cã est, qa potius dẽmus mala pati, quã mala agere: sed resistendo ibi iudici infligendo vulnera, vel alia dãna ad defensionẽ ĩiustũ agimus melius ergo erat mortem iniustã subire. Patet qđ dr̃. quia iudex, qui vult tenere eũ, qui denunciaẗ sibi vt reus criminis, vel qui cõuictus est testibus, siue veris, siue falsis, iuste agit, quia cõpetit sibi ex auctoritate legis, & officio suo, nec solũ cõpetit, sed ẽt incumbit ei ex necessitate, intantũ, ꝙ si reos criminis notorietate facti, vel probatione negligat inquirere, & comprehendere, mortaliter peccat, ergo cum conaẗ cõprehendere aliquem huiusmodi

A iuste agit, si ergo ipse, qui cõprehendendus est a iudice ad mortem, iudicem defendendo se vulneret, ne capiaẗ peccat mortaliter, quia iuste agenti iniustã infligit offensionem, omne autem iniustum peccatũ ẽ. cã aũt diuersitatis est a superiori, quia cũ aliqua persona priuata me nihil meritũ occidere vult, vel tenere ad occidendũ, iniuste agit, cum non habeat auctoritatẽ faciendi hæc: iõ si ego noceo ei uolenti me occidere, nõ noceo alicui iuste agenti, sed iniuste agenti: & hoc mihi licet. Si aũt ego defendere me uelim impugnando alium cum mortẽ mereor, vtpote quia furatus sũ & dñs rei ablatæ etiam post ipsam rem dimissam persequiẗ me, vt occidat, vel si me adulterantem cũ vxore sua inuenerit, tunc distinguendum est, quia aut per

B sona priuata cui dãnum illatũ est me ꝑsequiẗ ad mortem, uel iudex: si iudex fuerit dicendum est, ꝙ nõ licet criminoso se defendere a iudice impugnando, iõ si ĩpugnauerit, & percusserit, vel occiderit reus est, ac si aliter percussisset, vel occidisset, & nõ solum hoc sed etiã sola impugnatione mortaliter peccat, etsi mors, vel occisio inde non sequantur. Qđ patet, nam si non licet mihi pugnare ꝯ iudicem defendendo, cũ nõ merui quidquã mali: multo minus licebit, cum meritus sum capi, & puniri. Si aũt defensio sit ꝯ personam priuatam, utpote ꝙ aliquis aliũ adulterantẽ cũ vxore sua reperit, vel intra domum ad furãdum, & ipsum occidere velit, licet meritus sit, tñ licet ei defensio ꝯ impugnatorem, & nõ solũ fugiendo, vt s. dictũ est, sed ẽt ĩ-

C pugnando. Et si aliter se defendere nõ ꝑt nisi occidẽdo inuasorẽ, nõ peccauit, licet peccauit ingrediẽdo ad furãdũ, vel adulterandũ, immo si ꝑt se defendere occidendo alterum, & permittit se occidi, ne occidat alterum, peccat mortaliter, cuius cã est, quia nullus dẽt ꝑmittere mori iniuste quandiu euitare ꝑt honeste, alioquin ipse seipsum occidit, sed cum persona priuata velit occidere furem captum in domo, vel adulterũ nõ iuste occidit, quia non est ipse iudex, cui cõmissa sit distributio iustitiæ, sed tanquam hostis agit uindictam appetens, ideo omnis talis mortis illatio iniusta est. nõ debet ergo aliquis permittere se taliter occidi. & cum taliter peccans impugnat inuasorem, ne eum occidat impugnat agentem iniuste, & hoc non est malum. Et si dicas, ꝙ iste mereẗ mortem, ergo si alius eum occidere uelit, debet tolerare, vel saltem non debet impugnare vulnerare, aut occidere inuasorẽ, ne moriaẗ.

D Respondetur, quia licet iste mereatur mortẽ, non tñ mortẽ, quã ĩferre vult illa persona priuata, quia mereri aliquam mortem, aut esse reũ criminis, & teneri hac pęna, vel illa ex lege est, & nõ ex natura rerũ, ita & hr̃e auctoritatem infligendi pęnam a lege est. s. in illo cui daẗ potestas distribuendi iustum ſm legem: mors autem, vel pęna quæcunq; irrogata a persona priuata est præter auctoritatem legis, iõ nõ meretur quisquã criminosus talem mortẽ, quia nihil est per ꝙ mereaẗ pęnam, aut hanc, uel illam in comparatione ad priuatam personam, patet ergo ex superioribus de defensione qñ licita sit, & qñ illicita, siue sit impugnando, siue non impugnando.

Persona priuata nõ põt inferre pęnam legis, & quare.

E Applicando aũt ad propositum dicendũ est, ꝙ licebat chananæis pugnare ꝯ Israelitas ad defendendam vitam, & erat ista defensio impugnando. non. n. poterant se defendere hic iudicialiter, quia iudęi non agebant iudicialiter, sed bellicose, & ipsi fugiendo non possent forte saluari: sed dato, ꝙ saluari possent non obligabantur dimittere terram suam iudęis, & fugere, ne occiderent eos resistendo illis.

Et sciendum, quod cum chananæi hic se defenderent erat defensio ista, tanquam hominis nullum malum meriti, chananæi enim nunquam ullam offensio nẽm hebræis intulerant, ꝑp quam merrerẽtur puniri.

Nec obstat siquis dicat, ꝙ chananæi fecerant diuersa
peccata, pp quæ erant rei, & merebant̄ perditionem
natalium sedium, & mortem, vt patet Leu. 18. s. oēs. n.
execrationes istas fecerunt accolæ terre, q fuerunt an̄
vos, & polluerunt eam, cauete ergo ne, & vos simili-
ter euomat cum paria feceritis sicut euomuit gentē,
quę fuit ante vos. nam licet peccauissent chananęi ni-
mis, & mererentur quęcunq; mala, & ipsam mortem
ęternam Deo cui peccauerāt, tamē a iudæis nulla ma
la meruerant, quia nihil eos vnquam læserant. Si autē
dicas, ꝙ pro peccatis factis in Deum licebat iudæis oc
cidere chananæos, non stat, quia tunc licuisset iudæis
ꝯ oēs Gentiles pugnare, cum peccarent ꝯ Deum in i-
dolatria, & immundiciis suis, tn̄ non licebat, quia De⁹
vetuit iudæis pugnare ꝯ quosdā de gentilibus. s. ꝯ Am
monitas Moabitas, & Idumęos, vt patet Deut. 2. & si
pugnauissent ꝯ eos peccabāt mortaliter. Item liceret
cuilibet Iudęo pugnare ꝯ alterum, quia quilibet erat
peccator, ꝙ est falsum, nec solum hoc, sed etiam dare
tur quoddam absurdissimum. s. ꝙ cuilibet homini li-
ceret occidere, vel vulnerare alterum, cum sciret eum
peccauisse, sed hoc non solum iniustum, immo, & pę-
nitus irrationabile est: nam ēt cum aliquis mihi iniu-
riam intulerit, in quo est peccatum in Deum, & ī me,
non licet mihi, ꝙ percutiam iniuriantem reddēdo vi-
cem, nisi vim vi repellendo tunc, cum infertur iniuria
Iō non licebat iudæis pugnare ꝯ chananęos solum, qa
peccauissent, cum ergo defendebant se a iudæis, cha-
nanęi erant velut nullum malum meriti, & tunc licet
defensio impugnando, & occidendo inuasorem. Item
cū chananęi defendebāt se a iudęis nō se defendebāt
velut a iudice, sed vt a psona priuata, & hoste, nā iudęi
non erant superiores, vel dn̄i chananęorum, ad quos
spectaret punire delicta chananęorum, vel inquire-
re, an peccauissent, a persona aūt priuata licita est no-
bis defensio impugnando, & si non possumus defen-
di nisi occidendo, licet occidere inuadentem, immo
peccamus, si nos occidi permiserimus, ut s. probatum
est. chananęis ergo licebat defendere se a iudęis occi-
dendo eos, quia aliter defendi non poterant. immo si
non vellent se defendere ab illis permittentes se mori
ne occiderent iudęos, peccabant mortaliter, qa erant
personæ priuatæ inuadentes eos ad mortem nihil me
ritos. Quāquam ēt idem esset si peccauissent, & mere
rent̄ mortem, cum iudęi essent personę priuatæ, qbus
non competebat actus distribuendi pęnas pro pecca
to. Item quia videbat̄, ꝙ iudæi nullam causam pugnā-
di haberent, chananæi autem maximam cām, non so-
lū defendendi, immo ēt inuadendi, qa iudæi nihil ha-
bentes de iure terræ chanaan, occupabant violenter
terras chananęorū. Sed aliqs dicet, ꝙ non licebat cha-
nanæis defendere se a iudæis sed permittere se mori
in manibus eorum velut a iudicibus suis. nam ꝯ iudi-
cem non est alicui licita defensio impugnando, vulne
rando, uel occidendo, siue iste, qui capitur, meritus sit
mortem, siue innocens sit, vt s. probatū est. Qd̄ aūt es-
sent iudæi iudices chananæorum dati ad puniendum
peccata eorū patet, qa Deus uoluit introducere Israe-
litas in terram chanaan a principio generis hebręorū,
cum esset Abrahā in terra illa, & pepigit cum eo dn̄s,
ꝙ daret semini eius terram, & dixit ꝙ primo esset se-
men eius peregrinum quadringentis annis, & postea
in quinta reuerteret̄ generatione in terram illā, & sub
dita est cā quare non daret̄ īmediate terra illa Abrahæ
sed post quadringentos annos. s. nōdū. n. īpleta sūt pec
cata Amorrhęorū vsq; ad p̄sens tp̄s. Gene. 15. Ex quo
vr̄ ꝙ pp peccata erat excludenda gens de terra illa. Cū
vero pctā Amorrhęorū peruenerunt ad cōpletionē,
euomuit terra gentes illas, ut patet Leui. 18. s. Cauete
ne & vos similiter euomat cum paria feceritis, sicut ē-

Non licet alicui pro peccatis ī Deū occidere, uel vulnerare pctōres,

F uomuit gētem, q̄ fuit ante vos. cōsumatis his pctīs ius
sit Deus Israelitis, quos introducebat in terram cha-
nanæorum, ꝙ occiderent oēs neminē relinquentes,
vt patet Deute. 20. & sicut iudex mortaliter peccat si
reos criminis absoluat, vel non occidens abire permit
tat impunes, ita iudæi peccarent, si aliquem de cha-
nanæis vitæ donarēt, ergo iudices delegati erāt a Deo
ad punitionē chananæorum. Ad hoc rn̄dendū est, ꝙ
chananæi licite pugnabant ꝯ iudæos ad occisionē, &
non licebat eis permittere se occidi ab illis, & [illegible] ꝙ
essent iudices dati a Deo ad punitionē criminū chana
nęorū, nō obligabant̄ chananæi obedire eis, qa nō cō-
stabat eos esse iudices, cū hoc manifestis documētis
non possent notificare. nemo tn̄ tenet̄ obedire ei, qui
iudex est, donec ꝯstet eū esse iudicē, sicut nec leges vi
G gorē hn̄t, ēt si conditæ sint, donec per ꝓmulgationē
de eis cōstet. Itē dato ꝙ cōcederent chananæi iudęos
esse a Deo suo missos ad deletionē chananęorum, tn̄
non cogebant̄ confiteri eos esse iudices suos, qa dice
rēt, ꝙ Deus hebræorū nō habuit ptātē aliquid tale de
legandi iudæis, cū ipse ēt non hēret ptātem super cha
nanæos, & ista legitima excusatio uidebat̄. Si vero di-
cas, ꝙ oēs obligabant̄ cognoscere vnum Deū, cuius
cognitio naturaliter inest, ut patet ad Rom. 1. Respon
dendū est ꝙ q̄q̄ obligarent̄ ad cognoscēdum, & cre-
dendū vnicum esse verum Deum, tn̄ non obligaban-
tur credere hunc esse Deum hebręorum, vel Sidonio
rū, aut chananæorum, quia hoc non erat in natura re-
rum insitum, uel magis in populo illo esset Deus, q̄ i
H aliis. Iō sicut legitime ęstimare poterāt chananæi Cha
mos Deum Moabitarum, vel Astharthem Deā Sido-
niorum non esse Deos hn̄tes potestatē super eos, ita
ęstimare poterant de Deo Iudęorum, cum nihil ma-
gis causaret ex natura rerum, donec per miraculorum
operationes aliquid notificaret̄. Itē dato ꝙ ꝯstaret iu-
dęos esse iudices chananęorū, tn̄ non ueniebant nūc,
vt iudices, sed vt hostes, quia hostiliter occupabant
terminos terrę eorum nihil aliud p̄mittentes de iure,
si tn̄ iudex aliqn̄ inuadat aliquem non vt iudex, sed ho
stiliter ut psona priuata, non gaudet ibi priuilegio iu-
dicis, & ita licet ꝯ eum defensio impugnando, occidē
do, & vulnerando, sicut ꝯ quamlibet psonam priuatā.
sic aūt erat de iudęis, qa ipsi non p̄mittebant inqsitio-
I nē criminum vt cōuincerent chananæos sicut necel-
sariū erat in criminib. Sed aliqs dicet, ꝙ crimina cha-
nanęorum erant notoria per facti euidentiam, iō non
egebant accusatione, nec testibus, ut patet extra de ac
cusatio, c. euidentia.

Respondendum, ꝙ quamquā ī notoriis p facti eui-
dētiā, qn̄ nulla rōne excusari pn̄t, nō reqrat̄ apparat⁹
vel ordo iudiciarius, tn̄ requirit̄ sp citatio, & sententia
tio, iudæi tn̄ nihil horum fecerunt ꝯ chananæos, sed
irrumpebant fines eorum. iō poterant resistere eis tā-
quam personis priuatis, quamquam alias constaret eē
iudices. Sed forte dicet aliquis, ꝙ iudæi non debebant
obseruare aliquē ordinē iuris, nec sententiare: quia nō
K erant iudices dati ad cognoscēdum, sentētiandū, & e-
xequēdum, sed erāt meri executores snīę datæ a Deo,
executor aūt merus non sentētiat, nec audit litigātes,
& sic Deus iudicauit chananæos pp scelera sua delē-
dos, executionē autem puram commisit iudęis. Ad
hoc respondēdum est, sicut supra de iudice dicebat̄. s.
ꝙ non constaret iudęos esse datos a Deo executores
alicuius sententiæ, cum nec etiam constaret esse datā
aliquam sententiam, ideo nec obediendum executio-
ni eorum. Item dato, quod cōstaret eis a Deo hebręo-
rum commissam esse executionem cōtra chananęos
tn̄ negarent Deum hebræorum potuisse sententiare,
& consequenter hanc tradere exequendi potestatē,
& erat legitima excusatio, ut supra declaratum est,
Ergo

Chananæi nō obligabant̄ obedire iudęis dato ꝙ essent missi a Deo.

Ergo chananęi rationabiliter poterant pugnare ↄ iudæos inuadentes terram eorum defendentes seipsos. Aliud membrum diuisionis erat si chananæi defenderent se a iudæis impugnantibus eos, vt defenderēt terram suam. & de hoc dicendum est, ꝙ minus licitum cuicunq; sit pugnare pro rebus, q̃ pro persona, cū maximum bonum nr̄m sit esse, qđ est vita, bona aūt possessa vt dignitates, honores, & q̃cunq; extra nos sunt, minora bona sunt, & minus illa diligere debemus, atque in cōseruando minus conari, si tñ ꝓ his licet nobis defensio iudicialis, q̃ fit in verborū disceptatione. Iō cum quisquā mihi rē meam vi, aut fraude, vel clā subtraxit: licet mihi iudicialiter repetere. Nec obstat si qs dicat ꝙ Christˢ hoc vetuerit Matth. 5. s. & ei q vult tecū cōtendere, & tunicam tuā tollere, dimitte ei, & pallium. nā istud nō ē p̄ceptū, sed ↄsilium, ad ꝙ non obligamur. Si aūt aliqs inuadat res meas volens violēter eripere eas, aut illę ptinent ad eū, vtpote qa suę sūt licet ego eas possideo, vel detento mala fide: aut sunt res pure meę nullo mō pertinentes ad eum, qui eripere vult. Si primo mō, aut ille, qui tollere vult eam est iudex, vel aliquis loco iudicis, aut est persona priuata. Si aūt sit iudex, qui iudicauerit rem, quam ego possideo alteri deberi, & exequatur sn̄iam suā, nō est resistendum ei, vel ministro eius, si aūt repugnemus hoc mō ad defensionem rerum peccamus mortaliter, qa nocemus alicui agenti iustum, & nos iniustum agimꝰ impedientes, & repugnando cōpleri in nobis actū iustitiæ per legem. Si aūt, q auferre vult res huiusmodi non est iudex, sed ad eum pertinent istæ res quamquā ego detineā eas, aut ego scio eas ad alterum pertinere vel non, si nescio pertinere tā s̄m Deum quā leges humanas licet resistere illi defendendo res: & licet occiderim eum defendendo pc̄m̄ nullū ē dū tñ sit ob solā defensionē rerum, & illa sit moderata atq; inculpata. Si aūt cognoscebā res ad alium pertinere, dicendū, ꝙ siue alius eripiens vi possit ꝓbare malā fidē possidētis siue non, si defendēdo eas ꝑcutio, vel occido inuasorē rerū, quantū ad Deum tenebor ꝓ illata morte, vł vulnere, sed in iudicio humano non tenebor reus alicuius criminis, licet postea probet̄ occisorē mala fide possedisse, quæ alius eripiebat. Cā diuersitatis quantū ad hæc duo iudicia est, qa cū mihi cōstat res, quas detento ad alterum pertinere, habeo cōscientiā lęsam, & non solū defendēdo eas pecco, sed ēt in possidēdo, potissimū cū huic iniustę detentationi adiecero pc̄m̄ alterius. s. percussionis, vel occisionis pp defensionem rerum. & licet ille, q vi eripere conat̄ peccet, q tñ defēdit a pc̄ō īmunis nō est, cū mala fide possideat. In iudicio aūt humano secus est, qa qlibet ī possessione sua defendendus est, donec ꝓbet̄ eum nō legitime possidere, & qa ius non cōcedit alicui eripere violenter rē de manu alterius, licet sit detentator, si inuadendo res mortuus fuerit, non est reus defensor humano iudicio. Est aūt dr̄ia in hoc ab oīb. superioribus de defensione hoīs ꝓ uita, qa licebat hoī in multis casibus defendere se, siue fugiendo, siue vulnerādo, aut occidendo inuasorem, & si nō defenderet se permittens se occidi ne alterum occideret peccat mortaliter. In defensione aūt rerum quamquā licita sit alicui defensio, & occisio inuasorum, nūquā tñ obligat̄ pro defensione rerū alterū percutere, qa nō ita tenemur diligere res possessas sicut vitam. De iudæis aūt ad chananæos sic erat, qa chananæi erant in possessione terræ chanaan, quam sp tenuerant, & titulus ad eos pertinebat, cum ab antiquissimis ab eis, & patribꝰ eorū possessa fuisset terra illa. Iudæi aūt erant iniusti īuasores, & occupatores terræ illius: iō licitū erat defendēdo terrā suā occidere iudæos occupare uolētes eam. Quocūq; mō igit̄ erat chananæis bellū iustū siue ad defensionem rerū, siue ad defensionem corporis.

A Quomodo licebat iudæis pugnare contra chananæos cum chananæi fouerent iustum bellum. Quæst. XII.

QVAERET ergo aliqs qūo licebat iudęis pugnare ↄ terrā Chanaā, cū chananęi viderēt fouere iustū bellū, ut patet ex dictis. Rn̄dendū, ē ꝙ iudęis licebat pugnare ↄ chananęos ad mortē illorū, & ad eripiēdā illis terrā. Prīo de morte ipsorū, nā chananęi erāt peccatores nimis corā dn̄o & ↄpletis īiquitatib. eorū Deus uolēs eos delere, fecit ministros ad hoc iudæos, qb. licebat occidere chananæos, sicut ministro iudicis lȝ occidere eū, quē iudex occidi iusserit, nec solū hoc, sed ēt meret̄ in occidēdo: cū sit executor iustitię. Adhuc aūt aliud iudęis incūbebat onus. s. ꝙ nō solū licebat eis occidere chananæos: B īmo ↄpellebant̄, & si nō occiderēt mortał̄r peccabant nō. n. poterāt eos viuentes ꝑmittere, vt patet. j. 34. & Deut. 20. c. Iō qūocūq; inuaderēt eos ad occisionem nō peccabant, sed magis merebant̄ obedientes Deo. Licebat ēt ex alia parte occidere chananæos tanquā īpeditores ęxecutionis iustitiæ, qa iudex p̄t iuste occidere quēlibet turbatorē, & īpeditorē iustę executiōis: sed ipsis debita erat terra, & adiudicata, atq; decreto iudicis mittebant̄ in possessionem illius: chananæi autē resistebāt huic missioni ī possessionē: ergo poterāt eos occidere. Amplius aūt licebat iudæis īferre bellū chananęis, & eripere eis terrā, qa titulꝰ ꝑtinebat ad iudęos cū donatā recepissēt ab illo, q poterat donare, dn̄i. n. ē terra, & plenitudo eius, ut pȝ Ps. 23. & Exo. 9. Iō p̄t donare illā, aut quācūq; eius partē cui voluerit, sed ipse C donauerat iudæis multoties iurādo eā tradere, ut patet Gen. 15. vbi initū ē fædus de dāda terra, & in multis aliis locis tam patriarchis sequētibus, quā ↄn̄er gēti hebręorum, & iubebat ꝙ in eā ascenderēt ad possidendum eam. & quāquā ab antiquo possedissent terrā illam chananæi, tñ Deus poterat eis tollere possessionē, quia erat terra sua potissimū, qa iusta cā suberat quare priuarent̄ terra illa. Et nō solū translatus fuit titulus terræ illius in iudæos, sed etiā Deus transferens mittebat eos in possessionem, cum ipse duceret eos illuc angelo dn̄i dirigente in columna nubis vsq; ī terram illam, & ipse quoq; delebat gentes chananæorū: sic patet Exo. 23. Pręcedet te angelus meus, & introducet ad Amorrhæū, & Hethæum Pherezęū, Chananæū, quos ego conteram. ergo cum introducerentur D decreto iudicis Israelitæ in possessionem terræ Chanaan licebat eis impugnare oēs inuadentes, vel resistētes ī hoc. Sed dicet statim aliquis, cū liceret iudæis pugnare ↄ chananæos pro terra hac qūo chananæi poterāt fouere iustum bellum ↄ iudæos? Rn̄dendum est ꝙ fouebant iustum bellum, nam defensio corporis sui erat eis licita ↄ omnem hominem, nisi contra iudicē, aut iudicis ministrum: sed iudæi quamquā essent ministri Dei, tamen non apparebat esse ministros, ut in superioribus declaratum est. Idem autem quantum ad defensionem patriæ, nam ipsi erant in dominio, & possessione terræ illius ab initio, quo terra habitari cępit, & licet datum esset dn̄ium iudæis, & mitterentur in possessionem, non constabat hoc chananęis, iō sꝑ E putabant se iuste possidere, & bona fide possidebant, quamobrem licebat eis ↄ quemcunq; inuasorem pugnare, & occupatorem. Vn̄ erant in hoc integrę ↄrietates. s. ꝙ iudęi fouebant iustum bellū in chananęos, & chananæi in iudęos. & qđ amplius est iudęi cōpellebant̄ sub pęna peccati mortalis pugnare ↄ chananæos & occidere quot possent, & chananęi peccabant, si se permitterent occidi a iudæis, sed cogebantur pugnare ↄ eos ad occidendum illos, cum e ↄrio iudæi eos volebant occidere, vt ex superioribus declaratum est. Ex superioribus patet, an iudæi cōtra Chananæos, vel chananæi contra iudæos iustum bellum fouerint.

q. præced. q. præced.

Præter Heuæum, qui habitabat in Gabaon. f. omnes alias cepit ciuitates Iosue pugnando: solum autem Heuçū habitatorem Gabaon recepit in fędus, quia gabaonitę facta quadam fraude confęderati sunt cum iudæis, de quo supra. 9. Erant autem isti de genere Heuçorū, qui habitabant ad radices Hermon: sed post extendūtur versus meridiē; ita ꝙ ad populum illum ꝑtinebat ciuitas Gabaon, & ciuitas Sichem, vt patet Gene. 34. vbi rex Sichem Hemor vocatur Heuęus: erat tamen Sichem circa Iericho apud ciuitatem Hay, & Bethel, vt patet in libro de diuisione terræ sanctæ. Et non solum est intelligēdum, ꝙ Gabaonitarum vrbs sine bello capta est, sed etiam aliæ tres vrbes. f. Beroth Caphira, Cariathiarim, quia istę tres vrbes cum ipsa vrbe Gabaon confęderatę sunt iudæis, ut patet supra 9. vnde ꝯ nullam earum bellum factum est. Necesse est igitur, ꝙ intelligantur nomine Gabaon, cum omnes præter Gabaon dicātur captæ bello: sed nominatur Gabaon, metropolis quippe harum erat. Etiam dicendum est, ꝙ omnes istę vrbes erant Heuçorum, quia omnes dicuntur capti pugnando præter Heuæos habitantes in Gabaon: & subintelliguntur alię ciuitates: necesse est, ꝙ etiam aliæ pertineant ad Heuæos, alioquin præter Heuęos fuerunt captæ aliquę ciuitates sine bello.

Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur vllam clementiam, ac perirēt, sicut præceperat Dominus Moysi.

D*omini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum.* Ista litera dependet ex superiori. f. ꝙ Gabaonitę ieuerūt supplices ad Israelitas ad confęderandum se cum eis, & postea cognita fraude eorum, cum adhuc suppliciter se haberent ponentes se in manu Iosue meruerunt aliquam misericordiam, gentes autem istæ, quę pugnando delete sunt ab Israelitis, non petiuerunt misericordiam suppliciter: sed indurato corde resistere voluerunt Israelitis, ideo non meruerunt vllam clementiam. vnde autem prouenit, ꝙ indurata sunt corda eorum, dicitur ꝙ fuit, quia domini sententia hoc factum est. i. quia Deus de illis sententiauit, vt indurarentur corda eorum, & hoc, ut morerentur, atque daretur terra filiis Israel.

Quæ sunt auctoritates duræ in sacra scriptura, per quas videtur tolli libertas arbitrij. Et quomodo data præscientia Dei, prima fronte videtur sequi necessitas in operibus nostris, & an hæc excusetur dicendo, vt communiter dicitur, ꝙ res non sunt quia sciuntur, sed sciuntur, quia sunt, vel ꝙ in comparatione ad Deum contrahunt necessitatem. Quæst. XIII.

ISTA litera est nimis dura, & de fortissimis, quę sunt in tota scriptura sacra ad designandum facta nostra a Deo pręiudicata esse, & limitata ad certū ordinē, sicut, & vulgares dn̄t, qui Deo omniū cognitionem attribuentes, cognitionis modū ignorāt. Et aliquę similes sunt in sacra scriptura, q̄ ex duro mō loquendi ꝓphetarū sensum perturbāt legentiū: sicut illa Isa. 63. Tu dn̄e pr̄ nr̄, & redemptor nr̄ a sæculo nomen tuū, quare errare nos fecisti de viis tuis, & indurasti cor nr̄m, ne sequeremur te? & illa Exo. 9. Iō posui te, vt ostendā in te fortitudinē meā. i. ad hoc creaui te, vt indurante te monstraret̄ in te fortitudo mea, & signa. Et illa. cui vult miseret̄, & quē vult īdurat ad Ro. 9. Oēs aūt hę caute tractandæ sunt, & ad mollē sensū referendæ, alioqn ꝑturbabūt fideliū mētes. De reliqs aūt in locis suis partim dcm̄ est, & partim dicet̄ cū deuētū illuc fuerit. De hac aūt ad aliqualē explanationē
F ꝯsiderandū est: qa ista lr̄a vr̄ dura nimis, qa cū dicat ex sn̄ia Dei indurata corda horū, vr̄ īponi necessitas īdurationis, cū sn̄ia Dei nihil contingens hēat̄, qa in Deo cūcta necessaria sunt. Sed ista necessitas diuinę sn̄ię ad indurationē p̄t intelligi dupl̄r īposita. Vno mō ꝑ modum p̄ordinationis ex natura ꝓuidētię p̄ordināt is de rebus anteq̄ fiāt. Alio mō p̄t intelligi ꝑ modū uoluntatis. f. ꝙ nō induceret̄ hic aliqua necessitas, qa Deus p̄cognouisset de illis, ꝙ indurādi erāt, sed qa voluit ꝙ indurarent̄: siue hoc voluisset anteq̄ indurarent̄, siue tūc cū indurabant̄. Pro huius materiæ fundamētali declaratione p̄supponendū est, ꝙ qui in materia p̄scię, & p̄destinationis vulgariter loquunt̄ maximū patiunt̄ dubiū, & formāt sic argumētū. Deus cognoscit ab æterno actus nr̄os anteq̄ fiāt: tūc ergo aut actus nr̄i sic fiet,
G vt Deus iudicat de illis, aut nō, si nō fiāt sic, scīa Dei fallit̄, ꝙ de Deo cōcedēdū nō est, qa magna esset īperfectio. Si aūt dicat̄ ꝙ sic eueniūt, vt Deus de illis ab ęterno iudicauit: aut sic eueniunt ex quadā necessitate determinata, aut cōtingit sic euenire: si aūt sic eueniunt ex necessitate quadā determinata, tollet̄ libertas actuū humanorū. Si aūt dicat̄, ꝙ oēs actus nr̄i sic eueniūt, ut Deus iudicauit, & tn̄ nō est aliqua necessitas limitans ad sic euenire, dn̄t ꝙ sequeret̄, ꝙ Deus posset falli. Qđ patet qa De⁹ scit hoīem cursurū cras, & sic erit, ꝙ curret cras, & si nō possit nō currere cras, & sit simpl̄r necessitas in cursu illo, nō hēbit sortes libertatē ad currēdū, vel nō currendū cras: si dicamus, ꝙ q̄quā sortes sit cras cursurus, & tn̄ nō est necesse, ꝙ curnat, sed p̄t non
H currere, sequit̄ ꝙ quāquā Deus iudicās sortē cursurū cras nō fallat̄, possit tn̄ falli, & hoc magnū incōueniēs est, qa si Deus posset deficere, nō esset sūmū bonū, cū maius bonū illo excogitari posset. f. ꝙ deficere nō posset. Itē dato hoc adhuc sequeret̄ aliud maius īconueniēs. f. ꝙ nō eēt incōueniēs Deū falli actualiter, & mētiri, qa ꝑ ꝑ possibile positū in primo nullū sequit̄ incōueniens: sed Deū posse falli erat possibile data ꝯtingētia actuū nr̄orū cū sua p̄scīa, ut s̄. declarabat̄, ergo eum falli aliqn̄ actual̄r nullū erat incōueniēs: sed ista maxima sunt incōuenientia. Itē nō poterat hoc stare, qa si res a Deo cognitę sic fierent, ut cognitę erant, & tn̄ aliter adhuc poterāt fieri, sequeret̄, ꝙ scīa Dei nō eēt firma cognitio, sed opinio, & nihil differt a nr̄a, qa ea, q̄ nos opinamur interdū sic eueniūt, ut opinamur, & tn̄
I nō ob hoc dicimur scire. Itē si ea, q̄ Deus cognouit, & iudicauit de actib. nr̄is futura eē nō eēnt ex necessitate determinata ad sic euenire, quāquā multoties Deus verū iudicaret, aliqn̄ tn̄ cōtingeret eū falli, sicut est in cognitione nr̄a, qa nō hēret aliqd quare magis actus iste flecteret̄ in hāc, quā in illā partē, iō cum Deus vnā partē iudicaret, ꝯtingeret aliam euenire. Hęc oīa incōueniētia sunt, iō q dicūt Deū cognoscere rē antequā fiat, necessario dicerent eā a Deo sciri determinatam ad certū modū euētus, & hoc dato sequit̄ necessitas ī operatione nostra, cum aliter facere homo non possit, quam Deus præsciuerit.

K *Prima opinio existimantium res cognitas esse causam diuinæ cognitionis, reijcitur. Quæst. XIIII.*

ALIQVI conantur soluere istud dubium dicentes, ꝙ Deus cognoscit omnes res futuras antequam fiant, tn̄ non imponit vllā necessitatē, quia cū Deus cognoscit res futuras, vt hoīem cursurum, vel Antichristum nasciturum, tn̄ non iō homo cursurus est, quia Deus præcognoscit illum cursurum, & nō iō Antichristus nascet qa Deus cognoscit illū nasciturū, sed magis iō Deus cognoscit hominem cursurum, quia sic est, quod homo curret, & ideo cognoscit Antichristum nasciturum, quia sic est ꝙ nascetur, & hoc modo causalitatē attribuūt ipsis rebus, & nō cognitioni diuinę, & sic non

non ꝓsequunt̄ res necessitatem ex cognitione diuina, quia non sortiuntur ex ipsa causalitatem. Et fundamentum horum est, quia in natura res consequuntur esse, & necessitatem, vel contingentiā ex cāis: cāæ aūt ex effectibus nihil consequuntur. De cognitione autem diuina, & rebus cognitis sic opinantur. s. ꝙ res cognitæ sint causa cognitionis diuinæ: ita vt ideo cognoscat me cursurum, quia ego cursurus sum, & non econtrario, & tunc non consequentur res necessitatē, aut contingentiam ex hac cognitione, quæ non est cā aliquid potens efficere in res cognitas, sed manebunt res in natura sua. s. si sunt contingentes, manebunt cōtingentes, & si necessariæ, manebunt necessariæ.

Sed ista positio nō stat: quamquam in hac plurimi tanquam in nimis naturali pedem figant.

G Primo quia secundum hos causæ scientiæ diuinæ sunt ipsæ res cognitæ, quod falsum est. nam communiter sic distinguimus inter scientiam Dei, & scientiā nostram, quia scientiam Dei dicimus causatricem rerum, scientiam autem nostram causatam a rebus: si tamen dicant causatam scientiam Dei a rebus. s. ꝙ ideo Deus cognoscit aliquid futurum, quia illud futurum est, non videretur ex hac parte differre scientia Dei in perfectione a scientia nostra, ꝙ nefas est.

Item aliquis dicet non posse stare, quia res sunt nouiter accipientes esse per tempus, scientia autem Dei ab æterno est: ideo non potest accipere causalitatem a re, quæ nunc nouiter esse suscepit: res tamen antequā fit, non habet aliquam causalitatem, cum omnes perfectiones consequantur post esse, tanquam post fundamentum: ergo scientia æterna non recipit causalitatem a rebus, quæ fiunt: unde non ideo Deus cognoscit me cursurum, quia cursurus sum.

H Ad hoc poterat responderi nō procedere argumētum, quia licet res, quæ sunt non habeant præsentialitatem nisi ex tempore, & nouiter eam acquirāt, tamē ab æterno futuræ erant: necesse est. n. quamlibet rem, quæ futura est, ab æterno futuram esse: nam futurum dicit esse rei, ꝙ nondum est, sed aliquando habebit ꝑsentialitatem, sed ex creatione sæculi sic erat de sorte nunc gignendo, ꝙ ipse tunc non erat, & aliquando erat habiturus esse: ergo a creatione sęculi generatio Sortis nondum geniti erat futura: & ab æternitate sic est: nam Sortes ab æterno non fuit: & ab æterno ipse habebat, ꝙ aliquando esset præsens: haberet ergo ab æterno, ꝙ erat futurus. Et est generalis regula, ꝙ quādiu res, quæ esse aliquando habitura est, habet non esse, est futura, quia non esse ante esse, & esse futurū cōuertunt̄, sed nō eē rerū factarū est ab æterno ergo ab ęterno res, quæ in tempore fiūt futurę sunt. Et in hoc Deo sunt coæquales. s. ꝙ tandiu durat non esse rerum a parte ante quantum esse Dei. Deus autem etiam secundum positionem istorum non intelligit rem, quia præsens est, sed quia futura est: & futuram esse rem est ab æterno, sicut ipsa duratio esse Dei: ergo non præcedit scientia Dei futuritionem, aut res vt futuras: ideo bene poterit Deus cognoscere res, quæ futuræ sunt.

I Dicendum ergo aliter est, ꝙ hoc non obstante, nō stat ipsa positio, quia res non sunt futurę nisi quia aliquando habebunt ꝑsentialitatem: cum totum, in quo res futura sit, est non esse rei, si ergo non respiceret ad ꝑsentialitatem rei, non vocaret̄ res futura propter nō esse, sicut de entibus prohibitis, vt de chimera non dicimus, ꝙ sint futura, ipsa tñ hñt ab æterno non esse, sicut ea, quæ aliquando sunt, & non sꝑ, ergo non uocātur res futurę, quia non sunt, sed referēdo ad præsens ꝙ aliqñ habiturę sunt. Res tñ ita se hñt ad intelligi, sicut ad esse: sed ad esse sic se hēt, ꝙ non est aliquid futurum, nisi propter præsentialitatem: ergo non poterit cognosci, vt futurum, nisi cognoscatur præsentialitas: sed cognitio Dei est ſm istos ante ꝑsentialitatem rerum, ergo non cognoscit res, qa futuræ sunt, quia tunc magis cognosceret eas, quia pñtes, cum deriuet̄ futurum ex ꝑsenti, & cognitio futuritionis de cognitione ꝑsentialitatis. Manet ergo ꝙ non tollat̄ hoc mō necessitas rerum, quia Deus non cognoscit res, quia futurę sunt, sed quia ipse cognitiuę naturę est sine aliqua actione rerum per seipsum. Alio mō improbat̄, ꝙ isti intendunt. Nam dato ꝙ concedamus Deum iō cognoscere res, quia futuræ sunt: tñ non poterit tolli hoc mō necessitas, sed manebit ita, ut si dicamus res iō futuras esse, quia a Deo cognitæ sunt ꝙ erunt. Nā licet necessitas ista non sit ſm causalitatem, est tñ ſm ꝯñiam. Quædā. n. q̄ ex natura sua necessaria nō sūt efficiunt̄ necessaria ꝑ ꝯñ ā. Et ita de veritate, vt si verū est ꝙ tu sedes, necessariū est ꝙ ꝓpositio significans te sedere sit vera: & si est vera ꝓpositio significans te sedere, necessarium est, ꝙ tu sedeas. Ex quocūq; ad alterū arguatur est necessitas, nō tñ ob hoc sequit̄ ꝙ veritas huiꝰ ꝓpositionis, tu sedes, est cā ꝙ tu sedes, sed ē ꝯrio: tñ quātum ad illationē necessitatis nihil magis differt argui ab vno ad alterum, q̄ ē ꝯrio. Ita de ꝓuidētia Dei, & rebus cognitis dicet̄, ꝙ siue sit ipsa cā rerū, siue res sint cāæ eius, posita necessitate in altero eorum, ponetur necessitas in altero. s. si prouidentia Dei se hēt immutabiliter, cum res cognitę non se pñt hēre aliter, q̄ cognoscunt̄ ab intellectu verum cognoscente, necesse est res hēre se īmutabiliter, vel si res necessario mō se hñt, ꝓuidentia diuina, q̄ eas sic intelligit vt sunt, necesse se habebit, sed ꝓuidentiæ diuinę est immutabilitas, ergo in rebus erit īmutabilitas, siue sint cāę diuinæ ꝓuidentiæ, siue ē ꝯrio. Sicut de ꝯñia, q̄ fiebat s. de sessione, & propositione significante sedere, quia ex veritate, vnius sequitur necessario veritas alterius. Quantum ergo ad inducendam necessitatem in rebꝰ nihil magis differt res a Deo habere necessitatem per suam prouidentiam, quam res dare prouidentiæ diuinæ necessitatis causam. Non potest igitur quisquam per hanc positionem tollere necessitatem rerum relatarum ad diuinam prouidentiam.

Cognitio Dei immutabilis

Secunda opinio dicens, quod res cognitæ a Deo liberæ sunt, tamē in comparatione ad diuinam cognitionem cōtrahunt necessitatem, repellitur. Quæst. XV.

Alii respondent aliter ad prouidentiam dicentes non tolli libertatem rerum per eā, quia res secundum se manent semper cōtingentes, tamen secundum, ꝙ comparantur ad diuinum intuitum contrahunt necessitatem, & possumus dicere eas esse necessarias, diuidūt enim necessitates, dicentes quasdam res esse necessarias absolutè, sicut quod homo sit animal, aut quod sit mortalis, alia est necessitas secundum conditionem, uel ꝯsequentiam scilicet si tu curris necessario moueberis & tamen simpliciter non est necessitas in mouendo ita dicitur si ego scio te currere necessarium est quod tu curras, & tamen non est necessitas simpliciter, ꝙ aliquis currat, ita res quandocunque cognitę a Deo de actibus nostris liberę sunt, tamen comparatę ad diuinam cognitionē sunt necessarię, uel ut a Deo cognitę sunt. Sed iste modus non tollit aliquam necessitatē a rebus, quia in consequentia, qua consequens non est absolute necessarium, sed ꝑp antecedens, quocunque ponat̄ antecedēs erit necessariū, sicut hoiem moueri est liberū, & tñ si ponat̄ suū antecedēs. s. ꝙ hō currat, hoiem moueri erit necessariū. Ita erit de rebus cognitis, & diuina ꝓuidētia, qa res nrę absolutè sumptę sunt cōtingētes, & tñ ꝯparatę ad diuinā intellectionē necessarię sunt. s. vt a Deo ītelligunt̄, sed sꝑ ponit illud antece-

antecedens.ſ.quòd actus noſtri a Deo intelligantur: ergo ſemper ſunt neceſſarii,ſicut ſemper erit neceſſarium, quòd homo moueatur, ſi ſemper ſit hęc,ꝙ homo currit.Nemo tamen poterit tollere antecedens.ſ. diuinam prouidētiam, quia ſemper res cognitæ ſunt: ergo nunquam tolletur conſequens.ſ.quòd ſint res neceſſarię noſtræ.

Aliud exemplum aliqualiter videbatur magis tollere neceſſitatem rerum cum dicebatur: ſi ego ſcio te currere,neceſſarium eſt,ꝙ tu curras,& tamen non eſt hoc neceſſarium,ꝙ ego curram. Nam hic antecedēs eſt abſolutum, & conſequens abſolutum ſi non comparentur: ſi autem comparentur erit conſequens neceſſarium . ita dicunt cognitionem Dei eſſe abſolutā a neceſſitate.ſ.ꝙ nullam imponat: ipſę quoque res cognitæ liberę ſunt, & tamen comparato vno ad alterū efficitur neceſſitas.

Sed dicendum eſt adhuc non tolli inconueniens, quia cū poſita iſta habitudine, quæ ſemper eſt, ſequatur ſemper neceſſitas in rebus, quia ſemper a Deo intellectę ſunt, nihil differt, ꝙ res neceſſariæ ſint ex ſe, vel ex altero,cum verè in eis neceſſitas ſit, quod ſufficit ad tollendam omnem arbitrij libertatem.

Item non poteſt ſtare,ꝙ antecedens ſit ſimpliciter abſolutum a neceſſitate, & conſequens, & tamen ex habitudine vnius ad alterū cauſetur neceſſitas in conſequente,ſicut in iſta. Si ego ſcio te currere,neceſſario tu curris.nam hic oportet, quòd antequā fiat poſitio antecedentis ſit conſequens neceſſarium, qa nūquam dabitur, quòd ego ſciam aliquem currere,donec neceſſarium ſit,quòd ipſe currat, & tunc abſolutè eſt verum,quòd ipſe currit,& hoc eſt dum actualiter currit,quia dum aliquis actualiter currit etiā ſi non ponatur aliquod antecedens, nec fiat cōſequentia,eſt neceſſarius curſus. Nam omne quod eſt,dum eſt,neceſſe eſt eſſe ex conditione pręſentialitatis. Nā ſi daretur,quòd aliquid dum fit,contingenter fit,includeretur contradictio. Quod patet,quia ſi aliquis dū currit,cotingenter currit, poterit contingere contrariū, ſcilicet,quòd aliquis dum currit,non currat,vel quòd contingat aliquem nō currere,dum currit, & iſta eſt contradictio in terminis:ergo omne quod eſt ex conditione pręſentis neceſſarium eſt, & ſic eſt verum, ꝙ aliquando currere hominem abſolutè eſt neceſſariū, ſcilicet dum currit, & ex iſta neceſſitate abſolutè ſeqtur neceſſitas conſequentis in comparatione.Et ſic in iſta,ſi homo eſt,animal eſt,vel ſi homo currit, mouetur: eſt neceſſitas conſequentis in comparatione ad antecedens:& non videt,quòd ſit abſolutè, & tamen hic eſt aliqua neceſſitas abſoluta, ſcilicet animal eſſe, vel hominem eſſe.Nam dum homo eſt, abſolutè neceſſario eſt, ex conditione præſentis facientis omnia neceſſaria. Et iſta ſit regula,ꝙ nunquam ſequitur aliqua neceſſitas conſequentiæ, niſi ex aliquali neceſſitate abſoluta.Ita in diuina præſcientia,& rebus cognitis,cū dicimus res cognitas eſſe neceſſarias, vt cognitæ ſunt, & tamen abſolutè, nec ſunt neceſſarię, nec prouidentia cauſat neceſſitatem. Dicendum eſt verū eſſe res cognitas, vt cognitas eſſe neceſſarias, & non in natura ſua,tamen iſta neceſſitas,quę eſt in rebus cōparatis, eſt in eis per aliquam neceſſitatem abſolutā, quia res noſtræ cognitæ a Deo ſunt præſentes Deo, & res in ſuo præſenti habet neceſſitatem,ſiue cognoſcatur,ſiue non,& ſiue ſit ad alterum comparata,ſiue non,& ex illa neceſſitate abſolutè cauſatur aliqua neceſſitas in eis cognitis:ſi autem non haberent illā, cū cognitæ ſunt:non poteſt tolli neceſſitas in operationibus noſtris per modum iſtum.

F *Auctoris vera reſponſio ad dubium de prædeſtinatione poſitum.q.13. Quæſt. XVI.*

DICENDVM ergo aliter,ſcilicet,quòd Deus habet prouidentiam omnium rerum,& tñ non tollitur libertas rerum, vel cōditio earum naturalis,ſiue ſit contingentia,ſiue neceſſitas:quædam namque res neceſſariæ ſunt, & cum a Deo cognitæ fuerint neceſſariæ manent,vt ſolē oriri,aliæ autem ſunt contingentes, & cū fuerint cognitæ nihil mutatur de earum contingentia, vt hominē currere.In quo conſiderandum eſt, quòd res non vocantur contingentes, vel neceſſariæ pro eo tempore, quo ſunt,ſed antequam ſint,& ſic res illæ, quę neceſ- G ſario ſe habent ad eſſe, antequam fiant vocantur neceſſariæ, quæ vero antequam fiant nō neceſſario ſunt euenturæ,quomodocunque ſe habeant,quando euenerint,vocabuntur contingentes. Et patet, quia res non poſſunt diſtingui ſecundum neceſſitatem, & cōtingentiam eo tempore,quo ſunt, quia tunc neceſſario ſunt, quia omne quod eſt,dum eſt, neceſſe eſt eē, vt ſupra probatum eſt. Ideo licet, ſolem cras orituȓū fore,ſit neceſſarium.& hominem cras curſurum, ſit purè contingens,tamen quando homo currit, & ſol oritur æqualem habent neceſſitatem: nam ſicut impoſſibile eſt ſolem non oriri,dum oritur, ita impoſſibile eſt hominem non currere,dum currit. Oportet ergo, quòd neceſſitas, & contingentia in rebus aſſumatur antequam ſint, & tūc quædam res ſunt neceſ- H ſariæ,quę ex ſuis principiis determinatæ ſunt, vt ſolis ortus etiam antequam fiat, & quædam antequā fiant non habent determinationem ex cauſis ſuis ad eſſendum,& iſtę vocantur cōtingentes, licet cum ſint neceſſitatem habeant: nihil enim eſt quantumcunque liberrimum ſit,quod neceſſarium non ſit cum eſt, vt patet de actu voluntatis, qui eſt liberrimus, & tamen in illo eſt neceſſitas, quia neceſſe eſt nos velle cū volumus,alioquin dabitur, quòd aliquis poſſit non velle dum vult, quod includit contradictionem, ſed vocatur actus voluntatis liberrimus, quia antequam velimus,poſſumus non velle.His datis apparet quomodo non imponat cognitio Dei neceſſitatem actibus noſtris,& tamen iudicium diuinum falli impoſſibile I ſit,quia Deus non intelligit res noſtras, vt pręteritas, vel futuras,ſed ſolum vt pręſentes, & tunc cum præſentes ſunt, ſed res quęcunque quando ſunt, habent neceſſitatem, quantumcunque ipſæ abſolutę ſecundum naturam ſuam a neceſſitate ſunt,ergo tunc licet intellectus diuinus concurrat cum eis,qui inuariabiliter intelligit: non mutabitur conditio contingentię earū, quia ipſę tunc ex natura pręſentialitatis ſunt neceſſariæ,& antequam ſint, ſunt contingentes: quam contingentiam non poteſt tollere intellectus diuinus res neceſſario intelligens, quia non eſt intelligens eas, antequam ſint, ſed cum ſunt per modum pręſentialitatis,& tunc conſonat neceſſitas ex parte reiū intellectarum, quę ſunt actiones noſtrę, & ex parte diuinæ K intellectionis,quæ ſe contingenter habere nequit.

De modo eſſendi Dei, & quomodo in Deo idem præciſe eſt eſſe, & intelligere, & intellectus,& voluntas,& omnia ſimul & æterna.. Quæſt. XVII.

CONCESSO autem iſto fundamento.ſ.quòd Deus intelligat res,vt ei præſentes ſunt, manifeſtum eſt, ꝙ nullam neceſſitatem imponat diuina prouidētia operationibus nr̄is, qa res dr̄ contingens,vel neceſſaria,cū futura eſt,cū autē præſens eſt,oēs ſunt neceſſariæ,& manebit certitudo atque neceſſitas diuini iudicii cū neceſſitate actionū no-

Iſtud fundamentum declarat auctor ubique ad q. 76. poſtea ſoluit dubia.q 77.

nostrarum, cum fuerit. Sed quia fundamentum istud est quibusdam non manifestum aliqualiter manifestabitur, & postea aliqua dubia circa istam materiam soluentur.

De modo essẽdi Dei agit auctor vsq; ad q. 56. postea agit de modo cognitionis.

Aeternitas philosophice quid est.

Aeternitas propriè, & theologicè quid est & quibus competat.

Pro hoc considerandum est de modo essendi Dei, vt inde cognoscatur conditio cognitionis diuinę: nā in Deo omnia sunt idem, nisi vbi tollit diuersitas relationis: ideo in Deo idem est esse, & ĩtelligere realiter, & idem sunt realiter intellectus, & voluntas. Quæ ergo fuerit conditio esse diuini, erit conditio cognitionis eius, sed esse Dei est ęternum, ergo & intelligere est ęternum. Antecedens patet, quia omnes vocant Deum æternum, quod & declarabitur: nec enim vocatur ęternitas Dei, quòd nunquam ceperit, nec finiturus sit, quia hoc modo non daretur ei adhuc omnis perfectio, quamquam philosophorum quidam largè loquentes eternum sic assumpserũt, sed vocatur ęternitas interminabilis vitæ simul tota, & perfecta possessio, & secundum hanc differt Deus a cęteris rebus, nihil quippe est, cui omnia hęc competant, nisi Deo soli. Cum dicitur interminabilis vitę tollitur omnis res, quæ durationem habet, vel quæ aliquando cœpit, vel aliquando finienda est. Aeterna autem, nec vnquam inchoant, nec vnquam finiunt, & in hoc totam rationem ęternitatis vulgariter loquentes ponunt. Dicitur vitæ. nam licet aliqua pure corporalia sint, quæ nec vnquam cęperint, nec vnquam finienda sint, tamen non vocabuntur ęterna, licet non multum instandum est in ista particula vitæ, quia accipitur vitæ, idest esse, siue sit esse rei viuentis, siue non viuentis: perfectio tamẽ, quæ subditur, s. simul tota nõ potest competere alicui, nisi viuenti: quia pure corporalia, & non viuentia non possunt habere totum esse simul, cum in corporibus sit successio in essendo quãtum ad aliquam speciem motus. Non est enim aliquod corpus, quod aliquo modo non moueatur, quod autem mouetur, non est simul totum, & dicitur simul tota, idest, quòd tota vita, vel totum esse sit simul, & ista est propria ratio ęternitatis: nam rebus temporalibus competit esse interminabilis: tamen non competit, quòd sint totum suũ esse, aut totam durationem habẽtes simul: licet enim dicamus, sicut dixit Aristotel. in 8. Physicor. non incępisse mũdum, nec partes principales vniuersi, nec motus, & generatio, nec vnquam finem acceptura sint, tamen non habent totum suum esse simul, nec aliquas duas partes simul. Quamquam autem de illis detur simul erit indiuisibile, quod non est pars rei diuisibilis. Sic patet de motu, qui quamquam sit semper, tamen alia pars motus est nunc, quàm fuerit pridem, & quæ succedit non erit aliqua de pręteritis. Ita & de tempore, nec solum est in rebus successionis, sed etiam ĩ eis, quas permanentes vocamus. Nam non habet aliquis homo eãdem partem durationis, quam ante habebat, nec totum esse, quia homo est albus, & potest esse niger: & tamen homo non habet, nunc nigredinem, quam habere potest, & qui non est musicus potest esse musicus: ergo nondum habet totum esse, & quod suum est. Et istud est generale quantum ad entia, in quibus datur compositio ex actu, & potentia, s. quòd aliud est quod sunt, & aliud est, quod esse possunt, & quia omne illud sumus, quod de nobis prædicatur, cũ album, & nigrum, comedens, bibens, fęlix, & disciplinatus, & similia prędicentur de homine, ista sunt esse suum, sed non habet homo omnia ista simul, ergo totum esse hominis non est simul. Nec solum in his, sed etiam quantum ad quodlibet istorum non est totum simul: vt si homo sit albus non habet totam albedinẽ simul, sed eam acquirit per partes, quia nunc acquirũtur aliqui gradus albedinis, & postea alij. Idem de disciplina nõ acquiritur tota simul, sed aliquid prius ali-

A quid posterius: nã in multis temporibus efficitur homo disciplinatus. Hoc patet: nam motus est via in forma alicuius generis, & in qualibet parte motus acquiritur aliqua pars formę, cum omne quod mouetur sit semper partim in termino ad quem, & partim in termino, a quo: & cum desinit esse in aliquo horum non est motus, sed manifestum est differre partes motus, ergo partes formarum acquisitarum differunt, vel nõ sunt simul, sed illę prędicantur de homine, vel de qualibet re, quæ mouetur, & sunt esse suum: ergo non est totum esse rerum illarũ simul, & patet maximè, quia quod ex potentia, & actu cõstat: aliud est, quod habet, & aliud quod habere potest, sed id quod habere põt continue acquirit: ad quod est via motus in entibus purè naturalibus, ergo quæ mouentur, non sunt tota
B simul.

Item hoc non solum est in entibus corporalibus, quę mouentur. sed etiam in spiritualibus carentibus motu. Nam nec illa habent totum esse suum simul, vt patet in intellectu nostro, qui est musicus, dialecticus, geometra, cum ista prædicentur de eo, & sint pars esse sui: tamen non habet ista omnia simul intellectus, sed cum musicus est, nondum est dialecticus, & cum dialecticus fuerit nondum acquisiuit geometriam: est enim in eo actus, & potentia.

Amplius autem & in excellentissimis creaturis, quod non sit totum esse simul patet: nam Angeli acquirũt illud successione quadam, quia non sunt in actu omnium, quę intelligere possunt, sed aliquid intelligunt,
C & aliquę intellectiones eis aduenire possunt, cũ quotidie noua intelligant, quæ prius non intellexerant reuelatis eis quibusdam a Deo. Nam & si hoc non poneretur, necesse esset, quòd vel Angeli omnia scirent, quæ vllo modo scibilia sunt, vel quòd Deus non potest eis reuelare quidquam etiam si velit, vel quòd ipsi non possunt suscipere etiam si Deus reuelauerit, quę omnia falsa sunt: oportet ergo, quòd aliquid suscipere possint. Itẽ alioquin tollerent tres actus Hierarchici, quos ponit Dionys. in libro de Angelica Herarchia, s. purgare, perficere, & illuminare: nam per istos aliquid suscipitur in Angelo, qui purgatur, perficitur, vel illuminatur. Item patet, quia nos concedimus in Angelis cõ
D positionem ex actu, & potentia: & tamẽ in omnibus huiusmodi aliud est quod sunt, & aliud est quod esse possunt. ergo non est totum esse simul, & generaliter nulla creatura habet totum suum esse simul, vel nulla res, quæ habet aliam perfectionem super se habet totum suũ esse simul, quia ab illa perfectiori potest semper recipere aliquem gradum perfectionis, & non habebit totum esse simul: quamobrem de nulla istarum dicetur, quòd sit ęterna: vnde licet Angeli nõ essent a Deo facti, sed improducti, & nunquam defectibiles, quia tamen non habent totum esse simul, non vocabuntur ęterni, nec erunt.

De sola autem increata, & improducta essentia di-
E citur, quòd habet totum esse simul, & est ęterna, scilicet de Deo: id enim quod nullam habet successionẽ totum simul est, & quia in Deo non est successio, nec acquisitio perfectionum aliquarum: ergo est totum simul. declaratur hoc, quia in Deo non est acquisitio perfectionum per motum: nam in Deo non est motus, cum sit substantia pure spiritualis, cui non competit motus, ideo quamquam non esset ens simpliciter perfectum, vlteriores perfectiones acquirere quã eas, quas habet, non potest per motum: item non potest acquirere aliquas perfectiones sine motu, sicut de Angelis dicimus: Angeli quippe motum non habent, quia nõ sunt corporeę substantiæ, nec corporibus vnitę, acquirunt tamen perfectiones, nam aliquid nunc intelligit Angelus, quod prius non intellexerat, quia nunc nouiter

uiter reuelatum est, vt declaratum est, & in hoc successio est, cum ponatur prius, & posterius, vel non sit simultas rerum intellectarum, aut cognitionum. Et ob hoc dicimus mensuram angelorum non esse tempus, sed æuum, quia tempus est passio motus. Vbi ergo non reperitur motus aliquis non reperitur etiam tempus. Sic est in angelis, nec tamen æternitatem habere potuerunt mensurantem, cum non habeant totum suum esse simul. Nec damus angelis æuũ, vt aliq pauca attendentes existimant, quia sunt producti, & alia duratio est maior, quæ est rei non productæ; sed quia suum esse non habent totum simul. Nam dato, quòd angeli non essent producti, sicut nec prima intelligentia: tamen si haberent conditionem essendi, quam nunc habent: non esset æternitas mensura eorum. Deus autem isto modo non potest acquirere aliquas perfectiones, scilicet in successione, & tamen sine motu & tempore, quia id quod recipere debet: ab altero recipere dẽt: sed nihil est, a quo De⁹ recipere possit, quia recipiens perficitur per id quod recipit, sicut recipiẽs disciplinam, vel albedinem per disciplinam, vel albedinem: sed Deus non potest recipere quidquam: ergo non potest perfici, seu acquirere aliquam perfectionem, quam non habeat.

Cur Angeli non mensurantur tẽpore nec æternitate, sed æuo.

Hoc patet ex duobus fundamentis. Primo ex parte causantis istam perfectionem, quam Deus reciperet. Secundo ex cõditione Dei, qui recipere deberet.

Cur Deus nullã pfectionẽ acqrere põt.

Primo patet, quia si aliquis debet recipere perfectionem: necesse est, quòd ab alio recipiat, quia recipere est pati & patiens & agens diuersificantur cum agens sit perfectius patiente. Oportet ergo assignare aliquid Deo perfectius, a quo Deus reciperet aliquam perfectionẽ, sed nihil tale est: ergo Deus non põt recipere aliquã perfectionẽ, q̃ non hẽat. Et nõ solum est hoc, quia Deus est ens perfectissimum, & nõ indiget aliqua perfectione quam recipere debeat, sed dato quòd Deus non esset ens perfectissimum, sed multæ perfectiones ei aduenire possent, vel si aduenirent eum perficere possent: tamen erat impossibile, quòd ei aduenirent, quia nõ erat aliquis, qui has perfectiones in Deo causaret, cum non sit aliquod superius agens & influens. Sicut quod est in potentia ad aliquid, & non habet aliquem reducentem de potentia ad actum: nunquam erit in actu.

Secundo mõ patet idem ex parte Dei, quia si Deo aliquæ perfectiones aduenire possent præter eas, quę substantia sunt eius non esset summe perfectus: Deũ tamen summè perfectum asserimus. Item non potest aliquid recipere perfectionem vllam, nisi quod compositionem habet ex actu & potentia, scilicet quòd aliud sit quòd est, & aliud, quod esse potest: sed a Deo omnem excludimus cõpositionem: ideo non potest recipere aliquam perfectionem pręter eã, quę in natura sua est, aut potius naturaliter sua est.

Item Deo omnem perfectionem attribuimus, sed perfectio quędã & de maximis est esse purum actũ, ergo Deus est purus actus, act⁹ aũt purus excludit potentialitatem. Nam dicimus esse aliquid purum potentiale. s. quod secundum se est susceptiuum, & non habet determinatum esse in natura aliqua, sed est in potentia ad id, per quod in specie, vel natura collocetur. Et quia materia prima ab extra omnia hæc expectat in natura sua nihil habẽs, per quod sit sub aliquo esse determinato, est purè potẽtialis, vel potentia. Aliqua sunt entia composita ex actu & potentia, & ista nec totaliter sunt potentia, nec totaliter actus: sed aliquid sunt, & aliquid esse possunt, quod nõdum sunt. Inquantum sunt, actus sunt, & inquantum esse possunt ex potentia constant. Et huiusmodi sunt omnia entia facta, vel producta pręter materiam primã, quę

Ens triplex. s. purus actus pura potẽtia, & mixtum.

F non põt dici ɔ̃stare ex actu, & potentia cũ sit pura potẽtia, & nõ sit ei aliqs actus intrinsecus: in oĩbus vero reliqs entibus est aliqs actus intrinsecus. s. esse spẽi suę, ad qđ nõ sunt in potentia, sed determinata sunt in illo: sunt aũt in potentia quantum ad aliquid alterũ. Est ẽt alterum ens, quod est purus actus, idest solũ est, & in potentia non est. Esse autem dicit actum: quod ergo est nec aliud pręter id quod est esse potest, purus actus est: & sic est de Deo, quem necessario vocabimus actum purum si in eo omnem perfectionẽ constare volumus. Quod tamen est purus actus nihil vnquam recipit: quia tunc potentiale esset: Deus ergo nihil recipere potest præter id quod est: sed id quod nihil recipere potest totum esse suum habet simul, ergo Deus totum esse simul habet: hoc autẽ

Deus totũ esse simul habet.

G de nulla alia re concedimus: sed omnes constant ex actu & potentia: quia semper præter id quod sunt aliud esse possunt. Et hoc quia conueniunt in eis duo principia, quæ faciunt ad recipere. primum quòd sit aliquid super ipsam rem recipientem quod causare aliquid in ea possit: & sic est in omnibus entibus productis: nam super ea est aliud agẽs virtuosius in causando quod est improductũ & poterit super illa causare. Secundum est in eis, scilicet, quòd ipsa non sunt summe perfecta, sed si aliquæ vlteriores perfectiones eis adueniant erunt perfectiora. Erunt igitur omnia hęc partim in potentia ad recipiendum aliquid: ex quo patet quòd nulla res habet totum suum esse simul pręter Deum.

H *Obiectio contra immediate dicta tollitur. Quæst. XVIII.*

SED contra hoc arguetur quia communiter distinguitur de permanentibus, & successiuis: dicitur quòd permanentia sunt, quæ habent totum suum esse simul: & successiua sunt quę consistunt in successione, & simul non habent esse. Respondendum est quòd nullæ res, siue successiuę, siue permanẽtes habent totum esse simul vel aliquas partes esse sui simul. Cum autem obijcitur de his, dicẽdum est quòd accipitur esse pro essentia, vel substantia rei, & non pro toto esse rei: & verum est quòd permanentia habent substãtiam suam, vel essentiam
I totam simul sed nõ esse: successiua autem nec substantiam, nec esse simul habent. Quod patet de permanentibus, quia homo aut esse hominem est substantia: & hoc totum est simul: nam non est homo, aut aliquid de humanitate prius quàm totus homo sit. nec habet homo aliquas partes, & postea complementum: quin potius nihil de homine habetur quousque totum esse hominis habeat, quia consistit substantia in indiuisibili. & postquam est homo in qualibet parte temporis assignata est perfectè homo, vel in quocunque instanti: nec est perfectius homo aut magis de homine habens in vno instanti quàm in mille annis si duraret. Esse tamen hominis non est
K simul: quia homo non consistit in eodem, sed interdum est albus, interdum niger, interdum doctus, interdum indisciplinatus: & ista sunt esse hominis cum prædicentur verè de homine cum isto verbo sum, & substantia hominis, vel esse hominem, quod est indiuisibile variatur per hæc habens extensionem durationis & essendi. Ista autem non sunt simul, sed aliquid est quod est, & aliquid est, ad quod in potentia est: ideo licet permanentia substantiam suam, vel essentiam totam simul habeant, tamen non habent esse simul. Successiua autem non habent esse simul, idest nec essentia, vel substantia eorum nec esse est simul: quod patet in tempore & motu, quæ sunt successiua: nam non potest simul dari substantia temporis. De

Quare res permanentes habẽt essentiam suã simul sed non esse.

homine

homine enim damus quòd in quocunque instanti assignato postquam homo cępit esse sit totus homo: & tamen postquam cępit motus, vel tempus in vllo instanti assignato est totus motus, vel totum tempus, immo in nullo instāti assignato potest esse aliqua pars motus, vel temporis, quia motus secundum substantiam dicit successionem, in instāti autem nulla est successio nec diuisio, ergo nec motus, aut tempus. Nec etiam pars vlla temporis, aut motus erit in instanti, quia quęlibet pars rei diuisibilis est diuisibilis, cū nullum diuisibile componatur ex nō diuisibilibus, vt probat Arist. in princi. 6. Physi. instans autem est indiuisibile, ergo non erit in eo substantia alicuius partis motus, vel temporis. Patet ergo, ꝙ permanentia habent essentiam, vel substantiam totam simul, sed non esse: successiua autem non habent simul substantiam, nec esse, & cōsequenter apparet, ꝙ nulla res habet totum suum esse simul, nec aliquas duas partes præter primū ens, quod totum simul est sine partibus.

In Deo non est præteritum, nec futurum, nec præsens eo modo, quo in nobis est. Quæst. XIX.

EX supradictis sequitur, ꝙ in Deo non sit præteritum, futurum, & presens quantum ad seipsum, sicut in nobis est, sed tota duratio Dei simul est, ita ꝙ non sit alia pars durationis, quā habebat quando erat Adam ab ea duratione, quā nūc habet, & ab ea, quam habebit cum Antichristus erit. In nobis tamen distinguuntur partes durationis, quia idem homo est qui aliquando est iuuenis, aliquando puer, aliquando senex, si tamen tota ista duratio esset simpliciter eadem, & non haberet in partibns suis differentiam aliquam, sequeretur idem esse iuuentutem hominis, & pueritiam, & senectutem. Et amplius sequeretur, ꝙ quando homo esset iuuenis esset senex, & puer, quæ includunt contradictionem. Differunt ergo in qualibet re partes durationis: in Deo autē tota duratio est eadem nihil habens distinctum. Velut si aliqs nostrum deberet viuere 60. annis, & haberet simul totam durationem istorum 60. annorum, ita vt nunc haberet horam, in qua natus est, & secundam horam, & simul cum illa hora haberet totum secundum annū, & tertium, & quartum, & omnes vsque ad vltimam horam anni 60. & essent simul omnes partes istius durationis, s. ꝙ hora vltima anni 60. non esset post primā horā, in qua istæ homo natus est, sed simul essent omnes horæ suæ durationis tanquam vna hora, nec esset ordo prioritatis, & posteritatis, & tunc sequeretur, ꝙ cum in partibus diuersis istius temporis nos fecimus diuersos actus, ꝙ isti actus essent simul cū omnes partes temporis simul sint, & sic quandocunque maneret homo semper nasceretur, quia non deperderetur aliquid, quod semel haberet, nec aliquid nouiter acquiretur, & si quis semel comederet semper ille actꝰ comedendi maneret, quia cum illum hominem esse comedentem sit pars esse hominis, & totum esse illius sit simul, ergo quandocunq; homo esset, maneret hoc quod est eum esse comedentem. Et semper maneret hoc, qđ est eum nasci ab vtero: nam cū istud nasci sit quædam pars esse sui, necesse esset, vt semper maneret, alioquin non esset totum suum esse simul. Et hoc modo apparet quomodo verū sit, ꝙ filius Dei semper genitus est, & semper gignitur, nec cessat illa generatio, non quidem, quia non possit magno tempore finiri, sed quia filius Dei genitus est cum per generationem esse receperit, & in diuinis nihil transit, nec aduenit, cum totum esse simul sit, necesse est, vt generatio illa semper maneat, non tanquam alia, & alia pars gn̄ationis, sed eadem indiuisibilis generatio,

Illæ oppositiones, i. di[...] nitus filius Dei semp & gignit sem [...] genite [...] & [...] clarissime.

A quæ ab ęterno erat eadem nunc est, sed in quocunq; est generatio illud gignit, ergo filius Dei in quo semper generatio est, quia nunquam abijt in præteritum semper gignitur. Prædicta faciliter induci possunt, s. ꝙ in Deo non sit præteritum, & futurum, quia in Deo quidquid est idem ipsi Deo est, sed si in Deo sunt præteritum, & futurum cum sint distincta essentialiter, vel secundum speciem, essent diuersę naturæ deitatis, quod non stat. Item præteritum esse rei iam effluxit, futurum autem nondum euenit, ergo si in Deo daretur præteritum, & futurum, esse diuinum esset defectibile, & tenderet in nihilum, sicut esse nostrum, & tunc non esset ens perfectissimum, ergo non potest ibi esse præteritum, & futurū. Item si esset in Deo pręteritum, & futurum, daretur potentialitas, s. ꝙ Deus es-
B set in potentia ad aliquid: nam id, quod futurum est, nondum est, sed esse potest, ergo esset in potentia ad habendum, & tunc daretur in Deo cōpositio ex actu, potentia, & non esset actus purus, quod non conceditur. Item Deus habet totum suum esse, vt supra inductum est, si tamen esset ibi præteritum, & futurum, In qō. 17.
non daretur totum esse simul, quia præteritum, & futurum esse dicunt, sed non sunt simul. Et patet etiam ex fundamento naturæ: si enim Deus ptæteritum, & futurū haberet, aut hoc esset, quia in eo erat tempus, in quo est præteritum, & futurum, vel quia est in eo successio sine motu, & tempore: nullo enim alio modo datur præteritū, & futurum, nec successio aliqua.
C In Deo tamen nullum horum est. Primum patet: nā in Deo non est motus, cum non sit ens corporale, sed tempus est passio motus, ergo non erit in Deo tempus: passiones enim consequuntur sua substantia.

Nec potest esse successio sine tempore, quia successio illa est in rebus, quę recipiunt nouiter aliquas perfectiones, & sine motu, sicut Angeli recipiunt nouas intellectiones, quæ in eis sunt sine motibus. In Deo tamen etiam non est hoc, quia non potest quidquam recipere, sed solum habet id, quod secundum naturam suam inest. ergo non potest in eo esse præteritum, aut futurum, sed quidquid est, simul est. Ideo cum Deus habuerit esse ab ęterno, & fuerit quando creatus est mundus, & quando Israelitæ exierunt de Aegypto,
D & nunc, & in die iudicij, eadem prorsus duratio, & esse est quam Deus in omnibus illis partibus habebat, & quam nūc habet, velut si eadem esset hora, in qua formatus est Adam, & in qua Christus crucifixus est, & in qua iudicabitur sęculum, & dū vnum fit reliqua fierent.

An Deo sint omnia præsentia, quæ sunt nobis præterita, & futura, & quomodo. Quæst. XX.

EX prædictis etiam patet, ꝙ omnia sint Deo pręsentia, quæ nobis sunt pręsentia, pręterita, vel futura, & patet ex superioribus, s. qa Deus non habet in se pręteritum, & futurum, sed totum esse suum est præsens, & tamen Deus semper
E est, quia esse suum est indeficiens, ergo ipse est tempore creationis mundi, & tempore Abrahæ, & nunc, & tēpore Antichristi, & in ipso nō est successio aliqua, ergo in omnibus istis temporibus est idem præsens Dei. Nam detur oppositū, ꝙ sit aliud, & aliud pręsens Dei, sequitur quia præsens, quod habuit Deus tempore Adę elapsum est, quando erat tempore Abrahæ, & præsens, quod tunc habebat elapsum nunc erat, & tunc dabitur in Deo necessario præteritum, & futurum, atque successio, & tamen supra probatum est, ꝙ In qō. 17.
erat totum esse simul, ergo idem præsens est, quod habebat tempore Adæ, & Abrahę, & nunc, & in die iudicij, & omnia sunt Deo præsentia. Nam quæcunque

sunt

ſunt præſentia præſenti alicuius, ſunt pręſentia illi rei, ſed quæcunque ſiue pręterita, ſiue futura ſunt pręſentia præſenti diuino, qđ ſemper eſt, ergo ſunt pręſentia Deo. Maior patet, quia quæcunq; ſunt præſentia huic pręſenti meo ſunt pręſentia mihi. Minor. ſ. ꝙ oĩa ſint præſentia præſenti diuino patet, quia tunc Deus erat cum Adam formabatur, & vita Abrahæ pręſenti diuino pñs erat, quia tunc Deus erat. cum viuebat Abraham, & ſic de cæteris: omnia ergo diuino præſenti p̃ſentia ſunt. Nec eſt intelligendũ, ꝙ ſint iſta ſibi pręſentia ſ͞m diuerſa pñtia, ſicut in nobis fit. ſ. ꝙ id, quod erat cũ natus ſum, erat mihi præſens, & id quod nunc eſt, mihi quoque pręſens eſt: ſed nõ referuntur ad idem pręſens. Sed idem pręſens Dei eſt, cui pręſens eſt formatio Adę & dies iudicij. Quod patet, quia formatio Adæ erat pręſens pręſenti diuino, quia ipſa tunc erat, cum pręſens illud erat: dies quoq; iudicij erit cũ Deus erit, quia eſſe Dei non deſinet: ergo erit ei præſens, & non ſ͞m aliud præſens, q̃ id quod erat, cum formatus eſt Adam, quia aliàs daretur in Deo præteritũ, & futurum, & aliquid effflueret atq; aliud adueniret, nec eſſet totum eſſe ſimul, ergo ſ͞m idẽ præſens Dei ego, & Adam, & dies iudicij Deo p̃ſentes ſumus, licet in diuerſis tp̃ibus ſimus, & hoc mõ propriè dicetur de oĩbus, ꝙ ſunt Deo pñtia, & ſic non poterit dici, ꝙ aliquid eſt Deo præteritum, vel futurum, ſed pñs: licet ſ͞m conditionẽ tp̃is præſens, aut præteritum ſit, vel futurum. Non tñ dici poteſt de omnibus rebus, ꝙ nunc ſunt Deo præſentes: nam oporteret ad hoc, ꝙ omnes res nunc eſſent: ſed non ſunt, ergo non ſunt Deo præſentes nunc. Multum. n. differunt iſtę duæ propoſitiones, quia ꝙ omnes res Deo pręſentes ſint, requirit aliquod vnum præſens, ſ͞m quod omnes comparentur ad Deum tanq̃ præſentes, & iſtud eſt præſens Dei, quod eſt vnicum, & idem in oĩbus temporibus, in quo omnia ſunt: ideo licet res inter ſe non ſint pręſentes, tamen in illo præſenti ſunt pręſentes, & hoc ſufficit ad hoc, ꝙ ſint præſentes Deo, & ſimul: velut ſi ego ſim pręſens ſorti ſ͞m iſtud præſens, quod nunc habet, & Plato ſ͞m idem pręſens ſit Sorti præſens, dicemur ambo ſimul p̃ſentes Sorti: ita formatio Adæ eſt pręſens Deo, quia illa eſſe habuit in pręſenti Dei, qđ tunc erat, & dies iudicij erit pręſens Deo, quia erit præſens pñti Dei, quod tunc erit, & iſtud pñs Dei eſt idem, ergo formatio Adæ, & dies iudicij ſunt pręſentia Deo ſimpliciter, & ſimul atque ſ͞m idem pręſens, & tñ nõ ſunt pñtia Deo nunc, quia nulla eorũ eſt nũc.

Nulla res poteſt aſſignari Deo tanq̃ præterita ac futura, & ita dies iudicij non eſt Deo futura, nec formatio Adę præterita infra. qõ. 51. 53. 54.

Conſiderãdum etiam, ꝙ nulla res põt aſſignari Deo tanq̃ pręterita, nec tanq̃ futura: nã formatio Adę non eſt Deo præterita: nec dies iudicij eſt ei futura, & poterit hoc probari ex fundamentis ſupra poſitis. ſ. ꝙ eſſe Dei eſt totum ſimul: ſed formatio Adæ fuit aliq̃n pręſens Deo, ergo ſi non eſſet præſens ſemper Deo, non eſſet ſimul totum Dei eſſe: ſed efficerentur pręteritum, ex futurum, quæ non dicunt ſimultatẽ, ergo ſicut ſemel formatio Adę fuit Deo pręſens, ita erit ei ſemper pręſens. Ita patet, ꝙ dies iudicij non ſit futura Deo, quia id quod alicui eſt futurum, eſt in potentia ad hoc, ꝙ ſit illi pręſens: ſed in Deo non eſt potentialitas vlla, ſed purus actus, ergo nihil eſt Deo futurum quod ei poſtea efficiatur pręſens. vel ſi dixerimus, ꝙ aliquid eſt futurum Deo, & tñ non eſt in potentia ad illud: dabitur ꝙ illud nunq̃ efficiatur ei præſens, nec poſſit eſſe pręſens, & tñ falſum eſt, quia cum duratio Dei nunq̃ deſinat quęcunq; fuerint, neceſſe eſt, ꝙ aliq̃n ſint ei præſentia. Dabitur ergo potẽtialitas in Deo ad aliquid hoc modo: ſed falſum eſt, ergo nõ eſt dies iudicij nunc futurus Deo ſed pręſens. Item patet hoc magis ex fundamẽto naturę, ſcilicet quandocunque ego habeo iſtud pręſens ſecundũ quod Sortes eſt mi-

F hi præſens erit Sortes mihi pręſens, ſed Deus habet ſemper illud pręſens, ſ͞m quod dies iudicij eſt ſibi pręſens: ergo illa eſt ſibi præſens. Maior patet, quia ſi q̃n ego habeo pręſens ſ͞m quod Sortes eſt mihi pręſens, poſſet Sortes non eſſe pręſens: poſſet nõ eſſe præſens dum eſt præſens: ſed hoc includit ꝯdictionem, quia omne quod eſt, dum eſt, neceſſe eſt eſſe. Et patet q̃a vnicum præſens eſt ſ͞m quod ſortes eſt mihi pręſens. Si aũt dicatur, ꝙ in illo poteſt non eſſe pręſens ſequit̃ ꝙ poterit eſſe non pręſens, dum eſt pręſens. Minor patet quia dies iudicij aliq̃n erit pręſens Deo, ſ. q̃n ipſa erit, & illud pręſens in quo Deus tunc erit eſt id qđ nunc habet, & ſemper: nam non mutatur in eo præteritum pręſens, & futurum, ſed ſemper eſt eadẽ duratio tota ſimul, & pręſens, vt ſupra declaratum eſt:

G ergo non erit dies iudicij Deo futura. Item patet ꝙ omnia ſimul ſint Deo pręſentia: nã aliquid eſt Deo pręſens: ergo omnia ſunt Deo pręſentia. Antecedens patet, quia id quod nũc eſt, nemo negat eſſe pręſens Deo. Conſequentia probatur quia omnia entia, ſiue præterita, ſiue futura, ſiue præſentia referunt̃ ad Deum ſ͞m eandem ſimplicem durationem: ergo aut omnia ſunt pręſentia Deo per pręſentialitatẽ ad durationem illam, vel omnia ſunt futura, vel omnia pręterita: ſed aliqua ſunt præſentia ſ͞m illam durationem Dei, quia de illis, quæ nunc ſunt dicimus, quod ſunt præſentia, & referuntur ad Deum ſ͞m illam durationem: ergo de omnibus, quæ ſ͞m durationẽ eandem referuntur ad Deum, dicemus ꝙ ſunt pręſentia: nam idem nõ eſt principium diuerſorum, ſ. ſi aliquis

H ſ͞m albedinem dicitur albus, non poterit alius ſ͞m albedinem dici niger: ergo cum in Deo idem nunc ſemper ſit ſecundum quod omnia, quæ comparãtur ad Deum, referuntur, neceſſe eſt omnia illa eſſe præſentia, aut omnia futura, aut omnia pręterita: ſed quędam illorum ſic comparatorum dicuntur verè præſentia Deo, ergo omnia. Item pręteritum futurum pręſens dicũt diuerſas partes durationis, quia non poteſt aliqua res ſ͞m eandem durationem eſſe pręſens pręterita, & futura: ſed omnes res, quę ſ͞m conditionem temporis pręſentes præteritæ aut futurę ſunt, ad Deum ſ͞m idem nunc Dei referuntur: ergo comparatę res ad Deum non ſunt ei quędã præſentes, quędã præteritę, & alię futurę, ſed neceſſe eſt omnes pręſentes eſſe, & ſimul præſentes. Et hoc eſt quod ſupra

I dicebatur: nam ꝙ omnes res præſentes Deo ſint, ſi non referuntur ad idem pręſens facile eſt; cum etiã cęlo omnia pręſentia ſunt quamquã nõ habeat æternitatem, & totum eſſe ſimul, ſed quędam ſunt ei pręſentia nũc, alia vero poſt, & ſic in diuerſis temporib⁹: Deo tamen ſunt ſimul omnia: quia ſ͞m eandem durationem & inſtans Dei præſentia ſunt ei omnia. Nã eſſe Dei totum eſt ſimul, vt ſupra declaratum eſt. Ex quo etiam ſequitur ꝙ eſſe Dei eſt inſtans ſolum & indiuiſibile: nam ſi haberet partes durationis non eſſet totum ſimul. Nihil enim totũ ſimul eſt, niſi in- Quæſt. 17.

K ſtans, & quodlibet indiuiſibile, & tunc quodcunque pręſens eſt Deo, neceſſe eſt, vt ſ͞m illud idem vnicum & indiuiſibile inſtãs præſens ſit: ſed illud habet ſimultatem pp carere partibus, ergo quęcunquę Deo pręſentia ſunt ſ͞m inſtans ſunt, ſicut quęcũque mihi pręſentia ſunt ſ͞m inſtans, quod nũc eſt, dñr mihi ſimul pręſentia: inſtans aũt ęternitatis, in quo eſt tota duratio diuina, ita eſt ſimplex, ſicut inſtãs, quod eſt nũc & ſi ſimplicius aliquid dici poteſt.

An ſequatur ex hoc ꝙ res ſunt præſentes Deo ꝙ ſint ſimul. Quæſt. XXI.

SED contra hoc aliquis arguet dicens, ꝙ ſi omnia Deo ſimul pręſentia ſunt, ergo omnia ſimul ſunt, quia

quia non est hic aliqua determinatio diminuens, vel distrahens. Sed non sunt oĩa simul, quia nunc non est formatio Adæ, nec dies iudicij. R̃ndetur, ꝙ non valet ista consequentia, s. oĩa sunt simul præsentia Deo: ergo omnia sunt simul pręsentia, quia variatur suppositio propter varium modum consupponendi illius aduerbij simul. Nam cum ponitur iste datiuus Deo accipitur pro pręsentialitate, quam res habẽt ad Deum, & in illa præsentialitate sunt simul, quia vna non est pręsens prius, quàm alia, quia illa duratio Dei, secundum quam res sunt ei pręsentes, est ĩdiuisibilis, & nõ habet prioritatem, & posterioritatem, qđ pertinet diuisibili vel multiplici, ideo qũocunque se habeant, simultantem respectu Dei habent. Non tñ habent simultatem inter se, quia habere simultatem inter se est habere simultatem in tpe, quod mensurat eas. nam non mensurantur illo nunc diuino, quod soli Deo cõuenit. sed tpa mensurantia nõ sunt simul, quia alia pars tpis corr̃ndet formationi Adæ, & alia aduentui ad iudicãdum sęculum: cum autem dr̃ ergo oĩa sunt simul pręsentia, vel oĩa sunt simul, accipitur simultas pro simultate inter seipsas. & hoc falsum est, quia non sunt omnia in eodem tempore quamquam sint in eodem instanti ęternitatis, vel vt proprius dicatur sunt oĩa præsentia instanti ęternitatis. Item dicendum est, ꝙ non est vna res prius Deo pręsens q̃ alia, s. ꝙ nõ est formatio Adę, & creatio rerũ prius Deo p̃ns q̃ aduẽtus Antichristi, vel dies iudicij. Et patet hoc ex prędictis, s. ꝙ oĩa sunt simul pręsentia Deo, si tñ aliquid esset prius p̄sens Deo, q̃ aliud non esset simul in præsentialitate, quia prius, & posterius opponũtur simultati: formatio autem sęculi, & aduentus ad iudicandum ex prędictis Deo pręsentia sunt simul, ergo non est prius Deo præsens formatio sęculi, quàm aduentus ad iudicandum. Item in eodem & indiuisibili non est aliquod prius, & posterius, sed omnimoda simultas, quęcunq; tñ Deo præsentia sunt ꝭm idem præsentia sunt, quia vnicum præsens Deus habet, quod est instans ęternitatis, ergo nõ est aliquid prius altero Deo præsens, alioquin darẽtur plura præsentia in Deo, quod est falsum. Sed aliquis arguet contra, quia creatio mundi, & formatio Adæ, q̃n sunt, Deo præsentes sunt, & aduentus ad iudicandum atque persecutio Antichristi, q̃n sunt Deo præsentia sunt, & formatio Adæ, & creatio sęculi prius sunt quã aduentus ad iudicandum, & persecutio Antichristi, ergo prius Deo pręsentia sunt. R̃ndendum est non valere consequentiam, quia mutatur suppositio: nam in antecedente ponitur præsentialitas, & simultas pro p̄sentialitate, & simultate, quam inter se, & ꝭm naturã suam habent, in consequẽte autem ponitur ꝓ simultate, quam habẽt ad Deum, & præsentialitate, sed ista nimis differunt, quia pręsentialitas ad Deum est præsentialitas in ęternitate, & præsentialitas rerum inter se est ꝭm instantiam tpis, & partes, & diuersa prædicamus de his: nam dicimus, ꝙ omnes res sunt pręsentes Deo, & tñ non concedimus simpliciter omnes res esse simul, debet autẽ simultas ista accipi necessario ꝭm Deum, & non ꝭm res cum dicimus omnia sunt simul Deo, vel simul pręsentia Deo. Sicut cũ dico Sortem, & Platonem esse mihi pręsentes, necesse est, ꝙ referãtur ad præsens meum, s. ꝙ pręsens cuiuslibet illorum sit pręsens præsenti meo: nam si accipiatur secundum pręsentia sua, & non ꝭm præsens meum, non comparabũtur ad me in ratione simultatis, vel prioritatis, aut posterioritatis, sed inter seipsos. Eodem modo cum dicim⁹ omnia esse simul Deo, aut simul pręsentia Deo, necesse est accipi simultatem pro simultate, quæ est ĩ præsentialitate Dei, & non in pręsentialitate earũ adinuicem, quia tunc compararent ad se inuicem, & nõ ad Deum. Et tunc r̃ndetur ad formam argum. s. creatio mundi, & formatio Adæ q̃n sunt, Deo p̃ñtes sunt verum est, & sic est de aduẽtu ad iudicandum, & persecutiõe Antichristi, & tñ idem pręsens Dei est, quod est dum fuit creatio orbis, & formatio Adę cui ista p̄sentia sunt. & illud idem præsens est Dei cũ Antichristus est, & dies iudicij cui hęc præsentia sunt: nã licet pręsentia rerum istarum absolutè diuersa sint tñ idem præsens Dei est, in quo oẽs hę conferuntur. Et cum dr̃ in minori, ꝙ formatio Adæ est ante aduentum ad iudicandum, concedendum est ꝭm præsentiam rerum absolutè: & tñ nõ est prius ꝭm pręsens ęternitatis, cui comparantur, ideo non sequitur ergo formatio Adæ prius est Deo pręsens quàm aduentus ad iudicãdum, quia ibi supponitur pro præsenti ęternitatis, & simultate. Item nõ solum omnia sunt Deo simul, sed oĩa sunt semper Deo simul, ita ꝙ nullum est ens, quod non sit Deo semper præsens, vtpote formatio Adæ, & crucifixio Christi, & dies iudicij. Quod patet, quia aliquid dr̃ alteri semper præsens, quod in toto tpe est in quo illud est, vt si aliquid sit ab instanti natiuitatis meę vsq; ad instans defunctionis meę dr̃ mihi semper præsens, quia est præsens oĩ præsenti meo, ego autem non habeo plura præsentia q̃ quę clauduntur inter instãs natiuitatis, & instãs mortis, ita est de Deo, quia si aliquid est ĩ tota duratione Dei, & in omnibus partibus eius, siquas habet, illud dr̃ esse præsens Deo semper, vel sp̄ q̃n est, sed de quacunque re, siue pręterita, siue futura sic est, ꝙ ipsa est pręsens toti durationi Dei, ergo est sp̄ pręsens Deo. Patet antecedens, quia tota duratio Dei est ipsa ęternitas, vltra hanc enim nihil h̃et, sed q̃libet res est in tota ęternitate, ergo est in tota duratione Dei. Patet hoc, quia quęlibet res q̃n est, præsens Deo est, cum nunc sit Deus, & oẽs res pręsentes nobis sunt nunc, ergo pręsentes sunt Deo. Et tunc quæritur, an sunt pręsentes ei per totam durationem suam, vel per aliquam partem suę durationis, vel per aliquod indiuisibile suę durationis: quod non sit totũ nec pars, sicut in tpe assignamus instans, quod non est totum tẽpus, nec pars tpis, sed aliquid tpe. quocunq; istorum modorum habetur intentum. Si primo modo dicatur, ꝙ res, quę sunt præsentes Deo, nunc sint præsentes ꝭm oẽm durationem suam, ergo sunt semper pręsentes Deo, quia vltra totam durationem suam Deus nihil habet, in quo possint esse aliqua sibi pręsentia, vel futura. Si autem dicatur, ꝙ quæ nunc sunt, sint Deo præsentia ꝭm partem durationis suæ, & nõ ꝭm totam, dabitur ꝙ duratio Dei, & esse suum nõ sit totum simul, quia h̃et partes, nam si partes h̃et, & vna nõ est alia, necessario ponitur successio in duratione, supra tñ probatum est esse Dei esse totum simul, ergo non sunt ei p̄sentia ꝭm partem quandam durationis suæ. Non põt ẽt poni tertium, s. ꝙ sint ei præsentia ꝭm quoddam indiuisibile, quod est in sua duratione, & non est tota duratio, nec pars, sicut instans in tpe, nã hoc modo oporteret poni durationem Dei aliquid diuisibile, quod haberet partes, & illarum partium copulatiua essent illa indiuisibilia, sicut puncta ponuntur indiuisibilia continuantia lineam, & instantia ponũtur indiuisibilia cõtinuantia tpis partes, sed non cõcedimus durationem Dei esse diuisibilem cum sit tota simul: ergo non possunt assignari in ea aliqua indiuisibilia, quę non sint tota ipsa duratio Dei: necesse est igitur, ꝙ omne, quod est siue præteritum, siue futurum, aut præsens semper Deo pręsens sit, idest quandocunque Deus est.

Deo non est vna res prius p̃ns quã alia.

Non solũ oĩa sunt Deo simul sed oĩa sũt semp Deo simul.

Tertia conclusio superior impugnatur. Quæst. XXII.

SED contra hoc arguetur, quia formatio Adę fuit Deo pręsens, quando erat, & nunc nõ est pręsens quia non est, ergo non erit semper pręsens, idẽtidem aduen-

aduentus Antichristi non est nec præsens Deo, nec
fuit vnquam, sed aliquando erit: ergo non est præsens
semper Deo, & sic est de omnibus entibus, ergo nul-
la res est semper præsens.

Respondendum est, quòd esse rerum habet aliam
mensuram durationis, quàm esse Dei, quia esse Dei
habet pro mensura ipsam æternitatem, quæ est tota
simul & indiuisibilis: res autem creatæ habent alias
mensuras, scilicet quæ non sunt totæ simul, sed istæ
differunt, quia rerum quædam non habent totum si-
mul, quia acquirunt partem essendi per transmutatio
nem quandam, sicut esse album, esse nigrum esse ma
gnum, & paruum sunt partes ipsius esse hominis, vt
supra declaratum est, & tamen ista motu acquirun-
tur, siue largè, siue propriè dicto. In omnibus huius-
modi rebus assignatur mensura, quę est tp̄s, cū tp̄s sit
mensura motus, & passio fundata in illo, vt patet. 4.
Physic. Aliæ sunt res, quæ non habent totum esse
simul, sed acquirunt successionem quādam: non est
tamen motus aliquis in hac successione, quia nō sunt
entia corporalia susceptiua motus, aut transmutatio-
nis largè dictæ, & in his est mensura, quæ vocatur æ-
uum, & huiusmodi sunt substantiæ angelicæ. In re
autem nulla potest esse æternitas prǫter Deum, cum
nulla habeat totum suum esse simul, siue sit transmu
tabilis, siue non. In Deo autem non potest poni tem
pus tanquam mensura, nec æuum, quia non acquirit
esse suum per partes cum transmutatione quadam,
sicut est in re temporali. Nec habet ęuum, quia non
acquirit esse in partes per successionem, sine motu,
cum nullus modus partibilitatis in eo sit. Ex hoc se-
quitur, quòd quando comparantur res ad Deum, ita
vt dicantur esse præsentes ei, vel simul cum ipso: ne-
cessario accipitur simultas pro simultatę, & prȩsen-
tialitate, quę est in ęternitate, quia nihil comparari po
test alteri, nisi secundum id, quod est in illo cui com-
paratur: nam non potest comparari homo lapidi se-
cundum sapientiam, vel prudentiam, quia in lapide
nil horum est. In Deo autem temporis & ęui nihil
est, ergo cum comparantur res ei secundum prȩsen-
tialitatem, & simultatem necessario comparantur se-
cundum esse ęternitatis.

An res creatę possint cōparari Deo in æternitate cū cōparatio fieri debeat in uniuoco. 7. Phy.

Sed obijciet aliquis tunc, quòd non poterunt com
parari res createę Deo, ita vt dicatur, quòd sunt ei prȩ-
sentes, vel simul, quia in rebus, quę comparantur de-
bet esse aliquid vnum participatum ſm quod compa
rentur: sed Deus habet ętetnitatem, & quidquid com
paratur ei debet comparari ſm conditionem ęterni-
tatis, siue in simultate, siue in præsentialitate. In rebus
aūt creatis nihil est de ęternitate, sed de tp̄e, & ęuo: er
go nō sunt ei comparabiles, & ꝯñter non dicetur, q̄a
sunt ei pn̄tes, vel simul. Rn̄dendum verum esse non
cōparari res ad Deū, nisi ſm id quod est in Deo. s. ſm
ęternitatem vel ꝯditiones ęternitatis, & oportet ꝙ ēt
sint istę in rebus, & sic est, q̄a licet in rebus creatis nō
sit ęternitas tn̄ sunt cōditiones potissimū ęternitatis.
Et non est hoc ſm tp̄s, vel ęuum, quę sunt mēsurę ea-
rum, sed ſm aliquid q̄d assignatur in his. s. ſm instans
q̄d assignatur in tp̄e, & ęuo, & illud est substantia tp̄is
iuxta Arist. 4. Phys. Q̄d non intelligitur de instātibus,
quę nos ponimus ad diuidendū tp̄a, & continuandū,
& assignamus qūocunq; volumus. Sed illud vnicum
est correspondens substātię rei, quæ est tota simul: tn̄
non hēt esse simul totū: ideo oportuit, ꝙ illud instās
flueret ad mensurandū totum esse, & sic causatur tp̄s
ex instanti. Et ista est verissima sn̄ia Arist. in parte illa.
s. ꝙ instans est substātia tp̄is. i. nihil est in toto tp̄e, nisi
instans fluens, & istud vnicum est in qualibet re na-
turali, aut in toto motu: nam si hmōi essent plura in-
stantia, necesse erat, vt essent plura tp̄a simul, vel tp̄a

F esse discōtinua: de quibus q̄q̄ altissima speculatio sit
omittatur ad prȩsens. Assignatur ergo in tempore,
& in ęuo instans: & istud est simile ęternitati: nam
æternitas est indiuisibilis, ita & instās: ęternitas quo-
que est tota simul; ita & instās est totum simul, quia
cum indiuisibile sit, non habet aliquas partes prȩce-
dentes, & aliquas subsequentes. In hoc ergo res tem-
porales possunt comparari Deo, s. ꝙ sint ei præsentes,
vel simul cum habeant indiuisibile illud, quod ęqua-
tur æternitati: & hoc sufficit. Multę tn̄ conditiones
sunt diuersę ęternitatis, & instantis temporis: sed in
hoc non refert de quo infra dicetur. Nūc aūt redeun
do ad principalem rn̄sionem argumenti, dicendum
est, ꝙ res non possunt comparari Deo in duratione,
nisi ſm cōditionem ęternitatis: si ergo res sunt sem-
G per cum durat æternitas dicetur quęlibet res harum
esse semper prȩsens Deo, vel q̄ñcunque Deus est.

In q. 23. & 28.

Redit ad argumētū factum in principio huius q. 22.

Cum autem arguitur formatio Adæ est præsens,
q̄ñ est, & nunc non est: ergo nō est Deo semper prȩ-
sens: negatur consequentia, quia ponitur tanquam
pars quod non est pars: nam nunc, vel cras, aut heri
non sunt tota duratio Dei aut pars durationis Dei: cū
istę sint partes temporis, vel aliquid in tempore: du-
ratio aūt Dei est sola ęternitas, quæ non est tempus,
nec includēs tempus, aut partem temporis, aut aliq̄d
quod sit in tp̄e. Ita non valent similes consequentiæ:
si ego fui semper prȩsens Platoni, ergo ei fui prȩsens
cum Alexander pugnabat: nam dici ego fui semper
prȩsens Platoni significat, ꝙ ego semper fui, q̄ñ ipse
fuit: & nō fuit aliqua particula durationis suæ, in qua
H ego non essem. Non tamen sequitur ergo ego fui ei
prȩsens q̄ñ pugnabat Alexander; quia tempus illud
non erat pars durationis Platonis. Ita de Deo q̄q̄ sit
quælibet res semper Deo prȩsens, non sequitur ꝙ sit
nunc, quia nunc non est duratio Dei, nec pars dura-
tionis, nec aliquid in duratione. Identidem non se-
quitur ista: Res est semper Deo prȩsens, ergo est om
ni tēpore Deo prȩsens. Nam non exponitur semper
per omne tempus, sed per omnem durationem, sed
duratio est triplex, s. æternitas, æuum, & tempus: ideo
semper significat omne tempus, vel omne æuum, vel
totam æternitatem. Ideo cum arguitur semper Deo
prȩsens est, ergo in toto tempore. Non valet conse-
I quentia quia arguitur a superiori ad suum inferius af-
firmatiuè. Valeret tamen ista consequentia: ista res
est semper, ergo est in omni tp̄e: vel ergo est nunc:
quia licet semper possit significare totalitatem men-
surę cuiuslibet durationis: tn̄ detinetur ex adiunctio-
ne rei, cui consupponit ad standū pro duratione, quæ
est tempus: quia illa solum correspondet illi rei. Itē
sicut non valet ista consequentia: ista res est semper
prȩsens Deo, ergo est prȩsens ei nūc & postea: & sic
de omnibus partibus temporis de compulato extre-
mo, ita non valet: ista res est semper prȩsens Deo, er-
go est ei prȩsens nūc, vel antea, vel post: & sic de qua-
libet parte temporis, cum disiuncto extremo. Satis
K enim stat ad esse semper Deo prȩsens, & tamē quòd
in nulla parte temporis sint, quia nec Deus est in ali-
qua parte temporis. Sed aliquis dicet, quòd quāquā
non valeat ista consequentia, scilicet ista res est sem-
per prȩsens Deo, ergo est in omni tempore, quia mu
tatur ibi suppositio cum in vna accipiatur pro dura-
tione, quam habet res secundum comparationem ad
Deum, & in alia pro esse, quod habet absolute: ta-
men dicet, quòd valebit ista consequentia: ista res est
semper prȩsens Deo, ergo est in omni tempore præ-
sens Deo: quia vtrobique accipitur præsentialitas se-
cundum idem. Respondendum est non valere con-
sequentiam, quia etiam mutatur in ista suppositio si-
cut in prȩcedenti: nam licet vtrobiq; accipiatur eadē

præsen-

præsentialitas, tamen non accipitur eadem mensura durationis, nam in prima accipitur semper pro tota æternitate: in secunda accipitur omni tempore pro tota substantia temporis.

Sed adhuc arguet aliquis non posse hoc stare, quia quod semper Deo præsens est, quñcunque Deus est, illud est: sed Deus est nunc, & qñ formatus fuit Adam, & qñ iudicabitur sæculum: ergo quodcũque est Deo semper præsens erit nunc, & qñ erat formatio Adæ. & qñ erit dies iudicij, quod non competit cuilibet rei.

Rñdendum est, ꝙ mensura Dei est æternitas, & nihil maius, aut min⁹ Deus habet ipsa æternitate, sed ista tota simul est, & indiuisibilis: ergo quæcunque res habet esse saltem per indiuisibile est qñcũque Deus est, quia vnum indiuisibile non est maius alio. Et cum dr̃, ꝙ Deus est nunc, & qñ formabatur Adam, & in die iudicij, & sic de cæteris partibus temporis loquẽdo vulgariter. Respondetur, ꝙ hoc est improprie dictum, quia Deus non est in tempore, nam quod est in tp̃e mensuratur tempore, sicut quod est in loco, mensuratur ab eo: duratio autem Dei non mensuratur tp̃e, nec partibus temporis; ergo non propriè dr̃, ꝙ Deus est hodie, vel fuit cras, sicut non dr̃ propriè Deus est in ista domo, vel illa, quia non mensuratur a loco qui est ista domus vel illa, ideo non oportebit, vt si quæcũq; res est, quandocunque Deus est, dicatur esse Deus hodie, vel mane aut in tempore formati Adæ.

Deus non proprie dr̃ ꝙ est hodie vel fuit cras, aut erit mane, & quo sũt sine exponendę. qõ. 33.

An concedi debeat ista, Deus est in isto instanti nostro, & quomodo debet exponi ad hoc, quòd vera sit. Quæst. XXIII.

SED adhuc fortius arguetur: Deus est nunc: Ista vr̃ esse propria locutio, quia Deus proprie est in æternitate, & æternitas est tota simul, & indiuisibilis, & sic instans nostrum quod signamus in tempore, ergo Deus erit in illo instanti, sicut est in æternitate, nam & sic supra dicebatur, s. ꝙ nos non poteramus Deo comparari in duratione per aliquod tẽporis, vel æuum aut conditionẽ æui, vel temporis, sed comparamur Deo in simultate per instans, & in eo sumus præsentes illi, ergo Deus erit in instanti nostro ꝓprie loquendo. Et hoc dato arguetur, quodcunque est semp Deo præsens: est quãdocunq; Deus est, sed Deus est in isto instanti temporis, ergo & res, quæ illi semp præsens est, sed non dicetur hoc de singulis, ergo nec erit verum, ꝙ quælibet res sit sp Deo præsens. Rñdendum est quamlibet rem esse Deo semper præsentem, vt s. dictum est. Et cum dr̃, quod ergo est qñcunque Deus est &c. conceditur. Sed cum dr̃, ꝙ Deus est qñ fuit creatio mundi, & qñ erit dies iudicij: rñdendum est, si attenderetur proprietas locutionum, propositiones istas esse falsas, sed conceduntur ex modo cõi loquendi per abusum terminorum, ideo aliqui subtilius his vti volunt, & dicũt esse sensum, ꝙ Deus est hodie, vel mane, vel in toto tp̃e, idest Deus est, qñ est hodie, vel qñ est mane, vel qñ est totum tp̃s, licet nõ sit in toto tp̃e. Isti faciunt istam expositionẽ innitentes habitudini importatę per istam propositionem, in qua significat mensurã, s. Deus est in toto tp̃e, i. in ipso tanq̃ in mensura suę durationis, qđ inconueniens est. Cum vero dicunt Deus est, qñ totum tempus est, non credunt signari mẽsuram aliquam. Sed iste modus exponendi non tollit inconueniens: nam cũ dicimus Deus est, quãdo totum tempus est, damus Deo aliquod qñ, in quo sit. Etiam hoc inconueniens est, quia qñ ad tp̃s pertinet, nec potest quisquam euitare, poni Deum in tempore, si dicat ꝙ Deus est, qñ tempus est, nam sicut cum dicimus Deus est hodie dicimus eum esse in tẽpore, ita cum dicimus eum esse, quando tempus est assignamus ei aliquod qñ, quod rñdeat tp̃i. Non debet ergo cõcedi propositio aliqua de Deo in hoc sensu, sed per negationem exponẽdæ sunt, s. Deus est hodie, idest non desinit hodie esse, vel nõ deficit, & Deus est in toto tp̃e, idest in nulla parte tp̃is Deus esse desinit, & istę, & similes sunt veræ per negationem, quæ non importat mẽsuram, tñ quocunq; modo affirmatiue exponantur falsę sunt. De nunc autem, siue instãti dicendum est, ꝙ etiam non est concedendum Deũ esse in instanti nostro, quia sicut non correspondet ei tempus, ita nec aliquid, quod sit in tempore, instantia autem in tempore assignantur. Et cum dicitur, ꝙ duratio per instãs est indiuisibilis, & est tota simul, quod competit durationi æternitatis. Respondendum est adhuc non sufficere hoc ad hoc, ꝙ Deus in instãti sit, quia instans æternitatis licet indiuisibile sit, & totũ simul, tamen non habet positionem in tempore, sicut instans temporis, quia instans assignatum in tempore habet ibi positionem, vtpote instãs distinctiuum duarum horarum: illud enim ita est post primam illarũ, ꝙ non est ante illam, aut aliquam partem eius, & ita est ante secundam horam, ꝙ non est post illam, aut post aliquam partem eius, instans autem æternitatis nõ habet positionem in aliquo tempore, ideo nec est post aliquod tempus, nec ante illud. Et ex hoc sequuntur proprietates multæ differentes. Est autem vna, quæ satis nobis est, s. ꝙ si aliquid est in isto instanti temporis copulatiuo & diuisiuo duarum horarum, necesse est, ꝙ aliquid sit ante illud habẽs durationem. & aliquid post illud duret, quod patet, quia istud instans habet positionem in tempore, ita ꝙ est post horam præcedentem, & post quamlibet partem eius, & est ante horam sequẽtem, & ante quamlibet eius partem. in hora tamen præcedente aliquid necessario fuit, & in hora sequenti si erit aliquid necessario erit, quia non potest esse tempus, sine re temporali. Sicut est de pũcto, quem Arist. dicit habere positionem in linea: nam q̃quam nullam habeat magnitudinem, determinat tamen sibi certam habitudinem situs, quia est ante talẽ, & talem partem, & est post talem, & talem, cum copulent, & distinguant partes magnitudinis. Quæ autem sunt in instanti æternitatis nihil ante illã esse potest, & nihil post illam, quia illud instans non habet positionem aliquam in duratione tp̃ali, vel quacũq; alia extensiua, sicut instans tp̃is, ideo nec erit aliquid ante illud, quia non habet positionem post aliquam partẽ durationis, sicut instans, quod nunc est habet positionem ante sequentem horam, ideo instans æternitatis non est ante aliqđ, nec est aliquid post illud, quia tunc necesse esset habere positionem in duratione aliqua successiua illud instans. Quamquam ergo instãs æternitatis sit aliquid habens, vt instans nostrum, tamen non est penitus, vt illud, ideo de Deo, qui conuenienter est in instanti æternitatis, non conuenienter conceditur, quòd sit in nostro instanti, sed cum dicitur, quòd Deus est nunc, idest in isto nostro nunc, est exponendum negatiuè, sicut de partibus temporis, scilicet Deus est nunc, idest nõ deficit esse in isto nostro instanti.

Dr̃ia inter instãs æternitatis, & instans tẽporis. de quo. q. 28.

Sed aliquis dicet, quòd si negatur ista propositio Deus est in isto instanti nostro, ideo negatur, quia videtur solum attribui duratio, quæ est nunc, & non duratio aliqua præcedens, nec subsequens cum distinguamus instantia a partibus temporis, quas copulãt, & diuidunt, sicut distinguimus puncta a partibus magnitudinum, in quibus habent positionem, si tamen sub isto sensu intelligatur, s. quod Deus est nunc, quia esse totum Dei est, & est totum simul, & indiuisibile: & tamen non propter hoc est tollendum, quin semper ante fuerit, & semper postea futurum sit: videbitur

tur concedēda propositio. Dicendū est, ꝙ ēt isto modo non est concedenda: nam tunc cum Deus in isto instanti nostro sit, quæritur an sit totum esse Dei in hoc instanti, aut pars: si dicas ꝙ totum, cum ante istud instans necessario præcesserit tempus, quod ponimus istud instans copulatiuum horarum, necesse est, ꝙ aliquid ante totam Dei durationem fuerit, & ꝙ aliquid post totam Dei durationem, & sicut istud instans verè post aliquid est, & ante aliquid. Sed hoc non est cōcedendum. Sic patet de entibus, quæ solo instanti tēporali mensurātur, vt generationes & corruptiones: quia si nunc fit generatio aut corruptio, verum est, ꝙ ista generatio sit post totum tempus præteritū, & ante totum tempus futurum, quia nihil cōpetit illi generationi pro mensura nisi instans. Ita de Deo necessario erit, cui competit indiuisibile pro mēsura: ideo si demus ei indiuisibile, quod est in tempore: necessario aliquid ante eum fuerit & aliquid post eum. Nec valet, si aliquis dicat, ꝙ hoc sequeretur, si esse Dei solum esset in hoc instāti, sicut generatio, & corruptio, quę nunc fiunt, in solo hoc instanti sunt: ideo aliqd ante eas necessario ponitur, & aliquid post: Deus tamen quamquam totum esse suum habet in hoc instanti, cum sit totum simul, tamen ante hoc etiam habuit esse, & sic non sequitur quod inferebatur.

Respondendum est, ꝙ adhuc non tollitur sic incōueniens: nam licet Deus habuerit semper esse & habiturus sit, cum concesserimus in isto instanti tempo ris eum esse, & quòd in isto totum esse suum habet, & nulla pars essendi eius est ante istud instās, nec post istud instans cum sit totum simul: necesse est, vt ea, quæ sunt extra istud instās, & pręcedūt istud realiter sint extra durationem Dei, quæ tota est in illo instāti. Ideo licet ponamus durationem Dei indeficientem: tamen necesse erit hoc modo, vt aliquid ponatur ante illam totam, quod est inconueniens. Si aūt dicat, ꝙ in isto nūc tpis est aliqua pars durationis, vel esse Dei est duplex incōueniēs. Primū est, ꝙ ponitur esse Dei
Quæst.17. partibile, & consequenter non totum simul, quia supra probatum est è contrario. Secundum inconueniens est, quòd aliquid sit ante quandam partem durationis Dei, & aliquid post illam, quod eodem modo inconueniens est. Nam quodlibet in Deo pertinens ad essentialia est Deus, ergo quælibet pars esse Dei est Deus, dato ꝙ haberet partes, sed ante Deum nihil esse conceditur, ergo ante partem durationis eius nihil quoque erit, ideo non poterit dici propriè, quòd Deus sit in instanti nostro sub quocūque sensu velimus eam exponere.

Item non potest concedi Deum esse in instanti nostro, quia tunc aut illud instans esset fluens, aut manens, sed neutro modo potest stare, ergo Deus non est in instanti nostro proprie loquendo.

De natura instantis & temporis & causatione eius, & de instantibus copulantibus & terminantibus, & quod eorum mensurat. Quæst. XXIIII.

PRo quo sciendum quoddam esse instans qđ correspondet substantiæ, vel essentiæ rei: nā permanētia habent totum suum esse simul, scilicet totam essentiam, vt supra declaratū est, & non esse, & sic sunt tota in quolibet instanti: nā postquam homo est homo in quolibet instanti assignato est perfecte homo. Et hoc est ad simultatem substantiæ vel essentiæ, sed ad simultatem essendi nequaquam. Et ob hoc, quia quælibet res harum ex aliqua parte est manens ex aliqua fluens, correspondet sibi duplex mēsura, scilicet instās ex ea parte, qua permaneret & tps ex ea parte, qua fluit: & quia substātia, s. hō vel lapis sunt subiecta transmutationi, &
F successioni: & tamē isti substātię, quæ est lapis vel hōmo quantū ad esse lapidem, vel hoīem corrñdet totū esse simul: ideo necesse est ꝙ corrñdeat illi instās, qđ non dicit in se fluxum. Nec pōt lapis iste, vel hō mensurari tpe quantum ad esse hoīem, vel lapidem: quia esse hoīem simul est tēpus, tñ nō habet partes simul, ideo mensurare non pōt nisi ea, quæ non habent partes essendi simul: homini ergo & lapidi alia mensura dabitur, & ista est instans. Et quia homo semper est homo dum durat, & lapis & cętera, oportet poni semper instans mensurans realiter & non per imaginationem, sicut est de punctis, quæ ponuntur continuantia lineam, quia illa non sunt realiter: & sicut instantia, quę ponuntur copulatiua, & diuisiua partium temporis, quia ista non sunt, sed sicut puncta termi-
G nantia lineam, quæ realiter sunt. Et ob hoc vocatur instans siue nunc substantia temporis, iuxta Arist. 4. Physic. quia semper quandiu res temporales durant est vnum instans realiter existens, & mēsurans: & nihil habent vltra istud instans, quod est esse substantia temporis, idest totum esse temporis. Rursus autem præter hoc quod est lapidem esse lapidem, & hominem esse hominem, quæ sunt tota simul: adhuc homo est albus vel niger, calidus, vel frigidus & sic de cæteris. & ista sunt esse hominis: quia prędicamus ea de homine dicentes hoīem esse album, vel nigrum: & istę dicuntur partes esse hoīs: quia non habet hō aliquid istorum simul, s. esse album, vel nigrū, doctū, vel fęlicem: nec omnia habet simul, sed successiuè acquirit hęc & partes cuiuslibet horum. Ad recipien-
H dum autem hęc motus vel trāsitus fit in ipsa substantia vel essentia, quę secundum se erat tota simul, scilicet, quòd homo transit ab vna parte, vel gradu albedinis in alterum, & ab esse album trāsit in esse nigrū: ideo quod simul est, transit: & quia ipse homo mensuratur semper instanti tanquam adæquata mensura, ad esse hominem necesse est vt cum homo transeat: ipsum quoque instans quod est mensura eius, & accidens transeat cum ipso: sicut si homo mouetur albedo quoque, quæ in ipso est mouetur, vel transit: quia non potest dimittere subiectum. Et patet magis cōforme exemplum, s. si moueatur linea aliqua, necesse est vt puncta, quæ sunt in ea, moueantur; non quidē
I tanquam eis comperat motus, sed quia sunt in eo qđ mouetur. Ita cum homo transeat ab albo in nigrū, & continuè in acquisitione partium essendi, transibit necessario cum ipso instans, quod in ipso est tāquam mensura, cum nunquam ipsum dimittere possit: sicut nec punctus lineam motam, & tūc fluet instans. Et sicut puncta multa coniuncta etiam si possent esse infinita non constituerent lineam nec partem lineę, sed quilibet punctus lineę motę constituit lineam; ita erit in instanti respectu tēporis. Nam si aliqua linea moueatur transuersaliter sursum, vel deorsum, aut ad quamcunque positionem; ipsa motu suo causabit superficiem, & quilibet duorum pūctorum eius cau-
K sabit vnam lineam fluendo: nullam tamen poterat causare manendo: ita instans mensurans hominem quantum ad esse hominem, & generaliter de omnibus permanentibus si maneret, non causaret aliquid diuisibile, quia tamen fluit cum ipso subiecto suo causat tempus, & nihil est tempus nisi fluxus instantis.

Quō causatur tempus ex fluxu instantis.

Aliqui autem, & fere communiter omnes saltem in cortice literę sequentes Aristo. dicunt causari tempus fluxu instantis. Sed in modo ponendi plurimi decipiuntur: ponūt enim instans per se fluere ad causationem temporis.

Deceptio in scholis philosophię vsitata & fere cōis oīum philosophorū & theologorū de causatione tēporum.

Sed magnus error est, nam cum instans nō sit per se, non poterit per se fluere, sed est in aliquo tāquam in mensurato: ideo nunquam fluet, nisi ad fluxum illius.

illius. Etiam quia non poterat per se instans esse subiectum fluxus: necesse est igit, vt ponamus instãs in aliquo, tanq̃ in subiecto, & moueat subiectũ illud, & ad motũ illius fluat instans, & fluxus instantis erit tp̃s. Est namq; modus, vt substãtia, quæ est subiecta trãsmutationibus his, quantũ ad esse hoĩem, vel lapidẽ, aut aliquid tale, est ĩmobilis, & indiuisibilis, sed quia rursus accipit esse albã, vel esse nigrã, felicẽ, & doctã: ex ĩmobilitate deficit in motũ, ita & ipsum instãs erat mẽsura manẽtis & indiuisibilis naturæ, & erat totũ simul, iõ sicut subiectũ ex immobilitate defecit in motu, ita instãs ex simultate, & p̃ntario statu defecit in tp̃s p̃teritũ, & futurũ, ita vt sicut se hẽt subiectũ ad subiectũ: ita se hẽat passio ad passionẽ: subiectũ instantis est res manens, subiectũ tp̃is & mensuratũ est motus, sicut ergo deficit subiectũ in subiectum, ita deficit passio in passionẽ. s. substãtia, quæ s̃m se erat tota simul defecit in motũ, ita instãs, qđ vnicũ, & ĩdiuisibile, atq; simul est, defecit in infinitas partes p̃ntis tp̃is, & futuri. Et tñ sicut substãtia manens, vt hõ vel lapis, q̃q̃ deficiat in motũ: tñ semper manet ei ꝓpria simplicitas & ĩmobilitas, qa esse hoĩem integraliter semꝑ est simul, & nõ hẽt successionẽ vllã. Ita instans q̃q̃ deficiat in tp̃s p̃teritũ, & futurũ fluendo: ipsum tñ vnicũ est & indiuisibile nullã recipiens extensionẽ, aut prioritatẽ, vel posterioritatẽ. Sic ẽt de pũcto fluente, cũ linea mota. Nã licet ipse motu suo lineã causet, & tñ in se nullam maiorẽ hẽt extẽsionẽ, q̃ ante, quia sicut motus est extra substantiã puncti, ita fluxus est extra naturã instantis: hoc tñ mõ tp̃s fit, & semꝑ est, atq; cõtinuũ: nam fluit instans ad motũ subiecti ꝑmanẽtis, qđ mẽsurat, & subiectũ illud semꝑ mouetur, qa res naturales nunq̃ cessant a motu, cum motus sit proprietas corporis naturalis, ergo instãs semper fluet: fluxus aũt nõ desinens causat cõtinuitatẽ tp̃is, & hoc mõ nunq̃ tp̃s interrumpit, qa motus nõ intercidit. Et ex hoc dicit Aris. ꝙ tp̃s recipit cõtinuitatẽ ad cõtinuitatẽ motus: nõ quidẽ, ꝙ motus directẽ efficiat continuitatem in tp̃e, quia nõ est causa efficiens eius, sed efficiens est instãs fluens, ideo ad continuitatem fluxus instantis est cõtinuitas temporis: instans tñ habet cõtinuitatem in fluendo, quia subiectum permanens, qđ mensuratur instanti, mouet, & ad motũ illius necesse est instans, qđ est accidens illius, & mẽsura, fluere. Iste est modus in radice naturę de causatione tp̃is per ꝯditionẽ substãtiarũ, quæ sunt prima origo oĩum horũ. Ecce igitur de instanti fluente, qđ est substantia tẽporis iuxta Arist. qd sit, & vnde causetur, & quomõ se habeat ad tempus.

Naturalia nunq̃ cessant a motu, cũ motus sit proprietas rei naturalis.

Instantia copulatiua & diuisiua, seu terminatiua an sint entia actualiter, uel solum per imaginationem nostram.

Quæstio. XXV.

ALIA sunt instãtia, q̃ vocamus copulatiua & diuisiua partiũ tp̃is, & ista nõ sunt vnũ, vt erat instans fluens, sed infinita, aut quot assignare voluerimus, & ista nõ sunt entia actualiter, sicut instans fluens, sed in potentia solum sunt, & per imaginationẽ nostram. Istę duę proprietates ꝓbantur. Prima de instantibus copulatiuis, & diuisiuis tp̃orum, ꝙ necesse sit poni illa, & patet hoc magis per lineam, quia magnitudines manẽtes, sicut corpora supficies, & lineę sunt magis cognitæ q̃ magnitudines fluentes, vt tp̃s & motus: nam de his quidam dubitant, an sint. De tempore. n. non existimant aliquid esse præter animam nostram mensurantem, vel præter qualitates varias accidentes diuersis partibus successiue. Motum quoq; non sufficienter oẽs considerant, quid aut qũo sit. Corpora aũt superficies, & lineę visui patent: ideo de eis certissimum iudiciũ est: in linea autẽ qualibet duo puncta assignamus termi-

A nantia, & ista realia sunt: alioquin linea nõ esset actualiter, & realiter terminata. Præter hæc tñ necesse est poni alia puncta, quę vocentur copulatiua & distinctiua: nam quęlibet linea diuisibilis est, cum sit magnitudo, & cernamus eam interdum actualiter diuidi: diuisio tñ lineæ non potest fieri, nisi per punctum terminantem quamlibet partium resultantium ex diuisione: in qualibet aũt diuisione resultant duo puncta realia. s. in duabus extremitatibus partium diuisarũ: necesse erat igitur, ꝙ ista puncta præfuissent ibi in potentia: alioquin per diuisionem non fuissent causata: sed essent entia prohibita, & ista vocantur puncta cõtinuantia, vel diuisiua: continuantia quidem, quia partes linearum copulantur ad puncta, & in oĩbus continuis, hoc est ꝙ copulentur ad terminum cõem: vocantur diuisiua, quia vbi illa puncta sunt, lineæ diuidi possunt, vel per quæ potest demonstrari, ꝙ diuisio ꝑtinet ad lineam, licet non sint actualiter diuisa.

De instantibus in tempore conformiter dicendũ est: non quidem ꝙ assignentur in tempore instantia terminatiua, sicut in lineis, quia lineę multæ sunt, & quęlibet habet duos terminos: tp̃s aũt semper vnum est, ex quo motus, & tempus sunt. Etiam non habet istud vnicum tempus aliquod instans terminatiuum sicut linea, quia linea, cum sit magnitudo permanẽs, habet actualiter oĩa, quę illi⁹ sunt, & est actualiter terminata: tempus autem est magnitudo, vel quantitas successiua: ideo nõdum habet omnia, quę illius sunt, sed semper est in vlteriori acquisitione partium, & consequenter nondum habebit instans terminans:

C nã dato termino rei nihil manet exterius de re: semper tñ manet aliquid suscipiendum de tempore, quãdiu motus fuerit: ideo nondum instãs habet aliquod terminatiuum. Idem dici necesse est etiam in motu priori mobilis, ꝙ non hẽat aliqđ mutatum esse terminatiuum motus. Sed nõ oportet tot ĩmisceri difficultatibus, vel potius materijs. Nam hñti lucem manifesta hæc sunt. De instãtibus tñ copulatiuis, & diuisiuis est similiter in tp̃e, sicut in linea de punctis: nam sicut linea, q̃ est magnitudo hñs partem extra partẽ est diuisibilis, & aliquo mõ diuiditur, ita & tp̃s est magnitudo extensa partibus, quarum altera extra alterã est, ergo est diuisibile. Et qa nõ poterit diuidi tp̃s, nisi per aliqđ indiuisibile terminãs partes resultantes ex diuisione,

D necesse est illud poni, & istud vocat instãs, sicut indiuisibile in linea vocat punctus, & indiuisibile in motu vocat mutatũ esse. Si aũt nõ daremus ista instãtia nõ possemus assignare aliq̃ distinctionẽ in tp̃e, vt pote annos mẽses hebdomadas dies, & horas: nã realiter inter annũ, & annũ nõ est aliqd intercidens, nec cessat tp̃s, & sic de hebdomada mẽse, & horis: nã tp̃s fundat in motu, & motus est cõtinuus nõ cessans, ergo nec tp̃s cessat, & ꝯñr nihil est inter vnum annũ & alterũ, sed sunt distinctiones istę a nobis factæ ꝑ imaginationem. Sed adhuc istę distinctiones non possent a nobis fieri, nisi imaginaremur instantia intercidentia inter annum & annum, horam & horam. Etiã di-

E stinctio realis fieri posset, vt si nunc oĩs motus cessaret tp̃s quoque cessare necesse esset, & tunc temporis postea incipientis a priori esset distinctio realis, & cũ tempus pręcedens terminatũ esset, necesse esset terminari aliquo instanti, ita de tp̃e incipienti, & tñ non posset per diuisionem temporis resultare instans aliquod claudens partes diuisi temporis, nisi fuisset ibi in potentia. Vocantur aũt ista instantia diuisiua, & copulatiua: diuisiua quidem, quia tempus cum sit cõtinuum diuisibile est, & non potest diuidi, nisi per instans resultans, quod præfuisset in potentia, vel qa ad diuisionem necesse est imaginari instantia ibi posita: Vocãtur copulatiua, quia partes cõtinuorum copulã- tur ad

Quare ista instãtia uocentur copulatiua & diuisiua.

tur ad terminum cõem & in tp̄e non eſt ad qđ copu-
lētur duæ horæ, vel duæ partes immediate, niſi ad in-
ſtans. Alia proprietas erat, ꝙ neceſſe ſit poni inſtantia
copulatiua, & non ſolũ vnum, ſed multa valde & infi
nita quidem. Quod patet, quia iſta inſtantia ponuntur
ex neceſſitate diuiſibilitatis: non põt tñ aliquid diuidi
in tp̄e, quin inde reſultent inſtantia terminãtia partes
diuiſas, ſed quodlibet tp̄s põt diuidi in infinitum, quia
eſt continuũ, & conditio continuorũ eſt eſſe ſemp̄ di
uiſibilia, iõ quantumcunq; diuidat̄ ſemp̄ adhuc am-
plius diuiſibile eſt, & cõſequenter oportet poni alia,
& alia inſtantia ad diuiſionem, ſic eſt in magnitudine
permanẽte, ſicut in lineis, & ſuperficiebus: nam linea
eſt diuiſibilis in ſemp̄ diuiſibilia, & tñ in omni diui-
ſione lineæ cauſantur duo puncta, ergo erãt in poten-
tia puncta illa, & ſic infinita puncta, cum in infinitum
quælibet linea ſit diuiſibilis: de tp̄e eadem lex eſt. Sed
aliquis arguet, ꝙ ad hoc ſequatur infinitũ in actu, qđ
nec in numeris, nec in magnitudine concedendũ eſt.

Inſtans fluens, qđ eſt ſubſtantia tẽporis nõ eſt inſtans in ipſo tẽpore.

Rñdendum eſt verum eſſe ſi inſtantia copulatiua,
& diuiſiua ponerentur in actu, ſed ſolũ ſunt in poten-
tia, cũ verò actualis diuiſio fit tam in lineis q̃ in tp̄e fit
infinitas partiũ diuiſarũ, & punctorũ atq; inſtantiũ re-
ſultantiũ in partib⁹ diuiſionis, & iſta diuiſio nunq̃ eſt
in actu facta in partes infinitas, ideo nec dabitur infini
tas inſtantiũ, vel punctorũ copulatiuorũ: infinitas au-
tem in potentia non eſt incõueniens, nec includit ali-
quã ꝯdictionẽ. Ideo alia proprietas inſtantiũ copulati
uorũ, & diuiſiuorũ eſt, ꝙ nullum eorũ eſt in actu, im-
mo includit ꝯdictionẽ eſſe in actu. Nam ſi in actu fue
rit, non eſt inſtans copulatiuũ, ſed terminatiuũ, cũ.n.
inſtans eſt in actu eſt tp̄s realiter terminatũ, ſicut pun
ctus q̃n eſt actualiter in linea eſt linea actualiter diui-
ſa, & determinata, ſed puncta copulatiua, vel inſtantia
nõ terminãt, ſed copulãt. Item in eodem tp̄e ſunt aſſi
gnabilia infinita inſtantia ſm ꝙ illud eſt diuiſibile in
infinitum: ſi tñ eſſet diuiſio, & actualia inſtantia, iam
non eſſet idem tp̄s, ſed diuerſa, quia ſm pluralitatem
inſtantiũ realiter exiſtentiũ eſſent plura tp̄a actualiter
diuiſa. Et ſequeretur aliud incõueniens. ſ. ꝙ cum qđli-
bet tp̄s in partes infinitas diuiſibile ſit, & q̃libet linea,
& hoc per inſtantia, & puncta copulatiua, & diuiſiua,
ꝙ infinitas eſſet in actu. Nam non eſt maior rõ de q-
buſdam inſtãtibus, vel punctis q̃ de alijs, cum ſint p̄p
diuiſibilitatem magnitudinũ, ergo nõ ponetur aliqđ
horum inſtantiũ realiter exiſtens. Et ſi arguatur de in-
ſtanti cuius fluxu cauſatur tẽpus, ꝙ illud realiter ſit.

Rñdendum eſt, ꝙ illud non eſt in tp̄e tanq̃ termi-
natiuũ, vel tanq̃ copulatiuũ, vel diuiſiuũ: ſed eſt cauſa-
tiuum tp̄is fluxu ſuo, & non eſt aliquid in illo tp̄e, qđ
cauſat, ſicut cum linea mouetur tranſuerſaliter, quili
bet punctorum extremitatis lineę motu ſuo cauſat li
neam, & ille punctus cauſans lineam non eſt aliquid
eius lineę, quã cauſat. ſ. qa non eſt eius terminatiuus,
cum illa puncta non moueantur, & nouiter cauſent.
Etiã non eſt aliqđ de pũctis copulatiuis, vel diuiſiuis,
qa iſta nõ ſunt in actu: punctus tñ cuius motu cauſat̄
linea, actualiter exiſtit. De inſtanti cuius fluxu cauſat̄
tp̄s eodem mõ arguendũ eſt, ꝙ non ſit inſtans in ipſo
tp̄e: nam inſtans quodcunq; in tp̄e, ſiue eſſet termina
tiuũ, ſiue copulatiuũ inter partes tp̄is locari debebat,
vel poſt aliquas partes: inſtans tñ fluens, quod eſt ſub-
ſtantia temporis non eſt inter aliquas partes, vel poſt
eas, quia ipſum cauſat omnes partes per fluxum, ergo
non eſt inſtans illud in tempore.

Quæ inconuenientia ſequerentur, ſi diceremus, quòd Deus erat in aliquo inſtanti noſtro. Quæſt. XXVI.

NVNC aũt facta aliquali digreſſione ad ſupponẽ-
dum fundamenta argumenti, arguitur ſic. Si
F Deus eſſet in aliquo inſtanti tp̄is, aut eſſet illud inſtãs
quod fluxu ſuo cauſat tp̄s, aut in aliquo inſtanti ma-
nenti, quod ſit terminatiuũ copulatiuũ, vel diuiſiuũ.
Nõ põt ſtare primo mõ, qa nihil aliud eſt eſſe aliqd in
inſtanti fluẽti, niſi ꝙ ſubſtãtia illius ſit tota ſimul, & tñ
ipſa tranſmutet̄ ad acquirendũ partes eſſendi, & mẽſu
rent̄ illę partes tp̄e cauſato per fluxũ inſtantis, & iſte
modus eſt in oĩbus rebus naturalibus p̄manentibus,
vt lapide, & hoĩe. In Deo aũt non ſtat, quia licet totũ
eſſe Dei ſit in inſtanti, quia eſt totũ ſimul & in indiui
ſibili: tñ non eſt fluens, qa oporteret, vt Deus acquire-
ret partes eẽ ſui, licet totã eſſentiã, vel ſubſtantiã hr̃et
ſimul. Et hoc non cõtingit: alioqn licet Deũ ponere-
m⁹ in inſtãti, tñ nõ eſſet illud fluẽs, quia nõ eẽt aliqua
G ſucceſſio, vel motus in Deo, quaſi menſuraret fluxus
inſtãtis. Si aũt dicas, ꝙ Deus ſit in inſtãti, qđ eſt copu-
latiuũ & diuiſiuũ: nõ ſtat, qa iſta ſunt habẽtia poſitio-
nẽ inter partes tp̄is, vt inter duas horas aſſignamus in-
ſtans medium ad diuidendũ duas horas, quia aliàs vi-
derẽtur eſſe totaliter idẽ, & de iſto nõ põt dari, ꝙ De⁹
ſit in inſtãti, qa iſta inſtãtia hñt poſitionẽ inter partes
tp̄is. ſ. ꝙ illud inſtãs, qđ eſt inter duas horas eſt totali-
ter poſt vnam horã, & totaliter ante aliã: ſi ergo eẽ rei
totũ ſit in illo inſtãti aliquid hẽbit eſſe ante illud in-
ſtãs, & aliud erit poſt ipſum, & ipſum nõ fuit añ hoc
nec aliquid poſt hoc erit, ſicut eſt de gñatione & cor
ruptione, q̃ ſunt in inſtãti copulatiuo, & nõ ſunt in ali
qua parte tp̄is p̄cedentis, nec in aliqua parte futuri tẽ-
poris. Similiter & de partibus tp̄is, ſi aliquid eſt in to-
H ta iſta hora ſolum aliquid fuit añ illud, & aliquid erit
poſt illud, ſi ergo Deus eſſet in inſtãti copulatiuo, ne-
ceſſe eſſet, ꝙ aliquid p̄ceſſiſſet ad ipſum, & aliqd poſt
ipſum ſit. Nec valet ſi dicas, ꝙ Deus nõ ſolum ſit in
iſto inſtanti, ſed ẽt in quolibet alio: nã hoc includit in-
cõuenientia data p̄prietate Dei, quia eſſe Dei eſt to-
tum ſimul, & ſi ſit in iſto inſtãti copulatiuo aſſignato
nõ poterit eſſe in aliquo alio, quia inter inſtãtia & in-
ſtãtia ſemper ſunt tp̄a media, ſed tp̄s dicit fluxum &
extenſionẽ: ideo Deus nõ põt mẽſurari tp̄e. Si tñ De⁹
deberet eſſe in iſto inſtãti, & poſtea in aliquo, neceſſe
eſſet, vt in tp̄e quoq; medio eſſet, vel per illud tranſi-
ret, ſed nõ põt eſſe fluxus in Deo, ergo nõ põt trãſire
ſm ſucceſſionẽ ab inſtãti in inſtãs, ſicut qđ indiuiſibi-
I le eſt nõ põt moueri, qa nõ põt tranſire a puncto in
punctũ per diuiſibilia media, cũ indiuiſibile nõ poſſit
eẽ, niſi in indiuiſibili. Sicut ergo indiuiſibilia hæc mo-
ueri nõ pñt per medium, ſed neceſſe erat tranſire ab
indiuiſibili ad aliud indiuiſibile ſine tranſitu diuiſibi-
lium mediorũ, ita neceſſe eſt, vt qđ totũ ſimul eſſe ha
bet, cũ nõ poſſit eſſe in tp̄e, quia eſt diuiſibile: trãſiret
ab inſtãti in inſtans ſine medio diuiſibili, qđ eſt tp̄s, &
hoc eſt impoſſibile, quia tũc in medio tp̄e diuiſibili
Deus nõ eſſet, cum nõ poſſit eſſe in aliquo diuiſibili,
ergo tunc deſineret eſſe, qđ eſt concedendũ nequaq̃,
ergo ſi Deus eſſet in aliquo inſtãti tp̄is nõ poſſet eẽ,
niſi in vno inſtãti, qa nõ poſſet trãſire, vt eſſet in alte-
ro, qa nõ poſſet cõpetere trãſitus per mediũ, qđ eſt di
uiſibile. Sicut ergo dato aliquo puncto per ſe poſito
K ſuper aliquẽ punctũ in ſpatio impoſſibile eſt, ꝙ mo-
ueatur, quia nec continue, nec diſcontinue, ſed mane
bit neceſſario ſuper punctum illum, ſuper quem po-
netur, ita ſi aliquid quod ſm durationem eſt indiuiſi-
bile ponatur eſſe in inſtanti tp̄is, non poterit eſſe, niſi
in illo inſtanti, & cum illud inſtans deficiat, ſequitur
ꝙ illud ens non maneat, ſi ergo Deus poneretur, ꝙ
eſſet in aliquo nunc temporis propriè loquendo, non
poſſet eſſe niſi in illo nunc, & nec ante fuiſſet, nec po-
ſtea eſſet.

Item adhuc dato, ꝙ inſtantia tp̄is eſſent vnita ſine
tp̄e medio diuiſibili qđ eſt ꝯ naturam, & poſſet fieri
trãſi-

transitus ab vno in alterum: si Deus esset in instanti vno tẽporis non posset esse in aliquo alio, quod patet, quia cum esse Dei sit totum simul & indiuisibile in quocunque instanti totum est, & tũc cum in vno instanti esset: si iterum esset in aliquo instanti non solũ semel esset Deus, sed & infinities, quia in instanti illo, in quo ponimus eum fuisse totus fuit, & iterum ponitur in alio instanti, in quo totus est, & ita instantia sunt distincta realiter, ergo esse Dei hic, & esse in alio instanti sunt distincta realiter, sicut cum quis aliquẽ actum iterat sæpe. sed hoc falsum est, quia Deus solũ semel est, & istud esse est indeficiẽs, vt repeti nec possit, nec oporteat.

Aliæ rationes ostendentes Deum non esse in instanti nostro. Quæstio. XXVII.

ITEM patet magis in fundamẽto, quia cum Deus in vno instanti tpis est, quæritur an in illo instanti sit tota substantia sua & esse, aut nõ. Dico substantiam, & esse, quia plurimæ res habent substãtiam totam simul, & tñ nõ habent totum esse simul, sicut omnia permanentia: nam homo est perfecte hõ in quolibet instanti assignato, & tñ s'm successionem acquirit partes essendi: quædam autem tam essentiã q̃ existere vel esse hñt in successione, sicut tps & motus & oẽs actus, & de nullo alio dr̃, ꝙ tam esse q̃ substantiam simul habeat, nisi de Deo. Quęretur ergo de Deo, an dicamus, ꝙ totum esse simul habeat. Et si dicatur ꝙ sic, ergo in quolibet instanti assignato totum esse suum esse poterit, ergo Deus non poterit esse, nisi in illo instãti, quia Deus nihil habet de esse vltra totum esse suum, sed totum esse Dei est in vno instanti, quia totum simul est, ergo nihil manet, quod esse debeat in alio instãti. Sicut si totum esse rei capitur vna hora, non põt manere duabus, quia non habet s'm qd maneat in secunda, vel si in secunda maneat iam non capitur totum esse in prima. Cum enim dixeris, ꝙ Deus est in secundo instanti, manifestè apparet non esse totum esse simul, quia Deus fuit in primo instanti assignato, & si totum esse eius fuisset simul in illo solum instanti fuisset, & nõ maneret aliqua pars esse, vel durationis pro alio instanti. Item non posset poni, ꝙ Deus duraret per plura instãtia, quia cum Deus esset in vno instanti, si aliud instãs ei adueniret, in quo esset, ergo non hr̃et Deus totum suum esse simul, qa esse quod hẽret in secũdo instanti, non esset idem cũ esse, quod hr̃et in primo, sicut eẽ qđ hõ habet in vna hora, non est esse qđ habet in alia, & tñ Deo nihil aduenit cum totum eius esse simul sit. Nec solum de esse Dei, sed ẽt de ipso instanti secundo, in quo Deus esset: nam tẽpus est in re temporali, sicut mensura in mensurato & accidens in subiecto, ita si Deus esset in pluribus instantibus tpis illa essent in eo, & cum haberet vnum instans si ei s'm adueniret non esset totaliter idem manens, sed semper noua aduenirent, ergo non posset esse in pluribus. Item adhuc oĩbus istis cõcessis nil prodesset, quia si Deus esset in vno instanti tpis, & vellemus, ꝙ eẽt in multis nihil magis esset durans, quia non est maioris durationis hr̃e mille instantia q̃ vnum, quia indiuisibilia per vnionem non cõponunt aliquid maioris quantitatis, sicut mille pũcta nõ sunt maioris quantitatis q̃ vnus punctus, ergo nõ magis duraret ponendo ꝙ maneret per infinita instantia temporis, q̃ per vnum: si tñ Deus esset per vnicum instans temporis multa essent ante ipsum, & multa post ipsum, quod falsum est, ergo non est Deus in instanti temporis propriè sumendo, sed est exponendũ sicut dicebatur de tempore. s. Deus est nunc. i. nõ desinit esse in isto nunc. Sic dicimus de locis: Deus

A enim in nullo loco est: dicimus tamen quòd sit hic, & vbique, idest quia nec deficit hic, nec vbique.

Quomodo conceditur, quòd Deus est in instanti æternitatis, & durat solum per instans, cum instans æternitatis non sit maius instanti nostro, in quo negamus non esse. Quæstio. XXVIII.

SED quæres quomodo ergo Deus est in instanti solum? nam ipsum per instãs æternitatis durare dicimus, nec est existimandum, ꝙ sit ista æternitas aliquid extensum, & diuisibile: nam non posset esse talis mẽsura diuini esse & durationis, Quæst. 17.
B quia probatum est totum esse Dei esse simul, ergo sicut esse Dei totum simul est, ita æternitas tota est simul, ex quo sequitur esse eam indiuisibilem. Nam qđ diuisibile est, partem habet extra partem, cum ista sit ratio diuisibilitatis, quod aũt totum simul est, nõ habet partem extra partem, quia illa non sunt simul, & cõsequenter patet, ꝙ sit instans. Nam cum indiuisibilis sit: si pertineret ad naturam permanentium vocaretur punctus. pertinet aũt ad naturam durationis, iõ vocabitur instans, & sic pro eodem ęternitatem, vel instans æternitatis accipimus, cum ergo non possit esse Deus in instãti tpis, quod est indiuisibile: qũo poterit esse in instãti æternitatis, quod eodem modo est indiuisibile?

Aeternitas & instans æternitatis idẽ sunt. Quare

Respõdendum est multum differre instans tpis ab instanti ęternitatis, & sunt duę conditiones potissimę differendi, in quibus patet differẽtia esse diuini ab esse nostro. Primo quia instantia tpis copulatiua, q̃ nos
C assignamus in tempore, etsi interdum aliqua essent terminatiua habẽt positionem in tempore inter partes tpis. s. ꝙ instans assignatum ad distinguendũ duas horas, habet positionem inter eas: est enim totaliter post horam primam, & est totaliter ante horam secũdam. Ex hoc sequitur, ꝙ qñcunque aliquid est in instanti tpis, sicut generatio, & corruptio, ꝙ ante illud aliquid est, & post illud aliquid: instans autem ęternitatis non habet positionem in tempore inter partes temporis, ita ꝙ sit copulatiuũ aut diuisiuum, sed est instans absolutum non existens inter aliqua, quæ cõiungat uel diuidat. Ex quo sequitur, quòd non est aliquid ante illud instans ęternitatis, nec aliquid post il-
D lud: nam non potest poni aliquid ante ipsum, nisi in aliquo ordine durationis ponatur istud instans, & ante ipsum ponantur alię partes durationis, quarum alicuius sit terminus istud instans. Etiam non poterit esse aliquid post illud instans, quia tũc necesse erat istud instans poni in aliquo vno ordine, cum partibus alijs durationis, & illę haberẽt respectũ posterioritatis ad illud. Vbi autem nullus ordo est non potest esse habitudo prioritatis, & posterioritatis. Et ex hoc sequit̃ ꝙ ante Deum nihil est, quia ante instans mensurans durationem suam non est aliqua pars durationis cuiuscunque, nec etiam post Deum quidquam est, quia non est aliqua pars durationis, quę sit post suum instans ęternitatis, & sic vocat se Deus primum, & no-
E uissimum, idest quòd ante ipsum nulla duratio est, & post ipsum identidem nulla est, aut possibilis saltem, nec solum ista sunt impossibilia, sed etiam includunt contradictionem, & hoc non solum, quia multæ perfectiones in Deo sunt, quibus repugnat, quòd poneretur aliquid prius Deo, aut posterius: sed ex ratione durationis solius. Hoc patet: nam prius, & posterius necessario dicunt ordinem, ergo vbi nullus est ordo, nec erit prius nec posterius: sed instans ęternitatis non habet habitudinem, vel ordinem ad aliquã aliam durationem, cum non sit in tempore, sicut instantia temporis, ergo non est prius ad aliquid, nec posterius, & nihil illo prius est, aut posterius,

Quæ dr̃iæ sunt inter instans æternitatis & instans tpis, de quo supra q. 23.

Deus appellat̃ primus & nouissimus.

Et hoc est velut si nos imaginemur vnum instans de instantibus temporis separatum a tempore, ita ꝙ non mediate inter aliquas duas partes temporis, nec esset principium alicuius durationis, istud esset absolutum, & non esset aliquid prius illo, nec aliquid posterius. Quod patet quia ad hoc, ꝙ esset prius illo oportebat ꝙ ipsum esset in coordinatione alicuius durationis, cuius ipsum instans esset terminus. Si aliquid esset posterius illo necesse esset, vt in aliqua ordinatione durationis poneretur, in qua esset principium durationis, vel poneretur tanq̄ copulatiuum duarum partium durationis: neutrum tamen est ex casu, q̄a ponitur separatum illud instās a toto tempore, ergo nō est aliquis prius illo instanti aut posterius, & sic est de instanti æternitatis, & de re ęterna.

Adhuc euidentius exemplum in natura reperire possumus. s. ꝙ homo, & quælibet pars permanens habet totam suam essentiam, vel substantiam simul, & in quolibet instanti est tota simul, & ista essentia, vel substantia mensuratur in essendo: mensura autē eius necessario est instans, quia non habet diuisionem: si autem ista substantia non transmutaretur ad acquirēdum partes essendi. s. esse album nigrum, vel doctū. maneret semper eadem, & semper tota, & tota duratio eius esset instans vnicum, quia duratio extēditur, vel minuitur, aut est simul ſm cōditionem esse eius, quod mensuratur: sed hic mensuratur esse hominē, & hoc est totum simul, quia non est vna pars essendi hominem ante aliam, necesse est igitur, vt mensura sit tota simul & indiuisibilis, & ista solum est instans.

Si aliquis hō ponere tur, sicut ponebat Plato ideas, an esset æternus.

Vnde si daretur, ꝙ homo aliquis particularis esset homo, & non haberet aliquid alterum præter substantiam humanitatis, sicut ponebat Plato de Ideis, quæ erant formæ & subsistentes: esset totum esse hominis simul, quia nunq̄ acquireret esse album, vel esse nigrum, esse doctum fęlicem, vel infęlicē, & in illo non erat aliqua acquisitio: vnde quādiu homo sic maneret solum esset vnū instans durationis suæ, & non eēt istud instans fluēs ad causandam substantiā tp̄is iuxta Arist. quia nō fluit instans, nisi trāsmutato subiecto, q̄d mensurat, vt supra fuit declaratum. Data tn̄ hypothesi non erat aliqua transmutatio, ergo non erat instans fluens. Et si hō semel cōditus semper sic maneret nunq̄ deficiens, tota duratio sua erat vnum instās indiuisibile, & non poterat diuidi tota ista duratio saltem in duas particulas minutissimas, sed tota erat simul, sicut in vno instanti temporis est totum quidq̄d est simul & in puncto totum simul, quia non habet partes.

Quæst. 24.

Ideo de isto sic durante, & nunq̄ deficiente non diceretur, ꝙ durauit vno anno, vel mēse, aut die, vel hora, sed durauit vnico instanti. Et ista est conditio propria æternitatis. s. simultas. Nec deficit homini sic existenti ad æternitatem, nisi ꝙ esse cęperit, si tn̄ nunq̄ cępisset sicut sensit Aristot. de partibus principalibus vniuersi, vocaretur æternus. & tn̄ cęlum & intelligentię, & oīa quæ Arist. posuit non cępisse non dicentur æterna ſm hanc positionem, quia non habent totum esse suum simul, quia ēst in eis motus, vel saltem quędam successio: ista tn̄ est potissima cōditio ęternitatis.

Tex. co. 1.

Nec est putandum, ꝙ si esset aliquis homo taliter ens, ille hēret modum essendi, quem angeli habent: nam angeli non hn̄t durationem ęternitatis, sed æui: quia nō hn̄t totū esse suum simul: hn̄t. n. aliquid nūc, quod ante non habuerunt, & è contrario, quod patet tam in intellectione, q̄ in occupatione exteriori potētiæ motiuæ. De intellectione patet, quia angeli nunc aliquid reuelatum nouiter intelligunt, quod ante nō intelligebant, de quo supra probatum est. De potētia motiua, vel actibus exterioribus patet tam ſm Arist.

Angeli tā in intellectione, q̄ in motu, & occupatione exteriori hn̄t successionem.

F quàm secundum fidem catholicam. Ex fide apparet, nam ponimus angelos venisse de cęlo ad terras frequenter ad nunciandum aliquid, quod frequētissime patet tam in nouo, q̄ in veteri testamento: angeli quoque locuti sunt sępissime, quia omnes locutiones factę ad Moysen, de quibus per totum Pentateuchum, quæ dicuntur factę a Deo, ab angelis fiebant, vt in eisdem locis declaratum est, & probat Apostolus ad Galat. 3. c. vbi dicit legem datam per manum angelorū, & beatus Stephanus declarat fuisse angelos omnes, qui hoc faciebant, aut loquebantur, de quo Actu. 7. & tn̄ in his successio est. Sic etiam successiuè portauit angelus Abacuc de Iudęa in Babylonem pendentem per capillum, de quo Dan. 14. Plurima quoque alia sunt, in quibus est successio. Secundum Aristot.

G idem patet, quia ipse ponit intelligētias, quæ sunt substantiæ immateriales mouere cœlos, & tot esse, quot sunt motus varij in cęlis, vt patet in 12. Metaphy. Nā præter primam intelligentiam, quæ non mouet orbē aliquem, sed mouet reliquas in rōne amati & desiderati. i. boni, quod cōicare desiderat, in reliquas motrices orbium ponit motus: motus autē ille est successiuus, ergo ipsę successiuè mouēt: nam nihil mouetur nisi dum mouens illud mouet, sed motus cœlorum continuus est, ergo motum faciens, quod vocat Arist. intelligentiam in successione est, hęc autē repugnant ęternitati, quę est tota simul, & ęternum esse totum simul est. De hoīe autem ſm datam hypothesim nō conuenit sic, quia non recipit aliquid nouiter, nec habet aliquam successionem, cum solum sit homo, in

Si aliquis hō poneretur, ut posuit Plato, an eēt purus actus.

H quo non est successio; ideo reperitur conditio æternitatis in hoīe sic dato. Et de tali hoīe diceremus, ꝙ erat purus actus sicut de Deo: nam actus dicit esse: potentialitas dicit posse esse, vbi igitur reperiatur eē, & non posse esse, est purus actus. Nam quę non sunt purus actus, aut sunt pura potētia, vt materia prima, quæ est potētia ad essendum, & ſm se non corrn̄det ei aliquod esse determinatiuū: nam si corrn̄deret ei ſm se aliquid specificum determinatiuū, esset impossibilis motus ad formam substantialē, siue g̃nātio, quia materia nō appeteret formam aliquā cum ſm spēm suā corrn̄deret sibi complementū essendi, & determinatiuū, sicut hō non appetit formā asininā, aut aliquam

I aliam, quia naturaliter esse completū ſm spēm habet: nullus tn̄ motus ad formā fit sine appetitu, quia aliàs esset motus violentus, cum nō esset a principio intrinseco, sed magis ꝯ inclinationē, & tunc esset impossibilis g̃nātio, vel si aliqua esset illa nullo mō esset naturalis. ergo diuina sapiētia tanq̄ primum fundm̄ vniuersi prouidit aliquod ens, quod nō esset ſm se limitatū ad certum esse, sed semper appeteret aliq̄d esse determinatiuū, & tale ens erat maxime necessariū in vniuerso, & hoc vocatur materia prima, quæ est ens purū potentiale, quia non hēt aliquē actum, vel esse determinatiuū ex seipsa: hō aūt nō esset hm̄oi, q̄a dicit esse determinatū specificum. Restant igitur duo alia mēbra. s. cōpositū ex actu, & potentia, & purus actus. Non pōt dici hō sic existēs cōpositus ex actu & potē-

Fuit necessarium in uniuerso, ꝙ eēt materia prima ens purè potentiale.

K tia, q̄a in sic existentibus aliud est, q̄d sunt, & aliud est, q̄d esse pn̄t, sed hō sic existens ex data hypothesi solū est q̄d est, & nō pōt esse aliq̄d præter id q̄d est, nec est aliquid quo esse possit, q̄d nō est, cū dicatur, ꝙ est hō, & solum hō, nec albus, nec niger, nec doctus, nec fęlix, & sic de cęteris: manet ergo necessario, ꝙ sit tertiū membrū. s. actus purus. Non tn̄ sequeretur ex hoc, ꝙ esset ęqualis Deo in essendo, quia Deꝰ est purus actꝰ, quia est, & nihil esse potest vltra id quod est. & tamē si aliqua ei vlterius perfectio adueniret non posset eū perficere, quia nulla perfectio est quæ in eo non sit completius quàm nos existimare valeamus.

Homo

Homo actus existens secundum datam hypothesim esset purus actus, quia nihil esse pōt præter id qđ est, tamen non esset completus actus: nam posset aduenire ei esse fęlicem. Quamdiu aūt aliquid adueniēs pōt perficere alterum adhuc illud cōpletum non est. Vnde quæcunque taliter existētia essent purus actus, sed non completus. Et aliquid quod esset compositū ex actu, & potentia esset perfectius puro actu, vt hō pōt fęlicitari, quia aliqñ fęlix efficitur. Et hō potens est esse doctus, nūc autem Deus solus est purus actus & est completus actus, quem nullus superueniens actus etiam si inesset, posset perficere.

Platonica positio de Ideis qualis erat, & in quo differat a positione Arist. de vniuersalibus quidditatibus optima declaratio. *Quæst.* XXIX.

DE Ideis autem ſm positionem Platonicam sic esset si ideę essent, & non essent, & non essent factę, vt ipse ponebat: nam ideæ formę exemplares sunt, ſm ꝙ significat nomen suum, & sunt particulares subsistētes, in quo differunt a natura vniuersali, quam nos secuti Arist. ponimus, quia ista non est aliquid particulare subsistens, sed in particularibus cōicata. Et illę ideę continebant solam substantiam speciei formaliter. i. sine conditionibus aliquibus materiæ, quales sunt in oībus indiuiduis specierum. Et tunc ideę erant habentes totum esse simul, quia per se hō, vel per se capra solum erat hō, vel capra, & nihil aliud ei aduenire poterat, ideo non correspondebat illis tp̄s tanq̄ mēsura, quia istud solum est in rebus recipientibus partes essendi p̄ motum. Etiam non esset in eis successio sine motu, quia non est hoc nisi in rebus acquirentibus aliquam partem essendi, ad quam non est motus, sicut in relationibus, vel in actibus intelligendi & volendi, & similibus: sed ideę nihil horum acquirerent, quia non recipiunt aliquam perfectionem, nisi substantialem, siue specificam, quam habent: vnde non possunt mensurari ęuo, quod est mensura habentium durationem in successione quadam sine motu, sed necesse est redire in mensuram, quæ est tota simul, & ista est æternitas: haberent nanque in vnico instanti ideę totā durationem suam, quia ad hoc ꝙ homo sit homo non indiget successione, sed est in instanti: idea tñ qualibet solum habet esse specificum nullo extrinseco adueniente. Ergo non est duratio sua, nisi in instanti. Et quamq̄ nunquam esse deficiant: tñ duratio illa tota est vnicum instans: immo includit ꝯdictionem durare magis q̄ per vnum instans: nam idea est per se hō, vel per se bos, & nihil vltra. Et cum sit forma, quæritur an possit esse in instanti vnico, vel non, & necesse est, ꝙ sit, quia quodlibet permanens habet totam substantiam suam in quolibet assignato instanti, & sic est de ideis. Si ergo durat magis q̄ per instans non fuit totum esse suum in instanti, sed idea nihil habet præter esse hoīem, vel esse capram, ergo esse hoīem non est in instanti, quod est falsum, quia in indiuisibili consistit, ex quo patet tam Deum, q̄ ideas totum durationis suæ spatium habere in vnico instanti. De natura autem vniuersali. s. humanitate, & cæteris specificis, aut genericis quidditatibus quidam sic arbitrantur. s. ꝙ sint æternæ. i. totum esse suum simul habent: nam de natura cōi non prędicantur prędicata per accidēs, sed sola prędicata primi modi, quę sunt quidditatiua, & esse istorū est in indiuisibili, cui correspōdet instās tanquam mensura durationis: nam equinitas solum est equinitas secundum Auicen. i. non habet aliqua alia prædicata, nisi prædicata primi modi, quæ faciunt ad esse equinitatem. Eis autem non potest correspō-

A dere tempus tanquam mensura, quia accidens est tēpus, nec correspondet eis ęuum, quia non est aliqua acquisitio essendi sine motu, cum solum habeat prædicata primi modi, quæ non acquiruntur: solum ergo competit eis duratio instantis vnius, & istud est æternitas.

Respondendum est, ꝙ quidditates nō habent ęternitatem, & quia aliter de quibusdam quantum ad aliquid loquitur Aristot. quàm nos, aliter nos probare possumus de ęternitate, vel non ęternitate earum, q̄ ipse. Nam sentit Arist. mundum non inchoauisse, ideo quidditates vniuersales necessario ponet nō inchoasse, & rursus ipsę habent totū esse suū simul, qa B non recipiunt aliqua prędicata, nisi primi modi quorum esse est totum simul, ergo dici debet, ꝙ quidditates sunt ęternæ ſm modum illum. Hæc enim duo requiruntur ad perfectam rationem ęternitatis. catholici autem de mundo aliter sentiunt. s. ꝙ habuerit essendi principium tam in causalitate, q̄ in duratione: ideo quidditates cōes quamquā quocunque sunt totum esse suum simul habeant, tñ æternæ non sunt, qa deest alia conditio. s. interminabilis vitæ, quod aūt aliqñ esse cępit quamq̄ esse totum simul habeat, æternum tñ non est. Sed dicet aliquis, ꝙ non tollitur ex hoc ęternitas quidditatum idearum, ꝙ mundus creatus sit: nam non sequitur ob hoc creatas esse quidditates: nam sicut actiones a suppositis sunt, vt patet. 6. Ethic. & 2. de Animā: ita & passio recipi non potest, nisi in rem indiuiduatam: vniuersale aūt non pōt esse terminus alicuius factionis, aut productionis, quia ter C mini huiusmodi non p̄nt esse nisi ſm conditionē agētis, & actionis, qua producantur, & vtrunq; est indiuiduum, vel particulare: ergo terminus productus est identidem particularis. Item quia terminus est aliqđ existens per se, vel alteri adhærens: vniuersale aūt non potest esse existens, quia nō competit ei hoc cum sit proprietas indiuiduorū, ergo quidditates non creatæ sunt: nec factæ, nec productæ.

Aliter loquunt catholici de duratione & mensura vniuersalium q̄ loquantur Aristot. & Philosophi & quare.

An vniuersalia Arist. seu quidditates fuerunt creatæ uel posint eē terminus creationis uel fuerint æternæ, & ꝙ nō sunt æternæ ēt si ponam' mundum æternū, vt posuit Aristot.

Respondendum est, ꝙ quamq̄ non sint createę: tñ sunt concreatæ, vel cōproductæ: terminatur. n. creatio ad istud indiuiduum creatum, sed quia non potest esse iste homo creatus, nisi homo sit, & humanitas sit, quia dicunt ista formas, quibus particularia sunt: necesse est ad creationem indiuiduorum consequi con- D creationem, vel comproductionē quidditatum vniuersalium. Et dato quòd non assentias huic modo loquendi: adhuc adiunctis principijs Arist. principijs nostris patet non esse quidditates æternas. Nam ante creationem particularium quidditates nullæ erant: nunc autem quidditates sunt, ergo non sunt æternæ. Antecedens patet ex fundamento Arist. in prædicamentis, scilicet destructis primis substantijs impossibile est aliquid illorum remanere. Et vocantur primę substantię indiuidua, & alia vocantur substantiæ secundę, siue quidditates, scilicet species & genera. Sicut ergo existentibus primis substantijs existunt quidditates, & destructis eis penitus, & ipso fundamē E to naturæ, scilicet materia prima, quę est omnium naturalium formarū susceptiua, non manerent quidditates. Ita nondū existentibus aliquibus primis substantijs, nec ipso fundamento naturę, scilicet materia prima non erunt quidditates, sed cum nondum fuissent res createę non erant particularia aliqua, nec prima materia, ergo non erant quidditates: nunc autē sunt: ergo non sunt ęternę, quia deficit eis conditio vna, scilicet interminabilitas vitę, idest essendi, quod autem aliquando esse cępit non est interminabilis vitæ.

Adhuc ergo ſm positionē Arist. concessa ꝓprietate ęternitatis nō potest dici quidditates esse ęternas,

quia æternitas est mensura durationis rerum: quiddi-
tatibus aūt non competit duratio aliqua, vel esse ali-
quod præter ipsa principia componētia, quæ sunt es-
se, vel substantia: non existunt aūt nisi sit essentia indi-
uiduorum, in quibus sunt: sed non ponimus cuilibet
indiuiduo suam duratione͂, ergo nō possumus pone-
re quidditati aliam mēsuram durationis, quia pręter
oīa indiuidua speciei quidditas specifica non hēt ali-
quod esse, vel durare: si tñ nos daremus æternitates,
tanq̄ mensurā esse, vel duratione͂ quidditatū, & cuili-
bet indiuiduo sub illa quidditate daremus mensurā
durationis, quæ esset tp̄s, vel æuum: necessario esset di
stinctum esse, & durare quidditatis a duratione, & eē
oīum particularium suorum, qđ non cōuenit. Sed ali-
quis rñdebit, ꝙ quidditati cōpetit æternitas, & est mē
sura sua: non quidē ꝙ illa sit mēsura esse, vel duratio-
nis quidditatis distinctę a duratione oīum indiuiduo-
rum suorū collectiuè, sed prout est mēsura sua distin-
cta a mensura cuiuslibet indiuidui sui distributiuè: nā
nullū indiuiduū sub quidditate semper durat loquen-
do de pure naturalibus: oīa tñ indiuidua accipiendo
collectiuè semper durant, quia per successiuā deriua-
tionē manet semper aliqđ indiuiduū. Aeternitas er-
go est mensura oīum indiuiduorū alicuius quiddita-
tis, quia nunquam deficiunt indiuidua illius: nec vnq̄
esse cęperunt ſm positionē Arist. & tñ dum sunt indi
uidua est natura vel quidditas, ergo mensura duratio-
nis quidditatis est æternitas. Et ista non est distincta
a mensura durationis oīum indiuiduorū sumptorum
collectiuè: sed est distincta a mēsura esse, vel duratio-
nis cuiuslibet indiuidui, quia nulli horū correspondet
æternitas. Rñdendū, ꝙ ēt hoc modo nō est æternitas
mensura quidditatis, quia oīum indiuiduorū suorum
simul sumptorū non est mēsura æternitas: nam licet
data positione Arist. nunq̄ mundus incępisset, nec ter
minandus foret: tñ non esset ęternitas proprie dicta
oīum indiuiduorū per successionē: oīa. n. efficerēt du
rationem indeterminatā: tñ non efficerent æternam,
quia ad ęternitatē non solū exigitur interminabilitas:
sed ēt simultas essendi: cum dicatur ꝙ ęternitas est in-
terminabilis vitę simul tota, & ꝑfecta possessio. Quid-
ditas aūt non hēt per se mēsuram aliquā durationis,
cum nullam habeat duratione͂ pręter duratione͂ indi-
uiduorū: ergo non sunt quidditates ęternę nec tēpo-
rales, nec habentes ęuum. Sicut aūt dicebatur supra In q. 28.
de hoīe, ꝙ hr̄et aliquam conditionē ęternitatis licet
esset solum hō, ita dicendum est, ꝙ si aliquis hō esset
solum hō, & nō adueniret ei aliquid alterū, nec rece-
deret, qđ intrat, & aliqñ iste desineret esse, nec tñ desi-
neret per motum: sed cessante cā cōseruante, vel dan
te esse, iste solum durabat per vnū instans, & quanto-
cunq; maneret impossibile erat totū spatium dura-
tionis suæ esse magis q̄ vnius instantis. Quod patet, qa
iste erat hō, & non erat aliquid vltra esse hoīem, ergo
non poterat hr̄e maiorē duratione͂ q̄ per instans vni-
cū: quod patet, quia quæretur, an in vnico instanti hō
sit perfectè hō, vel indiget ampliori duratione, sicut
ad motum non sufficit instans, sed exigitur tēpus, si di
catur, ꝙ non, falsum est, quia oīa permanentia habēt
essentiā in instanti, vt esse caprā esse bouem. Cōcesso
hoc necesse est, ꝙ cum iste hō datus solū sit hō, & ni-
hil ei aduenturū sit, ꝙ in vnico instanti capiatur esse
eius totum. Tūc si dederis, ꝙ iste hō duret vltra illud
instans, cū tunc sit, iam habebit esse, qđ non capiebat
in ipso instanti: ergo non erat totū esse simul, qđ est ꝯ
hypothesim, quia iste solū est hō, & esse hoīem est to
tum simul vel indiuisibile. Cum igitur defecerit iste
hō, dicetur ꝙ solum vno instanti fuerit, quia solū fuit
hō, quod capitur in instanti. non est tñ illud instans tē
poris copulatiuum, vel diuisiuum, sed est æternitatis

F instans, vel quasi æternitatis, vt ꝓbatur supra de Deo, In q. 1?.
quòd non poterat esse in nunc temporis.

De similitudine & dissimilitudine esse humani ad diuinum, & quomodo æternitas Dei, & hominis mensura inquantum homo differunt, & quam similitudinem & differentiam habent res creatæ ad æternitatem. Quæst. XXX.

CONSIDERANDVM autem est ultra hoc
de ęternitate Dei, & de mensura hominis,
& q̄uo differant, & q̄uo conueniat hō cum
ęternitate: Deus enim, quia habet totum es-
se simul, necessario est totum esse habens in instanti,
& istud est æternitas, nec pōt durare Deus vltra illud
instans, quia tunc non haberet totum esse simul: nam
G illud instans est totum simul, quia caret partibus. si au
tem in illo sit, & postea in alio, non est totum esse si-
mul: nam duo instantia nō sunt simul: esse Dei ex hy
pothesi est, vel durat in duobus instantibus, ergo non
est totum simul. Causa aūt quare esse Dei est in vnico
instanti, & non alicuius alterius rei est, quia Deus hēt
essentiam vel naturam suam, & præter illam nihil re-
cipit sibi aduenie͂s: sed quælibet essentia simul tota est,
cum pertineat ad naturam permanentiū pręter mo-
tum, tp̄s, & actus quosdam, quorū esse, vel natura ēt In q. 17.
simul non est, vt declaratum fuit. Et Deus si voluerit
esse in maiori duratione q̄ illius instātis, vel extensio-
ri, sicut est duratio tpis est impossibile, quia mensura
conformatur mensurato: ideo mensura essendi est,
sicut ipsum esse, quod mēsurat: Deus aūt totum esse
H habet simul, ergo non pōt mensura sua hr̄e partē ex-
tra partem: haberet tñ si esset extensa, vt tēpus, ergo
non pōt esse in duratione alia, nisi in instāti. Nec hoc
spāliter cōuenit naturę diuinę, quia natura diuina est,
sed gñaliter omni rei vel naturæ, quæ nihil recipit pręter In q. 28.
ter id quod est, competit habere duratione͂ vnius in-
stantis solius, sicut probatum est supra de hoīe si solū
esset homo: nam tunc reciperet. s. nec esse sapientem,
nec fęlicem aut quidq̄ aliud. Ita & de lapide, & quo-
cunque ente quantumcunq; imperfecto dumtñ per-
tineat ad naturā permanentiū. Recipere aūt est cā ha-
bendi mensurā extēsam, & ob hoc ex diuersitate mo
di recipiendi causatur diuersitas mēsuræ essendi: quæ-
dam nanq; sunt, quæ suscipiunt esse per motū & suc
I cessionē. Alia aūt suscipiunt esse successiue, sed nō ꝑ
motum. Primorum mensura est tempus: secundorū
est mensura ęuum. si aūt alij modi recipiendi essent
distincti ab istis, essent alię mensurę essendi: nulla tñ
res est, quę non recipiat pręter diuinam entitatē, ideo
non est alia, cui competat esse totā simul, aut in æter-
nitate, vel instanti.

De homine autem & cæteris entibus naturalibus
est dicendum, ꝙ ipsa habent aliquam similitudinem
ad æternitatem, sed ab ęternitate deficiunt in tempo
ra præterita, & futura, & ab immutabilitate deficiunt
in motu. Quod sic patet: homo enim primo habet
essentiam vel naturam. s. hominem esse, & quantum
ad hoc non est aliqua successio, quia simul est esse
hominem, licet partes, ex quibus adiunctis resultat
K esse hominem non sunt semper simul, & quia istud
esse est, scilicet quòd homo est: hoc quod est homi-
nem esse hominem dicit quandam durationem, non
quidem prout ly esse denotat solum copulam iden-
titatis, sed vt est secundum adiacens. Nam primo
modo non dicit durationem: indiget ergo mensura
istud esse, & quia talis est mensura qualis est res men-
surata, & esse hominem est indiuisibile, & totum
simul, necesse est, vt mensura sit tota simul, &
nulla est huiusmodi, nisi instans: ergo solum instans
correspondet ei, & quantum ad hoc est similitu-
do inter durationem Dei, & cuiuslibet rei perma-
nentis,

Quo res create accedunt aliquo mō ad naturā æternitatis.

nentis, & accedunt res aliquo modo ad naturā ęternitatis: nam si sic manendum eis foret parum viderētur distare a Dei mensura: imò fere nihil. Nam non esset æternitas, quę est mensura esse Dei maior q̄ mēsura horum nec minor: nec esse Dei eēt magis simul quàm harum rerum, cum in esse hoīem vel lapidem nullus sit ordo præcessionis nec pars, & quandiu De⁹ duraret ista manerent. Et voluerunt quidem res accedere ad istam perfectionem habēdo totum esse simul: sed defecerūt ex immobilitate in motum: nam sic se habentibus nullus motus est, cum motus sit via quædam ad formam naturalem, & in rebus sic existētibus non erat acquisitio alicuius, sed solum erant, qđ erant, & nihil esse poterant: nunc aūt defecerunt in motum, quia acquirendę sunt eis perfectiones, quæ sunt partes essendi per motum, & cōsequenter ex simultate defecerunt in tempora præterita, & futura: nam ad immobilitatem sequitur simultas, vt patet ex prædictis. ad motum vero sequitur tp̄s, cum sit passio eius, ergo qui deficit ab immobilitate in motum: necessario deficit a simultate, vel æternitate in tpa pręterita, & futura. Fuit tñ iste modus conueniens rebus ad acquirendum perfectiones suas, quas non hr̄ent si non mouerentur, sed manerent in sola natura sua, & tūc cum oīs motus fiat in subiecto, & natura vel substantia est ipsa, quę mouetur. s. hō vel lapis, oportet vt cum ipso quoq; moueatur, qđ in ipso est: sed in hoīe ad essendum hoīem non est successio, sed simultas, & hō quandiu est semper est hō. ideo necesse est, ꝙ semper habeat aliquam simultatem: hmōi aūt simultaneæ, & semper pn̄tariæ durationis mensura est instans, quod est indiuisibile, ex quo necessarium est, ꝙ semper fit actualiter instans mēsurans esse hoīs quantum ad esse hoīem, sicut quādiu aliquis motus est, necesse est, vt sit tp̄s mensurans illum: istud aūt instans semper manens quod hō habet causat tempus, quia cum hō, qui totus simul est mouetur ad acquirendū aliquid, necesse est instans suum, qđ semper in eo est tanq̄ mensura cum mensurato transfluat, licet ꝑ accidens, sicut punctus qui est linea, licet per se non possit moueri, tñ si moueatur linea mouebitur cum illo, & sicut punctus in linea cum mouetur, describit quādam lineam, licet ipse sit indiuisibilis, ita instans mēsurās esse hoīem, cum fluit ad motum hoīs fluxu suo causat tempus, quod est extensum: licet instans sit indiuisibile, & totū simul, & sic ab immobili venit motus. s. ab esse hoīem, & ab indiuisibili, & simul toto venit explicatio, vel extensio temporis, ita de cęteris naturalibus entibus, & sic patet quomodo in aliquo homines, & cætera naturalia assimilentur ęternitati, & quantum ad aliquid deficiunt ab ea.

Præsens non est tempus, nec pars temporis: sed solum sunt duæ partes temporum, scilicet præteritum & futurum. Quæstio. XXXI.

EX quodam dicto hic de instanti, quod semꝑ mensurat rem naturalem, & actualiter inest, apparet quare res quæcunque sit qn̄cunque est, erit præsens: nam licet aliqui quasi grammaticaliter distinguentes tempora, in pręteritū pręsens, & futurum distinguant: partes tñ temporis duę sunt solum. s. pręteritū, & futurum, quia pręsens, nec est tempus, nec pars tp̄is, quia tp̄s successionem dicit, & diuisibilitatem, cum sit cōtinuum, & magnitudo: pn̄s aūt indiuisibile non cōponitur ex indiuisibilibus, sed indiuisibile est: nihil ergo est horum, & rursus ipsa duo tpa. s. pręteritum & futurum, quę propriè tpa sunt, quia pręteritum iam non est: futurum aūt nondum est, sed solum hn̄t esse ꝑ relationē ad pręsens. s.

A quod aliqn̄ erit pn̄s futurum dr̄, quod vero aliqn̄ fuit pn̄s dr̄ pręteritum. Ablato aūt pn̄ti nec pręteritū qdquam est, nec futurum. Ideo ipsa sunt tpa per nō tempus. s. per pn̄s. Et causatur hoc mō, quia res q̄libet de permanentibus est, & si illa solum hr̄et essentiam suā mensuraretur instanti solo, quia tñ mouetur ad acqrendum perfectiones, ēt instans quod cū ea est fluit. Et non causant idem substantia mota & instans fluēs, sed substantia mutata causat motum, & instans fluēs causat tempus, sicut cum mouetur linea, mouet eius punctus terminans, sed non causatur, idem ex motu vtriusque, quia per motum lineæ transuersaliter causatur supeficies: motus aūt puncti causatur linea, &

B quia hō quandiu durat est totus simul quātum ad esse hoīem cum non perdat simultatē substantię ꝓpter partes essendi perfectionum aduenientiū quādiu durant est pn̄s. Et ob hoc tota vita hoīs, vel cuiuscunq; rei non est, nisi vnum pn̄s, quia nunq̄ dum hō est desinit esse pn̄s, & totus hō est pn̄s: sed istud pn̄s est instās mensurans simultatē essendi hoīem: ideo pn̄s nr̄m semper durat quādiu sumus, tñ indiuisibile est. efficitr̄ tñ vita nostra magna ab isto pn̄ti indiuisibili, quia cōtinuatur eundo per continuationē fluxus. Et q̄a istud instans per cuius fluxum causatur tēpus, semper fluit, necesse est, vt pn̄s nostrum, qđ est instans non sit manens, in quo differimus ab æternitate, & rursus quia tempus est fluxus instantis, & istud est pn̄s nostrum, necesse est quādiucunq; fuerit tēpus, ꝙ sit pn̄s: nā deficere pn̄s est deficere instans illud, & ipsum est cui⁹ fluxu causatur tēpus, ergo deficiente pn̄ti, impossibi-

C le est esse pn̄s. Ideo totum tempus est quoddam pn̄s fluens, vel aliter fluxus instantis, & primo modo dicit Aristo. ꝙ nunc est substantia temporis. i. totum esse tpis est illud nunc fluens, qđ fluxu suo causat tēpus.

Entia successiua non habent esse nec sunt proprie entia, sicut permanentia, & quòd motus & tempus nunquam sunt. Quæstio. XXXII.

EX his colligitur, ꝙ successiua non sunt, ita ꝓpriè entia, sicut permanētia: nā esse est propriè in pn̄ti, quod patet, quia tempus futurū s̄m se non est ens, nisi referatur ad pn̄s: exclusa aūt natura præsentialitatis non est magis ens futu-

D rum, q̄ chimera: nam futurū est, quod aliqn̄ præsens erit. Idem pręteritū non est ens, nisi per relationē ad pn̄s. s. quia aliqn̄ fuit: sed pręteritū qn̄ præteritū est nō hēt quidq̄ de entitate. Et tñ istę sunt propriè partes tpis, quod est ens successiuū. Pn̄s tñ qđ non pertinet ad entia successiua est propriè ens. Præsens enim nō est de natura tpis ꝑꝑ duo: primo quia indiuisibile est, & indiuisibilia non sunt partes indiuisibilium, vt patet. 6. Phys. Secundū est, quia pn̄s quamq̄ eēt hn̄s extensionē, tñ non esset de successiuis, quia successiua hn̄t vnam partē post alterā, pn̄s aūt totum simul est: dato ergo ꝙ haberet extēsionē, non hr̄et vnam partē ante alteram, ideo non pertineret ad successiua. Non

E poterat tñ pręsens esse extensum, quia cū sit duratio si essent plures partes, aut vna esset qn̄ eēt alia aut nō. Non pōt dici, ꝙ vna sit, dum alia est, quia tunc ambę essent idē, & vna: sicut nec duo instātia simul eē pn̄t, quamq̄ indiuisibilia sint: si aūt non esset vna, qn̄ esset alia: ergo erat successio: fuit ergo impossibile, ꝙ pn̄s esset diuisibile, quia nō posset esse simul totum. Ita & in magnitudinibus: nullius magnitudinis aliquæ partes simul sunt, sed vna est extra alterā, cum ergo successiua non habeant in tempore esse, nisi per habitudinē ad præsens, quod nō est de natura successiuorū: patet nō eē, ita ꝓpriè entia successiua, sicut ꝑmanētia. De motu idem quod de tempore patet, quia motus

tus proprie nunquam est; non enim potest assignari aliquod præsens, in quo motus sit: sed quędam partes motus præteritæ sunt, aliæ verò transituræ sunt: quæ autem effluxerunt, non sunt ens, sicut tempus præteritum, quæ autem effluxurę sunt, nondum sunt ens, sed differunt, sicut tempus futurum: motus tamen nō habet aliquas alias partes præter has: ergo motus non proprie est, sed sicut in tempore partes eius non proprie erant, nisi per præsens, quod non est pars temporis, ita & in motu oportet assignari aliquid per respectum ad quod partes motus habent aliquod esse. Et istud non est mutatum esse, vt aliqui existimant, quia illud minus esse habet, quàm partes temporis, cum sit solum terminus, vel copulatiuum, & indiuisiuum. Causa erroris est, quia sicut instās, quod est pñs, est per quod partes tpis esse habent, ita & mutatū esse se habet in motu, quod est aliquid indiuisibile, & sicut punctus in magnitudine, ideo ille erit, per qđ habent esse partes motus. Sed non stat, quia quamquā mutatum esse in motu, & punctus in magnitudine, & instans in tempore habeant aliquā similitudinem, sed non quātum ad omnia, quia pluribus modis dicit instans in tempore, q̄ punctus in magnitudine, & mutatum esse in motu, quod patet, quia punctorum q̄dā sunt terminatiua, alia sunt copulatiua & diuisiua: terminatiua enim sunt actualiter existentia, & sunt in fine linearum: copulatiua aūt sunt in medio linearum. De mutatis esse identidem est, quia quędam sunt in fine motus: non enim potest terminari motus ꝑ motum, quia terminus semper est aliquid indiuisibile, alioquin non esset res vnquam terminata, vel vbique esset terminus. Patet hoc, quia si motus per motum terminaretur, cū in omnibus partibus motus sit motus, vbicūq; esset terminus esset motus, cum oēs partes motus sint eiusdem rationis. & si vna est termin⁹ quęlibet est terminus. Vel si velis dicere, ꝙ non est terminus in quacunque, sed in aliqua: non poterit stare: quia nihil magis habet illa quare sit terminus motus quàm quælibet alia, & sic non erit aliquis finis in motu. Item si pars motus esset terminus motus, q̄ritur vbi assignaretur terminus. nō quidem potest ipsa pars tota assignari pro termino, quia cum ipsa sit diuisibilis, adhuc vltra terminū rei ponetur aliquid de re, quod est falsum. Necesse est igitur assignari aliqd indiuisibile, quod non sit de natura quātitatis terminandæ, & illud erit proprie terminus, quia est indiuisibile. Ideo in tempore assignatur aliquid indiuisibile terminans, & istud est pūctus. In motu est aliquid terminans, & istud vocatur mutatum esse. Sunt ergo in motu mutata eē realia terminātia, & istud est vnicū a parte post. A parte ante non datur mutatum est, sicut datur pūctus in lineis ante & post: rō diuersitatis prouenit ex natura permanentiæ & successionis. Alia sunt mutata esse copulatiua & diuisiua, & ista assignantur in medio motus, & sunt solum potentialia ex eodem fundamēto, quo probabatur esse instātia copulatiua, & diuisiua in tpe, & puncta continentia & diuidentia in linea: nam motus est aliquid continuū, & ꝯñ diuisibile in infinitū: diuisio aūt fieri nequit, nisi ponant aliqui termini partium diuisarū esse, iō necesse est assignari mutata esse potentialia copulatiua & diuisiua. Et fit hoc modo: aliquis mouetur per leucam: est hic vnum mutatum esse reale solum: tñ iste poterat desinere in medio leucę, vel in quarta parte, aut in quacūque parte spatij, sed vbicunq; desineret esset mutatū esse reale: ergo ēt si non fiat terminatio in aliqua istarum partium necesse est esse ibi mutata esse potētialia. Nam detur oppositū. s. ꝙ possent motus terminari in qualibet harum partium, & tñ non sit aliqđ mutatū esse possibile: sequitur ꝙ possit motus terminari

Terminus motus nō est motus, sed mutatum esse, & idē de linea &c.

F sine aliquo mutato esse, quod includit ꝯdictionem, quia hoc est motum esse terminatum sine termino, & ista mutata esse erūt infinita s̄m ꝙ motus ex natura cōtinuitatis est diuisibilis in infinitū. Patet ergo, ꝙ quantum ad hæc duo æqualia sunt hæc tria. s. motus, tp̄s, permanens magnitudo. s. ꝙ motus hēt mutatum esse terminatiuū actuale, & copulatiuū reale, & tēpus habet instās terminatiuū actuale, quia licet non detur nunc, tñ aliqñ dabitur, cum finietur tp̄s, sicut iurauit angelus magnus, qui posuit pedem vnum in mari & alium in terra iurans per viuētem in secula sęculorū, ꝙ amplius tp̄s non erit, vt patet Apoc. 10. sunt aūt instantia potētialia copulatiua in magnitudine. ēt sunt puncta realia actualiter terminantia, & puncta copulatiua potentialia. Sed adhuc tp̄s excellit oīa hęc, quia
G tempus habet alium modum instantis, & motus nō habet alium modum mutati esse, & magnitudo non hēt alium modum punctorū: est aūt modus instantiū alius. s. ꝙ est quoddā instans fluens semper actu existens, quod mensurat esse rerum permanentiū quantum ad essentiam, vt supra declaratū est. & istud fluit ad motum substantiæ, & causat fluxu suo tempus, sicut pūctus motu suo causat lineam. & istud instās est substantia tpis, vt supra declaratum est. & per cōparationē ad hoc instans fluens partes tpis futuri dicunt habere aliquod esse, & partes tēporis præteriti. In motu autem non est aliquod mutatum esse fluens, cuius successu causetur motus, & in magnitudine non est aliquis punctus existens realiter, cuius motu causetur
H magnitudo: ideo erit alius modus instantis in tempore q̄ mutati esse, & puncti in motu, & magnitudine. Causa diuersitatis est, quia magnitudo, vt linea, vel superficies est aliquid manens: ideo non potest aliquid in ipsa assignari, cuius motu causetur magnitudo: qa tunc necesse erat, vt illud quoq; esset permanens si esset in magnitudine, sicut est magnitudo permanens. De motu identidem, quia tunc ipsum esset, quod moueretur, sicut in tpe instans causans tēpus est, qđ fluit: ideo in magnitudine non dixit Aristo. ꝙ aliquis punctus erat substantia magnitudinis, & in motu non dixit aliquod mutatum esse substātiam esse motus, sed de tempore dixit, ꝙ nunc est substantia temporis, vt patet. 4. Phys. istud instans est præsens quod nos ha-
I bemus.

Motus tēpus: permanens magnitudo, qñ sint æqualia & qūo differunt.

In q. 22. & alijs.

Præsens est instans, sed non est instans terminatiuum temporis, nec præsens est potentiale copulatiuum. Qu. est. XXXIII.

IDEO dicendum est, ꝙ sit præsens instans, sed nō instans terminans tempus, quia tunc esset tp̄s terminatum, nondum tñ terminatum fuit vnquā, sed aliqñ terminabitur, vt dictum fuit supra p̄cedenti cap. cum agebatur de statione solis. Item quia semper esset tempus actualiter terminatū: nam semper est pñs, & quæcunq; res qñcunq; est, pñs est: ergo semper esset terminus temporis, quod est absurdum, quia cum cōsequatur tempus motum primum tanq̄ subiectum, & mēsuratum, non potest terminari, nisi
K terminato illo: sed non terminatur ille motus, cum continue sit: ergo nec terminatur tempus. Item non potest dici, ꝙ præsens sit instans potentiale, & copulatiuum, quia instantia copulatiua sunt potentialia solum, & nunq̄ possunt esse in actu, nisi cum actualiter diuideretur tp̄s, & terminaretur, sicut non pōt esse aliquis de potentialibus pūtis lineæ in actu, donec linea diuidatur actualiter: tēpus non est actualiter diuisum: ergo nō sunt hmōi. Itē quia si illa potētialia instātia reducerent̄ ad actū, iā nō essent copulatiua vel diuisiua, sed terminatiua: implicat. n. cōtradictionē instans potentiale esse præsens, cū præsens dicat aliquid actuale.

Item

Item non stat, quia puncta potentialia sunt manentia cum habeant positionem inter partes temporis, præsens tamen est fluens. Primum patet, nam cum duas horas assignamus facimus eas esse duas partes temporis, & non possunt differre, nisi ponamus aliquod distinctiuum, & istud est instans medium distinguens primam a secunda, quod positionem habet inter eas ita vt sit post omnes partes primæ horæ: & sit ante omnes partes horę secundę. Secundum patet scilicet quòd præsens sit fluens: nam per fluxum instãtis causatur tempus: si autem esset præsens manens, cum ipsum sit indiuisibile, nihil acquireremus: & cõsequenter nunquam essemus in tempore, sed in instanti, & ęternitate. Item non potest stare, nam instantia potentialia non manent: instans tamen præsens manet ergo &c. patet primum: quia cum inter duas partes temporis signauero instans, cum deuentum fuerit ad principium secũdæ partis illarum, quas diuidit instãs iam non est. Sicut ponimus instans distinctiuum anni finiti, & incipientis: incipiente autẽ anno iam non est instans distinctiuũ, quia solum erat inter illas duas partes. Secundum patet scilicet quòd pręsens non transeat: nam nunc est pręsens rei, quæ est, & semper est præsens nec deficit nisi cum res ipsa deficit, quæ habet præsens. Item instantia potentialia sunt infinita, præsens autem cuiuslibet rei vnicum est: ergo non est præsens instans potentiale copulatiuum. Primum patet, quia instantia potentialia ponuntur ex necessitate diuisionis, idest quia non potest esse tempus diuisibile nisi dentur instãtia potentialia: & quia diuisibilitas continui est in infinitum: ergo erunt infinita potentialia instantia.

Cuiuscunque rei quantumcunque duret non est nisi vnicum præsens. Quæst. XXXIIII.

SECUNDUM ꝙ præsens cuiuslibet rei sit vnicum patet, quia pręsens est indiuisibile, vt probatum est supra, & oẽs confitentur dicentes esse instans: si ergo non est vnicum sed aliud, & aliud cum inter duo indiuisibilia necesse sit dari medium diuisibile. 6. Physic. vt inter duo puncta linea media, & inter duo mutata esse motus medius, ita inter duo instantia dabitur tempus medium. Et tunc quia non potest esse aliquis pręsens, nisi cum habet pręsens quod est instans: sequitur quòd in toto tempore, quo peruenit ab instanti ad instans non erit pręsens: & sic dabimus quòd res postquàm esse incipit, & est aliquando non sit præsens: quod est absurditate absurdius: & non capit illud intellectus. Item sequitur aliud absurdius, s. quòd qui esset nunquam esset pręsens, etiam si viueret mille annis: quod patet quia ista instantia plura, quæ essent plura præsentia sunt potentialia assignata in tẽpore ex positione istorum, sed illa nunquam sunt: ergo nunquam actualiter esset qui esset, & non differrent ea, quæ sunt a chimera, quia cum nunquam essent præsentia, essent sicut præterita, & futura, quæ nullum esse habent, nisi per respectum ad pręsens.

Item patet magis, quia dato quòd assignarentur in tempore instantia actualia, & in illis esset res præsens: tamen sequeretur quòd res nũquàm esset, sicut probat Aristo. in 6. Physico. de motu dicens, quòd si aliquis moueretur per omnia indiuisibilia alicuius magnitudinis, non transiret aliquid illius magnitudinis, quia illa magnitudo nihil habet, nisi suas partes, ex quibus constat. qui autem non transit omnes partes magnitudinis, nec aliquam partem, nihil transit magnitudinis: transiens autem omnia indiuisibilia magnitudinis est huiusmodi, quia ipsa non sunt tota magnitudo: nec componunt aliquid de magnitudine, ergo non transit quidquam de spatio transiens omnia indiuisibilia spatij. Ita si essent instantia actualia in tempore, & illa essent præsentia nostra: cum res esset in illis esset præsens: extra illa non esset præsens, sed illa non sunt totum tempus nec aliqua pars temporis: ergo quod est non erit præsens in toto tempore, nec in aliqua parte temporis, ita vt dici possit, quòd si aliquis vixit centum annis in illis nunquam fuit, nec in aliqua parte eorum, sed fuit in instantibus, quę nec sunt illi centum anni, nec aliqua pars eorum, & hoc valde absurdum est.

Item dato fundamento superiori quæretur cũ res solum possit esse præsens in instantibus anni tempore medio inter instantia illa sit, vel non: si autem dicas quòd nõ est absurdissimum, quia tunc sequitur quòd quilibet homo quotidie infinities desinit esse & resumit esse sicut instantia sunt infinita, sed qui desinit esse & redit ad esse resurgit: ergo quotidie quilibet homo infinities moreretur, & resurgeret. Si autem dicatur quòd sit in tempore medio inter duo instantia quæretur an tunc sit pręsens, vel præterita vel futura: non præsens, quia non est in instanti, sed in tempore medio.

Aut si dicas quòd est præsens, ergo sine instantibus est pręsens, quod est falsum, quia tunc præsens esset diuisibile, cum esset tempus, quod est diuisibile; sed pręsens indiuisibile est, vt supra probatum est. Si autem dicas, quòd est præterita res vel futura in tempore illo medio, sequitur quòd res dum est est præterita, quod est falsum, quia nunquam est res præterita, nisi cum totaliter esse desijt: nec futura est, nisi cum nunquam esse cępit: non ergo potest stare.

Item si præsentia essent multa, ita quodlibet instãs esset vnum pręsens: quæritur cũ aliquis viueret centum annis, an in omnibus instantibus illius temporis esset, vel non: si dicas quòd non esset in omnibus est absurdum: quia tunc nõ diceretur viuere in illis centũ annis, nec est intelligibile: velut siquis dicat quòd vixit centum annis, & in primo illorum annorum vixit, & in centenario: & tamen tempore intermedio non vixit. hoc enim & contradictionem implicat, & non est intelligibile: necesse est igitur dicere quòd in omnibus instantibus illius tẽporis esset præsens. Et tunc quæritur an instãtia istorum annorum sint finita an infinita: si dicas quòd finita sequitur ꝙ continuum non est diuisibile in infinitum, sed vsque ad certum terminum est diuisio, & postea nõ est possibilis diuisio, vel nõ est diuisibilitas: quod manifeste patet falsum: cum continua, vel nullo modo diuisibilia sunt, vel in infinitum, cum omnes partes continuorum sint eiusdem rationis. Si autem dicas quòd instantia istorum annorum sunt infinita, sequitur ꝙ iste, qui vixit annis centum transiuit infinita in actu, quod includit contradictionem. Nam ex eo quòd fuit, sequitur non fuisse infinitum. Cuius oppositio ꝓbatur 6. Physic.

Item sequeretur quòd non posset quisquam viuere quarta parte horę: nam esset ex data positione in omnibus instantibus illius partis præsens, & illa sunt infinita: ergo ad viuendum in illa quarta parte horę, oportebat transire actualiter infinita: sed hoc est impossibile, ergo non posset viuere quarta parte horæ.

Item hoc dato sequeretur, quòd non magis viueret, qui viueret centum annis, quàm qui viueret vna hora, quod est absurdum. Antecedens patet: quia solum aliquis viuit dum pręsens est: nam qui præterijt aut futurus est, non viuit: sed dum præsens est. & tamen in centum annis non sunt plura aut maiora pręsentia, quàm in vna hora: ergo nihil magis viuit, qui centum annis vixit, quàm qui vna hora: patet antecedens

cedens, quia instantia, quę sunt pręsentia in centum annis sunt infinita, & non possunt esse plura infinitis, quia infinito nihil est maius aut plus; in vna quoque hora sunt infinita instantia, cum quodlibet continuũ sit diuisibile in infinitum. Nec aliquis derisoriè aut sophisticè ad hęc poterit respondere dicens, tot esse partes vel pręsentia in vna hora sicut in cẽtum annis, tamen non valet quòd tantum viuat viuens vna hora sicut viuens centum annis, sicut tot partes habet granum milij sicut cęlum: tamen non est tantum sicut cęlum. Ad hoc poterat responderi per interemptionem negando esse tot partes grani milij, sicut cęli. Et si arguatur quòd est diuisibile vtrunque in infinitum, & vnum infinitum non est maius alio. Dicendum est quòd habet tot partes eiusdem proportionis, sed non eiusdem quantitatis: & istę faciunt ad esse magnum & maius & non partes eiusdem proportionis. Hic tamen non stat argumentum, quia sicut in centum annis non sunt plura pręsentia, quàm in vna hora, quia vtrobique infinita: ita non sunt maiora, quia instantia sunt indiuisibilia: ergo nihil magis aut maius vixit qui centum annis vixit quàm qui vna hora. Multa quoque alia inconuenientia huiusmodi sequuntur posito quòd sint plura pręsentia, & quodlibet instãs sit præsens.

Alio modo potest probari ostẽsum, quòd præsens cuiuslibet rei in tota sua duratione sit vnicum, quia in rebus permanentibus est aliquid, secundum quod sunt semper simul, & aliquid secundum quod in acquisitione. Primum est essentia, vel substantia, quæ est tota simul, vt esse hominem, vel lapidem: secundum est esse horum, scilicet esse album esse doctum, esse fęlicem: simultati enim in essendo correspõdet simultas in mensura: sicut successioni essendi correspondet mẽsura successiua. huiusmodi sunt præsens, quod est totum simul, & correspondet essentiæ, & tẽpus quod est in successione & mensurat esse, quod suscipitur, sed illa substantia, quæ est tota simul, scilicet esse lapidem, vel esse hominem est vnica, & eadẽ quandiu est: ergo semper correspondet eidem præsens. Item non potest esse nisi vnicum pręsens rei cuiuslibet, quia non correspondet rei pręsens, nisi pro substantia, vel natura, scilicet pro esse hominem, vel lapidem. pro omnibus alijs perfectionibus, quæ acquiruntur successiuè correspondet tempus, & non instans: sed essentia, quę mensurari habet totum suũ esse simul, scilicet esse hominem: ergo nõ potest habere nisi vnicum pręsens. Nam si darentur diuersa pręsentia non potuisset esse totũ esse naturæ, vel substantię simul: nam sicut duo pręsentia non sunt idẽ, ita esse in duobus pręsentibus nõ est idẽ, & simul: sed esse hominem est totum simul, ergo non potest esse in duobus pręsentibus. Dicendũ ergo quòd est vnicum pręsens cuiuslibet rei, & tunc resumatur argumentum: Cuiuslibet rei est vnicum pręsens: instantia autem potentialia copulatiua sunt infinita: ergo non est pręsens instans potẽtiale copulatiuum. Cum ergo pręsens sit instans, & nõ sit instans terminatiuũ, nec potentiale copulatiuum, erit instans alterius modi, scilicet quòd est semper existens, & est substantia temporis. Et ob hoc quandocunque est tẽpus, semper est pręsens, quia tempus causatur ab illo instanti fluente, scilicet quia essentię correspondet instans tanquam mensura: quia est tota simul: & rursus qa illa non habet omnes perfectiones suas simul, sicut est ipsa essentia mouetur ad illas, & mota ipsa fluit instans, cuius fluxus est tempus. Ideo pręsens est quod causat totum tempus: & tamen res non haberet esse pręsens nisi haberet aliquod esse totum simul. Homo autem quia quandocunque viuit semper est ho-

F mo, & esse hominem & totum simul necesse est, ꝙ detur ei aliqua mensura, quę sit tota simul, & ista est pręsens: necessario igitur erit quęcunque res est semper pręsens qñ est: id autem, ſm quod est in successione non est aliqñ pręsens, sed semper est pręterita aut futura. Quod patet, quia res, quę est in successione nihil habet simul cum simultas repugnet successioni; sed pręsens est totum simul: ergo non correspondet rei ex ea parte, qua habet esse in successione, sed ex ea parte, quę est tota simul. Et patet adhuc magis quòd res, quę nullo modo habent totum esse simul, nunquam sunt pręsentes, vt patet de motu, & tempore: nam motus nullo modo habet totum esse simul, sed tam quãtum ad substantiam, quam ad esse

G sunt in successione, vt supra declaratum est: ideo impossibile est dari aliquod pręsens in motu, ita quòd nũc sit aliquis motus pręsens: nam de nullo motu est verum dicere, ꝙ sit nunc, etiam si nunquam esse desinat, sicut motus cœli: & hoc quia motus, & quilibet pars motus sunt diuisibiles: in nunc autẽ non potest esse aliquod diuisibile: ergo non erit ibi motus nec pars eius, quia diuisibile non capitur, vel mensuratur indiuisibili mensura: ita de tempore. Nullum enim tunc est nunc, sed solùm pręsens quod non est tempus, sed instans: & hoc quia tempus identidem est aliquid diuisibile.

Decla[…]t magis id quod dixit. q. 32. *Quæst.* XXXV.

H PATET ergo ex prędictis de tempore, & motu ꝙ non se habeãt eodem modo, quia causatur tempus ex instanti fluẽti, & habet partes temporis aliquod esse per relationem ad illud instans fluens, & causatiuum temporis: in motu autem non est aliquod mutatum esse fluens, cuius fluxu causetur motus, sed ipsum mobile fluit, scilicet quod ab immobilitate cadit in motum: ideo sicut instans indiuisibile fluxu suo causat tempus, ita corpus mobile, quod aliquo modo est totum simul, & manens successione sua causat motum, & partes temporis non habent esse, nisi ſm ꝙ referuntur ad mobile, quod est simul. Nam partes motus pręteritę non sunt nisi ſm ꝙ aliquando procedebant a mobili: & partes futurę motus nõ sunt, nisi ſm ꝙ aliqñ

I procedent a mobili: & sicut in toto tp̃e instans fluens idẽ est: ita & in toto motu mobile est idẽ, & semper totũ simul: & quantum ad hanc pręsentialitatem habet motus esse, & tempus: ideo patet, ꝙ successiua non sunt ita perfectè entia, sicut permanentia: & si totaliter essent successiua, non essent entia. Vocarentur totaliter successiua, si nullo modo haberent aliquam pręsentialitatem, vel totalitatem simultatis in essendo: & tunc impossibile est esse: sicut tempus pręteritum acceptum absolutè non comparando ad pręsentialitatem, quam aliquando habuit, nõ est magis ens quàm chimera & vacuum. Idem de futuro considerando solum, vt futurum est: vnde successiua

K vt motus & tempus, quia non habent in natura sua aliquam simultatem sunt minus entia cęteris, nec dicitur ęqualiter de eis ęns sicut de cęteris. sicut nec de substantia, & accidente non prędicatur ſm vnam aliquam rationem communem, vt ait Aristo. in primo Ethico. in cap. de vniuersali Platonico. Et dico quòd non habent in natura sua simultatem, quia de motu nihil est totum simul, nec pars, nec totus motus. De tempore autem identidem, nullum tempus nec pars temporis est simul, quia tũc tempus esset instans, sed falsum est: habent tamen ista successiua aliquam simultatem essendi, sed nõ in natura sed in aliquo per quod sunt: vt tempus habet simultatem in pręsenti, quod

quod est totum simul & indiuisibile; & nõ est instãs A in natura tẽporis, quia nec est tempus nec pars temporis: idem motus habet quandam simultatẽ in mobili, ꝙ in toto motu est totum simul: sicut homo, qui mouetur localiter in toto motu est homo: & hoc est totum simul: sed mobile non est in natura motus: quia non est motus, nec pars motus: & tamen si successiua non haberent istam simultatem saltem in aliquo, quod est extra naturam eorum, non essent vllatenus entia, sicut declaratum est, si futurum & præteritum non referrentur ad præsens, & in motu non essent partes aliquid nisi referrentur ad mobile, quod est totum simul.

Nulla res est nisi quæ est tota simul & ex illa parte solum est ex qua est tota simul. Quæst. XXXVI. B

Ex quo patet ꝙ nihil est ens, nisi quod est totum simul, vel habeat aliquo modo simultatem in essendo: ex ea enim parte, qua aliquid est totum simul est, vt esse hominem: ex ea aũt parte, ex qua nõ est totũ simul nõ est, nisi inquãtũ referẽt ad totalitatẽ simultatis: & quãto magis accedit ad naturam simultatis, tanto est magis ens: & quãto minus accedit, est minus ens: & quod totaliter recedit, est totaliter non ens: quod verò totaliter accedit ad simultatem est totaliter, & propriè ens. Patet igitur naturam entitatis esse in simultate, & quia simultas non reperitur in omnibus ſm eundem modũ nõ põt reperiri eadẽ ratio, vel idea entis in oĩbus. Et ſm C hoc possunt notari gradus in entitate: quædam nãq; sunt nõ entia, quia illa nullo mõ accedunt ad aliquã simultatem, vt tempus præteritum, & futurum non referendo ad præsens: & cum ista fuerint reducta ad aliquam simultatem qualẽcunque, erunt entia. Alia sunt, quæ habent simultatẽ, & tamen non est in natura sua, & est minima simultas. Alia sunt, quæ habẽt simultatem in natura sua, & tñ non habent eam completam, sed cum simultate habẽt successionẽ: & ista sunt dupliciter, prima non habent plenam simultatẽ propter motum: alia non habent simultatem ꝑp successionẽ in motu: vltima sunt, quæ totalem habent simultatem in essendo, & nullam successionem. Et D ſm istos gradus sunt aliqua ꝑfectiora, aut minus perfecta entia. nam ea, quæ non habent vllam simultatẽ in essendo in natura sua, vel extra nõ sunt entia; quia, vt patuit, simultatem in ente esse necesse est. Primus gradus est entium non habẽtium simultatem in natura sua, sed in aliquo, vel per respectum ad aliquid, qđ extra naturam est, sicut in motu & tpe: & ista sunt imperfectissima in entibus: nam quantum ex seipsis est non habent esse, sed ex aliquo, quod extra naturã eorum est per relationem ad illud. Quod patet quia subtracto illo nõ habent aliquid de esse, vt præteritũ, & futurũ ablata simultate in essendo: & quia id quod est extra naturam alicuius impropriè habetur ab illo, ista successiua habebunt impropriè simultatem, & ꝯñter non propriè entitatem. Alius gradus est entiũ, quæ habẽt præsentialitatem, & simultatem aliquam simul, & vtrũque in natura sua. Ista sũt propriè entia inquãtũ proprius habent simultatẽ, quæ sit in natura sua, & non per relationẽ ad aliquid extrinsecum: & ista habent ſm diuersa simultatem & successionem: nam quantum ad essentiam habent simultatem, & quantum ad esse habent successionẽ; vt esse hoĩem, quod est essentia est totum simul, & in instanti, ideo non est aliqua successio quantum ad hoc: Est autem successio quantum ad esse, s. ꝙ sit homo albus, vel niger, doctus, vel fęlix; & sic de cęteris, quæ nõ sunt in simultate: & ista non sunt ita entia sicut ea, quæ sunt tota simul: illis quippe conuenit propria rõ entitatis. Et ista distinguuntur in duos gradus, quia quædã habent simultatẽ in essentia, & successionẽ in esse quantum ad motum. Alia habent in essentia simultatem, & in esse successionem, siue motum. Nec possunt ista pertinere ad eundẽ gradũ essendi, quia magis propriè entia sunt, quæ habẽt successionẽ sine motu, q̃ q̃ hñt successionem cũ motu. Nam habentia successionẽ, cum motu acquirunt oẽs perfectiones, quia nihil habent sine motu ipsa natura dempta: & quia ea, quæ acquiruntur per motũ non possunt peruenire ad conditionem simultatis, necesse est minus de simultate & ꝯñr de entitate habere, q̃ ea, quæ acquirũt sine motu perfectiones: nam hmõi acquirẽtia paucas acquirũt perfectiones, sed omnes ferè habẽt in natura sua: & istę sunt simul entes, sicut & ipsa substãtia: & hmõi sunt angeli. Q̃ñcunque enim aliquid plus habet de simultate in essẽdo, q̃ aliud, necesse est, vt sit magis ens illo, vt supra declaratum est. Ea tñ, quæ sine motu acquirunt perfectionẽ, pauciores acquirunt perfectiones cum plurimæ earum sint simul cum ipsa natura: In q. 17. quæ verò per motum aliquid acquirũt, oẽs perfectiones suas per motum suscipiunt. Nã q̃q̃ ipsa natura simul sit, s. esse hoĩem, vel ipse homo; tamen hoc per motum acquiritur: & non immediate, quia per gñationẽ hęc habentur, sed mediatè, s. quia sunt alternationes pręuiæ ad rem generandam, sine quibus nulla fit generatio. In rebus aũt, quæ non acquirunt perfectionem per motũ, non acquiritur ipsum esse naturę per aliquã successionem motus, vel sine motu: ideo magis accedũt ista ad rõnem simultatis, q̃ ea quę per motum habent esse acquisitũ. Vltimus gradus in entibus est in eis, quæ habent totũ esse simul, siue quantum ad substantiã, siue quantũ ad esse: & ista semper sunt pręsentia, & habent præsens manens cũ non acquirant aliquid, sed qđ semel sunt semper sunt, & nõ est aliud ens hmõi, nisi Deus. Nec erat possibile reperiri plurima entia hmõi, vt supra declaratũ est. Ex quo sequitur, ꝙ istud sit propijssimè ens super cętera: nã In q. 17. in cęteris q̃q̃ reperiatᷣ aliqua simultas, & totalitas, ſm quam sint entia, tñ non est pura totalitas; quia quædã in natura sua non habent simultatem: alia verò licet in natura sua habeant, tñ non hñt eam plenam, cum ex aliqua parte sint succedentia. Vnde non sunt totaliter entia: nam ens est ſm simultatem essendi: sed ista non sunt totaliter simul, ergo non sunt totaliter entia, Deus autem est totaliter simul, ergo ipsum est purè ens. Et ob hoc ipsum solum meretur dici ens, quia propriè in eo reperiẽ natura essendi. Et hoc est, quod ipse de se testatus est Exo. 3. c. ego sum qui sum, idest ego sum, qui habeo esse, q. d. nullus alius habet esse, quia in nullo propriè & ſm perfectam rõnẽ essendi reperitur esse, nisi in me. Et iterum ibidem: Qui est misit me, idest ille, qui solus est in propria natura essendi.

De similitudine, & dissimilitudine esse angelorum ad diuinum: & quomodo æternitas Dei, & angeli mensura differant. Quæst. XXXVII. E

Nunc autem cum de similitudine, & dissimilitudine esse humani ad diuinũ dictũ sit, s. supra à q. 30. vsque huc, de similitudine, & dissimilitudine esse angelorũ dicendum est. Et sciendum ꝙ cum angeli sint de entibus permanentibus; & cõdõ permanentium sit habere simultatem, necesse est, vt habeant aliquã simultatẽ: ista autẽ est quantum ad essentiã, s. ꝙ esse angelũ est totum simul, nec habẽt prius aliqua pars essendi angeli q̃ totum esse angeli, vel esse angelũ. & quantum ad hoc

ad hoc tota duratio angeli est instans, quod est indiuisibile, & totum simul, sicut ipsa duratio essentiæ: nec põt habere maiorem mensuram in essendo: nam esse angelum est in indiuisibili: nulla autem est mensura indiuisibilis, nisi instans: & in hac non est magis Deus in indiuisibili quã angelus, & quàm homo & lapis: quia cuilibet correspondet totalitas & simultas in essendo. Et si hoc solum esse in eis esset, haberent omnem conditionem æternitatis, tamen habẽt cum his quandam successionem. Et quia substantia horum est tota simul, necesse est, vt semper sit eis instans mensurans, & illud erit manens. Amplius aũt angelus non habet cum natura sua oẽs perfectiones ei possibiles, & quæ suã naturã perficere possunt: q̃m natura sua capax est aliquorum, quę ei adueniunt: & hęc non possunt reduci ad simultatem essendi, sed sunt in successione. Causatur autem successio hoc modo, quia angelus nunc intelligit aliquid, & postea Deus sibi aliud reuelat: vel nũc mouet hanc partem cęli, & postea aliam. Ad hoc natura siue substantia, quę est tota simul succedit: nam ipse est, qui post vnã intellectionem recipit aliam, & post vnam operationem recipit alteram: & cum ipsa succedat sine motu, instans quod mensurat eam manentem totam simul, fluit cum ea succedẽte, & fluxu suo causat mensuram quandam durationis extensam, quę vocatur æuum: sicut instans in rebus tẽporalibus, quod mensurat substantiam rei permanentis, vt esse hominem fluit cum ipso homine, qui mouetur ad acquirendas perfectiones diuersas, & fluxu suo causat tempus. Sed quęres, quare cum instans mensurans esse hominis, fluat, & fluxu suo causet tempus: & instans mensurans esse angelum fluit, & nõ causat fluxu suo tempus? Nam vr̃ esse vtrobique similitudo, quia vtrũq; fluit. Respondendum est, ꝙ hoc euenit ex condõne modi acquirendi perfectiones, & conditione subiectorum durationum harum. Nam instãs, quod mensurat simultatem essentiæ angeli nõ flueret, nisi esset aliqua successio in angelo, ita de instanti mensurante simultatem esse hominis: & tunc sicut essentia, quæ est tota simul, & mensurata succedit ad acquirendũ perfectiones, ita instans, quod est totũ simul & mensura succedit, vel fluit, & causat fluxu suo aliam mensuram: vt sicut ipsum instans est mensura substantiæ manentis, sic ipsum quod causatur fluxu instantis sit mensura successionis causatæ ab esse, vel natura succedente. Et tunc cum mensuræ diuersificentur ꝯm genus ad diuersitatem mensuratorum, & hic sint diuersa mensurata, quia in angelo successio eius ad acquirendas perfectiones non est motus, in homine autem successio ad acquirendũ motus est, ideo necesse fuit, vt ponerentur diuersæ mensurę ex natura rei: sed instans mensurans simultatẽ angeli fluxu suo causat mensuram successionis angeli, & instans mensurans simultatem substantię hominis fluxu suo causat mensuram successionis hominis: ergo non causabit eandem mensuram fluxus instantis angeli & fluxus instantis hominis, vel rerum naturalium: sed fluxus instantis angeli causat æuum: quod est mensura successionis sine motu: & fluxus instãtis humani & rerum naturalium causat tempus, q̃d est mensura successionis cum motu. In hoc autem deficiunt oẽs res a Deo: nam entia successiua deficiunt a perfectione modi entitatis diuinæ, quia successiua non habent simultatem aliquam in natura sua, sed in aliquo q̃d referuntur: Deus autem habet simultatem in natura sua. Deficiunt etiam res permanẽtes a modo diuinæ entitatis, quia licet habeãt aliquam simultatem & in natura sua: tamen non habẽt perfectam simultatem, sed ex aliqua parte sunt in successione, s. quan-

Cũ instãs fluẽs mensuret esse angeli, cur nõ causat tps fluxu suo, sicut instãs mensurans naturalia efficit tẽpus.

In quo res creatę tã permanentes q̃ successiuę deficiunt a perfectione diuina.

F tum ad esse, licet quantum ad substantiam sint simul habentes statum semper pręsentarium: Deus aũt, siue quantum ad substantiam, siue quantum ad esse habet omnimodam simultatem. Sed adhuc dato quòd homo solum esset hõ, & angelus solũ angelus: attamen nõ haberent aliquod esse suum in successione, sed solo instanti mensurarentur: tamen deficerent a mõ diuinę entitatis, q̃a nõ cõpeteret eis propriè æternitas: nã ęternitas est interminabilis vitæ simul tota possessio, sed q̃q̃ sic essent angeli, & hoĩes, essent facti, licet non finiendi vnq̃: ideo non haberent vitam interminabilẽ, quia q̃d aliq̃n esse cępit ex ea parte terminum habet. Amplius aũt dato ꝙ essent nõ facti, & nunq̃ finiendi: tñ nondum Deo ęquarẽtur in modo
G entitatis, quia haberẽt totalitatem, & simultatem, tñ non esset perfecta simultas: nã Deus purus actus est; quia quidquid est, totũ est, & nihil esse põt, q̃d nõ sit, & amplius perfectus actus, quia nõ sunt aliqui actus, vel perfectiones, quæ in eo nõ sint. & dato ꝙ aliquas perfectiones Deo vellemus apponere, illę non proficerent in eo: nam maiores illis Deus habet & aliq̃d quod ęquiualet illis cũ oĩa habeat eminenter. In nobis autem si daretur, ꝙ essemus solum hoĩes essemus purus actus, tñ non perfectus. Primum patet quia essem⁹ aliq̃d, & nihil esse possemus vltra id q̃d eramus. & hoc est esse purum actum. Secundum identidem patet, quia cũ essemus solum hoĩes, si adderetur nobis esse doctos, esse fęlices, & sic de quolibet, essemus perfectiores: & sic est circa quãlibet perfectionem,
H cum perfectio sit illud quod melius est ipsum esse q̃ non ipsum, & non esset aliqua entitas perfectura, quæ nobis adueniens non efficeret nos perfectiores: non essemus igitur actus purus, & perfectus, vt Deus, sed imperfectus valde.

Etiã si angelus vel hõ haberet totum suum esse simul, & nihil ĩ successiõe adhuc nõ competeret eis propriè æternitas.

An Deus potuit res creare, quæ haberent totum suum esse simul, & nequaquã essent in potentia, vel compositæ ex actu, & potentia. Quæst. XXXVIII.

SED adhuc ex prędictis insurgit dubium, cũ declaratum sit ꝙ res permanentes ex aliqua parte habent simultatem essendi, & magnam similitudinem ad Deũ, quare cũ illa simultate
I data est eis successio: cũ magis aliter Deo similarent q̃ sic. Et potissimum quia id q̃d superadditum est rerum perfectionem abstulisse vr̃, q̃d maxime derogat bonitati, & sapientiæ Dei. Quod sic arguit: quia quęlibet res permanẽs, vt sępe dictũ est, quantum ad substantiam est tota simul, & non est in potentia ad aliquid, & mensuratur vnico instanti, sicut esse Dei: & conuenit hoc oĩbus permanentibus: postea aũt datũ est, ꝙ susciperẽt aliquas perfectiones per successionẽ siue cum motu siue non, sicut angeli & in hoc distãt nimis a Deo: tunc igitur videnẽ distare ista a magna bonitate Dei & sapientia. De bonitate patet, quia ad agentem per bonitatẽ pertinet cõicare perfectionẽ suam sine inuidia, sicut dicit Boetius De consol. lib. 3.
K metro 9. ex positione Platonica, ꝙ Deus inductus est ad faciendũ hęc, nõ ex causis extrinsecis, sed ab intrinseca bonitate, cum dicitur.

Quem non externæ pepulerunt fingere causæ.
Materiæ fluitantis opus, verum insita summi
Forma boni liuore carens.

Sed maius bonum videretur causare Deus in rebus, si eas fecisset simultatẽ in essẽdo habẽtes, sicut Deus habet: ergo magis sic facere debuit, q̃ in quadã successione habẽtes esse. Item videtur repugnare sapientiæ Dei, quia ad sapientiam artificis pertinet facere rẽ facilius, q̃ fieri potest, sed facilius fieri videbatur, ꝙ daretur rebus sola simultas in substantia, & in essendo, quàm

Responsio quorūdā.

quàm ꝙ data simultate in substātia daretur successio in partibus essendi, ergo magis aliter fieri debuit. Rñdebit aliquis ꝙ res sic factæ fuissent, sed non fuerunt, quia sic fieri nequiuerunt, quia repugnat naturæ rerū harum, ꝙ non essent potentiales: nam cum non sint perfectę ex natura sua, sunt in potentia ad recipiēdū aliquid, per qđ perficiantur: cum potentialitate aūt non stat perfecta simultas, quia ea, q̄ potentialia sunt aliquid sunt, & aliquid præter illud esse possunt, sed q̄ habent totum esse simul sunt purus actus, & nō sunt in potentia ad aliquid. In quo considerandū est duo esse dubia. Primum est an potuerunt res creari habentes simul esse, & sine potentialitate. Secundum est an dato ꝙ esset aliqua potentialitas in rebus creatis, an possent habere totum esse simul. Circa primum dicendū ꝙ istę res, quę nunc sunt non potuerunt creari ꝙ haberent totum esse simul, idest ꝙ haberēt simultatem, & non potētialitatem ad aliquid. Quod patet, quia de integritate substātialiū hoīs est habere potentiam intellectiuā, & volitiuam, & habere aliq̄ potētiā sensitiuam interiorem, & aliquam exteriorem. Patet de sensitiuis exterioribus, quia aīal nō pōt esse sine potentia tactiua, in qua fundatur substantia aīalis, & illa deleta necesse est perire aīal etiā cęteris manentibus, vt declarat Arist. 3. De aīa in fine. Cū ergo istę potentię sint de substātia aīalium, & sint passiuę, necesse est eas posse aliquid pati, quia passiuum, & receptiuū idē sunt: dare aūt ꝙ sint potentiæ de necessitate naturæ aīalium, & ꝙ non sint in potētia ad recipiendū aliqđ, implicat ꝯdictionem: nisi forte daretur cuilibet harū actus connaturalis, qui esset inexistens semper simul sicut ipsa substantia aīalis. Sicut si in intellectu nostro daretur aliquis actus intelligendi cōnaturalis, qui esset nobis semper inexistens, sicut ipse intellectus semper inexistit, & totus simul. Et tñ nunc daretur necessario, ꝙ intellectus seipsum solū intelligeret: quia nihil potest intelligere intellectus noster, cuius speciem non habeat.

Ad habendum tamen debet eam recipere, ergo aliquid habebit pręter id quod est ei naturale: si autem non demus species illas in intellectu, non poterit pręter se solum quidq̄ intelligere. Nec valet si arguas de Deo, qui sine speciebus aliquibus intelligit oīa: qa respondendum est, ꝙ Deus seipsum solum intelligit, & seipsum dum intelligit, oīa intelligit: nec ponitur, aut poni pōt in Deo distincta intellectio, qua seipsum intelligit, & qua intelligit res: nam tunc darentur in Deo duo distincta realiter pręter personas, & cum quodlibet in Deo sit Deus, vel deitas, essent necessario duæ deitates. Causa huius est, quia Deus intelligit seipsum solum, cum se solum habeat: ipse tñ est eminenter oīs perfectio, vel continet omnē perfectionē: ideo se intelligendo oīa intelligit. Et quia eminētius continet ipse perfectiones rerū q̄ sint in rebus ipsis, cum in rebus reperiantur perfectiones cum quibusdam imperfectionibus, & in Deo cum perfectione magna, necesse est vt perfecti⁹ intelligat omnia intelligendo per seipsum q̄ si intelligeret per species mendicatas a rebus, quæ non possunt perfecte repræsentare ipsam rem: immo quędam earum repræsentant imperfectius vt patet de habitudine specierum sensitiuarum, & phantasmatum. De intellectu nostro nō est sic: quia non continet perfectiones aliarum rerū euidenter, sed solius sui: cum continere perfectionē hanc pertineat ad causam per cuius bonitatis deriuationem fiunt causata. Intellectus autem noster nullius est causa efficiens: ideo non continet perfectionem aliquarum rerum eminenter: non poterit ergo intelligere, nisi seipsum, si non inest ei species aliquarum rerum. Immo quod amplius est nō poterit in-

A tellectus noster seipsum intelligere, nisi aliquas species aliarum rerum habuerit, quia intellectus non intelligit se directe, sed reflexe, vel arguitiue, s. quia experitur quòd intelligit aliquid cognoscit se esse potentiam cognitiuam: nam si nō esset intellectus nō posset intelligere. Patet hoc quia antequam alicui insint species, sicut cum paruulus est in materno vtero intellectus eius non intelligit seipsum, quia nondū habet species vllas, per quas prius intellexit, & postea arguat se ex his intelligere: si tamen intellectus seipsum per actum directum intelligeret, cognosceret se antequam haberet aliquas species. Idem patet de dormiente, vel ebrio, quia non intelligit, nec eius intellectus seipsum intelligit. Quòd autem alia nō B intelligat manifesta causa est, quia intelligit per species, quę tunc non sunt dispositæ ad hoc quòd intellectus immutetur per eas: cum organum phantasticum sit repletum fumis ascendentibus in somno, vel ebrietate. Se autem non intelligit, nec tamen ex hac causa, quia intellectus ad intelligendum seipsum non indiget aliqua specie, quia non intelligit se per actum directum sed per reflexum arguitiuē: & quia tunc nō habet intellectus aliquem alium actum, qui esse deberet per species repręsentatiuas, non potest se intelligere actu reflexo, cum semper reflexus per directū fiat præsupponendo illum: ideo necesse est quòd posito intellectu in nobis, nos nō possemus quidquam intelligere, nisi sit intellectus in potētia, & ex hac parte erimus entia potentialia.

Intellect⁹ noster nō pōt se intelligere directe sed reflexe.

Intellect⁹ quō seipsum intelligit.

C Amplius patet hoc facilius ex potentia sensitiua tactiua, quam necesse est esse in quolibet animali, vt supra probatum est: & ista est in potentia ad sentiendū: sensus autem fit secundum receptionem, quia potentię istę passiuę sunt: ideo quamquam non sentiret, necesse erat esse in potentia ad sentiendum. Si autē daretur sensatio aliqua, necesse est vt ponatur aliquid extrinsecum aduenire: quia potentia tactiua non potest sentire seipsam, sed organū suum a qualitatibus extrinsecis immutatur. In quo differt intellectus ab omnibus potentijs sensitiuis: nam ipse potest per seipsum intelligere seipsum: potentiæ autem sensitiuę nequaquam sentiunt seipsas. Diuersitatis causa est, D quia cognoscere seipsum est actus reflexus, quia idē est cognitum, & cognoscens: cognoscere verò alterum est actus directus: cuilibet autem potentiæ facile est cognoscere per actum directum: per refluxum autem soli potentiæ immateriali. Ad hoc ergo quòd sentiat necesse est aliquid extrinsecum aduenire: & quia illud non est de natura, & integritate potentiæ tactiuę, necesse est, quòd sit in potentialitate ad illud. Si autem ponatur quòd non habeat aliquid extrinsecum, nihil sentiet: ideo cum sit tactiua, necesse est, quòd sit in potentia ad tangendum: alioquin dato quòd ponatur ei aliquid tangibile, non poterit tangere: semper ergo qualitercunque detur, necesse est esse in potentia. Ex dictis ergo patet quòd non poterant istæ naturæ, quæ sunt creari non habentes potentialitatem ad aliquid. Dato autem quòd auferretur E omnis potentialitas, tunc non esset eadem natura: quia homo non esset homo, cum non haberet intellectum & voluntatem, quæ sunt intrinseca homini, & non esset animal aliquod, quia non posset habere aliquam potentiam, vt inductum est: & tamen tactiua necessaria est ad substantiam animalis. Si debuisset igitur creari natura non habens potentialitatem, necesse erat esse alias species, & nullam harum.

Intellect⁹ differt a potentijs sensitiuis ī exercitio sui actus.

An

An includat contradictionem eſſe aliquid compoſitum ex actu, & potentia, & nihil vnquam ſuſcipere eorum, ad quæ eſt in potentia, ſed habere totum ſuum eſſe ſimul.
Quæſt. XXXIX.

SECVNDVM dubium erat dato' quòd res non potuiſſent creari ſine potẽtialitate, an poſſent habere totum eſſe ſimul, & ad hoc dicendum eſt, ꝙ rem eſſe in potentia ad aliquid non tollit ſimultatem eſſendi, ſed aduenire ei id, ad quod eſt in potentia: quod patet, quia ſi homo ſolum ſit hõ, & ſit in potentia ad eſſe album, vel doctum aut fęlicem, ſi non adueniant ei hęc totum ſimul eſſe habet: nam eſt hõ, & eſſe hoĩem eſt totum ſimul: & nihil pręter hoc eſt, ſed eſt ad oĩa alia in potẽtia: ergo totũ quidquid eſt ſimul eſt. Si detur oppoſitum ſequitur quòd eſſe hominem nõ ſit ſimul totum, cum iſte ſolum ſit homo, & tñ non habet totum ſuum eſſe ſimul. Nihil ergo magis eſt habere totũ eſſe ſimul, quòd aliquid ſit ens, quod eſt, & nihil vltra id, quod eſt, eſſe poſſit, q̃ ꝙ aliquid ſit ens, & ſit in potentia ad aliquid vltra id quod eſt, & tñ de eo quod eſſe poſſit nihil adueniat: q̃q̃ in rõne ſimplicitatis differunt, quia ea, quæ ſunt quidquam, & vltra id quod ſunt, nihil eſſe poſſunt, ſunt ſimplicia: quæ vero aliquid ſunt, & aliquid vltra hoc eſſe poſſunt, q̃q̃ nihil vltra eis adueniat, tñ quia habent ꝙ aliquid eis aduenire poſſit præter id quod ſunt, non habent ſimplicitatem: duo enim habent. ſ. ꝙ ſint, & ꝙ eſſe poſſint: & hoc ꝙ eſt ꝙ poſſint eſſe eſt aliquid vltra hoc ꝙ ſunt. Sed aliquis fortè dicet, ꝙ ex eo ꝙ habent hæc duo non habent totum eſſe ſimul, ſicut ea, quę habent ſolum id quod ſunt. Rñdendum eſt ꝙ in eis, quę ſunt cõpoſita ex actu, & potentia ſunt duo, ſ. id quod ſunt, & quod eſſe poſſunt: vel id per qđ ſunt, & quo eſſe poſſunt: & iſti ſunt duo modi diſtincti. Primo mõ taliter compoſita dñr habere id quod ſunt, i. id quod eſt eis natura, vel ſubſtãtia, & iſtud eſt totum ſimul, & id quod eſſe poſſunt, ideſt id ad quod ſunt in potentia, quia continue habent aliquid de eo ad quod in potentia ſunt, cum fiat cõtinua aquiſitio, & deperditio. Secundus modus eſt, ꝙ in cõpoſito ex actu & potẽtia ſunt duo, ſ. id quod eſt, & quo eſſe poteſt. Accipitur quod eſt, vt ſupradictum fuit. Quo eſt non eſt aliquid de eo, quod recipit ens in potẽtia per motum, vel ſucceſſionem, ſed eſt entitas potentialis, ideſt potentia ad eſſendum aliquid, vel recipiendum, & iſta eſt ſimul. Cum aũt dicimus ꝙ aliquod eſt compoſitum ex actu, & potentia, non dicimus ꝙ eſt compoſitum ex eo ꝙ eſt, & ꝙ eſſe poteſt; quia compoſitũ eſſe dicit aliquid actu exiſtens, ſed id ꝙ res eſſe poteſt nondum actu eſt, ſed dicimus ꝙ eſt cõpoſitum ex eo ꝙ eſt, & ex quo eſſe põt: & de his duobus verũ eſt, ꝙ ſunt ſicut compoſitum. Vnde eſſe dicit actũ, ſed quo eſſe poteſt non, quia non eſt aliqua forma, vel actus adueniens de his, quæ ſuſcipi poſſunt: ſed eſt potentialitas quædam naturę inexiſtens: quia naturę non repugnat aliquid, quod non habet, recipere, & cum aduenerit, recipiet. Et iſtam potentialitatem non recipit natura, quæ eſt in potentia, ſicut ſuſcipit aliquid eorum, ad quæ eſt in potentia: ſed inexiſtit ſibi, ſicut id, quod eſt. Nec ineſt potentia ad iſtam potentialitatem, quia ſemper oporteret dari aliam potentialitatẽ, q̃ eſſet in potentia ad illã. Item quia videtur includere contradictionem ꝙ aliquid ſit in potẽtia ad eſſe in potentia. Et de iſta potentia eſt verum ꝙ res quæ eſt compoſita ex actu & potentia, eſt id quo eſſe poteſt, ſicut id quod eſt. Et vtrũque eſt in actu, licet non ſit vtrunque actus, quod patet quia quod actualiter exiſtit eſt in actu: nã qui gignit hoĩem cõicat ei potentialitatem ad eſſe album, eſſe fęlicem, eſſe potentem,

Quid ſit compoſi ex actu & potentia.

F quia iſta potentialitas comitatur naturam ſpeciei, &
ſicut aptitudines ſpeciales ad aliquid vocant propriè
paſſiones ſpecierũ ſicut plorabilitas, docibilitas, riſi-
bilitas, nauigabilitas, quia cõſequuntur principia ſpe-
cialia naturarum, ita & potentialitas ad aliquid con-
ſequitur totam naturam creatam: ideo eſt velut quę-
dam propria paſſio totius naturæ creatæ. Et ob hoc
qui cõicat naturam neceſſario cõicat potẽtialitatem
illam, ideo ſicut humanitas ſemper homini actu eſt:
ita poſſe eſſe fęlicem album, vel doctũ ineſt homini,
& nunquam ſine hoc eſſe poteſt. Secundum erat, ꝙ
iſta non vocantur actus, quia actus, & potentia ex op-
poſito diſtinguuntur: quia actus eſt ſm quem res
vere eſt, & determinatè res eſt, quo eſt, ſed non quo
G eſſe põt. Vnde dici debet de potentialitate, ꝙ ipſa eſt
id quod eſt, ſed non quo res eſt, quia cum potẽtialitas
ſemper inſit, & non adueniat, ſemper eſt res potẽs ali-
quid ſuſcipere. Hoc ergo eſt res, ſed non eſt quo eſt:
quia res per actum eſt, potentialitas autem è cõtrario
diſtinguitur: ideo non conuenienter diſtinguuntur
tanq̃ ex oppoſito, quod res eſt, & quo eſſe poteſt, ſed
id quod eſt quo eſſe poteſt. Quod patet, quia ea, quæ
ex oppoſito diſtinguuntur non prędicantur inuicem
de ſeipſis, ſed hic fit vera prędicatio. ergo non ſunt op
poſita. Patet quia potentialitas eſt quod eſt, quia po-
tentialitas, quæ rei ineſt, aut eſt aut eſſe poteſt: nõ põt
dici ꝙ ſit aliquid quod eſſe põt, ſicut nec hõ aut hu-
manitas in hoĩe eſt quod eſſe poteſt, ſed quod eſt, cũ
ſemper inſiſtat, & neceſſario ſemper inſit, ſicut ipſa
H natura nec acquiritur, nec deperditur, ergo nõ eſt qđ
eſſe poteſt, quia non poteſt eſſe cũ ſemper actualiter
ſit, ergo eſt quod eſt: & tñ ipſa potentialitas eſt quo
res eſſe põt: non igitur diſtinguuntur ex oppoſito q̃
ſunt, & quo res eſſe poteſt. Sed debẽt diſtingui quod
& quod, & iterum quo & quo, ſed non quo cõtra qđ.
& ſic quod eſt & quod eſſe poteſt diſtinguuntur, &
nunq̃ de ſe inuicem prędicantur: quia quod eſt, ſ. na-
tura ipſa, vel entitas nunq̃ eſſe põt, quia ſemper eſt &
ſimul: quod verò eſſe poteſt cum eſſe poteſt impoſ-
ſibile eſt ꝙ actu ſit. Identidem diſtinguuntur ex op-
poſito quo & quo, ſ. quo res eſt: & quo res eſſe põt.
Nam quo res eſt alba eſt albedo, quo res eſſe poteſt
alba eſt potentialitas ad eſſe albũ. Ita natura vel ſub-
I ſtantia rei eſt quo res eſt, vt humanitas vel lapideitas:
quo aũt eſſe poteſt eſt quędam potentialitas ad fęli-
citatem, ad nigredinem, albedinem &c. Iſta autem
coincidere eſt impoſſibile. Ideo rectè fit compoſi-
tio ex eo quod eſt, & quo eſſe poteſt: quia non diſtin
guuntur ex oppoſito: ſed nunquam ex eo quod eſt,
& quod eſſe põt. Et magis repugnãt quod eſt, & qđ
eſſe poteſt, q̃ quo eſt, & quo eſſe põt. Nam nunq̃ ſtãt
ſimul quod eſt, & quod eſſe poteſt, nec reſpectu eiuſ-
dem, nec diuerſorum: ſed quo eſt quod eſſe poteſt,
licet non ſtent ſimul reſpectu eiuſdem: ſtant tamen
ſimul reſpectu diuerſorum. Primũ patet, quia ꝙ eſt
hõ, & ꝙ eſt potens eſſe hõ non ſtant ſimul reſpectu
eiuſdem, nec reſpectu diuerſorum: nam eſſe hoĩem
K eſt ꝙ eſt, & cum iſto non ſtat aliquid quod eſſe põt,
quia nõ ſtat cum illo album, quod eſſe poteſt, nec do-
ctum eſſe, aut fęlicem, quæ poſſunt eſſe. Secundum
patet albedo eſt quo eſt, ſ. quo eſt quiſquam albus: po
tentialitas ad albedinẽ eſt quo eſt in potentia ad eſſe
album: & hęc non ſtãt, quia ſunt reſpectu eiuſdem:
ſtant tamẽ reſpectu diuerſorum, vt humanitas eſt ꝙ
eſt homo aliquis, potentialitas ad album eſt, quo aliqs
poteſt eſſe albus, & iſta ſtant, quia ſunt reſpectu di-
uerſorum. Cauſa diuerſitatis eſt de oppoſitione quo
& quo, & quod eſt & qđ eſt: qa qđ eſſe põt eſt poten-
tiale, & non eſt vllatenus actuale accipiendo nõ pro
ſubiecto receptiuo, ſed pro forma receptibili. Quo
eſſe

Res cõpoſita ex actu & potentia hẽt vtrunq; in actu licet non ſit vtrunque actus.

Quare qđ eſt res & quo eſſe põt, nõ diſtinguuntur ex oppoſito tanquã act⁹ & potentia, ſ. q̃ ſunt ſimul.

Diſtinguuntur ex oppoſito qđ & quod, & quo, & quo, ſed ñ quo cõtra quod.

Magis ad inuicẽ repugnat cõpoſitũ ex quod eſt & qđ eſſe põt q̃ ex quo eſt & quod eſt.

esse potest non est ens potētiale, sed potentia, quia nõ A est in potentia, sed in actu: ideo quo esse potest res, est: tamen quod esse potest, dum esse potest, impossibile est, quòd sit. Eodẽ modo dicendum est de alia oppositione, s. ꝙ non distinguuntur ex opposito ens actuale & potentia: vel ens in actu & potentia, sed distinguũtur ens potẽtiale, & ens actuale, ens in actu & ens in potentia, & actus, & potentia. Quod patet quia ens actuale est quod actu est, vel aliquem actum habet, sed potentialitas habet actualitatẽ cum actualiter sit, quia subiecto inest, & decidere non potens: si autem diceretur quòd non erat ens actuale, oportet dici quòd esset ens in potentia: sed potentia non est ens in potentia, cum non sit in potẽtia ad aliquid, sed semper actu consistat, sicut ipsa, quę ad nihil in po- B tentia sunt: actualia enim dicimus quę actu cõsistũt, sed nihil magis consistit actu quã potẽtia, quia actualiter est, & semper est atque necessario inest. Et habet amplius quàm multa entia actualia: nam licet quædam actualia actu consistant, sunt tamen in potentia ad aliquid suscipiendũ: potentialitas vero actu consistit, & non est in potentia ad aliquid recipiendũ. Ens autem actuale & potentiale distinguuntur, quia ens actuale in actu est, ens autem potentiale in potentia, & ista non sunt idem. Sed in hoc est distinguẽdũ, quia ens potentiale aut accipitur pro subiecto potente recipere, aut pro forma potente aduenire. Primo modo ens actuale & potentiale coincidunt: secundo modo opponuntur. Identidem ens in actu, & ens in potentia distinguuntur ex opposito, quia entia in C actu subsistunt. actu entia in potentia nullam habẽt actualitatem accipiendo pro termino potentialitatis; scilicet pro forma, ad quam aliquid est in potentia. Et secundum vnum modum istorum dicimus de materia prima, quòd sit ens in actu, vel actuale, & secundum alterum modum dicimus, quòd sit ens in potẽtia. Ex prędictis patet responsio ad id quod inquirebatur, scilicet an ea, quæ sunt composita ex eo quod est, & quo esse potest, possint habere simultatem in essendo, vel necessario habeant successionem, quia dicunt duo. Et dicendum quòd si dicamus aliquid compositum ex eo quod est, & quo esse potest, ista duo non permittunt simultatem in eo, quia quod est D semper actu est, & totũ simul: quod esse potest, nunquam actu est, dum esse potest: ideo quædam successio est ad suscipiendum quod non est, sed esse potest: cum vero dicimus aliquid compositum ex eo quod est, & quo esse potest: quamquam tollamus simplicitatem, tamen non tollimus simultatem aliquam: nã sicut quod est totum simul est, & nulla eius pars aduenit; ita quo esse potest res, idest potentialitas inest, & semper actu tota est nihilque de ea aut aduenire aut deperire potest. Patet igitur quòd sicut id quod est purus actus, ita quòd sit quod est, & nihil habeat quo esse possit est totum simul: ita quod est compositum ex eo quod est, & quo esse potest, si nihil vltra habeat, idest quòd nihil ei adueniat de eo quod esse potest, est totum simul. Nec includit contradictionẽ aliquam quòd aliquid sit compositum ex actu & po- E tentia, & habeat totum suum esse simul. Nam esse compositum ex actu & potentia solum dicit quod est, & quo esse potest: sed quo esse potest est totum simul, & non tollit aliquam simultatem: ergo stabit totum simul. Si autem obijcias quòd ista sic composita recipiunt, quod recipit non est totum simul, ergo sicut aliquid quia recipit non est totum simul, ita quod est in potentia ad recipiendum. Respondendum est quòd ista duo non se consequuntur necessario: nam satis stat aliquid esse in potentia, & non recipere immo sic actualiter est, quia aliquid est nunc in potentia ad aliquid, vt ad albedinem, & tamen non recipit aliquid de albedine: ita non includit aliquam contradictionem, quòd sit aliquid in potentia ad recipiendum, & tamen nihil recipiat: & tunc erit totũ esse simul.

An per potentiam diuinam fieri possit, quòd res nunc existentes sint compositæ ex actu, & potentia, & tamen nihil recipiant eorum, ad quæ sunt in potentia. Quæst. XL.

NVNC autem inuento quòd includit contradictionem creari species rerum, quæ sunt, & non essent compositæ ex actu & potentia: & quòd non includit contradi- B ctionem esse ex actu, & potentia, & nihil recipere aduenien s, atque habere totum esse simul. Inquirendũ est an sit possibile aliquid esse compositum ex actu, & potentia, & habere esse simul, vel non recipere aliquid eorum, ad quæ est in potentia. Respondetur ꝙ in rebus nunc existentibus naturali actione nõ est aliqualiter possibile, vt sint res in potentia ad aliquid, & nihil recipiant eorum, quę possunt recipere: nã actio contrariorum est in natura: & ista transmutat ea causans in eis aliquid quod non habent. An vero potentia supernaturali sit possibile aliqs dubitabit. Et quantum ad quædam manifesta est responsio, quòd possunt esse constantia ex actu ex potentia: & tamen ꝙ nihil recipiant eorum, quæ recipere possunt, sicut est in angelis, qui sunt in potentia ad recipiendum intel- C lectiones aliquas, quas non habent, & tamen poterat eis tolli hoc, s. ꝙ nullam vnquam intellectionem reciperent: nam ipsi recipiunt intellectionem, quæ nõ est natura sua, nec pars naturæ suæ sed aliquid susceptum: & hoc vel per species concreatas, quibus cognoscunt res in proprio genere, vel per cognitionẽ in verbo, per quod tãquam per speculum sine aliqua cognitione in speciebus intelligunt id, quod manifestatur in diuina essentia. & illa est ibi tanquam species representans omnia quęcunque voluerit. In hac etiam pręter communem cognitionem beatorum fiunt interdum reuelationes aliquę speciales aliquorum mysteriorum, quę prius cognita non fuerunt, si- D cut angelis nouiter reuelabantur mysteria salutis nostrę in verbi incarnatione, quæ ante non cognouerãt quidam eorum. His omnibus posset Deus illos priuare ita quòd nihil per species concreatas intelligerent, sicut nos interdum naturaliter perturbamur, vt per phantasmata, quę habemus nihil cognoscamus.

Angeli sũt in potẽtia ad recipiẽdum oẽm ĩtellectionem: & tñ est impossibile ꝙ nullam intellectionem recipiant nec in verbo nec p reuelationem.

De cognitione autem in verbo manifestius est, ꝙ Deus eos priuare possit: nam ista ex gratia datur cũ sit pręmium beatorũ: dęmones autem nihil in verbo intelligunt, sed solum per species concreatas, quæ ad naturalia sua pertinẽt, & res in proprio genere cõsiderant: si autem eis cognitio in verbo daretur, beati essent. Sicut igitur dęmones ex demeritis illa intellectione caruerunt, ita & boni angeli possent faciliter priuari, ne in verbo quidquam intelligerent. De reuelationibus autem specialibus facilius omnibus est, E nam istę ex maiori gratia tribuuntur, & tanto facilius tolli possent: hoc igitur modo fieri potest, vt qq̃ angeli ad intelligendum in potentia sint, tamẽ quòd nullam intellectionem recipiant. Nec valet si dicas ꝙ angeli semper intelligunt, ergo non sunt in potentia ad intelligendum, sed semper in actu. Rñdendũ est enim ꝙ semper intelligunt, quia intellectus potentia infatigabilis est, & nihil habẽt adiunctum, per qđ fatigentur intelligendo, tamen semper in potẽtia ad intelligendum sunt, quia intellectio eorum non est semper eadem, sed nunc hoc, nunc illud considerãt: ideo qq̃ semper sint in actu alicuius intellectionis, tñ semper

Cognitio in verbo ẽ beatorum præmium ex gratia datum.

semper sunt in potentia ad illam, sicut in naturalibus pure, quę sunt in motu, quodlibet eorum est semper in potentia ad aliquam formam earum, quę motu acquiruntur: cum nunquam possit simul habere omnes possibiles recipi, tamē semper est in actu alicuius earū: alioquin dabitur materia prima nuda, vel substantia composita nullū accidentale habens. Quodlibet ergo naturale semper est in actu, & tamē semper est in potētia respectu diuersorum. Ita in angelis est: habent aūt angeli aliquas operationes pręter intelligere, ad quas eodem modo sunt in potētia, vt mouere cęlum, vel aliquid alterū: assumere aerea corpora, & loqui, & hmōi multa: his tñ oībus eodē mō priuari possunt, ita vt nihil eis adueniret. De angelis quoque manifestū est, ꝙ q̄q̄ sint compositi ex actu, & potentia & aliqua eis adueniant: tñ possibile est ꝙ nihil eis adueniret, sed haberēt totū esse simul, sicut Deus licet non tollatur compositio ex actu & potentia.

De naturalibus magis dubium alicui videbitur, an per potentiam diuinam in eis induci possit quòd sint compositæ ex actu, & potentia: & tamen nihil recipiant eorum, ad quę sunt in potentia. Causa diuersitatis in dubitando est quòd angelica natura magis accedit ad naturā simultatis, q̄ natura rerū corporaliū, & ad pauciora est in potentia, cū solū sit in potētia ad quosdā actus: natura aūt corporea nō solū est in potētia ad actiones, quæ sunt aliquid fluens, & nō multū radicatas in substantia: sed etiam magis est in potētia ad formas, quæ magis pertinent ad naturam entitatis, & sunt magis infixæ substantiæ ipsi q̄ actus. Sed dicēdum est ꝙ etiā in rebus naturalibus hoc possibile est: nam Deo oīpotentiam attribuimus, cui oīa subsunt, quæ aliquo modo sunt entia: quæ vero includūt ꝯdictionem non subduntur, quia non sunt entia ambo extrema ꝯdictionis: sed declaratum est supra, ꝙ non includat aliq̄ ꝯdictionē esse in potentia, & nihil recipere eorū, ad quæ ens illud est in potentia: ideo Deus facere poterit ꝙ omnia entia naturalia sint in potētia, & tamē nihil recipiant eorum, ad quæ sunt in potentia: & tūc totū esse earū esse simul, vt patet ex dictis.

Quare ad ea quæ implicāt cōtradictionem potētia diuina non se extendit. In q. 39.

An propriæ passiones tollantur rei, cum sint inseparabiles. Quæst. XLI.

Sed aduertendum est, ꝙ q̄q̄ res omnes naturales priuarentur oī, qđ eis aduenire pōt, nō tollerentur eis proprię passiones: quia illę simul insunt, cum oriantur ex principijs speciei: nec est motus aliquis ad illas, sed solum tollerentur illa, q̄ motu vel successione aliqua acquiruntur, & aliquando perire possunt. Esse autem propriarum passionū est totum simul, sicut esse subiectorum: ideo nō priuarentur res his. Quod patet quia nec motu, aut successione aliqua acquiruntur nec pereunt. Nam & potentialitas ad suscipiendum passio quædam est totius creatę naturę, vt declaratum est. Ablatis igitur oībus proprijs passionibus auferretur etiam potentialitas: non ergo tolluntur ea, quæ pręter naturā rei sunt, nisi simultatem rei in essendo tollant: hęc aūt solū sunt, quę aut motu, aut successione aliqua sine motu acquiruntur. Considerandum autem vlterius, ꝙ si per potentiam Dei res ponerētur, ꝙ haberent totum esse simul, s. naturam suam, & potētialitatem ad suscipiendum, nihil tamē eis adueniret, poterat dupliciter hoc fieri, quia aut rebus nūc existentibus nunc conferret: aut a principio cū creauit hūc statū cōferre voluisset. Si enim cum creauit hoc in eis effecisset non fuisset iste status rerum nec aliquis hō vnq̄ albus, aut niger fuisset, nec doctus, nec fęlix, nec infelix, nec aliquis homo aliū gigneret: quia iam intercideret hic motus

Deus si potentia absoluta faceret quòd res haberēt totum esse simul poterat hoc fieri tripliciter.

F & successiones, sed quot hoīes creati fuissent tot manerent, & non possent plures esse, quia non haberent hunc modum multiplicādi per propagationem nec aliquem alium: nam tunc cū propagare sit actus adueniens indiuiduo propaganti nō maneret totū esse simul. De corporibus aūt cęlestibus dicendum est, ꝙ tunc non mouerentur. Et hoc propter duo, primo, q̄a quę mouentur, non habent totū suum esse simul potissimū in motu locali, qui est motus magis proprie dictus, q̄ cæteri, sed hoc dato haberent oīa esse simul. Secundo quia motus cęli fit ad gñationem, & corruptionem oīum inferiorum: sic enim dicit Aristo. in libris de generatione & corruptione, quòd per accessum & recessum solis in circulo obliquo fiunt generationes, & corruptiones in terra: sed rebus habentibus habitudinem huius, scilicet quòd totum esse
G earum simul sit, non potest esse generatio, & corruptio, quę sunt accidentia extrinseca: potissimum q̄a pręsupponunt motum tollentem simultatem in essendo: ideo non esset tūc motus cęlorum, sed essent ipsi cęli tanquam aliquę naturæ solum in suis substātialibus. Et sic quantum ad conditionem omnium aliorum naturalium entium: nam elementa non haberent aliquam actionem in alterutrum, quia ista est aliquid adueniens. Nec luminaria cœli lumen aliquod emitterent: nam generatio radiorum est aliquid continuū in luminaribus: nec est eadem emissio radij, sed semper alios & alios radios generant. Est enim modus iste talis, vt totus naturæ status abolitus foret, nec pateret vlla vis naturæ, sed omnia essent, tanquam non essent, cum manifestentur res ꝑ
H operationem suam, & ibi nulla esset operatio, quia est aliquid adueniens, & progrediens a virtute rei, & non est manens totum simul sicut natura rerum.

Alius autem modus est si nunc res sub hac conditione existentes reduceret ad simultatem essendi manentibus eis potentialitatibus, ablatis tamen actibus, & omnibus posterioribus, quæ non possunt habere simultatem.

Et posset hoc effici dupliciter. Vno modo quòd omnia posteriora auferrentur a rebus, & manerent in solis naturis suis, & passionibus, & proprietatibus: quia quę simultatem in essendo habēt, sicut sunt om
I nes proprię passiones, quę consequuntur naturam, & principia speciei: & tunc si esset fęlix homo, vel albus, niger, aut doctus, aut similia, auferrentur omnia hęc, & iam nullus homo esset frigidus aut calidus, albus aut niger, & sic de cęteris. Cœlis quoque auferrentur motus & illuminationes. Elementis autem, & elemētatis rebus generationes, & corruptiones, & actio contrarietatis.

Alio modo intelligi potest quòd res nunc non habentes totum esse simul reducerentur ad habere totum esse simul ablatis solum conditionibus illis, quibus repugnat habere simultatem in essendo: sicut est motus actio, & passio: aliæ autem cōditiones manerent, quibus non repugnat habere simultatem in
K essendo quamquam partialiter, & per motum acquisitæ fuerint: sicut esse doctum successione acquiritur, tamen totum simul manet, quod est habitualiter; & qui semel doctus est, in quolibet instanti est totaliter doctus: nec est vna successio in essendo doctū: ita esse album, nigrum, calidum, aut frigidum successiuè acquiritur: totum tamen cum fuerit acquisitum habet simultatem essendi, quia qui albus effectus est in quolibet instanti omnes gradus albedinis habet, quos ante acquisierit: & sic de cęteris. Generaliter autem omnis forma acquisita motu, vel successione quacunque immanens subiecto in modum habitus, licet in aquirendo nō habeat totum esse suum simul, tamen

tamen postquam fuerint acquisita, habet totum esse simul, & iste postea manerent, vt quòd homo maneret albus, vel niger, doctus, vel fęlix, & sic de cęteris accidentibus, sed non moueretur, non gigneret, non calefieret, non intelligeret, non vellet, & sic de ceteris actibus, ita vt generaliter dicatur, ꝙ secundum istum modum omnes formę accidētales immanerent cuilibet rei prçter actionem, & passionem, motum, & ea quę habent extensionem in durationem.

Sed adhuc dato isto modo non possent plures homines vnquam gigni, quam essent, cum deducerentur ad habendum totum esset simul, quia generatio per propagationem dicit motum quendam, & aliqua euenientia, quę tollunt simultatem essendi. Etiam nō sumerent homines cibum, nec potum, nō ęgrotarēt, non calefierent, non frigefierent, non haberent aliquē actum aut passionem, & tamen mori possent, sed nō ex ęgritudine, vel percussione, aut aliquo motu defectiuo, quia ista tollerent simultatem essendi cum aliquid adueniret vltra id, quod esset: morerentur autem subito, vt si Deus in instanti desineret a totali causalitate, & cōseruatione, quam habet super aliquam rem illa nulla alio obuiante esse desineret: sicut si nulla existente contrarietate ad sanitatem hominis, nec facta mutatione Deus in instanti animam ab homine tolleret, desineret esse homo sine motu, & actione contrariorum, quia sicut anima dat esse corpori formaliter, ita Deus impertitur esse toti composito, & materię, atque formę: ideo cessante totali influentia illius super aliquam rem necesse erat illam rem in instanti perire sine motu, & contrarietate. Et cum homines sic morerentur non desinerent habere totum esse simul, quia hoc erat si aliquid eis nouiter adueniret, ꝙ prius non habuissent, & illud esse inciperet: cum tamē sic moritur, nihil tale accidit, quia non desinit esse simul quasi incipiat habere esse per aliquam successionem non desinit esse simpliciter: si tamen moreretur quisquam per motum factis in eo quibusdam prioribus transmutationibus desineret habere totum esse simul, quòd iam adueniebat ei motus, & forma aliqua causata per motum, quę tollunt simultatem, multa quoque accidentia huiusmodi in rebus essent contra totum ordinem, qui nunc est. De quibus quilibet aduertere potest ex principijs positis.

Cum Deus potuerit creare aliquas res, quæ haberēt totum suum esse simul, & nihil reciperent, seu indigerent, quare non creauit sic, & an decuit, quòd faceret meliori modo, quo possit. *Quæst.* XLII.

NVNC autem cum constet ex dictis, quòd Deus potuerit res producere sub conditione simultatis, ita vt quęlibet haberet totum esse suum simul, nihilque ei adueniret, aut decederet: quæret aliquis, quare sic non fecit. Et tunc repetatur argumentum supra factum, scilicet, ꝙ ad bonitatem Dei pertinebat, vt meliori modo quo posset, res produceret, sicut pertinet ad quemlibet artificem, sed melior modus erat, quòd produceret eas habentes totum esse simul, vt ipse habet: ergo debuit sic producere.

Item ad sapientiam artificis pertinet producere res faciliori modo, quo produci possunt, dum tamē ęquè bene producantur, sed facilius produci poterant si datum fuisset eis totum esse simul, & cōuenientius, quā vt ex quadam parte habeant totum esse simul, & ex alia habeant esse in successione: ergo produci debuerunt, vt haberent totum esse simul, patet probatio ex supra positis.

Respondendum est, quòd quamquam res produ-

A ci potuerunt habentes totum esse simul: tamen non fuit conueniens, nec pertinebat ad bonitatem diuinā sic produci, quia essent res sic imperfectissimæ, & minus eis communicaret Deus de bonitate sua, quam alias, nam perfectior est homo doctus, quā indoctus, nam indocti, & prorsus rudes, licet effigiem humanā gestent, a beluis tamen parum distare videntur. Identidem perfectior inæstimabiliter est homo fęlix homine non fęlice, & vniuersaliter quodlibet aduenïens perficit subiectum, nam quælibet forma habet aliquē gradum perfectionis, ideo cum aduenerit subiecto, necesse est, vt illud perfectius efficiat, nisi forte sit forma in contrarietate, vbi interdum per imperfectiorē tollitur perfectior.

B Item data simultate essendi homo nihil intelligeret, nihil vellet, & tamen perfectio potissima hominis consistit in intellectu, & voluntate: ergo esset homo carens maxima perfectione. Antecedens patet, quia intellectio est aliquid aduenïens, & non stat cum simultate essendi, vt supra satis declaratum est.

Item generaliter careret homo, & quodlibet ens naturale omni perfectione sua, quia tota perfectio rei consistit in actu suo. ideo res maioris efficaciæ perfectioris naturæ iudicantur. Ob hoc enim solum Deū perfectissimum omnium entium appellamus, quia vniuersalioris causalitatis sit, atque efficaciæ in rebus: ipse enim prima causa est in tota coordinatione naturæ, & magis influens. Et ob hoc solum minores intel-

C ligentiæ mouent cęlos motæ in ratione amati, & desiderati a Deo, vt participent aliqualiter esse diuinum influentes, sicut ipse influit inquantum eis fas est imitari, & quia non possunt influere, nisi mouendo, cœlus mouent. De hoc Aristo. 12. Metaphysic. si autem Deus per causalitatem maximam nō iudicaretur ens perfectissimum, non conarentur in causando eum cęteræ intelligentiæ imitari, rebus tamen omnibus auferretur ista perfectio: nam si totum suum esse simul haberent non operarentur quidquam, quia in illa natura operatio esset tota simul, & non esset aliquid aduenïens, & particulatim acquisitum: non debuit ergo dari talis modus essendi in simultate.

Item apparet, quòd tolleretur omnis perfectio: nā iudicamus aliquem hominem, valde perfectiorem

D alio, & equum equo, atque in cæteris naturis: data tamen simultate essendi non posset esse perfectior homo perfectissimus homine imperfectissimo: ergo inconuēniens modus est quo talia sequerentur. Patet antecedens, quia quilibet homo quantumcūque imperfectissimus sit, habet omnia naturalia, & substantialia speciei, & in hoc nemo alium excellit: tamen si daretur in rebus, quòd quęlibet haberet totum esse simul solum haberet perfectionem naturalium, & substantialium speciei, & non haberet perfectiones alias, quę motu, & successionibus data opera acquiruntur, ergo non esset aliqua perfectior alia.

Item patet, quia cum homo nascitur, est homo, &

E tamen postea per motum & successionem sine motu acquiruntur perfectiones multę tam secundū corpus, quam secundum intellectum, quousque veniat homo in virum perfectum: harum tamen nullā haberent hoīes, sed essent tanquam paruuli, cū nascūtur, & adhuc nō ita pfecti cū paruuli multas habeāt pfectiones supadditas nāę, & acqsitas p motū: cū non sit in eis aliqua successio cū motu, vel sine illo ad acqrendū aliqd horū, quia hñt ex hypothesi simultatē in essēdo. Multa alia hmōi patēt incōueniētia. Valde ergo cōuenientius fuit rebus ad pfectionē suā, ꝙ hērent motū, q̄ ꝙ non hērent, & ꝯsisteret esse suū in successione.

Sicut de homine dictum est, ita quoque de cæteris rebus naturalibus patet, quę enim pulchritudo esset vni-

vniuersi, si non esset motus cœlorum, & illuminatio
astrorum, & generatio, & corruptio plantarũ anima-
lium, dies & nox, & cuncta accidentia temporis: nulla
profecto pulchritudo maneret. Hęc tamẽ omnia au-
feruntur si detur simultas essendi in qualibet re, quia
auferretur motus, atque successio: tota tamẽ ista pul-
chritudo ex motu prouenit, qui est via ad producen-
dum omnia hęc: non fuit ergo conueniens simultas
essendi ad similitudinem diuini esse.

Et cum arguitur, ꝙ perfectius est esse nostrum cũ
assimilatur Deo, quam cum distat, sed Deus habet to-
tum esse suum simul, ergo nobis erit perfectio, quòd
sic habeamus.

Respondendum est, ꝙ maior perfectio nostra est
habere esse in successione, & acquirere continue, q̃
habere totum simul: nam si totum esse nostrum ha-
beremus simul, solum haberemus naturalia, & substã
tialia speciei, nihil autem acquireremus vlterioris ꝑ-
fectionis, dum vero non est totũ esse simul, habemus
substantialia nobis, & insuper acquirimus vlteriores
perfectiones naturę nostræ completiuas.

Amplius autem cum arguitur, ꝙ imitamur Deum
habendo totum esse simul, cum verò habemus in ac-
quisitione, & successione, distamus ab illo, maior per-
fectio igitur est, cum habemus esse simul.

Respondendum est, ꝙ magis imitamur Deum ha-
bendo esse secundum acquisitionem, & successionẽ,
quam totum simul: nã Deus est summe bonus: ideo
cum magis participauerimus de bono magis ei assi-
milamur, sed non habentes totum esse simul partici-
pamus magis de bono, quam habendo totum simul,
ergo magis imitamur Deum habẽtes esse in succes-
sione. secunda pars antecedentis patet, quia cum habe
remus totum esse simul solum haberemus substãtia-
lia speciei, & non possemus acquirere aliquam aliam
entitatem perfectiuam, cum vero non habeamus to-
tum esse simul continue recipimus ampliores perfe-
ctiones, quarum quælibet dicit bonum quoddã: ma-
ius ergo bonum participamus sic, quam aliter, & con
sequenter magis imitamur Deum, qui est ens perfe-
ctissimum, & origo atque exemplar boni.

Quõ magis Deo assimilamur.

Et cum dicitur, ꝙ Deus est ens perfectissimum, &
habet totum esse suum simul, non est existimandum,
ꝙ ideo dicatur perfectissimus, quia totum esse simul
habet, sed quia omnem perfectionem habet possibi-
lem, & intelligibilem, & vltra quam intelligi queat,
quia infinitum bonum est: dato tamen ꝙ Deus habe-
ret esse suum totum simul, si nihil vltra haberet non
esset summè perfectus. Velut si Deus esset solum ho-
mo, vel solum animal, & nullam vltra perfectionẽ ha-
beret, totum esse suum simul esset, quia esse hominẽ
est totum simul, quia non habet partes, & sic esse ani-
mal, vel esse lapidem. Nec magis est Deus totus simul
quam homo est homo totus simul, quia non põt esse
maior simultas durationis, quam in instanti, quod in-
diuisibile est, & tamen si Deus esset solum homo, vel
solum animal non esset summe perfectus, ergo non
prouenit Deo summa perfectio ex simultate essendi,
sed quia habet omnem perfectionem. Vnde perfe-
ctior esset Deus, si haberet mille perfectiones, & habẽ
do esse in successione, quam si haberet totum esse si-
mul, & vnicam haberet perfectionem. Velut si lapis
solum esset lapis haberet totum esse suum simul. An
gelus autem nunc non habet totum esse simul, vt ex
prælibatis patet: tamẽ perfectior est angelus, vt est nõ
habens totum esse simul, quam lapis solum lapis exi-
stens, & habens totum esse simul.

Amplius argumentum nõ militat: nam homo ac-
quirens esse per successionem, & cęterę res habent
quoddam esse totum simul. s. esse specificum, vt ho-

F minem esse hominem, vel lapidem esse lapidem, &
quamquam acquirant quoddam alterum esse perfe-
ctiuum secundum successionem, tamen non tollitur
simultas essendi specifici esse, quia homo dũ est, sem-
per est homo, & semper habet totum esse simul, & in
hoc habet similitudinem ad esse diuinum, non potest
tamen ęquare, vel effingere, quia esse Dei tam secun-
dum essentiam, quam quodcunque esse est totum si-
mul, res autem creatæ permanentes secundum aliq̃d
habent totum esse simul, & secundum aliquid habẽt
successionem in acquisitione: si tamen simul homo
posset habere omnes perfectiones, quas naturaliter
habet, & quas acquirit successione, perfectior esset, q̃a
G modus essendi esset perfectior, & magis imitaretur
Deum in essendo, quam sic vt est.

Ad argumenta faciliter responderi potest. Ad pri-
mũ. s. ad bonitatem artificis pertinet facere rem me-
liori modo, quo potest: ergo Deus sic facere debuit,
sed melius atque perfectius erat esse rerum esse totũ
simul, ergo sic eas producere debuit. Ad vtranq; par-
tem antecedentis patet responsio ex dictis: prima. n.
pars est falsa. s. ꝙ ad bonitatem artificis pertinet face-
re rem meliori modo quo potest: nam hoc dato tol-
leretur omnis ordo, & patet hoc in artificib⁹ nostris:
ad ipsorum. n. bonitatem non pertinet omnia effice-
re meliori modo, quo possunt: immo esset impruden
tia magna hoc efficere, quod patet, quia omnia artifi-
H cialia sortiũtur formam ex fine, ad quem sunt: ideo. n.
serra est habens dentes, & de materia dura, quia ad se-
candum res duras est: malleus autem non est talis, si-
cut serra, quia non est ad talem finem. Ex quo nascit
quędã regula, ꝙ artificiata tanto sunt dissimilia, quan-
to sunt ad fines dissimiliores, & tanto inter se similio-
ra sunt, quanto ad fines similiores sunt, sed fines arti-
ficiatorum non sunt ęqualis perfectionis in bonitate,
ideo non est conueniens, ꝙ tantum laboris impendat
artifex in artificiato, quod est ad vnum finem, sicut
ad alterum: si. n. ęqualiter dederit operam in omnib⁹
artificiatis mutabit naturam rerum, cum fines inęqua
les perfectione ęquare velit ęque ad vtrunque colla-
borando. Vnde si aliquis scriptor sit, nõ pertinet ad bo
nitatem eius dare operam in quolibet libro quantum
I potuerit ad pulchre scribendum, sed in quibusdã sic,
in aliis vero minus. Si autem ęque in omnibus colla-
boret erratur in duobus: primo quia forte opus arti-
ficis, quando fit cum magna artificis solicitudine, nõ
est nisi ad vsus perfectos: si autem grossis ministe-
riis illud applicare voluerimus non expedit fortassis,
quia grossiori, & rudiori instrumento opus est. Secun
do erratur, quia fines inęqualis perfectionis poscũt ea
quæ sunt ad finem, scilicet artificiata inęqualia in per-
fectione, sed duo fines, aut plures erunt, ad quos scri-
ptor scribet diuersos libros, non est ergo conueniens
dare operam ad fabricandum quanto melius potue-
rit in quolibet horum. Istud exemplum procedit ex
comparatione diuersorum artificiatorum.

K Aliud autem adhuc est in eodem artificiato, quòd
non pertineat ad bonitatem artificis quantum potue
rit bene formare quamlibet partem artificiati, vt siq̃s
pingat humanam effigiem, non est tanta solicitudo
impendenda in pingendo pedem, sicut pingẽdo vul-
tum: immo siquis voluerit tantum decorem appone-
re pedi picto, sicut vultui, errat contra rationem artis
suæ: nam partes in toto habent ordinem in perfectio-
ne, & quia quãtum ad pulchritudinnẽ, & notificatio-
nem differendi vultus in toto hoĩe est excellentior,
ideo cũ hoĩem intendit effigiare ars pictorũ, dẽt ma-
gis circa vultus expressionẽ solicitari. Nõ est ergo ve
rũ, ꝙ ad bonitatẽ artificis ꝑtineat res formare melio-
ri modo, quo possit, sed pertinet formare eas bene,
vel

Quid atti-neat ad bo-nitatem ar-tificis.

vel melius secundum conformitatem finis, ad quem sunt, scilicet si ad finem perfectum producantur decet eas perfectas fieri: si vero finis perfectior sit perfectiores esse decebit, cum verò finis paruę perfectionis est, qualescunque esse sufficiens est res artificiatas.

Ad Deum autem conformiter applicandum est, scilicet, quòd non producat perfectiori modo, quo possit, sed perfectiori modo, quo produci possunt secundum finem, ad quem producit. Finis autem productionis rerum fuit duplex: primus vt communicaret nobis bonitatem suam, vt non solus ipse bonus foret, quia bonum secundum Dionysium lib. de diuinis nominibus suiipsius diffusiuum est. Secūdus finis est ad demonstrandum nobis perfectionem suā, ad quā necesse erat, vt nos faceret intelligentes, & aliquid alterum produceret, per quod eius magnitudinem, & perfectionem in causando intelligeremus. Ad vtrunque autem sufficiens fuit, quod productum est: nam ad communicandum bonitatem suam Deus fecit res bonitas autem sua tantum communicare potuit, quātum ipse vellet eam communicari: ipse autem non dignatus est eam communicare in maiori gradu, quam communicata est, ideo sufficiens fuit has fieri res, quę sunt, & secundum hunc perfectionis modum. Nam si perfectioris naturę aut modi res produxisset, necesse erat naturam diuinam communicare bonitatem suā secundum maiorem gradum, quam nunc communicat. De secundo fine, qui est ostendere nobis magnitudinem suam sufficiens fuit, quòd producerentur res secundum hunc gradum perfectionis: nam diuinam perfectionem nobis ostendi tantū cōuenit quātum diuina bonitas dignatur ostendere, sed Deus dignatur ad totum hunc gradum ostendere nobis bonitatem suam, ergo non fuit conueniens perfectioris gradus essendi res produci. Ad secundum argm̄, cum dicebatur ad sapientiam artificis conuenit producere res faciliori modo, &c. Respondendum est ad vtranque partem minoris. s. ꝙ non erat facilius producere rem totam simul, quam ꝙ habeat simultatem, & rursus suscipiat esse per partes: non enim differunt hæc, nisi ꝙ producantur substantialia sola, vel quòd cum eis producatur quædam potentialitas, quæ non eget alia productione a productione substantialium principiorum. Item ista minor peccat, quia dicit, quòd ita bene res fierent si producerentur habentes totum esse simul, sicut si producerentur cum potentialitate ad recipiendum: nam si producerentur habentes totum esse simul solum haberent ea, quæ sunt substantialia speciei, cum vero producuntur potentia recipere aliquid non solum substantialia producuntur, sed etiam aliæ perfectiones superadditæ. Ideo dato ꝙ esset difficilior modus producendi cum aliquid producitur cū potentialitate, ita ꝙ exigeret plures productiones, & in maiori virtute productiua: tamē deberet iste modus productionis esse in rebus.

Ad 2. arg.

An Deus potuerit creare res, quæ nunc sunt, vt haberent totū suum esse simul, & quòd essent in eis omnes perfectiones, quæ nunc producuntur per motum, cum iste modus sit longe perfectior.

Quæst. XLIII.

NVNC autem cum dictum sit, ꝙ rebus perficiendis cōuenientior modus est produci cum potentialitate, quam vt habeāt totum esse simul, & tn̄ perfectius esset si res possent oēs perfectiones quas acquirunt successiue habere simul, sicut Deus habet: quæretur quare nō factum est, vt res sic haberent totum esse simul. s. oēs perfectiones tam eas, quas nunc habent simul quā eas,

A quas possunt acquirere. Respondendum est s'm quosdam, ꝙ q̄q̄ res possent produci in modo tā perfecto: tamen non decuit ita perfectas produci, quia vt dictū est ad finem ipsarum rerum productarum sufficit iste gradus perfectionis rerum. Sed iste modus non multum conuenit, vt declarabitur.

Dicendum enim, ꝙ quamquam Deus potuit producere perfectiores naturas, quam produxit: tamē nō potest in quocunque gradu perfectionis ꝑducere. Prima pars patet, quia Deus potest facere perfectiores effectus quam hos, non quidem ꝙ species istas, quas ꝑduxit perfectiores producere potuerit: nam spēs sunt sicut numeri iuxta Aristote. in numeris autem addita vna vnitate mutatur species numeri, sicut binarius, &

B ternarius differunt in specie. Si igitur adderetur alicui speciei gradus aliquis perfectionis, illa esset perfectio substantialis, & tunc variarentur naturæ specierū, gradus autem accidentalis perfectionis non addunt speciei, sed indiuiduo, sed mutatur species addito gradu: alioquin homo, & asinus pertinerent ad eandem speciem, sicut albedo 24. graduum, & decem graduum, quia sicut in albedine fit excessus secūdum perfectionem accidentalem, ita in speciebus, est excessus secūdum perfectionem substantialem, & tamen homo, & asinus non pertinet ad eandem speciem, quia habent diuersos gradus perfectionis substātialis: ergo nō manet identitas speciei addito aliquo gradu vlterioris ꝑfectionis. si igitur species, quæ nunc sunt produci debuissent non poterant in maiori perfectione produci,

C quam sunt nūc specialiter: licet Deus potuisset aliqua indiuidua specierum harum facere perfectiora.

Potuit tamen Deus producere res alias maioris ꝑfectionis, scilicet alias species. Posset etiam nunc vltra species eorum, quæ sunt producere alias perfectiores, scilicet vltra cherubin, vel seraphin: nam nōdum peruenerunt illę ad terminum adequatum potētię productiuæ diuinæ. Non poterant tamen produci aliæ species inter has, quę nō essent intra perfectiones omnium, quæ sunt, quia species istæ, quę sunt sicut numeri ordinatæ sunt. s. ꝙ sicut vnus numerus excedit aliū in vnica vnitate, & non sunt aliqui numeri immediati quorum alter alterum, secundum duas, aut plures vnitates excedat, ita nō sunt aliquæ species, inter quas

D alia intercidāt. Et tamē posset esse vlterius aliquis gradus substantialis, sicut inter omnes numeros, qui sunt vsque ad mille, vel decem millia non potest capi aliqs alius numerus pręter eos, qui sunt: potest tamen vltra quoscunque datos numeros poni alius numerus addita vnitate, ita licet inter species, quæ sunt non possit intercidere aliqua species, tamē vltra omnes quę sunt possunt dari aliæ creabiles per diuinam potentiam: Deus tamen non vult producere res in tanta ꝑfectione, in quanta potest, quia non est expediēs ad aliquid quod ipse intendat, cum sufficiat produxisse in tanta perfectione in quanta nunc sunt. Considerandum tn̄, ꝙ non potest Deus producere res sub quocunq; gra-

E du perfectionis: nam non potest producere sub perfectione infinita, ēt si ad id conaretur. Etiā aliquis hoc probabit, quia Deus infinitum ens est, necesse est autē quodlibet infinitum in perfectione esse Deum: Deus tn̄ non est producibilis, sed generabilis est quædam persona diuinarum, & alia spirabilis: ergo non potest aliquid infinitum in perfectione a Deo produci. Alia ratio adhuc solidior est, quia nullum ens potest aliud ęque perfectum sibi producere, nisi cōicando de esse suo naturali cōicatione vniuoca, ergo Deus non pōt aliquid alterum æquale sibi in perfectione facere, nisi communicando esse suum: hoc autem non est ꝑ creationem, productionem, formationem, aut quācunq; factionē, sed per solam gn̄ationē: nihil igit̄ infinitę ꝑfectio-

De' nō p̄t producere seu creare res sub quocunq; gradu ꝑfectionis.

fectionis producere poterit. Antecedentis prima pars patet, quia si hõ aliquid producat equiuoca ꝑductione.s.quod non sit hõ nõ poterit esse equale ei, vt si scribat librũ, vel fabricet domũ, quia nõ accedunt hæc ad equalitatem perfectionis agentis, & sic quantum ad oẽs productiones, & fabricationes: si tñ gignat aliqd illud erit equale ei in perfectione, quia gignet alium hoĩem, sed non est homo excellentior hoĩe ẜm speciem, & sic non potuit producere effectum aliquem adequatum sibi in perfectione per aliquem modum, nisi cum genuit. rõ huius diuersitatis est, quia cũ hõ principiat aliquem effectũ non per generationẽ, non principiat eum per modum naturæ, sed per modũ artificis, nec cõicat ei aliquam perfectionẽ naturæ, sed solam perfectionem artis.s.ꝙ rectè se habeat ad finẽ, ad quem est ẜm exemplar artificis, & habitum artis, bonitas aũt artis non est equalis bonitati naturæ, quia non est aliquis ita perfectus, quia est faber, sicut qa est homo. Et dato ꝙ producat ẜm totam perfectionem artis non adæquari poterit perfectioni nature, sed hõ est perfectus ẜm perfectionem nature sue, ergo facta ab ipso est impossibile esse equalia, cum aũt hõ gignit aliquid, est productionis istius natura principium, & non principiat hic homo per modum artis, ideo producet aliquid equale sibi cum cõicetur ibi totum bonum nature producentis, ita & in cæteris nullũ agens potest equiparare sibi effectum aliquem, nisi gignat. Ex hoc sequitur, ꝙ angeli non possunt facere aliquos effectus sibi equales, sicut producunt homines, qa angeli quidquid efficiunt principiant per modum artis, aut potentie motiue per impulsionem, nihil autẽ gignunt, quidquid ergo fecerint minus eis est, quia nõ est communicatio vniuoca perfectionis, quæ sola cõstituit equalitatem effectus ad causam. De Deo autẽ conformiter dicendum est, ꝙ ipse principiat aliquid tanquam artifex & potens, & ista est communicatio equiuoca, & aliquando principiat quædam tanquam nature modo agens, & communicatione vniuoca: primo modo est impossibile res factas esse infinite perfectionis. Secundo modo necesse est, quodcunque productum, vel causatum esse equale Deo, & consequenter infinitum. De primo patet, vt in omnibus creatis factis, & productis: Deus enim principiat hec solum, tanquam artifex potentiam habens, & non est ibi natura communicationis principium, quia non est communicatio vniuoca cum non communicetur natura diuina rei factæ, sed communicatur aliquid alterum, ideo necesse est tunc esse minoris perfectionis effectum, quam sit Deus, quia est æquiuoca communicatio. Nec solum est impossibile effectum sic esse Deo æqualem, sed etiam includens cõtradictionem: nam si posset Deus æquale sibi producere communicatione equiuoca per modum artis, & solius potentie illud esset Deus, quia nihil est equale Deo, & infinitum, nisi Deus ergo posset producere Deum equiuoca communicatione, sed ꝙ Deus Deum producat est communicatio vniuoca, ergo includit contradictionem Deum producere æquale sibi equiuoca cõmunicatione. Vniuoca igitur communicatio est generatio: ideo nõ est possibilis alius modus, quo Deus infinitum producat largè loquendo, nisi per generationem: faciendo, autem formando, aut producendo est impossibile equale produci. Hoc modo Deus produxit largè loquendo sibi equale, quia Deus genuit alium Deum, cum pater filium genuerit, & de qualibet personarum dicitur, ꝙ Deus sit, & filius est infinitus, atque equalis patri: si tamẽ sine generatione producere voluisset non potuisset eum sibi facere equalem, gignẽdo autem fecit equalem. Immo, quod amplius est non potuit Deus gignere filium minoris ꝑ-

F fectionis, quam ipse est, nam productio generatiua communicat genito naturam generantis, & totã cõmunicare necesse est: ergo non potest genitũ vniuoce imperfectius esse gignente, quantum ad esse specificum, quia gignens, aut totum esse dabit specificũ. aut nihil, cum consistat species, & natura quelibet in indiuisibili: ergo filius genitus a Deo totam diuinam substantiam habet, & consequenter erit equè perfectus, vt gignens. Confirmatur autem, quia communicatio vniuoca facta per modum nature non subijcitur voluntati, sed natura est totale principiũ. Quod patet, quia nos non gignimus, vt volumus, sed vt natura potest: ideo quamquam filiũ gignere velimus contingit gigni filiam, & è contrario, quamquam nos velimus ex coitu seminali nihil gigni non est in potesta-

G te nostra gigni, aut non gigni: ideo interdum nolentibus nobis fetus nascuntur, interdum vero desiderantibus nimis, & ad hoc operam dantibus non proueniunt: si tamen generationis principiũ esset ars quantum ad aliquid, & voluntas fierent hec, que vellemus sicut sapiens artifex producit in fabricato figuram, quomodocunque voluerit: Deus aũt cum genuit filium per modum nature genuit, ergo non suberat potestati eius perfectiorem illum se, aut minus perfectũ efficere. De rebus aũt aliis productis a Deo per modũ artis suberat voluntati Dei perfectiores res, quam ꝑduxit producere, sed non equaliter sibi perfectas cum

H hoc solum fieri queat per communicationem vniuocam.

Cum in Deo ars & natura sint idem realiter cum per naturam producat rem infinitæ perfectionis quare per artem non potest producere aliquid infinitum.
Quæst. XLIIII.

SED dicet aliquis, ꝙ non obstante, ꝙ Deus producit res equiuoca productione per modum artis, tamen poterit producere equè perfectas vt ipse est: nam in nobis non põt quisquã producere aliquid ita perfectum per modum artis, sicut per generationem, quia generationis est natura prin-

I cipium, aliarum vero productionum ars, & non est equalis nature nostre, cum sit aliquid acquisitũ ab extra, & accidentale: in Deo tñ idẽ est natura, & ars, nec perfectior est natura arte, cum sit penitus idem realiter, ergo poterit Deus producere per artem aliqua ita perfecta, sicut per modum nature: immo aliquis dicet necessarium esse, quia sicut per generationem necessarium est, ꝙ Deus gignat sibi coequalem, & ars idem est principium penitus in Deo, quod natura, necessarium erit etiam ꝑ artem produci infinite perfectum. Respondendum est, ꝙ quamquam in Deo idem sit principium, natura & ars, tamen differt modus producendi, quia cum sit productio per modum nature fit necessario, & non subijcitur voluntati producentis producere tale, aut tantum: cum verò aliquid produ-

K citur per modum artis, quamquã ipsa sit infinite perfectionis, quia tamen voluntati subest potest remittere actionem, & magis perfectum aut minus producere, sic enim patet, quia agentia per voluntatem agunt aliqua ꝑfectiora, & aliqua minus perfecta: ita cũ Deus gignat filium per modum nature, & non subest natura voluntati: non potest producere filium magis, aut minus perfectum ad placitum, sed secundum conditionem diuine nature. Producit autem Deus res ad placitum secundum artem, ideo suberit ei magis, aut minus perfectum producere.

Sed adhuc dicet aliquis, ꝙ manet dubium: nam cũ ea, quæ producuntur per artem subsint voluntati, & possint remitti, ita vt non sit necesse esse equalis perfe-

perfectionis res productas cum arte, tamen potest artifex producere, cum voluerit agere secundum vltimum conatũ suum res ita perfectas, vt est ars: in Deo tamen ars est ipsa substantia diuina, & est idem principium natura, & ars: sicut ergo gignit Deus infinitum per naturam, poterit producere infinitum in perfectione secundum artem, cum voluerit agere secundum vltimum conatum.

Respondendum est, ꝙ Deus non possit producere per artem aliquid ęquale sibi: nam productio artis est per ęquiuocum. nunquam tamen producit res aliquid perfectius se. Et patet magis, quia si produceret aliquid ęquale sibi illud necesse esset Deus, quia Deo nihil ęquale est, nisi Deus, quod patet in homine, & cæteris entibus, nam quodcunque est, aut ęquale homini, aut perfectius, aut imperfectius. B Aequalem autem homini nihil est, nisi homo alius: cætera autem, aut sunt perfectiora, aut minus perfecta. Quod manifestatur amplius, quia species iuxta Aristo. sunt sicut numeri, sed inter numeros nullus numerus potest esse ęqualis alteri, nisi eiusdem speciei, vt quinario impossibile est alium numerum esse æqualem, nisi quinarium, cęteri autem sunt maiores, aut minores, ita homini impossibile est aliquid esse æquale simpliciter in perfectione essendi, nisi alterum hominem, cętera autem aut maiora, aut minora sunt, ideo si Deus aliquid ęquale sibi producere debet, necesse erat, vt Deum produceret, quia nihil alterum ei æquale esse potest, sed producere Deum est producere aliquid sibi æquale vniuocum, C ergo necesse est fieri per generationem, & nõ per æquiuocam productionem, quæ pertinet ad artem. Causa autem diuersitatis quare cũ natura, & ars in Deo sint idem simpliciter, quæ producuntur per naturam sunt infinita, quæ vero per artem non possunt esse infinita est, quia non dicitur aliquid infinitæ perfectionis cum productum est a Deo modo naturæ, quia natura est ibi causa efficiens, sed quia illis, quæ producuntur per modum naturæ communicatur esse substantiale naturæ, in operatione autem per modum artis, licet principium efficiens sit ęquale, tamen non communicatur rei productæ natura ipsa, vel essentia. Declaratur vtrunque, nam cũ aliquid gignitur per modum naturæ producitur, & est ibi natura, vt duplex principium, scilicet, vt efficiens, & D vt materiale: nam si Sortes gignit Platonem, deciditur ibi semen, & postea totum, quod celebratur est opus naturæ, sed ibi est aliquid tanquam causa efficiẽs, scilicet vis formatiua decisa in semine est: aliquid autem tanquam naturale, scilicet ipsa substantia seminis, siue menstrui muliebris, & communicando semẽ ex quo formatur fętus dicitur generans communicare naturam suam: si autem solum aliqua vis formatiua decideretur in aliquo humore, qui non esset semen, nec propinaretur menstruũ muliebre, non posset fieri generatio, quia non erat ibi communicatio naturę, tanquam in causa materiali, quamquam esset velut in causa efficienti. E In Deo autem non potest esse omnimoda similitudo ad entia naturalia generantia, erit tamen per proportionem quandam largam similitudo: nam ibi non est aliquid materiale principaliter, sicut in compositis, quę gignuntur, sed sicut in hominibus dicimus, quòd generans communicat genito humanitatem, vel communicat semen, quod est materiale, ita in diuinis pater communicat filio essentiam, quæ per quandam largissimam proportionem est velut materiale filij. ibi tamen nihil compositum est, nec constitutum proprie dicendo: virtus autem generatiua est ipsius generãtis præter hoc, quòd communicat essentiã, siue pręter essentiam communicatam. Licet ergo ageret pater per quantamcunque potentiam, si tamen non communicaret essentiam non posset gignere filium. Cum autem Deus producit aliquid modo artis, licet potentia sit infinita secundum quam producit, tamen quia non communicat producto naturam suam, sed aliquod alterum esse extrinsecum, non est illud infinitum. Vnde dicendum, quòd cum Deus productione ęquiuoca aliquid causauerit, quia non communicat illi essentiam, quãtumcunque conetur illud facere perfectum, non poterit facere infinitæ perfectionis: immo includit contradictionem, quòd illud infinite perfectum efficiat. Nec ob hoc est Deus minus potens, quia non potest infinitum in perfectione opus producere, quia ea, q̃ includunt contradictionem non subsunt alicui potẽtię, sed fieri hoc includit cõtradictionem, quia sequeretur, quòd Deus produceret alium Deum non per generationem, & quòd Deus produceret Deum cõmunicatione æquiuoca, vt supra inductum est: ergo est impossibile. Ex prædictis ergo patet, quòd quamquã Deus posset producere res perfectiores his, quas produxit, tamen non potest aliquam infinitè perfectam producere.

Respondet in forma ad titulum quæst. 43. Quia sequitur, quòd simul essent, & non essent, vt probat. Quæst. XLV.

NVNC autem applicando ad propositum dicendum est, quòd nõ poterant istę res, quę nunc sunt, produci habentes esse suũ totum simul, & quòd omnes perfectiones, quas nunc simul habent, & quas per motum, aut successionem aliquam acquirere possunt, simul haberent: nam non poterat Deus eas sic creare, non quidem tanquam deficiat ex aliqua parte, sed quia quædam contradictionem includit. nam dicebatur, quòd istęmet naturæ, quæ sunt, producerentur cum omnibus perfectionibus, tam habitis, quàm quas habere possunt per motum: istę enim acquirunt per motum varias formas, quę sunt perfectiones, siue actuales, siue habitualiter manentes, & tamen non possunt omnes istæ manere simul in eadem re. Nam duo actus non possunt esse simul in eodem agente, sicut nõ potest homo simul habere duos actus intelligendi, vt patet in 3. Topicorum. Idem patet de perfectionibus habitualiter manentibus: nam interdum perfectiones sunt contrarię, & interdum corpus albedine integrũ nigredine perficitur, sed non stant contraria simul. Itẽ nunquam sunt duæ formæ accidentales eiusdem speciei in eodem indiuiduo, vt nũquam simul duę albedines, vel duæ nigredines, aut duo habitus grammaticę. Res tamen, quæ nunc suscipiunt per motum, aut successionem aliquam partes essendi, suscipiunt multas formas eiusdem speciei, vt multas albedines, & nigredines successione: ergo non possunt res omnes ꝑfectiones, quas habent nunc, & quas per motum acquirere possunt habere simul, & ita nec habere totũ esse simul in rebus, ita, quòd non fieret aliqua acquisitio. Constat igitur impossibile fore perfectiones omnes, quæ acquiruntur in re per motum, singillatim ei insistere totę simul, sicut per motum adueniunt. Si igitur deberent res habere totum esse simul, & habere omnes perfectiones, quas per motum recipiunt, non stat etiam particulariter omnes, vt acquiruntur, sed quòd singulę rei inesset aliqua perfectio, aut paucæ, quę eminenter continerent totam excellentiam omnium perfectionum, quę per motum aut successionem aliquam acquiri poterant in ipsa.

An sit possibile, quòd res creata habeat aliquam perfectionem totam simul, quæ æquiualeat omnibus perfectionibus, quæ per motum, aut successionem aliquam acquiri poterant in ipsa. Quæst. XLVI.

SED de his dubitabit aliquis an posʃint ſtare. Et forte aliquis dicet, quòd poſſet talis perfectio rei ineſſe, quæ omnes has eminenter contineret. Sed non ſtat hoc: primo, quia iſta perfectio, quę continet cęteras, aut eſſet ſubſtantialis, aut accidentalis: ſi ſubſtantialis, neceſſario variabit eſſe ſpecificum, cum ſpecies ſint, ſicut numeri iuxta Ariſto. & in numeris vnitas addita variat rationem ſpeciei numeri: ideo ſi adderetur ſpeciebus maior perfectio ſpecifica, quam nunc non ſit, maneret aliqua ſpecies de his, quę nunc ſunt: non poteſt ergo fieri hoc addita ſubſtantiali perfectione. Nec etiam poteſt fieri addita aliqua perfectione accidentali, quia ad hoc, ꝙ aliqua perfectio ſit alicuius ſpeciei, oportet, ꝙ conueniat illi ſpeciei, ideo perfectio, quæ eſt hominis, quamquam ſit maior perfectio, quam perfectio aſini; tamen non poteſt perficere aſinum, cum non ſit capax illius perfectionis, ita ad hoīem aliquæ perfectiones eſſe poſſunt, quę non conueniant naturę humanæ propter eē valde excellentes: ſicut aliqua lux eſt, quę non conuenit oculo propter magnam perfectionem ſuā, vt lux Solis, & aliqua vox eſt, quę non poteſt percipi ab auditu propter ſuam excellētiam. ſed perfectio, quę deberet ęquiualere omnibus his, quas ſemper recipit homo, & recipere poteſt: neceſſario eſſet ęqualis omnibus, quas ſuſcipit, & ſuſcipere poteſt: illa autem eſſet valde magna, quæ excederet capacitatem hominis, ideo non poſſet homo illam habere ad hoc, ꝙ eſſet totus ſimul.

Item nō poteſt talis forma, aut perfectio eſſe in homine, quia illa excideret eius capacitatem: nam natura noſtra eſt, ſicut in propriis paſsionibus, quæ dicunt aptitudines, & dicunt quandam capacitatem, & interdum vacuitatem, per actum autem quemlibet cōpletur vacuitas, ita vt tunc nil recipi poſsit vlterius, tñ non tollitur capacitas, quia ſemper adhuc homo eſt riſibilis, quamquam actualiter rideat: alioquin daret̄, ꝙ aliquando homo non eſt riſibilis. ſ. cum ridet: ita cum natura noſtra ſit potentialis adueniēte aliqua forma pfecta perficitur, & tollitur eius vacuitas, nec tūc recipi poteſt aliquid vltra ex ea parte, qua res perficitur, tamen non tollitur ex hoc capacitas, ſcilicet eſſe in potentia ad aliam perfectionem. Hoc dato impoſſibile eſt recipi aliquam perfectionem in natura humana, quę ęqualis ſit omnibus, quas ſuſcipit ſucceſsione, & ſuſcipere poteſt: nam natura humana eſt nūc in potentia ad aliquam perfectionem, quę poſsit eam totaliter perficere, ita ꝙ actualiter non poſſit habere maiorem, & cum habuerit hanc erit in potentia ad recipiendum aliam perfectionem ęqualem huic, quæ æqualiter perficiat, & poſtea aliam, & iterum aliam: ſi autem daretur aliqua perfectio, quæ æquiualeret eminenter omnibus perfectionibus, neceſſe eſſet, quòd eſſet ęqualis quatuor perfectionibus ſuperioribus ſimul ſumptis, ſed natura noſtra non poteſt recipere aliquam perfectionem actualiter maiorē qualibet harum, ergo non poteſt recipere hanc perfectionem, quæ eſt ad quamlibet perfectionem prędictarū quadrupla.

Identidem in qualibet alia natura arguendum eſt, ꝙ quęlibet earum eſt nūc in potentia ad aliquam potentiam, quę totaliter eam perficiat actualiter, ita ꝙ maiorem illa ſuſcipere non poſsit actualiter, & tamē erit in potentia tunc ad recipiendum aliam æqualem poſt illam. Ergo illa, quę ęqualis eſt his ambabus non

F poteſt ſuſcipi in aliqua naturarum, & hoc modo de qualibet earum naturarum, quæ acquirunt partes eſſendi per motum, eſt impoſsibile, quòd habeat aliquā perfectionem totam ſimul, quæ ęquiualeat omnibus perfectionibus, quę acquiri poſſunt ſucceſsione.

Item dicendum eſt, quòd Deus non poſsit cauſare aliquam perfectionem talem in entibus, nam Deus non poteſt aliquid infinitum producere in perfectione, niſi cōmunicatione vniuoca per generationem, ſed iſtæ res non ſunt genitę a Deo, ſed productæ cum non communicetur eis natura diuina, ergo non poterit aliqua perfectio infinita creari, ſi tamen aliqua perfectio in entibus produceretur ęquiualens omnibus

G perfectionibus, quas entia recipiunt ſucceſsione, & recipere poſſunt, illa eſſet infinita perfectio, nam ſupra probatum eſt, quòd in hac neceſſario eſſent infinitę perfectionis. Patet, quia potentialitas materiæ eſt infinita, ergo ſi detur aliqua vna perfectio correſpondens toti potentialitati materię ad faciendum, quòd ipſa non ſit iam in potentia, neceſſe eſt, quòd illa ſit infinita: nam infinitum ſuſceptiuum non ſatiatur, niſi per infinitum ſuſceptum. Quod autem ſit potentialitas materię infinita patet, quòd non eſt limitatus numerus formarum potentium perficere materiā: ſi autem detur limitatus numerus dabitur neceſſario, ꝙ poſtquam peruenit materia ad illum numerum formarum, etiam ſi aliqua forma eſſet producibilis, ma- Potentialitas materiæ quare eſt infinita ſecūdū opi. Ariſt.

H teria nō poſſet illa informari, ſed hoc falſum eſt, quia tūc daretur, quòd natura materiæ tolleretur: eſt enim materia pura potentia, cum autem detur, ꝙ non ſit ſuſceptiua plurium formarum, non eſſet potentia, ſed eſſet conſtans ex actu, & potentia, & habens determinationem in natura ſua.

Si poneretur motus non æternus, vt fides habet, an debeamus dicere, quòd potentialitas materiæ ſit infinita. Quæſt. XLVII.

ALIQVIS autem dicet hoc ſequi ſecundū poſitionem Ariſtotel. qui poſuit ęternitatem in motu generatione, & corruptione, & ſic materia ſemper acquirit formas, &

I eſt in potentia ad alias: atque per ęternam durationem motus neceſſe eſt recipi infinitas formas in materia, nos tamen ſecundum catholicam poſitionem non ponimus ęternitatem motus, nec perpetuitatē, quia nec ſemper fuit, nec ſemper erit, ideo nō erit infinita potentialitas materiæ.

Reſpondendum eſt, quòd ſiue ſecundum poſitionem Ariſtote. ſiue ſecundum catholicam veritatem neceſſe eſt potentialitatem materię eſſe infinitam, idleſt, quòd ſit in potentia ad infinitas formas. Nam licet materia non ſemper ſuſcipiat formas, tamen in ęternum formarum ſuſceptiua eſt: ergo non eſt ad formas determinatas in potentia. Nam ſecundum poſitionem catholicam materia non deſtruetur, cū nos

K qui materiales ſumus in ęternum manſuri ſimus, ipſa quoque elementa poſt diem iudicii, & quietem cœlorum manebunt, & tunc materia eſt in potentia ad formas infinitas. Poſitio autem Ariſtotel. ad hoc ſolum addebat, quòd in materia reciperentur formę infinitæ, quia motus erat ab infinito, & in infinitum, & in motu eſt recipere, ergo reciperentur formę infinitæ. Secundum poſitionem catholicam non poterit dici, quòd materia recipiat formas infinitas, cum motus nec ab infinito ſit, nec in infinitum, tamen materia eſt in potentia ad formas: nam materia ſemper eſt in potentia ad formas quandocunque eſt.

Nam licet poſt diē iudicii non fiat motus, nec adueniāt formæ, in materia tñ poſſent recipi formę, ꝗa nihil

nihil repugnat materię recipere formas post diem iudicij sicut nunc recipit: Nam quęritur an Deus post diem iudicij possit aliquam formam materię imprimere; & an materia possit illam recipere: si dicatur, ꝙ potest, ergo est in potentia. Si forte dixeris hoc esse, quia omnia sunt respectu Dei in potentia obedientiali, & tamen potentia materię est potentia materialis, & non obeditiua. Respondendum est, ꝙ etiā materia hoc habet respectu aliorum naturalium agentiū: nam post diem iudicij non fiet motus in materia, quia stat cęlum, & cętera inferiora naturalia agentia, & tamen si rursus moueatur cęlum, vel calidum agat in frigidum, vel è contrario fiet in materia motus, & suscipientur formę, & tamen materia respectu agentiū naturalium non est in potentia obeditiua, sed in potentia naturali, ergo erat in potentia ad illas formas, quas reciperet postea per motum: nam si non esset in potentia ad illas, antequam reciperet eas non posset recipere: ergo cum in ęternum materia duret, & q̄ncunque potest recipere formas naturali actione: necessarium est, ꝙ ponatur potentialitas in materia ad illas formas in ęternum. Data igitur positione catholica, si deberet satiari potentialitas materiæ, necesse esset infinitas formas produci in illa.

Amplius autem dato, ꝙ materia nō semper duraret, sed haberet temporalem durationem, sicut aīalia, & plantæ, adhuc esset potentialitas materiæ infinita; vt dato, ꝙ materia solum duraret per mille annos quęritur, an esset potentialitas sua finita, aut infinita: si esset finita, necesse esset, ꝙ darentur formę determinatę in materia, vsque quas posset recipere. s. in tanto, vel tanto numero: tunc quęritur, an esset in potentia ad suscipiendum plures formas, aut non: si dicatur ꝙ sic, ergo non est determinata capacitas materię illis formis, sed adhuc plures recipere potest, quotcunque autem dederis determinata semper hoc modo quæret, ideo nūquam satisfacies, nisi dixeris, ꝙ est infinita potentialitas materiæ. Item si contendas, ꝙ habet determinatas formas, quas suscipere potest, & nō est ad plures in potentia non poterit stare, quia ad formam est motus, vel immediate, sicut in accidentalibus, vel mediate, vt in substantiali, & sicut sunt formæ acquirendę determinatę, ita sunt motus determinati ad has: tunc quęretur, an agentia naturalia possunt mouere aliis motibus, quam eis, quibus mouerunt materiam ad illas formas, & necessarium est, ꝙ cōcedas motus alios posse fieri ab agentibus naturalibus pręter hos, qui fiunt, & tunc necesse est, vt materia aliter, & aliter mota recipiat aliam, & aliam formam: nam cum motus sit via ad formam, & variatis viis necesse est variari terminos, si totaliter variantur vię, ita erunt diuersę formæ per diuersos motus alios acquisibiles, ad quos necessario ponetur materia in potentia. Non possunt ergo assignari certę formę in materia, sed necesse est poni potentialitatem infinitā. Sed aliquis tūc arguet, ꝙ hoc dato sequeretur infinitas in rebus, infinitū tñ nihil est secundum Arist. potissimum in entibus infra primam causam. Nam de prima infinitate catholici concedunt, & asserunt, sed posita infinita potentialitate materię, poneretur infinitas in aliis. Rñdendū est, ꝙ potentialitas materię est infinita, non quidē ꝙ materia habeat potentiā ad aliquid infinitum. i. ad aliquā formam infinitę perfectionis, sed est potentialitas infinita. i. ad infinitas formas quarū nulla est infinitæ perfectionis. Sed arguetur, ꝙ etiam ista potentialitas non sit infinita. i. ad formas infinitas, quia materia non potest recipere infinitas formas cum daretur infinitum in actu: ergo non est potentialitas ad infinitas formas.

Respondendum est, ꝙ materia non potest recipere simul formas infinitas, sed bene per successionem,

A & sic non est in potentia ad formas infinitas in actu, sed in successione. Sed adhuc dicetur, ꝙ non possit esse materia in potentia ad formas infinitas, quia potentialitas naturæ non est ad impossibile, sed esse aliquando per successionē formas infinitas est impossibile, quia quotcunque dentur semper sunt finitæ, quia non sunt plures quam pertransitę sunt, ergo non erit potentialitas materiæ ad infinitas formas.

Respondendum est esse potentialitatem materiæ ad formas infinitas, & ꝙ formę infinitę sunt naturaliter potentiales: non quidem quæ pertransitæ sunt: nam illę non sunt infinitæ, sed dicuntur infinitę, secūdum ꝙ sunt in successione, & sunt multę pertransitæ, & nunquam transire desinunt, & non solum materia
B est in potentia ad eas, quę pertransitę sunt, sed etiā ad eas quę pertransire possunt: nam si non esset materia in potentia ad illas, non possent transire, quia nihil potest agens causare in passo, nisi quod potest recipere passum, sed id, quod potest recipere passum est id ad quod passum est in potentia: ergo infinita potentialitas est.

An sit possibile actualiter esse in materia potentialitates infinitas ad infinitas formas. Quæst. XLVIII.

SED adhuc dicitur, ꝙ non possit stare hoc modo: nā si infinita est potentialitas materiæ, quomodocunque ponantur formę, necesse est, ꝙ
C ponantur potentialitates in materia infinitæ: nam ad quamlibet formam suscipiendam, & quæ suscipi potest est aliqua potentialitas materiæ, & nō est eadem potentialitas ad oēs, sed secundū ꝙ differunt formæ ita differunt potētialitates ad illas, sed dicimus materiam esse in potentia ad infinitas formas, ergo sunt in ea infinitæ potentialitates, & istę in actu essent. Nā materia actualiter est, & actualiter habet oēs suas proprietates, nam nunc ipsa est in potentia ad oēs formas susceptibiles, ideo si potentialitas infinita eēt materię, nūc actualiter infinitas haberet potentialitates, & sic infinitum secūdum numerum esset in actu, qđ includit contradictionem, nam ex quo actualiter est, infinitum non est. Aliquis forte rñdebit, ꝙ esse infini-
D tū in actu, ꝙ est actus. s. infinitæ formę, vel naturę est inconueniens esse, non tñ infinitum, quod est potentiale, quia non ponunt potentialia actum, sicut dicimus, ꝙ q̄q̄ sit impossibile actualiter esse hoīes infinitos, tñ in potentia successiue non repugnat. Rñdēdū est, ꝙ possibilitas, vel impossibilitas ista consurgit ex eo, ꝙ est poni infinita in actu, vel nō: nam infinitas in actu est impossibilis: si autem daremus actualiter infinitos hoīes esset infinitas in actu: si autem dicamus posse esse infinitos hoīes, nō ponimus in actu infinitatem: ideo secundam cōcedimus, q̄uocunque aūt nos demus infinitatem in actu, est impossibile: si aūt diceremus materiam hr̄e infinitas potentialitates, q̄ con-
E numerarent̄, esset numerus earū infinitus, & q̄q̄ ipsę nō essent actus, vel actualitates, essent tñ in actu, sicut s. declaratum est, cum dicebatur de cōpositis ex actu & potentia, & hoc sufficiebat ad ponendum numerū infinitum: ideo non pōt stare ista responsio, nec dicēdum est in materia esse infinitas potentialitates. Aliter dicendum est, ꝙ materia est in potētia ad formas infinitas, tñ non habet actualiter infinitas potentialitates. Et posset rñdere aliquis, ꝙ materia est in potentia ad formas infinitas, p eandem potētialitatem, licet in formis sint diuersę potentialitates ad informādum, & hoc, qa mā est fundm̄ relationis huius. Et q̄q̄ multiplicentur termini ad quod refertur fundamentū alicuius relationis, non multiplicatur respectus in fun- In q. 39.

damento: sicut aliquis est pater, quia habet filium, & est in eo vna relatio paternitatis tanquam in subiecto, vel fundamento, si autem mille filios habuerit, nō habet mille paternitates, sed eadem paternitate est omnium ipsorum pater: filii tamen habent diuersas filiationes. Ita dicetur de materia, quæ est fundamentum huius potentialitatis respectiue, quòd habet potētialitatem; & per illam potest recipere quęcunque adueniant ei, licet formę recipiendę singulas habeant potentialitates ad informandum.

Sed ista responsio non stat, quia si materia haberet vnicam potentialitatem respectiuam, quæ referretur ad omnes, & infinitas formas: non multiplicarentˉ illæ aduenientibus formis, sicut qui pater est vnius filii, q̄q̄ postea alios gignat, non innascitur ei alia noua paternitas, sed per eam, qua referebatur ad primum filiū, refertur ad cęteros. In materia tamen non est sic possibile, nam quando aliqua forma aduentura est materiæ, & disponitur materia ad illam ab agente, habet actualem respectum ad illam formam producendam, & tunc cum perierit forma illa, periit tota potentialitas ad illam formam, & postea suscipitur alia forma factis dispositionibus, ad quam rursus materia habet potentialitatem. Non potest autem esse eadem potētialitas, quam habet ad formam istam, & quam habuit ad pręcedentem, cum illa penitus perierit.

Determinatio auctoris.

Aliter ergo assignanda est potentialitas materię, & dicendum est non esse actualiter in materia infinitas potentialitates ad formas infinitas, non solum, qa ponitur infinitum in numero actualiter, sed etiam quia repugnat ex parte formarum: nam si darentur infinitę potentialitates, cum illę essent in materia, & inter se essent distinctæ, & quælibet earum dicatur esse ad determinatam formam, necesse esset, vt formæ infinitę essent determinatæ ad essendum, sed hoc etiam impossibile est, nam quod nunquam futurum est, non potest determinari, idest designari, tanquam distinctum a cæteris, sed infinita nunquam futura sunt, ergo designari nequeunt. Patet antecedens in secunda parte, nam quamquam motus protendatur in infinitum & tempus, nunquam tamen infinitum tempus pertransijt, aut motus, sed quidquid pertransijt, finitū est, vocatur tamen infinitum in motu, & tempore, ꝑ partibus, quę in successione sunt, & non sunt pertransitæ, sed inquantum semper transeuntibus aliquibus partibus motus & temporis, nūquam desineret. istud igitur secundum quod aliquid vocatur infinitum nō est determinatum, nec est possibile, quòd vnquā eueniat, aut designetur, immo includit contradictionem, quia tunc esset possibile, quòd infinitum aliquando esset finitum, & tunc non esset infinitum. Dicendum igitur necessario est, quòd materia habet potentialitatem ad infinitas formas, & tamen non habet infinitas potentialitates.

Pro quo considerandum, quòd in materia ad recipiendum formam naturaliter ponuntur duo. s. potentia, & appetitus. s. posse recipere formam, & appetere formam: si enim aliquid horum tollatur, nō recipiet materia formam aliquam, aut non erit receptio naturalis. si enim tollatur potentialitas nunquam recipiet, si vero tollatur appetitus, quamquam materia reciperet, non reciperet naturaliter, quia quod contra inclinationem alicuius est, violentum est, & violentū est contra naturam, cum non conferat vim passum. In eo tamen quod est secundum naturam, est principiū operationis illius, vel passionis, quam habet, cum natura sit principium motus, & quietis, vt patet 2. Physi. De potentia dicendum est, quòd est duplex. s. potentia materię absoluta, & potentia materiæ respectiua. Idem de appetitu. s. quidam absolutus, & quidam re-

F spectiuus. Nam ad potentialitatem appetitus sequitur signatio. Potentialitas multipliciter dicitur, appetitū quoque multipliciter pręedicari necesse est, potentialitas autem est quędam absoluta, non quidem quòd propriè potentialitas vnquam absoluta sit, quia contradictionem includit, nam quodcunque potest recipere, necesse est, quòd aliquid recipere possit, ergo ad alterum est, sed vocatur potentialitas absoluta, secundum quòd est ad terminum non determinatum, vocatur potētialitas respectiua, s̄m ꝙ referˉt ad determinatum terminum, vtraque est in materia prima, ipsa enim est in potentia ad recipiendum, & non magis vnam quam alteram, sed quamcunque: posse autē recipere inest materię, quia ipsa secundum se nō habet G aliquem actum, idest actualitatem, vel determinationem naturę, vt homo dicit entitatem determinatā, & sic de cęteris. Entitas autem materię solum est, secundum quòd per actum aduenientem determinatur incerta natura, & sic materia prima est in qualibet specie compositorum, nullam tamen illorum determinat sibi secundum se: ideo vt perficiatur est in potētia ad recipiendum id, per quod determinetur in esse cum per se non habeat illud. Quod autē materia prima non magis determinetur ad hanc formam, quam ad illam, patet, quia determinatio materię ad formā est per dispositiones inductas in materia: nam alias dispositiones requirit anima rationalis in corpore, & H aliam anima plantarum, & aliā forma lapidis, vel auri. Ad illa ergo pertinet determinare materiam ad talem, vel talem formam, ad quę pertinet inducere dispositiones has: ista autem sunt agentia naturalia, ergo ipsa disponunt, & determinant materiam ad hāc, vel illam formam.

Et non potest materia per has dispositiones habere potentiam ad omnes formas: nam in dispositionibus conuenientibus formę lapidis impossibile est plātam, aut animal gigni, aut è contrario: ideo materia secundum dispositiones formæ lapidis non est in potētia ad formam humanam, aut arboris, sed istæ dispositiones causantur ab agentibus naturalibus, ergo materia ex se non est determinata ad hanc vel illam formam, ideo licet materia secundum se sit in potentia I ad formam, & ad omnem formam: tamen non est in potentia ad hanc vel illam formam, nisi ex determinatione naturalium agentium, & ista est potentialitas respectiua: materia igitur habet potentiam absolutā ex se sine agente naturali. s. posse recipere formam, & consequenter appetitum absolutum, qui est appetere recipere formam. respectiuam autem potentiā, & appetitum non consequitur materia, nisi ex actione naturalium agentium disponentium eam. Per primam potentialitatem dicitur materia posse recipere oīum formā, tamen non habet potentialitates ad diuersas formas, sed est vnica potentialitas non habēs aliquē terminum distinctum, sicut interdum nos volumus aliquid vniuersaliter, dicentes quòd volumus bonū, K & non determinantes hoc bonum, vel illud. Et secundum hanc potentiam materia potest recipere infinitas formas, & habet potentiam ad infinitas formas, quia etiam si infinitæ euenerint suscipientur. Tamen secundum hanc potentialitatem ad nullam earum habet actualem respectum, & ista potentialitas absoluta est proprie passio materiæ, quia inest sibi ex se, & non determinatur ex aliquo extrinseco. Potentia autem respectiua, quia determinatur ex aliquo extrinseco, nō potest esse propria passio materiæ, quæ semper insurgit ex principiis rei, vel ex natura eius. Et quāquam secundum istam potentialitatem sit materia in potentia ad infinitas formas, tamen non sequitur esse infinitas potentialitates in actu: nam secundum hanc potētiali-

Quę sit potentia absoluta.

tialitatem nullā est potētia determinatæ formæ, quia hoc pertinet ad potentiam respectiuam, per potentiā autem respectiuam non potest esse materia in potentia ad infinitas formas, quia potentia respectiua materiæ est per dispositionem materiæ: nam cum causatur in materia dispositio ad formam vnam est in potentia ad illam formam, sed in materia non potest esse simul, nisi dispositio ad vnam formam, ergo nō potest simul habere materia, nisi vnam potentiam respectiuam. Quod patet quia dispositio, secūdum quā introducitur, & manet forma asini, est distincta a dispositione, quam requirit forma humana, & sic de cęteris. Ita vt quot sunt gradus formarum tot sunt gradus dispositionum, ergo nō potest esse simul in materia, nisi dispositio ad vnam formam, & consequenter nō erit potentialitas respectiua, nisi ad vnam formam, quod intelligitur de substantialibus. Non est autem inconueniens simul esse in potentia ad duas formas materiam, quarum altera substantialis, & altera accidentalis sit, etiam si sit vtraque accidentalis, dum tamē debeant acquiri diuersis motibus, vt si aliqua ad alterationem, & alia ad augmentum vel diminutionē pertineat, & sic in diuersis modis alterationum: non est autem aliqua forma aliqñ in materia, ad quā non sit prius materia in potentia respectiua hñdo dispositiones illius pręuias, nisi sit forte forma introducta supnaturaliter, quia huiusmodi introducuntur in materiam non pręexistentibus dispositionibus. Et dicitur esse materia ad has in potentia obeditiua, sed non in potentia naturali. Potentia autem obeditiua non est respectiua, sed absoluta: omnes autē reliquas formas cum materia acquirat naturali modo est prius ad illas in potentia naturali respectiua, & adueniunt istę potentiæ respectiuæ ex tempore, quia nihil est ista potentia respectiua, nisi quidam respectus, secundum quem refertur ad determinatam formam. Est autem determinata forma ex dispositionibus, sed dispositiones causantur in materia ab extrinseco ab agentibus naturalibus: ideo & respectiuæ potentię. Et istę licet sint infinitę, nunquam tamen sunt simul, sed successiuè adueniunt materię, & sicut dispositiones successiuè causantur: potentialitas autem absoluta vnica est, qa non habet aliquem terminum, ad quem referatur ex cuius multiplicatione multiplicetur. Et sic non ponet aliqua infinitas in potentialitatibus materiæ actualiter. Est tamen potentialitas materię infinita. i. ad infinitas formas, quia secundum potentialitatem absolutā, quæ est indeterminata potest recipere quamcunque formam aduenientem: potentialitates autem respectiuæ sunt infinitę, sed non sunt simul, sed potius sicut materia quotidie nouas formas suscipit, ita & nouas dispositiones, per quas acquirit nouas potētias ad formas. His datis repetatur supra positum argumentū. s. Deus nō potest producere aliquid infinitę perfectionis productione ęquiuoca: sed forma, vel perfectio, q̃ æquiualet omnibus perfectionibus, quas materia suscipit, & quas suscipere potest, est infinita: ergo Deus non potest illam producere. Prima pars iam probata est: secūdum patet aliqualiter ex dictis. s. quia si aliqua perfectio in materia produceretur, quę maneret tota simul, & æquiualeret omnibus pfectionibus, quas materia potest acquirere, cum potentialitas materię sit infinita, vt probatum est, illa esset infinitę pfectionis: nam infinita potentialitas non potest repleri, nisi per infinitum receptum. Vel infinitę capacitati non æquiualet, nisi infinitum in perfectione communicabile materiæ. Cum enim potentialitates materiæ sint infinitæ respectiuę, licet non ita actu, & quęlibet illarum potentialitatum est ad formā alicuius perfectionis, omnes simul sumptæ facient infinitum in perfe-

In q. 46 in 3. ratione principali.

A ctione: forma tamen infinitæ perfectionis, nec a Deo potest produci, nec si produceretur in materia recipi posset. Ex superioribus igitur patet, quòd non poterant res produci habentes totum esse simul, ita vt essent tantę perfectionis, sicut nunc sunt: si verò producerentur, haberent substantialia, quæ sunt tota simul, & potentialitatem ad recipiendum aliquid, sed nihil reciperent, & sic essent multo imperfectiora, quam nunc sunt. non fuit ergo rebus conueniens alius modus essendi, quam iste, quem habent. s. a qō. 38 vsq; nūc.

An aliqua res possit minorem durationem habere, quam Deus. Quæst. XLIX.

B HAEC autem dicta sint quantum ad ꝓprietatem vnam instātis ęternitatis. s. ꝙ est per se non habens habitudinem aliquā ad aliā durationem, sicut instantia copulatiua, & diuisiua habent positionem in tempore, sed est tanquam si esset per se vnum instans non existens inter partes temporis, illud enim non esset ante aliqua partem temporis, nec aliqua pars temporis esset ante illud, ita ante ęternitatem nihil est, & post ipsam nihil erit. Alia cōditio instantis ęternitatis est, quòd ipsum sit manens: nam instantia temporis transeunt, quia cū fuerit vnum instans, esse deficit, & nunquam amplius est, & ob hoc plura instantia sunt, quia nullum est manens, instans autem æternitatis est non deficiens: ideo C non possunt esse multa instantia, nā dum vnū instans est, non est aliud, & dum vna pars temporis est, nō est alia, sed illud instans, quod manet semper est, ergo solum vnum est, & res quæ in instanti illo est, nō est deficiens, alioquin daretur duratio rei sine re durante. Nec tamen ex conditione manentis instantis æternitatis res, quę est in illo instanti sic est, sed quia res esse manens habet, & indeficiens instans mensurans, necesse est manere, cum mensura adæquetur mensurato. Et ex hoc necesse est instans æternitatis non habere positionem in tempore, sicut instrumenta copulatiua, & diuisiua: nam ista necesse est transire, quia si semper essent, nunquam esset tempus, cum inter partem temporis, & aliam partem sit instans, & nō esset pars temporis sequens, donec desineret esse instans, D & cum illud instans semper esset, nunquam sequens pars temporis esset: æternitatis autem instās coexistit toti tempori, nec etiā totum tempus illi ęquatur, ergo non habet positionem in tempore.

Redit ad id unde digressus est s. ad q. 28. & 30.

Ex prędictis de ęternitate sequitur, quòd nō potest aliqua res minorem durationem habere, quā Deus, quod patet, quia nulla res potest habere esse minoris durationis, quam in instanti: tota autem duratio Dei est in vnico instanti, ergo nulla res minorem poterit habere durationem. Maior patet, quia instans est indiuisibile, nihil autem potest esse minus indiuisibili cuius partes nullę sunt. Minor patet, quia esse Dei est totum simul, & sic in quolibet instāti capitur: alioquin si detur, quòd non habeat totum in quolibet assignato E instanti, & habeat aliquid, non habebit totum esse simul, quod de Deo probatum est, & est ista natura æternitatis.

Et non potest dici, ꝙ Deus habeat esse in quolibet instanti plenum, & tamen duret per multa instantia: nam hoc includit contradictionem, quia duratio, q̃ habet in secundo instanti, non est in primo: alioquin primum, & secundum instans sunt idem, quod est falsum. De rebus autem durantibus patet, ꝙ nulla res sit, quæ habeat esse minus, quam in instanti: cum non sit aliquid minus instanti: immo nulla res est per se, quæ duret per solum instans, sed necesse est durare aliquanta temporis morula, vel successione ęui. Nec obstat si dicatur,

dicatur, quòd mutatum esse durat solum instanti, quã non habet partes in quibus sit successio, cum sit indiuisibile. Quia mutatum esse non est aliquid per se, sed est terminus motus, Deus autem per se existens non durat, nisi vnico instanti, ergo nihil minus esse habere potest.

Sed aliquis dicet, cum nihil habeat minorem durationem Deo, quare semper est Deus dum res sunt, & non est quælibet res semper cum Deus est.

Respondendum est, quòd ex hoc non est arguenda maior, aut minor duratio secundum extẽsionem. Instans enim æternitatis non est maius, aut minus aliquo instanti temporis, quia quodlibet est in indiuisibili, sed differunt instantia nostra ab instanti æternitatis quantum differt motus a re permanenti: res autem permanẽs etiam si indiuisibilis sit semper est: res autem mota, etiam si magnam habeat extensionem, tamen aliquando tota pertransita est, ita instantia nostra, quæ sunt in tempore sunt in fluxu quodam, cum tempus causetur per fluxum, vel sit ipse fluxus instantis. & tempus quamquam habeat extensionem, quia tamen transit modicum durat. Instans autem ęternitatis est manens, ideo quamquam indiuisibile sit, tamen maior duratio est omnibus aliis, aut non deficit cum alia deficiant.

Instans nostrum differt ab instanti ęternitatis.

Similitudo autem huius est si assignemus punctũ in plano, & super illum fiat motus, & super totum aliquid planum: ille punctus, qui est indiuisibile manet durando, & totum planum durat, & id quod transit super punctum plani in transitu durat. s. semper dum transit. Hic autem nihil magis durationis habet diuisibile manens durando. s. totum spatium, vel tota terra, quam punctus, quia sicut in ęternum tota terra durare potest, ita & punctus signatus in plano. In transeuntibus autem est differentia, quia cum transiet aliquid diuisibile super indiuisibile signatũ in plano durabit in transeundo dum singulæ eius partes trãseũt per illud indiuisibile, & quanto illud diuisibile fuerit maius, tanto durabit magis transeundo super indiuisibile. Vt si aqua extensa per quinque leucas debeat transire particulatim super aliquem punctũ assignatum in alueo fluminis, & si duo pedalia aquæ transire debent super idem indiuisibile non erit ęqua duratio transitus vtriusque super illud indiuisibile: nã maius magis transeundo durabit, & minus diuisibile minus durabit transeundo. Cum autem transierit indiuisibile super indiuisibile transibit in indiuisibili, sed cũ aliquid est in successione, magis durat diuisibile, quã indiuisibile, & maius diuisibile magis durat. Cum vero est aliquid manens, tantum durat diuisibile, sicut indiuisibile, & è contrario. Ita est de instanti æternitatis, ꝙ ipsum est manens, ideo tanta est duratio eius quanta cuiuscunque diuisibilis permanentis si esset. Et in durationibus succedentibus, sicut tempore & instanti, quia instantia sunt indiuisibilia minus durant, quam diuisibilia. s. partes temporis: si tamen tẽpus esset manens, nihil magis duraret magna temporis pars quam parua, & nihil magis pars temporis, quam instãs, sicut non durat magis tota terra, quam punctus. Comparãdo autem permanentia contra successiua, dicendum quòd magis durat quodlibet permanens, etiam si sit indiuisibile, vt punctus, quam quodcunque successiuum quantumcunque magnum, dum tamen non sit infinitum. Quod patet in exẽplo dato. s. transeat aqua quinque Leucarum, in magnitudine super aliquem punctum aluei, magis durabit pũctus in essendo, quã aqua in fluendo, etiam si sit aqua mille leucarum magnitudine adhuc magis durabit punctus, quam aqua in fluendo, si tamen fuerit aqua infinita tantum durabit aqua in fluendo, quantum punctus in essendo

F permanenter, quia aquæ infinitæ transitus super aliqd indiuisibile non poterit esse, nisi in infinito: esse autẽ puncti manentis est infinitum, vel nunquam deficiẽs manendo, & quia vnum infinitum non est maius altero, sunt ista duo non se excedentia in essendo. Et sic ista duo conformantur in quantitate durationis, quia quod vnum consequitur fluendo alterum consequitur permanendo, licet non pertineat ad eundem modum essendi. Ita se habet instans ęternitatis ad instantias temporales, & ad partes tẽporis, quia illud instãs indiuisibile est secundum substantiam, sed instans tẽporis durat per indiuisibile, instans autem ęternitatis, nunquam desinit esse, quia manet instans ęternitatis, & transit instans temporis, sicut indiuisibile assignatum in alueo, super quem transit aqua non est maius

G alio indiuisibili signato in aqua transeunte, sed indiuisibile, quod indiuisibiliter transit super aliud indiuisibile, idest non est aliqua duratio habens partes dum vnum indiuisibile transit super alterum. Ita etiam instans æternitatis se habet ad partes temporis, quia licet partes temporis sint diuisibiles, & instans illud indiuisibile, tamen non tantum durant partes temporis fluendo, quantum durat instans æternitatis manendo, sicut cum aqua vnius leucæ in magnitudine transit super indiuisibile signatum in alueo, illud indiuisibile, quia est manẽs, semper durat: aqua autem vnius leucæ magnitudine non semper durat transeundo, est tñ maior aqua, quã illud indiuisibile: ita instans ęternitatis, quia est manens, & maius in duratione, quam

H partes temporis quamquam illæ sunt maiores extensione largè loquendo, si tamẽ partes temporis essent infinitæ secundum eandem quantitatẽ, tantum durarent fluendo quantum instans ęternitatis manendo, sicut aqua infinita fluendo tantum durat, quantũ indiuisibile signatum, super quod fit fluxus in manendo, & hoc modo æternitas, & infinitum tempus æquantur in duratione, si esset tale. Ex hoc patet, quare cum in Deo sit vnicum instãs, & illud sit indiuisibile, sicut instantia nostra, est maioris durationis illud, quã quæcunque instantia nostra, quare cum duratio nostra sit temporalis, quę habet extẽsionem, & duratio Dei indiuisibilis, maior est duratio Dei duratione nostra, totum enim hoc prouenit, quia instans suum est per-

I manens.

Quare instantia nostra transeunt, & instans Dei permanet. Quæst. L.

Sed quęret aliquis cum nos habeamus instantia, & Deus habeat aliquod instans, quare instãtia nostra sunt transeuntia, & instans Dei est permanens? Respondendum est duas esse causas. Prima est, quia instantia nostra habent positionem in tempore, instans autem ęternitatis nullam hẽt positionem, quod vero est in tempore, necesse est fluẽs, sicut ipsum tempus, in quo est, sicut punctus, qui est in linea mota ad motum ipsius lineę mouetur, quia

K alias dato puncto non moto necesse est, vel ꝙ linea non moueretur, vel punctus separaretur a linea. Ita & de instanti partes temporis fluunt, quia totũ esse eius in fluendo est, ideo instans quod in eo habet positionem, sicut punctus in linea necessario fluet. Si autem sit instans pręter partes temporis non habendo positionem in illis, non necessario fluit, sicut punctus cũ est in linea ad motum lineæ mouebitur: si tamen punctus per se sit, non habet aliquid, propter quod moueretur necessario, ita de instanti habente positionem in tempore, & de eo quod est sine tempore. Instans autem ęternitatis non habet positionem aliquam in tẽpore, ideo non est succedens, & transiens.

Alia

Alia autem causa permanentię instantis ęternitatis est potissima conditio illius esse, cuius est mensura: nam mensura semper est de conditione mensurati cũ ad illud fit: esse autem Dei cuius ęternitas est mensura est permanens, & totum simul: necesse est igitur, vt instans ęternitatis permanens sit: non enim sufficit ad hoc, ꝙ instans Dei habeat maiorem permanentiã & durationem, quam tempora nostra, ꝙ sit manens, sed ꝙ sit indeficiens. nam multa sunt permanentia, quę habent totum esse simul, & tamen minoris durationis sunt quibusdam successiuis, quoniã non sunt indefectibilia: sicut comparando ea, quæ non mouentur localiter ad ea, quę mouentur localiter, dicuntur hæc, quę nõ mouentur habere totum esse simul, quæ verò mouentur habent esse in successione, & tamen aliquando indiuisibile assignatũ super quod transeũt omnes partes rei motę deficiet priusquã deficiat motus rei, & tunc erit maior duratio rei fluentis non infinitę, quam permanentis.

Accipiantur etiam propriè res, quę sunt permanẽtes quantum ad esse: nam & istæ sunt defectibiles, vt homo habet totum esse suum simul quãtum ad esse hominem, sicut habet Deus, & tamen illud deficit: si tamen permanentia non deficerent, nõ desineret esse hominis, est.n.in homine duplex esse.s.esse hominẽ, & esse album, nigrum, musicum, fęlicẽ, doctum, vel insipientem. Primum est totum simul, & permanens. Secundum est in successione, & continua acquisitione, & deperditione, & primum semper manet quandiu homo est, & tota vita mensuratur vnico instanti, quantum ad esse hominem, & tamen cũ homo moritur non solum desinit esse, secundũ quod est in successione, sed etiam primum, quod est totũ simul, quia homo non est homo, postquam est mortuus, ergo quod est totum simul desinit: ideo secundũ esse, quod est in successione, nunquam deficeret, nisi deficeret primum esse, quod est fundamentum omnium accidentalium, & hoc modo id quod est manens, durabit minus, quam aliquid fluens, vt esse hominem, quod est manens non durat semper, cum durant mille anni. Illud ergo instans vnicum, quod mensurat esse hominem totum simul est, & est idem pro tota vita: tamen deficit, quia esse hominem, quod est mensuratũ, quamquam simul totum sit, deficit. Instans autem ęternitatis est vnicum, & indeficiens, quia esse illud, cuius est mensura, quia est perfectissimum, est indeficiens. Patet igitur ex pręcedentibus quare instans ęternitatis est manens, cum instantia temporis nostri sint transeuntia, & quare cum duratio Dei sit tota simul & indiuisibilis, est semper durans, & durationes nostrę, quę non sunt minores, non semper sunt. Et sic de duratione Dei verè dici potest, ꝙ non potest esse aliqua duratio minor illa, quia indiuisibili nihil est minus: duratio autem Dei indiuisibilis est, ideo nulla minor, nec esse, nec intelligi potest. Rursus tamen ista duratio indiuisibilis maior est omnibus durationibus nõ quidem propriè loquendo, quia indiuisibile non est maius, aut minus aliquo diuisibili, aut indiuisibili: si ta men esset maior haberet plures partes eiusdem extensionis: quarum nulla est in instanti, sed quia permanẽdo semper vnum, & idem subsistit non acquirens alias partes durationis dicitur maior duratio, quam tẽporis cuius acquisitio continua est, tamen aliquando est finis. Sicut dicimus maior est duratio puncti manentis, quam transitus aquę magnitudinis quinque leucarum. Comparatur enim duratio manens ad durationem transeuntis rei secundum æquiuocum.

A *An Deus sit ante creationem mundi, vel ante diem iudicij, seu ante aliquam rem, & an sequatur, quòd Deus sit ante omnes creaturas, quia creauit illas.*

Quæst. LI.

AMPLIUS autem considerandum est ex radice ęternitatis, ꝙ Deus non est ante aliquã rem, non fuit.n. Deus ante formationẽ mũdi, nec ante passionem Christi, nec est ante diem iudicii, non est autem maior difficultas in vno, quam in altero, quia si Deus non est ante formationẽ Adæ conformiter stabit ipsum non esse ante diem iudicii. Quod aũt non sit ante aliquid horum patet, quia B prius & posterius considerantur in tpe, Deus aũt non est in tpe, ergo non est ante rem aliquam. vtraq; pars antecedentis est nota. Item Deus hẽt totũ suũ esse simul ex conditione ęternitatis, sed prius & posterius tollunt simultatem, ergo non pt esse ante aliquam rẽ. Et declaratur magis: Deus.n.erat cum formatus fuit Adam: quæritur ergo an tunc haberet totum esse suũ simul, an non: si dicatur, ꝙ non, ergo non est ęternus, sed durat in tpe. Si autem habet totum esse simul: ergo tunc cum Adam formabatur, erat totum esse Dei & non pręcesserat ante formationẽ Adæ aliqua particula esse eius, quia tunc cum aliquid de esse esset, & aliquid pręcessisset non esset totum esse simul. Idem argm̃ est, ꝙ non sit ante passionem Christi, & ꝙ non sit ante diem iudicii, & generaliter de omnibus: non C poterit.n.dici de aliqua re, ꝙ Deus sit ante illam. Aliquis aũt dicet, ꝙ quamquam Deus non habeat anterioritatem ad aliquam rem secundum tempus, habebit tñ s̃m ęternitatem.s.ꝙ nullum tẽpus fuit, in quo esset Deus, & non esset res, ideo non pcessit creationem rerum tpe, pręcessit tñ s̃m aliquam prioritatem æternitatis.s.ꝙ s̃m aliquid, quod sit in ęternitate, Deus præcesserit res, quia tunc Deus erat, & res non erant. Sed adhuc non stat. Pro quo sciendum, ꝙ secundum Arist.4.Phy. prius & posterius sunt proprietates temporis, ideo cum aliqua comparanda sunt secundum prius, & posterius comparantur secundum rationem temporis. Amplius autem ad hoc, ꝙ fiat comparatio necesse est poni vniuocationem, quia comparata debent participare aliquam vnam naturam, secundum D quam comparentur: vbi autem non est vniuocatio, non est vnica natura: ideo si aliqua in tempore comparantur, scilicet secundum prius, & posterius, necesse est, ꝙ vtrunque in tempore sit, alioquin non comparabuntur, vt si duo quorum alterum nigrum, & alterum album est in albedine comparentur: non enim stabit comparatio, ita si duo sint, quorum alterum sit in tempore, & alterum non: ista non poterunt comparari secundum prius, & posterius, ita vt dicatur alterum altero prius esse: huiusmodi est de Deo, quia non est in tempore, res vero naturales sunt in tempore, ergo non est Deus ante istas res, nec post istas. Et istę locutiones non sunt nobis difficiles, nisi quia nõ consueuimus eas in vsum habere, sed magis opposi- E tas, sed sicut est de loco, ita est de tempore, cum ambæ sint conditiones naturalium entium, & consequũtur se ista tria.s.quę locantur, mouentur, & quæ mouentur sunt in tempore, & conuertitur consequentia in omnibus iuxta Aristot.4.Physicor. sed de Deo non concedimus, quòd sit in loco per se, nec per accidens: ergo non est in tempore, & ita de proprietatibus loci, dicimus res locatas magis, aut minus occupare, & quia Deus non est in loco de ipso satis concedimus, quòd non magis occupat spatii, quam homo nec minus. ita de tempore oportet negari proprietas eius, scilicet prius, & posterius, ita vt non dicamus, ꝙ Deus sit ante aliquam rem, vel post. Non est igitur Deus prior

2 ratio, de qua etiam supra q.20 & 21.22. 23.

re

ge aliqua quantum ad prioritatem temporis, ergo necesse est si habet aliquam prioritatem, quòd illa sit secundum ęuum, aut secundum ęternitatem, sed etiam non est in his. Nam Deus non est in ęuo cum sit mensura durationis angelorũ, ergo quamquam sit prius, & posterius in ęuo, tamen Deo non potest conuenire: sicut nec cõuenit prioritas, aut posterioritas, q̄a sũt mensurę rerum succedentium: solum autem conueniet id, quod in ęternitate, cum ipsa sit mensura esse Dei. Et ita dicunt, qui ad plura se aduertere putant: scilicet, quòd Deus pręcedat nos, secũdum prioritatem æternitatis, licet non secundum prioritatem temporis. Sed includit hoc contradictionem: nam æternitas est tota simul, simultas vero excludit posterioritatẽ, & prioritatem, ergo secundum ęternitatem nihil potest pręcedere alterum: sed qui ista dicunt, nesciunt q̄d sit, æternitas somniantes eam velut quandam successionem temporis infiniti, iuxta modum Aristot. in 8. Phy. ponentis ęternitatem motus temporis, & omnium specierum. non est igitur Deus ante aliquam rẽ secundum prioritatem aliquam temporis, aut ęui, vel æternitatis, ergo nullo modo potest dici, ꝙ Deus sit ante aliquam rem,

Opin. communis doctorum.

An Deus potuerit creare mundum, antequam creauit.
Quæst. LII.

EX hóc etiam eliditur quorundam error dicẽtium, ꝙ Deus potuerit creare mundum, antequam creauerit, quia nec ante potuit creari, quam creauit, nec postea. Prima pars patet, quia si ante potuisset creare, necesse erat, ꝙ poneret prius aliqua duratio, in qua potuisset creare, sed ante mundum non fuit aliqua duratio, quia non fuit tempus, cum tempus cęperit cum ipsis rebus. Nec erat ante duratio ęternitatis, quia ęternitas non est prior aliqua re, vt probatum est. Et non solum non fuit aliqua duratio ante mundum, sed etiam nõ potuit esse, nam si aliqua fuisset ista erat tempus, quia non poterat durare mundus, nisi in tempore, cum ęternitas non possit esse mensura mundi, qui habet successionem, ęuũque non est mensura huius, quia est mensura rerũ habentium successionem sine motu, sicut sunt angeli. In mundo tamen sunt res habentes successionem, & motum. Nulla ergo mensura esse poterat mundi, nisi tempus, sed añ mundum non potuit esse tp̄s. Quod patet, quia tp̄s est passio motus, ideo impossibile est esse sine motu, est autem motus conditio corporaliũ entium, ergo includebat contradictionem esse tp̄s ante creationem rerum, sed non est aliqua prioritas, aut posterioritas, in qua mũdus creari potuisset, nisi in prioritate tẽporis, ergo impossibile fuit mũdũ prius creari, quam creatus est. Secunda pars. s. ꝙ nõ potuit creari, posteaquam creatus est, patet: nam si daretur, quòd crearetur postquam creatus est, darentur anni aliqui; vel mẽses ante creationem mundi, in quibus nõ fuisset mundus, sed hoc includit contradictionem, q̄a nõ est tempus sine motu, & motus sine rebus corporalibus, ergo necesse est ꝙ tempus non fuerit ante mundum creatum, & sic semper mundus necessario creari debuit in primo instanti temporis. Hęc autem vera sunt, nisi forte Deus aliquam vnam rem creasset, & illa non esset mundus, esset tamen corporalis, cum illa necessario esset motus, & tempus, & postea per magnas temporum durationes poterat mundus creari, & hoc modo verum erat, ꝙ poterat mundus creari, ante quam creatus est, vel post, sed in creatione rerũ non sic accidit, quia ea, quæ Deus pure creauit simul creauit, quæ vero fuerunt producta, facta vel formata postea distincta sunt, & tamen ad tollendum omnes

F cauillationes dicendum est, ꝙ id quod primo creatũ est non potuit prius creari, nec posterius quam creatum est.

Quare scriptura sæpe loquitur Deum esse ante omnia, & Christus etiam dixit antequam Abraham fieret, ego sum.
Quæst. LIII.

SED aliquis arguet contra prędicta cum dixerimus, ꝙ Deus non est ante aliquam rem, q̄a scriptura sępe loquitur Deum esse ante omnia, & Christus dicit de seipso. Io. 8. Antequam Abraham fieret ego sum. Respondendum est, ꝙ Deus nõ sit ante rem aliquam, scriptura tamen vtitur modo figurali, & grosso loquendi: non quidem, quia scriptores rudes fuerint, cũ dictante Spiritusancto locuti fuerint, & potissimum, quia Christus interdum loquebatur, ipse enim dixit antequam Abraham fieret ego sum, sed ideo factum est, quia sacra Scriptura data est, vt a nobis intelligeretur, & quia quædam de Deo ꝓlata secundum veritatem, & modũ ineffabilia erãt. s. quia vel non inuenirentur verba significatiua illorũ, ſm proprietatem suam, vel interdum si inuenirentur, intelligi difficilia forent, scriptura aũt omnibus se cõmunicari voluit, ideo tali modo locuta est, quo intelligi ab omnibus poterat, & quia nos tẽporales sumus & ſm conditionem t̄pis intelligimus, locuta est ꝑ tẽporis proprietates. s. prius & posterius. Sed adhuc instabitur, ꝙ Deus creauit hęc oĩa, ideo necesse est, ꝙ esset ante illa: non. n. potest intelligi, ꝙ causaret cũ nondum esset. Respondendum, ꝙ Deus dum creauit mũdum erat, & cum aliquid agit est, quia includit cõtradictionem aliquid esse agens, & non existere, sed non est necesse, ꝙ esset, anteq̃ causaret, quia & in naturalibus sic est, ꝙ aliquæ causæ sunt, quæ non pręcedũt duratione suos effectus, sicut apertio fenestræ est causa subintrationis radiorum, & tamen idem instans est apertionis, & subintrationis, ita generatio radiorum est causa illuminationis diaphani, sed in eodem instanti illuminatur diaphanum, in quo gignuntur radii, cum generatio radii sit instantanea, & diffusio lucis identidem fit in instanti. Ergo cõueniens erit, ꝙ Deus causet, & non fuerit antequam causet, hoc autem est ad elidendam consequentiam. Ad veritatem tamen aliud est respondendum. s. ꝙ Deus non est ante rem quam creat, vel producit. non quidem tanquam tunc esse incipiat q̄ñ agit, sicut ipsum, quod fit esse incipit, sed quia q̄q̄ semper sit, tñ non est in eo, ꝙ fit ante, vel post, cum nõ habeat aliquam successionẽ in essendo. In causis aũt naturalibus, cum causa non est ante effectum incipiũt esse simul causa & effectus, vt idem instãs est, in quo primo lucis subintratio est, & fenestrę apertio, sed Deus q̄.q̄ non sit ante rem, quam facit tñ non incipit esse, q̄ñ incipit effectus, & hoc sufficit, ac si esset Deus per mille annos ante quamcunque rem creatam ab eo, ideo cũ dicimus, ꝙ Deus non est ante res. quas causat, non est dicendum, ꝙ se hẽt ad eas, sicut apertio fenestrę ad subintrationem lucis, vel generatio radiorũ ad illuminationem diaphani. Sed adhuc arguetur, ꝙ Deus sit ante quamlibet rem. s. Deus est, q̄ñ formatus fuit Adã, & formatio Adæ fuit añ diluuium, ergo Deus fuit ante diluuiũ, & sic arguetur de qualibet alia re, ꝙ fuerit ante illã. Rñdendum est, ꝙ Deus non est ante aliquam harũ, & est negãda prima pars antecedentis. s. ꝙ Deus erat, q̄ñ formabat Adam. Nam illud q̄ñ aut signat instans t̄pis, in quo formatus fuit Adã, vel tp̄s illud, aut signat instans ęternitatis, in quo Deus est, & illud semper est: si primo mõ est illa prima pars falsa, quia Deus non est in illo instanti, vel in illo t̄pe, nam sicut Deus non est in t̄pe, cum non sit ens

G H I K

Deus non est ante rẽ q̃ creat. vi de supra q. 20. 33.

ens habens motum, ita non est in aliquo instāti tēporis, quia illa habent positionem in tempore, vt supra declaratum fuit. Esse aūt Dei non habet positionem aliquam in tempore, quia tolleretur sic simultas ęternitatis, potissime, quia si Deus esset in aliquo instanti tpis, necessario deficeret, sicut duratio instantis signatiui in tpe transit in indiuisibili: ergo propriè loquendo non erat Deus, qñ creatus fuit mundus, quia ly, qñ supponit ibi pro quodam instanti tpis, & est terminās sicut linea habet punctum terminantem a parte ante & post, & post illud instans fuit tota continuitas temporis, sicut post punctū terminantē lineam a parte anteriori est continuitas lineę. Ita non pōt dici, ꝙ Deus erat, qñ creata est anima Adę: nā ibi, qñ necessario dicit instans tpis, vel ęui, quia aīa non pōt creari in instanti ęternitatis, cum non possit esse in instanti ęternitatis. Cum tamen res creatur est, & illud instans creationis est instans esse rei genitę, sed res creata non manet in ęternitate, ergo non creatur in instanti ęternitatis, & sic de qualibet alia re. Non est igitur dicendum de Deo, ꝙ sit qñ aliquam rem creat, vel facit. Si autem ly, qñ, dicat instans ęternitatis, in quo Deus semper est, est verū, ꝙ Deus erat, qñ creabat mundum. i. erat tūc in ęternitate, in qua semper est, & tunc falsum est, ꝙ illud qñ erat ante diluuium, aut ante aliquam rem. Sed primus modus rñdendi melior est: nam cū dicimus Deus erat, qñ creabat seculum, q̄q̄ capiamus ibi instās ęternitatis pro esse Dei, tñ etiam necesse est accipi instans creationis mundi, cū dicitur qñ creabat, & illud est instans tpis, nec est Deus in illo, & sic dicendū est, ꝙ proprie loquendo, Deus non est, qñ aliqua res est, q̄q̄ ex modo loquendi vulgari cōcedantur. Concedēdum tñ est, ꝙ Deus semper est. i. in tota ęternitate: sicut enim cum aliquis in toto tpe est, dicitur esse semper: ita si fuerit in toto ęuo, dicetur esse semper, vel si fuerit in tota ęternitate dicetur esse semper, cū quodlibet horum sit mensura entium, sed Deus est in tota ęternitate, ergo semper est: non tñ ob hoc concedendum est, ꝙ sit in qualibet parte tpis, vel saltem in aliqua, quia nō accipitur ibi semper, vt distributiuū tpis, sed ęternitatis, ideo nulla pars tpis est sub illo semꝑ.

An Deus sit post creationem mundi, vel post diem iudicij. Et an sequatur, quòd Deus sit post aliquam rem, quia semper est durans, & nunquam deficiet. Quæst. LIIII.

AMPLIUS aūt dicendum est, ꝙ sicut Deus non est ante aliquam rem, ita nec est post aliquam rem. s. ꝙ Deus non est post creationem mundi, nec post passionem Christi, aut post diem iudicii, quod patet, quia Deus habet totum suū esse simul, sed Deus erat qñ mundus creatus est accipiendo negatiue. s. ꝙ tunc non erat nō ens: ergo non est post creationem mundi, sicut. n. creatio mundi non est post creationem mundi, ita esse Dei, non est post creationem mundi, quia esse Dei totum erat, qñ creatio mundi erat post totum autem esse rei nihil est de re. Sed dicet aliquis, ꝙ, q̄q̄ esse Dei non sit principaliter post aliquam rem, quia ipse est ab ęterno tamen aliquo modo esse Dei erit post res, sicut si aliquis durat per mille annos, & alii incipiunt esse post ipsum ꝑ centum annos, & finiunt ante ipsum ꝑ centum annos, ille dicitur esse simpliciter ante omnes, quia tunc ipse esse habet, quando nemo aliorum habet, ita de Deo, quia res desinunt esse, & Deus nō desinit, ergo dicetur esse post eas. Respondendum est hoc esse in rebus habentibus durationem extensam, quæ secundum vnam partem suæ durationis possunt præcedere alias res, & secundum illam partem dura-

A tionis erunt posteriores: in Deo tamen non stat, quia totum esse eius est simul, ideo vel secundum totum præcedet omnes res, vel secundum totum subsequetur, sicut de indiuisibili, quia vbicunque est, vel totum est, vel nihil de illo, ita de puncto in linea: nam totus est ante lineam, vel totus post lineam: sic duratio Dei est tota simul, & in indiuisibili, ideo vel tota ꝓcessit res, vel tota subsequitur, sed non potest vna pars eius precedere, & alia subsequi, quoniam est contra naturam æternitatis, & tamen secundum veritatem, nec præcedit esse Dei res, nec succedit ad res, quia habitudo precessionis, vel consecutionis dicit quendam ordinem, qui presupponit tempus, sicut prius, & posterius, vt supra declaratum est.

B Sed adhuc arguetur, ꝙ esse Dei sit post res, quia Deus est dum quælibet res est accipiendo largè, & desinente esse illius rei non desinit esse Dei, ergo est post rem illam, quia hoc sufficit ad esse aliquid post alterum.

Respondendum est negandum esse antecedens. s. ꝙ Deus sit dum res est, quia per ly dum, aut importatur tempus, aut instans temporis, sed quantū ad vtrunque est falsum, ꝙ Deus sit, dum res est, quia ipse non est in aliquo tpe, quia non est de mobilibus. Etiam nō est in aliquo instanti tpis, quia tunc esset in tpe cū instanti, vel si in solo instanti, esset duratio eius deficiēs: ideo cum non dicatur de Deo proprie, ꝙ sit dum res aliqua est, non dicetur de ipso proprie, ꝙ sit post rem,

C & sic non est Deus ante creationem mundi, nec post creationem mundi, nec cum erat creatio mundi, & concedendæ sunt omnes istæ, atque ꝙ non sit Deus in tempore, aut aliqua parte temporis.

Sed aliquis arguet dicens, ꝙ si Deus non est ante rem, nec post rem, nec cum re, ergo nunquam est.

Et concedenda est consequentia, quia Deus nunquam est, est enim nunquam distributiuum cum negatione pro partibus temporis, & in nulla earū Deus est, ergo nunquam est.

Sed arguetur Deus nunquam est, ergo nō est. Respondendum non valere consequentiam, teneret. n. in eis, quæ esse suū habēt in tpe, & hęc si in nulla parte tpis sunt nunquam sunt, & consequenter nō sunt: Deus autem non habet aliquatenus esse in tpe, ideo

Non ualet Deus, nunquam est, ergo non est.

D non tenet ꝯsequentia. Velut si arguatur in loco, Deus non est, nec ibi, nec illic, & sic inducendo, ergo in nullo loco est, & tunc Deus in nullo loco est, ergo nō est, nemo dicet tenere consequentiam, quia Deus nō est in loco: & eodem mō non est in tpe, quia esse in tpe, & loco, & moueri se consequuntur, vt patet 4. Phy. Et non solū in Deo non tenet ista cōsequentia, sed ēt in angelo: Angelus non est in aliquo loco, ergo nō est, ita nec tenet: Angelus nō est in aliquo tpe, ergo non est. Patet ergo de Deo qualiter non sit in aliqua parte temporis, & ꝙ nunquam sit, & tamen semper est.

Recolligit dicta à q. 17. vsque nunc, scilicet de modo essendi Dei, vt postea dicat de modo cognitionis eius. Quæst. LV.

E EX prędictis aūt patet, quia Deus sit pręsens cuilibet rei: nam esse Dei est totum simul nō habens anterioritatem, nec posterioritatē, & tñ nunquam esse desinit, ideo ad quamlibet rem totus pręsens est, non quidem ſm aliquod instās tpis, vel particulam, in qua Deus coexistat rei, sed ſm hoc, ꝙ nulli rei desinit esse pręsens. Et hoc modo dicimus Deum esse in toto tpe negatiuè. s. ꝙ nullum tps est, in quo Deus esse desinit, & nullum instans, & sic concedemus Deū esse in omni loco. i. quia licet non sit in aliquo proprie, tñ nullus est cui desit Deus. Et licet

cet aliqua res sit in successione motus, vel successiue
sine motu, Deus tamen est illi totus præsens sine suc-
cessione, & motu: immo ipsi successioni, & motui
Deus est præsens inquantum non est absens in aliqua
parte successionis, vel non deficit alicui rei succeden-
ti: vnde status esse Dei est totus pręsentarius, & cuili-
bet rei coexistens.

Ex hoc sequitur, ꝙ nihil est Deo præteritum, & ni-
hil futurum, sed omnia ei præsentia sunt, ideo creatio
mundi, & formatio Adę non sunt Deo præterita, &
aduentus antichristi, & dies iudicii non sunt Deo fu-
tura, sed sicut me esse, vel me dicere nunc est præsens
Deo, ita creatio mundi, & dies iudicii sunt præsentia
Deo. Sed aliquis dicet, ꝙ si creatio mundi, & dies iu-
dicii Deo præsentia sunt, ergo nunc pręsentia sunt, si
nunc præsentia sunt, ergo nunc sunt, sed ista non sunt
nunc, ergo nec pręsentia Deo.

Respondendum, ꝙ pręsentia sunt Deo, & tamē nō
sequitur, ꝙ nunc præsentia sint, nec ꝙ nunc sint, quia
sunt pñtes Deo secūdum pręsens Dei, quod est ęter-
nitas, quia quandocunque sint non possunt esse extra
durationem ęternitatis, quia cum dicantur præsentes
Deo res, necesse est ad ipsum præsens Dei referri, & il
lud instans non determinat sibi heri, vel hodie, aut ali-
quam partem temporis, vel diuisibile tēporis, aut in-
diuisibile, ideo licet omnia Deo præsentia sint, non di
cuntur præsentia secundum hoc instans, vel illud, aut
hunc diem, vel alterum, quia Deus in nullo horū est,
& tamē hæc, quæ præsentia Deo sunt ad præsens Dei
referri debent, ideo licet formatio sęculi, & antichri-
sti aduentus, atque dies iudicii sint præsentia Deo, ta-
men non sunt nūc pręsentia Deo, nec sequitur, quòd
nunc sint. Immo proprie loquendo impossibile est, ꝙ
aliquid sit Deo pręsens nunc, quia tunc necesse erat,
vt tam Deus, quā id quod ei erat præsens essent nūc.
Sed falsum est, quia Deus non est in nunc temporis,
sicut nec in tempore, sed accipitur large. s. ꝙ Deus est
nunc pñs nobis, vel nos sumus nunc præsentes Deo,
idest non desinimus esse præsentes Deo in isto nunc,
vel Deus non desinit esse nobis pręsens in nunc, licet
non sit in nunc. Nos tamen dicimur esse pręsentes
Deo absolutè. s. secundum instans ęternitatis illius, &
tunc accipitur proprie ex parte Dei: nos tamen nō su-
mus proprie in instanti illo æternitatis, quia non con-
uenit nobis mensura ęternitatis, & consequenter non
sumus in ea, sed ita dicimur esse nos in ęternitate, si-
cut Deus dicitur esse in tempore, vel in instanti tem-
poris. i. non deficit dum hęc sunt: ita & nos sumus in
ęternitate, quia esse nostrum non deficit dum ęterni-
tas est, quia alias daretur, ꝙ quando æternitas esset no-
strum esse non esset, & sicut dicimus omnia Deo esse
pręsentia, ita cōcedendum est, ꝙ omnia semper sunt
Deo pręsentia. De his supra magis declaratum est. Ex
his aliqualiter patet de cōditione ęternitatis Dei qūo
sit status eius totus pręsentarius, & indeficiens, & de
comparatione esse eius ad res.

*De modo intelligendi Dei. Et an intelligat solum seipsum, & ni-
hil præter seipsum, vt Philosophi dixerunt. Et si intelligit
alia: an vnico actu vel pluribus. Et an per species repræsen-
tatiuas rerum, vel per seipsum tanquam exemplar omnium,
Quæst. LVI.*

NVNC verò cognito ex parte modo essen-
di Dei, cognosci potest faciliter modus
cognoscendi eiusdem: nam idem modus
est cognoscendi eius, & intelligendi, cum
in Deo omnia idem sint, & sunt ipsum esse Dei: nam
velle eius est suum intelligere, & suum esse, & cętera,
quę in eo ponuntur: alioquin dabitur compositio, vel

F diuersę deitates, quorum vtrunque est inconueniēs
Et tunc, quia esse Dei totū simul est, necesse est quo-
que intellectionem Dei totam esse simul: ita ꝙ nō in-
telligat Deus prius creationem Adę, quam antichri-
sti formationē, & diem iudicii. Nam data prioritate,
& posterioritate ītellectionis, necesse erat dari diuersi
tatem actuum intelligendi, & tūc cum illi sint in Deo
erunt ipsemet Deus, & si illi sunt diuersi, erit quoque
in Deo essendi diuersitas, & ob hoc necesse est poni
in Deo vnicum actum intelligendi, & illum instanta-
neum: alioquin dabitur diuersitas essendi. Quod autē
sit actus ille instantaneus, & indiuisibilis, patet, quia
Deus non potest intelligere, nisi cum est, sed Deus to
tus est in indiuisibili: ideo necesse est intellectionem
suam totam esse in instanti. Ex hoc sequitur, ꝙ ꝑ eun-
G dem actum intelligendi Deus intelliget pręmissas, &
conclusionem, & non habebit distinctas cognitiones
sicut nos. Primo, vt proprie loquamur Deus non in-
telligit, aliquam propositionē, vt pręmissam, & aliquā
vt conclusionem, sed omnes eodem modo, quia esse
pręmissas, & conclusionem pertinet ad viam sciendi,
secundum ꝙ pręmissę sunt aliquid pręcognitum. Ex
quo infertur conclusio, cum omnis cognitio, siue no-
titia ex pręexistenti fit cognitione, iuxta Aristo. 1. po-
steriorum in Deo autem non est via introducendi, &
inducendi aliquam notitiam: ideo non reperitur ibi
ratio pręmissarum, & conclusionis, sed omnia sunt si-
mul cognita, & ęqualiter cognita illi. Item Deus per
eandem intellectionem intelligit hominem, & leo-
H nem, hominem currere, & hominem esse fęlicem, &
sic de cęteris. Nec distinguendum est aliquod intelli-
gibile in Deo ab alio, nec versatur nunc circa vnū in-
telligibile, & postea circa aliud, quia tūc aliquid Deo
decederet, & aliquid adueniret, quod est falsum, sed
omnia simul intelligit, & semper illa intelligit. Con-
tra hoc arguet aliquis. s. ꝙ licet obiectum cum intelli-
gatur determinat sibi vnum actum intelligendi. s. vt si
nos intelligamus hominem, & si intelligamus syllo-
gismum non est idem actus intelligendi de vtroque,
sed alio actu intelligo hominem, & alio actu syllogis-
mum, sed Deus intelligit oīa, ergo necesse est, ꝙ tot
actus intelligendi habeat, quot sunt obiecta intelligi-
bilia. Respondendum est, ꝙ si Deus intelligeret om-
I nia, quę sunt per species ipsorum entium, necesse es-
set, vt tot intellectiones haberet quot essent obiecta:
nam intellectus mouetur ab specie obiecti ad intelli-
gendum illud, sed non est idem motus, vel immuta-
tio spiritualis, quam facit species hominis in intelle-
ctu, & species lapidis, ergo cum concurrat species in-
telligibilis, & potentia intellectiua ad actum intelligē
di, necesse erat secundum pluralitatem specierum re-
præsentantium obiecta multiplicari actus intelligen-
di: sed in Deo non est iste modus, quia in eo non solū
non ponuntur diuersę species obiectorum, per quas
intelligeret, sed etiam non est possibile poni aliquam,
quia tunc Deus esset passiuus, quia recipit aliquid,
quod est extra naturam suam. Etiam non esset ens
K perfectum, quia perficeretur per species aduenientes
agentes in potentiam eius intellectiuam.

Item poneretur compositio, & multa alia incon-
uenientia.

Item sequeretur, ꝙ non esset totus simul, quia intel
ligeret per illas species, & non posset per illas intelli-
gere simul: cum vnitati potentię correspōdeat actus
vnitas, & intelligendo per illas omnes haberet plures
actus. Nec valet si aliquis dicat Deum habere plures
actus simul, & excedit conditionem potentiarum no
strarum. Non enim potest excedere in hoc, quia nec
nos Deo nunc, aut vnquam dedimus, aut cōcessimus
simul duos, aut plures actus, quia poneremus plurali-
tatem,

Deus non intelligit ꝑ species intelligibiles, sed ipsemet est spēs omnium rerum & ꝑ seipsum intelligit.

tatem, & compositionem aliquam: ideo vnicum dici mus actum Dei, si actus dici valeat, & ille non distinguitur realiter ab essentia. Si tamen poneremus in eo species istarum rerum, & per eas intelligere necesse esset, ꝙ aut non haberet simul totum suum esse & intelligere, aut simul haberet plures actus, quorum vtrũque est impossibile: ideo non est ponenda in Deo species alicuius obiecti, sicut est in nobis ad intelligendũ, sed quęcunque intelligit per se intelligit. Aliqui autem philosophorum aduertentes ad modum nostrũ intelligendi per immutationē factam a speciebus, dixerunt, ꝙ Deus non intelligebat aliquid pręter seipsũ, & in illa intellectione fruebatur se tanquã reperiens in se maximum bonum, quod ipse est. Et dicebant hoc, quia si susciperet species ad intelligendum, vilesceret intellectus diuinus, qui perficeretur a rebus extrinsecis, & esset passibilis inquantum intelligeret recipiens alterum, & quia si aliquid pręter seipsum intelligeret, necesse esset, ꝙ illius haberet speciem, & quacunque specie data Deo erat magnum inconueniens, quia sequebantur prędicta nullam ei dederunt. Et ob hoc dixerunt, ꝙ non intelligebat angelos, nec cęlos, aut elementa, vel aliquod, sed se solum esse putabat. Et isti omnem pręscientiam, & prouidentiã Dei, atque regimen in his inferioribus abstulerunt. Nec solum dicebant Deũ non intelligere, quæ erant, aut quæ fiebant, immo ꝙ nesciret an aliquid fieret, vel an aliqua essent agentia, vel passiua. Ecce isti volentes euitare vnum inconueniens, quanta inconuenientia intulerunt. Nam Deum satis ignorantem faciũt, cum eum nescire fateantur, an aliquod ens pręter ipsum sit, nec de hoc dubitantem, aut inquirentem, sed cum ignorãtia nulla magna perfectio est. Item ꝙ nos eum in hac parte excederemus, qui nosmetipsos cognoscimus, & cætera, q̃ extra nos sunt, & ipsum quoque: ipse autem pręter se nihil nouit. Fortassis igitur maius videbitur inconueniēs, ꝙ Deus nihil nisi se intelligat, quam ꝙ species recipiat, per quas cũcta intelligat. Isti tamen philosophi, in hoc ꝙ a Deo species intellectiuas significatiuas rerum eliminant, rectè agunt, ꝙ autem cum nihil præter se intelligat dicẽtes, errant nimis, sed ex impotentia dandi medium hoc prouenit. Putant enim necessarium esse, aut ꝙ præter se nihil intelligat, aut ꝙ omnium eorum, quæ intellexerit species habeat. Sed nihil stat, nam Deus omnia intelligit, sed nullam speciem rerum habet ad intelligendum, sed ipsemet est species omnium rerum, qa est in mente diuina exemplar omnium entiũ, quod necessarium erat ad producendum res. Nam sicut artifex nihil producere potest extra, nisi pręconceperit ideam fabricandorum, vel exemplar, ita & Deus nihil potuisset producere, nisi eorum certissimam haberet ideam, sed produxit cuncta, ergo cunctorũ ideã habet. Per hanc autem sicut cuncta perfectè, & sine errore concepit ad productionem, concipiet nunc ad intellectionem. Nec erit necessaria aliqua species rerum harum ad mentē diuinam traducta, nisi forte qs dicat, ꝙ Deus ad formandas res ēt species aliunde assumpserit. Sed non potest stare, quia cum Deus creauit orbem nullus ens erat præter Deum, ergo nihil erat vnde Deus accipere posset spēs, per quas intelligeret res, quas producturus erat, nisi in seipsò haberet, necesse est igitur, ꝙ in seipso habuerit, & sic nunc ad intelligendum hæc omnia non egebit aliqua specie rei alicuius ab extra. Et ista idea omnium rerum, vel ideę pluraliter si dicere volumus in Deo sunt, nō quidem ꝙ sint aliquid distinctè ab essentia eius, vel intellectu, aut voluntate, sicut species, quas in nobis ponimus dicimus esse distinctas ab intellectu nostro, sed sunt ideæ ipsa mens diuina, quia pręter seipsum

A Deus nihil habere potest, aut recipere, sed nos ex modo intelligēdi nostro dicimus ideas in Deo esse, cum potius ipsę Deus sint. Ad harum verè idearum positionem a fide catholica compellimur, vt patet Ioã. 1. cum dicitur. Quod factum est, in ipso vita erat. i. omnia, quę facta sunt, in Deo viuebant. i. cuncta producta in tempore vitam aliquam habebant in ipso, quia erat in eo figura omnium, & illa est figura viuens. s. ipsa mens diuina, & ob hoc euangelista, quamquam nobis videatur improprie locutus, proprijssimè tamen expressit dicens vita erat, & non viuebant: nam dicendo, quod factum est, in ipso viuebat, signatur ex modo loquendi diuersitas inter Deum, & id quod erat in

B eo viuens. Cum vero dicitur. Quod factum est, in ipso vita erat, signatur identitas cum illud sit vita, scilicet ipsa mens Dei, quę est viuens. s. ars viuens per has igit ideas viuentes Deus intelligit, ideo nō sunt necessariæ species rerum illi. Amplius autem si vellemus magis accedere ad proprietatem diuini esse, non solum non sunt species in Deo, sed etiam includit contradictionem esse aliquid tale, quia Deus est ipsamet intellectio sua, cum non distinguatur in eo potentia ab esse, & actus a potentiis. s. non distinguitur deitas a voluntate, & voluntas non distinguitur a volitione: sed ad esse deitatem non requiruntur species, sed ipsamet sola deitas: ergo ad intellectionē Dei nihil erit necessarium de speciebus. Ecce igitur qualiter Deus omnia intelliget, non quidem per species repręsentatiuas ipsarum rerum, sed per seipsum tanquam exēplar om-

C nium, &, quia mens Dei, per quam Deus intelligit est vnica species, actus erit vnicus: sicut cum nos intelligimus per vnicam speciem non est necesse esse plures intellectiones. Nec solum id, per quod Deus intelligit est vnicum. s. mens diuina, sed etiã est ipsamet intellectio, ideo non multiplicabitur intellectio, quãquam plura sint intellecta. Et sic patet, ꝙ actus intelligendi Dei, est vnicus, & semper est atque indiuisibilis, & per illum omnia intelligit, & ille actus nunquam replicatur, sed semper idem est, & manens sicut ipsa deitas semper manet, cui identificatur.

An Deus intelligat aliquid, vt præteritum, vel futurum, vel omnia, vt præsentia. Quæst. LVII.

D

Amplius autem ex præcedentibus patet, ꝙ Deus non intelligat aliquid, vt futurum vel pręteritum, sed omnia intelligit, vt præsentia. Et patet, quia sicut est esse Dei, ita est intelligere eius: sed Deo nihil est futurum, & nihil est pręteritum, ergo non potest aliquid intelligere pręteritum, aut futurum, sed pręsens. Patet hoc quia quandocunque aliter intelligitur res, quam se habet ad ipsum intellectũ est intellectio falsa: sed omnia Deo se habent, vt pręsentia, ergo intelliguntur, vt pręsentia, alioquin falsum intelliget, quod patet in intellectu nostro: dicitur enim pręterita est creatio mundi, quia esse habuit aliquando, & non coexistit pręsenti

E nostro, ergo pręterita est respectu nostri. Ob hoc cũ nos intelligimus creationem mundi si intelligimus eam pręsentem, vel futuram false intelligimus, quia non se habet sic ad nos. sic autem aduentus antichristi est nobis futurus, quia est aliquando esse habiturus, & non coexistit pręsenti nostro, ideo si intelligamus, vt pręteritum false intelligimus, vel si, vt pręsentem. Ita de rebus ad deum necesse est, vt ipse intelligat eas, vt se habent ad ipsũ, & si aliter intellexerit, errabit intellectus eius: sed res ad Deum habent se, vt pręsentes, & nulla est, quę hoc modo non se habeat, quia dictum est supra, ꝙ esse Dei non est ante aliquas res, nec est post aliquas res: esse ante illas est res esse futuras, sicut esse

Sup. q. 20 51. & 54.

esse nostrum est ante esse antichristi, quod est nobis futurum. Esse post aliquas res est, esse eas pręteritas: ergo nulla res præterita est Deo, aut futura: ergo erūt pręsentes, si igitur Deus intelligat istas res, vt futuras, vel, vt non pręsentes ei.s.futuras, errabit, cum ei vere præsentes sint.

Arguit contra prædictam conclusionem. Quæst. LVIII.

ALIQVIS arguet contra hoc.s.ꝙ non intelligat Deus omnia, vt præsentia, quia cū aliter intelligimus, quam res est false intelligimus, quia ab eo, ꝙ res est, est oratio vera, vel falsa, vt dicitur primo Periher. sed rerum quædam sunt pręteritæ, quędam præsentes, quędam futuræ: qui ergo intelligit omnes per modum præsentis errat, Deus igitur non intelliget sic.

Ad hoc aliquis respondebit, ꝙ intellectus non consequitur modum rerū intellectarū, quia aliqua res est quanta, vel alba, sed non intelligitur sic ab intellectu sub illa quantitate, & albedine, & tamen ab oculo necessario accipitur sub quantitate sua, & albedine: non enim res intelligitur ex conditione esse sui, sed ex cōditione potentię, & cognoscentis. Nam si ex cōditione sua cognosceretur, a quacunque potentia cognosceretur, necesse esset eodem modo cognosci, sed nō eodem modo iudicat de homine sensus, imaginatio, ratio, & intelligentia, sed aliter, & aliter, quia sensus formam vnam, & particulariter: Imaginatio formam sine materia tamen cum conditionibus materiæ. Ratio ipsam vniuersalem cōditionem in particularibus sine particulari conditione considerat. Intelligentia autem solam ipsam rei formam formaliter cōsiderat, nihil abstrahēdo, nec respiciēdo indiuidua, vt ait Boetius de consolatione, lib.5.prosa antepenul.& penult. dicens ergo de Deo, ꝙ quamquam non intelligat res sub conditionibus suis, sed secundum ꝙ conditio diuini intellectus recipit, non errabit, & sic poterit intelligere res pręsentialiter, quę præsentes non sunt.

Sed in hoc considerandum est, ꝙ potētiam nō cognoscere res eo modo, quo sunt stat dupliciter, quia aut se tenet iste modus ex parte potentiæ iudicantis, aut ex parte rei. Si primo modo intellectio vera est. Si secundo modo falsum intelligitur, vtpote intellectus concipit hominem, qui consistit materialiter, & quantus est, atque albus: potest concipere eum aliter, quam est dupliciter: vno modo ꝙ non concipiat eum esse quantum, nec album, nec particulariter existentem, & tunc tenet se ex parte intellectus ista conditio, quæ non apprehendit res sub conditionibus particularibus, & in hoc non est falsitas, quia non est affirmatio, nec negatio: si tamen teneat se hoc ex parte rei cō ceptæ.s.ꝙ intellectus concipiens hominem dicat eū non esse quantum, nec album.s.ꝙ in re non sit quantitas, nec albedo est false intelligere. Ita est de ratione, quæ concipit vniuersale, & tamen in rebus non subsistit aliqua quidditas vniuersalis, sed quidquid subsistit particulare est. Illud tamen particulare ratio apprehēdens non apprehendit sub conditionibus particularibus, sed naturam solam indiuidui considerat, & illud est de vniuersale. si tamen ratio apprehendens vniuersale diceret id quod in re apprehenditur non esse particulare, falsa esset conceptio. Ita de Deo, non cōcipit res, sicut sunt quantum se tenet modus iste ex parte potentię apprehendentis, sed nō prout se tenet ex parte rei apprehensę.s.ꝙ Deus apprehendit oēs res præsentialiter, non quidē ꝙ ipsę pn̄tes sint, qui est modus ex parte rei, sed ꝙ modus intellectus eius iste est, sicut intellectus apprehendit hoīem sine colore: nō quidē,

F ꝙ homo omni colore careat, sed quia modus apprehendendi intellectus iste est, ꝙ cognoscat res immaterialiter. Sed adhuc magis clare dicendum est, ꝙ intellectus diuinus concipit oēs res præsentes ei, quia sic verè sunt pręsentes, & ab existentia rei, vel non existētia accipitur veritas, sicut in intellectione nr̄a, & non est hic totaliter sicut in exemplo superiori, quia intellectus noster potest concipere hominem sine albedine, vel non apprehendendo quantitatem, & tamē rursus potest concipere hoīem cum albedine, & cū quātitate: Deus autem non potest huiusmodi, quia concipit res omnes per modum pręsentis, & non pōt concipere non pręsentes.s.pręteritas, vel futuras, ideo dicendum, ꝙ Deus res omnes pręsentes intelligit, quia ei verè pręsentes sunt. Et sicut nos erraremus si intel-
G ligeremus aliquid esse futurum, quod pręteritum est, & pręteritum quod futurum est, ita est de Deo: si intelligeret aliquid pręteritum, vel futurum, quia ei omnia pręsentia sunt, vt supra declaratum est. Sed dicet aliquis, ꝙ non sint omnia pręsentia Deo, quia tūc sequeretur, ꝙ omnia essent præsentia inter se: nam quæcunque vni, & eidem sunt eadem, inter se sunt eadem, vt patet.2.Elenchorum, sed cursus hominis, qui est nūc est præsens Deo, & antichristus est pręsens Deo, ergo cursus, qui est nunc, & antichristus sūt præsentes inter se. Sed falsum est hoc: ergo non sunt antichristus, & iste cursus pręsentes Deo.

Respondendum est non tenere consequentiā, quia non accipitur pręsentialitas secundum idem: nam cū *Vide infra q.58.*
H dicitur, ꝙ cursus hominis, qui est nunc est p̄sens Deo, non dicitur ei pręsens, secundum istud nunc temporis: ita ꝙ cursus sit in isto nunc, vel in isto tempore, & Deus sit in eodem nunc vel tempore, sed accipitur p̄sentialitas ista secundum nunc ęternitatis, in quo Deus est proprie, & iste cursus est large in illo inquantū nō deficit, dum ęternitas est. Idem modus est, cum dicitur, ꝙ Deo est pręsens antichristus: nam secundū instans ęternitatis accipitur ista pręsentialitas. Cum vero concluditur ergo cursus iste, & antichristus sunt præsentes inter se, non dicitur de pręsentialitate, secundū quam comparabantur ad tertium, sed de pręsentialitate, quæ pertinet ad tempus, vel instans tēporis, ideo non valet: Si tamen concluderetur de pręsentialitate
I eadem, teneret consequentia.s.si referrentur inter se secundum pręsentialitatem, quam habent in ęternitate erit verum.s.ꝙ antichristus, & iste cursus sunt præsentes inter se quantum ad instans ęternitatis, ita ꝙ respectu illius præsentes sint, & erit sensus, ꝙ quilibet eorum sit pręsens illi eidem instāti ęternitatis, & hoc verum est, quia eidem totaliter ęternitati est præsens creatio mundi, cui est præsens aduentus antichristi. Et hoc modo non sequitur inconueniens ponendo omnia esse Deo præsentia.

Sed adhuc arguet aliquis, ꝙ non sint omnia pręsentia Deo, q̃a quod non est, non est pręsens, sed antichristus non est, ergo non est pręsens Deo. Item creatio mundi nullo modo est, ergo nequaquā erit Deo pn̄s. *2. argum. principale contra cōclusioné.*
K Respondendum est hic committi fallaciam, & p̄t distingui vtraque pręmissarum. Prima.s.quod non est non pōt esse pręsens Deo, pōt dupliciter intelligi eē, aut pro esse, quod est in pręsenti, aut p esse qualitercunque, aut quomodocunque. Si primo modo est falsa propositio, quia ad esse pręsens aliquid Deo, nam oportet ꝙ sit in nunc tp̄is, quod est istud pręsens, quia Deus non determinat sibi aliquod nunc temporis, in quo sit, cum non sit in tempore, nec in instanti tēporis, si autem Deus esset in instantibus tēporis, necesse esset, vt quodcunque esset, Deo pręsens esset in instanti temporis, quod est nunc, vel q̃ocunque diceret eē ei pn̄s. Sed Deus nihil horū sibi determinat, ideo non habet

habet maiorem cōuenientiam ad Deum tp̄s pręsens quàm pręteritum quā futurum: si ergo quod nunc est Deo pn̄s dr̄, identidem dicetur ei præsens, quod futurum est dum tñ aliqñ esse habeat, & quod in pręteritū abijt, quia aliqñ esse habuit. Ad esse ergo pręsens Deo, requiritur ꝙ res sit aliqñ, sed ꝙ nunc, vel ante aut postea non requiritur, sed quodcunq; sufficit. Si accipiatũ secundo modo, s. quod non est, non est pręsens Deo, est verum: quia quod nunquam esse habet, i. in nulla parte temporis, vel cui non habet aliquam pręsentialitatem ad Deum. Minor quoq; distinguenda est. s. Antichristus non est, quia aut accipit pro esse, quod est nunc, idest, ꝙ non est nunc, aut pro esse simpliciter, s. ꝙ nequaquam habet esse in aliqua parte temporis, vel cui. Primo modo est vera, & tñ tunc non valet consequentia, quia licet non sit nunc, est tñ pręsens Deo cū non magis Deus sibi determinet pro esse suo istud instans, q̄ futurum, vel pręteritum. Si accipiatur secūdo modo est falsa, quia Antichristus est cum aliqñ esse habiturus est. & quia f̄m illud esse erit ei pręsens, & instans Dei f̄m quod Antichristus erit pręsens Deo, est id quod nunc Deus habet, dicitur simpliciter de Antichristo, ꝙ sit pręsens Deo, q̄q̄ non concedatur, ꝙ sit pręsens nunc Deo, & hoc modo omnia sunt pręsentia Deo tam ea, quę pręsentia sunt f̄m conditionem tp̄is quàm pręterita & futura. Quia esse pręsens Deo aliquid est habere aliquam pręsentialitatem ad illud instans æternitatis, quod est mensura Dei, sed illud qñcunque est, ergo qñcunque res fuit est pręsens ęternitati & Deo. Nec solum sunt pręsentia Deo, sed e͞t semper, & simul sunt pręsentia, vt s̄. declaratum est. Et q̄q̄ vna res sit ante alteram, tamen non est prius pręsens Deo, quia id f̄m quod est Deo pręsens nō est aliquod instans durationis rei, sed instans ęternitatis Dei, ad quod res aliquo modo comparant. & quia istud semper idem est, & totum simul non hn̄s aliquid præcedens, nec subsequens: necesse est vt illorum, quę f̄m illud idem instans æternitatis sunt Deo pręsentia nullū sit prius pręsens ei quàm alterum. Licet enim ista vera sit, ꝙ vna res sit prius altera; tñ non est verum, ꝙ vna sit prius quàm altera, quia esse prius, & posterius accipitur in rebus f̄m conditionem sui esse, & quia suum esse est in tēpore, quod habet prius, & posterius erunt res inter se f̄m prius, & posterius, sunt aūt pręsentes ad Deum non f̄m conditionem sui esse, sed f̄m instans ęternitatis Dei, & quia in illa nō est prius, & posterius impossibile est, ꝙ vna res prius habeat pręsentialitatē ad Deum quàm alia. nec Deus poterit intelligere vnā earum, vt prius pręsentem sibi quàm aliam. ad veritatem enim propositionis requiritur veritas rei, sed in re non est aliquid prius Deo præsens quàm aliud, ergo nihil est prius intellectum a Deo quàm aliud, vt pręsens.

Et sc͞dm hoc satis patet responsio ad quascunque calumnias: nam Deus intelligit rē sicuti est, ideo non fallitur. Et cum intelligit omnia, vt pręsentia verum est, quòd ad eum sunt, vt pręsentia. Nam licet in seipsis ad conditionem temporis relatę nō sint pręsentes, tamen ad Deum relatę pręsentes sunt. Vnde intelligit Deus res, non quidem sicut se habent simpliciter in seipsis, sed sicut se habent ad eum.

Quartum argumentum principale contra conclusionem positam quæst. 57. similiter quintum argumentum, & sextum refelluntur. Quæst. LIX.

SED tunc dicet aliquis, quòd non stabit, quia qñcunque pręddicatur aliquid de re, quod est absolutum, ad quodcunq; referatur, semper recipit eandem pręddicationem, si autem pręddicatum sit respectiuum referendo ad vnum aliquid, fortè erit pręddicatio vera. Ad alterum autem referendo erit falsa, vt hominem esse est absolutum; ideo siue comparetur Plato ad Deum, siue ad lapidem, semper dicetur homo esse patrem est respectiuum, ideo Plato cōparatus ad Sortem forte erit pater, sed comparatus ad Demosthenem non erit pater, sed hominem esse est esse pręsentem, & esse est aliquid absolutū, ergo nihil magis res dicentur esse pręsentes, si cōparentur inter seipsas, quàm si comparentur ad Deum, vel quodcunque ens. Falsum erit igitur, ꝙ res comparatę ad Deū sunt pręsentes semper, comparatę autē ad seipsas non sunt pręsentes.

Respondendum est, quòd in pręddicatis absolutis ad quodcunque comparentur res semper sortiuntur idem prædicatum, sed esse præsens, non est aliquid absolutum. Quod patet, quia quęcunque res est pręsens non dicitur pręsens in seipsa, sed alteri est pręsens: si tamen esse pręsens esset aliquid absolutum in seipsa esset pręsens, sicut Sortes in seipso est homo, & non ad alterum. Etiam quicunque est pręsens dicitur esse pręsens secundum aliquid, quod nō solum est in ipso, sed etiam in alio, s. secundum aliquod instans in quo comparātur res pręsentes. Hoc dato patet, quòd res sunt pręsentes Deo, vel non repugnat esse pręsentes Deo quamquam non sint pręsentes inter seipsas, sicut Sortes non est nunc pręsens Platoni, quia nō est nunc Plato: est tamen pręsens Demostheni. Nam pręsens Platonis non est nunc, in quo est pręsens Sortis, & Demosthenis: si tamen pręsens Platonis esset nunc sicut Sortes est pręsens Demostheni, ita esset pręsens Platoni.

Ita est de Deo, quia pręsens suum, quod est ęternitas est cum pręsenti cuiuslibet rei, ideo omnia ei necessario pręsentia sunt, sed pręsentia rerum nō sunt eadem, & præsens vnius rei non est cum præsenti omnium aliarum, ideo non poterunt esse inter se præsentes, & Deo necessario sunt præsentes. Si autem detur oppositum necesse est, quòd dicamus præsens Dei nō esse cum pręsenti cuiuslibet rei, & tunc Deus nō semper erit, quod falsum est, cum esse Dei sit interminabile & totum simul. *Cōfert ad solutionē arg. supra quæst. 58.*

Sed adhuc instabitur fortius, quòd non possint omnes res esse pręsentes Deo, quia non solum non sunt omnes res inter se pręsentes, quod est respectiuum, sed etiam non sunt in seipsis habentes aliquod esse: ergo nec poterunt esse præsentes respectu Dei, sicut si Sortes non est homo, sed lapis, non poterit esse homo respectu Dei. Ita cum esse pręsens pręsupponat ens, & omnes res non sunt nunc entia in seipsis, non poterūt esse entia in comparatione ad Deum, & consequēter non poterunt ei esse pręsentes.

Respondendum est hic committi fallaciam, cum dicitur, quòd res non habent esse in ipsis, ergo non habent in comparatione.

Concedendum est enim esse, quòd sit absolutum, & si res non habet esse in seipsa, non habet aliquo modo esse in comparatione ad Deum, vt quia chimera in se nullam entitatem habet, in comparatione quoque ad Deum ipsa non erit ens.

Et tamen cum dicitur, quòd multę res in seipsis non habent esse aliquod: est duplex sensus. Vno modo, quòd nullum esse habent absolutè sumendo, nec comparando ad hoc tempus, nec illud vel aliqua signata instantia, & quę isto modo non habent esse nūquam esse habere possunt, & hęc solum sunt entia prohibita, vel impossibilia, de quibus prouisum est, ꝙ nunquam esse habent.

Alio modo accipitur de multis rebus, ꝙ non hēnt esse in seipsis, s. ꝙ non habent esse in pręsenti, licet aliquando

quando habuerunt, vel aliquando habituræ sunt. Primus modus est absolutus, quia negatur esse absolutè non comparādo id ad aliquod tempus, & isto modo non est verum de Sorte mortuo, ꝙ non est in seipso, quia solum tollitur ei, quòd non sit nunc; tamen aliquod esse habet cum aliquo tempore fuerit, & sic huiusmodi res erunt pręsentes Deo, & in se sunt entia, licet non sint, nunc entia.

Si autem accipiatur secundo modo non esse, idest, non esse nunc est respectiuè sumptum, quia licet res talis in respectu ad istud nunc non habeat esse, habuit tamen respectu alicuius nunc. & tunc licet respectu huius nunc non sit res: ens non tolletur quin sit ens, & quin sit præsens Deo, cum alteri instāti præsens fuerit. Et si illud instans, cui sortes mortuus erat præsens maneret, Sortes esset pręsens illi, sed perijt, ideo non est ei Sortes præsens. Et quia instans vnicum Dei, quo est cuicunque rei præsens est, cum semper sit, & illud non deficiat, & Sortes mortuus illi instanti fuerit pręsens, manet autem illud idem, immo totum simul, qđ tunc erat: ergo in toto illo instanti verū est, quòd Sortes est præsens Deo, & sine aliqua connotatione est, ista vera de Sorte mortuo, ꝙ Sortes est præsens Deo. Nec accipimus de anima, quæ semper manet, sed de toto composito, quod aliquando vixit. Ideo ad formam argumenti respondetur, cum dicebatur nullæ res possunt esse pręsentes, nisi sint entia, sed res multę non sunt nunc entia, ergo non sunt nunc præsentes: dicendum quòd non bene concluditur, quia non sumitur totum in conclusione, quod sumebatur in minori, quia dicebatur res non sunt nunc entia, & tunc debebat concludi, ergo non sunt nunc pręsentes, vel nunc pręsentes Deo, & vtrunque verum est, quia nō est concedendum, quòd omnia sunt nunc Deo præsentia, sed est concedendum, quòd omnia sunt Deo pręsentia.

Et si dicas si non sunt nunc præsentia, in quo sunt pręsentia? quia pręsentialitas dicitur ad nunc.

Respondendum est, quòd res sunt pręsentes Deo secundum aliquod nunc, sed illud non est nunc nr̄m, sed nunc ęternitatis, & ob hoc quamquam non sint in nunc, pręsentes sunt. Si autē volumus concludere simpliciter sine nunc, non ponatur nunc in minori, & tenebit argumentum, vt si dicatur: Nulla res potest esse præsens, nisi sit ens: sed multæ res sunt, quę non sunt entia: ergo multæ res non sunt præsentes Deo. Tunc illatio est bona, sed minor est falsa, quia nulla res est, q̄ non sit, quia negatur ibi entitas simpliciter rebus, iō tunc in nullo tempore erunt: tamē verum est, ꝙ multæ res sunt, quę non sunt nunc, & sic patet, ꝙ Deus intelligit res, vt sunt, s. sicut se habent ad ipsum, non aūt vt sunt ipsę, idest, sicut sunt ex conditione temporis, quia ad eum non se habent sic. Sed adhuc aliquis arguet, ꝙ Deus non intelligat omnia vt pręsentia, quia tunc non distingueret de illis, quæ essent pręsentia, & quę essent pręterita aut futura: nam cum rerum quędam sunt pręsentes, alię autem pręteritę, & quędam futurę sint, qui omnia vt pręsentia intellexerit errabit, quia non distinguet in eis prius, & posterius sicuti in ipsis est: Deus tamen non fallitur in cōditione rerum cognitarum, ergo non cognoscit omnia, vt pręsentia.

Respondendum est, ꝙ cognoscere omnia, vt præsentia stat dupliciter, quia aut iste modus est ex parte potentię cognoscentis, scilicet ei se habeant res pręsentialiter, sicut ad intellectum se habent res vniuersaliter, aut consideratur ex parte rerum cognitarum, scilicet, quia intellectus ille iudicet pręsentialitatem esse ex parte rerum cognitarum: ita quòd illæ sint pręsentes, & istud falsum est. ita de intellectione diuina dicēdum, quod cum dicitur Deum cognoscere omnia si-

F bi pręsentia, attenditur ista pręsentialitas tāquam quędam conditio modi intelligendi Dei, cui nihil potest esse futurum, aut pręteritum, quia totus simul & semper est. Et non accipitur ex parte conditionis rerum, scilicet, quòd Deus intelligat omnes res esse pręsentes, quia eas, quę pręsentes sunt, intelligit esse pręsentes, quæ vero futuræ sunt iudicantur ab eo futurę, & sic de pręteritis.

Alio modo dici potest, quòd Deus intelligit omnia vt pręsentia, & intelligit ea, vt sunt: nam res considerantur dupliciter, aut comparatę ad Deum, aut relatę ad conditionem temporis, in quo sunt: si primo modo omnes res sunt verè pręsentes Deo sine aliqua fictione intellectus nostri, quia veraciter instans illud
G vnicum ęternitatis in quo Deus est semper durat, & illud est, in quo ipse semper pręsens est: ergo verè res sunt ei pręsentes, & semper pręsentes, & sic intelligit omnia esse sibi pręsentia, immo si intelligeret aliquid non esse sibi pręsens falsè intelligeret, velut si ego intelligerem creationem mūdi esse futuram, quia sicut mihi verè pręterita est creatio sęculi, ita omnia sibi verè pręsentia sunt, & quia intellectio mea complexionis est falsa, quia aliter quàm res ad me se habeat iudico: ita Deus si iudicaret aliquam rem esse sibi futurā, cum nulla ei futura sit, erraret. Si autem res considerentur in seipsis, nō sunt omnes pręsentes, sed quędā, & aliæ futuræ, & quædam præteritę, & tunc intelligit Deus eas futuras præteritas, & præsentes. Cum tamen dicitur, quòd Deus intelligit omnia, vt præsentia sibi,
H tangitur modus, qui est ex parte cognitionis Dei, & non conditio rerum cognitarum, & ille est pręsentialitas. & sic verum est quòd res, quæ sunt præsentes præteritæ, & futuræ intelligūtur a Deo vt præsentes, sicut res, quæ sunt particulares intelliguntur a nobis vniuersaliter: non tñ conceditur, ꝙ res pręteritas, & futuras Deus cognoscit esse pręsentes: multū enim differunt istæ duæ propositiones, scilicet Deus cognoscit omnia vt præsentia, vel Deus cognoscit omnia esse præsentia, quia prima tangit conditionem intelligentis, secunda conditionē rei intellectę. Et hoc modo Deus cognoscens omnia præsentialiter non perturbat conditionem rerum, sed eam, quę secundum tempus est pręsens iudicat esse præsentem, eam autem, quæ secūdum tempus pręterita, vel futura est, talē esse iudicat.
I

Septimum argumentum principale contra conclusionem positam. q. 57. Atque item octauum, & nonum argumentum reprobantur. *Quæst.* LX.

SED adhuc aliquis arguet nō esse omnia pręsentia Deo, sed aliqua pręterita, & futura. Quod patet, dies iudicij est, & ille est futurus, ergo est Deo futurus. Identidem creatio mundi est, & illa est pręterita, ergo est Deo pręterita. R̄ndendum est non valere consequētiam formaliter, sicut nec valet ista: Aduentus Antichristi est, & ille est futurus, ergo aduentus Antichristi est futurus Antichristo. Sed fal-
K sum est, quia ipsi erit pręsens aduentus suus, cum ipse erit, qui veniet. Identidem ista cōsequentia non tenet: Formatio Adę est ens, & formatio Adę est pręterita, ergo est pręterita ipsi Adę. Nam formatio Adę non est pręterita ipsi Adæ formato, quia ipse erat dum formabatur, quia quod gignitur, cum gignitur genitum est.

Eodem mō nō sequitur, ꝙ formatio Adę sit pręterita Deo, vel aduentus Antichristi sit futurus. Fundām autem huius est, quia non est futurus Antichristo aduentus suus, quia idem erit instans, vel tp̄s in quo erit aduentus Antichristi, & Antichr̄s, ita idē instans fuit formationis Adę, & ipsius Adę formati: ita cū tunc sit instans

instans illud vnicum, in quo Deus est, quamquã nunc A
futurum sit Antichristum esse venturũ, tamen Deo, qui tunc totum esse suum habebit, & præsens, non est aduentus Antichristi futurus, sed præsens. Si autem detur oppositum, scilicet, quòd aduentus Antichristi sit Deo futurus, necesse est, quòd aut nõ sit tũc Deus, cum Antichristus fuerit, aut non habeat eandem partem essendi, vel idem instans, quod nunc habet. Sed vtrunque falsum est: primum quidem, quia esse Dei est indeficiens: secundum autem, quia esse Dei est totum simul, & necesse est esse idem instans Dei, quod nunc habet, & quod semper habebit.

De formatione Adę identidem dicẽdum est, quòd non sit Deo præterita, quia cum illa erat, Deus erat: & illud instans mensurans esse tunc habebat, quod nũc
& semper habet: alioquin dato quòd illa præterita sit B
Deo, dicetur, quòd Deus aut tunc non erat, aut nõ habebat eandem particulam essendi, & idem instans essendi quod nunc habet, sed vtrunque est, vt patet ex prędictis, quia Deus semper est, & semper idem esse, & totum simul habet.

Sed adhuc alio modo arguetur, quòd non omnia sint præsentia Deo, quia creatio mundi in comparatione ad Deum est, & creatio mundi est pręterita, ergo creatio mundi Deo est pręterita. Identidem de futuro, aduentus Antichristi in comparatione ad Deum est, sed aduentus Antichristi est futurus, ergo aduẽtus Antichristi Deo est futurus, vel in comparatione Dei est futurus.

Respondendum est non tenere consequentiam, C
quia peccatur per fallaciam accidentis, cum per id qđ conuenit infertur, quod non cõuenit, vt cum dicitur: Tu cognoscis Corriscum, & Corriscus est veniens, ergo tu cognoscis venientem. Consequens est falsum, & fallacia accidentis: ita enim est in his exemplis sicut in argumento de Corrisco, quia huic quod est me cognoscere Corriscum accidit eum esse veniẽtem, ideo si per hoc inferatur aliquid peccatur per fallaciã accidentis: ita hic creatio mundi in comparatione ad Deũ est: huic enim accidit eam esse pręteritam, vel futurã, quia istæ res sunt pręteritę, vel futuræ secundum conditionem temporis, & Deus non cognoscit eas secundum conditionem temporis, sed secundum simultatem ęternitatis, ideo cognitioni suæ, quam de rebus D
habet, accidit quòd res illę cognitę sint pręteritę, vel futurę, quia non cognoscuntur in rationibus his, nec facit hoc magis, aut minus ad esse cognitas a Deo. De Antichristo enim venturo per accidens est aduẽtum hunc futurum esse ad cognitionem Dei, quia non cognoscit eum sub ratione futuri.

Ex prędictis patet, quòd sicut Deo nihil potest esse pręteritum aut futurum, sed omnia qualitercũque se habeant sunt pręsentia, ita nõ poterit intelligi aliquid ab eo, nisi per modum pręsentis.

Sed adhuc arguetur, quòd nõ intelligat omnia per modum pręsentis, quia multa sunt futura & pręterita, sed ista nõ habent modum pręsentis: ergo falsè intelligit, si intelligat ea per modum pręsentis.

Respondendum est, non valere consequentiam, E
quia non accipitur id in conclusione, quod in minori sumebatur, sed deberet sic cõcludere, sed multa sunt pręterita, & futura, & illa non habent modum pręsentialitatis, ergo Deus falsè intelligit, si intelligat ea habere modum pręsentialitatis. Vel si vult accipere in minori, sicut accipiebat in cõclusione, debet sic argui: Multa sunt pręterita & futura, & illa non habet modum pręsentialitatis ad Deum: ergo Deus falsè intelligit, qui illa per modum præsentialitatis intelligit. Sed nunc licet teneat consequentia, antecedens tamen falsum est, scilicet, quòd pręterita, & futura, non habeant ad Deum modum pręsentialitatis, nam nihil est quantumcunque futurum, vel pręteritum, quod ei pręsens non sit cum semper sit, & totum esse suum simul habeat, & includit cõtradictionem aliquid ei pręteritum esse, vel futurũ, vt ex prędictis patet. Iõ quomodocunque arguatur de prętęrito, & futuro cognitis a Deo ad tollendum simultatem, & pręsentialitatẽ intelligendi Dei: cauẽdum est, quòd dicamus Deum intelligere prętęrita, & futura, vt pręsentia: sed non ꝙ dicamus intelligere prętęrita, & futura esse pręsentia, quia primum est verum, secundum autẽ includit contradictionem, quod patet quia quę nõdum sunt cum ad Deum pręsentialitatem habeant, dicentur futura esse, vt pręsentia, & quę iam fuerũt ad esse Dei pręsentialitatem habent, vt patet ex dictis. ergo intelligũtur, vt pręsentia. Secundum est impossibile, s. prętęrita intelliguntur a Deo esse pręsentia, vel futura intelliguntur esse pręsentia.

Decimum argumentum principale contra conclusionem positam quæst. 57. Et an Deus possit intelligere præteritionem, & futuritionem, vt præsentia, & an sint vere præsentia. Quæst. LXI.

Sed adhuc arguetur, quòd Deus non possit intelligere omnia vt pręsentia, quia Deus intelligit prętęritionem, & futuritionem, & ista non possunt intelligi per modum pręsentis: non est autem dicendum, ꝙ Deus non intelligat futuritionẽ, & prętęritionem, quia ista sunt entia, Deus autem omnia entia intelligit, nedum hęc, sed etiam nõ entia possibilia esse, & non entia impossibilia esse.

Respondendum est, ꝙ Deus intelligat omnia entia per modum pręsentis, etiam futuritionem, & prętęritionem, non potest autem aliquid verè intelligi a Deo per modũ pręsentis, nisi sit verè pręsens sic, ideo necesse est concedi, quòd futuritio, & prętęritio Deo pręsentia sint, & tunc intelliget eam per modum pręsentis. In quo considerandum est, ꝙ cum dicimus Deus intelligit Antichristi aduentum futurum, vel ipsum Antichristũ, qui futurus est, aut accipimus a Deo cognitum esse ipsum Antichristum, qui dicit quoddã ens absolutum, quod non dicit specialiter aliquã connotationem tpis, aut dicimus cognitũ esse a Deo Antichristum, vt futurus est, vel dicimus cognitum esse ipsum ratione futuritionis. Quodlibet istorum est ens, ideo necessario a Deo intelligitur per modum ꝑsentis, & necesse est quodlibet esse pręsens, & sic concedẽdum est quodlibet horum esse pręsens Deo. De primo, quod est Deum cognoscere Antichristũ, vel aduentum Antichristi absolutè non comparando ad aliquam connotationẽ manifestũ est, ꝙ possit cognosci per modum pñtis, quia Deo est pręsens quõcunq; sit, & non dicit aliquam rationem ꝓriam pręsentialitati, & sicut verè pręsens est, ita verè intelligi põt a Deo, vt pręsens ei. Secundum erat, ꝙ intelligeret Antichristum esse futurum, vel sub ratione futuri, & hoc eodẽ modo debet esse pręsens Deo ad hoc, ꝙ intelligat sub ratione pręsentis, & verum est, ꝙ est pręsens. Sed sciẽdum, ꝙ Antichristum esse futurum, vel sub ratione futuri, dicit duo; vnum negatiuum, & vnũ affirmatiuũ, s. ꝙ Antichristus nunc non habeat esse, & aliqñ habeat esse post hoc. Primum, quia negatiuum est nõ est ens, & consequenter nõ habet aliquam pręsentialitatem ad Deum, habet tñ pręsentialitatẽ per suum oppositũ: sicut enim rectus est iudex sui, & obliqui iuxta Aristotel. quinto Physicorum. ita & habitus est iudex sui, & priuationis, & affirmatio est iudex sui, & negationis. Et sicut licet vtrunq; extremum contradictionis non existat, & tamen vtrunque cognoscitur, scilicet vnum

per alterum, ita cum affirmatiuum, vel positiuum Deo præsens sit: negatiuum quamquam secundum se non intelligatur, intelligitur per positionem aliquã quæ est iudex illius, & illa est præsens. Sufficit autem hoc, quòd id quod intelligitur per modum præsentis sit Deo præsens, nam cum nunc esse sit aliquid, & sit Deo præsens: Antichristum non esse nunc intelligitur per hoc, quod est nunc esse, & est ens atque Deo præsens.

Secundum est positiuum, scilicet, quòd Antichristus habeat esse aliquando postea, & istud est Deo pręsens: nam illud quando; in quo habebit esse Antichristus præsens Deo est, sicut istud præsens, vel instans, quod est nunc, & esse, quod tunc habebit Antichristus. Deo præsens est cum illud tunc verè pręsens erit, & Deus est verè præsens illi præsenti secundum illud instans durationis, per quod nunc est præsens.

Tertium erat, quòd ratio futuritionis sit Deo præsens. De hac posset dicere aliquis, sicut de esse futurorum, quòd importat duo, scilicet, non esse nunc, & postea esse: vtrunque est Deo pręsens. Primum non per se, sed per suum oppositum affirmatum, & hoc sufficit ad hoc, quòd intelligatur per modum præsentis. Secundum per seipsum est pręsens, quia est positiuum: & quamquam non sit præsens secundum conditionem temporis, est tamen præsens Deo secũdum conditionem æternitatis.

Aliter & manifestius dici potest, quòd pręteritio, & futuritio sunt rationes pertinentes ad relationem: nã non est aliquid futurum, nisi secundum quod refertur ad pręsens, & idem de pręterito, & non haberet esse aliquod pręteritum, & futurum, nisi secundum quòd

In q6. 31. referuntur ad pręsens, vt declaratum est supra. & ista est propria conditio relatiuorum iuxta Aristot. in prędicamentis, scilicet. Ad aliquid verò talia sunt, quęcũque ipsum, quod sunt, aliorum sunt, vel quomodolibet aliter ad aliud. Et istæ pręteritiones, & futuritiones sunt præsentes, immo impossibile est futuritionẽ esse futuram, & pręteritionem esse pręteritam: sed futuritio, & pręteritio sunt præsentes, & pręsentialitas est pręsens, & rem futuram esse est pręsens atque pręteritam esse. Ipsa enim res, quę futura est, non est pręsens, & quę pręterita est, non est pręsens, sed futuritio pręsens est, atq; pręteritio, & esse futurum est pręsens, & esse pręteritum est pręsens. Quod patet, quia Antichristus, qui est futurus, non est pręsens, & creatio mũdi, quæ est præterita non est præsens: tamen Antichristum esse futurum, non est futurum, sed est pręsens. Nam licet non sit verum dicere, quòd Antichristus nunc est: tamen verum est, quòd Antichristus nunc futurus est, ergo futurum esse est nunc. Et patet magis, quia si futurum esse esset futurum, ergo quando Antichristus qui est futurus, esset, tunc esset futurus, sed quando ipse erit, non erit futurus, sed pręsens, ergo necesse est, quòd ipse sit futurus, cum non est, antequam fuerit: sed nunc nõ est, antequam fuerit, ergo nunc est futurus. Eodem modo esse pręteritum, & in pręsenti, quia creatio mundi, quæ est pręterita nunc non est, & tamen nunc pręterita est, ergo pręteritum esse est in pręsenti. Item res non vocatur pręterita, quando non est, quia tunc pręsens est, sed quando non est, postquam fuerit: sed creatio mundi nunc non est, & fuit, ergo nunc pręterita est.

De futuritione ipsa, & pręteritione eodem modo dicendum est, scilicet, quòd pręsentes sint: nunc enim est futuritio aduentus Antichristi, & nunc est pręteritio creationis mundi, quia quandocunque aliquid est pręteritum, est ibi præteritio, sicut cum album subsistit, necessario ibi est albedo, sed pręteritum esse, & futurum esse est in pręsenti: ergo futuritio, & pręteritio

F sunt in pręsenti, & impossibile est futuritionem esse in futuro, quia quandocunque est futuritio, est esse futurum, sicut cum est albedo, necessariò aliquid est album: sed Antichristum esse futurum non est in futuro, sed in pręsenti, quia si esset futurum, Antichristum esse futurum, non esset nunc verum dicere Antichristus est futurus, sed verum est, ideo non est futurum, sed pręsens est: ergo ipsa futuritio præsens est. Idem modus arguendi per omnia est de pręteritione, quòd sit pręsens. Nec existimet aliquis ista esse absurda, tanquam prędicentur opposita de oppositis, s. pręsens de præterito & futuro: nam futuritio, & esse in pręsenti non sunt opposita, licet futuritiò, & pręsentialitas op- ponantur: ideo futuritio nunquam erit pręsentialitas, Solutio rationis dubitationis. in qõ.39.

G & tamen erit in pręsenti. Ita dictum fuit supra latè de potentialitate, & actu, ꝙ potẽtialitas est in actu, vel est actualiter, & tamen potentialitas non est actus, vt hominem posse currere, est nunc, & ista est potentialitas, sed hominem posse currere non est actus, & ista potẽtialitas necessario est in actu, nam si non esset in actu non posset nunc Sortes currere, vel esse niger, posse autem hæc est per potẽtialitatem: ergo ista est in actu, & impossibile est potentialitatem esse in potentia, qa tunc non esset aliquid, per quod res sit in potentia ad potentialitatem. Sicut ergo potẽtialitas, & esse in actu non sunt opposita, sed potentialitas est actus: ita præteritio, & futuritio non sunt contraria ad esse in actu, sed præteritio, & futuritio sunt contraria ad pręsentialitatem, & sicut potentialitas ad aliquid non est in poten-

H tia, sed in actu; ita futuritio non est futura, sed pręsens: & sicut impossibile est potentialitatem esse in potentia, quia non esset aliquid, per quod res esset in potentia, ita futuritio non potest esse futura, quia tunc nihil esset, per quod res esset futura. Ita quoque de entibus potentialibus dicitur, ꝙ illa non sunt in actu accipiendo potentiale pro forma, quę recipi potest, & nõ pro subiecto receptiuo, & tamen esse in potentia est actualiter, vel in actu, vt Sortes est in potentia ad esse album, & hoc est actualiter, tamen Sortes non est actualiter albus. Potentiale ergo non est in actu, sed esse potentiale, vel esse in potentia est in actu. Ita id qđ futurum est, non est præsens, sed esse futurum est pręsens, & non potest dici esse futurum, ꝙ sit futurum, tñ

I non dicetur, ꝙ esse futurum sit esse pręsens, ideo non opponuntur esse futurum, & esse in pręsenti, sed esse futurum, & esse præsens, & opponuntur futurum, & præsens. Et sic patet inductum de omnibus his tribus, ꝙ Deo pręsentia sint, sed id, quod Deo præsens est potest ab eo intelligi, vt p̃sens. ergo omnia intelligi possunt a Deo, vt pręsentia. De pręterito autem similia exempla poni deberent, & idem modus probandi est per omnia, ideo dicendum, ꝙ Deus intelligit futurũ per modum præsentis, & esse futurum per modum præsentis, & ipsam futuritionem, & pręteritionẽ per modum pręsentis. Tria membra supradicta sunt Deo præsentia.

K *Vndecimum argumentum prius, duodecimum deinde ac 13. proponuntur, quæ videntur facere contra conclusionem positam quæst. 57. & singula refelluntur.* *Quæst.* LXII.

Sed adhuc arguet aliquis, ꝙ non intelligat Deus omnia per modum pręsentis, quia Deus intelligit Sortem non in ratione pręsentis, ergo nõ intelligit Sortem, vt pręsentem. Probatur antecedens, quia Deus intelligit omnia, & Sortem esse, & nõ per modum pręsentis est aliquid, quia esse per modum pręteriti, vel futuri est aliquid, & iste non est modus præsentis, ergo nõ intelligit Sortem per modum pręsentis

Respondendum, ꝙ in istis propositionibus est fallacia

lacia compositionis, & diuisionis: quia cum dicitur Deus intelligit Sortem nõ per modum præsentis: ista determinatio, scilicet, non per modum præsentis potest determinare illud verbum intelligit, vel quoddam participium subintellectum, s. entem, vel existentē. Si primo modo est propositio falsa, scilicet, quòd Deus Sortem intelligat, & non per modum præsentis: & hoc est falsum, quia cum Sortes sit præsens Deo, si intelligatur ab ipso aliter quam per modum præsentis est error. Secundo modo est sensus, Deus intelligit Sortem non per modum præsentis, sed per modum præteriti, vel futuri: quia futurus, vel præteritus est: & tunc est sensus, quòd Deus intelligat Sortem, qui est præteritus, vel futurus, & eum esse præteritum, vel futurum: & hoc verum est.

Et necesse est concedi hoc modo, quòd Deus intelligat Sortem, vel Antichristum non per modum præsentis, quia istud est aliquod ens, quæ omnia dicimus intellecta a Deo. Et quandocunque tales propositiones ponantur, concedendę sunt, si ille modus teneat se ex parte rei intellectę, sed non ex parte intellectionis Dei.

Si autem referatur ad diuinam cognitionem, probationes non procedunt, quia tunc deberet sic fieri probatio, Deus intelligit omnia, & Sortem intelligi a Deo, & nõ per modum præsentialitatis, est aliquid: ergo hoc Deus intelligit. Sed tunc minor est falsa, scilicet, quòd Sortem intelligi a Deo, & nõ per modum præsentis, est ens: non est enim ens, cum nihil intelligat, nisi per modum præsentis. Et in casu posito, cum refertur modus ille ad rem intellectam, verum est, ꝙ Deus intelligit Sortem non per modum præsentis, idest, qui non habet modum præsentialitatis, & hoc Deus intelligit per modum præsentis: nam Sortem non esse præsentem non solum Deo præsens est, cui omnia quandocunque sint præsentia sunt, sed etiam nobis præsens est, quia Sortem, vel Antichristum nõ esse præsentem est nunc, & nobis præsens, sicut dicebatur, quòd Antichristum esse futurum est præsens, & creationem mundi esse præteritam est præsens. Quodcunq; autem Deo præsens est, per modum præsentis intelligitur ab eo, sicut nos cum verè intelligimus omnia, quæ nobis præsentia sunt, ꝑ modum præsentis intelligimus.

Sed adhuc arguet aliquis, quòd nõ intelligat Deus omnia, vt præsentia, quia tunc intelligeret in ratione præsentis omnia, quia ista idem sunt: quo dato sequitur, quòd solam rationem præsentis Deus intelligit. Patet consequentia, quia si aliquis intelligit omnia, quæ sunt in ratione entis, vel substantiæ non considerando aliquam aliam rationem non intelliget aliquid in ratione humanitatis, aut asinitatis, & sic de cæteris; & tunc sequitur, quòd iste non omnia intelligit, quia ratio humanitatis, lapideitatis, asinitatis aliquid est, & tamen non intelliguntur: ergo si Deus intelligat omnia in ratione præsentis, solam rationem præsentis intelliget, & non intelliget omnia, sed hoc est falsum: ergo non intelligit Deus omnia, vt præsentia, vel in ratione præsentis.

Respondendum est, quòd ista propositio Deus intelligit omnia sub ratione præsentis habet duos sensus: vno modo, quòd modus præsentis teneat se ex parte Dei intelligentis: alio modo, quòd teneat se ex parte rerum intellectarum.

Primo modo est sensus, quòd Deus intelligit omnia, vt præsentia, vel in ratione præsentis, idest, quòd Deus intelligit omnia, & illa sunt sibi præsentia, & hoc modo vera est propositio.

Secundo modo est sensus, quòd Deus intelligat omnia per modum præsentis, vel in ratione præsentis,

A idest, quòd sub hac ratione intelligat omnia, scilicet, de omnibus eis formando conceptum præsentialitatis, quem de ipsis prędicet, sicut nos interdum intelligimus hominem, & asinum in ratione cibi solum, non considerãdo aliam rationem, vel naturam in eis. Et etiam hoc modo verum est, scilicet, quòd Deus consideret omnia per modum præsentis, quia Deus intelligit habitudinem, quam omnes res habent ad ipsum, sed omnia ad eum sunt, vt præsentia, ergo intelligit omnia, vt præsentia sibi.

Et si dicamus, quòd Deus non intelligit omnia, vt præsentia, ita vt iste modus teneat se ex parte rei intellectę, dicetur necessariò, quòd Deus nõ intelligat omnia sibi esse præsentia, ergo non intelligit omnia, vt præsentia.

B Et cum arguebatur, quòd ex hoc sequeretur Deum non intelligere omnia, quia si intelligeret omnia sub ratione præsentialitatis: ergo non intelligebat sub ratione humanitatis hominem, & sub ratione albedinis ipsum album, & tunc non intelligeret omnia: neganda est consequentia, quia quamquam Deus intelligat omnia in ratione præsentis, etiam intelligit sub multis alijs rationibus, quia intelligit omnia sub ratione entis, & omnes substantias sub ratione substantię, & sic de cęteris rationibus intelligendi. Sub quot enim rationibus tenentibus se ex parte rerum intelligibiles sunt res, sub tot intelliguntur a Deo, & hoc per vnicũ actum intelligendi consubstantialem, vel qui est eadem substantia, quę Deus, & sic Deus intelligit om-

C nia. Si tamen concederemus Deum intelligere omnia sub ratione præsentis, & non sub aliqua alia ratione, verum est, quòd Deus non intelligeret, quia multę rationes manebant non intellectę, ideo non est concedendum.

Sed adhuc arguetur Deus intelligit omnia, sed intelligere per modum præteriti & futuri est aliquid: ergo Deus intelligit per modum præteriti & futuri: & consequenter non intelligit omnia per modum præsentis.

Respondendum est, non tenere consequentiam; quia non accipitur in cõclusione, quod in minori, nec potest reduci ad formam, quia reperientur quatuor ęternitates: sed concludendum est sic: Deus intelligit

D omnia, sed modus præteriti & futuri est aliquid: ergo Deus intelligit modum præteriti, & futuri: vel intelligit quid est modus præteriti & futuri: & hoc concedendum est, quia sicut Deus intelligit modum præsentis, & quid sit præsens, ita intelligit modum præteritionis, & futuritionis, & quid ista sint. Si autem vellemus sic ponere in præmissis, sicut concludebatur erat sic arguendum: Deus cognoscit per omnem modum cognoscendi res, sed cognoscere per modum præteriti, & futuri est modus cognoscendi: ergo cognoscit per modos præteriti & futuri, & consequenter non intelligit omnia per modum præsentis, tunc consequentia tenet, sed maior est falsa, quia Deus non intelligit res per omnem modum intelligendi.

E *An Deus cognoscat omnia secundum omnem modum cognoscendi, & an contineat eminenter perfectiones omnium specierum, & creaturarum, & aliarum rerum, & modos cognoscendi. Et quid sit continere aliquid eminenter. Vbi docetur, quòd vna species non excedit, nec potest excedere aliam, nisi in vnico gradu perfectionis. Et quòd quælibet species superior eminenter omnem inferiorem speciem continet. Et quòd Angelus habet perfectiones hominis, & amplius.*

Quæst. LXIII.

SED pro maiori declaratione ꝑdictorum sciẽdum, ꝙ ista propositio est necessaria, s. Deus cognoscit omnia,

omnia, & omnem modum, ſed non iſta: Cognoſcit omnia per omnem modum. Cognoſcit enim Deus viſibilia, audibilia, tangibilia, odorabilia, ſed non per modum viſionis, auditionis, odorationis, & tactus; quia nec videt, nec audit, &c.

Item Deus cognoſcit omnia ſenſibilia, imaginabilia, & ratione cognoſcibilia: ſed non cognoſcit ſentiẽdo imaginando, ratione abſtrahendo, atque vniuerſalitates efficiendo, ſed ſola intelligẽtia, quæ eſt gradus vltimus, & ei ſoli pertinet formaliter, vt ita dicã: cuncta intelligit iuxta Boetium, de conſolat. libro 5. Proſa 4. Et vtrunque neceſſarium eſt. Nam ſi diceremus latere Deum aliquem modum, vel rem, quam non cognoſceret, cum cognitio ſit perfectio, deeſſet Deo aliqua perfectio, ideo tam res quam modos rerum, ſiue eſſendo, ſiue apprehendendo Deus cognoſcit. Secundum etiam neceſſarium eſt, ſ. quòd Deus non habeat omnes modos intelligendi, & apprehendendi, ideſt, quòd non intelligat per omnes modos, quia quidam iſtorum modorum imperfecti ſunt, ſicut ſenſationes, quæ non poſſunt fieri, niſi in pręſentia obiecti, & patiente organo ab obiecto: Deo autem repugnat quæcunque imperfectio, ideo non potuit habere, nec decuit omnem modum cognoſcendi. Habet tamẽ vnũ modum cognoſcendi excellentiſſimum, qui cõtinet eminenter quidquid perfectionis eſt in alijs modis cõgnoſcendi. Sic eſt de intellectu noſtro, qui non videt, nec audit, nec guſtat, & tamen omnia guſtabilia, audibilia, & viſibilia cognoſcit, & quodam perfectiori modo quàm cognoſcantur ab iſtis ſenſibus, & plura adhuc cognoſcit, quàm potentiæ ſenſitiuæ cognoſcant. Ita modus intelligendi Dei continet omnia intelligibilia aliorum modorum apprehendẽdi, & perfectius, & aliqua vltra intelligit, ideo perfectionem omnem aliorum eminenter continet, nec oportet poni alios modos cognoſcendi in eo, & dato, quòd poſſent poni, non deberent poni.

Si autem aliquis cõtendet debere poni omnes modos intelligendi in Deo, vt perfectior ſit, irrationabiliter valde loquitur. Nam tunc oportebit etiã poni omnes modos habendi eſſe, vt perfectior ſit. Nam ſicut modus intelligendi continet perfectionem, ita & modus eſſendi, & tũc Deus habebit eſſe, vt lapis, & vt coluber, & vt ignis, ſed iſta abſurda ſunt, quia licet quilibet modus eſſendi horum contineat aliquam perfectionem, inquantum continet eſſe: tamen contineret multas imperfectiones, quarum in Deo nulla eſt poſſibilis. Sicut igitur Deus nõ poteſt eſſe coluber, lapis, nec ignis, qui ſunt modi eſſendi: ita nõ poteſt videre, audire, abſtrahere rationem vniuerſalem, cognoſcere per modum pręteriti, & futuri, qui omnes ſunt modi cognoſcendi: ſed vt Deus contineat omnem perfectionem rerum ſine aliqua imperfectione, neceſſe eſt dari quendam modum continendi eminentem. Et ſicut dederimus in eo modum eſſendi eminentem, quo contineat perfectiones eſſendi omnium rerum, & modorum ſuorum ſine modis eſſendi rerum ipſarum, ſed per quendam alium modum valde diſtinctum, ita dabitur modus cognoſcendi eminens, quo Deus contineat omnes perfectiones aliorum modorum cognoſcendi, & aliquid amplius, & tamen non habeat illos modos. Continere autem aliquid eminenter, eſt continere perfectionem alicuius rei non continendo ea, quæ adiuncta ſunt illi perfectioni. Sicut ſi aliquis habet mille morabetinos, habet eos realiter: ſi tamen habet decem duplas continet mille morabetinos eminenter, quia continet quidquid perfectionis eſt in mille morabetinis, & aliqd amplius. Qđ patet, quia perfectio mille morabetinorum eſt valor eorum, continens autem decem duplas continet va-

F lorem mille morabetinorum, & non continet imperfectionem eorum, ſcilicet nigredinem, ponderoſitatem magnam, pluralitatem inutilem. Continendo decem duplas ſunt perfectiones oppoſitę, ſcilicet, quòd moneta non eſt nigra, ſicut morabetini, ſed eſt color earum gratus, quia eſt color auri, cum ſit materia verum aurum: item non continent ponderoſitatem decem duplæ in reſpectu ad mille morabetinos: item non continent imperfectionem magnam, quæ eſt pluralitas magna & inutilis, cum in decem duplis, qui eſt paruus numerus, magna reperiatur vtilitas, ſcilicet valoris.

Amplius autem continentur aliæ perfectiones in duplis, quæ non ſunt in morabetinis, ſcilicet, vtilitas
G aliqua ad medicinas, quia ex auro ſunt, quod non eſt in morabetinis, & aptitudo ad picturas, quia ex auro fiunt aliquæ materiæ pictorum, quod non reperitur in mille morabetinis, & ſic de multis alijs perfectionibus, quæ ſunt in duplis. Verè ergo continet eminenter mille morabetinos, qui habet decem duplas.

Duo autem dicit continere eminenter, ſcilicet tenere perfectionem alterius: ſecundum tenere illam ſine imperfectionibus, & cum vlterioribus perfectionibus. Primum eſt ſolum continere: ſecundum autem eſt eminenter. In Deo autem iſta reperiuntur, tam quantum ad modum eſſendi, quàm ad modum cognoſcendi, quòd ipſe contineat in ſuo modo eſſendi omnes perfectiones eſſendi, quæ ſunt in alijs rebus eminenter, & in ſuo modo cognoſcendi continet
H perfectionem omnium aliorum modorum cognoſcendi eminenter. Et primo de modo eſſendi inquirendum eſt.

In quo eſt ſciendum, quòd ſpecies iuxta Ariſtotel. doctrinam, ſunt ſicut numeri: ideo ſicut quilibet numerus continet quemlibet inferiorem eminenter, ita quælibet ſpecies continet omnes minores eminenter.

De numeris patet, quia quinarius continet quaternarium eminenter, cum contineat totam perfectionem illius, & aliquid vltra: perfectio enim numeri quaternarij ſunt quatuor vnitates: has autem continet quinarius, & non cum imperfectione quaternarij, quia quaternarius continet quatuor vnitates cum
I pręciſione, quæ tollit vlteriorem perfectionem quaternarij numeri. Quinarius autem continet illas quatuor vnitates, ſed non cum pręciſione, quia pręter illas adhuc continet aliam vnitatem. Neceſſe eſt autem ſic eſſe de ſpeciebus, cum ſe habeant, ſicut numeri: & numeri excedunt ſe per vnicam vnitatem, ita vt quælibet ſpecies numeri excedat alium numerum immediatum in vnitate ſola: neceſſe eſt igitur, vt ſpecies in ſubſtantiali perfectione ſe excedant, ita vt quęlibet ſpecies excedat aliam vnico gradu eſſentiali: ſi enim non excederet quęlibet ſpecies aliam in aliquo gradu, neceſſe eſſet omnes ſpecies eſſe eãdem ſpeciem, vt ſupra fuit declaratum, ſed excedit quęlibet ſpecies aliam. Fit autem iſte exceſſus in vnitate v-
K nica, ſcilicet in gradu vno.

Nam ſi daretur, quòd aliqua ſpecies excederet aliã duobus gradibus perfectionis eſſentialis, poſſet dari ſpecies materiæ, quę excedetur, & excederet ſecundum vnum gradum.

Item eſſet diſcontinuitas in entibus vniuerſi, quia quandocunque inter aliqua, quę immediatè colligari debent, datur aliquod medium, non eſt ibi colligatio, & continuitas, quia medium intercidens tollit continuationem: res tamen vniuerſi continuitatem habent inter ſe, ergo non debet excedere aliqua ſpecies ſubſtantialis alterã, niſi per vnicum gradum ſubſtantialis perfectionis, cũ immediatę ſunt. Itẽ non eſſent

essent species sicut numeri, quia nulli duo numeri immediati se excedere possunt minus, quàm per vnitatem, nec etiam magis se excedunt: vnde nunquã sunt aliqui duo numeri distincti secũdum speciem, qui habeant æquales vnitates, ita & in speciebus impossibile est vnam alteri esse æqualis perfectionis substantialis. Et sicut non potest vnus numerus immediatus excedere alterum, nisi in vnitate, ita nõ poterit vna species substantialis excedere alteram, nisi in vnico gradu substantiali.

Ex hoc autem necesse est, ꝙ quælibet species contineat omnem inferiorem speciem eminenter, quia sicut se habent numeri, ita & species, sed quilibet numerus continet inferiorem se eminenter, ergo quælibet species continebit inferiorem se eminẽter. Patet hoc ex descriptione huiusmodi continentiæ: est enim continere eminenter, quando vna res continet omnes ꝑfectiones alterius detractis imperfectionibus, & additis quibusdam perfectionibus, sed sic est de qualibet specie, quòd excedit immediatam vnico gradu substantiali: ergo continet omnem perfectionem illius, & aliquid supra. Continet etiam sine imperfectione, quę erant in alio, quod continetur, vt sicut quinarius continet quaternarium eminenter, quia omnem eius continet perfectionem, s. vnitates illius, & non continet imperfectionem illius, s. præcisionem, cum quatuor vnitatibus, quia adhuc continet aliam: ita species humana continet omnem perfectionem repertam in specie equi, vel quacunque alia, s. esse animal, & habere omnes gradus potentiarum sensitiuarum exteriorum, & interiorum, & amplius continet gradum perfectionis intellectualis. Ita Angelus continet eminenter hominem, quia perfectiones illius omnes habet, sed non cum præcisione, quia perfectiones suas habet homo alligatas motui, Angelus autem habet omnẽ perfectionem humanam non alligatam motui.

Nec valet si dicas, ꝙ nõ habet omnes perfectiones Angelus, quas homo habet, quia licet habet intelligere sicut homo, non tamen habet gradus potentiarum sensitiuarum, in homine autem tam sensitiua quàm intellectiua potentia inest.

Respondendum est Angelum continendo intellectum habere aliquid perfectius potentijs sensitiuis humanis, & intellectu simul. Quod patet, quia in homine intellectus non est aliquis gradus cognoscendi distinctus a potentijs sensitiuis, ita quòd sensitiuæ nihil faciant ad intellectũ, sed intellectus per se cognoscat, quæ cognoscere debet non egens sensitiuis potentijs, nec vtens illis, & sensitiuæ per se opus suum agant, quia tunc cum intellectus sit aliquid superius potentijs sensitiuis, & cognoscit quędam, quæ non capiunt potentiæ sensitiuę, superfluerent sensitiuæ sufficiente intellectu ad omnia: sed ponuntur sensitiuæ potentiæ, tanquam quidam gradus necessarij ad actum intellect⁹, quia sine eis intellectus nihil capiet, & ipsę sine intellectu non perueniẽt ad magnum gradum iudicij, sed erit sicut in pecoribus: ideo sunt potentiæ sensitiuæ, & intellectiua in homine tanquam sola intellectiua, si per se posset intelligere non pręsupponendo actus aliquos sensitiuarum potentiarum, nec vtendo eis, aut recipiendo ab ipsis: immo perfectior foret potentia intellectiua, si per seipsam posset intelligere omnia, quæ homo intelligit adiutus opere sensitiuo, quàm cum egeat omnibus operationibus sensitiuis, sicut ꝑfectius est vnum hominem habere vires ad per se portandum trabem, quàm quòd duo homines eam portent.

In Angelo autem sic est, quia in eo ponitur sola potentia intellectiua, tanquam cognitiua, & nullę sensitiuę sunt, quia non indiget intellectus Angelicus ad intelligendum actu potentiarum organicarum præcedentium, sed per se ipsum intelligit, nec opus est ei, vt recipiat aliquas species rerum ab extra ad intelligẽdum, sicut recipit homo, quia in se habet, per quod intelligit: ergo sola intellectiua potentia Angelica est perfectior intellectiua humana, & omnibus sensitiuis eius, quæ ordinantur ad eam.

Si tamen potentię sensitiuę in homine haberẽt aliquem actum, qui non subordinaretur ad actum intellectus, & intellectus per seipsum posset intelligere nõ vtens, aut pręsupponens actum organicum, non contineret eminẽter Angelus humanam perfectionem, quin potius homo esset perfectior Angelo, sed ordinantur potẽtiæ sensitiuæ ad intellectiuam, & omnes faciunt tanquam vnum gradum potentię intellectiuę per se potentis intelligere: ergo Angelus continebit perfectionem maiorem intellectus, quia intellectus suus per seipsum intelligit, quàm homo, qui ad hoc indiget potentijs sensitiuis. Excedit autem in hoc, quia homo nõ potest intelligere, nisi id cuius species ab extra receperit, Angelus autem non indiget ad intelligendum, vt recipiat alicuius rei speciem.

Amplius autem homo ad recipiendum perfectiones suas habet motum tanquam viam: Angelus autem sine motu recipit quidquid recipit. Ergo perfectior gradus essendi correspondet Angelo, quàm homini, & continet eminenter perfectiones, quæ sunt hominis, & non cum imperfectionibus, quas habet homo, scilicet recipere ab extra species, & habere motum. Ita de quacunque specie ad alteram arguendum est, quòd contineat eminẽter omnis species eam, quæ sub ea immediate est, & omnes inferiores ad illam, quia aderit gradus substantialis perfectionis ad omnes illas.

De Deo autem conformiter dicendum est, ꝙ contineat eminenter perfectiones omnium specierum, quia homo continet in se eminenter perfectionem omnium specierum rerum non animatarum, & animalium: Angelus autem continet eminenter perfectiones hominis, & consequenter minorum specierum, sed Deus continet eminenter Angelorum perfectionem, ergo continet eminenter perfectionem oĩum rerum. Et hoc est quãtum ad modum essendi.

Deus omnium specierũ perfectiones eminenter continet.

An Deus contineat eminenter perfectiones omnium indiuiduorum, sicut continet specierum. Et quòd quælibet substantia, seu gradus substantiæ quantumcunque minimus excedit perfectionem omnium accidentium etiam simul sumptorum.

Quæst. LXIIII.

Sed dicet aliquis, ꝙ ex hoc patet Deum continere eminenter perfectionem oĩum specierum substantialium, sed nondum patet eum cõtinere eminenter perfectionem omnium rerũ, quia præter naturas specificas sunt indiuidua, quorũ quodlibet est tota natura speciei, & cum sint cuiuslibet speciei innumerabilia indiuidua, erit perfectio valde magna cum totiens multiplicata fuerit, sicut perfectio duorum hoĩum est dupla ad perfectionẽ vnius, & ad perfectionem horum fortè non erit eminenter se hñs perfectio diuina, vt aliquis excogitabit. Respondendum est, quòd cum probatũ sit Deum continere eminenter perfectionem omnium specierum, patet inde continere eminenter perfectionem omnium indiuiduorum substantialem. Pro quo sciendum, quòd indiuidua non addunt aliquam perfectionem substantialem ad speciem, & multa iudiuidua simul non sunt maioris perfectionis substantialis, quàm vnum, vt duo homines non continent maiorem perfectionẽ substantialem, quàm vnus homo, etiã si sint homines infiniti:

infiniti: ideo qui cōtinet totam perfectionem speciei humanę eminenter, continebit quoque perfectionē substantialem omnium hominum. Nec valet, si dicas quòd quilibet homo habet distinctam humanitatem particularem ab alio, quia non habet aliquid humanitas istius, p quod differat ab humanitate illius, nisi numerum & signationem materię, qua distinguitur. Ablata autem materia signata non differrent istę duę humanitates, sed hoc, quo differunt accidentale est, ergo nihil substantiale addit vna humanitas ad aliā, vel duæ humanitates ad vnam.

Sed adhuc dicet aliquis perfectiores esse duos homines vno homine, quia quilibet homo continet totam perfectionem speciei, ergo cum fuerit multoties facta additio vnius hominis ad alterū, duplabitur multoties perfectio specifica, & coniuncta perfectio mille hominum simul erit millecupla substantialiter ad pfectionem speciei, vel ad perfectionē vnius hominis, sicut est de binario, quia vnus binarius additus alteri facit maiorem perfectionem, quam si sit vnus binarius, & tamen ibi solum est replicatio indiuiduorum eiusdem speciei.

Respondendum est non esse sic de indiuiduis substantialibus, sicut de indiuiduis numerorum, quia indiuidua substantialia eiusdem speciei quotiescunque replicentur, nihil substantiale addūt vltra speciem, indiuidua tamen numeri eiusdem replicata addunt aliquid vltra speciē, quod patet, quia mille hominū non est, nisi homo, nec dicunt magis de homine quā vnus homo, sed solum addunt in numero, quod est extrinsecum ad humanitatem. De numeris est è contrario, vt si ponantur tria indiuidua numeri binarij addent aliquid ad speciem, quia non solum erunt binarij, sed magis facient senarium, qui est alia species distincta a binario essentialiter: in indiuiduis ergo substantialib⁹ additio indiuidui ad indiuiduum non mutat speciem, nec addit substantialem perfectionem, in numeris autem necessario mutat, ideo non est simile. Si tamē mille hominum adderet aliquid perfectionis substantialis ad speciem, non essent homines, vel homo. Quod patet, quia substantia speciei consistit in indiuisibili, ideo aliquota perfectione addita, necesse est mutari speciem, sed mille hominum non mutant speciem plusquam vnus homo: ergo non addunt aliquam substantialem perfectionem mille ad vnum. Hoc modo patet, quòd qui cōtinet perfectionem specierum omnium eminenter continebit substantialem perfectionem oīum indiuiduorum. De perfectione accidentali manifestum est, ꝙ contineat eam Deus eminenter. Nam substantia & accidens participant ens inęqualiter, sicut vitis, & propago, & subiectum, & accidens, ideo non est eis communis aliqua vna idea, sed est ęquoca prædicatio, vt satis clare ponit Aristot. 1. Ethico. c. de vniuersali platonico. Ergo necesse est, ꝙ quęcunque substantia excedat in perfectione omnia accidentia; nam accidentia quantumcunque perfecta sint, nō possunt supergredi naturam accidentis, & quęcūque substantia quantumcunque sit imperfecta non potest deficere a perfectione substantię, sed substantia excedit accidens, ergo necesse est quamlibet substantiam excedere omnes accidentes, ita vt omnia accidentia simul non sint ita perfecta, sicut vna substantia quantumcunque imperfecta sit, quia sicut nullum accidens quantæcunque perfectionis sit potest excedere naturam accidentis, ita omnia accidentia simul non possunt excedere naturam accidentis, & consequenter omnia simul non peruenient ad æqualitatem pfectionis substantię alicuius, ita vt si ponatur vnus gradus substantialis perfectionis, in quo saluetur natura substantię, & rursus ponantur oīa accidentia ē ꝑrio ꝑ-

F parata illi gradui substantię non peruenient omnia ad ęqualitatem substantiæ vnius gradus substantialis, sed quæcunque species excedit omnes alias inferiores, saltem secundum vnum gradum substantialis perfectionis, ergo necesse est, ꝙ quæcunque species excesserit aliam in perfectione substantiali sit simplex excellentior illa quantum ad omnem perfectionem. Et ponatur exemplum, vt sint duæ species immediate substantiales, in illa, quæ est inferior ponantur quotcunq; accidentia voluerimus etiam si esset possibile ibi poni infinita, & quodlibet diceret aliquam perfectionem, & in alia quæ excedit ſm vnum gradum substantialē non esset aliquod accidēs, sed sola specifica perfectio, istius secundæ perfectio substantialis esset maior per-

G fectione substantiali, & accidentali simul sumpta prioris. Quod patet, quia quælibet substantia quantumcūque imperfecta est perfectior omnibus accidentibus simul sumptis, vt probatum est, sed ista secunda excedit primam in vno gradu perfectionis substantialis, in quo saluatur ratio substantiæ, quia alioquin non esset ista alia species a priori, ergo iste grad⁹, in quo excedit, erit maioris perfectionis, quam omnia accidētia quęcunq; possint alicui inesse. Ideo non solum hanc speciem dicemus esse substantialiter perfectiorem altera, sed simpliciter etiam erit verum. Vnde fit regula, ꝙ quęcunque species excedit aliam substantialiter, excedit eam simpliciter quantum ad omnem perfectionem inexistētem, & possibilem aduenire. De Deo si-

H militer dicendum est, ꝙ cum ipse contineat eminenter perfectionem omnium rerum substantialiter necessario excedet eas, quantum ad omnem perfectionem, ita ꝙ non solum perfectio Dei est maior perfectione rerum quantum ad substantialia sua, sed etiam quantum ad accidētalia simul sumpta. Hęc autem ex fundamentis naturalibus scientię aliquo assumpto ex fide inducta sunt. Ex prædictis patet, ꝙ Deus cōtineat eminenter perfectionem omnium rerum quantum ad modum essendi, s. ꝙ quamquam ipse non habeat modos essendi omnium rerum, vnum habet, qui cōtinet perfectionem quæcunque sit in omnibus illis, & nullam habet imperfectionem illorum, & insuper habet perfectiones alias, quæ non reperiuntur in rebus.

I *Quatuor sunt modi cognoscendi, quos Deus continet eminenter, licet non cognoscat omnibus illis modis sicut nos. Et quomodo intellectus aliquando cognoscit rem absolute aliquando sub conditionibus particularibus non particulariter, sed vniuersaliter, cum quod quid est obiectum sit intellectus, idest vniuersale, & non particulare.* Quæst. LXV.

DE modo autem intelligendi Dei idem est, quia sicut Deus, licet nō habeat omnes modos essendi rerum habet quēdam modum, quo continetur omnis perfectio aliorū modorum essendi: ita licet non habeat omnes modos apprehendendi rerum habebit modum quendam vnū, quo contineatur tota perfectio modorum intelligen-

K di aliarum rerum. Sunt autem modi cognoscēdi quatuor, primus est sensitiuus quantum ad sensus exteriores; secundus est imaginatiuus quantum ad sensus interiores; tertius est ratiocinatiuus quātum ad intellectum nostrum facientem abstractiones, & vniuersalitates, & quantum ad angelicum intellectum; quartus modus est intelligentia quantum ad diuinam conceptionem. Quilibet horum est distinctus ab altero: nā primus est quo comprehenduntur figurę rerum, vel accidentia in materiali substantia existentes. Secūdus modus est, quo cognoscuntur accidentia rerum sine presentia earum, & tamen sub rationibus particularibus. Tertius modus est, quo ex particularibus colligit conce-

conceptus vniuersalis abstractione facta, & non consideratur proprietas in praesentia subiecti, nec sub conditionibus materialibus. Quartus modus est, quo consideratur res simplicissimè, vt ita dicam, formaliter. Istos quatuor gradus ponit Boetius, de consola. lib. 5. Prosa 4. In his est regula, ꝙ quidquid apprehendit̄ per priorē apprehenditur per posteriorem, & non è ꝯrio: ideo semper posteriores modi sunt perfectiores prioribus, nam potentia visiua, quae pertinet ad primū gradum solum colorem, & lucem considerat, auditiua vero voces, gustatiua sapores discernit, & sic de caeteris: imaginatiua tamen non solum lucem iudicat, & colorem, sed etiam saporem discernit, & odorem, atque voces: & vt generaliter dicam, quidquid omnes quinque potentiae sensitiuae exteriores iudicant, ipsa sola imaginatiua diiudicat, ideo necesse est esse perfectiorem quacunque exteriori sensitiua, & hoc verum est de quacunque potentia sensitiua interiori, s. sensu communi imaginatiua phātastica, aestimatiua, memoratiua: quaelibet enim harum iudicat de omnibus obiectis, de quibus quinque exteriores iudicauerūt, ideo necesse est esse quamlibet harum valde perfectiorem quacūque exteriori. Sicut potentia auditiua esset perfectior quacunque sensitiua exteriori, si ipsa esset ad videndum, audiendum, gustandum, tangendū, & odorandum, & quaelibet reliquarum ad vnicum actum esset, & ista diceretur cōtinere omnes alias eminenter, quia continet perfectionem earum, & insuper plus. Conformiter de qualibet interiori sensitiua dicēdum est, quòd contineat eminenter omnes sensitiuas exteriores, quia quaelibet de interioribus iudicat de omnibus, de quibus iudicant omnes potentiae exteriores, & amplius non cognoscit cum ea imperfectione, cum qua cognoscunt potentiȩ exteriores, quia illȩ solum obiecto prȩsente cognoscunt, interiores autem potētiȩ nihil magis cognoscunt praesente obiecto, quàm absente: immo realiter ab obiecto non potest fieri in eas aliqua specierum immediata defluxio, sed fit in potētias sensitiuas exteriores, & inde in imaginatiuas potentias atque organa. Non dependere autem ab obiecto actualiter perfectio quȩdam est, quam addunt potentiȩ interiores super exteriores: ideo quȩlibet interiorum eminenter continet omnes potentias exteriores. Intellectus autem qui est potentia tertij gradus cōtinet eminenter omnes potentias sensitiuas exteriores, & interiores: primo enim omnem earū perfectionem continet, secundo autem non apprehendit cum imperfectione earum, & aliam superaddit perfectionem. Nam intellectus omnia intelligit, quȩ oculis cernuntur, auditu, gustu, odoratu, & tactu iudicantur: sed nec videndo, nec audiendo hoc percipit, sed intelligēdo: etiam non cum imperfectione potentiarum sensitiuarum exteriorū, quia illȩ non perficiūt actus suos, nisi praesente obiecto: intellectus autem nullam obiecti praesentialitate, vel absentia mouetur: etiam potētiȩ exteriores cum percipiunt actualiter, ab obiecto immutantur, intellectus tamen nunquam a materiali obiecto quidquam suscipit.

Item continet intellectus eminenter omnes potentias sensitiuas interiores, quȩ imaginatiuȩ vocantur. Nam omnes actus earum explet: quidquid enim circa susceptas species quinque potentiȩ interiores agūt hoc intellectus vnico actu facit, & non cum imperfectione harum potentiarum: istae enim species materialium, licet in materia non suscipiant, & in ipso subiecto, tamen sub conditionibus particularibus suscipiunt: intellectus autem conditiones particulares rei considerare potest, sed nihil considerat sub conditionibus materialibus, ita quòd species rerum, per quas intelligit non reprȩsentat ei sub omnibus particula-

A ritatibus, sicut potētijs ipsis sensitiuis: cum autem intellectus iudicat de conditione particulari, non est ipsa ibi, vt conditio particularis rei intellectȩ, sed vt obiectum intelligibile, cum vero apprehēditur species rerum per potentias sensitiuas exteriores, vel interiores particulares conditiones non sunt ibi, vt obiecta intellecta, sed vt conditiones obiecti apprehensi, & dijudicati, sine quibus conditionibus non potest species illa reprȩsentare illi potētiae quidquam, intellectus autem cum conditionem rei particularem intelligit nō eam, vt conditionem obiecti accipit, sed vt obiectum per se intelligibile. Et ob hoc conditiones particulares intellectus vniuersaliter intelligit. Et est verum illud, scilicet, quòd intellectus semper apprehendit vniuersaliter, B & est de vniuersali, scilicet quātum ad modum apprehensionis, licet obiectum aliquando particulare sit. & patet quomodo intellectus semper vniuersaliter rem apprehendat, scilicet ipsam rem pure, sine conditionibus particularibus, & potentiȩ omnes sensitiuȩ cum conditionibus particularibus necessario percipiunt. Nam cum aliquis videt Sortem videt eum esse album, esse crispum, esse magnum, esse paruum: indutum, vel nudum: iacentem, vel sedentem: vel quiescentem, vel in motu, & sic de cȩteris conditionibus, & istȩ sunt conditiones particulares. cum vero Sortes videtur si posset videri sine conditionibus materialibus, solum Sortes comspiceretur, sed cum aliquis videt Sortem necesse est, vt hȩc omnia videat, & dato, quòd vellet videre Sortem qualiter est albus, C & crispus, non poterit hoc solum videre, si iacet, vel stat, mouetur, vel quiescit, est magnus, vel paruus, est distans, vel prope, & sic de cȩteris, ideo nō solum qui per potentias sensitiuas apprehendit, particulariter apprehendit, sed etiam impossibile est aliter apprehendere.

De interioribus autem sensitiuis potentijs eodem modo fit, quia sȩpe reprȩsentantur res per somnium sub conditionibus suis particularibus magni, vel parui: loquentis, vel tacentis: induti, vel nudi: quiescentis, vel actualiter moti, & sic de cȩteris.

In intellectu autem est è contrario, quia non est necesse intellectum sub conditionibus particularibus D cognoscere ipsas res. Nam tunc non posset intelligere hominem, nisi vt album, & sedentem, vel motum, & sic cum cȩteris cōditionibus suis, intellectus tamē cognoscit interdum solam quidditatem, nulla posteriora cognoscendo, ergo nō est necesse, quòd cognoscat sub conditionibus particularibus.

Item non potest cognoscere intellectus sub conditionibus rei materialis, sed quamcunque rem puram considerat: nam cum intelligit per speciem hominis solum hominem intelligit, & impossibile est, quòd intelligat aliquid alterum, cum verò per speciem albedinis intelligit, solam albedinem cōsiderat, & cum per speciem crispitudinis, solam crispitudinem contē- E platur. & sic de qualibet conditione materiali: ipsa enim pro se habet speciem, per quam distincte cognoscitur tanquam obiectum, & non cum eo, cuius est ꝯditio particularis. Et ob hoc est, quòd sicut cognoscit intellectus Sortem, non considerando eius albedinē, ita interdum cognoscat albedinem Sortis, non considerando Sortem, & interdum crispitudinem eius motum, & figuram distantiam situationem, & cȩteras conditiones, ita vt nō magis videat̄ crispitudo Sortis conditio particularis, quam Sortes conditio crispitudinis: vtrumque enim ab altero absolutum est, & per se intelligibile. Si tamen cognoscerentur ista, vt conditiones particulares rerum, non cognoscerentur per se, sed cum ipso, cuius sunt cōditiones, sed cognoscuntur distincte non habendo aliquam magnitudinem ad

nem ad

nem ad ſubiectum, cuius ſunt conditiones: ergo quā quam ſint particulares conditiones, tamen non comprehenduntur, vt conditiones particulares, ſed vt obiectum per ſe intelligibilia.

An intellectus cognoſcat conditiones particulares ſub conditionibus particularibus particulariter, & non vniuerſaliter. Quæſt. LXVI.

ET ſi obijciatur, quòd ſicut cum videmus Sortem videmus eum album, vel nigrum, ſedentem, vel iacentem, magnum, vel paruum, & ſic de cęteris cōditionibus, ita interdum Sortem intelligimus eſſe album, & moueri, & eſſe fęlicē, & in ſcholis, vel platea, & indutum, &c. ita vt nihil differat apprehenſio intellectus a iudicio ſenſitiuo in cōditionibus particularibus.

Reſpondendum eſt, quòd intellectus nūquam poteſt concipere rem cum cōditionibus particularibus quod eſt concipere particularitatem, ſed ſemper vniuerſaliter, cum tamen iſta intelligit, non apprehendit obiectum cum conditionibus particularibus, ſed apprehendit obiectum per ſe, & conditiones particulares per ſe tanquam obiecta, ſ. quòd intellectus noſter per ſpeciem hominis intelligit hominem, & per ſpeciem motus intelligit eum moueri, & per ſpeciem albedinis intelligit eum album, & ſic de cęteris. & tunc quælibet ſpecies iſtarū repręſentat vniuerſaliter, quia repręſentat naturam rei ſine aliquibus cōditionibus: nam ſicut dicimus hominem intelligi vniuerſaliter cum ſolam eius quidditatem concipimus, ita albedo ſignabit vniuerſaliter, ſi ſolam naturam albedinis ſignet, ſed ſic fit, quia cum aliquis apprehendit per intellectum hominem eſſe album, & moueri in ſcholis, per multas ſpecies hoc apprehēdit: nam per ſpeciem hominis iudicat hominem, & nihil amplius, & iſtud eſt concipere vniuerſaliter: per ſpeciem albedinis iudicat de albedine eius, & nihil magis, ideo vniuerſaliter ſignat, per ſpeciem motus iudicat eum moueri, & per ſpeciem ſcholarum, & ſitus, vel locationis iudicat eum in ſcholis eſſe: eidem enim quęlibet ſpecies harum repręſentat aliquam rem, & vniuerſaliter, quia ſine conditionibus materialibus, cum tamen quælibet habeat aliquas cōditiones materiales, quòd autem intellectus iudicet Sortem eſſe albū, & moueri in ſcholis non eſt per aliquam vnam ſpeciem, quæ repręſentat Sortem ſub conditionibus ſuis particularibus, ſed eſt per actum complexionis, quē facit intellectus cōponendo, & diuidendo, ſicut intelligimus omnia, quę ſunt in aliquo libro non per aliquam ſpeciem incomplexe ſignantem, ſed per complexionem plurium vocum ſignatiuarum, quarum quęlibet repręſentat naturam rei cum imponitur abſolute.

Si autem aliqua eſſet ſpecies, per quam repręſentaretur intellectui noſtro Sortes cum cōditionibus ſuis materialibus, neceſſe erat, quòd per actum incomplexum cognoſceret Sortem cum omnibus his. Et forte aliquis pauca conſiderans hęc concedet diſtinguere neſciens de actu cōplexo intellectus noſtri, & de actu incomplexo. Sed non poteſt ſtare, quia tunc cum eſſet conditio ſpeciei illius repręſentare rem ſub conditionibus materialibus, neceſſe erat, vt intellectus ſub materialibus conditionibus intelligeret, & tamen aliquando ſine conditione aliqua materiali ſolam quidditatem rei intuetur.

Item ſi ſpecies aliqua eſſet, ſub qua cognoſceretur res ſub cōditionibus materialibus, neceſſe eſſet, quòd cum intellectus cognoſcit rem, & vnam, aut duas conditiones eius materiales, cognoſceret omnes, quia ſpecies illa repręſentaret ſub omnibus cōditionibus ma-

F terialibus, ſed poteſt intellectus cognoſcere rem, & duas conditiones eius materiales, non cognoſcendo cęteras: ergo non cognoſcit per ſpeciem aliquam repręſentantem obiectum ſub conditionibus materialibus. Patet hoc in apprehenſione ſenſitiua: nam cum quis videt Sortem non ſolum videt eum eſſe album, ſed etiam criſpum, in motu, vel quiete ſedentem, vel iacentem, & ſic de cęteris cōditionibus materialibus, & non poteſt contemplari vnam quin conſpiciat alteram, intellectus tamen non omnes, ſed quaſdam interdum conſiderat, & quod amplius eſt, ſi aliquis nūc intelligebat Sortem eſſe album, & moueri in ſcholis, poterit immediate cognoſcere Sortem prout ſolum eſt albus, & tamen ſi eadem ſpecies eſt, quæ repręſen- G taret hoc, & illud, neceſſe eſſet, vt intellectus per eam intelligeret quidquid ipſa ſignaret, quia in poteſtate patientis non eſt quid, & quantum, & a quo patiatur, ſed ſunt hęc in poteſtate agentis: ergo non apprehendit ſub conditionibus particularibus intellectus.

Item ſi intellectus apprehenderet ſub conditionibus particularibus, non poſſet apprehendere ad conditionem rei, non apprehendendo ſubiectum: ſicut potentia viſiua cognoſcens ſub conditione materiali, non poteſt videre criſpitudinem Sortis, quin videat Sortem: nos tamen interdum intelligimus criſpitudinem non conſiderando aliquem, cuius ſit criſpitudo, ergo non cognoſcit intellectus ſub cōditionibus particularibus.

Ad ſaluandum autem hæc duo, quomodo ſtent in H intellectu, ſ. quòd interdum cognoſcat rem abſolutè, ſine aliqua conditione particulari, & interdum cum conditionibus particularibus.

Dicendum eſt, quòd intellectus apprehendit quācunque rem vniuerſaliter, ideſt ſolum naturam rei apprehendens, & non cum conditionibus illius, & quæcunque ſpecies intellectui repręſentatur, ſolum ei repręſentat naturam rei. Vnde ſi ſpecies hominis pręſentetur, ſolum hominem intelligit, & impoſſibile eſt aliquid vltra cognoſcere, ita ſi opponatur ſpecies criſpitudinis ſolam criſpitudinem cognoſcet. Et ob hoc eſt, quòd interdum cognoſcit intellectus criſpitudinē alicuius, vel motum, non cognoſcendo cuius ſit motus, vel criſpitudo, & tamen iſtę ſunt conditiones par- I ticulares alicuius. Vnde tunc vniuerſaliter cognoſcit iſtas conditiones materiales, ſcilicet ſolam naturam criſpitudinis, vel albedinis recipiendo, interdum autē intellectus fertur ſuper multas ſpecies ſimul, & tunc per actum complexionis format conceptum compoſitum, ſ. quòd ferat̄ ſuper ſpeciem Sortis, & ſuper ſpeciem albedinis, & motus, & diſtantiæ, & tunc prædicā do alterum de altero format complexionem dicens Sortem eſſe album, & moueri in diſtantia, & non eſt aliqua vna ſpecies repręſentans Sortem ſub his conditionibus particularibus, ſed quælibet repręſentat aliquam eius conditionem, & vniuerſaliter, cum ſolum ſignet naturam illius conditionis, ſine accidentalibus eius: & ſic quamquam intellectus concipiat rem, & K conditiones eius particulares, interdum non cognoſcit rem ſub conditionibus particularibus: multum enim iſta differunt, quia cognoſcere rem aliquam ſub conditionibus particularibus, eſt cognoſcere eam per aliquam ſpeciem, quæ repręſentet eam cum omnibus conditionibus eius, ſicut eſt, & hoc reperitur in ſenſitiuis potentijs, vbi ipſa ſimilitudo, qua cognoſcitur res ſimul importat conditiones materiales eius, & non poteſt vnum ſine altero haberi. cognoſci rem, & conditiones eius materiales eſt, quòd ſint plures ſpecies, quarum quęlibet repręſentet vnum ens abſolute, & per complexionem illarum ſpecierum iudicat intellectus ſimul de re, & de conditionibus materia-

libus

libus eius, quia quædam species signat rem ipsam simpliciter, sine aliqua cōditione materiali, & alia species signat vnam conditionem materialem quantum ad naturam illius conditionis solum, & sic cognoscuntur conditiones materiales rei, & ipsa res tanquam de quolibet eorum esset separata intellectio, & illud vocatur cognoscere rem, & conditiones materiales, sed non rem sub conditionibus materialibus. Et hoc modo est verum, ꝙ intellectus nunquam potest cognoscere rem aliquam sub conditionibus materialibus, sed potest cognoscere conditiones materiales, & hoc est, quòd cognoscat semper vniuersaliter, quia quamcunque rem cognoscit solum cognoscit, vt est in natura sua, sed cum plures species signantes naturas vniuersaliter coniunxerit, faciet complexionem rei cum conditionibus suis particularibus. Nam quęlibet conditio particularis est aliqua natura, quæ repræsentari potest vniuersaliter, scilicet, albedo, motus, crispitudo, &c.

A

Item hoc modo est verum, quòd intellectus solū est de vniuersalibus tanquam de obiectis, accipiendo incomplexè: quia nulla species potest intellectui repręsentare aliquid, nisi incomplexum, vt patet de qualibet specie, & illa non poterit signare nisi visibiliter. Nam si solam speciem albedinis intellectus consideret, non poterit per eam intelligere aliquas conditiones particulares, sed solam albedinis quidditatem, & sic de cęteris, illud autem est vniuersale. Nam in subsistendo nulla albedo est, quæ solam naturam albedinis habeat, sed superaddit conditiones alias, tamen in repræsentando species albedinis intellectui solam qdditatem signat. Et sic de quolibet necesse est, vt omne incomplexum ab intellectu acceptum sit vniuersale, idest natura vniuersaliter considerata, & hoc sufficit ad naturam vniuersalitatis, licet id, quod cōsideratur, sit solum indiuiduum. Quod autem per complexionem plurium signatiuarum specierum fiat aliquis cōceptus complexus signans rem cum conditionibus suis particularibus, per accidēs est, & sic intellectus sola vniuersalia apprehendit, & vniuersaliter, & hoc est intellectum facere abstractiones, s. quòd homo subsistit in conditionibus particularibus. Et non est aliquis homo, qui solum homo sit, sed aliquid alterum vltra hominem est, intellectus autem ex natura sua apprehendit rem vniuersaliter, vt dictum fuit, quia species repręsentatiua non potest ei signare rem sub conditionibus particularibus, ideo ex natura sua intellectiua est abstractiuus, quia non potest cognoscere aliquid incomplexe, nisi per abstractionem. Vnde non solum intellectus abstrahit cum cognoscit hominē, non considerando conditionem eius aliquam materialem, sed etiam cum cognoscit Sortem non cognoscendo albedinem crispitudinem, & motum cęterasque conditiones, in quibus Sortes subsistit. Nam hic abstrahitur res a cōditionibus suis, ideo est abstractio, & hoc modo Sortes continet vniuersale, quia vniuersaliter apprehenditur. Et quia non potest intellectus apprehendere aliquam rem incomplexe, idest cognoscere sub conditionibus suis materialibus, necesse est omnem actum incomplexum intellectus esse abstractiuum. Nec est abstrahere depurare species a conditionibus materialibus, vt quidam satis imperite phantasiantur: nam nec est intelligibile quid sentiant, quia cum intellectus sit potentia passiua, quomodo habebit aliquam actionem super species ad depurandum, quia iam esset passiua species, & intellectus potentia actiua, sed è contrario magis ponimus, s. intellectum esse passiuum, & speciem agentem. Quod si obijcias intellectum distingui per agentem, & potentialē tanquā per diuersas virtutes, & posse agere super species.

B

C

Quid sit [illegible] abstrahere

A

Respondendum est non poni intellectum agentē ad hoc, sed est quædam virtus, vel lumen, quo, cum essemus prius in potentia ad intelligendum, reducti sumus ad actum, vnde non potest depurare speciem tollendo ei cōditiones materiales, cum quibus repręsentat: nam tolleret ei naturam suam, quia vnde accepit species, ꝙ repræsentaret Sortem, accepit etiam, ꝙ repræsentaret sub conditionibus particularibus Sortis. Si ergo potuerit intellectus depurare speciem tollendo ei conditiones particulares, quę de natura eius fuerint, poterit etiam tollere, ꝙ non repręsentet rem illā quam repręsentabit, & sic per speciem hominis non intelliget intellectus hominem sed capram, quia ita poterit eam mutare a suo signato, sicut mutat a conditionibus. Sed falsum est, magis autem, & verisimilius dici poterat, ꝙ intellectus depuraret species a cōditionibus particularibus, idest, ꝙ quamquam species repræsentaret rem sub conditionibus materialibus, quia tamen intellectus est immaterialis, non potest ꝑ speciem illam apprehendere, nisi conditionem naturę rei immaterialiter, idest, sine conditionibus accidētalibus. Sed de hoc super sedendum est, veritas autem modi intelligendi est, vt supra declaratum est. depurationes ergo specierum, vt communiter quidam opinantur somnia quædam sunt. Ex prædictis patet, ꝙ intellectus apprehendit, sine imperfectione, sub qua apprehendunt potentiæ sensitiuę interiores, & exteriores, quia cognoscit vniuersaliter, sine conditionibus materialibus, potentiæ autem alię cum conditionibus illis, & alijs imperfectionibus, quæ dictæ sunt. Continet autem intellectus amplius perfectionem quandam, quæ non est in sensitiuis, quia potest cognoscere multa, quæ nullatenus iudicant potentię sensitiuę, vt substantias separatas speculatur, quas tamen nō intuemur: sensitiuas proprietates quoque substātiarum intellectu inuestigamus, quę ad sensum non patent, licet hęc omnia ortum habeant ex quibusdā, quæ sunt in sensu, multæ aliæ intellectus perfectiones sunt, quę nō sunt in sensibus, ergo continet intellectus eminenter omnes potentias sensitiuas, tam interiores, quam exteriores.

Ad qd est necesse ponere intellectū agentem ī aīa.

Depurationes sperū sunt somnia, & chimerę.

D

Quomodo intellectus diuinus excedat, seu contineat eminenter intellectum humanum, et angelicum iuxta quatuor modos cognoscendi. *Quæst.* LXVII.

CONFORMITER autem quartus gradus potentiarum iudicatiuarum, scilicet intelligentia excedit intellectum, & continet eum eminenter, est autem in Deo solo intelligentia, hęc autem continet totam perfectionem intellectus, quæ est in intelligere, quia quæcunque intellectus intelligit, & non solum quę intelligit, sed etiam omnia, quæ intelligere potest: multa quippe intelligibilia sūt a nobis, quę nondum intellecta sunt, Deus tamen omnia intelligit.

E

Continet autem eminenter aliqua Deus, quæ non intelligit humanus intellectus, nec intelligere potest, & non intelligit cum imperfectionibus, cum quibus humanus intellectus iudicat. Primū patet quia Deus intelligit quæ sunt, & quæ possibilia sunt, & etiam cūcta, quæ sunt impossibilia. Etiam Deus intelligit infinita, intellectus autem humanus non capit infinita. Intelligentia etiam diuinam substantiam cum omni perfectione Dei intelligit, nihilque in Deo relinquitur, quod intellectum non sit, quia aliàs ex aliqua parte Deus esset ignorans, cum se non intelligeret totaliter, quod est falsum, sed Deus est infinitus, ergo infinitum plene cognoscit, nos autem licet cognoscamus Deum, ꝙ infinitus est, cum tamen nemo comprehen-

prehendit, nisi ipse seipsum. In hoc ergo intelligentia cõtinet perfectionem, & infinitam quidem super intellectum. Secundum erat, ꝙ non intelligit sub imperfectionibus, sub quibus intelligebat humanus intellectus: nam cum aliquid intelligimus necesse est, vt speciem receperimus per quã intelligamus, Deus autem nihil recipit in se omnia habens, vt supra declaratum est de ideis. Item perturbatis organis, in quibus conseruantur species in nobis, intellectus non potest intelligere quidquam: in Deo autem nunquam sequitur perturbatio. Item homo cum difficultate, & studio intelligit: Deus autem sine labore. Item homini quædam sunt magis nota, per quę deducitur in alia minus nota, in Deo autem non est aliqua via intelligendorum, sed omnia æqualiter intelligit. Item homo nõ potest intelligere, nisi per discursum, Deus autem simul cuncta intelligit. Item homo circa singula intelligibilia habet actus singulos: Deus autẽ omnia vnico actu semper manente intelligit. Item homo in intelligendo quædam habet pręterita, quædã futura, alia autem præsentia: Deus autem cũcta præsentia habet, & sic de multis alijs perfectionibus intelligentię, quæ non reperiuntur in intellectu, & sic eminenter continet diuina intelligentia humanum intellectum.

Eodem modo ad intellectũ Angelicum se habet, ꝙ illum excedit in multis perfectionibus, tum quia plura intelligit quam intellectus Angelicus, qui Angelicus intellectus non intelligit omnia, quę sunt, & quæ possibilia sunt, & quę impossibilia: Deus autem omnia hæc: Angelus tamen nec ipsa omnia, quę sunt intelligit, quia eorum quædam eis quotidie reuelantur. Item Angelus totum Deum non comprehendit, sed tantum de Deo intelligit, quantum ei Deus conatur elargiri ad eius beatitudinem. Angelus non intelligit omnia simul, quæ intelligit, sed successiue.

Itẽ angelus quotidie acquirit nouas intellectiones. Item Angelo aliquid præteritum, & aliquid futurum est, omnia autem in Deo è contrario accidunt, & sic de multis alijs imperfectionibus, quæ sunt in Angelico intellectu, & non in diuina intelligentia.

Colligit dicta a qõ. 65. vsque nunc.

Ex prædictis patet, ꝙ sicut Dei modus essendi non continet omnes modos essendi realiter, sed eminenter continens omnes perfectiones eorum, ita modus cognoscendi Dei non continet aliarum rerum modos cognoscendi, sed eos continet eminenter, quia quidquid perfectionis in illis est, cõtinet: & sic patet, ꝙ licet Deus omnia intelligat, tamẽ per modum pręteriti, & futuri non intelligit, quia non conuenit perfectioni eius, sed omnia intelligit per modum pręsentis. Multa alia argumenta cõtra hoc de intellectione Dei in præsenti fieri possent, sed ex pręd ictis patet modus soluendi.

An Deus possit cognoscere aliquid, antequam fiat, & an sequatur Deus non intelligit rem, antequam fiat, ergo incipit eam intelligere. Quæst. LXVIII.

AMPLIUS autem dicendum est ex prædictis, ꝙ Deus non potest intelligere aliquid, antequam fiat. Quod patet, quia Deus non potest aliquid intelligere, nisi cum ipse est,
In qõ. 51. sed Deus non est ante aliquam rem, vt supra probatũ, quia non est ante diem iudicij, non est ante formationem Adę, nec est ante passionem Christi, ergo non poterit intelligere rem antequam fiat.

Item si diceremus, ꝙ Deus intelligit rem antequã fiat, quæreretur, an intelligeret dum fieret, an non: si dicatur, ꝙ nõ intelligit cum fit sequitur, ꝙ intellectio Dei cessat, & interrumpitur, sed falsum est, quia intelligere Dei est esse suum, & sicut esse eius nunquam

F cessat, ita nec intelligere, ergo intelligit rem, quando fit. His datis, sequitur ꝙ esse Dei non sit totum simul, quia esse est intelligere in Deo, cum ergo intelligat rẽ antequam fiat, & quando fit, necesse est esse successionẽ, quia prioritas, & posterioritas successionẽ dicunt: ęternitas autem, in qua Deus est tota simul est, ideo non poterit intelligere antequam fiat. Sed contra hoc arguetur, quia Deus intelligit omnia, & semper illa intelligit: ergo quamcũque rem ab ęterno intelligit, sed nulla res est ab ęterno, nisi Deus: ergo Deus intelligit omnia antequam fiant. Quod patet, nam Deus ab ęterno est: & tunc quęritur, an Deus omnia intelligat, & respondebitur, ꝙ sic, ergo intelligit me currere, & comedere atque bibere, quod est nunc. Et tunc quæretur, an Deus ab ęterno intelligat me currere, &
G comedere, quod est nunc, an non. si dicas, ꝙ non: ergo aliqua perfectio Deo adueniet ex tempore, sed falsum est, quia Deus habet totum esse suum simul, & nihil ei ex tempore aduenit, ergo ab ęterno intelligit me currere, & comedere, sed ego non curro ab ęterno, & comedo, sed nunc, ergo prius intelligit rem quã fit. Respondendum est non valere consequentiam, & cum dicitur, an Deus intelligat ab ęterno me comedere, & currere concedendum est, ꝙ sic: cum vero dicitur, quòd non est ab ęterno comedere, & currere eodem modo conceditur: & cum infertur ergo prius intelligit rem, quam fiat, non tenet consequentia. Nã si arguat sic, ista res est ab ęterno, & illa non: ergo ista est prius, quam illa: non tenet consequentia, quia ęter-
H num non est prius quam temporale, vel quam, quod nunc est: teneret tamen accipiendo ęternitatem iuxta modum vulgarẽ, & sicut accipit Aristo. 8. Physico. loquens de ęternitate motus, & mundi, quia vocatur ibi ęternitas duratio temporis infinita: nos tamen æternitatem accipientes proprie prout est mensura essendi distincta à tempore, & ęuo, dicimus ęternitatem esse interminabilem vitã, vel durationem simul totam. Et quia simul tota est, nõ potest pręcedere ad aliquam rem, nec succedere, quia iam non esset simul tota, sed pars pręcederet partem, Deus autem ęternus est, ergo non est ante aliquam rem, nec potest intelligere quidquam antequam fiat. Sed aliquis arguet cõtra hoc, scilicet Deus intelligit rem, & nõ antequam
I fiat, ergo incipit eam intelligere ex tẽpore, sed in Deo nihil esse incipit, quod non fuerit, ergo antequam res fiat eam intelligit.

Dicendum, quòd Deus nihil incipit intelligere ex tempore, & non solum non incipit ex tempore, sed nullo modo incipit quidquam eo, quòd omnia simul sunt. sed consequentia nõ valet, scilicet Deus non intelligit rem antequam fiat: ergo incipit eam intelligere ex tempore, quia Deus intelligit omnes res ex ęternitate, & tamen ęternitas non est ante nunc, nec ante postea cum sit tota simul, ergo intelligens ex ęternitate non intelligit rem antequam fiat. Sed tunc arguetur, ista res non incepit esse ante instans istud, & in
K toto tempore præcedenti non fuit, sed Deus non incępit eam intelligere antequam fiat, ergo in toto tempore pręcedenti Deus ignorauit rem hanc, & sic in tãto, vel maiori tempore Deus ignorans erit, sicut sciẽs, quod est absurdum.

Respondendum, quòd istam rem, quæ fit in isto instanti Deus non cognouit ante istud instans, quia non cognouit illam in aliqua parte temporis, quæ præcederet hanc, nec in aliquo instanti, quod pręcederet ad hoc habendo positionem in tempore, nec in aliqua parte ęternitatis, vel tota ęternitate, quæ præcederet istud instans, sed cognouit in ipsa tota ęternitate, quę non præcedit ad istud instans, nec subsequitur, cum sit tota simul. Et cum arguitur Deus non cognouit rem ante

ante istud instans, ergo in toto tempore præcedenti fuit ignorans: non tenet ista consequentia, teneret tamen, si Deus nunc, cum res esse cępit, eam cognouisset, & in toto sequenti tempore cogniturus esset, & ante istud instans non cognouisset: sicut est de nobis, qui in tẽpore veritates aliquas acquirimus, quas prius nunquam habuimus, & postea illas scimus. Dicimur enim in toto tempore priori fuisse ignorantes, Deus tamen, sicut non cognouit rem antequam fieret, ita nec cognoscit in aliqua parte temporis sequentis, nec in ipso instanti, in quo res primo est, quia Deus in ęternitate est, & in ęternitate intelligit: ęternitas autem, nec tota est in tempore, aut in instanti temporis, nec aliqua pars eius est in tempore, ideo si vellemus, satis cõcedere poteramus cõsequens, scilicet, quòd Deus in toto tempore præcedenti ignorauit, non accipiendo ignorauit, idest tunc nesciuit, & postea acquisiuit, sed ignorauit, idest, quòd in præcedenti tempore nõ sciuit, quia Deus proprie loquendo in nullo tempore est sciens, quis Deus nullo tempore est, ergo in nullo tempore est sciẽs: sed in ęternitate est, & in ipsa est bonus, & infinitus, & omnia attributa: non tamen debet concedi ista propositio, quia malum sonum generat, eo quòd aliter exponeretur ab auditoribus cõmunibus.

Sed adhuc arguetur cum Deus formauit Adam, an intelligebat ipsum Adam, qui erat ei simul, tunc quæritur, an intelligebat aduentum Antichristi, aut non: si dicas, quòd non, ergo non intelligebat omnia simul: si autem dicatur, quòd tunc intelligebat aduẽtum Antichristi, & ille non erat tunc, ergo antequam esset, intelligebat eum.

Respondebitur, quòd non intelligebat eum antequam esset, & cum dicitur, quòd Deus intelligebat Adam, quando formabat, & tunc intelligebat aduentum Antichristi, concedendum est, quòd quandocunque Deus intellexit Adam intellexit aduentum Antichristi, & tamen negandum est, quòd Deus intelligebat Adam, quando eum formauit, quia formatio Adę fuit in instanti temporis, & in illo Deus nec habet esse, nec intelligere, aut aliquid sui, sicut nec in tẽpore, & sic antecedens est falsum. Potest tamen concedi in alio sensu, scilicet Deus intelligebat Adam, qñ formabat eum accipiendo, quando pro illo instanti, idest non desinebat eum intelligere tunc, & in hoc sensu est verum, quòd etiam Deus, quando formauit Adam non desinebat intelligere Antichristum, sed non sequitur tunc, ergo intelligebat aduentum Antichristi antequam esset, quia ista negatiua, scilicet non desinit intelligere tunc Antichristum, non conuertitur in affirmatiuam temporalem. Nam ista est vera in illo tempore Deus desinit esse, vel desinit intelligere, quia si detur suum oppositum, scilicet in aliquo tempore Deus desinit esse, vel intelligere, sequitur quòd in aliquo tempore fuit ens, & post illud desinit esse ens, quarum vtraque est falsa, & tamẽ affirmatiua est falsa, scilicet, quòd aliquando Deus intelligebat Adã, ergo non conuertitur ista negatiua Deus non desinebat intelligere Adam cum formauit eum, in istam affirmationem Deus intelligebat Adam, quando formabat, quia tunc, aut vtraque esset vera, aut vtraque falsa.

Vide sup. q. 11.

Sciendum autem circa prædicta, quòd Deus intelligit omnia, & simul illa intelligit, non tamen in toto tempore, nec in aliqua parte temporis, aut in aliquo instanti intelligit, sed in ipsa tota ęternitate, quæ est simul tota, & ista coexistit toti tempori, & cuilibet parti temporis aut instanti: non quidem, quòd coextendantur partes æternitatis partibus durationis, sicut coextendũtur duo magnitudines, aut duo successiua in

Deus oia intelligit i sua eternitate, & nõ in tpe, nec in aliqua parte tpis.

A partibus succedentibus, quia ęternitas non habet partes durationis, sed est tota simul, sed dicitur coexistere toti tempori tota, & cuilibet parti temporis, & cuilibet instanti tota, quia non cessat esse in toto tempore, nec in parte eius aliqua, aut instanti, & hoc modo cum intelligere Dei sit in tota ęternitate, & illa coexistat toti tempori, necesse est, vt intelligere Dei sit in toto tempore accipiendo, ꝙ non desinit intelligere in aliqua parte temporis, sed secundum hoc non sequitur, quòd Deus intelligat rem aliquam esse antequã fiat, immo est impossibile, quia licet partes temporis habent inter se præcessionem, & successionem, tamẽ ęternitas coexistit cuilibet earum tota simul, & ipsãmet æternitas, quæ coexistit tempori, in quo erat Adã
B coexistit tota simul, & secundum idem toti tempori, in quo erit Antichristus. Sicut ergo ęternitas coexistens simul tempori, in quo erat Adam non præcedit illud, sed est præsens, ita & coexistit tota simul tempori, in quo est Antichristus: ergo non præcedit magis ipsum tempus, in quo est aduentus Antichristi, quam ad tempus, in quo erat Adam, ergo licet dum Deus formaret Adam, intelligeret eum, & tunc intelligeret aduentum Antichristi, quia non est illud in instãti in quo Adam formatus est, sed in ęternitate quæ coexistit illi instanti, & ipsamet coexistit tempori aduentus Antichristi, ergo non pręcedit intelligere ad ipsam rem, præcedet tamen, si vere esset intelligere Dei in illo instanti, in quo formatus est Adam.

C *Quatuor argumenta principalia contra conclusionem positam quæst. 68. Et in quo sensu sacra Scriptura dicat, quòd Deus nouit omnia antequam fiant, & quomodo sunt pie exponendæ. Et quod scientia Dei licet sit causa rerum, tamen non præcedit ipsas res, & quare. Quæst. LXVIX.*

SED adhuc obijcietur, quia Daniel. 13. dicitur ex verbis Susannæ: Domine, qui nosti omnia antequam fiant. Aliquis forte responderet hoc non esse verum: nam licet illa sic orando dixerit, non sequitur esse verum: multa enim hoc modo sacra Scriptura refert dicta ab alijs, quę vera non sunt, non quidem, ꝙ scriptura falsum dicat asserendo ali-
D quid dictum fuisse, quod non fuerit dictum, sed ꝙ ipsa refert mendacia, quæ alij dixerunt: sed ipsa non asserit aliquid falsum: sicut in libro Gene. 27. narratur mẽdacium Iacob dicentis se esse primogenitum Isaac, & mendacium fratrum Ioseph dicentium eum esse deuoratum a fera, & ꝙ inuenerint vestem eius Gene. 37. & mendacium vxoris putipharis contra Ioseph Gen. 29. & plurima in alijs libris, ita potuit esse hoc. Sed nõ est ꝯueniens responsio, quia sacra Scriptura tota hoc approbat, & sacri doctores. Respondendũ est ergo aliter, s. ꝙ ista verba conceduntur ad sensum quem accipit sacra Scriptura, s. ꝙ Deus nouit omnia antequam fiant, idest non cognoscit res postquam viderit, aut au-
E dierit, sicut nos, qui cognitionem ex ipsis rebus factis sumimus, scientia autem Dei non causatur a rebus, sed magis est causa rerum, vt oẽs concedunt. nec etiã incipit esse in aliqua parte tpis, id autem quod nũquã fieri incipit est a tpe infinito, & est ante omnia, ergo cum scientia Dei nunquam incipiat, sed cum ipso est ab ęterno, dr̃ esse antequam res fiant: nõ tñ accipitur proprie, s. ꝙ Deus cognoscat res antequam fiant, idest in aliquo tpe priori siue ab infinito, siue nõ cognouerit, quia tũc tolleretur simultas esse Dei, & sic ex ęternitate argueretur contra ęternitatem. Multæ locutiones huiusmodi sunt in sacra Scriptura, quæ concedũtur ad bonum sensum scilicet, ad eum, quẽ vulgo facimus, & tamen proprie sumendo falsę sunt. Sed adhuc arguetur, ꝙ Deus cognoscat res antequam fiant,

qnia

quia ſcientia Dei eſt cauſa rerum, & ſciētia noſtra eſt cauſata a rebus, ſed cauſa eſt ante cātum, ergo ſcientia Dei præcedit res. Reſponderi poſſet, ꝙ quamquā ſit cauſa rerum, tamen non oportet, ꝙ pręcedat res, quia etiam in naturalibus hoc accidit, ꝙ ſit aliqua cauſa, quæ non præcedat cauſatum: ſicut apertio feneſtrę eſt cauſa ſubintrationis radiorum, & tamen in eodē inſtanti ſunt. Generatio quoque radiorum a corpore luminoſo, & diffuſio per totum diaphanum in eodē inſtanti ſunt, vnum tamen eſt cauſa alterius, ideo nō erit inconueniens, ꝙ ſcientia Dei ſit cauſa rerum, & tamen non præcedat res. Dicendum tamen eſt, ꝙ licet intelligere Dei non præcedat res, quę fiunt, tamē nō ſe habet eodem modo, quo generatio lucis, vel radij ad diffuſionem per diaphanum, & apertio feneſtrę ad ſubintrationem, quia hic cauſę, & cauſata ſimul eſſe incipiunt, & ante hoc non erant cauſata, nec cauſę. In intellectione autem diuina ſecus dicendum eſt, ſ. ꝙ non ſit intelligere Dei de rebus ante ipſas res, tamē non incipit eſſe, cū incipit ipſa res, quæ fit, quia in Deo nihil incipit, ſed omnia ab ęterno ſunt, dicitur tamen non eſſe ante, quia non eſt ſcientia Dei de formatione Adæ in aliquo tempore, vel inſtanti ante Adæ formationem, quia ſic tolleretur ſimultas, quæ facit rationem ęternitatis. Sed adhuc arguet aliquis non poſſe ſtare, quæretur enim, quando Deus formabat Adā an ſciuiſſet ante qualiter formaturus eſſet eum, an nō, ſi autem non ſciebat, ergo quando formabat eum, ne ſciebat formare, quia artifex neſciet quid operatur, niſi prçexiſtat idea in mente eius directiua ad operationem: Deus autem fecit omnia artificioſe, quia dicit de eo ſcriptura Pſalm. 102. Omnia in ſapientia feciſti, impleta eſt terra poſſeſſione tua. Ergo præexiſtebat in eo ſcientia rei fabricandæ. Ad hoc reſpondebit aliquis, ꝙ nō erat neceſſe antequam Deus formaret Adam eſſe in eo ſapientiam de formatione illius, dumtamen eſſet, cum formabat ipſum, quia tunc ipſa dirigeret formationem. Dicendum eſt, verum eſſe, ꝙ in Deo non erat intellectio, vel ſcientia de formatione Adæ antequam formaretur: non tamen ita conceditur tanquam incęperit eſſe tunc, cum formabat eum Deus. Nam ſi tunc incępiſſet eſſe non potuiſſet eſſe principium relatiuum, quia tunc principium operationis eſſet, ſine relatione aliqua, ſed non erat intellectio Dei, vel ſcientia de formando Adam ante ipſum Adam, quia non erat in tempore, vel parte temporis, aut inſtanti, ſm̄ quæ ſortiretur prioritatem, aut poſterioritatem, ſed erat ſemper nunquam eſſe incipiens in ipſa ęternitate. Et quando arguitur, ꝙ antequam Deus formaret Adam, ſi neſciebat qualiter formaturus eſſet, eum non ſciret formare, cum formabat: negatur conſequentia, quia ſcientia Dei de formando Adam eſt coęterna Deo, & ſemper eſt nō habens eſſendi initium, & tamen nō eſt ante formationem Adæ, immo nec ipſe Deus eſt ante formationem Adæ,
In q̄ō. 51. vt ſupra declaratum eſt. Sed adhuc arguetur, quia ad operationem aliquam in agentibus ſecundum rationem, primum principium eſt intellectus iudicans, ꝙ aliquid fieri debeat, & qualiter, deinde appetitus eligit illud fieri, poſterius autem potentiæ executiuę efficiunt: ſic enim ordinantur tria principia operatiua in hominibus ab Ariſt. Ethic. libro 6. cū ergo Deus operetur ſecundum rationem, neceſſe eſt, ꝙ prius Deus iudicauerit debere Adam formari, & elegerit, & poſt potentia executiua formauerit. Nam Deus nihil velle poteſt, niſi illud prius iudicauerit, & nō poteſt aliquid exequi, niſi illud voluerit, neceſſe eſt ergo antequam formauerit Adam fuiſſet ſcientiā de formando, ideſt ꝙ formaturus eſſet, & de modo formandi. Reſpondendum eſt iſtud argumentum dare maiora incōue-

F nientia quam pręcedentia, quia ſecundum pręcedentia inferebatur ſaltem apparenter, ꝙ ſcienta Dei ſit prior rebus factis: hic autem concluditur, ꝙ intra Deū ſit prioritas, ſ. ꝙ intellectio, ſiue iudicium de faciendo ſit prius volitione, & volitio ſit prior operatione, ſcilicet creatione, vel formatione, & hęc in Deo ſunt. Aliquis reſponderet iſtos actus non præcedere in alterutrum tempore, ſed natura: & ſic erit ſimultas durationis. Sed nō ſtat, quia ſi eſſet prioritas naturę intra Deū aliquid eſſet ibi perfectius altero, quod falſum eſt, q̄a quod non eſſet ita perfectum, vt alterū, nō eſſet Deus, prioritas autem naturę non ponitur, niſi inter magis perfecta, & minus, vt in cauſis, & cauſatis. Cauſę enim ex eo, ꝙ habent aliquam potētiam ſuper cauſata, quia eſſe conferunt, dicuntur digniora cauſatis, & quantū
G ad hoc eſt prioritas naturę. Non eſt igitur in Deo aliqua prioritas naturę quantū ad aliqua, quę in eo ſunt. Nec oportet poni aliquam prioritatem in iudicio & volitione, & operatione Dei, quia in rebus, vbi ſunt diſtinctiones reales, & eſt aliqua cauſalitas, eſt aſſignanda aliqua prioritas, in Deo autem nihil tale eſt quantum ad hęc: quia idē realiter in Deo ſunt intellectus, & voluntas, & potentia creatiua, vel productiua rerū, actus quoque, ſ. iudicare velle, & producere, inquantum in Deo aliquid dicit, idem realiter ſunt: ideo non oportet poni aliquam præceſſionem naturę, & ſic ſcire formare Adam, & velle formare Adam, & poſſe formare, vel ipſum formare inquantum dicit aliquid ex parte Dei ſunt idem realiter, & non poteſt vnum
H præcedere alterum aliquo modo. Sed adhuc arguetur ꝙ Deus ſciat rē, antequam fiat, quia Deus multa per prophetas prędixit, & illa nouerat antequam fierent, Deus enim ſciebat id, quod dicebatur a ꝓphetis, & tamen prophetę prenunciauerunt prius quam fieret, ergo ſciebat Deus antequam fieret. Si detur oppoſitum, ſtabit ꝙ Deus neſciebat quid futurum erat, quādo iubebat prophetis, ꝙ vaticinarent, ſed hoc abſurdum eſt. Reſpondendum eſt, ꝙ Deus non cognoſcebat, quod prophetæ dicebant antequam fieret. Et cū dicitur, ꝙ Deus ſciebat id, quod prædicere iubebat prophetis tunc cum iubebat, poteſt reſponderi, ꝙ neſciebat tunc. In quo conſiderādum eſt, ꝙ Deus nihil
I vnquam locutus eſt prophetis, nec cuiquam in aliqua effigie apparuit quamquam ſępe iſta dicantur in vetere teſtamento. Cauſa vero huius Exo. 23. & 25. aſſignata eſt, ſ. quia Deus non poteſt aliquid agere ſecundū motum cuius ſunt hęc, & non ſolum non poteſt facere quæ pertinent ad motum, ſed etiam non poteſt facere aliquid in ſucceſſione, dato ꝙ nō eſſet motus ibi: ſicut in ęuo eſt ſucceſſio, ſine motu, quod competit Angelis: ſed omnia hęc, quæ Deus facere dicitur Angeli fecerunt, & ipſi vocabantur Deus. de cauſa horū diſputatum eſt Exodi 3. & 19. cap.

Nunc redeundo ad quod intendebatur, dicendum quòd Deus neſciebat ea, quæ dicebantur, quando dicebātur: nam licet iſta vera ſit: Deus ſciebat quidquid
K dicebatur prophetis ab Angelis, tamen non ſciebat id tunc, quando dicebatur. Cauſa eſt, quia iſta dicebantur ab Angelis, & reuelabantur in tempore: Deus autem in tempore non habet eſſe, in motu, & ſucceſſione. Et non eſt tamen iſta propoſitio intelligenda, ſ. Deus non ſciebat quæ reuelabantur prophetis tunc, cum reuelabantur, ideſt, quòd non ſciebat tunc: tamē ſciebat poſt, ſcilicet, quando fiebant, vel quando facta erant, quia nec ſciebat illa, quando fiebant, nec cum facta erant, quia hoc erat ſcire in tempore: Deus tamen non poteſt habere aliquam conditionem temporalem. Si tamen concedatur, quòd Deus ſcit rem tunc, cum fit, vel poſtquam facta eſt, concedendum erit, quòd ſciat antequam fiat: ſed nulla eſt vera pro-

In Deo nō eſt prioritas naturę, nec aliqua alia, niſi dicamus, vt Scotus, ꝙ eſt prioritas originis, ſed illa non eſt ꝓprie prioritas. ideo eſt impropria locutio. ideo Athanaſi⁹ dixit: nihil prius, aut poſterius.

Deus nihil vnq̄ locutus eſt prophetis.

prie

prie sumpta. Si autem dicatur large, quòd Deus sciebat ea, quæ dicebantur prophetis tunc, cum dicebantur, quia sciebat in ęternitate, quę coexistit illi tempori, in quo ista reuelabantur prophetis, non sequitur ex hoc, quòd sciat rem antequam fiat, quia illamet ęternitas, quæ secundum se totam coexistit illi tūc in quo reuelantur futura prophetis, coexistit tota simul illi tēpori, in quo ista, quæ prædicta sunt realiter eueniunt, ideo non potest id, quod in ęternitate est præcedere aliquid, quod est in tempore, quia quod in ęternitate est, cum ipsa sit indiuisibilis, & tota simul: sicut quod est in instanti in toto instanti est, quia non habet partes, sed ęternitas coexistit toti tempori, ergo non præcedit aliquam partem temporis. Valet consequentia, quia coexistere est esse pręsentem, & quia est indiuisibilis, necesse est, quòd secundum idem coexistat omnibus partibus temporis: ergo quod est in ęternitate quamquam coexistat formationi Adæ non præcedit Antichristi aduentum, sed ei simul præsens est, ergo scientia Dei, quæ est in æternitate, licet sit, quando dicebantur secreta prophetis, & quando res fiebant, quę reuelatę erant, non pręcedebat ipsas ad fieri: pręcederet tamen si vere scientia Dei fuisset in illo tempore, in quo dicebantur mysteria prophetis ab Angelis, sed non fuit vere in aliquo tunc, sicut verba dicta ab Angelis, vel reuelationes factæ fuerunt in aliquo tempore, & illud tempus pręcessit ad tempus, in quo res pręnunciatæ euenerunt. Alij modi arguendi possunt esse contra istam partem, sed sufficiant isti.

An Deus cognoscat res postquam factæ sunt, & an sequatur Deus sæpe in sacra Scriptura enarrat beneficia data, ergo scit res postquam factæ sunt. Atque ita fiat, vt Deus non intelligat rem postquam est, nec antequam sit, nec cum est.

Quæst. LXX.

AMPLIVS dicendum ex prædictis, quòd Deus non cognoscit res postquam factæ sunt. Crederet aliquis, cum probatū sit non esse intellectionem Dei de rebus antequā res fiant, eam esse postquam res factæ sunt: sicut nos cognoscimus res postquā euenerunt accipientes causalitatem cognoscendi ex illis, sed non conuenit Deo qui ex alio non perficitur: cognoscere tamen res postquam factæ sunt accipiendo causalitatem ab ipsis rebus imperfectio quædam est intellectus, ideo nō conuenit Deo.

Nec solum est sensus, quòd Deus non cognoscat rem postquam facta est, idest, quòd non incipiat eam tunc cognoscere, sed etiam, quòd non cognoscat eā aliquatenus postquam facta fuerit, primum enim maioris erat imperfectionis, scilicet, quòd ex tempore inciperet scientia Dei, & non fuisset ante rem. Secundū autem minus videbatur: nam dato, quòd Deus cognouisset rem a tempore infinito elapsa ea maneret ei cognitio de illa, sed in hoc dicitur, quòd postquam res est Deus non habet cognitionem de ea. Quod patet, quia si postquā est habet cognitionem de illa, aut habuit etiam antequam esset, & cum erat, vel solū postquam est: si vero dicatur, quòd erat antequam fieret, & cum erat, sequitur quòd sit successio in intellectione Dei cum intelligat rem in toto tempore antequā sit, & cum est atque postquam fuerit, quo dato sequitur, quòd esse Dei non est totum simul, quia esse suū, & intelligere idem sunt, sed intelligere non est simul, ergo nec esse, sed hoc est falsum. ergo non potest intelligere rem postquam est, & antequam sit, & cum est. Si autem dicatur, quòd intelligit Deus postquam est solum res ipsa, etiam non potest stare, quia eadem

A sequuntur inconuenientia: nam si postquam res est Deus illam scit, quæretur an semper postquam est, illam scit, an solum aliquando: si autem semper sequitur eodem modo successio in esse Dei, & consequenter non est in ęternitate.

Item si solum cognoscit Deus rem, postquam facta est, sequitur quòd non sit scientia sua semper ęterna, quia habet principium, ęternitas autem est interminabilis, & tota simul, si autem dicatur, quòd Deus cognoscit rem postquam facta fuerit, sed non semper postea, sequitur quòd scientia Dei deficit, sed hoc est inconueniens, ergo non est scientia Dei post rem.

Sed aliquis arguet, quòd Deus habeat scientiam rerum postquam factæ sunt. si enim Deus nesciret rem
B postquam facta est, nesciret enarrare beneficia impēsa, quæ iam præterierunt: sed Deus multotiens in sacra Scriptura enarrat beneficia data, vt cum dicitur: Ego sum Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, & ego deleui inimicos vestros, & sic est vulgatissimum in sacra Scriptura.

Respondendum est hic, sicut supra dicebatur, cum arguebatur, quòd Deus cognosceret rem antequam fieret: quòd Deus nunquam enarrauit aliqua beneficia impensa Iudæis, quia istud erat in voce, Deus autem nunquam locutus est, nec est possibile, quòd loquatur, quia ista pertinent ad motum: Angeli autem sunt, qui loquebantur enarrantes ista beneficia loco Dei. Si enim ista faceret impossibile esset eum esse ęternum, quia non esset esse suum totum, quod tollit
C partibilitas motus. Deus autem cognoscebat beneficia, quæ fecerat, & sciebat, quòd enarrabantur atque eo iubente fiebāt enarrationes, sed nō erat in eo prius facere aliquod beneficium Iudęis quam scire, quòd enarraretur, sed ipsum scire enarrare beneficia ab ęterno est, licet enarratio esset in tempore, conferre tamē beneficia quantum ex ipso est, ab ęterno est, & quasi id, secundum quod Deus dicitur conferre beneficia ab ęterno in eo est, ipsa tamen beneficia cōferri temporale est: sicut res creari non est ab ęterno, creatio tamen inquantum dicit aliquid ex parte Dei, quoddam ęternum dicit, quia non fuit aliquis actus subitaneus, vel instantaneus in Deo, secundum quem res
D crearētur, sed volitio sua efficax ab ęterno. Erat enim Dei volitio, quòd mūdus crearetur, & ista volitio est manens in Deo coęterna ipsi, nec vnquam desinens, & secundum hanc volebat ipse, & vult in instanti primo temporis res creari: & sic licet ex parte rerum nouum aliquid fuerit creari res, & subitaneum, ex parte Dei, tamen ęternum est, & semper manens. Et id, quod Deus creauit, nec est prius creatione, nec posterius, nec simul cum creatione, quia creatio fit in instāti temporis, nec in tempore aut ante tempus. Si autē conferri beneficia quantum est ex parte Dei, esset in tēpore, & enarraret illa ipsemet, sicut scriptura videtur signare, necessario diceretur scire res postquā fa-
E ctæ sunt: sed neutrum horum existit, ideo non scit res postquam factæ sunt, licet semper eas sciat.

Sed aliquis arguet adhuc. Si Deus nesciret res postquam factæ sunt, esset toto tempore postquam factæ sunt ignorans, sed non concedimus aliquādo Deum esse ignorantem, ergo sciet res postquam factæ sunt.

Hæc est vera Deus scit res, quòd factę sunt, vel quòd futurę sunt hęc est falsa Deus scit res anteq. fiant, vel postquam factę sunt.

Respondendum, quòd non scit res postquam factę sunt, licet enim Deus sciat res, quòd factæ sunt, vel quòd futurę sunt, tamen non scit antequam fiant, vel postquam factæ sunt, quia ista aduerbia determinant hic modum cognoscendi Dei, & signant in eo prioritatem, & posterioritatem, sed in Deo non est aliquid prioritatis, & posterioritatis, ergo propositiones cum istis aduerbijs semper erunt falsę: si tamen determinent res ipsas, essent propositiones veræ: vt, Deus scit

res fa-

res factas,& res,quæ nōdum factæ ſunt. Cum autem arguitur,Si Deus non ſcit res poſtquam factæ ſunt,ergo erit in toto illo tempore ignorans, negatur conſequentia:teneret enim ſi in priori tempore ſciuiſſet, ſ. antequam res fieret,& cum fiebat, ſed nec ante rem ſciuit,nec cum ipſa fuit,vt declaratum eſt: ergo non erit ignorans in reliquo tempore poſt factam rem. Si enim Deus in tempore ſcire poſſet,& eſſet aliquod tē pus,in quo neſciret,recte diceretur inſipiens toto illo tempore,ſed in nullo tempore ſcire poteſt,quia repugnat ei habere eſſe,vel ſcire, aut aliquam conditionē in tempore, ſed ſcit Deus rem quamcunque ſemper in ęternitate durationis ſuæ, & illa non eſt ante rem, nec eſſe quidem poteſt,quia ipſa eſt tota ſimul, & tamen quomodocunque poneretur,ſiue ante rem,ſiue poſt rem non eſſet tota ſimul: nec ſemper manens. Eadem argumenta poterant fieri hic, quòd Deus ſci- In qō. 68. & 69. ret res poſtquam factæ ſunt,quæ fiebant ſupra, ad inducendum, quòd Deus ſciret res antequam fierent, vel quaſi ſimilia, de quibus ſuffecerit, quod dictū eſt.

An Deus intelligat rem tunc cum fit. Quæſt. LXXI.

AMPLIVS dicendum eſt, quòd Deus non intelligit rem tunc, cum fit, vel tunc cum durat,ſiue ſit fieri, & duratio omni tempore,ſiue in inſtanti:quod patet, quia quæcūque ponatur duratio rei,ſi Deus in illa intelligeret ipſam rem,neceſſe eſſet, vt tunc eſſet eſſe Dei; ſed eſſe Dei non poteſt eſſe in tempore, nec in inſtanti: ergo nec intelligere.Conſequentia patet, quia eſſe Dei,& intelligere idem ſunt.Antecedēs probatur, quia ſi eſſe Dei eſſet in tempore, neceſſario eſſet in ſucceſſione,& motu,quia tempus eſt menſura motus, & nunquam menſura ſine menſurato reperietur:Deus autē nec motum nec ſucceſſionem habet, quia deficeret eſſe eius,& acquireretur quotidie, atque eſſet imperfectum,nec poſſet eſſe ęternum plenum motu,& ſucceſſione.

Item non poteſt eſſe in inſtanti temporis, quia tūc aut eſſet in ſolo inſtanti,aut in inſtanti, & tempore,ſi ſecundum,rediret inconueniens ſupra poſitum dato tempore:ſi autem eſſet in ſolo inſtanti, ſequeretur, quòd eſſe Dei deficeret, & per indiuiſibile maneret, & ante ipſum eſſet tempus,& poſt ipſum tēpus,quod patet,quia inſtantia habent poſitionem in tempore, ſicut puncta in linea, ita quòd inſtans copulatiuum, & diuiſiuum duarum horarum eſt poſt primam horam totaliter,& ante ſecundam horam eſt totaliter, & in illo indiuiſibili eſſet Deus ſolum, & tunc non poſſet in toto iſto tempore quidquā operari, quia nequaquam haberet eſſe.Nunc autem quamquam non dicamus eum habere eſſe in tempore,tamē dicimus, quòd non deficit,dum tempus eſt, & hoc ſufficit ad hoc,quòd operari poſſit.Nunc autem ſi in illo indiuiſibili inſtanti maneret,eum quidquam facere, aut eſſe cauſam alicuius erat impoſſibile.Nec poteſt dici eū eſſe in pluribus inſtantibus ſine tempore medio, quia In qō. 26. hoc impoſſibile declaratum eſt ſupra. Etiam dato, quòd poſſibile eſſet nihil magis de eſſe haberet ī mille inſtantibus,quā in vno,quia mille indiuiſibilia nullum diuiſibile componunt.Manet igitur, quòd Deus non poſſit eſſe tunc,quando aliqua res eſt, vel fit, & conſequenter non poteſt intelligere eam tunc cum fit,quia iſta duo idē ſunt. Nec tamen eſt ſenſus huius propoſitionis, quòd Deus non intelligit rem, quando eſt,quaſi prius,quam eſſet intellexiſſet eā, & poſtquam cęperit eſſe deſierit eam intelligere, vel quòd Deus non intelligeret rem,antequam eſſet, nec cum erat:ſed incępiſſet intelligere, poſtquā deſijt eſſe,quia

F probatum eſt,quòd non intelligebat eam,priuſquam eſſet,nec poſtquam erat:ſed eſt ſenſus,quod Deus nō intelligebat rem in tēpore poſtquam ipſa eſſe deſijt, nec in tempore,quo durat,quia in nullo tempore eſt.

Quomodo Deus rem intelligit, cum non intelligat antequam fiat,nec cum fit,nec poſtquam facta eſt. Vbi etiam agitur dubium illud notabile de Ideis ad quid ponantur in Deo, & an dirigant Deum in operatione. Et in quo operatio Dei,& ars rerum artificum differunt. Et quid eſt uolitio Dei proprie. Quæſt. LXXII.

SED aliquis quæret, ſi Deus non intelligit rem antequam fiat, nec cum fit, nec poſtquam facta eſt,quando intelligeret rem, videtur enim, G ꝙ nunquam intelligere poſſit. Reſpondendū eſt,ꝙ Deus nunquam intelligit rem, ideſt in nullo tēpore, & tamen ſemper intelligat quācunque rē, quia in tota ęternitate intelligit, & ęternitas ſemper eſt,& nulli tempori deeſt: quamquam in nullo tempore, aut parte tēporis eſt,ſicut Deus in nullo loco aut parte loci eſt: nulli tamen loco, aut parti locorum deeſt, & hoc facit eū vbique eſſe, qui in nullo loco eſt.Nec eſt inconueniens, ꝙ aliquod tempus relinquatur, in quo Deus non intelligat rem: eſſet enim incōueniēs, ſi ceſſaret ab intelligendo,ſ.ſi in aliquo tempore intellexiſſet,& poſtea non intelligeret,ſed in nulla parte tēporis intelligit,ideo totum tēpus relinquitur, in quo non intelligit: nec tamen ob hoc in aliquo tempore H dicimus eū ceſſare ab intelligendo, licet enim in nullo tempore intelligat, in nullo tamen tempore intelligere deſinit.Sed contra hoc aliquis arguet,ſ.ꝙ Deus intelligat rem,quando eſt,vel quando fit. Nam multa ſunt,quæ a ſolo Deo cāntur, vt animę quæ quotidie creantur:alia autem a Deo partem influentiæ recipiunt inquantum eſt cauſa vniuerſalis neceſſario influens in omnia cauſata,ſed artifex, quādocūque operatur neceſſario,habet ideam dirigentem,alioquin neſciret quid ageret:immo, & neſciret, an aliquid ageret:ſed Deus fecit res ſaltē creando, ergo neceſſe eſt, ꝙ tunc eas intelligeret, & ſic intelliget res, quando fiunt.Reſpondendum eſt igitur primo Deum eſſe artificem, & in ſe habere ideas rerum futurarum iuxta I illud Ioan.1.quod factū eſt, in ipſo vita erat,ideſt omnia viuebāt in Deo,quæ facta ſunt in re,ſ.in ideis ſuis. Ipſe igitur in agendo dirigeretur per has, alioquin nō eſſent in eo:quia ideæ ſolum ſunt exemplaria,& proficiunt pro rebus,quæ fiūt,vt imprimatur eis talis imago inquantum artifex dirigitur per illam ideam. Quāquam de directione, quam habet artifex per ideam, vel per exemplar,& de directione, quæ eſt per habitū artis quomodo ſint diſtinctæ, & quomodo ſint duæ directiones habitus, ſ.vna præcedens ideam artificiabilis rei ad cauſandum ideam,& alia directio poſt cauſatam ideam, & quæ eſt per ideam, in quo proficiat, & quid magis habitus artis proficiat, vel idea,& quid K horum ſit cauſa diuerſitatis in artificiatis pertinentibus ad eandem artem,alius erit dicendi locus.In Deo autem erant ideæ.Nec poteſt dici, ꝙ inanes eſſent,ſicut dicit Ariſt.de Platonica idea, ꝙ inanis ſit 1.Ethic. ergo proficiebāt ad operationem, ſed non antequam operatio ſit,nec poſtquam facta eſt,quia tunc nihil dirigunt habitus artis,& idea:ergo,& qñ fit,& ꝯſequenter Deus ītelligeret rem,qñ cauſa efficeret; quia ideæ in Deo ad intellectum pertinent. His tñ non obſtantibus dicendum eſt prout ſupra, ꝙ Deus non intelliget rem,qñ fit,ſiue fiat in inſtanti,ſiue in ſucceſſione,quia tūc aſtringeretur ad leges temporis, quamquam nec tunc,nec alias intelligere deſinat, & ſequerentur omnia inconuenientia ſupra poſita. Et ad inconueniens de ideis,

Arg. contra pdicta, cuius ſolutionem in forma quare qō. 73. & 75.

de ideis, scilicet ad quid ponantur, cum non dirigant Deum in operatione.

Dicendũ est in Deo esse ideas ex necessitate artificis: potissimum cum beatus Ioan. nõ Platonicus quidem, nec ex aliqua parte Physicus, aut Metaphysicus eas posuerit, istę tamen non sunt eo modo in Deo, quo in alijs artificibus, quia in cæteris sunt ideę exemplaria quędam causata in mente artificis per directionem habitus artis, & est idea forma immaterialis rei artificiabilis, nec distat in aliquo alio forma, vel idea quam habet artifex in mente, & forma, quam superducit partibus ædificij in materia ædificabili, nisi ꝙ forma, quæ est in mente est immaterialis, forma autem, quam causat artifex per actum suum est materialis superducta partibus ędificij, & ista idea causatur per habitum artis, quia quãquam quilibet possit formare intra se quamcunque ideam ædificij, tamen nõ format aliquis conuenientem ideam, nisi artifex, ꝙ in formãda ea dirigit artis habitus, vtpote aliquis, qui non est artifex concipiet intra se aliquod ædificiũ magnæ altitudinis, & paruę latitudinis, atque capacitatis, & illud non poterit consummari, vel si cõsummatur, nequit magno tempore durare: requirit enim cõueniens ędificium certam latitudinem & commensuratam ei altitudinem tam ad permanẽdum, quàm ad vsum humanum: qualis tamen sit figura conueniens rei artificiabilis, nemo bene nouit, nisi per habitum artis, & in hoc habitus dirigit ad generationem ideę vel exemplaris, & iste est modus in omnibus artificibus: in Deo autem non gignitur aliqua idea, sicut in nobis, sed ipsamet diuina mens est omnium idea, & sic non est distincta idea ab artifice, sed sunt omnes istę distinctiones minores distinctione reali. Et ob hoc etiam non poterit poni habitus artis agens ad generationem idearum diuinarum, cum illę sint aliqd non factum. Proficiunt autem istę ideę ad operationem artificis, cum est operatio, & in Deo sic est, quòd ideæ ad eius operationem dirigendam sunt, sicut in cæteris artificibus, sed adhuc est dña in operatione Dei, & arte rerum artificum, quia in cæteris artificib⁹ tunc est operatio ipsorũ cum est passio rerum factarum, quia actio, & passio sunt vnus motus iuxta Aris. in 2. De aĩa, & actio & passio in motu fundant̃, vt ait Gilbertus in libro sex principiorũ. Et accidit hoc, qa sicut passio rerum, quæ fiunt, est motus quidam, ita actio ipsorum artificũ est motus, & vnus ex altero causatur: nam iuxta Arist. in p̃dicamentis: propriũ est passionis inferri ex actione, ergo necesse est dum vnum sit, alterum esse. Prouenit aũt hoc ex imperfectione artificum, qui sicut hñt esse suum in successione, ita cõicant. Deus aũt non hẽt aliqđ esse in successione, sed totum simul in eo est quidquid est: ideo cũ cõicat aliquam perfectionẽ non fit aliquis motus, nec pertinens ad motũ. s. mutatũ esse. Deus aũt est principium oĩum rerum per intellectũ iudicando, ꝙ fieri debeãt, qđ pertinet ad prudentiã, & iudicando qualiter fieri debeant, vel quales ꝓduci debent, quod pertinet ad ideas, vel exemplaria, & ad habitum artis. Est ẽt principium per voluntatem eligendo producere res. Est ẽt principium per potentiã, quæ est in eo, sicut in nobis sunt potentiæ executiuę obedientes voluntati, & rõni. Et verè in Deo est iudicium de productione rerum, & volitio, & actus producendi: sed ista sunt tota simul, quia nõ distinguũtur ab ipsa diuina essentia, sicut distinguit̃ in nobis intelligere ab intellectu, & volitio a voluntate, & operatio executa a potentijs executiuis, s. õ sicut essentia Dei est tota simul, ita iudiciũ de producendo mundum est totum simul, & volitio de producẽdo, & ipsa operatio quantũ ex Deo se tenet, & ista semꝑ sunt: nã voluntas, aut volitio dę creã-

A do mundum non est magis quando creatus est mundus quàm nunc. Cum enim semper Deus sit, illam semper esse necesse est.

Nec ex hoc sequitur quòd mundus semper creetur, quia semper Deus habet illam volitionem: sequeretur enim hoc, si Deus haberet operationem aliquam in aliqua parte temporis, aut in aliquo instanti: sed falsum est: nam tunc cum creatus est mundus, Deus non habebat volitionem de creando mundo, quia creatio mundi fuit in instanti temporis, quod fuit primum, & initiatiuum temporis, sicut punctus in principio lineę: in instanti autem Deus non est, sicut nec in tempore, vt ex prioribus patet: sed volitio Dei est esse Dei, & Deus, ergo non erat
B volitio Dei de creando mundum tunc, cum creatus est. Nec est aliquando nisi accipiatur, quòd tunc erat idest tunc non desinebat esse, quia semper est: & hoc modo in toto tempore est: quia in nulla parte temporis desinit esse, quia semper est. Nec enim debet quisquam imaginari, quòd Deus aliquando creare mundum elegerit, & postea ab hac electione cessauerit, sicut nos aliquando intelligimus, vel volumus, & postea ab intellectione, & volitione deficimus: quia in Deo quidquid est, Deus est, & non potest aliquid, quod in eo fuerit, cessare ab essendo, nisi Deus totaliter esse desierit. Ideo necesse est dicere, quòd aut nunquam in Deo fuit volitio de creando mundum, aut nunquam desinit esse, sed nõ est dicendum quòd nõ fuerit in eo volitio, quia sequeretur quòd aliquid
C fecerit, quod non elegerit facere, quod absurdum est: quia tunc sequeretur, quòd aut inuitus ista egit, aut nesciens, & non deliberans, quę duo tollunt voluntarium. 3. Ethic. ergo in eo fuit volitio de creando mundum, & consequenter necesse est, quòd ista volitio semper maneat.

Volitio Dei de creando mundum nunquam fuit quia nec fuit ante creationẽ, nec post, nec tunc.

Ex hoc patet quòd volitio de creando mundum in Deo nunquam fuit, idest in nulla parte temporis, vel instanti, quia diuinum esse est: si tamen concedatur in aliquo instanti, quòd Deus volebat mundum tunc creare, non magis concedetur in vno tempore quàm alio: quod patet, quia sicut Deus in ęternitate huiusmodi sunt volitio, & intellectio: ęternitas autem nõ est in aliquo tempore, aut parte temporis, tamen coexistit tota simul cuilibet parti temporis, &
D tota simul toti tempori, & tota simul cuilibet instãti, nec magis vni parti, aut instanti quam reliquo. ideo necesse est, quòd volitio Dei de creãdo mundum nõ magis sit nunc, quàm ante, vel quàm post sed indifferenter coexistit omni tempori, & partibus eius. Et ex hoc sequitur, ꝙ ista volitio non erat magis, quando mundus creatus est, q̃ nunc, & q̃ in die iudicij: alioquin dabitur, quòd magis pręsens sit ęternitas illi instanti quàm huic, quod non stat, quia ipsa est absoluta legibus temporum, & locorum. Sed dicet aliquis, si non magis erat volitio Dei de creãdo mundum in illo instanti quã nunc, quare magis fuit creatus mundus tunc quàm nunc. Dicendum est quantum ad creationem mundi esse causam specialem q̃ in alijs rebus volitis a Deo, quæ quotidie eueniunt. Nã mun
E dus non potuit creari priusquã creatus est, nec postea, vt supra probatum est: sed necesse erat eum creari in primo instanti temporis: manebit tamen argumentum de omnibus alijs rebus, s. homo currit nunc, vel legit, & Deus hoc vult. Et ista volitio, cum in Deo dicat aliquid reale, necesse est quòd ab æterno voluerit, & ob hoc non magis erit volitio Dei de cursu hominis in die iudicij, q̃ in die creationis mũdi q̃ in die, quo currit. Et tũc dicet cũ De⁹ semꝑ velit ꝙ iste currat, quare nũc currit, & nõ currebat a pricipio, vel postea non semper currat nõ cessante illa volitione Dei. In q. 52.

F Respon-

Respondendum est, quòd ideo iste currit hodie, & non cras, quia licet Deus semper velit eum currere, tamen vult, quòd solum currat hodie, & semper vult, quòd hodie currat.

Et sic etiam dicetur de creatione mundi, quare nõ semper creatur. Respondendum est, ꝙ semper volitionem habet de creatione mundi, vt fiat in illo instanti, & non in alio, ideo quamquam volitio de creatione mundi in Deo semper sit, quia tamen non est pro semper, non creatur semper: ideo ista propositio distinguẽda est, s. Deus semper vult creationem mundi, an semper determinet illud verbum vult, an determinet infinitiuum subintellectum cum illo accusatiuo, creationẽ. Si primo modo est sensus, quòd voluntas de creatione mundi in Deo est indesinens, idest, quòd sicut semel vult, ita nunquam velle cessat. Secundo modo est sensus, quòd Deus vult creationem mundi semp fieri, s. in omni instanti, & tũc est falsum, quia nec hoc vult, nec est possibile. Item accipiendo in primo sensu Deus semper vult creationem mundi, non accipitur semper pro omni tempore, ita quòd in quolibet instanti temporis hoc velit, quia in nullo instanti, aut parte temporis Deus habet aliquam actionem, aut esse: sed accipitur semper pro tota æternitate, quę est desinens, s. quòd in tota ęternitate Deus vult creationem mundi, & illa est vnica volitio, & indiuisibilis, nã est in æternitate, quæ est indiuisibilis, & tota simul.

Volitio Dei quid est.

Nec est aliqua volitio longa, & continuata ab ęterno in ęternum per indeterminatam durationem, sicut aliqui autumant non cognoscentes naturam ęternitatis, sed putantes eam esse tempus infinitum iuxta positionem Aristot. 8. Physic. de æternitate motus, sed est ista volitio indiuisibilis, quia id quod est factum in instanti, vt ita dicam, non potest habere aliquam longitudinem, vel extensionem: æternitas autem est instans, quia est tota simul, quod non contingit nisi in instanti, ideo volitio illa de creatione mundi est indiuisibilis, & instantanea, nec est repetita, scilicet, vt nunc semel velit: & deinde iterum, & iterum, quia etiã hoc modo daretur successio, sed etiam hoc modo tollerẽ æternitas, quia necesse erat poni tempus vbi sunt multa instantia, cum nõ possint immediate coniungi indiuisibilia. Erit igitur ęternitas instans, & vnicum instans: ideo volitio Dei de creatione mundi, & formatione Adæ, & qualibet alia re est indiuisibilis, & vnica nunquam repetita.

Velut si nos semel elegerimus, ꝙ Sortes currat, & nunquam in idipsum redeamus eligentes, & cogitãtes. Hęc tamen ęternitas coexistit toti tempori habẽti magnas extẽsiones, etiam si esset infinitum: nec ob hoc magis diuisibilis ipsa sit, quia hoc ex natura permanentię sibi euenit, sicut centrum terræ coexistit totum simul toti tẽpori, & cuilibet indiuisibili assignato in tempore, & tamen ipsum centrum terræ indiuisibile est, tempus autem in infinitum diuisibile: ita ęternitas est tota simul, & indiuisibilis, & quia permanens coexistit toti extensioni temporis, quod est in fluxu.

Amplius autem dato, ꝙ volitio Dei de creatione mundi, vel de alijs rebus quæ fiunt, esset in tempore non erat necesse, ꝙ tunc res fieret, quando Deus haberet volitionem de re illa, ꝙ fieret: nam & nobis sic accidit, quia nunc volumus habere vitam ęternam, sed non pro nunc, & nunc eligimus ea, quę mane facturi sumus, sed non eligimus nunc facere, ita Deus volebat creationem mundi in aliquo instanti, tamen non volebat pro illo, sed si hoc modo daretur in Deo non posset semper habere eandem volitionem, quia antequam mundus crearetur, vellet ꝙ crearetur: postquã vero creatus foret non vellet in omnibus instantibus

F posterioribus, quòd crearetẽ, sed ꝙ creatus foret. Nũc autem nõ mutatur in Deo volitio, sed id quod semel voluit, & qualiter voluit semper vult: vnde nunquam Deus voluit mundum creandum tanquam creatio illa non assisteret ei quoniam assistit semper, nec vult illum creatum esse tãquam creatio elapsa fuerit, quia æternitati nihil absens est, sed vult creationem mundi absolutè, quæ nec est pręterita, nec futura, & sic stricte accipiuntur. Etiam non est ei pręsens: quamquã possunt accipi istę propositiones verè, ita quòd referatur creatum, & creandum ad conditionem temporis, & non ad conditionem Dei, s. quòd licet in comparatione mundi ad Deum volentem, nec creatio mundi elapsa est, nec futura, tamen ad cõditionem temporis elapsa

G est: & hoc elapsum, sicut est, Deus vult. Accipiendo tamen absolutè, s. Deus vult, quòd creetur mundus: est sensus, quòd mundus respectu eius non erat creatus, aut non erat creatio, & hoc est falsum: & ideo propositio talis magis est falsa strictè sumendo. Si tamen volitio Dei esset in tempore necessario mutaretur, quia cum in hoc tempore mundi creatio elapsa sit, si Deus nunc haberet volitionẽ de creatione mundi, nõ posset esse de creatione, nisi vt prętерita, scilicet, quòd vellet mundum fuisse creatum. Quia tamen in æternitate est, quæ nec est ante tempus, nec post tempus, non mutatur, nec mutari quidem potest, quia est in indiuisibili: in indiuisibili autem non possunt esse contradictoria; sed necesse est solum esse alteram par

H tem.

Ex quo patet, quòd volitio de creatione mundi nõ fuit ante illam, nec post, nec tunc. Quod satis ex prędictis patet, nam ista volitio est esse Dei, sed Deus non pręcedit aliquam rem, vt supra probatũ est, ergo nec volitio. Etiam quia volitio Dei est in ęternitate, æternitas autem est simul tota, & non habet positionem in tempore, ideo non potest pręcedere aliquid, nec subsequi ad illud.

In Deo volitio de mundi creatione est semper, & illa est creatio actiua. Et quod creatio actiua in Deo non est motus, nec actio sed aliquid semper manens. Et quod modus essendi Dei dicit duas perfectiones. Et quare res per creationẽ non consecutæ

I *sunt simultatem permanendi sicut essendi. Demum ad quid in Deo ponuntur Ideæ, & an dirigant Deum in operatione.*

Quæst. LXXIII.

SED redeundo ad id, quod inceperamus, dicendum quòd in Deo volitio de creatione mundi est semper, & illa productio, quę est ex parte Dei est semper, & tota simul, nec dici debet, quòd illa nihil sit: nam si non sit verum ens reale, impossibile erat, quòd res productæ fuissent veraciter, vt a non ente non potest prodire quidquam, sed creari est fieri, vel aliquid in modum passionis, & res creatæ sunt maximus effectus, ideo non possunt esse a nõ ente. Et sic, sicut ex parte rerum datur creatio, quę est modus passionis, ita ĩ Deo dabitur creatio actiua, quę

K non est actio, nec motus, nec aliquid progrediens a diuina essentia, vel potentia productiua, sed est aliquid semper manens non magis tunc cum res createę sunt, quam nunc.

Et patet, quòd creatio ex parte Dei non sit aliquis motus, vel actio propriè dicta, nam res creatæ, quæ sunt mobiles in creatione non habuerunt aliquem motum, quanto minus in Deo erit motus, per quem producat?

Sed adhuc nõ accedit simultas recipiendi esse in rebus ad simultatem cõicandi in Deo esse rebus. Nam cum cõicatio illa ex parte Dei non distinguatẽ a deitate est aliquid sp manens, & est tota simul, in rebus aũt

receptio

receptio essendi habuit aliquã similitudinem ad modum communicationis ex parte Dei, sed non potuerunt habere totalem similitudinem. Nam Deus creans res non produxit illas communicatione vniuoca, scilicet communicans eis esse suum, quod est per generationem, sed æquiuocè communicauit eis perfectionem essendi quandam, quod non est esse suum, & si communicasset eis esse vniuocè totaliter fuisset idem modus essendi in genito, sicut in cõmunicato. Ita est in patre & filio: nam sicut pater habet totum esse simul, ita & filio communicatum est totum esse simul, & sicut pater habet esse permanens est, ita & esse filij permanens est.

Res autem a Deo creatæ, quia per æquiuocam communicationem prodierunt non consecutæ sunt eundem modum in recipiendo esse, quem Deus habuit in tribuendo: sed consecutæ sunt eum quantum ad aliquid. Nam modus essendi Dei dicit duas perfectiones, scilicet quòd totus simul est, & quòd in simultate illa permanens est, ita & communicatio illa actiua prout se tenet ex parte Dei est tota simul, & est permanens: modus autem recipiendi esse a Deo ex parte rerum fuit consecutus primam perfectionem, scilicet quòd fuit totus simul, sed non fuit consecutus secundam, scilicet quòd maneat totus simul.

De primo patet, quia creatio passiua rerum fuit receptio esse sui, & ipsa fuit tota simul, quia totũ esse eis communicatum, simul communicatum est, & quantum ad hoc communicatio actiua, quæ se tenet ex parte Dei non excedit modum recipiendi, cum vtrobique sit simultas. Nec solum fuit hoc in formis substantialibus, quæ etiam per naturam simul causantur per generationem, sed etiam quantum ad formas accidentales, quæ naturaliter nõ causantur totæ simul. Et in hoc creatio accepta passiuè excedit in duobus generationem naturalem, quamquam vtraque instãtanea sit.

Primo ex parte formarum substantialium. Nam in generatione quamquam forma in indiuisibili inducatur, quia ipsa nõ hẽt ptes, & non potest produci diuisibiliter, tamen ad educendum formam de potẽtia, multæ actiones naturales successiuè prçcedunt, & sic non est penitus simultas in modo communicandi esse per generationem: in creatione autem passiua non præcessit aliqua successio.

Secundo excedit creatio passiuam generationem, vel modum communicãdi esse naturaliter in formis accidentalibus, quia formæ accidentales consequentes rem genitam causantur natutaliter per motum, & successiuè recipiuntur in subiecto: in creatione autem res fuerunt creatæ non solum in suis substantialibus, sed etiam in accidentalibus perfectissimè, & ad istas accidentales perfectiones non prçcessit aliqua successio. Ecce igitur quòd creatio passiua, quç fuit receptio esse, consecuta est modum communicationis ex parte Dei, quantum ad esse totam simul. Secũdam autem perfectionem illius communicationis actiuç non potuit consequi creatio passiua, quæ est in rebus: nam illa actiua communicatio est tota simul, & manens cum non distinguatur a Deo, qui habet totum esse suum permanens: creatio autem passiua nõ consecuta est mansionem. Nam solum fuit creatio in instanti illo primo temporis, postea verò esse non habuit, sed iam præterita est: creatio autem actiua, prout dicit aliquid ex parte Dei, non magis fuit in illo instãti, quàm in isto & in omnibus, sed semper coçterna Deo est, & nunquã potest desinere esse. Hanc conditionem non potuit consequi passiua creatio, quæ est modus recipiendi esse rerum a Deo, pceden tium. Nam hoc modo consecuta fuisset æternitatẽ,

A quod nulli rei donatur, nisi procederet a Deo vnitate, vt filius & Spiritussanctus a patre, qui vniuocantur gignenti, & spiranti.

Causa autem quare res non consecutç sunt modum istum essendi vel recipiendi esse, qui est Deo, in communicando est: quia conditio creatarum rerum hoc non substulit. Sunt enim res istæ generabiles, & corruptibiles, & huic competit motus: motus tamen tollit simultatem, cum per eum perfectiones successiuè acquirantur. Necesse erat igitur, vt quidquid competeret rebus, careret permanentia simultatis. Sed licet aliquando haberet simultatem, semper tamen eam habere non posset. Creatio autem erat aliquid totum simul, ideo si permaneret, necesse

B erat quòd semper res haberent totũ esse simul: hoc tamen repugnat rebus generabilibus, & corruptibilibus, ideo creatio, quæ erat quçdam conditio rerum recipiendo esse non potuit manere, nisi per instans: alioquin si conditio, vel modus recipiendi esse in rebus permaneret totus simul, necesse erat quòd esse receptum esset totum simul permanens: sed non potuit hoc esse in rebus generabilibus & corruptibilibus, ideo creatio passiua, quamquam tota simul esset, tamen non permansit nisi in indiuisibili temporis. Et ob hoc verum est, quòd fuit creatio in primo instanti temporis, & nunquam postea: creatio autem actiua inquantum dicit aliquid ex parte Dei reale, quod poni necesse est, erit totum simul: quia est indiuisibile, cum sit in æternitate. Est etiam perma-

C nens ex conditione diuini esse, & æternitatis suæ mensuræ: ideo ista creatio actiua semper est, nec magis in illo instanti, quo creatæ sunt res quàm in quolibet alio instanti. Nam proprie loquendo in nullo instanti, aut tempore est, cum sit in æternitate: loquendo tamen largè non est magis creatio actiua ex parte Dei in instanti, quo creatus est mundus, quàm in instanti passionis, vel mortis Christi, quàm in die iudicij, sed semper est, cum æternitas toti tempori, & cuilibet parti temporis coexistat, & non magis vni quàm alteri.

Ideo ideæ, quæ ponuntur in Deo ad dirigendum illam creationem actiuam, sicut ideæ artificum, & habitus artis non magis direxerunt operationem diuinam in illo instanti, quo creatus est mundus, quàm

D nunc, & quàm in die iudicij; cùm operatio, quæ est actio actiua, semper sit, & directio sit, cùm manet operatio dirigibilis. Et sic ab çterno ideç in mente diuina operationem illam dirigunt, & nunc dirigunt, cùm semper sit: & tamen semper existens non est aliqua alia, sed eadem indiuisibilis, & instantanea, vt supra declaratum est: semper tamen est inquantum omni tempori fluenti ipsum æternum permanens coexistit, sicut punctus rei permanentis coexistit durationi totius motus.

An Deus poterat creare, & producere res in tempore, sicut natura, vel sit necesse, quòd agat in instanti. Et an creatio actiua & passiua fuerit instantanea.
Quæst. LXXIIII.

E

CONSIDERANDVM autem quòd illa processio rerum a Deo, quç fuit in instanti, non potuit esse per successionem, ita quòd communicaret Deus esse successiue rebus, sicut natura communicat per motum, & hoc siue poneretur successio cum motu ad communicandum esse siue successio sine motu: nam cum res susciperent esse per successionem necesse erat, quòd in communicatione actiua ex parte Dei poneret̃ successio: nã successio passiua est ex actiua factione. Quæret ergo

an Deus communicaret agendo eſſe rebus diuiſibiliter,vel indiuiſibiliter,ſi cōicaret diuiſibiliter, habetur intentum,& tunc eſt hoc impoſſibile,quia cū iſta actiua communicatio ſit ex parte Dei, dabitur aliquid in Deo,quod ſit partibile,ſed hoc eſt īpoſſibile,qa Deus eſt totus ſimul, & quidquid eſt in Deo eſt totū ſimul, ideo non poterit eſſe aliquid partibile,vel in ſucceſſione.Si autem dicatur,quòd Deus indiuiſibiliter cōfert eſſe, & tamen res illud recipiūt diuiſibiliter,eſt impoſſibile, quia cauſatum non ſuſcipit eſſe, niſi per actualem influxionem cauſæ in ipſum, ſi ergo Deus non influit actualiter,vel nihil a Deo influitur actualiter ꝑ aliquam ſucceſſionem, cum ipſe indiuiſibiliter cauſet,& illi cauſalitati indiuiſibili non poteſt correſpondere, niſi aliquid indiuiſibile ex parte rerum, neceſſe eſt igitur,vt in indiuiſibili res eſſe recipiant ſi indiuiſibiliter Deus confert. Nam licet Deum nō ponamus in tempore entem,nec agentem; ſi tamen aliquā cauſalitatem paſſiuam eius partibilem, & ſuccedētem ponamus,neceſſe eſt aliquam actiuam cauſalitatem partibilem ex parte ipſius aſſignari,licet illa nō ſit in tempore,ſicut paſſiua receptio: tamen non poteſt vlla diuiſibilitas,vel ſucceſſio aſſignari ex parte Dei,ergo nō poterant res ſucceſſiuè produci a Deo: ideo neceſſe fuit,vt productio rerum a Deo eſſet inſtātanea, & iſta vocatur creatio.

Deus non poteſt loq. nec apparere nobis ī corpore, nec mouere lapidem quantūcūque minimum.

Et iſta eſt cauſa, quare Deus non poteſt loqui, nec apparere nobis in aſſumpta effigie ad faciendum aliquid coram nobis,nec poteſt mouere cœlos,nec vnū lapidem ſaltem ſpatio vnius digiti, licet potuerit omnia creare, & tamē ſine motu poterit facere Deus ea, quæ alias per motum facienda erant, vt quamquam non poſſit mouere lapidem ab vno loco in alterum, tamen poterit ſine motu facere, vt lapis, qui hic erat, ſit in alia parte mundi. Et licet non poſſit cauſari in nobis albedinem dealbando,quemadmodum natura facit per motum: tamen poteſt ſubito in nobis eam creare de non ente,& ſic de cęteris.

Et ſi arguitur, quòd aliquando Deus dicitur locutus,vel feciſſe hec,aut illa.

Reſpondendum eſt Angelos feciſſe hæc, vt ſępe reſponſum eſt. De quo late Exodi tertio,& 19.& Leuitici ſexto. quæſt. 69.

Si autem arguatur, quòd in nouo teſtamento, vbi non ſunt vſitati modi iſti tropici, dicitur deſcendiſſe Spiritus ſanctus in columba,& vox patris audita, ſcilicet hic eſt filius meus dilectus &c.Lucę 3. ſatis reſpōſum eſt in libro noſtro de quinque metaphoricis Paradoxis ad illuſtrem reginam Caſtellę.

Si autem arguatur, quòd Chriſtus homo Deus verè loquebatur,comedebat,mouebatur, cęteroſque actus ad veritatē motus pertinentes faciebat, & tamen in eo ſuppoſitum, vel perſona agens, quam denominat actus non erat humana,ſed diuina. Etiam in eodē libro ſatis reſponſum eſt in tertio Paradoxo eiuſdem. Nunc autem creatio paſſiua, quæ eſt ſuſceptio eſſe in rebus fuit in inſtanti temporis, & indiuiſibiliter. Et quamquam communicatio, quæ eſt ex parte Dei nō ſit in aliquo inſtanti temporis,cum ſit in ęternitate,& communicatio paſſiua ſit in inſtanti temporis, tamen conſecuta eſt creatio paſſiua creationem actiuam, vt ſicut creatio actiua eſt in indiuiſibili ęternitatis, & tota ſimul,ita communicatio,vel creatio paſſiua eſſet in indiuiſibili temporis,quod eſt inſtās, & totum ſimul: ſi tamen Deus communicaret eſſe indiuiſibiliter, & res ſuſciperent illud indiuiſibiliter, non eſſet aliqua ſimilitudo creationis actiuæ ad creationem paſſiuam.

Sed adhuc aliquis arguet, quòd quamquam Deus communicet eſſe rebus indiuiſibiliter, tamen res poterāt ſuſcipere illud diuiſibiliter,quod patet, quia exi-
F ſtente creatione, vt fuit, communicatio Dei non fuit in aliquo inſtanti, ſed in æternitate, creatio tamen paſſiua fuit in inſtanti temporis: ergo ſicut non exiſtente creatione actiua in inſtanti temporis, creatio paſſiua eſt in inſtanti temporis, ita non exiſtente creatione actiua in tempore,poterat productio paſſiua rerum eſſe in inſtanti, & ſi non eſſet hoc quantum ad formas ſubſtantiales, ſaltem eſſet quantum ad aliqua,quæ diuiſibiliter productibilia ſunt,ſcilicet quantum ad perfectiones accidentales, & ſic eſſet diuiſibiliter.

Reſpondendum non potuiſſe hoc fieri, nec eſt vllatenus ſimile. Nam cum Deus creat actiue res in inſtanti temporis, & res creantur in inſtanti temporis,
G licet ſimpliciter non ſit ſimilitudo,eſt tamen ſimilitudo,in modo receptionis,& creationis:quia creatio eſt in indiuiſibili,& receptio eſt in indiuiſibili,nec eſt diſſimilitudo, niſi quòd indiuiſibile, in quo creat Deus eſt manens:indiuiſibile autem,in quo res creantur eſt tranſiens, quia eſt inſtans primum temporis habens poſitionem in tempore,vt punctus in linea, vtrunque tamen eſt indiuiſibile,& vtrunque eſt inſtans, nec eſt extenſius inſtans ęternitatis inſtanti temporis.

Si autem dicamus,quòd Deus communicaret eſſe indiuiſibiliter rebus, & ipſę ſuſciperent illud diuiſibiliter,non omnimoda eſſet ſimilitudo, quia ſupra dabatur indiuiſibilitas productionis actiuę, ita dabatur indiuiſibilitas paſſiuę productionis: hic autem actiua
H productio eſt indiuiſibilis, & paſſiua eſt diuiſibilis.

Item in ſuperioribus creatio paſſiua eſſet in inſtāti temporis,& creatio actiua non eſſet in aliquo inſtanti tēporis,tamen erat in aliquo indiuiſibili, quod non erat indiuiſibile temporis, ita ſi productio paſſiua poneretur indiuiſibilis diuiſibilitate temporis,poneretur productio actiua diuiſibilis,licet non diuiſibilitate tēporis,ſed nulla diuiſibilitas,vel ſucceſſio eſt in Deo,ſiue,vt conditio temporis,ſiue ſine tempore, ergo non poterat poni diuiſibilitas ex parte rerum.

Aliter arguetur, ſcilicet, quòd poſſit indiuiſibile creans facere diuiſibilitatem in re quantum ad modū ſuſcipiendi,ſicut eſt de motoribus localibus, quia aliqua ſunt mouentia localiter, & ſecundum ſitum, &
I tamen non mouentur localiter, vel ſecundum ſitū, ſicut eſt de Angelis mouentibus cęleſtes orbes, tam ſecundum poſitionem Philoſophicam,quam Catholicam veritatem.Ipſi enim mouent, & tamen immobiles manēt,ita Deus produceret indiuiſibiliter, & tamen res producerentur diuiſibiliter.

Reſpondendum eſt non ſtare, nec eſt ſimilitudo, quia licet Angeli mouentes non moueantur, quia etiam in rebus naturaliter aliqualiter contingit hoc, tamē ſicut eſt ſucceſſio, & partibilitas in motu creato ab Angelo,ita eſt ſucceſſio,& diuiſio ex parte cauſalitatis actiuæ Angeli.quia Angeli mouent orbes applicando virtutem ſuam motiuam illis,& ibi nō eſt vnica applicatio,ſed ſicut motus continuus eſt,ita Angeli continuè deriuant virtutem ſuam in corpora cœle-
K ſtia applicantes virtutem motiuam illis. Quod patet, quia ſi aliquando Angeli deſinunt mouere cœlos deſinent moueri cœli,ideo ibi ſicut ex parte paſſiuę mutationis eſt ſucceſſio,ita ex parte actiuę motionis. Vnde applicando ad Deum hoc, neceſſe erat, vt ſicut ex parte paſſiuę ſucceſſionis eſſe in rebus erat indiuiſibilitas,ita ex parte actiuę productionis.

Stat ergo concluſio,ſcilicet, quòd communicatio eſſe paſſiua in creaturis per diuinam productionem non potuit eſſe niſi in indiuiſibili.

Quære

Quare creatio passiua est in primo instanti temporis, & creatio actiua non est in aliquo instanti, & quare non sunt semper simul, sicut in cæteris actio, & passio sunt simul. Quæst. LXXV.

Considerandum amplius est circa hoc. Aliqui enim assueti ad ea, quæ vident existimant, quòd quia creatio passiua mundi fuit in primo instanti temporis necesse esse, in illomet instanti fuisse actiuam creationem ex parte Dei, & sicut creatio mundi fuit in instanti illo, & nunquam post, ita putant creationem actiuam ex parte Dei fuisse in solo illo instanti: arbitrantes, quòd si ponatur semper manens creatio actiua, quòd necesse sit poni semper manentem creationem passiuam, quia proprium est passionis inferri ex actione, & proprium est actionis ex se inferre passionem iuxta Aristotel. in prædicamentis. Ideo cũ actio manserit semper ex se inferet passionem, sed creationem actiuã inferre passiuam manifestum est, & passiua non semp manet, sed solum in instanti primo temporis, ergo nunquam aliàs dabitur manens creatio actiua, alioquin dabitur quòd aliquando actio sit & non inferat ex se passionem, quod est impossibile, quia tunc non esset proprium actionis inferre ex se passionem: propria enim passio semper manet, re manẽte, cuius est. Item hoc arguunt ex his, quę videntur: nam in naturalibus sunt causalitates actiuę, & passiuæ, temporales, & aliquæ instantaneæ, & sicut passiua est instantanea ita, & actiua, & sicut passiua est magno aut paruo tempore manens, ita & actiua, ergo sic de creatione actiua, & passiua erit. Declaratur hoc, vt generatio passiua est ex generatione actiua, & sicut generatio passiua est in instanti ita & actiua, & in eodem instanti, in quo gignens gignit, genitum gignitur, nec potest amplius aut minus durare altera quàm reliqua. Ita de causalitatibus successionis, si aliquod corpus mouetur, erit ibi etiam motio actiua, & tandiu durat vna, quandiu altera, sicut ędificatio actiua, & passiua. Tũc enim est ędificatio passiua, qñ est actiua, & tandiu durat ædificatio domus quandiu durat ipsum ędificare artificis. Nec est possibile domum ædificari, quando artifex non ædificat, aut artificem ędificare, quando domus non ædificatur. Ita de creatione actiua, & passiua non poterit esse creatio passiua, nisi quãdo actiua creatio est, & non poterit esse actiua quin maneat passiua, sed in primo instãti temporis solum fuit passiua creatio, ergo ibi solum fuit actiua.

Respondendum est non stare hoc. Sunt enim hic duo inconuenientia: primum quia dicitur esse creatio actiua in primo instanti temporis, quia ibi verè, & realiter erat passiua creatio: tamen creatio actiua, sicut non potest esse in tempore, ita nec in instãti temporis, quia illa identificatur Deo, in quo non est aliquid temporale, aut instantaneum quantum ad instantia temporis, sed æternum. Secundum inconueniens est, quia dicitur, quòd non manet creatio, nisi in primo instanti temporis. Nam semper manet, cum nunquam esse desinat, quia est aliquid in Deo: primum autem instans temporis esse desijt, ideo non potest esse in illo.

Argumenta non procedunt, cum dicitur quòd passio infertur ex actione, & necesse est manente actione semper ex illa inferri passionem: respondendum est tenere in actione, & passione propriè dictis pertinentibus ad prædicamentum, quia illa fundantur in motu iuxta Gilbertum in sex principijs, scilicet actio & passio in motu fundabitur, & aliquo modo sunt vnus motus actio, & passio iuxta Arist. 2. de Aĩa. factio, & passio sunt vnus motus, ideo tunc pp idẽtitatem materialem, licet formaliter differant, necesse est manente actione, manere passionem, & non manente passione non manere actionem. Creatio tamẽ actiua in Deo, & creatio passiua in creaturis non sunt actio & passio: nam in Deo non est aliquis actus, qui sit per modum egrediendi, sicut in naturalibus actus est a supposito, vel a forma per alium modum deriuationis, tamen suppositum & forma sunt aliquid manens, actus verò non est aliquid manens: in Deo autem, quia quidquid est, ipse Deus est, necesse est, vt nõ sit in Deo aliqua actio, quæ sit per modum egressionis. Et licet daretur aliqua deriuatio, adhuc illa nõ pertineret ad motum, alioquin diceremus Deum esse motum, vel continere motum. Nec solum creatio actiua, quæ est Deus, non est motus, sed etiã creatio passiua rerum non est motus, quia non est ibi successio, cum fuerit in instanti. Item quia in motu assignatur subiectum, quod sit sub vtroque terminorũ, sed in creatione non erat subiectum aliquod. Nec etiam potest dici creatio mutatum esse, quia licet mutatum esse sit indiuisibile, est tamen terminus motus: creatio autem passiua non erat terminus alicuius motus, ideo non erat mutatum esse: argumenta tamen solum concludunt de actione, & passione, quæ sunt vnus motus, ideo non oportet, quòd quandocũque est actio large dicta creandi, sit creatio passiua rerum.

Creatio etiam passiua nõ est motus.

Causa autem diuersitatis, s. quare in cæteris actio, & passio sunt simul, & quandiu durat vna durat alia, & hic non est, quia in cæteris modus essendi rei factę pertinet ad modum essendi agentis, ideo & modi communicandi esse habent se eodem modo: in Deo autem & re quam agit non est sic, quia non est idem modus essendi Dei, & rerum ab eo productarum.

Causa diuersitatis quare creatio actiua & passiua non sunt simul sicut actio & passio.

In quo sciendũ ꝙ modus communicandi esse, & modus recipiendi consequuntur ad modos essendi, quia esse est fundamentum omnium perfectionum, ideo ꝧm modum eius cętera sunt, agere autem quomodocunque accipiatur est communicare esse: pati autem est recipere aliquod esse, ideo necesse est, vt isti modi se habeant ꝧm modos essendi rerum: si igitur communicans esse, & recipiens, idest agens, & patiens habeant eundem modum in essendo, sequitur tunc modus communicationis, siue receptionis passiuè qualis est modus communicationis actiuè. Si autem modi essendi rerum agentium, & patientium sint diuersi, consequenter erunt diuersi modi actionis & passionis. De primo patet in omnibus rebus factis a prima causa, quia istæ siue sint causæ, siue causata, habent eũdem modum generalem essendi, s. quia nullum eorũ habet totum esse simul, sed sunt in successione, siue sit ista successio cum motu, qualis est successio faciens tempus, siue sit successio sine motu, qualis est successio angelorum in æuo. Ob hoc inter omnes res factas actionem & passionem similes esse necesse est, quia modi essendi non sunt diuersi, s. in successione, ita vt si actio sit instantanea, sicut generatio actiua, erit passio in instanti sicut passiua generatio, & sicut generatio radiorum est in instãti ita diffusio eorum. Si autẽ actio sit in successione erit passio in successione, & sic est de fabricatore, & re, quæ fabricatur, & de motione actiua, & de motione passiua, ideo quamdiu manet vnum eorum, alterum necesse est manere. Si vero modi essendi rerum agentium, & patientium sint diuersi, necesse est actionem & passionem non esse similes, nec commanebunt, sed assignabitur esse vni eorum, quod alteri non assignatur: sic est de Deo & cunctis rebus causatis ab eo, quia modus essendi Dei est simul to-

tum,& permanens quod est esse in ęternitate.modus autem essendi rerum est in successione,siue sit successio temporis, sicut rerum naturalium, siue successio eui,sicut Angelorum, & ob hoc cum creatio actiua sit modus communicandi esse rebus a Deo ęquiuoce,& creatio passiua est modus, quo communicatur esse rebus,non erit idem modus vtriusque.sed creatio actiua non est in aliquo tempore, vel instanti, creatio autem passiua est in instanti temporis solum. Etiam creatio actiua est semper manens tota in ęternitate, creatio autem passiua solum est in instanti temporis.

Recollectio dictorum a qõ. 72. vsque nunc.

Ex præcedentibus patet de ideis, quæ ponuntur in mente diuina,quomodo se habeant in dirigẽdo operationem Dei,scilicet, quòd directio illa semper sit, quia operatio Dei,quæ aliquid est ex parte Dei,est coęterna Deo,& nõ est magis vno tempore quam alio, immo proprie loquendo non est in aliquo tempore, aut instanti. Patet etiam ex prędictis de intellectione Dei, scilicet, quòd Deus non intelligit res antequam sint,nec postquam sunt, nec tunc cum sunt,sed intelligit eas semper quando ipse est,& hoc non est intelligere ante,nec post, vel tunc: cum non sit ipse Deus in aliqua harum differentiarum modorum essendi rerum.

An cognitio Dei siue vocetur præscientia,siue prædestinatio imponat aliquam necessitatem rebus,idest, an stante infallibilitate scientiæ Dei stet contingentia in rebus, & liberum arbitrium in hominibus. Quæst. LXXVI.

Vide supr. qõ.16.

NVNC ex prædictis infertur intenta conclusio, scilicet, quòd intelligere Dei non imponit aliquam necessitatem rebus,siue vocetur illud intelligere præsciẽtia,siue prędestinatio,vel prouidentia,quæ sunt nomina communiter imposita:hoc tamen est, quod communiter calumniantur homines. & in hoc, vt magis declaretur præsupponendum est,quòd ea quæ a Deo intelliguntur necessaria sunt,nec potest Deus quidquam intelligere asserendo quod non eueniat,& hoc est,quod maximam inducebat difficultatem. Nam si cõcederetur quòd id quod Deus intelligit, sit sicut accidit in humano iudicio,leue quidem esset: nam dato quòd aliquid à Deo præscitum,siue prouisum crederemus nõ ob hoc existimaremus sortiri necessitatem eueniendi,nunc autem supponẽdum est,quòd necesse sit euenire quæ Deus iudicauerit, sed adhuc existente hoc non inest necessitas eueniendi rebus. Ad quod notandum est,quòd necessitas eueniendi rebus,vel libertas non consideratur in actibus ipsis tunc, quando fiunt, sed antequam fiant.Nam cum fiunt in omnibus existendi ęqualis necessitas est, ante autem quàm fiant in quibusdam est necessitas, in alijs vero est contingẽtia,vel libertas.Patet,quia antequam homo currat dicemus esse contingens,vel liberum,ꝙ currat, aut nõ. Idem ante comedere dicimus esse cõtingens velle comedere.De ortu solis antequam sit, dicimus ꝙ sit necessarium oriri solem, & hoc est verum etiam anteq̃ oriatur.Idem de futura eclypsi post vnum annum,aut mensem dicimus esse necessarium euenire eclypsim & sic antequam res fiant,sunt quædam liberæ,& quędam necessariæ:cum autem fiunt, non est vlla differẽtia,sed omnes sunt necessariæ ęqualiter.Nam sicut solem oriri,dum oritur est necessarium, ita hominẽ comedere,dum comedit,est necessarium, & hominem velle currere cum vult currere,est necessarium: nihil tñ liberius est q̃ actus volũtatis,sed ipse necesse est, dũ est:ergo res cum sunt necessario sunt,Nec erit in hoc drĩa vlla contingentis,& necessarij, quod patet, quia ꝯdictionem includit hoĩem velle currere, dum vult

Necesse ẽ euenire, q̃ Deus intelligit,

F currere non esse necessarium: nam si non est necessarium detur,ꝙ sit contingens;& tunc contingit hominem velle currere,dum vult currere: ergo potest non currere,dum vult, sed propter possibile positũ in actu non sequitur impossibile:ponatur igitur,ꝙ homo nõ vult currere,sed ista est ꝯdictio,s. ꝙ vult currere, dum non vult currere: oportet igitur, vt omnes actus isto modo sint necessarij,cum accipiuntur cum reduplicationibus,vel connotationibus p̄sentialitatis,quia tunc stat propositio in sensu composito, & requiritur veritas vtriusque pro eodem instanti:& ob hoc dicitur,ꝙ omne quod est,dum est necesse est esse,quia cum est, non potest non esse: & hoc sufficit ad esse necessariũ. Et sic cum dicitur de quibusdam actibus, quia neces-
G sarij sint,& de alijs, quòd sint contingentes vel liberi, intelligitur antequam sint,quia cum sunt,omnes sunt necessarij.

Ex hoc patet,ꝙ omnes actus nostri aliquando sunt necessarij, quia omnis actus humanus aliquando est præsens, sed tunc est necessarius ex regula data, ergo non est aliquis actus humanus, qui euadat necessitatẽ alicuius temporis. Nec quisquam, qui sapit,dicit liberos fore actus humanos: ita ꝙ semper liberi sint, sed ꝙ antequam eueniant non sit necesse euenire, cum vero pręteriti fuerint,non sunt contingentes,sed simpliciter necessarij: sic ait Aristot.Ethic.lib.6.iuxta sententiam Agatonis,s.quòd hoc solo priuatur Deus, ꝙ non potest facere ingenita,quę iam sunt facta. Identi-
H dem autem cum sunt,necesse est esse, vt inductũ est. Solum ergo manet actibus nostris libertas,aut contingentia cum futuri sunt.

Tunc quæritur,cum actus nostri sint pręteriti aut pręsentes, sunt ne necessarij, etiam si nullus eos intelligat? Et oportet dici,ꝙ sic.Et siquis intelligat illos, nũquid erunt necessarij? Eodem modo dicẽdum est necessitatem inesse. Nunquid igitur,quia res istæ intelliguntur,& necessariæ sunt, intellectio apponit eis vllã necessitatem? Minime. Nam & si non intelligerent, necessarię essent, velut Solis ortus crastinus non magis necessarius est, quia intelligitur, quam si non intelligeretur. Ita & de actibus nostris aliquando necessarij sunt,s.cum sunt pręteriti,vel præsentes, & tũc
I dato, quod non intelligerentur a Deo essent necessarij,quid ergo confert eis ad esse necessarios, si intelligantur? Intellectio ergo diuina non habet imponere necessitatem actibus nostris præteritis, aut pręsentibus: quia ipsi in re necessarij sunt. Et quantum ad istos actus non magis differt Deum intelligere actus nostros quam non intelligere. Soli actus futuri nostri sunt, quibus necessitas aliqua potest imponi, cum non sint necessarij ex se, & tunc si Deus intelligit illos, & intellectio sua non potest errare,necessarij trahuntur ad certum euentum. Hoc modo tamen non potest Deus nobis imponere necessitatem, quia non intelligit aliquem actum futurum, nec est possibile,quia nihil ei futurum est, ergo non potest intelligere aliquid futurum, cum vere intelligat. Quod pa-
K tet ex supradictis, cum probatum est, quod Deus nõ intelligit res antequam sint, sed ad hoc, quòd aliquis intelligat rem aliquam esse futuram, verè necesse est, ꝙ intelligat eam antequam sit. Ex eadem causa non potest Deus intelligere aliquam rem pręteritam,quia intelligere rem esse pręteritam,est intelligere eã postquam est,sed Deus non potest intelligere res postquã sunt, vt supra declaratum est, ergo non potest intelligere eas præteritas.

Ex hoc satis clare patet, quòd non possit Deus imponere necessitatem actibus nostris intelligẽdo illos, quia modus impositionis huius erat, quòd Deus intelligeret actus nostros antequã fierent determinate,

vt

Vide supr. qõ.16.

In qõ. 61.

In qõ. 70. Deus non p[...]t imponere necessitaté actibus [...] intelligendo illos.

vt euenturi erant, & quia quod ipſe intelligit non poteſt aliter euenire, neceſſe erat, vt quando euenirent ſic euenirent, vt Deus prouiderat: nunc tamen Deus nihil futurum poteſt intelligere, vt probatum eſt, ergo ſua intellectio non poteſt imponere neceſſitatem rebus noſtris magis quam ſi nihil intelligeret. Et non ſolum non imponit, immo includit contradictionem Dei intellectionem imponere neceſſitatem aliquam actionibus. Manet autem vnicus modus, quo Deus intelligere poſſit res, ſcilicet, vt præſentes, ſed res cum pręſentes ſunt, neceſſariæ ſunt, quia omne quod eſt, dum eſt, neceſſe eſt eſſe: ideo licet intelligat omnes actus noſtros, non imponet eis neceſſitatem, licet non poſſint aliter euenire, quàm ipſe cognouit, quia ipſe cognoſcit eos, vt præſentes cum omnia præſentia ei ſint cum æternitas coexiſtat omnibus, & quia iam ipſi in præſenti determinati sũt ad vnum modum, & non poſſent aliter ſe habere quàm habet intellectus diuinus, neceſſario & infallibiliter intellectus non imponit eis neceſſitatem, quam iam in eis inuenit ex conditione præſentialitatis. Si tamen res in pręſenti eſſent contingentes, ſicut futurę ſunt, Deus imponeret eis neceſſitatem, cum intelligeret eas præſentes, tamen in præſenti ex ſe neceſſitatem habent.

Et hoc modo ſaluatur libertas noſtra, & neceſſitas atque infallibilitas cognitionis diuinæ. Nam libertas actuum noſtrorum eſt reſpectu futuri, cum nondum quidquam egimus: in præſenti autem, dum res ſunt neceſſitas eſt omnimoda: Deus autem non intelligit res futuras, ita vt neceſſitatem imponere poſſit, ſed intelligit præſentes, cum res neceſſariæ ſunt, & tunc concurrit neceſſitas diuinę intellectionis, cum neceſſitate rerum ex conditione præſentialitatis. Et quamquam ipſa neceſſaria ſit, nullam cauſat neceſſitatem in rebus cognitis, quia inuenit eam in illis.

Nec poteſt per aliquem alium modum concordari contingentia actuum noſtrorum, cum neceſſitate, & infallibilitate diuini intellectus omnia cognoſcentis.

Quare materia prædestinatio[nis] est mul[tum] diffici[lis], & ubi ... copu... & ſcyl[la] & cha[rybdis].

Illi autem, qui circa hanc quæſtionem difficultatē magnam inueniunt, patiuntur eam, non quòd in natura rei ſic ſit, ſed ex hebetudine intellectus, quia non cognoſcunt modũ eſſendi, & intelligendi Deĩ. Sicut enim nos rem aliquam nondum exiſtentem futurã conſpicimus, ita & Deum aliquid futurum iudicare credunt, & tunc inſurgit nimia pugna libertatis arbitrij cum infallibilitate, & neceſſitate diuini iudicij, & certiſſime ineuitabilis: nam ſiquis conceſſerit Deum pręcognoſcere res futuras antequam fiant, & diſponere de illis, quocunque modo reſpondeat, erit impoſſibile quòd euadat, quin aut arbitrij nulla ſit libertas, aut diuini iudicij nulla certitudo.

Nec enim valebit, quod quidam dixerunt, ſcilicet Deum pręcognoſcere futura, ſed non ideo illa eſſe futura, quia a Deo cognita ſunt, ſed potius ideo a Deo cognita eſſe futura, quia verè futura erunt. Nam quouiſmodo ponatur ſemper ſequitur neceſſitas. Et nihil refert de aliquo conſequente, an ſit neceſſarium abſolute, vel ſit neceſſarium ex neceſſitate conſequētię, ſed ita eſt hic, quia quocũque dato ſequitur neceſſitas in actibus noſtris, vt in principio huius inquiſitionis ſupra declaratum eſt.

q.14.&

Nec etiam valet ſiquis dicat Deum prouidere futura, & cognoſcere: tamen iſta prouidentia nihil neceſſitatis cauſat: dicunt enim ſic. Ponamus non eſſe pręcognitionem aliquam in Deo rerum futurarum, manifeſtum eſt, quòd nullus conquereretur imponi neceſſitatem actibus noſtris, & rurſus ponatur eſſe prouidentiam & illam nihil efficere, non ſequitur neceſſitas.

A Reſpondendum eſt non eſſe admittēdum caſum: eſt enim impoſſibilis. Nam eſſe prouidentiam futurorum, & nihil efficere includit contradictionem, qa neceſſe eſt, vt hoc dato, vel prouidentia non ſit firma nihil differens ab humana opinione, vel ſi firma eſt ſcientia, non poterit quod iudicatum eſt, aliter euenire quàm iudicatum eſt, & ſic falſum eſt, quòd prouidentia nihil operetur. Non eſt igitur aliquis modus tollendi ambiguitates iſtas, niſi ponendo Deum omnia intelligere, vt præſentia, & ibi eſſe neceſſitatem tã ex parte intellectionis, quàm ex parte rerum intellectarum. Nec iſte modus ponitur quaſi ſolum ad euitandum inconueniētia inducta, ſicut interdum quędam confitemur timore inconuenientium, quę aliàs

B nequaquam fateremur, ſed magis ponitur ex neceſſitate rei, quia dato quòd non ſequeretur aliquod inconueniens ponendo Deum intelligere res præteritas, & futuras, neceſſe erat poni eum intelligere ſolũ res, vt pręſentes ſibi, quia ipſe eſt æternus. Aeternitatis autem ſtatus pręſentarius eſt habens totum eſſe ſimul, cum nihil abſceſſerit, nec quidquam aduenturum ſit. Si autem aliquid futurum, vel præteritum ſibi intelligeret, non haberet omnia ſimul. Ideo cum aliquis coinceſſerit quidquam futurũ ſibi Deum intelligere, irremediabiliter errat in materia iſta. Vnde nulla ratione ad inconuenientia reſpondere poterit: ſicut qui concedit falſa principia in aliqua arte, vt in vtente falſigrapho ſyllogiſmo impoſſibile erit hunc reſpondere ad id, quod infertur. An ſit ꝓprie dictũ ꝙ Deꝰ intelligit oĩa vt præſentia ſibi. vide ſupra q. 20. 23. & 24. cum alijs.

C Conſiderandum autem circa hoc, quòd licet dicamus Deum intelligere omnia, vt pręſentia ſibi: tamē propriè ſumendo adhuc non eſt hoc verum, quia nihil eſt pręſens Deo, ergo non poteſt intelligere verè aliquid per modum præſentis. Patet antecedens, qa illa dicuntur inter ſe præſentia, quæcũque ſunt in eodem præſenti: ſed nullum præſens eſt, in quo Deus ſit cum rebus, ergo non ſunt ei præſentes.

Patet hoc quia illud præſens eſt nunc ſiue inſtans, & de illo quęretur, an ſit nunc ęternitatis, vel nunc tēporis, vel æui: quia non ſunt plures mēſurę durationum, ſed nullum horum. Nam in nunc æternitatis non ſunt res pręſentes Deo, cum in illo ſolus Deus ſit: res autem non ſunt in æternitate. Item nõ ſunt præſentes Deo in nũc temporis, quia in illo res ſunt.

D Deus autem nequaquam, qui in ſola æternitate eſt: in tempore autem, vel inſtanti aliquo temporis nequaquam.

Item non eſt illud nunc æui, quia in æuo, nec Deus eſt, nec res naturales, ſed ſoli angeli, vt ſupra declaratum eſt: ideo non poterunt eſſe pręſentes ſecũdum illud præſens, in quo neutrum eſt. Nam Deum in æuo eſſe impoſſibile eſt, cùm ęuum ſit menſura durationis ſuccedentis ſine motu: in Deo autem nulla ſucceſſio eſt. In q.17. 28.37.

Vndè ſtrictè ſumendo ſicut nihil eſt Deo præteritum, nec futurum, quia tunc Deus eſſet in partibus temporis: ita nihil eſt ei pręſens, quia tunc eſſet in inſtantibus. Quod identidem eſt impoſſibile, vt patet ex dictis: ſed dicuntur omnia Deo præſentia lar-

E gè inquantum nihil effugit præſentiam Dei, ſcilicet, quòd nulla duratio rei eſt, cui æternitas deſit, vel in qua æternitas eſſe deſinat: & ſic æternum eſt, & nunquam eſſe deſinit, ideo ſemper eſt: non tamen poſitiue, quia ipſum æternum, vel æternitas ſit in aliqua duratione, vel parte durationis alicuius rerum. In q.23.& 27.

Sed nec ex hoc impeditur quod ſupra dicebat̃ de intellectione Dei, ꝙ non tollat libertatē arbitrij neceſſaria manens. Nã non exigit ad hoc ꝙ res noſtrę ſint liberę, & Deus intelligat neceſſario quod intelligit ꝙ Quæſ.precedenti.

Deus intelligat omnia per modum præsentis. Sufficiebat enim si intelligeret omnia per modum præteriti, quia sicut rem dum est, necesse est esse, ita & rem cum fuerit, necesse est transisse iuxta Aristot. 6. Ethicorũ, ideo dato, quòd nihil Deus intelligeret per modum futuri, & pręsentis, sed omnia per modum præteriti, maneret quod dictum est, & sic non requiritur, quòd specialiter Deus intelligat per modum pręsentis: sed solum requiritur, ꝙ non intelligat per modum futuri quidquam: quia vt supra dictũ est, actiones nostræ in præsenti, & pręterito necessitatem habent ex seipsis; in futuro autem sunt liberę: ideo si intelligat eas Deus in præterito, vel præsenti non poterit causare in eis necessitatem, quia iam in seipsis habent, si vero intelligat eas, vt futuras causabit in eis necessitatẽ, quia tunc libertatem habent, & diuina intellectio infallibilis est: solum ergo est necessarium, quòd Deus non intelligat res, vt futuras ad hoc, quòd non imponat necessitatem in eis quomodocunque aliter intelligat: sed probatum est, quòd Deus non potest intelligere aliquid vt futurum, nec vt pręteritum: ideo dato quòd nõ intelligat aliquid, vt præsens, manebit quod dictum est, scilicet, quòd non possit intellectio sua imponere necessitatem rebus, sed non valebit consequẽtia, scilicet, Deus non intelligit res, vt pręsentes, ergo intelligit, vt præteritas, vel futuras, sicut non valet ista consequentia, scilicet Deus non est in isto loco ergo est in illo, vel illo, & sic de cęteris: nam in nullo est, sed tenet consequentia in rebus corporalibus localibus, ita superior consequentia tenet in rebus, quæ sunt in tempore, & consequuntur conditiones, atque differẽtias temporum. Deus autem in tempore non est, ideo in nullo horum intelliget. Iste assignatus est solidissimus modus ad tollendam coactionem arbitrij, quæ sequi videbatur data prouidentia Dei, & consequenter tolluntur inconuenientia, quæ inferebantur ablata libertate arbitrij, scilicet, quòd iniquę erant leges, quòd frustra erãt preces, & quòd totus humanus status inordinatus, cum constituamus per hũc modum arbitrij libertatem. qõ. pced.

Adducentur argumenta contra decisiones quæst. superioris, & soluuntur, scilicet de libertate nostra.

Quæst. LXXVII.

Sed adhuc arguetur, quòd datis his nõ statuitur sufficienter libertas arbitrij, quia Deus cognoscit Sortem cras cursurum, qui cras cursurus est, tunc quæritur, an possit esse, quòd Sortes non currat cras, an necesse est, quòd currat. Si dicatur, quòd potest esse, quòd non currat cras, frustrabitur diuina prouidentia, quia aliud euenit, quam quod ipsa iudicauit, si autem necesse est, quòd currat cras, non erit iam in libertate Sortis currere, vel non currere.

Respondendum est, quòd est negandus casus, scilicet, ꝙ Deus cognoscat Sortem cursurum cras: nam licet Deus cognoscat Sortem, & cursum eius, & diem crastinum: tamen non cognoscit eum, vt cursurum cras, quia iste est modus futuritionis: Deo autẽ, quidquid est præsens est: vel, vt magis proprie dicamus, nihil absens est tanquam præteritum, aut futurum, ergo non potest dici, quòd Sortem cognoscat Deus cras cursurum, sed est ei non absens: & tunc concedendũ est, quòd cognitio illa Dei est infallibilis, & necessaria, & cursus Sortis, qui intelligitur a Deo non potest aliter euenire, quàm vt intelligitur: tamen non sequitur ex hoc, quod Deus intelligens imponat necessitatem, sed ipse cursus Sortis, vt intellectus a Deo habet in se necessitatem, quam absolutè haberet, etiam si

F non intelligeretur a Deo. nam cursus Sortis semper habet necessitatem, nisi vt est futurus: quia vt est pręteritus necessarius est: & cum est pręsens non potest aliter se habere, vt supra declaratum est: sed Deus intelligit cursum Sortis, & non vt futurum, ergo cursus Sortis illo modo necessarius est. Et conditio intellectionis diuinæ non imponit necessitatem, quia iam est necessitas in re intellecta ex conditione temporis. qõ pced.

Si tamen poneretur, quòd Deus intelligeret Sortem cursurum, sicut significat ista propositio, imponeret necessitatem. Et tunc ad formam argumenti responsum est, negando quod supponitur. Cum autem confirmatur non tenet, scilicet quæritur, an necesse sit Sortem cras currere, aut contingat: si est necesse, tollitur libertas: si est contingens, tollitur infallibilitas diuini iudicij. Dicendum, ꝙ quocunq; casu posito contingens est, & liberum Sortem currere cras, & quando dicitur: ergo non erit certitudo diuinæ cognitionis, sed poterit ad alterum flecti. respondẽdum est non tenere consequentiam: verũ est enim si Deus intelligeret rem per modum futuri, ita quòd aliquando esset ei futura, sicut nobis est futura, & tunc intelligendo infallibiliter imponeretur necessitas rei ad sic eueniendum, ne frustraretur diuina cognitio, sed non cognoscit aliquid vt futurum, nec est possibile, vt sic cognoscat, ideo nõ poterit imponere necessitatem rei intelligendo illam, quia solum tempus, in quo actus aliquis libertatem, vel contingentiam haberet futurum, & ibi potest ei per aliquem intellectum imponi necessitas quam non habet. Argumentum autẽ solum videbatur procedere, quia supponebat Deum intelligere Sortem cursurum, quod est modus futuri.

G

H

Sed dicet aliquis, quòd non stet adhuc ista solutio, quia videtur quòd Deus nõ possit intelligere cursum Sortis, vt aliquid pręsens, si secũdum rem Sortes cras cursurus sit: quia omne, quod est futurum, dum est futurum, necesse est esse futurum, sicut omne quod est pręsens, dum est pręsens, necesse est esse præsens: Sortem autem cursurum esse est nunc futurum, ergo impossibile est nunc esse pręsens: si tamen Deus intelligeret per modũ pręsentis necesse erat esse præsens ei, quia aliàs falsè intelligeret: ideo non poterit intelligere per modum præsentis, cum necesse sit illud esse futurum.

I

Respondendum est, non tenere consequentiam. Et cum arguitur omne, quod est futurum, necesse est esse futurum concedendum est: & cum additur Sortem cursurum esse est nunc futurum, ergo non potest esse nunc pręsens conceditur. Et si concludatur, ergo non potest esse nunc pręsens Deo, eodem modo concedes: & tamen adhuc semper stat, quod volumus, quia licet non sit nunc præsens est tamen pręsens: nam nec nos volumus aliquam rem esse nunc Deo pręsentem, non solum eam, quę secundum tempus futura est, sed etiam eam, quæ est in isto nunc, quia ad hoc necesse erat, quòd poneretur esse Dei in isto nunc, quod Deo repugnat, vt sup. declaratum est. in qõ. 57. Nam vt non est in tempore, ita nec esse potest in aliquo temporis instanti. Sed dicimus rem quamlibet esse præsentem absolutè, scilicet, quia sunt ei res pręsentes comparando ad nunc ęternitatis, quamquam etiam hoc largè sumptum est. Vnde sufficit nobis ad hoc, quòd intelligere Dei non imponat necessitatem cursui Sortis, qui secundum conditionem temporis futurus est, quòd intelligat per modum præsentis, & sit verè pręsens Deo ille cursus licet non sit nunc pręsens.

K

Si forte aliquis vellet concludere nullo modo cursum illum esse Deo pręsentem, s. oẽ, ꝙ est futurum, dũ

est

A eſt futurum, neceſſario eſt futurum: ſed curſus Sortis nūc eſt futurus: ergo non poteſt eſſe Deo preſens, vel non eſt Deo pręſens: non tenet conſequentia, quia non accipitur idem in concluſione, ꝙ in minori: nam in maiori, & minori ponitur reduplicatio conditionis temporis: in concluſione autem non ponitur aliquid huiuſmodi: ideo non tenet. Si autem velimus arguere vt accipiatur in pręmiſſis ſine cōditione aliqua replicationis temporis tenebit conſequentia: & tamē erit falſa aliqua præmiſſarum, vt ſi dicatur omne, qđ eſt futurum, neceſſe eſt eſſe futurum: Sortem curſurum eſſe eſt futurum: ergo non poteſt eſſe Deo præſens, vel non eſt Deo præſens. conſequentia tenet, ſed maior eſt falſa, quia omne, ꝙ eſt futurum non eſt neceſſario futurum, niſi cum accipitur cum reduplicatione temporis. ſ. dum eſt futurum, ideo quocunque

B modo arguatur non poterit tolli Deo, quin omnia ei præſentia ſint, & intelligat ea ꝑ modum præſentis. & hoc ſufficit ad non imponendum neceſſitatem rebus quę ſecundum cōditionem temporis neceſſariæ ſunt.

2. argumē. principale contra ea, quæ dicta sūt de præſentialitate ad Deū.

Sed adhuc arguetur, ꝙ iſto modo non tollatur neceſſitas impoſita ab infallibilitate diuini iudicii: quia non poteſt intelligi omne, ꝙ eſt a Deo per modum pſentis. ſed neceſſe eſt intelligi aliquid per modum futuri: quia omne ꝙ eſt a Deo intelligitur: ſed Sortē curſurum eſſe eſt aliquid: ergo Deus intelligit Sortem eſſe curſurum. & hoc eſt intelligere per modum futuri.

Reſpondendum eſt non tenere conſequentiam, qa mutatur quid in quale, & eſt fallacia, ut cum dicitur, quidquid emiſti comediſti: carnes crudas emiſti, ergo carnes crudas comediſti. Quia cum dicitur quidquid emiſti ſupponitur ibi quid, & non quale: cum vero ꝯcludit̄ ergo carnes crudas comediſti ſupponitur quale. ſ. eſſe crudum, vel crudum comeſtum eſſe. Valeret tamē ſi diceretur, Quidquid emiſti comediſti: carnes emiſti: ergo carnes comediſti. Si tamen volumus, qđ concludatur quale, & non ſit fallacia eſt ſic arguendum, Qualitercunque aliquid emiſti taliter illud comediſti: carnes crudas emiſti: ergo carnes crudas comediſti. Sed tunc maior eſt falſa, quia non qualitercūque res empta eſt ideſt ſub quacunque diſpoſitione ſit comeſta eſt. Ita non tenet factum argumentum in

C Deo, quia mutatur quid in quale, quia cum dicitur, omnia, quæ ſunt, Deus intelligit: accipitur quid. ſ. ipſū, ꝙ res eſt cum vero dicitur, Sortem curſurum eſſe eſt aliquid, non accipitur hic quid, ſed quale, ꝙ Sortes, & curſus ſuus dicunt res. Quod autem curſus pręſens præteritus, vel futurus ſit, non eſt res, ſed quale rei. i. modus eius, ideo non tenebit: ſicut cum dicitur, quidquid emiſti, comediſti: ponitur quid, & cum ſubiungitur carnes crudas emiſti: accipitur ibi quale, ideo non tenet conſequentia, ſi tamen ſemper teneatur quid, erit verum, & bene concludetur. ſ. oīa, quæ ſunt Deus intelligit: curſus ſortis eſt ens, ſiue ſit pręſens, ſiue præteritus, ſiue futurus, ergo Deus intelligit curſum ſortis. Si autem velimus accipere quale in pręmiſſis, & ī concluſione, tenebit conſequentia: ſed aliqua pręmiſſarum erit falſa, ut ſi dicatur, per omnem modum eſſendi rerum Deus ipſas res intelligit, ſed curſum Sortis eſſe futurum, vel Sortem eſſe curſurum eſt modꝰ curſus ſortis: ergo Deus intelligit curſum ſortis eſſe futurum, uel Sortem eſſe curſurum: nunc non mutat̄, quid in quale, tamen maior eſt falſa. ſ. per omnem modum eſſendi rerum Deus ipſas res intelligit, nam impoſſibile eſſe demonſtratum eſt, quia ſicut intellectus noſter non poteſt intelligere res per omnem modū ſuum. ſ. vt eſt forma in materia, ſed hoc ſolis ſenſitiuis potentiis conuenit, ita Deus, cuius intellectus in infinitum diſtat a cōditionibus materię magis, quam in-

D tellectus noſter, non poterit apprehendere per omnē modum eſſendi rerum, & hoc modo cum ītellectus noſter quantum ad aliquid conformetur conditioni rerum materialium, quia non habet totum eſſe ſuum ſimul, ſicut nec res materiales, non poterit intellectus diuinus in hoc conformari illis. Quod patet, res materiales, quia non habent totum ſuum eſſe ſimul, aliqñ ſunt pręteritæ, & aliquādo futurę, ita intellectus noſter aliquid de eſſe ſuo habet pręteritum, & aliquid futurum, ideo res non ſimul ei ſunt, ſed res, quæ ſecundum tempus pręteritę ſunt, ei quoque pręteritæ ſunt, & res, quæ ſunt futurę ſecundum conditionem temporis ſunt ei futurę, & ad hoc ꝙ vere intelligat, neceſſe eſt, ut intelligat eas per modum futuri, & præteriti, intellectus autem diuinus quia totum eſſe ſuū ſimul habet, non poteſt conformari in hoc rebus materialibus, ut eas futuras intelligat, uel præteritas, ſicut ipſæ in ſe præteritæ, vel futuræ ſunt, quia intellectui diuino quantum ad eſſe omnia ſimul ſunt, licet in ſeipſis ſecundum conditionem temporis non ſint ſimul. Manifeſtum igitur, ꝙ non poteſt Deus intelligere res ꝑ omnem modum, per quem ipſę ſunt, immo per nullum modum, per quem ſunt in ſeipſis, ſed per eū modum, quo ad Deum ſe habent. Omnia tamen ad Deū vere ſunt pręſentia, ideo ipſe nō poteſt habere alium modum intelligendi de rebus, niſi per modum præſētis, intelligendo, ſemper præſentialitatem ad Deum, vt ſ. declaratum eſt large ſumendo.

Sed arguetur vlterius, ꝙ adhuc iſta non ſtent, quia licet eſſe futurum ſit conditio aliquarū rerum, tamen Deum intelligere hoc neceſſe eſt. Nam ſiue res ſiue conditiones rerum ſunt aliqua entia, ſed Deus intelligit omne ens, ideo non ſolum Deus intelliget res, ſed etiam modos, ſed curſus Sortis eſt ens abſolute, curſū Sortis eſſe futurum eſt conditio huius entis, ideo intelliget curſum ſortis eſſe futurum, & ſic ſemper ſtabit, ꝙ non intelligat omnia ut pręſentia, ſed etiam q̄dam ut futura, & quædam ut præterita.

Reſpondendum eſt, ꝙ Deus intelligit curſum Sortis, & pręteritionem eius, vel futuritionem, non tamē intelligit per modum pręteritionis, & futuritionis, ſed præſentialitatis modo. Conſiſtit enim in hoc fundamentum, ꝙ tollatur a Deo omnis pręteritio, & futuritio. Cum autem dicimus, ꝙ Deus intelligat omnia, q̄ ſunt, & intelligat præteritionem, & futuritionem ipſarum rerum, nō ponitur præteritio, & futuritio ex parte Dei, ſed ex parte rerum, & tunc concedendum eſt, ꝙ intelligat Deus hoc, non tamen concedetur, ꝙ Deꝰ intelligat per modum futuritionis, & præteritionis, quia tunc iſti modi tenebunt ſe ex parte Dei, cum modus teneat ſe ex parte rei, cuius eſt modus. Et cum dicimus, ꝙ Deˢ ītelligit ꝑteritionē, & futuritionē, qa nō intelligit eas per modū pręteriti, & futuri, ītelligit eas ꝑ modum præſentis, quia uere præſentes ei ſunt, nec ſolum ei, ſed etiam nobis. Nam licet res pręterita nūc non ſit nec res futura, tamen præteritio, & futuritio

E rerum nunc ſunt. & eſt impoſſibile præteritionem eſſe pręteritam aut futuritionem eſſe futuram, ut ſupra declaratum eſt ſatis. Cum autem dicitur Deus intelligit Sortem curſurum, vel curſum ſortis eſſe futurum ſi iſta futuritio teneret ſe ex parte Dei, neganda eſt propoſitio, quia Deo nihil eſt futurum, nec quidquam ſibi futurum eſſe intelligit. Si autem aſſumatur futuritio iſta ex parte rerum intellectarum quantum ad cōditionē temporis. ſ. ꝙ res intellectæ a Deo futurę ſunt licet non ſint futuræ Deo, concederetur propoſitio, ſicut omnia, quæ nondum ſunt, cōparata ad iſtud nunc ſunt futura. Quia tamē iſta propoſitio, Deus cognoſcit Sortē eſſe curſurū, vel curſum ſortis eſſe futurū ſignificat futuritionem in curſu ſortis comparando ad intelle-

intellectionem diuinam, cum dicatur, ꝙ Deus intelligit illud esse futurum nunquam est concedenda: ideo concedendum est, ꝙ Deus cognoscit cursum sortis, & futuritionem cursus illius, tamen non concedetur, ꝙ cognoscit sortem esse cursurum, quia licet idem significari possit, tamen non est idem modus significandi, & consequenter nec supponendi. & hoc facit ad hoc, ꝙ mutetur veritas, & falsitas propositionum.

Ex prædictis patet Deum non posse aliquid intelligere per modum præteriti, vel futuri, sed modo præsentis, & consequenter intelligendo non imponet necessitatem rebus ad eueniendum, quia hoc solum est quando res futura est.

Quartum argumentum principale ad idem de præsentialitate, vt sup. Et ꝙ præsciētia & prædestinatio sunt nomina impropria secundum rudem modum loquendi vulgarium. Et prouidentia Dei quid sit. *Quæst.* *LXXVIII.*

SED ad hæc omnia obiiciet aliquis ex nomine, ꝙ imponitur diuinæ scientiæ, quia eam præscientiam, & predestinationem uocamus, sed ista signant antecessionem ad res, cum res presentes non sint.

Respondendum est ista nomina non esse proprie imposita Deo secundum habitudinem, quam habet res, sed secundum rudem modum intelligendi vulgarium. Nam quia Deus est infinitæ durationis credunt eum esse ante omnia, & quia causa est omnium, & cū omnia agat intelligens, credunt eum intelligere, & iudicare de rebus antequam fiant, sed nihil horum est. Scriptura tamen consentit huic modo loquendi. & sic ipsa loquitur, ut intelligibile fiat nobis ꝙ dixerit, asserens præscientiam, & prædestinationem in Deo. tamē secundum propriam rationem dicendum erat cognitionem Dei esse simplicem scientiam sine aliqua connotatione subsecutionis, uel antecessionis. Et ob hoc conuenientius nomen est prouidentia Dei quàm predestinatio vel præscientia, quia prouidētia dicit̄ quasi porro videntia, quia porro affirmandi aduerbium est. s. ꝙ visio Dei de rebus, quæ est iudiciū non est aliquid incertum sicut opinio nostra, sed aliquid certissimū, & prorsus infallibile. Vel prouidētia dici potest quasi procul videntia, non ꝙ procul uideat res idest procul antequam fiant, sed procul idest de excelsitudine ęternitatis suæ cernit ea, quæ temporaliter geruntur: & modus cognitionis Dei a rebus procul est. s. longe distans a modo essendi, cum illæ sint in successione, & motu habentes esse suum, Deus autem habet in maxima simultate esse suum scilicet totum simul, & manens: nihil autem magis distare potest, quam ꝙ totū simul est ab eo, ꝙ nullam partem essendi simul habet sed omnia habet in successione. De hoc Boe. de consol. lib. 5. prosa ultima dicit, itaque si præscientiam pensare uelis, qua cuncta dignoscit, non est præscientia quasi futuri, sed scientiam nunquam deficientis instātiæ rectius ęstimabis. Vnde non præuidentia, sed prouidentia potius dicitur, ꝙ porro ab rebus infimis constituta quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat.

5. Argum. contra dicta. q. 76. de libertate nostra.

Sed adhuc restat argumentum aliud, quod fortissimum est: nam quocunque modo uideatur poni modus cognoscendi Dei, siue præsens, siue præteritus, siue futurus semper imponet necessitatem, quia ea, q̄ Deus ītelligit, interdum reuelat, sicut erat de prophetis, & tunc quamquam intelligere Dei ex conditione æternitatis totum simul est, & semper, & omni rei, & tempori sit præsens, ita ut idē intelligere numero est, ꝙ Deus habet in creatione mundi, & in die iudicii, tamen ponatur, ꝙ reueletur per prophetiam aliquam

F de perditione alicuius, vel saluatione, sicut reuelatur de aliis rebus, cum futurę erant, vt de destructione regnorum, vel captiuitatibus, tunc cum reuelatum aliquid fuerit, necesse erit euenire, quia alioquin falleret scriptura diuina, quod non stat, & tunc nihil differt Deum ītelligere præsentialiter, vel alias, cum per omnem modum necessitas imponenda sit.

Respondendum est, ꝙ intelligere Dei non imponit necessitatem, nec potest, quia non intelligit res futuras, in quo casu solum potest imponi necessitas, cū tunc sit libertas, vel contingentia in rebus, & cum ītelligere istud non sit deficiens, sed coexistit omni tempori, & instanti temporis, illud idem intelligere erit coexistens diei formationis Adæ, & huic instanti temporis, & diei iudicii. & quamquam coexistat dies formationis Adæ non est ante diem iudicii, quia utrq; G presens est, & secundum idem instans præsens est. s. secundum instans æternitatis, & ob hoc non imponit necessitatem, quia præsentialitatem non effugit. ideo cum actibus nostris diuina intellectio de eis præsens sit, sicut non poterit intelligendo presentialiter necessitatem imponere, ita & non poterit reuelando, uel non reuelando, quia per hoc, ꝙ Deus reuelet id, qd̄ de me intelligit alicui, non mutatur modus cognoscēdi Dei præsentarius, quia semper præsentialiter intelligit, sed si non reuelaret alicui, quod de me intelligebat non imponebat necessitatem aliquam, vt ex præcedētibus patet, ideo si reuelauerit, non imponetur necessitas, quia causa non imponēdi necessitatem nobis diuina intellectio est, quia presentialiter intelligit: ergo H quandiu iste modus intelligendi manserit impossibile est diuinam intellectionem nobis necessitatem imponere. Sed etiam si Deus reuelet alicui, quod intelligit, non tollitur presentialitas diuinę intellectionis, qa ea, quæ sunt conditionis diuinę naturę, non possunt tolli per aliquid extrinsecum: ideo etiam si Deus reuelet de nobis alicui id quod intelligit, non potest intellectio sua nobis imponere necessitatem. Nec ponitur aliquid in Deo ante rem, quamquam reuelet id, quod nos facturi sumus a principio sæculi. Nam ibi reuelatio passiua est ante operationem nostram, quia ei cui fit ista reuelatio operationes nostræ future sunt, cum non habeant esse totum simul, sed in successione: reI uelatio tamen actiua Dei, quæ est aliquid ex parte Dei non est ante operationem nostram, sed simul, quia qd quid in Deo est æternum est, & manens totum simul sicut dictū fuit de creatione actiua, & passiua. Et creatio passiua rerum solum fuit in primo instanti temporis, & creatio actiua non fuit in illo instanti temporis nec in alio, sed semper est. s. nunquam deficiens. Quāquam de reuelatione actiua, ex qua est reuelatio passiua facta prophetis, dicendum est, ꝙ illa sit ante operationes nostras, quia illa nō est a Deo immediate, sed ab angelis, ut declaratum est. cum fiat in locutione, & in aliis operationibus, in quibus est uerus motus, in Deo tamen non est motus, nec aliquid pertinens ad K motum. Sed alia reuelatio actiua ex parte Dei est, qua se angelis reuelat, ut ipsi intelligant quid nobis reuelare debeant, & est ibi iussio facta angelis ad hoc, ꝙ aliquid nobis reuelent, & adhuc ibi passiua reuelatio, & iussio sunt in aliquo instāti ęui angelorum, quia ipsi aliter recipere nequeunt, reuelatio tamen actiua, & iussio ex parte Dei non sunt in aliquo instanti ęui, qd̄ perit, sed in instanti ęternitatis, quæ tota simul est, iō illa reuelatio, & iussio non est magis in uno instāti ęui, vel temporis, quam in alio, sed semper est.

An ob reuelationē Dei nobis necessitas inferatur i actibus nostris.

Sed adhuc tunc arguetur, quia licet intellectio Dei non imponat nobis necessitatem, tamen imponitur nobis necessitas propter propositionem illam reuelatam, quę est propositio sacræ scripturæ, & non potest

esse

esse falsa. Nam existente aliqua propositione reuelata quæret aliquis an possimus facere contrarium eius, ꝙ reuelatum est, aut non: si non possumus facere contrarium, ergo necessitas est nobis inducta ad faciendum hoc, & non alterum, si autem dicatur, ꝙ possumus alterum facere, sequitur ꝙ propositio illa sacrę scripturæ erit falsa, cum contrarium fecerimus. Vel dato ꝙ non faciamus, si facere poterimus, sequitur ꝙ non sit necessaria propositio, & tamen falsum est, quia propositiones sacræ scripturæ necessariæ sunt, cũ dicat Christus Lucæ. 21. Cęlum & terram transibunt, verba aũt mea non transibunt. & iterum: iota vnum aut apex nõ præteribit de lege, donec omnia fiant. & alibi, Necesse est, vt impleantur scripturæ. Matth. 26. ergo erit necessitas ad faciendum hoc vel illud. Nec est ista necessitas solum propter propositionem. s. vt non sit falsa, qa aliquis fortassis concederet hoc inconueniens, ne cogeretur confiteri necessitatem in operationibus nostris, sed sequetur maius inconueniens. s. ꝙ Deus falsę intelligat. nam id quod reuelatum est, est id qđ Deus intelligit de nobis, sed Deus non potest intelligere falsum, ergo necesse est sic esse, vt ipse intelligit. Nam id ꝙ Deus præsentialiter rem intelligit est ꝙ reuelat, si ergo falsa est propositio reuelata, sequitur falsum esse, & Deus pręsentialiter rem intelligens falsum intelliget, ideo non poterit esse falsa propositio illa. Quid ergo dicendum erit cum uideatur tolli libertas arbitrii?

Aliquis forte respondebit, ꝙ si Deus reuelaret act⁹ nostros antequam fierent, sequeretur necessitas in operatione, & quantũ ad id, quod reuelaret, careremus libertate operandi, sed hoc non esset ex intellectione diuina, quin potius ex facta reuelatione: & ob hoc diceret, ꝙ Deus nunquam reuelat de actibus nostris qđ aut qualiter operaturi sumus, ne necessitatẽ imponat, sicut reuelat aliqua alia.

Dicendum est non stare hoc, quia multa Deus reuelauit de actibus nostris antequam fierent, nec solum de his, quæ nobis euentura erant, in quibus non consistit peccatum, aut bona operatio, sicut sunt pęnalitates, & infortunia, sed etiam de actibus nostris, in quib⁹ meremur, aut demeremur, sicut erat pręnunciatum de morte Christi futura per iudæos in Daniele, & aliis prophetis, & tamen in hac nimis peccauerunt, qa propter hoc data est Ierusalem, & tota gens iudęorum in exterminium, & dispersionem per omnes gẽtes, atque in seruitutem æternam. Ita etiam reges Persarum, & Caldęorum, atque Assyriorum peccabant inferentes bella, & spoliantes Israelitas, ut patet Isa. 10. & Abacuc. 2. quia eis pœnæ ibi infliguntur, & tñ ista prænunciata erant in multis prophetis. Sic quoque calamitas Iudæorum in Aegypto fuerat pręnunciata Abrahę, ut Gene. 15. & tamen peccauerunt Aegyptii opprimendo eos, & ex hoc puniebantur. Hoc ergo falsum est scilicet, quod nihil de actibus nostris reuelatum sit antequam fiant. Etiam falsum dicit, scilicet quod si reuelarentur, imponeretur necessitas actibus illis, de quibus reuelarẽtur. Nam tunc ista peccata magna populorum, & gentium, quæ prophetis a Deo reuelata sunt, necessario euenissent, quia reuelata erant, quod ualde est magnum inconueniens. nam tunc non erat iustum hęc puniri, sed punita sunt.

Aliter ergo respondendum est, quod multa de actibus nostris reuelata sunt, & tamen ex hoc non imponitur nobis aliqua necessitas agendi sic vel aliter. Et si quęratur postquam reuelatio aliqua facta est, an possimus nos contrarium facere eius, quod reuelatum est, vel non, si possumus facere contrarium, ergo poterit falsificari propositio reuelata, si autem non possumus erit coactio agendi, & adempta erit libertas. Dicendũ est, ꝙ postquam reuelatum est aliquid de actibus nostris, nos non possumus facere contrarium eius, quod reuelatum est: nõ quidem ꝙ sit in nobis aliquod principium determinatum ad vnam partem contradictionis, & non ad alteram, sicut in agentibus secundum naturam. sed quia propositio illa reuelata non habet modum futuri, sed præteriti. Et est sensus, ꝙ sicut, cũ actualiter aliquid operamur, non possumus contrariũ agere, quia quodlibet, dum est, necesse est esse, & non est nobis exinde aliqua inducta necessitas operandi: ita in propositione reuelata. Nam veritas propositionis illius dependet ex ueritate conceptus reuelantis scilicet si uere concepit ille, qui reuelauit. Et ille, qui primo reuelat, est Deus, cum ipsa res, quęcunque est pręsens, & quia ipse eam ita cognoscit, sicut pręsens est uere cognoscit, & quia tunc, dum fit non potest aliter esse, quam ut est, & Deus concipit rem, ut in pręsenti, ideo conceptum a Deo non potest aliter esse, ita igitur si aliquam propositionem exprimat assignatiuam cõceptus sui erit illa necessaria, sicut conceptus signatus est necessarius, & tamen conceptus signatus non est necessarius propter se, sed quia res concepta necessaria est. ita ergo propositio signans illud non erit necessitatem imponẽs, sed assignans necessitatem, quæ est in re. Et consistit in hoc virtus solutionis, quia propositiones reuelatæ non sunt, ut de futuro, sed ut de pręsenti, quia ipsæ habent originem a veritate cõceptus præsentis. nam propositiones reuelatæ a Deo originem sumunt, & Deus cognoscit veritatem rerũ vt pręsentem, quia uere sibi præsens est. ita ergo istę ꝓpositiones signant ueritatem rei præsentis. Et tamen quia non fuit in uocibus nostris tale idioma, quod signaret cõceptum diuinum eo modo quo in Deo est signauit modo, quo apud nos intelligi poterat: & nos non poteramus intelligere rem præsentem, nisi cum est in nunc tẽporis, ideo reuelata propositio signat ꝑ modum futuri. Veritas prædictorum apparet, quia uoces sunt signa conceptuum nostrorum iuxta Arist. 1. Perihermen. scilicet sunt ea, quæ sunt in uoce, eorum quę in anima sunt passionum notæ. ergo ad hoc ꝙ uoces uere signent, necesse est, ut illud signent, qđ nos conceperimus, & quomodo nos cõcepimus, sed omnis conceptus diuinus est præsentarius, quia res conceptę sunt ei pręsentes, ergo ꝓpositio reuelata signãs conceptum eius necesse est, ut referatur ad eum modum signandi, quem cõceptus diuinus habet scilicet ad præsentialitatem, ideo quamquam signet futurũ tamen ęquipollet præsenti diuino: tamẽ illud nõ põt signari per aliquod uerbum nostrum, ideo ponitur propositio ut futura. Si autem reuelationes fierent de rebus, quando res actualiter sunt, & propositiones signantes essent de præsenti, reuelatio nõ imponeret aliquam necessitatem rei reuelatę, quia iam erat necessitas in re reuelata, ita cum propositiones reuelatę sint tanquam de pręsenti, quia signant conceptum diuinũ cui res cõcepta est præsens, & necessaria, tamẽ nõ imponit necessitatem, sed ipsa res signata est necessaria, quia est præsens, & non potest aliter euenire, quam signatur per illam propositionem, nõ quidem inquantum est de futuro, quia sic tolleretur simpliciter libertas arbitrii, sed inquantum æquipollet pręsenti propositioni, quam Deus habet de rebus intellectis, quæ ei p̄sentes sunt, & quia illa est necessaria ex cõditione pręsentialitatis, ista quoque erit necessaria ex æquipollẽtia ad illam, quia pro nullo alio istam, quam illam diuinam pręsentialitatem accipimus.

Et nõ potest aliqua necessitas sequi in operationibus nostris propter veritatem propositionis huius: nã si diceremus, ꝙ necesse erat nos aliquid operari, quia a Deo pręscitum erat, tolleretur nostra libertas, uel Deus poneret in nobis aliquid, per ꝙ nos determinaret

ret ad volendum vnam partem, & non possemus velle aliam, & propositio determinata nõ necessitat nos nisi Deus aliquid in nobis agat per ꝙ necessitemur, sed cum Deus intelligit omnia, non imponit necessitatem ad hoc, ꝙ fiant, cum præsentarie intelligat, & cum reuelat nobis, nihil aliud reuelat, nisi ꝙ intelligit, ergo ad veritatem propositionum reuelatarum non causat in nobis necessitatem, quia illę non signant necessitatem futuri, sed præsentis, sicut ipsa diuina propositio, quæ est de præsenti, cui istæ ęquipollent, licet per alium modum signandi.

An volitio Dei imponat aliquam necessitatem rebus idest an aliquid necessario eueniet, non ex eo, quia Deus illud præcognouit, sed quia voluit. Et quod Deus non potest aliquem indurare, & cogere ad faciendum aliquid per modum intellectus. nec per modum uoluntatis. Et ꝙ induratio seu obstinatio in malum proprie sit, firmatio autem seu confirmatio sit in bonum. Quæst. LXXIX.

De cognitione ergo diuina patet, ꝙ non imponat necessitatem aliquam rebus cognitis: immo est impossibile per cognitionem eius necessitari res ad aliquid, & sic habet vnum de duobus membris supra positis a principio. s. ꝙ si Deus necessitat res ad aliquem modum, aut necessitat eas per modum intellectus, aut per modum voluntatis.

in q. 13. De modo intellectus patet, ꝙ non sit necessitas, vñ cum dr̃ hic. Dñi. n. sententia fuerat vt indurarent corda eorum, non est sensus, ꝙ indurarent Chananęi isti vt pugnarent ꝯ Israel, quia Deus intelligebat hoc eos volituros: ideo necessario vellent, & hoc esset indurari. Alio mõ poterat intelligi hoc per modum uoluntatis. s. ꝙ fuerit sñia dñi, ut indurarentur Chananæi, & propter hoc indurati fuerint, & magis hoc significat, quam primum, quia sñia ad uoluntatem pertinet, quia sñia non est iudicatio, uel sensus circa aliquam rem, sed diffinitio iudicis, quæ ad uoluntatem pertinet: iõ enim sic aut sic diffinit, quia sic, aut sic vult, nec diffinit, quia sic intelligit, sed quia sic vult. Et isto modo dicendum est, ꝙ Deus posset aliquem indurare, vel cogere ad faciendum aliquid, nam si Deus vellet, ꝙ aliquis peccaret fornicando, aut aliquid aliud faciendo, necessitaretur ad faciendum illud mouendo eum, ita vt non esset compos sui, sic. n. dęmones interdum ꝑ opera sua homines in infamiam vertunt inducentes ad libidinem, vt patet in uita beati Hilarionis monachi, & declaratum fuit latè Exod. 22. c. quanto magis poterat Deus vrgere hominem, quem continue dñatur, ita ut non esset ei vllus vigor resistendi, nec volũtas ad hoc, sed potius maximum bonum indubitatissime videretur.

Nec est de uolũtate diuina, sicut de intellectu, quia intellectio non imponit necessitatem, cum intelligat res præsentes, & in præsenti res necessarię sunt, quia tunc sunt, & dum sunt, necesse est esse. Sed adhuc dato ꝙ intelligeret per modum futuri, & diuina intellectio aliquid efficeret in rebus, ut necessario essẽt, esset necessitas consequentiæ. s. Deus intelligit, & non põt frustrari intellectio sua, ergo necessario eueniet, ꝙ intelligit, uoluntas tñ directe imponit necessitatem, si uellet, quia ipsa est causa directe rerum, quę fiunt ideo si ipse vult, ꝙ aliquid fiat, necesse est, ut illud fiat. Vñ si uoluisset directe, ꝙ Chananæi indurarent, necesse erat eos indurari, cum nihil ei resistere queat. Et accipitur hic velle Dei non pro quacunq; uolitione, oĩa. n. q̃ fiunt, vult, quia nihil eo inuito fieri posset, sed quædã vult, quia iubet ea fieri, & determinat ea facienda; alia aũt vult, quia permittit, ut nos illa faciamus. & ob hoc

F non est in omnibus ęquale. s. vt quidquid Deus uoluerit, necessarium sit, sed quidquid ipse uoluerit iubẽdo, vel determinando sic debere fieri. Sed hoc modo nõ potest intelligi, ꝙ fuerit sñia dñi, ut indurarentur corda Chananęorum. s. ꝙ ipse directe vellet ĩdurare illos, & ꝯ israel pugnare, quia tunc ipse eos cogeret ad malum, quamquam ad hoc aliter forte dicetur. J.

Dicendum tñ est de omnibus, in quibus est pctm̃, & induratio, ꝙ non indurantur homines ex sententia Dei, quasi Deo iubente, & determinate uolente hoc, quia tunc Deus vellet directe malum, ꝙ est falsum.

Item esset iniquus, quia homines obstinatos æternaliter punit, & tñ ipse eos induraret, cum ex sñia eius indurarentur, sicut rei ex iudicis decreto puniuntur: ergo ipse causaret culpam, & pęnam, ꝙ est inconue-

G niens: ideo dicendum, ꝙ Deus hoc modo neminem indurat.

Aliter põt accipi induratio hominum extra sentẽtiã Dei, & dñr indurati, quia a proposito suo moueri nequeunt, & sanum consilium nõ recipiunt, sicut omnium durorum conditio est difficulter aliquid recipere, & quamquam aliquis in vtroque. s. bono, & malo fixus esse possit, & poterat quantum ad uirtutem uocabuli in utroq; induratus homo dici, tñ uoluit, ut in malum tm̃ ĩduratos dicamus. Cum uero aliquis a bono proposito immobilis est, nullis blandimentis fallacis sæculi aut minis cedens, non dr̃ induratus, sed firmatus, vel solidatus. Et sic dicebat beata Agatha: mẽs mea supra petram solidata, & in Christo fundata.

Fit autem induratio ista in malo directe a uolunta-

H te nostra adhęrente alicui bono corruptibili, indirecte aũt fit a Deo permittente nos cadere, & non sublęuante per gratiam. Ad bonum quippe, qđ est uere bonum, & spirituale, cum magna difficultate mouemur sed potius in delectabilia inclinamur, quæ non sunt uera bona, ad uolendum aũt bonum aliquod ex charitate, uel qualiter oportet, ut mereamur, non possumus moueri ex nobis, sed mouemur ex gratia adiutrice, quæ uocatur gratia præueniens, & pulsatrix, & si ista non pulsat cor nostrum, impossibile est nos moueri in aliquod bonum. Sic patet Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. i. aliquod opus bonum meritorium nisi ego uos mouero ad operandum. & si nunquam

I Deꝰ nos mouere uellet nunq̃ esset possibile nos bonũ facere meritorie, & si aliquod tps fuerit, in quo mouere nos non vult, impossibile est tunc bene nos operari. Non tñ est necesse tunc operari malum faciendo aliquem actum positiuum, quia licet priuatio, vel absẽtia gratię tollat bonum, qđ per eã fieri debebat, tamen non est præsentium determinatiuum ad aliquem actum positiuum malũ, immo est impossibile, ꝙ actus positiuus principietur, nisi a principio positiuo, absentia autem gratię est principium priuatiuum, ideo principiare non potest, sed actus mali, quos nos facimus, dum sumus priuati gratia, sunt ex inclinatione mala

K nostra, quæ non frenatur aliquo cęlestis gratię retinaculo.

Cum non possimus agere bonum, nisi Deus gratiam dederit, quare punit nos si non egerimus bonum. Quæst. LXXX.

Sed tunc dicet aliquis, cum nos non possimus facere bonum nisi Deus dederit gratiam, nec hoc subiacet nobis, quare Deus nos punit, si non operamur bonum?

Aliquis respondebit, ꝙ Deus non punit nos, quia non facimus bonum, sed quia malum facimus: ad faciendum autem bonum necessaria est gratia, sed ad non faciendum malum nõ est necessaria, ideo iubet nobis

An Deus puniat nos quia non facimus bonum, uel facimus malum.

nobis non facere malum. quamobrem cum malum fecerimus iuste punimur.

Sed ista responsio non stat, quia secundum hoc nũquam essent pctã fm omissionem, sed per commissionem, falsum tñ est, quia interdum nihil agentes peccamus mortaliter, quia non agimus, quod agere tenemur, & tamen non possumus agere bona ista, ad quæ tenemur, nisi gratia preuenerit, ergo punimur, quia non facimus, & non quia facimus malum, cum nullũ malum hic fiat, nisi accipiatur malũ facere pro omissione boni necessarii, & hoc est contra distinctionem eorum, qui dicunt ad bonum agendum est necessaria gratia, sed ad non agendum malum non est necessaria.

Item non potest stare, quia interdũ bonum, & malum in actibus reperitur tanquam contrarietas immediatorum, & tunc necesse est alterum eorum accipi, sed bonum non potest accipi sine gratia: ergo necesse est nos malum operari, nisi gratiam habuerimus, ut patet in obedire, vel non obedire, continere, vel non continere, data enim materia aliqua, in qua obediẽdũ sit, ibi necesse est, ꝙ obediamus, vel non obediamus, sed obedire non possumus, quia bonum non est, nisi gratia præueniat, ergo necessario malum agemus. idẽ qui non habet vxorem aut continebit, vel non continebit, sed continere non potest nisi data gratia, ergo cogetur non continere, cum sint contradictoria, maxime est hoc in diligere, & non diligere, & necesse est de quolibet, ꝙ diligat, vel non diligat, sed quicunque Deum non diligit, in morte manet, patet. 1. Ioan. 4. eodem modo de proximo. non possumus tamen diligere, nisi Deus mouerit, ergo necessitamur peccare.

Item non solum Deus punit nos, quia peccamus, vel quia bonum non agimus, sed etiam quia gratiam nõ habemus, vnde siquis moriatur sine charitate Deꝰ eum æternaliter damnat, ergo nõ subest nobis saluos effici, sed si Deus vult dare gratiam, poterimus saluari si autem non det erit impossibile. & ista est sententia Saluatoris Matth. 19. cum Apostoli mirarentur de difficultate saluationis dicit, Auditis aũt his discipuli mirabantur valde dicentes, quis ergo poterit saluus esse? aspiciens aũt Iesus dixit eis: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt & tunc manet magis difficultata qõ. s. quare Deus punit peccantes, cum non possint bonum facere, & iterdum necesse sit peccare, nisi gratiam dederit.

Aliter ergo respondendum est, ꝙ directe nõ est salus nostra in manibus nostris, vel immediate, vt melius, dicatur, quia salus non est sine gratia, ipsa autem a Deo datur, ergo salus nostra non est in manu nostra, & hoc signat præallegata auctoritas Saluatoris: est tñ secundario salus nostra in potestate nostra, quia quandocunque uoluerimus, poterimus habere salutem, q̃ est per gratiam.

Pro quo sciendum, ꝙ gratia, quæ nos facit gratos Deo, & dignos vita æterna habendo ipsam, uocat gr̃a gratum faciens, & ista habetur ab homine per cõuersionem in Deum per aliquem motum contritionis de peccatis, vel per aliquam dilectionem, sed iste motus non potest haberi, quia est opus bonum nisi Deus mouerit nos: & quia motus iste ex gratia fit vocat iste instinctus gratia pulsatrix, vel præueniens, & ista semper assistit omnibus hominibus pulsando eos, ut mouean tur ad bonum, & si assentiant huic motui, bonũ operantur atque recipiunt gratiam gratum facientẽ, si uero recusant subdere se huic pulsatiuæ gratię non recipiunt secundam gratiam, nec iustificantur. Et ista gratia pulsatiua omni tempore assistit cuilibet homini pulsans ad bonum, ut patet Apoc. 3. cap. s. ecce ego sto ad ostium, & pulso, siquis audierit uocem meam, A & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cęnabo cum illo, & ipse mecum. cum ergo sit gratia ista semper pulsans, in potestate nostra est quocunq; tempore acquiescere illi, & acquiescentes iustificamur, atq; accipimus gratiã gratũ facientem, iõ in potestate nostra est semper gratiam habere, vel si eam perdiderimus, in potestate nostra est iterum recuperare, & ob hoc si aliquando peccamus, uel non habemus gratiam gratificantem iuste damnamur a Deo.

B *Cum gratia Dei pulsatiua omnes semper tangat, & pulset, quare quosdam mouet, ut assentiant, alios non, & quare quosdam mouet remisse, alios acriter. Et quod in materia prædestinationis non oportet plus inuestigare, quam ad sobrietatem sapere oporteat. Et unde sit quod multi sunt in uita æterna, qui grauius peccauerunt, quam multi, qui sunt in inferno.*

Quæst. LXXXI.

SED adhuc dices cum ista gratia semper pulset & indifferenter omnes homines, quare quidã assentiunt, & alii non, & ipsemet homo interdum mouetur a gratia pulsatrice, & interdum non.

Respondendum est, ꝙ gratia pulsatiua mouet, sed non vrget, nam, & ipsa gratia gratum faciens, quæ in nobis interdum est, & charitas perduntur non assentientibus nobis incitationi illarum, quãto magis pulsante gratia, & nondum recepta? est enim gratia naturam perficiens, sed non mutans, vel cogens: sed natura C nostra est libertas: gratia vero perficit libertatem, vt p eam liberius feramur in uere bonũ quam alias ferremur. tamen non mutat naturã libertatis, si tamẽ gratia necessario moueret hominem ad bonũ, postquã aliquis gratiam suscepisset, impossibile esset eum male operari, & consequenter impossibile esset aliquem christianum male facere, quia in baptismate gratiam suscepisset. sed potest habita gratia perdi, & gratiæ pulsatrici repugnari potest, etiam si ualde magna sit, ita vt interdum homines amantes terrena moleste ualde ferant, ꝙ a Deo ad bonũ incitantur, & uellent non moueri ad illud bonum, quia desiderant frui delectabilibus, quæ concupiscunt, uel iam amant, & quia stimuli mouentes ad bonum eos a fruitione bonorum, D quibus vacare volunt retardant, vel distrahunt, & isti sunt, de quibus dicit Iob. 21. c. qui dixerunt Deo, recede a nobis, scientiam uiarum tuarum nolumus, quis est omnipotens ut seruiamus illi? & quid nobis proderit, si orauerimus eum? In his aũt ꝙ gratia nihil operetur, causa plana est.

Sed adhuc sunt alii, qui gratiæ Dei non repugnant & tamen non mouentur ab ea ita, ut a peccatis discedant, & in his alia causa inquirenda est.

In quo sciendum est, ꝙ gratia pulsatrix est aliquod instrumentum diuinæ actionis in nos, & est sicut agẽtia naturalia, quædam enim agentia sunt, a quibus põt passiuum ĩmutari, alia uero sunt a quibus nequaquã E potest, sicut si aliquid sit ualde remisse frigidum, non poterit immutare passiuum ad frigiditatem, si vero fuerit fortius immutabit, & ita de cęteris qualitatibus Ita gratia pulsatiua interdum fortis est, & interdũ parua, cum uero fortis, mouet, si autem parua fuerit, nõ mouet, & sic quidam sunt, quos licet semper tangat gratia pulsatiua, tamen nunquam mouentur, quia remisse pulsantur. interdum autem gratia pulsatiua ita fortis est, ut homines uelut inuitos trahat, & tunc quicunq; pulsatus ab illa mouebitur. Et est quemadmodum in amatoribus, qui interdum ita vehementi incitantur amore, ut magis furere, quam amare uideãtur. Et de ista gratia dicebat Christus Io. 6. Nemo potest ad me uenire nisi pater meus traxerit eum. i. non põt

aliquis

aliquis venire ad diligendum me, vel sequendum doctrinam meam, nisi pater meus traxerit eum. s. per gratiam pulsatiuam, quasi inuitum ferens ꝙ trahere est. Sed adhuc queret aliquis cum Deus gratiam pulsatiuam circa omnes exhibeat, quare quosdam ita remisse mouet, vt ex ea non moueantur in bonum.

Ad hoc iam difficilius est respondere, qm̄ abscondita sunt ab oculis nostris, soli Deo pfecta seruata cognitione horum, quę circa nos agere velit. Sed dici pt ꝙ gr̄a ista interdum circa quosdam hominum parua est, vt non moueantur per eam, sed cadant in q̄dam vitia, & sic humiliores, & cautiores postea resurgant, atque occasione accepta meliores fiant, quam futuri essent, si non cecidissent, in quibusdam autem ista gr̄a pulsatiua parua est, quia peccata eorum demeruerūt eam sic esse. s. vt talis esset, per quam ad bonum non mouerentur. Sed tunc dicetur, quare q̄busdam incidentibus in parua peccata Deus dat eis paruam gr̄am pulsatiuam, ita vt nunquam resurgant, sed sic pereant, aliis vero interdum incidentib. in magna peccata dat gr̄am vehementer pulsantem, & trahentem, ita vt in malo permanere nequeant. Rn̄dendum est huius solam cām esse diuinæ voluntatis beneplacitum, nec pt peccatorum magnitudo assignari cā, quia multi sunt in vita æterna, qui valde grauius peccauerunt multis, qui in gehenna tenen̄t: sed illi ad extremum gr̄a pulsatrice proficiente in eis conuersi sunt: alii vero in malo permanentes in gehennali incendio mancipati sūt Deus tn̄ in hoc differendi rationem ex seipso sumit. Nam quosdam ex infinita largitate sua p̄destinauit ab ęterno esse conformes imagini filii eius ad Roma. 8. & isti licet in plurima mala inciderint, saluan̄t, q͂a De⁹ illis gr̄am pulsantem exhibet sufficientē, alii vero sunt quos Deus non elegit, & hi q̄q̄ aliq̄n moueant̄ ab eo efficaciter, tn̄ non semper, sed ad vltimum non mouētur, p̄destinati autem mouentur. Sic dr̄ Actu. 13. ca. cū prædicarent Paulus, & Barnabas inter gētes dr̄, & crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam æternam. q. d. ceteri non crediderunt q̄quam prædicaretur eis, quia non erat gratia motiua, quæ eos fortiter vrgeret. De prædestinatis autem quomodo fiant a Deo. s. an sit necessitas in eis ad saluationem, & si est homo prædestinatus antequam natus, vel prędestinatur in ipsa morte, & de similibus dicetur ad Rom. 8. vel 9. vel Actu. 13. cap.

Quid sit modus indurationis in obstinatis, & quid Gentiles senserint de fato, & prouidentia rerum. Et quod quicunque indurationem patitur illam demeretur, sed non omnes qui merentur eam patiuntur illam. Et ꝙ induratio dupliciter intelligitur. Et quæ sit cā harum indurationum. Quæst. LXXXII.

EX his quæ dicta sunt de gratia pulsatiua patet modus indurationis, nam indurantur homines cum in malo fuerint, cum gratia pulsatiua non fuerit, vel si parua est, ita vt moueri nequeant ab ipsa, quia tunc cum ad bonum sine gratia illa peruenire nequeant, manebunt necessario in malo, & perdentur. Et sic duo sunt ad indurationem, primum est hominis iniquitas, qua fertur in bonum defectibile, secundum est gratiæ pulsatricis imperfectio mutare non valentis; primum est directum, secundū indirectum, secūdum tamen fortius est quam primū, quia etiam si homo sponte se ferat in mala, si Deus eum vehementer tetigerit inuitum trahet. obstinatio ergo ab homine, & a Deo causalitatem habet. quicunque tamen indurationem patitur illam demeretur: nec tamen omnes, qui merentur eam patiuntur illam & quidam de electis incidunt in grauissima peccata, quibus demerebantur obdurationem, quia tamen se-

F cundum propositum Dei vocati sunt sancti, iuxta Apostolum, hæc omnia eis in bonum proficient. Diligentibus enim Deum omnia in bonum cooperātur, & hoc modo Deus dicitur in scriptura indurasse corda hominum, quia subtrahit eis gratiam. s. non apponendo eam per quam ad bonum deuenturi essent. & non dicitur de hominibus ꝙ seipsos indurant, quia licet ipsi faciant ad indurationem directe, quia tamen ipsam indurationem absentia motricis gratię sufficiēter efficit, a Deo induratio denominatur, cum ab eo gratia sit.

In præsenti autem cum dicitur, ꝙ fuit sententia domini, vt corda ipsorum Chananęorum indurarentur, potest intelligi induratio ista dupliciter, vno modo, sicut nunc dictum est. s. ꝙ Chananęi isti desiderabant
G pugnare contra Israel, & Deus non dedit illis gratiam pulsatricem ad mouendum in cōtrarium, vel fuit valde parua, ita ut mouere eos non posset: & hoc erat ex sententia Dei. i. quia Deus determinauerat eos nō mouere in cōtrarium, quia peccata eorum hoc demerebantur.

Alio modo potest intelligi, ꝙ Deus indurauerit directe chananæos istos pugnantes, & dato ꝙ forte ipsi inclinarentur ad non pugnandum, & petendum misericordiam ab Israelitis, vt sic manere possent, sicut manserunt Gabaonitæ, qui confęderati fuerunt Israelitis, ut patet. sup. 9. vel sicut manserunt multæ gentes Chananæorum ad occidentem, ut patet. j̄. 13. & Iud. 3. quę non pugnauerunt contra Israelitas, sed q͂a Deus volebat conterere istos Chananæos, q͂a pc̄tā sua erant
H grauiora peccatis aliorum Chananæorum populorū, & quæsiuit Deus occasionem ꝯ eos ad occidendū, & fuit hoc indurando corda eorum, ut pugnarent, & sic caderent in manu Israel, & non mererent̄ mīam aliquam, sicut populi, qui non pugnauerant. Inter istam aūt īdurationem, & primam multum differt, quia prima non est a Deo directe uolita, nec ipse incitat hominem ad actum illum, in quo induratur, quia ille est actus peccati, & peccatum non est a Deo directe uolitum, sed cum homo hoc uoluerit Deus interdum non adiuuat eum efficaciter ad exeundum, vel resurgendum, & consequēter indurat̄ ī peccato. Secundus modus indurationis est directe a Deo volitus, & hoc
I est q̄n hō non assentit alicui recto cōsilio, & prudētiæ humanę, ꝙ ei fęliciter prouenturum erat, sed mouet̄ pertinaciter ī aliq̄d, ex quo eius sequit̄ dura calamitas, & fortè ad tale non mouet̄ iste, q͂ nunc mouet̄, q͂a nō ꝯsueuerat ad talia moueri, sed Deus vult punire eum pp̄ pc̄tā sua, & ob hoc mouet eum in aliquid, & quasi inuitum ducit, vt faciat, uel desideret id, ex quo sequit̄ ei magna pęnalitas in vltionem scelerum, & in isto casu non est in pt̄ate nr̄a effugere indurationē Dei, sed ēt si ꝯria velimus faciet nos indurari, q͂a isto mō vult nos punire. Et in isto casu hoīes ducunt non a seipsis, sed quasi a fato, iuxta modum loquendi Gentiliū poetarum, ut introducit. Seneca in tragedia. 5. q̄ dr̄ O edi-
K pus quendam horum loquentem de fatis illis. s.

Fatis agimur cedite fatis
Non solicitæ possunt curæ,
Mutare rati stamina fusi.
Quidquid patimur mortale genus
Quidquid agimus venit ex alto.
Seruatque sua decreta colus
Lachesis: dura reuoluta manu.
Omnia certo tramite vadunt
Primusque dies dedit extremum.
Non illa Deo vertisse licet
Quæ nexa suis currunt causis
It cuique ratus prece non vlla
Mobilis ordo, multis ipsum

Timuisse

Timuisse nocet, multi ad fatum
Venere suum fata dum timent.

Nos tamen non consentimus huic modo penitus in aliquo casu, cum isti dicant seriem fatalem esse aliquid ꝙ Deo etiam non licet immutare, sed nihil tale est: si militudo tamen erat, quia sicut isti ponebant fatalem dispositionem esse nobis ineuitabilem, ita cum Deus nos indurare vult, vt incidamus in aliquas promeritas calamitates, etiam si multũ in aduersum conemur nõ poterimus euitare indurationem illam, & sequentes, inde pęnas, sicut morbi nobis in pęnam peccatorum nostrorum eueniunt, sed etiam si conemur effugere illos, non poterimus.

Causa diuersitatis inter modum istum īdurationis, & superiorem est, quia induratio prima est ad peccatum, & illud non est a Deo uolitum directe, ideo est in nobis principium indurationis. s. ꝙ nos peccemus in aliquo, & Deus postea gratiam efficaciter adiutricem non impendat. In isto secundo modo non est induratio ad peccatum, sed ad faciendum aliquid, quod malum nõ sit, & tamen inde nobis sequatur magna pęnalitas, & talia a Deo volita sunt directe, quia sicut ipse vult pęnas nostras, quæ sunt aliquod bonum, & non includunt rationem mali, vel deformitatis aut odii diuini: ita vellet directe illum actum, per quem peruenimus in pęnas illas, cum in eo fuerit peccatum vllum. & in hoc secundo modo dici poterat de chananæis istis, ꝙ indurata sunt corda eorum scilicet. quod Deus directe uoluit indurationem eorum cooperando ad eam potissimum, & non per alicuius gratiæ subtractionem, vel non appositionem, sed mouendo eos pertinaciter ad pugnandum contra iudæos, ut morerentur, & hoc non est inconueniens confiteri de Deo quia non mouebat eos hic ad aliquod malum, cum pugnare contra Israelitas chananæis esset licitum, ut supra declaratum fuit, & tamen Deus interdum mouet hominem ad aliquid quod licitum est, vt agendo illud pereat.

Et tunc exponetur litera ista sic, ut iacet scilicet.

Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum. Idest isti chananæi, qui congregati sunt cõtra Israelitas ad aquas Meron, erant magis peccatores aliis populis Chananæorum, & Deus uolens eos punire incitauit illos, vt pugnarent contra iudæos, & in hoc proposito indurauit corda eorum. s. ꝙ non possent moueri ad oppositum, quamquam essent aliquæ rationes, quæ sufficientes ad mouendum ipsos erant scilicet ꝙ viderant stare solem paulo ante hoc spatio vnius diei quousque Israelitæ caperent quinque reges latentes in spelunca & vlciscerentur se de hostibus suis: ipsi autem, quia non assenserunt indurati dicebantur, & hoc fuit ex sententia Dei, quia ipse specialiter uoluit indurationem illam.

Et pugnarent contra Israel, & caderent. Iste est modus velut siquis volens punire aliquem non potest punire, nisi sit iratus, & quærit actionem aliquam, vt sit iratus illi atque eum puniat, ita de Chananęis: si enim ipsi fuissent in humilitate petentes misericordiam ab Israelitis, sicut fecerũt Gabaonitæ nõ habuisset Deus occasionem irascendi, & reliquisset eos immunes a pœna: vel si forte non moti fuissent in bellum cõtra Iudæos sicut reliqui de Chananæis qui mãserũt post mortem Iosue, vt patet infra 13. & Iudi. tertio capitulo: isti enim quamquam nõ petierunt fędus ab Israel sicut Gabaonitæ, quia tamen non fuerunt moti cõtra eos in pugnam non perierunt. Cum autem isti populi, de quibus in litera dicitur mouerant pugnam contra Israel necesse erat, vt perirent, qa Deus promiserat Israelitis Exod. 23. quòd obseruarent præcepta eius, destrueret omnes hostes eorum, & esset hostis inimi-

A corum Iudæorum: sed isti infestabãt Iudæos, ideo necesse erat, vt Deus traderet Chananæos in manus Iudæorum, ne permitteret Iudęos in manus hostium. Et isti modi quęrendi occasionem ad puniendum aliquem frequentati sunt a Deo: ita cum vellet punire Philisthinos in manibus Iudæorũ dedit in corde Samsoni, vt acciperet vxorem de Philisthijm ut ab eis offensus percuteret eos plaga magna: & ista erat occasio ad puniendum. Sic patet Iudic. 13. cum dicitur: Dixitque Samson ad patrem suum: hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis: parentes autem eius nesciebant, quòd res a domino fieret, & quæreret occasionem contra Philisthijm.

Et non mererentur ullam clementiam. idest ideo indurauit eos Deus, ut non mererentur clementiam Dei, &
B saluarentur in uita temporali. Si acciperetur hic primus modus indurationis, qui est cum indurantur homines in peccatis, non erat ista litera exponenda sub habitudine causæ finalis scilicet, quòd ideo indurati sunt, vt non mereantur misericordiam. Sed exponeretur consecutiuè: sed indurata sunt corda eorum in peccato, & non mererentur vllam misericordiã idest ex induratione factum est, vt non mererentur misericordiam: quia solum est misericordia Dei super illos, qui ad eum in corde tribulato conuertuntur. Indurati autem non conuertuntur, quia alias indurati non essent. ideo sequitur ꝙ non mereantur misericordiã in remissionem culparum: neminem tamen Deus indurat in peccatis, ut non mereatur misericordiam, & re
C missionem culparum, quia ista esset iniquitas magna, & nõ sequeretur iusta punitio. In induratione autem secunda ista conceduntur, quia indurantur homines secundo modo in aliquo opere indifferenti, quod eis licitum est, ut illud faciant ad hoc, ꝙ inde sequantur eis magna damna: & tunc Deus indurat aliquem, ut non mereatur misericordiam scilicet remittendo ei pœnas debitas: nam si nõ induraretur in actu illo posset flecti ad contrarium, & sic non puniretur: Deus autem vult talem punire, quia peccata sua exigunt, & Deus iudicat non debere huic pœnã remitti: ideo indurat in eo inducendo indurationem, quę est pęna, vt sequatur alia pęnalitas, quæ ex induratione prouenit, & quia hic per indurationem non incidebant Chana
D næi in culpam aliquam, sed in pœnam directè Deus fecit ad eorum indurationem, ut sic essent indigni misericordia Dei, quam mereri potuissent, si non indurarentur: sed petijssent fortè fędus aliquod, sed Israelitis non licebat facere fędus cum eis, ut patet Deuterom. 2. cap. Deus tamen non dedisset eos in manus Iudæorum, nisi ipsi mouissent pugnam, sicut non dedit Philisthinos, & Sydonios cæteros, qui habitant ad occidentalem plagam terræ Chanaan, de quibus infra 13.

Ac perirent. scilicet quòd indurati, & pugnantes perirent deleti gladio Iudæorum.

Sicut præceperat dominus Moysi. idest sicut prædixerat
E scilicet quòd delerentur Chananæi a facie Iudæorũ. Alio modo intelligitur, sicut præceperat idest quòd compleuerunt Israelitæ hoc præceptum Dei ad Moysen: iusserat enim Deuterom. 20. quòd de Chananæis neminem uiuere permitterent non potentes eos accipere in tributarios, uel seruos, aut sub aliquam conditionem pacis.

In tempore illo venit Iosue, & interfecit Enacim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda, & Israel, vrbesq; eorum deleuit. Non reliquit ullum de

stirpe

ſtirpe Enacim in terra filiorum Iſrael abſque ciuitatibus Gaza & Geth, & Azoto, in quib. ſolis relicti ſunt. Cepit ergo Ioſue omnem terram, ſicut locutus eſt Dominus ad Moyſen, & tradidit eã in poſſeſſionem filijs Iſrael ſecundum partes, & tribus ſuas. Quieuitq́; terra a prælijs.

In illo tempore venit Ioſue. Iſtud tempus, in quo Ioſue interfecit Enacim ideſt gigantes de mõtibus fuit tempus intermedium bellorum. Nã pugnando contra reges iſtos, qui conuenerant ad aquas Meron contra eum, durauit magno tempore, vt patet ſupra, cum dicitur: multo tempore pugnauit Ioſue contra reges iſtos.

Quo tempore Ioſue uenerit contra Enacim. Quæſt. LXXXIII.

ET dicitur in tempore illo, vt non intelligatur ꝙ Ioſue expletis pugnis contra reges, & loca omnia, contra quæ pugnaturus erat venerit contra Enacim, qui habitabant in montibus, ſed tempore intermedio hoc fecit. ſ. cum iret contra loca aliqua, in quibus erant Gigãtes delebat vrbes cũ ipſis Gigantibus: fit tamen mentio ſpecialiter de pugna contra Gigantes: quia ipſi erant robuſtiores, & timuerant eos valde Iudæi: vnde propter eos exploran-tes quos miſit Moyſes anno ſecundo ab exitu de Egypto in terram Chanaan murmurauerũt, & populum murmurare fecerunt, ex quo ſecuta eſt dilatio introitus in terram Chanaan vſque ad annum. 40. de quo Nume. 13. cum dicitur: Populus, quem aſpeximus ꝓceræ ſtaturæ eſt: ibi uidimus monſtra quædam filiorũ Enac de genere Giganteo, quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur. Ad demonſtrandum autem nunc magnitudinem potentiæ ſubijcientis Gigantes imperio Iudæorum, ſubditum, & expreſſum fuit de deletione Gigantum.

Ioſue uenit, & interfecit Enacim de montanis. Exprimitur de montanis, quia forte non erãt in toto Iſrael Gigantes, niſi in montanis, preter Gigantes, qui erant in urbibus Philiſthinorum, quæ nondum captę fuerant, de quibus infra. Vel dicitur de montanis quia iſti erãt potentiſſimi, qui morabantur in locis fortioribus, & pugna cõtra hos acrior erat: primum tamen melius eſt.

De montanis Hebron, & Dabir, & Anab. Ponuntur iſtæ tres vrbes ſpecialiter, quia in eis magis habitant gigãtes, quam in aliis vrbibus montanis Chanaan.

An Ioſue deleuerit gigantes vrbis Hebron, vel Caleb. Et an Dabir. ſit vna vel duæ. Quæſt. LXXXIIII.

SED de gigantibus vrbis Hebron arguetur, quia infra. 14. dicitur, quod petierit Caleb vrbem illam a Ioſue, vt ſi forte poſſet inde delere gigantes, & dicitur, quod deleuit eos ĩde, & commemorantur tres ſcilicet Seſai, Tholmai, & Hayman, vt patet infra. 15. Aliquis reſpondebit, quod Ioſue deleuit gigantes de montanis Hebron, ſed non de ipſa vrbe Hebron, Caleb vero occidit gigantes, qui erant in vrbe Hebron. Sed litera non conſentit hoc innuens gigantes iſtos deletos a Ioſue habitaſſe in vrbibus, cũ dicitur immediate, vrbeſque eorum deleuit.

Aliter ergo reſpõdendum eſt. Et dicit Nico. ꝙ hoc intelligitur quantum ad partem, quia aliqui gigantes manſerunt in vrbe Hebron, quos Caleb poſtea occidit, ut patet infr. 15. Vel aliter dicit, quod fuit iſtud fa-F ctum a Caleb: tamen aſcribuntur omnia Ioſue, quia erat princeps.

Sed primum non ſtat conuenienter. ſ. ꝙ quoſdam de gigantibus occiderit Ioſue, & quoſdam Caleb, qa in urbe Hebron ſolum erãt tres gigãtes. ſ. Seſai, Tholmai, & Hayman, ut patet Num. 13. nam cum iuerunt exploratores in terram Chanaan, & veniſſent in Hebron, retulerunt ſe vidiſſe hos tres gigantes, hos tamẽ poſtea deleuit Caleb, vt patet infra. 15. vbi nominantur, & Iud. 1. ergo non deleuit partem gigantem Ioſue de vrbe Hebron, ſed omnes eos deleuit Caleb. iõ magis videtur ſecundus modus. ſ. ꝙ cum eſſet ioſue princeps exercitus Iſrael attribuunt̃ ei omnia bella, & magnalia facta, aliqui tñ de iudæis fecerunt aliqua notabilia ſicut Caleb oppugnans Hebron, & Othoniel G oppugnans Dabir, quæ uocatur Cariathſepher, ut patet j̃. 15. Sed tunc obiicietur de vrbe Hebron, quia Ioſue cepit eam, ut patet s̃. prece. c. & fuit hoc immediate poſt ſtationem ſolis. Ad hoc dici poſſet, ꝙ cepit aliq̃ partem vrbis, quæ erat in plano, arces aũt vrbis, q̃ erant in montibus non cepit, & ibi manſerunt gigãtes quos poſtea deleuit Caleb, & hoc poſſet hr̃e fundamentum ex litera hac, cum dicat̃, ꝙ deleuit Ioſue Enacim. i. gigantes de montanis Hebron, & Dabir. ſ. ꝙ iſti habitabant in montuoſis partibus vrbium. & tunc referret̃ hoc ad Caleb q̃q̃ attribuat̃ Ioſue, quia erat princeps iudæorũ, tñ non fuit ipſe in bello ꝯ gigantes hos, & id ꝙ hr̃ preced. c. attribuetur Ioſue. ſ. ꝙ ipſe illud fecerit ſatis cito poſt ſtationẽ ſolis, & hoc eſt ſm̃ ſniam q̃ ibi dicta eſt. Sed tunc reſtat argm̃ de vrbe Dabir, & H gigantibus eius, qui dñr hic capti a Ioſue, & deleti ſũt ab Othoniel fratre Caleb iuniore, vt patet. j̃. 15. & Iudi. 1. c. & tñ ẽt de iſta urbe Dabir dr̃ s̃. ẽt ꝙ capta fuerit, & deleta a Ioſue. Aliquis forte rñdebit aliã eſſe Hebrõ de qua dr̃ ꝙ cepit eam Ioſue, & aliam de qua dr̃, ꝙ cepit eam Caleb, & ſic de vrbe Dabir. Sed hoc non ſtat, quia qñ ſunt plures ciuitates habentes idem nomen ſcriptura ponit nomẽ illud cum connotationibus, vt intelligatur de qua urbe dicatur, ſicut patet de Bethoron, quæ erat duplex. ſ. Bethoron ſuperior, & inferior, & cum exprimitur de eis ponuntur iſta connotata, ut patet. j̃. 16. & 18. c. ſed de Hebron, & Dabir nunquam ponitur, cum aliqua connotatione, ſed ſimpliciter, ergo vr̃, ꝙ non ſint diuerſæ vrbes. Item patet eſſe eaſdẽ, I quia ſicut præc. c. dr̃, ꝙ expugnata Hebron iuit Ioſue in Dabir ad oppugnandam eam: ita. j̃. 15. cum dr̃ de Caleb, & Othoniele oppugnantibus vrbes Hebron, & Dabir, dr̃ ꝙ poſt Hebron aſcenderunt in Dabir: idẽ patet Iud. 1. c. Item patet hoc firmius ex regibus ciuitatum harum, quia ſeq. c. cum ponantur reges occiſi, ſolum ponitur de vrbe Hebron vnus rex, & de vrbe Dabir alius rex, ſi tamen fuiſſent plures vrbes non computarentur iidem reges. Item patet quia iſtę vrbes pertinebant ad tribum iuda, ut patet hic, cum dicat̃ ĩ mõtanis Hebron, Dabir, & Anab, & in omni monte Iudę & Iſrael, & tñ cum computant̃ ciuitates Iudæ j̃. 15. ſo-K lum computat̃ vna Hebron, & Dabir, & Anab, ergo non erant diuerſæ vrbes, Iõ dicendũ neceſſario ꝙ eadem eſt Hebron, & Dabir, de quibus dr̃ hic, & de quibus prec. c. & de eiſdem dr̃. j̃. 15. & Iud. 1. c. Hoc dato ſi dicat̃ de Hebron, ꝙ oppugnata a Ioſue quantum ad partem quandam, & poſtea capta eſt a Caleb reliqua pars, dicendum erit eodem mõ, ꝙ capta fuerit Dabir quantum ad aliquid a Ioſue, & quãtum ad aliquid ab Othoniele: ſed iſta nõ ſtãt conuenienter, qa lr̃a p̃cę. c. vr̃ ſonare, ꝙ totaliter fuerit capta Hebron a Ioſue, cũ ꝑdicatur, Aſcendit in Hebron, & pugnauit ꝯ eam, & recuſſit in ore gladii, regemq; eius, & omnia oppida regionis illius vniuerſalq; animas, quę in ea fuerant cõmoratæ, non reliquit in ea vllas reliquias. Si tñ manſiſſet

set superior pars vrbis, & gigantes in ea, non diceretur conuenienter quòd non dimissæ fuissent vllæ reliquię. Identidem de vrbe Dabir dicitur ibidem, quòd non dimisit ibi Iosue vllas reliquias: è contrario autem infra decimoquinto videtur signari quòd Caleb totaliter ceperit vrbem Hebron, vbi dicitur quòd Hebron data est in possessionem Caleb: & deleuit ex ea tres gigantes. Magis autem signatur hoc infra decimoquarto, cum dixit Caleb ad Iosue: da mihi montem istum, quem pollicitus est Dominus, te quoque audiente, in quo Enacim sunt, & vrbes magnæ atque munitæ: si forte sit Dominus mecum, & potuero delere eos.

Et adhuc clarius signatur hoc Iudicum primo, vbi dicitur, quòd post mortem Iosue ascenderunt in pugnam contra Chananæos, & vna de ciuitatibus captis dicitur fuisse Hebron: ergo non ceperat eam Iosue.

Aliquis forte respondebit, quòd istæ sunt eędem vrbes, scilicet Hebron, & Dabir quamquam multoties nominentur, sed dicet quòd captæ sunt totaliter a Iosue, sicut signatur pręceden. cap. & totaliter captę sunt a Caleb, & Othoniele. Sed primò cepit eas Iosue, & vastauit occisis habitatoribus: deinde cum Iudæi non habitarent in illis, redierunt aliquæ de gentibus, & populauerũt eas, & contra hos iterum pugnauerunt Iudæi: & tunc Caleb cepit Hebron, & Othoniel cepit Dabir. Simile fuit de vrbe Asor: nam ipsa primò capta est a Iosue, atque combusta, vt patet supra in litera: postea tamē Gentiles redierunt ad eam, & habitauerunt ibi, atque fuit ibi caput regni sicut consueuerat esse antiquitus: nam ibi habitauit rex Iabin, cui seruierunt Iudæi annis decem, de quo Iudicum quarto cap. eadem tamen est Asor, de qua hic, & Iudicum quarto, vt probatum fuit hic: ita ergo poterat esse de his vrbibus, vt cum captę essent iterum habitarentur a Gentilibus. Sed non stat, quia si Iosue totaliter deleuisset vrbem Hebron, & Dabir, tunc nō potuisset iterum delere gigantes, qui in ea erant Caleb, sed deleuit vt patet infra decimoquinto: ergo non deleuit Iosue illam: & eodem modo de Dabir dicendum est.

Respondebit aliquis quòd Iosue deleuit Hebron non dimittens in ea vllas reliquias, vt patet pręceden. cap. tamen postea redeuntibus Gentilibus ad habitandum in ea regressi sunt aliqui de gigantibus, & hos deleuerunt Caleb, & alij Israelitæ postea, de quo infra 15. cap.

Sed non potest stare, quia illi met gigantes, quos occidit Caleb in vrbe Hebron, scilicet Haiman, Tholmai, Sisai, vt patet infra decimoquinto, erant ante aduentum Iosue in terram illam; immo antequam aliquo modo Israelitæ introirent in terram Chanaan: nam exploratores missi ab Israelitis anno secundo ab exitu de Aegypto veniētes in Hebron, viderunt hos gigantes, vt patet Numeri decimotertio: ergo si Iosue deleuisset Hebron non dimittens in ea vllas reliquias, non potuissent in secunda vice isti tres gigantes deleri à Caleb: sed deleti sunt, ergo Iosue non cepit vrbem Hebron nō dimittens in ea vllas reliquias.

Sed adhuc aliquis calumniabitur, dicens quòd Iosue totaliter deleuit omnes habitatores Hebron non dimittens in ea reliquias: isti tamen tres gigantes fugerunt inde tempore belli Iosue, & postea reuersi habitauerunt ibi, atque mortui sunt in bello facto a Caleb.

Sed hoc non stat, quia quando facta est pugna, de qua dicitur pręcedenti cap. contra Hebron, nemo fugere potuit, qui euaderet, sed omnes, qui ibi prius habitabant deleti sunt, vt patet cum dicitur ibidem, re-

A gem quoque eius, & omnia oppida regionis illius vniuersasque animas, quę in ea fuerant commoratæ non reliquit in ea vllas reliquias. Cum ergo tres isti gigantes habitauerint in Hebron ante hoc, & tunc habitarēt, necesse est, vt perierint in bello illo, de quo dicitur ibidem, & Iosue non occidit illos: ergo illud bellum, quod ponitur pręced. cap. quamquam dicatur factum a Iosue nō fuit factum ab eo, sed a Caleb, & Othoniele, & alijs Israelitis post mortem Iosue.

Dicendum igitur quòd bella, quę ponuntur præceden. cap. quantum ad duas vrbes Hebron, & Dabir non fuerunt facta a Iosue, nec viuente eo, sed post mortem eius, cùm cōsuluissent Israelitę Dominum, quis esset dux Israel in bello, & respōdit quòd Iudas. Et tunc Caleb tanquam princeps Israelitarum, quia princeps erat in tribu Iuda cepit aliquas vrbes, de quibus Iudicum primo, & principaliter cepit vrbē, quæ ei signata fuerat in possessionē, s. Hebron; Othoniel quoque frater eius minor cepit vrbem Dabir, quæ erat prope Hebron, vt patet ibidem. Hic tamen narrantur facta ista a Iosue: quia intentio sacrę scripturę erat attribuere omnia facta magnalia de captione terrę Chanaan Iosue: quia ipse fuerat cōstitutus dux ad introducendum populum in terram illam, & ad capiendam, atque sorte diuidendam, vt patet Deuterono. 31. & supra 1. & quia id quod alij sine eo fecerunt, fuit valde paucum, attribuitur solum Iosue. Ne tamē prorsus lateat veritas rerum gestarum, postquā dictum fuerat istud fuisse factum a Iosue, describūtur specialiter auctores huius, de quo infra 15. & Iudicũ 1. cap.

Doctoris responsio.

Intentio sacræ literæ.

B

C

Amplius patet hoc, quia ista, quæ dicuntur hic de destructione gigantum habitantium in mōtanis Hebron, & Dabir non possunt pertinere ad Iosue, sed ad Caleb, & Othonielem, vt declaratum est, tamen ista dicuntur hic de Iosue: consimiliter ergo de eis, quæ habentur præced. cap. dicendum videtur, quòd facta fuerint a Caleb, & Othoniele, quãtum ad vrbem Hebron, & Dabir, & secundum hoc ponitur hic anticipatiuè, vt attribuatur Iosue, cum tamē postea fuerint facta hæc, vt patet infra 15. & Iud. 1.

D

Arguit tribus argumentis contra prædictam responsionem asserendo quòd necesse sit pertinere ad Iosue earum deletionem vrbium. Quæst. LXXXV.

SED dicetur in cōtrarium quòd necesse sit pertinere ad Iosue, & non posse hic reperiri aliquam anticipationem, aut recapitulationem: quia supra pręcedenti capitulo ponuntur aliqua, quę repugnant anticipationem, & recapitulationem, sed necesse est esse ordinem rectum, quia dicitur, quòd de Eglon ascendit Iosue in Hebron: necesse est igitur, quòd ipse de Eglon in Hebron ascenderit: si autem attribueretur Caleb: necesse esset ꝙ ipse ascenderit de Eglon in Hebron.

E

Item dicitur, quòd de Hebron reuersus est Iosue in Dabir: necesse est ergo pertinere ad idem tempus, & non esse anticipationem.

Item quia dicitur ascendit illuc cum omni Israel, sed manifestum est non posse intelligi de Caleb, quia ei specialiter tradita est Hebron, & ipse cum familia sua expugnauit. Sic enim petiuit à Iosue, vt daret ei Hebron, vt si fortè Deus adiuuaret eum, & posset delere habitatores Hebron: non ascendit ergo cum eo omnis Israel, & consequenter non est aliqua anticipatio.

Respondendum est satis magnam esse difficultatem circa captionem, & deletionem harum dua-

rum vrbium, scilicet Hebron, & Dabir, & hoc insurgit ex modo loquendi scriptorum sacrę scripturæ, qui interdum non multum curātes distinguere modos loquendi, magnas induxerunt legentibus difficultates, & ambiguitates veritatum, sicut hic. Nam pręcedenti cap. & hic manifeste videtur litera innuere Hebron, & Dabir captas fuisse totaliter a Iosue: & quòd nullus alius quidquam in hoc egerit. infra decimoquinto, & Iudicū primo, manifeste videtur innui quòd Caleb ceperit Hebron, & non Iosue: & in eisdem cap. videtur Othonielem cepisse vrbem Dabir, & non Iosue: & si quælibet harum literarum per se esset', nemo de veritate earum ambiguus foret, quia lucidè videntur innuere, quod continent: cum tamen eas cōtuleris in alterutrum manifesta videtur contradictio, & si aliquam earum conatus fueris exponere reducendo ad alterius sensum, non videtur expositio, sed sententiarum violenta retorsio, quia tamen in sacra scriptura nulla falsitas est, & consequenter, nec contradictio, quia quę contradicunt simul vera non sunt, oportet hæc loca concordari, vt possibile sit.

Cōcordia literæ. Et quamquam videatur litera aliqualiter pati vim, tamen ex hoc non est arguendum prauam esse sententiam: quia aliter non videtur modus concordandi. Et dicendum, vt supra tactum est, ea quæ dicta sunt pręcedenti cap. de captione Hebron, & Dabir non fuisse facta a Iosue, sed ab Othoniele, & Caleb.

Ad primū argumētū. Et cum primo dicitur, quòd ascendit Iosue in Hebron ad capiendam vrbem, dicendū quòd non ascendit ipse, sed Caleb: tamen attribuitur Iosue ex causa dicta, scilicet quòd omnia notabilia gesta ei volebat sacra scriptura attribuere quātum ad captionem terrę Chanaan.

Et cum arguitur, quòd si esset anticipatio necesse erat, vt ascenderet in Hebron Caleb. Respondendū est esse verum, quia quando cepit eam, ascendit illuc, vt patet infra decimoquinto, & Iudicum primo, & cum dicitur quòd de Eglon ascēdere debebat in Hebron, sicut dicitur supra quòd non conuenit Caleb: quia ipse non cepit Eglon, sed Iosue.

Respondendum est quòd non notatur ibi ordo pręcisus, ita quòd de Eglon immediatè ascensus fuerit ad Hebron, sed est sensus quòd primo capta est Eglon a Iosue, & postea aliquanto tempore capta est Hebron ascendente illuc Caleb.

Ad secūdū argumētū. Cùm verò arguitur de Hebron in Dabir ascendisse Iosue manifesta est solutio ex supradictis: quāquam arguens putat in hoc esse magnum vigorem, quia notatur hic ordo, scilicet, quòd de Eglon fuerit ascensus in Hebron, & inde fuerit reuersus in Dabir: ergo si Eglon, & Dabir captę fuerunt antequā Othoniel, & Caleb facerēt, quod dicitur infra decimoquinto, necesse est quoque captam esse Hebron, cùm fuerit intermedia harum duarum vrbium: sed argumentum istud non habet tantum vigorem, quia arguens putat indubitate vrbem Dabir captam fuisse a Iosue: sed hoc falsum est, vt declaratum fuit: quoniā Othoniel frater Caleb cepit eam, vt patet infra 15. & Iudi. primo, ideo cum arguitur, cōcedendum est quòd de vrbe Hebron itum fuit in vrbem Dabir immediatè: sed non iuit illuc Iosue quin potius post mortem suā Othoniel, sicut dicitur primo cap. Iudicū, quòd iuerint Israelitæ in Hebron cum Caleb ad habitatores Dabir: & cum diceret quòd qui caperet Dabir, haberet filiam eius in vxorem, cepit vrbem Othoniel frater ipsius Caleb. Et non est inconueniens hic fieri recapitulationem, vel anticipationem, quia nō solum enarratur hic, & præceden. cap. id quod habetur infra 14. & 15. sed etiā in eisdem cap. enarratur quod ha-

F betur Iudicum primo cap. Cum autem vltimo arguitur, quòd non potest intelligi de Caleb, quia hic dicitur, quòd ascendit cum omni Israel in Hebron, sed Caleb non ascendit illuc cum toto Israel, sed cum familia sua, vt patet infra 14. Respondendū est quòd Caleb petierat vrbem illam in hęreditatem, & non solum eam, sed etiam totum mōtem, in quo erat ista vrbs, & erant ibi aliæ vrbes, atque loca: quod concessit Iosue, vt patet infra 14. sed tunc Caleb intendebat per seipsum cum familia sua oppugnare vrbes illas, postea tamen supersedit, & mortuo Iosue consuluerunt Israelitę Dominum quis esset dux in bello, & respondit quòd Iudas, idest tribus illa, & quia non poterat tota vna tribus esse dux belli, sed necesse erat poni

Ad tertiū argumētū.

G aliquem vnum virum, positus est Caleb, qui erat de nobilioribus in tribu illa, atque fuerat semper strenus vir, & tūc expugnatis quibusdam vrbibus dicitur quomodo totus exercitus iuerit ad Chananęum qui habitabat in montanis, & ibi cepit ciuitatem Hebron atque deleuit tres gigantes ex ea de quibus Iudicum primo, & tamen ista vrbs dicitur capta a Caleb: & deleti isti tres gigātes infra decimoquinto, quod esse non potest, nisi quia Caleb erat dux: & dicitur ipse deleuisse quod deleuit totus suus exercitus. Et satis colligitur ipsum fuisse ducem Iudic. 1. quia cum dictum fuisset, quòd exercitus deleuit Hebron, & perrexit in Dabir, quę vocatur Cariathsepher, subiungitur, quòd dixerit Caleb, qui percusserit Cariathsepher, & vastauerit eam, dabo ei in vxorem Axam filiam meam: si

Caleb in captione Hebron erat dux.

H tamen ipse non fuisset dux exercitus non habuisset auctoritatem ad dicendum hoc, nec quisquam fuisset motus ad verba sua ad pugnandum contra Dabir: & sic patet, quòd Caleb cum toto Israel, idest cum tribu Iuda, & Simeon, quæ tunc fuerant congregatæ perrexit in Hebron, & Dabir. Et dicebatur pergere cum toto Israel, quia Iudas erat dux bellorum a Domino constitutus, & poterat reliquum Israel congregare quando vellet: solum tamen vocauit ea vice Simeonem', quia volebat capere loca sita intra sortem suam, vt patet infra decimoquinto. nam ea, quæ habentur Iudic. 1. pro maiori parte ad tribum Iuda pertinent: Simeon autem erat intra tribum Iuda, vt patet infra 19. ideo eum solum vocauit ad bellum: ta-

I men illæ duæ tribus poterant vocari totus Israel. Patet igitur quid dicendum sit circa vrbem Hebron, & Dabir quomodo, & a quo captę fuerint. Siquis autē voluerit partem alteram fouere, dicens ista, quæ dicuntur pręceden. cap. & hic intelligi de Iosue, scilicet quòd ipse ceperit istas duas vrbes, non poterit cōcordare literam horum duorum capitulorum, s. præcedentis, & huius cum litera 14. & 15. & cum litera primi. cap. Iudic. nec poterit respondere ad inconuenientia. *Hebron, Dabir, & Anab.* Istæ tres vrbes sunt in sorte tribus Iuda, vt patet infra 15. & duę harum captæ sunt a Caleb, s. Hebron, & Dabir, & deleti fuerunt gigantes earum ab his. Anab vero capta est a Iosue, & deleuit ipse gigantes. Attribuuntur tamen omnes tres ipsi Iosue ex causa supra assignata. Ponitur de

K gigantibus horum trium locorum specialius, quàm de alijs gigantibus, quia plures gigantes erant in vrbibus istis, & mōtanis earum quam in reliquis vrbibus terræ Chanaan. *Et de omni monte Iuda & Israel.* Idest etiam deleuit Iosue omnes gigantes, qui habitabant in mōtanis Iudę, idest in sorte Iudę, quę vocatur terra Iuda, & de omni monte Israel, idest, de tota terra montuosa, quę cecidit in sortes Israel. Reliquę tribus pręter Iudam vocantur Israel, quia licet ipse Iudas etiam esset de Israelitis: quia tamen erat maxima tribuum, & honorabilior, accipiebatur tanquam distincta a cæteris, & reliquæ appellabantur nomi-

Reliquæ trib⁹ præter Iuda vocantur Israel noie cōi: sola Iuda vocatur noie proprio, & quare, & quando.

ne

ne communi Israel. Fuit autem magis consueta ista nominatio postquam facta est diuisio regnorũ, cùm decem tribus recesserunt cum Hieroboam. Manserunt autem duæ, scilicet Iudas, & Beniamin cum rege Roboam filio Salomonis. 3. Reg. 12. cap. & decem tribus vocatę sunt Israel, duæ autem vocatæ sunt Iuda, & hunc modum seruat sacra scriptura in 3. & 4. libris Regum, & in prophetis, atque alijs posterioribus libris historicis. Sed hic non distinguitur Israel, & Iuda hoc modo, quia nondum facta extiterat hæc diuisio, quæ postea multo tempore celebrata est post Salomonis mortem. Etiam non accipitͬ hic sicut ibi: nam facta diuisione illa decẽ tribus vocabãtur Israel, duæ autem vocabantur Iuda, scilicet Iudas, & Beniamin: nunc vero sola tribus Iuda vocata est Iuda, & reliquę tribus vocantur Israel. Iste modus fuit etiam obseruatus ante diuisionem regnorum in libro Regum 2. cap. 24. vbi cum describi iussisset Israel totum populum, Ioab descripsit per se viros Iuda, & per se viros Israel, idest omnium aliarum tribuum: idem patet 2. Regum 19. cap. vbi cum reduceretur rex Dauid post mortem Absolonis in domum suam, a cuius conspectu fugerat, viri Iuda iuerunt ad reducendum eum, non vocatis viris Israel. Et dicitur quòd Israel conquestus est contra viros Iuda, & locutus est ibi Israel, quasi vnus vir ad iudam: Decem partibus maior sum ego apud regem: magisque ad me pertinet Dauid. *Vrbesque eorum deleuit.* Scilicet in quibus habitauerant Enacim, idest gigantes. Est enim Enacim nomen commune signans gigantẽ, & singulare eius est Enac, & sic dicitur Numeri 13. quòd Sisai, Tholmai, & Haiman erant de stirpe Enac, idest gigas. Habitabant isti in vrbibus Hebron, Dabir, & Anab: & has deleuit Iosue, scilicet duas earũ Caleb, & Othoniel, & vnam Iosue, vt supra declaratum est. Multæ quoque alię vrbes, & oppida erant in montanis Iudæ & Israel, in quibus erant gigantes, & illę quoque deletę sunt: cum dicatur supra, de Hebron, Dabir, & Anab deleuit Iosue gigantes, & de omni monte Iudæ, & Israel,

Gig... scilicet Enacim.

Non reliquit vllum de stirpe Enacim in tota terra filiorum Israel. Idest non dimisit aliquem de gigãtibus in tota terra, quę Iudęis tradenda erat. Accipitur terra filiorum Israel dupliciter: vno modo pro terra, quam acceperant de manu Chananęorum, & in hac non fuerat relictus aliquis de Enacim, & nõ solum de his, sed etiam de alijs hominibus nullum reliquit, quia cũ delebat aliquam vrbem, dicitur quòd nõ dimittebat in ea vllas reliquias, vt patet pręcedenti cap. & hic. Alio modo potest accipi terra filiorum Israel pro tota terra, quæ debebatur Israelitis ex promissione diuina, licet non esset trádita, & ista erat tota terra Chanaan, quam eis promiserat Deus, & de hac accipitur hic. Quod patet, quia dicitur immediatè: Absque ciuitatibus Gaza, Geth, & Azoto, in quibus solis relicti sunt: & tamen nondum fuerant captæ vrbes istę, nec tempore regum erant captæ cum Saul, & Dauid pugnauerint contra istas vrbes Philisthinorum: si tamen non essent istæ vrbes de terra filiorum Israel, nõ conuenienter diceretur absque ciuitatibus Gaza, & Geth, &c. quia exceptio nunquam fit nisi de illis, quę directè sub regula includi debebant. Et hoc attribuitur Iosue, quòd non reliquerit aliquos gigãtes in terra Israel, sed non fecit ipse totum, cum Othoniel deleuerit gigantes, qui erant in Dabir, & Caleb occiderit gigantes, qui erant in Hebron, vt supra declaratũ est, sed attribuuntur omnia Iosue ex causa supra assignata.

Terra filiorum Israel quo capitur.

A

Quare hic multi gigantes ponantur, cum Nume cap. 13. solum tres ponantur. Et quòd Exploratores Moysi non viderunt omnes gigantes, & vrbes terræ Chanaan sed tantum Hebron.

Qõ. LXXXVI.

QVAERET aliquis quomodo hic ponantur multi gigantes cum Numeri 13. lustrauerunt exploratores terram Chanaan, non inuenerũt, nisi tres, scilicet Sisai, Tholmai, & Haiman. Fortè aliquis respondebit quòd gigantes, qui erant in alijs vrbibus nondum nati fuerant, cũ exploratores introierunt in terram Chanaan, sed solum erant tres nominati in vrbe Hebron, ideo de his

B

solum retulerunt. Et videbitur fortè alicui hoc probabile, quia inter ingressum exploratorum in terram Chanaan, & ingressum Israelitarum postea fluxerunt anni quasi trigintanouem integri, & in his nasci poterant gigantes, & effici viri magni. Antecedens patet, quia in principio anni secundi ab exitu de Aegypto, scilicet elapsis tribus mensibus anni illius, aut quasi, misit Moyses exploratores de Cadesbarne in terram Chanaan, vt probatum fuit Numeri decimotertio, sed ipsi Israelitæ non ingressi sunt in terrã Chanaan transeuntes Iordanem vsque ad principium anni quadraginta vnius die decimo mensis primi, vt patet supra quarto. ergo a missione exploratorum vsq; ad hunc introitum effluxerunt anni triginta nouem demptis mensibus duobus, & dimidio aut tribus.

C

Item quia gigantes de his vrbibus deleti sunt postquam petiuit Caleb a Iosue dari sibi Hebron, in qua erant gigantes, vt si posset inde delere gigantes: sed a tempore, quo venerunt exploratores in terram Chanaan vsque ad tempus, quo Caleb petijt Hebron, fluxerunt anni quadragintaquinque, quod patet infra decimoquarto. vbi dicit Caleb se fuisse quadraginta annorum, cùm missus est de Cadesbarne ad explorandum: & tunc cum loquebatur erat octuagintaquinque, ergo quadragintaquinque effluxerant, in quibus multi Enacim nasci potuerant.

Dicendũ est non stare, quia si in alijs vrbibus Chanaan præter Hebron non erant gigantes quando exploratores venerunt, non nascerentur postea, quia

D

tempus gigantum fuit ab exordio sęculi, & decrescente sęculo deficiebant gigantes, ita quòd rari de eis nascebantur: si ergo quadraginta annis ante introitum Israelitarum in terra Chanaan nulli gigantes ibi erant præterquam in vrbe Hebron, quomodo est verisimile ex non gigantibus postea gigantes fuisse natos? nequaquam.

Sed dicendum est quòd tempore, quo exploratores Israelitarum iuerunt in terram Chanaan, erant multi ex gigantibus, sicut fuerunt in ingressu eorum, sed exploratores solum retulerunt de tribus gigantibus vrbis Hebron, quia nõ viderant alios. Nam exploratores Iudæorum non ambulauerunt totam

E

terram Chanaan, ita quòd perambularent omnia loca: nec etiam lustrauerunt totam terram in circuitu perambulantes quatuor latera terræ Chanaan, & peruenientes a puncto in punctum, vt probatum fuit Numeri decimo tertio, sed ingressi sunt per partem meridianam, & ascenderunt directè ad partem aquilonarem terræ illius, & per eandem viam redierunt, vt patet Numeri decimotertio, cum dicitur: cumque ascendissent, explorauerunt terram a deserto Sin vsque Roob intrantibus Emath: tamen desertum Sin est in latere meridiano terre Chanaan, & Emath est in latere septentrionali eiusdem Numeri trigesimoquarto cap. ideo non poterant videre

exploratores gigantes, qui erant in vrbibus Geth, Gaza, & Azoto: quia istę vrbes sunt in extremitate partis occidētalis terræ Chanaan apud mare occidentale, vt patet infra decimoquinto, & ob hoc mare illud occidentale terrę illius, de quo supra primo vocatur mare Palesthinorum, idest Philisthinorum: quia ipsi sunt, qui habitabant coniunctissimi apud mare illud de quo Exodi vigesimotertio, sed exploratores ascenderunt directè de parte meridiana in partem septentrionalem terrę Chanaan: ergo non intrauerūt in vrbes Philisthinorum Geth, Gaza, & Azoto, vt videre possent gigantes. Item non viderunt gigantes, qui erant in vrbibus montanis Iudæ, & Israel, quia in ciuitates rarò, aut nunquam introibant timore habitatorum terrę, & ne cognoscerentur tanquam exploratores terrę, sed ascendebant in montes altissimos, & inde contemplabantur habitudinē terræ: sic enim iusserat illis Moyses Numeri decimotertio, scilicet cumque veneritis ad montes considerate terrā qualis sit, & populum, qui habitator est eius &c. Vnde dicendum quòd exploratores non introierunt in aliquam aliam vrbem, in qua essent gigantes, præterquā in Hebron, & forte in nullam aliam ingressi fuerunt nisi in Hebron, quia litera Numeri decimotertio, de nulla alia ciuitate mentionem agit quòd introierint in eam, nisi in Hebron, & quòd ibi viderint tres gigantes.

Quomodo tempore ingressus Israelitarum in terram Chanaan potuerunt esse multi gigantes, cum dicatur Deuteronomij tertio, quòd solus Og restiterat. Et quòd apud Hebræos tria sunt genera gigantum. quorum aliqui semper fuerunt in terra Chanaan vsque ad tempora Dauid.

Quæst. LXXXVII.

Sed adhuc quæret aliquis quomodo stare possit hoc de gigantibus his, quòd fuerint multi tempore ingressus Israelitarum in terra Chanaan: nam Deuteronomij tertio dicitur solus quippe Og restiterat de stirpe gigantum: ergo non fuerunt aliqui alij post eum. Nec valet, siquis respondeat quòd tempore, quo mortuus est Og rex, de quo Deuteronomij tertio. nemo restiterat de gigantibus, sed post eum nati fuerunt alij. Nam etiam ante eum erant gigantes isti tres, scilicet Sisai Tholmai, & Haiman: quia isti erant in Hebron antequam irent illuc exploratores Iudæorum, & ibi viderūt eos exploratores. Nume.13. & fuit hoc in secundo anno ab exitu de Aegypto, vt declaratum fuit eodem cap. Postea autem in anno quadragesimo occisus est Og rex Basan cum toto populo suo, & tunc dicitur quòd solus Og restiterat de stirpe gigātum Deuteronomij tertio cap. ergo ante eum erant tres gigantes in Hebron: post eum quoque isti tres gigantes manserunt in Hebron, quia deleti sunt a Caleb, vt patet infra decimoquinto, & Iudicum primo cap. ergo non restabat solus Og de stirpe gigantum.

Item quando introierunt Israelitæ in terram Chanaan erant multi gigantes in terra Chanaan in Gaza, Geth, & Azoto, & in alijs montanis Iudæ, & Israel, de quibus dicitur quòd deleti fuerint tempore regum Israel: ergo non stat quòd solus Og restaret de stirpe gigantum.

Respondendum est, ꝙ tempore Og regis Basan erant multi gigantes, & post eum fuerunt: & secundum literam nostram difficillimum esset saluari inconuenientia: nam licet litera nostra transtulerit Hebraicam veritatem, & sensum, tamen non obseruauit proprietatē sermonis, ex quo sequitur difficultas.

Ad quod considerandum est quòd apud Hebręos
F distinguuntur tria genera gigantum: primi vocantur Emin, secundi vocantur Enacim, tertij appellantur Raphaim.

Primi sunt minores, secundi maiores, tertij maximi. Primi non sunt gigantes propriè de stirpe gigantum, sed sunt viri excellentis staturæ super alios homines communes, sicut cum est aliquis populus, in quo communiter omnes viri sunt celsioris staturæ quàm in alijs populis: isti quidem non sunt propriè gigantes, quia non sunt nati de gigantibus, nec perueniunt ad magnitudinem giganteam. Istos vocant Hebręi Emin, idest facientes pauere, vel terrorem incutientes, scilicet quia magnitudine sua alios timere faciunt. Isti sunt minores gigantibus veris, de quo
G Deutero. 2.cap. scilicet Emin primi habitatores eius populus magnus, & validus: & tam excelsus, vt de Enacim stirpe quasi gigantes viderentur, & essent similes filiorum Enacim.

Secundi gigantes erant veri gigantes, & isti vocantur Enacim, quia de genere gigantum sunt ad giganteam celsitudinem attingentes, sed adhuc isti non tenent extremum gradum in magnitudine.

Tertius modus gigātū est, qui vocātur Raphaim: & isti secundum quantitatem sunt maiores cęteris gigantibus ad stupendam magnitudinem. De isto tertio modo gigantum erat rex Og. De secundo autem erant tres gigantes, qui erant in Hebron, & gigantes, qui erant in Geth, Azoto, & Gaza, cæterisq; montanis vrbibus Iudæ, & Israel: ideo vocantur hic
H in litera Enacim, & de nullo illorum dicitur quòd esset de Raphaim. Cum dicitur Deuteron.3. de Og rege Basan, quòd erat de genere gigantum solus restans: in Hebręo dicitur de stirpe Raphaim. & in hoc determinat magis litera Hebraica quàm nostra. Verum est enim, quòd tempre Og multi de gigantibus restiterant: nemo tamē restiterat de genere Raphaim. Et cum arguitur de tribus gigantibus Hebron, & vrbis Dabir, & Anab, & Geth, Azoto, atque Gaza, dicendum quòd erant gigātes de genere Enacim sicut dicit litera Hebraica, & litera nostra aliqualiter declarat, quia licet Deuteronomij tertio, non dicat regem Og esse de stirpe Raphaim, sed protulit nomen commune gigantum, tamen aliqualiter de-
I claratur hic, & sequenti cap. nam vbicunque litera nostra de his gigantibus Hebron, & reliquarum vrbium loquitur, vocat eos Enacim, secundum consuetudinem vocis Hebraicę, vt patet Numeri decimotertio, & hic: sed cùm dixit de rege Og sequen.cap. vocauit eum reliquias stirpis Raphaim, cùm dixit: Terminus Og regis Basan de reliquijs Raphaim, qui habitauit in Astaroth.

Interpretatio Hieronymi obseruauit veritatem & sensum: tamē nō proprietatem sermonis Hebraici.

Alio modo respōderi potest quòd apud Hebręos nomen commune gigantum est Enac, & pluraliter Enacim, & Og rex quia Gigas erat de Enacim erat sicut gigantes de hominibus sunt: quia tamen Raphaim erat quidam modus specialis gigantum, de quibus erat Og rex, dicitur quòd solus Og restiterat de stirpe gigantum, scilicet qui erant Raphaim. Me-
K lior tamen litera fuisset nostra Deutero.3. si dixisset, solus quippe Og restiterat de stirpe Raphaim.

Absque ciuitatibus Geth, Gaza, & Azoto. Idest de omnibus ciuitatibus, quas habituri erant Israelitę, s. quæ pertinebant ad terram Israelitarum dato, ꝙ non habuissent adhuc eas, exclusi erant gigantes pręterq̄ de his vrbibus vsque ad magna tempora. Nam tēpore Dauid erant adhuc gigantes, vt patet de Goliath Philisthino, qui erat gigas, vt describitur mensura eius 1.Regum 17. erat autem de vrbe Geth.

Item de his vrbibus supererant alij gigantes, qui pugnauerunt contra Dauid quasi in extremo vitæ eius

eius secundo Regum vigesimo primo capitulo, & in his vrbibus semper fuerunt gigantes, nec penitus deleti sunt ab Israel, quia non sunt captę vrbes istæ a Iudęis, sed manserunt in terra sua gentiles, licet aliquando subiecti fuerunt dominio Iudæorum, scilicet tempore Salomonis: tamen non fuerunt penitus deleti, nec captę sunt vrbes eorum. Erant autem istę tres vrbes, quæ hic nominantur de vrbibus Philisthinorum, & erant regales: Philisthini enim circa mare occidentale terrę Chanaan habitabant, vt patet infra decimoquinto & diuiduntur in quinque ciuitates principales, & quinque reges, scilicet Gazeos, & Azozios, & Aschalonitas, Getheos, & Acharonitas, vt patet infra decimotertio, & sunt ciuitates eorum quinque principales, scilicet Geth, Gaza, Azotum, Acharon, Aschalon, vt patet 1. Reg. 6. cap.

Gigantes non erant in omnibus vrbibus terræ Chanaan.
Quæst. LXXXVIII.

SED aliquis dicet, quòd non solum de his tribus vrbibus non fuerunt exclusi gigantes, sed etiam de multis alijs, quia Iudæi non potuerũt excludere gigantes, nisi de vrbibus illis, contra quas pugnauerunt, & quas ceperunt, sed multę aliæ fuerunt, quas non ceperunt, scilicet tota Galilæa, & terra Philisthijm, & Sidonij, multæ aliæ gẽtes, de quibus infra decimotertio capitulo. ergo etiam de illis non excluserunt Iudæi gigantes, sicut nec de Geth, Gaza, & Azoto.

Respondendum est, quòd gigantes non erant in omnibus vrbibus terræ Chanaan, sed in quibusdam earum, ideo inter omnes vrbes captas a Iosue solum tres specialiter nominatæ sunt habentes gigantes, scilicet Hebron, Dabir, & Anab, vt patet hic: cõsequenter autem in locis, quæ nondum acquisita fuerant ab Israelitis mãserunt gigantes, sed non in qualibet vrbe, sed in quibusdam earum, & istę fuerunt tres, scilicet Geth, Gaza, & Azotum: & ob hoc expressę sunt. Et quamquam quinque essent ciuitates Philisthinorum, quę captę non fuerant, tamen in solis tribus erãt gigantes, in nullo autem aliorum locorũ relicti erant gigantes: & sic verum est quòd gigantes non fuerũt relicti post bella Iudæorum, nisi in tribus vrbibus.

Cum autem arguitur nõ tenet argumentum, quia si hic diceretur, quòd Iudæi excluserunt de omnibus ciuitatibus gigantes pręterquam de Geth, Gaza, & Azoto teneret argumentum, scilicet quòd non potuissent excludere gigãtes de vrbibus illis, cõtra quas non pugnassent, nec obtinuissent eas: non dicitur tamen quòd excluserunt, sed quòd non reliquerunt. Et verum est, quia ipsi non poterãt relinquere gigantes vbi non erant, & quia in tota terra Chanaan non erant gigantes nisi in locis, de quibus Iudæi excluserant illos, & in tribus ciuitatibus his, scilicet Geth, Gaza, & Azoto: conuenienter dicitur, quòd non reliquerunt Israelitæ in tota terra sua, siue in tota terra Chanaan aliquos gigantes nisi in tribus istis vrbibus.

In quibus solis relicti sunt. Rari erant gigantes. Nam de Raphaim, qui erant valde magni gigantes nullus iam restabat, quia cùm mortuus est rex Og, perijt totum illud genus: de stirpe illa nemo iam esset nisi ille, vt dicitur Deuteronomij tertio. solus quippe Og restiterat de stirpe gigantum. De alijs autem gigantibus, qui vocantur Enachim rarissimi erant, ideo nõ erant in singulis vrbibus, sed de tota terra, quæ capienda restabat in solis tribus vrbibus, scilicet Geth, Gaza, & Azoto reperti sunt.

Cepit ergo Iosue omnem terram. Non est sensus quòd totam ceperit Iosue, quia latissima terra derelicta est

A Chananęorũ, quam nõ cepit Iosue, nec ceperunt reges Iudæorũ, sed mansit semper in possessione Chananęorum. Nam & tempore Saluatoris erant aliquę de Gentibus Chananęorum in partibus Tyri, & Sidonis, quia pr ędicante eo, venit quędam mulier de Chananęis, dicens: Miserere mei Domine fili Dauid, quia filia mea male a dęmonio vexatur. Matthęi decimoquinto. Sic etiam dixit Deus ad Iosue infra decimotertio, senuisti, & longæuus es: terraque latissima derelicta est, quæ necdũ est sorte diuisa. Et post mortem Iosue ista terra relicta est, vt patet Iudicum tertio capitulo. Sed dicitur cepisse omnem terram, quia maximam terrę Chanaan partem cepit: si enim
B conferatur pars terræ capta a Iosue ad nondum captam, maior erit pars capta, & scripturę modus iste est, vt non semper ponat vniuersalitatem proprie, sed pro multis locutio fit vniuersalis, licet non possit distribui in quęlibet particularia.

Omnis, & vniuersus sępe distribuit pro generibus singulorũ, & accommodè.

Alio modo potest dici, quòd cepit Iosue omnem terram, scilicet, quæ supra posita est. Vel potest referri ad immediata, scilicet quòd Iosue cepit omnẽ terram non simpliciter, sed sicut pręcepit Moyses, idest sicut pr ędixerat Dominus Moysi. Est autem modus iste, quòd Deus promisit se traditurum totam terram Chanaan in potestatem Israel, sed dixit quòd non traderet eam totam simul, scilicet vno anno, quia latissima erat, & multiplicarentur bestiæ contra Israelitas, qui pauci erant a principio non potentes eam totam replere, sed paulisper, & per partes daturus erat eam, vt patet Exodi vigesimotertio ca-
C pitulo, & Deuteronomij septimo, & tunc est sensus quòd Iosue cepit omnem terram eo modo, quo dixerat Deus Moysi, scilicet non totam simpliciter, sed tãtam, quę sufficiebat ad habitationem Israelitarum. Sed iste sensus aliqualiter est retortus. Etiam non est verus, quia nõ solum Iosue acquisiuit totam terram, quam Israelitæ tunc poterant implere, sed etiam multas vrbes, quas non poterant habitare, & ob hoc multę ciuitates accipiebantur ab Israelitis, quæ immediatè cremabantur, vt patet supra, scilicet omnes ciuitates, quæ erant in plano, & non erant fortiter munitæ. Causa autem quare hoc factum fuerit, ibi declarata est, ideo primus sensus est melior, scilicet quòd cepit omnem terram, idest magnam partem terræ.

D *Sicut locutus est Dominus ad Moysen.* Idest sicut prædixerat Deus, scilicet quòd traderet totam terram in potestate Israel, & quòd Iosue caperet eam atque diuideret, vt patet Numeri vigesimoseptimo, & Deuteronomij tertio & trigesimo primo, & completum est quod pr ędixerat Deus, sed postea magis completum est.

Et tradidit eam in possessionem filijs Israel. Non enim cepit, nisi vt traderet eis, & cum accepta est tradita est illis. Fuit autem ista traditio per diuisionem sortiariam: & ponitur per anticipationem, quia infra de diuisione agitur a cap. 15. vsque ad 20. Tunc enim tradita est illis ad possidendum, quia antequam diui-
E sa esset sorte, licet capta esset, nemo determinate possidebat pro indiuiso: facta autem diuisione, cuilibet prouenit determinata hæreditas.

Secundum partes & tribus suas. Idest non dedit totam terram omnibus indifferenter possidendam, sed secundum tribus & partes, idest, cuilibet tribui data est vna pars distincta a cęteris tribubus. De locis autem, quę erant in sortibus harum tribuum, & de terminis possessionis cuiuslibet earum habetur infra a cap. 15. vsque ad 20.

De modo diuisionis terræ inter Israelitas. Et diuisio Israelitarum per familias domos viros, &c.
Quæst. LXXXIX.

DICITVR secundum partes & tribus, quod referri potest ad duo: vno modo ꝙ partes accipiantur hic pro ipsis portionibus hæreditatis prouenietibus cuilibet tribuum, & dicitur secundum partes & tribus: idest facta est traditio possessionis secundũ partes & tribus, idest secundum partes assignatas singulis tribubus.

Alio modo quòd accipiantur partes pro familijs tribuum: nam Israelitæ sic se habebant, quòd omnes descendentes a Iacob habebāt vnitatem aliquam generis secundum quòd descēdebant ab aliquo vno capite, vel trunco: deinde quia tota ista descensio facta est per duodecim filios descendentes immediate a Iacob sortiuntur descendentes nomen ab istis, tanquã a duodecim capitibus immediatioribus: & omnes, qui descendunt a quolibet horum filiorum dicuntur pertinere ad vnam tribum, & hoc modo sunt duodecim tribus Israel.

Deinde accipiuntur aliæ diuisiones specialiores secundum capita cognationum specialiora, & vocantur istæ speciales cognationes familiæ: & sic quælibet tribus continet familias quatuor, vel quinque aut plures, aut pauciores: de omnibus familijs singularum tribuum habetur Numeri vigesimo sexto singillatim.

Deinde adhuc in familijs sunt aliæ diuisiones specialiores, & illæ vocātur domus. Non quidem vt domus dicit vnitatem œconomiæ habentis sex terminos, scilicet virum, & vxorem; patrem, & filium; dominum, & seruum iuxta Aristotelem primo Politicorum cap. secundo. sed ad hanc congregationem pertinent plures œconomiæ facientes vnitatem eorum, qui descendunt ab eodem auo, vel proauo. Et isti non vocantur secundum Aristotelem domus sicut vocat sacra scriptura, sed dicitur communicatio homogalactarum, siue collactaneorum primo Politicorum cap. primo.

Domus quõ capit.

Sunt autem homogalactæ descendentes ab eodem genere non remoto; & dicuntur ab homos quod est vnum, & gala, quod est lac, quasi vnius lactis, idest quia veniunt ex eodem sanguine, & eodem materno lacte nutriti sunt: & vocantur Latinè collactanei, idest habentes simultatem in lacte.

Quid sunt homogalactæ.

Vltima est diuisio virorum, & non accipiuntur viri pro singulis viris, sed pro singulis œconomijs. & quia quælibet œconomia habet vnum virum, qui est œconomus, idest dispensatiuus, siue paterfamilias, dicitur communicatio vnius viri.

Istæ diuisiones fiebant inter Israelitas secundum modum sacræ scripturę: & patet manifeste supra septimo, cùm sorte inuentum est facinus Achan. Et dicitur: Applicuit Iosue Israel per tribus suas, & inuenta est tribus Iuda, cùm iuxta familias esset oblata inuenta est familia Zare, illam quoque per viros offerens reperit Zabdi: cuius domum in singulos diuidens viros reperit Achan. Diuisiones autem communes sunt tribus in familias, & familię in domos. Et sicut quælibet tribus continet multas familias, ita quælibet familia continet multas domos, & quælibet domus multas œconomias, siue viros. De his etiam Numeri primo & secundo capitulo. Hoc dato erit sensus, quòd tradidit Iosue totam terram Israelitis in possessionem secundum tribus, scilicet cuilibet tribui assignando partem suam, & secundum partes, idest secundum familias, scilicet portionem prouenientem cuilibet tribui diuidendo in

F multas portiones secundum numerum familiarum, & deinde diuidendo portiones familiarum in portiones domorum quousque proueniretur ad singulas œconomias,

De his autem diuisionibus sola diuisio facta per tribus descripta est hic ad auctoritatem, vt sacra scriptura illi diuisioni auctoritatem perhiberet cuius auctoritas solidissima est: cæteræ autem diuisiones scriptæ sunt pro familijs, & domibus: sed non fuit descriptio illa in sacra scriptura posita, quia magnam diuagationem, & inutilem fieri necesse erat ad tot partitiones, & iste sensus est conuenientior quàm primus.

Et quieuit terra a prælijs. Idest terra Chanaan quieuit à bellis, cùm facta est ista diuisio. Nec tamen
G prorsus quieuit a bellis, quia postea facta sunt alia bella.

Quanto tempore Israelitæ pugnauerunt, & quando cessauerunt bella, & quomodo diuisa est terra. Et quomodo intelligitur quòd tempore Iosue cessatum est a bellis.
Quæst. XC.

AD huius euidentiam considerandum est, quòd terra Chanaan fuit acquisita a Iosue per multa bella, vt dictum fuit: & non tota quidem, quia magna pars relicta est, vt patet infra decimotertio. Durauerunt autem bella
H ad acquisitionem hanc quasi annis septem, vt satis colligitur infra decimoquarto. nam ab ingressu Israelitarum in terram Chanaan vsque ad tempus ipsum transierant quasi septem anni integri, vt ibi declarabitur: & tamen nondum penitùs cessauerant bella, nec diuisa fuerat terra, cum tunc Caleb petierit sibi dari Hebron in possessionem. In hoc autem tempore septem annorum pugnauerunt Israelitæ quasi continuè: nam cùm aliqua bella fecissent, modicum requiescebant, & resumptis viribus, iterum redibant in bellum: cùm verò cõsummassent aliquod bellum, redibant omnes bellatores in Galgalam. Fuit enim status Israelitarum hoc tempore, quòd primo tempore manebant omnes in campo, quasi in
I expeditione, & fuerunt castra posita in Galgalis, vbi primo castrametati sunt Israelitæ die qua transierunt Iordanem, vt patet supra 4. & 5. & ibi erat locus conueniens, & pascua pecorum, & ad mansionem totius populi, scilicet mulierum paruulorum, & senum, cumque ad bellum proficisci vellent contra aliqua loca manebant castra in Galgalis, & ibi totus populus: soli verò bellatores viri cum duce suo Iosue ibāt in pugnã, qua finita reuertebantur in Galgalam ad locum castrorum, vt requiescerent ibi quousque iterum belligerandum foret: sic patet pręcedenti cap. vbi bis dicitur de reuersione in Galgalam, & ante hoc etiam iuerunt in vrbē Hai, vt patet supra octauo. & postea regressi sunt in Galgalam. Nam ibi repererunt eos Gabaonitæ venientes ad Iosue. de quo
K supra nono. & inde ipsi iuerunt in vrbes quatuor Gabaon, vt patet eodem cap. sed post hoc Gabaonitę redeuntes ad Iosue cùm opprimerentur a quinque regibus Amorrheis inuenerunt eum rursus in Galgala supra decimo. Verisimile fortassis erit, quòd postquam Iudæi cepissent aliquod de locis terræ Chanaan, in quibus populus vtcumque colligi posset colligeretur ibi, & viri pugnatores irent ad bellum iuxta modum suum, sed tunc loca illa, in quibus morabantur, non pertinebant specialiter ad aliquem, cum postea tota terra sorte diuidenda foret: durauit autem hoc quamdiu Iosue pugnauit

gnauit contra reges, qui congregati fuerant aduersus eum ad aquas Meron, quod bellum fuit multorum temporum, vt patet supra. Quo consummato in fine septem annorum incępit Iosue diuidere terram sorte: & primo data fuit possessio duabus tribubus & dimidiæ, scilicet tribui Ruben, & Gad, & dimidiæ parti Manasse: & hoc ante transitum Iordanis ad solis ortum. De modo autem diuisionis, quam partem quęlibet tribus acceperit de his duabus, & dimidia habetur Deuteronomij tertio & quarto, & infra decimotertio. Fuit autem ista diuisio facta per Moysen, vt patet præallegato capitulo & supra primo, deinde fuit facta distributio pro tribu Iuda, cui data est magna sors, quia erat magna tribus. De cuius terminis & ciuitatibus infra decimoquinto. Et quia erat sors ista valde magna & tribus Simeon erat parua, fuit recepta in parte sortis huius, & assignata fuerunt ei loca, vt patet infra decimo nono. Deinde fuit data alia portio tribui Ephraim, de cuius terminis, & vrbibus infra decimo sexto, postea data est alia sors dimidię tribui Manasse, quæ non acceperat possessionē ante transitum Iordanis, & de hac habetur infra decimoseptimo. Manent autem sex tribus sine sortibus, scilicet Beniamin Nephthali, Aser, Zabulon, Issachar, Dan: & aliquanto tempore post superiores sortes congregatus fuit totus populus in Silo, vbi fixerunt tabernaculum Dei, quod prius erat in castris Galgalę: & dixit Iosue quòd non pigritarent Israelitæ ad diuisionem sortium suarum. Miserunt autem de singulis tribubus viros, qui considerarent omnia loca, & magnitudinem regionum, & diuiderent atque descriptum deferrent ad Iosue, cumque factum esset ducta est descriptio in Silo coram Israel, & ibi datæ sunt sortes super diuisiones terræ factas, & accepit quælibet de sex tribubus residuis sortem vnam. De sorte tribus Beniamin cum omnibus prędictis infra decimo octauo. De sorte autem quinque tribuum infra decimo nono. sors autem tribus Simeon ponitur inter eas infra decimo nono. sed ista iam dicta est pertinere ad sortem tribus Iuda, in cuius medio suscepta est cognatio Simeon, & tunc inceperunt Israelitę habitare singillatim per sortes suas. Et quamquam dicatur hic diuisa est terra per tribus & partes, & quieuit terra a prælijs: tamen prius quieuit terra a pręlijs, quàm fieret aliqua diuisionum harum. Et dicitur quòd quieuit a bellis, quia facta diuisione sortium non pugnauit Iosue vltra contra Chananæorum populos residuos, sed quieuit in senectute sua vsque ad mortem: erat enim iam grandæuus, vt patet infra decimotertio, scilicet Iosue senex, & prouectæ ætatis erat, dixitque Dominus ad eum: senuisti & longæuus es, terraque latissima derelicta est, quæ necdum est sorte diuisa &c.

Non tamen est sensus quòd cessauerit prorsus terra a bellis, quia post mortem Iosue pugnauerunt Israelitæ sæpe contra Chananæos, & cęperunt ciuitates aliquas, vt patet Iudicum primo & decimo octauo capitulo. sed in tempore Iosue nullum prorsus post hoc fuit bellum. Et dicitur cessasse a bellis, scilicet continuis, quia tempore, quo Iosue pugnauit ad capiendam terram Chanaan contra reges suprapositos erant bella continua, & manebat totus populus semper in expeditione quasi nullum officium haberent nisi pugnare: licet aliquando requiescebant ad resumendum spiritus reuertentes in castra in locum Galgalæ, vt supra dictum est. Cum verò terra diuisa est & habitari cępit ab Israelitis, licet aliquando bella fuerint, tamen non erant continua, sed vacabat populus alijs operationibus, scilicet agriculturæ, & occupationibus necessarijs ad vitam,

A ita vt iam ista non vocarentur bella respectu illorum primorum continuorum.

Quando incæpit obligare lex Mosayca quo ad cæremonialia. Et potissima cæremonia in quo consistebat. Quæst. XCI.

Considerandum autē circa hoc quòd a tempore, quo dicitur hic: & quieuit terra à prælijs, cępit obligatio legis Mosaycæ quantum ad cæremonialia: nam quantum ad moralia semper fuit ab orbe condito. Obliga-

B tio iudicialium fuit etiam in deserto a primo die, quo data sunt, de quo latè declaratum est Numeri decimoquinto capitulo. cæremonialia tamen non obligauerunt vsque ad ingressum in terram Chanaan, nec etiam immediatè post ingressum, sed postquam data est pax, vt patet Deuteronomij duodecimo, cum dicitur: Non facietis ibi: idest in terra Chanaan, quæ nos hic hodie facimus singuli, quod sibi rectum videtur: nondum enim venistis vsque ad præsens tempus ad requiem & possessionem, quam Dominus Deus daturus est vobis: transibitis Iordanem, & habitabitis in terra, quam Dominus daturus est vobis, vt requiescatis a cunctis hostibus in circuitu, & absque timore habitetis in loco, quem elegerit Dominus Deus vester, vt sit nomen eius ibi, illuc omnia quæ præcipio conferetis.

C Rationes autem quare non erat iustum cæremonialia obligare ante habitam pacem positæ sunt Numeri decimoquinto capitulo. Et fuit propriè ista obligatio non ab eo die, quo data est pax vniuersalis: sed a tempore quo totus Israel congregatus tulit tabernaculum Domini in Silo, & fixit illud ibi, de quo infra decimooctauo. Quod patet, quia potissima cæremonialia consistebant in sacrificijs & ritibus sacrificiorum: sed sacrificia non poterant fieri, nisi in loco, quem Dominus elegisset, vt patet Deuteronomij duodecimo. & solennitates requirentes sacrificia necessario sicut festum phase, & oblationem: sicut ipsummet festum azymorum non poterant obseruari nisi in ipso loco, quem Dominus elegisset,

D vt patet Deuteronomij decimosexto, sed antequam poneretur tabernaculum in Silo, nondum fuerat locus aliquis electus ad ponendum illud: immo semper erat in castris cum toto populo Israel in Galgalis, vel mouebatur ad alia loca, ad quæ totus populus diuertisset: ergo non fuit obligatio cæremonialium vsquequo positum est tabernaculum in Silo: & ista est conueniens limitatio, nec calumniabilis.

CAP. XII.

E Hi sunt reges, quos percusserunt filij Israel, & possederunt terram eorum trans Iordanem ad solis ortum, a torrente Arnon vsque ad montem Hermon, & omnem orientalem plagam, quæ respicit solitudinem. Sehon rex Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon, dominatus est ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon, & mediæ partis in valle: dimidijque Galaad vsque ad torrētem

Ieboc, qui est terminus filiorum Ammon: & a solitudine vsque ad mare Ceneroth cõtra Oriẽtem, & vsque ad mare deserti, quod est mare salsissimum, ad oriẽtalem plagam per viam, quæ ducit Bethsimoth: & ab australi parte, quæ subiacet Aseroth vsque Phasga, terminus Og regis Basan, de reliquijs Raphaim, qui habitauit in Astaroth, & in Hedrai, & dominatus est in mõte Hermon, & in Salecha, atque vniuersa Basan vsque ad terminos Gessuri, & Machati, & dimidiæ partis Galaad: terminos Sehon regis Esebon. Moyses famulus Domini, & filij Israel percusserunt eos, tradiditque terram eorum Moyses in possessionem Rubenitis, & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse.

Victoriæ magnitudo in quo stat.

HI *sunt reges*. In superioribus posita sunt bella facta tempore Iosue, hic ponitur quidã bellorum epilogus, & hoc ad victorię magnitudinem signandam: est enim victorię magnitudo, cùm quis multos principes & potentes deiecerit, quod fuit in victoria Israel de Chananæis: & ad hoc ponitur numerus regum occisorum in captione terrę Chanaan. Et hęc in duas, quia primo ponuntur reges occisi a Moyse. Secundo describuntur reges percussi a Iosue ibi. *Hi sunt reges, quos percussit Iosue*.

Reges occisi a Iosue. Et quot reges esse poterant in terra Chanaan. & quanta fuerit magnitudo regni Asor. Quæst. I.

CIRCA primum considerandum quòd plures reges occisi sunt tempore Iosue quàm tempore Moysi, non quidem quòd sanctior esset Iosue, & ob hoc magis traderentur hostes in manus eius, sed quia Moyses non introiuit in terram Chanaan vltra Iordanem, vt posset pugnare contra Chananęorum reges, sed solum introiuit in primam partem terræ Chanaan, vbi habitabant quidam de Amorrhęis: & quia ibi non habitabant, nisi duo reges Amorrhęorum, scilicet Sehon, & Og nõ potuit alios occidere: mortuus autem fuit Moyses ante transitum Iordanis super verticem Phasga, in transitu montis Nebo, & sepultus fuit in valle terrę Moab, vt patet Deuteronomij 34. cui successit Iosue transiens Iordanem: & iste pugnauit contra Chananæos, occiditque triginta & vnum reges ex eis: alij autem relicti sunt reges, tamen illi non fuerunt traditi Israelitis tempore Iosue, quia Deus noluit, vt patet sequenti cap. *Hi sunt reges, quos percusserunt filij Israel*. Scilicet omnes infra positi immediatè: secus de alijs. Et hic non agitur de omnibus tam occisis in ducatu Moysi, quàm in ducatu Iosue, licet omnes occisi sint a filijs Israel.

Et sciendum quòd isti reges non erant magni reges, sicut nunc sunt obtinentes regna magna, & prouincias, sed quilibet Dominus vnius vrbis magnę erat rex. Nam in tota terra Chanaan, quæ occupata fuit ab Israelitis: erant triginta tres reges, scilicet duo reges ante Iordanem, & triginta & vnus post transitum Iordanis, vt patet hic: & adhuc restabant alij re-

F ges in terra Chanaan, quorum terram nõ acceperant Israelitę in possessionem. Nam sola terra Philisthinorum, quæ erat quędam pars terræ relictæ, diuidebatur in quinque reges, vt patet sequenti cap. scilicet Gazęos, Azotios, Gethęos, Acharonitas, Aschalonitas. Et hoc quia ciuitates terræ Philisthijm erant quinque principales primo Regum 6. essent forte in tota terra Chanaan plures quàm sexaginta reges: tota tamen terra trigintatrium regum possessa est a Iudęis, & tamen vnus rex erat omnium ipsorum, nec tamen erat magnus rex valde: & ipsa tota terra possessa a Iudæis non est magnæ quantitatis quamquam erat satis populosa tempore suo: vnde magis isti reguli, quam reges appellantur: sic dicitur infra de regibus terræ Philisthinorum quòd in quinque regulos diuiditur sequenti cap. & sic dicitur Ioannis 4.
G quòd erat quidam regulus in Capharnaum, cuius filius infirmabatur. Inter hos tamen reges maioris potentiæ, & maioris terræ erant rex Og, & Sehon habitantes ante transitum Iordanis quàm cæteri. Quod patet, quia in terra illorũ duorum regum recepta est multitudo duarum tribuum, & dimidiæ sufficienter: scilicet Ruben, & Gad, & medietas Manasse, vt patet Deuteronomij tertio. & hic. In terra autem regum triginta & vnius, de quibus hic, solum habitauerunt nouem tribus, & dimidia: & adhuc quædam tribus harum non habebant sufficiẽtem locum manendi, sicut fuit de tribu Ephraim infra capitulo decimo septimo.

H Sed huius fortè est causa, quia res Sehon, qui erat in mõtibus occupauit magnam partẽ regni Moab. Nam & ipsa ciuitas Hesebon, quæ erat metropolis regni Sehon, fuerat regni Moab cum magna alia parte, de qua Numeri vigesimoprimo. & postea rex Moab petebat loca illa ab Israelitis indicens eis bella, nisi restituerent loca: de quibus est pulchra responsio iuridica Iepte Galaaditę iudicis Israel: & postea ex hac causa nolente Israel restituere bella facta sunt: de quo Iudicum vndecimo cap.

De regno Asor, in quo dominabatur Iabin etiam dicendum est, quòd erat magnæ potentiæ: quia nongentos currus falcatos habebat, quod designabat valde magnam potentiam: de quo Iudicum 4.
I sed ista tanta potentia non erat de solo regno Asor, sed de alijs vicinis regnis: & magnitudo regni Asor nõ erat in latitudine regionis aut pluralitate vrbium, sed in magnitudine auctoritatis, & iurisdictionis: alijs enim regnis vicinis ius dicebat, & tenebantur ei ad quædam tributa, de quo præcedenti capitulo dicitur. Asor inter omnia regna hæc antiquitus principatum tenebat: & quòd non erant omnia regna de magnitudine regni eius, sed omnia tenebantur regi Asor ad aliquam subiectionem: ideo non videtur quòd regnum Asor esset tantum in latitudine regionis & pluralitate locorum, sicut aliquod de duobus regnis regum Amorrhęorum commorantium ante Iordanem ad solis ortum, scilicet Sehon, & Og.

Quos percusserunt filij Israel. Occidentes eos in bel-
K lo. Nam licet in pugna quibusdam nationibus nefas videatur reges occidere, si capi possint: Iudæi tamen occidebant illos, quia pręceptum erat illis, ꝙ omnes occiderent, & non poterant quempiam eorũ interposito aliquo pacto seruitutis, vel tributi vita donare, quia obligabantur occidere omnes tam viros q̃ fœminas, magnos & paruulos Deuteronomij. 20. & quia Saul reliquit viuentem regem Amalechitarum Agag, de quibus iusserat Deus, ꝙ delerent eos, incurrit iram Domini, quod Samuel vidẽs, irruit in Agag regem, & trucidauit eum coram Saule. 1. Regum capi. 15. Et ob hoc Iosue in omnibus bellis reges occidebat,

debat, quin potius sępe quodam alio inhonestiori ge A
nere mortis eos cruciabat, sicut fuit in rege vrbis Hai. Nam cum cæterum populum eius gladio occidisset: regem ipsum patibulo appendit in introitu vrbis suæ sup. 8. Identidem, & quinque reges Amorrhæorum, qui conuenerant in pugnam contra Gabaon, quando sol stetit: postea fugientes atque latentes in spelunca vrbis Maceda reperit Iosue atque affixit patibulo, prius faciens calcari colla eorum a principibus Israel sup. 10. Eodem modo filij Israel post mortem Iosue, cùm pugnassent contra Adonibezech, qui erat in Bezech, absciderunt summitates manuum & pedum eius, qui postea mortuus est in Ierusalem, sed hoc merito ei prouenerat, quia septuaginta reges comedebāt panem sub mensa eius amputatis summitatibus manuum & pedum, Iudicum primo ca. *Et possederunt terram eorum*. Ad hoc principaliter pugnabant Israelitæ, vt terra Chananæorum in iura eorum cederet, quia eis promissa erat ad habitandum: eam tamen obtinere non poterant, nisi excluderent Chananęos atq; occiderent. Et dato quòd Israelitæ potuissent accipere terram Chanaan non occiso aliquo Chananęo, vt si Chananæi vellent libenter cedere, ita vt daretur eis vita, & relinquerent terram, non licebat Iudæis, quia tenebantur eos occidere. Hoc autem pactum inire nō poterant, immo eijcere cogebantur gentes extra terram Chanaan, cùm ex aliqua causa contra eas pugnarent Deuteronomij. 20. Etiam non conueniebat Israelitis, quia dato ꝙ abire permitterent Chananæos, illi rursus confirmati auxilio confinium gentium irruerent in Iudæos, atque molestarent bellis & occiderent. Nec rursus licebat Iudæis inito pacis fędere relinquere aliquos de Chananæis in terra, quam habituri erant posita conditione de tributo soluendo: immo si aliquos dimitterent, essent Iudæis tāquam claui in oculis, & lanceę in lateribus, & quod Deus cogitauerat facere Chananæis, faceret Iudæis Nume. 33. Et dij Gentilium essent eis causa ruinæ: Iudicum. 2. c. Ideo omnino tenebantur excludere occidendo omnes Chananæos de terra: neminem vitæ donando. *Trans Iordanem ad solis ortum.* Determinatur situs terrę possessæ acceptæ de manu regum horum, scilicet ꝙ erat ante transitum Iordanis ad orientalem partem eius, & hoc quia isti duo reges dicti sunt solum, quos occiderunt Israelitæ tempore ducatus Moysi: horū autem terra ante transitum Iordanis erat, vt patet Numeri. 32. cap. Et cùm dicatur trans Iordanem additur ista determinatio ad solis ortum, quia esse trās Iordanem indifferens est, cum enim trans dicatur relatiuè, illi, qui sunt ad vnam partem Iordanis dicent alios, ꝗ ex alia parte manent, esse trans Iordanem, & hi è cōtrario dicent alios esse trans Iordanem, cùm non sit aliqua ratio determinationis, quare pro vna parte dicatur trans, & pro alia non, cum fluuius non habeat naturaliter determinatas denominationes situs. s. ante, & retro, sursum, & deorsum, sicut est in animali, vel in mundo propter aliquas virtutes, quæ apparent in partibus. De hoc magis dictum est Numeri. 3. c. ideo de habitātibus apud Iordanem ad partem orientalem eius, dicitur aliquando quòd sunt trans Iordanem, vt patet supra primo, & Numeri. 32. quia dixerunt duę tribus, & dimidia se habere possessionem suam trans Iordanem ad orientalem partem eius. Rursus in eodem capitulo accipitur trans Iordanem pro habitantibus ad occidētalem partē, vbi manebāt nouem tribus, & dimidia, & sic dixerunt duæ tribus, & dimidia postquam possessionem suā accepissent. Nec quidquam quærimus trans Iordanem, quia iam habemus possessionem nostram in orientali eius plaga. Et ibi necessario accipitur, trans, pro parte occidentali, aliàs falsum esset, quia ipsi nihil quærerent trans Iordanem, cum contrarium expressissent, dicentes, s. quia iam habemus possessionē nostram in orientali plaga eius, & quia dubitaretur quam habitudinē dicebat ista dictio trans, adiungitur alia determinatio situs. s. ad partem orientalem & ad partem occidentalem, sicut patet supra quinto capitulo, cum dicitur: Postquam audierunt reges Amorrheorum, qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam, & tunc necessario datur intelligi terra illa, in qua habitauerunt duę tribus & dimidia. Aliquando ponitur determinatio ad orientalem partem, sicut hic, & tūc indubitanter accipitur solum pro terra duarum tribuum, & dimidiæ, quæ fuit Sehon regis, & Og.

Ad qd pugnabāt Israelitæ cōtra Chananæos.

[illegible] terrę Chananæo [illegible]

Trans Iordanem quō [illegible]tur.

B *Ad solis ortum.*

Terra orientalis quare sic vocetur in terra Chanaan. Et an sit simpliciter aliqua terra orientalis. Et situs Indiæ & Paradisi terrestris. Quæstio. II.

NON quòd esset in terra orientali hoc, vt apud Indiam, sed denotat positionem: nā quilibet locus, qui propinquior est terræ orientali, vocatur orientalis respectu alterius loci, qui nō est ita propinquus, ideo in ipsa extremitate occidētalis plagę adhuc aliquid vocatur oriētale respectu alterius: simpliciter autem nulla terra est oriens, cum dicatur orientalis terra, quia est apud locum ortus solis: nullus tñ locus determinatus est
C in cœlo, vbi fiat ortus solis, sed quilibet horizon hēt suum ortum, & occasum, ita vt nullus punctus sit in toto circulo solis, qui non sit Oriens, & Occidens, qa in eo sol existens alicui terræ oritur, & alicui terrę occumbit: nos tamen vocamus terram aliquam orientalem simpliciter, quia est ad vnam extremitatem orbis per longitudinem, & vltra illam procedendo nullam aliam habitatam reperimus regionem ab ea parte, qua sol contra nos venit: huiusmodi est India, quę est in toto orbe extrema prouincia procedendo versus ortum solis. Nam licet Paradisus terrestris vlterior sit versus caput orientis, cum Ganges, qui est vnus de quatuor fluminibus ortis de fonte Paradisi intret
D per frōtem orientalem Indię: tamen non computatur inter terras habitatas, quia nulli nostrum peruenire illuc datur: hic autem accipitur ad ortum solis, idest versus partem orientalem, quia pars illa, quæ est trans Iordanem possessa a duabus tribubus, & dimidia est magis accedens ad orientem, quàm terra trās Iordanem, in qua sunt tribus nouem & dimidia, quia in ordine longitudinis mundi distinguuntur istę duæ partes Iordane intermedio.

A torrente Arnon vsque ad montem Hermon. Hic ponuntur terræ acceptæ a Iudæis, & victoriam habitam de duobus regibus Amorrheis: & ponitur primo tota terra duorum regum cum terminis suis: deinde ponitur terra cuiuslibet horum duorum regum per se, ibi. *Sehon Rex*. Primo dicitur, quòd terra habita per mortem horum duorum regum fuit a torrente
E Arnon vsque ad montem Hermon. Torrens Arnon est terminus orientalis terræ huius. Mons Hermon, scilicet extremitas montis huius est terminus occidētalis terræ horum duorum regum, & ponuntur etiā isti termini Deuteron. 3. & sequenti cap. atque infra 17. est autem Arnon scopulus altissimus, vel magis est ciuitas posita in altissimo, & apud eam fluit torrēs magnus diuidens terram Moabitarū, & Amorrheorum. De hoc Numeri 21. dicitur: siquidem Arnon terminus Moab diuidens Moabitas, & Amorrhęos. Et sunt duo termini, s. Arnon & Aroer, vnus est terminus intra terram Amorrheorum. Et alius intra

Arnon qd sit.

terram

terram Moabitarum. Arnon est intra terram Amorrhęorum, vt dicitur Numeri. 21. cap. scilicet Arnon prominet in finibus Amorrhęi. Aroer autem est in terra Moabitarum, vt quidam dicunt.

Aroer, q̃ nam ciuitas sit.

Sed falsum est, qa Aroer est ciuitas in terra Sehon regis, & in ea habitauerunt filij Gad, vt patet Numeri. 32. cum dicitur, igitur struxerunt filij Gad Dibon, & Astaroth, & Aroer &c. & quia ambo sunt termini, aliquando terra ista dicitur terminata a torrente Arnon, vt patet hic, & aliquando ab Aroer, vt patet Deuteronom. 2. & sicut Iordanis est orientalis frons terrę nouem tribuum & dimidię, ita torrens Arnon. Vlterius est terminus oriẽtalis terræ duarum tribuũ, & dimidiæ: vnde cum Israelitæ venientes de solitudine per partem orientalem ingressuri essent terram regum Amorrhęorum, & Moabitarum, ingressi sunt in vrbem Arnon Moabitarũ, quæ est coniuncta torrenti Arnon, vt patet Deuteron. 2. & inde voluerunt intrare apud vrbem Arnon terræ Amorrhęorum, vbi in scopulis latuerunt Amorrhęi, vt transeuntes Iudæos incautos occiderent, sed Deus fecit, q̃ scopuli altissimi, qui ex vtraque parte strictę vię prominebãt inclinarentur, & coniungerentur ad opprimendum Amorrhęos, qui medij latuerunt, quo facto transierunt Iudęi. De hoc Num. 21. c. Terminus occidentalis terræ huius est mons Hermon, qui non ponitur in transuersum tanquam claudens latus occidentale terrę horum duorum regum, sed est vna pars eius tãgens terram horum duorum regum in parte occidẽtali, magis est enim Iordanis terminus occidentalis, cùm ponatur terminus Orientalis terræ nouem tribuum, & dimidię Numeri. 34. & tamen istæ duæ terrę sunt immediatę sibi inuicem, & iste fluuius claudit in transuersum. Nam descendit de radicibus mõtis Libani a parte Septentrionali, versus meridianum, vt declaratum est supra tertio capitulo. Mons autem Hermon descendit a Septẽtrione in meridiem, ita vt possit esse proprius terminus occidentalis claudens tanquam latus terræ illius, sed peruenit lõgitudo eius ad occidentem versus. Est enim Hermon apud montem Libanum, & est in Septentrionali parte terræ nouem tribuum, & dimidiæ, vt patet præced. c. cum dicatur plurimi de regibus, contra quos ibi pugnauit Iosue, habitabant ad radices montis Hermon, & iste mons prouenit vsque ad mare occidẽtale terræ Chanaan, vbi est extremitas sua occidentalis. Porrigitur autẽ in orientem per totum latus septentrionale terræ Chanaan nouem tribuum, & dimidiæ, & extremitas sua orientalis est, vbi incipit terra duorum regum Amorrhęorum. Et sic mons Hermon est terminus occidentalis terrę huius duorum regum in extremitate sua orientali, sicut est de duobus regnis habentibus se secundum distantiam longitudinis ab oriente in occidentem, quia id quod est extremitas occidentalis vnius, est extremitas orientalis alterius, & è contrario. Iste mons Hermon variè nuncupatur. Nam quidam eum Hermon vocant, sicut apud Hebræos vocatur: alij verò vocant eum Sarion, scilicet Sidonij: Amorrhæi autem vocant eum Sanir, vt patet Deuteron. 3. *Et omnem orientalem plagam, quæ respicit solitudinem.* Isti ẽt sunt termini duorum regum Amorrhęorum, & sunt ab oriente in occidentem, sed descripti fuerunt hic termini ab oriente in occidentem per latus septẽtrionale, nunc describũtur per reliquas partes: nam Arnon in orientali plaga est terræ duorum regum Amorrhæorum, & Hermon est in parte occidentali, sed solum tangit in occidente, vbi est cõtactus occidentis & septẽtrionis, reliqua autem pars occidentalis, quæ declinat versus austrum non habet terminum in Hermon, sed magis in Iordane: ideo

Situs montis hermõ. & eius uaria noĩa.

F dicitur. *Et omnem orientalem plagam.* Non quidem terræ duorum regum Amorrhæorum, quia tunc modicum acciperetur de terra illa dicendo omnem oriẽtalem plagam.

Item quia videretur ex hoc, quòd vltra torrentem Arnon esset aliquid de orientali parte terræ duorum regum Amorrhęorũ, sed falsum est, quia ibi est principium orientale terræ illius, cum incęperint ibi Israelitæ ingredi in terram Amorrhęorum Numeri. 21. c. sed dicitur: omnem orientalem plagam, quæ respicit solitudinem, idest totam terram orientalem respectu terræ nouem tribuum, & dimidiæ: nam istæ duæ terræ contingunt se in extremitatibus suis Iordane intermedio, & terra duorum regum est plaga orientalis ad totam terram nouem tribuum, & dimidiæ,
G ita vt dici possit orientalis plaga terræ ipsius, quia cũ tota ista terra esset eiusdem gẽtis, computatur in vna, vt in ea illa pars, quę est vltra Iordanem, in qua manẽt duæ tribus & dimidia est orientalis ad reliquam terrã, & dicitur orientalis, quæ respicit solitudinem, idest desertum, quia ista terra Amorrhæorum terminatur ad partem orientalem in deserto. Nam torrens Arnon, & ipsa ciuitas Arnon, atque Aroer sunt in parte orientali terræ huius. Et vltra loca ista versus orientẽ non erat immediatè regnum gẽtis alicuius, sed solitudo magna, quæ erat Arabica, & per eam veniebãt Iudęi quousque introierunt in ciuitatem Ar Moabitarum, vt patet Deuteron. 2. & in terminos Arnon Numeri. 21. cap. Et est sensus, quòd non solum erat terra
H duorum regum ab Arnon vsque montem Hermon, quod est computare ab oriente in occidentem per latus septentrionale, sed etiam tota plaga orientalis, quæ erat respiciens solitudinem, idest tota terra interiacens Iordani, & solitudini habendo Iordanem ab occidente, & solitudinem ab Oriente, & ista est terra duorum regum Amorrhæorum computando ab Oriente in Occidentem per latus meridianum, vel per intermedium duorum laterum, septẽtrionis, scilicet, & Austri.

Et nõ accipitur hic solitudo pro deserto Sin, quod ponitur terminus meridianus terræ Chanaan in tribus nouem & dimidia, de quo Numeri. 34. nam ista solitudo nullo modo contingit terram duorum re-
I gum Amorrhęorum: non quidem ab oriente, cùm sit latus meridianum terræ nouem tribuum, & dimidiæ, quæ est occidentalis respectu prædictę terrę: nõ est etiam occidentalis huic terræ duorum regum solitudo illa, quia est frons oriẽtis terræ nouem tribuũ, & frons occidentis duorum regum Amorrhęorum, siue duarum tribuum & dimidię: solitudo tamẽ Sin est latus meridianum terræ nouem tribuum, & dimidię: Numeri. 34. ergo non est latus occidentale terrę duorum regum Amorrhęorum: solum enim posset contingere in latere meridiano, si vllatenus contingeret, ita vt latus meridianum terrę tribuum nouẽ, & dimidię extenderetur versus orientem, & esset etiam latus meridianum terrę duorum regum Amorrhęo-
K rum, cùm terrę istę continuæ sint.

Sed hoc non stat, quia latus meridianũ terrę duorum regum Amorrhęorum est terra Moabitarum, & non tangitur in latere illo ab vlla solitudine, quod patet, quia terra Moabitarũ & duorũ regum Amorrhęorum in oriente simul incipit, cùm Arnon torrẽs diuidat inter vtranque. Per eam intrauerunt Iudæi venientes de parte orientali solitudinis. De quo Deuteron. 2. cap. Vrbs Arnon est prima in terra Amorrhęorum regum, & illa est in cõfinio Moabitarum, vt patet Numeri. 21. cap. ergo duę frontes orientales horum regnorum sunt simul ad partem orientalem. Deinde porrigitur terra Moab versus occidentem, & terra

& terra duorum regum Amorrhęorum, & vtraque terminatur in Iordane. Quod patet, quia cum essent Israelitæ apud Iordanē erant in campestribus Moab, & postea in planioribus locis terræ Moab magis appropinquantes Iordani, vt patet Numeri. 33. ca. & sic patet frontes orientales terrę Moab, & duorum regum Amorrhęorum esse simul, & frontes occidentales etiam esse simul, s. in Iordane, ꝙ istæ duæ terræ coextenduntur se tangentes in lateribus, sed terra Moab est magis meridiana, quàm terra duorum regum Amorrhęorum, vt satis apparet ex terminis occidentalibus, quia terminus occidentalis terræ duorū regum Amorrhæorum est in monte Hermon, qui est latus septentrionale terræ nouem tribuum, & dimidiæ, & terra Moab habet occidentem suum apud Iordanem ad vada eius, & hoc est magis ad partem meridianā, cum Iordanis fluat de Libano versus meridiem ad mare mortuū, quod est in valle Sodomorum, vt colligitur supra tertio, & ex dictis ibidem patet, & Sodoma est ad partem meridianam terræ Chanaan, cùm mare, in quo erat Sodoma, vocetur mare solitudinis, vt patet supr. tertio, idest quia est iuxta desertum Sin, quod est in latere meridiano terræ Chanaan, vt patet Numeri 34. terra ergo Moab est magis meridiana quàm terra duorū regum Amorrhęorū, quod satis etiam patet in libro nostro de descriptione terræ Sanctæ: sed terra Moab, & duorum regum Amorrhęorum coextenduntur simul a fronte orientali vsque ad occidentalem simul inchoātes, & simul desinentes, ergo non potest solitudo aliqua tangere terram duorum regum in latere meridiano, sed solitudo ista, quæ accipitur hic, est in latere orientali ante vrbem Arnon, per quam veniebant Iudæi, cum introierunt in terram duorum regum Amorrhæorū. *Sehon Rex Amorrhæorum.* Hic ponitur determinate de limitibus terrarum istorum duorum regum Sehon, & Og, per quæ distinguebatur terra regis vnius a terra alterius. Et primo dicitur de rege Sehon, qui erat magis oriētalis, cùm perueniret regnum eius vsq; ad Arnon, quæ erat coniuncta deserto in extremitate orientali totius illius terræ. Et vocatur rex Amorrhęorum Sehon: non ꝙ ipse fuerit rex omnium Amorrhęorum, quia etiam Og erat rex Amorrhæorum, cùm vocentur isti duo reges Amorrhęi, vt patet supra secundo, & Deuteron. 3. etiam præter istos erant alij reges Amorrhęi a parte Iordanis occidentali, vt patet supra quinto, cum dicitur: Postquam audierūt cuncti reges Amorrhæorū, qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam &c. quælibet enim gens harum septem habebat multos reges. *Qui habitauit in Hesebon.*

Hesebon, quæ nam ciuitas sit, & eius situs. Similiter & Arnon. Quæstio. III.

ISTA fuit ciuitas metropolis in terra regis Sehō, & non pertinebat ad terram Amorrhęorum, sed ad Moabitas: Sehon tamen rex eam cum magna alia parte terrę Moab cepit, vt patet Nume. 21. & ibi ponūtur carmina prouerbialia temporis illius de captione vrbis Hesebon ab Amorrheis. Et quia ciuitas ista præcipua erat in tota terra regis, Sehon habitabat ibi principaliter, sicut rex Og habitabat in Astaroth, vt patet Nume. 21. & Deuterono. 3. atque hic. *Dominatus est ab Aroer.* Hic ponitur terminus regis Sehon ab oriente. Nam sicut Arnon ponitur ab oriēte, ita & Aroer est ciuitas Ar. De Aroer quidam dicunt esse in terra Moab, alij autem in terra Sehon Amorrhęi. Sed non multum constat de alterutro, nec multum refert: tamen secundum veritatem est in terra Amorrhęorum, vt patet Numeri 32. quia in ea habitauerunt filij Gad: nam quomodocunq; ponatur necesse est esse Aroer in terminis regni Sehon, & Moab ad diuidendum: sed magis dicitur pertinere ad Amorrhęos, quàm ad Moabitas: est autem Aroer ciuitas in ripa torrentis Arnon, & ipse torrens magis diuidit quàm aliquis locorum, scilicet Arnon, & Aroer, quia torrens Arnon erat aliquid commune vtriq; regno, cum medietas eius pertineret ad Moabitas, & medietas ad Amorrhęos. Arnon autem & Aroer est ciuitas Ar, quamquam essent in finibus regnorum, non erant communes, sed pertinebant determinatè ad aliquod de regnis. *Quæ sita est super ripam torrentis Arnon.* Ideo ista ciuitas est terminus oriētalis terræ Sehon regis, quia est sita super ripam torrentis Arnon, qui est in parte orientali diuidens inter Moabitas & Amorrhæos. An tñ sit sita sup ripā torrentis illius ex parte regni Moab, vel ex parte regni Amorrhęorum non patet, sed magis videtur, ꝙ ex parte regni Amorrhęorum. De hoc Deuteronom. 2. & 3. & sequenti capitulo. Sciendum de torrente Arnon, ꝙ ipse est fluuius nominatus Arnon, sed istud nomen prouenit ei ex ciuitate quadam, quæ est apud illum in finibus Amorrhęi, de qua dicitur Numeri 21. quòd Arnon prominet in finibus Amorrhęi. *Et medio partis in valle.* Hic ponitur terminus præcisus dominij regis Sehon. Dictum fuerat, ꝙ dominatus est ab Aroer, quæ est sita super ripam Arnon, idest apud ripam, crederet aliquis, quòd nihil magis haberet Sehon vltra Aroer.

Et respondetur, quòd etiam dominatus est medię partis in valle, idest, habuit in dominio suo mediam partem vallis: est sensus ꝙ fluuius Arnō erat in quadam valle secundum conditionem aquarum, quæ nō possunt esse, nisi in locis humilioribus, cùm aqua nō sit terminabilis termino proprio, sed termino alieno, quia non est solida, & tamen est grauis. Illius autem vallis medietas pertinebat ad regnum Moabitarum, & medietas ad regnum Amorrhęorum, quas partes distinguebat fluxus aquarum: ipsa etiam aqua ex media parte possessa est a Sehon rege, quia quandocunque flumina diuidunt agros sunt cōmunia, quia quilibet habet vsum eorum de conterminantibus, dicitur quilibet habere medium rei. Et ita erat, ꝙ mediū fluminis, quod erat in valle pertinebat ad Moab, & medium pertinebat ad regem Sehon. Patet etiam iste sensus Deuterono. 3. cùm dicitur: Machir quoq; dedi terram Galaad vsque ad torrentem Arnon medium torrentis, & finit vsque ad torrentem Iaboth. *Dimidijque Galaad.* Est Galaad proprie mons, & aliqñ accipitur pro terra. est enim Galaad quidam mons ante Iordanem ad partem orientalem eius, in quo Laban & Iacob inierunt fędus: nam cum Iacob occulte duxisset duas vxores suas filias Laban, & cūcta, quæ possidebat de Mesopotamia: cognito hoc Labā persecutus est eum, & comprehendit in monte illo: vbi eum occidisset, nisi apparuisset ei dominus nocte ꝑcedēti, iubens ne quidquam mali inferret Iacob: ibi autem facientes conuiuium inierunt pactum. Et quia nullus erat testis huius rei, fecerunt in signum quendam aceruum lapidum, quem quasi in testem posuerunt, & ob hoc vocauit vterque montem illum secūdum proprietatem linguæ suæ: Iacob enim secundū linguam hebraicam vocauit illud Galaad, idest aceruum testimonij. Laban autem vocauit illud cumulum testis secundum linguam Syriacam. De hoc Gen. 31. cap. Et quamquam a principio Galaad solum montem illum signauerit: tamen postea tota terra adiacens vtrinque vocata est terra Galaad, & est satis magna terra. De hoc Deuteronom. 3. s. omnes ciuitates

Galaad q d sit.

ciuitates, quæ sitæ sunt in planitie, & vniuersam terram Galaad: istius terræ Galaad medietas pertinebat ad regem Sehon Amorrhęorum.

An medietas Galaad pertineret ad regem Og, vel ad Moabitas. Quæst. IIII.

De reliqua medietate Galaad aliquis dubitabit ad quem pertineret, scilicet an ad regē Og Amorrhęorum, vel ad Moabitas, qui erant contermini regi Sehon.

Pro quo sciendum, ꝙ cum tota terra adiacens mōti Galaad vtrinq; vocetur terra Galaad, diuiditur terra Galaad in duas medietates per ipsum mōtem Galaad, quia tota terra adiacens ex vna parte eius vocatur medietas Galaad, tota autem terra adiacens ex altera parte vocatur alia medietas Galaad: vna medietas harum pertinebat ad regem Sehon, reliqua autē ad regem Og, vt patet Deuteron.3. scilicet, tulimus in tempore illo terrā de manu duorum regū Amorrhęorum. & sequitur: Omnes ciuitates, quæ sitæ sunt in planicie, & vniuersam terram Galaad: si tamen aliqua pars terræ pertinęret ad Moabitas illam non acquisiuissent Israelitæ, quia de terra Moab, Ammō, & Idumeę, quæ erant apud terram Chanaan iussit dominus Israelitis, vt nihil caperēt, nec committerent bellum contra eos, quia non erat eis de illa daturus, nec pedis vestigium, vt patet Deuteron.2.cap. sed acceperunt totam Galaad, quarū medietas pertinebat ad regē Sehō, ergo reliqua medietas ptinebat ad regē Og.

Item patet hoc magis, quia dicitur Deuteron.3. ꝙ medietas terræ Galaad data est tribui Ruben, & Gad, reliqua autem medietas data est dimidię tribui Manasse. Quòd etiam pertineret alia medietas ad regē Og, patet eod.c. cum dicitur: Reliqua autem Galaad, & omnem Basan Og, tradidi mediæ tribui Manasse.

Item patet in litera, cùm dicitur ꝙ Og dominatus est in monte Hermon atque vniuersa Basan vsque ad terminos Gessuri, & Machati, & dimidiæ partis Galaad. *Vsque ad torrentem Iaboth.* Iste torrens, est vbi Iacob luctatus est cum angelo, vt patet Gen. 32. & non multum distat a Iordane & monte Galaad: a Iordane enim duobus miliaribus distat, vt patet in lib. de descriptione terrę Sanctę: est autem iste torrens Iaboth in terminis terrę Ammon, vt patet Deuteron.2. scilicet absque terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus, & cunctis, quæ adiacent torrenti Iaboth: vnde Iaboth est circa Iordanem, sed est circa partem septentrionalem, vel saltem venit de illa: nam terra duorum regum Amorrhæorum coniungitur terræ Moabitarum in latere meridiano. Ammonitis autē coniungitur ex alio latere, scilicet septentrionali. De isto torrente quidam dicunt, ꝙ fuit mutatum nomen eius, quia prius vocabatur torrens, deinde quia apud eum angelus, cum Iacob luctabatur, vocabatur torrens Iacob.

Vbi Iacob est luctat⁹ cum angelo.

Situs Iaboth.

Qui est terminus filiorum Ammon. Eis est terminus a latere meridiano, & tèrrę regis Sehon est terminus a latere Septentrionali, quia est medius inter vtranque terram, sicut si columna aliqua fuerit inter duos habentes se lateraliter, si vni fuerit dextra, alteri erit sinistra necessariò, si facies ad eandem partē cōuerterint.

Et a solitudine usque ad mare Cenereth. Hic accipitur solitudo aliter quàm supra, quia ponitur terminus occidentalis terræ regis Sehon: ipsa enim magnam habet longitudinem, scilicet ab Aroer vsque ad montem Hermon, qui est ab oriente ad occidentem per latus septentrionale: per latus autem meridianum non est tanta longitudo regni huius, quia regnum Og regis interponitur ante Iordanem. Hic autem

F cum dicitur a solitudine, ponitur terminus occidentalis in transuerso, & incipit in solitudine, & finitur in mari salsissimo. Solitudo enim est, vbi latus occidentale regni Og coniungitur lateri occidentali, & non est ista solitudo, quæ prius accipiebatur, quia illa erat ad partem orientalem terræ huius apud Arnon, & Aroer in ingressu regni Amorrhęorum, & Moabitarum, nec potest hic accipi pro solitudine, quæ est desertum Sin, quia ista est vltra mare salsissimum, de quo infra dicitur: computatio tamen, quæ hic habetur finitur in mari salsissimo, quia ibi est coniunctio lateris meridiani, & occidentalis terræ huius. *Vsque ad mare Cenereth.* Istud est in latere occidentali terrę duorum regum Amorrhęorum: est tñ contra oriētem terræ nouem tribuum & dimidiæ, quia sunt istæ

G duæ terræ coniunctę secundū longitudinē, ideo necesse est, vt occidens vnius sit oriens alterius, & vocatur mare Cenereth, quod alio nomine vocatur a beato Matthęo mare Genesareth, vel stagnum Genesareth, & vocatur mare Galileę, & mare Tyberiadis, quod idem est, vt patet Ioan.6.cap. Sępe autem Christus apud istud mare prædicauit, & in hoc mari fuit, cum dormiebat super ceruical nauis, & insurrexit tēpestas, dixeruntque ei discipuli: domine salua nos, perimus. Matth. 8. & in hoc apparuit in quarta vigilia noctis, cum visus est discipulis esse phantasma, & dixit Petrus; Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas Matth.14. Vocatur autem istud mare Cenereth à quadam villa, quæ est apud eum dicta Cene

H reth, & ista postea tempore Saluatoris vocata est Tyberias ab Imperatore Tyberio, qui in iuuentute sua ibi conuersatus est, sub quo mortuus est Saluator anno 18. eius. Nam anno 15. illius imperij Ioannes incępit prædicare baptismum pęnitentiæ, vt patet Luc. 3. & tunc baptizatus est Christus, vt in eodem capitulo, atq; prędicare cœpit, cuius prædicatio durauit per tres annos, nondum completos, vt plurimorum opinio est. Alij verò dicunt per tres & dimidium non completū, sed quidquid sit in 18. anno Tyberij mortuus est, vel quasi, & istud nomen Tyberiadis mansit communiter ciuitati & mari. De hoc mari Cenereh dictum est præcedēti capitulo, & magis supra tertio. *Contra orientem.* Non est sensus, quòd mare Cenereth sit ad orientem terræ duorum regum Amorrhęorū,

I vel terræ regis Sehon, quia Aroer est in Oriente illius. Mare autem Cenereth est ad occidentem terrę huius, vbi coniungitur terra ista terrę nouem tribuum, & dimidiæ, sed vocatur contra Orientem, idest contra orientem totius terrę Iudæorum. Nam accipiendo esse eādem terram omnium tribuum duodecim, erit mare Cenereth non in oriente eius, sed contra orientem. Nam in oriente erit Arnon, & Aroer, cū nihil vltra sit: sed mare Cenereth est contra orientē, quia magis appropinquat ad orientem terræ illius quàm ad occidentem. Vel dicitur infra orientem respectu terræ nouem tribuum, & dimidiæ, & tunc verum est, quòd non solum ad orientem, sed etiam

K in oriente sit, quia ipsum mare Cenereth est in extremitate terrę nouem tribuum ad partem orientalem Numeri 34. capitulo. & hoc in coniunctione lateris orientalis ad Septentrionale. *Et vsque ad mare deserti.* Istud est mare Sodomorum, quod vocatur mare deserti, quia est apud desertum Sin: nam vallis, vbi erat Sodoma cum alijs ciuitatibus quatuor miserabilib⁹, erat valde delectabilis, & irrigabatur Iordane: erat sicut Paradisus Domini ingredientibus ex Aegypto antequam subuerteretur Genes.13. capitu. postea vero euersa est, & facta est mare, & transit per eam Iordanis, sicut prius, atque stagnatur ibi. Et quia est in coniunctione lateris orientalis, & meridiani terrę Chanaan,

Situs maris Cenereth, & nomina varia eiusdē, & quanto tpe apud illud conuersatus ē Christus.

Christi prędicatio p tres annos durauit, sed de hoc uide pulchra ꝑ auctorem in suo defensorio parte 2.

Mare deserti ē mare Sodomorum, & quare sic uocetur.

Chanaan, est coniuncta deserto Sin, in quo latus meridianum coniungitur orientali Numeri 34. cum dicitur: pars vero meridiana a solitudine Sin incipiet, & dicitur ibi incipere pars meridiana, quia ibi terminatur latus illud meridianum, & coniungitur orientali, sicut in tetragonis ibi latus incipit, vbi alteri lateri coniungitur. In hac litera continuatur latus occidentale terræ duorum regum Amorrhęorum, & quia sicut in tetragono quodlibet latus tangit duo latera, ita latus occidentale, quod est vnum de quatuor lateribus cuiuslibet regionis necessario cõiungetur duobus lateribus alijs, scilicet septentrionali, & meridiano. Incępit autem ponere litera latus istud describens a parte Septentrionali ad meridianam, & incipit istud latus in solitudine, quæ est apud montem Hermon, & deinde descendendo versus meridiem, & mare Cenereth, sicut præcedenti capitulo declaratum est, cum magis procedatur ad meridiem est mare solitudinis, idest mare Sodomorum apud desertum Sin.

Loca ista non multum distant a Ierusalem: nam mare Sodomorum, vbi prius fuit Pentapolis ciuitatũ illarum quinq; a Ierusalem, non distat. 13. leucis integris, sicut patet ex libro de descriptione terrę Sanctę: mare quoque Genesareth non multum distat. Est autem ista regio maritima in Zabulon, & Nephthali fortibus, & de hoc dicitur Isaiæ. 9. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephthali, nouissimè aggrauata est via maris Galileę Gentium. Et magis declaratur hoc Matth. 4. vbi exponitur de Christo ista auctoritas, & dicitur, quòd finito ieiunio Christ' audiens, quòd traditus esset Ioannes recessit in Galilæam, & relicta ciuitate Nazareth venit & habitauit in Capharnaum in finibus Zabulon, & Nephthali, vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetã: terra Zabulon, & terra Nephthali via maris trans Iordanem Galileæ gentium: populus, qui sedebat in tenebris, Vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Et immediatè dicitur, quòd cœpit ambulare apud mare, scilicet apud mare illud Genesareth, quod ibi dicitur, & est mare Galileæ. Apud istud mare duobus miliaribus a Tyberiade, siue Cenereth, a qua appellatur istud mare est castrum quoddam nomine Magdalum a quo Maria Magdalena appellata est. Qratuor miliaribus ab eadem vrbe Tyberiade, vel Cenereth Bethulia ciuitas est, de qua erat Iudith, quæ Holofernem occidit. Quatuor quoq; miliarijs a Tyberiade est ciuitas Nazareth, in qua Christus nutritus est in pueritia sua, & est Nazareth in Galilęa apud mare illud, & ob hoc habuerunt Iudæi occasionem dicendi, quòd Christus non erat Messias, quia de Nazareth non erat venturus Messias, vt patet Ioann. 7. cum dixerunt ad Nicodemum: Nunquid tu Galilæus es? scrutare scripturas & vide: quia propheta a Galilæa non surgit. Sexto miliario a Nazareth est Cana Calileæ, de qua Ioan. secundo, vbi factæ sunt nuptiæ, quibus Christus inter fuit conuertens aquam in vinum. De hoc loco fuerunt Philippus, & Nathanael, quibus Christus locutus est, de quo Ioan. primo in fine. Duobus miliarijs a Nazareth, & sex miliarijs a Tyberiade ciuitas est nomine Sephoris, de qua oriunda fuit Anna mater beatæ Virginis. Vno miliario a Nazareth contra meridiem est locus excelsus, de quo Nazareni quidam voluerunt præcipitare Saluatorem ęmulantes prudentiam eius, & ille transiens per medium illorũ, ibat, vt patet Luc. 4. cap. Quarto miliario a Nazareth est mons Tabor, vbi Saluator noster coram Petro, Iacobo, & Ioanne transfiguratus est, & resplenduit facies eius, sicut sol, de quo Matth. 17. cap. Quarto miliario ab hoc loco, de quo dicitur, scilicet Tyberiade,

A siue Cenereth est Dothaim, in quo loco reperit Ioseph fratres suos pascentes greges, cum dixerunt: Ecce somniator venit, & vendiderunt eum Ismahelitis, qui eum duxerunt in Aegyptum, de quo Genes. 37. capit. De his omnibus in libro de descriptione terræ Sanctæ. Et sic patet de latere occidentali terræ duorum regum Amorrhęorum.

Quod est mare salsissimum. Istud mare Sodomorum multis nominibus vocatur.

Primo dicitur mare solitudinis, vt patet hic, & Numeri 34. capit. & hoc quia est apud solitudinem Sin, quod patet in libro de Diuisione terræ Sanctę dicente lacum asphaltidis diuidere Iudæam, & Arabiam. Sed desertum Sin est in solitudinibus Arabicis, quia B in eis sunt omnes mansiones, quas Israelitæ fecerunt in annis quadraginta post transitum maris rubri, tres autem mansiones factę ante mare rubrum, vt patet Numeri 33. non sunt in solitudinibus Arabicis, sed nõ posset diuidere lacus ille inter Arabiam, & Iudęã, nisi esset apud solitudinem Sin.

Sodomorum mare multis nominibus uocatur.

Vocatur etiam mare salsissimum, vt patet hic, & Numeri 34. & causa est, quia cum de conditione cæterorum marium sit habere salsedinem ex causa, quã ponit Aristoteles tertio Meteor. Istud tamen mare magis salsum est, quàm cętera: causa est ex natura sulphuris. Nam non fuit mare hic, (licet Aristoteles hoc existimet in tertio Meteor.) semper, vt patet Genes. tertiodecimo, quia antequam subuerteret dominus Sodomam irrigabatur terra illa, sicut Paradi- C sus Domini. Quia tamen factum est mare submersis cęlitus ciuitatibus quatuor, misso desuper igne & sulphure, vt patet Genes. 19. mansit semper natura ignis in loco, & aqua illa est quasi decocta, & quia ibi erat ante hoc multum bitumen, illud decoquitur, & inspissatur aqua, ita vt nihil in ea possit lauari, sed vestes iactę in eam magis sordidantur, quàm lauentur vt ait Aristot. 3. Meteor. vbi de isto mari loquitur. De bitumine quod fuerit ante multum in valle illa, quæ nunc est mare, patet Genes. decimoquarto, vbi dicitur de regibus, qui iuerunt ad pugnandum contra quinque reges Sodomorum, & ceciderunt multi de pugnatoribus in puteos bituminis, & nunc in ripa maris D illius reperitur multum bituminis, & alumen: nam & bitumen cum a calore interiori accenditur, enatat super aquas, & ibi colligitur, vt ait Isidorus Etymol. 13. Et de hoc in libro de descriptione terræ Sanctæ. Nomen autem conuenientissimum mari huic fuit vocari salsissimum, quia nihil salsius potest esse ex igne, & sulphure manente ibi adhuc in virtute.

De situ maris Sodomorũ.

Amplius vocatur mare mortuum, vt patet supra tertio, quia ibi nihil viuit, sed etiam pisces nulli geniti sunt, nec est possibile gigni, & si aliunde adducti ibi ponerentur non superuiuerent, quia conditio aquæ ex condensatione repugnat eis, magis autem ex natura sulphureitatis, & ignis. Etiam vocatur mortuum, quia nihil in eo viuẽs mergi potest: vnde si lucerna ardens super ponatur aquę non mergetur: si vero extincta fuerit illico, vt in alijs aquis fundum petit.

E Alij autem vocant istud mare salinarum, sed non est tam vsitatum nomen: redit tamen ad id, quod dictum est, quod est mare salsissimum.

Amplius vocatur mare Sodomorum, quia in Pentapoli est, idest in valle, in qua prius fuerant quinque ciuitates Sodomorum: vna tamen nunc superest, scilicet Segor, quæ non est in valle, sed in ascensu quodam, & illa saluata est precibus Loth Gen. 19. capitu. Vocatur autem vsque hodie oppidum Palmę. De hoc in libro de descriptione terræ Sanctæ.

Item vocatur mare diaboli, quia eius instinctu illę quatuor miserabiles ciuitates Sodoma, Gomorrha, Seboim,

Seboim, & Adama perseuerantes in turpitudine sua,
igne sulphureo concrematæ sunt, & in mare illud
versæ. Vocatur etiam lacus asphaltidis secundum mo
dum loquendi Isidori. 13. Etymologiarum, & alior͞u
chronographor͞u, sic. n. vocat eam Solinus in Polisto,
capitulo de Iudæa. De hoc dicit: Asphaltitis bitumen
gignit, animal non habet, nihil in eam mergi potest,
tauri etiam, chamelique ibi impunè fluitant. Apud
istud mare salsissimum decimo miliario contra occi-
dentem est vrbs Hebron, quæ fuit data sacerdotibus
in sortem, vt patet infra 21. in ea quoque fuerunt gi-
gantes tres Nume. 13. & infra 15. In ripa huius maris
mortui est ciuitas Segor, quæ euasit sententiam cœle
stem precibus Loth, & in ascensu Segor est effigies
vxoris Loth versę in statuam salis, cuius vestigia vsq;
hodie patent. *Ad orientalem plagam.* Eodem modo est
hic exponendum sicut supra, cum dicebatur de mari
Cenereth, ꝙ erat ad partem orientalem: n͞o est enim
ad orientem terra duarum tribuum & dimidiæ, sed
potius ad occidentem, cum terminus occid͞etalis ter
ræ huius sit Iordanis. Quod patet, quia cum exirent
de terra illa Israelitæ tr͞asierunt Iordanem, & tunc in-
trauerunt in terram nouem tribuum, & dimidiæ, q̄
cum accepissent possessionem suam, dixerunt se ha-
bere possessionem in orientali plaga Iordanis, & non
quærere aliquid vlterius in terra trans Iordanem, sed
est sensus, quòd sit ad orientalem plagam terrę totius
nouem tribuum & dimidiæ, sicut patet Numeri 34.
cum dicitur: habebit terminos iuxta Orientem mare
salsissimum. Et non solum est in latere orientali, sed
etiam in latere illo, vbi c͞oiungitur latus ori͞etale me-
ridiano, vt patet eodem capitulo, cum dicitur: Pars
meridiana incipiet a solitudine Sin, quæ est iuxta E-
dom, & habebit terminos contra Orientem mare sal
sissimum, idest, pars meridiana coniungetur lateri
orientali in mari salsissimo. Vel potest accipi hic to-
ta terra Chanaan, quam possidebāt duodecim tribus
Israel. Et in hoc verum est, quòd mare salsissimum
erat contra plagam orientalem, quia magis appropin
quat orienti, quàm occidenti.

Per viam, quæ ducit Bethsimoth. Hic designatur coar-
ctatio terminorum terræ duarum tribu͞u, & dimidiæ,
n͞a cum peruenisset latus meridian͞u terrę nou͞e trib͞u,
& dimidię ꝑ latera solitudinis Sin vsq; ad mare salsis-
sim͞u, crederet aliquis ꝙ ext͞ederetur per lineam rect͞a
sic, quousque perueniretur ad orientalem part͞e dua-
rum tribuum & dimidię, vt si esset terra Chana͞a qua-
drata quomodocunque habens latera recta. Et ad
hoc respondetur quòd non, sed terra ista coangusta-
tur ex mari salsissimo vsque in orientem suum, & ter
minus coarctans prouenit de mari salsissimo per vi͞a,
quæ ducit Bethsimoth. Est enim Bethsimoth penul-
tima mansio Israelitarum circa Iordanem in campe-
stribus terrę Moab intra ipsam terram Amorrhęo-
rum, & apud eam est Belsathim. De his duabus man-
sionibus vltimis habetur Numeri 33. capitu. Causa
huius coarctationis terminorum terrę duarum tri-
buum & dimidiæ est, quia terra Chanaan est latior in
parte occidentali, quàm in orientali, & tota terra no
uem tribuum, & dimidię ab occidente vsque in ori͞e-
tem suum in fine montis Hermon, & in mare salsissi
mum non coarctatur, velut siquis faciat vnam figu-
ram quadratam, vel quadrangulam regularem, cuius
omnia quatuor latera æqualia sint, vel saltem duo æ-
quentur duobus: deinde cum peruentum fuerit ad
principium terræ duarum tribuum, & dimidiæ coar-
ctantur termini: velut si quis per vnum latus quadra-
ti, vel quadranguli protrahat triangulum æquilater͞u,
vel non æquilaterum, tunc non erit æqua amplitudo,
sed semper stringetur spatium quousque perueniatur ad conum. Pro hoc describatur vna figura primo

F tur ad conum. Pro hoc describatur vna figura primo Figura ter
quadrangula ad signandum terram Chanaan nouem ræ duorũ
tribuum, & dimidiæ, & super vnum latus versus ori͞e- reg. Amor
tem protrahetur trigonus ad signandam capacitat͞e rhæorum,
terrę Chanaan in duabus tribubus, & dimidia, & pro & totius
hoc primo assumantur quatuor p͞ucta mundi, Ori͞es, terræ Cha
Occidens, Septentrio, & Meridies, & describantur in naan.
quatuor locis oppositis, sicut se habent in mundo, &
tunc versus ista quatuor puncta distanter in medio
formentur quatuor latera quadr͞aguli inęqualia qui-
dem, sed duo duobus ęqualia sint. & tunc latera, quæ
fuerint ad punctum Orientis, & Occidentis sint mi-
nora, & tamen inter se ęqualia: latera ad Septentrio-
nem, & austrum erunt maiora, & tam͞e inter se æqua- Vide infra
lia. Ratio est, quia maior est longitudo Chanaan in 13. c. q. 16.
G latere septentrionali, & meridiano, quàm in orienta- & 15. cap.
li & occidentali: deinde in latere quadrati huius, q̄d q. 4.
est versus punct͞u Orientis formetur trigonus cuiꝰ sit
basis ipsum latus, & siue sit ęquilaterus, siue isocheles
non est curand͞u, & in isto trigono est terra duar͞u tri-
buum, tunc describ͞atur loca in lateribus quadrati &
trigoni: in latere enim occidentali quadrati ponatur
mare mediterraneum, siue Palesthinorum, quia iste
est terminus occidentalis terræ Chanaan, vt patet
Exodi vigesimotertio, & Deuteronomij vndecimo,
& supra primo. in latere meridiano in extremitate,
vbi coniungitur lateri occidentali ponatur terra Phi-
listhinorum, quia ipsa est in angulo contactus later͞u,
vt patet sequenti capitulo: in processu lateris ipsius
H meridiani versus orientem ponatur desertum Sin,
quia ista solitudo est in latere illo, vt patet Numeri tri
gesimoquarto: in latere autem Septentrionali qua-
drati huius ponatur mons Hermon & Libanus, & in
coniunctione lateris occidui, & sept͞etrionalis sit ma-
re, in latere autem orientali, vbi coniungitur lateri
sept͞etrionali ponatur villa Enan, quæ est extremitas, Villa Enã.
vt patet Numeri trigesimoquarto, deinde desc͞ende-
do contra meridiem in ipso latere circa medium la-
teris ponatur mare Cenereth deinde Iordanis magis
descendendo. Vbi autem terminatur latus orientale
coniunctum meridiano ponatur mare salsissimum,
quia sic se habet. De hoc Numeri trigesimoquarto.
Deinde intra factum trigonum super latus orientale
I huius quadrati ponatur terra duarum tribuum, & di-
midię: super latus autem trigoni, quod nascitur de
c͞otactu lateris meridiani ipsius quadrati ponatur ter-
ra Moab: ipsa enim est coniuncta terræ Chanaan no
uem tribuum, & dimidiæ in Oriente, scilicet, quòd
vbi est Oriens terræ Chana͞a est occid͞es terræ Moab:
& hoc est super Iordanem apud mare salsissimum.
Quod patet: n͞a vada Iordanis transmittunt in Moab,
vt patet Iudi. capitulo quarto. Etiam quia mons, in
quo Balaam ariolus constituit aras ad sacrificandum,
& maledicendum Israelitis, est in terra Moabitarum,
vt patet Numeri vigesimotertio & vigesimoquarto, Situs mon
vocatur enim mons Phegor, vt ibidem patet, & vige tis Phe-
simoquinto capitulo. Et istud est super Iordanem c͞o gor.
K tra lacum Sodomorum: nam ibi vsque hodie spelun-
ca nomine Carnain demonstratur, in qua Balaam ad
maledicendum Israelitas, vt inde castra eorum vide-
ret, stetit, & locus ille pro vehementi prærupto exci-
sus dicitur. De hoc in libro de descriptione teræ San-
ctę. Et sic frons occidentalis terræ Moabitarum oc-
cupat partem quandam frontis orientalis terræ no-
uem tribuum, & dimidiæ in modum trigoni, donec
perueniatur in conum, & est ista via, quæ dicitur hic
de mari salsissimo in Bethsimoth, si autem procede-
retur directè de mari salsissimo esset ingressus per ter
ram Moab. In latere aliquo trigoni opposito, scili-
cet Septentrionali ponatur torrens Iaboth, & terra
Ammo-

Ammonitarum. Nam iste torrēs diuidit terram regum horum ab Ammonitis, vt patet supra in litera, & Deuteronomij secundo capitulo. in cono autem, vbi terminantur duo latera ista trigoni protracta de quadrato ponenda est ciuitas Aroer, vel Arnon, quia ista sunt in orientali parte terræ duorum regū Amorrhæorum. Et quamquam signentur istæ figuræ rectilineæ: non est imaginandum esse penitus rectilineas, sed ad instar figurarum istarum aliqualiter considerandę sunt istæ terrę. Plures autem ponerentur ciuitates, & loca vel regiones in lateribus figurarum harum, & magis notificarent situm terræ Chanaan, sed ad hoc opus erat esse figuram magnæ continentiæ, vt distinctè cognosceretur situs eorum. sed suffecerint hæc. *Et ab australi parte.* Supra positi fuerunt termini orientales, & occidentales, atque septentrionales terræ duarum tribuum, & dimidiæ, vt distinguitur ab alijs regionibus: hic autem ponitur terminus australis, & causa est, quia superiores termini magis pertinebant ad regem Sehon quàm ad terram regis Og. Nam ad terminum occidentalē, qui est Aroer, vel Arnon non accedit terra regis Og: terminum ēt septentrionalem, quæ est terra filiorum Ammon, & torrens Iaboth, quousque perueniatur ad montem Hermon in latere occidentali, non videtur tangere regnum Og, & sic extenditur regnum Sehon ab oriente per latus septentrionale filiorum Ammon.

Vide autorem in suo lib. de descriptione terræ Sanctæ.

A

Termini autem occidētales aliqualiter pertinent ad Sehon, sed magis ad regem Og, qui occupabant partem meridianam, & occidentalem. De meridiana, siue australi dicitur hic: de occidentali patet, quia ipse est dominatus etiam in monte Hermon, vt patet infra, sed mons Hermon est latus occidentale terræ duorum regum Amorrhęorum, & orientale terræ nouem tribuum & dimidiæ, & est in coniunctione lateris occidentalis cum septentrionali, vel quasi. Cùm ergo illuc perueniret regnum Og, magis occupabat reliquam occidentalem frontem, quæ declinat versus meridiem, scilicet apud mare Cenereth, & Iordanem, & apud mare Sodomorum.. Ab austro autem erat maior pars terrę regis Og. Patebit autem figura diuisionis regni Sehō a regno Og, si trigonus assignatus in latere quadrati diuidatur in duos trigonos, licet inæquales, & hoc a medietate, vel quasi lateris meridiani, super quod erat Moab protrahatur linea vna ad latus occidentale, vbi coniungitur latus illud septentrionali vel quasi, & erit vnus trigonus duo trigoni. Horum trigonorum ille, cuius basis est linea, quæ erat basis ipsius magni trigoni, & erat latus orientale quadranguli, & cathecus suus est medietas lateris meridiani non peruenientis ad conum orientis est regnum Og. Alius autem partialis trigonus continet regnum Sehon; hic autem ponitur terminus australis totius istius terræ duarum tribuum & dimidiæ. Et iste assignatur tanquam limes regni Og, vbi coniungitur regno Moab: regnum etiam Sehon coniungitur regno Moabitarum, cum dicatur Numeri vigesimoprimo, quòd torrens Arnon diuidit inter Moabitas, & Amorrhęos: potissime, quia magna pars regni Sehon pertinuerit ad Moab, & bello capta fuerat Numeri vigesimoprimo capitulo, ideo necesse est coniungi in latere meridiano: quin potius in medietate eius, aut quasi qui peruenit vsque ad Orientem ad ciuitatem Aroer, & ad ciuitatem Arnon. Reliqua medietas lateris meridiani terræ Moab, quæ porrigitur ad occidentem vsque ad vada Iordanis, & mare Sodomorum, coniungitur regno Og, vt patet hic.

B

C

D

E

Ab australi parte, quæ subiacet ab Asedoth vsque Phasga. Hic ponitur quantum de latere meridiano terræ Moabitarum cōtineat regnum Og. Et dicitur quòd ab Asedoth vsque Phasga. Est enim Asedoth nomē proprium secundum quòd innuit litera nostra: in Hebræo autem potest accipi indifferenter pro communi, aut proprio: potest enim signare vicos, vel villulas, vel potest accipi ꝓ nomine alicuius vrbis, vel regionis. Melius est, quòd sit nomen proprium, quia si esset nomen commune, non posset poni tanquam terminus, quia terminus est aliquid certum, cum ponatur ad determinandum regiones: si tamen esset nomen appellatiuum non conueniret, quia appellatiua signant vniuersaliter, & signata paria sua vbique sunt, & sic non posset conuenienter dari terminus alicuius regionis. Quamquam fortè potest esse, quòd istud nomen Asedoth secundum suam originem sit appellatiuum, & tamen ponatur pro nomine proprio, sicut frequenter fit in nominibus locorum, quia aliqua nomina, quæ aliàs erant appellatiua imponuntur locis, potissimum, cum nomina propria locorum sunt cōposita. Tunc tamen illa appellatiua non manent tanquam appellatiua, sed tanquam propria, cum aliquid determinatum signent. Et sic est hic: impossibile est enim accipi Asedoth pro nomine appellatiuo, quamquam ex origine sit appellatiuum. Est autem Asedoth in latere meridiano terræ duarum tribuum, & dimidię, quod est latus septentrionale Moabitarum, & est contra orientem, vbi coniungitur regnum Sehon regno Og regis, & est locus in trigono maiori, de quo in latere meridiano protrahitur hipothemusa ad basim, scilicet ad latus occidentale. Et vt clarius dicatur, pars magis oriētalis in regno Og est Asedoth, & inde prouenit latus vsque ad Iordanem, vbi finitur regnum hoc, & est pars occidentalis, & est ista linea longitudinis ad latus meridianum, quod coniungitur terræ Moab, vocaturque trigonus minoris cathecus, & terminatur in Phasga, quæ est apud Iordanem. Est enim Phasga quidam collis altissimus in monte Abarim in transitu Nebo, vbi Moyses stetit, vt contemplaretur inde totam terrā nouem tribuū & dimidiæ, quam Deus Israelitis daturus erat. Sic patet Deuteronomij trigesimoquarto, & ibi vocatur Cacumen Phasga, quia ad maiorem altitudinem huius collis excelsi ascendit Moyses, vt videret terram, & ibi mortuus est.

Quantum de latere meridiano

terræ Moabitarū contineat regnum Og.

Quid sit Phasga.

An Phasga esset apud Iordanem, super quo obijt Moyses. Quæstio. V.

ISTA autem Phasga est apud Iordanem, quod patet, quia Israelitæ accesserunt ad vltimam mansionem deserti, quæ est Belsethim, vt patet Numeri 33. cap. antequam moreretur Moyses: ipse enim descripsit omnes, & tamen ista māsio est apud Iordanem, cum etiam numeratio populi facta a Moyse, & Eleazaro fuerit super Iordanem, vt patet Numeri vigesimosexto, ergo ibi fuit Moyses, & tamen cum esset in hac mansione, ascendit in Cacumine Phasga, & mortuus est, vt patet Deuteronom. trigesimoquarto, ergo Phasga erat apud Iordanem. Nam si Phasga distaret inde, dixisset Deus vade in Phasga, & morere ibi: tamen dixit, ascende: ac si staret Moyses ad radices Phasga, ergo erat apud Iordanem coniuncta vltimæ mansioni, quę est Belsethim. De hoc patet Deuteronomij tertio, cum dicitur: Ascende in Cacumine Phasgę, & circumfer oculos tuos &c.

Et adhuc magis exprimitur Numeri vigesimoseptimo, cum dicitur: Ascende in montē istum Abarim &c. si tamen non esset Moyses apud eum, cum ista locutus est dominus, non diceretur in montem istum, ideo necesse est poni apud Iordanem Phasga, & con-

& consequenter erit in extremitate lateris occidentalis regis Og.

Item est Phasga cõiuncta terræ Moab, immo pars ipsius est pertinens ad terram Moab, & pars ad terram regis Og, sicut cum aliquis mons diuidit duo regna, vel prouincias, cuiuslibet est aliquanta pars montis, ita de diuisione facta per flumina, sicut dicebatur supra de diuisione terræ Sehon regis, a Moabitis per torrentem Arnon medium, & quòd medietas illius pertineret ad Amorrhæum, & medietas ad Moabitas.

Et patet magis, quia cum mortuus est Moyses in Phasga sepeliuit eum Deus, & dicitur quòd sepeliuit eum in valle terræ Moab, vt patet Deuteronomij trigesimoquarto, & tamen non vocaretur vallis terræ Moab, nisi aliqua pars illius Phasga, in qua erat Moyses cum mortuus est, pertineret ad Moabitas. Et adhuc magis patet, quia cum Israelitæ circa Iordanem fuerint in duabus mansionibus, scilicet in Bethsimon, & Belsethim, dicebantur esse in campestribus terræ Moab, & postea in planioribus locis Moab, vt patet Numeri trigesimotertio capitulo, & tamen tunc erant apud montem Phasga, partim ad Moabitas, & pro maiori parte eius. Descensus autẽ illius collis versus terram regis Og pertinebat ad regnum Og, & quia dependebat a monte illo, qui erat pro maiori parte Moabitarum, dicebantur campestria, & planiora loca esse Moabitarum, vbi erant Israelitæ cum manebant apud montem Phasga, terminus meridianus, vbi coniungitur latus meridianum regni Og lateri occidentali, scilicet Iordani, vel mari Sodomorum. Est autem ista Phasga in extremitate lateris meridiani, vbi coniungitur occidentali apud Iordanem, & apud mare Sodomorum, vt patet Deuteronomij tertio, cum dicitur: Et terminos Cenereth vsque ad mare deserti, quod est salsissimum ad radices montis Phasga, ergo mare istud est coniunctum monti Phasga.

Og quare uocetur rex Basan. *Terminus Og regis Basan.* Idest ista duo loca supra dicta sunt termini regis Og ab australi plaga, scilicet vbi coniungitur latus australe orientali in Asedoth, & vbi coniungitur latus meridianum occidentali in Phasga. Vocatur Og rex Basan, non quòd nullam terram haberet præter Basan, quia habebat multas alias, vt patet hic, & Deuteronomij tertio, sed vocatur rex Basan, quia ibi erat sedes regni eius, vel quia erat terra pręcipua in regno suo, & antiquitus atque directius pertinens ad dominium eius. Sic dicitur rex Castellæ, & Legionis, quia Legiõ est vna regni metropolis. Sic etiam dicebatur de Sehon, quòd esset rex Hesebon Deuteronomij secundo, & Numeri vigesimoprimo, & trigesimosecundo, tamen præter Hesebon ipse habebat multas vrbes: metropolis tamen regni erat Hesebon.

Notandũ de Basan. Sciendum quòd Basan non est hic nomen vrbis vnius sicut Hesebon. De Hesebon patet, quòd sit vrbs, quæ olim fuerat Moabitarum Numeri vigesimoprimo cap. Basan tamen regio satis magna est, sic vocatur Deterono. 3. scilicet reliquam Galaad & omnem Basan tradidi dimidię tribui Manasse, & iterum ibidem: Cuncta Basan vocatur terra gigantum: si tamen esset vrbs non posset dici cuncta Basan, vel omnis Basan. Sic etiam patet, cum dicitur vniuersa Basan, ergo multa loca habebat.

Genus regis Og. *De reliquis Raphaim.* Hic ponitur genus regis Og, scilicet quòd erat de reliqjs Raphaim, ideſt ꝙ erat de stirpe eorum. sunt autem Raphaim gigãtes, de quorum reliquijs erat Og, quia cum ipse erat, nullus alius restabat. Sic patet Deuterono. 3. scilicet solus quippe Og restiterat de stirpe gigantum. Et non est sensus,

F quòd de gigantibus nullus superesset, quia multi eo tempore erant in Hebron, & ciuitatibus Philisthinorũ Gaza Geth, & Azoto, & in vrbe Dabir, & Anab, alijsque montanis Iudę, & Israel, vt patet præced. cap. sed de gigãtibus de stirpe Raphaim nullus restiterat, nisi Og: quo mortuo non fuit amplius quisquam de Raphaim. Et non ponit litera hebraica Enacim, idest gigãtes ibi, quod est nomen cõmune, sed Raphaim. De hoc magis declaratum est præced. c. in fine.

An Og esset vnus de Raphaim. Et quid Astaroth sit. Quæstio. VI.

G DICIT Ra. Sa. Og esse de reliquijs Raphaim, idest vnum de Raphaim, ꝯtra quos pugnauerunt. 4. reges, de quibus Gen. 14. & quòd ipse fugiens, tunc de bello iuit ad vocandũ Abraham in auxilium regum Sodomorum, & restitit vsque ad hæc tempora cæteris Raphaim bello cadentibus, quod satis absurdũ est, de quo late diximus Gen. 14. & Deuteron. 3. Sed vocatur de reliquijs, quia tempore Og nullus manserat iam de genere illo, nisi Og, & ibi finita est successio.

Qui habitauit in Astaroth. Est Astaroth vna ciuitas in regno Og regis, quæ est pręcipua, ideo habitabat in ea magis Og, quam in aliis vrbibus. Ista vrbs data est post tribui Gad, vt patet Num. 32. capitulo, & in hoc loco Astaroth habitauerunt gigantes nominati Raphaim ab initio: ibique pugnauerunt contra quatuor

H reges venientes contra Sodomam, Sic dicitur Gene. 14. quod Chodorlaomor, & reges, qui erant cum eo, percusserunt Raphaim in Astaroth Carnaim, & postea manserunt in terra hac semper Raphaim aliqui: quia non fuerunt omnes occisi a Chodorlaomor & hi tenuerunt semper regnum in terra illa vsque ad tempus, quo Israelitæ ingrediebanť in terrã Chanaan anno. 40. ab exitu de Aegypto. & tunc regnabat Og rex in Astaroth, nullusque de stirpe illa Raphaim iam supererat. Occiderunt autem Israelitæ hunc cum populo suo Numeri. 21. & Deut. 3. c.

Ex hoc quoque apparet de bellis, quæ fecerũt quatuor illi reges, de quibus Gene. 14. quod non fuerunt in terris multum distantibus, sed valde coniunctis, qa

I percusserunt ibi Raphaim in Astaroth, & Chorræos, in montibus Seir, & Amorrhæum in Asasonthamar, atq; omnem regionem Amalechitarum, postea autẽ vallem Sodomorum, sed omnes istæ terræ sunt in circuitu vallis Sodomorum, quia terra Og peruenit vsque phasga, vt patet hic, & phasga est super mare solitudinis, vel mare salsissimum, ut patet Deuteronomij tertio, istud tamen mare est in valle Sodomorũ, vt hic declaratum est. Etiam Chorrei erant in montibus Seir, quia isti prius ibi habitauerunt, quam idumæi, vt patet Gene. 36. & idumæi inde eos expulerunt atque habitauerunt in terra ipsi Deuteronomij secundo cap. sed ista terra est in Arabia, & coniũgitur lateri meridiano terrę Chanaan satis prope Sodomã,

K vt patet in libro de diuisione terrę sanctæ. Amorrhæi habitantes in Asasonthamar pertinẽt ad regnũ Sehõ regis, quod est coniunctum regno regis Og. Amalechitæ autem sunt in desertis arabicis distẽti inter Aegyptum, & iudęam, vt patet in figura, quam descripsimus Numeri 14. & isti tangunt terram Chanaan in latere meridiano Numeri. 13. cum dicatur, Amalechites, & Chananæus habitant in meridie, idest in meridie terræ Chanaan, non intra ipsam terram Chananæorum, & vna extremitas regni Amalech coniũgitur terræ iudæ apud Sodomam, quod patet, quia quando Israelitæ erant in deserto in Cadesbarne, vbi murmurauit populus, de quo Numeri. 13. & 14. erãt apud

apud Amalechitas, ut patet Numeri 14. scilicet Amalechites,& Chananęus ante uos sunt,quorum gladio corruetis. Et sequitur ibidem, quod Amalechitæ, & Chananęi descendentes de montibus occiderunt multos de Iudeis. eo.c.& Deuter.1. Est tamen Cadesbarne, in qua tunc erant Iudęi in deserto Sin, vt patet Nume. 13. et 20. Desertum autem Sin est coniunctũ valli Sodomorum, quod patet Nume.34. cũ dicitur, ꝙ pars meridiana a solitudine Sin incipiet, & habebit terminos ab oriente mare salsissimum. Et istud est mare Sodomorum. Ergo Cadesbarne est apud mare Sodomorum,& consequenter terra Amalech est circa terrã Sodomorum,& ei est coniuncta terra Edom, siue Seir. Nam Nume.34. ponũtur ista tria coniuncta. s. principium solitudinis Sin, & terra Edom, & mare solitudinis, vel salsissimum. s. mare Sodomorum, & sic omnes gentes,contra quas pugnauerunt reges illi. 4. de quibus Gene.14. erãt coniunctę,& erant omnes prope vallem Sodomorum, & ob hoc vltimo introierunt reges illi in vallem Sodomę, & pugnauerunt cõtra quinque reges Sodomorum. De quibus Gene. 19.& non multum a terra illa Sodomorum est Astaroth ciuitas, in qua morabatur rex Og, & pugnatum est cõtra Raphaim. *Et in Hedrai.* Ista est vna è ciuitatibus regni Og, & ad hanc exiuit pugnaturus contra Israelitas, vt patet Nume. 21. & Deutero.3. & ob hoc colligitur, ꝙ erat Hedrai ciuitas circa extremitatem regni Og. Nam morabatur Og in Astaroth, vt patet hic,& Deutero.3.cum verò audiuisset,ꝙ Israelitę vellent introire per regnum suum,& venissent ad explorandum Iazer, quę est ciuitas eius,vt patet Nume.21. non expectauit eos intra regnum suum,sed exiuit pugnaturus in Hedrai, vt patet pręallegatis c. Nominatur autem Hedrai hic specialiter, vel,quia erat vna de principalibus vrbibus terrę Og, vel, quia in eo occisus fuerat ab Israel rex Og cum populo suo:Deutero. 21. et Deutero. 3.c. *Et dominatus est in monte Hermon.* Idest regnum Og extendebatur vsque ad montem Hermon,& ibi habebat partem quandam.Sciendum autem montem Hermon esse in terra nouem tribuũ, & dimidię, & extendi a parte occidentali terrę illius vsque ad orientalem vbi coniungitur terrę duarum tribuum, & dimidię,vbi erant duo reges Amorrhęi. Est etiam Hermon in latere septẽtrionali terrę illius. tangit autem terram duorum regum Amorrheorũ in occidentali parte, vbi coniungitur latus occidẽtale septentrionali, vel quasi,vt patet ex supra positis. Regnum autem Sehon regis cum protendatur ab oriẽte ab Aroer, quę est in extremitate oriẽtis horum regnorum, non peruenit vsque ad montem Hermon: sed regnum Og regis, quod extenditur a latere meridiano trigoni supra assignati occupat medietatem lateris meridiani, & totum latus occidentale, ideo peruenit Hermon, qui est in parte occidẽtali vbi ipsa cõiungitur lateri septentrionali. Et, quamquam mons Hermon fere totus sit in terra nouem tribuum,& dimidię: tamen aliquid de illo est in terra regis Og, & illud modicum est ita,vt quasi pro nullo computetur: sed dicitur,ꝙ peruenit regnum istorum regum vsque ad montem Hermon. Nam Israelitę ceperunt totam terram horum duorum regum viuente Moyse,vt patet Deutero.3. tamen nõ dicuntur accepisse quicquã de monte Hermon, sed vsque ad montem Hermon, vt patet eodem c.cum dicatur, ꝙ ceperunt terram de manibus duorum regum Amorrhęorum, qui erant trans Iordanem a torrente Arnon vsque ad montem Hermon, quasi nihil de ipso Hermõ ceperint:aliquid tamen ceperunt, quod pertinebat ad regem Og, sed parum erat:reges autem,qui morabantur in terra nouem tribuum, & dimidię, dicebantur magis habitare

A ad radices montis Hermon, de quo pręcedenti c. pro illo tamen modico, quod habebat in monte Hermõ, dicebatur dominari in monte Hermon. Sed contra, quia sequenti c. dicitur omnem montem Hermon cum ponuntur loca regum istorum. Responderi potest,ꝙ vna pars montis Hermõ per se separata distincta ab alijs potest vocari totus Hermon. Et cum dicatur hic,ꝙ dominatus est in Hermon,dici potest,ꝙ dominatus fuit in toto Hermon: non tamen possidebat totum. De hoc magis dicetur sequen. c. *Et in Sathata.* Nomẽ est alicuius vrbis magnę in terra Sehon regis, & nominatur, sicut fuit nominata Astaroth, & Hedrai. *Atque in vniuersa Basan.* Si autem esset vnus locus non diceretur conuenienter in vniuersa: sicut patet

Sathata qd sit.

B Deutero.3. vbi dicitur cuncta Basan terra gigantum vocatur. Et ponitur ista regio, quia est principalis in toto regno suo. Nam ab hac Og nomen sumit, cum dicatur Og rex Basan. Etiam forte ratio est, quia Og est de gigantibus, qui dicuntur Raphaim: cũ dicatur supra in litera, ꝙ erat de reliquis Raphaim,& Deutero.3. dicatur,ꝙ ipse solus restiterat de stirpe gigantum, qui vocãtur Raphaim. Et isti gigantes dominati sunt semper in terra illa: terra tamen gigantum erat in Basan, vt patet Deutero.3. c. cuncta Basan terra gigantũ vocatur: ergo conueniens fuit regem Og, & cęteros reges de Raphaim,qui pręcesserunt eum,nominatos fuisse reges Basan. *Vsque ad terminos Gessuri, & Machati.* Terra Basan, quę est vna regio specialis in regno regis Og terminatur ad Gessuri, & Machati,& hoc ex parte

Gessuri ac Machati quid sit.

C te septẽtrionali:sunt enim loca ista apud terrã Ammonitarum,& pertinent ad alia regna. Non.n.potest dici,ꝙ ista sint ex latere australi, quia ex hac parte coniuncta est tota terra regis Og terræ Moabitarum: potissimum, q̃a termini terræ huius ex parte australi positi sunt duo. s. Asedoth, & Phasga, vt patet supra. Non potest ergo esse hoc,nisi ex parte septentrionali. Nam ab Oriẽte tota terra regis Og habet terram regis Sehon pro termino: ab occidente autem habet Iordanem, & mare Ceneroth totamq; frontem orientalẽ terræ nouem tribuum,& dimidiæ: & latior est frons terræ nouem tribuum, quam frons occidẽtalis regni regis Og, vt supra declaratum est. Solũ ergo possunt esse Gessuri, & Machati in termino lateris septẽtrionalis regni Og, & ad istos terminatur regio Basan,&

D terra Argob, quæ est etiam quędam pars regni Og. De quo Deu.3. dicitur: Iair filius Manasse possedit omnem regionem Argob, vsq; ad terminos Gessuri, & Machati, vocauitque nomine suo Basan Auothiair, idest villas Iair.

An Gessuri,& Gessur sint idem. Quæst. VII.

Dicunt aliqui Gessuri esse idem quod Gessur:est autem Gessur regnum quoddã denominatum a ciuitate nomine Gessur, & filiam regis illius accepit Dauid in vxorem,

E ex qua genuit filiũ tertiũ. s. Absalonẽ, vt patet 2. Re.3. & ob hoc cum Absalon fugit exul a facie regis recessit in Gessur. 2. Re.14.c. s. ad auum suum maternum. Et hoc conueniens est, quia iste rex erat apud terram Israel: Machati etiam nomen vrbis est apud Gessurã, forte de eodẽ regno,vel extraneo non patet,nec multum refert. *Et dimidiæ partis Galaad.* Hic ponitur terminus orientalis Og regis. s. medietas Galaad, scilicet regnum Sehon regis:totum.n.regnum Og ab oriẽte circundatur a regno Sehon,& contingunt se in mõte Galaad,qui in duas partes diuiditur: medietas.n.eius orientalis pertinet ad regnum Og,& sic patet, quia. s. dixerat,ꝙ Sehõ dominatus est dimidii Galaad, de Og autem dr̃ hic,ꝙ dominatus est alterius medietatis.

Ad terminum Sehon regis Hesebon. Hic est exponens, & expositum: nam Galaad est terminus Sehon regis, & est sensus, ꝙ Og rex dominatus est dimidię partis Galaad, & hic est terminus Sehon regis. Hoc verũ est ex parte occidentali regni Sehon regis, & vocatur rex Hesebõ, quia erat ista ciuitas ꝓcipua in regno suo, q̃ acceperat de regno Moab, vt patet Num. 21. c. & sic ponuntur hic oẽs termini omnino regnorũ istorum duorum regum. Nam regnum Sehon ab oriente hẽt Arnon, vel Aroer, ab occidente habet terrã regis Og, ab austro habet terram Moabitarum, a septentrione habet terram Ammonitarum, & torrentẽ Iaboth: terra regis Og habet ab austro terrã Moabitarũ in duobus locis, s. in Asedoth & Phasga: ab occidente habet mare solitudinis salsissimũ, & mare Cenereth, & mõtem Hermon: a latere orientali habet terrã regis Sehon in monte Galaad, a septẽtrione habet aliquid de terra Ammonitarum. *Moyses famulus domini.* Posuit terram captam per mortem duorum regũ Amorrhęorum, hic declarat quis illos occiderit, & dicit ꝙ Moyses famulus dñi, quia q̃n pugnatum est ꝯ reges hos, viuebat Moyses, & ipse pugnauit ꝯ eos, vt patet Nu. 21. & Deute. 2. & 3. c. Vocatur Moyses famulus dñi, quia specialiter ei adhęsit, & nemo erat in toto populo, ita familiaris Deo nec fidelis ei: ideo vocauit eum Deus fidelissimum in tota domo sua: Nu. 12. & sacra Scriptura vocat eum, vt communiter famulum dñi, sicut patet. s. 1. Nam ibi etiam Deus vocauit eum famulũ suum, & sic nominatur Malac. 4. c. *Et filij Israel percusserunt eos.* i. Moyses tanquam dux, & Israelitę, tanquam subditi ei pugnauerunt ꝯ reges istos. & occiderũt eos. De morte Og multa mendacia fabulantur. de quibꝰ declarabitur Nu. 21. c. *Tradiditque terram eorum Moyses.* Idest diuisit eam, quia ipse erat tunc viuens, & poterat facere hęc. De modo diuisionis factę duabus his tribubus, & dimidię, patet sequenti cap. ipse quoq; diuisisset reliquam terram nouem tribuum, & dimidię si superuixisset, tamen mortuus est, & ob hoc ipso viuente dati sunt a domino diuisores 12. terrę illius, de quibus Num. 34. c. *In possessionem Rubenitis, & Gaditis, atque dimidiæ tribui Manasse.* Tunc acceperunt istę tribus sortem suam trans Iordanem. Causa huius fuit, quia habebãt pecora multa, & terram illam viderunt esse nimis pascualem: ideo petierunt eam a Moyse, vt patet Num. 32. c. & tñ quamquam acceperunt in possessionem terram illam, non erat fixa possessio, quousque impleretur conditio. Nã promiserant transire Iordanem cuncti viri bellatores de his duabus tribubus, & dimidia cum reliquo Israel ad pugnandum ꝯ hostes illorum, & ꝙ non redirent, quousque pacifice possiderent terram illã: q̃ promissionem recepit Moyses adiũgens, ꝙ si hoc recusarent subire, auferretur eis terra, quam possidebãt, vt patet Nume. 32. Hic solum dicitur, ꝙ data fuerit terra ista Rubenitis, Gaditis, & dimidię tribui Manasse. De modo autem diuisionis eius seq. cap. explanatur.

Moyses quare vocetur dñi famulus.

Hi sunt reges terræ, quos percussit Iosue, & filii Israel trans Iordanem ad occidentalẽ plagam, a Balgaad in campo libani, vsque ad montem, cuius pars ascendit in Seir: tradiditq; eam Iosue in possessionem tribubus Israel, singulis partes suas, tam in montanis, quàm in planis, atque campestribus. In Aseroth, & in solitudine, ac in meridie Hetheus fuit, & Amorrhæus, Chananæus, & Pherezæus, Heuęus, & Iebusęus. Rex Iericho vnus,

F rex Hay, quę est ex latere Bethel vnus, rex Ierusalem vnus, rex Hebrõ vnus, rex Ierimoth vnus, rex Lachis vnus, rex Eglon vnus, rex Gazer vnus, rex Dabir vnus, rex Gader vnus, rex Herma vnus, rex Hered vnus, rex Lebna vnus, rex Odullam vnus, rex Maceda vnus, rex Bethel vnus, rex Taphua vnus, rex Opher vnus, rex Aphec vnus, rex Saron vnus, rex Madon vnus, rex Asor vnus, rex Semeron vnus, rex Achsaph vnus, rex Thenach vnus,

G rex Mageddo vnus, rex Cades vnus, rex Iachanan Carmeli vnus, rex Dor, & Prouinciæ Dor vnus, rex gentiũ Galgal vnus, rex Thersa vnus: Omnes reges trigintaunus.

Hi sunt reges. Hic ponitur secundum huius c. s. de regibus quos occidit Iosue in ducatu suo, & sunt isti trigintaunus, vt ĩ. patet in litera. Plures quoque manserunt, quos non tradidit dominus in manus Israel, vt patet seq. c. Iudic. 3. Causa autem pręced. c. aliqualiter expressa est, & magis declaratur Iud. 2. & 3. tam in litera, quàm in commento.

Descriptio regum percussorum a Iosue.

H *Hi sunt reges.* Qui infra exprimuntur declaratis nominibus regnorum, & non regum: nam de nominibꝰ regum nihil refert: cum non cognoscantur reges per seipsos, sed per regna sua, & regnum est aliquid pmanens, rex autem nequaquam, cognitio autem fit solidior per id, quod est permanẽs, quam per id, quod est transiens, quia omne mobile secundum naturam reducitur ad immobile.

Quos percussit Iosue. Non est sensus, ꝙ ipse Iosue occiderit eos per se, sed exercitus suus, quia i n̄ oĩa hęc in ducatu suo facta sunt, dicitur fecisse ipse, quia mandato eius omnia fiebant, & in naturalibus semper actus denominatꝰ a causa sua, a qua primo est motus, & non a secundariis, vel instrumentalibus. quidam tñ horum

I regum erant, qui non occidebantur a Iosue, nec ab aliquo de exercitu Israel, sed suspendebantur, sicut fuit de rege Hay. s. 8. & de regibus quinque pugnantibus contra Gabaon die, qua stetit Sol supra 10. hos tamen Iosue suspendi iussit, ideo ipse occidisse dicitur.

Et filij Israel. Quia Iosue erat dux belli, & filii Israel erant milites sui, sicut supra dixerat de Moyse, ꝙ Moyses, & filii Israel occiderunt duos reges Amorrheos Sehon, & Og. *Trans Iordanem ad occidentalem plagam.* Reges duo Amorrhei, Og, & Sehon dicebantur habitare trans Iordanem, vt patet Deut. 3. & s. 2. c. & isti reges, qui erant in terra nouem tribuum, & dimidię, dicebantur esse trans Iordanem, vt patet hic, & Numer. 32. nam ista dictio, trans, indifferenter se habet ad significandum eos, qui sunt ex vna parte rei, vel ex altera,

K quando res non habet determinatas positiones, vt supra declaratum est, & sic est de istis dictionibus citra, & vltra. Ad distinguendum autem, quando accipitur pro his, qui ex vna parte, & quando pro his, qui ex altera, ponuntur istę dñię ad orientalẽ plagam, & ad occidentalem plagam, duo reges Amorrhęi dicebantur morari trans Iordanẽ ad orientalẽ plagã eius, sicut patet. s. in litera, & terra duarũ tribuum, & dimidię dicit esse trans Iordanem ad orientalẽ plagam. Nu. 32. terra aũt nouem tribuum, & dimidię dr̃ trans Iordanem ad orientalem plagam, & reges, qui in ea habitabant identidem. Sic patet hic, sic quoque dr̃. s. 5. quòd quidam reges Amorrhęi habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam.

A Baal-

Baalgad quid sit, & eius situs. *A Baalgad in campo libani.* Baalgad est regio quædā in terra nouem tribuum & dimidiæ, vel est locus secū dum quosdam, & est in campo libani.i.in planitie mō tis libani, sicut dicitur præcedenti c. planitiem libani subter montem Hermon, est namque mons libanus magnus in quibusdam partibus altissimus, in aliis vero planus, vt præcedenti c. declaratum est ad radices montis Hermon, vt patet eod.c.

Situs Baalgad, & libani. *Vsque ad montem cuius pars ascendit in Seir.* Hic notatur latus septentrionale terrę Chanaan nouem tribuum, & dimidiæ, in quo est Baalgad, & libanus, vt patet pręcedenti cap. & ista sunt circa finem lateris septentrionalis, vbi coniungitur lateri occidentali circa mare magnum, quod vocatur mare Palestinorum. Mons autē iste est in latere isto septentrionali versus orientem, & dicitur ꝙ pars montis huius ascendit in Seir, qa iste est quidam mons magnus extentus, vsque ad terram Seir, & dicitur ascendere in Seir, quia terra Seir est altior, quam terra Chanaan meridiana, & mons iste cū veniat a terra Chanaan in terra Seir dicitur ascendere in eam.

An terra Seir sit ad partem septentrionalem terræ Chanaan. Quæst. VIII.

Aliqvis dicet ex hoc, ꝙ terra Seir est ad partem septentrionalem terrę Chanaan. Sed falsum est, quia Numer. 34. dicitur, ꝙ pars meridiana terræ Chanaan incipit in deserto Sin iuxta Edom, & terminus eius ab oriēte est mare salsissimum. Ex quo patet, ꝙ terra Edom est in latere meridiano terræ Chanaan, vbi cōiungitur latus meridianum lateri orientali. Etiam quia in libro de Descriptione terræ Sanctæ dicitur ꝙ Idumęa sit ex latere meridiano Iudęę, sed dicitur ꝙ mons iste ascendit in Seir, quia mons iste est magnus, & transuersaliter situs.s.a septētrione in meridiem, & cum incipiat apud montem Hermon tendit vsque ad latus meridianum terræ Chanaan, & ibi transit ascendens in terrā Seir. Ex hoc tamen non signatur, quòd fuerint occisi omnes reges a Baalgad, vsque ad terram Seir, quia hoc esset mensurare velut per diametrum quadrati, quod patet ex assignato supra quadrato: nam Idumæa est in contactu lateri meridiani, & orientalis in angulo. Baalgad est circa contactum lateris sēptētrionalis, & meridiani, sed signatur hic terra, quę est in latere septentrionali terrę Chanaan ad radices montis Hermō in planitie libani, & in hac est extremitas vna mōtis illius, reliquum autem protenditur a septentrionali parte versus meridiem, & tunc ascendit in montē vel terram Seir. Et dicitur de hac terra, quia erant hic plurimi reges, quos occidit Iosue. Nam vt patet præcedenti cap. reges isti, qui conuenerunt contra eum ad aquas Meron, habitabant pro maiori parte versus septentrionem apud radices Hermon, quamquam ēt alii ponantur, vt patet præcedenti cap. Reliquam terram non enarrat litera, quia cum sępe idem enumerādum est etiam si non describatur semper sufficienter sufficit, si semel complete descriptum fuerit.

Tradiditque eam in possessionem Iosue tribubus Israel. Ista traditio fuit post bella multorum temporum, cū incepit sorte diuidere terram inter tribus Israel. Nam multo tempore pugnauit contra reges, qui eum infestauerant ad aquas Meron, vt patet præcedenti cap. & dicitur tribubus Israel, non ꝙ omnibus tribubus data fuerit, quia solum data fuit nouem tribubus, & dimidiæ: reliquæ enim duæ susceperant sortes suas ad oriētalem plagam Iordanis Deuteronom.3. & sequenti c. & nihil debebatur eis de terra trans Iordanem ad occidentalem plagam. Sic ipsæ duæ tribus, & dimidia

A confessæ sunt. Nume.32.c.s.nec quidquam quærimus trans Iordanem habentes possessionem nostrā in oriētali eius parte, sed dicitur hic tribubus generaliter, quia manifestum erat pro quibus diceretur.

Singulis partes suas. Idest singulis partes, quæ eis prouenerunt sorte. nam diuisa est terra, & datę sunt sortes, & postea prouenit cuilibet tribui vna pars terrę, sicut eis sors tribuerat, & istę sortes nō solum datę sunt a Iosue, sed etiam simul ab Eleazaro sacerdote, & ab aliis duodecim viris singularum tribuum, qui a Deo dati sunt ad hanc diuisionem faciendam, vt patet infra 14. scilicet, hęc est terra, quam possederunt filii Israel in terra Chanaan, quam dederat eis Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & principes familiarum per
B tribus Israel omnia sorte diuidentes. De duodecim viris diuisoribus a Deo datis habetur Num.34.c.

Tam in montanis, quàm in planis atque campestribus. Idest diuisio ista facta est in tota terra Chanaan, tam in partibus montanis, quam planis, quam campestribus. Diuidit scriptura omnem terram in has tres diuisiones, vel dispositiones. Quia omnis terra, aut est excelsa habens magnos colles, & ista vocatur terra montana, vel montuosa, siue saltus. & multa huiusmodi erat in terra Chanaan, potissimū in latere septentrionali, in meridiano quoque in extremitatibus suis erant montuosæ terrę. Terra mōtuosa.

Alia est terra totaliter plana, & ista vocatꝛ planities, sicut dicitur pręcedenti cap. de planitie libani ad radices Hermon, & de planitie apud mare Ceneret h.

C Alia est terra, quę non habet magnos colles, & tamen non est totaliter plana, sed interdum habet planitiem, & interdū tumores, & ista vocatur terra campestris.

Quamquam aliqui vocant terram campestrem eā, quæ totaliter plana est, sicut quędā regio in Hispania apud vrbem Legionem est, quæ vocatur campus Gothorum, quia tota terra illa plana est excellenter super omnes alias prouincias Hispanorum, scriptura tamē hunc modum loquendi seruat. Sic patet Nu.33.c. vbi dicitur, ꝙ Israelitæ castrametati sunt in campestribus Moab super Iordanem venientes de montibus Abarim, & postea de Bethsimon in Belsethim castrametati sunt in planioribus locis Moabitarum, & sic ponit Quæ terra capestris.
D ordinem. Nam primo posuit montuosam terram.s. montes Abarim, & deinde venerunt per campestria Moab.s. per aliquam terram, quæ nō erat bene plana, sed erat quasi descensus mōtis. vltimo venerūt ad loca planiora Moabitarū, & hoc erat cū nihil habebant, quo descenderent. per istas tres dispositiones signatꝛ tota terra Chanaā, quia nihil in ea reperiri poterat, qđ non esset montuosum, campestre, aut planum, & est sensus, ꝙ tota terra diuisa fuerit. Nam licet non acceperit Iosue totam terram de manu Chananæorum, tamen totam diuisit. a principio.n. Israelitæ cessantes a bellis diuidebant inter se terram, q̄ capta erat, & nolebat Iosue plus diuidere, quia videbatur frustra diui-
E dere, quod non habebant: Deus autem iussit, vt diuideret eam cum illa, quam iam acquisierat, quia certissimè etiam illa acquirēda erat seq. c. vnde a principio dixit, ꝙ multa terra restabat, quæ nondum sorte diuisa erat, quæ enumeratur ibi, & postea sequitur. veniat ergo in partem hæreditatis Israel, sicut pręcepi tibi.i. quamquam non sit capta diuidatur tamē sorte, & patet de sorte Iudę, infra 15. c. quia ibi ponuntur ciuitates Philisthinorum Gaza, Geth, & Azotum: tamē istę nondum captę erant, vt patet seq.c.s. ꝙ tota terra Philisthijm, q̄ diuiditur in 5. regulos nondum capta erat. Etiam tpe regum non erat capta. Nam oībus diebus Saul fuit bellū Israelitarū ꝯ Philisthijm. 1. Re. 14. & ad hoc distinxerunt viri quidam de Iudæis per omnem

terram hostilem missi ad describendum eam, & descriptionem attulerunt ad Iosue, vt patet j.18. & tunc datę sunt sortes. Hoc autem quod hic dicitur de distributione terrę montanę, campestris, atque planę intelligitur quantum ad secūdam diuisionem terrę factā: bis.n. fuit facta diuisio terrę Chanaan. Primo.n. diuiserunt Israelitę cessantibus bellis totam terram, quā acquisiuerant non curantes de ea, quę erat in manu hostium, nesciētes an eam habituri essent, & ista diuisio pręsupponitur seq.c. in princip.s. Iosue senex erat prouectęque ętatis, & dixit dominus ad eum, senuisti, & longęuus es: terraque latissima derelicta est, quę necdum sorte diuisa est. Et nominat ibi eā, quę non erat diuisa: necesse est igitur, vt reliqua intelligatur esse diuisa. Secunda diuisio fuit, qñ tota terra, tam acquisita, quàm non acquisita diuisa est iubente domino, cum subditur ibidē: Ego sum, qui delebo eos a facie filiorum Israel, veniat ergo in partem hęreditatis Israel, sicut pręcepi tibi.i. diuide eam, & da cuilibet tribui partem illius, sicut dedisti de terra, quę iam est acquisita. Hoc autem quod dicitur hic de diuisione facta intelligitur de secunda, quę fuit vniuersalis. Et patet, quia hic ponitur oīs terra, cum dicatur montana, cāpestris, & plana. *In Aseroth.* Hic ponuntur aliquę regiones, in quibus erant populi isti, quorum terra diuisa est Israelitis. Et ponitur prima regio Aseroth, in quo sciendum, ꝙ nō ponuntur hic omnia loca, vel regiones terrę Chanaan, sed quędam regiones. Nam si deberent oēs nominari, siue sub noībus specialibus, siue generalibus, oportebat dari noīa, quę plura signarent. Causa autem quare non ponuntur oēs regiones expresse, est, quia cum aliquid multoties dicendum est, sufficit semel illud complete enunciare, alias autem sufficiēs est, & conuenientius tangi quomodocunque: esset.n. inutilis repetitio si id, quod decies repetēdum necessitas exigit semper plenè omnia reiterentur, sed saltē aliquo expresso alia intelligentur, & hunc modū scriptura obseruat. Vñ si aliquid bis debuerit narrare, non enumerabit semper illud cōplete, sed altera narrationum erit truncata. Velut communiter scriptura ponit si aliquid bis scribendum est, non ponitur aliqua vice complete, sed in vna exprimitr̄ aliquid, qđ in altera subticet, & in alia è ꝯrio, ita vt duę narrationes vnā completam efficiant, cuius exemplum hr̄ Exo.12. vbi agitur de cęremoniis agni paschalis, & ponit̄ vna narratio Dei ad Moysen, & Aaron, alia autem Moysi ad plebem, & in prima exprimitur aliquid, quod non in secunda, & in secunda aliquid, quod non in prima, & ita in multis aliis locis.

Bis facta est diuisio terræ Chanaan.

An Aseroth sit locus in solitudine. Quæst. IX.

De Aseroth non patet quis locus, vel regio sit. Et dicet aliquis, ꝙ est locus in solitudine, vbi fecerunt mansionem Israelitę post sepulchra cōcupiscentię immediate, vt patet Num.11. in fi. & ibi murmurantibus Maria, & Aaron ꝯ Moysen, operta est lepra Maria. Nu.12. Et forte hoc comprobatur, quia dr̄ immediate, & in solitudine, Aseroth autem in solitudine est, ideo satis conuenit vnum dici post alterum. Sed non stat propter duo, primo, quia in Aseroth non habitauerunt aliqui de Amorrhęis, Hethęis, Pherezęis, de quibus hic dicitur, ꝙ habitauerunt in Aseroth. Nam Iudęi cum steterūt in Aseroth nondum accesserant ad terram Chanaan, tamen terra vbi habitabant Pherezęi, Amorrhęi, Heuęi, &c. est terra Chanaan, & nulla pręter hanc est terra Chanaan: ergo Aseroth, quę est mansio Israelitarū apud sepulchra concupiscentię non est locus, de quo hic dicitur. Etiam, quia cum Iudęi ibi steterunt nullos

F habebant hostes, si tamen ibi habitassent Hethęi, Iebusęi, Pherezęi, &c. habuissent hostes.

Secundum est, quia dicitur hic, & in solitudine, si tamen acciperetur Aseroth pro loco illo castrametationis, non diceretur, & in solitudine, qa nō distinguitur pars contra suum totum, ita vt ponat in numerū, cum nullum esse pars habeat, quod nō includatur in toto: solitudo autem est totum, & Aseroth est pars, quia est locus quidam in solitudine venientibus de monte Sinai in Cadesbarne, & est Aseroth in deserto Pharan, & est secunda mansio Israelitarum in deserto Pharan, vt colligitur ex declaratis. Num.10. & 13. in principio. Sed distinguitur hic Aseroth contra solitudinem, ergo non accipitur pro mansione illa, quæ

G vocatur Aseroth.

Confirmatio autem non tenet, sed magis est ex opposito: cum dicitur, ꝙ Aseroth, & solitudo nominantur, & vnum est apud alterum, ideo verisimile est Aseroth accipi pro mansione illa. Dicendum ex hoc met argui oppositum: nam si acciperetur Aseroth ꝓ mansione illa, non nominaretur hic solitudo, cū pars non ponat in numerum contra totum.

Sed dicendum, ꝙ Aseroth est aliqua prouincia in terra Chanaan trans Iordanem ad plagam occidentalem, in qua habitabant aliquę partes horum populorum, vel aliquis de eis. Quod autem vocet Aseroth sicut mansio illa, de qua Nu.11. & 12. atque 33. nihil

Docti. de ter.

H differt: nam multoties ęquiuocatur a casu idē nomen multis rebus, tam in propriis, quàm in appellatiuis, & adhuc magis necesse est fieri in propriis, quoniam nomina appellatiua sunt specierum, quę paucę sunt, nomina autem propria sunt indiuiduorum, quę sunt valde multa, & quia voces non reperiuntur multę, equiuocatur eadem res multis: sic est ratio Arist. in primo Elenchorum, ꝙ ęquiuocatio sit locus publicissimus, idest communior inter omnes fallacias, quia sunt res multę, nomina vero pauca. Ita patet in hoc nomine Gessen, nam in Aegypto est quędam terra, quę vocatur Gessen, in qua manserunt Israelitæ descendentes in Aegyptum. Gen.7. in terra tamen Chanaan erat alia prouincia, quę vocabatur Gessen, vt patet supra 10. cum dicitur. In Cadesbarne, vsque Gazam omnē ter-

I ram Gessen. constat tamen, ꝙ non accipitur ibi pro Gessen, de qua Gen.47. cap.

Et solitudine. Non accipitur hic pro solitudine, quæ est desertum Sin, quod est in latere meridiano terræ Chanaan, vt patet Nume.34. nam in ipso non habitauerunt Israelitæ, quia desertum Sin, siue desertū Pharan idem est, vt declaratum est Num.13. est latus terrę Chanaan, est tamen de terra Arabię, & nō est in eo aliquid de terra Chanaan, sed accipitur hic solitudo pro aliqua regione in terra Chanaan, quę nō esset bene populata, & quantum ad hoc habet similitudinem cum deserto, sicut accidit in terris nimis montuosis, nisi forte situs inconuenientiam fertilitas, aeris salubritas recompenset.

Solitudo quo hic accipiatur.

K Vel accipitur solitudo pro terra, quę est coniuncta solitudini, sicut est illa, quæ adiacet meridiano lateri, quod terminatur a solitudine Sin, vt patet Numer.34. forte autem conuenienter dicetur vocari hic solitudinem terram montuosam, quæ non est multum habitata. & tunc cōuenienter dicitur, quia quatuor populi istorum habitabant in solitudine, idest in montanis, scilicet Hethęi, Amorrhęi, Pherezęi, Iebusęi, vt patet præcedenti cap. cum dicitur: Chananęum quoque ab oriente, & occidente Amorrhęum, atque Hethęum, & Pherezęum, & Iebusæum in montanis.

Si aūt diceretur solitudo pro terra, quę est apud solitudinem, non staret tam cōuenienter propter duo.

Primo,

Primo, quia coinciderēt ista duo scilicet meridies, & solitudo: nam solitudo, circa quam stat terra Chanaan est desertum Sin ex latere meridiano, ex aliis autem lateribus non habet solitudinem: nam ab occidēte non est solitudo aliqua, sed mare magnū, quod est mare Philisthinorum, & ipsum tenet totum latus occidentale, vt patet Numer. 34. cum dicitur: Plagę autem occidentalis a mari magno termini incipient, & in ipso fine claudentur. Non habet etiam a parte oriētali solitudinem aliquā, quia accipitur hic terra Chanaan pro terra nouem tribuum, & dimidię, & ista habet pro fronte orientali frontem occidentalem duarum tribuum, & dimidię, nulla enim solitudo intercidit, sed Iordanis, vt patet Numer. 34. A latere quoq; septentrionali non est aliqua solitudo, sed alii termini de quibus pręallegato capit. in solo autem latere meridiano ponitur solitudo, & ista est solitudo Sin. Hoc dato si accipiatur solitudo pro terra, quę est apud solitudinem coincident, quia idem erit meridies, idest terra meridiana, & terra apud solitudinem, cum nulla ibi sit, nisi meridiana.

Secundo non conuenit, quia isti populi omnes, qui hic dicuntur non habitauerunt versus partem illam meridiei, sed magis quatuor istorū habitauerunt versus aquilonarem partem in montanis, vt patet in præcedenti c. magis ergo conuenit expositio pręcedens.

Et Meridie. Idest in terra meridiana. s. quę inclinatur versus latus meridianum terrę Chanaan.

Aliquis dicet, ꝙ scriptura posuit loca ista solum ad distinguendum gentes captas a nō captis, quia dictura erat de regibus, qui occisi sunt, & quia non pertinebant isti ad totam terram Chanaan, non fuit tota expressa, sed sola loca, in quibus commorabantur isti.

Sed non stat, quia istę gentes, quæ ponuntur hic habitasse in Aseroth, & solitudine, atque Meridie, nō solum erant illę quarum loca iam capta erant, sed etiā alię, quę manebant: nam etiam Philisthini de Chananęis erant, & de aliis gētibus etiam multi relicti sunt, sicut patet Iudicum 3. cap. vbi dicitur, ꝙ reliquit dn̄s quinque satrapas Philisthinorum: omnē Chananęū, atque Sidonium, & Heuęum, qui habitabant in monte libano, & tamen omnes istę gentes dicuntur habitasse in his tribus locis, ergo non potest accipi, ꝙ ponantur solum ista tria loca, vt intelligatur de gētibus, quæ ab Israelitis deuictę fuerant.

Sed dicendum est, vt supra. s. ꝙ ponuntur ista loca, & intelligūtur omnia alia, ne semper cogatur scriptura idem repetere. *Hethæus fuit, Amorrhæus, Chananæus, & Pherezæus, Heuæus, & Iebusæus*. Hic ponuntur omnes populi terrę Chanaan: nam solum erant septem, quos promiserat Deus Israelitis. Et si arguatur, quia Gene. 15. ponuntur gentes 10. & ibi est promissio facta, in qua exprimuntur gentes, quarum terra danda erat.

Respondendum est, ꝙ illę gentes, quamquam pluribus nominibus nuncupentur: eędem sunt his septē gentibus, quę nominantur communiter.

Aliter respondebitur, ꝙ septem illarum gentium fuerunt datę Israelitis, tres autem reliquę datę sunt Ammonitis, Moabitis, & Idumęis, nā de qualibet istarum gentium dicitur Deuterono. 2. ꝙ Deus dedit eis possessionem, sicut dedit filiis Israel, & fuit hoc ꝓpter Abraham, nam Idumęi descenderunt de Abraham ꝑ lineam rectam Isaac, cum descēdant ab Esau, & Esau est filius Isaac. Moabitis autē, & Ammonitis datę sunt singulę gentes, quia licet non descendant de semine Abraham, tamen quia erat Loth pater eorum, & ille erat consobrinus Abrahę filius fratris sui Nachor, & frater vxoris eius Sarę, benefecit Deus filiis Loth ꝓpter Abraham. & hoc signatur aliqualiter, qa Abrahę reperiuntur decem gentes promissę, aliis autem posterioribus factę sunt promissiones, sed nunquam reperiuntur, nisi septem gentes: de his magis dictū est Deuteronom. 7. in princip. satis tamen verisimile est, quòd illę decem gentes promissę Abraham sint septē gentes promissę postea omnibus de semine eius, tamen aliqua de his gentibus diuidebatur, & habebat multa nomina sicut Raphaim, & Amorrhęi. Nā Raphaim dicuntur esse gigantes magnę giganteę staturę, de quibus descendebat rex Og. sic dicitur Deuter. 3. solus quippe Og restiterat de stirpe gigantum, & in hebręo dicitur de stirpe Raphaim, & sic dicitur supra in litera, & sequenti cap. quia ipse erat de reliquiis Raphaim. Nec solum ipse erat de Raphaim, sed etiam in terra sua olim multi fuerant gigātes, vt patet Deuteronom. 3. scilicet cuncta Basan terra gigantum vocatur. Et erant isti, qui dicuntur Raphaim, vt patet ibidem ex litera hebraica, quę non ponit ibi Enacim, qđ est nomen commune gigantum, sed Raphaim, quod signat specialem prosapiam gigantum: isti tamen Raphaim etiā Amorrhęi sunt. Nam & rex Og, qui erat de Raphaim Amorrheus vocatur. vt patet Deuteronom. 3. & supra 2. vbi ipse, & Sehon vocantur duo reges Amorrhęi. & sic est de quibusdam aliis: quorū nomina duplicantur. & hoc potissimum apparet, qa non ponuntur ibi omnia ista septem nomina gētium, quę communiter ponuntur, sed ponuntur in quibusdam duo nomina equipollentia vni.

Ista pars fortè est securior, quam alia, quia benedictio de terra promissa Abrahę cōpleri debebat in semine Abrahę. Etiam Idumęi, licet sint de semine Abrahę, secundum carnem, tamen non pertinent ad semen illud, cui facta est repromissio, quia non obseruauerunt circuncisionem, quę erat signaculum distinctiuum populi Dei a cęteris populis, repromissiones tamen non fiebant, nisi populo Dei, nec complendę erant in aliis. Hoc satis signat Apostolus ad Roma. 3. cum enim dixisset in fi. 2. capit. quòd circuncisio, quę erat in mente laudabitur a Deo, & nō quę erat in carne, & litera, & qui erat Iudęus in occulto non autem qui in manifesto. Diceret aliquis, quòd tunc nihil vtilitatis habuit circuncisio in Iudęis, & tota obseruantia legis, quia tantum consequebantur gentiles fideles, & circuncisi, atque seruantes legem. Respondet Apostolus in princip. 3. cap. dicens, quid amplius Iudęo, & quę vtilitas circuncisionis? Multum per omnem modum, primum quidem, quia credita sunt illi eloquia domini, idest datę sunt eis promissiones, & non ad alias gentes, quod ibi magis declarat. In Ammonitis ergo Moabitis, & Idumęis non debebant compleri factę promissiones, nec etiam fuissent complete in descēdentibus a Iacob, nisi filii eius circuncisionem obseruassent.

Item ista pars est securior, quia quando Deus promittebat alicui de semine Abrahę, quod promiserat Abrahę, dicebat se completurum id, quod iurauerat Abrahę, & sub iuramento pręstito Abrahę, sicut patet de Isaac. Gene. 26. Tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has, complens iuramentum, quod spopondi Abrahę patri tuo. ergo oportet, ꝙ compleretur in semine Isaac id, quod promissum fuerat Abrahę, sed Abrahę promissę sunt gentes 10. Gene. 15. ergo semini eius datę sunt istę 10. gentes, sed istę gentes septem, quę communiter nominantur sunt quarum terram Deus Israelitis tradidit, & nō amplius: ergo 10. gentes promissę Abrahę nihil addunt ad istas septem gentes. & quamquam satis rationabilis sit alia pars determinationis, conuenientior tamen ista est.

Sciendū amplius, ꝙ hic non ponuntur omnes populi quorum terra promissa, & data fuit Israelitis: nā Gergesęi subticentur.

An Israelitæ pugnauerint contra populum Gergesæum. Quæst. X.

ALIQVI dicunt, ꝙ contra hunc populum non pugnauerunt Israelitæ, sed ipse spontè de terra cessit, anteꝗ̃ Israelitę pugnarent aduersus eum. Sed non stat, quia ēt pugnaturi erant Israelitæ contra Gergesæos, sicut cōtra cæteros populos: & dominus deleturus erat illas ante faciem Israel, vt patet Deuteron. 7. scilicet, cum introduxerit te Dominus in terram, quam possessurus ingredieris, & deleuerit gentes multas ante te: Hethæum, Gergesæum, &c. Idem patet supra 3. cap. vbi ponitur Gergesæus: raro autem alibi nominatur. Ideo dicendum est, ꝙ Israelitę pugnauerunt contra Gergeseos, sicut contra cæteros populos, & possederunt terram illorum, atque deleuerunt Reges ipsorum, tamen raro nominatur, vel quia paruus populus erat, vel quia scriptura non curat exprimere semper: quia per alios sex populos intelligeretur: nam cum sæpe fiat expressio horū populorum, non est necesse semper omnes exprimere: sed quibusdam expressis cæteri intelligētur ex causa supra assignata. Ne tamen intelligeretur penitus hunc populum non pertinere ad promissionem factam Israelitis, & non fuisse pugnam Israelitis cum eo, aliquando exprimitur sicut supra 3. & Deuteronomij 7. & Genesis 15. quòd autem ex hac causa sola subticeatur populus iste, patet; quia non solum iste populus subticetur communiter, sed etiam interdum subticentur duo, vel tres de alijs populis, cum sermo fiat de tota terra Chanaan. Patet Exod. 23. vbi, cum loqueretur Deus de omnibus hostibus Iudæorum delendis ab Angelo Dei, & effugandis, solum expressi sunt Heuæi, Hethæi, Chananæi, & subticentur quatuor gentes: aliquando autem solæ quinque exprimuntur, & aliquando quatuor, & sic varijs modis, prout placuit scriptori sacræ scripturæ, quia in hoc nihil referebat sic, aut aliter scribere. Sciendum quòd hic nominantur Amorrhæi, tanquam vna de his gentibus, & solum accipitur pro Amorrhæis, qui erant ad partem Occidentalem Iordanis.

An hic computentur omnes gentes nouem tribuum, vel omnium. Quæst. XI.

DICET enim aliquis non solum computari hic gentes, quæ erant in terram nouem tribuum, & dimidiæ trans Iordanem ad Occidentalem plagam, sed etiam gentes existētes in terra duarum tribuum, & dimidiæ, & hoc quia nominantur hic Amorrhæi, sed hi habitabant in parte duarum tribuum, & dimidiæ, cum dicatur ꝙ illa erat terra duorum regnum Amorrhæorum, vt patet Deuteron. 3. Respondendum est, ꝙ quanquàm in terra duarum tribuum, & dimidiæ habitarēt Amorrhęi, cum ambo reges terræ illius dicantur Amorrhæi: tamen adhuc Amorrhæi habitabant in terra nouem tribuum, & dimidiæ, quia Amorrhæi erāt vnus populus magnus de illis septem, & non capiebantur oēs in terra, quæ erat ad Orientalem partem Iordanis, quæ erat duarum tribuum, & dimidiæ, sed morabantur plurimi eorum in terra nouem tribuum, & dimidiæ ad Occidentalem partem Iordanis: & ibi habitabant etiam alij Reges, vt patet supra 5. cū dicitur: Postꝗ̃ ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Iordanem ad Occidentalem plagam, &c. Ponūtur autem hic isti populi ad signandum, ꝙ Reges, qui immediate subduntur, fuerant de omnibus his populis: & quanquam subticeatur Gergesæus, tamē etiam ipsius Reges aliqui erant horum, qui occisi leguntur.

F *Rex Iericho vnus.* Nominat scriptura Reges istos per Regnorum expressionem, & non exprimendo nomina eorum; quia hoc nihil conferebat. si enim expressa fuissent solum nomina 31. Regum, sicut expressa sunt nomina 31. Regnorum, nihil patuisset de qua terra, aut regione isti essent: si verò exprimerentur nomina Regum, & Regnorum, nomina Regum essent posita ex superuacuo: & nihil magis eis expressis, quàm non expressis notum fieret, quod dicitur. Aliquando tamē exprimuntur, sicut supra in Rege Sehon, & Rege Og: sed in hoc non multum differt: non enim erat necessitas stili sic, aut sic fieri. Ponitur primus Rex Iericho, quia iste fuit Rex primus in ordine, quem occiderunt Israelitæ transito Iordane, vt patet ex ordine huius li-

G bri. & ciuitatem eius posuerūt in anathemate, de quo supra 6. cap. Est autē Iericho in sorte tribus Beniamin, & ibi incipit. Nam prima in ciuitatibus eius computatur Iericho, vt patet infra 18. & est Iericho in terra Israel versus partem meridianam, distatq; a Ierusalem 13. miliarijs, i. leucis sex, & dimidia ad Oriētalem eius plagam declinando versus Boream aliqualiter: nam magis meridiana est Ierusalem, ꝗ̃ Iericho, vt patet in libro de diuisione terrę sanctę. De hac vrbe fuit Raab meretrix, quæ Ierichontina dicitur, & abscondit exploratores, supra 2. ponitur autem in genealogia Saluatoris coniuncta Salmon de Principibus tribus Iudæ. Matthæi 1. cap. De hac vrbe etiam fuit Zachæus

H statura pusillus, qui cum desideraret videre vultum Christi prædicantis, & non posset, quia pusillus erat alijs ante eum stantibus ascendit in arborem sicomorum, quæ dicitur ficus fatua Latino more. De hoc Lucæ 19. De hac vrbe egressi sunt pueri 42. illudentes Eliseo Prophetæ, atque dicentes: ascende calue, ascende calue: cum ascenderet in Bethel, & maledixit eis in nomine Domini: egressi autem duo vrsi de saltu lacerauerunt ex multitudine puerorum 42. De quo 4. Reg. 2. cap. Duobus miliarijs ab vrbe Iericho, idest vna leuca vulgari est mons altissimus, qui vulgariter Quadrantana dicitur, in quo Dominus Iesus quadraginta diebus ieiunauit, ibique eum tentauit diabolus, de quo Matthæi 4. cap. Duobus miliarijs a *Mons in quo Christus ieiunauit.*

I Quadrantana versus Galilæam, scilicet versus Borealem partem est mons alius excelsior Quadrantana, in quem duxit Christum diabolus, & ostendit illi omnia regna terræ, dicens: Hæc dabo tibi, si cadens adoraueris me: de quo Matthæi 4. cap. Apud vrbem Iericho iuxta viam, quæ ducit in Ierusalem, cæcus mendicans a Domino illuminatus est. Lucæ 19. capit. Apud vrbem Iericho duobus miliarijs a Iordane est Hethagla, quod interpretatur locus gyri: eo quòd ibi plangentes circuissent funera Iacob filij eius, & tota gens sua, referentes eum de Aegypto in Hebron tumulandum in spelunca duplici. De hoc Gen. 50. cap.

Rex Hai, quæ est ex latere Bethel vnus. Iste est secundus Rex secundum ordinem temporis in bello. Nam postquam Israelitæ expugnauerunt Iericho miserunt

K pugnatores in vrbe Hai, vt patet supra 7. & fugatis illis, atque cæsis 36. iterum Israel cum toto exercitu venit in vrbem Hai, & simulata fuga, positisque insidijs ceperunt vrbem, occideruntque vniuersos, supra 8. ipsum quoque Regem patibulo affigentes tandem in introitu vrbis sepelierunt congregato super eum aceruo lapidum in memoriam æternam eodem cap. *Situs Hai.* Illa vrbs est in tribu Beniamin, cum sit in latere Bethel, & Bethel sit in tribu Beniamin, infra 18. cap. Dicitur esse Hai ex latere Bethel, quia istæ duæ vrbes erant coniunctæ: apud eas Bethauem, vt patet supra septimo. Ideo cum pugnarent viri de vrbe Hai contra Iosue, viri quoque de Bethel egressi sunt in pugnam, & vtrique relinquerunt portas patentes vrbis

suę,

ſuę, vt ſupra octauo, non fuit tamen tunc capta vrbs Bethel, ſed multo poſt tempore, ſcilicet mortuo Ioſue, de quo Iudicũ primo, & dicitur eſſe ex latere Bethel non quidem ex latere meridiano, aut ſeptentrionali, ſed ex latere orientali: nam Bethel erat in monte quodam ad occidentalem plagam, & Hay ad orientẽ parum diſtãs: media autem interiacebat vallis, in qua Abraham habitauit magno tempore tendens tabernaculum, & conſtituens altare ad inuocandũ nomen domini, de quo Gen.12.dicitur, & inde tranſgrediens ad montem, qui eſt ad orientem Bethel tetendit ibi tabernaculum ſuum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hay.

An Ieruſalem, & Bethel ſint idem. Et ſitus vrbis Hebron, & eius memorabilia, & inſignia antiquitatis.
Quæſt. XII.

Ex hoc loco falli patet illos, qui dicunt Ieruſalem, & Bethel eſſe eundem locum, quia hic ponuntur tanquam duo loca, cũ dicatur hic, quòd rex Bethel fuit vnus de occiſis, & deinde interiectis quibuſdam dicitur, quòd rex Ieruſalem fuit vnus. Nec poterit aliquis dicere, quòd hic eſt replicatio eiuſdem, ſicut interdum conſueuit facere ſacra Scriptura, & quòd cum dicatur ſemel rex Bethel vnus repetatur iterum rex Ieruſalem vnus. Nam hic ponuntur 31.reges, vt concluditur infra in fine literæ, ſi autem eſſet idem rex Bethel, & Ieruſalem, ſolum eſſent 30.reges, vt patet computando. neceſſe eſt igitur, quòd ponantur tanquam duo reges, & conſequẽter ſint duo loca.

Item patet Iudicum 1. quia cum dictum ſit de captione vrbis Ieruſalem, ſubditur poſtea de captione vrbis Bethel. Et patet hoc infra 18. vbi ponuntur ciuitates prouenientes in ſorte Beniamin, quia ibi ponitur Bethel, & poſtea interpoſitis quibuſdam ponitur Ieruſalem, & non poteſt eſſe ibi replicatio eiuſdem, quia ibi ponitur numerus ciuitatum illarum. & ſi ponatur eadem vrbs Bethel, & Ieruſalem non ſtabit numerus aſſignatus ibidem in litera: impoſſibile eſt igitᷓ eſſe eundem locum Bethel, & Ieruſalem. De hoc magis dictum eſt Gen.12.& 28.& s̃.8.c.& ibi vide.

Rex Ieruſalem vnus. Iſte etiam in ordine tertius fuit: nam iſte fuit rex Adoniſedech precipuus inter illos quinque qui pugnauerunt contra Gabaon: ipſe.n.cõuocauit quatuor alios reges.ſ.regem Eglon, regẽ Hebron, regem Ierimoth, & regem Lachis, vt patet s̃.10. & poſtea fugientes a facie Iſrael abſconderunt ſe in ſpelunca vrbis Maceda, ibique comprehenſi patibulo affixi ſunt, vſque ad Solis occaſum, vt patet eodẽ c. Sciendum, ꝙ quamquam rex Ieruſalem occiſus eſt viuente Ioſue, vrbs tamen Ieruſalem non fuit capta eo viuente, ſed poſt mortem illius aſcendentes filii Iuda pugnauerunt contra eam, atque ceperunt, vt patet Iudic.1.iſta vrbs eſt in ſorte Beniamin, vt patet j̃.18. cap. ſed filii Iuda in ea habitauerunt, & contra eã pugnauerunt, vt patet. j̃.15.& Iud.1.de cauſa huius ibi dicetur.

Rex Hebron vnus. Iſte fuit vnus de quinque regibus pugnantibus ꝯ Gabaon, & latentibus poſtea in ſpelunca atque ſuſpenſis, de quo s̃.10.& poſt mortem eius ſatis magno tempore capta eſt vrbs eius Hebron, vt fuit declaratum pręced.c.nam non cepit eã Ioſue, ſed Caleb, cum eſſet dux in tribu Iuda. De quo Iud.1.c.de regibus tamen qui computantur hic verum eſt, ꝙ fuerint omnes occiſi tempore Ioſue. De vrbe Hebron dicendum, ꝙ ſit in ſorte tribus Iudę, vt patet j̃.15. fuit etiam poſtea iſta ciuitas data ſacerdotibus, cũ de qualibet tribu darentur aliquæ vrbes ſacerdotibus, & Leuitis. j̃.21.In hac vrbe gigantes fuerunt tres, de quibus

[illegible] He- [illegible] ſitus.

A infra 15.& Iud.1.quos inde deleuit Caleb. Ad iſtam vrbem ſolam veniſſe leguntur exploratores Iudęorum, cum luſtrauerunt terram Chanaan, & vidẽtes ibi tres gigantes conceperunt ſpiritum murmurandi, vt patet Nume.13. cap. In Hebron dicitur formatus fuiſſe Adam, & ibi poſtquam eiectus eſt de paradiſo vixiſſe perhibetur, atque ibidem mortuus, & ſepultus eſt, vt patet infra 14.cum dicitur. Adam maximus inter Enacim ſitus eſt.i.primus Adam.ſ.primus homo ſitus eſt, ideſt iacebat ſepultus inter Enacim.i.inter gigantes, qui habitabant in Hebron. Vocatur Hebron alio nomine Mambre, vt patet Gen.23.c.ſ. ſepeliuitq; Abraham vxorem ſuam Saram in ſpelunca duplici, quæ reſpiciebat Mambre, hec eſt Hebron in terra Chanaan.

Vbj Adam vixit poſtquam eiectus eſt de paradiſo.

B Vocatur etiã Chariatarbe.i.ciuitas quatuor, quia ibi iacent ſepulti quatuor Patriarchę, & quatuor eorum vxores.ſ.Adam, & Eua: Abraham, & Sara: Iſaac, & Rebecca: Iacob, & Lia. De Adam patet infra 14.in fi. De Eua non patet, ſed communis auctoritas eſt, ꝙ apud eum ſepulta fuerit, & rationabile ſatis eſt, qa iſta eſt conſuetudo coniugatorum, vt virorum ſepulchra ſequantur vxores, ſcilicet, ꝙ tumulentur in eodem, vel iuxta eundem locum. De Abraham patet Gen.25. De his duobus, & de Iſaac, & vxore ſua, & de Lia vxore Iacob patet Gen.49.cum dicitur: Ibidem ſepelierũt eum.i.Abrahã, & Saram vxorem eius: ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca coniuge, ibi quoque Lia condita iacet. De Iacob qui ſolus ſupereſt, patet, ꝙ iuſſerit ſe ibi ſepeliri. Gene.49. poſtea autem filii eius illuc cada-

Sepulchrũ Adæ, & patriarcharũ.

C uer eius de Aegypto intulerunt. Gen.50.c. Eſt autem iuxta Hebron vallis lachrymarum, quæ ideo ſic dicitᷓ, quia in ea Adam centũ annis luxit filium ſuum Abel occiſum a Cain, in qua poſtea monitus ab angelo cognouit Euam vxorem, ne ſancta poſteritas interciſa foret, & ne ſaluator de iniquo ſemine naſceretur. De hoc in libro de ſitu terrę ſanctæ. Duobus miliaribus ab vrbe Hebron ſepultura Loth nepotis Abrahę, ideſt conſobrini eſt. In Hebron eſt ager quidam, cuius terra eſt rubea, quæ ab incolis effoditur, & comeditᷓ, & per Aegyptum venalis apportatur, & quaſi pro ſpecie aromatica cariſſimè venditur, in quo ſatis magnũ apparet miraculum, quia quantum ager ille profundè effoſſus fuerit, toto anno ad educendam terrã, tan-

Vallis lachrymarũ vbi ſit.

Terra comeſtibilis, quæ nunq̃ deficit.

D tum anno ſequenti reintegratur, ita vt ſemper terra inde effodiatur, & tamen nihil per ſucceſſiones ſeculorum deficere videatur. Apud Hebron eſt mons Mambre, ad radicem cuius eſt terebinthus, quæ ilex, vel quercus dicitur, ſub qua multum temporis manſit Abraham, vt patet Gen.18. ſub hac etiam angelos tres hoſpitio ſuſcepit, & pauit. Manſit autem ilex illa teſtã te Hieronymo, vſque ad tempus Theodoſij Imperatoris chriſtianiſſimi. poſtea autem alia ibidem fuit, q̃ ex illa genita perhibetur, & ab incolis chara tenebat: nam ad multos vſus medicaminum ſumebatur. De his in libro de Deſcriptione terrę ſanctæ.

Rex Ierimoth vnus. Iſta ciuitas Ierimoth eſt in ſor-
E te tribus Iudę, vt patet infra 15.c. & fuit iſte Ierimoth vnus de quinque regibus, qui pugnauerunt contra Gabaon, & latuerũt in ſpelunca atque ſuſpenſi ſunt, vt patet ſupra 10.cap.

Rex Lachis vnus. Iſte etiam eſt de regibus quinq; ſuſpenſis, & latentibus in ſpelunca. Eſt aũt Lachis in ſorte tribus Iudę, vt patet j̃.15.c.nomina iſtorũ quinque Regum non ponuntur hic, ponuntur tñ s̃.10.nam rex Ieruſalem vocabatur Adoniſedech: rex Eglon vocabatur Dabir: rex Hebron vocabatur Obam: rex Ierimoth erat Pharan: rex Lachis erat Iaphie. Iſtam ciuitatem Lachis commemorat Micheas.c.1.ſ.tumultus quadrigę ſtupori habitanti Lachis, & agitur de captiuatione Iudęorum ibi.

Rex Eglon vnus. Iste erat de quinque regibus suspensis, & latentibus: postea autem capta est vrbs eius a Iosue. Est Eglon in sorte tribus Iudę, vt patet ỹ.15. c.

Rex Gazer vnus. Quantum ad reges istos sequentes an obseruetur ordo temporis in captione, vel occisione non patet, & forte sciri non poterat, quia multi eorum perierunt eodem impetu in bello contra Israel congregatis multis regibus ad aquas Meron, de quibus pręced. ca. Ista ciuitas Gazer est in Sorte filiorum Ephraim, vt patet infra 16. & pugnauerūt contra hāc Ephraitæ, sed non occiderunt Chananæos, qui habitabant in Gazer accipientes eos in tributarios, vsque ad tempora Samuelis, cum scriptus est liber iste, vt patet infra 16. cum dicitur. Et non interfecerunt filii Ephraim Chananæum, qui habitabat in Gazer: habitauitque Chananæus in medio Ephraim, vsque in diē hanc tributarius. Rex tamen Gazer occisus est, qa forte in bello apud aquas Meron mortuus est.

Rex Dabir vnus. In hac vrbe, sicut in ciuitate Hebron habitauerunt gigantes, vt patet pręced. cap. cum dicitur. In illo tēpore venit Iosue, & interfecit Enachim de montanis Hebron Dabir, & Anab. Ista ciuitas fuit detenta ab Othoniele fratre iuniore Caleb, nam dixerat Caleb, qui percusserit Cariathsepher, idest Dabir dabo ei Axam filiam meam in vxorem, & tunc percussit eam Othoniel, & accepit Axam in vxorem, vt patet infra 15. & Iudicum primo. De ista vrbe an fuerit bis capta. s. semel a Iosue, & pôstea ab Othoniele, vel solum semel, & si semel quis eam ceperit, nūquid Iosue, vel Othoniel declaratum est in fine præcedentis cap. Ista vrbs Dabir vocari solebat Cariathsepher, idest ciuitas literarum, & erat nomen eius antiquum: postea autem vocata est Dabir, sicut patet Iudic. 1. & ob hoc quando Caleb locutus fuit de vrbe illa nō vocauit eam Dabir, sed Cariathsepher, dicens: Qui percusserit Cariathsepher, dabo ei Axam filiam meam.

Rex Gader vnus. Ista ciuitas est in sorte Iudę, vt patet infra 15. c. ista non est ciuitas famosa, quia non reperit aliquid gestum in ea, vel ab ea.

Rex Herma vnus. Ista ciuitas fuit in sorte filiorum Iudę, vt patet infra 15. & capta est a Iosue, quamquā aliqui libri habent Harma, sed non multum differt, qa in nominibus propriis translatis de hebræo, scriptores nostri non curant multum obseruare proprietatē vocum in scribendo.

Rex Hered vnus. Ista ciuitas est in tribu Iuda, sed non de famosis infra 15.

Rex Lebna vnus. Et ista ciuitas in tribu Iuda, vt patet infra 15. & fuit de primis ciuitatibus, quæ captę sunt a Iosue. Nam in die qua stetit Sol, & suspensi sunt quinque reges fuit capta, vt patet supra 10. cum venerit eodem die de Maceda in Lebna, & oppugnauerit vrbē, atque ceperit, & inde transierit in die eadem ad vrbē Lachis, quam cepit sequenti die post stationem Solis, ibi: Vrbs Lebna est inter Macedam, & Lachis. Nam cum suspensi fuissent reges quinque, apud Macedā, transiuit inde Iosue in Lebna die eodem, & cepit eā, & inde die eodem transiuit in Lachis, vt patet supra 10. capitul.

Rex Odullam vnus. Est ista vrbs in tribu Iuda, vt patet infra 15. ad hanc vrbem venit Iudas, cum declinauit a fratribus suis, & cepit vxorē nomine Sue: quod patet, quia pater puellæ erat Chananæus Odullamites. Est autem Odullamites vir habitans in Odullam. De hoc Gen. 38. ibi etiam habitauit ipse, & genuit tres filios ex vxore, deinde duos filios ex nuru sua Thamar per fraudem ipsius Thamar: præallegato cap.

Rex Maceda vnus. Ista vrbs est in sorte Iudæ, vt patet infra 15. apud hanc latuerunt reges quinque in spelūca, quę dicitur vrbis Maceda die, qua stetit Sol preci-

F bus Iosue, & eductos de spelunca suspendit Iosue in eodem loco: eodem autem die cepit Iosue vrbē Macedam, & occidit omnes, qui in ea erant, & regē eius, vt patet supra 10. cap.

Rex Bethel vnus. Ista ciuitas est in sorte Beniamin, vt patet infra 18. & est satis Orientalis in tribu illa non multum distans a Iericho. Apud hanc habitauit Abraham, cum primo venit in terram Chanaan, & fixit altare in valle apud illam Genesis 12. capitu. & ista est, quæ vocatur Luza, vt patet Gen. 28. & infra 18. atque Iudicum primo. Hanc vrbem non cepit Iosue, sed filii Iuda post mortem eius, cuius modus habetur Iudic. 1. cap. De Bethel ista dicitur, ꝙ ibi positum fuerit idolū aureum a rege Ieroboam, nam duos vitulos fecit, posuitque vnum in Bethel, & alterum in Pan; vt patet 3. Regum 12. propter quod aliqui dixerunt Bethel, & Bethauen esse idem, quia Bethauen in hebręo idē est quod domus idoli, quod conuenit Bethel. Et dicunt hoc nomen postea fuisse positum a casu, sed de hoc s̄.8. declaratum est, ꝙ non sit idem locus.

Bethel nõ cepit Iosue, sed filii Iudæ.

G

Quo tempore occisus est Rex Bethel. Quæst. XIII.

DE rege Bethel quomodo tēpore Iosue fuerit occisus, cum vrbs eius non fuerit capta vsque ad mortem Iosue, vt patet Iudi. 1. aliquis dubitabit. Et responderi potest, quòd fortè iste fuit vnus de regibus illis, qui conuenerunt contra Israelitas ad aquas Meron, & ibi mortuus est, ciuitas sua tamen non fuit capta, sicut accidit in aliis regibus, & gētibus ibidem. Nam vno impetu prostrauit Iosue omnes, qui erant ad aquas Meron quosdam occidens, & alios in fuga vertens, non tamen ob hoc immediate cepit vrbes eorum, sed multo tēpore pugnauit contra reges istos, vt patet præcedenti cap. ita & de rege Bethel. accidit enim, ꝙ caderet ipse in bello, & tamen vrbs eius nō fuit postea capta a Iosue, sed mortuo eo capta est ab Israelitis.

H

Aliter responderi potest, ꝙ hic non solum ponuntur reges, quos occidit Iosue, sed etiam quos occiderunt Israelitæ post mortem Iosue, vsque ad tēpus, quo scriptus est liber iste, quia supra dicitur. Isti sunt reges, quos occiderunt Iosue, & filii Israel, & tenetur ibi, & de copulato extremo, & non copulatiuè, ita quòd nō simul occiderūt, nec omnes Iosue cum filiis Israel occidit, sed quosdam Iosue cum Israelitis, & quosdam Israelitæ per se deleuerunt, & sic dicetur, ꝙ iste rex Bethel fuerit occisus post mortem Iosue ab Israelitis, qñ capta est ciuitas eius. De qua Iudic. primo. vterq; modus satis est conueniens.

I

Rex Taphua vnus. Ista vrbs reperitur in duabus tribubus, ita ꝙ fuerint duæ ciuitates eiusdem nominis: nā reperitur Taphua in tribu Iuda, vt patet infra 15. reperitur etiam in sorte Ephraim, vt patet infra 16. de qua vrbe harum fuerit rex, de quo hic dicitur, non potest patere manifestè, sed satis colligitur, ꝙ sit de tribu Iuda, quia in tribu Ephraim non ponit, tanquam ciuitas, sed tanquam terminus illius sortis: ciuitas autem, quę est in extremitate sortis vnius, est terminus illius, & alterius coniunctæ sortis.

K

Rex Opher vnus. De isto Opher nō inuenitur, in qua tribu fuerit, causa est, quia infra cum describuntur sortes omnium tribuum non describuntur omnes ciuitates earum, sed quędam subticentur, & quædam tribus sunt, in quibus nullius vrbis nomē forte exprimitur, sed soli termini possessionis, vt patet infra 16. & 17. & partim 19. & in his erāt aliquæ ciuitates, de quarum regibus nescit, & tñ exprimunē hic reges, & non poterit sciri de quibus tribubus vrbes illę sint.

Rex

Rex Aphec vnus. Ista ciuitas est in sorte tribus Aser, vt patet j.19.& erat ista ciuitas circa partem occidentalem sortis huius. Quod patet, quia erat iuxta terram Philisthinorum, quæ erat apud Mare magnum, quòd est terminus occidentalis terrę Chanaan. Numer.34. & ob hoc vocatur mane Philisthinorum istud, vt patet Exod. 23. Quòd autem Aphec sit apud terram Philistinorum patet, quia Philisthini uenientes cōtra Iudęos, castra fixerunt in Aphec, vt patet.1.Regum 4. patet etiam hoc, quia sequenti cap. cum ponuntur termini Philisthinorum, & confinia eorū dicitur vsque ad Apheca. Sed Apheca, & Aphec idem sunt: sunt tamen istę varietates ex conditione hebraica, quę interdum sic terminat dictiones: sicut patet de Dabir, quę interdum vocatur Dabir, vt patet sequenti c. & infra 15. atque primo Iudi. interdum Dabira, vt supra.10.s. Inde reuersus Dabira. Et sic Iudęi pro Aegypto interdum dicunt Mizraim, & interdum Mizraima. Consuetudo autem Latini idiomatis non imitatur hęc, nisi rarissimè. De ista vrbe Aphec dicendū est, quòd etiam reperitur in tribu Iuda, vt patet infra 15. pro qua autem harum accipiatur, nō patet. Dicet aliquis, quòd Aphec vnica ciuitas est, & ista est solum in tribu Iuda. In tribu autem Aser nō ponitur tanquam ciuitas, sed tanquam terminus, & sic est de multis ciuitatibus alijs vt patet infra a 15. vsque ad 20. de Taphua est sic, quę ponitur in sorte filiorum Iuda, tanquam ciuitas, & in tribu filiorum Ephraim, tanquam terminus eorum, vt patet infra 16. cap. Respondendum est non stare, quia Aphec ita ponit, vt ciuitas in tribu Aser, sicut in tribu Iuda, vt patet infra 19. cum ponatur ibi numerus ciuitatum, de quibus est vna Aphec, & infra 15. de numero ciuitatū est vna Aphec, vt colligitur ex summa earum postquam enumeratę sunt: ergo vtrobiq; ponitur vt ciuitas, vñ necessario est duplex Aphec.

Rex Saron vnus. Aliqui putant esse eandem ciuitatē istam, & eam, quæ habetur in sorte filiorum Issachar, infra cap.19. & vocatur Seron.

Sed non conuenit, quia illa in Hebręo vocat̃ Sion, & in nostro more deberet vocari Sehon, ideo magis dicendum est, ꝙ ista ciuitas sit de illis, quę non habētur in descriptionibus, quia non exprimuntur omnes: cum in quibusdam tribubus soli termini ponantur, & non ciuitates.

Item dissonat hic litera nostra ab hebrea, quia in hebręo dicitur Lasaron, tanquam vna dictio, & hic dicitur Saron. Sed hoc videtur tanquam articulus fortassis, & sic litera nostra accepit, licet in hebræo nō sit proprie articulus talis, sed ha, hu, & hi, sicut in vulgari nostro est el, & la, los, & las: suppressit tamen litera nostra, quia nunquam alibi reperit Lasaron, sed solum Saron.

Rex Madon vnus. Ista ciuitas non inuenitur in descriptione sortium cuiuslibet tribus, nec alibi videtur expressum ad quam tribum pertinuerit ex causa supra assignata in alijs vrbibus.

Rex Asor vnus. Ista Asor reperitur ter.s. bis in sorte Iuda, vt patet infra 15. & semel in tribu Nephthali, nec apparet certissimè de qua harum intelligatur, sed videtur, ꝙ magis accipiatur pro Asor, quæ est in tribu Nephthali, quia rex vrbis huius erat famosus, de quo pręcedenti cap. dicitur, ꝙ antiquitus omnia regna terræ illius erant sub principatu Asor: illa enim necessario regem haberet, aliæ duæ Asor fortè non habebāt reges: immo satis videtur, quòd non haberent, qa illæ captę sunt, & ceciderunt in partem filiorum Iuda: hic tamen dicitur, ꝙ vnus rex Asor solum captus, siue occisus est, ergo non habebant alię reges, sed illa, de qua pręcedenti cap. regem habebat, cum dicatur ibi de Iabin rege Asor, & Iudic.4. cap. ergo de illa intelligitur,

A cum dicitur vnus rex Asor: illa tamen erat aquilonaris, quia Iabin rex illius quando conuocauit reges cōtra Israel, conuocauit eos de parte aquilonari.s. radicibus Hermon: ergo ipsa etiam erat in terra illa, quod conuenit ciuitati Asor, quę est in tribu Nephthali: nā Nephthali est habens sortem aquilonarem, cum sortes incipiant ab oriente in occidentem per latus meridianum tangendo se lateraliter, & primę sunt magis meridianæ, alię autem sunt magis aquilonares, sors autem Nephthali est sexta, ideo necessario est multum aquilonaris, nam post eam non manet alia tribus, nisi Dan cuius sors tangit septentrionale latus, vt patet j. 19. c. iō magis dicendū est Asor istam esse in latere a-

B quilonari, & in sorte Nephthali, quam in sorte Iuda. Situs Asor.

Rex Semeron vnus. Ista ciuitas Semeron est in sorte Zabulon, vt patet infra 19.c. cum rex iste venit ad bellum contra Iudęos ad aquas Meron: nam iste fuit de primo vocatis a rege Iabin, vt patet præced. capitu. nec multum istę duę vrbes inter se distant.

Aliqui putant istam esse Samariam, sed falluntur, quoniam Samaria nondum condita erat, cum hęc fiebant, fuit autem postea condita a quodam rege de genere Ieroboam regis Israel, vt patet 3.Regum 16. nā rex Amri emit montem dictum Somer duobus talētis argēti, & fecit in eo ciuitatem appellans eā Samariam, vt patet in eodem cap. quod multo post fuit, ergo Semeron, vel Semron non est Samaria.

C *Rex Achsaph vnus.* Ista ciuitas Achsaph est in sorte Aser, & non multum distat a ciuitate Semeron prędicta, cum sit vna in tribu Aser, & alia in tribu Zabulō, istæ autem duę tribus erant coniunctę, vt patet infra 19. & ob hoc cum vocati sunt isti reges ad bellū a Iabin rege Asor, vt patet pręcedenti capit. simul nominantur, cum dicitur. Misit ad regem Semeron, & ad regem Achsaph.

Rex Thenach vnus. Ista ciuitas est in sorte filiorū Manasse, vt patet infra 17.s. in parte dimidię tribus Manasse, quæ accepit sortem ad occidentalem Iordanis plagam, alia autem medietas acceperat sortem ad partem occidentalem cum Ruben, & Gad, vt patet supra in litera, & sequenti cap. De hac vrbe etiam dicitur Iudicum primo.s. quòd Manasse non deleuit habitatores Thenac, quia non pręualuit: postea autem prę-

D ualentibus Israelitis, subiecti fuerunt isti, nec tñ deleuit eos Israel, sed fecit tributarios, vt patet ibidem.

Rex Mageddo vnus. Ista ciuitas est in tribu dimidia Manasse, & est apud Thenac, vt patet infra 17. & ob hoc simul nominantur hic. Etiam de hac vrbe Mageddo a principio nō potuerunt Israelitæ delere Chananęos, postea autem cōfortati cum potuissent subijcere eos, non deleuerunt, sed fecerunt tributarios. Iudic.1. capitu. Ista ciuitas Mageddo est, in qua mortuus est Iosias a sagittarijs Pharaonis regis Aegypti, cum admonuisset eū Pharao, vt rediret in domum suam, & ob hoc omnes cantores, & cantratrices in consuetudinem ducunt apud hebręos potissime antiquitus cum aliqualiter viguerunt in arte rhetorica planctum

E Iosię facere. Fecit autem hoc potissime Ieremias lege metrica in libro Threnorum. Sic patet 2.Paralipo. 35. & de hoc etiam 4.Reg.23.cap. Fuit autem tunc solennis planctus Iudęorum, vnde Prophetę quasi pro notissimo, & solēni memorant planctum Mageddo, sicut patet Zachar.12. cum dicitur. In die illa erit magnus planctus in Ierusalem, sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon. In Mageddo mortē obijt Iosias.

Rex Cades vnus. Iste rex habuit vrbem in sorte filiorum Nephthali, infra 19.cap. & est ista vrbs apud Asor vrbem magnam, vt patet eodem cap. cum ponantur simul, & ista vrbs est in Galilea, vt patet infra 20. fuit etiam data in ciuitatem cōfugij, vt homicidæ, qui ob-

noxij

noxij erant, illuc confugerent eodem capitulo.

Rex Iachanan Carmeli vnus. Aliq libri habent rex Iachanā vnus rex Carmeli vnus. Sed corrupti sunt, quia in litera hebraica, vbi distinctius ponuntur reges isti, quam apud Latinos cū quadam speciali distinctione a reliqua litera ponitur tanquam vnus rex.

Item non stat, quia omnes reges computati hic sūt 31. vt patet infra in summa posita in litera: si tamē computentur isti tanquam duo reges, erunt 32. reges, sed est hic duplex nomen ciuitatis. Carmelus autem est nomen montis, & terrę, scilicet, quòd iste erat rex vrbis illius, quę vocabatur Iachanan, & totius Carmeli montis, vel prouincię illius. Similis modus est infra, cum dicitur rex Dor, & prouincię Dor vnus, vel potest dici hoc, quia Iachanan ciuitas erat in monte Carmelo, in qua autem tribu sit ista ciuitas non patet, quia non est in descriptionibus istis, sed subticetur, vt dictū est de alijs.

Carmelus quid.

Rex Dor, & prouinciæ Dor vnus. Dor est ciuitas cuius erat iste rex, qui computatur, & illa habebat aliquam prouinciam subiectā sibi, & toti illi dominabatur rex Dor. Dicunt grammatici, quòd ad differētiam ciuitatis huius non reperitur prima persona passiua in isto verbo do, das, dedi, sed ista positiua sunt, & non reperitur ratio fundamentalis. Ista ciuitas erat apud mare occidentale terrę Chanaan, & rex huius venit ad bellū contra Iudęos ad aquas Meron, vt patet pręcedenti capitu. cum dicitur. Et in regionibus Dor iuxta mare. Erat ciuitas ista in sorte Manasse in dimidia parte ad occidentalem plagam Iordanis, vt patet infra 17. & Iudicum primo. De hac vrbe non fuerūt exclusi Chananęi ante mortem Iosue, & post mortem illius per aliquantum tempus non potuerunt, postea autem cōfortati non deleuerunt eos, sed subiecerunt in tributarios, vt patet pręallegatis cap.

An Dor, & Endor sint idem.

Aliqui existimāt Dor, & Endor esse eandem vrbē vel esse idem nomen, sed dicunt Endor esse per compositionem, & signat Endor fontem Dor, quia, en, colorem, fontem, & oculum signat in Hebręo. Sed non stat, quia ponuntur Dor, & Endor tanquam duę ciuitates, & ambę sunt conuicinę, & in tribu Manasse infra 17. cap. vnde de Phitonissa, ad quam iuit Saul dicitur, quòd erat in Endor, vt patet. 1. Reg. 28. capit.

Rex gentium Galgal vnus. Sciendum, quòd Galgal est nomen ciuitatis, & in hac ciuitate habitabant gentes varię, vel in regno huius regis, ideo vocatus est rex gentium.

An in ciuitate Galgal habitarent multæ gentes. Et de Galilæa gentium, quæ sit, & vnde sic dicta.
Quæst. XIIII.

Dicit Nico. quòd in ciuitate ista Galgal habitabant gentes multę, sicut in ciuitate Parisiensi, ideo vocatur Galgal gentium. Sed forte rex Galgal magis vocatur rex gentiū, quia licet in ciuitate sua non essent gentes de diuersis regnis, habebat tamen in regno suo plures gentes, scilicet, quòd Chananęi distinguebantur in septem populos, de quibus supra in litera, & habebant isti reges distinctos. Nam, & quilibet horum populorum multos reges habebant, vt patet, quia cum solum essent septem populi, erant plures, quam 40. aut 50. reges, nam hic sunt 33. cum duobus, quos occidit Moyses ante transitum Iordanis, de quibus etiā patet in litera. Iste tamen rex accidit, quòd haberet gentes de duobus, vel tribus populis horum in terra sua, vtpote, qđ de regnis aliorum regum Chananęorum aliquid accepisset, & tunc vocaretur iste rex gentium, quia ipse solus in terra Chanaan multis gētibus dominabatur,

F Et iste est proprius modus loquendi, quia cum in aliquo regno homines alienigenę multarum gentium habitant, non dicitur rex talis propriè rex gentium, quia illę gentes non sunt distinctę in regno suo, sed alienigenę transeunt in conditionem, & nomen indigenarum terrę. Cum autem in aliquo regno magno sunt multę gentes, ab origine diuersorum idiomatum, & quęlibet earum in antiquissimis, & proprijs sedibus commoratur, dicitur rex gentium illarum, rex gentium propriè loquendo. Item, quia si vocaretur aliquis rex gentium, quia in regno suo sunt homines multarum nationum tanquam aduenę: non esset aliquis rex, qui non vocaretur rex gentium, quia nullum regnum est, in quo non sint homines multi alienigenę: immo fere nulla ciuitas aut locus excellens

G in fertilitate, & salubritate est, quę non habeat de gentibus multis habitatores, sed non consueuimus appellare reges omnes reges gentium, ideo non potest accipi hoc modo de rege isto, quòd esset rex gentium, sed magis modo prędicto. s. quòd essent multę gentes habitantes in sedibus proprijs in regno huius, vtpote Pherezęi, Iebusęi, Chananęi, & sic de cęteris: Alij dicunt, quòd iste dicitur rex Galil in Hebręo, & vocatur Galilęa apud nos, & dicunt, quòd iste erat rex Galilęę gentium. Nam in terra Chanaan est Galilęa gentium in terra Zabulon, & Nephthali apud mare Cenereth, quod vocatur mare Galilęę, & ista vocatur Galilęa gentium, sicut nominat Isaias. cap. 9. s. Galilęę gentiū populus, qui habitabat in tenebris, vidit lucē magnā.

H Idem patet Matth. 4. Causa huius nominis est, quia Hyram rex Tyri fecit scindi ligna de monte Libano pro domo domini, & dedit Salomoni. Ob hoc Salomon completo opere dedit ei 20. ciuitates in terram Galilęę, vt patet. 3. Reg. 9. capitu. & ob hoc venit in cōsuetudinem, vt vocaretur Galilęa gentium idest Galilęa pertinens ad Gentiles. Sed hoc non stat, quia Galilęa erat magna terra, cum dicatur, quòd de terra illa dedit 20. ciuitates Salomon regi Hiram, & adhuc manebant plurima loca: ideo multi reges essent in Galilęa, nec vnus caperet eam, quia isti erant reguli, cum tot fuerint in parua regione. Item non stat, quia hic ponuntur distincti rex Galgal gentium, & rex Cades. Vrbs tamen Cades erat in Galilęa, vt patet infra 20. er-

I go non erat iste, qui hic dicitur rex Galilęę gentium: nam pars non ponit in numerum contra totum: non poterat ergo aliquis esse rex totius Galilęę. Item non stat, quòd Iosue occidisset regem Galilęę gentiū, quia nihil de terra Galilęę adhuc captū erat: ergo non erat verisimile, quòd occidissent regem illius, quāquam possibile erat. Antecedens patet, quia dicitur sequenti c. terra latissima derelicta est, quę necdum sorte diuisa est, omnis videlicet Galilęa. &c. Dicendum est igitur sicut prius Galgal esse ciuitatem, & in regno huius regis habitasse gentes multas Chananęorum: non quidem, quòd multę gentes, quantum ad se totas habitassent in regno huius, quia nec vna secundum totum habitabat in terra huius, sed partes multarum gē-

Doc. opin.

K tium poterāt esse in regno suo, vt, quòd haberet duo, vel tria oppida Pherezęorum, & totidem Iebusęorū & sic de quibuscunque ponatur. De ista vrbe Galgal non patet in qua fuerit tribu, quia non habetur in descriptionibus istis sortiū infra vsque ad 20. capitu. causa patet ex dictis.

Rex Thersa vnus. De ista ciuitate nō patet in qua tribu fuerit ex causa suprąposita: satis tamen patet, quòd non fuerit in tribu Iuda, nec Beniamin, quia diuiso Israel in duos reges, s. in regē Iuda cū Beniamin, & regē decē tribuū, qui vocabatur rex Israel, ipsemet Rex Israel morabatur in Thersa, vt patet 3. Reg. 16. si tñ fuisset in Iuda, vel Beniamin nō moraretur ibi. Vnde satis

satio-

rationabiliter videtur dicendum, quòd Thersa erat aliqua ciuitas notabilis in tribu Ephraim, quia Ieroboam rex erat de tribu Ephraim, filii tamen sui constituerunt sedem in Thersa, ergo pertineret ad illã tribum. Postquam vero Amri emit montem Somer, & fecit ibi ciuitatem Samariam, translatum est regnum ad illam vrbem, ita ꝙ esset metropolis.

Omnes reges triginta vnus. Ista est summa omnium regum hic enumeratorum computando solum eos, quos occidit Iosue: duo autem, qui occisi sunt a Moyse, non pertinent ad hanc summam.

CAP. XIII.

IOSVE senex prouectæque ætatis erat, & dixit dominus ad eum: Senuisti, & longæuus es, terraque latissima derelicta est, quæ necdũ sorte diuisa est: omnis videlicet Galilæa Philisthijm, & vniuersa Gessuri: a fluuio turbido, qui irrigat Ægyptum, vsque ad terminos Accaron contra Aquilonem, terra Chanaan, quæ in quinque regulos Philisthijm diuiditur, Gazæos, & Azotios, Ascalonitas, Gethæos, & Accaronitas. Ad meridiem vero sunt Heuęi: omnis terra Chanaan, & Maara Sidoniorum vsque Apheca, & terminos Amorrhæi eiusque confinia: Libani quoque regio contra orientem a Balgaad sub monte Hermon, donec ingrediaris Emat. Omnium qui habitabant in monte a Libano, vsque ad aquas Messerophot, vniuersiq; Sidonij. Ego sum, qui delebo eos a facie filiorũ Israel. Veniat ergo in partem hæreditatis Israel, sicut præcepi tibi.

IOsue. Hic ponitur secunda pars principalis huius libri de terrę diuisione. Et diuidit ĩ tres, qa primo sortes determinatæ quibuslibet tribubus assignãtur. Secundo ciuitates pro fugitiuis separantur infra 20. Tertio suburbana, & vrbes Leuitis assignantur infra 21. cap. Prima in tres, quia primo agitur de terræ limitibus. Secundò de personis diuidentibus sequenti capitu. Tertiò de determinatis singularum tribuum partibus infra 15.

Vel aliter potest ista diuidi. s. ꝙ primo ponuntur diuisiones sortium pro duabus tribubus, & dimidia, quę erant ante Iordanem. Secundo diuisiones pro nouem tribubus, & dimidia, quæ erant post Iordanem sequenti cap. Illa secunda in duas, quia primo agitur de hæreditatis petitione, & secundo de eiusdem assignatione infra 15. & ista est conuenientior diuisio. Prima in duas, quia primo describitur non capta, sed diuidenda. Secundo assignatur diuisio terræ iam captæ infra, cum agitur de diuisione in duas tribus, & dimidiã ibi. *Veniat ergo*. Circa primum. *Iosue senex, & prouectæ ætatis erat*. Quando ista fuerat locutus Deus ad Iosue, quæ infra habentur, erat Iosue senex. Dicitur autem senex qui incipit venire ad ætatem illam, in qua deficiunt vires humanæ.

A *Qui sunt senes, & prouectæ ætatis. Et quæ sit huius capituli introductio. Et quot annis durauerunt bella Israelitarum cum Chananæis. Et quot annorum erat Iosue cum obijt. Quæst. I.*

ESSE prouectæ ætatis addit aliquid ad senem scilicet, quòd sit in magna ætate constitutus, aliqui tamen senes sunt, & tamen non prouectæ ætatis, sicut qui cito incipiunt deficere viribus, scilicet ex laboribus, vel ex ęgritudinibꝰ, ita Boetius conquestus est intempestiuam venisse senectutẽ, quia dolor effecerat eum senem, cum ait de Consolatione lib. 1. metro primo.

B *Venit enim properata malis inopina senectus:*
Et dolor ætatem iussit inesse suam.
Intempestiui fundantur in vertice cani:
Et tremit effeto corpore laxa cutis.

Ita fuit de Dauid, qui non vixit valde multis annis, tamen antequam moreretur aliquanto tempore, cũ cooperiretur, non calefiebat, donec quæsita est ei adolescentula, quæ dormiret in sinu eius. 3. Regum 1. capit. Iosue autem habebat vtrunque, quia erat senex, quia deficiebat viribus, & erat prouectæ ætatis, idest multorum annorum.

Ad introductionem huius sciẽdum est, quòd istud capitu. est introductio ad cætera, quæ sequũtur in hoc libro. Nam Iosue dux Israelitarum, cum introiuit in terrã Chanaan, pugnauit continuè contra reges Chananęorum: donec deleuit omnes habitatores prę- C ter eos, qui morabantur in terra, de qua agitur immediate in litera. Durauit autem pugna ista annis 7. fere: nam tempore, quo petiuit Caleb Hebron sibi dari, videtur, quòd cessauissent bella, & tamẽ a tempore ingressus in terram Chanaan vsque ad diem, qua Caleb petiuit Hebron a Iosue, fluxerunt quasi 7. anni. Quod patet, quia Caleb erat 40. annorum, quãdo missus est in exploratorem de Cadesbarne, & erat annorum 85. die, qua petiuit a Iosue vrbem Hebron, & sic fluxerunt anni 45. intermedij: a tempore tamẽ missionis de Cadesbarne, vsque ad introitum in terram Chanaan fluxerunt anni 38. solum, & parum plus, quia in secundo anno fuit facta ista diuisio in principio mensis quarti vel quasi, vt declaratum fuit Nume. 13. ad complẽdũ
D ergo 45. deficiunt septem anni demptis octo mensibus, vel quasi. Tantũ autem fuit tẽpus inter ingressum in terram Chanaan, & petitionem Caleb, de quibus sequenti capitu. sed tunc cessauerunt bella Israel contra Chananęos, ergo septem annis ferè durauerunt bella Israel contra Chananęos. Quòd autem tempore huius petitionis cessarent bella, patet in fine pręcedentis capit. nam posita petitione Caleb subiungitur, & terra cessauit a pręliis. Post ista tempora cępit Israel habitare distinctè per loca acquisita, & diuisit illa Iosue Israelitis, sicut conuenire videbat. De hac tamen diuisione nihil scriptũ est: ea autem, quę infra scripta sunt pertinent ad secundam diuisionem, vt pręcedenti capitu. declaratum est, & magis infra declarabitur.
E Mansit autẽ Israel sic aliquanto tempore, quousque locutus fuit Deus ista ad Iosue de deuisione terrę residuę, & tunc inceptum est id, quod infra sequitur. De ętate autem Iosue, cum introiuit in terram Chanaan certissimè cognosci non potest: fuit autem tota vita sua centũ decem annorum, vt patet infra 24. sed quantum post ingressum in terram Chanaan vixerit, non cognoscitur, satis enim dici posset, quòd ipse esset tot annorum, aut plurium, quot Caleb, quod patet, quia Caleb quando missus est in exploratorem, erat quadraginta annorum, vt patet sequenti cap. sed tunc verisimile est Iosue habuisse tot annos, aut plures. Nam missio explorator ũ fuit in secundo anno ab exitu de

Aegypto,

Aegypto, vt declaratum est Nume. decimitertii cap. ante hoc autem in principio anni primi ab exitu de Aegypto in mense secundo, anni eiusdem pugnauit Israel contra Amalechitas in Raphidim, & fuit dux belli Iosue, vt patet Exo. decimoseptimo, ad hoc autē requirebatur vir magnę prudentię, & auctoritatis, & expertus, atque maturus, quod non conueniret si esset vigintiquinque annorum, aut triginta potissimè in tempore, in quo non erant homines ita breuiter prudentes, vel acuti, sicut nunc: ideo satis verisimile est ipsum fuisse quadraginta annorum, & tūc esset tot annorum, sicut Caleb, scilicet octuagintaquinque annorum nunc, cum facta est petitio vrbis Hebron, vel parum plus. Et ista erat iam satis prouecta ętas. Ponitur autem ista introductio, scilicet, quòd Iosue erat senex, & prouectę ętatis in verbis domini, quia Deus volebat inducere Iosue ad hoc, quòd diuideret terrā, quę nondum erat capta de manu hostium, & quia senex erat, & prouectę ętatis conueniens erat, vt immediate hoc faceret, quia si vellet dilatare, cum esset opus multorum dierum, atque annorum, ante fortassis moreretur, quam expleret. Debebat ergo immediate hoc facere.

Dixit dominus ad eum. Sępe loquebatur dominus ad Iosue, vt patet ex discursu libri huius.

Dominus sæpe Iosue alloquebatur, & quomodo.

Quæst. II.

DE modis locutionum ad eum dictum est, supra primo, & tertio, quarto, & quinto c. Dicendum autem, quòd poterat esse modus duplex. Primus erat, quòd loqueretur apparens in aliqua humana effigie, sicut cum erat in agro Iericho; & apparuit ei vir euaginato gladio, supra quinto. Alius modus esse poterat, quòd angelus domini aliquam nubem assumeret, quam vellet, & intra eam velatus non appareret, sed solum audiretur vox illius. Iste modus erat communis ad Moysen cū ei loqueretur Deus in columna nubis, in qua nulla apparebat effigies, quia nubes densa erat, & lucida: tollebatque omnem apparitionem interiorem, & sic fuit in monte Sinai, vbi loquebantur angeli in caligine, & fumo, audiebaturque vox, & non videbatur loquens, vt patet Deuterono. quarto, scilicet: Locutus est dominus ad vos de medio ignis, vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis. Et erat iste modus loquendi communior, ne videret populus formam loquentis, & fingeret sibi idola. Sic patet sequēti capitul. cum dicitur: Custodite solicite animas vestras, non vidistis aliquam similitudinem die, qua locutus est dominus in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem masculi, siue feminæ, &c.

Senuisti, & longæuus es. Ista duo signant id quod superiora duo, scilicet iam effectus es debilis carens viribus, & longæuus es, idest longe ætatis, vel longi ęui. Aeuum, & ętas idem sunt, quamquam ęuum proprie dictum signat durationem sine motu, & tamen cum successione, & hæc est mensura angelorum, & est sensus, quia homo es multorum annorum, & cito morieris, debes dare operam, vt diuisio hæc cito expleatur, ne prius tu moriaris.

Quid æuū quidue ætas.

Terraque latissima derelicta est, quæ necdum est sorte diuisa. Idest multa terra adhuc restat diuidenda, ideo cito diuide eam.

F *Quomodo necesse sit ponere, quòd terra Chanaan bis diuisa fuerit per Iosue, & an in secunda diuisione fuerit diuisa terra, quæ primo diuisa fuit. Et Meron locus qui sit, & eius situs, ac terræ Gessuri.*

Quæst. III.

AD hoc considerandum est, quòd hic intelliguntur duę diuisiones terræ, vna quæ facta est, & præsupponitur: alia autem, quę fieri iubetur, cum dicitur latissima terra derelicta est, quæ necdum sorte diuisa est, ergo aliqua terra iam erat sorte diuisa, alioquin nō diceretur alia derelicta, quæ necdum erat diuisa: iubet autem postea istam relictam terrā diuidi, ergo duæ diuisiones sunt. In quo sciendum de modo harum diuisionum, quòd
G in tempore, quo durauerunt bella, scilicet per annos septem, vel ferè, non erat diuisa aliqua terra, nec habitabant distinctè in locis, ita quòd iste locus pertineret ad hanc tribum, & ille ad aliam, sed colligebantur in locis, vt poterant: cessantibus autem bellis, Iosue cum non intenderet vltra pugnare, quia fortè Deus admonuerat eum, ne vltra pugnaret, diuisit terram acquisitam inter Israelitas per tribus, & cognationes suas, vt habituri essent in æternum. De reliqua autem terra Chanaan nondū capta nihil agere intendebatur, quia fortè existimabant, quòd Deus nollet tradere eam Israelitis, vel si dare vellet aliquando, tūc diuideretur, cum daretur: Deus autem admonuit Iosue, vt eam quoque nunc diuideret Israelitis, quia ipse dixerat, ꝙ
H Iosue illam diuideret Deuteronomii 31. capitulo, & hanc diuisionem ipse cępit, atque finiuit, quæ habetur in parte sequenti libri huius, vsque ad 22. capitu. De prima diuisione, qualis fuerit, nescitur, nec scripta est: solum secunda scripta est. Quod patet, quia in prima distributione solum diuisa sunt loca accepta de manu hostium: in diuisione tamen, quæ hic descripta est, nō solum hęc loca, sed etiam, quæ non acquisita erant posita sunt, vt patet infra decimoquinto, vbi ponūtur ciuitates Philisthinorum Acharon, Gaza, Geth, Ascalon, Azotum: tamen ista loca nondum erant acquisita, vt patet hic, nec acquisita sunt vsque ad magna tēpora, de quo infra dicetur.

I De ista tamen diuisione secunda aliquis dubitabit, cum fuerit propter loca non acquisita, an in illa rursus diuisa fuerit terra, quæ primo diuisa fuerat, vel solum, quæ restabat.

Respondendum est, quòd secunda diuisio fuit totalis, scilicet quòd tam terra acquisita, quam non acquisita fuit diuisa, & non mansit fortassis prima diuisio, sed alia, & alia oppida cuilibet tribui prouenerūt. & patet, quia in diuisione sortis Beniamin, ponitur Iericho, & vrbs Hay, & Gabaon cum vrbibus suis, tamē istę iam fuerant acquisitæ, vt patet supra 8. & 9. Idem est in tribu Iuda, quia vrbs Maceda, Lachis, Eglon, & Lebna acquisitæ fuerant, & tamen ponuntur infra 15. ergo in diuisione secunda ponuntur omnia loca terrę Chanaan, siue quæ venerant in prima diuisione, siue
K quæ nondum acquisita fuerant.

Item patet, quia cum assignantur termini sortium, assignantur termini orientales in pluribus, vsque ad Iordanem, vt patet infra 16. & 17. atque 18. tota tamē terra orientalis Chanaan fuerat capta cum solum relinquatur illa, quæ est occidentalis, & aliqualiter meridiana, vt patet hic in litera: ergo etiam diuiditur terra primo diuisa.

Omnis videlicet Galilæa. Idest prima terra, quæ manebat non diuisa, nec acquisita, erat Galilæa.

Terminus iste, qui in hebręo signat Galilæam, est ęquiuocus: nam interdum sumitur pro Galilæa, interdum vero pro termino, vel insula, & accipitur hic in plu-

plurali. nam singulare huius nominis in hebręo est Galil, plurale autem est Galiloth, & sic accipitur hic. Primum ponitur Isa. 9. vbi litera nostra dicit: Galilęę gentium populus, qui ambulabat in tenebris. &c. cũ tamen ponitur in plurali non exponunt Iudęi pro Galilęa, sed pro insula, vel termino, & quamquam ponatur in hebręo in plurali, quia tamen non erant plures Galilęę posuit litera nostra singulare dicens: Omnis Galilęa. Fortè autem magis consonat hic sensus literę hebraicę, q̃ noster, vt dicatur. Omnes termini Philisthijm. Aliqui dicunt omnes insulę. Sed non stat expositio, quia immediatè declaratur, quę sit ista terra Philisthijm, & ponuntur. 5. ciuitates, quarum nulla est insula, sed tota Philistęa est terra continens, & solida. Apud eam autem est mare magnum mediterraneũ, sed nulla pars eius insula est. Quod autem accipiatur pro termino hic Galiloth in hebręo patet, quia dicitur: a flumine turbido, qui irrigat Aegyptum vsque ad terminos Acharon ad aquilonem, in quo ponitur tota magnitudo terrę Philisthijm a parte meridiana vsque ad aquilonem. Quod autem Galilęa non esset acquisita tunc, satis difficile est, quia Galilęa erat in parte Chanaan in sorte Zabulon, & Nephthali. Nam mare Cenereth ad orientalem partem terrę Chanaan ponitur Nume. 34. cap. ipsum tamen est in Galilęa, & vocatur mare Galilęę, vel mare Tyberiadis, aut Cenereth, vel stagnum, aut mare Genesareth, de quo dictũ est pręcedenti cap. & supra 11. terra tamen orientalis tota acquisita erat, cum hic solum describatur pars occidentalis: nam per partem orientalem introierunt Iudęi in terram Chanaan, illam ergo primo acquisierũt potissimũ, quia bellũ magnũ, quod fecit Iosue contra reges congregatos ad aquas Meron, fuit apud istud mare Galilęę: nam est Meron quidam locus magnus causatus ex transitu Iordanis, & ibi stagnatur, & iste est modicum distans a mare Cenereth magis ad meridiẽ, sed reges, qui ibi pugnauerũt contra Israel postea deleuit Iosue, & cepit vrbes eorum, vt patet pręcedẽti cap. non ergo posset euadere tota Galilęa, cum omnes regiones in circuitu eius captę erant, & vsque ad occidentalem plagam non manebant loca hostilia. Satis ergo durum est, quòd Galilęa non esset capta a Iosue illo tempore. Magis in hac parte placet expositio termini illius Galiloth in alia significatione, quam sumunt hebręi, scilicet omnes termini Philisthijm, & non: Omnis Galilęa Philisthijm: potissimum, quia ponitur in plurali Galiloth. *Et vniuersa Gessuri.* De qua hic dicitur. Regio est apud terram Philisthijm, cum hic ponantur termini Gessuri, & terrę Philisthinorũ a flumine turbido Aegypti, vsque ad Acharon, quę est ciuitas Philisthinorum in latere aquilonari. An vero sit ista Gessuri, de qua supra dicitur pręcedenti cap. quòd terra regis, Og accedebat vsque ad Gessuri, & Machati, satis est dubium: nam terra Og regis est ad partem orientalem Iordanis, vt patet infra in litera, & pręcedenti cap. ista tamen coniungitur Gessuri, & Machati, vt patet pręcedenti cap. & Deuterono. 3. Hic tamen videtur innui, quòd Gessuri, & terra Philisthijm extendatur a flumine turbido, qui irrigat Aegyptum vsque ad Acharon, & hoc modo necessario erit Gessuri multum meridiana, & satis occidentalis, nec videbitur quomodo posset coniungi terrę Og regis Basan, quę est tota orientalis ante transitum Iordanis, nisi forte quis dixerit, quòd terra Gessuri extenditur a parte orientali terrę Chanaan per latus meridianum vsque ad occidentem ad terram Philisthinorum.

Magis ergo dicendum videtur vnum de duobus, scilicet, quod ista Gessuri non sit illa, de qua dicitur pręcedenti capitulo, quę est apud Machati, & apud Basan, sed alia, quę est apud terram Philisthijm in latere

A meridiano apud occidentem. Et est nomẽ idem multarum ciuitatum, sicut patet in multis alijs nominibus sicut Asor, quę est in Iuda infra decimoquinto capitulo, et in sorte Nephthalim infra decimonono capitulo. & sic de Aphec, vel Apheca, quę est vrbs in tribu Iuda, ut infra 15. cap. & in tribu Aser infra decimonono capitulo.

Vel potest dici, quòd Gessuri non sit apud terram Philisthijm, sed apud terrã Sehon, & Og circa Basan, vt patet supra pręcedenti capi. & infra in litera, & cũ dicitur omnis Galilęa Philisthijm, & vniuersa Gessuri a flumine turbido, qui irrigat Aegyptum vsque ad terminos Acharon: non est referendum ad Gessuri, B sed ad terram Philisthijm, scilicet, quę extenditur a terra meridiana a flumine Aegypti vsque ad Acharon ciuitatem aquilonarem. Ponitur tamẽ Gessuri hic, quia erat terra nondum capta, quamquam esset ad orientẽ hanc terram capere potuerant Israelitę a principio antequam caperent multam de terra nouem tribuum, & dimidię, sed noluerunt delere Gessuri, & Machati, vt patet infra in litera, & iste satis erit conueniens sensus. Quòd si contendas semper Gessuri esse apud terram Philisthijm, vt hic colligi videtur, dicendum est, vt prius, scilicet, quòd erat duplex Gessuri, quomodocunque autem accipiatur Gessuri semper est terra magna, & non vna ciuitas tantum, cum dicatur hic, & vniuersa Gessuri.

A fluuio turbido, qui irrigat Aegyptũ. Iste est terminus C meridianus terrę Chanaan apud partem occidentalẽ: non est enim intelligendum, quòd per totum latus meridianum iste fluuius Aegypti decurrat vsque ad occidentem eius apud terram Philisthinorum, sed solum coniungitur iste fluuius Aegypti terrę Chanaan in latere meridiano, vbi latus meridianum coniungitur occidentali, quod est in terra Philisthinorum. Et patet Numeri 34. capitu. vbi cũ describitur latus meridianũ terrę Chanaan, incipit a solitudine Sin apud mare salsissimũ, quod est mare Sodomorum, & peruenit in Cadesbarne, & postea ad torrẽtem Aegypti: ad vltimum mari magno finitur. Iste fluuius Aegypti ponitur etiam tanquam terminus terrę Chanaan Genesis 15. scilicet, a fluuio Aegypti vsque ad flumẽ magnum Euphratem. D

Terminus meridian[9] terræ Chanaan.

An iste fluuius turbidus Aegypti sit Nilus, vel alius. Et quòd Aegyptus tota non potest Nilo irrigari. Quæst. IIII.

DE isto fluuio Aegypti aliqui dubitant quis sit. Et quidam dicunt esse Nilum, qui est excellenter fluuius Aegypti: scriptura tamen non exprimit specialiter de aliquo, sed dicit fluuium Aegypti, in quo videtur pro excellentiori accipiendum esse, & iste est Nilus.

Item, quia dicitur a flumine turbido, Nilus autem ex multitudine aquarum est turbidus, vel magis ex augmento, & diminutione eius: cum autem increuerit implet terram, & totum alueum puluere, & luto E commaculat, & quia fit istud augmentum quolibet anno, & durat magno tempore, scilicet vno mense integro, de quo Solinus in Polyhistor. capi. de Aegypto, necesse est, quòd alueus totus turbidus efficiatur, sicut apparet in alluuionibus aliorum fluminum, etiã si paruę sint.

Item colligitur esse Nilum, quia dicitur, qui irrigat Aegyptum: nullus tamen ita potest irrigare Aegyptũ sicut Nilus, qui augmento suo magno terram irrigat, cum interdum ad 22. cubitos altitudinis excrescat, vt Solinus in Polyhistor. In Hebręo dicit. a flumine turbido, qui est super faciem Aegypti: idem est esse super faciem

faciem Aegypti,quod extendi per Aegyptũ. Et hoc est irrigare Aegyptum: necesse est autem hũc fluuiũ, de quo hic dicitur,& eum,de quo Genesis 15.& Numeri 34. esse eũdẽ,quod vbique ponitur pro termino terrę Chanaan ex latere meridiano apud occidẽtem.

Historia tamen scholastica dicit non posse dici esse hunc fluuium Nilum,sed quẽdam fluuium paruum, qui vocatur Riuocorula, & fluit per deserta Arabię. Item, quia vocatur torrens Numeri 34. Nilus tamen non vocaretur torrens, quia est de maioribus fluminibus mundi.

Respondendum est solam difficultatẽ in hoc esse, quòd non videtur modus, quomodo mare rubrum permittat transire Nilum in deserta Arabię,& cõiungi terrę Chanaan: nam mare rubrum intrat in Aegyptum per partẽ orientalem circa latus septentrionale, cum veniat per deserta Arabię, quę sunt septentrionalia terrę Aegypti:Nilus autem venit necessario in Aegyptum per partem meridianam,siue per oriẽtalem ex latere meridiano, vt declarat Solinus in cap. de Aegypto. mare autem rubrum per Arabiam, vt declarat idem Solinus in Polyhistore capi.de Arabia: sed Arabia media est inter terram Aegypti,& terram Chanaan:difficillimum est ergo quomodo possit Nilus venire ad latus terrę Chanaan meridianum: potissimum, quia Nilus, cum introierit Aegyptum, in septẽ partes diuisus ad meridiẽ vertitur, & mari Aegyptio absorbetur,vt patet per eundem Solinum, vbi supra. Siquis tamen posset concedere accessum Nili ad terram Chanaan non impediente mari rubro: magis concedendum est intelligi hoc de Nilo fluuio, quam de aliquo alio,cum litera ẽt satis exprimat conditiones illius.Cum autem arguebatur,quòd vocatur torrens Aegypti.Numer.34. nihil obstat: nam necesse est eundem esse,de quo hic sermo agitur, & de quo ibi, sed hic signatur esse magnus fluuius, ergo quamquã ibi vocetur torrens,nihil obstat. Sed dicet aliquis ex hoc ꝙ Aegyptus, & terra Chanaan coniunguntur in latere meridiano, cum fluuius irrigans Aegyptũ tangat latus meridianum terræ Chanaan. Respondendũ est,ꝙ Aegyptus,& terra Chanaan sunt propinqua sibi in latere meridiano,& hoc magis circa coniunctionẽ lateris meridiani, & occidentalis, quam in alia parte lateris illius meridiani,scilicet circa terrã Philisthijm. Ideo venientibus de Aegypto in terram Chanaan, nõ est aliqua via breuior, quam per terram Philisthijm, vt patet Exod.13.vbi dicitur,quòd cum dominus eduxit Israelitas de Aegypto, noluit ducere eos per viam terrę Philisthijm, quę vicina est, reputãs ne pęniteret eos si viderent contra se bella consurgere,& reuerterentur in Aegyptum,sed circumduxit per viam deserti,quę est contra mare rubrum. Non tamen est dicendum, quòd sit Aegyptus contermina terrę Chanaan ex aliqua parte,sed alię terrę intercidunt, quamquam paruę distantię ex parte terrę Philisthinorum. De flumine autem irrigante Aegyptum, qui peruenit ad latus terrę Chanaan circa terram Philisthijm alius modus est, quia siue ille ponatur Nilus,si possibile est eũ transire non offensum, vel absorptum a mari rubro, siue dicatur Riuocorula, vel quilibet alius fluuius de Aegyptijs, exibit Aegyptum, & declinans ad latus sęptẽtrionale Aegypti pertinget latus meridianum terrę Chanaan circa occidentẽ, quod satis patet in alijs fluminibus in alijs terris, ideo quandocũque ponitur latus meridianum terrę Chanaan, nunquam dicitur, quòd erit ab Aegypto, sed a fluuio Aegypti, vel torrente, quia licet ille tangat terram Chanaan,non tanget eam Aegyptus. Si autẽ dicere velimus,quòd non sit iste Nilus,dicendum erit, quòd sit alius fluuius magnus Aegypti irrigans aliquam partem, & hoc non

F est inconueniens: nã necesse est poni aliqua flumina in Aegypto irrigantia terram pręter Nilum: Aegyptus enim tota irrigatur,quia de cęlo nullas,aut rarissimas pluuias habet. Sed non potest tota Aegyptus irrigari Nilo, sed sola pars meridiana eius,cum intret per partem meridianam, & saltem latus orientale versus septentrionem non pertinget: ea etiam de Aegypto, quę sunt ad aquilonarem partem maris rubri nõ poterit pertingere: ergo sunt ibi de alijs fluminibus, licet nõ increscant artificiose,& data opera aqua educitur ad irrigandum terram,& sic declaratũ fuit Deuteronomij 11.sed nullus fluuius est,qui ita Aegyptum irriget sicut Nilus fluuius: quid autem horum verius sit satis dubium est: litera tamen si nihil obstaret manifeste de Nilo intelligenda erat.

G *Vsque ad terminos Acharon*. Isti sunt termini maris latitudinis terrę Philisthijm a Meridie in aquilonem. Est enim terra ista coniuncta extremitati meridianę terræ Chanaan,& lateri occidentali,scilicet in angulo coniunctionis, & est extremitas sua meridiana in flumine turbido irrigãte Aegyptum,& extremitas aquilonaris in vrbe Acharon,vt patet hic. *Situs terrę Acharon.*

Contra Aquilonem. Idest Acharon est a parte aquilonari terræ Philisthinorũ, & de tota ista terra Philisthijm nihil nunc ceperant Iudæi uiuente Iosue, sed postea ceperunt loca aliqua, & rursus perdiderunt.nã post mortem Iosue Israelitæ,scilicet tribus Iuda cepit tres vrbes Philisthinorum Gazam,scilicet & Acharõ & Ascalonem,vt Iudicum primo. Postea autem tem-

H pore iudicum confortati rursus Philisthini eripuerũt istas tres vrbes de manu Iudæorum:nam tempore Eli sacerdotis, & regum Israel omnes quinque ciuitates, quæ infra ponuntur pertinebant ad Philisthinos primo Regum 6.& non solum istæ, sed etiam ipsi ceperant loca aliqua de manibus Iudæorũ, quæ prius pertinebant ad Iudæos, & postea ista loca restituta sunt Israelitis cum tempore Samuelis pugnauit Israel cõtra Philisthinos, & exterruit dominus Philistijm, persecutique fuerunt illos Israelitæ vsque ad lapidem adiutorij, vt patet primo Regum 8.

Terra Chanaan, quæ in quinque regulos Philisthijm diuiditur. In hoc patet, quod supra dicebatur, scilicet,quòd Gessuri non sit apud terram Philisthijm, & cum dici- *Gessuri nõ est apud terram Philisthijm.*

I tur hic a flumine turbido,quod irrigat Aegyptum vsque Acharon, non ponũtur termini aliqui terræ Gessuri,sed solum terræ Philisthinorum,cum dicatur terra Chanaan, quæ in quinque regulos diuiditur, idest terra, quæ est inter fluuium Aegypti, & Acharon est terra Chanaan, quæ diuiditur in quinque regulos, sed isti quinque reguli pertinebant ad terram Philisthinorum, ergo nihil erat hic de terra Gessuri, sed magis ista est apud terram Sehon regis, & Og circa Basan, vt patet præcedenti capitulo, & infra in litera. Vocatur ista terra Chanaan non, quòd sit tota, sed quædam particula eius circa angulũ meridiei,& occidẽtis,& dicitur diuidi in quinque regulos,quia a quinque ciuitatibus principalibus terræ illius denominan-

K tur quinque reges, & quia isti parui sint, cum sit angusta, vocantur reguli. Quamquam nomen Hebræũ positũ hic non signat reges,sed magis duces,vel principes,& sic litera nostra vocauit quinque satrapas, Iudicum 3. vbi ponitur terra derelicta post mortem Iosue,sicut ponitur hic.

Sciendum autem cum dicitur hic de istis terminis terrę derelictæ, quòd non solum ista terra derelicta est,sed aliquæ aliæ vrbes præter hanc terram,sicut patet de vrbe Bethel, quæ erat in latere orientali terræ Chanaan circa Iordanem, & non potest intelligi per istam terram, quæ hic ponitur,quia tota hæc erat occidentalis apud latus meridianũ,& aquilonare. Quod autem

autem tempore, quo ista dicebantur non esset capta, quia post mortem Iosue capta est patet Iudicum primo capitu. Idem patet de Hebron, & Dabir, quæ erant satis orientales, cum essent apud Macedā, & non multum ab vrbe Gabaon, de quo supra. 10. capitulo, & tamen non erat capta Hebron, nec Dabir viuēte Iosue, sed postea captæ sunt Iudicum primo capitul. Ita erat de multis alijs vrbibus, quæ erant in medio sortium, & obtentis alijs locis in circuitu manebant in medio illa oppida. Cum autem dicitur hic, quòd manserunt ista loca non capta, verum est accipiendo terram illā, quæ totaliter manebat in potestate hostium: secus de illa, quæ partim erat capta, & sic in terra ista, quæ hic nominatur, non erat aliquis locus, quem accepissent Israelitæ, sed erant integraliter in potestate hostium: in terra tamen quam obtinueran t Israelitę manebant aliqua loca media, quę nōdum obtinuerant Israelitę, quia a principio non potuerunt: postea autem successiuè deleuerunt, aut in tributarios constituerunt, sicut patet de Gazer, quę erat in tribu Ephraim infra 16. sic etiam de alijs locis, quę erant in tribu Manasse infra 17. idem in tribu Beniamin infra 18. Et de his non intelligitur in litera, quia non possunt capi sub terminis terrę huius, quę in litera describitur.

Ciuitates philisthi... *Gazæos, Azotios, Ascalonitas, Gethæos, Acharonitas.* Sūt istę quinque ciuitates Philisthinorū pręcipuę, de quibus primo Regū 6. & tota ista terra Philisthijm cecidit in sortem tribus Iuda, vt patet infra 15. vbi ponuntur aliquę ciuitates harum, scilicet Gaza, Azotū, Acharon, & subiungitur generaliter, quòd omnia, quę sunt ab Acharon vsque ad mare, & torrentē Aegypti pertinebant ad tribum Iuda: tamē inter Acharon, & torrentem Aegypti sunt omnia loca terræ Philisthijm, sicut describitur hic, scilicet, quòd a flumine Aegypti vsque ad Acharon, ad aquilonem diuiditur terra illa in quinque regulos, & tribus Iuda postea pugnauit, obtinuitque partem terrę Philisthijm: deinde perdidit eam, vt supra declaratum est: istę ciuitates, quę ponūtur hic sunt illæ quinque, quę obtulerunt quinque anos aureos poneutes eos in capsella super arcam cū totidem muribus, vt in primo Reg. 6. cap. Et computantur hic secundum habitudinē ciuitates istę, quam habent inter se ad esse magis, aut minus meridianas, quia Gaza est meridiana, Azotum minus meridiana quousque perueniatur ad Acharon, quę est totaliter aquilonaris respectu omniū ciuitatū terrę Chanaan in terra Philisthijm. De Gaza patet, quia ipsa ponitur, tanquam terminus meridianus, & partim occidentalis. Genesis decimo capitulo, cum dicitur: Factique sunt termini Chanaan venientibus a Sidone Gerarā vsque Gazan, donec ingrediaris Sodomam, in quo ponuntur tres termini, scilicet septentrionalis in vrbe Sidone, quia est ad partem septentrionalem. Gaza autem in extremitate meridiana in cōiunctione lateris meridiani, & occidentalis: Sodoma vero in parte oriētali. De Acharon patet, quòd sit minus meridiana cęteris, quia ipsa ponitur terminus aquilonaris totius terrę Philisthijm, vt patet hic.

Popu. heuço. *Ad meridiem, vero sunt Heuæi.* Idest ad partē meridianam habitat populus Heuęorum cuius pars restabat capienda.

Sciendum, quòd populus Heuęorum erat vnus de istis septem populis, & illius pars quędam capta erat: nam vrbs Sichem, quę erat in sorte Ephraim erat de terra Heuęorum: cum rex illius Emor esset Heuęus, vt patet Genesis trigesimo quarto capitulo. Etiam Gabaonitę, scilicet quatuor ciuitates Gabaon, Caphira, Beroth, & Cariathiarim erant de genere Heuæorum, vt patet supra vndecimo capitulo, vbi dicitur, quòd omnes ciuitates captę sunt bellando pręter Heuęum,

A qui habitabat in Gabaon, & intelliguntur etiam alię tres ciuitates, quę non fuerunt captę bello, sed traditę sunt confederatę, vt patet supra nono capitulo, & istarum tres pertinebant ad tribū Beniamin, scilicet Gabaon, Beroth, Caphira infra decimooctauo capitulo, Cariathiarim vero pertinebat ad sortē Iudę, vt patet infra decimoquinto capitulo. Manebat autē alia pars populi Heuęorum capienda, & ista erat ad occidentalem partem terrę captę iam, & erat coniuncta terrę Philisthijm. Dicitur autem etiam esse ad meridiem non respectu terrę Philisthijm, quia ipsa est in termino lateris meridiani, cum proueniat a flumine Aegypti vsque Acharon, & nihil magis meridianum est in

B terra hac, quam fluuius Aegypti, sed vocatur ad meridiem in respectu terrę Chanaā totius, qa in ipsa Heuęi habitabant versus meridiem.

Vel potest dici ad meridiem comparando ad terrā Acharō, quę est aquilonaris respectu totius terrę Philisthinorum, & causa subiungitur. De hac intelligeret aliquis eam esse meridianam, sicut septentrionalem, sicut est terra Acharō: ideo dicitur, quòd Heuęi, idest pars terrę Heuęorum nondum capta erat ad meridiē respectu Acharon. In Hebręo non punctuatur sic ista litera, sed dicitur, quòd terra Philisthijm in quinque regulos diuiditur Gazęos, Azotios, Ascalonitas, Gethęos, Acharonitas, & Heuęos, & ibi est finis versus in Hebręo, & tunc incipit alius versus, scilicet. Ad meridiem verò est omnis terra Chanaan, & Maara Sido-

C niorum. litera autē nostra tenuit alium ordinem, quia visum est beato Hieronymo ordinem alium esse mutatum, & literam corruptam sic punctuando, cū dicatur, quòd terra illa tota diuiditur in quinque regulos, & tamen ponendo Heuęos sex terras nominamus. Hiero. sñia

Et si aliquis defendens ordinem literę hebraicę dicat, quòd tota terra a fluuio, qui irrigat Aegyptum vsque Acharon diuiditur in quinque regulos. Heuęi autem, cum postea ponuntur, non ponuntur tanquam pertinentes ad illos regulos, nec ad terram, quę est vsque Acharon, sed ponuntur per se tanquam vna pars terrę captę.

Sed hoc non stat, quia si non ponantur Heuęi faciētes numerum cum superioribus non erit verbum aliquod ad quod referantur Heuęi: si ibi finiatur clausu-

D la, & tunc nullus erit sensus, quia incomplexum nullius facit sententiam: ob hoc Hieronymus intelligens pertinere ad sententiam sequentis versus, fecit alium versum, referendo Heuęos ad sequentem clausulam, dicens: ad meridiem vero sunt Heuęi. Credidit autē fortassis perturbationem istam factam esse ex barbarie hebraici sermonis, in quo tam sententiæ, quam modi locutionum, vt in plurimum sunt ambigui, & valde improprij, vel forte ex errore scriptorum, qui aliter punctuarent, quam ab origine fuisset.

Nec dicendum est in libris Iudęorum nullos esse errores, quia omnes conformiter sunt: nam, & ipsi Iudęorum doctores dicunt in certis passibus esse tiqum cofrin. idest errorem scriptorum, vel librariorum, &

E maximè, quia in pūctuando versus facillimè introduci poterat error.

Omnis terra Chanaan. Non est sensus, quòd omnis terra Chanaan sit superstes, scilicet non capta, quia falsum est. Vel, quòd omnis terra Chanaan sit ad meridiem: nam necesse est terram Chanaan partim esse meridianam, partim aquilonarem, orientalem, atque occiduam, quia quęlibet terra habet 4. limites secundum, quòd habet respectum ad 4. puncta mundi in positione. Sed accipitur omnis terra Chanaan dupliciter. Vno modo omnis terra Chanaan, idest tota ista est terra Chanaan, scilicet Philisthijm, Heuęi, Sidonij, & reliqui populi hic numerati. Alio modo omnis terra

terra Chanaan,vt distinguatur contra alias,& tunc accipitur terra Chanaan pro terra populi Chananei, & erit sensus,quòd etiam reliqua terra Chananei populi, quę non erat capta, erat ad meridianam partem,& quamquam primus sensus sit conueniens, secundus videtur esse conuenientior literę, quia terra Chanaan distinguitur hic contra alias partes positas in litera.

Et Maara Sidoniorum. Idest etiã non erat capta Maara Sidoniorum. Maara in Hebręo est nomen appellatiuum signans speluncam, quia istud nomen ponitur supra in Hebręo capitulo decimo, vbi dicit litera nostra de regibus quinq;, qui latuerunt in spelunca Maceda, sed hic non accipitur tanquam commune, sed proprium, & signat aliquam terram, quę sic appellatur, scilicet Maara,& est nomen proprium,quamquã origo sua sit in nomine communi:accidit tamẽ ęquiuocari eandem vocem ad propriũ, & appellatiuum, sicut pręcedenti capitulo declaratum est de hoc nomine Asedoth.

Quid Maara significet.

Vel potest dici, quòd accipiatur Maara, vt signat speluncã,non quidem,quòd intelligatur spelunca,vel latibulum Sidoniorum,sed quòd sit aliqua terra,quę vocetur spelunca Sidoniorum, & quamquam sic vocaretur apud Hebręos, interpres noster non vertit Maara in latinum, ne crederemus esse nomen commune, & signare proprie speluncam, sicut dicebatur supra decimo,de spelunca vrbis Maceda. Apud istam terram Sidoniorum erat omnis terra Chanaan,idest oĩs terra residua Chananęi populi,quę nõ erat capta. Nã populus, qui vocabatur Chananęus pertingebat a parte orientali terrę Chanaan, vsque ad partẽ occidentalem, scilicet ad mare magnum, vt patet supra vndecimo, scilicet Chananęum quoque ab oriente, & ab occidente: pars autem orientalis terrę populi Chananei erat iam capta,terra vero occidentalis eius non,& de ista dicitur:Omnis terra Chanaan. Ista vero erat apud Sidonios, quia Sidon ciuitas est apud mare in latere occidentali terrę Chanaan, & non pertinet ad Philisthinos, quia illi solum habent quinque regulos supra enumeratos.Sidon autem per se dicit alium principatum, & est ciuitas ista famosa:in ea quippe Dido regina,quę postea populauit,& cõdidit Carthaginem, nata est, quę mortuo viro suo Sichęo fraude fratris sui Pigmalionis in Africam tetendit, vbi concessa sibi quadam parte terrę, quantam corio bouis circũdare posset: extenuato artificiose corio in tenuissimas corrigias: vrbem magnę quantitatis,& toto orbe famosissimam condidit, quę postea hostis Romanorum existens deleta est, in qua beatus Augustinus fuit,& concilium,quod Carthaginen. dicitur celebratum est.

Situs Sidonis.

Vbi Dido nata sit.

Concilium Carthaginen.

De Sidone,quod apud litora maris sit manifestum est, & consequenter in extremitate occidentalis plagę,sed an versus partem meridianam,vel aquilonarẽ, est dubium.

An Sidon sit in plaga occidentali versus partem meridianam, vel aquilonarem. Et situs Tyri ciuitatis opulentissimæ. Quæst. V.

ALIQVIS enim dicet videri ex hac litera,ꝙ sit Sidon ad meridiem, cũ dicatur: Ad meridiem sunt Heuęi: omnis terra Chanaan, & Maara Sidoniorum.

Sed dicendum est non sequi ex hoc, quia non est legenda sic ista litera, sed intẽtio est,quòd omnes terrę, quę hic nominantur nondum captę erant viuente Iosue, vt terra quinque regum Philisthinorum,& Heuęi,qui sunt ad meridiem,& omnis terra Chanaan,&

F Maara Sidoniorum, sed illa determinatio ad meridiẽ non refertur ad aliquem de istis necessario, sed possumus referre ad quem voluerimus.

Dicendũ autem Sidonem esse versus aquilonare latus satis propinquam Aquiloni:nam cum describãtur termini terrę Chanaan Gen.decimo, ponitur Sidon tanquam terminus aquilonaris, cũ dicatur:Factique sunt termini venientibus a Sidone Geraram vsque Gazam,donec ingrediaris Sodomam. Et ponuntur tres termini, scilicet Sidon septentrionalis in angulo septentrionis, & occidentis vel quasi, & Gaza in meridie in contactu occidentalis, & meridiani lateris, & Sodoma in latere orientale in contactu orientis,& meridiei.Ciuitas etiam Tyrus opulentissima,& famosissima circa Sidonem est,vtraque autem in latere occidentali apud mare,vnde Christus ambulasse dicitur in partibus Tyri,& Sidonis,cum ad eum mulier Chananęa de finibus illis egressa clamauit:Domine fili Dauid miserere mei:nam filia mea male a dęmonio torquetur: Matth.15.capitulo.

G

Vsque Apheca. Aphec, vel Apheca idem locus est: nam ex conditione idiomatis hebraici additur litera vna sicut terminalis, vt Dabir, & Dabira:vnde pręcedenti capitulo ponitur Aphec:hic antem Apheca, & iterum infra 15. ponitur Apheca, & infra 19.in sorte Aser ponitur Aphec, & ponitur locus iste tanquam terminus terrę iam positę, scilicet omnis terra Chanaan, & Maara Sidoniorum. Istę terrę erant septentrionales, & terminabantur in Aphec,siue Apheca à parte meridiana apud terram Philisthinorum, & in hoc concludit totum latus occidentale terrę Chanaã: nam istud latus incipit a Sidone, & terminatur in Gazam vrbem meridianam Philisthinorũ, vt patet Genesis decimo, vt supra declaratum est:tamen hic fuit posita tota terra Philisthijm non capta, & terra Sidoniorum vsque Apheca, vbi coniungitur terra Sidoniorum terrę Philisthijm: ergo nihil de latere occidẽtali Iudęi acceperant.

Apheca quid.

H

Et terminos Amorrhæi. Idest tota terra Chanaan, & Maara Sidoniorum vsque terminos Amorrhęi non erat capta. Accipitur hic Amorrhęus specialiter,cum termini eius distinguãtur ab alijs partibus terrę Chanaan, & vocãtur Philisthijm Amorrhęi. Nam pręter reges duos Amorrhęos, qui habitabant ad orientalẽ plagam Iordanis erant alij, qui morabantur ad occidentalem plagã illius, vt patet supra quinto capitulo. Quod autem accipiatur pro Philisthinis,apparet,quia cum dicitur vsque Apheca, & terminos Amorrhęi, ponuntur termini terrę huius ex eadem parte,scilicet a parte meridiana, sed Aphec est apud terram Philisthijm,ergo Amorrhęi vocantur hic Philisthijm. Antecedens patet primo Regum 4. vbi Philisthini pugnantes contra Israel, castrametati sunt in Aphec, & sic erant apud terram suam.

Quomodo Amorrhęus accipiatur

I

Item patet hoc,quia aliquãdo vocantur Philisthini Amorrhęi alibi, vt patet.1. Reg. 8. vbi dicitur de pugna Israel cum Philisthijm, & postea de pace,scilicet: liberauitque Israel de manu Philisthinorum: eratque pax inter Israel,& Amorrhęum. Vbi necessario accipitur Amorrhęus pro Philisthinorum genere, & sic ista duo ponuntur hic tanquam pro eodem, scilicet Apheca,& terminus Amorrhęi.

K

Eiusque confinia. Idest non solũ erat terra in manu hostium vsque ad terminos Amorrhei Philisthiim, sed vsque ad confinia eius,idest vsque ad alias terras propinquas eis, quę non sunt in terminis Amorrhęi. Litera hebraica aliter habet, scilicet.

Vsque terram Gebal. Siue Gibelim, & est error in punctuatione, quia nomen hebraicum,quod hic ponitur habet easdem literas cum signat terminos, & cum signat

signat terram Gebal: solum autem est differentia in A punctis, siue apicibus, qui ponuntur apud Hebręos loco vocalium, & sic faciliter poterat fieri mutatio: potissime cum aliquando scribant Iudæi sine punctis illis, & secundum literam Hebraicam erit sensus, quòd etiam terra Chanaan, & Maara Sidoniorum vsque terram Gebal nōdum erat capta. Et necesse est ponere aliquam terram, quæ sic vocetur, cum dicatur Psalmo 82. Moab, & Agareni, Gebal, Ammon, & Amalec cum habitantibus Tyrum.

An vero gētes Gebal sint apud Philisthinos ex hoc versu patere non potest, quia hic ponuntur multę gentes, quę sunt diuisæ, & quasi ex omni parte terrę Chanaan sunt. Nec constat, quæ gens apud aliam sit ex loco illo: magis tamen aliquis posset dicere gē- B tes Gebal esse apud Philisthinos, & Sidonios, vel Tyrios, quia Hiram rex Tyri cum dabat ligna de libano, & lapides Salomoni, dicitur, quòd erant in parandis lignis, & lapidibus Giblij tertio Regum, quinto capi. & litera Hebraica habet ibi gentem Gebal, quæ ponitur hic.

Et sic videtur, quòd erant Gebelitę sub dominio Hyram regis Tyri, & consequenter esset apud terram Tyri, & Sidonis, & apud Philisthinos, qui contermini sunt terræ Sidoniorum. In hoc tamen magis credendum est Hieronymo, qui perambulauit omnia ista loca, quæ in sacra Scriptura memorantur cum peritissimis Hebręorum, vt patet in Prologo suo super Paralipomenon, qui incipit Eusebius.

C *Libani quoque regio contra Orientem.* Idest etiam nondum erat capta regio Libani, quæ est contra Orientem: mons Libanus est in terra Sidoniorum, & Tyriorum: nam rex Tyri Hiram prębebat ligna Salomoni de monte Libano ad ædificandum Sanctuariū templi, vt patet tertio Regum, quinto capit. Sidon autem, & Tyrus sunt versus Septentrionale latus terræ Chanaan, vt supra declaratum est: mons autem iste Libanus non est aliquis specialis collis extensus ab occidente in Orientem, sed est magna terra montuosa quæ interdum plana est, interdum vero altissima: vnde supra vndecimo cap. planitiem Libani subter montem Hermon, & interdum extenditur versus Meridiem, & diuidit idumęam, & Pheniciam, idest terram D Tyriorum, & Sidoniorum, quæ vocatur Phœnicia a terra Idumęę, quæ est in termino terræ Chanaan, vt patet Numeri vigesimoquarto capitu. interdum vero extenditur contra Aquilonem mōs iste. Sic patet hic, cum dicitur, quòd regio Libani est donec ingrediaris Emath; & tamen Emath est terminus Septentrionalis terrę Chanaan, vt patet Numeri trigesimoquarto capitu.

Dicitur de regione Libani contra Orientem, non quidem quòd aliquid in parte Orientali maneret in terra Chanaan, nondum obtentum a Iudęis, quia ab illa parte incipientes obtinuerant omnia latera terræ vsque ad Occidentem: & in termino Occidentali ma E nebat terra ista, quę hic dicta est nondum capta: sed dicitur contra Orientem, quia mons Libanus pertingebat vsque ad Occidentalem partem terrę Chanaan, scilicet vsque ad mare. Quod patet ex verbis Hiram regis Tyri tertio Regum, quinto capitu. scilicet, quòd serui sui deponerent ligna de monte Libano ad mare in quo signatur descensus, quod non esset nisi pertingeret Libanus ad mare: & inde composita in ratibus ferebantur per mare in locum propinquum Ierusalem, scilicet, in Ioppen. Ab isto termino Occidentali extendebatur Libanus versus Orientem, licet non perueniebat ad Orientem terræ Chanaan, & quæcunque regio esset in monte Libano vltra terram Sidoniorum, dicebatur contra Orientem.

Vel aliter in monte Libano erat multa populatio, quia erat libanus mons magnus, in quibusdam locis planus, in quibus multus populus erat, & quia incipiebat iste mons ab Occidētali limite, quæ pars capta nō erat, necesse est quòd quęcunque regio in Libano fuerit inde computando sit contra Orientem, etiam si sit satis Occidentalis: nam Orientale, & Occidentale respectiue dicuntur, cum dicant positiones. Vnde quod ad vnum est Orientale ad alterum est Occidentale. *Alia expositio.*

Et sic tota regio Libani, quę nondum capta erat respectiue terrę iam captę in tota terra Chanaan erat Occidentalis: tamen accipiendo regionem Libani nondum captam in comparatione ad extremitatem Occidentalis limitis apud mare, vbi terminatur Libanus est contra Orientem, quia vltra finem Libani nihil restat de terra Chanaan, sed solum mare magnum, quæcunque ergo regio respectu extremitatis Libani est contra Orientem in terra Chanaan.

A Baalgad sub monte Hermon. Ponuntur termini regionis Libani, & isti ponuntur supra vndecimo capi. Sed ponuntur contrario modo, scilicet, quia computatur terra ab Oriente versus Occidentem, & hic computatur ab Occidente versus Orientem. *Limites regionis Libani.*

Causa diuersitatis est, quia ibi computatur terra capta, quæ incipiebat in Oriente. hic autem computatur terra nondum capta, quæ erat ad Occidentem, & computatur ab Occidente versus Orientem, vt dicebatur supra vndecimo capitulo. Quòd ceperant Israelitę omnem terram montanam, & Meridianam &c. vsque Baalgad.

Cum ergo ponatur ibi Baalgad, tanquam terminus Occidentalis terræ captæ: necesse est, quòd ponatur hic, tanquam terminus Orientalis terræ nondum captæ: quia terra Chanaan incœpit capi a parte Orientali, ideo cum dicitur hic, quòd tota terra regionis Libani erat non capta a Baalgad donec ingrediaris Emath: non est sensus, quòd sit Baalgad principium terrę non captę a parte Occidentali, scilicet apud mare, vbi desinit Libanus, sed è conuerso.

Erat enim Libanus extentus versus Orientem terrę Chanaan, & multa populatio de regione Libani subter montem Hermon, vt patet vsque Baalgad. A loco Baalgad vsque ad mare Occidentale, regio montis Libani, nondum fuerat capta a Iudęis.

Et sic Baalgad est terminus Occidentalis terrę non captæ in regione Libani, & hoc signat litera hic cum dicit: Libani quoque regio contra Orientem, idest, Libani regio computando a parte sua Orientali, non erat capta: & hoc à Baalgad sub monte Hermon, idest, ista computatio fit incipiendo a Baalgad, qui est locus, vel aliqua regio in capite Orientali terræ non captæ: & procedendo sub monte Hermon, idest, ad radices montis Hermon versus Occidentem, & iste processus est per planitiem montis Libani, quia Libanus dicit magnam terram, quæ in quibusdam locis est plana, & in alijs montuosa, & in planicie hac multi populi habitant, & isti dicuntur habitare ad radices montis Hermon, vel subter montem Hermon, vt patet præcedenti capituli. quia mons Hermon est quædam pars excelsa montis Libani protenta versus Orientem terrę Chanaan, circa latus Septentrionale eius: Libanus autem non solum dicit terram montuosam, sed etiam planam, ideo eius erit pars Hermon. *Baalgad quid.* *Situs mōtis Hermon.*

Alia ſnīa. Vel dicendo, quòd Hermon ſit mons diſtinctus a Libano erit ſenſus, quòd in planitie, quę eſt apud mõtem Libanum, & coniuncta monti Hermon ex parte aquilonari, erant multi populi, qui dicebãtur eſſe ſub monte Hermon, & iſtorum populorum pars, quæ erat a Baalgad verſus Orientem, erat capta a Iudęis, vt patet ſupra 11. capitu. in parte autem, quæ erat a Baalgad verſus Occidentem, erant populi Sidonij, nondũ capti.

Situs Emath ciuitatis. *Donec ingredieris Emath*. Ideſt tota terra a Baalgad vſque Emath erat in manu hoſtium nondum capta. Eſt Emath ciuitas magna in latere Septentrionali terræ Chanaan, vt patet Numeri 34. capitu. ſignat autem interdum regionem aliquam, quæ eſt ſub imperio ciuitatis illius, & ita accipitur hic, ſcilicet: Donec ingrediaris Emath, ideſt terram Emath. Et ponitur hic terminus Septentrionalis; quia omnes, qui erant in terra Libani, ſiue contra Occidentem, ſiue contra Septentrionem reſtabant nondum capti a Iudęis.

Omnium, qui habitabant in monte Libano. Ideſt omnes habitatores montis Libani, qui multi erant, nondum capti erant: computando a Baalgad a parte Orientali verſus Septentrionem, & verſus Occidentem.

Maſſerephot quid. *A Libano vſque ad aquas Maſſerephoth*. Ideſt iſti habitatores etiam ſunt inter Libanum, & aquas Maſſerephot. Eſt Maſſerephot quidam terminus ad partem Occidentis terræ illius circa mare, & a Libano, ideſt a iugis Libani montis vſque ad aquas Maſſerephot extendebãtur iſti populi, & vniuerſaliter tota terra Chanaan, a Baalgad verſus Occidentem, & verſus latus Septentrionale contra terram Emath erat in poteſtate Chananæorum. Maſſerephot ſecundum Hebręos eſt nomen commune compoſitum ex duobus appellatiuis, ſcilicet Mayn, & Cerephot, ideſt aquæ calidę, vel exurentes. Et dicunt quòd iſtę erant aquę balneorum: nam balneę vbi ſunt habentes naturalem originem, habent aquam deriuatam de locis attramentorum, & per contactum ſulphuris calefiunt. Sed hic nõ poteſt accipi tanquam nomen appellatiuum, ſed tanquam proprium, ita vt Maſſerephot ſit nomen loci illius in voce hac, & nihil aliud ſignet, vel quòd vocaretur aliqua regio, vel aliquis locus Maſſerephot, ſcilicet aquæ calidę. Nam aliqua loca ſunt apud nos, quę ſic vocantur, & alijs ſimilibus nominibus, pro nomine autem communi ſtare non poteſt: quia tunc non ſignaretur hic aliquis terminus limitatus.

Vniuerſique Sidonij. Ideſt pręter terram montis Libani vſque Emath, & Maſſerephot manſerũt omnes Sidonij, qui non fuerunt capti. Eſt tamen ciuitas Sidõ non multum diſtans a Maſſerephot, quia ſupra vndecimo capitu. dicitur, quòd Iſraelitæ perſecuti ſunt reges, qui conuenerant ad aquas Meron contra ipſos vſque ad Sidonem magnam, & aquas Maſſerephot. Et iſta terra non ſolum non fuit nunc capta, ſed etiã nunquam poſtea capta eſt: nam tempore Salomonis, cum erat maxima gloria Iudęorum, & poteſtas, nondum Hiram rex Tyri. habuerãt regna hęc, quia Hiram erat rex Tyri, ſub cuius poteſtate etiam erant Sidonij, & manentes in terra Libani, & in cunctis regionibus ſuis exciderunt ligna de monte Libano ad preces Salomonis, vt patet tertio Regum, quinto cap. & non ſolum non erat iſta terra capta tunc, ſed etiam Salomon dedit regi Hirã, qui erat Tyrius in terra Galilęæ viginti ciuitates Iudęę, vt patet tertio Regum, nono cap. etiam tempore Chriſti non erant gentes iſtę expulſę de ſedibus ſuis: nam cum deambularet Saluator per partem Tyri, & Sidonis, egreſſa eſt quædam mulier Chananæa de finibus illis petens ſanari a dęmone filiam ſuam Matthei decimoquinto cap.

Vnde dicendum, quòd gentes iſtę tandiu perman- F ſerunt, quandiu Iſraelitæ in terra hac & amplius. Nam expulſis Iudæis de terra illa per bella Romanorum poſt mortem Saluatoris, non expulſi fuerũt Tyrij, & Sidones, licet ante hoc per Alexandrum vrbes illę dirutę ſunt, vt patet Alexandreidis libro tertio, circa finem. poſtea tamen reędificatę, & in magno honore habitę fuerunt, cum ſupereſſent tempore Saluatoris.

Ego ſum, qui delebo eos a facie filiorum Iſrael. Ideſt, licet iſtæ gentes nunc non deletę ſint, ego delebo eas ante Iſraelitas, ita quòd non ſint coram facie Iſraelitarum.

G *An ſit verum quod Deus dixit, ego ſum qui delebo eos, cum nunquam omnes deleti ſint. Quæſt. VI.*

DICET aliquis, quòd iſtud verbum Dei non videtur verum, quia nunquam omnes iſtæ gentes deletę fuerunt: verũ eſt enim, quòd aliqua loca capta fuerunt de terra hac ab Iſraelitis poſtea, ſicut aliqua loca de terra Philiſthiim, & aliqua alia in ſortibus, quę non erant in terra hac cõputata, quæ partim tempore iudicum, partim tempore regum capta ſunt, tamen non fuerũt capta omnia, quia terra Philiſthijm non fuit capta, cum etiam tempore regum maneret, quia erat bellum potens omnibus diebus Saulis cõtra Philiſthęos primo Regum, decimoquarto cap. & tempore Dauid multiſque temporibus poſtea fuerunt. De Tyrijs autem & Sidonijs, H adhuc magis patet, quia manſerunt vſque ad Saluatorem Chriſtum, cum ipſe per regionem illam ambulauerit exiſtentibus ibi Chananęis Matth. 15.

Reſpondendum eſt, quòd omnes iſtę gentes deletæ fuerunt a facie filiorum Iſrael, non quidem quòd omnes occiderentur, aut de terra fugerent, ſed quia eis ſubditę fuerunt, & tributa ſoluebãt; & hoc eſt delere; quia imponebatur gẽtibus iſtis quoddam genus ſeruitutis, & iſta eſt mors ciuilis, vel deletio.

Vel dicitur, quòd deletæ fuerunt omnes iſtę gentes a facie Iſrael, quia ante erant hoſtes, & reſiſtentes Iſraelitis: poſtea autem factum eſt, vt non eſſent hoſtes, ſed vt ſeruirent eis tributa annua impendentes: ergo deletę ſunt quantum ad eſſe hoſtile, licet non fue- I runt ſimpliciter deletę, & hoc intẽdebat Deus in verbis his. Facta fuit autem iſta ſubiectio tempore Salomonis, vt patet ſecundo Paralipomenon, octauo capitu. cum dicitur: Omnem populum, qui derelictus fuerat de Hethæis, Amorrhęis, & Pherezęis, Heuęis, & Iebuſęis, qui non erant de ſtirpe Iſrael, & de filijs eorum, & poſteris ipſorum, quos non interfecerant poſteri ipſorum, ſubiugauit Salomon in tributarios.

An rex Tyri fuerit ſubiectus Salomoni. Et quòd in monte Libano dominabatur Salomon. Quæſt. VII.

DE rege Hiram, qui dominabatur in Tyro K aliquis arguet, quòd nõ fuerit ſubiectus Salomoni, nam ſi ſubiectus eſſet, non petiuiſſet Salomon obſecrans, quod petijt de cæſione lignorum libani: potiſſimum cum traderet ei pro hoc condignam mercedem.

Item quia dicitur tertio Regum, quinto cap. quòd rex Salomon, & Hiram inierunt inter ſe fędus, & erat pax inter eos: ſi autem eſſet ſubiectus Hiram ad tributa Salomoni, non dicerentur talia, quæ ſonant ęqualitatem quandam.

Reſpondendum eſt, ꝙ oẽs terrę Chananęorum populorũ, qui reſidui fuerant ſubiecti ſunt Salomoni, & ei tributa per annos ſingulos impendebant, vt patet 2. Parali-

Paralipomenon, octauo capitu. de Hiram quoque rege Tyri dicendum est, quòd esset subiectus regi Salomoni, sicut cæteri reges. Et patet hoc quia Hiram erat rex super habitatores Tyri, & Sidonis, & in monte Libano, qui apud has vrbes est, cum rex Salomon misit ad Hiram, vt ipse præscindi faceret cedros, & abietes in libano: si tamen nõ esset libanus in terra sua, non potuisset hoc facere: in monte tamen Libano dicebatur dominari Salomon, vt patet 2. Paralipomenon, octauo ca. cum dicitur: omnia, quæ voluit rex Salomon ędificauit atque disposuit in Libano, & Ierusalem, & in vniuersa terra potestatis suę: in quo patet montem Libanum fuisse sub potestate Salomonis, sed ille erat de potestate regis Hiram, qui dominabatur in Tyro, & Sidone: ergo terra regis Hirã etiam erat subiecta regi Salomoni: maxime quia Hiram erat de regibus Chananęorum, cum non pertineret ad filios Israel, & erat in terra Israelitarum, quia Sidonij, & Tyrij, & tota terra Libani erat de terra Chanaan, vt patet hic, sed omnes huiusmodi fuerunt subiecti regi Salomoni 2. Paralipom. 8. ergo Hiram quoq; subiectus fuit Salomoni.

In monte Libano dominabatur Salomon.

Ad argumentum primum cum dicebatur in contrarium, quòd Salomon petiuit obsecrans, sed non fecisset hoc si fuisset subiectus ei. Respondendum est, quòd Hiram subiectus fuit Salomoni: erat tamen rex Hiram amicus quondam regis Dauid, vt patet tertio Regum, quinto cap. cum ibi gratias Deo extulerit Hiram, quia dedisset Dauid filium sapientem, qui sederet in solio eius, in quo satis apparet eũ dilexisse, quod non esset si non fuisset amicus eius. Item quia Salomon cum scripsit regi Hiram pro cęsione lignorum Libani: dixit: Tu scis voluntatem patris mei Dauid &c. si tamen non esset amicus Dauid non notificasset ei Dauid voluntatem suam: iste enim est præcipuus, immo solus actus amicorum, scilicet cõuiuere: est autem conuiuere iuxta Aristote. Ethicorum libro nono. mente, & verbo participare, & non quemadmodum animalia in eodem pasci: ob hoc quamquam terra regis Hiram, sicut cęterę per circuitum subiectæ fuerint regi Salomoni, tamen præferebat illum Salomõ cęteris regibus, habens non tanquam subditum, sed tanquam amicum, & sic loquebatur ei deprecans, & non iubens: vnde tanta familiaritas inter eos contracta est, quòd rex Hiram vocabat regem Salomonem fratrem, vt patet tertio Regum, nono capitu. cum dixit Hiram: hęccine sunt ciuitates, quas dedisti mihi frater.

Ad secundum argumentum patet solutio ex eodem, nam Salomon cum regem Hiram tantum diligeret, non tractabat eum vt subditum, petens ab eo, vt a cęteris, tributa, sed vt ęqualẽ sibi habebat, & ob hoc fecit cum illo fœdus de tenenda pace: non quidem tanquam Salomon egeret hoc fœdere, sed fecit illud propter regem Hiram promittens, quòd non moueret bella contra ipsum, & sic patet de omnibus terris, quę hic habentur quomodo fuerint subiectæ Israelitis.

Quare omnes istæ terræ non fuerunt subiectæ Israelitis viuente Iosue. Quæst. VIII.

QVAERET aliquis, quare non fuerunt subiectæ omnes istę terræ Israelitis viuẽte Iosue, cum subiectę fuerint reliquæ partes.

Respondendum est tres fuisse pręcipuas causas.

Prima fuit ad vtilitatem Iudęorum, quia Iudęi cũ ingressi sunt in terrã Chanaan erant pauci ad implendum totam terram hanc, immo ad replẽdam saltem

A tertiam partẽ, & si daretur Israelitis tota terra illa immediate, vt ingressi sunt in terram Chanaan, non potuissent populare eam, & crescerent multæ bestiæ, & serpentes in terra, cum sit terra calida, quæ destruerent gentem Iudęorum, vel magna damna inferrent: melius ergo eis fuit, quòd daretur eis solum tanta terra quantam possent occupare, aut parum plus, quã quòd tota simul daretur. De hoc Exodi vigesimotertio capitu. dicitur: Non eijciam eos a facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestię, paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas terram. Idem patet Deuteronomij, septimo capitu. & ista fuit causa cum Israelitæ multas vrbes accepissent, ad quas populandas ipsi B non sufficiebant destruxerunt muros earum, ædificia igne vastantes, vt patet supra vndecimo capitu. & ibi declaratum est: si autem suffecissent ad populandum omnes illas, nullam exussissent.

Item ex eadẽ radice quasi proderat Israelitis, quòd nõ tribueretur eis tota terra simul, sed pars, quia cum non possent totam terram populare, manerent vrbes vacuæ, & venirent alienigenæ, qui in circuitu habitabant, vel residui de populis Chananæorum ad occupandum oppida vacua, & sic semper maneret Iudæis bellum: essentque plura bella. Melius ergo fuit, vt semel pugnarent contra habitatores terrę, & tũc occuparent terram totam, quàm vt expellẽtes illos a principio iterum pugnare deberent contra alios hostes nouiter superuenientes.

C Secũda causa fuit propter peccata Iudęorum, quia Iudęi fecerunt contra præceptum domini cum gentibus illis, ideo derelictę sunt aliquę de ipsis gentibus in stimulos Iudęorum. Iusserat enim Deus, vt Israelitę occiderent omnes Chananęos: neminem sub aliquo pacto seruitutis, aut tributi, vel alias paci, & vitę donantes Deuteronomij, vigesimo capitu. Israelitæ tamen assumptis vrbibus terrę Chanaan multos de incolis terrę illius, quos delere potuerant non deleuerunt subijcientes eos sibi in tributum, vt patet de filijs Ephraim infra decimosexto capitu. & de filijs Manasse infra decimoseptimo capitu. & sic quędam alię tribus fecerunt. Vnde prouocatus Deus dedit gentes Iudęis in flagellum, quia sic comminatus fuerat D Numeri, trigesimotertio cap. dicens: si autem nolueritis interficere habitatores terrę, q remanserint erunt vobis, quasi claui in oculis, & lãceę in lateribus, & aduersabũtur vobis in terra habitationis vestrę, & quidquid illis facere cogitaueram vobis faciam. peccatum autem Iudęorum ex hac parte erat, quia fecerunt pactum cum habitatoribus terrę, quod Deus vetuerat Exodi trigesimoquarto cap. & Deuteronomij vigesimo cap. & non confregerunt altaria eorum, lucos & sculptilia, quod Deus iusserat, & facere potuerant, sed propter tributa, quę recipiebant a gentibus non faciebant, pęna autem secuta ex hoc, quòd non deletę fuerunt gentes a facie eorum fuit, quòd gentes illę postea bella mouebant Iudęis, & occidebant ex eis plurimos. Etiam quia dij gentilium erant Iudęis in ruinam. E Nam communicantes Iudęi cum hominibus terrę illius, ducebantur ad cultum Deorum suorum, & tunc Deus iratus tradebat in manus ipsarum gentium, quę dominabantur illorum affligentes eos, vt patet ex processu totius libri Iudicum: nũquam enim Iudęi fuerunt subiecti alicui genti de his, quę ibi dicũtur, nisi quia colebant Deos gentium. Ista pręuaricatio, & pœna secuta ponitur Iudicum secundo c. cum dicitur: Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terrã, pro qua iuraui patribus vestris, & pollicitus sum, vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum, ita dumtaxat, vt nõ feriretis fędus cum habita-

Iudæi nunquam fuerunt subiecti alicui genti, nisi pp idolatriam.

habitatoribus terræ huius, & aras eorum subuertere-
tis,& noluistis audire vocem meam, cur hoc fecistis?
Quamobrem nolui eos delere à facie vestra, vt habea
tis hostes,& dij eorum sint vobis in ruinam.
Causa tertia fuit ad vtilitatem quãdam Iudæorum,
scilicet,vt essent viri apti ad bellum, & exercitati in ar
mis,ne penitus ocio marcescerent: si enim Iudæis in-
trantibus in terram Chanaan tota gens illa perijsset,
gentes in circuitu Iudęorum non auderent pugnare
contra Iudæos, videntes quòd potentissime vno im-
petu deleuissent gentes Chananęorum: potissimum,
quia non haberent causam pugnandi aliquam contra
Iudæos, cum Iudęi non infestarent gentem aliquam
pręter Chananęos, quorum terram possessuri erant,
& sic esset totum tempus Iudęorum ociosum a bellis,
quo fieret, vt filij Iudæorum penitus fierent inepti ad
vsum armorum,& opera bellica, quod magnam im-
perfectionem dicit in quocunque populo: Deus autẽ
prouidens complemento, & statui perfecto Iudęorũ,
dedit eis gentes aliquas, cum quibus haberent exerci-
tium pręliandi. De hoc Iudicum ca.2. dicitur: Hæ sunt
gentes,quas dereliquit dominus, vt erudiret in eis Is-
raelem,& omnes qui non nouerant bella Chananęo-
rum,& postea discerent filij eorum certare cum ho-
stibus,& habere consuetudinem pręliandi: Et ponun
tur ibi gentes, quæ habentur hic.

Quomodo potuerunt reliquiæ Chananæorum manere in terra promissionis ex causis prædictis præceden. quæst.
Quæst. IX.

QVAERET nũc aliquis, quomodò potuerint
gentes istę manere in terra Chanaan ex his
tribus causis, cum ipsę inter se repugnantiã
quandam habeant: quia duæ earum sunt
ad vtilitatem Iudęorum,& etiam si non peccassent Iu
dęi,habuissent gentes illas in terra manentes. Tertia
siue media earum est propter peccata Israel, idem au
tem effectus non inducitur ex repugnantibus causis.
Item videtur, quòd peccata Israelitarum non fue-
runt aliquo modo causa,quòd relinquerentur gentes
istę,quia antequam essent peccata Israelitarum relin-
quebantur gentes hę. Quod patet, quia cum cessauit
Iosue pugnare acquisita terra illa, de qua supra vnde-
cimo capitu. non peccauerant Israelitæ inientes fędus
cum aliquibus gentibus Chananęorum, aut non sub-
uertendo aras eorum; tamen iam manebant gentes,
cum Deus nollet Iosue vltra pugnare, ergo non erat
ista causa quare derelictę fuerint gentes.
Respondendum est, quòd peccata Iudæorum fue-
runt causa,quòd istæ gentes manerent in terra illa du-
pliciter, scilicet, peccata facta, & peccata futura, vel
quæ facere possent.
De peccatis pręteritis patet in auctoritate supra al-
legata Iudicum secundo, scilicet, quia non subuerte-
runt aras,& quia inierunt fœdus cum eis. Peccata fu-
tura erant causa,scilicet, quia Deus volebat dimittere
gentes illas ad puniendum Israelitas, quando pecca-
rent: nam mox istę insurgebant bella ingerentes Iu-
dæis. hoc patet Iudicum tertio, scilicet dimisitq; eos,
vt in ipsis experiretur Israelem vtrum audiret manda
ta Dei, quę acceperat per Moysen.
Ad argumentum cum dicitur, quòd ex causis con-
trarijs non sequitur idem effectus, concedendum est:
& cum dicitur, quòd istę sunt contrariæ causę, etiam
concedendum est: sed respondendum ad consequẽs,
quòd derelinquere gentes Chananæorum in terra Is-
raelitarum non est totaliter idem effectus, cum sit ad
diuersos fines,& quia ea, quę sunt ad finẽ solum sunt
propter ipsum finẽ, & finis erat hic triplex, ergo cau-

F sa poterat esse triplex ad hunc effectum: causæ autem
quæ ponuntur hic,non sunt efficientes, sed motiuæ,
& coincidunt aliquo modo cum finali,& quia tres fi-
nes sequebantur,aut sequi poterant ex hoc effectu,nõ
est inconueniens fuisse tres causas motiuas ad illum;
& rursus cum isti fines habeant inter se aliquam con
trarietatem, vel qualemcunque repugnantiam, non
erat inconueniens motiuas causas ad illos esse diuer-
sas. Contrarium autem erat Iudæos acquirere ali-
quam perfectionem, vel exaltationem ex pręsentia
gentium,& recipere aliquam pœnam, & diminutio-
nem: & tamen contingebat vtrunque recipi ex præ-
sentia gentium relictarum, ergo poterant esse diuer-
sę causę motiuæ, & contrariæ ad hoc, quòd relinque
G rentur gentes illę in terra Chanaan. Ista autem est
summi Dei solius efficacia, vt ex malis bona elicere
sciat,& possit: quia Deus solus est, cui ipsum quoque,
quod malum est,bonum est, vt ait Boetius, de Conso
latione libro quarto, Prosa sexta. relinquere autem Reliquęgẽtes hostiles in terra Chanaan ad duo Iudæis proficiebant.
gẽtes hostiles in terra Iudęorum malum erat Iudæis,
tamen eis ad duo proficiebat.
Primo,quòd eis præsentibus non crescebãt bestiæ,
quæ nocerent Iudęis, alias tamẽ creuissent redacta ter
ra in solitudinem.
Secundum erat,quòd ex eorum pręsentia sequeba
tur experientia Iudęorum in armis, & hoc valde e-
rat vtile, atque laudabile Iudęis: vnde Romani cum
scirent se potentes delere Carthaginem, diu decreta-
uerunt, an Carthago delenda foret, plurimis atque
H sapientissimis asserentibus magnam vrbis Romę fo-
re ruinam Carthaginis dissolutionem, pręualuit ta-
men sententia multitudinis,& deleta est.
Dicendum tamen adhuc est de causis istis, quòd Determinatio quõnis.
nõ se habent ęqualiter ad istud causatum, sed ipsa cau
sa huius effectus est,vt terra non redigeretur in solitu-
dinem, & crescerent bestiæ contra Iudæos, de quo
Exodi vigesimotertio capit. Et dato, quòd non fuis-
sent aliqua peccata Iudęorum pręterita, vel possibilia,
& non exigeretur aliqua exercitatio in armis, mansis-
sent Chananæorum quędam gentes, sed non seque-
retur tunc idem effectus, qui si peccarent, quia gentes
relictę propter peccata Iudæorum, relinquebantur, vt
punirurę Iudęos: si vero solum staret prima causa, re-
I linquerentur gentes istę, sed non punirent aliquando
Iudęos, nec pugnarent contra eos. Etiam Iudęi non
exercitarentur in armis contra gentes illas, cum illæ
nulla bella mouerent Iudęis non peccãtibus, & cum
ponuntur istę tres, vt causæ: prima est vt causa inte-
gra, alię sunt vt consequentes. Et quando arguitur, ꝙ
dato, ꝙ Iudęi non peccauissent, nec peccaturi essent
relinquerentur gentes illę in terra Israelitarum, respõ
dendum est, ꝙ relinquerentur, sed non ad eundem ef-
fectum, ad quem relinquebantur si peccarẽt: nam cũ
relinquuntur gentes pp peccata Iudęorum, solum re
linquuntur, vt puniturę Iudęos: prima autem causa fa
ciebat illas relinqui, vt populaturas terrã, & impletu-
ras. tertia fuit relinqui illas, vt prębituras Iudęis exerci
K tationem in armis, & sic quamquã ad quamlibet ista-
rum causarum sequatur relinqui gentes in terra Cha-
naan, quia tamen non erãt facturę idem omnibus mo
dis non sequitur penitus idẽ effectus ex omnibus cau-
sis, & sic quod sequitur gentibus relictis si peccarent
Iudęi: non sequitur si non peccarent, etiam si starent
alię duę causę. Vnde cuilibet harum causarum corre
spondet effectus determinatus. *Veniat ergo in partem hæ*
reditatis Israel. Idest, quamquam nondum possideatis
istam terram pręnominatam; quia tamen ego deletu
rus sum omnes gentes has a facie Israelitarum,& hoc
certum est, ac si iam deletę essent, veniat terra earum
in partem hęreditatis filiorum Israel, idest, diuidatur
terra

terra earum per tribus Israelitarum, & proueniat cuilibet pars illius terrę,& dicitur veniat, idest diuidatur nunc, quia vt dictum fuit supra,in principio: Iosue solum diuiserat terram captam, relicta cętera, quæ adhuc tenebatur a gentibus: Deus dicit, quòd nunc veniat in sortem: & hoc fuit, quia postea fecit Iosue iterum diuidere totam terram,siue captam, siue non captam, cuius descriptio patet infra 15. capitulo. vsque ad 20.capit. & dicitur in partem hęreditatis,quia iam acceperant Israelitę vnam partem hęreditatis suę in terra capta:terra autem nondum habita erat alia pars hęreditatis. *Sicut præcepi tibi*. Scilicet,quòd totam terram diuideres. Hoc colligitur s.1. vbi descripsit Deus omnes terminos terrę Chanaan,& postea dicitur:Cõfortare,& esto robustus:tu enim sorte diuides populo huic terram, pro qua iuraui patribus eorũ. Et ibi fuit pręceptum, quia ante hoc nũquam Deus locutus fuerat Iosue,vt patet Deuteronomij tertio, & trigesimoprimo cap.

Et nunc diuide terram in possessionem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse, cum qua Ruben, & Gad possederunt terram,quam tradidit eis Moyses famulus Domini trans fluenta Iordanis ad orientalem plagam ab Aroer, quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & in vallis medio, vniuersaq; cãpestria Medaba, vsque Dibon, & cunctas ciuitates Sehon regis Amorrhæi, qui regnauit in Hesebon vsque ad terminos filiorum Ammon,& Galaad ac terminum Gessuri,& Machati,& omnem montem Hermon, & vniuersam Basan vsque ad Salecha, omne regnum Og in Basan, qui regnauit in Astaroth, & Edrai. Ipse fuit de reliquijs Raphaim: percussitque eos Moyses,atque deleuit. Noluerunt que disperdere filij Israel Gessuri, & Machati: & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem. Tribui autem Leui non dedit possessionem, sed sacrificia, & victimæ Domini Dei Israel, ipsa est eius hæreditas sicut locutus est illi.

Et nunc diuide terram in possessionem. Non solum intelligitur de terra non capta,sed etiam de tota, quia nũc noua diuisio facta est, in qua fuit tota terra, & sortes nouiter distributæ sunt,vt patet ex his, quæ habentur infra 15.vsq; ad 20.cap. vbi tota terra Chanaan continetur,vt supra declaratum est. *Nouem tribubus, & dimidiæ*. Istę solum acceperunt sortem in terra Chanaan ad occidentalem plagam Iordanis: nam alię duæ tribus,& dimidia in plaga orientali Iordanis locatę sunt, vt patet hic,& supra 2.atque Num.32.ca.istius autem terrę nouem tribuum,& dimidię describuntur termini solum Numeri 34.c.& vocatur ibi terra Chanaan, quasi ipsa sola esset terra Chanaan,sed etiam terra,quã sumpserunt duæ tribus,& dimidia erat terra Chanaã, vt declaratum est supra primo: nam ibi erant Amorrhęi, qui erãt vnus de septem populis Chananęorum, quos Deus tradere promiserat Israelitis.

Et ex hoc falluntur, qui dicunt quòd Moyses non introiuit in terram Chanaã, vel terram promissionis: nam ipse introiuit in terram duarum tribuum, & dimidię cum acquisierit eam, & occiderit Sehon regẽ Hesebon,& Og regem Basan, vt patet Numeri 21.& Deuteron.2.& 3.& pręcede. cap. sed illa ita erat terra promissa,sicut terra nouem tribuum & dimidię,cum Deus promiserit dare terram septẽ populorum: vnus autem eorum erat Amorrhęus,cuius terram accepit Moyses,ergo in terram promissionis introiuit, sed nõ perambulauit totam terram promissionis, cum non transierit Iordanem: qui autem dicunt eum non introisse in terram promissionis falluntur ex hoc, quòd Deus iussit ei, quòd ascenderet in cacumen Phasgę: & quòd inde contemplaretur terram, quam daturus erat Israelitis videns illam, sed quòd non introisset in eam,vt patet Numeri, vigesimo septimo cap. & Deuteronomij 3.& 32.cap.sed non refertur hoc ad totam terram promissionis,sed ad quãdam eius particulam, vel maiorem portionem, quæ est ad occidentem Iordanis,& ad illam non introiuit Moyses.

Et dimidiæ tribui Manasse. Fuerat diuisa tribus Manasse in duas partes,vna acceperat hęreditatem ante transitum Iordanis ad Oriẽtalem partem eius,reliqua media tribus nondum susceperat, & ista suscepit hęreditatem cum nouem tribubus.

Cum qua Ruben,& Gad possederunt terram. Istud relatiuum non refert suum antecedens, quia ista media tribus,de qua dictum est immediatè non est illa,quæ suscepit hęreditatem cum Gad, & Ruben ad partem orientalem,sed alia dimidia: ideo debet istud relatiuũ referri ad antecedens,quod non pręcessit, scilicet ad aliam dimidiam tribum. Et est sensus cum qua Rubẽ & Gad,idest, & cum reliqua dimidia tribu Manasse, Ruben,& Gad susceperunt hęreditatem ad oriẽtem.

Quam tradidit eis Moyses famulus Domini. Istę duę tribus,& dimidia susceperũt hęreditatem ante reliquas tribus,quia terra illa erat valde pascualis, & istę tribus magis abundabant in pecoribus quam reliquę, ideo petierunt terram illam a Moyse Numeri 32.capitu.de conditionibus,cum quibus data est,patet eodem cap. dicitur tradidisse Moyses, quia tunc ipse viuebat, & erat princeps,ideo ab ipso petierunt,& a sacerdote Eleazaro, & ipse concessit: ei enim erat potestas distribuendi terram, & distribuisset totam si introisset in terram trans Iordanem ad orientem.

Famulus Domini. Pro laudis insignio ponitur, quia in toto populo nemo erat, qui ita fideliter adhęreret Deo,vt ipse,& ob hoc vocauit eum Deus fidelissimũ in tota domo sua,vt patet Numeri, duodecimo capi. & ad Hebrę.4.

Trans fluenta Iordanis.Idest vltra aquas Iordanis.Vtraque pars vocatur trans Iordanem: siue Orientalis, siue Occidentalis, ideo subiungitur determinatio, scilicet.

Ad orientalem plagam. Idest in parte terræ Chanaan, quæ est ad orientalem partem Iordanis, & ista est terra duorum regum Amorrhęorum,vt patet hic,& pręcedenti capitu.

Ab Aroer, quæ sita est in ripa torrentis Arnon.

De termino terræ duarum tribuum. *Quæst. X.*

Hic ponitur terminus terræ duarum tribuũ, & dimidię, & diuiditur in duo. Primo ponitur tota terra, quam possederunt duę tribus,& dimidia: secundò diuiditur terra inter illas infra. *Dedit ergo Moyses*.

Circa primum. *Ab Aroer*. Iste est terminus terrę duorum regum Amorrhæorum,& est in parte Oriẽtali, vbi est verè frons Orientalis totius terrę Chanaan.

De ista Aroer aliqui dicebant, quod est in terra Moab in finibus Moabitarum, & Amorrhęorum, quod quidem non repugnabat: nam ciuitas, quæ esset in terra Moabitarum bene poterat esse terminus Amorrhęorum, quia est terminus Moabitarum, & vtranque terram diuidit, cum in continuis copulētur partes ad terminum communem, sic terra Moabitarū, & Amorrhęorum copularetur ad ciuitatem Aroer, quia esset in finibus, in quo nihil referebat, an ad Amorrhęos, vel ad Moabitas: sed necessario dicendum esse Aroer vrbem in terra Amorrhęorum ad orientalem plagā, patet Nume. 32. vbi ponitur inter ciuitates, quę datæ sunt tribui Gad, cum dicitur: Igitur extruxerunt filij Gad Dibon, & Astaroth, & Aroer. *Quæ sita est in ripa torrentis Arnon.* Est Arnon nomen scopuli, vel vrbis, & nomen fluminis. Primariè conuenit scopulo vel vrbi, & consequenter torrenti decurrenti ad radices vrbis, vel scopuli, & hoc Numeri 21. cap. dicitur. Arnon est in deserto, & prominet in finibus Amorrhei, si quidem Arnon terminus est Moab diuidens Moabitas, & Amorrhæos: est etiam torrens Arnon trāsiens per vallem diuidens terram Moabitarum, & Amorrhęorum: in ripa autem torrentis huius circa scopulos Arnon est ciuitas Aroer ex parte terræ Amorrhęorum.

Arnon quid significat.

Situs Arnon.

Et in vallis medio. Idest ista ciuitas Aroer, quæ est in ripa torrentis Arnon est in medio vallis, quia Arnon labitur per medium vallis ex conditione fluuiorum petentium ima, & in medio vallis illius, scilicet circa ripam, est ciuitas Aroer. In Hebręo dicitur. *Et ciuitas in medio torrentis.* Idest ciuitas ista Aroer erat in medio torrentis huius Arnon, sed quia hoc sic intelligendo falsum est, cū nullatenus posset esse ciuitas in medio fluminis, litera nostra mutauit verba, vt seruaret veritatem sententię dicens esse in medio vallis, fuisset autem sustentabilis sententia si diceretur, & torrēs in medio ciuitatis, scilicet, quòd torrens Arnon fluebat per medium ciuitatis Aroer: sic enim est in multis vrbibus, quòd flumina transeunt per medietatem earū. Similes autem sententiæ habent aliquādo in Hebręo sic patet supra 5. c. in fine, cum dicit litera nostra, cumque esset Iosue in agro Iericho, leuauit oculos &c. in Hebręo dicitur: Cumque esset Iosue in Iericho, sed manifestum est, quòd non erat tunc Iosue in Iericho, sed in Galgalis aliquantum distanter ab vrbe Iericho, sicut ibi accepit Iericho pro agro, vel adiacentibus locis Iericho, ita hic accepit medium torrentis, idest medium vallis, in qua erat torrens.

Situs Aroer.

De Medaba.

Vniuersaque campestria Medaba. Ista est ciuitas in terra Amorrhęorum in regno Sehon, & pertinuit olim ad Moabitas: sicut enim ciuitas Hesebon Metropolis regni Sehon quondam fuit Moabitarum: ita & Medaba multaque alia oppida, de quo Numeri 21. capit. cum dicitur: iugum eorum disperijt ab Hesebon vsq; Dibon lassi peruenerunt in Ophe, & vsque Medaba. Fuit autem postea ciuitas ista pertinēs ad tribum Ruben, vt patet infra. *Vsque Dibon.* Est ista ciuitas de pertinentibus ad regem Sehon, & acceperat eam quondam cum cęteris violenter de manu Moabitarum, & est ista ciuitas in fine terræ, quæ capta est de manu Moabitarum versus Occidentem. Data fuit autem postea in sorte filiis Ruben, vt patet infra in litera. Inter vrbem Dibon, & vrbem Medaba sunt magna spatia aliqualiter plana, & aliqualiter montuosa, & illa vocātur campestria ex modo loquendi scripturę, quæ diuidit terrā in planam, & campestrem, & mōtanam. Et quia illa spatia adiacent vrbi Medaba vocantur campestria Medaba, & in his sunt multæ populationes, quę infra vocantur viculi.

Dibō quæ ciuitas sit, ac eius situs.

Cunctas ciuitates Sehon regis Amorrhæi. Idest acceperunt duæ tribus, & dimidia ciuitates, quas possederat

F rex Sehon, siue pertinentes ad sedem regni sui Amorrhęi, siue quas bello captas a Moabitis regno suo admiscuit. vocatur Sehon rex Amorrheus, quia ipse, & rex Og erant de genere Amorrhęorum, qui erat vnus de septem populis terrę Chanaan. *Qui regnauit in Hesebon.* Nomen vrbis est Hesebon, & non terrę, vt patet Nume. 21. vbi vocatur vrbs Hesebon, idem patet Nu. 32. Istam vrbem reędificauerunt filij Ruben ad ponēdum ibi vxores suas & paruulos, cum transierunt Iordanem cum reliquo Israel ad pugnandum cōtra Chananęos Numeri 32. & in sortem eorum prouenit, vt patet infra. Dicitur regnasse Sehon in Hesebon, non quidem quasi nullam aliam haberet vrbem, cum plurimas haberet, sed quia ista erat Metropolis, cum esset excellentior, & in ea magis habitabat quàm in reliquis: sicut rex Og dicitur habitasse in Astaroth, vt patet infra, & sequenti cap. & forte denominatus est ab hac vrbe, quia gloriosiorem se putabat in eo, quod bello acquisierat quam in eo quod hęreditaria successione a progenitoribus acceperat, & proculdubio sic est, quia possidere nihil glorię habet, acquirere autem, & gloriæ, & laboris admixtas habet particulas.

G

Vsque ad terminos filiorū Ammon. Regnum Sehon regis coniungitur in toto latere Meridiano filijs Moab, in latere autē aquilonari coniungitur Ammonitis, & Gessuri atq; Machati, & tangit Ammonitas in latere hoc vsque ad partes occidentalis lateris iuxta torrentem Iaboth: nam Iaboth est torrens coniunctus vrbibus Ammonitarum, vt patet Deute. 2. c. cum dicitur: Omnes tradidit nobis dominus absque terra filiorum Ammon, ad quā non accessimus & cunctis, quæ adiacent torrenti Iaboth, & magis clarè præceden. cap. scilicet dimidijque Galaad vsque ad torrentem Iaboth, quæ est terminus filiorum Ammon. De torrente isto constat, quòd sit apud Iordanem distans leuca vna, vt patet in libro de diuisione Terrę sanctę. Iordanis tamē est terminus Occidentalis terrę istorum duorum regum Amorrhęorum, cum sit terminus Orientalis terræ nouem tribuum, & dimidię, vt patet Num. 34. & istę duę terrę sunt adiunctę: ergo terra Ammonitarū tangit terram regis Sehon in latere aquilonari vsque ad occidentem, vel quasi: sed non tangit in toto latere aquilonari, quoniam terra Gessuri, & Machati etiā sunt termini aquilonares regni Sehon.

Quid sit Iaboth.

H

I

Et Galaad. Est Galaad terminus Occidentalis regni Sehon, & terminus orientalis regis Og, quia iste mōs diuiditur, & medietas pertinet ad regem Sehon, reliqua autem medietas ad regem Og, vt patet Deutero. 3. & præcedenti capit. & hic.

Ad terminum Gessuri, & Machati. Idest coniungit regnum Sehon monti Galaad apud terminos Machati, & Gessuri, quia ista regna contingūt terram regis Sehon in latere aquilonari, vbi coniungitur monti Galaad ex latere occidentis. Ex hoc patet, quod supra dicebatur, s. quòd Gessuri non sit apud terram Philisthinorum in latere Meridiano terræ nouem tribuum, & dimidiæ, sed in terra duarum tribuū & dimidię, apud regnum Sehon: ibi tamen nominata fuit terra Gessuri ex causa ibi assignata. Nisi quis dicere voluerit esse terram Gessuri apud terram Philisthinorum aliam ab hac, de qua hic dicitur, & vtrunque satis stat. ista terra Gessuri est in qua Absolon mansit exul, & transfugus cum occidit fratrem suum Ammon, de quo 2. Regū 13. & 14. erat enim ibi auus suus maternus, quia acceperat Dauid in vxorem filiam regis Gessuri, & genuit ex ea Absolonem, de quo secundo Regum 3. capitu. Istę duę terræ Gessuri, & Machati, quamquam aliquo modo pertinere possent ad Israelitas, tamen non deleuerunt habitatores terrarum illarum Israelitę, vt patet infra.

K

Omnem-

Omnemque montem Hermon. Dicet aliquis contra, quia A non fuit totus mons Hermon in potestate duorum regum Amorrhęorum, sed pertinebat ad terram nouem tribuum, & dimidię, & supra pręcedenti cap. ponitur mons Hermon, tanquam terminus occidentalis extrinsecus, cum dicatur: ab Aroer vsque ad montem Hermon in terra duorum regum Amorrhęorũ.

Respondebit aliquis, quòd non ponitur hic totus mons Hermon, tanquam pars terrę duorum regum Amorrhęorum, sed tanquam terminus terrę huius, scilicet, quòd vsque ad montem Hermon accedebat terra illa; quia erat mons Hermon terminus occidentalis, & sic accipitur pręcedenti capitu. quòd ista terra extendebatur ab Aroer vsque ad montem Hermon.

Sed non potest hoc stare, quia necesse est, quòd aliquid de mõte Hermon esset in terra duorum regum Amorrhęorum, cum dicatur pręcedenti capit. quòd rex Og dominatus est in monte Hermon. B

[...] monte [...]mon [...]ina-[...] Og [...]

Item si poneretur hic pro termino mons Hermon non conuenienter diceretur, quòd accedebat terra duorum regum Amorrhęorum vsq; ad omnem mõtem Hermon, sed solum vsque ad montem Hermõ: nam si velimus accipere proprie totum montem Hermon, non accedebat terra duorum regum Amorrhęorum ad omnem montem Hermon, alioquin daretur, quòd omnia latera montis illius tangerentur a terra duorum regum Amorrhęorum, quod falsum est, quia mõs iste ingreditur terram nouem tribuum, & dimidię versus occidentem ad terram Sidoniorũ, & ad radices eius in planitie montis Libani multi populi habitant, vt patet supra 11. & supra in litera. C

Item non stat ista expositio, quod patet ex adiunctis, scilicet omnem montem Hermon, & vniuersam Basan, in quo apparet ista similiter poni, sed Basan non ponitur tanquam terminus, sed magis tanquam pars terrę regis Sehon, vt patet pręcedenti capitu. & Deuteronomij 3. ergo totus mons Hermon non ponitur hic, tanquam terminus, sed tanquam pars terrę duorum regum Amorrhęorum.

In quo dicendum est, quòd ponitur hic mons Hermon, tanquam pars terrę duarum tribuum, & dimidię, cum fuerit pars terrę duorum regum Amorrhęorum, sed quędam pars eius non magna, quam ponere cogimur, quia pręcedenti capitu. dictum est, quòd dominatus est rex Og in monte Hermon, totus tamen quasi mons Hermon erat in terra nouem tribuum, & dimidię: est autem quasi in latere aquilonari terrę illius, & protenditur ad partem occidẽtalem, quasi per totum latus aquilonare transiens per planiciem montis Libani, & ad radices huius montis multi reges, & populi habitabant, vt patet supra 11. capit. cum rex Iabin conuocauerit in pugnam contra Iosue omnes reges habitantes ad radices Hermon: pars tamen quædam montis huius in parte orientali transit in terram duorum regum Amorrhęorum, & in illa dominatus est rex Og, de quo dicitur pręcedenti capitu. & dominatus est in monte Hermon. Vocatur autem ista particula totus mons Hermon, quia fortè erat diuisa a reliquis partibus, quasi per se sit vnus mons; sicut interdum est in alijs montibus, qui protenduntur in lõgũ, quoniam interdum diuiduntur in multos colles inter cidentibus vallibus, & planiciebus: & tunc quilibet illorum collium videtur per se quasi vnus mons, ista autem particula montis Hermon est ad partem occidẽtalem terræ regis Sehon, vbi coniungitur terrę nouẽ tribuum, & dimidię. D E

[...] Ba-[...] [...]

Et vniuersam Basan. Ista est regio quædam in terra regis Sehon, a qua ipse vocabatur rex, vnde dicebatur rex Basan, & fuit olim terra gigantum: in ea enim habitauerũt Raphaim de quorum reliquijs fuit rex Og. De hoc Deuterono. 3. capi. scilicet, cuncta Basan terra gigantum vocatur. Fuit autem ista regio Basan tradita in sortem dimidię tribui Manasse, vt patet Deuter. 3. & Nume. 32. & infra, in litera.

Vsque ad Saletha. Ista est ciuitas in regno regis Og, vt patet pręcedenti capit. cum dicitur, quòd dominatus est in monte Hermon, & in Saletha: est autem in extremitate terrę Basan, quod patet, cum dicitur hic vniuersam Basan vsque ad Saletha. *Omne regnum Og.* Idest omne regnum regis Og ceperunt, & istud erat in Basan. Non quidem, quòd totum regnum eius esset in Basan, quia præter regionem illam aliam habebat, sed quia principium, & caput regni eius erat Basan, vt supra declaratum est pręcedenti cap. Quid Saletha sit ac eius situs.

Qui regnauit in Astaroth. Astaroth non est regio, sed ciuitas, vt patet infra vbi Astaroth, & Edrai vocantur vrbes, & hanc vrbem extruxerunt filij Gad cum transierunt Iordanem, cum nouem tribubus, & dimidia ad pugnandum, vt patet Numeri 32. capitu. Est autem ista ciuitas in terra Basan, nam in hac vrbe erant Raphaim, idest gigantes, cum pugnauerunt contra eos reges, qui veniebant cum Chodorlaomor, vt patet Genesis 14. capitu. s. percussit Raphaim in Astaroth Carnaym. Terra autem gigantum erat Basan, qui vocantur Raphaim, de quibus erat rex Og, ideo in hac terra Basan erat Astaroth. Erat autem de ciuitatibus præcipuis regni, & ob hoc in ea morabatur rex Og, & fuit ibi caput gigantum. *Et Edrai.* Ista est alia ciuitas regni Og, & videtur esse circa limites regni: nam cum rex iste exijt obuiam Iudęis pugnaturus venit in Edrai, vt patet Numer. 21. & Deuteronom. 3. erat etiam ista de pręcipuis ciuitatibus regni, ideo nominata est, sicut Astaroth, & ita reges interdum in denominationibus suis ponunt quasdam vrbes pręcipuas regnorum suorum. Est autem ciuitas Edrai in regione Basan in terra gigantum, sicut ciuitas Astaroth, vt patet infra in litera, & data est in sorte filijs Manasse dimidiæ tribui, vt patet infra. Quid Astaroth sit ac eius situs. Quid sit Edrai ac eius situs.

Ipse fuit de reliquijs Raphaim. Idest Og rex fuit de stirpe Raphaim, idest quorundam gigantum, qui vocati sunt Raphaim; fuit autem de reliquijs, quia quando ipse erat nullus alius de gigantibus supererat, vt patet Deuteronom. 3. scilicet solus quippe Og restiterat de stirpe gigantum, & accipiuntur ibi gigantes pro illis, qui vocantur Raphaim, de quibus nulli supererant. De alijs autem gigantibus multi erant tunc in vrbibus Gaza, Geth, & Azotho, & in Hebrõ, Dabir, & Anab, & in montibus Iudę, & Israel, vt patet sup. 11. De quo ibi magis declaratum est, & pręcedenti capitu. Hic autem seruauit litera nostra proprietatem magis quàm Deuteron. 3. c. vnde cum dicere debuisset solus quippe Og restiterat de stirpe Raphaim, dixit de stirpe gigantum, quos Hebręi vocant Enacim. *Percussitque eos Moyses.* Idest Moyses cum exercitu Israelitarum occidit reges istos, vt patet pręced. cap. & Num. 21. & Deuteron. 2. & 3. ca. nullos alios autem reges occidit Moyses in terra Chanaan, sed reliquos occidit Iosue, vt patet pręced. ca. *Atque deleuit.* Idest, non solum occidit sed etiam totaliter destruxit nullum dimittẽdo de populo horum regum. delere enim totalem eradicationem notat. *Nolueruntque disperdere filij Israel Gessuri, & Machati.* Ex hoc patet, quod supra dicebatur, s. terram Gessuri esse apud terram duorum regum Amorrhęorum. Nam cum dictum est de destructione regnorũ duorum subiungitur, ꝙ noluerunt Israelitę pugnare contra regnum Gessuri & Machati, sed permiserunt incolas terrę huius habitare inter Israelitas, tamen si non essent ista regna apud terram duorum regum Amorrhęorũ, nihil attineret dici, quòd noluissent Israelitę delere ea, sed postea diceretur cũ ageretur de alia terra, Situs Gessuri.

terra, apud quam essent Gessuri, & Machati, & satis ē t patet, quia Deuteron. 3. vbi solum agitur de terra duarum tribuum, & dimidiæ dicitur, quòd terra ista peruenit vsque in Gessuri, & Machati. Terra tamen Philisthinorum nequaquam potest contingere terrā duorum regum Amorrhæorū, quia ista est maxime oriētalis in tota terra Chanaan, & terra Philisthim est maxime occidentalis & meridiana, vt declaratum fuit supra.

De istis duobus regnis dicitur, quòd non deleuerūt Israelitæ, & non sine causa, quia erant cōtingentia terram duarum tribuum, & dimidiæ, & aliqualiter inter terram illam ambiuntur partes quędam horū regnorum, cum dicatur immediate, quòd habitauerūt Gessuri, & Machati inter filios Israel vsque in pręsentem diem.

Quomodo Gessuri, & Machati remanserunt in terra Chanaan, & non deletæ fuerunt ab Israelitis, & quæ gentes erant. Quæst. XI.

VNDE aliquis miraretur quomodo Israelitis stantibus in terra mansissent gentes illæ in terra illa. Et respondetur, quòd manserunt quia Israelitę noluerunt delere habitatores terrarum illarum: vnde postea confęderati fuerunt Israelitis: nam Dauid accepit vxorem filiam regis Gessuri. 2. Regum 3. ca. De his gentibus potest dupliciter dici. Vno modo, quòd Machati, & Gessuri erant quędam regna parua de stirpe Amorrhęorum, & pertinebant ad terram Chanaan.

Alio modo, ꝙ erant de gentibus alijs non pertinentibus ad Chananęos, sed solum coniuncti erant terræ duorum regum Amorrhęorum. Primum dicet aliqs fortè esse rationabilius: ad hoc autem positū fuit hic, & est responsio: sed contra, nam cum Machati, & Gessuri essent de Chananæis, quomodo remanserūt? omnes enim Chananæos occidere debebant Israelitæ.

Et tunc respondetur, quòd remanserunt, quia Israelitæ noluerunt eos delere. Sed hoc satis est dubium, & non videtur stare: nā Deus iusserat, quòd omnes Chananæi delerentur. Sed Israelitæ poterant delere Gessuri, & Machati, & noluerunt, vt patet in litera, cum dicatur, ꝙ Israelitæ noluerunt delere eos: ergo non vidētur fuisse de Chananæis, alioquin satis peccaret Israel dimittendo illos.

Et si arguatur, ꝙ cum Iosue introiuit in terrā Chanaan trans Iordanem multa oppida reliquit non capiens, vt patet supra in litera, & tamen erant de gente Chananęorum.

Respondendum est non esse simile, quia Iosue nō dimisit loca illa tanquā volens, sed quia debellare non potuit nolente domino tradere in manus eius, aut iubente ne pugnaret contra gentes illas: Deus quippe dicit, ꝙ ipse noluit tradere in manus Iosue, vt patet Iudicum 2. cap. & 3. Gessuri autem, & Machati solum māserunt volentibus Israelitis, ergo peccauissent si essent de Chananæis.

Sed adhuc dices satis cōcedi posse hoc, nam etiam in terra nouem tribuum, & dimidię Israelitę reliquerunt multa loca volentes, vt habitatores illorum efficerent tributarios, vt patet in tribu Ephraim. infra 16. & in tribu Manasse. infra 17. & Iudicum 1. capit. ita ergo relinqui poterāt Gessuri, & Machati in terra duorum regum Amorrhæorum, vt sub tributo seruirent.

Respondendum est non stare, quia isti, qui reliquerunt loca ista gentium non delentes habitatores, nec subuertentes aras Deorum peccauerunt grauiter, & Deus eis durè improperauit dicens, quòd quia hoc fecerant deletæ non fuerant gētes illæ, vt haberent ho-

F stes, & dij illarum essent in ruinam Iudæis Iudicum 2. cap. Gessuri tamen, & Machati fuerunt de relicta illęsa tempore Moysi, quia ipse fuit, qui subegit terrā duorum regum Amorrhęorum, & occidit illos, vt patet hic: ergo non est vllatenus suspicabile, quia talia faceret Moyses grauiter peccans: potissimum cum ipse ex mandato Dei pronunciasset Israelitis ne talia facerent Deuteronom. 20. cap. potissimum, quia Moyses non moueretur cupiditate tributorum ad dimittendum gentes illas in terra Israel; non est ergo dicendū quòd fuerint de Chananæis.

Item patet efficaciter, quia Dauid accepit in vxorē filiam regis Gessuri, vt patet 2. Regum 3. non tamen accepisset eam si esset de Chananęis, quia vetitū erat

G in lege accipere huiusmodi fęminas. Exod. 34. & Deuteronom. 7. & ex hoc Salomon fuit valde increpitus, quòd accepisset vxores de Hethæis, & Chananæis, quas Deus vetuerat copulatusque est eis ardētissimo amore. 3. Regum 11. cap.

Alius modus conuenientior est, s. quòd sint Machati, & Gessuri de alijs gentibus non pertinentibus ad Chananęos: erant tamen in limitibus terrę Chanaan, sicut Moabitę, & Ammonitæ: causa tamen quare ponitur de istis gentibus, quòd nō acceperint terram earum Israelitæ, fuit quia Deuteronom. 2. dicitur, quòd acceperint omnia loca præter ea, a quibus Deus prohibuit illos, sicut terra Ammonitarum, & Moabitarū. Gessuri tamen, & Machati non erāt de locis, a quibus Deus vetuerat Iudęos, ergo quamquam non essent de

H terra Chanaan accipere potuissent, & quia non acceperunt exprimitur, ꝙ non acceperunt terram illam, quia noluerunt delere habitatores eius.

Ideo dicendum est ista duo regna, non pertinuisse ad terram Chananæorum, & ob hoc dimisisse illa Israelitas: non quidem quòd obligarentur ad non pugnandum, quia non erat de Chananæis, sed quòd ob hoc, quòd non erant de Chananæis, poterant dimittere eos, ne caperent, aut pugnarent contra illos. *Habitaueruntque in medio filiorum Israel vsque in præsentem diem.* Idest isti duo populi, vel gentes habitauerunt inter Israelitas vsq; ad tempus, quo liber iste scriptus est, s. vsque ad Samuelem, qui fuit in principio regum Israel, & ipse scripsit librum hunc, & non solum vsque tunc, *Samuel fuit in principio regū Israel.*

I sed etiam postea tempore Dauid manebant, cum ipse acceperit filiam regis Gessuri in vxorem. 2. Reg. 3. c. & manserunt deinde, cum esset Absalon magnus, & occidisset fratrem suum maiorem, nam confugit in Gessuri. 2. Reg. 14. postea autem non legitur fuisse aliquā harum gentium deletam, aut terram eorum occupatam. *Tribui autem Leui non dedit possessionem.* Hoc dependet ex prædictis. Nam dictum fuerat, ꝙ duabus tribubus, & dimidiæ data est terra duorum regum Amorrhæorum, & nouem tribubus, & dimidiæ, diuidenda erat tota terra Chanaan. Nō restabat ergo aliquid pro tribu Leui, & hoc dicitur hic, scilicet tribui autem Leui non dedit possessionem.

K *An Leuitæ acceperint hæreditatem cum acceperint quadraginta octo vrbes. Quæst. XII.*

ARGVET aliquis, quòd Leuitæ acceperunt hæreditatē, quia datæ sunt eis ciuitates 48. Nume. 35. c. de quibus infra. 21. & istæ sunt sors quædam, nam tribui Simeon non prouenerunt tot ciuitates, & quibusdam alijs tribubus cōputando infra. a 16. vsq; ad 20. ca. Respondendum est ꝙ differebant Leuitæ in non accipiendo hęreditatem a reliquis Israelitis dupliciter. Primo, quia cuilibet tribui Israelitarum fuit assignata aliqua sors, vt patet hic de duabus tribubus, & dimidia, & deinde de nouem,

&

& dimidia. Et magis hoc apparet inductiue a c. 15. vsq; ad 20. acceperunt tamen Leuitę, & sacerdotes aliquas vrbes in eleemosynam ad habitandum, quia alias non habuissent locum in terra Chanaan, & istæ sunt 48. vrbes, de quibus Nume. 25.

Et si aliquis dicat, quòd istas vrbes receperunt Leuitæ in Sortem, sicut aliæ tribus receperunt reliquam terram.

Dicendum est non stare, quia nō fuit posita aliqua sors pro vrbibus istis, sed quælibet tribus dedit aliquas vrbes de suis, fuit autem modus, quòd tota terra primo diuisa fuerit non manente aliquo loco, & factæ sunt Sortes pro 12. tribubus: pro Leuitis autē nullus locus māsit, sed postea quęlibet tribus in eleemosynā quodam modo dedit aliquas de vrbibus suis, & sic datæ sunt 48. vrbes Leuitis. De hoc infra 21. capi. possessio autem denominat aliquid hęreditatie veniens, & receptum in titulum: Leuitæ autem non susceperunt tanquam ex iure suo, sed in eleemosynam, ideo non dicuntur habere possessionem.

Secundo differunt Israelitę reliqui a Leuitis in habendo possessionem, quia Israelitæ diuiserunt inter se vrbes, & territoria sua, agros, & vineas, & reliqua loca, Leuitæ autem quamquam acceperunt hęreditatem, scilicet ciuitates necessarias: tamen non acceperunt cum eis terminos, vel territoria vrbium ad agros, vel vineas, quia ipsi nihil horum habebant, sed territoria ciuitatum Leuiticarum cedebāt vrbibus propinquis Israelitarum: ipsi autem solum habebant in circuitu vrbium Suburbana quædam habentia in longitudine cubitos mille ad omnem partem vrbis, & ista erant solum ad pascua pecorum, quia Leuitæ non plantabant vineas, nec agros colebant propter duo.

Primo quia non poterant semper vacare agricultuтæ: cum semper deberēt ministrare multi illorum in loco Sanctuarij: & potissimum erat hoc de sacerdotibus. De ministrationibus, & temporibus ministrandi, & distributionibus ministrorum, & ministrationum patet 1. Paralipo. a cap. 23. vsque ad 28.

Secunda causa erat, quia non indigebant sacerdotes, & Leuitæ hac vacatione cum reditus decimarum sufficerent eis, sacerdotibus autem sufficiebant oblationes, & alia iura, de quibus Numeri 18. Non ergo fuit data terra, in qua agros colerent, aut vineas plantarēt, sed solum haberent pascua pro pecoribus suis, & huius causa erat, quia Leuitæ recipiebant decimas Israelitarum, & quia inde proueniebāt pecora, & alia iumenta in decimam, indigebant Leuitæ locis, in quibus pascerent pecora: hęc autē erant suburbana apud vrbes. De hoc Nume. 35. dicitur: Præcipe filijs Israel, vt dent Leuitis de possessione sua vrbes ad habitādū, & suburbana earum per circuitum, vt ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus atque iumentis. Quare autem Leuitæ non acceperunt hęreditatē agrorum, & vinearum, sicut cęteri Israelitæ, declaratum fuit magis Deuterono. 18. & ibi vide. Ob hoc ergo dicitur de Leuitis, quòd non receperunt hęreditatem: nam hęreditas vocatur hic, ex qua fructus proueniunt, quod magis conuenit agris, & vineis quam vrbibus: quia ibi est vsus rei pro fructu, & nullus alius fructus, ideo quamquam darentur eis vrbes, non dicebatur data hęreditas.

Sed sacrificia, & victimæ Dei Israel ipsa est hæreditas eius. Quia non fuit data Leuitis hęreditas, sicut cęteris tribubus, fuit tamen aliquid datum ęquipollens hęreditati, scilicet sacrificia, & victimę: nā sicut cęteri Israelitę sustentabantur de agricultura habētes fundos agrorum, & vinearum: ita Leuitæ sustentabantur de fructibus, qui proueniebant ex oblationibus, & sacrificijs.

A Pro quo sciendum, quòd nullus de tribu Leuitica accepit aliquam possessionem agrorum, & vinearum inter Israelitas, sed omnes sustentabantur de prouentibus Sanctuarij. Considerandum etiam, quòd Leuitarum erat duplex status, quidam erant, qui vocabantur sacerdotes, & faciebant sacrificia atque cęteras ministrationes in Sāctuario, de quibus dictum est Leui. 21. & Numer. 3. & isti erant solum de genere Aaron, siquis autem aliorum, siue Leuitarum, siue non Leuitarum attentaret explere aliquam ministrationem ꝑtinentem ad sacerdotes, moriebatur; vt patet Nume. 3. & 18. & sic factum est de Core, & socijs suis Num. 16. Alij autem erant de Leuitis, qui non pertinebant ad sacerdotes, quia non erant de stirpe Aaron, sed de

Duplex erat status Leuitarū.

B tota alia progenie Leui, scilicet de Gersonitis Caathitis, & Meraritis, & hi solum habebant officium custodiendi vasa Sanctuarij, in quibus ministrabant sacerdotes, & portabant ea de loco ad locum cum portanda essent castra: castrametabantur etiā in circuitu Sanctuarij, cauentes ne quis accederet ad illud. De hoc Nume. 1. & 3. cap. ad ministrandum autem in vasis intra Sanctuarium accedere non audebāt: alioquin morerentur. Nec solum ad ministrandum, sed etiam videre illa nuda non licebat, quòd si viderent morerentur, vt patet Numeri 4. & 1. Reg. 6. de Bethsamitibus, qui viderunt arcam domini. Isti autem Leuitæ secūdi gradus vocabantur Leuitæ solum: primi vero, qui erant de genere Aaron, vocabantur sacerdotes. Vtrique tamen erant Leuitæ quantum ad genus: licet nō

C quantum ad officium. Leuita autem duo notat, scilicet lineam progeniei, & gradum ministerij: omnes autem hi sustentabantur de iuribus Sanctuarij, & nullus susceperat agros, nec vineas ad colendum: sed diuersimode prouidebatur his de iuribus Sanctuarij. Nam Leuitę secundi gradus, qui sunt Leuitæ, & nō sacerdotes, accipiebāt sola iura decimarum, ita quòd omnes decimæ darentur Leuitis a filijs Israel, & nullæ prouenirent sacerdotibus, & his solis contenti viuebant Leuitæ. De hoc Nume. 18. cap. sacerdotes autem habebant alia iura. Pro quo sciēdum, quòd inter sacerdotes erat ordo, quia quidam erat semper sacer-

Ordo īter sacerdotes vete. test.

D dos magnus vsque ad mortem, alij omnes vocabantur sacerdotes minores. Et iste sacerdos magnus habebat excellentiam super cęteros in potestate sacerdotąli, sicut Episcopi, vel Papa possunt aliquid quod non possunt minores clerici, & nō solum poterat iste aliquid super cęteros quantum ad id, quod erat iurisdictionis: sicut in nouo testamento potest Papa super episcopos, vel archiepiscopus super episcopos, sed etiā aliquid quantum ad id, quod erat ordinis. Nam summus sacerdos solus poterat facere sacrificia in die propitiationis, nulli autem alij licebat, vt patet Leuiti. 16. Etiam summus sacerdos solus poterat ingredi in sancta Sanctorum ad expiandum in sanguine, aspergendo illum contra propitiatorium, & siquis conaretur

E ingredi illuc præter summum sacerdotem, moreretur, vt patet Leui. 16. & ad Hebrę. 9. c. nec solum hoc, sed etiam siquis de minoribus sacerdotibus esset in tabernaculo, quando ingrederetur summus sacerdos in sancta Sanctorum, moriebatur, vt patet Leui. 16. Iste summus sacerdos non eligebatur, sed per lineam veniebat, scilicet, quòd primogenitus summi sacerdotis erat summus sacerdos, & sic per totam lineam filiorum Aaron. De hoc declaratum est Exodi 29. & Leuitici 6. cap. Iste summus sacerdos habebat maiora iura inter cęteros sacerdotes: erant enim quædam iura summi sacerdotis propria, in quibus non communicabat cum alijs sacerdotibus, & istud est in decimis, quia vt dictum est decimę pertinebant ad Leuitas, qui non erant sacerdotes, & nihil ad sacerdotes. postquā tamen

Iura summi sacerdotis vete. testam.

tamen ipsi suscipiebant decimas, tenebātur de illis da re rursus decimam summo sacerdoti, quæ erat centesima pars fructuum totius Israel. De hoc Numeri 18. & extra de decimis cap. 1. si autem darent Leuitæ istas decimas insufficienter sacerdoti magno, vel non darent de bonis partibus, imputabatur eis ad peccatū velut Israelitis. De hoc Nume. 18. capit. sacerdotes autem minores cum ipso summo sacerdote habebant rursus alia iura communia inter se, scilicet primitias fructuum, & pecorum, vt patet. Numer. 18. & hoc in omnibus tribus generibus primitiarum, de quibus declaratum est Exodi 13. & Nume. 15. habebant etiam iura redemptionis primogenitorum. Nam quodlibet primogenitum masculinum redimebatur, & preciū suum erat 5. siclorum in hominibus, qui proueniebāt sacerdotibus. De hoc Nume. 3. & 8. In primogenitis autem pecorum, & iumentorum aliter fiebat: nam primogenita immolaticia offerebantur, & fuso sanguine eius ad expiationem altaris, & cremato adipe tā pellis quam carnes pertinebant ad sacerdotes, animalia autem immunda redimebantur dato precio, vel facta commutatione, de quo dictum est Exod. 13. & 34. atque Nume. 18. Item omnia vota pertinebant ad sacerdotes: nam si quis vouisset aliquid Deo, non cedebat in ius Sanctuarij, sed in ius sacerdotum. De quo pręallegato ca. habita tamen ad hoc distinctione quā posuimus Leui. 17. & Nume. 5. Item pertinebāt oblationes, & dona data Deo ad sacerdotes Numeri 18. Amplius pertinebant iura omnium sacrificiorum holocaustorum, hostiarum pacificarum, pro peccato, nō quidem, quòd de his prouenirēt omnes carnes sacerdotibus, sed aliqua iura. Nam de holocausto sola pellis eis proueniebat, combustis omnibus carnibus; de quo Leui. 1. & 6. De hostia pacifica proueniebat pectusculum, & armus dexter Leui. 7. & 10. cap. & Nume. 18. De hostia pro peccato erat duplex, quia si sanguis eius introduceretur in tabernaculum cremabatur tota tam pellis quam carnes, & non proueniebat quippiam sacerdotibus, vt patet Leuit. 4. & 6. si autem non introferretur sanguis hostiæ in tabernaculum, cedebant omnes carnes, & pellis sacerdoti, dempto solo sanguine, & adipe, quæ proueniebant in iura Dei, vt patet Leui. 6. Et non solum cedebant partes carnium in sacrificijs in ius sacerdotum, sed etiam partes libaminum: erant enim libamina simila, idest farina alba, vinum, oleum, sal, & thus, de quibus proueniebat sors quædam sacerdotibus. De his Leui. 2. & Nume. 15. c. de modo autem, quo diuidebant sacerdotes inter se iura sacrificiorum declaratum fuit Leui. 6. De iuribus autem sacerdotalibus explicatius dictum est Nume. 5. de his etiam in litera patet Nume. 18. & Deuteron. 18. de istis dicitur hic, quòd erant Leuitis pro hęreditate, quia siue Leuitis iura sua, siue sacerdotibus sua sufficiebant ad sustentationem: sicut popularibus hęreditates agrorum, & vinearum dabant sustentationem. Et cum dicitur hic, quòd sacrificia, & victimę ipsa sunt hęreditas eius nō potest intelligi de omnibus Leuitis, sed solum de sacerdotibus, quia illi nihil percipiebāt de sacrificijs, & victimis alijsque iuribus, sed de solis decimis viuebant, vt declaratum est: nisi forte acciperentur victimę, & sacrificia generaliter pro omnibus iuribus Sanctuarij largè sumendo: proprie autē solum pertinent ad sacerdotes, & adhuc non exprimunt omnia iura sacerdotum, vt patet ex supra declaratis. Nam vota, & redēptiones primogenitorum, & primitiæ non pertinent ad sacrificia, & victimas.

Victima quid sit proprie. Item sciendum cum ponantur hic sacrificia, & victimæ, quòd possunt poni tanquam idem, vel diuersa: communi enim nomine victimæ sacrificia vocantur, victimę autem vocātur, quia ferro victrice cadunt

F iuxta illud Ebrardi.

Victima, quæ cecidit ferro victrice vocatur
Hostibus a domitis hostia nomen habet.

Et tunc nihil addit vnum ad alterum. Alio modo accipitur victima solum pro sacrificio carnium, & sacrificium pro libamentis. Nam de pane oblato nūquam victimam denominamus: sacrificium tamen interdū fit, quia simila oblata in libamento vocatur sacrificiū, vt patet Leui. 2. & Nume. 15. & tunc erit sensus, quia iura Leuitarum essent in partibus carnium de sacrificijs, & in sacrificijs, quæ sunt de simila, & alijs libamētis, sensus tamen verus literæ huius est, quòd per victimas, & sacrificia accipiantur omnia iura sacerdotum, & Leuitarum qualiacunque illa sint, & est sententia,
G quòd quia Leuitæ receperunt iura Sanctuarij in partem suam, non debuit eis dari aliqua alia hęreditas cū Israelitis. hic autē ponitur expressius hoc, quia Nume. 18. & 35. & Deuteronom. 18. vbi dicitur, quòd Leuitę non acceperūt hęreditatem inter cęteros, quia Deus sors illorum est, idest, quòd ea, quæ dātur eis pro Deo sunt eis loco sortis, scilicet sacrificia, & victimę, vt patet hic.

Sicut locutus est illi. Idest sicut dixit Deus illis, scilicet Leuitis Nume. 18. cum dicitur in terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego pars, & hęreditas tua in medio filiorum Israel, idē prę allegato cap.

H Dedit ergo Moyses possessionem tribui filiorum Ruben iuxta cognationes suas. Fuitque terminus eorum ab Aroer, quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & in valle eiusdem torrentis media vniuersam planitiem, quæ ducit Medaba, & Esebon: cunctosque viculos earum, qui sunt in campestribus: Dibon quoque, & Bomothaal, & oppidum Baalmaon, & Lessa, & Cedimoth, & Mephaath, & Cariathaim, & Sabama,
I & Sarathasar in monte conuallis. Betphogor, & Aseroth, Phasga, & Bethiesimoth, omnes vrbes campestres, vniuersaque regna Sehon regis Amorrhęi, qui regnauit in Hesebon, quem percussit Moyses cum principibus Madian, Heuæum, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebeh duces Sehon habitatores terræ: & Balaam filium Beor Ariolum occiderunt filij Israel gladio cum cęteris interfectis. Factusque est terminus filiorum
K Ruben Iordanis fluuius. Hæc est possessio Rubenitarū per cognationes suas vrbium, & viculorum.

Dedit Moyses possessionem. Hic ponitur prædictæ terræ duorum regum Amorrhęorum inter duas tribus, & dimidiam facta diuisio, & quæ loca cuique prouenerint. Diuisiones duorum regum Amorrhæorum inter duas trib. & dimidiam.

Dedit Moyses possessionem tribui filiorum Ruben. Moyses diuisit terram istam, quia ipse tūc pręsidebat, & acquisierat eam: tribus autem Rubenitarum erat prima, iō data est ei primo sors.

Circa quod considerandum est, quòd non fuit similiter

militer facta diuisio terræ duorũ regum Amorrhęorum inter duas tribus, & dimidiam, sicut reliqua terra trans Iordanem diuisa est nouem tribubus, & dimidiæ:nam terra nouem tribuum,& dimidiæ data est ꝑ sortes,s. ꝙ facta est descriptio terrę totius oppidorum & territoriorum suorum, quo allegata ante Israelitas in Silo,vbi erat Sanctuarium diuisa est terra datis sortibus,de quo infra 18.cap. terra autem duorum regũ Amorrhęorum non fuit diuisa per sortes, sed Moyses diuisit illam,vt bene ei visum est,& assignauit partes tribubus duabus, & dimidiæ: nec est facta aliqua descriptio locorum,nec positæ sunt sortes.

Iuxta cognationes suas. Ideſt Moyses dedit tribui Ruben terram, quæ sequitur, & hoc iuxta cognationes suas,ideſt secundum diuisionem cognationum suarum,quasi dicat non dedit eam sic confusę tribui Ruben, sed erat Ruben diuisus in multas cognationes, cuilibet autem cognationum illarum dedit Moyses aliquam particulam terræ:omnibus autem cognationibus simul sumptis prouenit tota terra,quæ computatur hic pertinere ad Ruben. Accipitur hic cognatio pro familia,quia diuidit tribus in familias, familia autem quælibet in domos, & domos diuidimus per capita virorum,ideſt per speciales œconomias,vt declaratum est in fine supra 11.cap. Familiæ autem Rubenitarum erant 4.s.Enochitarum,Phalluitarum, Esromitarum,Charmitarum, vt patet Nume.26.cap.ideo diuisa fuit tota terra proueniens tribui Ruben in 4. partes pro istis familijs, deinde pro domibus familiarum fierent aliæ partitiones speciales. *Fuitque terminus eorum ab Aroer.* Iste est terminus Orientalis terræ filiorum Ruben,& totius terræ Chanaan. Vltra Aroer autem nihil est de terra pertinente ad Chananæos, & est ista ciuitas in terra Amorrhęorum diuidẽs Amorrhęos,& Moabitas,sicut Arnõ, & non est, vt quidam existimabant in terra Moabitarum, vt patet Numeri 32.cap.est autem in hęreditate tribus Rubẽ, vt patet, cum terminus ab Oriente in terra Ruben sit Aroer, & nulla alia tribus habeat possessionẽ vltra, quia nulla pars terræ Chananæorum vltra est.

...tuor ...ię Ru...itarũ.

...es to-...us terræ ...anaan.

An Aroer pertineat ad tribum Gad. Et eius situs. Quæst. XIII.

SED arguetur, ꝙ pertineat Aroer ad tribũ Gad, quia Nume.32.ca.vbi diuisa fuit hęreditas ista, & concessa a Moyse duabus tribubus, & dimidiæ, dicitur ꝙ filij Gad extruxerunt vrbem Aroer ad ponendum ibi filios suos, & vxores: si tamen pertinuisset ad filios Ruben,non habitassent in ea Gaditæ: potissimum quia etiam Rubenitę extruxerunt alias vrbes vxoribus suis, & filijs. Respondendum,ꝙ Aroer pertineat ad Ruben,vt patet hic:tamẽ filij Gad extruxerũt eam pro vxoribus suis, & liberis,quia hoc non fuit,vt ipsi habitarent in ea, sed vt manerent vxores,& liberi eorum, dum ipsi ibant ad bellũ trans Iordanem,& modus est:quia terra illa non fuit data duabus tribubus,& dimidiæ,nisi cum conditione,vt transirent trans Iordanem ad pugnandum cũ reliquis tribubus,quæ non acceperãt possessionem, quod si nollent auferenda erat eis terra, vt patet Numer.32.c.cũ ergo transituri erant alij Israelitæ Iordanem, isti breuiter extruxerunt aliquas vrbes, quæ dirutæ erant bello,vt ibi relinquere possent filios, & vxores, & pecora,atque iumenta:manserunt autem de eis aliqui, sed totum robur bellatorum transiuit Iordanem cũ alijs tribubus,& quia erat parua multitudo remanẽtium in terra illa,non construeret quælibet tribus ciuitates fortis suę, vt manerent ibi feminę, & paruuli illius tribus, & sic non implerent terram, sed magis acceperunt quasdã ciuitates,& paucas,in quibus possent collocari remanentes in terra,& fuerũt istæ ciuitates propinquę inter se,vt non esset ista pauca gens spatijs disiuncta:vnde non curauerunt, an vrbes istæ essent in Sorte tribuum illarum,cuius vxores ibi manebant,& liberi,sed solum,vt congruentius, & facilius collocari potuerunt,& collocati sunt. Et non solum factum est hoc in vrbe Aroer,sed etiam in quibusdam aliis. Nam Astaroth etiam fuit extructa a filiis Gad, sed non pertinebat ad tribum suam,sed ad dimidiam tribum Manasse,vt patet infra in litera:& sic de quibusdam alijs.

Quæ sita est in ripa torrentis Arnon. Ista ciuitas est extrema in parte Orientali,atq; in termino Amorrheorum, & Moabitarum, & est sita in ripa torrentis Arnon,quia Arnon est fluuius transiens inter Moabitas, & Amorrhæos diuidens vtrunque regnum, & in valle,per quam transit torrens ille, est sita ciuitas ad ripã fluminis: intantum vt litera Hebraica dicat eam esse in medio torrentis, vt patet supra. — Arnon situs.

Et in valle eius torrentis media. Hic declaratur magis de situ ciuitatis Aroer, scilicet, quòd sit in medio vallis: nam torrens in valle est ex conditione aquarum fluẽtium ad ima,& in medio vallis eiusdem est vrbs. — Situs Aroer.

Vniuersamque planiciem,quæ ducit Medaba. Ideſt etiã filii Ruben possederunt totam terram mediam inter vrbem Aroer,quæ est Orientalis, & vrbem Medaba, quæ est Occidentalis aliqualiter. Ista terra media vocatur planicies,aliquando tamen vocatur campestris, siue campestria Medaba,vt patet supra, scilicet vniuersa campestria Medaba vsque Dibon:magis autẽ forte dici potest, ꝙ non accipiatur hic planicies pro eo, ꝙ ibi vocatur campestria licet Medaba habeat campestria,sed ꝙ ab Aroer vsq; Medaba sit planicies: & ista sit de qua dicitur hic:Vniuersamque planiciem, quæ ducit Medaba:scilicet ab Aroer in Medaba. Campestria autẽ rursus sunt inter Medaba, & vrbem Dibon, & ista vocantur campestria Medaba,& de his dicebatur supra vniuersaque campestria Medaba vsque Dibon,& de his campestribus etiam dr̃ hic, s.cunctosq; viculos earum, quæ sunt in campestria. Ista vrbs Medaba pertinuit quondam ad regnum Moabitarum, rex autem Sehon Amorrheus bello vrgens Moabitas multas vrbes eorum cepit, quæ manserunt postea in potestate eius, & cum Israelitæ terram illã eripuerunt de manibus eius,ceperunt etiam eam, quæ fuerat Moabitarum,vnde postea pluribus quam trecentis annis tp̃e Iepte Galaaditis rex Moab repetiuit loca,quæ quondam pertinuerant ad terram suam, indicens bella Israelitis:cui postea respondit Iepte, & pugna facta est: manserunt tñ ciuitates semper in terra Israel. De hoc Iudi.11.c. De his fuit Medaba, vt patet Num.21.vbi nominantur Hesebon Medaba, & Dibo,& Ophe. *Et Hesebon.* Est Hesebon ciuitas pertinẽs ad terram Sehon Amorrhęi regis, eratque Metropolis regni eius,vnde dicebatur rex Hesebon, vt patet ꝑced.c.& hic.fuit autem ista de vrbibus terrę Moab,& potissima inter omnes acceptas: & sic Num.21.c.magis exprimitur ista quam cęterę,cum ponatur prouerbium eius,& canticum antiquum, s.Venite in Hesebon,ędificetur,& construatur ciuitas Sehon: ignis egressus est de Hesebon,& flamma de oppido Sehon. Istam ciuitatem extruxerũt Rubenitę vxoribus suis, & liberis,cum transierunt Iordanem,vt patet Nume. 32.& in hac non est aliqua mutatio,cum etiam eis data fuerit in possessionem, vt patet hic. *Cunctosque viculos earum,qui sunt in campestribus.* Ideſt istæ duę vrbes, s. Hesebon,& Medaba habent quosdam viculos, ideſt parua loca non murata in cãpestribus, & ista nos cõmuni nomine rura appellamus. Erant autem in campestribus,quia apud Hesebon, & Medaba erant quędam — Quid Hesebon ac ei⁹ situs.

dam terræ aliqualiter montuosę,& vocantur campe-
Dibon ac eius situs.
stria,in quibus erant viculi isti. *Dibon quoque*. Idest etiā
ciuitas Dibon data est Rubenitis. Est Dibon in regno
Sehon regis Amorrhęi, & pertinuit quondam ad ter-
ram Moab,sed ipse eam bello cepit: sic patet Nume.
21.c. s. iugum eorum disperijt ab Hesebon vsque Di-
bon,lassi peruenerunt vsque in Ophe, & vsque Me-
daba,s.ꝙ iugum, idest iurisdictio Moabitarum quon-
dam fuit in locis istis, quando pertinebant ad terram
suam, postea autem cum cepit eam rex Sehon dispe-
rijt iugum Moabitarum ab Hesebon vsque Dibon.
Istam ciuitatem extruxerunt filij Gad, & fuit prima,
quam extruxerunt,vt patet Nume.32.tamen non per
tinuit ad tribum illorum, sed ad Ruben, vt patet hic:
fuit tamen factum ex modo, quo supra dictum est,s.
quòd cōstruxerūt vrbes istas vxoribus, & liberis suis,
dum ipsi in bello manebant vltra Iordanem ad occi-
dentem,postea tamen cum redierunt finitis bellis ad
habitandum confidenter in terra sua, habitauit quæli
bet tribus in vrbibus suis, & transiuit Dibo ad tribum
Bamothbaal ac eius situs.
Ruben. *Et Bamothbaal.* Hic ponitur alia ciuitas,& dici-
tur quòd a Bamothbaal, s.vsq; ad Iordanem possede-
runt:Iordanis enim est terminus istorum Occidenta-
lis,vt patet infra:& vsque illuc possederunt. Bamoth-
baal secundum Hebræos est nomen compositum,si-
gnans altaria Baal.Nam Bamoth altaria notat,Baal au
tem nomen est idoli, & non est accipiendum hic pro
nomine appellatiuo, quia necessario signat terminū,
& est aliquod limitatum: vnde necesse est esse nomē
alicuius loci, sed multotiēs contingit idem nomen,
quod imponitur vt appellatiuum, imponatur alicui,
vt proprium,& est ibi ęquiuocatio a casu. Vel satis di-
ci potest, quòd accipiatur Bamothbaal pro altaribus
Baal, sed non, vt est nomen appellatiuum signans na-
turam,vel multa particularia, sed est nomē loci vnius,
qui lingua latina vocaretur altaris Baal: & similia no-
mina sunt propria locorum apud nos, sicut dicimus
aras Philenorum,& tamen est locus quidā inter Car-
taginem,& Cyrenem,vbi sepulti sunt fratres duo Phi
leni,& Meznores: diuini cultus arę bustis eorum su-
perpositæ sunt.De hoc Salustius in iugurtino, & Pau-
lus Orosius primo de Ormesta mūdi,& Valerius ma-
ximus c.de Pietate ad patriam. Istam ciuitatem con-
struxerunt restaurantes filij Ruben pro vxoribus, &
filijs cum transierunt Iordanis fluenta, vt patet Nu-
meri 32.& vocatur ibi alio nomine:Bamo.hic autem
fit additamentum,& vocatur Bamothbaal.
Baalmaon ac eius situs.
Et oppidum Baalmaon. Ista est alia ciuitas pertinens ad
tribum Ruben,& est in regno Sehon:nam Rubenitę
nihil acceperunt de regno Og regis,& adhuc non ac-
ceperunt totam terram regni Sehon,sed quandā eius
particulam accepit tribus Gad, vt patet infra:& poni-
tur hic oppidum Baalmaon,in Hebręo tamen solum
ponitur Baalmaon.litera nostra superaddidit oppidū,
ne quis existimaret esse nomen Baalmaō nomen ap-
pellatiuum,sicut videtur esse ex Hebraica origine, si-
gnat enim altaria Meon. sicut Bamothbaal signat al-
taria Baal.Est tamen nomen vrbis, & ponitur Nume.
32.& vocatur ibi Bameon,& patet aliqualiter esse ea-
dem loca,quia ponūtur in eadem tribu, hic enim po-
nuntur in tribu Ruben, & ibi identidem.

Item quia hic ponuntur Bamothbaal, & Baalmaō
simul, ita ibi in eadem tribu ponuntur simul Bamo,
& Bameon:litera quoque similis est,licet in aliquo sit
mutata,quod mirandum non est. Nam interdum to-
tum nomen alicuius loci mutatur, quanto magis ali-
quę literæ terminales?
Lassa ac eius situs.
Et Lassa. Ciuitas est in regno Sehon contra occiden
tem,& hic pugnauit rex Sehon cōtra Israelitas,& de
uictus atque occisus est ab eis. Deuter.2.s.egressusque
F est Sehō obuiam nobis cum omni populo suo in prę
Cedimoth ac eius situs.
lium in Lassa. *Et Cedimoth.* Alia ciuitas est ista in regno
Sehon,quia nihil extra regnum istius habuit Ruben.
Et Mephet. Alia ciuitas eiusdem regni est.Nec tamē
est intelligendum, quòd nominentur hic omnes vr-
bes regni Sehon,nec omnes,quas habuit Ruben, sed
quædam.Vel quia principales sunt, vel quia describi-
Cariathaim ac eius situs.
tur quidam terminus per eas. *Cariathaim*. Ista est ciui-
tas eiusdem regni pertinens ad Rubenitas, & ipsimet
reędificauerunt eam pro vxoribus,& liberis suis,vt pa
tet Nume.32. & ista ciuitas ponitur Gen.14.vbi dici-
tur de bello 4. regum contra Raphaim in Astaroth
Carnaym. Et hoc est in terra Og regis apud terram
Sehon, vt declaratum est præceden.cap. & pugnaue-
G runt contra gētes illas in Cariathaim, & satis patet es-
se Cariathaim,de qua dicitur hic: quia terra Raphaim
in Astaroth Carnaim propinqua est vrbi Cariathaim
cum sint in duobus regnis coniunctis.& Gene.14.po-
nitur de bello regum illorum, qui pugnarent contra
omnes gētes propinquas terrę Sodomorum, quę est
coniuncta huic regno Sehon.Aliqui scribunt hic Ca-
riathiarim, sed vitium est, vt satis colligitur ex litera
Hebraica,quæ magnam facit in his differentiam. Itē
Cariathiarim est trans Iordanem ad Occidentem in
terra nouem tribuum, & dimidiæ apud vrbem Ga-
baon,& fuit vna de quatuor vrbibus Gabaonitarum,
quæ in dolo confęderatę fuerunt Israelitis,vt patet su
pra 9.cum dicitur,& venerunt in ciuitates eorum die
H tertio,quarum hęc sunt nomina, Gabaon, & Caphi-
ra,& Beron, & Cariathiarim, & ista fuit in sorte tri-
bus Iudæ,& vocatur Cariathiarim, idest vrbs syluarū,
& alio nomine vocatur Cariathbaal, vt patet infra 15.
c.Vocatur ergo ista Cariathaim. *Et Sabama*. Alia ci-
uitas est regni Sehon pertinens ad Ruben. Extruxe-
runt autem eam Rubenitæ pro vxoribus, & filijs suis
cum transierunt Iordanem, vt patet Nume.32. & in
hac non est aliqua mutatio, quia semper fuit in tribu
Sarathasar.
Ruben. *Et Sarathasar*. Alia ciuitas est regni Sehon
pertinens ad Ruben.De hac non est facta mentio ali-
qua Nume.21.nec 32.aut Deute.2.vel 3. vbi de termi
nis horum duorum regum agitur: nisi forte sub alio
nomine ibi ponatur, quia nomina ciuitatum ab Israe-
I litis mutata sunt,in quibusdam in totum, in alijs autē
secundum quid.Sic patet Numeri 32.de tribu Rubē,
& dimidia tribu Manasse dicitur, quòd verterunt no-
mina ciuitatum suarum, idem patet Deute.3.

In monte conuallis Belphegor. Idest ista ciuitas est in mō
te,qui est apud conuallem Belphegor. Ex hoc patet,
ꝙ ista ciuitas sit multum Occidentalis in regno Sehō
circa Iordanem,quia est apud cōuallem Phegor, quæ
est circa Iordanem.

Sciendum, quòd erat quidam mons altus in confi-
nibus Moabitarum,& regni Sehon,& partim ad vtrū
que regnorum pertinebat, & apud illum montē erat
vallis quædam,in qua erat fanū honorabile idoli Phe-
gor,& in altitudine mōtis erant aliqua templa parua,
K vel altaria, ad illa autem ascendit Balac rex Moabita-
rum cū Balaam ariolo,vel propheta, vt aliter dicatur,
quando volebat,vt malediceret Israelitis, & ibi vocā-
tur excelsa Baal, vt patet Nume.22.cap. Cum autem
non potuisset maledicere, in fraudem descenderunt
filię Moabitarum,& Madianitarum ad radices mon
tis,vbi erat fanum phegor, qui alio nomine vocatur
Baal,& fornicatæ sunt cum Israelitis, atque incitaue-
runt eos ad sacrificia Phegor, de quo Numeri 25.Et
tunc erant Israelitæ apud Iordanem, quia erant in Bel
sethim,cum istud factum est, vt patet pręallega. capi.
& tamen Belsethim est vltima mansio Israelitarum
in deserto,vt patet Numeri 23. Est autem in planiori-
bus locis terræ Moab super Iordanem, & ibi est con-
uallis

uallis apud fanum Phegor in descensu montis, & de hoc loco dicitur Deuteronom.3. in fine Mansimusq; in valle contra fanum Phegor, in monte autem qui est apud istam conuallem Phegor sunt aliquæ vrbes pertinentes ad Moabitas, & aliquæ ad Amorrhęos, quia interdum idem mons est in multis regnis: ista autem vrbs Sarathasar erat in monte apud conuallem Phegor, & consequēter erat circa Iordanem, & multum coniuncta extremitati Occidentali Sehon regis, & tribus Ruben.

Et Asedoth Phasga. Est Asedoth nomē oppidi apud Phasga. Est Phasga s'm Iudæos nomen appellatiuū significans collem. Sed non stat hic, quia ponitur tanquā terminus, & necesse est, quòd sit aliquid proprium, cū appellatiuum nihil determinatum dicat. Et est Phasga mons, vel pars mōtis, vbi Moyses mortuus est. Vnde dicitur Deuteronom.34. quòd ascendit Moyses in cacumen Phasga, & vidit terram, & mortuus est, & mons ille generaliter vocatur Abarim, deinde vocatur magis specialiter trāsitus Nebo, & Phasga, de quo præallegato cap. Est ergo Phasga nomen alicuius partis montis, & apud illam est Asedoth oppidum. Hebræi dicunt Asedoth esse nomen appellatiuum, & signare viculos, sed hic non potest accipi pro viculis, cū ponatur tanquam terminus, & necessario est determinatiuū aliquid. De hoc magis dictum est præcedēti cap. apud istud oppidum coniungitur regnum Sehō regis regno Og, quia latus Meridianum regni Og est in Asedoth, & apud Phasga, vt patet præceden. ca. cum dicit: & ab australi parte, quæ subiacet Asedoth vsque Phasga terminus Og regis Basan.

Et Betheisimoth. Vrbs est pertinens ad regnum Sehon, & est in terminis suis, & etiam est in terminis regni Og: ideo ponitur pręcedenti capit. per viam, quæ ducit Bethsimoth; & ab australi parte, quę subiacet Asedoth, vsque Phasga terminus Og regis Basan.

Omnes vrbes campestres. Idest etiam omnes vrbes cāpestres regni Sehon datæ sunt Rubenitis. Vocantur campestres, quia licet non sint penitus montuosę, tamen non sunt in terra plana.

Vniuersaque regna Sehon regis Amorrhæi. Idest totum regnum Sehon regis datum est tribui Ruben. Non est simpliciter intelligēdū, quia falsum est, sed acceperunt Rubenitæ totam terram regni Sehon præter aliquantam particulam prouenientem tribui Gad, vt patet infra, cum dicitur: Reliquam partem Sehon regis Hesebō: etiam scriptura interdum accipit vniuersam rem pro maiori parte rei, sicut dicit omnes pro multis. & est tenendus modus in his, quòd vbicunque in scriptura ponatur distributio pro partibus subiectiuis, vel integraliter, est tenenda tanquam distributio: nisi ex alio loco scripturæ conuincatur non posse intelligi vniuersaliter, vel ratio hoc conuincat. Et hoc est hic, quia necesse est dari tribui Gad particulam quandam regni Sehon, vt patet infra: ergo non accepit vniuersa regna Sehon Ruben.

Qui regnauit in Hesebon. Non solum regnauit in Hesebon, sed etiam in multa alia terra, quę hic nominata est. Dicitur tamen regnasse in Hesebon, idest habitasse ibi, quia vrbs Metropolis regni sui, & ob hoc aliquando dicitur, quòd habitauit in Hesebon hic patet præcedēti cap. & sic dicitur de rege Og, quòd regnauit in Astaroth, quia erat ciuitas principalis regni sui, vt patet supra in litera, & aliquando dicitur habitasse in Astaroth præcedenti capit. scilicet qui habitauit in Astaroth, & Edrai, & dominatus est in Hermon.

Quem percussit Moyses cum principibus Madian. Hunc regem Sehon percussit Moyses, quia exiuit Sehon pugnaturus in Iessa cum Israelitis; vt patet Deuterono. 2. & Num.21. cap. & iste fuit primus rex in terra Chanaan, quem occiderunt Israelitæ. Nec obstat si arguas de Chananæo rege Arad, quem cum populo suo occiderunt Israelitæ vocantes ciuitates Horma, de quo Numeri 21. & 33. quia iste non erat de terra Chanaā, sed in desertis Arabiæ ad Meridianam partem terræ Chanaan apud terram Amalecitarum. De quo declaratum est Numeri 14. capitu. Sehon autem Amorrhęus erat in terra Chanaan, cum esset Amorrheus, & Amorrhei erant vnus de septem populis Chananæorum.

Cum principibus Madian Hæui, & Recem, Sur Hur, & Rebe. Isti sunt quinque principes Madianitarum, qui occisi sunt a filijs Israel: de quo Num. 31. cap. bellum enim contra istos fuit ex mandato Dei, vt patet Numeri. 25. & 31. cap.

Causa autem pugnę fuit duplex. Prima, quia duces Madianitarum miserunt ad vocandum ariolum de Aram, vt malediceret Iudeis: de quo Nume. 22. & ob hoc erant hostes Iudeorum. Secunda causa fuit, quia postquam non pręualuerunt maledicere Israelitis, ordinatis fraudibus per fœminas, & sacrificia Phegor mulieres virgines Madianitarum, & Moabitarum descenderunt apud phanum Phegor, vbi erant castra Iudeorum, & fornicati sunt cum eis Israelitę, atque colentes Phegor deducti blanditijs earum, prouocauerunt Deum ad iram, & orta est plaga. Habuit autem originem, & consummationem fraus ista a Madianitis, qui intantum insudauerunt huic operi, vt filia nobilissimi principis Madianitarum, scilicet Cozbi fuerit publicè prostituta, vt magis sic decore fęminarum prouocari possent Israelitę ad coitum, & sacrificia. De hoc Num. 25. vnde quia nimis laborauerunt, vt quoquo modo destruerent Israelitas, dixit Deus eodem cap. hostes vos sentiant Madianitę, & percutite eos, quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos. Postea Iosue missus in ducem contra terram Madian occidit omnes Madianitas, & quinque principes, de quibus hic. De his Numeri 31. cap.

Quomodo Moyses occidit hos quinque reges, seu principes Madian, cum ipse non iuerit in bellum. Et quare hic dicitur de morte eorum. Quæst. XIIII.

Sed dicet aliquis, quomodo Moyses percussit istos quinque principes Madian, quia ipse non iuit in bellum, cum occisi sunt, sed Iosue. Moyses autem mansit in castris, vt patet pręallegato capitu.

Respondendum est, q Moyses dicitur hoc fecisse, quia factum est in ducatu Moysi: omnia autem, quę fiunt sub ducatu alicuius ei imputantur, quia ipse iubet. Moyses enim pcepit Iosue, vt eligeret duodecim millia virorum, mille de qualibet tribu, & irent contra Madian, confecitque eos bello occidens istos quinq; principes. Sed adhuc dicet aliquis ad quid dictum est de occisione istorum quinque principum Madian, quia terra eorum non fuit diuisa Israelitis, sicut terra Chananęorum: nihil enim possederunt extra terram Chanaan: sed Madian est extra terram Chanaan, ergo non possederunt quidquam in terra illa. Item patet inductiuè, quia hic ponitur possessio duarum tribuum, & dimidię in terra Sehō, & Og regum Amorrhęorum, reliquę autem nouem tribus, & dimidia acceperunt possessionem magis ad Occidentem in terra regum Chananęorum, quorum nomina computantur quantum ad regna pręcedenti ca. ergo non acceperunt hęreditatem aliquam in terra Madian: vnde non potest computari propter hoc.

Item dato quòd scriptura incidentaliter vellet enarrare mortem Madianitarū, quia facta est per manum Israeli-

Iſraelitarum, tamen nihil attinebat in præſenti enarrari, quia non pertinebat quidquam de Madianitis ad regem Sehon, cum non eſſent in terra ſua.

Et adhuc ſi vellet computare Madianitas cum aliqua alia gente, magis debuiſſet cũ Moabitis, quia multum communicabant cum eis, & propter ipſos mortui ſunt, ſcilicet, quia iuerunt ad ducendum contra Iſraelitas Balaam ariolum, vt malediceret eis, & quia dederunt modum decipiendi eos per ſacrificia Phegor, & fornicationem cum filiabus, vt patet Nume. 25. & videtur aliqualiter, quòd eſſent multi Madianitarum in terra Moab. Nam cum rex Moabitarum iniuit conſilium de Iſraelitis quomodo eis reſiſteret, ad principes, vel maiores natu Madian locutus eſt, & ipſi iuerunt ad vocãdum Balaam ariolum, & noluit venire, ipſiſque reuerſi ſunt ad regem, vt patet Numeri 22. cap. & poſtea cum facta eſt deceptio Iſraelitarum per fornicationem, Madianitæ erant in terra Moab. Nam filiæ Moabitarum, & Madianitarum proſtitutæ ſunt Iudæis, inter quas erat Cozbi filia nobiliſſimi principis terræ Madian Num. 25. Sed hoc erat in terra Madian apud fanum Phegor in deſcenſu montis Moabitarum: ergo Madianitæ multum communicabant Moabitis: magis ergo cum eis nominari debuiſſent quam cum rege Sehon Amorrhęo.

Reſpondendum, quòd litera meminit hic incidentaliter de morte principum quinque Madianitarum, quos Iſraelitæ occiderant antequam tranſirent Iordanem ſuperuiuente Moyſe, vt patet Nume. 31. cap. & fuerunt occiſi poſt mortem duorum regum Amorrhęorum Sehõ, & Og, quod patet ex ordine libri Numerorum. Nam Nume. 21. agitur de morte duorum regum Amorrhęorum, & Numeri 31. agitur de Madianitarum cęde. Nec poteſt aliquis dicere anticipationem, vel mutationem aliquam ordinis, quia ex mãſionibus deſerti patet hoc. Nam prius fuit fornicatio Iſraelitarum, cum mulieribus Madianitis, & Moabitis, quam occiderentur Madianitę. Nam propter hoc iuſſi ſunt occidi Madianitæ, vt patet Nume. 25. iſta tamen fornicatio facta eſt in manſione, quæ dicitur belſethim, vt patet eod. cap. iſta vero eſt vltima in manſionibus iuxta Iordanem, & immediate poſt illam tranſierunt Iordanem. De quo Nume. 33. capit. ergo ante hoc pugnauerant contra duos reges Amorrhęos Sehon, & Og, cum totam eorum terram ceperint, vt patet Nume. 21. & Deuterono. 2. & 3. Oportet igitur, vt priuſquam occiderunt eos facerent aliquas manſiones in terra ſua antequam fieret bellum contra Madianitas: quia ergo dictum fuerat hic de morte regis Sehon dictum fuit de quinque principibus Madianitarum, & non potuerunt poni cum Moabitis, quia de Moabitis nihil hic dicitur: cum non pugnauerint Iſraelitæ contra eos, nec occiderint quempiam ex eis, vt patet Deutero. 2. quia Deus hoc vetuit: de Amorrhęis autem occiderunt, ideo cum eis poni poterant conuenienter. Cauſa autẽ quare, dicta morte Amorrhęi regis, dicitur de morte principum Madianitarũ, eſt; quia iſti principes aliquo modo pertinebant ad ipſum ſcilicet, quòd ſub eo erant, vt patet in litera, cũ vocantur duces regis Sehon, id eſt duces conſtituti ſub eo: quia terra Madiã aliquo modo pertinebat ad eius dominium.

Terra Madian eſt in deſertis Arabię.

Pro quo ſciendum, quòd terra Madian eſt in deſertis Arabiæ, & ex quadam parte erat coniuncta monti Sinai, vt patet Exo. 3. vbi cum Moyſes in terra Madiã cuſtodiret oues Iethro ſoceri ſui minauit eas ad interiora deſerti, & venit in montem Sinai: ſed non videtur niſi eſſet terra Madian propinqua monti Sinai in ipſa ſolitudine.

Item patet hoc, quia Iethro ſocer Moyſi venit ad

F eum in deſertum Sinai de terra ſua Madian, poſtquã egreſſi ſunt Iſraelitæ de Aegypto, vt patet Exo. 18. ca. Iſta terra etiam ex aliqua parte coniungebatur terræ Moab, & Sehon regis Amorrhęi, nam terra Moab, & Sehon ſunt coniunctæ: cum quædam ciuitates terræ Moab ſint in regno Sehõ, vt ſupra declaratum eſt præceden. cap. & hic: & ponũtur termini communes medij inter terram Moab, & Sehon regis, Arnon, & torrens Arnon, vt patet Nume. 21. cap. Iſta duo regna ex parte Orientali, vbi coniunguntur deſerto, ſunt ꝓpinqua terræ Madian, vel contingunt eam, & ob hoc communicatio magna eſſe poterat Madianitarũ ad Moabitas, & Amorrhęos, & ſic dicitur Nume. 22. de maioribus terrę Madian, quòd locutus fuerit ad eos

G Balac rex Moab, & quòd iuerunt ad vocandum Balaam ariolum. Etiam poterant communicare Amorrhęis de regno Sehon, quia erant coniũcti terrę eius, & ſic vocat eos litera hic duces regis Sehon.

Terra Madian in ſ. principes diuiſa erat.

Pro quo magis adhuc conſiderandum eſt, quòd terra Madian non habebat vnum regem, ſed erat diuiſa in quinque principes, vel ſatrapas, de quibus hic: ſi autem habuiſſent regem, nominaretur rex ille, & non principes iſti: eodem modo nominantur Numeri 31. & non ponitur aliquis rex. Ita eſt de terra Philiſthinorum, quæ erat diuiſa in quinque ſatrapas Iudi. 3. & nõ erant reges, nec habebant nomen regis: quamquam litera vocet ſupra eos quinque regulos, ſed accepit large regulum pro domino paruo, qui non habet nomẽ regis. Nam litera Hebraica non ponit ibi nomen re-

H gis, ſed principis. Iſti principes fuerunt quondam ſub poteſtate regis Sehon, quia ipſe erat rex magnus, & ceperat multam terram Moabitarum Nume. 21. cap. & timebant eum Madianitæ. Ob hoc quinque principes Madian erant ſeruientes quantum ad aliquid regi Sehon: licet terra Madian non eſſet pars regni Sehon, & ideo capta tota terra regis Sehon, & diuiſa Iſraelitis, nihil diuiſum fuit de terra Madianitarũ. Poſt mortem autẽ regis Sehon poterant confęderari principes Madian regi Moab, qui etiam erat apud terram eorum, & terram regis Sehon, vt ſupra declaratum eſt. Et tunc intelligetur, quòd tempore quo Balac rex Moab dixit ad maiores natu Madian de Iſraelitis delendis, omnes gentes erant confęderatę ei, & aliquo

Balac rex Moab.

I modo ſeruiẽtes: quia hoc erat poſt mortem regis Sehon, vt declaratum fuit ſupra, quod non poterat dici hic de Madianitarum principibus, tanquam terra eorum perueniſſet Iſraelitis, ſed dicitur hic de eis, quia dictum fuerat de Sehon Amorrhęo, & ipſi erant duces Sehõ, vt patet in litera, & ob hoc expreſſa fuit illa clauſula. Nam cum dicitur de morte eorum Numeri 31. nihil dicitur, an eſſent duces Sehon, vel pertinentes ad eum aliquatenus, & hoc quia non fuerat facta mẽtio de rege Sehon ibi: nunc autem, quia facta eſt mentio de eo, & dictum eſt de principibus Madianitarũ, & expreſſum eſt, quòd erant duces Sehon regis.

K Ad aliud argumentum cum dicitur, quod quamquam ſcriptura vellet facere mentionem incidentaliter de Madianitis, tamen nihil attinebat nunc fieri mentionem, quia non pertinebant aliquatenus ad regem Sehon.

Reſpondendum eſt falſum eſſe, pertinebant enim nimis ad regem Sehon Madianitæ, quia ſeruiebant ei erantque principes Madian duces eius, vt patet hic: ideo conueniens erat poſita morte regis, poni deletionem ducum ſuorum, quamquam non eodem bello, nec ob eandem cauſam perierint, vt patet ex præmiſſis. Cauſę Madianitarum dictæ ſunt cauſa mortis Sehõ, quia noluit dare viam Iſraelitis, & quia erat de terra Chanaan, de quibus nullus manſurus erat, vt patet Deutero. 20. cap.

Ad

Ad tertium cum dicitur, quòd si mentio aliqua fieri deberet de Madianitis, magis fieri debebat, cum diceretur de Moabitis, quam cum de Sehon rege diceretur, quia ipsi pertinebant ad Moabitas. Respondendum est dupliciter. Primo quòd quamquam conueniens esset fieri mentionem de Madianitis post Moabitas, tamen fieri non poterat, quia in hoc libro non agitur quidquam de Moabitis, & agitur de rege Sehon.

Secundo dicendũ, quòd dato, quòd hic fieret mentio de Moabitis, conuenientius ponebatur, quòd de Madianitis ageretur post regem Sehon quam cum Moabitis. Magis quippe pertinebant Madianitę ad Sehon, quia erant duces eius, vt patet hic. Ad Moabitas autem non patet tantum pertinuisse, quia nunquam ponuntur fuisse duces regis Moab.

Eui, Recen, & Sur Hur, & Rebe. Isti quinque erant satrapę terrę Madian, & non reges: pręcipuus autem horum erat Sur: huius filia erat Cozbi, quæ occisa est a Phinees filio Eleazari, vt patet Numeri 25. capit. cum dicitur: Porro mulier, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi filia Sur principis nobilissimi Madianitarum.

Duces Sehon habitatores terræ. Idest isti quinque principes Madianitarum erant duces Sehon, quia erãt cõstituti sub eo exhibentes ei aliquod genus famulatus, de quo supra dictum est. Isti vocãtur habitatores terræ, idest habitatores terrę Madian, & nõ intelligatur, quòd habitarent in terra Sehon regis, quia principatus suus non erat ibi.

Item quia quando occiderunt Israelitæ Madianitas in terra Madian pariter occiderunt principes eorum quinque, de quibus hic, vt patet Numer. 31. ergo erant habitatores terrę Madian.

Et Balaam filium Beor ariolum. Iste est Balaam propheta, qui vocatus est a rege Moab ad maledicendum, & conatus est maledicere quantum potuit, sed non valuit, vt patet Nume. 22. & 23. & 24. hoc autem, quia Deus mutabat verba eius in benedictionem Deute. 23. & ista nequissima voluntas morte digna erat: potissime autem mortem meruit: quia cum non posset maledicere, dedit consilium quomodo per fraudem Moabitę inducerẽt ad peccandum Israelitas, & Deus percuteret eos. de quo Numeri 24. & 25. iste Balaam morabatur super flumen filiorum Ammon, vt patet Nume. 22. Et cum pugnarent Israelitę cõtra Madian, iuerunt quoque ad locum, vbi habitabat Balaam qui non longe distabat a terra Madian, & occiderunt eũ sicut Madianitas, ad idem enim facinus vtrique pertinebant, scilicet, quòd Balaam praue consuluit, Madianitę autem diligenter id executi sunt, ita vt filiam nobilissimi principis Madian prostituerent. Etiam, quia vocauerunt eum de terra sua. Vocatur Balaam ariolus, idest maleficus inquirens veritates in aris, vel conans inquirere, & hoc pertinet ad illos, qui factis sacrificijs aliquibus dęmonibus, in venis inquirunt aliquid eorum, in quibus dubitant, siue futura, vel præsentia, vel præterita abscondita sint. Hec ars vocatur aruspicina, idest ab aspiciendo in aris, idest in animalium membris, quę in ara, idest altari immolata sunt: in alijs autem non fiunt huiusmodi cęremonię. Istam artem inuenit Tages quidam vir ignotus in Hetruria, qui ex gleba quadam prosilijsse poetica licẽtia fertur. De hoc Lucanus libro primo, de bello plusquam ciuili circa finem: & Marcianus Mineus fęlix capella libro secundo de nuptijs Mercurii, & Phisiologię Prosa penulti. De ista arte, an aliquid naturale contineat, vel possit procedere ex principijs naturæ, aut repugnet Leui. 19. cap. satis declaratum est. Iste Balaã erat ariolus, quia incantator, & maleficus erat, atque om-

...ario ...quare ...pellet.

...ges iue ...artem ...picinā ...Hetruria ...uincia.

A nibus modis superstitionũ erat obuolutus, & ob hoc per artem necromanticam faciebat aliqua, quæ admirabilia videbantur cęteris, & sępe dęmonum ope, & permissione diuina nocebat aliquibus manifeste tanquam si cęlesti virtute ageret, quia modus suus agendi erat occultus: & prædicebat interdum hominibus mala sua, quantum dęmonum cognitione sciri poterat, & cum præsciret malum alicuius maledicebat ei imprecans omnia super eum venire, quæ ventura cognouerat, quod videntes insipientes dijudicare nesciẽtes arbitrati sunt ipsum quandam cęlestem habuisse virtutem: de bono venturo idem modus erat, scilicet, quòd quędam pręnosceret: & cui euenturum sciret benedictionem adiungebat, & cum eueniret putabatur ex eius venisse potestate, intantum vt opinarẽtur

B cęteri de eo, quòd suberat ei mala, aut bona facere hominibus euenisse, & ob hoc Balac rex Moabitarum misit ad vocandum eum, vt Israelitas malediceret, putans, quòd ei eueniret, quod ipse imprecaretur, vt patet Nume. 22. cum dicitur: Veni ergo, & maledic populo huic, quia fortior me est, siquo modo possim pcutere eum, & eiicere de terra mea: noui enim quòd benedictus sit, cui benedixeris, & maledictus, in quem maledicta congesseris: ob hoc vocat eum scriptura, vt communiter ariolum.

Sciendum tamen his non obstantibus Balaam verum fuisse prophetam Dei: nam ei locutus est dominus, cum venerunt ad vocandum ipsum Madianitæ ex parte regis Moab iubens semel ne iret, & iterum

C cum venissent iussit, quòd iret, vt patet Numeri 22. & ipse ibi, & 23. c. sępe dicit, quòd non poterat dicere aliquid, nisi quod ei Deus dederit.

Sed hoc fortassis aliquis diceret esse ex fictione Balaam, scilicet, quòd ipse diceret Deũ apparere sibi, vel loqui, & tamen dęmones erant. Malefici tamen ad auctoritatem maiorem operum suorum attribuunt illa Deo in nomine, licet in re contrarium sit. Sed dicendum non stare, quia non solum scriptura narrat ea, quæ dicebat Balaam, scilicet quomodo Deus ei appareret, sed etiam asserit, quòd Deus iusserit ei ire, & alia vice impedierit.

Item adhuc magis patet, Nume. 24. cap. dicitur de prophetiis suis: multa enim pręnunciauit, quę eueneD runt. scriptura autem sacra ponit illa tanquam dicta Prophetica: ergo fuit verus propheta a Deo reuelationes recipiens, sicut Moyses, & quilibet aliorum: erat tamen malus, quia quamquam Deus aliquid sibi iuberet, conabatur facere contra illud, vt patet Nume. 22. vbi Deus iubebat ne malediceret Israeli, & ipse conabatur maledicere, Deus tamen conuertebat verba eius in benedictionem: ita vt non esset sibi liberũ maledicere Israel. Sed adhuc actibus propheticis admiscebat auguria: nam cum vellet maledicere Israelitis ibat ad inquirendum auguria positis aris, & sacrificiis, Deus tamen occurrebat ei, & cogebat eum loqui aliud, quam intendebat Nume. 24. cum dicitur: Cum-

E que vidisset Balaam, ꝙ placeret domino, vt benediceret Israeli, nequaquam abiit, vt ante perrexerat, vt augurium quæreret, &c. ob hoc autem licet iste verus propheta fuerit, magis scriptura vocat eum ariolum in vituperium quam prophetam.

Nec mirandum, quòd iste de gentilibus natus, & in gentilitate manẽs, esset propheta: nam etiam sibyllę, siue duæ sint, vt asserit Marcianus libro secundo, de nuptiis Mercurii, & Phisiologię Prosa penult. siue decẽ, vt vult Isidorus Etymolog. libro septimo, & Lactantius De natura Deorum libro primo, fuerunt habentes spiritum propheticum, & multa de Christo atque euentibus temporũ narrauerunt: sic enim in Gręco sibylla quasi mens Dei, vel sententia Dei dicitur, quia

Opi. de Sibyllis.

Sibylla qd significet.

quia mens Dei ei reuelata est. Vnde dicta harum sibyllarum inducit Lactantius in septem libris de natura Deorum, vt in plurimum, & vnius harum, quæ sibylla Erithrea dicit̃ ponit versus 23. exametros, & pulchros de quibus August. de ciuitate Dei lib. 18. quorum primus est. Iudicij signum tellus sudore madescet, & quã quam apud Grecos in quorum lingua sibylla scripsit versus isti exametrorum lege currant: in linguam tamen latinam versi, licet florem quẽdam rhetoricum teneant metrorum legem excesserunt. Hos quoque versus recitat idem Augustinus in sermone Natalis domini, qui incipit.

Sibylla Erithrea.

Inter pressuras atque angustias.

Et in hunc modum spiritus propheticus quibusdam aliis apud Gentiles datus est, sed non est ita vulgatum, vt de his.

Nec identidem mirãdum est huic Balaam datum fuisse vnquam propheticum spiritum, aut continuatum in eo, cum ita prauus foret. Nam spiritus propheticus ad gratiam gratis datam, quæ non gratificat pertinet, & hanc Deus indifferenter bonis, & malis communicat, immo vt in plurimum in gratiis gratis datis mali bonos excedunt. Est autem de spiritu prophetico, sicut de magnitudine sapientiæ, & altitudine ingenij: nam prophetia est cognitio de his, quæ supernaturaliter reuelantur, sapientia autem, & ingenii magnitudo de excellentissimis sunt, quamquam pertineãt ad modum naturę, sed in vtroque est perfectio intellectus, & partim maior, & nobis conuenientior est sapientia quam spiritus prophetiæ, quia spiritus prophetiæ nõ est aliquid manens, sed subito transit illuminãs, cum autem transierit nihil differt in excellentia propheticus intellectus ab intellectu cuiuslibet alterius, sapientia autem est perfectio immanens, ideo quantũ ad hęc melior est. De sapientia tamen, quòd malis cõmunicata sit patet, quia Salomon erat sapientissimus virorum 3. Reg. 3. & 2. Paralip. 1. ipse tamen fuit prauus: immo quodammodo pessimus: declinauit enim ad omnem impudicitiam velut equus, & mulus habens vxores concubinas, & adolescentulas, quot nunquam quisquam hominum habuit. Pręter hoc, & in senectute sua non declinans ab hoc amore iuuenili, & impudico coluit Deos Sidoniorum, Moabitarum, & Ammonitarum, vt complaceret vxoribus suis, atque fabricauit templa diis earum, vt patet 3. Reg. 11. de aliis malis similiter patet, qui excellenter fuerunt sapientes. perfectio ergo sapientiæ quamquam a Deo gratis cõcedatur, quia omnis sapiẽtia a domino Deo est Ecclesiastici primo: tamen nihil magis bonis quã malis cõmunicatur, & a fortiori de cęteris perfectionibus, cum ista maxime accedat ad bona honesta, quę solius virtuosi sunt, & sic prophetia non inconuenienter conceditur prauis, sicut & optimis. Idem de Caipha, qui prophetice locutus est, vt patet Ioan. 11. tamẽ multũ differt, quia licet Caiphas loqueret̃ quę Deus dixerat: tamen non intelligebat, quòd Deus eum moueret: cum potius verba illa, quæ Deus per eum locutus est, ipse in alio sensu intelligeret quam ipsa faciebant, & Deus intelligi volebat: Balaam autem sciebat quid loquebatur, & quòd Deus ei illa reuelabat, vnde habebat rationem perfectã prophetę. Patet ergo quomodo Balaam ariolus, & quomodo propheta esset, & vtrumque vere. *Occiderunt filij Israel gladio.* Causa occidendi eum fuit potior quam in cęteris, quia ipse cõsilium dedit, per quod Israelitæ peccauerunt.

In gratijs gratis datis mali bonos quandoque excedunt.

Prophetia ac sapientia differunt.

Quomodo Israelitæ potuerunt occidere Balaam quando occiderunt Madianitas. Et situs Mesopotamiæ. Quæst. XV.

SED dicet aliquis quomodo Israelitæ potuerũt occidere Balaam, quando occiderunt Madianitas?

F Aliquis forte dicet, quòd erat ipse de terra Madiã, & ob hoc mortuus est in bello in quo perierunt cęteri Madianitæ, & ob hoc diceret, quòd Madianitę iuerunt ad vocandum eum, vt malediceret Israelitis Numeri 22. cap. nam non Moabitę, sed maiores natu terræ Madian eum vocauerunt.

Sed non stat: non enim erat Balaam de terra Madian, nec habitabat in ea cum vocatus est a rege Balac, sed habitabat super flumen terræ filiorum Ammon, vt patet Nume. 22. ergo magis videt̃ ipsum fuisse Ammonitam.

Sed ad hoc respondebit aliquis, quòd nõ sequitur hoc: nam aliquis fluuius, qui fluit per terram filiorum Ammon, decurrit per alias terras, & ibi habitans Balaam diceretur habitare super fluuium filiorum Ammon, licet non esset in terra, sic patet supra in litera de fluuio Aegypti: dicitur enim quòd fluuius, qui irrigat Aegyptum, est terminus Meridianus terræ Chanaan, tangens apud terram Philisthijm, tamen Aegyptus non tangit in aliqua parte terram Chanaan, nec vnquam dicitur terram Aegypti esse terminum terrę Chanaã in aliquo latere, & sic poterit esse Balaam de terra Madian, & habitare in ea, & tamen, quòd dicatur habitare super flumen terræ filiorum Ammon: si idem trãseat per terram Madian, & Ammon.

G

Sed adhuc non stat, quia quando Balac rex vocauit Balaam, fecit vocare eũ de terra Mesopotamiæ, quæ vocatur alio nomine Aram: sic patet Numeri 23. s. assumptaque parabola sua dixit, de Aram vocauit me Balac rex Moabitarum de montibus Orientis. Constat tamen, quòd Mesopotamia, siue Aram, & terra Madian differunt, quia terra Madian est in desertis Arabiæ versus Aegyptum: Mesopotamia autem est magis Septentrionalis versus Babylonem, & terram Caldæorum, & ibi existens dicebatur morari Balaam super fluuium terrę Ammon, quia fluuius Euphrates transiens Babylonem, & Mesopotamiam transit per terram Ammonitarum, & in latere terræ Chanaan septentrionali, vt patet Gene. 15. ca. s. A fluuio Aegypti vsque ad flumen magnum Euphratem. Quantum in hoc non refert, an iste sit Euphrates, vel aliquis alius veniens de Mesopotamia in terrã Ammon. Sed tunc dicetur quomodo ergo stat, ꝙ Israelitę occiderũt Balaam: nam non est verisimile, quòd irent in teram lõginquam ad occidendum vnum virum. Etiam dato, quòd non esset terra longinqua, si tamen non pertineret ad terram Madian non possent occidere eum, & tunc necesse erat, vt indicerẽt bellum Iudæi genti illi, apud quam maneret Balaam ingredientes in vnũ regnum ad occidendum vnum virum, quod nequaquam stat.

H

I

Item maxime, quia dicitur hic, quòd occiderunt Balaam cum cęteris interfectis: ergo videtur, quòd fuit simultas in occidendo: scilicet, quòd esset inter Madianitas, quando pugnabatur contra eos.

Respondendum videtur, quòd Balaam fuerit occisus in terra Madianitarum cum cęteris Madianitis, tamen Balaam non habitabat in terra Madian a principio, quando misit pro eo rex Moabitarum, sed habitabat in terra Mesopotamię, sicut ipse dicit Numeri 23. scilicet de Aram vocauit me Balac rex Moab de montibus orientis: postea tamen cum reuersus est de terra Moab non potens maledicere Iudæos, reuersus est, & habitauit in terra Madian, & ibi occisus est paulopost cum cęteris Madianitis.

K

Et cum obiicitur, quòd morabatur a principio in terra Madian, quia Madianitę iuerunt ad vocandum eum non conuenienter arguitur, quia faciebant hoc Madianitę, quia erant de seruis regis Moab, vel saltem erant amici eius. sic patet cum posuerunt filias suas,

suas,& filiā nobilissimi principis Madianitarum stuprandas a iudæis,ut deducerent eos ad peccatum, ipsi tamen quando iuerunt ad vocandum eum, dicitur ꝙ uocauerūt de Aram, ut patet Nume. 23. ergo non de terra Madian.

Sed arguetur adhuc ꝙ postq̃ recessit Balaam de terra Moab non venit in terram Madian, quia dr̄ Num. 24. surrexitque Balaam, & reuersus est in locum suū locus tamen suus erat in Aram, cum venit ad regem Moabitarum: ergo illuc reuersus est, & non ad terram. Madian.

Rn̄dendū est,ꝙ Balaā rediens de Moab primo venit in terrā suam Aram,& tn̄ postea vr̄ reuersus ī Madian ad habitandum, vel manendum aliquo tempore & forte ibi dedit consilium,qūo deciperent Moabitæ iudæos,quia ipse dixit, cum non potuit maledicere Israelitis,verumtamen pergens ad populum meum dabo consilium,quid populus tuus facere debeat populo huic in extremo tempore Num.24. Madianitę aūt erant medii inter regem Moabitarum,& Balaam, iō satis verisimile est, ꝙ fecerint eū habitare in terra sua dantes ei aliquam excellentiam, & cum ibi maneret, Israelitæ potuerunt eum cum reliquis Madianitis occidere.& hoc satis ad Dei prouidentiam pertinebat,vt Israelitę vlciscerent̄ se de hoste Balaam, qui eis maxima dāna intulerat: si tn̄ rediisset in terram suam Arā habitaturus nō potuissent sumere vltionem.Dedit ergo ei Deus in mentem,vt maneret apud Madianitas. *Cum cæteris interfectis.* i. cum aliis Madianitis mortuus est Balaam,s.ꝙ non mortuus est in terra alia, sed in eo C dem bello,quo ꝯ Madianitas pugnatum est, nec ductus est in castra Israel ad Moysen,vt videret eum, & ibi expeteretur vltio. *Factusq; est terminus filiorum Rubē Iordanis fluuius.* Iste est terminus apud occidentem: nā Iordanis diuidit terram duarum tribuum,& dimidiæ vt patet Num.34.& ponitur tanquam terminus orientalis terræ nouem tribuum allegato.c. est aūt terminus occidentalis terræ duarum tribuum, & dimidiæ Iordanis,& sic accipiter hic.incipit. n. sors tribus Ruben ab Aroer,q̃ sita est super torrentem Arnon,vt patet s̄.est aūt ista in orientali parte terræ Sehon regis,& extendit̄ versus occidentē per latus meridianum in ꝯiunctione terræ Moab quousq; pertingat iordanē,ubi est finis regni Sehon,& terræ tribus Ruben, sed apud occidērem acuitur sors Ruben,quia de regno Og nihil suscepit Rubē,sed solū de regno Sehō, & illud nō totum,cum pars eius quædam data fuerit tribui Gad, vt patet j̄. & tn̄ regnū Og coniungit̄ terræ Moabitarum non tangens eam, sed declinans ad illā circa terram occidentalem iuxta Iordanē,& montem Phasga atq; Bethsimoth, q̄ dn̄r esse ad australē plagam regni Og, ut patet pręced.ca.& ibi declaratum est.Ergo ibi terra Ruben stringitur, cū pertransit in occidentē, & sic ponuntur hic duo termini sortis Ruben, s. Aroer, & Iordanis: Aroer est in parte oriētali,Iordanis terminus occidentalis,alii duo termini subticent̄: de termino meridiano manifestum est, ꝙ terra Moab tangat terram Ruben in latere meridiano ī toto latere ab oriente vsque occidentē super iordanem,nam in orientali parte Arnon diuidit inter Amorrhæos, & Moabitas, & ibi est ciuitas Aroer sita super torrentē Arnon in medio vallis,ut patet Deut.3.& præce.c.& hic:deinde perueniunt ad latus occidentale, & ibi terminatur terra Moab super iordanem, quia ad radices montis Phasga trāsit iordanis,quia cum iudæi erant apud iordanem,erant ad radices Phasga,vt declaratum est p̄cedenti. c.Mons tamen Phasga partim pertinet ad terrā Moab,& partim ad terram Israel. De Moab patet, qa cum Israelitis vellet maledicere Balaam, duxit eū Ba-

Termini sortis Ruben exponuntur.

A lac rex Moabitarum in monte Phasga Nume.23.Pertinebat mons iste ex aliqua parte ad Israel,quia tribus Ruben habebat in eo aliquas vrbes, ut patet supra de Sarathasar, quę erat in monte cōuallis Beelphegor: mons autem ille est, qui dicitur Phasga, vel Abarim s̄m diuersos modos.De termino septentrionali terræ Ruben non constat totaliter,quia non ponūtur vrbes Septentrionales,constat tamē ꝙ tribus Gad habet terram aliqualiter Septentrionalem ad terrā Rubē, sed non vr̄,ꝙ per totum latus Septentrionale. Nam terra Sehon ex aliqua parte orientalis est ad terrā regis Og, in qua suscepit hęreditatem tribus Gad:hoc tn̄ cōstat ꝙ magis coniungitur terra Gad terrę Rubenitarum, q̃ terra dimidię tribus Manasse. Nam trib. Gad susce-B pit quandam particulam terræ regis Sehō, & reliquū regnum suscepit Ruben,vt patet j̄.dimidia autem tribus Manasse non suscepit aliquid de terra Sehon, sed de terra regis Og,ut patet infra, ergo magis coniūcta est Rubenitis terra Gad,q̃ terra Manasse. *Hæc est possessio Rubenitarum.* Iste est epilogus,i.id ꝙ fuit supra enarratum est possessio tribus Ruben.

Per cognationes suas. Idest tota ista terra supra enarrata non data fuit indistincte tribui Rubē,sed diuisa fuit in partes per cognationes tribus Ruben, idest per familias quatuor Rubenitarum, de quo supra dictum est.

Vrbium.& uiculorum. Idest tota ista terra cuius positi sunt termini diuisa est in familiis Rubenitarum, & hoc quantum ad urbes,& uiculos. Vocantur vrbes loca omnia murata,quia non distinguit scriptura vrbes & villas,sicut nos nunc distinguimus.Viculi uocantur parua loca carentia muris, quæ nos rura appellamus, & omnia hæc diuisa sunt, quia nullus locus, uel pars terræ mansit in tota terra nominata,quin alicui domino assignata fuerit.

Deditq; Moyses tribui Gad & filijs eius p̄ cognationes suas possesionem,cuius hæc diuisio est. Terminus Iaser, & omnes ciuitates Galaad, & dimidiam partem terræ filiorum Ammon,vsq; ad Aroer, quæ est cōtra Rabba,& ab Hesebon vsq; Ramoth, Masphe,& D Bethonim, & a Manaim vsque ad terminos Dabir. In valle quoq; Betharan, & Bethnemra,& Socoth, & Saphon reliquā partē regni Sehon regis Hesebon. Huius quoq; finis Iordanis est vsq; ad extremā partē maris Cenereth trans Iordanē ad orientalē plagā. Hæc est possesio filiorum Gad p̄ familias suas, & ciuitates,& villæ earū.Dedit, & dimidiæ tribui Manasse, filiisq́; eius iuxta cognationes E suas possesionē, cuius hoc principium est. a Manaim vniuersam Basan, & cūcta regna Og regis Basan,omnesq; vicos Iahir, qui sūt in Basan, sexaginta oppida,& dimidiā partē Galaad,& Astaroth,& Edrai vrbes regni Og ī Basā:filijs Machir filij Manasse dimidię parti filiorum Machir iuxta cognationes suas. Hanc possesionem diuisit Moyses in campestribus Moab: trans Iordanem contra

Iericho ad orientalem plagam. Tribui autẽ Leui non dedit possessionem, quoniam dominus Deus Israel ipse est possessio eius, vt locutus est illi.

Diuisio terræ attinentis ad tribum Gad.

DEditque Moyses. Hic ponitur diuisio terræ pertinentis ad tribum Gad, & ista erat magis Septentrionalis, quam Rubenitę.

Deditque Moyses. Ipse diuisit totam terram hanc, & quamquam ad hanc diuisionem stetisset Eleazarus sacerdos magnus, & tota multitudo, vt patet Numeri.32. & ab eis quoque petita est terra hæc, quia tamẽ Moyses erat princeps, dicebatur ipse facere omnia, tota enim virtus faciendi in ipso erat.

Tribui Gad, & filijs eius. Tota terra, quæ subiicitur hic vsque ad locum illum, scilicet, Dedit, & dimidię tribui Manasse, est pertinens ad tribum Gad: & dicitur, quod data est tribui Gad, quia illa terra erat data in titulum illi tribui, & siue pauci essent in tribu Gad, siue multi, semper pertinebant ad tribum Gad. & dato, ꝙ morerentur fere omnes de tribu Gad, & manerent aliqui, qui nullo modo ab intestato succedere deberent eis, qui mortui sunt, nec instituti fuissent hæredes non poterat aliquis succedere in terra illa, nisi homo de tribu Gad, & nulla alia tribus emptione, donatione, descriptione, aut aliquo alio titulo possidere poterat aliquid de eo, quod erat intra terminos tribus Gad: ideo proprie pertinebat hoc ad tribum Gad, sicut aliqua dicuntur esse alicuius communitatis, vel vrbis. Etiam dicitur terra ista data filiis eius, idest filiis tribus Gad, omnes enim, qui susceperunt parem originem intra ambitus tribus Gad dicuntur filii Gad: nõ ꝙ tribus filios aliquos habeat, sed homines tribus illius. Sic dicitur sæpe in scriptura: filiæ Syon, & filiæ Ierusalem, & filius populi mei, tamen Sion, Ierusalem, & populus non habent filios: sed dicuntur filii Ierusalem omnes, qui habitabant in vrbe ipsa. Dicitur etiam data filiis Gad, quia licet data sit tota illa terra in titulum tribui Gad, ita quod nulla alia tribus posset sibi vẽdicare ius in ea, tamen adhuc specialiter diuisa est terra, & cuilibet de tribu Gad data est portio.

Terra diuisa tribui Gad in septem portiones.

Per cognationes suas possessionem. Idest per familias, scilicet, quod quamquam tota ista terra fuerit assignata tribui Gad toti, tamen postea diuisa est in partes, & hoc per familias tribus huius.

Prima diuisio fuit, ut tot portiones fierent, quod erant familiæ in tribu. Erant autem in tribu hac septẽ familiæ, scilicet Sephonitæ, Oznitæ, Agittæ, Sunittę, Heritæ, Aroditę, Arihelitę: Numeri.26.capit. ideo septem fuerunt portiones.

Deinde quælibet portio harum in domos, quę sunt cognationes minores diuisa est, & cuilibet harum data est una portio. Deinde diuisa est domus per capita, idest per viros facientes œconomias singulas, & istę fuerunt extremę diuisiones.

Cuius est hæc diuisio. Idest istę ciuitates, quæ sequuntur pertinent ad terminos terræ huius, vel quod ista ĩferior enarratio est diuisio sortis Gad, non quidem diuisio in familias, vel domos, quia hic nihil tale enarratur, sed diuisio, idest particularis explicatio cum declaretur, quid contineatur in sorte Gad.

Iazer, ac eius situs.

Terminus Iazer. Idest ciuitas Iazer est vnus terminꝰ terræ Gad. Est autem Iazer apud terram montis Galaad, & hanc construxit restaurans tribus Gad pro paruulis suis, & vxoribus cum transiuit iordanem, ut patet Numeri.32. ad hanc ciuitatem misit exploratores Moyses, postquam pugnauit contra Sehon regem, & percussit eum Num.21.cap. De quo regno fuerit, sci-

F licet an de regno Sehon, vel Og, non patet: sed forte satis rationabile est dicere, ꝙ Iazer sit in regno Og, quia totum regnum Sehon accepit Ruben, pręter quandã particulam eius, quæ data est tribui Gad, ut patet infra & tamen ciuitas Iazer, & aliæ quæ sequuntur, ponuntur condistinctæ contra partem illam regni Sehon, ut patet in litera, ergo Iazer erat in terra regni Og.

Item postquam percussit Moyses regem Sehon cũ toto populo suo misit exploratores ad vrbem Iazer, & tunc exiuit in pugnam Sehon rex contra Israel, ergo Iazer pertinebat ad regem Og. Patet hoc Numeri uigesimoprimo.

Galaad mõs ac eiꝰ situs.

Et omnes ciuitates Galaad. Idest omnes ciuitates, quæ sunt apud montem Galaad, est enim Galaad mons in

G terra duarũ tribuũ, & dimidię ante Iordanẽ ad oriẽtẽ illius, in quo Laban cõprehẽdit Iacob, & vocatus est Galaad ab eis propter pactum, ꝙ inter se inierunt ponentes cumulum lapidum in testẽ, & hoc signat Galaad aceruum testimonii, de quo Gene.31.c. Ciuitates autem forte non sunt in monte, sed ad radices mõtis in vallibus, aut in aliqua planicie apud montem, & has ciuitates accepit tribus Gad. Non tamen accepit omnes ciuitates Galaad, ut hic dicitur, quia medietatem Galaad accepit medietas tribus Manasse, ut patet inf. idem patet Deuteronomii tertio: sed est sensus, quod accepit omnes ciuitates Galaad, quæ sunt ex vna parte montis Galaad.

Pro quo sciẽdum, quod Galaad est mons magnus ex vtraque parte sui habens ciuitates multas, & uiculos, quia est terra nimis pascualis, ideo multum habitatur.

H Quod patet, quia cum filii Ruben, & Gad petierunt terram duorum regum Amorrhæorum sibi dari, quia habebant pecora multa, expresserunt, quod loca illa erant pascualia, & dicitur, quod uiderunt Iazer, & terram Galaad esse regiones animalibus alendis ꝯuenientes Numeri trigesimo secundo. Fuit autem mons iste diuisus in duas sortes, scilicet, quod cacumen montis diuideret limites, & terra adiacens monti ex vna parte pertinebat ad tribum Gad, & terra adiacens ex alia parte pertinebat ad mediam tribum Manasse, & tunc verum est, quod accepit tribus Gad omnes ciuitates Galaad, scilicet quæ erant ex una parte montis.

I *Dimidiamque partem terræ filiorum Ammon.* Idest erat quædam terra filiorum Ammon, quæ diuisa est inter tribum Gad, & dimidiam tribum Manasse, vel tribus Ruben, cuius Medietas prouenit filiis Gad.

An terra diuisa inter filios Gad, & Manasse, vel tribus Ruben esset filiorum Ammon, cum Deus hoc vetuerit. In quo redarguuntur opiniones eorum, qui id uidentur negare, & probatur quomodo fuerit ea terra Ammonitarum, quam accepit tribus Gad.

Quæst. XVI.

K SED aliquis arguet non posse stare, quia innuitur, quod Israelitę ceperunt dimidiam partem Ammonitarum terrę, & quod pugnauerunt contra illos: tamẽ Deuteronomii secundo vetatur, quia ibi iubetur, ne pugnarent Israelitæ contra Idumæos, & postea pugnarent contra Moabitas. Deinde de Ammonitis dicitur: Accedẽs in vicinia filiorum Ammon caue, ne pugnes contra eos, nec moueearis in prælium, nec enim tibi dabo de terra filiorũ Ammon, quia filiis Loth dedi eam in possessionem. Et iterum in fine capi. Non fuit ciuitas, quæ nostras effugeret manus absque terra filiorũ Ammon, ad quã non accessimus.

Respon-

Rñdebit forte aliquis, ꝙ quamquam Deus vetuerit pugnari contra Moabitas,& Madianitas: tamen Israelitę pugnauerunt, & ceperunt terram eorum, posteaque diuisit eam Moyses, sic enim fecerunt multa alia contra pręceptum Dei. Nam iusserat eis ne communicarent Chananęis nec ꝑmitterẽt eos viuere sub vllo pacto pacis, vt Deut. 20. c. tamẽ fecerũt aliquos populos sibi tributarios ut infra decimosexto,& decimoseptimo c. & multa huiusmodi.

Respondendum est nõ stare, quia litera dicit, quod iudæi non pugnauerunt contra Ammonitas, quia Deus vetuerat Deuteronomii secundo, scilicet: Omnes tradidit nobis dominus Deus noster, absque terra filiorum Ammon, & cunctis, quæ adiacent torrenti Iaboth,& vniuersis, a quibus nos prohibuit dominus. Item dato, quod Israelitæ pugnauissent contra Ammonitas non potuissent acquirere aliquam partem terræ eorum, sed magis corruerent gladio, quia facerent contra pręceptum Dei, quia iudæi in Cadesbarne cum iussisset dominus, quod redirent versus mare rubrum, quia erant Amalechites, & Chananæus in vallibus, ipsi uero dixerunt, parati sumus ascẽdere in locum, de quo dominus locutus est, quia peccauimus. Moyses autem restitit dicens: Cur transgredimini præceptum domini, quod vobis non cedet in prosperum? Nolite ascendere, non est enim Deus vobiscum Amalechites, & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis. & post cum ascendere cępissent, descendentes Amalechites,& Chananæus de montibus conciderunt eos vsq; Horma Numeri 14. & Deuter. 1. ergo sic accideret hic.

Item dato, quod Deus nollet dare Israelitas in manus Ammonitarum si pugnarent contra mandatum eius, tamen saltem non daret eis, quod caperent quidquam de terra Ammonitarũ, quia Deus dixerat Deuteronomii secundo, nec enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, filiis enim Loth dedi eam in possessionem.

Item non stat vllatenus, quod Moyses permitteret Israelitas pugnare contra Ammonitas, cum Deus per eum iuberet, ne pugnaret Israel contra Ammonitas, si tamẽ bellum aliquod esse debuisset, Moyses fuisset dux, sicut fuit in bello contra regem Sehon,& regem Og Amorrhæos, ergo nihil tale fuit. Nec valet similitudo de transgressione præceptorum Dei ab Israelitis facta alio tempore, nam non est negandum potuisse Israelitas pugnare contra Ammonitas, sed negatur, quod pugnauerint cum scriptura contrariũ asserat: ideo non stat ista responsio.

Alii respondent aliter, scilicet, quod Ammonitæ habebant duplicem terram, vnam quam dominus eis concesserat,& aliam quam iuxta se violenter acquisierant, & istam secundam occupauerunt filii Israel, & non primam.

Sed non stat solutio, quia terra, quam Ammonitę tenebãt violenter fuerat accepta de manu gigantum, vt patet Deuteronomii secundo,& istã iubebat Deus ne conarentur accipere iudæi.

Item non distinguitur conuenienter, quod habebant Ammonitæ aliquam terra, quam eis Deus dederat, & aliam, quam uiolenter acceperant, nam terra, quam uiolenter acceperant, erat quam Deus eis dederat, ut patet Deuteronomii secundo scilicet, quod expulerũt Ammonitę Zomim, qui erãt gigantes,& populus multus,& hos deleuit Deus a facie Ammonitarum, & fecit eos habitare pro illis: ideo eadem est a Deo data,& uiolenter acquisita.

Item diuisio ista magis stat econtrario, quia terra illa, quam habuerunt Ammonitæ ab origine sua absque bello, non erat a Deo data specialiter, quia nihil fecerat pro eis ad habendum terram illam, terra autẽ quam acquisierunt uiolenter de manu gigantum est, quam Deus eis dedit, ut patet Deuteronomii secũdo ergo non stat diuisio.

Item non ualet, quia si Israelitæ de manu Ammonitarum tollere debuissent, necesse erat, ut pugnarent contra eos, quia ipsi non dimitterent eam libenter, erat tamen interdictum iudæis absolute pugnare contra Ammonitas Deut. 2. s. accedes in uicinia filiorum Ammon, caue ne mouearis contra eos in prœliũ, non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon: ideo non potest stare, ꝙ aliquam terram, quam tunc qualitercũque possiderent Ammonitæ, abstulerint de manibus eorum Israelitæ.

Respondet Rabbi Salomon,& bene ꝙ ista pars filiorum Ammon possidebatur actu a rege Sehon, qui abstulerat ab Ammonitis.

Pro quo sciendum, ꝙ Sehon rex Amorrhęus erat rex fortissimus in bellis,& subiiciebat sibi gentes con uicinas: nam quinque satrapæ terræ Madian, quos scriptura vocat reges Numeri. 31. erant subiecti regi Sehon,& uocabantur duces Sehon, ut patet supra in litera.

Item subiecit sibi Sehon magnam partem terræ Moabitarum, scilicet vrbẽ Hesebon, quæ erat metropolis nobilissima in regno suo,& multas alias vrbes, de quibus Nume. uigesimoprimo capitulo: ita etiam contra Ammonitas, qui erant conterminales terræ suæ fecit pugnans contra eos, & accipiens ciuitates multas: erant. n. prius conterminalia in latere orientali Regum Ammonitarum, & Moabitarum apud vrbem Aroer,& Sehon rex accepit totam illam frontẽ orientalem partem de regno Moab ab Aroer versus Hesebon,& Medaba atque Dibon. De terra Ammõ cepit a ciuitate Aroer, quę est cõtra Rabath, quæ tũc erat filiorum Ammon, ut patet infra in litera, & sic dilatauit Sehon regnum suum tollens conterminationem Moabitarum,& Ammonitarum. Hanc terram possidebat tunc Sehon rex, & cum occidissent eum Israelitę acceperunt totam terram eius, non solum terram, quæ pertinebat ad origenem gentis Amorrhęorum, sed etiam eam, quæ fuerat pertinens ad alias gentes, s. Moabitas,& Ammonitas. In hoc aũt nihil agebant Israelitæ contra præceptum Dei, quia nõ pugnabant ꝯ eos, nec accipiebant quidquam de terra ipsorum. Cum autem inuenissent eam in manu hostili ꝑdito dominio Ammonitarum,& Moabitarum, occupauerunt eam tanq̃ hostilem, nec tenebat Israel dare terrã hanc Moabitis,& Ammonitis, vñ postea rex Eglon tp̃e Iepte Galaaditis tentauit sup̃ repetitione terrę huius indicens bella si nõ redderet, tñ Iepte rñdit satis iurisdice Iud. 11. c. De Ammonitis aũt an intẽtauerint qdquã sup̃ repetitione terrę, q̃ olim sua fuerat nihil legitur. & de ista terra dr̃, ꝙ medietatem eius possedit tribus Gad: quia fuit magna terra,& diuisa est inter tribus has: medietatem eius accepit tribus Gad, reliq̃ aũt medietatẽ accepit dimidia tribus Manasse, vt quidam uolũt. Sed nõ stat, qa ista terra ꝑtinebat ad regẽ Sehõ, q̃ eripuerat eã de manu Ammonitarum, regnũ tñ Sehon totum datũ est tribui Ruben p̃ter quãdã eius particulã, q̃ data fuit tribui Gad, ut patet s. in litera, vbi ponunt̃ ciuitates regni Sehõ ad tribum Rubẽ hic aũt subdit, ꝙ reliq̃ partẽ regni Sehon possedit tribus Gad, ergo nihil possedit de hoc dimidia trib. Manasse, terra tñ accepta de manu Ammonitarũ erat ĩ potestate regis Sehõ, ergo de hac terra nõ ꝑuenit pars dimidię tribui Manasse: sed Rubẽ hũit medietatẽ, & reliq̃ medietatẽ hũit Gad. Si aũt diceret̃, ꝙ istã terrã acce-

pisset rex Og de manu Ammonitarum dicendum erat, quod nihil de ea accepisset tribus Ruben, sed medietatem tribus Gad, & reliquam medietatem dimidia tribus Manasse, quia non prouenit aliquid de regno Og tribui Ruben, sed tota possessio sua fuit in regno Sehon, sed nõ stat quod terra ista fuerit in regno Og, quia terra capta de manu Ammonitarum incipit ab Aroer, vt patet j. & ibi est regnũ Sehon regis, ergo non pertinet terra ad Og regem, sed ad Sehon, & consequenter diuisa est inter tribum Ruben, & tribũ Gad.

Ab Aroer, quæ est contra Rabba. Hic ponitur pars terræ Ammonitarum, quam accepit tribus Gad, & dicitur, quod inchoat ab Aroer. Est ciuitas Aroer orientalis in regno Sehon, quæ est sita super torrentem Arnõ vt patet supra in litera, & ibi diuiditur terra Moabitarum a terra Sehon, vsque ad illam vrbem: Aroer fuit quondam terra Ammonitarum, & sic prius, quam Sehon rex bello occuparet quandam partem terræ Ammonitarum, & Moabitarum, Ammonitæ, & Moabitæ habebant terras coniunctas apud orientem. istam autem continuitatem abstulit rex Sehon, tamen adhuc erant confinia terrarum istarum ad partem orientalem non multum distantia, quod patet, quia quãdo Israelitæ venerunt de solitudine, & intrauerũt per terram Sehon regis Amorrhæi, dicuntur intrasse per cõfinia Moabitarum, & Ammonitarũ, Deuteronomij secundo, cum dicitur, Tu transibis hodie terminos Moab ciuitatem nomine Ar, & accedens in vicinia filiorum Ammon caue ne pugnes contra eos, ne mouearis in prælium. erat autem ista conuicinia regnorũ apud ciuitatem nomine Aroer, nam Moabitæ, & Amorrhæi in parte orientali conterminantur apud Arnon, qui est terminus Moab, & prominet in finibus amorrhæi, ut patet Numeri vigesimoprimo, & ibi est torrens Arnon diuidens Moabitas, & Amorrhæos, in ripa tamen torrẽtis Arnon est ciuitas Aroer, vt patet Deuteronomii tertio, & præcedenti capitulo, & hic: ergo Aroer est in coniunctione Moabitarum, & Amorrhæorum, ad aroer tamen accedebat terra ammonitarum, ut patet hic: ergo termini Moabitarum, & ammonitarum erant quondam coniuncti in Aroer, & patet adhuc magis, quia cum iudæi trãsierunt apud ciuitatem Moabitarum nomine Ar, dicuntur stetisse in vicinia filiorum Ammon, Deuteronomii secundo capitulo, sed Aroer, & Arnon, & Ar sunt simul, ergo apud Aroer coniungitur terra Ammonitarum terræ Moabitarum. Antecedens patet, quia Aroer, & Ar, & Arnon deriuantur ab eadem origine, & sunt nomina imposita locis coniunctis, nam apud scopulos, qui uocantur Arnon, vel ciuitates (vt alii dicunt) est torrens Arnon, qui uocatur Arnon, & patet, quia vterque est terminus Amorrhæorum, & Moabitarum, vt colligitur Numeri. vigesimoprimo iuncto Deuteronomii secundo, & tertio capitul. apud Arnon autem est aroer, ut patet hic, & præcedenti capitul. ergo Ar ciuitas, quæ ab eadem descendit origine est apud ista loca, sed apud Ar ciuitatem Moab sunt conuicinæ vrbes terræ Arnon, ergo apud Arnon, & urbem Aroer est conterminatio hæc.

Pars terræ Ammonitarũ quam accepit tribus Gad.

Quæ est contra Rabba. Hic signatur quomodo verisimile sit fuisse terram, quæ est ab Aroer uersus terram Ammonitarum quondam ipsorum Ammonitarum quia Aroer est contra Rabba, idest circa Rabba, & ex opposito eius. Sed Rabba erat terræ filiorum Ammõ cũ ista dicebantur, ergo satis verisimile est fuisse quõdam terminos Ammonitarum apud Aroer. De Rabba, quod pertineat ad filios Ammon, patet Deuteronomii tertio capitulo scilicet monstratur lectus eius

F ferreus, qui est in Rabba filiorum Ammon.

Ab Esebon, vsque Ramoth. Istæ sunt ciuitates, quæ pertinuerant quondam ad Ammonitas, est autem Esebon circa terram, quam tunc possidebant Ammonitæ. Ramoth autem est ubi terminabatur quondam terra Ammon, & est ista ciuitas apud montẽ Galaad ex vna parte, vnde possedit eam tribus Gad, quæ dicitur possedisse omnes ciuitates Galaad, ut supra patet, & ista ciuitas vocatur Ramoth Galaad, idest, Ramoth existens apud montem Galaad, & est ista vna de tribus ciuitatibus refugii, quæ erant ad orientalem plagã Iordanis, ut patet Deuteronomii quarto capitulo scilicet Bosor in solitudine, quæ sita est in campestribus de tribu Ruben, & Ramoth in terra Galaad quæ est in tribu Gad, & Golam in Basan, quæ est in tribu Manasse.

G Idem patet infra uigesimo aduersus Syros pugnabat Acham rex Israel, cum mutauit habitum, & ingressus prælium percussus est a sagitariis, & mortuus est. Vnde dixit, Nostra est Ramoth Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syrie, ut patet tertio Regum vigesimosecundo capitulo, & secundo Paralipomenon decimonono cap.

Masphe ac eius situs.

Masphe, & Bethanim. Istæ duæ sunt vrbes in sorte tribus Gad, & pertinuerunt quondam ad Ammonitas. Alia ciuitas, uel regio est, quæ uocatur Masphe in terra nouem tribuum, & dimidiæ ad occidentalem plagam versus mare circa Sidonem, de qua s. vndecimo dicitur, quod persecuti sunt Israelitæ reges Chananæos

H ab aquis Meron vsque ad Sidonem magnam, & aquas Masserephot, campumque Masphe, quia ista est terra duarum tribuum, & dimidiæ in terra Gad, illa autem valde occidentalis in terra nouem tribuum, & dimidiæ, & cum data esset ista Masphe tribui Gad, nõdum illa erat accepta de manu Chananæorum, quia post hanc diuisionem fuit bellum ad aquas meron mortuo Moyse, & transito iordane.

Dabir ac eius situs.

Vsque ad terminos Dabir. Ciuitas Dabir est in terra Gad, tamen non fuit quondam de terra Ammon, sed accedebant confinia eius ad vrbem Dabir, de qua dicitur supra. 11. & præcedenti cap. nam illa est ad occidentalem plagam iordanis, & regem illius dicitur occidisse Iosue, ut patet præced. c. & illa Dabir est in tribu iuda, & uocabatur olim Cariathsepher, ut patet in-

I fra 15. capitulo fuit autem illa ciuitas capta ab Othoniele Cenezeo fratre Caleb, ut patet infra. 15. & Iud. 1. capitulo.

In valle quoque Bethara. Idest etiam filii Gad acceperunt in terra vallium urbem quandam nomine Betharam. De ista urbe dicitur Numeri 32. quod extruxerint eam antequam transirent Iordanem, ut manerẽt in ea vxores, & paruuli sui.

Et Bethnemra. De ista vrbe habetur Numeri. 32. quod filii Gad extruxerint eam vt s. dictum est.

Et Socoth, Ista est ciuitas non multum distans a terra Ammon, & cum persequeretur Gedeon Zeb, &

K Zebee, & Salmana reges Madian, petiuit panes a viris Socoth, qui responderunt ei dure, & cum rediisset de bello occidit septuaginta principes ciuitates illius, de quo Iudicum octauo Aliqui existimant Socoth esse vrbem denominatam a Iacob: nam cum venisset de Mesopotamia fixit tentoria sua in loco quodam, & appellauit nomen loci illius Socoth, idest tabernacula.

Sed non stat, quia locus iste Socoth, de quo hic dicitur, est ad partem orientalem Iordanis in sorte Gad, Socoth autem, de quo dicitur Genesis trigesimotertio capitulo, quod Iacob fixerit ibi tabernacula, est ad occidentalem plagam Iordanis apud vrbem Sichem, ut patet præallegato capit. Sichẽ tamen est ad

est ad occidentalem plagam Iordanis, cum sit in sorte Ephraim, vbi sepultus est Ioseph, vt patet infra. 24. capitulo. ergo non est idem Socoth.

Item Socoth accipitur hic pro vrbe, sed Socoth denominationem accipiens a Iacob non erat vrbs, sed aliquis ager, vel campus, vt colligitur Genesis 33. capitulo. Est etiam Socoth nomen mansionis in Aegypto, & est prima mansio, quam fecerunt Israelitæ cum egrederentur de Aegypto, ut patet Exodi vigesimo primo capitulo, & Numeri trigesimotertio capitulo: Sed de hac manifestum est, quod non accipiatur hic.

Et Saphon. Vrbs est in terra tribus Gad, hanc cum quibusdam aliis extruxerunt ipsi filiis suis, & vxoribus, cum transierunt Iordanem, ut patet Numeri trigesimosecundo cap.

Reliquam partem regni Sehon. Idest acceperunt filii Gad reliquam partem regni Sehon: fuit enim datum regnum Sehon pro maiori parte filiis Ruben, ut patet supra, cum acceperunt ab Aroer vsque Medaba, & cętera, vt supra patet, & ista terra pertinet ad regem Sehon, cum regnum Og totum fuerit diuisum inter tribum Gad, & dimidiam tribum Manasse. Et quia non suscepit tribus Ruben totum regnum Sehon, quia magnum erat, relicta est quædam particula, & illam accepit tribus Gad cum quadam parte regni Og. Et iste sensus procedit intelligendo literam istam copulatiue, scilicet reliquam partem regni, idest, & reliquam partem regni Sehon. Litera tamen non ponit coniunctionem. Ideo potest alio modo intelligi, scilicet, quod ponatur tanquam exponens, & expositum, & referetur ad vrbes præcedentes, scilicet, accepit Gad vrbes istas reliquam partem regni Sehon, idest quæ sunt reliqua pars huius regni Sehon, & iste sensus videtur conuenientior primo.

Pro quo sciendum, quod rex Sehon accepit vrbes multas de terra Moab, & multas de terra Madian, vt supra declaratum est, & omnes has copulauit Sehon regno suo, cum vero terra de manu eius erepta est, & diuisa, omnes vrbes regni eius datæ sunt tribui Ruben tam illæ, quas habebat ex origine regni Amorrhæorum, quam illæ, quas acceperat a Moabitis, & Ammonitis, sed de terra suscepta ab eo de manu Ammonitarum factũ est, vt diuideretur in duas partes, cuius medietatem retinuit tribus Ruben, medietatem autem suscepit tribus Gad: & ista est reliqua pars regni Sehon. Ciuitates autem huius partis explicat scriptura dicens, quod accepit tribus Gad medietatem terræ filiorum Ammon scilicet ciuitates, quę sũt ab Aroer versus Rabba, & ab Hesebon vsq; Ramoth Galaad & cętera reliquam partem regni Sehon, idest & istę sunt partes relictę de regno Sehon, quam accepit Gad.

Sehon regis Hesebon. Non solum erat rex huius vrbis, sed & multarum aliarum, quarum quædam hic enarratæ sunt. Sed uocatur rex Hesebon, quia erat ciuitas solennior in toto regno suo, & hanc acceperat de terra Moab Numeri 21. c.

Huius quoque Iordanis finis est. Idest etiam ista tribus habet terminum in iordane. Dicitur: huius quoque quia etiam tribus Ruben habebat terminum in Iordane, ut patet supra. Est autem Iordanis terminus occidentalis harum duarum tribuum, nam Iordanis est terminus orientalis terræ nouem tribuum, & dimidiæ Numeri trigesimoquarto capitulo, & cum duæ tribus, & dimidia, & nouem tribus, & dimidia distinguantur Iordane medio, necesse est, ut ad occidentalem plagam harum tribuum sit iordanis. Et pa-

A tet, quia duę tribus, & dimidia confitentur se habere hæreditatem ad orientalem plagam iordanis Numeri trigesimo secundo capitulo, & patet supra primo, sed iordanis est terminus earum, ergo erit necessario terminus occidentalis.

Est autem differentia in terminatione duarum tribuum, scilicet Gad, & Ruben ad Iordanem, quia Ruben terminatur ad iordanem in parte sua magis meridiana, & Gad terminatur in parte magis Septentrionali, ideo tribus Ruben solum terminatur ad Iordanem: tribus autem Gad habet in parte occidentali iordanem, tribus aũt Gad habet in parte occidentali iordanem, & amplius mare Cenereth, quod est magis Septentrionale, quam Iordanis, ut colligitur Numeri B trigesimoquarto capitulo, vbi ponitur terminus oriẽtalis terræ nouem tribuum, & dimidiæ, qui est terminus occidentalis terræ duarum tribuum, & dimidiæ, & cum describatur totum latus orientale descendendo a Septentrione uersus meridiem, primo ponitur mare Cenereth, quam Iordanis, & latior est frons occidentalis terræ Gad, quam Ruben, quia terra Ruben apud occidentẽ substringitur inter latus terræ Moab, & terram tribus Gad, ut declaratum est supra. Terræ huius terminus orientalis est, vbi incipit terra Ruben scilicet ab Aroer, quæ est sita super torrentem Arnon & quamquam Aroer sit in tribu Ruben, tamen in terminis eius incipit terra tribus Gad, ut patet supra in litera, terminus autem occidentalis huius terrę est in C Iordane, & mari Cenereth, sicut terminatur terra Rubenitarum. Terminus autem meridianus est latus terrę filiorum Ruben: nã Rubenitæ, & Gaditæ incipiũt ab Aroer, & terminantur in Iordane, ergo totum latus meridianum est commune eis, & contiguantur in hac parte, ita quod latus meridianum terræ Gad est latus aquilonare terræ Ruben: latus autem Septentrionale terrę Gad est terra Ammonitarum, & duo regna .s. Machati, & Gessuri. de quibus supra patet in lrã.

Vsque ad extremam partem maris Cenereth trans Iordanem. Hic designatur latitudo frontis occidentalis terræ tribus Gad, scilicet quod terminatur ad Iordanem, sed non est tanta latitudo Iordanis quanta est latitudo frontis occidentalis terrę huius, ideo partem frontis occidentalis huius terminat mare Cenereth.

Descriptio latitudinis frontis orientalis terræ Gad vide sup. 12. ca. q. 14.

Pro quo est considerandum, quod terminus orienD talis terrę nouem tribuum, & dimidiæ est frons occidentalis terræ duarum tribuum, & dimidię: licet non sit ęqualis latitudo vtriusque. Latus autem orientale terræ nouem tribuum, & dimidiæ describitur Nu. 34. & descendit a Septentrione ad meridiem. Incipit aũt in latere aquilonis de villa Enã, quæ est in angulo ꝯtactus lateris Septentrionalis, & orientalis, & descendit in Sephama, & inde in Reblata, & postea ad mare Cenereth, deinde in Iordanem, & ipse Iordanis tendit vsque ad mare salsissimum. s. Sodomorum, ibiq; terminatur latus orientale, & est angulus coniunctionis lateris meridiani, & orientalis, terra autẽ duarum tribuũ, & dimidię habet istud latus descriptum pro termino E occidentali, sed non occupat frons terræ duarum tribuum, & dimidiæ totam istam magnitudinem, sed in fine lateris orientalis ubi coniungitur meridiano terminatur terrę Moab: nam ipsa tangit mare mortuum ꝙ est mare Sodomorum: cũ mons Phasga perueniat vsq; ad vallẽ illam, & est mons Phasga in terra Moab, cum ibi staret rex Moabitarum, qñ mõstrabat ipsi Balaam ariolo castra iudęorum, ut patet Nu. 23. ca. apud terrã Moab est terra tribus Ruben, & terminatur ad iordanem sicut terra Moab, de qua dicitur Iudicum 4 quod sunt vada in Iordane, quę transmittunt in terrã Moab, sed ista pars Iordanis, ad quam terminatur ter-

ra Ruben est magis aquilonaris, quam illa, ad quam terminat̄ terra Moab. Deinde terra Gad terminat̄ in occidente ad Iordanem, sed magis ad Septentrionem vnde occupat residuam partem orientalem Iordanis & extenditur vltra versus Septentrionem per istud latus orientale, & accedit ad mare Cenereth, terra autem dimidiæ tribus Manasse tangit in occidente suo terminum orientalem terrę nouem tribuum, & dimidie sicut terra Gad Ruben, & Moab, & tamen magis versus terminum Septētrionalem, scilicet versus Reblata, & frontem Daphnis, atque villam Sephama. Cum autem dicitur vsque ad extremam partem maris Cenereth, ponitur mare istud non tanquam orientale ad iordanem, nec tanquam occidentale, quia tūc cum iordanis sit terminus orientalis nouem tribuum & dimidiæ non esset mare Cenereth terminus orientalis, & tamen vterque ponitur terminus orientalis, vt patet Numeri. 34. ergo non est mare Cenereth orientale ad iordanem, nec occidentale ad Septentrionale. ideo cum sit tribus Gad magis Septentrionalis, quam Ruben, non sufficit iordanis terminare latitudinem frontis suæ occidentalis, sed extenditur magis ꝑ latus illud orientale versus Septentrionem, & tangit mare Cenereth, & tangit totam eius latitudinem, est enim satis magnus lacus iste qui uocatur mare. Circa extremitatem autem huius versus Septentrionem est finis terræ Gad. Et de hoc dicitur, quod est trans iordanem, non quidem ad orientem iordanis, nec occidentem eius, quia non poterat stare, vt esset terminus, vt declaratum est, sed ad Septentrionem, ita vt si aliquis ueniret ab australi parte terrę nouem tribuum ad aquilonarem erit sibi mare Cenereth trans iordanem, idest, ad partem vlteriorem magis aquilonarem & hoc modo in descriptione lateris orientalis terræ Chanaan nouem tribuum, & dimidiæ, quæ habetur Numeri. 34. diceretur mare Cenereth vltra iordanē, & Reblata vltra mare Cenereth, & villa Saphama vltra omnia hęc, scilicet magis ad Septentrionem.

Ad orientalem plagam.

An mare Cenereth sit ad plagam orientalem nouem tribuum, & dimidiæ: & eius situs. & quod terra Gad tribus partibus illud mare tangit secundum latitudinem, & circularitatem eius magnam, ob quam partes eius quædam ad orientem declinant quædam ad occidentem.

Quest. XVII.

DICET aliquis, quod ista litera repugnat supra declaratis, quia ponit esse mare Cenereth ad partem orientalem iordanis, & nō ad septentrionalem, ut dictum est.

Respondendum est non debere referri istam determinationem ad iordanem, sed ad terram nouem tribuum, & dimidię, scilicet ad orientalem plagam, idest, istud mare Cenereth ad orientalem plagam, nō quidem ad orientem iordanis, sed quod istud mare Cenereth, quod est Septentrionale respectu iordanis est ad orientalem plagam terræ nouem tribuum, & dimidiæ, quod patet Numeri. 34. vbi iordanis est ad orientalem plagam terræ nouem tribuum, & dimidię, quod patet Numeri trigesimoquarto, vbi iordanis, & mare Cenereth hic ponuntur tanquam terminus orientalis terræ nouem tribuum, quę ibi uocatur terra Chanaan, & patet hoc, nam non potest accipi mare Cenereth orientale respectu iordanis, q̄a cum ponatur hic mare Cenereth tanquam terminus occidentalis terrę Gad, venientibus ab oriente prius esset accedendum ad mare Cenereth, quam ad Iordanem, & tunc si ab oriente venientibus terminatur terra Gad in mari Cenereth, non accedet ad iordanē, & tamen ponitur iordanis terminus occidentalis terrę Gad, ergo non est mare Cenereth orientale respectu terræ Gad, sed necessario est Septentrionale, uel meridianum.

Idem argumentum stat de terra nouem tribuum, & dimidiæ, cuius iordanis ponitur terminus orientalis Nume. trigesimoquarto: nam si ponatur mare Cenereth ad orientalem plagam iordanis, erit necessario extra totam terram nouem tribuum, & dimidię, q̄a illa terminatur in suo limite orientali, & tamen mare Cenereth ponitur tanquam terminus orientalis terræ nouem tribuum, & dimidiæ, ut patet Numeri.

G trigesimoquarto. ergo non est ad orientalem plagam iordanis.

Item non potest intelligi ad orientalem plagam respectu terræ Gad, cuius ponuntur hic termini, quia dicitur, quòd terminus huius terræ Gad est ad Iordanem, & ad mare Cenereth. Sed manifestum est, quòd Iordanis est terminus occidētalis respectu terræ duarum tribuum & dimidiæ, ergo identidem erit de mari Cenereth. Nec valet si aliquis velit assignare duos terminos terræ huius hic, scilicet orientalem, & occidentalem: Occidentalem quidem ad Iordanē, orientalem autem ad mare Cenereth, quia litera repugnat hic, cū velit ponere Iordanem & mare Cenereth ex eadem parte, dicens: Huius quoque Iordanis finis est

H vsque ad extremam partem maris Cenereth trans Iordanem ad orientalem plagam: ergo Iordanis terminus pertingit vsque mare Cenereth: sed terminus ex parte Iordanis est hic occidentalis, ergo mare Cenereth occidentale est respectu terræ Gad.

Item patet magis, quòd sint ex eadem parte, quia Numeri trigesimoquarto, vbi ponuntur termini terræ nouem tribuum, & dimidiæ ponuntur Iordanis & mare Cenereth tanquam termini orientales. ergo ad quamcunque terram comparentur, erunt ambo habentes eundem respectum, scilicet ambo orientales, vel ambo occidentales, & nulla terra erit, ad quam possit esse Iordanis occidentalis & mare Cenereth orientale, vel è contrario: necesse est ergo, ꝙ dicatur

I mare Cenereth orientale respectu terræ nouem tribuum & dimidię.

Aliter intelligenda est ista litera, & melius, scilicet quòd Iordanis est terminus occidentalis terræ Gad, & vltra Iordanem, scilicet versus septentrionē est mare Cenereth, & ad illud pertingit terra tribus Gad ad extremitatem eius, idest ad partem vltimam versus Aquilonem. Nam mare Cenereth, licet sit in termino occidentali terræ huius, tamen habet latitudinē, ita vt quædam partes eius declinent ad austrum versus Iordanem: aliæ autem inclinantur ad aquilonem versus fontem Daphnis, & Reblata: ad signandum autem extensionem aquilonarem terræ Gad dictum est, quòd non solum perueniunt ad mare Cenereth, sed etiam vsque ad extremitatem maris Cenereth,

K scilicet ad aquilonem, & tunc subiungitur ad orientalem plagam ad declarandum particulam illam, scilicet vsque ad extremam partem maris Cenereth, in quo aliquis crederet, quòd totum mare Cenereth erat in terra Gad, sed falsum est, quia istud mare est in terra nouem tribuum, & dimidiæ, & in circuitu illius sunt oppida multa tribus Zabulon, & Nephthali.

Ideo sciendum, quod mare Cenereth habet latitudinem, & circularitatem satis magnam, & ob hoc quædam partes eius declinant ad orientem, aliæ occidentales, alię vero australes, & aquilonares sunt. Terra autem

ra autem Gad tangit mare Cenereth in tribus extremitatibus suis scilicet in meridiana, orientali, & aquilonari, sed non in occidentali: immo nihil de ipso mari erat intra terram Gad, & ob hoc dicitur, quod tangit mare Cenereth vsque ad extremam partem scilicet a parte meridiana eius ascendendo de iordane. & transeundo in Boream, vsque ad extremitatem eius septentrionalem, vbi coniungitur latus orientale eius lateri septentrionali. Et ne intelligatur, quod totum mare erat intra tribum Gad, dictum est ad orientalem plagam maris, secus de extremitate maris ad occidentem eius, quia illa extremitas pertinebat ad nouem tribus, & dimidiam.

Hæc est possessio filiorum Gad. Idest ista terra cuius suprapositi sunt termini est possessio filiorum Gad. Et iste est epilogus præcedentium.

Per familias suas. Idest fuit diuisa tota ista terra in particulas secundum numerum familiarum tribus Gad, & quia erant septem familię, necessario fuerunt factæ partes septem. deinde portio cuiuslibet familię diuisa est in portiones domorum, & illę per viros, ut sup. dictum est.

Ciuitates, & villæ earum. Idest in tota ista terra Gad diuisę sunt ciuitates, & villæ per familias, scilicet quod non manserit ciuitas vlla, aut villa, quæ non ceciderit in sortem alicuius familiæ illius tribus. Vocantur hic villæ rura paruula, & quęcunq; loca non murata, quæ alias appellantur viculi, ut patet supra. Nos autem villas accipimus pro oppidis muratis, & magnis, sed non gaudent priuilegio vrbium, sed alicui alteri loco subiectæ sunt: sacra autem scriptura nihil horum obseruat Non solum autem ciuitates, & viculi fuerunt in diuisione, sed etiam agri, & tota terra campestris, & montana, nam cuilibet ciuitati termini assignati sunt, scilicet territorium, & post agri per viros diuisi sunt. De ciuitatibus tamen specialiter exprimitur, quia sunt aliquid maius.

Dedit, & dimidiæ tribui Manasse. Hic ponitur diuisio terræ pertinentis ad dimidiam tribum Manasse: nam dimidia tribus eius accepit ad orientalem partem Iordanis possessionem. Dimidia autem reliqua accepit ad partem occidentalem, de qua patet infra. 17. & fuit possessio eius apud sortem Ephraim.

Quare tribus Manasse est diuisa in duas partes, cum nulla alia tribus diuisa fuerit. Et quod familiæ erant octo in ipsa tribu. Quæst. XVIII.

QVAERET aliquis quare tribus Manasse diuisa est in duas partes, cum nulla alia tribus fuerit diuisa.

Respondebit aliquis, quod Israelitę suscepturi erant terram ante transitum Iordanis, & post transitum Iordanis, terra autem, quæ erat ad occidentem Iordanis non sufficiebat decem tribubus, si cuilibet earum daretur proportionaliter ad id, quod datū fuisset duabus tribubus ad orientalem partem Iordanis, ideo fuit necesse ad conuenientem diuisionem terræ, ut daretur terra ante Iordanem duabus tribubus, & dimidię, & terra ad occidentalem partem Iordanis diuideretur nouem tribubus, & dimidię, ideo necesse fuit, vt diuideretur aliqua tribus istarum. contigit autem, ꝙ esset tribus Manasse.

Sed non potest stare, quia terra, quæ erat ad occidētalem partem Iordanis erat tātæ magnitudinis, ut sufficeret tribubus decem dando eis proportionaliter, sicut datum fuisset duabus tribubus ante trāsitum Iordanis, nam in terra nouem tribuum, & dimidiæ multa terra mansit, quæ nunquam capta est ab Israelitis, sicut terra Philistinorum, qui semper manserunt, terra

A quoque Sidoniorum, & Tyri, in quibus adhuc Gentiles manebant tempore prædicationis Christi Matthæi. 15. capitulo, & tamen adhuc sortes sufficiebāt ergo non fuit diuisa tribus Manasse, quia non sufficeret terra ad occidentem Iordanis pro decem tribubus.

Item dato, quod secundum ueritatem non suffecisset terra ista decem tribubus, & ad proportionaliter diuidendum, necesse erat, quod vna tribus diuideretur, tamen iudæi cum solum cepissent terram, quę erat ad orientalem plagam Iordanis, nesciebant de quātitate terræ, quæ erat ad occidentalem plagam, ideo non poterant scire, an necesse esset diuidi tribus vna in duas, sed reseruassent vsquequo terra esset acquisi-

B ta, & cognosceretur tota quantitas eius, siue ante Iordanem, siue ad occidentalem plagam eius.

Item non erat necesse sic diuidi terram Chanaan, scilicet, vt quædam sortes darentur in terra ante Iordanem ad orientem, & alia in terra occidentali ad Iordanem, sed magis, quod acquireretur tota terra siue ante Iordanem siue post, & tunc diuideretur ductis sortibus in longum, scilicet quod non peruenirēt a mari occidentali usque ad Iordanem, sicut nunc ꝑueniunt in terra nouē tribuum, & dimidiæ, sed quod latitudo terræ a meridie in Septentrionem diuideretur in duodecim sortes, & peruenirent a mari magno occidentali transeuntes Iordanem vsq; ad vrbem Aroer, quę est in ripa torrentis Arnon, & est frons oriētalis duarum tribuum, & dimidiæ, & tunc cognosce-

C retur quantum unicuique tribui dandum esset, nec aliqua defraudaretur.

Nec etiam erat intentio Moysi sic diuidere istam terram orientalem Iordanis, scilicet dando eam duabus tribubus, & dimidię, vel duabus, sed magis, quod tota terra primo acquireretur deinde diuideret eam Iosue. Vnde quando duæ tribus, & dimidia petierūt terram hanc admiratus est Moyses, & exterritus, increpuitque valde petentes, ut patet Nume. 32. c. ad extremum autem considerato rationabili motiuo eorum concessit, ꝙ petierant.

Dicendum ergo, quod sola causa diuisionis sic factæ fuit, quia duę tribus, & dimidia viderunt terram illam pascualem, & satis conuenientem alendis pecoribus, existimantes forte, quod terra occidentalis Ior-

D danis non esset talis, petierunt hanc, & quamquam a principio Moyses renuisset, tamen postea concessit. De tribubus autem duabus manifestum est, quod petierint terram hanc, quia erat pascualis, & ipsi abundabant in pecoribus, & iumentis: Numeri. 32. De media autem tribu Manasse non patet ex litera, quod petierit ex hac causa, nec ex aliqua alia, cum de solis duabus tribubus dicatur, quod abundabant in pecoribus, & ꝙ petierint terram illam, quia tamen postea in concessione dicitur, quod Moyses dedit terram illam duabus tribubus, & dimidiæ, videtur quod fuerit eadem causa in dimidia tribu Manasse, quæ erat in aliis duabus, scilicet quod abundaret in pecoribus, & ob hoc,

E quod ipsa cum duabus tribubus accederet ad Moysen, & simul peteret dari sibi possessionem in terra illa, & quia forte terra illa erat pauca pro duab. tribubus & dimidia proportionalr cōparando ad nouē trib. & dimidiā accepturas totā terram occidētalē Iordani, renūciauerūt istæ duæ tribus, & dimidia iuri suo, quantū ad partes, quæ eis proportionaliter possent prouenire in terra trans Iordanem. Et ratio erat, quia eis permittebatur accipere sortes priusquam aliis tribubus. Etiā permittebatur eis eligere meliorem terram, ideo in aliquo debebant diminui, ita ut æquarentur aliis, alioquin non fieret æqualitas, & hoc erat, ꝙ si aliis nouem tribubus, & dimidiæ ꝓportionaliter plus de terra ꝓueniret,

niret, quam his duabus, & dimidię non possent petere aliquid de terra illa, & sic confessæ sunt istę duæ trib⁹ & dimidia dicentes, Nec quidquam quęrimus trans iordanem, quia iam habemus possessionem nostram in orientali eius plaga. Quia ergo contingit, quod istę duæ tribus, & dimidia abundarent in pecoribus, & peterent terram hanc, diuisa fuit tribus Manasse, si autē solæ duæ tribus peterent fortassis eis solis data fuisset manente terra occidentali pro decem tribubus, & si contingeret esse alias tribus, quæ petijssent terrā hāc, sicut petierunt istæ duæ, & dimidia, eis quoque data fuisset.

Filiisque eius. Idest filiis dimidiæ tribus Manasse. Dicitur de filiis, idest de hominibus illius tribus, quia alio modo datur possessio toti tribui, & alio modo personis, toti tribui datur in titulum possessio, ita vt de terra illa nulla alia tribus quidquam aliquo iure sibi vendicare valeat, nec homo alterius tribus: hominibus autem tribus datur possessio, quia diuiditur inter eos terra tribus illius, & dantur singulis partes proportionabiles, vt declaratum fuit supra de tribu Gad.

Iuxta cognationes suas. Idest per familias, quæ sunt primæ cognationes sub tribu, & deinde familiæ diuidun tur in domos vsque ad capita, idest viros singulos, & secundum numerum familiarum tribus dimidiæ factæ sunt sortes in hac terra, erant autem in tota tribu Manasse familiæ octo, .s. Machiritæ, Galaaditæ, Iezeritę, Elecitę, Asrihelitę, Sechemitę, Semedaitę Hepheritæ vt patet Num. 26. Si autem diuisa est tribus Manasse in duas medietates, daretur terra hæc quatuor familiis, & fierent quatuor portiones primo, deinde q̄libet earum diuidetur in minores portiones pro domibus, & viris. non tamen constat an tribus Manasse fuerit diuisa in duas medietates ęquales s̄m familias, scilicet, quod quatuor familię de Manasse acciperent hæreditatem ad orientem Iordanis, & quatuor ad occidentalem partem, vel fuerit diuisa in duas medietates secundum numerum, scilicet quod tot uiri susciperent hęreditatem de Manasse ad partem orientalem sicut ad partem occidentalem, vel an fuerit aliqua harum. Nam cum diuidatur tribus Manasse in duas partes, etiam si non sint æquales secundum aliquem modum horum, vocabuntur duæ medietates Manasse, sed in hoc non multum refert.

Possessionem cuius hoc est principium. Idest possessio filiorum Manasse habet principium, quod subditur, scilicet, ꝙ incipit a Manaim, & extenditur, ut patet in litera. *A Manaim vniuersam Basan.* Idest incipit possessio manasse in Manaim, & comprehendit totam Basan. Et est hic Manaim terminus orientalis terræ dimidię tribus Manasse. Nam ista tribus non habet principium hęreditatis suæ in fronte Orientis inter vicinia Moabitarum, & Ammonitarum, sicut tribus Ruben & Gad, vt supra in litera declaratum est, sed habet ab oriente magnam partem possessionis tribus, Gad, & est initium eius a Manaim, & hoc est circa terram Galaad: nam non multum inde distat Manaim.

Aliqui enim dicunt, quod sit locus iste, uel terra, de qua dicitur Canticorum quarto capi. de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum & montibus pardorum.

Sed non stat, multum enim differunt Amana, & Manaim. Ideo dicendum est, quod Manaim sit locus, vel terra, quam nominauit iacob Manaim, de qua habetur Gen. 32. vbi dicitur, quod habuit obuiam angelos Dei, & uocauit nomen loci illius Manaim, idest castra, dicens, Castra Dei sunt hęc. & valde conuenit hoc, quia terra dimidię tribus Manasse est apud terrā tribus Gad, ut patet cum hic fuerit tota ista terra diuisa duabus tribubus, & dimidæ, & mons Galaad sit cō-

F munis tribui Gad, & Manasse, quia medietas montis Galaad pertinet ad Manasse, & medietas pertinet ad tribum Gad, ut patet supra in litera, & infra, Manaim tamen, quam nominauit Iacob est apud montem Galaad, quod patet, quia Iacob, & Laban steterūt in mōte Galaad, & inierunt pactum imponentes nomē mōti, ut patet Gen. 31. & mox in principio. 32. cap. dicitur ꝙ Iacob abiit itinere, quo cęperat, & fuerunt ei obuiā Angeli Dei, quos cū vidisset ait: Castra Dei sunt hæc & appellauit nomen loci illius Manaim, i. castra. Prope est ergo Manaim illa ad montem Galaad, sed medietas montis Galaad pertinet ad Manasse, ergo intelligitur hic de Manaim, quæ appellata est a Iacob.

Vniuersam Basan. Aliqui coniungunt istud adiectiuū
G cum Manaim vniuersam, quia Manaim non est regio sed locus, potissime, quia Manaim est ablatiui casus, ꝙ ponitur ibi propositio a.

Item quia sententia exigit, ꝙ sit hic ablatiuus, s. ꝙ principium est a terra Manaim. Sed coniungitur iste accusatiuus cum Basan, & conuenit ei, quia Basan est regio habens multas vrbes, quarum aliquæ poterant dari dimidie tribui Manasse nō datis aliis, ideo ad tollendum dubium dictum est, ꝙ data est vniuersa Basan, sic etiam patet Deut. 3. c.

Et cuncta regna Og regis Basan. Non est intelligendum ꝙ totum regnum Og datū fuerit dimidiæ tribui Manasse, pars enim quædam eius data est tribui Gad, ut colligitur ex superioribus, sed dicitur, ꝙ cuncta regna
H Og regis data sunt dimidiæ tribui Manasse: intelligitur de aliis ciuitatibus, quas non acceperat tribus Gad nam primo data est possessio Rubē in regno Sehon, deinde data est tribui Gad in regno Sehon quantum ad quandam particulam residuam, & partim in regno Og: ad extremū data est possessio dimidię tribui Manasse in reliquis partibus regni Og. Nec valet siquis ꝯtendere uelit dicens, ꝙ littera dicit omnia regna Og regis pertinere ad sortem Manasse, nam sic dr̄ supra de sorte Ruben, ꝙ habuit oīa regna Sehon regis: tn̄ postea subdit ī sorte Gad ꝙ accepit reliquam partem regni Sehon, ꝙ stare non pōt si accepisset Ruben oīa regna Sehon regis. ita ergo intelligendum est hic de regnis Og, ꝙ pars eorū prouenit tribui Gad, & alia pars
I dimidiæ tribui Manasse.

Omnesque vicos Iahir, qui sunt in Basan. Vocantur uici q̄dam loca parua nō murata, & ista accepit Iahir de manu hostium. litera autem uidetur hic innuere, ꝙ uici isti fuerunt primo occupati a Iahir deinde possessi a tribu Manasse, sed ordo est contrarius, nam primo Moyses dedit terram istam dimidiæ tribui Manasse, deinde Iahir, qui erat de stirpe Manasse, abiit, & occupauit vicos istos, qui adhuc tenebantur ab hostibus, & appellauit eos ex nomine suo, ut patet Numeri. 32. capit. s. dedit Moyses terrā Galaad dimidię tribui Manasse: Iahir aūt filius Manasse abiit, & occupauit vicos eius, quos appellauit Auothiahir, i. villas, Iahir, idē patet Deute. 3. hic tn̄ scriptura refert illud tanq̄ factū, qa q̄n ista scripta sunt erāt vici illi Iahir, & ob hoc noīanē
K vici Iahir, quasi antequā darēt tribui Manasse ꝑtinuisent ad Iahir, sed nō est sic intelligendū. *Qui sunt in Basan.* i. vici isti, quos accepit Iahir de manu hostiū erant in regione Basan. *Sexaginta oppida.* Non sunt ista oppida, q̄ uocant uici, quia ista oppida sunt murata, vici aūt sunt loca parua sine muris, in regione aūt Basan erant ista sexaginta oppida murata, & multa alia oppida, q̄ non habebant muros: oppida murata non accepit Iahir, sed parua loca, q̄ vocanē vici, tota tn̄ terra possessa est a tribu Manasse, siue vrbes muratæ siue uici. hoc significatur Deuteronom. 3. s. tradidit dominus in manibus nostris Og regē Basan, & vniuersum populū eius, percussimusque eos vsque ad internetionem vastantes

tes cunctas ciuitates illius vno in tempore, non fuit oppidum quod nostras effugeret manus, sexaginta vrbes omnem regionem Argob regni Og: in Basan cũctæ vrbes erant munitæ muris altissimis portisque, & vectibus: absq; oppidis innumeris, quæ non habebant muros: cum autem dicitur hic vicos Iahir, qui sunt in Basan sexaginta oppida, non est referendum vnum tã quam expositiuum alterius, scilicet vicos Iahir sexaginta oppida, idest, quæ sunt sexaginta oppida, sed est sensus. Vicos Iahir, idest, possederunt Manassitę vicos Iahir, & sexaginta oppida, quæ sunt præter illos vicos.

Dimidiam partem Galaad. Idest acceperũt filii Manasse de media tribu dimidiam partem montis Galaad: erat enim diuisus in duas partes diuidente altitudine montis: & vrbes totaque regio, quæ ad vnam partem erat, pertinebat ad tribum Gad: vrbes autem, & tota regio, quæ erat ad alteram partem pertinebat ad tribum dimidiam Manasse, & fuit quantum ad hoc diuisio facta in istis tribubus quantum ad istum montẽ, sicut erat in regnis: nam medietas montis Galaad pertinebat ad regnum Sehon, reliqua medietas ad regnũ Og, vt patet præcedenti capitu. ita hic medietas Galaad, quæ pertinebat ad regem Sehon data est medię tribui Manasse. *Astaroth.* Ista est ciuitas principalis in regno Og regis, vnde vocatur rex Astaroth. Vel dicitur regnasse in Astaroth, vt patet supra ĩ litera, scilicet, quia habitabat ibi, vt patet supra præcedenti capit. Est autem ista ciuitas in terra Basan, & fuit principalis sedes gigantum: tota enim terra Basan olim dicebatur terra gigantum, & in hac fuit Astaroth, atque bellum contra gigantes in hac vrbe factum est, vt patet Gen. 14. scilicet, quòd rex Chodorlaomor expugnauit Raphaim, idest gigãtes in Astaroth Carnaim, & quia rex Og erat de istis Raphaim dominabatur Astaroth. Ista ciuitas fuit extructa a filiis Gad pro paruulis, & vxoribus suis, quando transierunt Iordanem, vt patet Numeri 32. postea tamen prouenit medietati tribus Manasse. Causa autem huius supra declarata est.

Astaroth ciuitas Ge...

Et Edrai. Est Edrai ciuitas magna regni Og circa fines suos, ad quam venit ipse pugnaturus cõtra Israel, vt patet Numeri 21. & Deutero. 3. cap. est autem ista ciuitas famosa in regno Og, ideo nominatur sępe pręcedenti cap. & hic.

Edrai ... ciuitas.

Vrbes regni Og in Basan. Non est sensus, quòd solum Astaroth, & Edrai essent vrbes regni Og in Basan regione, quia sexaginta oppida, vel vrbes erant in regione illa. vt patet Deuterono. 3. sed nominantur istę duę tanquam principales.

Filijs Machir filij Manasse. Ponitur epilogus prædictorum, scilicet cui fuerint datæ istæ vrbes. Et dicitur, quod medietati filiorum Machir, vel Manasse data est ista terra in possessionem. Fuit enim Machir filius Manasse, vt patet hic, & Gen. 50. vbi dicitur, quòd filii Machir filii Manasse nati sunt in genibus Ioseph, & quia non habuit alios filios, necesse erat, vt tota tribus Manasse nasceretur de Machir: & sic idem est dici medietatem tribus Manasse, vel medietatem filiorum Machir.

Dimidiæ parti filiorum Machir iuxta cognationes suas hanc possessionem diuisit. Idest ista possessio supra signata fuit data medietati filiorum Machir, & causa est, quia nulli sunt filij Manasse, qui non sint filij Machir, cum nullos habuerit Manasse pręter Machir, & in cognationibus horum diuisa est ista possessio, s. quòd medietas filiorum Machir suscepit possessionem hãc, & ipsi rursus per familias suas distincti sunt, & receperunt distinctas portiones.

A *An medietas filiorum Machir susceperit terram istam, quæ diuisa est hic, cum Machiritæ faciant vnam de octo familijs Manasse. Et vnde familiæ Manasse denominantur.*
Quæst. XIX.

SED dicet aliquis non posse stare, quòd medietas filiorum Machir susceperit totam terram istã, quia medietas tribus Manasse suscepit terram hanc: ista tamen tribus diuiditur in octo familias, vt patet Numeri 26. de quibus supra dictum est, quarum vna est familia Machiritarum descendentium a Machir, vt patet ibidem: ergo si medietas filiorum Machir suscepit terram istam, non dicetur rectè, quòd medietas tribus Manasse suscepit terram hanc,
B sed decimasexta pars eius, quia habebit octo familias, quæ si diuidantur, sicut diuiduntur Machiritę in duas partes, erunt sexdecim partes, & vna harum suscepit totam terram hanc, & quindecim partes tribus Manasse susceperunt hęreditatem trans Iordanem ad occidentem, sed hoc non dicitur conuenienter, vt decimasexta pars alicuius vocetur medietas eius, ergo nõ possedit medietas filiorum Machir totam terram hanc.

Respondendum est, quòd non potest determinari certissimè, an medietas tribus Manasse secundum numerum familiarum, vel indiuiduorum susceperit hãc terram, quę dicta est possidenda, vel si fuerit aliqua medietas istarum præcisa, s. quòd fuerint quatuor familiæ in hac terra, & quatuor ad occidentalem partẽ
C Iordanis.

Vel quòd fuerit hic medietas indiuiduorum secundum numerum. sed satis constat, quòd esset quasi medietas in quocũque modo velimus accipere, & quòd proximum est rei accipitur tanquam ipsa res, vtpote, quod essent tres, vel quatuor familiæ. Vel si computetur secũdum numerum indiuiduorum erit medietas virorum, vel quasi medietas.

Cum verò dicitur, ꝙ medietas filiorum Machir suscepit hanc terram possidendam, considerãdum est, quòd sit verum, quia Manasses nullos filios habuit ꝑter Machir, ideo descendentes ab eo constituerũt totam tribum Manasse. Et sic intelligitur hic, quòd medietas filiorum Machir accepit terram hanc, quia medietas eorum est medietas tribus Manasse.
D Cum autem obijcitur, quòd Manasse diuiditur in octo familias, quarum vna est familia Machiritarum descendentium a Machir, concedendum est: sed multum differt dicere familiam Machiritarum, vel filios Machir. Nam filij Machir erãt omnes, qui erant in tribu Manasse: Machiritę tamen siue de familia Machiritarum nõ erant omnes filij Machir, sed quidam, alij autem pertinebant ad alias familias, s. Galaaditarum, Asrihelitarum, Hepheritarum, Semidaitarum &c.

Ad cuius euidentiam considerandum est, ꝙ quamquam Manasse habuit vnicũ filium, scilicet Machir; tamen 8. fuerunt familiæ in hac tribu, vt patet Nume.
E 26. & fuerunt causatæ hoc modo, scilicet Manasse habuit vnicum filium, scilicet Machir, ideo a Manasse, & Machir non possunt fieri distinctæ familiæ, sed tota tribus deriuatur per Machir: deinde Machir genuit Galaad, & alios filios: a Galaad denominata est quædam familia Galaaditarũ: a Machir patre eius nominata est alia familia specialiter Machiritarum: & ista non fuit deriuata per Galaad, sed per alios filios Machir, & sic erant distinctę duę familię. Galaad autem genuit filios multos Iezer Helech, Asrihel, Sechem, Semida Hepher, & alios filios. A Iezer denominata est familia Iezeritarum distincta a familia patris sui Galaad, quia per alios filios deriuatur. Ab Elech denominatur familia Elechitarum. Ab Asrihel dicitur familia

milia Asrihelitarum. A Sechem appellatur familia Sechemitarum. A Semeda dicitur familia Semedaitarum. Ab Hepher dicitur familia Hepheritarum, & omnes hę deriuantur a Galaad patre eorum, tamen non sunt partes familiæ Galaaditarum. Et hoc quia ipse habuit alios filios, vel saltem alium prẹter istos, & in ipsis consignatum est nomen patris, & familia distinctè, & ipsi non acceperunt nomen aliquarum familiarum, quas ex seipsis denominarent, & sic fuerũt ab vnico filio Manasse familiæ. 8. & vna non est alia, nec pars illius, nec aliquo modo coincidunt cum illa. Nunc patet manifeste ad ipsum argumẽtum, ꝙ omnes descendentes de Manasse sunt filij Machir, & ꝙ medietas filiorum Machir est medietas filiorum Manasse. Et cum dicitur, quòd familia Machiritarum dependet de Machir, & medietas filiorum Machir est medietas Machiritarũ, sed Machiritę sunt. 8. pars tribus Manasse, cum diuidatur in 8. familias, quarum vna est Machiritarum, ergo medietas filiorum Machir est decimasexta pars tribus Manasse. Respondendum falsum esse, quòd filij Machir, & Machiritæ sint idem, nec omnes filij Machir sunt Machiritæ, sed è contrario. Nec est concedendum quòd medietas Machiritarum possederit totam terram, sed medietas filiorum Machir, & medietas Machititarum non est medietas filiorum Manasse, sed decimasexta pars. Et dicendum, quòd sub medietate filiorum Machir cadunt omnes machiritę, Iezeritę, Elechitę, Sechemitæ: sub alia medietate filiorum Machir cadunt omnes Galaaditæ, Semedaitæ, Asrihelitę Hepheritę. Et tunc verum est, quòd medietas filiorum Machir, scilicet quatuor familię possederunt terram hanc.

Iuxta cognationes suas. Idest non fuit ista terra sic tota data filijs dimidiæ partis Manasse, sed diuisa est in partes per cognationes tribus huius.

Sed aliquis dicet contra, quia medietas filiorũ Machir possedit terram hanc, sed Machiritæ sunt vna familia, ergo non diuisi sunt isti per cognationes suas.

Aliquis poterit respondere, quòd non accipiuntur hic cognationes pro familijs, sed specialius pro quacunque cognatione, & hoc modo quæcunque familia diuiditur in domos, quæ sunt speciales cognationes, sic autem potest accipi hic, quòd medietas filiorũ Machir diuidatur in cognationes. Nam licet sit vnica familia Machiritarum, tamen haberet in se multas domos, quæ sunt cognationes specialiores, & minores quàm familiæ. Sed adhuc non stat, quia licet saluari posset modus loquendi iste, tamen suppositum est falsum, scilicet quòd accipiatur medietas filiorum Machir pro medietate familię Machiritarum, quia vt supra declaratum est, omnes de tribu Manasse sunt filij Machir, & medietas tribus Manasse sunt filij Machir, & est medietas filiorum Machir: medietas tamẽ Machiritarum, quia omnes Machiritæ sunt quædam pars medietatis filiorũ Machir, scilicet quarta pars, vt patet ex dictis, ideo in hac medietate assignãtur quatuor familiæ, vel cognationes, cum tota tribus habeat. 8. familias, vt patet Numeri vigesimosexto capitu. Et secundum has quatuor familias factę sunt quatuor portiones tribus dimidiæ Manasse.

Hanc possessionem diuisit Moyses. Scilicet huic dimidiæ tribui. Vel magis est hic epilogus omnium suprapositorum, scilicet quòd Moyses diuisit omnes terras, quę supra dictæ sunt eo modo, quo dictum est.

Quare dicatur campestria Moab.

In campestribus Moab. Vocantur campestria Moab, non quidem quòd essent in terra Moabitarum, quia erant in terra duorũ regum Amorrhęorũ: nulla ꝗppe de mansionibus Israelitarum fuit in terra Moab, sed in deserto, vel in terra regum Amorrhęorum, & nũc erant Israelitę in vltima mansione, quę vocatur Belse-
F thim, de qua Numeri 33. Et ibi steterũt Israelitæ magno tempore: disseruitque Moyses totum Deuteronomium, & diuisit terram, fecitque multa alia. Est autem ista mansio ad radices montis Phasga circa fanum Phegor, & ibi manserunt vt colligitur Deuter. 3. in fine. mons tamen Phasga est in terra Moab saltẽ pro quadam parte, vt patet Nume. 23. cap. cum rex Moab duxerit in cacumen illius Balaam, vt malediceret Iudæis: ideo descensus montis illius, & planities apud montem vocatur campestria terræ Moab, vel planiora loca Moab, sicut vocantur duæ mansiones Nu. 33. cap. non quidem quòd essent in terra Moab, sed quia sunt in descensu montis terrę Moab. Vna autem harum mansionum est, de qua hic dicitur, in qua erant filij Israel, cum Moyses ista fecit, & est man-
G sio vltima, scilicet Belsethim: & dicitur in campestribus Moab, idest in campo descẽdente de monte terræ Moab: hic tamen non tenetur differentia, quę ibi obseruatur, quia ibi distinguitur de campestribus, & planioribus locis: nam vna mãsio ponitur esse in cãpestribus terrę Moab, & alia ponitur postea in planioribus locis magis circa Iordanem, vt patet Numeri 33. ibi quippe vocantur campestria loca aliqualiter montuosa, vel non penitus plana, & ista erant immediatè apud montem Abarim, & Phasga, deinde cum magis descenderetur ad Iordanem descendebatur ad loca planiora, & ista vocauit hic cãpestria. Quod patet, quia dixit circa Iordanem, planiora tamẽ loca erant apud Iordanem.

Alio modo possunt vocari ista campestria Moabi-
H tarum, non quidem quòd tunc cum ista dicebantur pertinerent illa cãpestria ad Moabitas, sed quia olim fuerant loca ipsorum, s. quòd rex Sehon cepisset de terra Moabitarum campestria illa, sicut ceperat vrbẽ Hesebon, & Medaba, Dibon, & Ophe, multasq; alias, vt patet Nume. 21. cap. sic etiam cepit de terra Ammonitarum multa loca: & illa postquam data sunt Iudęis, adhuc vocantur vrbes Ammonitarum, vt patet supra, cùm dicitur, quòd Gad suscepit medietatẽ terrę Ammonitarum. *Trans Iordanem*. Idest citra Iordanem, scilicet antequam transirent Iordanem: nam Moyses non transiuit Iordanem: petiuerat enim a Deo dicẽs, transibo Iordanem istum, sed Deus dixit,
I sufficit tibi, nequaquam vltra loquaris ad me de hac re Deutero. 3. cap. erat autem ad orientalem plagam Iordanis, vt patet infra. *Contra Iericho*. Ponitur determinatio loci magis in speciali: Iordanis enim est terminus occidentalis terræ duarum tribuum & dimidię, vt patet Nume. 34. habet tamen magnam latitudinem, s. descendendo a Septentrione versus meridiem: nam occupat totam frontem occidentalẽ terrę Moab, & totam frontem occidentalem terrę Ruben, & partem frontis occidentalis terrę Gad, vt patet ex figuratione supra posita. Dicẽdo igitur quòd aliquid erat apud Iordanem solum, non signabatur an declinaret versus meridiem, vel ad septentrionem.
K Signatur ergo locus, cùm dicitur: Contra Iericho, idest locus iste, in quo erant Israelitę, cum ista fiebant erat contra Iericho, idest respiciebat Iericho a fronte. Est autem Iericho ad partem occidẽtalem Iordanis, quod patet, quia postquam transierunt Israelitæ Iordanem, peruenerunt illuc, vt patet ex processu libri huius supra 3. & 4. atque 6. cap. est autem Iericho satis declinans ad partem meridianam terrę Chanaan: qđ patet, quia tribus Iudę est in latere meridiano terrę illius, vt patet infra 15. Iericho autem est in tribu Beniamin, vt patet infra decimooctauo: tribus tamen Beniamin est immediatè coniuncta tribui Iudę, vt patet eodem cap. ideo est satis meridiana.

In

In cuius tribus terra erant nunc Israelitæ cum diuidebatur terra hæc. Quæst. XX.

SI aliquis quæret in cuius tribus terra erant nũc Israelitæ cum diuidebatur terra ista. Respondendum est, quòd in fine sortis Ruben: nam terra Ruben est coniuncta lateri terrę Moabitarum, cũ acceperit possessionem suam in regno Sehon: quod erat coniunctum terræ Moab, & habens quandam particulã terræ Moab: sed nunc erant apud terram Moab, cum dicãtur esse in cãpestribus Moab, ergo erant in tribu Ruben.

Nisi forte quis dicat, quòd tribus Ruben coniungitur terræ Moabitarum ex parte Orientis, scilicet in ciuitate Aroer, vbi habet originem, tamen non continuatur latus eius cum latere terræ Moabitarũ vsque ad Occidentem, sed magis ibi coniũgitur tribus Gad terræ Moabitarum.

Respondendum est falsum esse: nam tribus Rubẽ tenditur cum latere terræ Moab vsque ad partem occidentalem super Iordanem, vt patet supra de tribu Ruben, & ibi terminatur tam terra Moab quam terra tribus Ruben: sed nunc erant Israelitę in radicibus montis Phasga, quæ est mons terræ Moab: ergo erant in extremitate terræ tribus Ruben.

Ad Orientalem plagam. Ista est determinatio superioris, quia dicebatur trans Iordanem, quod poterat intelligi tam pro parte Occidentali quam Orientali, cum dicantur respectiue istæ dictiones signantes positionem. Et dicitur ad Orientalem plagam, quia Iudæi veniebant in terram Chanaan per partem eius Orientalem, & nondum transierant Iordanem, ideo necesse erat, vt essent ad Orientalem plagam Iordanis.

Tribui autem Leui non dedit possessionem. Hic recapitulat iterum quod dixerat, in prioribus enim fuerat expositum de possessione omnium tribuum, quia dictũ fuit de nouem tribus, & dimidia, vbi daretur eis possessio: deinde dictũ est de duabus tribubus, & dimidia, quòd acceperant possessionem suam trans Iordanem. Restabat ergo sola tribus Leui, cui nihil datum erat, & dicitur, quòd ista nihil accepit de possessione, sicut aliæ tribus, quod intelligitur de terra diuisa ei, & data in sorte, & titulum, sicut datũ est alijs tribubus. Fuerunt tamen datę ciuitates 48. eis, quasi in eleemosynam ab alijs tribubus. De hoc dictum fuit magis supra.

[margin: ... erat ...essio Leuitarũ]

Quia dominus Deus est possessio eius. Idest non debuit tribus Leui accipere possessionem inter cęteras tribus, quia Deus erat possessio eius, idest erat ei tanquã possessio, scilicet, quòd ea, quæ dabantur Leuitis propter Deum de iuribus Sanctuarij erant eis sufficiẽtia ad sustentamentum, sicut sufficerent possessiones si eis datæ fuissent. Et hoc significantius supra dictũ fuerat, scilicet, quia sacrificia, & victimæ Dei Israel, ipsa est hereditas eius.

Vt locutus est illi. Idest sicut locutus fuit Deus ad Leuitas. Dixit enim: In terra hac nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego pars, & hęreditas tua in medio filiorum Israel: Numeri 18. & Deutero. 18.

CAP. XIIII.

[margin: ...4.ca. ...rat. ...34.]

HOc est, quod possederunt filij Israel in terra Chanaan, quam dederunt eis Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & principes familiarum per tribus Israel: sorte omnia diuidentes, sicut præceperat Dominus in manu Moysi no-

A uem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse. Duabus enim tribubus, & dimidię dederat Moyses trans Iordanem possessionem absq; Leuitis, qui nihil terræ acceperunt inter fratres suos: sed in eorum successerunt locum filij Ioseph in duas diuisi tribus Manasse, & Ephraim. Nec acceperunt Leuitæ aliam in terra partem, nisi vrbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta, & pecora sua. Sicut præceperat Dominus Moysi, ita fecerunt filij Israel, & diuiserunt terram. B

HOc *est, quod.* Acto in pręcedentibus de terra pertinente ad duas tribus, & dimidiam, hic agitur de diuisione terræ pertinentis ad reliquas nouem, & dimidiam. Et diuiditur in duas, quia primo ponitur quoddam incidentale: secundo subditur principale ibi. *Accesserunt itaque.* Circa primum. *Hoc est, quod possederunt filij Israel.* Per ly hoc designatur totum, quod infra subditur a cap. 15. vsque ad 20. in quibus est tota diuisio terræ pro tribubus. Nam de terra duarum tribuum, & dimidiæ nihil tangitur, vt patet immediate, cũ dicatur, quòd Iosue, & Eleazar sacerdos distribuerant eam nouem tribubus, & dimidiæ. C *Filij Israel.* Non accipiuntur filij Israel pro omnibus Israelitis, sed solum pro nouẽ tribubus, & dimidia, vt patet immediate, & satis ipsi possunt vocari filij Israel absque alia connotatione, quia ipsi erant maior pars Israelitarum, sicut cum distinguit scriptura duodecim tribus a Leuitis, vocat duodecim tribus filios Israel absolute, & alios vocat Leuitas tanquam Leuitæ non essent de filijs Israel. *In terra Chanaan.*

Quid proprie appellatur terra Chanaan, & an terra duarum tribuum, & dimidiæ vocetur terra Channan. Quæst. I. D

TOta terra, quam possederunt Israelitæ, siue ante Iordanem duæ tribus, & dimidia, siue post, nouem tribus, & dimidia est terra Chanaan qa vocatᷓ terra Chanaã terra Chananæorũ: sed terra duarũ tribuũ, & dimidiæ erat Chananęorũ, quia erat terra duorũ regũ Amorrhęorũ, vt patet Deuter. 3. & in duobus præced. c. ergo erat terra Chanaan. Amorrhęi quippe erant vnus de septem populis Chananęorum, vt patet supra 12. & vbicunque nominantur isti septem populi. Scriptura tamen interdum strictius loquens vocat terram Chanaan eã, quæ E est ad occidentalem plagam Iordanis, de qua nihil acquisiuit Moyses, sed Iosue, vt patet Numeri 34. vbi ponuntur termini terræ Chanaan, & tamen solum ponitur terminus terræ illius, quæ nondum erat capta tempore Moysi. Quod patet, quia ponitur Iordanis ibi tanquam terminus Orientalis, & mare Cenereth: tamen tota terra duarum tribuum, & dimidiæ est vltra Iordanem, & dicitur esse ad Orientalem plagam Iordanis, vt patet præcedenti capitu. & supra 12. ergo non vocatur ibi ista terra Chanaan. Sic quoque accipitur Numeri 32. cum dixit Moyses ad nouem tribus, & dimidiam de Rubenitis, Gaditis, & dimidia tribu Manasse, sin autem noluerint transire vobiscum in terrã Chanaan, inter vos habitandi accipiant loca. Sic quoque accipitur hic, scilicet terra Chanaan pro ea,

quæ

quæ est occidentalis Iordanis. Vnde signatur, quòd duæ tribus & dimidia non acceperunt possessionem in terra Chanaan. Dicet aliquis, vnde prouenit hoc, quòd illa vocetur solum terra Chanaan?

Respondendum est, quòd a principio sic videtur fuisse terra Chanaan, scilicet quòd nihil magis occuparet quàm vsque ad Iordanem secũdum terminos, qui habentur Numeri trigesimoquarto. Nam cum Moyses describeret originem Chananęorum Genes. 10. posuit terram eorum a principio dicens, factique sunt termini Chanaan venientibus a Sidone Gerarã vsque Gazam, donec ingrediaris Sodomã, Gomorrham, Adama, Seboim, & vsque Lęsa. Ecce posuit tres terminos, scilicet Sidonem in coniunctione lateris Septentrionalis & occidentalis, vel quasi, & iste est partim occidentalis & partim septentrionalis. Meridianus ponitur terminus, scilicet Gaza, & Gerara, nam Gaza est in coniunctione lateris meridiani, & occidentalis, Terminus orientalis ponitur, scilicet Sodoma, Gomorrha, Lęsa. Nam istę vrbes sunt in coniunctione lateris meridiani, & occidentalis, & istimet ponuntur termini terræ nouem tribuum, & dimidię. Nam mare deserti, siue mare salsissimum ponitur tanquam terminus orientalis, & principium lateris meridiani Numeri trigesimoquarto, istud tamẽ est mare Sodomorum, vbi erant ciuitates illę, q̃ subuersę fuerunt: patet ergo quòd ab origine Chananęorum non erat maior terra Chanaan, quàm ponatur Numeri trigesimoquarto, & quàm possederit Israel trans Iordanem, scilicet nouem tribus, & dimidia: postea tamen videtur, ꝙ populus Amorrhæorum, quia fortis erat acquisiuit terram magnam ab alijs gentibus, & ista est terra duarũ tribuum & dimidiæ, vbi erant duo reges Amorrhęi Sehon, & Og. Et satis patet hoc, quia Sehon, qui erat tempore Iudęorum, acquisierat magnam terram de regionibus Moabitarum, vt patet Numeri vigesimoprimo: acquisiuit etiam magnam partem terræ Ammonitarum, vt declaratum est præcedenti capitulo. & hanc terrã postea de manu eorum susceperunt Israelitæ.

Sed non accipiat aliquis occasionẽ errandi ex hoc dicens terram duarum tribuum & dimidiæ non esse de terra promissionis, sicut declaratum est supra primo. nam promissa fuit, sicut terra, quæ erat trans Iordanem ad occidentalem plagam: nam Deus promisit Iudæis terram septem populorum Chananęorũ, qui sępe nominantur, de quibus erat vnus populus Amorrheus: ergo terra Amorrhęorũ promissa erat, reges tamen duo Sehon, & Og erant Amorrhęi, ergo erat terra eorum promissa Israelitis.

Item dato, quòd non diceremus esse istos duos reges de genere Chananęorum, adhuc terra eorum erat terra promissionis, quia Genes. 15. vbi primo fuit facta distincta promissio, ponitur terra decem gentium data Israelitis, quarũ vna vocatur Raphaim terra autem istorum Raphaim, vt patet Deuteronomij tertio. vbi dicitur: Cuncta Basan vocatur terra gigantum, & in Hebræo dicitur, terra Raphaim. Etiam patet, quia isti Raphaim habitabant in Astaroth, quæ est ciuitas regni Og, & ibi eos expugnauit rex Chodorlaomor, vt patet Genesis decimoquarto, scilicet, & Raphaim in Astaroth Carnaim.

Item magis patet, quia ipse rex Og dicebatur esse de reliquijs Raphaim, vt patet præcedenti capitulo, & supra 12. & Deuterono. tertio, dicitur de stirpe gigantum, vbi hebręus ponit Raphaim. Erat ergo terra regis Og promissa a principio Israelitis, etiam si non esset de terra Chanaan, vel si non pertineret ad populos Chananeorum.

Idem est de terra regis Sehon, ergo terra duarũ tri-

F buum & dimidię erat terra promissionis, sicut terra nouem tribuum & dimidię: quamquam non esset de terra Chanaan. Aliquando tamen loquentes largius, non facimus differentiam de terra Chanaan, & promissionis vocantes terram promissionis terram Chanaan, idest Chananæorum populorum: ideo nemo ex hoc accipiat occasionem dubitandi. *Quam dederunt eis Eleazar sacerdos.* Hic ponuntur personæ diuidentes terram nouem tribuũ, & dimidiæ, s. Eleazar Iosue, & seniores Israel. In quo considerandum est quòd terram duarum tribuum & dimidiæ ante transitum Iordanis solus Moyses diuisisse legitur: quamquam assisteret ei Eleazar sacerdos, & multitudo Israelitarum, vt patet Nume. 32. & si ipse superuixisset nemo alius diuisisset terram: cùm tamen ipse

Personæ diuidẽtes terram nouẽ tribuũ & dimidiæ.

G mortuus est, successerunt alij diuisores: & non fuit datus Iosue tanquam solus diuisor, quia Deus noluit dare alicui post mortem Moysi totam istam potestatem, sicut dederat Moysi, quia nullum ei æqualem constituere voluit, ideo ante mortem Moysi fecit, vt essent assignati diuisores terræ Chanaan, cuius potestatem principalem tribuit Iosue, vt patet Deuteron. 3. & 31. cap. scilicet quòd Iosue caperet terrã de manu hostium, & ipse eam sorte diuideret. Dati sunt autem alij coadiutores de qualibet tribu, & datus est Eleazar. nam positus est Eleazar sacerdos summus tanquam adiutor Iosue in omnibus, vt patet Nume. 27. & ipse quoque fuit de diuisoribus terrę: fuerunt quoque de tribubus diuisores, scilicet de qualibet tribu vnus vir datus in diuisorem, de quibus Num. 34. c.

Nullus inter Hebræos Moysi æqualis fuit.

H & ibi ponuntur omnes isti, qui ponuntur hic eodem ordine, scilicet Eleazar sacerdos, & Iosue, & viri de tribubus duodecim Israel. Et fuit ista ordinatio conueniens, quia si fortè vni soli commissa fuisset ista potestas, posset aliquis conqueri quòd ex affectione dabat plus vni tribui quàm alteri. Cũ verò erant multi simul diuisores, & de qualibet tribu aliquis non poterãt ista pręsumi quòd ex affectione daretur quibusdam tribubus plus quàm alijs. *Eleazar sacerdos.* Iste pręponitur hic, non quòd dignior esset ex statu vel ex sanctitate: nam ex sanctitate satis pollebat Iosue, cum valde dilectus esset Deo, & loquebatur ei Deus sępissime, quod de Eleazar non constat.

I *An status Eleazar esset honorabilior statu Iosue. Et quòd status regalis & quicunque alius erat excellentior sacerdotali in veteri testam. in nouo e contra.*

Quæst. II.

De statu autem dicet aliquis quòd erat honorabilior status Eleazar, quia erat sacerdos magnus, Iosue autem erat princeps populi: maior autem erat status sacerdotalis statu laicorum, sicut Papa est excellentior Imperatore, & regibus.

Sed dicendum est etiam hoc esse falsum: nam sta-

K tus sacerdotalis in veteri testamento non erat excellentior statu regali, sed iudicabantur sacerdotes per reges. & non solum de regibus, sed etiam Iosue, qui non erat rex, erat maior summo sacerdote, quod patet Numeri 27. cap. vbi dicitur quòd ad imperium Iosue Eleazar summus sacerdos, & quilibet ingredietur & egredietur, idest operabitur quidquid facere debuit. Maior ergo erat Iosue, quia imperare actus maioris est. Pręponitur tamen hic Eleazar, quia Samuel scriptor libri huius voluit obseruare ordinem scripturæ Moysi, ipse autem Moyses cum scripsit diuisores terræ Chanaan, pręposuit Eleazarum Iosue, & omnibus Israelitis, vt patet Numeri trigesimoquarto. ideo ipse hic tenuit eundem ordinem: & vocatur

vocatur hic Eleazar sacerdos excellentiuè: idest summus sacerdotum. Sic interdum vocatur Aaron sacerdos, vt patet Numeri 16.ca. vbi vocatur Eleazar filius Aaron sacerdotis, idest summi sacerdotis, ipse tamen Eleazar iam nunc erat summus sacerdos, quia successerat patri suo Aaron, vt patet Numer. 20. vbi Moyses exuit Aarō vestibus sacerdotalibus, & induit eis Eleazarum filium eius. *Et Iosue filius Nun*. Iste erat de diuisoribus & principalis, licet fuerit prępositus Eleazar[s]. Causa dicta est. *Et principes familiarum per tribus Israel.* Idest, & cum istis fuerunt alij diuisores, qui erant principes familiarum in tribubus.

Dicet aliquis, quòd de qualibet familia alicuius tribus assumebatur aliquis vir in diuisorem, & secūdum numerum familiarum erat numerus diuisorum.

B Sed non stat, quia solum erant tot diuisores, quot tribus, vt patet Nume. 34. vbi Deus designauit specialiter per nomina viros, qui diuiderent terram, & posuit Eleazar, & Iosue, deinde duodecim viros de qualibet tribu vnus vir, & hoc intelligitur hic, scilicet, quod accipiebantur principes familiarum per tribus Israel, idest de qualibet tribu accipiebatur vnus vir, & iste erat princeps familiæ tribus, idest, principalis in aliqua familia tribus alicuius.

Notandū de viris diuidentibus [illegible]

Sciendum autem de istis viris, quòd nō solum fuerunt dati ad hanc diuisionem viri de tribubus, quę accepturæ erāt hæreditatem, sed etiam de omnibus alijs tribubus: nam de tribu Ruben, Gad, & dimidia tribu Manasse non erat quisquam accepturus hęreditatem ad occidentalem plagam Iordanis, tamen fuerunt dati viri diuisores de tribubus istis, vt patet Numeri 34. capitu.

Sciendum etiam, quod quamquam Iosue fuerit diuisor, & de tribu Ephraim, tamen præter eum fuit positus alius diuisor de Ephraitis Numeri 34. causa huius est, quia non ponebatur Iosue tanquam vnus de partialibus diuisoribus, sed tanquam princeps diuisorum, ideò de tribu sua Ephraim erat alius partialis diuisor, sicut de qualibet alia tribu.

Omnia sorte diuidentes. Idest diuiserunt totam terram sorte: fuerunt autem duę diuisiones: vna fuit primo cum Iosue diuisit totam terram acquisitam Israelitis postquam cessatum est a bellis. Secunda diuisio sortialis, quando tota terra posita est sub sortibus, siue esset acquisita siue non: & hoc fuit ex mandato Dei. De his duabus diuisionibus declaratum fuit præcedenti cap. Refertur, quod dicitur hic ad secundam diuisionem, quæ fuit totalis. De prima autem nō est expressus modus: & dicitur, omnia sorte diuidētes: idest, totam terram siue acquisitam, siue non acquisitam. *Sicut præceperat dominus in manu Moysi.* Idest sic fecerunt isti, vt pręceperat Deus. Potest autem litera ista referri ad modum diuisionis, vel ad personas diuidentes.

Primo modo est sensus, quòd iussit Deus, vt sorte diuiderent terram Numeri 26. & 34. c. & sic fecerunt. Etiam quòd pluribus maiorem partem darent, & paucioribus minorem, vt patet eisdem cap.

Secundo modo est sensus, quod isti diuiserūt sicut pręceperat dominus, idest Deus iussit, vt isti diuiderent, & ob hoc diuiserunt. De hoc patet Nume. 34. vbi ponuntur istæ personę diuidētes. Dicitur quòd pręcepit dominus in manu Moysi, idest per Moysen, scilicet, quòd loquebatur per eum, tanquam per prophetam suum referētem verba eius ad populum, & accipitur manus largè pro ore, scilicet, quod per os Moysi fecit Deus verba hęc ad Israel, per manum autem non fiūt aliqua verba, sed manus accipitur pro omni organo executiuo, quia manus est organum organorum.

Nouem tribubus, & dimidiæ tribui. Idest ista diuisio fuit facta nouem tribubus, & dimidiæ, quia duę tribus, & A dimidia iam susceperant hereditatem, & subditur causa huius.

Duabus enim tribubus, & dimidiæ dederat Moyses. Quasi dicat non fuerunt diuisores isti assignati pro possessionibus omnium tribuum, quia duæ tribus, & dimidia susceperant hereditatem ad Orientalem plagam Iordanis, & tunc Moyses viuebat, ideò ipse eis assignauit possessionem, nec fuerunt necessarij alij diuisores.

Trans Iordanem. Idest vltra Iordanem, scilicet ad Orientalem plagam Iordanis. Aliquando accipitur trans Iordanem pro Orientali plaga eius, & tunc terra duarum tribuum, & dimidiæ est trans Iordanem, & sic accipitur pro parte Occidentali Iordanis, & sic dicitur terra nouem tribuum, & dimidię esse trās Iordanem. vterque modus habetur Numeri 32. & sunt isti duo modi valde vsitati in sacra Scriptura. Trans Iordanē dupliciter accipitur.

Alio modo accipitur trans Iordanem, idest, ad Septentrionalem partem Iordanis, & iste modus est rarissimus. Habetur tamen præceden. capi. cum dicitur de tribu Gad: Huius quoque terminus Iordanis est vsque ad extremam partem maris Cenereth trans Iordanem, s. quòd mare Cenereth est trans Iordanem: idest ad Septentrionalem partē Iordanis, sicut etiam accipitur Isa. 9. cum dicitur primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephthali: nouissime aggrauata est via maris trās Iordanem: idest via maris Cenereth, quod est trans Iordanem, idest ad Septentrionalem partem Iordanis. Idem modus est Matthęi 4. vbi allegatur C eadem auctoritas, quòd autem sit mare Cenereth trans Iordanem, idest ad partem eius Septentrionalem præcedenti cap. declaratum est.

Poterat aliquis dicere, quòd etiam aliquando acciperetur trans Iordanem, idest ad Meridianam partem Iordanis, quia Iordanis omnia quatuor latera habet.

Sed non stat, cuius causa est, quia Iordanis habet in terra Chanaā tria Latera, quartum autem nequaquā. Est enim Iordanis intra terram Chanaan quātum ad partem Occidentalem, quia tota terra nouem tribuū, & dimidiæ est ad Occidentalem partem Iordanis, vt patet Nume. 34. est etiam latus Orientale Iordanis in D terra Chanaan large dictum, scilicet in terra promissionis, quia est tota terra duarum tribuum, & dimidiæ ad Orientalem plagam Iordanis, vt patet pręced. cap. & supra 12. Est etiam latus Septentrionale Iordanis in terra Chanaan, quia nascitur ad radices montis Libani. Libanus autem est intra terram Chanaan habens latus terrę Chanaan Septentrionale tāquam Septentrionale sibi: latus autem Meridianum non habet in terra Chanaan, quia finit Iordanis in mare Sodomorum ad Meridiem, & est ibi terminus Lateris Meridiani, & Orientalis, postea autē Iordanis terram Iudęę exit per latus Meridianum. Vnde nec poterit dici trans Iordanem, idest vltra ad Meridianam partem E eius, cum Scriptura sacra nihil recolat de Iordane, nisi inquantum est in terra Chanaan. Iordanis initium, & cursus.

Absque Leuitis, qui nihil terræ acceperunt inter fratres suos. Idest omnibus Israelitis distribuit Moyses Sortes, vel alij diuisores, de quibus hic preterquam Leuitis, quibus terræ nihil datum est in possessionem, scilicet, quòd darentur agri, & vineę, & territoria vrbium, sed datæ sunt vrbes ipsę solum ad habitandum, & suburbana ad pecorum pastum, vt patet infra in litera.

Sed in eorum successerunt locum. Idest non acceperunt inter fratres suos Leuitæ hęreditatem, sed fratres sui successerunt eis, idest habuerunt terram, quam ipsi habituri erant.

Considerandum est ad euidentiam huius, quòd Iacob habuit filios 12. & omnes hi pertinuerunt ad populum

pulum Dei, ideo in his debebant compleri promissiones, & consequenter suscipere debebant hæreditatem terrę Chanaan.

In quo amplius considerandum, quòd promissio terræ illius fuit primo facta Abrahæ, & semini suo Genes.15. semen autem Abrahę multum fuit: habuit enim octo filios, scilicet Ismahelem ex Agar Genes.16. Isaac ex Sara: Gen. 21. & sex alios ex Cetura Genes.25. sed non pertinent isti ad semen Abrahæ, sicut scriptura accipit semen Abrahæ: solū. n. cōpetit Isaac, sicut patet Gen.21. s. in Isaac vocabit tibi semē, idest solum nominabitur semen tuum per Isaac, ideo promissiones factę Abrahę in semine suo non fuerunt completę in Ismahele, & posteritate eius, nec in filijs Ceturæ, sed in sola posteritate Isaac: rursus autem Isaac habuit gemellos Esau, & Iacob, & non pertinebat vterque ad semen Abrahæ, sed solus Iacob, & hunc elegit Deus ad complendum in eo ꝓmissiones. Sic patet Malach. primo. Antequam qdquam boni, aut mali agerent, Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Postea vero Iacob habuit filios duodecim Genes. 46. & Exodi primo, hi omnes cum tota eorum posteritate pertinuerunt ad populum Dei, & compleri debuit repromissio de habēda terra in omnibus eis. Et quia erant duodecim filij & prouenerūt ab eis duodecim tribus, vel cognationes magnæ, debuit tota terra in duodecim partes diuidi, ita vt cuilibet eorum ꝓueniret vna pars, sed Leui erat vnus de filijs, ergo debuit tribui suæ assignari vna portio hęreditatis. De hac portione dicitur, quòd successerunt ei fratres sui, scilicet ꝙ ipse nihil suscepit, sed alij susceperunt quod ipse habiturus erat. Non est autem intelligendum, quòd alij propriè sibi succederent, quia successio est ad defunctum, Leui autem non defecit quantum ad tribum suam, quia semper mansit, sed potest dici, quòd successerunt sibi fratres sui, scilicet quantum ad ius habendi portionem in terra Chanaan, quia ei competebat hoc ius, sicut cæteris, & aliquando competit, scilicet antequam Deus diceret, ꝙ non haberent Leuitæ quidquam in terra Chanaan, & semper habuerat ius, nisi Deus hoc dixisset. Suscepit tamen tribus Leui aliquid, quod erat sibi loco hęreditatis, scilicet sacrificia domini, & reliqua iura sanctuarij, vt declaratum est præcedēti capitulo, ideo voluit Deus, quòd ius suum cederet alijs & cessit: non quidem ex libera cessione, vel concessione tribus Leuiticę, sed ex ordinatione Dei, & ista successio nō fuit specialis in aliqua tribu, ita quòd aliqua susciperet totum, quod ipsa erat susceptura, & quod pertinebat ad Leui, sed fuit successio in omnibꝰ fratribus, ita quòd omnes fratres sui. i. omnes tribus ex ęquo ei succederent, scilicet, vt id quod habitura erat tribus Leuitica haberent omnes aliæ diuisim, & fierēt sic earum portiones maiores quàm aliàs futuræ erāt, & hoc signat litera, cùm dicit, quòd non habuit sortem inter fratres suos, sed successerunt in eius locum.

Qūo intelligitur, ꝙ duæ tribꝰ successerunt in hæreditate sortiū terræ Chanaan pro tribu Leui.

An tribus Ioseph successerit in locum Leui. Et quòd non potest dici proprie, quòd successerunt Manasse & Ephraim Leuitis. Quæst. III.

SI autem aliquis dicat, quòd tribus Ioseph successit in locum Leui, & non fratres sui, quia habuit duas sortes, vt patet immediatè, falsum est, quia tunc diceretur, quòd successit ei Ioseph, & non fratres sui. Item non successit Ioseph Leuitis, quia tunc nunquam accepisset Ioseph ius duarum sortium in terra Chanaan, donec Leuitæ carerent illo iure per spontaneam cessionem, uel

F concessionem, aut diuinam ordinationem; sed antequam Leuitæ carerent hoc iure accepit Ioseph ius duarum sortium in terra Chanaan: ergo non successit Ioseph tribui Leui. Patet prima pars, quia non potest aliquis succedere alteri, donec alius desinat possidere, vel quasi possidere. Minor quòd prius Ioseph suscepit ius duarum sortium &c. patet, quia Leuitæ incęperunt carere iure sortis in terra Chanaā in deserto postquam electi sunt filij Aaron ad sacerdotium, & cęteri Leuitæ ad aliqua ministeria cultus diuini, vt patet Nume.18. vbi primo legitur quòd nihil possiderent Leuitæ in terra Chanaan, quia Deus erat pars eorum. Nec potest dici quòd ante dicta fuerint, vel caruerit Leui iure successionis quamquā subticeatur, quia ibi subditur causa huius, s. quia Deꝰ

G erat pars eorum, idest ea, quæ dabantur eis de iuribus Dei, erant illis tanquam pars: sicut magis declaratur in litera pręcedenti cap. sed non fuit facta aliqua distinctio iurium sacerdotalium, aut Leuiticorum, vt fieri poterat quousque essent aliqui sacerdotes & minores Leuitæ. Et hoc non factum est, vsquequo cōsecratus est Aaron cum filijs suis in monte Sinai, vt patet Exo.29. & Leuit.8. Et ibi declaratum est. Ergo ante hoc non fuerunt dicta verba ista, & consequenter ante hoc non caruit tribus Leui iure sortis in terra Chanaan.

An Leuitæ caruerunt iure successionis in sorte tribuum. Et quòd Ioseph antequam tribus Leui succederet in ius sanctuarij habet ius duarum tribuum. Quæst. IIII.

H

NIsi forte aliquis dicat, quòd Leuitæ carebant isto iure sortis antequam Deus ista verba diceret. Sed falsum est, quia non patet vnde: erat enim Leui filius legitimus: ergo succedebat pro parte virili, idest æqualiter cum alijs fratribus, nisi pater eum exhęredasset ex aliqua causa rationabili, vel ex diuina dispositione careret hoc iure: sed nihil horum apparebat, ergo semper habebat Leui ius sortis in terra Chanaan. Cum autem ista manifestata sunt, cępit carere iure sortis, & successerunt ei omnes fratres pro parte virili, sicut

I succedebant patri. Nisi forte aliquis dicat quòd Leui incępit carere iure sortis cum Iacob adoptauit sibi Ephraim & Manassen nepotes suos: de quo Gen.48. Sed non stat, quia adoptatio aliquorum non tollit ius successionis liberis stantibus, cum ipsi liberi directiores sint in iure succedendi.

Item dato quòd adoptatio illorum duorum tolleret ius vni de liberis Iacob cum augeret vnum ad numerum successorū suorum: non magis tolleret ius Leui quàm alijs filijs, cum non sit maior ratio in vno quàm in cęteris, sed non fuerunt cæteri priuati iure sortis, ergo nec Leui.

K Nisi forte dicas quòd Leui caruit iure hoc ex culpa, quia ipse appellatus est vas iniquitatis bellans, Gen.49.

Sed non stat, quia Simeon eodem modo carere debuisset iure sortis, quia ambo vocantur vasa iniquitatis bellantia, pręallegato cap. Simeon tamen recepit sortem, vt patet infra decimonono. & ipsemet Iacob cum adoptauit Ephraim, & Manasse non priuauit Simeon, sed ęquauit quemlibet horum adoptiuorum ei, dicens: duo filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti antequā ad te venirē mei erunt Ephraim & Manasses, & sicut Ruben, & Simeon reputabūtur mihi Gen. 48. ergo non priuatus est Leui tunc iure sortis, & consequenter non priuatus fuit vsquequo Deus eligens Leuitas ad seipsum, & dans eis iura sanctuarij

ctuarij transtulit ius sortis illius in cęteros fratres. Si autem non fuissent Leuitę electi ad ministerium Sanctuarij, sed alia tribus, non caruissent iure sortis, sed habuissent sortem suam: & illa tribus, quæ eligeretur ad ministrationẽ diuinam, careret sorte, sicut caruit Leui, quia prouenirent ei iura Sanctuarij, quæ erant tanquam sors, & non haberet aliam sortem, vel si Deus non accepisset aliquam tribum specialiter ad cultum suum, sed primogenitos solum cuiuslibet tribus, vel aliquos ministros ad placitum, sicut nunc fit, habuisset Leui sortem suam, & quælibet alia tribus. Non ergo caruit Leui iure sortis quousque Deus adiudicauit ei iura Sanctuarij, & abdicauit ab eo ius sortis, trãsferens illud in cęteros fratres. Quod autem Ioseph ante hoc haberet ius duarum sortium patet Gen. 48. nã ibi Iacob dedit duas sortes Ioseph adoptãs duos filios eius Ephraim, & Manasse, ergo non successit Ioseph tribui Leui.

Item duplex pars hęreditatis Ioseph, non erat per successionem, sed per quoddam aliud speciale ius adoptionis, scilicet, quia Iacob adoptauit duos filios Ioseph Ephraim, & Manassem, nec in hoc aliquid datũ est Ioseph super fratres suos, sed filijs eius factum est speciale beneficium, quòd adoptati fuerint, & sicut liberi stantes ex legitimo matrimonio succedunt parẽtibus, ita adoptiui succedent, & non tollent in hoc ius alicui de prioribus liberis, si autem hic fuisset successio, non erat necesse adoptare duos filios Ioseph, sed quòd transferretur alio modo ius Leui in Ioseph. Cũ tamen Iacob dixit: Duo filij tui Manasse, & Ephraim sicut Ruben, & Simeon reputabuntur mihi, non fecit aliquam permutationem, vel translationem iuris vnius liberorum suorum in illos, sed simpliciter illos constituit filios suos per adoptionem. Vnde si tribus Leui non fuisset applicita ad Dei ministerium, & per eius determinationem priuata iure succedendi in sorte patri suo Iacob, haberent sortes duas, & sic essent sortes tredecim: & possent vocari tredecim tribus, sicut nunc dempto Leui nominantur 12. tribus. Nec est hoc aliquod inconueniens, quia non magis determinabatur terra Chanaan ad duodecim sortes quam ad 13. nec erat aliquod mysterium in hoc, quòd essẽt 12. si enim filii Iacob fuissent solum tres, essent sortes solum tres, nihil ergo agit esse 12. vel 13. nec ob hoc tribus Ioseph diuisa est in duas partes, quia Leui caruit, vt compleretur duodenarius numerus.

Item patet, quòd non succedit Ioseph, quia si succederet tribui Leui solum esset vna tribus. Differret autem in hoc solum, quòd haberet sortem duplam in magnitudine ad quamlibet aliam: & non poterant esse duæ tribus, quia tribus est cognatio denominata ab vno capite, a quo tota originem trahit, sed Ioseph erat vnum caput, ergo non poterat facere duas tribus, etiã si ipse, vel tribus sua succederet tribui Leui. Modus autem faciendi diuersas tribus fuit, quia Iacob distinxit duo capita in filijs Ioseph, non accipiens ipsum patrem tanquam aliquod caput, & assignauit illis duas sortes, sicut duobus filijs suis Ruben, & Simeon. Gen. 48. si tamen dixisset, quòd dare vellet Ioseph duplicẽ partem hęreditatis inter fratres suos, non distinguens duos filios eius, vt duo capita, vnica tribus fuisset, sic autem si tribus Ioseph suscepisset ius tribus Leuiticę, sicut ante fuisset vna tribus ab vno capite, ita postea esset vna tribus, velut si defunctis oĩbus tribubus maneret vnica, quæ eis succederet: fuerunt tamen duę sortes, & duæ tribus in Ioseph, ergo non fuit per successionem, sed per adoptionem, fratres autẽ omnes successerunt, & ipse Ioseph, vel magis proprie tribus Ephraim, & Manasse successerunt Leui, non in integrũ, sed pro parte virili, cum alijs fratribus, & tribubus.

A Nicolaus dicit, quòd ius primogenituræ ablatum est de tribu Rubẽ propter peccatum suum, eo quòd ascendit cubile patris sui: Gene. 49. & translatum fuit ad tribum Iuda quantum ad dignitatem regiam, & ad tribum Ioseph quantum ad duplicem portionem, quæ primogenitis debebatur. Quòd ergo dicitur hic, quòd filii Ioseph successerunt filiis Leui ad complendum Numerum 12. tribuum, quibus erat terra diuidenda, sublata enim tribu Leui, quæ hereditatem habere non debebat ratione predicta preceden. cap. non remanent, nisi 11. tribus, nisi tribus Ioseph fuisset in duas diuisa; ꝑpter quod Iacob Patriarcha Manassem, & Ephraim in duo capita constituit. Nic. opin.

B Considerandum circa ista, quòd ius primogenitурę pertinebat ad Ruben, quia secundum carnem maior erat, quòd autem ei ablatum erat satis patet Gen. 49. sed in quo consisteret ista iura primogeniturę nõ tantum constat: nam quòd ad eum pertineret potestas regnatiua inter fratres, eo quòd erat primogenitus non patet, licet satis constat, ꝙ debebat esse maioris potestatis cęteris fratribus, cum dicatur in eodem cap. maior imperio. de duplici parte hęreditatis etiam non constat determinate, an esset debita primogenito, satis tamen apparet, quod dicitur habere excellentiam, cum ibidem dicatur maior in donis.

Et si arguatur, quòd deberet habere duplicem partem, vt patet Deuteronom. 21. Respondendum illam legem non extendi ad præterita, cum in ea de præteritis non cautum fuerit, illa tamen data est in deserto,

C & ius succedendi Iacob fuit ante hoc per multa tempora, cum fuerit mortuus in Aegypto, ergo non obligabat ista lex, cum nondum esset. Nisi forte tunc esset talis consuetudo, vel lex communis, vt primogeniti duplicem partẽ hęreditatis consequerenter. Nunc autem etiam concessis his duobus iuribus primogeniturę: dicendum est, quòd si Ruben non demeruisset tolli sibi primogeniturę iura, remaneret apud eũ principatus regnatiuus, & daretur ei duplex pars hęreditatis, non tamen faceret duas tribus, vel sortes, sed essent tribus duodecim, vt nunc sunt: si Leui non susciperet hęreditatem, vt nunc factum est, vel si susciperet sortem, essent tribus tredecim, & sortes totidem, in his tamen esset dupla sors Ruben ad quamlibet aliarum Docto. determinat.

D propter iura primogeniturę. Nec etiam tolleretur Ephraim, & Manasse habere duas sortes, & constituere duas tribus, quia adoptatio dabat eis ius filiationis, & sortis. Idem si adoptasset multos alios, essent necessario multę tribus, & multę sortes.

Cum autẽ dicit Nicolaus, quòd fuit tribus Ioseph diuisa in duas tribus, quia solum manebant vndecim tribus translatis iuribus primogeniturę ad Iudam, & Ioseph, & quia Leui non suscipiebat sortem, non stat conuenienter dictum. Nam cum duo filii Ioseph facti sunt capita tribuum, vt patet Gene. quadragesimo octauo capit. nondum Leui caruerat iure sortis, vt supra declaratum est: ergo non ob hoc diuisus fuit Io- Improbatio opinionis Nicol.

E seph in duas tribus.

Item dato, quòd postquam Leui caruit iure sortis diuideretur Ioseph in duas tribus, non diuideretur ob hoc, quia nulla ratio vrgebat, vel aliquatenus inducebat, vt tribus Israelitarum essent duodecim, & sortes eorum duodecim: alioquin diceretur, quòd si filii Iacob essent duo oportuisset diuidi in duodecim sortes, & tribus, vel si essent triginta oportuisset reduci ad duodecim, quod est absurdum. ideo non facta est ob hoc diuisio Ioseph: sed magis fuerũt duæ tribus in filiis Ioseph, quia Iacob adoptauit Ephraim, & Manasse in filios, & necesse erat illos percipere duas sortes distinctas. Quare autem Iacob adoptauerit duos filios Ioseph, videtur esse causa, quia Ioseph benefecerat Iacob quare adoptauerit duos filios Ioseph, s. Manasse, & Ephraim.

valde

valde Iacob, & toti domui suæ pascens eos in fame Aegypti, pro quo beneficio voluit Iacob rependere aliquid ei super cęteros fratres, & hoc fuit adoptando duos filios eius. Alia litera habet hic. *Sed successerunt eis filij Ioseph in duas diuisi tribus Manasse, & Ephraim.* Et secundum hanc videtur, quòd non successerunt omnes fratres, sed soli filij Ioseph Ephraim, & Manasses, & in duas tribus diuisi sunt. Sed etiam secundum hanc literam semper stat quod dictum est, scilicet quòd non successerunt proprie filij Ioseph, sed omnes filij Iacob fratres Leui: impossibile est enim accipere, quòd propriè successerint filij Ioseph Leuitis: nam tunc nunquam habuissent iura duplicis sortis, sed patet ex probatis supra, quòd multo antequã Leui careret iure sortis, filij Ioseph habuerint ius sortis, ergo non successerunt.

Item acquisierunt hæreditatem per adoptionem, ergo non per successionem, quia adoptiuus habet ius ex adoptione, sicut alij legitimi liberi. Si autem haberet quisquam ius ex successione ad aliquem, qui sit filius testatoris, non succedit ex adoptione, quam fecerit testator, cum ista sint diuersa iura. Aliæ multæ causæ sunt, de quib' supra dictũ est. Accipitur autem hic largè succedere, scilicet habere id quod quisquã alius habiturus erat, & sic fuit hic, quia Leuitę habituri erant sortem inter cęteros Israelitas, si Deus non priuasset eos iure hoc dans iura sanctuarij, filij autem Ioseph, qui aliàs regulariter vnam sortem habere debuissent, habuerunt duas, ergo isti videntur successisse Leui, quia superabundanter habuerunt, quod ille nequaquam habuit. Hac autem litera stante adhuc dicitur, quòd propriè successerunt omnes filij Israel ipsi Leui, & quòd filij Ioseph nihil magis habuerunt, nõ accipiente sortem Leui, quàm alij accepturi erãt. quod patet, quia ille succedere dicitur alicui, qui eo decedente, vel concedente, aut cedente ius aliquod recipit, quod ante non habebat, sed omnes tribus Israelitarum acceperunt aliquid iuris, quod ante non habebant, cedente vel priuato Leui: ergo ipsi successerunt, & non Ephraim. Maior patet, minor inducitur, quia cedente Leui habuit quęlibet tribus maiorẽ partem hæreditatis, quàm habitura foret. Nam si Leui accepisset vnam sortem, necesse erat fieri sortes tredecim in terra: factę fuerunt tamen solum. 12. ergo minor fuisset quælibet factis. 13. Leui autem nõ accipiente sorte, accreuit cuilibet tribui particula q̃dam, velut si inter 12. tribus adhuc diuideretur vna sors super sortes suas. Quòd autem non acceperit ius aliquod Ioseph, nec filij sui priuato Leui patet, quia antequam ipse priuaretur iure sortis, habebant Ephraim, & Manasse iura duarum sortium, & post priuationem Leui eadem iura retinuerunt non plurificata, ergo non successerunt Ephraim, & Manasse: solum autem successerunt Ephraim, & Manasse pro parte æquali, cum cæteris tribubus: nam si Leui habuisset partem vnam, & fuisset diuisa necessario terra in sortes, 13. & minorata fuisset sors Ephraim, & Manasse proportionaliter, sicut cuiuslibet alterius tribus, cum autem Leui non accepit possessionem inter cæteros prouenit omnibus in communi id, q̃d peruenturum erat Leui, ideo necesse est, vt maior efficeretur sors Ephraim, & Manasse, quia non accepit Leui hæreditatem quàm si accepisset. Sed istud est per accidens, & indirectè, nec magis quàm aliæ tribus quælibet acceperunt istæ duæ. Si autem, ideo fuisset facta diuisio tribus Ioseph in duas, & accepisset duas sortes, quia Leui carebat sorte: diceretur proprie succedere Ioseph ipsis Leuitis, sed hoc falsum est vt declaratum fuit, sed exponenda est litera de successione largè dicta, vt supra dictum est.

Quõ põt dici, q̃ omnes filij Israel successerunt Leui propriè.

F Vel potest aliter intelligi etiam largè de successione, quæ non est in iure, sed in apparẽtia, scilicet quòd filij Ioseph non successerunt in aliquod ius, quod habuit tribus Leui, quia prius quàm illa desineret habere ius, habuerunt ius duo filij Ioseph ad duas sortes, sed successerunt realiter inquantum filij Ioseph nunquam habuerũt sortem aliquam, & singuli filij Iacob erant habituri sortes singulas. In adeptione autem possessionis Ephraim, & Manasse acceperunt duas sortes: Leui autem nullam accepit: ideo videntur successisse in locum Leui, scilicet quòd vnus de filijs Ioseph acceperit vnam sortem, tanquam debitam patri, quia erat de filijs Iacob, alius vero acceperit aliam sortem debitam Leui.

Filios Ioseph in duas diuisit tribus. Scilicet Iosue, qui
G diuisit sortes. Et non dicitur diuisisse in duas tribus, tanquam ab ipso fuerit initium diuidendi, quia ipse non poterat diuidere dando duas sortes, alioquin potuisset diuidere quascunque tribus voluisset, & dare eis plures sortes, sed fuit ista diuisio facta primo a Iacob patre omnium horum, qui dixit Ioseph: duo filij tui Manasses, & Ephraim, sicut Ruben, & Simeon reputabũtur mihi. sed Simeon, & Ruben erant duę tribus, & suscipiebant duas sortes: ergo talia iura erãt Manasse, & Ephraim.

Diuisio Ioseph in duas trib' fuit facta per Iacob & non per Iosue.

Item istam diuisionem factã a Iacob Deus in deserto approbauit, cum iubẽs accipi summam omniũ Israelitarum tribuum, fecit computari Ephraim, & Manasse tanquam duas tribus Numeri primo & 26.

Item in assignatione castrorum sub vexillis distin-
H xit istas duas tribus Numeri 2.

Item in oblatione principum eandem fecit obseruari differentiam tribuum Num. 7. Non ergo diuisit Iosue vel Eleazar Ephraim, & Manasse in duas tribus, sed iam diuisio facta erat. Dicitur tamẽ quòd diuisit, idest quòd ostendit in re diuisionem istam. Nam licet quãtum ad ius essent duæ tribus Ephraim, & Manasse: tamen realiter nihil acceperãt tanquam duæ tribus: id autẽ ad quod proficiebat eas esse duas tribus, erat suscipere duas sortes: nullam tamen adhuc sortem receperãt, ergo non habebant id, in quo apparebat esse duas tribus: Iosue autem diuisit in duas tribus Ephraim, & Manasse dans eis iura duarũ
I tribuum in possessione duplici.

Secundum aliam literam, quæ habet *Sed successerunt in eorum locum filij Ioseph in duas diuisi tribus.* Erit sensus quòd filij Ioseph non fuerunt nouiter in duas diuisi tribus, sed prius erant diuisi in duas tribus a patre suo Iacob: & nunc nouiter duarum tribuum hæreditatem suscepit.

Nec acceperunt Leuitæ aliam in terra partem, nisi vrbes ad habitandum. Hic declaratur, quod dictum fuerat pręcedenti cap. scilicet, quòd Leuitæ non susceperunt hęreditatem inter Israelitas, quia sacrificia, & victimæ erant pars eorum. Crederet aliquis, quòd nihil omnino suscepissent Leuitæ in terra Chanaan, ideo
K dicitur quòd nullam aliam partem hæreditatis susceperunt Leuitę pręter vrbes ad habitandum. Datæ fuerunt eis vrbes quadragintaocto, vt patet Numeri trigesimoquinto. de quarum distinctione patet infra vigesimoprimo capitulo. Et istæ vrbes non erãt eis assignatę in sortem, sed solum quælibet tribus dedit aliquas vrbes de eis, quas sceperat in sortem suam, sicut patet infra vigesimoprimo. Si tamen saltem vrbes darentur Leuitis in hęreditatem, sicut cæteris Israelitis, fuissent eis datæ in sortem: & non dedisset quęlibet tribus aliquas de vrbibus suis: sicut nulla tribus alteri quidquam dabat, sed quælibet sortem recipiebat distinctam.

Vrbes Leuitarũ non fuerũt eis datę per sortes.

Item si accepissent ciuitates in sortem, habuissent eas

eas simul, sicut quælibet tribus habebat funiculũ hæreditatis suę totũ simul, nec intercidebatur sors vnius ab altera, nec commiscebatur ei: Leuitæ autem susceperunt ciuitates suas dispersas in omnibus alijs tribubus, vt patet infra 21. ergo non susceperunt eas in sortem. Fuit tamen conueniens ꝙ Leuitæ haberent ciuitates suas semotas & diuisas per totam terram Chanaan. Et hoc propter duo.

Quare Leuitis datæ fuerunt vrbes dispersę per tribus.

Primo vt facilius possent sanctuario ministrare: erat.n. tabernaculum domini non habens locum fixũ quousque venit in Ierusalem: stetit. n. in multis locis, de quibus declaratum est Exodi 20. & Deut. 12. si aũt essent omnes ciuitates Leuitarum simul, cõtingeret ꝙ aliquando sanctuarium distaret valde ab omnibus
B locis sacerdotum, & Leuitarum, quod importabat laborem magnum ministris sanctuarij: stantibus autẽ diuisis ciuitatibus Leuitarum per totam terram Chanaan, ad quamcunque partem tabernaculum domini portaretur, & maneret, essent semper loca aliqua Leuitarum coniuncta ei, & fieret leuior ministratio.

Alia causa & fundamentalior fuit, quia Deus noluit dare Leuitis agros aliquos, vel vineas, aut territoria quæcunque ciuitatum, sed solas vrbes ad habitandum cum paruis suburbanis ad alenda pecora. Si autẽ datæ fuissent Israelitis. 48. vrbes simul positę, vel ipsi acciperent agros, & vineas vrbium omnium istarum, & colerent, quod eis necesse non erat, cum susciperent omnia iura sanctuarij, quibus poterant sustentari. Si autem non colerent agros, & vineas, & territoria omnia intermedia vrbium, maneret terra redacta
C in solitudinem, & terra fructifera maneret inutilis & inculta, quod ad imprudẽtiam regiminis pertinebat. Et si dicas, ꝙ alij Israelitæ possent colere istos agros, & vineas atque omnia media territoria, nec manerẽt inutilia.

Nõ potest stare, quia licet possent colere territoria vrbium, quæ essent in extremitate sortis Leuitarum, tamen ea, quæ essent in medio terræ eorum non possent coli. nam 48. vrbes magnam latitudinem territorij continerent, & difficillimum foret Israelitis alijs introire in terram illam Leuitarum ad colendum.

Item dato ꝙ sors Leuitarũ esset paruæ latitudinis, & magnę lõgitudinis. s. a frõte oriẽtali terræ Chanaã, vsq; ad occidentẽ, ita vt territoria media coli possent
D ab Israelitis circunstantibus ad sortẽ Leuitarũ, adhuc nõ staret cõuenienter positũ, quia grauarentur Israelitæ. Nam licet tribus illę, quæ essent coniunctæ Leuitarum sorti, possent colere terram eorum, & inde fructus perciperent, tamen tribus distantes inde non consequerentur aliquam vtilitatem de terra data Leuitis, in quo valde grauarentur, ideo non fuit conueniens ponere ciuitates omnes Leuitarum cõiunctas. Dato autem modo, qui fuit assignatus a Deo, non erat aliquod inconueniens, scilicet, ꝙ q̃libet tribus daret Leuitis aliquas vrbes, sed per totam terram Chanaan dispersas: etiam ciuitates illæ, quæ dabantur Leuitis in qualibet tribu non erant simul in terra eiusdẽ
E tribus, & sic quælibet ciuitas data Leuitis habebat ciuitates alias Israelitarum coniunctas, & habitatores illarum colebant omnia territoria talium vrbium, ita vt in tota terra Israel nihil maneret incultum. Et hoc modo tolluntur duo incõuenientia, quæ aliter signabantur. Primo ꝙ maneret magna pars terræ Chanaan, quæ nequaquam coleret. & tamen esset conueniens ad culturam, & alibi cultores haberent angustũ territorium. Hoc modo tota terra coleretur, cũ possent Israelitæ circunstantes colere territoria vrbium Leuitarum.

Secundum inconueniens erat, ꝙ grauarentur quidam de Israelitis si essent omnes vrbes Leuitarum si-
A mul, scilicet illi, qui procul manerent a Leuitis, quia nullos ipsi fructus percipere possent de terra Leuitarum, sed hoc dato non esset incõueniens, quia in omnibus tribubus erant vrbes Leuitarum: & omnes ꝓportionaliter tribus, sicut darent vrbes Leuitis perciperent fructus de territorijs earum. s. ꝙ tribus, q̃ plures vrbes daret Leuitis, de pluribus vrbibus fructus colligeret colendo territoria omnium vrbium, quas daret sacerdotibus, & Leuitis, præter suburbana coniuncta vrbibus, & sic non grauabãtur vllatenus Israelitæ dando Leuitis vrbes, quia videbantur nihil dare de suis, aut diminuere se: cum tot agros & vineas, sic haberent, sicut si nihil darent Leuitis. De ciuitatibus autem nulla cura erat, quia ipsi habebant sufficienter loca ad habitandum. Et de istis vrbibus necesse erat, ꝙ darent eas Leuitis Israelitę. Nam dato, quòd nollẽt eis dare aliquam sortem, oportebat ꝙ darent eis locũ ad habitandũ, alioquin excluderent eos de terra Chanaan, quod non poterant, quia non carebant simpliciter iure sortis, cum essent de filijs Iacob, sed solum, vt reciperent iura sanctuarij, ad quod necesse erat esse eos in terra Chanaan, ideo necesse erat, vt Israelitæ reciperent Leuitas ad habitandum in vrbibus suis dispersim, & essent mixti Israelitę Leuitis, vel ꝙ darent eis vrbes separatas sine territorijs, prę terquam cũ paruis suburbanis: conuenientius tamen tam Israelitis q̃ Leuitis fuit dari eis ciuitates seorsum. Quod patet, qa Leuitę multa pecora possidebant, quia ipsi recipiebãt quolibet anno decimas totius Israel tam in pecorib⁹, quàm in fructibus terrę, vt patet Num. 18. & cum ipsi alerent ista pecora multiplicarentur valde, pro quo egebant locis magnorum pascuorum, si ergo essent inter Israelitas in vrbibus ipsorũ, necesse erat, vt darentur eis loca valde magna pascuorũ libera, & sic in qualibet vrbe tolleretur magna pars locorum suburbanorum ab vsu popularium, quod erat satis graue eis. Vel si non darentur aliqua pascuorum in ipsis territorijs vrbium Leuitis libera, necesse erat, ꝙ depascerentur loca aliorum, quod adhuc erat grauius, & satis inordinatum. Non fuit ergo modus aliquis ita conueniens assignandi loca habitationũ Leuitis, q̃ vt darentur eis vrbes segregatæ in qualibet tribu, & suburbana parua apud vrbes. Reliqua autem territoria manerent pro Israelitis circunstantibus ad illas vrbes.

Et suburbana eorum ad alenda pecora, & iumenta sua. Ista suburbana non erant magnæ quantitatis. s. duorũ millium passuum ad orientem, & totidem ad occidentẽ ad meridiem & septẽtrionem, vt patet Num. 35. erãt aũt suburbana hæc ad alenda pecora, quia Leuitæ in pecoribus abundabant magis q̃ Israelitæ, cũ ipsi quolibet anno susciperẽt decimas fructuum oĩum Israelitarum, siue de pecoribus, siue de fructibus terræ, & illa pecora cõseruabant, atq; ex eis gñabantur alia vsque ad valde magnam multitudinẽ, ideo spãliter indigebant Leuitæ locis pascualibus, & ad hoc dabãtur suburbana. i. loca cõiuncta vrbibus, quasi sub vrbibus posita. s. ad radices murorum vrbium. Idem erat de alimento iumentorum, quia recipiebant Leuitæ decimas de iumẽtis, quę nutriebanĩ domesticè, & ꝓficiebant ad labores humanos, vt de equis, & asinis. mulis, chamelis, cæterisq; similibus. *Sicut præcepit dominus Moysi sic fecerunt filij Israel*. Iste est epilogus præcedentium. s. ꝙ dederat Moysi modum, quo terra diuideretur, & ꝙ non assignaretur portio Leuitis, hic subditur, ꝙ omnia ista executioni tradita fuerunt. *Et diuiserunt terram*. Istud est repetitio & explicatio sñiæ præcedentis: idem. n. est esse factum, sicut iussit dñs Moysi, vel ꝙ terra diuisa fuerit, quia terram diuidendam dominus dixit per Moysen, & de diuisoribus terræ, & quibus diuideretur Nume. 26. & 34. cap.

Quid suburbana.

Accesserunt itaque filij Iuda ad Iosue in
Galgala, locutusque est ad eum Caleb filius
Iephone Cenezæus: Nosti quid locutus sit
Num. 14. Dominus ad Moysen hominem Dei de me
& te in Cadesbarne. Quadraginta annorũ
eram quando misit me Moyses famulus Do
mini de Cadesbarne, vt considerarem terrã
nunciauique ei, quod mihi verum videba-
tur. Fratres autem mei, qui ascenderant me-
cum dissoluerunt cor populi, & nihilomi-
nus ego secutus sum Dominũ Deum meũ.
Supra 1. Iurauitque Moyses in die illo, dicens: Terra
quam calcauit pes tuus erit possessio tua, &
filiorum tuorum in æternum, quia secutus
es Dominum Deum meum. Concessit er-
go Dominus vitam mihi, sicut pollicitus est
vsque in præsentem diem. Quadraginta &
quinque anni sunt, ex quo locutus est Domi
nus verbum istud ad Moysen quando am-
Eccl. 46. bulabat Israel per solitudinem: Hodie octo-
gintaquinque annorum sum sic valens, vt
eo valebam tempore, quando ad exploran-
dum missus sum: illius in me temporis for-
titudo vsque hodie perseuerat tam ad bellan
dum, quàm ad gradiendum. Da ergo mihi
montem istum, quem pollicitus est Domi-
nus, te quoque audiente, in quo Enacim
sunt, & vrbes magnæ atque munitæ: si for-
te sit dominus mecum, & potuero delere
eos, sicut promisit mihi. Benedixitque ei
Iosue, & tradidit ei Hebron in possessionẽ,
atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iepho-
ne Cenezæo vsque in præsentem diem, quia
secutus est Dominum Deum Israel. Nomẽ
13. q. 2. c. Hebron. Hebron ante vocabatur Cariatharbe. Adã
mazimus ibi inter Enacim situs est. & ter-
ra cessauit a prælijs.

Accesserunt itaque. Hic ponitur secundum, quod est
pars principalis huius cap. & est hic quædam introdu
ctio ad diuidendam terram: nam fuit terra diuisa, &
recepta in sortes bis. Primò cum Iosue terram acq
sitam diuisit omnibus tribubus, quæ sortem habituræ
erant. Secundò terra sorte diuisa est, cum Deus man
dauit Iosue, vt terram non captam etiam diuideret
cum terra iam capta, vt patet præcedenti cap. In secũ-
da ergo diuisione prima sors assignata fuit tribui Iu-
dæ, quia erat principalis, & quia de hac erat Caleb, q
fuerat missus in exploratorem, & cui promissa fuerat
terra quam calcauerat, pro se, & semine suo: præponi-
tur quomodo ipse petierit vrbem Hebron, & sibi da-
ta fuerit: deinde subditur de possessione filiorum Iu-
da capit. sequenti. *Accesserunt itaque filij Iuda ad Iosue.*
Idest postquam terra cessauerat a prælijs, filij Iuda, q
erant populus magnus indigentes terra, in qua habi-
tarent, accesserunt ad Iosue, qui erat princeps populi,
F & princeps diuisorum terræ, vt assignaret eis posses-
sionem, & cum his iuit Caleb, qui erat de principalio-
ribus in tribu Iuda: vnde postquam tota tribus acce-
pit responsum, ꝙ daretur ei sors terræ, & de loco de-
terminato, in quo daretur, sicut patet sequenti c. Ca-
leb petijt sibi dari vrbem Hebron: ponitur tñ prius pe
titio Caleb & assecutio, quàm sors filiorum Iuda, qa
istud erat paruum factum, & scriptura voluit per se
narrare, ne postea intercideretur historia de diuisio-
ne terræ. Nam postquam de hoc dicitur, agitur de
sorte filiorum Iuda, & consequenter de omnibus alijs
tribubus, quas sortes susceperint.

De literæ continuatione opinio Lyrani confutatur.
Quæstio. V.

G NICOLAVS autem aliter cõtinuat. s. quòd
Caleb videns ꝙ agebatur de diuisione ter
ræ fecit mentionem de promissione sibi
facta, ne terra ei promissa alteri daretur, &
cum voluit petere, nobiliores in tribu Iuda associaue-
runt eum, quia ipse erat in tribu illa famosus, & hoc
est quod dicitur, quod venerunt filij Iuda ad Iosue. s.
associantes Caleb petiturum sibi possessionẽ. Et hoc
confirmari posset, quia immediatè fit mẽtio, quomo
do Caleb locutus fuerit solum petens sibi possessio-
nem Hebrõ, & nihil de possessione totius tribus agit.
Sed dicendum videtur magis stare primum, quia
secundum continuationem secundam datur necessa
H rio, ꝙ primo petierit sibi sortem, vel possessionem Ca
leb quàm petierit tota tribus Iudæ, sed hoc non satis
conuenit, quia si nondum petijsset tribus Iuda posses
sionem, vel nondum esset assignata, & Caleb peteret
sibi dari vrbem Hebron: contingeret postea, ꝙ data
sorte tribui Iudæ acciperet Caleb hæreditatem extra
suam tribum, quod satis erat inconueniens, nec in ali
quo de Israelitis factum est, quia sic esset iuncta pos-
sessio tribuum, quod Deus nolebat, cum ad tenendã
certitudinem possessionis in tribubus, & in ipsis ho-
minibus tribuum dederit quasdam regulas, de qui-
bus Nume. 36.
Item litera ista non applicatur valde conuenienter
ad hũc sensum: nam si esset sensus, ꝙ Caleb petijt hæ-
I reditatem primo, & cum eo iuerunt filij Iuda, non di
ceretur: Accesserunt itaque filij Iuda ad Iosue: sed di-
ceretur: Accessit itaque Caleb ad Iosue, & cum eo fi-
lij Iuda. Vel accessit Caleb cum filijs Iuda ad Iosue.
Ista autẽ litera signat, ꝙ filij Iuda principaliter acces-
serunt, si aũt accesserit Caleb, vel non, nihil tangit, sed
postea eius enarrat petitionẽ, sed ẽt ex illo nihil ꝓba-
tur, vt infra dicetur. Ideo videtur dicendum, ꝙ filij Iu
da accesserunt ad Iosue, vt peterent sibi hæreditatẽ, &
obtinuerint eam atque fuerit eis assignata, postea aũt
videns Caleb ciuitatẽ Hebron in tribu Iuda, quæ pla-
cebat oculis eius, vt posset inde tres gigantes delere,
petijt eam, & tunc non est aliqđ incõueniens, vt sup.
inducebatur. s. ꝙ hr̃e contingeret Caleb possessionẽ
extra sortẽ tribus suæ, quã ipse peteret. Itẽ tũc applica
K bitur cõueniẽter litera. s. *Accesserunt filij Iuda ad Iosue.*
Idest tota tribus Iuda, vel aliqui noĩe totius tribus pe-
tẽtes hæreditatẽ pro ipsa tribu, & postq̃ ipsi obtinue-
runt & assignata fuit sors, petijt spãliter pro se Caleb
in terra tribus illius dari sibi Hebron. Ad cõfirmatio-
nem qñ dicebatur, ꝙ Caleb iuit ad petendũ pro se hæ
reditatẽ, & cum eo nobiliores de tribu Iuda, quia ip-
se locutus est solum, & non pro tribu Iuda, sed pro
seipso. Rñdetur, ꝙ nõ cõcluditur ex hoc, qa debẽt hic
subĩtelligi alia media. s. ꝙ accesserũt filij Iuda noĩe suo
ad petendũ hr̃ditatẽ pro tota tribu, & obtinuerũt atq;
assignata est, sicut patet seq. c. & hæc oĩa subticenĩ hic,
Postea

Postea autem locutus fuit Caleb ea,quę habentur hic de danda sibi vrbe Hebron: scriptura tamen multa interdum subticet, potissimum ea, quæ colligi possunt aliunde ex dictis. *In Galgalis.* Idest ista petitio fuit in Galgalis. Non est aliqua ciuitas, vel oppidum: sed nomen cuiusdam agri apud vrbem Iericho, vbi primo castrametati sunt Israelitæ transito Iordane, & fixerunt ibi lapides. 12. quos tulerāt de Iordane sup.4. & 5.non habebat autem ager iste nomen ante aduentum Israelitarum, aduenientibus autem vocatus est Galgala propter circuncisionem ibi factam, vt patet supra 5.& ibi manebant castra Israelitarum toto tempore bellorum.s.fœminæ,& paruuli,& senes cum pecoribus, & iumentis omnibusque, quæ possidebant Israelitæ:viri autem bellatores ibant in bella, & tempore cessationis redibāt in castra in Galgala,& ibi quiescebant quousque insurgerent alia bella, siue quia Deus iubebat, siue quia hostes insurgebant: nunc autem finitis omnibus bellis in circuitu, quiescebat Iosue cum toto Israel in Galgalis, & ibi petijt tribus Iuda possessionem, ibi quoque locutus est Caleb ad Iosue,quæ habentur hic. *Locutusque est ad eum Caleb filius Iephone.* Ista locutio non cōtinuatur ad verba immediatè dicta.s.ꝙ accesserint ad Iosue filij Iuda, & ꝙ de eis locutus fuerit Caleb ea,quæ habentur hic, sed subintelligunt̄ in medio multa.s. quomodo petierint hæreditatem,& concessa eis fuerit atque assignata,& postea Caleb petijt sibi specialiter dari sortem intra sortem tribus Iuda,& de hoc vltimo solum hic agit. Vocatur Caleb filius Iephone,quia Iephone erat pater eius de tribu Iuda. Et ponitur ad differentiā aliorum,qui sic vocabantur:sic etiam vocatur in hacmet tribu Caleb filius Esrom.1.Paralip.2.c. *Cenezæus.* Vocatur Caleb Cenezęus, quia vt quidam Iudęi dicunt, fuit filius naturalis Iephone, quo mortuo accepit Cenez in vxorem matrem ipsius Caleb,& quia tunc Caleb erat paruus nutritus ęst a Cenez, & inde vocatus est Cenezæus.

Quid Galgala, ac eius situs.

Alij dicunt, ꝙ Cenez fuit frater Caleb maior ipso,& qn̄ mortuus est Iephone pater eorum māsit Caleb sub cura fratris sui Cenez, quem habuit tanquam patrem,& inde vocatus est Cenezęus, frater quoque eius Othoniel vocatur Cenezęus sequen. capitulo.

Prima istarum positionum dubia est, quia videtur vocari Caleb Cenezęus a patre magis quàm a vitrico: alienum valde est aliquem nominari a vitrico.

Secunda positio nō stat.s.ꝙ esset Cenez fratrer Caleb maior eo,quia Othoniel erat filius naturalis Cenez,vt patet 1.Paralip.4.& tn̄ ipse est frater iunior Caleb,vt patet seq.c.& Iudi. 1. ergo non potest esse Cenez frater Caleb,quia tunc contraxisset iste Cenez cū matre sua,quod absurdum est.Si autem diceretur Cenez esse id quod Iephone,ita ꝙ fuerit binomius,sicut multi alij sunt in sacra scriptura, satis esset conuenienter dictum.s. ꝙ vocetur Caleb filius Iephone ab vno nomine patris sui,& vocetur Cenezęus ab alio nomine eius. Vel ꝙ Cenez fuerit aliquis superior in linea Caleb,à quo denominetur. *Nosti quid locutus sit Deus ad Moysen hominem Dei.* Volebat Caleb petere in hæreditatem Hebron, & ad hoc ostendit petitionem suā esse rationalem, vt faueatur ei hoc inducit, quia Deꝰ promisit Caleb, vt possideret terram,& vt magis hoc inducatur,dicit notum esse Iosue istud, quod dicit,& verum est,quia ea,quæ locutus fuit Deus de Caleb in Cadesbarne ad Moysen, nota erant ipsi Iosue, cum Moyses reuelasset toti multitudini Numeri 14.

Quid locutus sit Deus ad Moysen. Istud est quod habetur infra,scilicet terra,quam calcauit pes tuus erit possessio tua. Et idem patet Nume. 14. *Hominem Dei.* Vocatur Moyses homo Dei, quia ipse sequebatur Deū

A in toto corde suo, & ob hoc vocat eum scriptura famulum Dei supra primo. Etiā erat Deo fidelissimus in tota multitudine israelitarum Nume.12.cap.& ad Hebrę.4.

De me & de te in Cadesbarne. Non fuit eadem locutio tota:nam de Caleb bis Deus locutus est. Primò de eo solum: secundò de eo & Iosue. De Caleb solo dixit,ꝙ illi,qui viderant maiestatem Dei,& non obedierant voci eius, non viderent terram Chanaan, & subiungitur: Seruum autem meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terram hanc quam circuiuit, & semen eius possidebit eam.De Caleb autem & Iosue simul dictum est, ꝙ omnes, qui

B numerati sunt a viginti annis, & supra non introibūt in terram Chanaan, pręter Caleb filium Iephone, & Iosue filium Nun. De hoc Nume.14. ex quo innuit ꝙ cum Deus dixerit, ꝙ ipse & Iosue introirent in terram Chanaan,ꝙ volebat eis dare hæreditatem.

Sciendum tamē,ꝙ licet Deus locutus fuerit simul de Caleb, & Iosue, tamen Caleb non iuuat se hic ex locutione Dei de ipso & Iosue, sed de locutione quæ de ipso solum facta est. quod patet infra cum dicitur: iurauitque Moyses in die illo dicens: terra,quam calcauit pes tuus, erit possessio tua & filiorum tuorum in æternum,quia secutus es dominum Deum tuum: ista tamen nō fuit ad Caleb,& Iosue simul, sed ad solum Caleb, vt patet Nume.14. Caleb tamen allegans locutionem Dei, dixit de illa, quę fuit communis ei, & Iosue: quamquam nō acquireretur multum iuris ei ex hac,vt non videretur contemptus Iosue: de quo

C etiam sicut de Caleb locutus fuit Deus in die illa, & sic placaret eum honorando, qui est modus rhetoricus satis faciens ad persuadendum. Quo facto & captato animo audientis, allegauit id quod continebat solide ius suum,cum dicit; In die illa iurauit Moyses: terra quam calcauit pes tuus &c. *In Cadesbarne.* Idest cum ista facta sunt erant Israelitæ in Cadesbarne: inde.n.missi sunt in exploratores, vt patet infra, & ibi inuenerūt populū cū reuersi sunt post 40.dies,qa verba ista,q̄ locutus est Deus de Iosue,& Caleb fuerunt postquam redierunt explorata terra Nume.14. & tamen tunc erant in Cadesbarne, vt patet hic, ergo in eodem loco erant castra Israelitarum, quando missi sunt exploratores,& quando redierunt.

D Ista mansio vocatur aliquando Cades absolute.sic patet Nume.13.vbi dicitur,ꝙ venerunt exploratores in Cades. Aliquando vocatur Cades deserti Sin,vt patet Nume.20.& 33.idem tamen locus est vbicunque ponatur. Est autem Cadesbarne in latere meridiano terrę Chanaan circa coniunctionem lateris orientalis,vt patet Num.34. vbi in latere meridiano ponitur Cadesbarne.Quòd autem sit circa latus orientale terræ eiusdem,vel non multum distans, patet sequen.capitu. vbi ponitur Cadesbarne in latere sortis tribus Iuda,& magis supra decimo. vbi cum ponere intenderet reges occisos de Chananęis a parte orientali versus Occidentem,& Septentrionem,posuit Cadesbarne tanquam terminum orietalem. Ex hoc etiā patet,

Cades ac eius situs.

E ꝙ Cadesbarne & Cades deserti Sin eadē māsio sit,qa Cades deserti Sin est in deserto Sin. istud desertum est in latere meridiano terræ Chanaan Nume.34.Cadesbarne etiam est in eodem latere Nume. 34. & sequen.cap.atque supra 10.ergo idem locus est.

Item patet ex hoc, quod quando Israelitæ miserūt duodecim exploratores in terram Chanaan,erant cō iunctissimi ipsi terræ: nam erant in Cadesbarne, vt patet hic: sed Cadesbarne est in latere terræ Chanaan,ergo nihil distare videbatur a terra Chanaan.

Quomodo tandiu morati sunt Israelitæ transeundo de Cadesbarne, vsque in Chanaan. Et quare Deus non permisit per Cadesbarne introire Israelitas, sed indurauit cor regis Edom. Quæstio. VI.

SED tunc quæret aliquis quõ tanto tẽpore morati sunt Israelitæ transeundo de Cadesbarne vsq; in terram Chanaan. Nam in secũdo anno ab exitu de Aegypto steterunt in Cadesbarne ante medietatem anni illius, vt declaratum est Nume. 13. & postea ingressi sunt in terram Chanaan anno 40. ab exitu de Aegypto.

Respondendum est, ꝙ hoc non fuit propter distantiam mediam inter Cadesbarne, & terram Chanaã, sed quia Deus dedit eis in maledictionem, ꝙ nõ transirent in terram Chanaan, vsque ad annum 40. Num. 14. alioquin breuiter trãsijssent. Sed adhuc arguetur, quia Israelitæ postquam in secunda vice steterunt in Cadesbarne siue deserti Sin, de quo Num. 20. vsquequo introierunt in terram Chanaan, steterunt quasi anno vno in deserto. Nam in Cades steterunt mense primo anni quadragesimi, & in anno eodem non exierunt de deserto, quia mense 11. eiusdẽ anni Moyses exposuit verba totius Deuteronomij coram Israelitis & mortuus est Deuterono. 1. c. & tñ non introierunt eodem anno in terram Chanaan trans Iordanẽ, cum dicatur supra quarto, ꝙ die decima mẽsis primi transierunt Iordanem: ergo a Cadesbarne, vsque ad exitum de deserto in secunda vice, quando iam non detinebantur ex maledictione data, manserunt vno anno, quod non contingeret, nisi poneretur magna distantia inter Cadesbarne, & terram Chanaan.

Ad hoc respondebit aliquis, ꝙ morati sunt Israelitæ tandiu inter Cadesbarne, & terram Chanaan, non ꝙ magna distantia sit, sed quia fecerunt bella multa postq̃ steterunt in Cadesbarne ante transitum Iordanis. Primum bellum fuit cum Chananęo rege Arad, cuius vrbes deleuerunt vocantes anathema Num. 21.

Fuit secundum bellum contra Sehon regẽ Hesebon Amorrhæorum, in quo deletus est ipse cum populo suo Nume. 21. & Deuteron. 2. Fuit tertium bellum cum rege Og, qui erat rex Basan, de quo Num. 21. & Deuterono. 3. Fuit quartum bellum contra Madianitas, de quo Nume. 31. & in his impediri necesse erat aliquanto tempore. Item fuerunt duo funera notabilia in hoc tẽpore. s. mortua est Maria soror Moysi & Aaron in Cadesbarne, & in lugendo eam occuparetur populus aliquot diebus, sicut cum ipsa effecta est leprosa in Aseroth mansit populus diebus 7. quousq; reduceretur Maria in Castra, & hoc propter honorem Moysi Num. 12. In morte adhuc verisimilius est, ꝙ populus honoraret eam propter Moysen. De morte eius in Cades patet Nume. 20.

Item mortuus fuit hoc tempore Aaron, pro quo Israelitæ fleuerũt. 30. diebus Num. 20. ergo in his omnibus morari poterant Israelitę anno vno, etiã si non esset aliqua distantia magna inter Cadesbarne, & terram Chanaan. Sed adhuc arguetur contra hæc: nam si Cadesbarne esset locus coniunctus terrę Chanaan, quamquam morari possent Israelitæ in Cadesbarne magno tempore: tamẽ immediate vt exirent de ipso loco, ingrederentur terram Chanaan: potissimum cũ dicatur Cadesbarne esse in latere ipso meridiano terræ Chanaan, & ponitur tanquam terminus eius, & tamen inter Cadesbarne, & terram Chanaan ponũtur mansiones multæ. s. 11. vel 12. vt patet Num. 34. cap. ergo non est Cadesbarne apud terrã Chanaã, cum de mansione ad mãsionẽ sit necessario aliquantũ spatiũ.

Respondẽdum est, ꝙ Cadesbarne est in latere meridiano terræ Chanaan, ita ꝙ est terminus tangens

F ipsam terram Chanaan, vt patet Num. 34. & sup. 10. & sequen. c. nec est inter Cadesbarne, & terram Chanaan spatium alicuius mãsionis faciendæ: factæ fuerunt tamen mansiones. 11. vel 12. quia Israelitæ cum peruenissent de Aegypto per varias circulationes deserti vsque Cadesbarne, ingressuri erant per latus meridianum terræ Chanaan, quod patet, quia Cadesbarne est in meridiano latere, vt inductum est, sed nõ potuerunt introire per Cadesbarne, quia est locus iste in extremitate regni Idumæorum quantum ad partem occidentalem eius, & si Israelitæ ingrederentur ꝑ Cadesbarne, necesse erat, ꝙ introirent per quandam partem regni Idumæorum, vel per regnum Amalechitarum, & Chananęi regis Arad, sed isti Chananæi, &

G Amalechitę erant hostes Iudęorũ, cum iam pugnassent cõtra illos, & postea pugnauerunt Num. 21. ideo non auderent intrare per terram illorum, nec peterent ingressum formidantes mala, quæ euenerant eis cum fuerunt iterum in Cadesbarne, de quibus Nume. 14. ideo solum petituri erant ingressum ab idumęis, de quorum primo, & cõi trunco veniebant Iudęi. s. ab Isaac, qui genuit Esau, a quo idumęi, & Iacob, a quo Israelitæ. Et petierunt ingressum, vt patet Num. 20. sed rex idumęorum respondit, non trãsibis per me. i. per terram meam, alioquin armatus occurram tibi eod. c. tũc coacti sunt Israelitæ circuire montem Seir. i. totum regnum idumęorũ versus orientẽ, de quo Deut. 2. s. Circuiuimus montẽ Seir lõgo tpe.

H Tunc iterum conuersi versus Aquilonẽ accesserunt rursus ad confinia terræ Edom, & ad confinia Moabitarum & Ammonitarum, & inter ista duo regna introierunt per regna duorum regum Amorrhæorum Sehon, & Og, vt colligitur Deut. 2. & 3. & istud erat introire per terram orientalẽ, siue frontẽ terræ Chanaan, qđ patet, quia cũ cepissent Israelitę regna duorũ regum Amorrhęorũ transierunt Iordanẽ, & terra ipsorum terminatur ad Iordanẽ hñs eum ad partẽ occidentalẽ, vt colligitur ꝓceden. c. & sup. 12. & Num. 32. patet ergo ꝙ Israelitæ cum steterunt in Cadesbarne, & postea introierũt in terram Chanaã: nõ introierũt directè ꝓcedentes de Cadesbarne, quia tunc nullam mansionem fecissent Mediam, sed circuerunt lateris meridiani quandã partem, & aliã lateris orientalis, &

I postea non introierunt per latus meridianũ, sed per latus orientale. Quod patet Num. 34. quia Cadesbarne est in latere meridiano Iordanis, per quẽ ipsi introierunt, & in latere orientali: si tñ directe introissent, nulla fuisset mora, nec mãsionũ pluralitas. Causa aũt quare Deus non permisit eos introire per Cadesbarne, & indurauit cor regis idumeę, vt nõ ꝑmitteret eis ingressum, fuit duplex. Prima qa Deꝰ dederat Israelitis in pęnam, vt manerent in deserto annis 40. qa murmurauerant Nume 14. si tñ permissus fuisset ingressus per Cadesbarne, non completo termino dato introissent in terram Chanaan, quod patet quia Israelitę steterunt in Cadesbarne secũda vice mense primo anni 40. vt patet Num. 20. si aũt ingrederentur mox non fuisset cõpleta pęna a Deo assignata, quia deesset

K vnus annus, ideo non debuit permitti ingressus.

Si aũt aliquis diceret, ꝙ non constat, in quo anno steterunt Israelitę in Cadesbarne secunda vice, sed solum constat, ꝙ erat mensis primus anni alicuius.

Rñdendum est, ꝙ quantum ad hoc non est necessarium determinari quis annus ille esset, & mẽsis ille primus, quia aut erat primus in anno 40. ab exitu de Aegypto, aut in aliquo alio anno priori: nam non potest dici, ꝙ fuerit primus in anno 41. quia decimo die anni 41. transierunt Israelitæ Iordanem, & iam erat mortuus Moyses & Aaron, & erant facta bella contra reges duos Amorrhęos, tamen ista facta sunt ante

primum

primum mēsem anni quadragintaunius, cum in mēse 11. anni quadragesimi Moyses recitauerit Deuteronomium totum, vt patet Deuterono. primo, & in eo retulit de bellis factis contra reges Amorrhęos in capitu. secundo & tertio. ista tamen facta sunt post mensem illum primum, quo steterunt Israelitæ in Cadesbarnę. Quod patet, quia de mansione in Cades, & mēse primo fit mentio Nume. 20. De bellis autem contra Amorrhęos reges habetur Nume. 21.

Item patet hoc, quia Aaron mortuus est post Mariā sororem suam, quæ mortua est in Cadesbarne mense primo, vt patet Nume. 20. cum dicatur, quòd de Cadesbarne profecti sunt Israelitę in montem Hor, & mortuus est ibi Aaron eodem capitu. fuit tamen mortuus Aarō ann. quadragesimo mēse 5. anni eiusdem Numeri 33. capitul. ergo Maria, quæ dicitur mortua mense primo, necessario fuit mortua in mense primo anni quadragesimi, vel alicuius anni pcedētis, & quocunque modo manebit ratio assignata, & fortius quidem, si dicatur quòd in primo mense anni 39. vel 38. steterunt Israelitę in Cadesbarne, cum mortua est Maria, quia non debebant introire Israelitæ ante finē quadragesimi anni in terram Chanaan.

Obitus Aaron.

Item satis patet, ꝙ fuerit ille mensis primus anni 40. vt declaratum est Num. 20.

Secunda causa est, quia Deus posuerat in pęnam, ꝙ nullus de his, qui murmurauerant introirent in terram Chanaan, sed omnes morerentur in solitudine: Numeri decimoquarto, si tamen permitterentur introire per locū Cadesbarne, cum ibi steterunt secunda vice, multi de his, quibus pęna fuerat imposita, introirent, ergo non debuerunt ingredi. Consequentia patet, quia non erant omnes illi mortui, cum steterūt Israelitæ in Cadesbarne secunda vice: nam vsque ad torrentem Zareth durauerunt, & cum transissent illū iam defecerant omnes, qui fuerāt computati a viginti annis, & supra, & qui murmurauerāt, vt patet Deuteronom. secundo, & tamen torrens Zareth est apud confinia Moabitarum, & Ammonitarum, & circa terram Sehon regis, & ad hunc locum accesserunt Israelitę aliquanto tempore, postquam steterunt in Cadesbarne, vt patet Numeri vigesimoprimo, iuncto 33. idem patet Deuteronom. 2. patet etiam ex ordine mansionum, quia Israelitę prius venerunt in Ieabarim, & immediatę in torrentem Zareth Numeri vigesimoprimo, tamen mansio Ieabarim est post Cadesbarne, distans quinque mansionibus Numeri trigesimotertio cap. ergo quando steterūt in Cadesbarne secunda vice, nondum mortui fuerant omnes, in quos lata fuerat sententia non ingrediendi in terram Chanaan. Vnde non debuit ei dari ingressus per Cadesbarne. Ratio tertia est, quia Deus volebat dare Israelitis terram duorum regum Amorrhęorū, & isti habitabant ad partem orientalem terrę Chanaan ad orientem Iordanis, vt patet pręcedenti cap. & supra 12. fuit autem terra ista habita ex occasione quadam, s. quia Israelitę miserunt ad regem Sehon, vt daret eis ingressum per terram suam, & cibos emerent nihil nocentes, noluitque hoc facere, sed exiuit in pugnam contra Israelitas in Lassa, & sic percussit eum Israel Nume. 21. & Deuterono. 2. idem modus fuit quantū ad regem Og, quem occiderunt Israelitę, quia exijt ꝯ eos in bellum Num. 21. & Deute. 3. si tamen transijssent in terram Chanaan per locum Cadesbarne, non pugnassent contra istos duos reges, quia isti erant in parte orientali, vt dictum est: Cadesbarne est in latere meridiano: Num. 34. *Quadraginta annorum eram, quando misit me Moyses.* Hic vult inducere Caleb, ꝙ debeat sibi dari ciuitas Hebron, & in hoc tollit argm̄: posset enim dicere Iosue ipsi Caleb, ad quid vis accipere

Torrens Zareth, Deut. 2.

A Hebron in hęreditatē, quia ibi habitant gigantes fortissimi pugnatores, & tu es iam grandæuus non potēs pugnare: vnde non poteris accipere vrbem de manibus eorum? respōdet Caleb, ꝙ poterit, quia fortis erat nunc ad bellum, sicut cum erat iuuenis, & format rationem. s. ego eram 40. annorum, qn̄ misit me Moyses de Cadesbarne, & tūc eram vir fortis ad pugnam sicut ex conditione ętatis ipsius patet, sed nūc manet in me fortitudo temporis illius, tam ad pugnandum q̄ ad gradiendum, ergo potero debellare hos gigantes, & capere vrbes eorum. Ex his, quæ dicuntur hic, apparet quot anni fluxerant a tempore, quo transierant Israelitæ Iordanem vsque ad tempus, quo Caleb

B ista locutus est, & sunt anni quasi. 7. Nam Caleb erat annorum 40. qn̄ missus est de Cadesbarne ad explorandum terram Chanaan, vt dicitur hic: sed qn̄ loquebatur, erat annorum 85. vt patet infra in litera, ergo a tempore, quo fuerant missi exploratores, vsq; ad tempus locutionis huius, transierunt anni 45. sed a tempore, quo exploratores missi sunt, vsque ad tempus transitus Iordanis fluxerunt anni 38. & parum plus, ergo ab illo tempore vsq; ad locutionem istam fluxerunt anni ferè. 7. patet consequentia subtrahendo. 38. de 45. annis. Patet, quia exploratores missi sunt in secundo anno ab exitu de Aegypto, vt probatum fuit Nume. 13. & quia statio in deserto fuit annorum 40. manebunt usq; ad transitum Iordanis anni 38. & ad cōplendum. 45. restabunt 7. isti fluxerunt ex eo, quo trāsierant Israelitæ Iordanem vsq; ad tp̄s locutionis huius, & tm̄ fuit tempus bellorum. Non tn̄ fuerunt cō-

C pleti septem anni, quia exploratores non fuerunt missi de Cadesbarne in fine anni secundi ab exitu de Aegypto, sed in fine tertij mensis, vel in principio quarti, vt declaratum est Num. 13. deficiebat ergo dimidiꝰ annus, aut ferè ad completionem annorum septem. *Quando misit me Moyses.* Tota multitudo miserat istos exploratores, sed quia Moyses erat princeps populi, dicebatur ipse misisse, quia ipse administrabat omnia negocia nomine totius multitudinis. Etiam quia ad eum dixerat Deus: mitte viros, qui considerent terrā Nume. 13. cap. Et dicit Caleb, ꝙ misit eum Moyses: non eum solum, sed etiam alios. 12. viros. *Moyses famulus Domini.* In laudem dicit scriptura de eo ista, quia quamq̄ aliqui alij essent famuli Dn̄i, nullus tn̄ ita fi-

Moyses fidus Dn̄i feruꝰ erat.

D deliter Deo famulabatur sicut Moyses, ideo Deus de eo dixit, ꝙ erat fidelis in tota domo sua Num. 12. cap. *Vt considerarem terram.* Scilicet totam terram Chanaan, cuius conditiones scire volebant Israelitæ, antequam ingrederentur in eam. Quid autem in ea considerare deberent, & qūo, habetur Nu. 13. & Deut. 1. *Nunciauique ei, quod mihi verum videbatur.* Declarat qūo ipse non demeruerit priuari terra Chanaan, sed magis habere possessionē in ea, quia non narrauit mala de ipsa, sicut alij exploratores, sed bonum quod ei videbatur. Et dr̄, ꝙ narrauit s̄m cor suum, q.d. ꝙ alij narrauerunt, quod eis non videbatur: nam ipsi sciebant terram esse bonam, cum uidissent eam: tn̄ de ea mala

E enarrabant mouentes cor populi ad murmurandū. Sic dicitur Nume. 13. & 14. ꝙ detraxerunt terræ, quā lustrauerant apud filios Israel. Detrahere autem non est, nisi cum quis bona cognoscens, mala enarrat, vt famam rei diminuat: si aūt enunciassent, q̄ eis videbātur non detraxissent Caleb autem dixit qd̄ verum sibi videbatur. s. quia videbatur sibi terram esse bonam, & ita testificatus est. Etiam videbatur, quòd quamquā gens illa esset robusta, quòd possent eam deuorare, sicut panem, si Deus propitiaretur eis Num. 14. In Hebræo habetur. *Locutus sum ei iuxta cor meum.* Quod ad idem redit, scilicet, quòd locutus fuit Caleb Moysi id, quod uidebatur sibi iuxta cor suum, & alij non

Detractio quid.

nunciauerunt Moysi, vel Israelitis iuxta corda sua.

Expositio Ra. Sal. reijcitur. Rabbi Sa. dicit, quòd locutus fuit ei secundum cor suum, & non secundum os suum, in quo dicit, quòd exploratores. 12. inter se cōuenerant in itinere, vt mala enunciarent de terra illa: Caleb autem & Iosue q̄q̄ non intenderent mala enunciare de terra, tamen timore mortis consenserunt in via alijs, dicētes quòd etiam ipsi detraherent, postea autem non detraxerūt, sed enunciauerunt bona, ideo non locuti sunt secundum os suum. i. secundum quòd ante promiserant, sed secundum cor suum. i. secundum ꝙ ante mente tenebant, cum ista timentes promitterent. An verū sit nihil refert, sed ex litera non hēt colorē, quia litera ista nihil signat, nisi ꝙ Caleb locutus fuit Moysi iuxta cor suum. i. secundum quòd intendebat, & nō detrahēdo atq; occultando veritatem. *Fratres autem mei, qui ascenderunt mecum.* Vocat hic fratres suos alios exploratores, & non sunt fratres in cognatione, cum isti essent duodecim viri missi de duodecim tribubus Israel Numeri 13. cap. sed vocantur fratres, quasi comparticipes in aliquo officio. s. in exploratione. Nō accipiuntur hic omnes exploratores, sed solum decē, quia sequens verbum non refertur ad omnes, sed solum ad decem eorum, qui detraxerunt terræ. Iosue autem, qui erat alius de exploratoribus non detraxit terræ Chanaan, sed cum Caleb enunciauit bona Numeri 14. Caleb, tamen hic non excepit aliquem de exploratoribus, sed dixit ꝙ fratres sui exploratores dissoluerant cor populi. Causa fuit, quia ipse loquebatur ad Iosue, qui fuerat vnus de exploratoribus, & ipse solus non murmurauerat cum Caleb. In locutione autem ꝑsona, de qua fit sermo distincta est ab ea, ad quam est sermo, quia fit sermo de aliquo in tertia persona ad secundam tamen fit semper sermo. Cum ergo loqueretur hic Caleb de aliquo in tertia persona, & ad Iosue dirigebantur sermones isti, non poterat ipse intelligi nomine eorū, ad quos est sermo, nisi expresse de ipso fieret mentio. Vnde non fuit necesse quando dixit Caleb, quòd fratres sui exploratores dissoluerant cor populi, ꝙ exciperetur Iosue: si tamen Caleb ad aliquem alium loqueretur de exploratoribus sermones istos, conueniens erat, ꝙ exciperetur Iosue, quia ibi poterat comprehendi in tertia persona, cum nō fieret ad eum sermo. *Dissoluerunt cor populi.* Idest fecerunt timere totum populum. Est sensus quòd ante hoc totus Israel erat confortatus ad introeundum in terram Chanaan credens hostes leuiter subijciendos eis, cum autem exploratores dixerunt populum esse proceræ staturæ, & ꝙ non possent pugnare contra eos, totus populus extimuit nimis, & liquefactum est cor eius, atque in dolorem, & murmurationem versi sunt. *Et nihilominus ego secutus sum dominum Deum meum.* Idest quamquam alij detraxissent terræ, ego non detraxi dicens bonum, quod mihi videbatur, & in hoc secutus sum dominum, scilicet, quia Deus dixerat terram illam esse bonam fluentem lacte, & melle, etiam quòd omnes habitatores eius disperderet a facie Israelitarum. Ego autem sic dixi, scilicet terra quam circuiuimus valde bona est, si propitius fuerit nobis Deus introducet nos in eam, nolite rebelles esse contra Deum: ne timeatis populum terræ huius, quia sicut panem ita possumus eos deuorare Numeri decimoquarto, & in hoc secutus sum sententiam Dei. Alij autem è contrario Deo repugnauerunt, dicentes: terra, quam lustrauimus deuorat habitatores suos. Etiam dicebant quòd nō possent præualere aduersus gentem illam, scilicet nequaquam ad hunc populum valemus ascēdere, quia fortior nobis est: Numeri trigesimotertio, & Deus perhibuit testimonium, quòd Caleb, qui plenus alio spi-

Fratres hic qūo accipiant.

F ritu secutus est me: hunc introducam in terram, quā circuiuit. *Iurauitque Moyses in die illo.* Hoc refertur ad diem, in quo Caleb secutus est dominum. Quòd si accipiatur propriè ipse semper fuit secutus Deum: fuitque cor eius rectum, & in toto illo itinere, quo perrexit cum alijs exploratoribus intendit sequi eū: sed non aperuit an ipse sequeretur Deum vsque ad diem illum, quo alijs exploratoribus detrahentibus terræ Chanaan ipse bona enūciauit, & increpuit multitudinem: vnde voluit tota multitudo lapidare eū, & Iosue Numeri decimoquarto capi. sed gloria Domini apparens super tabernaculum protexit eos. In hac ergo die secutus est dominum Caleb, & de die hoc intelligitur, ꝙ tunc iurauerit ei Moyses, id quod

G habetur hic, an Moyses iurauerit aliquid Caleb non reperitur alibi, quia Numeri decimoquarto capitu. vbi habētur hæc, solum dicitur, quòd secutus est Caleb Deum, ideo quòd possideret terrā, quam circuiuit: de iuramento tamen nihil legitur.

Sed intelligendum est, quòd fuerit, cum hic dicatur ꝙ Moyses iurauit: fieret autem sic, quòd Deus diceret Moysi verba, quæ recitat hic Caleb, & quæ habentur Numeri decimoquarto, scilicet Seruum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, introducam in terram hanc. Et Moyses retulit verba hæc ad Caleb, & vt magis assentiret iurauit ei sic futurum.

Terra, quam calcauit pes tuus, erit possessio tua. Idest tu habebis possessionem in terra Chanaan, quam pedibus

H tuis calcasti. Non habentur talia uerba Numeri decimoquarto, vbi de hoc agitur, sed dicitur: seruum autem meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, introducam in terram hanc, quam circuiuit, & semen eius possidebit eam: ponuntur tamen hic verba pertinentia ad eandem sententiam.

An Hebron Caleb promissa fuerit, & quomodo. qua in re Lyranus improbatur. Quæst. VII.

SCIENDVM autē, quòd ex his verbis vult inferre Caleb, ꝙ debeat ei assignari possessio, qa Deꝰ dixit, ꝙ terra, q̄ calcauit pes, vel quā circuiuit, erit possessio eiꝰ, ergo possessio erat ei danda. Aliqui volunt inducere literam istam ad probandum ꝙ ciuitas Hebron deberet dari Caleb in possessionem, & dicunt, ꝙ cum Caleb videret animos aliorum exploratorum inclinatos ad detrahēdum de terra, recessit per aliquantum tempus ab eis, vadens in Hebron solus ad locum, vbi erant sepulchra patriarcharum, & orans ne discederet a veritate, sicut alij exploratores, ideo Moyses promisit ei sub iuramento dare ei Hebron in possessionem, sic volunt Hebræi & Nicolaus. Quidq̄d autē veritatis historicæ in hoc fuerit, non apparet: tamen manifestum est dictum istud esse falsum ex parte, & partim non verisimile. Cum enim dicit, quòd Caleb per aliquantum tempus recesserit in terram Chanaan a cæteris explora-

I (I in margin)

K toribus, non est verisimile, quia ipsi nesciebāt terram illam, & si vnus ab alijs discederet, nunquam eos inueniret, cum ipsi non haberent aliquam certam viā, sed vagabantur hinc inde.

Item dicitur, quòd secesserit ipse a cæteris ad orandum ne peruerteretur cor eius a veritate, sicut corda cæterorum, non est verisimile, quia Caleb, & Iosue eodem spiritu bona enunciauerunt de terra Chanaā, & restiterunt multitudini increpantes eam, vt patet Numeri 14. ergo si Caleb recederet ad orandum, nō maneret Iosue, cum cæteris, cum Caleb & Iosue essent eiusdem intentionis.

Item

Item falsum est,quod dicitur, scilicet, ꝙ Caleb se cedens a cæteris,solus venit in Hebron. Nam omnes exploratores venerunt in Hebron Nume.13.cum dicitur: Ascenderuntq; ad meridiẽ, & venerunt in Hebron. Quòd aũt Moyses iurauerit,ꝙ veniret in hæreditatem Hebron ipsi Caleb, etiam non est satis verisimile:nam si fuisset hoc iam pertineret ad Caleb Hebron determinate, ita ꝙ nemo ei posset tollere, nec Iosue,sicut non poterat Iosue tollere alicui tribui totaliter ius hæreditatis, cum Moyses dixisset omnibus tribubus dandam esse hæreditatem. Etiam non oportuisset,vt peteret Caleb dari sibi Hebron, quia iam data fuisset, & si fortassis petere voluisset ne videretur iure suo accipere possessionem,tamen non oportuisset vti tot suasionibus, ideo magis est verisimile, ꝙ non iurauerit Moyses ad tale, sed petiuit Caleb dari sibi vrbem illam, quia erat in sorte filiorum Iuda & placuit in oculis eius. Etiam quod magis est, quia si iurasset Moyses Caleb,ꝙ Hebron cederet ei in possessionem, hoc expressisset, quod erat fortius ad iuuamentum causę suæ quàm cætera,quæ ponit hic. Imprudenter ergo suaderet si omisso maximo & directissimo fulcimẽto causę suę,ad ea, quę minora erãt, & quasi impertinentia recurreret, sed non expressit aliquid tale,ergo credendum est,ꝙ non fuerit. Si autem arguere velimus ex litera, solũ inducetur, quòd debebat aliqua possessio dari Caleb, sed non patet, q̃ esset. Nam Num.14.dicitur:Seruũ meum Caleb &c. introducam in terram hanc quam circuiuit, & semẽ eius possidebit eam. Ex illo ergo non habetur,nisi ꝙ Caleb non moreretur in solitudine,sicut alij exploratores,& Israelitæ murmuratores, sed introiret in terram Chanaan, & haberet ibi progeniem manentẽ in terra post eum. Si aũt ex litera ista arguere velimus, idem inducitur.s. Terra, quam calcauit pes tuus, erit possessio tua.i.in terra, quam calcauisti pedibus tuis, habebis possessionem.s.in terra Chanaan: non infertur tamen hic determinatè quam terram possessurus esset.

Aliqui tamen dicunt ex hoc inferri, ꝙ possessurus esset Hebron, quia ipse ascendit in Hebron cum cæteris exploratoribus Numeri 13.& calcauit terram illam pes eius,illam ergo erat possessurus.

Dicendum est non sequi ex hoc: nam tunc inferretur,ꝙ totam terram Chanaan possessurus esset Caleb, quia totam terram calcauit.s. a latere meridiano vsque ad septentrionale declinando aliquando ad orientem,& aliquando ad occidentem,vt patet Num. 13.& ibi declaratum est.Sed falsum est hoc, ergo nihil magis de Hebrõ quàm de aliqua alia vrbe,vel territorio intelligitur litera hæc: ideo dicendum, quòd Caleb nõ probabat petitionem suam esse necessario concedendam,sed esse iustam: si autem probasset,ꝙ Moyses iurasset ei, quòd daretur Hebrõ in possessionem,necessario inferebat dandam esse,nec esset in facultate Iosue non concedere, sed probabat Caleb esse iustam petitionem,quia Deus iusserat, ꝙ daretur ei possessio aliqua,ergo ꝙ daretur ei vrbs Hebron, quæ erat in sorte tribus suę satis erat rationabile. Sed dicẽdum est non obstantibus omnibus his, quòd ciuitas Hebron fuerit promissa determinate Caleb, vt patet infra in litera,cum dicit Caleb: Da ergo mihi montem istum,quẽ mihi pollicitus est dominus te quoq; audiente, nec tamen ex hoc conceditur positio illa hebręorum, scilicet quòd Caleb recesserit a cæteris, & solus venerit in Hebron.

Item rationes positę supra a quibusdam quantum ad aliquid stant. Nam verum est, quòd ex litera ista, & ex litera,quæ habetur Numeri. 14. non colligitur fuisse vrbem Hebron promissam Caleb: colligitur

A tamen ex litera, quæ infra habetur. Et cum arguitur quòd non oportebat vti tot persuasionibus, cum pertineret de necessitate Hebron ad Caleb, si super ea iurasset Moyses.Respondendum est non fuisse necessarium,voluit tamen Caleb ex vrbanitate & humilitate petere hoc, tanquam fieret ei gratia dando sibi qđ iam suum erat.

Et cum dicitur,quòd petitio Caleb erat imprudẽs, quia omittebat maximum fulcimentum causæ suę. Respondendum est, quòd non omisit, quia licet a principio non expresserit, tamen postea expressit, vt patet infra.

Terra,quam calcauit pes tuus, erit possessio tua. Quamq̃
B litera ista secundum se non importet necessario, ꝙ Hebron esset danda Caleb,vt declaratum est,quia tamen fuit ei promissa sub iuramento a Moyse, potest de illa intelligi.s. *Terra quam calcauit pes tuus*. i.Hebron, quæ est vna de terris,quas perambulasti,erit possessio tua. *Et filiorum tuorum*. In hoc signatur maius beneficium ipsi Caleb conferendum,quia non solum certificabatur, ꝙ ipse possideret etiam ꝙ relinqueret posteros hæredes, & progenies eius duraret per multa tempora, & istud est magnum gaudium parentum.s. relinquere natos,maximè cum sibi succedunt. *In æternum*. Idest per valde magna tẽpora. Non signatur hic æternitas propriè,quia nulli rei competit,nisi Deo:tẽpori autem licet tendatur in infinitum non competit æternitas,vt ait Boetius de consolatione lib.5. prosa vltima. Etiam non accipitur æternitas pro infinitate temporis iuxta modum Aristot.8.Physicorum, qa
C etiam in rebus nihil tale est, sed æternum vocatur quodlibet longum tempus. Vnde interdum in scriptura accipitur pro tempore, quod est minus quinquaginta annis,vt patet de seruis hebræis quorum auris perforabatur, quia dicitur, ꝙ erunt serui in sempiternum Exo.21.& Deuter.15.& tamen non durabat ista seruitus quinquaginta annis, cum in anno iubilei omnis talis seruitus tolleretur:Leui.25. immo nõ poterat durare quasi vltra annos quadraginta: nam isti, qui dicebantur effici serui in æternum, non efficiebantur, nisi transacto anno septimo nollent exire in libertatem propter vxorem & filios, & sic iam transierat vnus de septenarijs: Vnde non poterant manere, nisi anni quadragintaduo, & in istis vocabatur ser-
D uus in æternum. Ita hic accipitur in æternum pro magno tempore, scilicet quandiu Iudæi manserunt in terra Chanaan vsque ad tempora Romanorum Titi,& Vespasiani: postea autẽ nullus de Iudæis possedit terram illam. *Quia secutus es dominum Deum tuum*. Scilicet bona dicendo de terra Chanaan, vt Deus dixerat,& dando spem de superando hostes, sicut Deᵒ dederat:alij autem decem exploratores è contrario fecerunt: sunt autem verba ista Moysi ad Caleb. Nam Deus dixerat:Seruum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, introducam in terram hanc: Numeri 14. Moyses autem referens verba Dei ad Caleb,transferendo ad personam suam dixit:Terra quã
E calcauit pes tuus erit possessio tua,quia secutus es dominum Deũ tuum. *Concessit ergo mihi dominus vitam, sicut pollicitus est usque in præsentem diem*. Hic vult concludere Caleb dicens:Dñs promisit mihi,qñ eram in Cadesbarne, ꝙ daret mihi terrã hãc in possessionẽ & filijs meis,ad qđ duo requirebanť. Primum erat, ꝙ daret mihi vitam vsquequo ingrederer in terram hãc, & acquireretur de manu hostium. Secũdum erat,ꝙ actualiter mihi daretur in possessionem. Primum mihi datum est, quia concessit mihi dñs vitam vsque in pñtem diem.s.post illam promissionem mihi factam cęteri fratres mei exploratores mortui sunt, & omnes alij coętanei atque ętate iuniores, data super eos

sententia mortis: dominus autem voluit me conseruare vsque in præsentem diem, cum iam sim annorũ octoginta, in quo fuit singulare priuilegium. Satis ergo consequens est, ꝙ velit impleri aliam particulam promissionis. s. ꝙ detur mihi terra ista in possessionẽ.

Quadragintaquinque anni sunt, ex quo locutus est dominus verbum istud ad Moysen. Inducit hic Caleb aliud fulcimentum ad hoc, ꝙ terra ista debeat ei dari. Et potest dupliciter induci. s. per modum responsionis. Vel tanquam probatio. Primo modo est sensus: diceret aliquis, ꝙ non erat cõueniens dari vrbem Hebron Caleb, quia in ea erant gigantes viri fortissimi ad pugnã, quos ipse non posset delere de terra, & sic nunquam eam caperet, & hoc quia erat iam grandæuus nõ potẽs pugnare, scilicet annorũ octogintaqnq; rñdet Caleb, ꝙ poterit delere gigantes illos, quia ipse erat quadraginta annorum, cum missus est de Cadesbarne, & nunc erat octogintaqnque, tñ fortitudo tẽporis illius manet in eo vsque nunc, ideo sicut tunc potuisset expugnare gentem illam, ita & nunc.

Alio modo introducetur ista litera, vt probatio. s. ꝙ Deus vellet dari istã terrã Caleb, & est sensus: Deus dedit mihi ex priuilegio vitam vsque in præsentem diem, cum nullus de coętaneis meis manserit: dedit etiam robur magnum, cum tãtę fortitudinis sim hodie, sicut cum eram quadraginta annorum, quod nõ reperitur in aliquo homine. ergo satis apparet, ꝙ Deꝰ velit hanc terrã dari mihi, cum dederit omnes dispositiones conuenientes ad habendum eam. *Quando ambulabat populus Israel per solitudinem.* Scilicet quãdo erat in deserto in mansione Cadesbarne. Nam de ipso loco missi sunt exploratores, vt patet hic, & ad locũ ipsum redierunt manẽte ibi populo, vt ẽt patet hic, cum dicatur, ꝙ ibi iurauit ei Moyses, quæ dicta sunt, & ibi locutus est Deus de ipso Caleb, & Iosue: stans autem in Cadesbarne Israel dicebatur ambulare per solitudinem, quia terra illa erat desertum magnum, vt patet Num. 14. s. vtinam mortui essemus in Aegypto, & nõ in hac vasta solitudine.

Hodie octogintaquinque annorum sum, sic valens, vt eo valebam tempore, quo ad explorandum missus sum. In hoc patet, ꝙ non erat aliqs in tota tribu Iuda, ita senex, sicut Caleb, nec in toto populo Israel præter Iosue, & aliquos forte de Leuitis, & apparet, quia sententia mortis, & non ingressionis in terram Chanaã fuit data super omnes numeratos a viginti annis, & supra Nume. 14. ista numeratio erat in omnibus duodecim tribubus Israel Num. 1. in Leuitis aũt nequaq̃; cum iubeatur non poni summam Leuitarum cum Israelitis ibidem: omnes aũt hi mortui sunt ante introitum in terram Chanaan, ergo nullus introiuit in terram Chanaan, qui haberet viginti annos, & dimidium cõpletos, quando data est sentẽtia in Cadesbarne. Et dico de dimidio, quia summa Israelitarum a vigesimo anno, & supra fuit accepta in monte Sinai mense secundo anni secundi, vt patet Num. 1. & tunc omnes, qui compleuerant viginti annos computati sunt, qui autem nondum compleuerant, etiam si deficerent dies 15. non computabantur inter viros bellatores. Post istam autem supputationem venerunt Israelitæ in Cadesbarne, interpositis mansionibus vigintiuna, vt patet Num. 33. & in his morati sunt aliquanto tpe, ita vt peruenerint in Cadesbarne in fine tertij mẽsis, vel principio quarti anni eiusdem: nam die 20. mensis secundi anni eiusdem recesserunt de monte Sinai Nume. 10. cap. multi. n. in Cadesbarne iam compleuissent annum. 20. qui in monte Sinai non compleuerant, nec fuerant computati, & super hos non fuit lata sñia quãtum est ex tenore verborũ: qui ergo erat in Cadesbarne annorum. 20. præcisè, vel 20. & vnius

F mensis, aut parum plus, non ligabatur sententia lata in Cadesbarne, quia non erat de numeratis, cum nõ fuisset viginti annorum in monte Sinai, qui tamẽ in Cadesbarne fuerunt viginti annorũ, & quatuor mensium, vel amplius, vel trium & dimidij, ligati sunt sententia lata ibi, quia ipsi erant viginti annorũ in monte Sinai, & computati sunt. Nulli igitur de his, qui habebant annos viginti & dimidiũ, cum venerunt in Cadesbarne introierunt in terram Chanaan, sed qui erant viginti annorum, & parum plus ad magis, sed a tpe illius sñiæ datæ vsquequo locutus fuit Caleb verba hæc fluxerunt anni 45. cum dicatur: quadragintaquinque anni sunt, ex quo locutus est dñs ad me verbum istud, ergo senior in toto Israel poterat esse an-

G norũ 65. nunc additis. 20. quos poterat habere in Cadesbarne ad istos. 45. Caleb tñ erat 85. ergo. 20. annis excedebat omnes alios de populo ad minus.

Item patet, quia nullus introiuit in terrã Chanaan, qui in Cadesbarne ageret annos viginti & dimidium, sed ad magis 20. & parum plus: Caleb tñ tũc erat 40. annorum cũ missus est de Cadesbarne, vt patet hic, ergo excedebat. 20. annis omnes seniores Israel. De Iosue aliud erat, quia ipse non fuit de computatis, tñ non fuit ligatus sñia illa, cum exceperit eum Deus: Nume. 14. iste erat ęque senex, vt Caleb, vel forte senior, cũ dicat præced. c. ꝙ Iosue erat senex, & prouectę ætatis, qñ dixit Deus ad eũ, vt diuideret terrã. De Leuitis quoq; non tenet supra dictum, quia sñia mortis fuit data super numeratos a viginti annis, & supra

H non fuit autem talis numeratio Leuitarum, sed quædam fuit ab vno mense, & supra Nume. 3. quædam a 30. annis Num. 4. quædam a 25. Num. 8. ideo isti non ligabantur hac sñia, & sic poterant esse inter eos aliq seniores Caleb. De mulieribus idem dicendum est. s. ꝙ non fuerit directe data illa sñia super eas, quia dicitur de numeratis a viginti annis: mulieres aũt nõ cõputabantur a viginti annis, nec sm aliq̃ ætatem, quia ad nullã ministrationẽ necessariæ erãt. Nam & in Leuitis ibi fiebat cõputatio ab vno mense, & supra non cõputabantur fęminæ: Num. 3. Causa ibi dicta est: iõ poterant esse fœminæ in qualibet tribu vetustiores Caleb. Nõ tñ ex hoc quisq̃ intelligat, ꝙ nulla de mulieribus mortua fuerit in deserto, vel nullus de Leui-

I tis ob istam causam: nam oẽs, qui murmurauerũt, siue essent masculi, siue fœminæ, siue a 20. annis, siue infra in deserto mortui sunt. Posita fuit tñ regula de numeratis a 20. annis, & supra, quia in istis fuit gñale, ꝙ murmurarent, ideo ullus non euasit pter Caleb, & Iosue, quia murmurauerunt. In Leuitis aũt, & fœminis aliquæ murmurauerunt, ideo non fuit de eis dictum aliquid generaliter, sicut de viris numeratis a viginti annis, & supra.

Sic valens, vt eo valebam tempore, quo ad explorandum missus sum. Satis est hoc admirabile, quia quando erat annorum quadraginta missus fuit ad explorandum, vt patet supra in litera: nunc autem erat annorum octogintaquinque, & tamen dicit se ita valentem ad pugnandum, & ambulandum. in alijs autem non cõ-

K tingit hoc, quia licet aliqui homines ex bonitate naturæ interdum cum perueniunt ad annos octogintaquinque habeant motum corporis conuenientem, & operationes sanas, tamen ad pugnandum conuenientes nequaquam sunt, nec ad gradiendum. s. in via, & ob hoc exprimit ista Caleb, tãquam aliqua specialia concessa sibi a Deo. Item cum enarrantur magnalia antiquorum virorũ in Ecclesiastico enarratur de Caleb, ꝙ permansit in eo fortitudo. s. Et dedit dñs ipsi Caleb fortitudinẽ, & vsq; in senectutẽ permansit illi virtus, vt ascẽderet in excelsum terræ locũ, & semẽ ipsius obtinuit hæreditatẽ: Ecclesiastici. 46. c. erat aũt hoc ad-

hoc admirabile tempore Caleb, & Iosue, quia vita erat breuis, scilicet ad annos centum, vel centum decem sicut fuit de Iosue infra cap. 24. non erat tamen admirabile in prima ętate sęculi, quia tunc homines robustiores erant anno centesimo, cum vita eorum ferè vsque ad annos mille tenderetur, vt patet Gen. 5. cap. tunc enim ætas centum annorum erat proportionaliter, vt nunc ętas viginti annorum vel vigintiquinque immo minus, & sic non erat plenum robur homini anno trigesimo, sed postea acquirebatur temporibus illis, postea autem mutata periodo speciei humanę aduenit homini summa perfectio virium alijs temporibus. Sicut ergo in prima ætate sęculi fuisset admirabile permanere alicui robur suum vsque ad nongentos annos, quod habebat cum esset centum, vel ducentorum annorum: ita erat admirabile de Caleb robur vsque ad octogesimum quintum annũ ei permansisse. *Illius in me temporis fortitudo vsque hodie perseuerat.* Accipitur fortitudo pro robore, quia virtutis nomen & habitus est fortitudo: hic autem pro corporis viribus sumitur, sed largè vocatur fortitudo: sic quoque interdum vocat Aristot. vt patet Ethic. 2. s. ex multum cibum sumere, & frequentes labores sustinere efficitur quis fortis. Loquitur hic Caleb de illo tempore, s. quo ad explorandum missus est, & tunc erat annorum quadraginta, vt patet supra. *Tam ad bellandum quam ad gradiendum.* Posuit ista dua opera, quia ista sunt cõmunia opera roboris corporalis, & maximè pertinebãt ad pręsens negocium, quia bellare etiam interdum requirit facultatem gradiendi expeditè, vt in prosecutione hostium, & cæteris motibus bellicis. Vel forte posuit ista duo, quia si solum dixisset quòd erat potẽs ad bellãdum sicut prius fuerat, & nihil addidisset, diceretur quòd manebat in eo robur temporis prioris, sed non agilitas. Nam ad bellandum exigitur robur magis quàm agilitas: ad gradiendum autem agilitas magis quàm robur, ideo Caleb expressit vtrunque in se manere. Et hoc admirabilius erat, quia senectus semper grauis est, & difficilis ad motum. *Da mihi ergo montem istum.* Idest vrbem Hebron.

[margin: Fortitudo quomodo accipiat.]

Nicolaus dicit ex hoc patere esse verum, quod dixit supra 11. s. ꝙ Iosue ceperit vrbem, quãtum ad partem, quæ erat in plano, & Caleb cepit postea partem illam, quę erat in montanis, in qua erant gigantes & expulit eos inde. Ad hoc tamen videtur oppositum supra vndecimo cum dicatur quòd Iosue expulit gigantes de vrbibus Hebron, Anab, & Dabir, & de omnibus montanis Iudæ, & Israel. Sed de hoc ibi declaratum est quòd Caleb gigantes illos deleuit, & non Iosue. Nec solum hoc sed etiam vrbem ipsam Hebron totam cepit tam in plano quam in montanis. De hoc tamen quidquid sit, satis tamen patet, quòd non confirmatur ex litera ista positio Nicolai, s. quòd ceperit Caleb partem montanam Hebron, & Iosue partem planam, quia dixit da mihi montem istum. Nam non accipitur hic mons pro parte montana vrbis Hebron, sed pro quodam magno monte, in quo erat vrbs Hebron cum multis alijs vrbibus, vt patet, cùm dicitur: Da mihi montem istum, in quo Enacim sunt vrbes magnæ, atque munitæ. Magis ergo patet ex hoc contrarium. *Da mihi montem istum.* Potest ergo intelligi pro sola vrbe Hebron, quæ quamquam cum multis alijs esset sita in monte, tamen solam illam petebat Caleb. Ex verbis tamen literæ magis videtur petere totum montem illum cum vrbibus, quæ in eo erant, sed tenendo hunc sensum dicetur quòd quamquam verba sua hoc sonarent, ipse tamen de sola vrbe Hebron loquebatur.

[margin: ...]

Alio modo potest intelligi, quòd Caleb peteret

A totum montem illum, in quo erat vrbs Hebron cũ vrbibus, & locis alijs, quæ ibi erant: vnde satis verisimile est quòd peteret montem, in quo erant vrbes tres Hebron, Anab, & Dabir. Nam in qualibet harũ erant gigantes, vt patet supra 11. s. In tempore illo venit Iosue, & interfecit Enacim de montanis Hebron, Dabir, & Anab: & de omni monte Iuda, & Israel. Et sic videtur hic signare Caleb, quòd in monte isto essent multi gigãtes, cum dicit: Da mihi montem istũ, in quo sunt Enacim, vrbes multæ, atque munitæ. Itẽ quòd Dabir esset in isto monte, & pertineret ad Caleb aliqualiter patet sequen. cap. & Iudic. 1. vbi dixit Caleb: Qui percusserit Cariathsepher, quæ est Dabir dabo ei Axam filiam meam: si tamen non pertineret Dabir ad possessionem Caleb nihil ad eum pertineret dicere: Qui percusserit Cariathsepher, siue Dabir. Quòd autem Dabir esset apud Hebron in montanis satis colligitur sequen. cap. & Iudic. 1. vbi cum dictũ fuerit de Hebron capta subiungitur, quòd inde conscendens Caleb venit ad habitatores Dabir: & iste sensus est magis conueniens, quàm quòd solum ceperit Hebron in possessionem.

B

Quem mihi pollicitus est Dominus. Idest Dominus promisit mihi dare montem istum. Quomodo promiserit non patet. Nam in verbis illis, quæ habentur Numeri 14. s. Seruum autem meum Caleb &c. introducam in terram, quam circuiuit, & semen eius possidebit eam. non concluditur magis quòd possessurus foret Caleb terram illam, quàm aliam quamcunque: sed quia hic dicitur, quòd Deus promisit necesse est quòd intelligatur fuisse promissum, & promissa fuit, quando facta sunt ea, quæ habentur Num. 14. quamquam ibi subticeatur. *Te quoque audiente.* Idest tu etiã audisti quando Dominus promisit mihi montẽ istũ. Non est sensus quòd Deus locutus fuerit ad Caleb, & illa verba audierit Iosue, sed Deus locutus est ad Moysen de Caleb & Iosue semel, & iterum de solo Caleb: postea autem Moyses enarrauit verba, quæ Deus dixerat de Caleb, & audiuit hæc Iosue: & ista sunt, quando iurauit Moyses Caleb: terra quam calcauit pes tuus erit possessio tua &c. & fuit iuramentum istud coram plurimis de populo.

C

D *In quo Enacim sunt.* Idest in monte isto sunt gigantes. Non solum erant gigãtes in vrbe Hebron, sed etiam in vrbe Anab, & Dabir: & istæ tres erant in monte illo. Sic innuitur supra vndecimo, s. ꝙ interfecit Iosue gigãtes de montanis Hebron Dabir, & Anab: & hoc quia in monte illo non erat vnica ciuitas, sed multę. *Vrbes magnæ atque munitæ.* Idest in monte isto sunt vrbes Caleb, & familiæ suæ: ꝗa ipse habebat sub se magnam familiam cognatorũ, & pro omnibus petebat. *Si forte sit Dominus mecum.* Idest ideo vellem habere vrbes istas, in quibus sunt gigantes, vt possim eos expellere de eis, si Deus me adiuuet.

Et potuero delere eos. Idest totaliter disperdere non dimittendo radicem eorum in terra. & sic factum est sequenti cap. nam deleuit Caleb gigãtes tres de vrbe Hebron: Othoniel autem frater eius deleuit omnes tam gigantes quàm non gigantes habitatores vrbis Dabir sequenti cap. & Iudi. 1. de vrbe Anab, quæ erat in eodẽ monte, & habebat gigantes supra vndecimo, non constat an deleuerit eam Iosue. *Sicut promisit mihi.* Idest sicut dixit mihi Deus, quòd ego possiderẽ terrã hanc, & semen meum post me: sed non potest terra ista possideri, nisi acquiratur de manibus gentium, ergo promisit mihi quòd acquiri posset de manibus gigantum istorum, quia qui promittit aliquid dari promittit omnia, sine quibus res dari non potest: & & sic quamquam Deus non expressisset, quòd adiuuaret Caleb ad expellendum gigãtes de terra, dicebat

E

Caleb

Caleb sibi fore hoc promissum, quia necessariò sequitur ex promissione Dei. *Benedixitque ei Iosue*. Posita petitione hic agitur de libera concessione, Caleb enim petebat quod iam suum erat: nam Deus promiserat ei montem, in quo erat Hebron: promissio autem huius confert titulum: ideo habebat titulum, sed nondum fuerat assecutus possessionem. Et quia Iosue erat princeps in toto Israel eo auctore, & discernente voluit assequi possessionem: Iosue autem videns firmissima iura petitionis Caleb, non dubitauit concedere immediate, quod petebat. Et dicitur quòd benedixit ei Iosue, idest imprecatus fuit ei bonum. Erat autem ista imprecatio, vt diceretur: Dominus te adiuuet contra gigantes, vt prosperè deleas vrbes eorum, & disperdas nomina eorum de terra. *Et tradidit ei Hebron in possessionem*. Non est sensus quod tradiderit ei possessionem realē ponendo eum actualiter in vrbe, quia adhuc tenebatur ab hostibus, cum postea Caleb deleuerit ex ea gigantes, vt patet sequē. cap. sed tradidit ei possessionem, idest ius introeundi in possessionem nō requisito aliquo decreto iudicis, & ius pugnandi contra habitatores vrbis illius tanquam contra detentores rei ad eum pertinentis. *Atque ex eo fuit Hebron Caleb*. Idest ab isto tempore cępit pertinere Hebron ad Caleb, quod intelligendum est quantum ad ius possessionis. nam quantum ad proprietatem, iam pertinebat, cū Deus ei tradidisset promittendo realiter tradere, & illa promissio confert titulum. *Filij Iephonne Cenezæi*. Quare vocetur Caleb Cenezęus supra declaratum est.

Vsque in præsentem diem. Idest vsque ad diem, quo liber iste scriptus est: quod fuit tempore Samuelis. tunc enim pertinebat ad Caleb, idest ad filios eius, qa non viuebat tunc Caleb, cum multa tempora intermedia transijssent, s. omnium Iudicum, possidēte tamen semine Caleb: quia successor, & is, cui successerit, censentur eadem persona: potissimum cum filij succedunt parentibus, quia in eis est aliqua identitas naturalis, vt patet 8. Ethic. vbi vocantur filij particulæ decisę a parentibus.

An filij Caleb possederint Hebron vsque ad tempus quo scriptus est liber iste. Et eius vrbis plura nomina.
Quæst. VIII.

Sed arguet aliquis quòd non possederint filij Caleb vrbem Hebron vsque ad tempus, quo liber iste scriptus est: immo Caleb non possedit vrbem Hebron tota vita sua: immo forte nunquam. Quod patet quia in diuisione terræ vrbs Hebron data est sacerdotibus inter cæteras vrbes de tribu Iuda infra 21. sed illa diuisio facta est immediatè cum diuisa est terra aliarum tribuum, ergo viuente Caleb data est vrbs Hebron sacerdotibus, & ipse non possedit eam.

Respondendum est quòd quamquā vrbs Hebron data fuerit sacerdotibus, semper fuit ipsius Caleb: qa non fuit translata tota in ius sacerdotum.

Pro quo sciendum quòd sacerdotes, & Leuitæ nō acceperunt ciuitates cum territorijs suis agrorum & vinearum, sicut cęteræ tribus, quia ipsi non erant vacaturi agriculturę, cùm de iuribus sanctuarij sufficienter hęc perciperent, sed susceperunt solum vrbes, vt ipsi habitarent, & parua spatia in circuitu earum, quę vocantur suburbana ad alenda pecora, de quo Numeri 35. & supra in litera: ideo cùm data est vrbs Hebron sacerdotibus sola ipsa vrbs data est, territorium autem, & rura, quę erant in circuitu habitata sunt a Caleb & filijs suis, & hoc est habere vrbē, scilicet ha-

F bere territorium eius. Nam habere solum locum ad habitandum, vel ipsos muros, intra quos claudamur, facillimum est.

Et quia hęc oīa ad Caleb pertinebant dicitur ipse possedisse Hebron quamquam non possederit murorum ambitus. Sic patet infra vigesimoprimo, scilicet prima sors egressa est Cariatharbe patris Enac: quæ vocatur Hebron in monte Iuda, & suburbanis eius per circuitum: agros vero, & villas eius dederat Caleb filio Iephonne. Non tamen est intelligendū ob hoc quòd nunc quando dedit Iosue ipsi Caleb vrbem Hebron dederit ei solum agros, & villas eius, sed etiam dedit ei ipsam vrbem: postea tamen diuisis omnibus sortibus cum de singulis dandæ fuerunt ciuitates, dedit Caleb vrbem suam Hebron: non quidem quòd eam iam possedisset, quia nondum capta erat de manu hostium, sed quia renunciauit iuri quod habebat in vrbe Hebron vt eam haberent sacerdotes.

G *Quia secutus est Dominum Deum Israel*. Non ponitur istud tanquam pręmium, quia sequi Deum est actus cultus diuini cū exhibeatur ei honor magnus in hoc, & quilibet actus huius, cū fit ex charitate, est dignus vita æterna, nec potest recipere aliquid condignum hic in bonis temporalibus, cum etiam Arist. actibus virtutum moralium, qui informes sunt, non credat quidquam sufficere, vt præmium, & ob hoc iubet danda maxima bona politica bene regēti, scilicet honorem, & gloriam. 5. Ethi. & sic est verum quòd Caleb, quia secutus est Dominum, promeruit magnum gloriæ in vita æterna: sed etiam pręter hoc in præsenti merebatur suscipere bona, & istud fuit quòd concederetur ei longęua vita, & robur iuuenile vsque ad extremam senectutem: & possessio pro se & semine suo in sempiternum. Quomodo secutus fuerit Caleb Dominum supra declaratum est, scilicet, quia taliter de terra Chanaan locutus fuit, qualiter Deus locutus fuerat. Cum autem aliquis sequitur doctrinā alterius, vel dicta eius, dicitur sequi eum. Sequi Deū est actus cultus diuini.

H *Nomen Hebron ante vocabatur Cariatharbe*. Ponitur hic incidentaliter nomen vrbis huius traditę Caleb, & ipsa habet multa nomina, scilicet Hebron, Cariatharbe, & Mambrę. De duobus patet hic, & communiter habet ista duo nomina. Quòd autem vocetur Mambrę patet Gen. 23. & 29. cap. Hebron autem nomen proprium est eius: Cariatharbe est nomen eius cōpositum ex duobus appellatiuis, s. Cariath & Arba. Primum signat ciuitatem, secundum signat quatuor, idest ciuitates quatuor virorum. Dicitur autem quòd Hebron ante vocabatur Cariatharbe. Non est intelligendum quòd ista ciuitas antequam fuerit tradita Caleb, vocaretur Cariatharbe & nunc incęperit vocari Hebron, quia ante hoc vocabatur Hebron: cum in Gen. vocata fuerit Hebron. 23. cap. & Numeri decimotertio cap. & tamen Moyses, qui scripsit illa fuit multo tempore antequam susciperetur ista vrbs Hebron: ideo non poterant poni ibi per anticipationem. Sed dicendum est quòd ista vrbs etiam vocata fuerit ante Hebron, fuit etiam vocata Cariatharbe in Gen. sed dicitur hic, quòd ista vrbs fuit vocata prius Cariatharbe, idest quòd non solum vocabatur Hebron sed etiam Cariatharbe. Non tamen est sensus quòd prius ei fuerit impositum nomen Cariatharbe, quam Hebron: sed magis è contrario, quia Hebron est nomen proprium vrbis, Cariatharbe autem est nomen impositum a casu siue impositum fuerit a Iudæis siue a Chananęis. Doctoris opinio.

I

K

Quis

Quis imposuit primo nomen Cariatharbe ciuitati Hebron: & quare sic vocata est, in quo refellitur opinio Nicolai. Quæst. IX.

Qvomodo autem ista vrbs fuerit vocata Cariatharbe, dubitabatur: & dubium est in duobus. Primum est a quo fuerit nomen impositum. Secundum quare sic nominata fuerit. De primo est dubium, quia ista vrbs primo pertinuit ad Chananæos quàm ad Israelitas, cum ipsi eam fundauerint, & fuerit impositum nomen a Chananæis, quia vrbs Hebron nunquam pertinuit ad Israelitas quousq; accepit eam Caleb de manu Chananæorum, sed ante hoc vocabatur Hebron Cariatharbe, vt patet hic, cùm dicatur nomē Hebron prius vocabatur Cariatharbe: ergo Chananæi imposuerunt. In contrarium videtur quòd Cariatharbe nō est nomen Chananeum sed Hebraicum, vt patet ex origine, scilicet Cariath, idest ciuitas, Arba, idest quatuor. Respondendum est satis posse dici Hebron vocatam fuisse Cariatharbe ab vtrisque, scilicet tam a Chananæis quàm ab Israelitis. Si dicatur ꝙ a Chananeis satis rationabiliter dicitur, cum ipsi primo possederint vrbem illam, & fundauerint eam. Et tunc respondebitur quando arguitur, quòd nomen istud Cariatharbe est Hebreum, quòd interdum contingit esse idem nomen in diuersis linguis, sicut leuaui est in Hebræo, & in Latino, sed non idem signat: quia in Latino signat erigere: in Hebreo autē signat cor meum: & sic de quibusdam alijs dictionibus apud diuersa idiomata. Idem patet de multis alijs nominibus vrbium, quæ constat imposita esse a Chananæis: & tamen in Hebræo aliquid signant: sicut patet in nominibus vrbium, quæ habentur in diuisionibus sortium sequentibus. Et hoc quia quædam idiomata sunt, quæ ex parte affinitatem quandam habent. si autem teneatur quòd istud nomen fuit impositum ab Israelitis, etiam satis rationabile est: quia nomen istud ad idioma suum pertinet. Et quando arguitur quòd ipsi non tenuerunt vrbem istam vsque ad tempus, quo cepit eam Caleb, & tamen prius vocabatur Cariatharbe. Respondendum est quòd quamquam non tenuerunt eam prius Israelitæ imposuerunt ei nomen, quòd de illa locuturi erāt propter aliqua, quę ad eos pertinebant, scilicet, quòd apud eam habitauit Abraham pater eorum. Etiam quia ibi sepultus est ipse cum filio suo Isaac: & nepote suo Iacob, qui sunt patres gentis huius. Ibi etiam sunt vxores eorū. Vnde Moyses in Gen. sępe recolit de hac vrbe: & vocat eam interdum Cariatharbe: Gen. 23. Et ista positio cōuenientior est, scilicet quòd ipsi posuerint hoc nomen. Et hoc aliqualiter apparet, quia cum Moyses nominat hanc vrbem, non solum vocat eam Cariatharbe, sed ponit alia nomina eius magis exprimētia eam, scilicet Hebron, & Mambre. Si autem esset proprium nomen eius & primum Cariatharbe, posito illo non iungerentur alia.

Nunc dato quòd Cariatharbe nomen fuerit impositum ab Israelitis est dubium, quare sic vocata fuerit. Pro quo sciendum quod Cariatharbe interpretatur ciuitas quatuor virorum, & si nos eam a gentilibus dicamus nominatam, dicetur quòd vocauerunt eam Cariatharbe, idest ciuitas quatuor virorum, scilicet quatuor gigantum, quia ibi erant quatuor gigantes Sisai, Haiman, Tholmai: & pater eorum etiam erat gigas, & sic erant quatuor viri gigantes, a quibus quia pręcipui erant, vocata est ciuitas Cariatharbe. & istū sensum sequuntur quidam de Hebræis.

Sed non stat, quia non poterat istud nomen esse a multis temporibus ante, cum isti tres gigantes Sisai,

A Tholmai, & Haiman non fuissent a multis ante temporibus, cum tunc essent in terra, quando data est ista ciuitas Caleb, & ipse deleuit eos. Etiam pater eorum non fuit a multis ante temporibus.

Item si ciuitas ista esset nominata ab istis quatuor gigantibus, aut nominaretur quia ipsi soli in ea gigantes fuerunt, aut quia ipsi soli erant tunc, quando nominata est sic, & simul erant. Non primo modo, quia non solum fuerunt gigantes isti in vrbe illa, sed plures alij a principio, quia gigantes non nascebātur nisi ex gigantibus, quamquam ex gigantibus nō semper nascebantur gigantes, sed aliquando restitit, & aliquando defecit eorum progenies. Post istos autem tres, qui nominantur sequenti cap. non fuerunt gigantes in Hebron, sed ante semper fuerat aliqua progenies gigantum, quæ vsque ad hos dilatata est: non ergo ab his quatuor magis quàm ab alijs denominanda erat ciuitas. Nec est dicendum secundo modo, scilicet, quòd denominata est ab istis quatuor gigantibus, quia isti simul erant, quia solum leguntur simul fuisse isti tres, qui seq. cap. habentur. Et nō solun. nunc quando concessa est Hebron Caleb: sed etiam quadragintaquinque annis ante hoc. Nam a tempore, quo missi fuerunt exploratores vsque ad tempus, quo concessa est ciuitas ista Caleb, transierūt quadragintaquinque anni. Quod patet quia supra dixit Caleb quadraginta annorum eram, quādo misit me Moyses de Cadesbarne. & post a dixit. hodie sum octuagintaquinque annorum sic valens, vt eo valebam tempore. ergo quadraginta quinque anni medij fluxerant: & tamen tunc quando iuerunt exploratores in terram Chanaan, erāt soli tres gigantes in Hebron, qui habentur sequen. cap. vt patet Numeri decimotertio: ergo videtur quòd nunquam fuerunt isti quatuor gigantes simul, nisi cum essent isti paruuli, & pater eorum tunc superuiueret, postea autem non fuit, tamen tunc non haberent ipsi nomen virorum, ita vt ab eis denominaretur vrbs.

Si nomen istud Cariatharbe fuit impositum a Iudæis, poterat imponi propter duo, scilicet propter quatuor viros supra dictos: & sic volunt aliqui Iudei esse causam nominis vrbis huius: aut propter quatuor viros, idest propter quatuor patriarchas principales, qui ibi sepulti erant, scilicet Abraham, Adam, Isaac, Iacob, & vxores eorum. De Adam patet immediate in litera. De Abraham patet Gen. 25. De Isaac patet Gen. 35. De Iacob patet Gen. 49. De vxoribus autem horum, & de eis simul patet Gen. 49. c. & isti erant quatuor viri, qui viri excellenter sunt: quia erant famosi & excellentiores inter alios viros.

Alij dicunt quòd ista ciuitas vocatur Cariatharbe, idest ciuitas Arbe. fuit enim Arbe quidam gigas, a quo descenderunt omnes alij, qui fuerunt in hac vrbe: & huic videtur consonare quod habetur infra sequen. cap. scilicet quòd Hebron vocatur Cariatharbe, idest ciuitas Arbe, vbi videtur quòd Arbe sit nomen alicuius viri, & iste vocatur pater Enac.

E Nicolaus autem dicit quòd a gentilibus vocatur Cariatharbe propter quatuor gigantes ibi sepultos. Vel propter Arbe, qui fuit pater gigantum, a fidelibus autem vocatur Cariatharbe propter quatuor patriarchas ibi sepultos.

Sed istud non stat, quia nullo modo poterat vocari Hebron Cariatharbe a gentilibus propter quatuor gigantes ibi sepultos, quia dum manserunt gentiles in vrbe illa, nunquam fuerunt sepulti gigantes quatuor ibi, quia isti quatuor gigantes erant Haiman, Sisai, Tholmai, & pater eorum quartus, sed isti quatuor semper vixerunt dum ciuitas māsit in potestate Gentilium, cū excluserit eos Caleb, & deleuerit de vrbe,

vt

vt patet sequen.cap.& Iudi.1. nullos tamen alios quatuor gigantes in ista vrbe nominat scriptura: nec Hebræi referunt, ergo non denominabitur Hebron Cariatharbe à quatuor gigãtibus sepultis. Quòd autem Cariatharbe dicatur ab aliquo, qui vocatus fuerit Arbe, satis rationabile est.

Quando Hebron fuit impositum nomen hoc, s. Cariatharbe. Vbi & formatus & sepultus creditur Adam: & ibi dicitur esse vallis lachrymarum.
Quæst. X.

SED nũc supposito ꝙ ista vrbs fuerit nominata Cariatharbe ab Israelitis, erit dubium, quando fuerit ei impositum primò istud nomen. Respondebit aliquis ꝙ Abraham imposuerit ei, quia ipse veniens de Mesopotamia in terram Chanaan habitauit apud vrbem Hebron, quæ alio nomine vocatur Mambre Gen.23. & 49. de ista habitatione Gen.18. ob hoc enim dicitur quòd habitauit sub ilice Mambre, i. sub ilice, quæ erat apud vrbẽ Hebron, q̃ vocatur Mãbre. hoc etiã patet: quia ob hoc sepeliuit vxorem suam in agro vrbis Hebron, vt patet Gen.23. vbi satis signatur ꝙ habitaret Abraham in vrbe Hebron, s. in ea vel in territorio eius: ipse ergo poterat imponere nomen s̃m linguam suam vocans eam Cariatharbe. Sed non stat, quia quocunque modo prędictorum non conuenit: si enim dicatur Cariatharbe, i. quia quatuor patriarchę ibi sepulti sunt, non erat hoc tempore Abrahę: quia solus Adam sepultus erat cum coniuge sua. Item non poterat vocari Cariatharbe a quatuor gigantibus, s. a tribus qui infra nominantur sequen.cap. & a patre eorum, quia nullus istorum adhuc natus fuerat: nam fuit Abrahã pluribus quàm quadringentis annis ante hoc. Etiam non potest esse, quòd ipse vocaret eam Cariatharbe, idest ciuitatem Arbe, quia dato quòd Arbe fuisset pater Enac: tamen non attigisset Abraham ad tempora eius: vnde non potuisset ab eo nominare vrbem. Sed dicendum est quòd si ciuitas ista vocata est Cariatharbe ab Israelitis, accepit nomen istud primo a Moyse, quia non fuerunt in hac vrbe quatuor patriarchę sepulti vsquequo Israelitę fuerunt in Aegypto. Nam vltimus eorum fuit Iacob, qui mortuus est annis decemseptem postquam ingressus est in Aegyptum cum posteritate sua, vt patet Gen.47.cap.& tũc potuit nominari ciuitas Hebron Cariatharbe, idest ciuitas quatuor virorum, quia erant quatuor patriarchæ. Israelitę tamen dum erant in Aegypto nihil de hac vrbe curabant, nec de tota terra Chanaan: ideo non est verisimile quòd imponerent nomen vrbi. Moyses autem incępit scribere gesta priorum temporum in Gen. & vocauit vrbem hanc Cariatharbe tanquam nomine suo principali, quia illud erat nomen secundum quòd magis pertinebat illa vrbs ad Hebręos quam alia, quia in hoc signantur patres eorum sepulti ibi. Si autem dicatur quòd vocata fuit Cariatharbe a Gentilibus, dicendum est, quòd appellata fuerit ab Arbe patre Enac principe vrbis illius. De tẽpore autẽ satis patet, quòd fuerit post Abrahã, quia Arbe secundum hoc esset auus trium gigantũ, de quibus sequen.cap.& hoc si Enac sit ibi nomẽ proprium patris illorum gigantum. nam commune nomen esse solet, & signare gigantem. De hoc ibi dicetur. magis tamen dicendum ꝙ fuerit impositum nomen istud a Iudęis, vt supra declaratum est. *Adam maximus inter Enacim situs est*. In Hebręo habetur aliter, s. *Adam maximus inter Enacim*. Et non ponitur ibi verbum, sed subintelligitur est, quia modus loquẽdi Hebraicus est decurtatus. Et dicunt Iudæi ꝙ est sen-

F sus, ꝙ Adam accipiatur hic appellatiue. Nam nos accipimus Adam pro primo homine tãquam propriũ, & tamen appellatiuum est, sed quia ille creatus a Deo vel formatus primus fuit, excellenter cõpetit ei istud nomen Adam in Hebręo, tanquam si latinè eum hominẽ appellemus non apponentes aliud nomen: sic patet Gen. quatuor, vbi dicitur: Et appellauit Deus nomen eorum Adam. & accipitur ibi tam pro Adã quam pro Eua. Hic autem in Hebręo sic accipitur Adam. Vnde non constat an accipiatur communiter, vel pro illo primo homine. Exponunt autem Hebręi quòd accipiatur cõmuniter, & tunc vocant maximum hominem eum, qui statura maior cæteris erat: & iste est pater trium gigãtum Sisai, Tholmai,
G Haiman. Erat autem ipse maior illis, ideo vocatur maximus Adam. Sed non stat conuenienter ista expositio, quia pater istorum gigantum erat gigas. Non ergo diceretur rationabiliter, ꝙ ipse erat inter gigãtes, quia signatur ꝙ ipse non erat de gigantibus: vnde si pro hoc intellexisset non diceret inter Enacim; sed dixisset maximus homo ibi situs est. Oportet autem exponi aliter, siue ponatur Adam appropriatè, siue appellatiue, ꝙ Adam maximus non sit de Enacim. *Doctoris expositio.* Ex hoc etiam patet erronea aliorum expositio, s. ꝙ accipiatur maximus Adam pro Arbe, qui fuit conditor ciuitatis huius (vt quidam dicunt) vel magis fuit princeps a quo denominata est Cariatharbe. Nam etiam ipse fuit de gigãtibus, cum dicatur pater Enac, sed Enac siue accipiatur, vt nomen proprium, siue vt
H appellatiuum signat gigantem, qui non dicetur esse inter Enacim. Alio modo exponũt aliqui pro Abraham, qui vocatur maximus Adam, i. maximus homo non statura, sed dignitate: iste enim fuit patriarcha Hebręorum. Etiam inter gentiles in magna reputatione habitus est, intantum ꝙ princeps vrbis Hebron, scilicet Ephron Hethęus dixerit ei: princeps Dei es inter nos, in electis sepulchris nostris sepeli mortuũ tuum; nec quisquam te poterit prohibere Gen.23.c. & iste erat ibi situs, idest sepultus vt patet Gen.25. & 49. scriptura autem meminit de hoc, quia erat pater Hebręorum. Et de isto dicitur, ꝙ erat situs inter Enacim, quia toto tempore præterito antequam Caleb acquireret Hebron, erat Abraham in terra gigantum, quæ non pertinebat ad genus suum.
I Alio modo & conuenientius dicitur: ꝙ dr̃ maximus Adam pro ipso primo parente, quem sacra scriptura excellẽter, vel appropriatè vocauit solum Adã. Et est sensus ꝙ Adam maximus, idest primus homo, qui est maximus, cũ sit pater, & origo totius speciei, est situs inter Enacim, idest sepultus fuit in vrbe Hebron in terra gigantum, & iste est verior atque communior sensus, quem fere omnes catholici tenent: nam Adam vixisse perhibetur apud vrbem Hebron, & ibi finiuisse dies suos, ibique sepultus est cum Eua coniuge sua, ibi quoque eum formatum perhibent. Nam extra paradisum eum formatum constat: Eua autem formata fuit in paradiso, vt colligitur Gen.2.
K sic quoque testantur etiam gentes, quæ nunc habitãt apud vrbem Hebron. Et ab antiquo huius testimonium est, Vallis quoque quædam apud vrbem Hebron, quæ ab incolis vulgariter vallis lachrymarum appellatur, eo ꝙ Adam centum annis ibi Abel filium suum defunctum, vel magis occisum fleuerit quousque ab angelo admonitus est, vt cognosceret Euã vxorem suam. De hoc in libro de situ terræ sanctæ. De hoc etiam Iosephus libro primo antiquitatum: & quia in nullo alio loco tactum fuerat de sepulchro Adæ, voluit hic tangere scriptura. Et concordat ista expositio valde superiori literę. Nam vrbs Hebron vocata est Cariatharbe, idest ciuitas quatuor virorũ,

scilicet

scilicet patriarcharum. De tribus eorum, s. Abrahã, Isaac, & Iacob cõstabat Gen. 49. quòd ibi sepulti erãt. De Adam autem nequaquam, ideo additum est de quarto viro. Et dicitur ꝙ iste est Adã maximus, idest protoplastus. Quidquid autem veritas sit, constat quòd litera nostra intenderit istum sensum: nam si litera nostra intendisset pro aliquo alio homine, non posuisset nomen Adam quod apud Latinos ponitur tanquam proprium: sed diceretur homo maximus ibi situs est inter Enacim. & tamen posuit Adam: ideo intellexit de illo primo, quem vocat Adam, & non hominem nomine latino communi. *Et terra cessauit a prælijs*. Ista litera non dependet immediate ex superiori, quia nõ est sensus quòd ex hoc ꝙ Adam maximus inter Enacim situs est terra cessauit a bellis quocunque modo exponantur superiora: nihil enim sibi attinent, sed dependet ex alia sententia non tanꝗ ex causa, sed consecutiue modo historico, s. tradidit Iosue vrbem Hebron Caleb, & tunc terra cessauit a prælijs, scilicet, quòd post dationem vrbis illius non fuerunt bella, idest quòd non pugnauit totus Israel contra Chananæos sicut prius pugnauerant, sed fuerunt facta alia bella mortuo Iosue cõtra Chananęos, cum quælibet tribus pugnabat contra aliquos de Chananæis, qui erant in sorte sua, sicut pugnauit Caleb contra Hebron, & Dabir, & aliæ tribus cõtra alias vrbes, de quibus Iudi. 1. cap. & nõ cessauit terra a prę-lijs post petitionem vrbis Hebron, & concessionem, tanquam tunc durarent bella, & postea cessauerint, sed prius cessauerant. Nã iam agebatur de diuisione sortium per tribus, cùm Caleb ista petijt. Diuisio tamen, post cessationem a bellis, facta est: quia cum pugnabant nihil aliud agebant. Et patet, quia iam cessassent bella, quia erat tunc Iosue in Galgalis, vt patet supra in litera, quia redierat ad ipsum locum castrorum postquam cessauerunt a bellis, & in ipso loco actum est de diuisione sortium aliquarum tribuum, scilicet Iudæ & Ephraim, & dimidiæ tribus Manasse. Datæ sunt autem sortes illis, & tunc manserunt aliquanto tempore Israelitæ nõ facientes sortes pro residuis tribubus, quousque cõgregati sunt in vrbe Silo, quę erat in tribu Ephraim, & ibi posuerunt tabernaculum Domini, & dixit Iosue ad totum Israel: vsquequo marcetis ignauia, & non intratis ad possidendam terram, quam Dominus Deus patrum vestrorũ dedit vobis? Et tunc elegerunt singulos viros ex singulis tribubus, & iuerunt ad considerandam totam terram, & describendam eam, vt diuideretur proportionaliter: & tunc fuerunt assignatæ sortes alijs tribubus, vt patet infra 18. & 19.

Literæ expositio.

CAP. XV.

IGITVR sors filiorum Iudæ per cognationes suas ista fuit. A termino Edom, vsque ad desertum Sin contra Meridiem, & vsque ad extremã partem australis plagæ. Initium eius a summitate maris salsissimi, & a lingua eius, quæ respicit Meridiem. Egredieturque contra ascensum Scorpionis, & pertransit in Sina: ascenditque in Cadesbarne, & peruenit in Esrom ascẽdẽs ad Dar, & circuiens Carcaa, atque inde pertransiens in Asemona, & per-

A

uenies ad torrentem Ægypti: eruntque termini eius mare magnum. Hic erit finis meridianæ plagæ.

IGITVR *sors*. Supra positum est de personis terram diuidentibus, & de quibusdam pertinentibus ad terrę diuisionem, scilicet quomodo acceperit Iosue in possessionem vrbem Hebrõ cum alijs vrbibus, quæ erant in monte vrbis ipsius: hic agitur de ipsa terrę diuisione.

Terra dupliciter est diuisa quibusdam in hæreditatem alijs in eleemosynam. Quæst. I.

B

CIRCA quod considerandum est quòd terra diuisa est dupliciter. Quibusdam diuisa est tanquam in hęreditatem, scilicet duodecim tribubus Israel. Alijs diuisa est tanquam in eleemosynam ad solam habitationem & non in hæreditatem, & isti sunt filij Leui. De distributione autem ciuitatum quæ his prouenerũt, patet infra vigesimoprimo, scilicet quid sacerdotibus, & Leuitis de qualibet tribu prouenerit. Primum, in quo de diuisione terrę in hæreditatem agitur, diuiditur in duo, quia primò assignatur possessio duabus tribubus & dimidiæ: deinde assignatur septem tribubus: secunda infra 18. cap. In quo considerãdum, quòd tota terra Chanaan large dicta, scilicet tota terra promissionis distribuenda erat in duodecim sortes pro duodecim tribubus Israel, quia Leuitæ non erant accepturi partem, vt patet supra decimotertio & pręcedẽ. cap. hęc autem terra, quæ diuidenda erat, habebat duas partes principales, scilicet vnam ante Iordanem ad orientalem plagam eius, quam cepit Moyses, vt patet supra 12. & 13. alia erat ad occidentalem plagam Iordanis, & istã ex parte cepit Iosue, & pars eius nunquam capta est, sed subiecta tributis, vt declaratum fuit supra decimotertio. prima pars, quę erat ante Iordanem diuisa est in tres sortes, & data est duabus tribubus & dimidiæ, scilicet Rubenitis Gaditis, & dimidię tribui Manasse supra 13. cap. alia pars trans Iordanem manebat diuidẽda nouem tribubus, & dimidię, quibus daturus erat Iosue possessionem pręced. cap. & in his non fuit facta diuisio in eodem tempore, sed duabus tribubus, & dimidiæ primò sortes datę sunt, scilicet tribui Iudę Ephraim, & dimidię Manasse, & sic erant iam quinque tribus habentes sortes. Manebant septem, quæ postea aliquanto tempore susceperunt sortes. De his infra 18. & 19. Prima in tres secundum quòd assignantur tres sortes tribuum. Prima sors tribui Iudæ. Secunda sors filijs Ephraim. Tertia sors dimidiæ tribui Manasse: secunda infra decimosexto: tertia decimonono. Prima diuiditur in quatuor partes. Primo ponitur possessio filiorum Iudæ in speciali: secundò ponitur possessio Caleb, qui erat de filijs Iudæ in speciali: tertiò describitur numerus ciuitatum: quartò assignatur cõditio quorundam hostium. Secunda ibi. *Caleb verò*. Tertia ibi. *Eruntque ciuitates*. Vel ibi. *Hæc est possessio tribus*. Quarta ibi. *Iebusæum autem*. Prima diuiditur in quatuor partes secundum quòd termini sortis Iudæ assignantur respectu quatuor punctorum mũdi, scilicet Oriẽtis, Occidentis, Austri, & Aquilonis diuidendo totum horizontem in quatuor quartas æquales super planitiem eius transeuntibus duobus diametris intersecantibus se ortogonaliter: & quatuor puncta, ad quæ terminantur Oriens, Occidens, Meridies, & Auster. Et quia quælibet terra habet aspectum ad ista quatuor puncta mundi, accipiũtur limites regionum

C D E

Diuisio primæ partis huius capituli.

num singularum per aspectum ad hęc quatuor puncta, & formatur quęlibet regio tamē quadrata quamquam sit trigona, vel circularis, aut alterius figuræ: & cuilibet horum punctorum damus vnum latus, scilicet latus orientale, occidentale, australe, aquilonare. Et ista quatuor latera assignantur hic in sorte Iudæ. primò describitur latus meridianum, secundò contra latus orientale, tertiò contra aquilonare, quartò contra occidentale. Secunda ibi. *Ab oriente verò*. Tertia ibi. *Et transibit ab Aquilone*. Vel magis ibi. *Ascenditque terminus in Bethagla*. Quarta ibi. *Et maris magni.*

Quis fuit modus diuidendi terram tribuum per sortes. Et quòd tribus Iuda primo petijt hæreditatem suam.
Quæst. II.

CIRCA primum erant duo dubia hic inquirenda. Primum est, quia hic dicitur, quòd quęlibet tribus accepit sortem, quis modus fuerit diuidendi terram per sortem, cum iubeatur quòd maior pars pluribus detur, & minor paucioribus, & tamē omnia sortibus diuidantur: Numeri vigesimosexto. de hoc declaratum fuit eodem cap. & declarabitur infra decimooctauo.

Secundum dubium est quomodo sortes istæ non fuerunt simul factæ, sed primò fuerunt datæ sortes possessionum tribui Iudæ, & Ephraim, & dimidiæ Manasse, deinde septem reliquis.

Respondebit aliquis forte quòd hic fuisset obseruatus aliquis fauor, scilicet, quòd Iosue voluerit magis complacere filijs Iuda, quia erat honorabilior tribus, deinde dedit filijs Ephraim, quia ipse erat de tribu Ephraim: Numeri decimotertio. postea autem dimidiæ tribui Manasse: quia etiam pertinebant isti ad cognationem Ephraitarum, cū Ephraim & Manasse essent filij Ioseph, cęteris autem tribubus non curauit immediatè assignare possessionem.

Sed non est hoc dicendum de Iosue, qui erat vir iustus, quòd fauorem, & acceptionem personarum obseruauerit, potissimè quia in hoc multum grauaret cæteras tribus, si differret magno tēporę dare eis possessiones suas.

Item non stat, quia magis videtur quòd ipse esset paratus diuidere terram, & dare cuilibet tribui sortē suam, sed non curabant Israelitæ accipere sortes, vt colligitur infra decimooctauo.

Respondendum est igitur quòd dum bella durauerunt, Israelitæ non petiuerunt diuidi eis sorte possessiones, nec Iosue hoc curasset. Habita autem pace Israelitę non petiuerunt diuidi eis sorte sed incęperūt possidere terrā pro indiuiso, quia latissima erat, & ipsi non valde multi sufficiebat omnibus, vt vacarent agriculturę vbicunque vellent: & possidebatur tunc terra Chanaan a Iudęis, sicut ab exordio orbis conditi cęperunt possidere homines orbem, & non habebant distinctos agros, nec loca: sed quilibet vbicunque vellet, opus faciebat. Si autem terra angusta fuisset sicut nunc propter multitudinem gentium, contendissent super proprietate rerum, & quilibet vellet habere aliquid distinctum a cæteris, ita Iudæi a principio, quia pauci erant, possidebant pro indiuiso, & non curabant petere proprias sortes.

Prima autem tribus curans petere hęreditatē fuit tribus Iuda, & hęc accessit ad Iosue in Galgalis, vt patet cap. pręced. petens hęreditatem: tunc tam Iosue quàm alij diuisores terræ, de quibus Numeri trigesimoquarto, dederunt tribui Iudæ tantum de terra, quantum putauerunt ei correspondere proportionaliter in respectu ad omnes alias tribus. Cum autem ista tribus cępit possidere sortē suam, tribus Ephraim

F petijt hęreditatem, & conformiter ei data est: de qua habetur sequen. cap. Postea vero dimidia tribus Manasse petijt, & data est ei iuxta terram Ephraitarum fratrum suorum possessio: de qua infra decimoseptimo. Cætere autem tribus septem non curauerūt petere sortes, sed terra residua pręter sortem Iude, & filiorum Ioseph possessa est pro indiuiso ab omnibus septem tribubus, nec curauerunt petere determinatas sortes, quousque Iosue increpuit tribus istas, dicēs: Vsquequo marcetis ignauia, & non intratis ad possidendam terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum dedit vobis? vt patet infra decimooctauo. & tunc iubente Iosue elegerunt viros, qui describerent totam terram mediam in septem sortes, & sic factū est. Postea autem positæ sunt sortes pro his tribubus

G in Silo in sanctuario coram Domino eodem cap. si tamen Iosue non increpuerat eos non petierant, nec receperant sortes suas fortè vsque ad magna tempora, cum adiuncta multitudine nō possent conuenienter exercere terram, nisi diuiderentur singulis tribubus portiones. Et sic non videtur respondendum ꝙ tribui Iudæ fuerit primo assignata possessio, quia erat excellentior tribus, & regia, sicut dicit Nicolaus. Et deinde filijs Ioseph, scilicet tribui Ephraim & dimidiæ tribui Manasse, quia transierat ad eos vnum de iuribus primogenituræ Ruben. Sed ista tribus primò petijt sortem, & primo ei data est. Cæteræ autem postea petierunt, scilicet Ephraim, & Manasse: alijs autem septem non petentibus data est possessio.

H Vnde si tribus Zabulon vel Nephtalim primo petijssent sortes quàm cæteræ tribus, primò eis daretur quàm tribui Iudæ, & quàm Ephraim, & Manasse, & sic de cæteris.

Et hoc patet in tribu Ruben, Gad, & dimidia tribu Manasse: nam istę non erant nobiliores tribus cæteris, cum magis tribus Gad esset de filiis ancillarum, & tamen istis primo datæ sunt sortes, quam cæteris ante transitum Iordanis Numeri trigesimosecundo, & Deuteronomii tertio, & hoc viuente Moyse, vt patet eisdem capitulis, & hoc, quia petierunt, ut daretur eis: Numeri trigesimosecundo. Si autem quæcunque alia tribus a principio petiisset, illi fuisset data possessio. De tribu Iudæ sic reperitur, quod ipsa petierit posses-

I sionem præcedenti capitulo. De cęteris autem non patet, ergo ipsi primo data est possessio: nec fiebat aliqd excellentius tribui, quæ a principio suscipiebat possessionem, quoniam non dabatur ei propter hoc aliquid maius, quam alias dandum foret, sed proportionaliter ad alias tribus. Vnde quia tribui Iudæ a principio magna possessio data est, postea de vrbibus eius data est sors tribui Symeon, & nō recepit partem alterius terræ, ut patet infra. 19.

Considerandum autē circa diuisionem terræ Chanaan, quæ est post Iordanem, quod cum tribus Iuda primo in ea petierit sortem, assignata est ei possessio ad partem meridianam scilicet ab Oriente vsque ad Occidētem terræ illius per totum latus meridianum.

K Tribui autem Ephraim data est possessio in parte opposita distantissima scilicet ab Oriente in Occidentē per totum latus Septentrionale, vt patet in sequenti capitulo. Dimidiæ autem tribui Manasse assignata est possessio apud tribum Ephraim. Hoc dicit Nicolaus.

Sed falsum est, quia in laterę aquilonari est tribus Dan, ut patet infra 19. tribus autem Ephraim est circa tribum Iudæ, interposita sola tribu Beniamin, vt declarabitur infra decimooctauo, & consequenter ea, quæ sequūtur ex hoc sunt falsa: sed proueniunt ex intentione Nicolai, de quo magis dicetur infra decimo octauo. vbi videntur hæc innui. Mãsit autem tota terra me-

ra media inter Meridiem,& Aquilonem, quæ postea diuisa est in sortes sex: nam filij Simeon, qui acceperunt vnam de septem sortibus vltimis, nō acceperūt hæreditatem in terra illa media, sed in ipsa sorte Iudę cepit possessionem, quia sors Iudæ magna erat, & tribus Simeon parua, poteratque capi inter terram Iudæ, vt patet infra decimonono. fuit factus modus iste diuisionis, quia tribus istæ duæ erāt multum bellicosæ, & ponebantur in lateribus a quibus poterant venire hostes. A latere enim orientali hostes nulli poterant venire, quia illa pars protegebatur a duabus tribubus, & dimidia manentibus ante Iordanem. Occidens enim terrę illarum erat plaga orientalis terræ aliarum nouem tribuum, & dimidiæ. Quod patet, quia caput vel oriēs nouem tribuum, & dimidiæ erat Iordanis: Nume. 34. occidens tamen terræ duarum tribuum, & dimidiæ erat in Iordane, vt colligitur supra decimotertio, ad occidentem quoque non erant aliqui hostes in terra Iudæorum, quoniam occidens terræ eorum erat mare magnum: Num. 34. sed ab ea parte non erat illis coniuncta gens aliqua, quæ aduersari posset eis. Nisi dicatur de Philisthinis, Tyrijs, & Sidonijs, qui erant ad occidētalem plagā terræ Chanaan. Respondendum est quòd isti non erant in termino terræ Chanaan: sed erant intra terram Chanaā tanquam pars illius, & hanc terram iussit Deus diuidi in sortes Israelitarum supra 13. maxima autem pars prouenit tribui Iudæ, scilicet tota terra Philisthijm, vt patet infra in litera: si autem fuisset extra terram Chanaan in termino eius, fuisset posita aliqua tribus bellicosa in latere occidentali in transuerso, vt custodiret gentes illius: non erat ergo aliqua gens a parte orientali aut occidentali hostilis Iudæis: solum autē manebant duo latera, s. aquilonare & meridianum, ideo ad latus meridianum data est sors tribui Iudæ per totum ipsum latus: in latere autem aquilonari data est sors filijs Ephraim per totum latus: & sic custodiebantur duo latera hostilia. Aliæ autem tribus erant in medio harum duarum. non est ista habitudo sortium, quia in latere aquilonari non fuit Ephraim, sed Dan, vt patet infra 19. & ibi magis declarabitur de situ sortium in figura. *Igitur sors filiorum Iudæ.* Hic incipit describi sors filiorum Iudæ a parte meridiana. Et quamquam ista tribus sit meridiana respectu omnium aliarum in terra Chanaan, tamē adhuc ipsa habet in se aliquid meridianum, & aliquid aquilonare. Describitur autem primo latus meridianum, & accipitur hic sors pro terra possessa per sortē. Nulla enim tribus suscepit aliquam possessionē sine sorte: & hoc vt scirent aut certificati essent, quòd Deus volebat hanc vel illam portionem terræ ab hac, vel illa tribu possideri. Sors enim est aliquid in rebus dubijs signatiuum diuinæ voluntatis: & quia Iudæi dubitarēt an Deus vellet hanc portionem terrę prouenire illi tribui, vel non, volebāt sortes quæ a Domino regun tur, iuxta illud Prouer. 16. sortes in sinum mittuntur, sed a Domino temperantur: quomodo autem in his certificent nos de eo, quod Deus vult, declaratum est Leuitici decimosexto. & Num. 26. atque trigesimoquarto, & infra decimooctauo dicetur. Vnde dicendum quòd tribus Iuda per sortem accepit hanc partem possessionis, de qua hic agitur, & nulla alia tribus sine sorte quidquam suscepit. De septem tribubus vltimis quomodo per sortes susceperint possessiones suas satis patet infra decimooctauo. de Iuda Ephraim & dimidia Manasse non tantum patet: saltem quantum ad modum ponendi sortes, tamen sortes fuerūt positæ pro his tribubus: & prouenerunt eis portiones terrę, quas postea possederunt. De tribu Iudę patet quia dicitur hic; Sors filiorum Iudæ. De filijs

Tribus Iuda & Ephraim erant multum bellicosæ.

A Ephraim magis patet sequenti cap. scilicet Cecidit quoque sors filiorum Ioseph. De Manasse quoque idem patet infra 17. capitulo. quomodo autem fuerint positę sortes inter istas tribus infra decimooctauo declarabitur. *Per cognationes suas ista fuit.* Tota ista terra, quę hic describitur fuit data filijs Iudæ, sed non fuit data sic integra, & indiuisa, sed diuisa est per familias, siue cognationes. Dicit cognatio speciales congregationes cognatorum sub eadem tribu, & quędam vocātur familię, & sunt maiores congregationes sub tribubus, alię autem sunt sub his congregationes minores cognatorum, & vocantur domus: deinde diuiduntur domus per ęconomias & capita virorum, omnibus autem his fiebant portiones in adeptione hęreditatis alicuius tribus.

B Primo enim terra data toti tribui diuidebatur in tot partes, quot familias habebat tribus, & portio data cuilibet familię subdiuidebatur in tot portiones, quot erant domus sub illa familia, & deinde adhuc portio domus cuiuslibet subdiuidebatur in alias minores particulas, quousque daretur cuilibet in toto populo hęreditas. Erant autem quinque familię in tribu Iudę, ideo necesse erat, vt diuideretur in quinque partes. Primò sunt familię hę, Selaitę, Pharesitę, Zareitę, Esronitę, Amulitę: Numeri 26. cap.

Modus diuidēdi terram in tribum.

A termino Edom vsque ad desertum Sin contra meridiem. Istud est latus meridianum sortis Iudę: & incipit computari istud latus ab Oriente in Occidentem: nam latus meridianum tangit latus occidentale, & orien-

Latus meridianum sortis Iudæ.

C tale: sicut in quadrato, vel quadrangulo necesse est, vt quodlibet latus tangat duo alia latera, & cum illis claudat duos angulos, scilicet vnum ad Occidentem, & alium ad Orientem: longitudo autem lateris huius est ab Oriente in Occidētem: & sic computatur hic. Incipit autem latus istud apud Edom, quia ibi coniungitur latus orientale lateri meridiano, & claudunt angulum contactus.

Pro quo sciendum est quòd totum latus meridianum terrę Chanaan tenet tribus Iuda, ideo idem est terminus meridianus terrę Chanaā, & totius possessionis Iudę. Terminus autem meridianus terrę Chanaan incipit in solitudine Sin apud Edom, & habet

D ab Oriente in extremitate lateris Oriētalis mare mortuum, quod est mare Sodomorū, ita vt solitudo Sin sit ipsum latus meridianum, & mare mortuū sit tanquam extremitas lateris orientalis, & terra Edom sit in contactu duorum laterum: & sic describitur Numeri trigesimoquarto in principio. Idem modus est hic, quia dicitur incipere sors Iudę, scilicet extra terrā Chanaan, cùm de illa dixerit Deus, quòd non daret Israelitis nec pedis vestigium: Deutero. 2. cap. Sed est Edom terminus extrinsecus, & ciuitas terrę Iudę magis coniuncta terrę Edom est Bethoron inferior, vt dicitur in libro de diuisione terrę sanctę. Incipit autem latus meridianum sortis Iudę a terra Edom veniendo contra Occidentē, quia nihil magis est orientale in latere australi terrę huius, quàm terra Edom;

E & ista terra est etiam meridiana terrę Chanaan, quia ipsa inclinatur ad solitudines Arabicas versus Aegyptum. *Vsque ad desertum Sin.* Procedendo a capite terrę Edom ad desertum Sin itur per longitudinem lateris meridiani sortis Iudę versus occidentem, & nō est processus iste versus aquilonem, aut orientem: nā magis oriētalis est terra Edom, quàm desertum Sin, vt colligitur Numeri trigesimoquarto. etiam non proceditur, vt ab austro versus Aquilonem, quia tunc desertum Sin esset ad partem Aquilonarem sortis Iudę: sed falsum esset cum desertum Sin sit in ipso latere terrę Chanaan, & consequenter sortis Iudę: cū non sit sors Iudę aústralior terra Chanaan, quia non

est

est extra eam, sed ad plus erit idē latus meridianum terrę Chanaan, & terrę sortis Judæ. Quòd autē desertum Sin in latere meridiano terrę Chanaan sit, patet Num. 34. & ibi ponitur terra Edom, & desertum Sin in hoc latere meridiano: & dicitur ibi quòd pars meridiana incipit a deserto Sin. Hic dicitur quòd incipit a terra Edom vsque ad desertū Sin. In quo dicit aliquis esse aliquam partem sortis Judæ. Sed hoc falsum est, quia sola terra Chanaan diuisa est nouem tribubus, & dimidiæ: ideo dicendum quòd ijdem termini ponuntur hic, & Numeri 34. sed hic ponuntur termini extrinseci, & ibi intrinseci, cum enim dicitur ibi quòd pars meridiana terrę Chanaan incipit a solitudine Sin, ponitur solitudo tāquam terminus intrinsecus, qui est pars ipsius lateris meridiani: & non dicitur ibi quòd incipiet a terra Edom, sed quòd solitudo Sin est iuxta Edom, scilicet, quòd nihil de solitudine Sin est intra terrā Edom, sed incipit cum ipso latere meridiano terrę Chanaan, & apud principium solitudinis Sin, & lateris meridiani Chanaan est terra Edom, scilicet in coniunctione lateris huius meridiani, & orientalis sibi conterminabilis. Hic autem dicitur, quòd incipiet sors Iudæ ab Edom, s. quòd sit terra Edom terminus extrinsecus, ideo dicitur a termino Edom, scilicet quòd terminus Edom est principium sortis Iudæ. Et cum dicitur vsque ad desertum Sin, non est intelligendum quòd aliqua terra media sit inter terminum terræ Edom, & solitudinē Sin, quæ pertineat ad latus meridianum sortis Iudæ, quia inter terram Edom, & solitudinem Sin nihil interiacet, vt patet Numeri trigesimoquarto. cùm dicatur quòd solitudo Sin est iuxta terram Edom. Item quia dicitur ibi quòd plaga meridiana incipiet a solitudine Sin. Tunc ergo non poterit esse aliquid inter terram Edom, & solitudinem Sin, vel non coniungetur terra Edom terræ Chanaan. quod falsum est, cùm supponatur esse in coniunctione lateris meridiani, & orientalis terrę Chanaan Numeri trigesimoquarto.

Item hic dicitur quòd latus meridianum terræ Iudę incipit a terra Edom, & Numeri trigesimoquarto. dicitur quòd latus meridianum terræ Chanaan incipit a solitudine Sin, ergo solitudo Sin, & terra Edom sunt idem, vel coniuncta solitudini Sin, cùm sors Iudæ sit aliquid intra terram Chanaan. Ista ergo præpositio, vsque, non dicit hic terminum, sed continuationem, vel medium, sicut ista prępositio, per: vt si dicatur quòd sors tribus Iudæ incipit a termino terrę Edom vsque ad desertum Sin, idest descēdendo per desertum Sin versus occidentem.

Contra meridiem. Non est intelligendum quòd processus a termino terræ Edom per desertum Sin sit contra Meridiem, quia tunc sequeretur, quòd erant terra Edom, & solitudo Sin in parte aquilonari sortis Iudę, ita quòd terra Edom esset magis aquilonaris, & veniendo versus desertum Sin veniretur contra meridiem, sed falsum est, cum vterque horum terminorum ponatur in meridie sortis huius: sed est sensus quòd ista prępositio, contra, non determinet aliquod verbum signans motum: vt dicatur cōtra Meridiem, idest procedendo contra Meridiem, sed aliquod participium signans quietem, scilicet contra meridiem, idest ista duo terra Edom, & solitudo Sin sunt sita contra partem meridianam sortis huius, & terrę Chanaan: immo ista duo sunt ipsemet terminus meridianus terræ illius.

Et vsque ad extremam partem australis plagæ. Hic signatur motus, scilicet, quòd veniendo de termino terræ Edom per desertum Sin procedatur vsque ad extremam partem terrę australis, idest vsque ad vlti-
F mam partē lineæ meridianę terrę huius: quia desertum Sin forte pertingit vsque ad occidentalem plagam terrę Chanaan, scilicet vsque ad mare magnum, quod est Mediterraneum.

Initium eius a summitate maris salsissimi. Idest initium plagę huius meridianę est a mari salsissimo, hoc est incipiendo a parte orientali procedendo versus Occidentem, & in extremitate lateris huius est mare salsissimum. Istud enim dicitur esse ad partem orientalem lateris meridiani Numeri trigesimoquarto, cū dicitur. pars meridiana incipiet a solitudine Sin, quę est iuxta Edom: habebit terminos contra orientem mare salsissimum. Et dicitur esse istud mare sodomorū, quod multis nominibus vocatur, scilicet mare
G deserti, mare solitudinis, mare salsissimū, mare mortuum, mare Sodomorum, mare diaboli, lacus asphaltidis. De his omnibus, & quibusdam proprietatibus maris illius declaratum est supra duodecimo cap. & dicitur a summitate, idest ab extremitate superiori maris huius, quia istud mare est extensum in tota valle Sodomorum, vbi erant prius quatuor ciuitates. Et nisi diceretur a summitate, crederetur quòd inciperet pars meridiana in mari illo, scilicet in parte occidentali eius, & sic esset mare Sodomorum extra sortem terrę Iudę, & terrā Chanaan: sed falsum est, ideo ponitur terminus a summitate, idest a principio maris huius a parte oriētali. Et est istud mare apud montes Phasga, qui partim tangunt terram Moab, vt patet Deuteronomij tertio. vbi dicitur quòd mare de-
H serti, quod est salsissimum est ad radices montis Phasga, extenditur autem quędam pars maris huius per latus meridianum versus Occidentem.

Mare sodomorum habet multa nomina.

Et a lingua eius, quæ respicit meridiem egreditur contra ascensum scorpionis. Ponitur hic cōtinuitas lateris meridiani, scilicet, quòd post mare mortuum tenditur latus meridianum ad ascensum scorpionis: & dicitur a lingua eius: quia illud mare non habet eandem latitudinem vbique, sed arcuatur alicubi, & fit sinus: & quia illę sinuationes sunt acutę, vocantur linguæ. Sūt autem multę linguę maris huius, & vna illarum respicit latus meridianum, & ab hac continuatur latus ad ascensum scorpionis.

Dicitur respicere contra meridiem, non quòd
I sit aspectus sicut ab aquilone ad austrum, quia tunc non extenderetur latus meridianum ab illa lingua ad ascensum scorpionis: nam latus meridianum extenditur inter Orientem, & Occidentem. Inter Aquilonem autem & Austrum non est latus meridianum, sed orientale, vel occidentale: ideo est sensus quòd lingua maris istius respicit meridiem, idest ipsa tenditur per Meridiem: sed respicere suum magis propriè est ad Occidentem.

Quæ appellantur linguæ maris.

Dicitur egredi contra ascensum Scorpionis, quia ibi cum dicitur latus meridianum, nos enim intelligimus latera sortis Iudę, quasi latera quadrati, vel quadranguli recta, & æquidistantia: sed non est sic, quia curuatur: nam vix vnquam aliqua linea recta
K est in aliquo latere, sed quando fiunt magnę curuitates, dicitur linea lateris egredi, vel inclinari, vel flecti. & sic egreditur hic latus istud meridianum, sed magis contra meridiem, & ampliatur terra Chanaan accipiendo aliquid de terra, quę est contra solitudines Arabicas, & Aegyptum.

Dicitur egredi contra ascensum Scorpionis, quia est aliquis mons, vel aliqua terra magna altissima, & vocatur ascensus scorpionis, quia excelsus locus est, & ibi scorpiones multi manent. Vel vocatur ascensus Scorpionis etiam si non sint ibi aliqui scorpiones, quia interdū sic imponuntur nomina a casu, & voluntate nō existente aliquo huius authore. est aūt ascensus

Ascensus scorpionis quid sit.

sus scorpionis magis meridianus, quam mare salsissimum. Ista clausula aliter designatur. Numer. 34. f. qui circuibunt australem plagam per ascensum scorpionis, ita vt transeat in Senna, idest, ꝙ termini terrę Chanaan circuent a mare salsissimo ꝑ ascensum scorpionis, quia tendere a mari illo ad ascensum scorpionis non est per lineam rectam, sed deflectẽtem se magis in austrum, & iste circuitus, vocatur hic egressio, quod idem est, quia linea egreditur a rectitudine.

A

Et pertransit in Sina. Aliqui intelligunt esse hunc mõtem Sinai, quia aliquando vocatur Sina, quia scriptura non facit in hoc magnam dr̃iam potissimum secũdum conditionem hebręi idiomatis, in quo sępissime adduntur, vel apponuntur aliquę literę terminales, sicut dr̃ Dabir, vel Dabira, Aphec, vel Apheca, Gessuri, vel Gessur, ita Sinai, vel Sina. Sed falsum est, quia mõs Sinai non est in latere terrę Chanaan: nam postquam Israelitæ fuerunt in monte Sinai ambulauerunt multo tp̃e versus terram Chanaan, si tñ esset mons Sinai in latere terrę Chanaan: immediate, vt fuissent in mõte Sinai introissent in terram Chanaan. Ad hoc aliqs respondebit non valere argumẽtum, quia Cadesbarne est in latere meridiano terrę Chanaan, vt patet hic & Num. 34. & tñ postquam Israelitę steterunt in Cadesbarne ambulauerunt multo tp̃e priusquam introirent in terram Chanaan, ita potuit esse de monte Sinai. Respondendum est non stare similitudinem: nã Israelitę steterunt bis in Cadesbarne: prima vice in secundo anno ab exitu de Aegypto cum miserunt exploratores in terram Chanaan, & tũc in reditu exploratorum non introierunt Israelitę in terram Chanaã, quia Deus iussit, vt retrocederent in solitudinem per viam maris rubri, vt patet Num. 14. & factum est: steteruntque vsque ad principium 40. anni, mense primo, & redierunt iterum in Cadesbarne. Num. 20. c. & tunc transituri erant Israelitę, sed non permissi sunt transire immediate, quia existentes in Cadesbarne erant in extremitate terræ Edom, transiturique erant ꝑ terram regis Edom in terrã Chanaan, cumq; misisset Israelitę ad regem Edom, vt concederet eis transitũ, noluit, dicens: non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi, vt patet Nu. 20. ideo coacti sunt Israelitę circuire montem Seir multo tp̃e, & peruenerunt ad caput orientale terrę Chanaan per terram duorũ regum Amorrhęorum, vt declaratum est pręced. c. si aũt permissi fuissent Israelitę transire per Cadesbarne immediate introissent in terram Chanaan. De monte Sinai nõ est sic, quia cum steterunt ibi Israelitę, nemo aduersabatur eis, nec ꝓhibuit accedere ad aliqua loca, ideo si esset mons Sinai in latere terrę Chanaan non fuisset mora tanti temporis, & peruagatio tot mãsionum: nam inter mõtem Sinai, & Cadesbarne sunt quasi 21. mansiones, vt patet Nu. 33. & in his non legitur, ꝙ quis aduersaretur Iudęis, sed procedebant recto itinere in terram Chanaan. Nec est ẽt dicendum, ꝙ Deus faciebat eos circuire, sicut fecit postquã steterunt in Cadesbarne: nã in Cadesbarne peccauerunt murmurantes, & Deus dedit eis in pęnam, ꝙ 40. annis vagarentur per desertũ, vt patet Nu. 14. & tunc cęperunt vagari: cũ aũt veniebant de monte Sinai in Cadesbarne nondum peccauerant, nec in eos vlla pęnalis sñia fuerat promulgata, ideo nõ habebant occasionem vagandi. Item si mons Sinai esset in latere meridiano terrę Chanaan, cum ẽt ponatur Cadesbarne in eodem latere meridiano, vt patet hic, & Nu. 34. ambulassent 21. vel 22. mansionibus Israelitę per ipsum latus meridianum terrę Chanaan descendendo a parte orientali lateris eius versus occidentem, quia magis orientalis locus ponitur hic Sina, quam Cadesbarne, sed ista non conueniunt.

B

C

D

E

Item non stat, quia si mons Sinai esset, de quo hic dr̃, & in latere terrę Chanaan, qñ Israelitę illuc accesserunt misissent exploratores ad sciendum conditiones terrę Chanaan, sicut miserunt, qñ erant in Cadesbarne, quæ est apud terram Chanaan, de quo præce. c. sed non miserunt inde, ergo non est Sinai coniũctus terrę Chanaan. Item patet hoc modo scribendi hebraico: nam mons Sinai, in quo data est lex scribitur per literam Samech, quam hebręi Cama vocant. Sina aũt, de quo hic scribitur per literam Sade, quã hebręi vocant Cadi. Dicendum ergo, ꝙ non sit mons Sinai. Aliqui dicũt, ꝙ accipitur hic Sina pro deserto Sin, qđ potest vocari Syna ex modo hebraico addendo literã sicut Mizraim, & Mizraima, Dabir, Dabira. Sed non stat, quia Sina est intra ipsum latus meridianum terræ Chanaan, cum aliquę partes sint ante illam veniendo a parte orientalis lateris huius, & alię sunt post eã eundo versus occidentem. Desertũ tamen Sin est in principio lateris huius, vt patet Num. 34. f. plaga aũt meridiana incipiet a solitudine Sin, ergo non sunt idem.

Sed est Sina nomen loci, vel montis, qui vocatᷣ alio nomine Senna, quod patet Numer. 34. vbi ponuntur istamet loca in latere meridiano, quia sicut ponitᷣ hic principium lateris in mari solitudinis, & deinde ascensus scorpionis, & postea Sina, ita ponuntur ibi duo prima, & deinde Senna, ergo non est hic Sina mons Sinai, nec desertum Sin, sed aliquis alius locus, vel mõs. Doct. sñia

Ascenditque in Cadesbarne. Iste terminus est consequens in latere meridiano post Sina, & sic ponitur in descriptione huius lateris Nume. 34. post Senna Cadesbarne, & excelsa in montibus: terra autem Sina, de qua erat processus est terra plana, vel vallium. Numeri 34. dicitur hic, quòd de Senna peruenient in meridiem termini, vsque Cadesbarne, & forte est hoc, quia cum tendatur de Sina versus Cadesbarne sinuatur in arcũ linea lateris illius, & est egressus ad partem magis meridianam ad interiores partes solitudinis Arabicę. Est autem locus iste Cadesbarne vbi steterunt Israelitæ in secundo anno ab exitu de Aegypto, de quo miserunt exploratores. Numeri 13. & supra præcedenti capitul. in hoc loco iterum steterunt anno 40. ab exitu de Aegypto, & ibi mortua est Maria soror Moysi, & murmurauit Israel pro aqua, atque condemnati sunt ibi Moyses, & Aaron ne introirent in terram Chanaan, quia non laudauerunt dominum coram Israelitis. Numeri 20. cap. Est autem Cadesbarne in extremitatibus regni Edom, & cum ibi steterunt Israelitæ, transire voluerunt, sed non permisit eis rex Edom. Numeri 20.

Cadesbarne situs.

In Cadesbarne Maria soror Moysi obijt mortẽ.

Et peruenit in Esrom. Idest de Cadesbarne versus occidentem extenditur istud latus tendendo in Esrom. Hic variantur nomina locorum, per quæ describitur latus hic, & Numeri 34. nam hic ponuntur plura nomina, quam ibi, quia hic ponuntur tria, vsque Asemona, scilicet Esrom, Addar, & Carcaa, sed Nume. 34. ponitur solum villa nomine Addar, & hoc quia quamquam eadem linea describitur hic, quæ ibi, tamen ponuntur hic plura loca ad magis notificandum, tamen nec hic, nec ibi notificantur omnia loca lateris illius. De Esrom an sit nomen loci, vel montis, aut regionis alicuius non patet. *Ascendens ad Addar.* i. inde extenditur terminus iste lateris meridiani ad locum, qui dicitur Addar, vel Daram, vt alii scribunt, & dicitur ascendens, quia a terra Esrom versus Addar est ascensus. Est autem ista villa, quę ponitur Numeri 34. capitulo, post Cadesbarne, & dicitur: inde egrediuntur confinia ad villam nomine Addar, & subricetur ibi Esrom.

Et circuiens Carcaa. Iste est locus, vel magis aliqua regio sic dicta, & est in latere illo meridiano magis versus occidẽtem, & dicitur circuiens, quia cum per-

M uenia-

uениatur ad villam nomine Addar, curuatur linea lateris illius magis versus meridiem, & circuit terram Carcaa. *Atque inde pertransiens in Asemona.* Nomen loci est ad quem peruenitur post terram Carcaa, & iste locus ponitur Numer.34.post villam nomine Addar, quia subticetur ibi Carcaa. *Et perueniens ad torrentem Aegypti.* Istud est circa finem lateris meridiani, vbi coniungitur occidentali, & isto modo ponitur Num. 34. quia post Asemona sequitur torrens Aegypti, & istud est in terra Philisthijm. Nam terra Philisthinorum est in terra Chanaan in extremitate eius, vbi coniungitur latus meridianum lateri occidentali. Torrēs enim Aegypti, de quo dicitur hic est latus meridianū terræ Philisthinorum, vt patet supra 13. cum dicitur: Latissima terra derelicta est, quę nondum sorte diuisa est, omnis galilæa Philisthijm, & vniuersa Gessuri a flumine turbido, qui irrigat Aegyptum, vsque ad terminos Acharon contra aquilonem, & sic procedit terminus iste a meridie ad aquilonem, & cōputatur ibi tota terra Philisthijm, quæ in quinque regulos diuiditur, vt patet in litera: tamen ponitur incipere a flumine turbido, qui irrigat Aegyptum. Ponitur autem hic torrens Aegypti, tanquam terminus in latere meridiano terræ Philisthijm, quæ diuiditur in quinque regulos, & terminus aquilonaris ponitur in Acharon. Vocatur hic torrens Aegypti, & Num.34. identidem, qui ponitur terminus in latere meridiano, iuxta occidentem. Vocatur tamen alibi fluuius, vt patet Gen.15. vbi ponitur terminus terrę possidendę a semine Abrahę: semini tuo dabo terram hanc a fluuio Aegypti, vsque ad flumen magnū Euphratem, & ponitur ibi fluuius Aegypti pro termino in latere meridiano, qa Euphrates est in latere aquilonari terræ Chanaan, & illi duo termini ponuntur ibi, tanquam oppositi. Etiam vocat̄ fluuius.s̄.13. vbi dr̄, ꝙ multa terra derelicta est a fluuio Aegypti, vsque ad terminos Acharon, sed necessario ponitur ibi fluuius Aegypti pro latere meridiano, cū ponatur ei terminus oppositus in Acharon, & ille dr̄ esse in latere aquilonari, nec est drīa magna, ꝙ vocet̄ torrens Aegypti, vel fluuius Aegypti. Non est tñ intelligendum, ꝙ terra Aegypti coniungatur terrę Chanaan in aliqua parte, sed ꝙ fluuius quidam descendēs de Aegypto, & fluens per Arabicas solitudines variis flexuosis anfractibus circuitus tangit extremitatē meridianam lateris terrę Chanaan, vbi coniungitur latus meridianum occidentali. De isto flumine, quidā dn̄t, ꝙ sit fluuius paruus, qui vocatur Riuocorula labens p̄ deserta Arabica. Aliqui vero dicūt esse Nilum fluuiū magnum irrigantem Aegyptum. Quid horum sit, declaratum est.s̄.13. circa principium. Si aliquis velit dicere manifestum esse, ꝙ non sit Nilus, quia vocat̄ torrens, Nilus autem est de maximis fluminibus totius orbis: est.n. vnus de quatuor fluminibus egrediētibus de paradiso. Rn̄dendum est non esse hoc alicuius efficaciæ, quia modus loquendi hebraicus in hoc non est multum distinctus, interdum vocans torrentē, interdum fluuium, quia sæpe congregationes aquarū non magis appellat maria, & fluxus aquarū graues & magnos, vocat torrentes. Potissime, quia quamquam hic vocetur torrens Aegypti, tamen alibi vocatur fluui⁹, & signatur esse magnus. Gen.15. & s̄.13. & necesse est esse eundem, qui vocatur hic torrens, & ibi fluuius: Nihil ergo hoc probat. *Eruntque termini eius mare magnum.* i. terminabitur istud latus meridianum in mari magno, quia non protenditur vlterius terra Chanaan. sic dicitur Nu.34.f. & maris magni littore finiet̄. Vocatur mare magnum mediterraneum, quia non pōt hic accipi pro mari oceano: non.n. tangit oceanus terram Chanaan, cum ipsa non sit in extremitatibus mūdi: mare aūt Hispanicum, quod vocatur Athlanticum

Quid Carcaa, ac eius situs.

F a Gadibus Herculis in circuitu totius Hispanię p̄ terram Gallecorum, & Visacadiorum, vocatur oceanus, & ibi iam vocatur mare Britannicum, quia Britanniā maiorem, & minorem tangit. Terra aūt Chanaan est in vmbilico terrę habitabilis (vt ferunt) ideo non pōt attingi oceano, sed mediterraneo, quod abluit totum latus occidentale terrę Chanaan apud ciuitates Philisthinorum, & Tyrum, & Sidonē, quæ dn̄r vrbes maritimę. Vocatur aūt istud mare magnū in cōparatione aliorum marium, quæ sunt in terra Chanaan: sunt enim duo.s. mare Cenereth, & mare salsissimū. Vtrūque ponitur.s̄.12. sunt in latere oriētali terrę Chanaā. sed mare Cenereth est versus aquilonare latus: mare aūt solitudinis est in coniunctione lateris orientalis, &
G meridiani, vt patet Nu.34. mare.n. Cenereth est, quod vocatur in Euangeliis mare Genesareth, vel stagnum Genesareth, aut mare Tyberiadis, vel mare Galilęę. De hoc declaratum est.s̄.12. & 11. de isto intelligitur quandocunque dr̄, ꝙ stabat Iesus circa mare, vel nauigabat, aut ambulabat super fluctus maris, qa istud mare est in terra Galilęę, & vocatur mare Galilęę. Mat.3. c. Christus aūt natus est in terra Galilęę.s. in ciuitate Nazareth, quæ est in Galilęa: ideo vocabant eum Galilęum, & discipulos suos Galilęos, sic dr̄ Lucæ 23. vbi dixit Pilatus Christum esse de Galilęa, & propter hoc remisit eum ad Herodem, cuius erat terra Galilæa, & discipuli Christi vocabantur Galilæi. Nam ancillę do-
H mus Cayphę vocauerūt Petrū Galileū. Luc.22. & ob hoc cum venit in terrā Ierusalē prędicare, multę mulieres secutæ sunt eum a Galilæa ministrātes ei, vt patet Mar.15.c. Fuit quoque ista occasio magna ad hoc ꝙ Iudęi dicerent Christū non esse Messiam, quia de Galilęa erat. Sic patet Io.7. cum dixerunt Pharisæi ad Nicodemū: Nunquid & tu ex discipulis eius es? Scrutare scripturas, quia propheta a Galilęa non surgit.i. Messias non est nasciturus de Galilea. Erat quoq; Nazareth ciuitas Saluatoris circa mare illud Genesareth vt patet in libro de situ terræ Sanctæ, & ipse per mare quadā vice in Nazareth venit. Matt.9.f. ascendit Iesus in nauiculā, & transfretauit in ciuitatem suam. Apud istud mare igitur Genesareth Saluator enutritus est
I in parua ętate, & ibi p̄dicauit atque fecit sanitates multas, & alia miracula, & in istud mare præcipitauerunt se porci, quos arripuerunt dęmones exeuntes de corpore cuiusdam sanati a Christo. Matth.8. Aliud mare est in terra Chanaan, quod vocatur mare Sodomorū, & est in latere orientali terræ illius. Ad istud non legitur Christus accessisse, quia non est terra habitata in circuitu illius, sed tota infructifera, & fructus aliqui producti ibi, licet habeant colorem pulchrum, tamen cum tanguntur fumum emittunt, & ad comestionē non proficiunt: sic ait Solinus in Polyhistor. cap. de Iudęa. Multa noīa habet istud mare, de quibus.s̄. nam de vtroque late dictum est.s̄.12. Respectu istorū marium vocatur mare mediterraneum mare magnum, quia
K ista non sunt maria, sed stagna. Vnde interdum mare, quod vocatur Cenereth alio noīe vocat̄ Genesareth, vocatur stagnū. De mari Sodomorum ēt patet, quia prius erat regio habens ciuitates quinq; quarū fuerūt quatuor subuersę, & terra staguata transeunte Iordane super eam, nec magis mare illud continet, quam spatium vallis illius, vbi erant quatuor ciuitates. Mare autem mediterraneum a mari magno progredit̄, & protenditur inter terminos terrarum. Huius est, qđ abluit terminos terræ Chanaan: ergo in comparatione duorum recte vocatur mare magnum.

Hic erit finis meridianæ plagæ. s. lateris meridiani perueniendo a parte orientali terrę Chanaan, vbi est mare mortuum, & tota longitudo lateris huius est inter duo maria.

Terra Chanaan ponitur in vmbilico terræ habitabilis, & quot maria habeat.

Nazareth ciuitas Saluatoris.

Ab

Ab oriente vero erit initium, mare salsissimum, vsq; ad extrema Iordanis, & ea, quæ respiciunt ad aquilonem a lingua maris, vsque ad eundem Iordanis fluuium. Ascenditque terminus in Bethagla, & transit ab aquilone in Betharaba, ascendens ad lapidem Boen filii Ruben, & tendens vsque ad terminos Debera de valle Achor cõtra aquilonem respiciens Galgala, quę est ex aduerso ascensionis ad Ommin ab australi parte torrẽtis, transitque aquas, quæ vocantur fons Solis, & erunt exitus eius ad fontem Rogel, ascenditque per conuallem filii Ennom, ex latere Iebusęi ad meridiem, hæc est Ierusalem, & inde se erigens ad verticem montis, qui est contra Gehennom: ad occidentẽ in summitate vallis Raphaim contra aquilonem: pertransitque a vertice montis, vsque ad fontem aquæ Nepthoa, & peruenit vsq; ad vicos mõtis Ephron, inclinaturque in Bala, quę est Cariathiarim, idest vrbs syluarum, & circuit de Bala contra occidentem, vsque ad montem Seir, transitque iuxta latus mõtis Iarim ad aquilonem in Chesion, & descendit in Bethsames, transitque in Thamna, & peruenit contra aquilonẽ partis Accaron ex latere, inclinaturque Sechrona, & transit montem Balaa, peruenitque in Iebneel, & magni maris contra occidentem fine concluditur. Hi sunt termini filiorum Iuda per circuitum in cognationibus suis.

scriptio ris filio Iudæ parte o- tali.

Ab oriente vero. Hic describitur aliud latus terræ sortis Iudę, & sciendum, quòd terra Chanaan, & sors Iudę habent idem latus meridianum totaliter, vt patet comparando latus sortis Iudę, quod hic descriptũ est, ad latus australe totius terrę Chanaan, quod describitur Nume. 34. cap. Cętera autem latera nõ sunt totaliter eadem: nam licet latus orientale terrę Chanaan, & sortis Iudę sint idem quantum ad aliquid, tamen magis extenditur latus terrę Chanaan, cum alię sortes etiam terminentur ad latus orientale terrę illius. De latere occidentali idem est, quia partim communicant, sed non penitus: in latere autem aquilonari nullatenus communicant, quia latus illud est in sorte Dan, sed magis latus aquilonare sortis Iudę est latus meridianum sortis Beniamin, cum sint coniũctę istę tribus infra 18. *Ab oriente vero erit initium mare salsissimum.* Supra dixerat esse mare salsissimum principium lateris meridiani, hic dicit esse principium lateris orientalis, & verum est, quia in continuis vltima sunt idem. Latus meridianum coniungitur lateri orientali in extremitate sua, & continuantur, est autem contactus iste in mari salsissimo: necesse est igitur esse mare istud principium vtriusque lateris, & sic assignatur Num. 34. vbi describit terminus orientalis terrę Chanaan, & nunc describitur principium lateris huius orientalis incipiendo a latere meridiano, versus latus

A aquilonare, & in isto latere nihil est magis ad meridianam partem, quã mare salsissimum, qđ est in vtroque latere. *Vsque ad extrema Iordanis.* i. peruenit latus istud orientale ad extremitatem Iordanis. s. tendẽdo a meridiana parte versus aquilonarem: ista plaga orientalis terrę Chanaan contrario modo computatur Nu. 34. cap. s. a parte aquilonari versus meridianam, & dicitur vsque ad extremitatem Iordanis. s. ad partem aquilonarem, de qua fluit Iordanis.

Initium Iordanis vbi. Et quòd mare Sodomorum habet quasdam arcuationes. Et Bethagla, quæ ciuitas sit, quæ itidem sit Betharaba.
Quæst. III.

B PRo quo sciendum, ꝙ Iordanis oritur ad radices montis Libani apud ciuitatem Paneas, & inde fluit versus meridiem: est autem terminus ipse oriẽtalis terrę Chanaan, & fluit vsq; ad mare mortuum, vel salsissimum, de quo hic dicit. Quod patet supra 3. vbi dr̃, ꝙ cum diuisus est Iordanis transeũtibus Israelitis, aquę superiores steterũt in modum muri, & inferiores fluxerunt vsque ad mare solitudinis, quod vocatur mare mortuum, tunc incipiendo ab ipso mari per alueum Iordanis versus aquilonẽ est alueus Iordanis terminus terrę sortis Iudę, non est autem sensus, ꝙ a mari salsissimo per ipsum Iordanis alueum, vsque ad fontem Iordanis tendatur terminus terrę filiorum Iudę, quia multę alię sortes terminãtur C ad Iordanem in terra Chanaan, quod non esset si tota latitudo Iordanis. s. ab eo loco, quo ingreditur mare mortuum, vsque ad fontem suũ terminaret solã frontem orientalem terrę Iudę, sors tamen Beniamin habet ab oriente Iordanẽ. vt patet ĩ. 18. sorsq; Ephraim habet ab oriente Iordanem, vt patet sequen. cap. sed dicitur vsque ad extremitatem Iordanis, idest ad vsq; ad extremitatem illam, in qua cõiunguntur mare salsissimum, & Iordanis. Pro quo sciendum est, ꝙ mare salsissimum habet latitudinem magnam, quia extenditur in tota valle Sodomorum, vbi erant quinque ciuitates quarum perierunt quatuor. Extensio autẽ maior est eius versus aquilonem, de qua parte venit Iordanis, & tunc dicitur, ꝙ tota frons maris salsissimi est D in latere orientali sortis Iudę, & hoc vsque ad extremam partem Iordanis, vbi coniungitur Iordanis mari huic, & hoc est versus aquilonem, quia de illa parte venit Iordanis. Extrema autem Iordanis, quę accipiunt hic, sunt meridiana ipsi Iordani. Extrema aũt septentrionalia eius sunt in fonte suo, quia nihil habet Iordanis magis aquilonare, quam fontem suum cum ipse fluat ad meridiem, vt colligitur supra 3. quia descendebant aquę suę ad mare mortuum. Et cum dicit hic vsque ad extrema Iordanis, non est intelligendum, ꝙ sit aliquid inter mare mortuũ, & salsissimum, & extrema Iordanis hoc modo, cum ingrediatur Iordanis in mare hoc: sed vocãtur extrema Iordanis locus, vbi Iordanis ingrediẽs mare salsissimum, incipit non coE gnosci. Et cum dicitur vsque signatur aliqđ medium, quia vsque semꝑ importat terminum, ideo est intelligendũ, ꝙ lr̃a faciat hic principium lateris orientalis a parte maxime meridiana maris salsissimi, vbi coniungitur terrę Edom, & ab illa vsque ad extremitatẽ Iordanis. s. vbi coniungitur mari huic est magnum spatium. s. tota magnitudo vallis Sodomorum, & mediũ horum duorum est tota latitudo maris huius: ita ꝙ extremitas sua meridiana ponitur hic tanquam vnus terminus, & extremitas sua aquilonaris ponitur, tanq̃ alius terminus, & ista est extremitas Iordanis, & istud mare est extremitas vtriusque.

Et ea, quæ respiciunt aquilonem. i. durat pars orientalis

ab extremitate meridiana maris salsissimi, vsque ad ea, quę respiciunt aquilonem.i.vsque ad partes suas, q̄ sunt maxime aquilonares, & dicuntur respicere aquilonares, & inter has partes interiacet tota latitudo maris salsissimi, & sunt istę partes, quę respiciunt aquilonem illę, vbi coniungitur Iordanis mari huic: nam Iordanis non potest coniungi huic, nisi ex partibus aquilonaribus, cum fluat ab aquilone versus meridiē. Etiā sunt alię partes ęqualiter aquilonares illis. Et sciendū, ꝙ istud relatiuum ea, signat partes maris aquilonares. *A lingua maris vsque ad eundem Iordanem fluuium.* Ista nō est sententia differens a superioribus, sed declarat magis illas.s.ꝙ sit ista latitudo inter linguam maris, q̄ est pars meridiana maris huius, & Iordanem.s.extremitatem eius vbi coniungitur mari huic.

In quo sciēdum, ꝙ mare istud Sodomorum, quod vocatur mare mortuum, vel mare salsissimum habet linguas, idest quasdam arcuationes, vel sinuationes, & vna harum est contra meridiem, quę tendit per latus meridianum terrę Chanaan, & sortis Iudę. Sic patet supra, scilicet, ꝙ latus meridianum habet initiū a summitate maris salsissimi a lingua eius, quę respicit meridiem contra ascensum scorpionis, in illa ergo lingua coniunguntur latus meridianum, & orientale sortis huius, & nunc latus orientale procedendo a meridie versus aquilonem incipit a lingua maris, & tendit vsque ad Iordanem fluuium, idest vsque ad locum, vbi coniungitur Iordanis mari huic, quia ibi incipit Iordanis sic vocari. & ista est extremitas Iordanis, quæ supra dicebatur. Non est autem intelligendum, ꝙ Iordanis sit aliquod latus aquilonare, & ista lingua maris sit latus meridianum, & inter ea sit latus orientale extensum, sed ipsemet Iordanis est pars lateris orientalis sortis Iudę. Vocatur tamen hic Iordanis locus, in quo incipit Iordanis habere nomen, scilicet quando coniungitur mari, nam postquam introierit, absorbetur, & nomen perdit: in toto autem quod hic dictum est nihil signatur, nisi ꝙ tota latitudo maris salsissimi ab austro versus aquilonē est pars termini orientalis sortis Iudę. *Ascenditque terminus in Bethagla.* Hic incipit commisceri terminus aquilonaris sortis huius.

Et sciendum, ꝙ cum tota terra Chanaan esset diuisa in sortes nouem, & dimidiam, necesse erat, vt vna sors esset coniuncta alteri, & latus vnius est latus alterius, & quia sors Beniamin est coniuncta sorti Iudę, latus meridianum sortis Beniamin est latus aquilonare sortis Iudę, vt colligitur ex locis, quæ assignātur hic in latere isto, & ex locis, quæ assignantur in latere sortis filiorum Beniamin. Et sciendum, quòd frons oriētalis sortis filiorum Iudę solum est latitudo maris salsissimi, scilicet vsque ad locum, vbi coniungitur Iordani, & vocantur extrema Iordanis. Reliquus autem alueus Iordanis versus fontem suum contra aquilonem non tangit terram sortis Iudę, sed terram Beniamin, & Ephraim, & patet, quia sors Beniamin etiam habet ab oriente linguam maris salsissimi, non quòd tangat eam, sed quòd terminetur ad partes Iordanis, quę sunt apud linguam illam, vt patet infra 18. cum dicitur: Descenditque in planicie, & prętergreditur contra aquilonem Bethagla, suntque exitus eius cōtra linguam maris salsissimi ab aquilone in fine Iordanis ab australi plaga, qui est terminus illius ab oriēte: ex quo patet, quòd non est magna latitudo sortis Iudę in frōte orientali, cum solum claudatur ab illo mari, sed illud non est magnum, quia solum est quędam vallis in qua erant quatuor ciuitates, quę perierunt, & cum dicitur hic, ascenditque terminus in Bethagla. describitur terminus septētrionalis: est enim Bethagla vrbs quędam in latere aquilonari sortis Iudæ, & ponitur in latere meridiano sortis Beniamin, vt patet infra 18. qa

F istę duę sortes coniunctę sunt. Er ista Bethagla est ciuitas duobus milliariis distans a Iordane procedendo a Iordane versus occidentem terrę Chanaan, & vocatur Bethagla, idest locus, vel domus Gyri, quia Israelitę filii Iacob venientes de Aegypto cum Aegyptiis ad sepeliendum corpus Iacob, circuierunt ibi corpus plangentes, & celebrantes funeralia officia, vt patet in libro de situ terræ Sanctę. De hoc tangitur Genesi. 49. vbi dicitur, quòd locus vbi celebrauerunt exequias filii Iacob septem diebus, vocatus est locus planctus Aegypti, & dicitur, quòd erat trans Iordanem, in quo concordat huic positioni. Et quamquam tunc non fuerit locus ille appellatus Bethagla, sed Chananei appellauerint eum planctum Aegyptiorum, tn̄ Israelitæ, postquam ingressi sunt denuo in terram tempore

G Iosue poterant imponere nomen vrbi ibi factę Bethagla, idest locum Gyri, quia ibi se gyrabant filii Iacob in circuitu funeris. Ista vrbs Bethagla, quamquā ponatur in termino sortis Iudę, tamen non pertinet ad sortem Iudę, sed est de ciuitatibus terrę Beniamin, vt patet infra decimo octauo, prima enim ponitur esse Iericho, & secunda Bethagla. Non potest autem poni Bethagla esse de termino orientali terrę Iudę, sed de aquilonari, quia nullę duę tribus poterant habere eandem partem orientalem, aut locus, qui erat in latere orientali vnius non erat meridianus, aut aquilonaris alteri tribui, nisi fortè dicatur de sortibus

H duarum tribuum, & dimidię, quæ erant in terra duorum regum Amorrheorum, quia illę erāt ad partem orientalem Iordanis, scilicet, quòd ipsę erant orientales Iordani Numeri trigesimo secūdo. Et alię nouem tribus, & dimidia erant occidentales Iordani, quia Iordanis erat terminus orientalis earum, cum ponatur terminus oriētalis totius terrę Chanaan Numeri trigesimo quarto, ponitur tamen Bethagla terminus in sorte Beniamin infra decimo octauo capitul. & ponitur terminus in sorte Iudę, vt patet hic: ergo non poterat esse terminus orientalis terrę Iudę, sed aquilonaris, vel meridianus. Nam terminus suus occidentalis est in terra Philisthijm apud mare magnum. Etiā non est in parte meridiana, quia non coniunguntur sors Beniamin, & Iudę ex ea parte, cum sit sors Iudę

I tenēs latus meridianum totius terrę Chanaan, vt declaratum est: ergo erat Bethagla in latere aquilonari sortis Iudę, & illudmet est latus meridianū sortis Beniamin, sicut si duo homines sint simul habētes vultus contra eandem partem, dextra vnius est apud sinistram alterius. & dicitur, quòd ascendit terminus in Bethagla, idest latus terminans terram sortis Iudę ascendit de extremitate Iordanis, quę est apud mare salsissimum ad Bethagla. Et dicitur ascendere, quia Bethagla est magis occidentalis, quam Iordanis, cum sit in sorte Beniamin, infra decimo octauo capitulo, & tamē nihil habet sors Beniamin vltra Iordanem ad orientem, quia totum illud pertinet ad duas tribus, & dimidiam, quæ sunt in terra duorum regum Amor-

K rheorum, sed veniendo a Iordane, & mari salsissimo ad occidentem necessario ascenditur, quia mare illud, & Iordanis sunt in vallibus, cum aqua non est in summis. Bethagla autem est in montibus, vel saltem in locis altioribus: idem dicitur terminus ascendere. Sed dicet aliquis contra, quia infra 18. ponitur Bethagla in latere Beniamin. & dicitur, ꝙ descendit terminus.s.descenditque in planiciem, & prętergreditur cōtra aquilonem Bethagla.

Respondendum est, ꝙ ponuntur hic termini è contrario hic, & ibi, quia hic computatur latus sortis Iudę ab oriente versus occidentē, scilicet a mari salsissimo, & Iordane contra Bethagla, ibi autem è cōtrario.s.ab occidente contra orientem. Quod patet, quia ibi dr̄: Descen-

Descenditque in planiciem,& prętergreditur contra aquilonem Bethagla, suntque exitus eius contra linguam maris salsissimi. constat tamen linguam maris esse partem orientalem, & sic non est inconueniens, ꝙ eundo ab oriente contra occidentem in Bethagla ascendatur, & veniendo ab aliquo loco occidentali respectu Bethagla contra Bethagla, & orientem descendatur. Et sic est hic,& generaliter in omnibus locis, quę sunt in medio alicuius ascensus, quia ab vna parte est ascensus ad illa loca, & ab alia est descensus in illa,,sic patet de Thamnata. Nam Gen. 38. dicitur, ꝙ descendit Iudas in Thamnas,vel Thamnā, & Iud. 14. dicitur,ꝙ ascendit Samson in Thamnata. Et vtrunq; eundem esse locum volunt. *Et transit ab aquilone in Betharaba*.i.de Bethagla peruenitur in vrbem Betharaba. Dicitur transire terminus ab aquilone.i.per partem aquilonarem. Nam non signatur hic recessus & terminus, a quo receditur per istam prępositionem ab, quia tunc esset processus ab aquilone versus meridiē, quia isti sunt termini oppositi:inter aquilonem tn̄, & meridiem nihil est,nisi latus orientale,vel occidentale,quorum nullum hic describitur, sed ipsum latus aquilonare sortis Iudę,& sic ponitur(ab)pro ista prępositione(per) vel(in).s.trāsit terminus a Bethagla in Betharaba. Et hoc ab aquilone.i.per latus aquilonare,vel in latere aquilonari.s.ꝙ istę duę vrbes sunt in latere aquilonari sortis Iudę, & veniēdo a Bethagla in Betharaba ascenditur ab oriente in occidentem,sed est in latere aquilonari, siue per latus, quod est ab aquilone.i. a parte aquilonari terrę huius sortis Iudę.

Betharaba Sciendum,ꝙ ista vrbs est in termino sortis Iudę, & Beniamin, tamen ad tribum Beniamin pertinet, quia ponitur vna de vrbibus eius infra 18.cap.

Ascendens ad lapidem Boen filij Ruben. Inter Betharaba, & lapidem Boen sunt campestria magna, vt patet infra 18. & est processus per latus aquilonare ab oriente versus occidentem ad lapidem Boen, & est ascensus. Nam cum de lapide Boen venit in Betharaba est descensus,ergo è contrario est ascensus. Hoc patet infra 18.cap. est autem ista ciuitas aliqua, quę vocat̄ Abemboen,quę interpretatur lapis Boen, vt patet infra 18. & iste Boen erat filius Ruben, non ꝙ esset filius suus immediatus: nam filii fuerunt solum Enoch, Phallu, Esrom,& Charmi. Gen. 46. & Numer. 26. sed fuit postea Boen de progenie eius,& ab aliquo casu nominata est ciuitas Abemboen hebraice.i.lapis Boen. Additur autem postea filii Ruben ad signandum quis fuerit iste Boen. Non est tamen intelligendum ex hoc,ꝙ Abemboen sit ciuitas, vel locus aliquis in sorte filiorum Ruben, quia sors illa est ad orientalem plagam Iordanis,cum ibi duę tribus,& dimidia acceperint hęreditatem. Nume. 32. & Deuterono. 3. & supra 12. & licet ista terra, quæ hic describitur est tota ad occidentalem plagam Iordanis, hic non ponitur nomen ciuitatis huius in Hebręo, sed ī Latino.s.lapis Boen. infra autem 18. ponitur in Hebręo, & postea declaratur.s. Abemboen.i.lapidem Boen.

Quid Debera *Et tendens vsque ad terminos Debera*. Idest post lapidem Boen procedendo per latus aquilonare ab oriente versus occidentem venitur ad vrbem Debera. Ista est ciuitas, quam nos vocamus Dabir, & interdum Dabira,vt patet in hebręo,sed nos mutamus literas. Aliqui autem termini sunt hic in hoc latere, qui non exprimuntur infra 18. quamquam idem latus describitur vtrobique, sed aliqua loca exprimuntur hic, quę non habentur ibi,& è contrario. Sic patet in descriptione lateris meridiani sortis Iudę,quod est idem cum toto latere meridiano terrę Chanaan, quod describit̄ Numeri 34. sed aliqua loca exprimuntur hic,quę non habentur ibi,vt supra declaratum est.

De valle Achor. Idest primo venit ad vallem Achor deinde ad Debera. Est autem vallis Achor non multum distans ab vrbe Iericho,& Galgala.s.locus vbi lapidatus est Achan,& combusta sunt omnia,quę ad eū pertinebant, vocatusque est locus vallis Achor. non ab ipso qui lapidatus est, quia ille vocabatur Achan, sed Achor signat in hebręo turbationē, vt cum aqua limpida pede turbatur, & quando tradidit eum Iosue ad lapidandū dixit:quia turbasti nos, exturbet te Deus in die hac,& postea sequitur. Vocatumque est nomē loci vallis Achor, vsque hodie supra 7.c.apud locum istum transit terminus sortis Iudę, & satis conuenit, quia Iericho, apud quam est vallis Achor, est ciuitas pertinens ad Beniamin, vt patet infra 18. & tamen latus meridianum Beniamin,& latus aquilonare Iudę, idem latus sunt.

Contra aquilonem respiciens Galgalam. Est Galgala locus extra sortem Iudę ad partem aquilonarem eius, & est in sorte Beniamin:est autem circa vallē Achor. Galgala est in sorte Beniamin Quod patet,quia Israelitarum castra erant in Galgalis quando lapidatus est Achan in valle Achor,vt colligitur supra 5.iuncto c.7.est autem Galgala nomen mansionis,vbi primo steterunt Israelitę post trāsitum Iordanis,scilicet, ꝙ ibi manserunt nocte illa post diē transitus Iordanis,vt colligitur supra 4.& 5. Et in hoc loco fixerunt Israelitæ lapides 12.quos eduxerunt de Iordane,supra 5.ibique circuncisi sunt omnes Israelitę, qa in deserto per 40. annos nemo circuncisus fuerat, & vocatus fuit locus ille ob id Galgala, idest ablatio, qa ibi ablatum est opprobrium Israelitarum,supra 5.atq; ibi celebratum est primum Pascha in terra Chanaan, ibique defecit manna die 14. mensis primi, anno 41. ab exitu de Aegypto,vt patet pręallegato capit.ibique manserunt castra filiorū Israel, quandiu bella fuerunt inter Israel, & Chananęos, vt declaratum fuit supra 10. Sunt autem ista tria loca coniuncta, scilicet vallis Achor Galgala Iericho. Nam in castris Galgalę erāt Israelitæ, quando pugnabant contra Iericho, & quotidie ibant pugnatores de castris ad circueundum muros vrbis,supra 6.postea autem manentibus in eodem loco, furatus fuit Achan de Anathemate Iericho, & lapidatus est in valle Achor.sunt tamē Iericho, & Galgala magis aquilonares, quā vallis Achor,nam vallis Achor est in latere sortis Iudę, vt patet hic: Galgala autem ponitur esse contra aquilonem, idest magis aquilonaris, & sic de Iericho quoniam non ponitur in hoc latere sortis Iudę,est autem sensus literę, ꝙ vallis ista Achor habet̄ a parte aquilonari ad campum, qui vocatur Galgala.

Quæ est ex aduerso ascensionis Adommim. Ista ascensio Adommim est aliquis locus, vel terra, siue mons sic nominatus,& est contra Galgalam. Nam Galgala dr̄ hic esse ex aduerso ascensionis Adommim.

Vel potest esse Adommim,aliquis locus in montibus, & Galgala erit ex aduerso ad montes illos, per quos ascenditur in Adommim. Est processus iste ab oriente in occidentem per ipsum latus aquilonare sortis Iudę, & istemet locus ponitur in latere sortis Beniamin, quia est idem latus vtriusque sortis, vt patet infra 18.cap. Adommim potest esse nomen commune,& signat rubeos, vel idumęos, & poterit intelligi, ꝙ iste locus sit ex aduerso ascēsionis idumęorum. Nā terra Edom est apud latus meridianū terrę Chanaā. Numeri trigesimiquarti,& ibi est sors Iudę. Sed magis conuenit Adommim esse nomen proprium, quia hoc conueniret si describeretur hic latus meridianū sortis Iudę apud quod est terra Edom, sed describitur latus aquilonare. Situs Edō.

Ab australi parte torrentis. Istud refertur ad Galgalā, scilicet campum illum. Et dr̄ esse ex parte meridiana tor-

torrentis, quia apud Galgalam est aliquis torrens, vel fluuius, qui tendit in Iordanem, & ob hoc conuenienter erant locata castra apud Galgalam, vt posset prouideri toti multitudini, tam hominum, q̃ iumentorum, de aqua torrentis, & nõ potest vocari torrens iste Iordanis: non quidem, ꝙ interdum flumina non vocent torrentes modo hebraico, qm̃ interdum hoc fit, vt supra declaratum est. s. In torrente Aegypti. i. in flumine, quod vocatur hic torrens, & Nume. 34. & vocatur fluuius Gen. 15. & hic, sed quia erat distans Galgala a Iordane, nam die, quo transierunt Israelitę Iordanem venerunt ad castrametandum in Solis occasu in Galgala, vt colligitur, supra 4. & 5. cap. torrens autem iste est apud Galgalam, alioquin non poneretur hic tanquam aliquid limitans. Item quia Iordanis non erat ad partem aquilonarem Galgalæ, sed ad partem occidentalem. Nam cum Israelitæ transirent Iordanẽ venientes Ierícho, veniebant de parte orientali ad occidentalem, sed Galgala est apud Iericho, cum vocetur ager Iericho, quia quando erant Israelitæ castrametantes in Galgalis apparuit angelus domini Iosue euaginato gladio. Et dicitur, ꝙ erat tunc Iosue in agro Iericho, supra 5. capit. non ergo erat Iordanis, sed aliquis fluuius transiens a parte aquilonari Galgalæ apud Iericho. Et forte iste est fluuius, in quem fecit Eliseus sal, vt sanaretur sterilitas aquæ. Nam in Iericho factũ est hoc vbi habitatio erat bona, & terra erat sterilis propter aquarum malitiam, vt patet 4. Regum 2. cap. Et satis consonat hoc positioni libri de situ terrę Sanctæ, vbi dicitur, ꝙ mons, qui vocatur Quadrantana in quo Saluator noster quadragesimam ieiunauit, est secundo lapide ab vrbe Iericho, & est hoc ad partẽ meridianam Iericho, sub Quadrantana autem est riuulus paruus, quem beatus Eliseus sanata sterilitate eius de amaro potabilem reddidit.

Fons Solis vbi sit. *Transitque aquas quæ vocantur fons Solis.* i. procedendo per istud latus aquilonare itur versus occidentem de valle Achor ad aquas, quę vocantur fons Solis, & istęmet aquæ ponuntur in termino meridiano sortis filiorum Ruben, & Beniamin, vt patet infra 18. vbi ponitur nomen hebręum Ensemes. i. fons Solis, & ponitur alius terminus magis oriẽtalis, scilicet tumuli, qui sunt ex aduerso Iordanis, & isti sunt apud vallem Achor, quia vbi hic nominatur vallis Achor ex aduerso Galgalæ, nominãtur ibi tumuli ex aduerso Iordanis. Est autem aliquis fons magnus, qui vocatur fons Solis, vel fluuius aliquis, aut lacus. Litera autem hebraica manifeste dicit fontem, sed non est inconueniens vocari lacum fontem Solis, quia nomina ad placitũ sunt, & interdum ad valde paucam similitudinem: litera tamen nostra hic magis signat, ꝙ sit aliqua magna congregatio aquarum ex modo loquendi, cum dicat esse aquas, quę vocantur fons Solis.

Et erunt exitus eius ad fontem Rogel. Iste fons Rogel est apud Ierusalem ad partem eius meridianam. Nã Ierusalem in sorte Beniamin est, vt patet infra 18. si aũt esset fons Rogel aquilonaris respectu Ierusalem, necesse esset Ierusalem includi in sortem Iudæ, quia termini sortis Iudę perueniunt in fontem Rogel. Apud istũ fontem est quidam lapis magnus nomine Zoeleth, apud quem Adonias quartus filius Dauid immolauit victimas magnas inuitatis filiis regis, & toto exercitu fecit magnum conuiuium, cum volebat fieri rex, vt patet tertio Regum primo cap. vsque ad istam fontem perueniunt termini aquilonares sortis Iudæ, & non tangunt ipsam vrbem Ierusalem, quę est in sorte Beniamin, quamquam de hoc infra dicetur. Et dicitur esse exitus eius ad fontem Rogel, non quòd terminetur ibi latus aquilonare sortis Iudæ, quia vltra continuatur, vsq; ad mare magnũ, sed est exitus quędam

F curuatio lineæ descẽdentis latus sortis. Sicut dicebatur supra a lingua maris, quæ respicit meridiem egrediturque contra ascensum scorpionis. Idem autem est egredi, & exire, & sic est apud fontem Rogel, quia flectitur linea sortis Iudæ ibi contra aquilonem, & dicitur exire, vel egredi.

Hebræi dicunt, quòd Rogel non est nomen proprium, sed commune, signans fullonem, vel candidãtem pannos. Et dicunt, quòd peruenit sors vsque ad fontem fullonis, scilicet, quòd in fonte illo, vel apud illum fullones candidant pannos. Et etiam hoc modo signatur, quòd transeat latus istud apud Ierusalẽ, quia fons fullonis est apud Ierusalem, scilicet, quòd erat apud vrbem quidam ager, in quo fullones candi-
G dabant pannos, ibique erat fons, qui vocatur fons fullonum, & hebraice vocatur fons Rogel. De hoc quarto Regum 18. dicitur de nunciis regis Assyriorum, quòd steterunt circa Ierusalem, iuxta aquęductum piscinę superioris in via agri fullonis. Apud hunc locum iussit Deus, vt exiret obuiam Isaias regi Acham, vt peteret signum a domino Isa. 7. c.

Sed primum rationabilius est, scilicet, quòd sit fons aliquis sic nominatus, apud quem accedunt termini sortis Iudę. Nã 4. Regum 18. & Isaię septimo, vbi de agro fullonis dicitur, nõ ponitur, quod sit aliquis fons fullonis, sed via agri fullonis dicitur esse circa aquędu- Doc. opi.
H ctum piscinæ.

Item in his magis credendum est Hieronymo, quã expositioni Iudęorum, quia ipse stetit in terra illa, & vidit loca, cognouitque nomina locorum. Nam pedibus suis totam terram Sanctam, & loca, de quibus in scriptura agitur cum peritissimis hebręorum perambulauit, vt patet in quodam prologo suo super Paralipo. qui incipit. Eusebius.

Item false assumitur litera hebraica: nã Rogel non signat fullonem, sed eum qui malleis pedibus in aqua pannos terit. Pro lotore, vel candidatore pannorum non dicitur Rogel, sed conem in hebręo, & cum allegatur tertio Regum 18. & Isa. septimo, vbi dicit litera nostra ad fontem fullonis, vel agrum, non ponit litera hebrea Rogel, sed conem. Hic autem dicit Ro-
I gel, & hanc differentiam voluit seruare litera nostra hic, & 1. cap. tertii Regum, dicens: fontem Rogel, & 3. Regum 18. & Isa. 7. dicens: viam agri fullonis, ita ꝙ Rogel non interpretetur fullo.

Situs vallis filii Ennom. *Ascenditque per vallem filij Ennom.* Vallis filii Ennom est apud vrbem Ierusalem, vt patet hic, & ibi erat locus, in quo Israelitæ consecrabant filios suos per ignẽ idolo Moloch, & hunc locum destruxit Iosias rex, vt patet 4. Regum 23. cum dicitur: contaminauitq; Tophet, quod est in conualle filii Ennom, vt nemo consecraret filium suum, aut filiam per ignem Moloch. continuatur autem latus istud aquilonare a fonte Rogel per cõuallem filii Ennom, quia forte est fons iste in extremitate vallis filii Ennom, & dicitur quòd ascendit terminus per vallem filii Ennom dupliciter.
K Primo modo, idest, quòd flectitur ibi versus aquilonem, scilicet, quòd extẽditur sors Iudę, & coangustat sors tribus Beniamin. Et sic erat apud fontem Rogel, ꝙ dicebatur ibi latus egrediens versus aquilonem, & continuatur ista egressio in valle filii Ennom, & quia a meridie versus aquilonem est ascensus, vbicunq; flectitur latus alicuius sortis ab austro versus aquilonem, dicitur ascendere terminus.

Alio modo potest intelligi, quod ascendit. i. quod eleuatur ibi terra, non quidem, ꝙ in valle sit ascensus, quia hoc implicat, sed ꝙ euntibus a fonte Rogel per vallem filii Ennom versus occidentẽ est ascendendũ, ideo non dr̃ ꝙ ascendit in vallẽ filii Ennom, sed ꝑ vallẽ, & iste sensus est cõuenientior veritati, atq; consonat

literę

litere infra 18. vbi describitur latus australe sortis Beniamin, quod est idem cum latere aquilonari sortis Iudę,& ponũtur nomina locorum, quæ ponũtur hic, & è contrario, quia hic describitur ab oriente versus occidentem latus istud, ibi autem ab occidente, vt plurimum versus orientem,& dicitur: descenditque Gehennom.i.vallis Ennom iuxta latus Iebusęi ad austrũ, & peruenit ad fontem Rogel. & tamen ibi ponitur descensus a valle filii Ennom in fontem Rogel: ergo eundo a fonte Rogel in vallem Ennom erit ascẽsus, & sic intelligitur hic. *Et latere Iebusæi ad meridiem, hæc est Ierusalem.* Idest cum transit terminus per vallem filii Ennom transit ex latere Iebusęi, & hoc ad meridiem: non φ terminus lateris huius transeat in meridiem, immo transit in septentrionem, cum istud sit latus septentrionale, sed ista determinatio ad meridiẽ refertur ad latus Iebusæi, s. φ est iste terminus ad latus Iebusęi.i. Iebusęorum habitantium in Ierusalem, sed est ad meridiem.i. ad partem meridianam, quia Ierusalem est in tribu Beniamin, & ista sors est aquilonaris tribui Iudę, & sic terminus tribus Iudę dicetur ad meridiem Iebusæi. i. Ierusalem.

Situs Ierusalem.

Hæc est Ierusalem. Idest locus iste, in quo habitat Iebusæus ad cuius latus transit terminus filiorum Iuda est Ierusalem. Et non vocatur ipsa ciuitas Iebuseus, sed habitatores eius, ipsa tamen Iebus appellata est, vt patet infra 18.

Et inde se erigens ad verticem montis, qui est contra Gehennom. i. de valle filii Ennom, quæ hebraice vocatur Gehennom tendit terminus in verticem montis eius. Et ob hoc cum itur de fonte Rogel ad vallẽ filii Ennom transeundo per ipsam est ascensus, quia itur ad verticem montis, de quo hic. Et ad montem ascensus est. Ex superioribus patet, φ Ierusalem non sit in sorte filiorum Iuda, sed Beniamin, quia latus sortis Iudę transit ad latus Iebusęi.i. apud latus Ierusalem. Aliqui tñ dicunt partem Ierusalem esse in sorte Beniamin,& partem esse in sorte Iudę, vt vult Nico. de quo infra declarabitur in litera, vel infra 18. cap.

Qui est contra Gehennom. i. iste mons est ex opposito Gehennom.i. vallis Ennom.s. φ vallis Ennom est ab oriente, & mons ille ab occidente in eodem latere aquilonari Iudę, infra 18. dicitur pars montis, vbi dicĩt hic mons,& est è contrario. s. φ de parte montis, quæ respicit Gehennom descendatur in Gehennom, i. in valle filiorum Ennom, & hoc est, quia mons iste est magis aquilonaris, quam latus sortis Iudæ, & quã vallis filii Ennom. Quędam tñ extremitas eius, quę inclinatur ad meridiem, tangit vallem filii Ennom, & vallem Raphaim. Hoc signatur satis clare. ĩ. 18. c.

Ad occidentem in summitate vallis Raphaim. i. iste mons est ad occidentem respectu Gehennom, quia perueniendo per latus aquilonare sortis Iudę ab oriente in occidentem prius venitur in Gehennom, q̃ in montẽ illum,& de monte transitur in vallem Raphaim, magis ad occidentem. Dr̃ in summitate vallis Raphaim, quia non est mons iste in medio vallis illius, quę vocatur Raphaim, sed in summitate.i. extrema parte, vt dicitur infra 18. vocatur vallis Raphaim, quia forte accipitur hoc tanquam nomen proprium vallis. Vel dr̃ vallis Raphaim, quia habitauerunt ibi Raphaim. Sunt autem Raphaim gigantes, & non oẽs, quia illi cõiter vocantur hebraice Enacim, sed quidam modus specialis eorunt est,& hi erant valde magni. Non est aũt sensus, φ qñ Israelitę introierunt in terram Chanaan permanerent in valle illa Raphaim. (quamquam aliquis hoc dicet) cum postea deleti sunt tres gigantes de Hebron, vt patet. ĩ. in litera, & multi de Dabir, & Anab,& omnibus montanis Iudæ, & Israel, vt patet supra 11. in fi. ergo poterant esse Raphaim in hac valle, cum introierunt Israelitæ in terram Chanaan.

Respondendum est multos fuisse gigantes in terra Chanaan, cum ingressi sunt filii Israel in eam, sed non erant aliqui Raphaim, quia Raphaim non dicunt quicunque gigantes, sed quoddam genus ipsorum, & de his nullus superat, qñ Israelitę transierunt Iordanẽ: nam Og rex Basan est de stirpe Raphaim, vt patet supra 12.& 13. vbi vocatur de reliquijs Raphaim. Hunc aũt occiderunt Israelitæ, antequam transirent Iordanẽ: nam Moyses occidit eum. s̃. 12. tñ ipse non viuebat in transitu Iordanis, quia post mortem Moysi locutus est Deus ad Iosue iubens, vt transiret Iordanem cum filiis Israel. s̃. 1. sed post istũ nullus mansit de stirpe Raphaim,& eo viuẽte ipse solus erat, vt patet Deu. 3. f. Solus quippe Og restiterat de stirpe gigantum, & in hebręo ponitur de stirpe Raphaim, ergo ẽt ante aduentum filiorum Israel non erant aliquanto tẽpore Raphaim in terra Chanaan, quæ est trans Iordanem. Poterit ergo dici terra ista Raphaim tripliciter. Vno modo, quia est sic nomen proprium vallis, etiam si nõ pręfuerit aliqua causa, quare vocaretur sic, impositis nominibus ad placitum, sicut apud nos vocatur aliqs locus vallis Maurorum, vbi nunquã Mauri steterunt, aut quidquam fecerunt. Secundo modo potest vocari vallis Raphaim, quia licet non habitauerint ibi vnquam Raphaim, tñ venerunt aliquo tempore illuc in bellum contra aliquas gentes terrę illius, & fecerunt aliqua magnalia, vnde vallis illa ab eis vallis Raphaim appellata est. Tertio modo potest appellari vallis Raphaim, quia ibi habitauerint Raphaim ab antiquo, licet aliquanto tempore ante aduentũ Israelitarum in terram Chanaan nulli ibi essent. Primi duo modi stãt conuenienter, tertius non conuenit, quia Raphaim, nunquam habitauerunt in terra trans Iordanem ad occidentalẽ plagam, sed in terra Og regis Basan erat habitatio eorum. Et hoc modo Og erat de stirpe Raphaim,& regnabat in terra illa: nam terra Basan, quę erat satis magna,& pręcipua denominatio regni eius fuit olim terra Raphaim. Deuteron. 3. & vocatur terra ipsa Raphaim. Et non solum habitabãt Raphaim in terra Sehon regis, quasi a casu tempore, quo venerunt Israelitę in terram illam, sed ab antiquissimis tẽporibus ibi habitauerant. Nam dum viueret Abrahã rex Chodorlaomor cum aliis regibus suis deleuerunt gentes multas,& vna harum est gens Raphaim,& isti deleti sunt in Astaroth Carnaim, vt patet Gene. 14. & tamen Astaroth est ciuitas regni Og in Basan, vt patet supra 13. & fuit magis declaratum. s̃. 13. ergo Raphaim habebant terram determinatam in Basan, vbi est ciuitas Astaroth,& consequẽter non in terra trans Iordanem ad occidentalem plagam.

Aliquis tñ dicet, φ quamquã habitarent Raphaim in terra Basan in Astaroth: tñ poterant etiam habitare in valle hac, quę est apud Ierusalem, & in aliis locis, sicut gigantes non erant in vna terra determinata, sed in multis.

Respondendum est non stare, quia gigantes non sunt, tanquam vna gens, vel natio determinata, sed nascebantur in multis regionibus: Raphaim autem erãt de gigantibus, tamen erant vna gens determinata, sicut Amorrhęi, Chananęi,& Iebusęi. Quod patet, quia cum Deus primo promisit Abrahæ terram Chanaan promisit terram decem populorum, de quibus vocatur vnus Raphaim: Gene. decimoquinto: ergo erant vnica gens determinata, sicut Amorrhęi, & Iebusęi, & habitabant in terra Sehon regis. Magis ergo conueniunt duo modi superiores, quam iste tertius, q̃q̃ forte alicui non videbitur tertius iste modus conueniens, quia etiam infra 17. ponitur alia terra Raphaim cum dr̃. si populus multus es, ascende in syluã, & succide

cide ibi spatia in terra Pherezæi, & Raphaim. De quo ibi veritas declarabitur.

Contra aquilonem. Ideſt mons iſte, de quo dictum fuit eſt in vna ſummitate, vel extremitate vallis Raphaim, & eſt contra aquilonem. Iſta determinatio poteſt referri ad montem, vel ad vallem Raphaim. Si referatur ad montem eſt ſenſus, ꝙ eſt in vna extremitate vallis Raphaim, & hoc contra aquilonem, quia vallis declinat contra meridiem, & in extremitate eius, q̄ eſt magis aquilonaris eſt mons iſte, per quem tranſit terminus aquilonaris ſortis Iudæ, & tunc debet dici, ꝙ tota vallis Raphaim ſit intra ſortem Iudæ, quia latus aquilonare tranſit per montem, qui eſt in extremitate vallis illius ad aquilonem. Alio modo poteſt eſſe, ꝙ referatur iſta determinatio ad vallem. ſ. ꝙ ſit mons in extremitate vallis Raphaim, & hoc ad aquilonarem partem. i. ꝙ vallis eſt ad aquilonarem partem montis, ita ꝙ in extremitate eius maxime meridiana ſit mons iſte, per quem tranſit latus aquilonare ſortis Iudæ, & tunc ſequitur è contrario, ꝙ ſit tota vallis Raphaim, & nihil pertineat ad ſortem Iudæ. Quis autem horum ſenſuum verior ſit, non patet ex hac litera.

Sed dicendum, ꝙ ſit mons iſte in extremitate vallis Raphaim, & vallis ſit meridiana reſpectu vallis, & in extremitate aquilonari vallis ſit mons: tranſitque ꝑ partem montis terminus lateris aquilonaris ſortis Iudæ, & hoc modo tota vallis Raphaim erit in ſorte Iudæ. De hoc ĩ. 18. cum dr̄: deſcenditque in partē montis, qui reſpicit vallem filiorum Ennom, & eſt ꝯ ſeptētrionalem plagā in extrema parte vallis Raphaim.

Pertranſitque ad verticem montis vſque ad fontem aquæ Nepthoa. Aliqui libri habent hic ad fontem Nepthor, ſed corrupta eſt litera, quia debet ſcribi Nepthoa, nā infra 18. vbi ponuntur iſti met termini dicitur ad fontē Nepthoa, & eſt continuatio iſta lateris verſus occidentem. ſ. ꝙ a vertice montis, qui erat in extremitate vallis Raphaim tranſitur ad fontem, qui dr̄ Nepthoa, & eſt magis occidentalis terminus.

Et peruenit vſque ad vicos montis Ephron. Etiam eſt hoc tendendo ad occidentem. Eſt autem Ephron quidā mons, apud quē ſunt vici. i. rura, vel parua loca. Apud hos vicos tranſit terminus aquilonaris ſortis Iudę. Iſte terminus ſubticetur infra 18. vbi idem latus deſcribitur, vt eſt terminus filiorum Beniamin. Sciendum, ꝙ Ephron debet hic ſcribi cum f. ſupra aūt debet ſcribi cum ſ. & ſunt diſtincta loca, vt patet in hebræo.

Inclinaturque in Baala, quæ eſt in Cariathiarim. i. iſtud latus aquilonare ſortis Iudę inclinatur. i. curuatur, & nō eſt iſta ciuitas verſus partem exteriorem. ſ. contra ſortem Beniamin abſcindendo aliquid de ea, ſed eſt incuruatio contra ipſam ſortem Iudę, quia hic coanguſtatur, & dilatatur ſors Beniamin, quæ eſt ei cōterminα. Et ob hoc iſta curuitas vocatur hic inclinatio: curuitas autem, quæ eſt ad partem exteriorem quando vna ſors abſcindit portionem aliquam de alia, & coanguſtatur alia ſors dilatata ipſa vocatur iſta curuitas egreſſio, vel exitus, & dicitur ꝙ inclinatur in Baala, ideſt verſus locum, qui vocatur Baala, & iſta eſt in Cariathiarim. i. apud vrbem Cariathiarim, & eſt forte de villis eius. Cariathiarim autem eſt vna de quatuor ciuitatibus Gibaonitarum, qui confugerunt ad Iſraelitas, quarum principalis vocatur Gabaoh: de aliis autē vna vocatur Cariathiarim. De hoc ſupra 9. cap. Et cecidit iſta ciuitas in ſortem filiorum Iudę, vt patet infra in litera: aliæ autem tres ciuitates Gabaonitarum, ſcilicet Gabaon Caphira, & Beroth ceciderunt in partē Beniamin, vt infra 18. c. — *Baala, ac eius ſitus.*

Ideſt vrbs ſyluarum. Iſta eſt interpretatio nominis huius Cariathiarim, quod non ponitur in hebræo, ſed beatus Hieron. addidit in litera noſtra ad declarandū

F ſignificationem huius nominis, & dicitur Cariath ciuitas, & Iarim ſyluas ſignat. i. ciuitas ſyluarum, ſcilicet exiſtēs in ſyluis, vt forte, quia ciuitas illa eſt in magnis montibus, vel ſyluis. Aut poſitum eſt nomen ad placitum, etiam ſi non ſint ibi ſyluæ.

Et circuit de Baala contra occidentem. Latus aquilonare flectitur apud Baalan. & cum ante hoc eſſet inclinatio coanguſtando ſortem, fit poſtea curuitas accipiendo aliquid de aliis coniunctis ſortibus, & hoc eſt circuire, ſcilicet, ꝙ non tendit latus iſtud directè, ſed facit arcū abſcindendo aliquid de eo, quod eſt verſus aliam ſortem, & coanguſtatur ibi ſors filiorum Beniamin, & fit circuitus iſte contra occidentem, ſcilicet, ꝙ venien

G do de Baala ad occidentem per latus aquilonare ſortis Iudæ oportet circuitum fieri.

Vſque ad montem Seir. Non eſt iſte mons in terra Seir, quia terra Seir eſt terra Edom, & iſta eſt extra terram Chanaan, cum Idumei ſint alię gentes ab Iſraelitis. Item terra Seir, vel Edom eſt coniuncta terrę Chanaā in angulo contactus lateris meridiani, & orientalis, vt patet Num. 34. & ſupra in litera. Quod autem aliquis mons intraret de terra Seir in terram Chanaā patet, quia terra Edom coniungitur terræ Chanaan in lateris orientalis, & meridiani contactu, ideo mons Seir per illam terram ingrederetur terram Chanaā, & ſic de illo monte, de quo dicit̄ ſupra 11. ꝙ pars eius aſcen dit in Seir: hic tamē videtur, ꝙ vocetur mons Seir ad

H placitum, & non quia ingrediatur in terram Seir, niſi velis facere anfractuoſos valde circuitus. In quo non inſcitè dicitur, quod iſte mons eſt apud vrbem nomine Bethoron inferiorem, & eſt mons ad partē aquilonarem vrbis. vnde Bethoron in ſorte Iudæ eſt. De hoc infra 18. vbi ponuntur duo montes, vnus ad auſtrum Bethoron, & alius ad Africum, ideſt ad aquilonem. Et de iſto ſecundo intelligitur hic, quod patet, quia ponitur iſte mōs apud Cariathiarim, vel Cariath Baal, & ita ponitur hic. — *Inferius in c. 18. q. 8. ait Bethoron eſſe in ſorte filiorum 10 ſepi.*

Tranſitque iuxta latus montis Iarim. Ideſt latus iſtud cū continuatur vlterius tranſit apud montem Iarim. Aliqui ſcribunt montem Garizim, ſed corrupta eſt litera: nam mons Garizim, & Hebal ſunt apud vrbem

I Hai, & Bethel coniuncti, in quibus Iſraelitę poſuerūt maledictiones & benedictiones, vt iubetur Deute. 27. & poſtea completum legitur ſupra 8. c. ſunt autē iſti montes non longe a Iordane, & Iericho, tamen iſte mons de quo hic dicitur non multum diſtat a termino occidentali terræ Chanaan, vt patet hic ex deſcriptione lateris huius. ideo non accipitur hic mōs Garizim, ſed mons Iarim. Sed adhuc non proprie ſcribit̄ hic, quia dēt dici Iarim, vt patet in hebræo, & in aliquibus bibliis ſic deſcribit̄, & interpretatur ſyluę pluraliter, ſicut dicimus Cariathiarim vrbs ſyluarum. — *Situs montis Iarim.*

Ad aquilonem in Cheſion. Iſta determinatio ad aquilonem refertur ad montem Iarim. ſ. ꝙ eſt ad aquilonarem partem lateris huius: & tunc erit ſenſus, ꝙ ſit mons iſte totus in ſorte Beniamin, quæ eſt coniuncta

K ſorti Iudę ad partem aquilonarem. Poteſt etiā referri iſta determinatio ad latus aquilonare. ſ. ꝙ ipſum ſit apud montem Iarim, ſed ſit ad partem aquilonarē mōtis, & tunc intelligetur, ꝙ totus mons Iarim ſit intra ſortem Iudæ. Tranſit autem iſtud latus in Cheſion, qui eſt locus directè in ipſo latere aquilonari tendendo verſus occidentem.

Et deſcendit in Bethſames. Iſta eſt quedā ciuitas in latere iſto aquilonari ꝑtinens ad ſortē tribus Iudæ, & circa occidentē terræ Chanaan apud terrā Philiſthinorum. Qđ patet, quia qñ Philiſthijn ceperunt arcā dñi in bello, & tenuerunt eā in terra ſua menſibus ſex, dimiſerūt eā, & venit in Bethſames, & ſatrapę Philiſthinorum venerunt poſt arcā vſq; ad terminos Bethſames. — *Bethſames ac eius ſitus.*

mes. 1. Re. 6. si tamen non fuisset coniunctum territorium Bethsames terrę Philisthinorum, nō auderent satrapæ Philisthinorū venire p̄t arcam vsq; ad terminos Bethsames. Etiam, quia augures Philisthinorum dixerunt, quòd si ascenderent vaccę cum arca directè per viam Bethsames, Deus fecisset hoc malum, alioquin a casu venerat, 1. Regum 6. non tamen dixissent hoc, nisi esset coniuncta Bethsames terrę illi. Et ista ciuitas non multū distat ab vrbe Cariathiarim, de qua supra dicebatur, quia viri Bethsames visa plaga magna, quę facta fuerat in eis miserunt in Cariathiarim, vt duceretur illuc arca, vt in preallegato c.

Transitque in Thamna. Iste locus est magis ad occidentem in ipso latere aquilonari, & videtur pertinere ad terram Philisthijm, quę etiā est pars quædam sortis Iudæ, vt patet infra. Nō est iste locus Thamna, qui vocatur Thamnata, vt aliqui volunt, de qua dicitur Iudicum 14. quòd descendit Samson in Thamnata. Et dant causam, quia Samson erat de tribu Dan, vt patet Iudicum 13. ista autem tribus acceperat sortem maxime aquilonarē, vt colligitur infra 18. et Thamna, de quo hic est ad partem valde meridianam, cum sit in sorte Iudę, quę erat in ipso latere meridiano terrę Chanaan.

Sed hoc nihil differt: immo magis ex hac litera dicitur coniuncta. 14. Iudicum, colligitur, quòd sit iste locus, ad quem descendit Samson, & vocatur Thamnata: nam Thamna est iuxta Bethsames, vel non multum inde distans, & est magis occidentalis, cum describatur hic latus aquilonare sortis Iudæ procedēdo ab oriente in occidentem, sed Bethsames est locus coniunctissimus terrę Philisthinorum, scilicet, quòd territoriū eius, & terrę Philisthinorum coniunguntur, vt supra declaratum est: ergo Thamna est in terra Philisthinorum. Thamnata autem, de qua dicitur Iudicum 14. est etiam in terra Philisthinorum, quia dicitur in principio literę ibidem: descendit Samson in Thānata, vidēsque ibi mulierē de filiabus Philisthijm. & postea dicitur: Vidi in Thamnata mulierem de filiabus Philisthinorū, &c. ergo satis conuenit esse eūdem locum Thamna, de quo hic dicitur, & Thamnata, de quo Iudi. 14. Argumentum autem non tenet de distantia sortis tribus Dan a sorte tribus Iudę: nam si descendisset Samson ad aliquem locum intra sortem Dan, erat verisimile argumentum: descendit tamen in terram Philisthinorum, vt patet Iudicum 14. tota autem terra Philisthinorum erat intra sortem Iudę. Quod patet, quia terra Philisthijm incipit a parte meridiana terrę Chanaan, & terminatur ad Acharon tāquam ad terminum aquilonare supra 13. Acharon tamen fuit in sorte Iudę: ergo tota terra Philisthijm, quę erat magis meridiana erat in terra sortis Iudę: ideo cum Samson descendisset in terram Philisthijm necessario descendebat in sortem Iudę.

Dicendum igitur, quòd Thamna, de quo dicitur hic sit Thamnata, de quo dicitur Iudicum 14. & de loco illo accepit Samson vxorem primam in terra Philisthinorum. Etiam Thamna, de quo hic, est de quo dicitur Genesis 38. scilicet, quòd ascendit Iudas in Thamna ad tōdendos greges. Satis tamen posset dici, quòd esset Thamnā, de quo infra 19. quę ponebatur in sorte Dan.

Sciendum, quòd in Hebręo non ponitur hic Thāna, sed Themana, & signat partem meridianam, scilicet, quòd de Bethsames transit ista sors in partem meridianam.

Sed non est conueniens sensus, ideo litera nostra posuit tanquam nomen propriū vrbis, & vocat Thāna, quia quamquam litera hebraica dicat Themana secundum puncta assignata: tamen secundum literas

A positas eadē dictio est Themana, & Thāna. *Peruenitq; contra aquilonem partis Acharon*. i. istud latus aquilonare sortis Iudę transit apud Acharon, & hoc ad aquilonarem partem Acharon, scilicet, quòd ipsum latus est aquilonare respectu Acharon, ex quo sequitur, quòd claudatur Acharon intra latus sortis Iudę, cum sit magis meridianus locus, & sors Iudę est magis meridiana omnibus alijs sortibus. Si autem esset aquilonaris Acharon respectu istius lateris, maneret extra in alia tribu: tamen in sorte Iudę est, vt patet infra in litera. Est autē Acharon ciuitas magna in terra Philisthinorum vna de quinque ciuitatibus habens vnum regulum, vel satrapam, vt patet supra 13. c. & 1. Regum Acharō ac eius situs.
B 6. vbi sunt ciuitates Philisthinorū, qui miserunt mures aureos, & anos cum arca domini. Est etiam ista ciuitas, in qua erat Beelzebub Deus magnus Philisthinorum, ad quem consulendum pro vita misit Ochozias rex Israel, vt patet. 4. Reg. 1. scilicet. Ite consulite Beelzebub Deum Acharon vtrum viuere queam de infirmitate mea hac. Ista ciuitas vocatur nunc vulgariter Acre, & de hac adducitur quoddam in modum mineralis, quod azurinum dicitur ad faciendas literas, vel pingēdas imagines, & vocatur vulgariter azul de Acre. Et ab hoc loco nominatur quidam ordo militum, qui fuit in Ecclesia cum obtinuerunt terram Sāctam, scilicet ordo beati Ioan. de Acre, vel de Acharon. *Ex latere*. Idest non transit latus aquilonare sortis Iudę per vrbem Acharon, ita quòd ipsa sit in con-
C finibus sortis huius, & alicuius alterius, sed transit ex latere, idest ad vnum latus ciuitatis transit terminus sortis Iudę. Quod autem latus vrbis sit hoc: declaratur, quòd sit aquilonare, cum dicitur: Peruenit contra Aquilonē partis Acharon, idest contra partem aquilonarem vrbis Acharon.

Inclinaturque Sechrona. Idest terminus iste, vel latus sortis Iudę inclinatur contra vrbem Sechrona. Alia ciuitas est, quę vocatur Zephrona, sed differt ab ista in scriptura. Etiam ista est in latere aquilonari sortis Iudę, Zephrona autem est in termino aquilonari totius terrę Chanaan. Nume. 34. multum tamen distat latus aquilonare sortis Iudę, & latus aquilonare totius terrę Chanaan: nam inter latus aquilonare sortis Iudę, & latus aquilonare terrę Chanaan, erant sortes octo tri-
D buum, & dimidię, cum sors Iudę sit maxime meridiana, scilicet in ipso latere meridiano locata. Est autem Sechrona pertinens ad sortem Iudę, & dicitur inclinari terminus sortis Iudę, quia angustatur hic: sicut dicebatur, quia inclinatur in Cariathiarim.

Et transit montem Baala. An sit mons aliquis sic nominatus, vel sit aliqua ciuitas, apud quam sit mons, & propter ciuitatem vocetur sic mons non constat: est autem iste mons in latere isto satis propinquus mari magno, quod est terminus occidentalis.

Peruenitque in Iebneel. Iste est vltimus locus, qui ponitur in latere sortis Iudę aquilonari tendēdo ab oriēte versus occidentem. Est autē aliqua ciuitas ista pertinens ad filios Iuda.

E *Et maris magni contra occidentem fine concluditur*. Istud non pertinet ad latus aquilonare, sed ad occidentale: vltimus autem lateris aquilonaris est Iebneel, mare magnum est latus occidentale, ideo coniungendo ista duo latera fit contactus in Iebneel. De latere occidentali non ponuntur hic multa loca sicut in latere meridiano, & aquilonari supra descriptis, & hoc, quia mare magnum claudit totum latus occidentale sortis huius, & ob hoc dicitur, quòd concluditur, idest simul clauditur, scilicet, quia non claudit aliquam partem lateris huius occidentalis mare magnum dūtaxat, sed totum latus simul claudit. Et vocatur mare magnum istud, idest mediterraneum, quod non est magnum

magnum respectu maris Oceani, sed est magnum respectu aliorum marium, quę sunt in terra Chanaan, scilicet maris Cenereth, maris mortui, de quo supra dictum est. Istud mare non solum claudit latus occidentale terrę sortis Iudę, sed etiam claudit totum latus occidentale terrę Chanaan, vt patet Num. 34. c.

Epilogus pdictorũ. *Hi sunt termini filiorum Iuda.* Hic ponitur epilogus prędictorum, scilicet, quòd omnia, quę descripta sunt pertinent ad terminos filiorum Iudę.

Per circuitum. Idest omnes termini in circuitu totius sortis descripti sunt, quia quatuor latera habet ista sors, & cuiuslibet lateris posita fuerunt nomina locorum, scilicet ab oriente mare solitudinis, quod est salsissimum. Ab occidente autem mare magnum, a meridie loca multa supra descripta, & ab aquilone loca alia. *In cognationibus suis.* Idest isti termini supra positi claudunt sortem filiorum Iudę per cognationes suas, idest totam terram, quę data est illi tribui, & diuisa est per cognationes, idest familias, quia non fuit data terra sic tota sub vno cumulo, sed secundum numerum familiarũ fuerunt factę portiones de terra illa: omnes autem hę portiones familiarũ claudebantur sub his terminis, qui assignati sunt.

De figura sortis Iudæ, & poteris per te faciliter eam scribere in plano. Quæst. IIII.

AD hoc autem, quòd consideretur modus sortis istius euidẽtius, fiat vnus quadrangulus quorum duo latera reliquis duobus sint maiora, & apud illa ponantur nomina quatuor punctorum celi, scilicet Orientis, Occidentis, Aquilonis, & Austri, & in latere orientali, quod est paruum solum scribatur mare salsissimũ, quia frons illius maris occupat totam frontem orientalem sortis Iudę: in alio opposito latere occidentali paruo describatur mare magnum solum, quia istud solum claudit frontem occidentalem huius sortis, vt patet in litera: in latere autem meridiano magno describantur nomina aliquorum locorum, quę habentur a principio. cap. huius, scilicet ascensus scorpionis, Cadesbarne, torrens Aegypti: in latere autem opposito aquilonari describantur aliqua de locis, quę habẽtur ab illo loco, ascẽdit terminus in Bethagla, s. Bethagla, Fons solis, Fõs rogel, Bethsames. Et per hęc intelliges oĩa alia, vel poteris scribere omnia si feceris latera magna, seruãdo ordinem, qui habetur in litera ab oriente tendendo in occidentem: ideo pone figuram in plano.

Caleb vero filio Iephõne dedit partem in medio filiorum Iuda, sicut pręceperat ei dominus: Cariatharbe patris Enac; ipsa est Hebron. Deleuitque ex ea Caleb tres filios Enac Sesai, & Aimam, & Tholmai de stirpe Enac: atque inde conscendens venit ad habitatores Dabir, quæ prius vocabatur Cariathsepher, idest ciuitas literarũ. Dixitque Caleb: Qui percusserit Cariathsepher, & ceperit eã, dabo ei Axam filiam meam vxorem. Cepitque eam Othoniel filius Cenez frater Caleb iunior. Deditq; ei Axam filiam suã vxorem. Quę cũ pergerent simul, suasa est a viro suo, vt peteret a patre suo agrum. Suspirauitque, vt sedebat in asino. Cui Caleb, Quid habes,

F inquit, At illa respõdit: Da mihi benedictionem: Terram australem, & arentem dedisti mihi, iũge, & irriguã. Dedit itaque ei Caleb irriguum superius, & inferius.

Caleb vero. Hic ponitur secundum principale, scilicet possessio Caleb, qui erat de filijs Iudę in speciali. Possessio Caleb. Supra fuerat posita petitio Caleb quantum ad vrbẽ Hebron, & alias, quę erant in monte vrbis illius: hic ponitur recapitulatio horum, & adeptio vrbis Hebrõ: nam supra solum posita fuerat concessio eius.

Caleb vero filio Iephonne dedit partem in medio filiorum Iuda. Istud conuenit superioribus, quia supra dictum fuerat, quòd isti erant termini totius sortis Iudę per

G cognationes suas, & quia ad vnam cognationem pertinebat Caleb filius Iephonne, agitur de eius hęreditate, quę data est ei specialiter ex causa supra assignata. Vocatur filius Iephonne, quia fuit Iephonne vir vnus de stirpe Iudę, & ponitur nomen patris ad differentiã, quia alij vocantur Caleb, ad differentiam horum expressum est nomen patris, sicut dicitur Caleb filius Esrom 1. Paralipo. 2. ca.

Dedit partem in medio filiorum Iuda. Non quidem, quod esset totaliter in medio sortis Iudę per ęque distantiã, quia de hoc nihil constat, sed erat in medio sortis Iudę, idest in ipsa sorte inter alias partes sortis, & accipitur istud medium per interpositionem.

Sicut præceperat ei dominus. Idest, quia Deus iusserat

H partem Caleb, quòd Deus promiserat ei vrbem Hebron, vt patet pręcedenti c. scilicet. Da mihi montem istum, quem pollicitus est mihi dominus, te quoque audiente. Istud relatiuum ei, non refertur hic ad Iosue qui dedit vrbem Hebron, sed ad Caleb: nam Deus nõ pręcepit, quicquam Iosue de Caleb, sed ipsi Caleb locutus est dicens, quòd ei daret terram Hebron, quã calcauerat pes eius, & tunc non accipitur hic pręcipere proprie, sed pro dicere, vel enunciare, scilicet, quòd Deus pręnunciauit Caleb, quòd daret ei vrbem Hebron. Et hoc factum est in Cadesbarne, sicut significat ipse Caleb pręcedenti c. & dicitur multotiens sic, quòd Deus pręcepit aliquid Moysi, idest pręnunciauit: sic patet supra 6. & 11. circa finem.

I *Cariatharbe patris Enac.* Idest dedit ei Hebron, quę vocatur Cariatharbe, vt declaratum est pręcedenti c. & vocatur patris Enac, scilicet, quòd denominabatur ab illo. Erat enim Arbe vir de genere gigantęo, & ab isto descenderant gigantes, qui erant in vrbe Hebron, quando ierunt Israelitę illuc, & cepit eam Caleb. Et potest iste Arbe vocari pater Enac dupliciter. Vno modo accipitur Enac, vt est nomen cõmune, & tunc est sensus, quòd Arbe est pater Enac, idest pater gigãtum vrbis Hebron. Arbe vocatur pater Enac dupliciter.

Alio modo accipitur Enac, vt nomen proprium, & tunc vocatur Enac pater trium gigantum, qui nominantur hic in litera. Arbe autem erat auus ipsorũ,

K & ab eo nominatur ciuitas Cariatharbe, idest ciuitas Arbe. Et forte ista est potissima ratio, quare ista ciuitas sic vocatur, & ob hoc cõuenientius est accipi hic Enac tanquam nomen proprium.

Ipsa est Hebron. Idest ista, quę vocatur ciuitas Arbe, est, quę dicitur Hebron. Istud est primarium nomen suum Hebron: Cariatharbe autem postea ex causis supra tactis vocata est, vel quia Arbe, qui erat vir de genere gigantęo erat quasi dominus in vrbe ista, vel forte rex, & nominata est ciuitas sua.

Deleuitque ex ea Caleb tres filios Enac. i. tres gigantes, qui erant in ea, quorum nomina patent in litera.

Sed dicet aliquis quomodo Caleb potuit delere gigantes istos de Hebron, quia supra 11. dicitur, quòd expulit

expulit Iosue,& deleuit omnes gigantes de montanis Hebron Dabir, & Anab,& de oĩ mõte Iudę,& Israel. Ad hoc ibi responsum est, quòd Caleb deleuit gigantes istos, ascribuntur tamen Iosue,quia ipse fuit a Deo datus dux ad capiendum terram Chanaan: ideo quidquid ad hanc captionẽ pertinet ascribitur Iosue, quamquam alij fecerint.

Item arguetur similiter quomodo cepit Caleb vrbem Hebron, cum dicatur supra 10.quòd cepit eam Iosue. Ad hoc responsum est supra 10.& 11. De ista deletione dicendum videtur, quòd fuerit post mortem Iosue: nam Iudicũ 1.agitur de his,quę facta sunt post mortem Iosue,& ibi dicitur quomodo Caleb cepit vrbem Hebron. Aliquis autem forte dicet illud factum esse per recapitulationẽ, sicut multa alia sunt in sacra Scriptura. Sed nõ stat,quia Iudicum 1.in principio dicitur, quòd post mortem Iosue consuluerunt filij Israel dominum quis esset dux belli,& datus est Iudas, & ponuntur bella per ordinem cum cõditionibus signantibus ordinem temporis, scilicet post hoc, & ponitur de bello contra Hebron, & gigantes, de quibus hic,quòd fuerit post quędam bella illorum: ergo post mortem Iosue factum est hoc. Hic autem ponit per anticipationem, & hoc quia agebatur de diuisione sortis Iudę, in qua accepit partem Caleb. Potuit autem scribi hoc anticipatiue,quia tam liber iste, quam Iudicum fuerunt scripti multo tempore post res gestas, vtrunque enim scripsit Samuel Propheta, ideo potuit anticipare, vel recapitulare,quia omnia iã transierant. *Tres filios Enac.* Potest accipi hic Enac cõmuniter,vel proprie,vt supra dicebatur:si sit appellatiuum nomen est sensus, quòd isti erant filij Enac, idest filij gigantum, scilicet de stirpe gigantea. Alio modo Enac accipitur tanquam nomen proprium,& est nomen patris istorũ trium gigantum, & sic vr̃ cõuenire litera Nu.13.vbi dixerunt exploratores de istis tribus gigantibus: vidimus ibi monstra quędã filiorũ Enac de genere giganteo: quibus comparati videbamur locustę. Si autem acciperetur Enac appellatiue pro gigante: dicendo filij Enac dicebatur de genere giganteo, & tamen positum est vtrunque: ideo videtur,quòd accipitur Enac tanquam nomen proprium, & erit pater istorum trium gigantum. *Sisai, Haiman,& Tholmai de stirpe Enac.* Isti tres gigantes sunt, de quibus habetur Nume.13.c.& iam isti essent viri senes,quãdo deleti sunt de vrbe Hebron, quia quando venerũt exploratores Israelitarum in terram Chanaan erant isti tres gigantes viri,& vocantur monstra.Nume.13. iam tamen fluxerãt anni 45.& plures vsquequo facta est diuisio sortium,quia vt patet pręcedenti c.ex tempore, quo missi fuerunt exploratores de Cadesbarne vsquequo Caleb petijt Hebron a Iosue, transierunt anni 45.adhuc plures postea fluxerunt ad captionem vrbis,quia non fuerunt deleti gigantes vsque ad mortem Iosue, vt supra declaratum est: non erant autem in hac ciuitate plures his tribus gigantes, quia in toto orbe rari erant, nec a principio fuerunt in magno numero: & tamen semper adhuc pauciores fiebant quousque pauli per deficiebat in omnibus locis stirps eorum. Sic factum est de Raphaim, qui erant gigantes multi, & valde magni totam terram Basan regni Og occupantes: tempore tamen Moysi solus Og rex de stirpe gigantum Raphaim restiterat,vt patet Deute.3. c.sic etiam isti iam deficiebant, cum soli tres in vrbe Hebrõ restitissent, quos deleuerũt Israelitę, & postea nunquam fuit quisquam de gigantibus in Hebron.In cęteris quoque locis, in quibus aliqui restiterant deleuerũt eos Israelitę in terra Chanaan, vt patet supra 11. scilicet in illo tẽpore venit Iosue, & deleuit Enacim de montanis Hebrõ,Dabir,& Anab,& de omni

A monte Iudę,& Israel: manserunt tamen aliqui in terra Philisthinorum in vrbe Geth, quam terram nõ ceperunt Israelitę,& de terra hac fuit Goliath Gethęus, de quo 1.Regum 17. fuerunt quoque alij gigantes de terra eadem,de quibus 2. Regum 21.c. *Atque inde cõscendens venit ad habitatores Dabir.* Istud de vrbe Hebron, & Dabir simul factum est. Pro quo considerandum est, quòd ista fuerunt post mortẽ Iosue,vt supra dictũ est, & colligitur Iud.1.c. vbi mortuo Iosue cum consuleretur Deus quis acciperetur dux ad bellum, respõsum est, quòd Iudas,& quia vna tribus non est aliquid vnum per se, sed vel per aggregationem, vel dependentiam, aut relationem ad vnũ non poterat esse

An vrbs Dabir pertineret ad Caleb.

B dux: ideo electus est dux de tribu illa, & iste videtur fuisse Caleb, quia iste erat honorabilior in tribu tota, cũ datus fuisset in diuisorẽ terrę de tribu hac Nume. 34.& Deus promiserat ei dare vrbem Hebron. Erat etiam iste senior omnibus de tribu Iudę, & omnium aliarum tribuum preter Iosue, & Leuitas,quia ad minus excedebat in viginti annis quẽlibet de toto Israel, vt declaratum fuit pręcedenti. Magis etiam colligitur hoc ex verbis suis hic, & Iudi.1.vbi cum agatur de bello totius tribus Iudę locutus est Caleb, dicens, qui percusserit Cariathsepher,dabo ei Axam filiam meã. si tamen ipse non esset dux, non haberet causam rationalem loquendi hoc, proponendo pręmia facientibus aliquid strenuum in bello: erat ergo dux belli. Et sicut fecit ire exercitum ad pugnandum contra

C alia loca de quibus dicitur Iudi.1.ita fecit eum ire cõtra Hebrõ, quę ad eum specialiter pertinebat, & subuertit habitatores eius deleuitque gigantes. Et dicitur hic, quòd inde conscendens venit ad habitatores Dabir, in quo signatur cõtinuitas belli, scilicet, quòd immediate quo deleta est Hebron, venerunt viri de tribu Iuda cum duce suo Caleb ad vrbem Dabir. Dicuntur autẽ ascendisse in eam, quia est Dabir in mõtanis, & Hebron, & Anab, vt patet supra 11.dicitur autem,quòd inde,idest de vrbe Hebron peruenerunt in Dabir,quia erant coniũctę istę vrbes. Etiam ciuitas Anab videtur fuisse simul cum eis ex verbis pręallegati capit.iuit etiam Caleb ad hanc vrbem immediate,quia ad eum pertinebat: sibi enim promissa fuerat, & data, licet non tantum de ea exprimatur. Quod pa-

D tet, quia Caleb non solum petijt vrbem Hebron, sed totum montem, in quo erat ipsa vrbs cum alijs ciuitatibus,vt patet pręcedẽti c. scilicet da ergo mihi mõtem istum,quem pollicitus est dominus,in quo Enacim sunt,& vrbes magnę,atque munitę,sed non videtur, quòd Iosue repudiauerit petitionem Caleb: ergo totam regionem montis ei tradidit: Dabir autẽ erat in monte illo,ergo tradita est. Quod patet,quia supra 11.ponuntur istę tres vrbes in eodem monte cum dicitur: Deleuit Iosue Enacim de montanis Hebron. Dabir, & Anab. In quo ponitur,& de copulato extremo, & signatur idem esse ad omnes pertinens. Item apparet hic,quia capta Hebron dicitur,quòd ascendit Caleb in Dabir: si tamen non essent istę duę vrbes,

E quasi coniunctę non diceretur hoc, sed quòd iuit in Dabir quasi esset aliquid distans. Sed dicet aliquis, ꝙ quamquam Dabir, & Anab essent in monte, in quo erat Hebron, tamen non fuerunt datę Caleb, quia licet petierit, non fuit datum quidquid petiit. Sed dicendum est non stare, quia Deus promiserat Caleb dare montem illum,quem petijt: ergo non recusaret Iosue dare,quia omnia compleuit,quę Deus iusserat. Quòd autem Deus istud promiserit Caleb, patet ex verbis Caleb pręcedenti c. scilicet. Da ergo mihi mõtem istum,quem pollicitus est mihi dominus,te quoque audiente. Et si dicat aliquis,quòd solum promiserat Deus Hebron, quę erat in monte,& ad hanc refertur

fertur promissio Dei, Nō stat, quia immediate dicitur: in quo Enacim sunt vrbes magnę atque munitę: ergo dicendum est, quòd etiam alię vrbes fuerint datę Caleb pręter Hebron, quamquam de Hebron principaliter agitur, & de his fuit Dabir vna quam nunc iuit ad inuadendū. Item patet hoc aliqualiter ex verbis suis, cum dixit infra, qui percusserit Cariathsepher, & eam ceperit dabo ei Axam filiam meam: si tamen ciuitas ad eum non pertineret non conuenienter diceret prędicta. *Ad habitatores Dabir*. Nondum fuerat capta tempore Iosue, sicut ad ciuitates planas atque campestres, captę sunt autem mortuo eo à Caleb. Ista ciuitas vocatur alijs nominibus, scilicet Cariathsepher: aliud quoq; habet, qđ patet infra in litera, cū dicitur: hęc est Dabir: ad finem c. *Quę prius vocabatur Cariathsepher.* Idest ista ciuitas habebat prius aliud nomen. An vero simul ab antiquo habuerit ista duo nomina: scilicet Cariathsepher, & Dabir, & nomen Cariathsepher quasi iam abolitum fuerit, vel prius solum vocata fuerit Cariathsepher, & postea abolito isto introductum fuerit alterum, scilicet Dabir, non constat. Et cum dicitur hic, Quę prius vocabatur Cariathsepher: non est referendum ad tempus Caleb, scilicet quòd tunc solū vocaretur Dabir, & ante fuerit vocata Cariathsepher, quamquam Iudi. 1. videtur hoc innui, cū dicitur: Venit ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Cariathsepher, sed est sensus, quòd ante tempus Caleb vocata fuerit Cariathsepher, & tunc quoque sic vocaretur. Deinde tēpore scriptoris libri abolitum erat nomen illud, & solum vocabatur Dabir, & quia inter tēpus Samuelis, qui scripsit librum istum, & librum Iudicum, & tempus Caleb fluxerunt anni multi: ea, quę fuerunt tempore Caleb, dicebātur antiqua tempore Samuelis. Ponitur autē hic nomē antiquum Dabir, scilicet Cariathsepher, quia tempore Caleb istud erat magis in vsu, & ipse non vocauit vrbem istam Dabir, sed Cariathsepher. Quod patet infra, cū dicitur, Qui percusserit Cariathsepher, &c. & ad declarandum quomodo non vocauerit Caleb vrbem illam, sicut nunc vocabatur, dictum est, quòd Dabir prius vocabatur Cariathsepher, vel quòd vetus nomen vrbis erat Cariathsepher, vt patet Iudicum 1.

Quare Dabir vocetur ciuitas literarum, & an ibi fuerint studia, vel inuentæ fuerint literæ terræ illius. Quæst. V.

Circa hoc dicunt Hebręi, quòd ista ciuitas dicitur Cariathsepher idest ciuitas literarum, vel ciuitas libri magis propriè, quia post mortem Moysi in planctu eius deleta sunt aliqua capitula de libro legis: Othoniel autem facto in se spiritu domini renouauit ista, quę deleta erant, & ob hoc ciuitas Dabir, in qua ipse habitauit, quia cepit eā: vocata est Cariathsepher idest ciuitas libri, quia ea, quę in libro legis deleta erāt ipse restaurauit ibidem. Nicolaus arguit contra hoc, quia repugnat literę ista positio: nam dicitur hic: Venit ad habitatores Dabir, quę prius vocabatur Cariathsepher: ergo nō fuit positum nomen istud ex aliquo, quod fecerit Othoniel in vrbe hac, quia tunc deberet litera è cōtrario stare, scilicet venit ad habitatores Cariathsepher, quę prius Dabir vocabatur. Hoc satis confirmari potest Iudi. 1. cum dicitur: Venit ad habitatores Dabir, cuius nomē vetus erat Cariathsepher. Antiquum erat nomē hoc in ea Cariathsepher. Dicendum est positionē Iudęorum esse fictitiam, scilicet quòd aliqua capitula de libro legis deleta fuerint in planctum Moysi, quia non videtur ad hoc aliquis rationabilis modus, scilicet ad quid lex deleri deberet, vel quomodo deleretur, quia si istud fieret, miraculose fieret: nam Moyses totam

F legem scripserat, & fecerat reponi Deuteronomium legis in arca ante mortem suam. Deutero. 31. c. si ergo deleretur, oportebat, quòd in libro illo deleretur, & fieret miraculose, quod non est concedendum, quia Deus non facit miracula sine causa multum rationabili, & necessaria ad aliquid: hoc autem satis fatuum erat. Hoc tamen non obstante, redargutio Nicolai contra Iudęos non stat, cum dicit, quòd non fuit impositum Cariathsepher post Othonielem, sed ante eum iam erat antiquum, & dicendum, quòd licet nō constet an Chananęi, vel Iudęi nomē istud imposuerint: tamen non est dicendum, quòd prius referatur hic ad Caleb, scilicet quòd ista ciuitas, quę vocatur Dabir, prius idest ante Caleb vocabatur Cariathsepher. Vel, quia iam erat istud nomen vetus, vt patet

G Iudi. 1. sed referuntur ista ad tempus scriptoris, scilicet quòd Dabir vocabatur prius Cariathsepher, scilicet tempore Caleb, vel pauloante eum, & postea etiam vocata est sic ciuitas, & sic eam vocauit Caleb, sed tēpore Samuelis scriptoris libri huius non vocabatur sic terra ista, sed Dabir, ideo dicitur, quòd erat antiquum nomen eius Cariathsepher, scilicet in tēpore Caleb, & Othonielis. Nicolaus autem dicit, quòd Dabir vocabatur prius Cariathsepher, idest ciuitas libri, vel ciuitas literarum, quia ibi vigebat forte alicuius doctrinę studium inter Chananęos, vel viguerat ante hoc, & sic rationabiliter vocari possūt Cariathsepher omnes ciuitates, in quibus magna studia florent. Vel vocatur Cariathsepher, idest ciuitas literarum, quia

H literę gentis illius in ciuitate illa repertę sunt: nam sicut idiomata multa sunt, ita, & multiplices sunt literarum characteres apud gētes varias, quamquam nō tanta characterum varietas, vt idiomatum est. literę autem gentis Chananęorum fortassis a literis aliarū gentium, idest characteribus, & sono discrepant: sicut Latinorum, Gręcorum, & Hebręorū non sunt eędē in sono literę nec in figuratione similes.

Quæ gens imposuit vrbi Dabir hoc nomen Cariathsepher. Quæst. VI.

Sed tunc stat dubium quis istud nomen imposuerit, scilicet an Hebręi, vel Gentiles. Si dicamus, quòd Chananęi: satis conueniens videtur,

I quia in terra illa studium fuit ante tempus Iudęorum inter Chananęos, vel inuentio literarum terrę illius: ob hoc autē verisimilius est, quòd ipsi Chananęi indigenę terrę nomen imponerent ad celebrandum terram suam, quā Iudęi ex eo, quod a prioribus seculis accidisset, nunc nouum vrbi nomen fingerēt. Et tamen tunc obstat, quia Cariathsepher est nomen pure Hebręum, sicut patet inspiciētibus originem, & qualitatem hebraicarum dictionum. qualiter ergo imponerent Chananęi nomen istud? In contrarium aliquis dicet, quòd impositum fuit nomen istud ab Israelitis, vt patet ex origine dictionis. Sed tunc obstat

K confirmatio positionis superioris, scilicet quomodo Israelitę imponerent nomen vrbi Chananęorum ex eo, quod a multis temporibus prius accidisset in terra Chananęorum. Respondendum videtur, quòd ista vrbs fuit locus studiorum, vel inuentionis literarum, vt dictum est, & Gentiles ad celebrandum famam terrę suę vocauerunt vrbem Cariathsepher, idest vrbem literarum: nō quidem in his vocibus, sed in alijs vocibus Chananęi idiomatis idem signantibus. Iudęi autem cum venerunt in terram, scientes nomē vrbis quid signaret in sermone Chananęo, imposuerunt aliud nomen in lingua sua, quod idē signaret, & istud fuit Cariathsepher. Nomen autē quo Chananęi vocabant vrbem hanc non patet, nisi quantum ad hoc nomen

nomen Dabir, & sic aliquando fit, vt duę gentes imponant rei duo nomina idem signantia, & quęlibet gens secundum proprietatem linguę suę. Sic patet de Iacob, & Laban, qui quando confęderati sunt super montem Galaad ponentes cumulum lapidum, quasi in testem, vocauit eum quilibet secundum proprietatem linguę suę. Iacob vocauit montē Galaad, quod interpretatur aceruus testimonii: Laban vero posuit nomē syrum terrę Mesopotamię, quod signat cumulum testis, vt patet Gene.31.c. & sic non stabit aliquod inconueniens: nam verum erit, quòd Chananęi posuerunt nomen vrbi suę vocantes eam ciuitatem literarum, vel vrbē libri, & hoc multo tempore antequam venirent Israelitę in terram Chanaan. Tamen istud nomen Cariathsepher non posuerunt ipsi. Sed postea venientes Israelitę posuerunt secundum conditionem linguę suæ, quia nomen Chananæum positum vrbi hoc signabat: Caleb autē, quando locutus fuit de vrbe Dabir, locutus fuit secundum linguā suam vocās eam Cariathsepher, sed postea tempore Samuelis scriptoris libri huius vtrunque nomen tam Chananæum, quam Hebræum signās ciuitatem literarum deletum erat: ideo dictum est, quæ prius vocabatur Cariathsepher, vel cuius nomē vetus erat Cariathsepher Iudi.1. *Idest ciuitas literarum.* Istud non est in Hebręo, sed translator noster apposuit ad cognoscendum quid signaret nomē istud hebraicum, & sic est in multis alijs nominibus hebraicis, & quamquam interpretemur Cariathsepher, idest ciuitatem literarū, proprius tamē vocatur ciuitas libri, sed ad idē redit.

Dixitque Caleb, qui percusserit Cariathsepher. Locutus fuit Caleb verba ista, cum iam peruenissent filij Iudæ ad expugnandam Cariathsepher, quę forte erat ciuitas fortiter munita: erat enim in montibus, vt patet supra 11. scilicet, quòd deleuit Iosue Enacim de montanis Hebron, & Dabir: erantque pugnatores eius validi, potissime, quia ibi erant gigantes, sicut in vrbe Hebrō, & Anab. Et ob difficultatem expugnationis, vt aliquid viri probi attenderent nimis ad capiendā vrbem, promisit capienti filiam suam Axam. Ista ciuitas habebat regem, qui iam interfectus fuerat cum alijs regibus occisis tempore Iosue, vt patet supra 12. & tamen nondum fuerat capta ciuitas eius, quia iste rex forte fuit occisus in pugna ad aquas Meron, vbi maxima pars Chananęorum conuenerat contra Iosue, & Israelitas, vt supra 11. Sic fuit de rege vrbis Hebron, quia ipse fuit de quinque regibus primis occisis in terra Chanaan, scilicet de illis, qui latebant in spelunca vrbis Maceda, vt patet supra 10. tamen vrbs Hebron postea capta fuit a Caleb post mortem Iosue, vt declaratum fuit hic, & colligitur Iudi.1. Sciendum, quòd Caleb conuenienter dixit verba hęc propter duo. Primum, quia ipse erat dux belli, vt supra declaratum est: ad iudicem autē pertinet in bello proponere pręmia bene pugnantibus, vel comminari pęnas, aut inhonorationes fugientibus de acie. Sic dicit Homerus de Hectore in Iliade, & allegat Aristo.3. Ethico. agens de fortitudine, quę est per timorem, scilicet.

Caleb ... con ... enter ... de dā ... filia sua

Quem ego videro sine bello fugere, faciam
Quòd non sit sibi sufficiens fugere canes.

Ita Dauid cum pugnaret contra Ierusalem, scilicet contra mōtem Sion, vbi erant Iebusęi ait, qui percusserit Iebusęum, in primis erit princeps, & dux, & sequitur, quòd ascendit Ioab, & factus est dux, vt patet 1. Paralipo.11. & 2. Regum 5. Erat autem tunc Dauid dux belli, quia erat rex. Alia causa erat, quia ciuitas Dabir pertinebat ad Caleb: ipse enim petierat montem, in quo erant Hebron, Dabir, & Anab, & datus est ei, vt supra declaratum est.

Qui percusserit Cariathsepher, & ceperit eam. Non intel-

A ligitur, ꝙ per se caperet vrbē, & occideret habitatores illius, quia tunc cum dicatur, quòd Othoniel frater Caleb percusserit, & ceperit eam, sequeretur, quòd ipse per se hęc omnia fecisset: non est tamen verisimile: tum quia non posset hoc facere Othoniel per se, nec cum cognatis suis: tum quia iam tota tribus Iudę cū tribu Simeon ascenderant de Hebron in Dabir, & ad expugnandum Vrbem: quomodo ergo isti cessarent a bello permittentes solum Othonielē pugnare? non est enim rationabile. Dicendū ergo, quòd verba Caleb intelligebantur de eo, qui primo percuteret habitatores Dabir, & irrumperet vrbem effringendo portas, & intrando, vel ascendendo muros. Et ponuntur

B duo, scilicet percutere Cariathsepher, & capere: percutere enim est, quòd percuteret aliquos de habitatoribus vrbis, scilicet, quòd qui primus occiderit aliquem de habitatoribus Dabir. Capere vrbem accipitur hic pro ingredi in eam, vel irrumpere ad capiendum eā: & sic filia Caleb danda erat ei, qui occiderit primum de viris Dabir, & ingrederetur primus in vrbē, & hoc fecit Othoniel frater Caleb. Similis modus proponēdi fuit Dauid, cum pugnaret contra Iebusęos habitātes in arce Sion 2. Regum 5. Posuerat Dauid in die illa pręmium, qui percussisset Iebusęum, & tetigisset Domatū fistulas, & abstulisset claudos, & cęcos odiētes animam Dauid, & 1. Paralipo.11. clarius hoc ponitur, scilicet. Dixitque Dauid: omnis, qui percusserit Iebusęum in primis erit princeps, & dux: ascendit autē

C Ioab primus filius Saruię, & factus est princeps. *Dabo ei Axam filiam meam vxorem.* In hoc apparet, ꝙ esset Caleb vir valde honorabilis in tota tribu Iuda, & diues, alias nullus se vellet exponere tanto periculo mortis irrumpendo primus in vrbem, & percutiendo primo viros Dabir. Magnum enim est, quòd pretio vitę emitur, & reuera nihil hoc carius. Erat tamē Caleb princeps nobilissimus, & dux in tribu Iuda, & quilibet de tota tribu intelligeret se esse gloriosum, si acciperet filiam eius in vxorem: vnde credendum est quòd non solum Othoniel, sed etiam alij viri bello strenui ad capiendum hoc præmium conati sunt, pręualuit tamen Othoniel. Item credendum videtur multis, quòd non solum Caleb proponeret filiā suā accipienti, & percutienti vrbem Dabir, sed etiam, ꝙ

Magnū est quod ꝑtio uitę emit.

D daret ei vrbem illam in dotem cum filia, quia vrbs ad eum pertinebat, sed non multum tenendum est, quāquam aliquibus sic videatur. Nam etiam si dedisset Caleb vrbē Dabir Othonieli fratri suo cum filia sua, quia erat vterque ad eum pertinens: tamen non erat multum rationabiliter dictum, quòd ipse a principio proposuisset dare filiam suam, & cum ea vrbem, quia nesciebat quis accepturus esset vrbem, & posset eam dare alicui quasi nihil attinenti ad eum. Item non videtur, quòd etiam Othonieli fratri suo dederit vrbē Dabir cū filia sua Axa, qa immediate agitur de agro, quem petijt a patre suo Axa dicens: Terram australē, & arentem dedisti mihi, da & irriguam aquis, & subditur, quòd Caleb dedit ei irriguum superius, & irri-

E guum inferius. si tamen dedisset Caleb filię suę in dotem vrbem Dabir cum territorio suo, non videtur satis, quòd esset arens terra, quia alias non potuisset a principio sustentari. Item ex concessione Caleb sequi videtur, quòd modicum de hęreditate dederat filię suę, cum subdatur: Dedit ei irriguum superius, & irriguum inferius, idest, quòd apud illam possessionem, quam a principio tribuerat addidit alias partes, vnam supra possessionem illam, & aliam inferius: vtranque autem aquis irriguam; Si autem dedisset ei a principio totam vrbem Dabir cum territorio suo, quomodo diceretur, quòd dedit ei irriguū superius, & inferius? nā erat vrbs ista in mōtanis, vt patet supra vndecimo

capi-

capitulo,& satis in eminenti loco. nam etiam Hebrō erat in montanis, & tamen de vrbe Hebron ibatur ascendendo in Dabir, vt patet hic,& Iudicum primo.

Cepitque eam Othoniel filius Cenez. Nō habetur in Hebręo iunior, sed hic additum est, quia sic habetur Iudi. 1. vbi idem factū narratur: iste Othoniel vocatur Cenezęus sępe, sicut Caleb, sed vt dicitur magis proprie vocatur Othoniel Cenezęus, quā Caleb, quia Cenez erat pater Othonielis, & frater Caleb: Determinatio autem magis fit a patre, quam a fratre. iste Othoniel erat egregius bellator, ideo cum audiuit propositum premiū a Caleb conatus est irrumpere primus in vrbem,& expugnare hostes: vnde habuit Axam vxorē.

Frater Caleb iunior. Ista additio, scilicet quòd esset Othoniel frater iunior forte potest ad hoc poni, vt intelligatur quomodo acceperit vxorem filiam Caleb: nam Caleb erat iam vetus: si autem Othoniel esset ei coętaneus, vel quasi, non posset accipere in vxorem iuuenculam filiam Caleb. Dicitur ergo, quòd erat frater iunior, & sic adhuc poterat esse conuenientis ętatis, vt acciperet Axam filiam Caleb in vxorem. Quod autem Othoniel esset iunior Caleb necesse erat: quia omnes, qui erant numerati a 20. annis, & supra cum facta est murmuratio in Cadesbarne mortui sunt in deserto pręter Caleb, & Iosue, vt patet Nume. 14. & 26. & Ecclesiastici 46. oportet ergo, quòd Caleb esset senior Othoniele, & omnibus, qui tunc erant pręter Iosue, & quosdam Leuitas, & non solum erat senior, sed etiam erat ad minus senior Othoniele annis 20. nam omnes, qui erant annorum 20. cum venerunt Israelitę in Cadesbarne mortui sunt in deserto, quia super illos sentētia data est, vt patet Num. 14. sed Othoniel non fuit mortuus, & nō fuit de duobus exceptis, scilicet de Caleb, & Iosue: ergo nondum erat natus, cum peruentū est primo in Cadesbarne, vel non erat. 20. annorum. sed Caleb erat tunc annorum 40, vt patet pręcedenti c. scilicet 40. annorū eram quando misit me Moyses famulus domini de Cadesbarne: ergo ad minus 20. annis excedebat Othonielem, & quemlibet de tota tribu Iuda, & cęteris tribubus, sed valde pluribus credendū est, quòd excederet, ita quòd esset Othoniel tunc satis iuuenis, scilicet 30. annorum aut pauciorum. Quod patet, quia terra post mortē Iosue quieuit aliquot annis, quibus nō declinauerāt Israelitę ad idola, vt patet Iudi. 2. scilicet, quòd in diebus seniorum, qui vixerunt longo tempore post Iosue, non declinauit Israel ad malum: deinde suscitatę sunt gētes contra Israelitas declinātes ad idolatriam, & presserunt eos: suscitauit autem Deus hunc Othonielem in iudicem, & 40. annis iudicauit terram. Satis ergo erat iuuenis, quando pugnauit contra viros Dabir. De hoc Iudi. 3. c.

Othoniel iunior Caleb.

Deditque ei Axam filiam suam vxorem. Hoc enim promiserat Caleb, ideo compleuit, accepitque Othoniel Axam in coniungem,& dotem cum ea, scilicet partē terrę de montana terra, quam tradiderat Iosue Caleb in possessionem.

Vtrum potuerit Othoniel accipere Axam filiam fratris sui in vxorem. Et an esset iste gradus prohibitus in veteri lege. Et an tunc vir, & vxor ad paria iudicarentur, quantum ad matrimoniale vinculum sicut nunc in nouo testamento. Et, quòd maximum malum esset naturæ, & politiæ communitas vxorum. Quæst. VII.

SED contra hoc aliquis dicet, quomodo potuit accipere Caleb filiam in vxorē Othoniel? Nā erat consobrina eius, scilicet filiam fratris sui, sed iste gradus in lege vetitus erat Leui. 18. vbi ponuntur gradus illiciti ad cōtrahendū matrimoniū,

F & dicitur: Turpitudinem sororis patris tui nōn reuelabis, quia caro patris tui est: Turpitudinē sororis matris tuę non reuelabis, eo quòd caro sit matris tuę. Sicut ergo non licebat filio accipere in vxorem sororē patris sui, vel matris, ita non licebat alicui accipere filiam fratris sui in vxorem, vel filiam matris suę, quia erat idem gradus attinentię vtrobique: ideo sicut primum non licebat, ita nec secundum: ergo Othoniel nō debuerat accipere Axam filiam fratris sui Caleb. Ad hoc respondent aliqui, quòd Caleb non sponte egit hoc, sed a principio proposuit, quòd siquis caperet Dabir, daret ei filiam suam in vxorem, quia non venerat ei in mente de Othoniele fratre suo, si autē de illo cogitasset, non proposuisset talia: postea autē cum Othoniel cepisset vrbē, erubuit Caleb, qui erat

G valde reuerendus vir, si non daret filiam suam Othonieli, sicut promiserat: ideo tradidit, quamquam videretur illicitum. Sic quoque fecit Iepte Galaadites: nā cum iuit in bellum vouit, vt si Deus reduceret eum cum gaudio in domum suam, quidquid ei primo occurreret de domo sua immolaret, & occurrit vnica filia, quam postea (licet cum magno dolore) immolauit, vt patet Iudi. 11. Sed ista responsio nō satis videtur: nam cum cepit Othoniel vrbem Dabir, & videret Caleb, quòd erat ei danda filia sua in vxorem, si displiceret ei, quia erat illicitum, habebat legitimam excusationem,& pulchram ad non complendum, scilicet, quòd ipse non excogitasset de Othoniele, qui ad eum consanguinitate tam cōiunctus erat, & in gene-

H rali sermone non veniunt ea, quę quis non esset verisimiliter in specie concessurus, sed nō esset Caleb cōcessurus determinate filiam suam Othonieli, si cum eo loqueretur de captione vrbis Dabir: ergo, quamquam sic loqueretur, non erat obligatus ad dandum filiam suam Othonieli. Item non poterat Caleb per votum, vel promissionem suam obligare se contra id, quod lex simpliciter vetat, sed vetat talia cōtubernia, ideo etiam si specialiter promisisset dare eam Othonieli non teneretur, & non solum non teneretur, sed etiam non esset sibi licitū facere, quia tunc esset fraus omnibus legibus, & eneruaretur earum vigor, siquis per votum suum aut promissionē licitè posset facere contra legem, quod alias nequaquam facere potuis-

I set, ideo nec obligatus fuit ad dandum, nec licuit ei dare illam. Nam si licuisset, dato, quòd non esset obligatus, debuisset dare ad complendum promissa, sed neutrum erat. Cum ergo Caleb dederit filiam suam Othonieli habens excusationes legitimas,& necessarias, videtur, ꝙ volens fecerit. Nec est simile de Iepte Galaadite immolante filiam suam: nam iste non immolauit propter verecundiam, quasi erubesceret nō complere promissa, quia nequaquā erat verecundū, cum omnibus notum esset, quòd ipse nō aduertisset in generali sermone de filia sua vnica, sed de eo, ꝙ immolabile esset, ideo licet non compleret non esset ei erubescendum, ita ipse dicit se fecisse per ignorantiam votum istud, & putabat se teneri voto, ideo, vt

K non infringeret religionem occidit illam. Sic patet Iudi. 11. cum dicitur: Heu filia mi decepisti me, & ipsa decepta es, aperui enim os meū ad dominū, & aliud facere non potero. Et hoc non erat mirabile, quia inter Iudęos frequenter eueniebat, vt rari, vel quasi nulli essent homines sapientes circa quęstiones legis, vt scirent iudicare ad quid homo teneretur, & sic credendū est, quòd nullus fuerit, qui potuerit declarare Iepte, quòd non teneretur ad votū emissum. Sic fuit tempore Machabęorum: erat enim vetitum sabbato quidquam operari, ideo crediderūt Iudęi se non posse resistere pugnātibus cōtra eos diebus sabbathorū, vnde cum pugnarēt cōtra eos Gentiles, nō se defenderunt

derunt munientes loca, nec saltem mittentes lapidē vnum in eos, sed permiserunt se occidi dicentes. Moriamur omnes in simplicitate nostra, testes sunt super nos cęlū, & terra, quòd iniustè perditis nos 1. Machabęo.2.c. si autem illi sciuissent licitum esse defendere se sabbathis restitissent hostibus. Et postea adhuc alij Iudęi nesciebant an liceret eis defendere se in sabbathis, sed quia viderūt, quòd hoc modo cito delerētur omnes de terra, conuenerūt inter se, vt pugnantibus in diebus sabbathorum respōderent, vt eodem c. Nō ergo fuit simile de completione voti Iepte Galaaditis & de completione promissi Caleb dando filiā suam Othonieli. Item in hoc non excusatur Othoniel, sed Caleb quodam modo: nam sciebat Othoniel illicitū esse, quòd acciperet filiam fratris sui in vxorem. Quāquam ergo Caleb, quando proposuisset verba hęc in generali non considerasset de Othoniele fratre suo, tamen Othoniel sciebat, quòd illicitum erat sibi accipere filiam fratris sui vxorē: cum ergo conaretur irrūpere primo vrbē, & percutere hostes, vt haberet Axā in vxorem deliberatè malū agebat, quod nequaquam est excusabile, & nō solū cum conatus est accipere vrbem, vt haberet Axam (quia licet istud desiderium erat illicitum quantum ad aliquid, erat licitum quātū ad aliud) sed quando capta vrbe voluit accipere Axā in vxorem, & petijt, totaliter illicitum fuit: potuerat enim capta vrbe nō petere Axam in vxorem, vel gratis oblatam non recipere. Nam non obligabatur ipse ad recipiendum, vel petendum, si Caleb obligabatur ad dandum, si tenuisset promissum, quòd ergo sponte voluisset illicitum perpetrare, incōueniēs videtur.

Caleb vir iustus.

Item non est tale sentiendū, tam de Caleb, quam de Othoniele, quia Caleb erat vir iustus, cum Deus ei promisisset dare montem Hebron, & scriptura de eo perhibeat testimonium, quòd secutus fuerit Deum supra 14. de Othoniele autē identidem est: erat enim vir bonus, quem Deus suscitauit Saluatorem Israel, vt pater Iudi.3. scilicet qui suscitauit eis Saluatorem, & liberauit eos, Othoniel videlicet filium Cenez fratrem Caleb minorem, fuitque in eo spiritus domini, & iudicauit Israel: si ergo illicitum fuisset, nō est credendum, quòd isti viri commisissent, aut alter alterū committere permisisset. Quidam autem volētes totaliter saluare istam controuersiam dicūt, quòd Othoniel non erat frater Caleb, sed consobrinus eius, scilicet filius fratris sui, scilicet Cenez, & tunc manifestū est, quòd poterat accipere Axam filiam Caleb in vxorem, quia erant duo patrueles, idest filij duorum fratrum, qui erant fratres, & iste gradus non erat prohibitus lege mosayca. Et cum obijcitur, quòd scriptura vocat Caleb fratrem Othonielis, respondent, quod illi, qui sunt de cognatione eadem, vocantur fratres, maximè, qui sibi attinent in gradu propinquo, scilicet consobrinus ad patruum, vel auunculum, & sic vocabantur Abraham, & Loth fratres Gene.13. cum dixit Abraham ad Loth: Ne quęso rixa sit inter me, & te, pastores meos, & pastores tuos, fratres enim sumus. Constat tamen, quòd Loth non erat frater Abrahę, sed erat Abraham patruus illius, quia Loth erat filius Aram fratris Abrahę Gene.11. ita hic Othoniel vocabitur frater Caleb, licet sit filius fratris sui, scilicet Cenez. Dicendum, quòd ista respōsio satis tollebat omnia inconuenientia, tamen non conuenienter dicitur, quòd Othoniel nō sit frater Caleb. Nec potest respōderi per similitudinem de Abraham, & Loth: aliud enim est, cum aliqui vocant se fratres, aliud autem cū scriptura perhibet testimonium de aliquibus, quòd sint fratres: nam homines, qui non sunt fratres interdum vocant se fratres, quia se diligunt, vel ad captandam beneuolentiam, & sic cum Abraham vellet vita-

Otho. esset sobri. Caleb non fra.

A re iurgium inter se & Loth, vocauit eum fratrem ad magis captandum beneuolentiā. scriptura tamen non vtitur talibus modis loquendi, cum ipsa ex se perhibet testimonium de aliquibus, quòd sint fratres: similis modus patet de rege Tyri, qui vocauit fratrem suum regem Salomonem. 3. Regum 9. tamen manifestum est, quòd nulla consanguinitate iungerentur, quia rex Hiram erat de Chananęis. Sed adhuc dato, quòd scriptura ex seipsa, interdum sequēs modū loquendi vocet fratres eos, qui non sunt, tamen hic ponuntur aliqua, ex quibus manifeste apparet, quòd non sit talis modus, sed verè essent fratres Caleb, & Othoniel. Nā vbicunq; agitur mētio de Caleb, & Othoniele, vocat̄

B Othoniel frater minor, vel iunior Caleb: si tn̄ esset largè vocatus frater, non ponerentur istę limitationes maior, & minor: ideo dicendū, ꝙ vere erat Othoniel frater Caleb, & consequenter non poterit stare solutio posita. Nicolaus non curans an sint fratres, vel nō dicit, quòd satis stat cōueniēter, quòd acceperit Othoniel filiam fratris sui in vxorem. Et quando arguitur, quòd iste gradus erat prohibitus, respondet falsum esse, nam vetabatur, quòd quis acciperet amicam suā, idest sororem patris in vxorem, vel materteram, idest sororem matris, tamen non prohibebatur è cōtrario, quòd acciperet filiam fratris sui, vel sororis suę in vxorem. Et cum arguitur, quòd isti in eodē gradu sibi attinent, respondet hoc non obstare propter duo.

C Primo, quia illi gradus erant prohibiti propter reuerentiam, ne quis tractaret eam, quam tractare non deberet irreuerenter. Discooperire autē turpitudinē est tractare maxime irreuerenter, ideo non conueniebat hoc respectu superiorum, scilicet, quòd quis acciperet sororem patris sui, vel matris. Quòd tamen aliquis acciperet filiam fratris sui in vxorem non stabat eadem ratio, quia non tractabat eam irreuerenter, cū esset minor, vel descendens, & ad minores non est reuerētia: licuit ergo accipere.

Secūda rō est, quia quamquam esset idem gradus, tamen non stabat eadem ratio, nam licet nunc secundum statutū noui testamenti vir, & vxor ad paria iudicentur, quantum ad matrimoniale vinculum, tamen secundum vetus testamentum maior reputabatur vir, quia licebat alicui accipere plures vxores, nulli tamen

D fęminę licuit accipere saltem duos viros, ideo quamquam non liceret alicui fęminę accipere filiū fratris sui, vel sororis suę in virum, tn̄ licuit alicui accipere filiam fratris sui, vel sororis suæ in vxorem.

Sed istę responsiones Nicolai non multum stant. Prima cū dicit, quòd isti gradus erant prohibiti propter irreuerētiā, ideo vbi nulla erat irreuerentia, quòd liceret, falsum est: nam tūc solum vetita fuisset copula virorum ad fęminas, quę aliquo modo habent ad eos rationē superioris, vel directè, vel transuersaliter, sed falsum est, quia maior est prohibitio virorum ad quasdam æquales, & ad quasdam inferiores: frater.n. & soror æquales sunt, & non debent sibi inuicem aliquam reuerentiam, ergo liceret fratri accipere sororē

E in vxorem, quod est falsum.

Etiam prohibitum est, ne quis accedat ad filiam suam, vel neptem, & tamen sunt inferiores, ad quas nulla est reuerentia. Etiam vetitum est, ne quis cognoscat carnaliter nurum suam, aut vxorem fratris sui, & sic de multis aliis, omnes tamen istæ, aut æquales, aut minores sunt: ergo non erat causa prohibitionis irreuerentia, sed naturę sacra colligatio, & verecundia atque iura propinquitatis magnę. Sic videtur exprimi. Leui.18. scilicet. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet.

Item quando in eodē capitulo exprimitur de qualibet copula illicita causa, non ponitur irreuerentia

pro causa, sed identitas magna sanguinis, vt cum dicitur: Non reueles turpitudinem talis, vel talis, quia turpitudo tua est, vel turpitudo patris tui, aut matris tuę: aut turpitudo fratris: ad seipsum autem non tenetur aliqua reuerentia, & tamen aliqui complexus erant vetiti, quia in illis discooperiret quis turpitudinẽ suā. Sed siue cognoscat aliquis sororem patris, vel matris, siue aliquis cognoscat filiam fratris sui ęqualiter reuelat turpitudinem sanguinis sui, cum ęqualiter ad se isti pertineant, scilicet in eodem gradu, ergo ęqualiter erit prohibitum vtrunque, & in hoc non est ratio vlla dubitandi. Secunda ratio Nicolai non facit multum ad propositum, & etiā pręsupponit falsum. Primum patet: nam ex hoc, quòd non licebant viro, & vxori ęqualia in veteri testamento, nō liceret alicui fęminę accipere in virum filium fratris sui, vel sororis suę, ꝙ expressè vetitum erat. Ita non liceret alicui fęminę accipere in virū patruum suum, vel auunculum, scilicet fratrem patris sui, vel matris suę, sed Othoniel erat patruus Axę filię Caleb, ergo non licebat ei accipere Othonielem in virum.

Si autem dicas, quòd Othoniel accipiebat Axam, & licebat ei, licet nō liceret Axę accipere Othonielē: non stat, quia matrimonium inducit relationem, & sicut Othoniel accipiebat Axā in vxorem, ita accipiebat Axa Othonielem in virum, ideo si vni licet, & alteri, aut si vni non licet, neutri licebit. Et si respōdeas, quòd Axa non accipiebat Othonielem, quia non petebat eum in virum, quia hoc nō licebat ei, sed Othoniel accipiebat Axam, quia pètebat eam, & hoc licebat Othonieli, quia erat vir: nō stat hoc. Nam isto modo tolleretur prohibitio a Deo imposita Leui.18. quia quamquam non liceat alicui fęminę accipere in virū filium fratris sui, vel sororis suę: tamen licebit viro petere in vxorē sororem patris sui, vel matris, quia licet viro, quod non licet vxori, sed ista nō stāt: nam in hoc includit contradictionem, quòd liceat viro accipere aliquam in coniugem, & quòd non liceat fęminę accipere illum in virum, quia tunc cum ex parte vxoris non sit licitum contrahere, non contrahetur, aut si contractum fuerit dirimetur tāquam illicitum contubernium: ergo necesse est ęqua esse iura viro, & fęminę quantum ad posse cōtrahere. Item cum dicitur, quòd in veteri testamento non licebant ęqualia viro, & vxori: nihil ad propositum, quia hoc intelligitur de viro & vxore, postquā sunt vir, & vxor post cōtractū matrimonij, sed antequam contraxerint, cum nō sint alligati, nihil magis licet viro, quam fęminę, quia ab alterutro absoluti sunt, sed in contrahendo est sic. ergo non magis licebat alicui accipere filiam fratris sui, vel sororis, quam aliquis acciperet sororem patris, vel matris: secus autem si iam contraxissent: nam tunc verum est, quòd non licerent eis ęqualia. Item falsum supponit, cum dicit, quòd licebat viris in veteri testamento accipere plures vxores: tamen nulli fęminę licuit accipere plures viros, in quo innuit, quòd ista erat libertas quędam data viris in fędere matrimoniali, sed falsum est, quia hoc non fit tanquam vni tribuatur plus iuris, quam alteri, sed quia repugnat intentioni naturę, & honestati humanę, & toti nobilitati politicę. Si enim plures viros aliqua fęmina haberet, fortè gignere nō posset. Quod apparet in prostitutis publicè in lupanari: intentio tamen matrimonij est ad prolem. Item essent proles incertę, & omnes degeneres tanquam vulgo concepti: nemo etiā bona sua posteris suis relinquere certus esset. Etiam homines parū, aut nihil propter cognationem se diligerent, quia dilectio est, cum quis aliquem cognoscit patrem, aut pater cognoscit filium, sed tunc vtrunque esset incognitum: ergo nihil magis diligeret pater filios, quam

F extraneos, quo nihil deterius: vnde in vrbibus nullus amor foret, nec in toto genere humano ex identitate cognationis. Nihil ergo ferè est, quod tantum naturę, & omni bono repugnet quantum comunitas vxorū, aut, quòd vni fęminę plures viros accipere liceret. Dato autem, quòd vnus vir accipiat plures vxores, nullum horum inconuenientium sequetur, ideo quamquam iura diuina, vel humana concedere voluissent ęqualia fęminis, & viris, vel maiora vxoribus, quam viris, nequaquam tamen concessissent alicui fęminę, quòd posset accipere plures viros. De his non oportet in pręsenti speculari: diximus enim de his diffuse in quodam tractatu nostro manuali de platonica, & socratica politia, & an conueniret politię vxorum cōmunitas. Eadem enim damna sequuntur prorsus, etiā
G si nō sint omnes vxores cōmunes, si licuerit alicui accipere plures viros. Non ergo datum est in lege veteri viris super fęminas hoc libertatis, vt possent plures vxores accipere, & fęmina non posset accipere plures viros, sed ista a iure naturali proueniunt, cui repugnat cōmunitas quæcunque vxorum, & tamen non repugnat simultanea bigamia, aut trigamia, aut in quocunque numero: Licebat tamen aliquid viris in veteri testamēto super fęminas, quia poterant viri repudiare fęminas, siue cum causa siue sine causa: fęminę tamen non poterant repudiare viros aliquo horū modornm, & sic rationes istę non multum agunt.

Ideo respondendum videtur, quòd istud matrimonium secundum se illicitum erat, tamen ex dispensa- *Doct. vera responsio.*
H tione ad aliquid bonum factum est, & licet non appareat illa dispensatio credendum est, quòd fuerit: iste enim est modus cōmunis in sacra Scriptura, quia viri sancti, & magnę auctoritatis faciebant interdum quędam, quę erant directè contra pręcepta legis, & tñ qñ ipsi faciebant, totus populus credebat bene facta esse, & quia existimabat, quòd Deo iubente illa facerent, & qui postea legebant factum, hoc modo interpretabātur. Sic enim Deus iusserat, vt nemo immolaret nisi in altari suo in loco vbi inuocaretur nomen eius, vt patet Exo.20. & Deutero.12. et siquis alibi immolare vellet, reus mortis erat, ac si hominē occidisset Leui. 17.c. Elias tamen constituit altare in mōte Carmelo. 3. Regum 18. & non apparet, quòd Deus iusserit: cre-
I ditur tamen esse per dispensationem, & incitationem Dei, quia confirmatum est opus eius miraculo, cum Deus miserit ignem de cęlo super sacrificium Elię, vt patet eodem c. Dauid quoque constituit altare in area Areunam Iebusęi extra sanctuarium. 2. Regum 24. sed illud Deo iubente per prophetam Gad factum est Samuel quoque in multus locis immolauit: nam legitur immolasse in Masphat. 1. Regum 7. immolabat quoque in Ramatha vrbe sua vbi ędificauit altare. 1. Regum 8. immolauit quoque in vrbe Bethlehem. Patet mandatum domini pręallegato capitulo, de alijs autem nequaquam, sed creditur per dispensationem factum, quia isti erant viri prophetę, & creduntur fecisse instinctu Dei. Ita conformiter de Caleb, & Otho-
K niele credendum est: isti enim erant viri sancti, vt patet pręcedenti capitulo de Caleb, cum scriptura laudet eum, & ipsemet Deus perhibet testimoniū, quòd secutus fuerit ipsum, & in catalogo patrum sanctorum veteris legis positus est, vt patet Ecclesia.46. capitulo. De Othoniele patet, cum in eum venerit spiritus domini, & fecerit eum liberatorem, & saluatorem Israel. quod ergo in alijs non licuisset, his licuit: nec videtur alius modus conueniens respondendi.

An ex promissione, quam fecit Caleb de dando Axam in vxorem victori Dabir, obligata esset Axa ad accipiendum illum in virum. *Quæst.* VIII.

QVAERET, nunc aliquis an ex promissione, quam fecit Caleb, s. qui percusserit Cariath sepher dabo ei Axam filiam meam, teneretur Axa suscipere in virum eum, qui cepisset Cariathsepher. Respondendum est, ꝙ ex hac promissione non tenebatur Axa ad contrahendum matrimonium cum aliquo, ideo licet Othoniel, vel aliqs alius cepisset vrbem Dabir, non tenebatur Axa eum suscipere in virum. Nam matrimonia spontanea esse debent: si tamen fuisset Axa obligata ad contrahendũ cum capiente vrbem Dabir ex promissione patris sui Caleb, fierent matrimonia inuita, ideo cum data fuerit Axa in vxorem Othonieli capienti vrbem Dabir, credendum est, quòd ipsa sponte consenserit tradi ei in vxorem, vt complaceret patri. De Caleb etiã dicendum est, ꝙ ex promissione sua non fuit obligatus simpliciter ad dandam filiam suam in vxorem, quia si ipsa non vellet, nõ poterat eam alicui inuitam tradere, sed obligabatur facere quantum posset, persuadendo, vt filia sua acciperet in virum capientem vrbem Dabir: hoc autem citra pęnarum inflictionem, & minas qualescunque. Nam tunc esset hoc cogere: & hoc nõ debebat interuenire in contrahendo matrimonium. Et dato ꝙ pater sciret filiam consensuram, si ei quidquam comminaretur, non tenebatur saltem leuiter comminari, & si cepisset Othoniel vrbem Dabir, postea verò Axa nollet in eum consentire, vt in virum, non teneretur Caleb reus promissionis si suaderet filię quantum fas erat, vt acciperet illum in virum: nam dato quòd antequã Caleb ista verba proposuisset petiuisset a filia sua, an vellet accipere in virum capiẽtem vrbem Dabir, & ipsa consentiret, & postea capta vrbe, non consentiret in capientem, non tenebatur accipere illum in virum, quia semper habebat libertatẽ mutandi propositum, donec esset alligata vinculo matrimonij: Caleb autem, qui ista promisit putauit securũ sibi esse posse cõplere, quod dixerat, & hoc quia puella tempore illo, sicut & nunc vt in plurimum, non accipiunt in viros, nisi eos, quos parẽtes eis dederint, nec alios petunt, ita confisus est Caleb de filia sua, ꝙ nullũ alium vellet, nisi quem ipse daret, & quem ipse daret puella sponte susciperet; potissime si puella erat bonæ indolis, subdita voluntati patris, & hoc Caleb experimento nouisset. *Qui cum pergerent simul.* Iste est quidam casus incidens aliquo modo dependens ex contractu matrimonij supra posito. Acceperat enim Othoniel Axam in vxorem, Caleb autem dederat ei in dotem aliquam terram arẽtem, ideo vir eius suasit illi, vt a patre peteret agrum alium, & ipsa petijt atq; collatus est: & dr̃. ꝙ pergebãt simul. Refertur ad omnes tres, s. Caleb Othonielem, & Axam, & tunc fuit opportunitas petendi agrum. *Suasa est a viro, vt peteret a patre agrum.* Othoniel tacite locutus est Axę vxori suę, ꝙ peteret agrum a patre, & hoc est suadere, idest ad sortem suã trahere, quod est opus rhetorici, s. verbis compositis alios ad id, quod ipse vult perducere, & quia consensit Axa dicitur persuasa a viro. Sciendum ꝙ Othoniel solum suasit vxori petere agrum a patre, quia forte paruam ei sortem dederat: Axa aũt vt conuenientius suaderet patri exornauit propositionem suam dicens, terram australem & arẽtem dedisti mihi, da & irriguam aquis. In hebręo habetur. *Quæ cum pergeret incitauit eum.* Idest, ꝙ Axa incitauit virum suum Othoniel ad petẽdum, & vtrunq; esse potest, s. ꝙ primo Axa virum suũ solicitaret ad petendum agrum, sed Othoniel non cõsentiens incitauit eam, vt peteret, & cõuenientius erat

A ꝙ ipsa peteret quàm vir, cum pater facilius filiæ cõsentiret, & tũc suasa est Axa. vt peteret. Litera autem nostra posuit, ꝙ vir solicitasset Axam, quia manifestum est, ꝙ solicitauerit etiam ſm sensum literę Hebraicæ, cum ipsa ad vltimum petierit, quia tñ interdum litera Hebraica nimis barbarica est, secutus fuit translator sensum, quem litera facere intendebat: & non illum, quem in superficie facit. *Suspirauitque, vt sedebat in asino.* Idest Axa sedebat in asino, quia pergebat in itinere, & tunc suspirauit. Magna.n. est astutia mulierum, & eis oẽs exprimere affectus, & fingere vultum ĩ promptũ est: hic autem Axa rhetoricis vsa coloribus pręmisit omnia, quę negocium prius ad suasionẽ recipere poterat: B solum enim vir suus suaserat petere agrum, quia tñ petitio simplex nihil suadet, posuit fundamẽta suasionis, tam in re quàm in verbis: in re autem, quia antequam quidquam peteret suspirauit, monstrans veritatem desiderij: in voce vero, quia pręposuit terrã australem, & arentem &c. Suspirium Axæ fuit ad duo. Primo ad excitandum patrem ad loquendum, erubescebat fortè Axa incipere petere, ideo voluit, vt pater prius loqueretur, & sic ipsa magis occasionem loquẽdi haberet, & sic factum est, quia suspirante ipsa, pater dixit quid habes, & tunc ipsa dixit: Da mihi benedictionem &c. si aũt non suspirasset, nõ haberet aliquid per quod patrem prius ad loquendum excitaret. Secũdum fuit suspirium ad maiorem suasionem: nam vt in plurimũ magis mouent res q̃ verba, vt patet 10. Ethi. circa principium. licet verba superaddita rebus nõ me- C diocrẽ efficaciam habeãt: vnde vna de partibus rhetoricę consistit in prolatione, prolatio aũt consistit in habitudine vultus, & grauitate oculorum: ideo eadẽ verba ab alio, & alio dicta magis, vel minus mouẽt. Et sic Eschines cum esset exul apud Rhodum insulam, qui egregius orator erat, legereturque coram eo cunctis astantibus mirantibus, atque laudantibus Demosthenis oratio ait, quid si audissetis ipsam bestiam sua verba resonantem? quasi dicat: differentior esset suasio. De hoc Hieronymus in Epistola ad Paulinum. cap. 2. nec solum ad suasionem gestus, qui cum prolatione est, multum agit, sed etiam quędam alia demõstratio passionum in exterioribus sine sermone, vt siquis miserum se ponat, quòd habitudo eius eum sine verbis D miserum prodat, alioquin parũ efficax est persuasio, & sic cum quis iniuriam passus Demosthenem suo tẽpore opinatissimum oratorẽ rogasset, vt causam eius iudicialiter peroraret, negauit eum iniuriam passum, quia hoc placido vultu, & quasi nihil passus petijsset. cum autem ille è contrario crebro assereret se iniuriã pertulisse, nec adhuc crederet Demosthenes, ĩ lachrymis motus est, quòd infęlicitati suę noua adderetur angustia: s. ꝙ ei orator non consentiret, quod videns Demosthenes, nũc inquit, credo quòd iniuriam pertulisti, atque eius causam perorandam suscepit. Ita de Axa filia Caleb si peteret terram sibi dari, quia erat terra sua Australis, & arens, & non monstraret ex habitu quòd angustiaretur, quia talem terram suscepisset, parum moueretur pater, ideo affectus intimos fortassis E vberiores, quàm essent suspirio prodidit. quo commotus pater, quod petierat concessit. *Cui Caleb.* Non respondit vir eius ad suspirium permittens, vt responderet pater, quia sciebat, quòd Axa petere vellet agrũ a patre, & si ipse loqueretur tolleretur occasio loquẽdi Caleb, ex quo perturbaretur suasio Axæ.

Quid inquit habes? Suspiria affectuum interiorum signatiua sunt, nisi falsa sint, ideo pater putauit quidquam pati filiam, & ob hoc petijt quid haberet.

At illa. Idest, & illa respondit. Iam enim captauerat occasionem liberius, & sine rubore loquendi ab alio concitata, ideo subiunxit. *Da mihi benedictionem.*

Mulierum magna astutia.

Prolatio magnã habet efficaciam in persuadendo.

Bñdictio augmentū signat.

Semper signat benedictio augmentum, maledictio autem diminutionem, vel penuriam, aut auaritiam. Sic patet Deuteronom.28.ca. vbi ponitur benedictio in filijs, in agris, in terræ nascentibus, diuitijs, & honore: & rursus ex contraria causa ponitur maledictio in his: & tamen non potest ibi signare maledictio, nisi diminutionem in omnibus rebus. Benedictio autem augmentum, sic quoque Malachiæ 3.c. in decimis, & primitijs vos maledicti estis, idest vos diminuimini in rebus vestris propter decimas, & primitias, scilicet, qa non soluitis eas qualiter oportet. Euidentius autem patet secunda ad Corinth.9.cap. cum dicitur: Extimaui fratres rogare, vt veniant ad vos, & præparent repromissam benedictionem, hanc paratam esse sic quasi benedictionem, & non quasi auaritiam: vbi ponit auaritiam, & benedictionem opposita, sed auaritia signat diminutionem: ergo benedictio signat multiplicationem vel augmentum. Et iterum ibidem, qui parce seminat, parce metet, qui in benedictionibus seminat, de benedictionibus & metet. vbi opponitur seminare ĩ auaritia, vel benedictione: sed seminare parce est pauca semina mittere, ergo seminare in benedictionibus est seminare in abundantia magna, & ita Aza petens benedictionem a patre, petebat ab eo, quòd aliquid ei concederet. Erat autem iste modus petendi, sicut nũc aliqui petunt ab alijs aliquid in vniuersali, vt promittant, & postea particulariter determinãt quid sit illud.

Terram australem, & arentem dedisti mihi. Ista proposuit Axa ad exornandum, & fulciendum petitionem suã: nam si simpliciter dixisset, pater da mihi agrum vnũ, sicut suaserat vir eius Othoniel, non videretur petitio sua habere aliquã causam: vnde fortassis admitti non deberet, sed extimaretur, quòd Axa petebat ex cupiditate maxima, quia non erat satiabilis quocũque dato. Expressit ergo, scilicet terram australem, & arentem, quasi dicat, ista terra non est vtilis ad fruges, vel arbores propter magnam aquarum penuriam, ideo da mihi insuper aliam irriguam.

Quare axa dixit patri terrā australē, & arētē dedisti mihi.

Non est intelligendum, quòd terra, quam dedisset Caleb esset totaliter arens, quia tunc nõ dedisset eam solum, quia dando illam nihil dabat, sed erat arens, idest non sufficiens in aquis, quia indigebat terra illa irrigatione ad aliquid. Vocatur hic terra australis, idest, sicca secundum conditionẽ austri venti, vel terræ australis. Non est sensus, quòd propter esse nimis australem terra ista erat sine aquis, quia magis ad austrum erant aliæ terræ irriguæ, vt patet ex concessione Caleb, s. dedit ei irriguum superius, & irriguum inferius: ergo necesse erat, quòd alterum istorum irriguorũ esset magis australe, quàm terra data prius Axæ, quia ex illo signatur, quòd ista duo irrigua erant coniuncta terræ datæ illi, cum vnum vocetur superius, & aliud inferius: & tunc si erat terra ista ad faciem australem, necesse erat, quòd irriguum inferius esset magis australe, si vero erat posita contra Aquilonem, necesse erat irriguũ superius esse magis australe, quam possessio prius data Axæ. Item non est sensus, ꝙ ista terra erat australis, idest disposita contra austrum, & ob hoc erat arens, immo è contrario accidit, quia ventus australis est magis nimbosus, quam quicunq; alius: & sic ponit Ouidius huic vento, quasi proprium connotatum esse pluuiosum, cum ait:

Pluuioque madescit ab Austro,

1. Metamor. vocat pluuium, idest pluuiosum. Aquilo autem non est pluuiosus: immo pluuias tollit, & inde nomen accepit Aquilo, quasi aquas ligans, ideo propter esse australem terram hanc non erat arens. Item cum necesse sit vnum de istis duobus irriguis esse magis australe quam ista possessio data Axæ a principio, vt supra probatum, manifestum est, ꝙ non erat arens

F propter esse australem, quia alia australior erat irrigua: sed est sensus, quòd dederat sibi terram australem, idest de conditione terræ australis, vel meridianæ: terra autem ad meridiem declinando versus æquinoctialẽ, & per totam Aethiopiam, & Libyam est totaliter deficiens humore, & pluuiæ sunt rarissimæ: ita quòd maxima pars terræ soluta est in viuas arenas, ita suo modo terra, quam dederat Caleb filiæ suæ Axæ erat Australis, idest arens de cõditione terræ meridianæ, quod expressit in sequenti connotato, scilicet, & arentem. Aliqui volunt, quòd vocetur australis, quia perflatur australi vento. Et quando obijcitur, quòd iste pluuiosus est, respondent, quòd licet in quibusdam terris sit pluuiosus, in alijs tamẽ est siccus, & calidus: & sic erat

Terra australis arét

G in terra illa. Rñdetur, ꝙ hoc etiam non stat, nam tunc terræ coniunctæ, quæ perflantur Austro essent arẽtes, sicut illa, quæ data fuerat Axæ: sed falsum est, quia superius, & inferius data est ei terra non arens.

Item nihil ista agunt ad intentionem Axæ, quia ipsa non vocauit terram sibi datam australem, & arentẽ quasi esset terra paucarum pluuiarũ, sed quia erat terra, in qua non erant fontes, aut flumina irrigãtia, quod patet ex adiuncto. Dixit enim; Da & irriguam aquis. sed irrigua non dicitur a pluuijs, quæ cadunt, sed ab aquis irrigantibus, & in terra natis: ideo tenendum est, quod dixi. *Da & irriguam aquis.* i. ẽt da mihi terram, quæ rigetur aquis. Nõ petijt Axa, ꝙ tolleretur terra sibi data, & alia irrigua daret̃, sed ꝙ adderetur alia, quia hoc suaserat vir eius, s. ꝙ peteret agrum a patre, sic aũt con

H secuta est, quod volebat: & dr̃ terra irrigua aqs, in qua fontes erumpunt, q deriuati per alueos terram humectant. Vel ꝙ in ea torrentes, aut flumina sint, & bonitate terræ huius irriguæ suppleret̃ defectus terræ arẽtis prius datæ. *Dedit itaq; ei Caleb.* Vidit, ꝙ iustum petijsset, iõ concessit terrã irriguã aquis. *Irriguum superius, & irriguum inferius.* i. illa terra erat arens, & hẽbat alias terras ꝯiunctas irriguas. Tradidit aũt ipsi Caleb terrã irriguã ex vtraq; parte, & hoc vocat̃ irriguum superius & inferius. Et vocant̃ inferius & superius respectu terræ, q̃ prius data fuerat Axæ, quia vnũ irriguũ fuit ei datum a parte aquilonari illius terræ, & illud vocabat̃ irriguũ superius, quia terra aquilonaris dr̃ superior terra meri

I diana, qa versus illuc inclinant̃ aquæ: irriguum a parte meridiana vocabat̃ irriguũ inferius. Poterat aũt aliter intelligi, s. ꝙ possessio tradita Axæ esset quasi ĩ descẽsu alicuius terræ, & sup illã erat alia terra irrigua, & vocat̃ irriguũ inferius. Sed primus modus conueniẽtior est.

Hæc est possessio tribus filiórum Iuda per cognationes suas. Erantque ciuitates ab extremis partibus filiorum Iuda, iuxta terminos Edom a Meridie, Cabseel, & Eder, & Iagur, & Cina, & Dimona, & Adada, & Ca-

K des, & Asor, & Iethnan, Ziph, & Telem, & Baloth, Asor, Noba, & Carioth, Hesron, hæc est Asor Amam, Sama, & Moloda, & Asergadda, & Hassemõ, & Bethpheleth, & Asersual, & Bersabee, et Baziothia, et Baala, & Lim Esem, et Eltholad, et Cesil, et Harma, et Siceleg, et Medemena, et Sẽsenna, Lebaoth, et Selim, et Ahen, et Remõ. Oẽs ciuitates 29. et villæ earum. In campestribus vero Estaol, et Sarea, et Asena, et Zanoe, et Engannim, et Taphua, et Enaim, et Ierimoth, et Adulã Socho,

cho, & Azecha, & Saraim, & Adithaim, & Gedera, & Gederotaī: vrbes quatuordecim, & villæ earum. Sanan, & Hadaſſa, & Magdalgad, Delean, & Maſepha, & Iecthel, Lachis, & Baſchat, & Eglon, Cebbon, & Leheman, & Cethlis, & Gideroth, & Bethdagon, & Naama, & Maceda; ciuitates ſexdecim, & villę earum. Labana, & Hether, & Aſan, Iephtha, & Eſna, & Neſib, & Ceila, & Achzib, & Mareſa, ciuitates nouem, & villæ earum. Accaron cum vicis, & villulis ſuis. Ab Accaron vſquę ad mare omnia, quæ vergunt ad Azotum, & viculos eius. Azotus cum vicis, & villulis ſuis. Gaza cum vicis, & villulis ſuis, vſque ad torrentem Aegypti, & mare magnum terminus eius. Et in monte Samir, & Iether, & Socoth, & Danna, & Cariathſenna, hæc eſt Dabir: Anab, & Iſtemo, & Anim, Goſen, & Olon, & Gilo: ciuitates vndecim, & villę earum. Arab, & Ruma, & Eſaan, & Ianum, & Bethafua, & Apheca, Athmata, & Cariatharbe: hæc eſt Hebron, & Sior, ciuitates nouem, & villæ earum. Maon, & Charmel, & Ziph, & Lota, Iezrael, & Iucadam, & Zanoe, Accaim, Gabaa, & Thanna,: ciuitates decem, & villæ earum. Alul, & Beſſur, & Zedor, Mareth, & Bethanoth, & Heltecon: ciuitates ſex, & villæ earum. Cariathbaal, hæc eſt Cariathiarim vrbs ſyluarum, & Arebba: ciuitates duę, & villæ earum. In deſerto Betharaba, Meddin, & Sachacha, & Nebſan, & ciuites Salis, & Engaddi, ciuitates ſex & villæ earum. Iebuſæum autem habitatorem Ieruſalem nō potuerunt filij Iuda delere, habitauitque Iebuſæus cum filijs Iuda in Ieruſalem vſque in præſentem diem.

[...]mera- [...]uita- [...]ttinē [...]adtri [...] Iuda.

Hæc eſt poſſeſſio tribus filiorum Iuda. Hic ponitur tertiū, in quo nominantur ciuitates pertinentes ad iſtam tribum: nā ſupra deſcripti ſunt termini, intra quos claudebatur tota poſſeſſio filiorum Iuda, hic in ſpeciali enarrantur ciuitates, quæ erant in ſorte illa, & ſic fit in alijs tribubus, licet in quibuſdam non ponitur numerus ciuitatum, ſed deſcribūtur termini, vt patet de ſorte filiorum Ephraim ſeq. c. & de ſorte dimidiæ tribus Manaſſe. ĩ. 17. c. Iſta litera poteſt legi cum ſuperiori, & erit Epilogus, nam licet in fine terminorum totius terræ dictum fuiſſet ſupra: Hi ſunt termini filiorum Iuda per circuitum in cognationibus ſuis, quia tamen interpoſitum fuit de vrbe Hebron & Dabir: repetitur hic Epilogus, ſ. *Hæc eſt poſſeſſio filiorum tribus Iuda.* Ideſt, terra, quæ clauditur inter terminos ſ. enarratos eſt, q̄ poſſedit tribus Iuda. Si autem referatur ad literam ſequentem, eſt quaſi titulus, in quo demonſtratur in generali, quod immediate particulariter deſignatur, &

A eſt ſenſus: iſtę vrbes, quarum nomina ſequuntur in literra eſt poſſeſſio filiorū Iuda. *Per cognationes ſuas.* Ideſt erant diuiſę per cognationes & familias, quia cuilibet familiæ dabantur certæ ciuitates, & ſicut hæreditas, q̄ ſemel erat vnius tribus, nunquam erat alterius tribus venditione, aut præſcriptione, donatione, vel alio titulo, ita & ciuitates, & territoria, quę ſemel pertinebant ad familiam vnius tribus, nunquam poterant pertinere ad aliam familiam eiuſdem tribus, etiam ſi omnes de illa familia morerentur vnico ſuperſtite. ſic quoq; erat de minoribus cognationibus, quæ vocantur domus: nam etiam iſtę hēbant diſtinctas portiones, quas ſemper retinebant, etiam ſi minuerentur, vel augerētur in multitudine. *Erantq; ciuitates ab extremis partibus.*

B Hic computantur ciuitates ſortis Iuda. Et conſiderandum, quòd iſta ſors fuit maior omnibus alijs, quod patet numerando ciuitates aliarum ſortium infra 18. & 19. cap. & fuit primo facta quàm cæterę, nam iſta tribus primo petijt ſortem quàm cæteræ, vt ſupra probatum fuit, & data fuit ſibi tota terra hęc. Deinde tribus Ephraim, & dimidia tribus Manaſſe petierunt, quouſque Ioſue monuit, vt peterent, vt patet infra 18. & quia iſta ſors fuit valde magna, poſtea, cum completa eſt diuiſio totius terræ Chanaan, fuit diuiſa in duas ſortes, ſcilicet, quòd Simeon, quæ erat parua tribus, ſuſcepta eſt inter latitudinem ſortis Iudæ, & ſuſcepit ciuitates de his, quæ nominantur hic, vt patet infra 19. & apparet magis, quia ciuitates omnes, quæ habētur infra 19. in ſorte Simeon, nominantur hic.

C

Cum terra Chanaan fuerit diuiſa ſorte, quomodo erratum eſt, cum ſortes per Deum operabantur. Et qui fuerit modus ponendi ſortes ſecundum tribus Iſrael.

Quæſt. IX.

SED quæret aliquis cum terra tota fuerit diuiſa ſorte, & ſortes operabantur per Deum, quomodo erratum eſt, vt primo daretur tota terra iſtarum vrbium Iudæ: deinde quædā pars magna eius data fuerit tribui Simeon.

Aliquis forte dicet, q̄ iſta diuiſio fuit facta ab hominibus, ſ. Eleazar, & Ioſue, & duodecim viris de duodecim tribubus, vt patet Numeri 34. & poterant errare,

D ideo putantes, quòd proportionaliter correſponderet cuilibet alteri tribui de reſidua terra, dederūt hāc portionem filijs Iudæ: poſtea autem inuento, quòd non correſponderet alijs ſic proportionaliter, acceperunt de ſorte Iudæ portionem quandam pro tribu Simeō.

Sed tunc inſtabitur, quòd iſta diuiſio facta eſt p̄ ſortem, cum Deus iuſſerit Numeri 26. quòd omnia ſorte diuiderentur, & iſti non præterijſſent domini iuſſionem, ſors autem non erraret, quia a Deo, nam ſortes in ſinum mittuntur, ſed a domino temperantur.

Reſpondebit aliquis, quòd ſors non errauit quantum ad id, quod Deus volebat, quia ſic euenit qualiter Deus voluit, ſed ipſe permiſit, vel fecit venire hūc

E errorem, quia ipſe non operabatur ſpecialiter in his ſortibus, ita vt per ſortem mōſtraret cui tribui quam ſortem euenire vellet, ſed ſicut in alijs communibus ſortibus diuiſorijs, quibus quotidie homines vtuntur, per quas non plene manifeſte monſtratur nobis, quid Deus velit, & ſic potuit accidere error per ſortem, & poſtea correctus eſt iſte error.

Sed non poteſt hoc ſtare, quia Deus iuſſit iſtas ſortes poni, & multum eas commendauit Numer. 26. & 34. capitu. ſi tamen nullius eſſent vtilitatis, ſicut ſortes communes diuiſoriæ, non iuſſiſſet illas poni, ſed iuſſit quia intēdebat per hoc declarare quam partem terræ vellet vni tribui prouenire, & quam alteri: potiſſimè,

quia istæ sortes ponebantur cū magna solennitate coram domino in Sanctuario, vt patet infra 18. sicut posuerūt Apostoli sortem super Barnabam, & Matthiā: Actu 1. ergo ad inuocationem totius populi, vt per illas sortes, quam partē terræ, cui tribui prouenire vellet, demonstraret, nunquam ista sors erraret.

Respondēdum est, quòd sors posita est cum primo data fuit ista terra filijs Iuda, & postea posita est sors cum quædam pars huius terræ data est tribui Simeon: tamen non errauit sors, sed semper a Deo directa est. Fuit autem modus huius, quia Deus iussit, vt diuisores terræ darent maiorem partem terrę maiori tribui, & maiori familiæ maiorem portionem, & tamen ꝙ omnia sorte diuiderentur, Numeri 26. ad hoc autem faciebant tot partes terræ quot erāt tribus, quibus dādæ erant portiones, & istæ partes habebant se proportionaliter ad multitudinem, vel paucitatem virorum in qualibet tribu, f. si vna tribus erat dupla ad aliam, faciebant vnam sortem duplam ad aliam, & sic secundū proportionem tribuum inter se erat proportio sortiū ad inuicem, tanquam non essent dandę per sortes, sed arbitrio diuidentium: postea autem ponebātur sortes & exibant sortes, sicut destinauerāt diuisores: de quo magis infra 18. dicetur. Cum autem tribus Iuda suscepit hæreditatem nulla alia tribus petebat, ideo diuisores considerauerunt tantum de terra quantum intelligebant cōuenire tribui Iudæ proportionaliter ad alias tribus, & quia nulla tribus ęqualis erat ei in magnitudine acceperunt magnam terram. Patet hoc ex computationibus duabus, quarum vna facta est in anno 2. ab exitu de Aegypto in monte Sinai, vbi fuerūt in hac tribu septuaginta quatuor millia sexcēti, nulla autem alia tribus accessit ad illum numerum, & quædam nō accedebant ad medietatem, vt patet Nume. 1. Identidē in secūda numeratione anno quadragesimo ab exitu de Aegypto fuerunt in tribu Iuda septuaginta millia quingenti, & ad hūc numerum nulla tribus etiam tunc accessit, & quædam non accesserunt ad medietatem: Numeri 20. & postea in terra Chanaā etiam fuit semper maior tribus Iuda alijs tribubus, ita vt interdū plusquam duæ vel tres tribus haberet. Patet in computatione, quam fecit Ioab iussu Dauid, in qua de toto Israel, scilicet, duodecim tribubus inuenta sunt octingenta millia virorum fortium, & de solo Iuda inuenta sunt quingenta millia virorum 2. Regum 24. c. ob hoc dederunt diuisores hanc magnam portionem pro tribu Iudæ, non quidem quòd dedissent, quia expectabant sortem, sed quia ipsi in corde suo separabāt eam pro Iuda, & in hoc errauerunt non potentes iudicare, an proportionaliter se haberet tota terra residua ad residuas tribus, sicut illa, quæ separabatur pro tribu Iuda ad ipsam tribum.

Tribus Iudæ erat numerosior cęteris.

Causa autem erroris horum fuit, quia non considerauerant residuam terram describentes eam, & putauerunt maiorem esse: data aūt sorte Iudę, & Ephraim, & Manasse miserunt ad describēdam totam terram, vt patet infra 18. capi. & tunc inuentus est prior error, & in sorte Iudæ assignata fuit portio tribui Simeon, quia partem illam receperat Iudas super proportionē aliarum tribuum ad suas sortes.

Quō sors nō errauit in terra diuisa pro tribu Iuda.

De sorte autem quomodo non errauerit dicēdum est, fuit autem modus, quòd separata illa terra, quam putabant diuisores conuenire tribui Iudæ proportionaliter ad alias tribus, positæ sunt sortes decem, quia tot erant tribus, quibus diuidenda erat terra Chanaan trans Iordanem, computando dimidiam tribum Manasse pro vna tribu, quia vna sors fuit ei data, & ꝓ hoc videri debebat, cui tribui Deus dari vellet hāc terram, & tunc exiuit sors Iudæ Deo dirigēte illam, & prouenit ei terra ista.

F Sed tunc dices, ꝙ sors errauerit, quia non determinauit, quod prouēturum erat huic tribui, cum postea diuisa fuerit ista portio in duas.

Respondendū est, ꝙ ista sors non errauit, vel si hoc voces errare, quia non totum prouenit tribui Iudę, qđ nunc segregatum pro ea erat, respondebitur, ꝙ necesse erat hunc errorem accidere, quia quomodocunq; sors illa determinaret, necesse erat esse errorem, quia facta sic portione terrę, & positis decem sortibus ad videndum quę earum exiret, aut exiret sors Iudę, aut alicuius aliarum tribuum. Si sors Iudę erat error, quia nō tanta terra ei prouentura erat quanta ei nunc proueniebat: si autem exiuisset sors alicuius aliarum tribuū, esset necessario maior error, quia quęlibet alia tribus G erat minor Iudæ tribu: ideo si ista portio terrę erat magna respectu tribus Iudæ proportionaliter ad alias tribus, a fortiori esset magna pro quacunque alia tribu: ideo nulli tribui poterat prouenire, quin postea diuideretur in duas portiones, aut plures: nulli autem tribui magis cōueniebat quàm tribui Iudę, quæ erat maior cęteris, ideo prouenit ei, nec fuit error vllus sortis, cum esset impossibile aliter accidere bene. Error aūt fuit diuidentium terrā, quia non proportionaliter assignauerunt pro tribu Iuda, & cęteris tribubus. Sed postea error iste correctus est, cum ipsi diuisores vidētes terram residuam non sufficere proportionaliter alijs tribubus, deciderunt de sorte Iudę quātum posset sufficere tribui Simeon, quę parua erat, & tūc sors prouenit ei, & sors emendauit errorem diuisorum.

Error terrā diuidētiū.

H Considerandum autem circa vrbes, quę hic ponūtur, quę sunt valde multę, nam in sola tribu Iuda hic ponuntur plures, quàm centum viginti vrbes. cum ergo numerentur ciuitates omnium aliarum tribuum, videbitur terra Chanaan esse aliquid valde magnum, velut siquis diceret dimidium Europę: sed falsum est, quia non erat magna terra, vt patet ex descriptione terminorum suorum, & per descriptionem libri de situ terræ sanctę. Nam Iordanis, & mare magnū sunt duo termini oppositi, scilicet Orientalis, & Occidentalis: & tamen non est valde magna distantia inter terminos: idem de terminis Septentrionali, & Meridiano, scilicet de Hebrō, quę est iuxta latus meridianum, & Emath, quæ est iuxta latus septentrionale: & tamē nō I multum distat. Est autem principium errandi, quia sacra scriptura nō accipit vrbes, sicut nos accipimus, sed vocat vrbes omnia loca munita, siue magna, siue parua, quæ nos in ciuitates, & villas distinguimus. Erant etiam tunc omnia loca pro maiori parte munita, quia erant regna parua & reges multi, ideo bella vndique, & sicut nunc in extremitatibus regnorum sunt loca omnia murata propter timorem hostium, ita tūc vbique loca erant murata: præcipuè in terra Chanaan, vbi erant fortassis reges sexaginta, vt declaratum est supra 12. ca. & hoc modo in vno regno non valde magno poterunt esse trecentę vrbes, idest trecenta loca K paruula, & magna, ciuitates, villę, & castella, & ita erat in terra Chanaan: ambitus tamen totus eius non erat magnus.

In sorte Iudæ ponuntur plures quàm cētū viginti vrbes.

Terra Chanaā parua.

Quare in sorte Iudæ non computantur omnes vrbes sub eadem summa. Quæst. X.

QVAERET aliquis, quare fiunt diuisiones in computatione ciuitatum, f. quia deberent computari omnes vrbes alicuius sortis, & deinde poni summa totalis omniū, sed hic, & in alijs sortibus fit aliter, nam computantur decem vel 20. vrbes per se, & postea totidem, vel plures, & ponitur summa earum, & sic fiunt multæ particulares computationes.

Aliquis

A Aliquis respondebit, quod istud fit ad distinguendum familias: nam supra dicebatur: hęc est possessio filiorũ Iudæ per cognationes suas, idest quæ diuisa fuit familiis, & domibus: diuisiones autem ponuntur hic, scilicet, quòd cuidam familiæ prouenirent vrbes tot, & alteri tot.

Sed hoc non stat, quia tunc tot diuisiones fierent hic, quot erant familiæ in tribu Iudæ, sed hic fiũt octo summulæ, & diuisiones: in tribu autem Iudæ solum erant familiæ quinque, vt patet Numeri 26. ergo non fiunt istę diuisiones pro familijs, sed etiam pro domibus: quia domus erant cognationes minores per familias, ita quòd quælibet familia diuideretur in domos.

B Sed etiam hoc non stat, quia si ponerentur pro familijs, & domibus diuisiones, cũ familiæ essent quinque, ponerentur quinque portiones familiarum: rursus autem quęlibet familia diuiditur in domos, ideo multæ portiones essent assignandę domorum plures, quam decem vel duodecim, & sic fierent plusquam quindecim portiones.

Item non consonat huic, quia quibusdam dantur hic ciuitates triginta nouem, alijs autem ciuitates sex tantum, sed nõ est verisimile, quòd aliqua familia sic se haberet ad aliam, vt sex ad 39.

Item non stat, quia infra 19. in tribu Simeon ponũtur duæ diuisiones tantum, & tamen manifestum est in tribu Simeon plures familias esse: erant enim quinque, vt patet Num. 26.

C Item si ad signandas diuisiones familijs prouenientes ponerentur istę summulę, cum in qualibet tribu essent aliquæ familię, vt patet Numeri 26. ponerentur in qualibet sorte aliquę diuisiones, sed falsum est, quia non ponuntur, nisi in sorte Iudæ, & Simeon, in alijs autem nequaquam, vt patet considerando infr. 18. & 19. capit. Dicendum autem videtur, quod istę diuisiones ponuntur ad signandum diuersitatem regionum, nam in qualibet harum sortium erant regiones, vel partes terræ diuersæ, ideo computat ciuitates, quæ erant in qualibet parte, vel regione harum per se, vt siquis cõputare deberet omnes ciuitates regni castellæ per se, cõputaret eas, quæ erant in Gallicia, & per se quæ erãt in Bethyca regione, & sic de aliis partibus regni, vel ciuitates quæ sunt in vno archiepiscopatu per se, & quæ

D in alio archiepiscopatu per se, & quia erant multæ ciuitates in sorte tribus Iudæ, curauit scriptura obseruare differentiam istam in sorte Iudæ, & non seruauit in omnibus, sic quoque factum est in ciuitatibus, quę pertinebant ad tribum Simeon infra 19. cap. *Erantque ciuitates ab extremis partibus.* Incipit computare ciuitates, & primo ponit eas, quę erant in extremitate sortis, vbi finitur tota terra Chanaan in latere meridiano sortis Iudæ, & vocantur istę extremę partes, tam respectu sortis Iudæ quàm totius terrę Iudęorum, vel Chanaã, quia vt declaratum fuit supra. idem est latus meridianum sortis Iudæ, & terrę Chanaan: & ciuitates, quæ erant ad istud latus computantur hic. *Iuxta terminos Edom a meridie.* Istę ciuitates erant apud meridiem sortis

E Iudæ, & illud est latus aquilonare terræ Edom; quia terra Edom, & sors Iudæ sunt simul, & terra Edõ est magis australis: ideo ubi est latus meridianum terræ Iudæ, est latus aquilonare terræ Edom, & non coniungitur totum latus terræ Edom toti lateri sortis Iudæ usque ad occidentem, quia terra Edom est magis oriẽtalis, & tangit sortem Iudæ a capite Orientis, & peruenit vsque ad partem quandam versus Occidẽtem, sed non per totum latus: ab oriente tamen extẽditur magis quàm terra sortis Iudę. Et istę ciuitates, quę hic nu merantur sunt a parte meridiana sortis Iudæ, & tamẽ incipitur hic a parte orientali sortis: & vtrumque verum est, s. quòd istę vrbes sunt coniunctę lateri meridiano, & tamen sunt apud Orientem, quia latus meridianum inter Orientale, & Occidentale intercipitur: & ciuitates quæ sunt ad vnam extremitatem lateris meridiani sunt oriẽtales pariter, & meridianæ, & quę sunt in alio latere sunt occidentales, & meridianę ad aliud, & aliud cõparatę. *Cabseel, & Eder, Iagur.* Istę sunt ciuitates magis meridianę ĩ tota sorte Iudę, quia sunt coniunctę ipsi lateri meridiano, & incipiunt ab Oriẽte versus Occidentem, s. quod licet Cabseel, & Eder sint ęqualiter Australes, tamen Cabseel est magis Orientalis quàm Eder, & sic de cęteris tendendo per ipsum latus meridianum ad Oriente versus Occidentem.

Et Cina. Ista est vna de ciuitatibus, nam hic non possumus dicere, quòd sit nomen montis, vel latus, aut regionis, cum solum ponãtur nomina ciuitatum, & est ista ciuitas in ipsomet latere meridiano: nam supra dicebatur, quod terminus egreditur per ascensum scorpionis, & pertransit vsque in Sina, & satis conuenit hoc, quia sicut s. ponebatur Sina ad quandam partem versus medietatem lateris, ita ponitur hic ista vrbs in respectu aliarum, quia nõ ponitur in principio, sed quarta earũ incipiendo a Cabseel a latere Orientali in principio lateris meridiani: non est tamẽ ista Sina, quę habetur supra, sicut patet ex litera hebraica, quia ista scribitur cum Cophet, & superior cũ Zadi, ita vt pro ista dicatur quina in Hebreo, & pro alia cina. & vna interpretatur lamentum, & alia scutum. Cina ac eius situs. *Cedes, & Asor.* Istæ duę ciuitates etiam ponuntur in alia tribu, s. Nephthali, patet infra 19. & simul ponuntur sicut hic: & tamen non sunt eędem, quia Cedes, & Asor sunt ibi in Galilęa, hic autem sunt in sorte Iudę: pertinent enim illæ duę vrbes ad tribum Nephthali, & Cedes est in Galilęa, infra 20. cap. Et facta est ciuitas refugij. De tribu Iuda data est vna vrbs in refugiũ, sed ista fuit Hebron, vt patet eodem cap. sed aliquando contingit esse ciuitates, vel oppida plura nominata eodem nomine ęquoce. De ciuitate Cedes fuit rex vnus de occisis a Iosue supra 12. sed de qua harum fuerit, non multũ constat, ibi dictum est. Etiam Asor est in tribu Nephthali: & dictũ est de Asor, quòd esset potentissima quondam inter omnia regna Chananæorum, & quòd ipsa eorum gereret principatum supra 11. ca. habuit quoque regem Iabin, qui cõuocauit cęteros reges ad pugnandum contra Israel, & venerunt ad aquas Meron eodem cap. Quę autem istarum esset, in qua dominabatur rex ille, & cuius rex interfectus dicitur a Iosue s. 12. cap. declaratum est. Quod esset Asor terrę Nephthali patet supra 12. capit. ex dictis, & illa adhuc fuit in potestate gentilium, & rex eius pressit Iudęos, vt patet Iudicum 4. cap. Cedes, & Asor. *Iethnan.* Ista ciuitas prouenit filijs Iudę, sed postea data est sacerdotibus, nam tribus Leui non suscepit sortem cum cęteris tribubus, sed datę sunt ei ad habitandum ciuitates, & suburbana ad alẽda pecora, & fuerunt quadragintaocto, vt patet Numeri 35. & pręcedenti cap. postea autem in diuisione dante qualibet tribu aliquas vrbes sacerdotibus, & Leuitis, dederunt Iudas, & Simeõ nouem ciuitates, de quibus fuit vna Iethnan, vt patet infra 21. cap. Iethnan.

Sed hoc falsum est: nõ est enim eadem ciuitas, quæ vocatur hic Iethnan, & infra 21. capit. sed est error ex modo scribendi Latinorum, qui nomina Hebraica raro, aut nunquam bene scribunt, quia conditio idiomatis nõ permittit, sed alia ciuitas, quę infra vocatur Lothe, vel Iote est idem cum Iethnan, de qua infra 21. c.

Ziph, Telem, Baloth. Ad tribum Iuda semper pertinuerunt, nec datę sunt sacerdotibus, nec translatę in tribum Simeon. Aliqui scribunt sic istam vrbem tanquam vnã, scilicet, Ziphtelem, sed duę ciuitates sunt: nam alias non reperientur hic triginta nouem vrbes, sed

sed 38. ideo diuiditur, & debet scribi Tiph, & Telem. *Asor, Noba.* Aliquę Biblię habent Asor noua, tanq̄ sit nomen adiectiuum signans nouitatem, sed est nomē vrbis, s. Noba: alioquin non essent triginta nouem vrbes, vt infra dicitur. Ista vocatur in Hebræo Liadata. Ecce ponitur hic multotiens Asor, s. ter, quia iterum ponitur infra Asor, & alia, s. 4. est in tribu Nephthali, nec potest aliquis dicere, quòd eadē sit tota ista Asor, sed replicetur, nam tunc solum essent ciuitates 37. ergo sunt tres distinctę ciuitates, & quęlibet vocatur Asor in tribu Iuda, pręter eā, quæ est in tribu Nephthali, de qua infra 19. c. & hoc per ęquiuocationem a casu, sicut fit in nominibus proprijs virorum. *Carioth.* Ista semper mansit in tribu Iudæ, quia nec Leuitis, nec tribui Simeon data est. *Et Hesrom.* Aliquæ Bibliæ habent Iesrom, sed corrupta est litera. Ista ciuitas est in ipsomet latere Meridiano sortis Iudæ circa medium lateris, & ista est ciuitas, quæ ponitur supra in terminis, cū dicitur: Ascenditq; in Cadesbarne, & peruenit in Hesrom. *Hæc est Asor.* Ista est alia Asor a duabus supra dictis, & omnes tres sunt in sorte Iudæ, nec coincidunt, vt dictum est. *Aman, Same.* Istę duę ad tribum Iuda pertinuerunt. *Meloda.* Ista vrbs primo data est tribui Iuda, cum ei soli facta est sors, sed cum factę sunt sortes omnibus alijs tribubus repertū est magnam esse improportionabiliter ad alias sortes, ideo decisum est de ea iuxta quantitatem sortis sufficientis Simeon, vt dictū est, & datę sunt ei ciuitates 17. vt patet infra 19. c. & de his fuit ciuitas Meloda, vt patet eodem cap. *Aser.* Aliqui dicunt esse istam ciuitatem, quæ fuit in sorte Simeon, & vocatur Assen, vel Ason secundum alias biblias. Sed non videtur esse eadem, sed infra ponitur quædam ciuitas dicta Asen, & ista est eadem cum illa. Ista ciuitas etiam nominatur infra iterum, sed non est eadem, quamquam sit eadē vox, quia sicut in isto nomine Asor coincidunt tres ciuitates Aser. Aliqui putant Aser, de qua hic esse Aser, de qua supra 12. c. Sed multum differunt, vt patet in Hebręo. *Gadda, & Hassemon, Bethfelet.* Istę tres in tribu iuda semper manserūt. De Hassemon dicunt aliqui, ꝙ sit vna de illis, quę datę sunt tribui Simeon, & vocatur ibi Assen. dicunt tamē quòd aliquando adduntur aliquę literæ more Hebraico, vt cum dicitur Dabir, Dabira: Aphec, Apheca, Gessur, Gessuri, vt supra declaratum est. & sic dictum est Asem Asemon. Sed falsum est, quia sic ponitur quędam ciuitas, quæ esset eadem cum illa, s. Essem. Gadda aliqui putant esse eandem cum Gador, de qua supra duodecimo cuius erat vnus rex, sed falsum est. *Aser, Suab.* Istæ sunt duę vrbes, vt patet hic: in tribu autem Simeon infra 19. videntur istæ poni tanquā vna vrbs: magis tamen dicendum, quòd sit vna ciuitas: & est eadem, de qua infra 19. c. vt patet in Hebræo. *Et Bersabee.* Ista est vna ciuitas in tribu Iuda, & postea data est tribui Simeon, vt patet infra 19. & ista erat in extremitate lateris Meridiani, vel iuxta ipsum: ideo quando Israelitæ volebant mensurare maiorem distantiam intra terram Chanaan, ponebant Bersabee pro vna extremitate, & Dan, scilicet, quandam ciuitatem, quę vocatur Lesendan, & prius vocabatur Lais, de qua infra 19. capit. & Iudicum 18. capit. Inter istas duas erat tota distantia a Septentrione in Austrum, quia Dan erat in regione Roob, vt patet Iudicum 18. capitu. & tamen terra Roob ponitur tanquam extremum, vel quasi extremum lateris Septentrionalis, vt colligitur Numeri 13. cap. vbi exploratores introeuntes per partem Meridianam, scilicet, desertum Syn, dicitur quòd explorauerant vsque Roob, & sic Bersabee, & Dan tanquā maximè distantia loca totius terræ Chanaan ab Austro in Aquilonem nominabantur a Iudæis frequenter: sic patet primo Regum 3. cognouit vniuersus Israel a Dan vsque Bersabee, quòd fidelis Samuel propheta esset domini: & postea ibidem signatur, quòd ista loca sint extremitates terræ, scilicet, & creditum est Samuel factum esse prophetam domini in omni Israel ab initijs terrę vsque ad fines eius. *Baziothia.* In tribu Iuda semper mansit. *Baala.* Aliquæ Bibliæ habent Abala, sed litera corrupta est. Ista est vna de ciuitatibꝰ datis postea tribui Simeon, vt patet infra 19. capitu. *Et Hus.* Sic nominatur terra, in qua habitauit Iob, vt patet Iob primo, scilicet vir fuit ī terra Hus nomine Iob. sed dicitur esse ista ciuitas in terra Idumęorum, cum dicatur Iob esse vnus de regibus idumęorum (vt quibusdam videtur) de quibus dictum est Gene. 36. capi. *Esem.* Ista est ciuitas, quæ postea data est tribui Simeō, & vocatur Asem infra 19. ca. & satis videtur, quia hic ponitur alia ciuitas, quę data fuit Simeon, & multę de sequentibus. Aliquando tamen mutātur literę: maximè apud librarios nostros, qui non multum curāt circa Hebraicas dictiones seriem literarum obseruare, & frequenter vnum nomen in duo diuidūt, & duo in vnum inconuenienter coniungunt. *Heltholad.* Ista ciuitas etiam data fuit postea in sortem tribui Simeon infra 19. cap. & ista vocatur Heltholad, vel Theltholad, vt patet in Hebræo. *Cesil.* Ista mansit in sorte Iudę. Aliqui volunt Cesil esse vrbem datam tribui Simeon, quę infra 19. vocatur Bethul. Sed non stat. *Et Harma Siceleg.* Istę duę vrbes prouenerunt tribui Simeon infrà 19. capit. Est autem Siceleg locus, in quo denunciata est Dauid mors Saulis, & Ionathæ, & fuga Israel, vt patet secundo Regum primo. scilicet, factum est postquam mortuus est Saul, vt reuerteretur Dauid a cędè Amalech, & maneret in Siceleg dies duos. Et satis apparet, quòd sit ciuitas illa, quia veniebat tunc Dauid de persecutione Amalechitarum, qui habitant extra terram Chanaan ad Meridianam partem eius, vt colligitur primo Regum decimoquinto c. Siceleg autem est in latere Meridiano terrę Chanaan, ideo potuerūt venire illuc Amalechitæ, & ipsi succenderant vrbem Siceleg, atque duxerunt captiuos omnes, qui inuenti sunt in vrbe. De pugna quam habuit Dauid contra Amalechitas pro his patet primo Regum 20. ca. & in hac vrbe habitabat Dauid dum erat profugus a facie Saulis, vt patet eodem cap. Ciuitas Harma habuit regem, qui occisus est tempore Iosue, vt patet supra 12. capit. vrbs Siceleg est quam rex Achis rex Geth dedit Dauid ad habitandum, & propter hoc facta est postea illa ciuitas regum Iuda, quamquam pertineret ad tribum Simeon. De hoc primo Regum 27. cap. *Medemena.* Ista vrbs mansit tribui Iuda. *Sesenna.* Ista est vrbs, & videtur illa esse, quæ ponitur in termino terrę Chanaan in latere australi: Numeri 24. cap. & idem latus est australe totius sortis Iudę, & terrę Chanaan totius, quamq̄ aliqui dicāt Sesenna esse vrbem, quę vocatur Sina supra in princip. cap. vbi ponuntur termini Meridiani. *Lebaoth Selim.* Istę duę vrbes manserunt in sorte Iudæ. *Et Henremmon.* Ista ciuitas data est postea tribui Simeon, & vocatur Remmon infra decimonono capitu.

Ciuitates trigintanouem. idest istę ciuitates trigintanouem hic positæ pertinebant ad tribum Iuda a principio, nec solum hæ, sed etiam omnes alię, quę subdūtur: fit tamen diuisio ex causa supra posita. Ista est summa ciuitatum supra enumeratarum, & ex hoc patet, quomodo istæ ciuitates congrue, aut vitiose scribuntur, diuidendo, aut coniungendo. In Hebræo dicitur. *Ciuitates vigintinouem.*

Respondent aliqui esse rationem diuersitatis, quia litera Hebraica quamquam expresserit omnes ciuitates has, quę postea diuisę sunt inter Iudam, & Simeonē, tū solū posuit summulā quantū ad ciuitates Iudæ: Nam

Margin notes: Meloda cui primo data est. — * — Bersabee. — F — G — H — I — K — Situs siceleg.

Nam de his datę sunt aliquę Simeoni, vt patet ex dictis supra, & comparando ciuitates, quę habentur hic ad eas, quæ habentur infra 19. c. nam aliquę, quæ sunt hic, reperiuntur ibi.

A

Sed arguetur contra hoc, quia non reperitur, ꝙ decem de ciuitatibus hic enumeratis habeantur infr. 18. sed ad plus septem, vel octo.

Sed dicet aliquis, ꝙ quamquam nomina mutata sint, sicut interdum fit in sacra Scriptura, cum multæ res sint binomiæ, aut trinomiæ, tamen decem de istis ponuntur ibi.

Hoc aliqualiter erat coloratum, sed adhuc nō stat, quia tunc necesse erat, vt sicut hic deficiunt ciuitates decem, ita deficerēt in aliqua aliarum summularum, vel in omnibus simul septem vrbes, cum de vrbibus Iudę fuerint datæ 17. vrbes Simeoni, vt patet infra 19. tamen de alijs summulis nō reperitur sic, quòd in numero deficiant septem, cum reperiantur: ergo non prouenit iste defectus, quasi solum computentur in summula vrbes tribus Iudæ.

B

Ideo dicendum satis videtur, quòd litera Hebraica nunc corrupta est, quia scriptores cum ponere debuissent trigintanouem, scripserūt vigintinouem, nec est a ratione prorsus alienum, vt sicut vitio scriptorū nostrorum in quibusdam interdum corruptam bibliam nostram fatemur, ita & in quibusdam (licet rarissimè) bibliam Hebręorum vitiatam asseramus, cum & ipsi Hebręi affirment esse quosdam errores in biblijs suis, quos vocant ticum cofrin, idest errores scriptorum, vel librariorum. Scriptor autem noster videns euidentissimam veritatem, scripsit 39. Vel fortassis error iste in biblijs Hebręorum post Hieronymum scriptorem factus est. *Et villæ earum*. Idest non solum acceperunt filij Iuda istas ciuitates, sed etiam villas, quę erāt in territorijs earum. Vocantur villæ rura, vel loca parua nō munita, quæ interdum viculi vocantur. Loca autem munita ciuitates semper appellantur. *In campestribus vero.* supra descriptæ fuerant ciuitates, quæ erant circa ipsum latus Meridianum, & coniunctæ terrę Edom: hic describuntur alię magis separatæ a latere illo, quæ dicuntur esse in alia regione, vel prouincia, scilicet, in campestribus. Et in hoc apparet, quod supra dicebamus, scilicet, quòd istę diuisiones summularum, quæ hic fiunt erāt, quia istæ ciuitates, quæ sub diuersis summulis ponuntur, erant in diuersis regionibus, vel partibus illius, cuius sortes erant emersę terrę.

C

Descriptio ciuitatum in campestribus.

D

Haul, & Sarea. Alia ciuitas sic nominata est in tribu Dan. & sunt primæ duæ Sarea, & Esthaol, vt patet inf. 19. c. sed vrbes distinctę sunt, cum in sortibus diuersis sint. De vrbe Sarea erat Samson: Iudicum 13. & inter vrbem Sarea, & Esthaol sepultus est: Iudicum 16. In Hebręo habetur Astael, vbi nos habemus Haul: & sic istę duę vrbes, scilicet Sarea, & Esthaol sunt in duabus tribubus, scilicet in Dan, & Iuda, sed non sunt eędem vrbes.

De Sarea vrbe Samson.

Asena, Azanoe, & Enganim. Istę ciuitates manserunt semper in sorte iudæ non datæ sacerdotibus, nec trāslatæ ad tribum Simeon, Azanoe, & Zanoe, de qua sequitur infra eadem ciuitas sunt in nomine, licet differant in re: litera tamen nostra quandam vocauit Zanoe, & aliam Azanoe: sed non est mutāda litera, vel addenda. Enganim sic differt ab Engaddi. Primum interpretatur fons hortorum, secundum fons heduli, & debet scribi cum m. *Taphua*. In Hebræo vocatur. *Tapua.* Sed hoc ex conditione idiomatis est. Ponunt enim p, vbi nos ponimus ph, pro f, & sic dicunt Pilisthijm, vbi nos dicimus Philisthijm, & Sapidin, vbi nos dicimus Saphidin, & sic in plurimis: nam in principio, vel medio dictionis nunquam faciunt sonare, f, sed p, linguæ Latinę alia est conditio. Ista ciuitas ponitur infra seq. c. in tribu Ephraim, ibi tamen nō ponitur vt ciuitas, sed vt terminus, quia aliquo modo coniungitur sors Ephraim cum sorte Iudę, nam sors iudę habet mare salsissimum pro fronte orientali, vt patet s. in litera, & sors Ephraim ēt illic terminatur, vt patet seq. c. & sic poterit tangere sors Ephraim sortem iudę in vrbe Taphua, quę ponitur tanquam terminus extrinsecus sortis Ephraim: est autem Taphua circa Iordanem, & mare salsissimum, quod est mare Sodomorum, vt patet seq. c. *Et Enaim.* Potest esse Enaim nomē loci, quod in hebręo ponitur Gen. 38. vbi litera nostra dicit in biuio itineris, & satis est rationabile fuisse locum, quia postquam accessit Judas ad Thamar, & pastor suus duceret precium illi, dicitur prælleg. c. ꝙ q̄siuit pastor homines loci illius, vbi erat mulier, quæ sederat in biuio, & responderunt non fuisse in loco illo scortū. *Ierimoth.* Ista ciuitas fuit, de qua exiuit rex Pharan, qui cum rege Ierusalem, & alijs tribus regibus expugnabant Gabaon, & postea Iosue hunc cum cęteris latentes inuenit in spelunca Maceda, & cruci affixit supra 10. cap. de hoc etiam supra 12. cap.

E

A

Quid Enaim.

Adulam. Ista ciuitas alio nomine vocatur Adolam & apud hanc vrbem est quędam spelunca, in qua semel latuit Dauid cum fugeret a facie Saulis. De hac vrbe erat vir, cuius filiam accepit in vxorem Iudas, & de hac vrbe erat Hiras pastor iudę, q vocatur Adolamites Gene. 38. cap. de hac vrbe fuit vnus de regibus, quos occidit Iosue supra 12. capit. *Socho*. Ista videtur esse ciuitas, quæ alio nomine vocatur Sochot, de qua Iudicum 8. cap. vbi occidit Gedeon septuaginta principes vrbis Sochot, quia noluerunt ei dare panes, cum persequeretur Zeb, & Zebee. Est ista ciuitas ad orientalem partem sortis Iudę. Sed falsum est, quia istę duę vrbes multum differunt in modo literarum, vt patet in Hebræo. *Et Azecha.* Ista est vrbs circa Maceda, & non multum longe a Bethoron, & vsque ad hunc locum ceciderunt lapides grandinis de cœlo super Chananæos in descēsu Bethoron, cum persequeretur eos Iosue die qua stetit sol supra 10. cap. *Saraim, Adithaim.* Istæ duæ vrbes cum cęteris pręcedentibus in hac summula manserunt semper in sorte Iudę. *Gedera*. Ista videtur esse ciuitas, quæ vocatur Gader supra 12. capitu. de qua rex erat vnus de interfectis tempore Iosue, & non obstat, quòd vocetur hic Gadera, quia aliquando fit hoc in dictionibus secūdum morem Hebraicum, vt Dabir, Dabira, Gader, Gadera. Et istud est verum, vt patet ex modo scribēdi literę Hebraicę. *Giderotaim.* Vrbs ista in sorte Iudę semper mansit. *Vrbes quatuordecim*. Si litera inspiciatur sunt quindecim. Dicet tamen aliquis hoc factum esse ex inaduertentia librariorum nostrorum, qui aliquando dictiones Hebraicas diuidunt, & aliquando componunt, & sic vna dictione diuisa apparebūt ciuitates quindecim, quamquam sint quatuordecim.

Spelūca in qua semel latuit Dauid.

Sed hoc non stat, nam etiam in Hebręo sic est, vt quindecim computentur.

Respondet Nicolaus, quòd hoc factum est, quia est hic vna ciuitas, quę habet duo nomina, & hoc satis rationabile est. Sicut supra ponebatur Esrom, & postea dicebatur hęc est Asor. Ita patet infra de Dabir, quam litera etiam vocat Cariathsena, & Cariathiarim vocatur Cariathbaal, & sic de multis.

Et villæ earum. Idest rura parua, vel viculi, quę apud istas ciuitates erant, fuerunt in sorte Iudę. In Leuitis autem non erat sic, quia licet darentur eis vrbes cum suburbanis, tamen villę earum, idest rura non prouenie bant eis, nec aliqua pars territorij vltra suburbana, sicut patet de vrbe Hebron, quæ data est sacerdotibus, villę tamen eius, & agri dati sunt Caleb filio Iephonne infra 21. cap.

Sanan, & Adasa. Hic ponuntur sexdecim vrbes sub
alia summula, quia erant in alia parte terre, vel quasi
regione distincta a superioribus: nam sicut populi se-
ptem Chananæorum habitabant in terra, & habebāt
inter se diuisam per terminos terrarum, s. per flumina
montes, & alia diuisoria: ita & apud Iudeos diuersas
computatas esse regiones rationabile est, & tunc cu-
iuslibet regionis, vel terre per se ciuitates computa-
bantur. Ista vrbs Adasa in alijs libris scribitur Aseda,
& melius videtur. *Magdalgad, Delean.* Iste due, & su-
periores manserunt ad tribum Iuda ad nullum alterū
Mespha. translatæ. *Mespha.* Quidam dicunt istam esse ciuita-
tem, que vocatur Masphad, & hoc verum est, vt patet
ex modo scribendi literæ Hebraice, & ex modo muta
tionis literarū, qui ꝯsuetus est in idiomate isto: in hoc
enim loco fecit sacrificium Samuel. Et cum Phili-
sthijm astarent, vt cederent Iudeos, perterruit domi-
nus Philisthijm. 1. Regum 7. erat autem Masphat lo-
cus orationis, vt patet primo Machab. 4. cap. *Et Iecthel.*
Alia ciuitas in hac tribu vocatur Iecther, sed differen-
tes sunt. *Lachis.* Ista est ciuitas, ad quam venit Iosue,
vt oppugnaret eam postquam oppugnauit Macedā,
& cepit eam die, quo stetit sol sup. 10. de hac erat rex
Iaphie vnus de quinque pugnantibus contra Gabaō,
& comprehensis in spelunca eodem ca. & est iste rex
vnus de 31. regibus occisis tempore Iosue supra 12.
c. Alia ciuitas est, quæ vocatur Lais, & aliqui vocant eā
Lachis, est autem in tribu Dan, quam vocauerunt Iu-
dei Lesen Dan, vel Dan absolute ex nomine tribus
Dan, vt patet infra 19. & Iudicum 18. & ista est, q̃ ma-
xime distabat a Bersabee, vt supra declaratum est. *Ba-*
Situs Baschath. *schath.* Ista ciuitas non multum distat a Lachis Ma-
ceda, & Eglon, vbi fuit bellum Iosue, die quo stetit
Sol. *Eglon.* Ista ciuitas est, de qua erat rex Dabir vnus
de quinq; oppugnatoribus Gabaon, & captus est po-
stea cum ceteris in spelunca Maceda supra 10. vrbs
quoque sua cito post hoc deleta fuit a Iosue, vt patet
eodem cap. *Chebbon.* Iste septem ciuitates sequentes
in ista summula ad tribum Iuda pertinuerunt, & nul-
la de eis filiis Simeon, vel Leuitis data est, vt colligit,
infra 19. & 21. *Et Maceda.* Ista est vrbs, apud quam erat
spelunca, in qua latebant quinque reges. Hanc ciuita-
tem cepit Iosue die, qua stetit sol, & apud hanc fixa
erant castra filiorum Israel in regione illa supra 10.
Et villæ earum. Idest viculi, vel rura, & agri, cunctaque
territoria pertinētia ad istas vrbes data sunt filiis Iuda.
Lebna. Hic ponuntur nouem vrbes in alia summula
ex causa supra assignata, quia pertinebant ad aliam re-
gionem. Ista ciuitas prima aliquādo vocatur Lobna,
& aliquando Lebna: in Hebreo autem vocatur Liph-
na, vel Libna, quod idem est. Et ista est ciuitas, quam
cepit Iosue immediate post vrbem Macedā die, quo
stetit sol supra 10. & de hac fuit vnus de regibus inter-
fectis tempore Iosue, de quo supra 12. ista vrbs postea
data est sacerdotibus infra 21. capit. *Ether, & Asan.* Pri-
ma autem harum mansit tribui Iudæ: secunda videtur
esse data tribui Simeon, s. illa, quæ vocatur infra 19. ca.
Ason. *Iephtha, Esna, Nesib.* Iste tres manserunt in tribu
Iude. Aliqui putant Iephtha, & Iethan, de qua infr. 21.
cap. esse idem: sed falsum est, vt patet ex litera Hebrai-
ca. *Ceila.* Ista est vrbs ad quam fugit Dauid, cum perse-
queretur eum Saul: & cum ibi maneret quæsiuit a do
mino, an traderent eum viri Ceile in manus Saulis, &
responso, quòd traderent, fugit de vrbe 1. Regum 22.
cap. *Maresa.* De ista vrbe loquitur Miche. c. 1. commi-
nando ei captiuitatem, & spoliationem omnium bo-
norum, s. adhuc heredem adducam tibi, que habitas
in Maresa, vsque ad ollam veniet gloria Israel. *Ciuitates
nouem.* Non deficit aliqua in summula, sicut in dua-
bus primis.

F *Et villæ earum.* Idest datæ sunt cum agris, & territo-
rijs, & omnibus ruribus suis. *Acharon.* Hic ponuntur
ciuitates quedam occidentales in sorte Iude, s. tota ter-
ra Philisthinorum: nam hic ponuntur ciuitates prin-
cipales. Est enim tota terra Philisthijm diuisa in quin
que ciuitates principales, que propriè sunt ciuitates, s.
Acharon, Geth, Gaza, Azothū, Aschalon, quia in his
erant quinque principes, vt patet Iudicum 3. siue quin
que reguli supra 13. Erant autem alie ciuitates mino- Diuisio terræ Philisthijm.
res terræ illius, que principaliter non nominātur: ideo
1. Regum 6. cum ponūtur ciuitates Philisthinorum,
que miserunt mures aureos, & anos cum arca domi-
ni, iste quinque solum nominate sunt: constat tamen
quòd alias vrbes habebant. Nam Siceleg erat vrbs. 1.
G Regum 27. & 30. tamē erat Philisthinorum, quia rex
Geth Achis dedit eam Dauid, cū erat profugus apud
eum, vt habitaret in illa primo Regū 27. & sic de mul-
tis alijs vrbibus, vt de Thannata, quæ ponitur vrbs su-
pra in litera, & infra 19. tamē erat in terra Philisthino-
rum: Iudicum 14. cap. ciuitates autem principales ter
re Philisthijm, & tota alia regio cecidit in sortem Iu-
de. Quod patet, quia Acharon ponitur hic vrbs terre
Iude, & tamen Acharō est extremus locus in tota ter
ra Philisthinorum contra aquilonem, vt patet sup. 13.
Nam incipit terminus meridianus terre Philisthijm
in Gaza circa torrentem Aegypti, & finitur apud A-
charon ad aquilonem, vt in eodem cap. ergo principa
les vrbes Philisthinorum sunt magis australes quàm
Acharon, sed declinando ab Acharon versus meridiē
H tota terra Chanaan pertinet ad sortem Iudæ, cum illa
tribus teneat latus meridianum terre Chanan: ergo
tota terra Philisthijm pertinebat ad tribum Iude. Et sa
tis hoc signatur ex modo terminorum assignato in li-
tera. De vrbe Acharon, quæ nunc sit supra dictum est.
Acharon cum vicis, & villulis suis. Habebat Acha- Acharon magnum territorium.
ron magnum territorium, quia erat magna vrbs, & to
tum prouenit tribui Iudæ. Vocantur vici rura maio-
ra: villule sunt rura minora, vbi pauca habitacula sunt,
& nomine villarum, & vicorum intelliguntur omnia
territoria vrbis.
Ab Acharon vsque ad mare. Acharon non est in lit-
tore maris, sed magis appropinquat Azotū mari. Om
nia autem, quæ ab Acharon versus mare sunt, perti-
I nent ad sortem Iudæ, quia illa terminatur mari ma-
gno, vt patet supra in litera. Etiam pertinent hec ad
terram Philihstijm, que a parte aquilonari terminatur
in Acharon, vt patet supra 13. sed ab Occidente mare
magnum est finis eius.
Omnia, quæ vergunt ad Azotum, & viculos eius. Idest
etiam tota terra, quæ est ab Acharon versus Azotum
erat in sorte Iude, quia Azotum est magis australe, q̃
Acharon, & est magis Occidentale apud mare: est au-
tem Azotum vna de quinq; precipuis ciuitatibus ter-
ræ Philisthijm, vt patet supra 13. & 1. Regum 6. & ista
etiam pertinebat ad sortem Iude, istam autem terram
Philisthijm, nunquam acceperunt ad habitandum fi-
lij Iuda, quamquam subiecerūt eam sibi tributariam
K tempore Dauid, & Salomonis.
Azotus cum viculis, & villulis suis. Non solum terra
Acharon, quæ tendebat versus Azotum erat in sorte
Iude, sed etiam Azotus cum toto suo territorio, quod
comprehenditur nomine villarum, & viculorum: di-
cuntur villule parua rura, & viculi parui vici, vbi sunt
valde pauci habitatores. ponūtur autem ista, vt in plu-
rimum pro eodem: hic accipitur Azotus, & aliquan-
do declinatur Azotum in neutro. *Gazam cum viculis, &* Sit' Gaze.
villulis suis. Ista erat alia de quinque ciuitatibus Phi-
listhinorum principalibus, & pertinebat ad filios Iu-
da: erat autem Gaza in parte maxime meridiana terræ
Philisthijm, & erat in angulo contactus occidentalis,
&

& australis lateris terræ Chanaan. In hac ciuitate fuit Samson, quando excęcatus, applicitusque columnis duabus occidit valde magnam multitudinem Philisthinorum cadente domo super omnes, quia ipse prostrauit columnas tenentes domum Iudi.16. & in hac ciuitate tenebat vinctus catenis, & molebat, vt patet præallegato ca. Solum nominantur hic tres vrbes Philisthinorum Gaza, Azotus & Acharō: supersunt duæ de principalibus, s. Aschalon, & Geth, sed etiam istæ duæ datæ sunt in sortem tribui Iudæ, sed quia erant in medio ciuitatum harum trium prædictarum, non curauit exprimere scriptor. Et hoc signatur, cū dixit ab Acharon vsque ad mare omnia, quæ vergunt ad Azotum & ibi sunt Aschalon, & Geth. *Vsque ad torrentem Aegypti.* Refertur hoc ad tribum Iuda, & ad vrbem Gazam. Primo modo est sensus, quòd terminus tribus Iudę ex hac parte est torrēs Aegypti, & mare magnū: nam mare magnum est terminus Occidentalis totius terrę Chanaan Num.34. ideo etiam erit terminus sortis Iudę. Etiam torrens Aegypti erat terminus terrę Chanaan ex latere meridiano: nam cum latus meridianum protendatur ab oriente ad occidentem, in extremitate eius vbi coniungitur occidenti, est torrens Aegypti, & sic in angulo contactus lateris Meridiani, & Occidentalis sunt mare magnum, & torrēs Aegypti, & ibi torrens Aegypti intrat in mare magnum, ideo si Nilum dicamus istum torrentem Aegypti, dicemus, quòd non absorbetur a mari rubro, nec subintrat in mare Mediterraneum in Aegypto, sed in terra Chanaan, & propter hoc satis patet quòd non sit iste torrens: nam Nilus septem ostijs diuisus mari Aegyptio absorbetur, vt ait Solinus in Polyhistorum.

De hoc torrente vide supra Num. c. 34. & Gen. c. 15. q. 3.

Alio modo potest referri hoc ad Gazam, s. ꝙ Gaza est apud torrentem Aegypti, & mare magnum, quia est in parte contactus lateris Occidentalis, & Meridiani, & sic est maximè Meridiana, & maximè Occidentalis: torrens autem Aegypti est in extremitate lateris Meridiani apud Occidētem, & ibi est Gaza. Quod patet, quia sicut torrens Aegypti ponitur pro termino Meridiano terræ Chanaan: ita Gaza ponitur vt terminus meridianus. Gene.10.ca. s. Facti sunt termini Chanaan venientibus a Sidone Geraram vsque Gazam. & ibi ponitur Sidon pro termino aquilonari, quia est ad partem aquilonarem. Gaza autem ponitur pro termino meridiano, & sic idem est terminus, tam Occidentalis quàm Meridionalis sortis Iudæ, & Gazę.

Vsque ad torrentem Aegypti, & mare magnum terminus eius. De sorte Iudę intelligitur, quæ peruenit vsque huc. & ista accipit totam longitudinē terrę Chanaan, s. ab oriente eius vsque ad Occidentē illius, quod non est in omnibus alijs sortibus, vt infra declarabitur. Et ponitur torrens Aegypti etiam, non quòd torrens ille sit totum latus Meridianum sortis Iudæ, quia est in extremitate solum, sed ad signandum, ꝙ nulla alia tribus habebat quidquam ad meridiem vltra Iudam. nā dato quòd accederet sors Iudę ad mare magnum, adhuc non esset certum, an alia sors intercideret inter eam, & partem meridianam terrę Chanaan. Nam ēt aliæ sortes pręter Iudam accedunt ad mare magnum, vt patet de Ephraim sequen. cap. ideo additum est, ꝙ terminus sortis Iudæ erat etiam apud torrentem Aegypti, sed torrens Aegypti est in latere meridiano, ergo nulla alia sors intercidit inter sortem Iudæ, & latus meridianum terræ Chanaan. istarum ciuitatum terræ Philisthijm non ponitur hic numerus aliquis. Quod patet, quia non sunt in summula sequenti, quia illę ponuntur in alia regione, scilicet, in monte.

Etiam, quia ibi dicit, quòd sunt ciuitates vndecim, & totidem sunt sine his ciuitatibus terræ Philisthijm non fuerunt autem istæ numeratę, quia certus erat numerus ciuitatum principalium terræ Philisthijm, sicut supra positum est 13. capi. vbi dixit terram illam diuidi in 5. ciuitates, quas nominibus suis expressit.

A

Et in monte. Hic ponitur alia summa ciuitatum pertinentium ad aliam regionem. Nam supra positę immediate pertinebant ad extremitatem plagę Occidētalis. Hic ponuntur ciuitates sitæ in mōte, idest in parte montana. sic fuerat supra dictum de campestribus vbi assignatę sunt ciuitates 14.

Sanir, & Iecther. Prima harum mansit in tribu Iuda semper: secūda data est sacerdotibus, vt videtur infra 21. De prima harum dicitur Canti.4. vbi sponsus vocat dilectam suam de multis montibus dicens: veni de Libano sponsa mea, veni de Libano veni, coronaberis de capite Ammana, de vertice Sanir, & Hermō, de cubilibus leonum, & de montibus pardorum. Ibi Sanir est nomen ciuitatis, & vertex Sanir dicitur altitudo montis, in quo est Sanir, & hoc consonat literæ cum dicatur hic, quod in monte erant ciuitates istę vndecim: prima erat Sanir, secunda harum, s. Iecther est, quæ vocatur Iecthether a quibusdam infra 21. & data est in partem sacerdotum, quod patet ex literis Hebraicis. *Socho.* Ista est alia ciuitas ab illa Sochot, de qua supra dicebatur, quia multotiens est idem nomen multarum vrbium: sicut Asor est nomen quatuor vrbium, vt supra declaratum est. *Danna.* Ista vrbs, & præcedens semper manserunt in sorte Iudæ.

B

Cariathsena hæc est Dabir. Ista ciuitas Dabir habet multa nomina. Antiquitus vocata fuit Cariathsepher, vt patet hic, & Iudi.1. hoc autem nomen abolitum fuit, mansit nomen Dabir, & aliud additum est, s. Cariathsena, & istud forte erat magis frequentatum tempore scriptoris libri huius, ideo posuit istud ad notificandum: tamen pro illis, qui eam aliquando aliter vocatā sciunt, additum est, quòd hæc est Dabir. in ista vrbe erant gigantes, sicut in Hebron, & Anab supra 11. & cepit eam Othoniel supra in litera, & Iudicum 1. fuit autem postea data ista ciuitas sacerdotibus in diuisione ciuitatum per omnes tribus pro illis, vt patet infra 21. *Et Anab.* Ista ciuitas est in montanis sicut Dabir. Nam supra 11. dictū est, quòd deleuit Iosue Enacim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omnibus montanis Iudę, & Israel. Erant autem in ista vrbe gigātes, quia de ea specialiter dictum est, ꝙ fuerint ibi gigantes. *Et Istemo.* Ista etiam est ciuitas montana sortis Iudę, & data fuit postea filio Aaron infra 21. capitu. *Et Anim.* Aliquibus videtur ista esse ciuitas quæ data est tribui Simeon quæ vocatur Aym, infra 19. & vere est eadem, vt patet in Hebręo. *Gosen.* Alij vocant eam Gesen, & litera latina scribit Gesen. quamquam in hebręo scribatur Gosen ex conditione idiomatis. de ista ciuitate dicitur supra 10. cum ponuntur gentes quas deleuerit Iosue, s. a Cadesbarne vsque Gazam, & omnem terram Gesen. quamquam aliqui volunt ibi Gesen esse regionem, & non ciuitatem. *Olon.* Alia ciuitas est quæ vocatur Eglon, & etiam est in hac tribu, vt supra patet. *Et Gilo.* Ista ciuitas semper mansit in sorte Iudę, sicut & duę pręcedentes. de ista vrbe erat Achitophel consiliarius Dauid qui se suspendit, & vocabatur Gilonites 2. Reg.15. cap. *Ciuitates vndecim, & villæ earum.* Idest istę nouem ciuitates cum villis suis, idest, cū turibus, vel paruis locis non muratis pertinuerunt ad sortem Iudę. & in hoc patet, quòd non computentur cū his ciuitates terræ Philisthijm, quia essent plures quam 11. incipiendo autem a Sanir quæ ponitur prima in montanis sunt ciuitates 11. *Arab.* Aliqui scribunt Axab: facilis est mutatio. si scribatur Axab coincidet in nomine cum alia ciuitate quæ ponitur in sorte Aser, vt patet infra 19. ca. & de illa dicitur supra 11. ꝙ rex Iabin vocauit regem Axab ad pugnādum contra Io-

C

D

E

tra Iosue. & de illa ciuitate fuit vnus de regibus occisis tempore Iosue.supra 12.ca. sed debet scribi Arab, vt patet in Hebręo,vbi ista nomina ꝓprie scripta sunt.

Quid Ruma.

Et Ruma. Quędam ciuitas parua est in tribu Iudæ.

Esaan, & Ianum. In sorte Iudę manserunt istę vrbes semper.de istis vrbibus nō dicitur vbi sint, sed aliquę earum sunt apud terram Philisthiim, sicut Aphec.& alię erant montanę,sicut Hebrō. nam ipsa ponitur in montanis cum duabus supra positis,s.Dabir,& Anab.

Et Bethaphua. Ista ciuitas differt a Taphua de qua supra ponitur etiā in hac tribu, & de qua sequen.cap.

Quid Apheca ac eius situs.

Et Apheca. Ista ciuitas aliquando vocatur Aphec, & aliquando Apheca: quia modus Hebraici idiomatis,est interdum in terminalibus addere, & interdum diminuere,vt Dabir,& Dabira,& sic Aphec,& Apheca.de hac ciuitate erat vnus de regibus occisis tempore Iosue, vt patet supra 12. & ibi vocatur Aphec. ista vrbs erat in terra Philisthiim in extremis apud terrā quę possidebatur ab. † & multotiens cū pugnaturi essent contra Israel,ponebant castra in Aphec. vnde in bello quo ceperunt arcam domini posuerunt castra in Aphec 1.Reg.4. & iterum in pugna contra Philisthiim cum occiderunt Saulem, & Ionatham super montes Gelboe posuerunt castra in Aphec 1.Reg.29.

†

Athmatha

Athura. Ad tribum Iudæ semper pertinuit.

Cariatharbe,hæc est Hebron. Ista est in montanis, sicut Anab,& Dabir, quæ dicuntur supra esse in monte,cū ponantur in eodem monte,& satis coniunctæ, vt colligitur supra 11.& ex dictis supra in litera.Vocatur Cariatharbe ex causa declarata præceden.c. in fine, & dicitur hęc est Hebron, quia alio nomine vocatur Hebron. Et ne quis arbitraretur esse duas vrbes dictum est,quòd ista est Hebron.Quomodo ista vrbs data fuerit Caleb,patet pręced.c.Quomodo fuerit acquisita, patet supra in litera,& Iudi.1.ca.Ista vrbs facta est vna de ciuitatibus refugii,ad quas confugiebant, qui effuderant sanguinem nolentes infra 20. Etiam data fuit in partem sacerdotibus.Manserunt autem viculi eius, & agri ipsi Caleb; vt patet infra 21. *Et Sior*. Ista non fuit translata ad sacerdotes, nec ad tribum Simeon.

Numeratio aliarū ciuitatum.

Ciuitates nouem,& villæ earum. Istæ nouem ciuitates ponuntur sub vna summula differentes ab alijs ex eadem causa,ex qua in omnibus alijs summulis, quia ꝑtinebant ad quandam specialem regionem. Villæ earum sunt rura,& omnia territoria agrorum,& vinearum,& montium. *Maon*. Hic ponuntur ciuitates alię, quę pertinent ad aliam regionem, & sunt 10.prima est Maon,& apud istam est desertū, quod vocatur desertum Maon,in quo fuit Dauid, cum Saul persecutus est eum ad capiendum,& venientibus nuncijs, ꝙ diffunderent se Philisthiim super terrā, cessauit Saul quęrere Dauid, & ob hoc vocauit Dauid locū illum petram diuidentem: primo Reg.23.

Quid Charmel ac eius situs.

Et Charmel. Ista ciuitas est apud montem Carmelum,& ab ista ciuitate videtur denominatus mons ille. Est autem ciuitas hęc apud vrbē Maon,& sunt deserta, & montes apud ciuitates has. Propinquitas earum colligitur 1.Reg. 25.vbi cum dicatur de Carmelo dicit scriptura. Erat vir quispiam in solitudine Maon, & possessio eius in Carmelo,& sic ponuntur ista duo coniuncta ibi,sicut hic Charmel, & Maon. *Et Ziph*. Ista est alia ciuitas apud duas prædictas,& est circa desertum. Apud eam enim est desertum magnum in cuius colle quodam, qui vocabatur Achile Dauid latuit,& Ziphęi venerūt ad Saul nunciantes ei, quòd esset Dauid apud eos 1. Reg.26.quòd autem ista ciuitas sit apud duas pręcedētes colligitur ex litera ista, & ex his, quæ habentur 1. Reg.24.& 25.& 26. vbi ponitur Dauid latuisse in deserto Maon,& in Carmelo, & in deserto Ziph, & cū Dauid esset in Carmelo iussit viris suis, vt irent in de-

F sertum Maon ad destruendum domū Nabal, & vxor Nabal inde venit in occursum Dauid versus Carmelum,quod non contingeret, si multum distarent istæ vrbes.

Lothe.

Et Lothe. Ista cum tribus pręcedentibus semper manserunt in sorte tribus iudę. Ista est, quę vocatur Iethan infra 21.cap. & data est sacerdotibus, vt patet ex literis Hebræis,& more latino deberet vocari Iothe,& non Lothe. *Iezrael*. Ista est ciuitas,de qua accepit Dauid vxorem tertiam, quæ vocabatur Achinoē, vt patet 1.Reg.25.& genuit ex ea primogenitum suū Ammon,vt patet 2.Reg.3.cap. ista ciuitas videtur esse propinqua duabus primis,s.Maon,& Carmel, quia Dauid morabatur in terra illa, quasi latens, & profugus ibi acciperet vxorem,& tamen dicitur 1.Reg.25.
G quòd accepit Abigail vxorem quondā Nabal in vxorem,& Achinoen Iezraelitem, & hic ponitur ista ciuitas cum illis, ista ciuitas erat apud terram Philisthinorum. Nam cum pugnauerunt Philisthiim contra Israel, & mortuus est Saul posuerunt Philisthiim agmina in Aphec, & Israelitæ castrametati fuerāt super fontem, qui erat in Iezrael 1.Reg.29.cap. alia Iezrael fuit in sorte Manasse,de qua infra 17. & ibi declarabitur. *Iucadam,Zanoe*. Alia vrbs ponitur supra uocata Azanoe,quæ est in cāpestribus, sed distincta est ab hac:

Et Accain. Ista vrbs cum præcedentibus in hac summula fuerunt semper in sorte iudæ. *Gabaa*. Alia ciuitas vocabatur Gabaath, quæ est in sorte Beniamin,vt patet infra 18.& differt ab ista, quia ista est in sorte iudæ,quamquam illa interdum vocatur Gabaa, & fuit,
H in qua habitauit Saul,qui erat de stirpe Beniamin, de quo 1.Reg.13.& 26.eadē vrbs vocatur Gabaa, & Gabaath,nec differt quantum ad hoc in Hebræo per appositionem literę:sed Gabaa,de qua hic,& illa,de qua in sorte Beniamin differunt.

Quid Thāna ac eius situs.

Et Thamna. Ista ciuitas est in sorte iudæ ad partem aquilonarem in ipso latere aquilonis,vt patet supra cum dicitur: Descendit in Bethsan,transitque in Thamna.Est autem circa terrā Philisthinorum,quia apud Thamna ponitur in eodē latere aquilonari Acharon,quæ est vna de quinque ciuitatibus pręcipuis terrę Philisthiim.Alia ciuitas Thāna ponitur in sorte tribus Dan, vt patet infra 19.Verū est Thamnā,de qua hic,& illam,quę est in sorte Dan, infra 19.esse idem,& illam,de qua Iudic.14. & de qua
I Gene.38.sed non est eadem cum ea, de qua supra dicebatur in termino sortis Iudæ, quia in omnibus his ponitur in Hebræo Thanan, & supra in terminis Iudę ponitur Themana, & signat secundum Hebræos australem partem:litera autem nostra transtulit Thamna,quia magis videbatur ibi signare vrbem,quam plagam mundi, vt patet ex contextu, & alia vrbs erat in sorte ista,quæ vocabatur Thanna: secūdo factum est: quia licet in Hebręo ponatur supra Themana quantū ad assignationem punctorum,tamen literæ eędē sunt in Thamna,& Themana, puncta autem faciliter mutari possunt,literę autem nequaquam. *Ciuitates decem, & villæ earum*. Istæ decem supradictæ, quæ erāt in vna
K regione speciali cū villis suis, idest territorijs, & locis pertinuerunt ad sortem Iudæ.

Numeratio sex ciuitatum.

Halbul. Hic ponuntur ciuitates sex sub vna summula distinctæ a superioribus ex causa assignata in alijs. *Et Bethsur*. Alia ciuitas vocatur Bethsan,& est in ista sorte, sed differt ab ista. Alij dicunt istam esse vnam de ciuitatibus, quæ prouenit sorti Simeon infra 19.ca. & vocatur ibi Bethul. *Gedor*. Aliqui dicunt esse istam vrbem eam, cuius ponitur rex quidam supra 12.alij volunt vrbem illam esse,quæ vocatur supra Gedera: nam supra 12. vocatur Gader, sed ista differt a Gader, quia debet ista vocari Gedor,illa autem,quæ vocatur Gedera, est eadem cū ea,de qua supra 12.c. *Mareth,Bethanoth,& Beltheceen*. Istę vrbes semper pertinuerunt ad sortem tribus Iudæ.

Ciuitates

Ciuitates sex, & villæ earum. Istæ quæ ponuntur hic in vna summula cum territorijs suis pertinuerunt ad sortem Iudæ. *Cariathbaal*. Hic ponuntur aliæ duæ ciuitates in summula pertinentes ad sortem Iudæ, & eadẽ ratio distinctionis est in eis, quæ in alijs. Prima est Cariathbaal, quæ alio nomine vocatur Cariathiarim. Hæc erat in terra Heuæorum, & vna de quatuor vrbibus Gabaonitarum, quæ confœderatæ sunt Israelitis. Nomina eorum sunt Gabaõ, Caphira, Beroth, Cariathiarim, vt patet supra 9. Tres primæ quæ erant magis aquilonares cesserunt in sortem Beniamin, quę est tribus coniũcta tribui Iudę, vt colligitur ex litera in principio cap. iuncto. cap. 18. vbi ponitur idem latus vtriusque sortis, & Cariathiarim, quæ erat magis australis cecidit in sortem Iudæ. vocabatur ista Cariathbaal, idest ciuitas Baal, quia forte in hac vrbe colebatur idolum Baal.

(Numeratio duarũ ciuitatum.)

Et dicit Nicolaus hoc cõuenire, quia erat in syluis, siue vocatur ciuitas syluarum: & in syluis fiebat cultus idolorum. Sed hoc non erat ad cultum Baal, sed ad priapum: fiebat enim cultus iste in densitate arborũ, vel in locis subterraneis, vt patet 3. Reg. 15. & hoc, quia post cultum idoli vacabant libidini secundum exigentiam sacrorum, & ad hoc erant loca accommoda syluæ, vel densitas arborum, & subterranea loca. De sacrificijs Priapi satis diximus Exod. 20. in fi. *Hæc est Cariathiarim*. Posuit primum nomen scriptura, quia forte tempore scriptoris libri huius erat magis vsitatum nomen istud, ab antiquo autem magis fuerat vsitatũ nomen Cariathiarim: vtrunque tamen horum est nomen Hebręum, cum Cariathbaal interpretetur ciuitas Baal, & videatur nomen impositum a Iudæis propter idola, quæ ibi colebantur tempore gentilium, sicut fuit nominata quædam vrbs Bethauen, idest ciuitas idoli, quia ibi specialiter idola colebantur, aut erãt aliqua templa nimis speciosa. Cariathiarim etiam videtur esse ex origine Hebraici sermonis, quia interpretatur ciuitas syluarum. Aliqui scribũt Cariathaim, sed error est, quia ista est ciuitas alia apud Astaroth in terra Basan ad Orientalem plagam Iordanis in sortẽ filiorum Ruben, vt patet supra 13. *Vrbs syluarum*. Ista est interpretatio nominis Hebræi Cariathiarim, & nõ habetur in Hebręo, sed translator noster apposuit ad signandum quid nomen Hebræũ importet. *Et Arebba*. Ista, & superior semper manserunt in sorte Iudę ad nullum translatę. *Ciuitates duæ, & villæ earum*. Idest istę duæ ciuitates cum villis, idest ruribus, & toto territorio cesserunt in sortem Iudæ. *In deserto*. Hic ponuntur sex ciuitates pertinentes ad vnam terram specialem, quæ vocatur desertum, sicut ponebatur esse alia regio in campestribus, vbi ponebantur ciuitates 14. & alia regio in monte, vbi signabantur ciuitates 11. vt supra patet, & ista terra vocatur desertum Iudęę, in qua beatus Ioannes prædicabat baptismum pęnitentię, vt patet Matth. 3: & ibi veniebant ad eum multi atque baptizabant ab eo in Iordane, & sunt istæ ciuitates apud Iordanem: nam Ioannes prędicans in deserto Iudęę, baptizabat ad se venientes in Iordane, vt patet prealle gato ca: quod etiam satis colligitur ex his vrbibus. Nã aliquę harum sunt apud Iordanem, vt est Betharaba: vnde confinia deserti huius tangunt Iordanem. *Betharaba*. Aliqui diuidunt istam dictionem in duas, velut si sint duæ ciuitates. Et tamen non stat, quia tunc essent ciuitates septem, sed infra dicitur, quòd sunt ciuitates sex. Est autem Betharaba circa Iordanem, s. ꝙ confinia eius tãgunt Iordanem. Quod patet, quia ista ponitur secunda ciuitas in latere aquilonari sortis Iudæ veniendo ab Oriente in Occidentem, vt patet supra. Terminus autem Orientalis sortis huius est mare salsissimum, & extremitas Iordanis, & ibi ponitur

(Nic. opinio reijcitur.)

(Sex ciuitates pertinentes ad desertum Iudææ.)

A prima ciuitas Bethagla, vt patet in litera. Hęc autem a Iordane duobus milliarijs distat, vt supra declaratum est, & apud hanc est Betharaba, vt patet ibidem, & sic confinia Betharaba satis peruenient in Iordanem: sed ista ciuitas est in deserto Iudææ, ergo satis poterat beatus Ioannes prędicare in deserto Iudęę, & ibi baptizare in Iordane. Est autẽ ista ciuitas de valde aquilonaribus sortis Iudę, cum sit in ipso latere aquilonis, vt patet supra in litera. *Meddin, & Sachacha*. Istę duæ ciuitates, & prędicta semper ad sortem Iudę pertinuerunt. Alia ciuitas est similis isti; quę vocatur Salecha, & est in regno Og, vt patet supra 12. & 13. capit. & ista ciuitas data est in possessionem duarum tribuum, & dimidiæ.

B *Et Nebsan*. Sicut superiores pertinuit semper ad Iudam. *Ciuitas salis*. Ista est ciuitas quę consueuit vocari semper Bethsames, & interpretatur domus solis, vel ciuitas solis. Trãslator noster voluit hic ponere interpretationem eius in Latino: nomen autem ipsum in Hebræo non posuit, & tamen alibi ponit vocans eam Bethsames, & ista ponitur in latere aquilonari sortis Iudę, vt patet supra in litera. Ista autem est ciuitas, ad quam primo venit arca domini missa de terra Philisthijm, portantibus eã vaccis fetis, & mortui sunt plurimi de Bethsamitis, quia viderunt arcam domini, vt patet primo Reg. 6. hic nõ debet dici ciuitas solis, sed ciuitas salis, vt patet in Hebræo. Apud nos autem facilis est corruptio nominis, ideo nõ est ista ciuitas Bethsames, quæ est ciuitas solis, de qua supra. *Engaddi*. Ista

(Quid ciuitas salis.)

C est ciuitas in deserto hoc, & ab ea nominatur mons altissimus Engaddi. Est autem ista ciuitas in terra cãpestri apud Iericho, vt patet in libro de situ terrę Sanctę. In deserto huius vrbis in locis tutissimis abscondit se semel Dauid fugiens a facie Saul, & ibi intrauit Saul in quadam spelunca, in qua latebat Dauid cum suis, & pręcidit oram vestimenti eius exiuitque post eum clamans 1. Reg. 24. est autem ista ciuitas versus mare mortuum, scilicet in valle illa, per quam decurrit Iordanis, & coniungitur mari mortuo, & ibi sunt mirabiles vineę Engaddi, vnde & opobalsamum afferri solebat. Sũt autem nominatissimę vineę Engaddi, de quibus sponsa in Canticis capitu. primo ait: Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. De

(Quid Engaddi ac eius situs.)

D ista vrbe dicit Solinus in Polijstorum capit. de Iudea: Engadda oppidũ infra Essenos fuit, sed excisum est, verum inclytis nemoribus adhuc durat decus lucis, sed palmarum eminentissimis, nihil vel ęuo, vel bello derogatum. De balsamo autem, quod in vineis Engaddi accipitur, qualiter conficiatur ibidem Solinus refert.

Ciuitates sex, & villæ earum. Idest istę ciuitates sex cum omnibus territorijs pertinentibus ad eas, & locis sibi coniunctis pertinebant ad sortem Iudæ.

Iebusæum autem. Hic ponitur quartum huius capitu. scilicet habitatorum conditio. Est habitatorum con-

E ditio esse fortes ad pugnam, vel esse ad modum fęminarum imbelles. Isti Iebusęi erant fortes, ideo non potuerunt filij Iuda expellere eos de vrbe, sed manserunt in castro montis Syon vsquequo Dauid pugnauit contra eos, & Ioab ascendit primus tangens fistulas domatum, & percutiens Iebusęos, & factus est dux belli in domo Dauid secundo Regum quinto, & primo Paralipom. 11. capitu.

Iebusæum autem habitatorem Ierusalem. Terra Chanaã erat septem populorum, scilicet Chananęorũ, Amorrheorum, Iebusęorum, &c. & de his erant habitantes in Ierusalem Iebusęi.

Non potuerunt filij Iuda delere.

An

An propter fœdus, quod fecit Abraham cum rege Geraræ non licuerit Iudæis expugnare Iebusæos habitatores Ierusalem. Quæst. XI.

ISTAM literam aliqui exponunt dupliciter. Quidam dicunt non potuerunt, idest non potuerunt de iure, quamquam de facto potuissent si bellassent. Alij dicunt non potuerunt, scilicet de facto, quia quamquam pugnauissent, non præualuerũt aduersus eos.

Rab. Salo. expositio. Prima sententia est Rab. Salo. dicit enim ꝙ isti Iebusei, qui erant in Ierusalem non erant de Iebusæis, sed quidam de stirpe regis Abimelec, qui regnauit in Gerara, cum hoc inijt fœdus Abraham, quia ad eũ venit Abimelech precatus pro fœdere, s. ne noceret ei, aut stirpi suę, & iurauit Abraham. Idem factum est cum Isaac: nam Abimelec rex Gerarę de genere prioris venit ad Isaac facturus fędus cum eo. & idem modus fuit, s. quòd Isaac pepigit ne noceret ei. De primo Gene. 21. de secundo. Gene. 26. cap. De isto fędere dicit Rab. Salom. quòd tempore Iosue nondũ elapsum fuerat tempus durationis fęderis, ideo non potuerũt de iure filij Israel pugnare contra istos Iebusęos, quia infringerent iuramentum patrum suorum, & illud possumus, quod de iure possumus. Et cum arguitur de Dauid, qui postea pugnauit contra istos Iebusæos, & cepit fortalicia eorum 2. Reg. 5. Respondet, quòd tempus fęderis interpositi erat iam translatum, ideo licite poterat pugnare, ac si non esset fœdus interpositum.

Sed ista positio non stat: satis enim videtur aliena a litera, quia litera dicit de Iebusęis habitatoribus Ierusalem: vnde ergo apparet, quòd ibi morarentur aliqui Geraritę, s. de genere Abimelec regis Gerarę? potissime cum Gerara satis sit distans a Ierusalem. Nisi quis voluerit Ierusalem esse, quæ olim vocabatur Gerara. Sed nullus hoc dicet. Solum autem mouetur Rabbi Salomon, quia dicitur non potuerunt, quod ipse vult exponere, s. non potuerunt de iure: sed nemo eum cogit ad hoc.

Sed pręter hoc non stat ista positio: nam cum dicit, quòd tempore, quo Israelitę intrauerunt in terrã Chanaan nondum transierat tempus interpositum, ideo non potuerunt de iure pugnare contra Iebusęos: tempore autem Dauid pręterierat duratio pacti, ideo potuit pugnare: videtur hoc esse valde ficticium, nam Abraham semel legitur pepigisse fœdus cum Abimelec rege Gerarę, & iterum Isaac, sed in nullius fędere tempus aliquod determinatum est: nam Abraham iurauit, quòd non noceret regi Abimelec, nec posteritati eius, vt patet Gene. 21. Isaac autem solum iurauit, ꝙ non noceret regi, & populo suo. Gen. 26. sed hic nullum tempus interpositum est, ergo non est rationabile dictum, ꝙ tempore Dauid fluxerit tempus interpositum, & nondum fluxisset tempore, quo Israelitę venerunt in terram Chanaan.

Immo non potest stare, quòd tẽpus fuerit aliquod determinatum, quod saltem posset durare ad ducentos, vel trecentos annos: nam aut arguet Rabbi Salo. ex fędere, quod fecit Abraham, aut ex fędere, quod fecit Isaac. Si ex secundo non potest arguere ad aliquod tempus: nam non solum promisit Isaac non nocere Abimelec regi, sed etiam populo suo: Gene. 26. Si arguatur ex fędere Abrahę extẽderetur istud vsque ad secundam generationem, quia solum petijt Abimelec ab Abraham, vt non noceret ei, nec filio suo, nec filio filij sui: sic habetur in litera Hebraica Gene. 21. secundum quam tenetur Rab. Salo. loqui. ideo solũ extendebatur pactũ vsque ad nepotes Abimelec regis: sed cum venerunt Israelitæ in terram Chanaan

F iam transiissent nepotes, & pronepotes Abimelech, cũ tempus istud fuerit plurium quam quadringentorum quinquaginta annorum. Quod patet, quia istud pactum fuit factum breuiter post natiuitatẽ Isaac, vt colligitur Gen. 21. sed ab eo tpe vsq; ad exitum de Aegypto fuerunt anni quadringenti quinq;, vt probatũ est Gen. 15. ab exitu autem vsq; ad introitum in terrã Chanaan fuerunt 40. anni, & postea steterunt multo tpe Israelitę pugnando ꝯ Chananęos, s. quasi septem annis, vt probatum est pręce. c. ergo in tpe diuisionis sortium plures transierant, quam quadringenti quinquaginta anni. Et dato, ꝙ solum essent quadringenti anni, iam fluxisset tempus; quia solum iurauit Abraham pro filio, & nepote: & Abimelec iam haberet filium, vel filios multos, cum haberet vxores, & concu-

G binas, vt colligitur ante hoc Gen. 20. ca. solũ ergo pro vita duorum hominũ iurabat, quę non durarent quadringentis annis, ergo iam a multis annis transisset tẽpus durationis fęderis interpositi, & possent pugnare Israelitę ꝯ habitatores Ierusalem. Sed aliquis vellet arguere ex litera nostra, ꝙ non licet Rab. Salo. eam assumere in confirmationem positionis suę: quamquam satis liceret contra nos arguendo: litera enim nostra dicit, ꝙ iurauit Abraham ne noceret Abimelec, nec posteris eius, nec stirpi illius, sed nomine posterorum descendentes omnes de ipso intelliguntur: ideo non solum iurauit non nocere filijs, & nepotibus Abimelech, sed etiam alijs posteris, & sic nondum esset finitum tempus pacti. Nos enim confitemur hunc esse

H sensum literæ Hebraicę, quę dicit: Non nocebis mihi nec filio meo, nec filio filij mei, idest non nocebis mihi, nec aliquibus descendentibus de me. Et ob hoc litera nostra tenuit istum sensum. Si autem Rab. Sal. ex litera nostra vellet confirmare positionem suam, dicẽs ꝙ litera Hebraica intellexit id, quod litera nostra, adhuc non poterit stare; quia ipse, & alii Hebræi contrario modo exponunt passum illum dicentes solum intelligi de filiis, & nepotibus: immo ex illo passu ipsi notant, ꝙ amor patris solum extenditur ad nepotes, quia solum curauit Abimelec de salute vsq; ad nepotes. Sed adhuc omisso hoc, si exponant literam illam ſm sensum literæ nostrę fortius redarguetur, quia lite-

I ra nostra dicit, ꝙ iurauit Abraham non nocere Abimelec, & posteris eius, & stirpi illius: sed stirps Abimelec erat in Ierusalem tpe Dauid, sicut tpe, quo ingressi sunt Israelitæ in terram Chanaan, sicut confitetur ipse Rab. Salo. ergo non poterat habita ista positione Dauid pugnare contra Iebusęos, sed Rab. Sal. dicit, ꝙ licuit ei. Item motiuum Rab. Sal. ex pacto quod fecit Abraham non est validum, quia istud pactum nõ fuit factum, nisi pro persona sua, & non pro successoribus suis, cum Abimelec petiisset ab Abraham, ꝙ iuraret, ne noceret ei, nec posteritati suæ, & sic iurauit Abraham, cum autem aliquis seipsum solum obligat non sunt obligati successores eius, nisi esset obligatio super res, quia tunc in quibusdam secus est, sed cum aliquis

K obligat se solum ad faciendum aliquid, vel non faciẽdum, quod concernit personam, & non aliquam rẽ, quę obligetur, vt obligari ad pugnare, vel non pugnare, obligato ipso non sunt obligati aliqui successores eius, sed Abraham non iurauit pro posteris suis, ergo non tenebantur. Sed forte dices, ꝙ Abraham obligauit se, & posteros suos: tñ scriptura, quæ est breuiloqua non exprimit omnes circunstantias factorum, potissime vbi non intenditur principaliter ipsum factũ, & sic tenebantur sponsione eius posteri sui, quia hoc eis cognitum erat. Rñdendum est, ꝙ solũ se iuramento obligauit, quod satis colligitur ex eo, quod factum est postea cum Isaac: nam Abimelec rex Gerare inijt fędus cum Isaac, vt patet Gene. 26. siue sit ille Abimelec,

lec,qui cum Abraham inierat fędus,siue aliquis de filiis eius: si tñ fœdus initum cum Abraham tenuisset, nõ oportuisset,vt nouum fędus fieret: venit tñ rex ipse Gerarę ad iniendum fędus, vt patet Gene.26.ergo intelligebat non tenere primum, hoc autem est,quia Abraham solum pro se iurauerat. Sed aliquis forte dicet,ꝙ hic non fuit confectio noui fęderis, sed confirmatio prioris initi cum Abraham, sicut sępe fœdera antiqua ne abeant in obliuionem ratificantur,& tñ dato, ꝙ non confirmarentur tenerent, si primo tenuerunt.Sed hoc nõ stat,quia si fędus initum cum Abraham tenuisset tpe Isaac, non cum tãta affectione procurasset rex Gerarę confęderari Isaac. Nam licet non confirmaretur fędus teneret antiquum, tñ rex Gerarę per seipsum cum amicis suis, & magno comitatu venit ad Bersabee,vbi morabatur Isaac, ergo non erat confirmatio, sed noui fęderis stabilitio. Item litera ibi satis signat,ꝙ fędus illud nouiter factum fuerit, cum dixit Isaac Gene.26. quid venistis ad me hominem, quẽ odistis,& expulistis a vobis? Qui responderunt: Vidimus tecum esse dominum: idcirco diximus,sit iuramentum inter nos,& ineamus fędus,vt non facias nobis quicquam mali.Item patet, ꝙ sit nouum fędus:nã si vetus esset confirmatum,ſm ea, quæ prius fuerant, confirmaretur:alioquin non est confirmatio prioris, sed noui constitutio, & tamen non fuit idem modus fęderis inter Abraham, & Abimelec, & postea cum Isaac,quia Abraham iurauit non nocere Abimelec, nec posteritati eius:vel ſm superficiem literę Hebraicæ iurauit nõ nocere Abimelec,& filio eiꝰ & nepoti: Isaac autem solum iurauit non nocere Abimelec, & eis,qui cum eo erant,s.ei,& amicis suis, & populo:ergo non fuit idem pactum, quia in substantialioribus deuiant. vnde necessarium est dicere fuisse duo pacta distincta.Et tunc stat argumentum, ꝙ iam expirasset primum,alioquin non curasset Abimelec secundum pactum formare: potissimum quia istud secundũ nõ erat,ita solidum,sicut primum.Pacta tamen renouantur,vel vt non abeant in obliuionem propter vetustatem,vel vt aliquid nouum superaddatur,& tamẽ nunquam demitur aliquid: hic autem minus erat: ergo non tenebat primum. Respondebit aliquis forte, ꝙ pactum primum initum inter Abraham, & Abimelec obligabat posteros eius, quia tñ Abimelec expulerat Isaac de terra sua, in quo faciebat contra pactum, infringebat pactum ex parte Isaac: quia frangenti fidẽ fides frangenda est, & ob hoc ad hoc, ꝙ maneret pactum,oportuit nouiter cõstitui. Istud quamquam habet aliquem colorem,tñ falsum est, vt cõcludi potest faciliter ex dictis.Quia tñ idem sequitur hoc dato,nõ est curandum inducere:ideo dicendum, ꝙ etiam hoc dato non stat dictum Rab.Sal. Nam si secundum fœdus initum est,quia primum est abolitum propter infidelitatem Abimelec:ergo non obligabantur Iudæi, nisi ſm formam fęderis Isaac: sed iste solum iurauit non nocere Abimelec,& amicis suis,& populo: ergo nõ tenebatur seruare hoc ad filios, vel nepotes huius Abimelec:ideo non solum quando introierunt in terram Chanaan venientes de Aegypto poterãt pugnare ꝯ Geraritas, sed etiam immediate post mortẽ Abimelec huius.Item his omissis, dato quòd pactum factum per Abraham obligasset Iudæos vsq; in ęternũ: tñ non potest stare dictum Rab.Salom.quia rex Ierusalem cum exercitu suo venerat ĩ pugnã ꝯ amicos Iudęorum, & solum ex hac causa quia erant facti amici Iudęorum,s.ꝯ Gabaonitas,vt patet s.10. ergo iam erat violatum fędus, & non tenebantur Iudęi ad non nocendum habitatoribus Ierusalem. Item etiam omnibus his concessis non stat,quia manifestum est, ꝙ Iudęi acceperunt vrbem Ierusalem, cum dicatur hic, ꝙ

A habitauerunt Iebusęi in Ierusalem inter filios Israel: ergo aut gratis dederunt vrbem Iebusęi Israelitis, aut bello fracti,vel timore maioris potentiæ cõterriti.Primus modus non est verisimilis,quia magis vellent Iebusæi pro se vrbẽ quam pro Israelitis: quocunq; aliorum modorum dato frangebant Israelitæ pactum,& faciebant aliquod malum Geraritis habitantibus in Ierusalem:ergo siue pactum teneret, siue nõ teneret, necesse est dicere,ꝙ Israelitæ pugnauerũt:& sicut pugnauerunt ad capiendum vrbem pugnauissent ad capiendum totam ciuitatem si potuissent, sed non pręualuerunt.Item dato,ꝙ proteruiens negare velles pugnauisse Israelitas cum Iebusęis ad capiẽdam vrbem Ierusalem,sed ꝙ Iebusęi sponte sine bello, aut metu

B belli dederint partem vrbis Israelitis, non stat. Nam primo pugnauerunt Israelitę contra Iebusęos, s.contra regem Ierusalem,& alios 4.reges delentes eorum exercitum,& ipsos reges intra speluncam captos postea suspendentes:sicut ergo licuit eis ibi pugnare cõtra viros Ierusalem,ita postea liceret: ideo nõ stat ista positio.Sed exponendum est alio modo, s.ꝙ non potuerunt filij Israel,s.de facto delere habitatores Ierusalem:nam vrbes eorum ceperunt quantum ad partẽ, quæ planior erat, partem autem fortalicij in monte Sion non potuerunt capere,& mansit sic vsq; ad tempus Dauid, qui pugnauit contra habitatores fortalicij,& cepit eos 2.Reg.5.& 1.Paralip.11. & manserunt aliqui de illis Iebusęis habitãtes postea in Ierusalem. Quod patet:quia cum percuteret Angelus populum

C peste magna,dictum est ad Dauid, vt constitueret arã domino in area Areunam Iebusæi 2. Reg.24.c. & iste sensus secundus colligitur ex litera, cum dicatur infra, ꝙ habitauerunt Iebusęi inter Israelitas.Non poterant tamen hoc facere nisi accepissent Israelitę bello aliquam partem Ierusalem, & in alia fortiori manerent Iebusęi,quod magis patet Iudi.1. Considerandũ est, ꝙ ista ponuntur hic per anticipationem.Nam nõ fuit pugna contra Ierusalem viuente Iosue, sed post eum,vt patet manifeste Iudi.1.vbi dicitur,ꝙ post mortem Iosue factus est Iudas dux belli, & ponitur de bellis eius,inter quę ponitur de bello contra vrbem Ierusalem,quod ipsi fecerint.positum tñ fuit hic inciden-

D taliter,quia vrbs Ierusalem pertinebat aliquo modo ad filios Iuda, & quia hic descripta fuit eorum sors. subiunctum est de bellis,quę fecerunt in Ierusalem,s. ꝙ nõ potuerunt ꝯ eam penitus pręualere. Ex hoc infertur, ꝙ Iosue non scripsit librum hunc nec quisquã eo viuente, quia ista facta sunt aliquantis tpibus post mortem eius, sed tpe scriptoris libri erant facta tam hęc,quam ea,quæ acciderunt aliquantis temporibus post mortem Iosue, ideo scriptor potuit vti anticipatione.Poterit aliquis dicere, ꝙ Iosue scripsit hæc,sed posuit illa prophetice. Dicendum est non stare, quia hęc omnia historica sunt,s.diuisiones locorum,& descriptiones gestorum ipsorum: nihil quasi pertinet ad

E Propheticum modum: maxime quia litera dicit vsq; ad præsentem diem.Ideo dicendum, ꝙ non fecit Iosue librum istum,sed Samuel,qui librum hunc, & librum Iudicum scripsit:ideo aliquid,quod ad illum librum pertinebat,hic anticipauit,& potuit hoc conuenienter facere,quia tam gesta tpe Iosue quam Iudicũ ante Samuelem finita sunt:ipse enim se computat iudicem vltimum,vt patet 1.Reg.12.& de historia eius nihil habetur in libro Iudicum, sed in libro 1.Reg.in principio. *Non potuerunt filij Iuda delere*. Non debet intelligi,ꝙ nõ potuerunt capere vrbem, quia immediate patet ꝯrium cum dicatur, ꝙ habitauit Iebusęus cũ filijs Iuda in Ierusalem:sed non potuerũt delere,idest totaliter eradicare,quia delere signat oĩmodam extirpationem:& hoc quia aliqui manebãt in arce montis Sion:

Samuel hunc librũ ac Iudicũ scripsit.

Delere q.d.

Sion: quibus manentibus non erant destructi, vel deleti Iebusæi. Sed quare filij Iuda pugnabant contra vrbem Ierusalem, quia non pertinebat ad eos vrbs cum esset in sorte Beniamin, vt patet infra 18. c. ibidem declarabitur. *Habitauitque Iebusæus cum filijs Iuda in Ierusalem*. Ceperunt ciuitatem filij Iuda, & non potuerunt accipere arcem in quo manserunt multi de Iebusæis, & isti dicuntur manere in continuo bello, sed magis dabant aliquas temporales inducias: nam alioquin nō possent manere tanto tp̄e Iebusęi in loco, vel Iudæi. Istæ induciæ cum finiebantur licebat eis pugnare in alterutrum. Et sic factum est tp̄e Dauid, qui postea cepit fortalicium illud, & vocatum est ciuitas Dauid. Quomodo autem est verum, ꝙ habitauerint filij Iuda cum Iebusęis, cum dicatur Iudi. 1. ꝙ filij Beniamin acceperunt vrbem Ierusalem, & habitauerūt cum Iebusęis in Ierusalem, declarabitur infra 18. in fi. *Vsque in præsentem diem*. Idest etiam tp̄e scriptoris libri huius nondum erat totaliter capta vrbs Ierusalem. Et hoc etiam signat, ꝙ liber iste fuit magno tp̄e factus post mortem Iosue: si enim Iosue scripsisset non posuisset clausulam, quæ signat magnam distantiam a tempore, quo datæ fuerūt sortes istæ tribubus. Sic erat in tp̄e Samuelis: transierant enim plures quam trecēti quinquaginta anni, & non solum manserunt Iebusęi cum Israelitis in Ierusalem vsque ad tempus Samuelis, sed etiam tempore Dauid manebant vsquequo constitutus est rex super totum Israelem: tunc enim deleuit Iebusęos de arce 2. Reg. 5. & 1. Paralip. 11. cap.

CAP. XVI.

CECIDIT quoque sors filiorum Ioseph ab Iordane contra Iericho, & ad aquas eius, ab Oriente solitudo, quæ ascendit de Iericho ad montem Bethel, & egreditur de Bethel Luzam, transitque terminum Archiataroth, & descendit ad Occidentem iuxta terminum Iesleti, vsque ad terminos Bethoron Inferioris, & Gazer, finiunturq; regiones eius mari magno: possederuntque filij Ioseph Manasses, & Ephraim. Et factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas, & possessio eorum contra Orientem Astaroth, Addar, vsque Bethoron superiorem, egrediunturque confinia in mare. Machmetath vero Aquilonem respicit, & circuit terminos contra Orientem in Thanathselo, & pertransit a torrente Ianoe, descenditque de Ianoe in Natharoth, & Noaratha, & peruenit in Iericho: egrediturq; ad Iordanem de Taphua, pertransitque contra mare in Villam arundineti: suntque egressus eius in mare salsissimum. Hæc est possessio tribus filiorum Ephraim per familias suas; vrbesque separatę sunt filijs Ephraim in medio possessionis filiorum Manasse, & villę earum. Et non interfecerunt filij Ephraim Chananæum,

F qui habitabat in Gazer. Habitauitque Chananæus in medio Ephraim vsque in diem hanc tributarius.

C*ecidit*. Supra signata est descriptio sortis filiorum Iuda: hic assignatur duplex sors filiorū Ioseph. Et diuiditur in duo. Primo ponitur sortium assignatio: secundo maioris hęreditatis petitio circa finem sequen. c. s. *Locutique sunt filij Ioseph*. Prima in duas: primo describitū sors Ephraim: secundo assignatur sors Manasse sequenti c. Prima in duas. primo ponitur sortis assignatio: secundo pręcepti Domini violatio, infra. *Et non interfecerunt*.

G

Quare data est sors primo filijs Iudæ: deinde filijs Ephraim. Quæst. I.

CIRCA primum quæret aliquis de ista assignatione ordinis in distribuendo, s. quare primo data est sors filiis Iudæ, deinde data est filijs Ephraim. Rn̄det Nicolaus præced. ca. ꝙ erat tribus Iuda excellentior, s. regia, ideo assignata fuit ei primo sors, postea filij Ioseph Ephraim, & Manasse erant digniores, quia translatum fuit ius primogeniturę quantum ad duplicem sortem in Ioseph. Sed dicendum est, ꝙ hoc fortassis teneret si omnes tribus petijssent dari sibi possessionem simul, & Iosue vellet dare primo dignioribus, sed non petebāt: immo marcebant ignauia possidentes terram pro indiuiso, & nō curantes singuli suscipere possessiones suas, quousq; Iosue increpuit eas, & iussit describi sortes infra 18. c. *Lyranus reijcitur.*

H

Tribui ergo Iudæ primo data est possessio, quia ista primo petijt sibi dari hęreditatem alijs nondum petentibus. assignata autem hęreditate petijt tribus Ephraim, & similiter data est: similiter quoq; dimidia tribus Manasse. Cęteræ autem nihil petierunt quousque Iosue admonuit, vt acciperēt, vt declaratum fuit pręced. cap.

Quomodo vni tribui, vel duabus poterat assignari sors non assignando alijs. Quæst. II.

I

QVAERETVR etiam de assignatione sortis filiorum Ephraim, & Manasse: nam si fuisset data possessio omnibus tribubus simul, & positę sortes inter omnes, sicut factū est infra 18. non videretur difficile, quòd ponerentur sortes illis, & quidquid proueniret sorte proueniret: tamen vni tribui quomodo posset dari sors? Respondēdum est, quòd petente tribu Ephraim partem hęreditatis, Iosue & alij diuisores terrę considerauerunt quātum posset prouenire tribui Ephraim de terra illa, ita vt maneret tātum proportionaliter pro qualibet alia tribu, & separauerunt illam terrā pro tribu Ephraim. Non tamen dederunt immediate ei, sed sorte dirimēdum erat, quia Deus iusserat, vt nihil sine sortibus fieret: Numeri 26. cap. Fuit autem modus sortium talis, quòd nomina omnium tribuum, quæ nondum acceperant possessionem scripta sunt in cedulis singulis, & posita in aliquo inuolucro, & missa est manus, vt educeretur cedula vna, quæ indicaret cui tribui prouenire debebat ista terræ portio assignata, & exiuit cedula tribus Ephraim: vnde ei data est. Hoc modo de sorte dimidię tribus Manasse factum est. De sortibus autem magis dicetur infra 18. non fuit autem in sortibus Ephraim, & Manasse, sicut in possessione Iudæ: nam prouenit Iudæ plusquam habere debebat proportionaliter ad alias tribus, & ob hoc quamquam p̄ sortem prouenerit, tamen postea cum positę sunt vltimæ *Mod' mittendi sortes.*

K

timæ sortes diuisa est sors Iudę in duas,& data est vna pars Simeoni,vt patet infra 19.& declaratum est pręceden.cap. Ephraim autem, & Manasse datũ est proportionaliter de terra,vt alijs tribubus,ideo quamquã præcesserit ad sortes postea positas nihil ademptum est de eis.

Cecidit autem sors. Accipitur sors pro possessione data per sortem : nam sine sorte nihil dandum erat Nu. 26.& sic factum est. *Filiorum Ioseph.* Idest Ephraim, & Manasse.Isti duo acceperunt sortes duas,sed ponũtur hic in principio tanquam acceperint vnicam sortem, quia erant ambo filij Ioseph, & habituri erant vnam sortẽ, nisi adoptasset Iacob duos filios Ioseph, de quo Gene.48.capit.ideo postea distinguuntur duæ sortes eorum. De sorte Ephraim agitur hic: de sorte dimidię tribus Manasse agitur sequen.capit.& tamen hic ponuntur termini Meridiani,& Orientales huius sortis,quasi esset vnica,& verum est, quòd a parte Orientali est eis idem terminus, a parte autem Meridiana nequaquam : sed terminus vnius harum vocatur latus ambarum tanquam sit eadem sors:idem de parte aquilonari, & ob hoc sequen.ca.ponitur distinctio sortis Manasse a sorte Ephraim.

A Iordane contra Iericho. Hic describitur latus Meridianum,& istud est tribus Ephraim. Nam erat sors Ephraim magis Meridiana quam sors Manasse,vt patet sequen.ca.sors autem Ephraim erat coniuncta sorti Beniamin, ita quòd sors Iudæ esset maxime Meridiana perueniens ab Oriente in Occidentem. Apud eam erat sors Beniamin perueniens ab Oriẽte in Occidentem,& apud hãc erat sors Ephraim: ita quòd latus Meridianum sortis Ephraim erat idem cum latere aquilonari sortis Iudę. hic autem describitur latus Meridianum sortis Ephraim,& quia latus istud terminatur inter Orientale, & Occidentale latus, describĩt vt tendens ab Oriente contra Occidentem.& incipit istud latus in Iordane ab oriẽte, & terminatur ad mare magnum in Occidentem, & dicitur a Iordane cõtra Iericho,idest iste est terminus incipiendo a Iordane veniendo contra Iericho:nã Iordanis est ad Orientalem plagam Iericho, cum sit Iericho in terra Chanaan,& tamen Iordanis ponitur terminus Orientalis in terra Chanaan Numer.34.veniendo ergo a Iordane versus Iericho erat processus ab Oriente in Occidentem:incipiebat autem latus in Iordane, quia nulla sors excedebat Iordanem de nouem sortibus, & dimidia,quæ erant proprie in terra Chanaan, & veniebat versus Iericho.non quidem,quòd includetur Iericho in sorte Ephraim,vel Manasse, qa est in sorte Beniamin,vt patet infra 18.cap.sed venit cõtra Iericho, quia transit latus sortis istius apud Iericho ad latus aquilonare Iericho.

Et aquas eius ab Oriente. Idest istud latus Meridianũ sortis Ephraim venit a Iordane versus Iericho,& aquas illius.sunt autem aliquę aquę Iericho,s.lacus aliqui qui transeunt apud Iericho,& ad illas aquas etiam dirigitur latus istud sortis Ephraim, & hoc ab Oriente.Ista determinatio potest referri ad istud accusatiuũ aquas,vel ad totum suprapositum.Referẽdo ad aquas est sensus, ꝙ peruenit latus istud ad Iericho, & aquas eius,& istæ aquę sunt ab Oriente, idest a parte Orientali Iericho.Si referatur ad totum coniũctum est sensus,quòd latus istud puenit ad Iericho, & aquas eius, idest veniendo a Iordane in Iericho, & aquas suas est venire ab Oriente in Occidentem.

Adhuc potest ista litera aliter intelligi, s.ꝙ veniat latus Meridianum de Iordane in Iericho, & aquas eius, & hoc ab Oriẽte, idest istud sit principiũ lateris huius Meridianum incipiendo ab Oriente versus Occidentem.Nam latus istud inter Orientale, & Occidentale concluditur,ideo ita poterat incipi ab Occidente versus Orientem,sicut è contrario. Dicitur ergo, quòd incipitur hic ab Oriente.

Solitudo quæ ascendit de Iericho ad montana Bethel. Hic continuatur latus Meridianum, & cum peruenerit a Iordane vsque ad Iericho & aquas illius, ascendit ad montana. Nam eũdo de Iericho versus ciuitatẽ Hay, vel Bethel est ascensus.Est enim Iordanis in quadam magna valle,quę Gortus,vel Anlon vocatur: inde ad Iericho fit ascensus:postea autem fit ascensus ad montana Bethel tendendo in Occidentem.

Sciendum,quòd ista est Bethel,apud quam dormiuit Iacob cum ibat in Mesopotamiam, & vidit scalã & dominum innixum super scalam, vocauitque nomen vrbis Bethel,cum prius vocaretur Luza Gen.28. non est autem ista Bethel id,quod Ierusalem.

Licet Nicolaus sępe hoc asseruerit, & multi alij hoc tangant doctores.Nã infra 18.ponuntur istæ duæ ciuitates in sorte Beniamin,s.Bethel, & Ierusalem:& est Bethel de primis,Ierusalem autem de extremis. Item 1.ca.Iudi.ponitur de captione, & combustione vrbis Ierusalem, deinde subdĩt de captione vrbis Bethel,& est alius modus valde distinctus: ergo necessario sunt duæ ciuitates.De quo magis dictum est Gen. 12.& 28.

Ad montana Bethel. Terra montuosa est apud Bethel.Sic patet,quia vrbs Hay est apud Bethel, cũ exeũtibus viris Hay ad pugnandum contra Iosue exierunt quoque viri de oppido Bethel supra 8. sed apud vrbẽ Hay erat solitudo, vt declaratum est eodem capi.in litera,& fugit Iosue cum toto exercitu versus solitudinem,& est solitudo in latere sinistro,scilicet aquilonari.Per hanc transit sors filiorum Ephraim. Nam vrbs Bethel ad sortẽ Beniamin pertinet,vt patet infra 18.& sors Beniamin est Meridiana respectu sortis Ephraim vt patet coniungendo ea, quæ habentur præcedenti cap.cum eis,quæ habentur infra 18.in quibus demonstratur esse idem latus sortis Beniamin, & Iudæ, sed sors Iudę est maxime Meridiana, iõ si sors Ephraim est coniuncta sorti Beniamin erit a parte aquilonari ista coniunctio,& per illam terram montanam, quæ est ad aquilonem Bethel trãsit latus Ephraim, de quo hic dicitur. Ista vrbs Bethel non fuit capta, dum vixit Iosue,licet erat apud vrbem Hay, quam cepit ipse, & viri huius vrbis exierunt in pugnam contra ipsum relinquentes apertam portam vrbis supra 8.ca.sed ceperunt filij Beniamin vrbem hanc post mortem Iosue, vt patet Iudi.1.cap.

Et egreditur de Bethel Luzam. Tendendo de Oriente versus Occidentem venitur de Bethel in Luzã:est autem Luza apud Bethel.

An Bethel,& Luza sit idem locus. Quæst. III.

SED arguet aliquis contra,quia Bethel,& Luza ponuntur tanquam vnus locus, vt patet Gen. 28.s. appellauit nomen loci Bethel, quę prius Luza vocabatur:sic patet infra 18. vbi vocatur Luza Bethel.

Respõdet ad hoc Nicolaus,ꝙ Bethel, & Luza sunt idem locus, & tamen possunt nominari duo loca, & hoc quia a principio solum extiterat vna pars,fuit autem postea addita alia, & ista potest vocari tanquam alius locus:sic est de ciuitate Parisius : tota enim ciuitas vocatur Parisius, tamẽ proprie ciuitas est id quod est inter duos pontes,& illi qui sunt in loco hoc quãdo vadunt ad aliam partem, quæ est extra pontes, dicunt, eamus extra ciuitatem. & qui sunt in parte illa dicunt:eamus in ciuitatẽ,cum vadunt ad partem,quę est intra pontes. De his duabus partibus vrbis Bethel dicit,

dicit,quòd vna vocatur Bethel, & alia Luza.Confiderandum ad euidentiam huius,quòd ciuitas Bethel,& Luza est idem locus, & scriptura tanquam pro eodẽ semper ponit.Iste locus a principio semper vocabatur Luza ex nomine imposito ab incolis, postea autem vocatus est Bethel ex impositione facta a Iacob. Gen. 28.cap.& hic locus diuisus est in duas partes,quarum vna est magis Occidentalis,& ambæ nominantur Luza,vel ambæ Bethel, vt patet ex communi locutione scripturæ:sicut multotiens sunt duo loca separata, & habent modum vnius loci, vt si distinguantur flumine intermedio,vt ĩterdum sit. scriptura autem voluit hic distinguere istas duas partes Bethel, quasi duas ciuitates distinctas,& vocauit vnam earum Bethel,scilicet magis Oriẽtalem,& aliam vocauit Luzam. Sed iste modus loquendi in scriptura rarus est, ideo immediate 18.cap.cum agitur de Bethel nominatur idẽ locus Bethel,& Luza. *Transitque terminum Archiatharoth*. Est Archiatharoth ciuitas,apud quam transit linea describens latus Meridianum sortis Ephraim, & nõ est ista ciuitas ĩ sorte Beniamin, sed intra Ephraim aliquando tamen ponuntur termini intrinseci, & aliquando extrinseci:sic declaratum fuit præceden.cap. vbi ponebãtur in latere aquilonari sortis Iudæ aliquæ vrbes,quę pertinebant ad sortem Iudę, & aliæ pertinebant ad sortem Beniamin. *Et descendit vsque ad Occidentem ad terminos Iephleti*. Idest procedendo ad Occidentem peruenit latus istud Meridianum ad terminos Iephleti. Est enim Iephleti ciuitas in sorte Ephraim.Quod patet,quia Iephleti ponit̃ in latere Meridiano,quod describitur hic: ergo necesse est, quòd sit ĩn sorte Ephraim,vel in sorte Beniamin, quia istud latus Meridianum est commune duarum tribuum. Est enim Meridianum in sorte Ephraim,sed est aquilonare respectu sortis Beniamin, vt declaratum est in superioribus.Sic enim est in omnibus tribubus,quòd inter quarumlibet sortes ponitur vnũ latus commune:sed Iephleti nõ est in sorte Beniamin, ergo erit in sorte Ephraim.Antecedens patet, quia infra 18.ponũtur nominatim, & sub numero ciuitates Beniamin, & non ponitur ibi Iephleti. Idem argumentum est de Archiatharoth. Pertinet ergo ad sortẽ Ephraim: & dicitur:Descendit vsque ad Occidentem ad terminos Iephleti. non est sensus, ꝙ in terminis Iephleti sit Occidentalis pars sortis huius, quia immediate ponũtur plures partes in hoc latere versus Occidentem:& dicitur,ꝙ finitur mari magno: sed ponitur hic(vsque) pro(versus) vel (contra) s. ꝙ latus Meridianũ sortis Ephraim descendit contra Occidentem ad terminos Iephleti.Nam in latere ipso sunt termini isti, sed sunt declinando multum contra Occidentem. Alio modo potest intelligi,ꝙ accipiatur vsque proprie,s.ꝙ peruenit latus istud ad terminos Iephleti vsque ad Occidentem,idest vsque ad Occidentem terminorum Iephleti,s.ꝙ termini huius ciuitatis multum extenduntur, & tangit eos latus sortis huius vsquequo perueniat ad latus Occidentale terminorum Iephleti,& adhuc tenditur vlterius latus huius sortis quousque perueniatur ad mare magnum. *Vsque ad terminos Bethoron inferioris*. Est ista ciuitas tendendo versus Occidentẽ. Est autem Bethoron duplex, s.Bethoron inferior, & Bethoron superior.vterque horum locorum ponitur in terminis huius sortis. Nam Bethoron inferior ponitur hic in latere Meridiano. Bethoron superior est in latere Orientali,vt patet infra. Est autem Bethorõ in ciuitatibus sortis Ephraim arguẽdo, vt supra arguebatur, s.latus Meridianum sortis Ephraim: quod hic describitur est latus aquilonare sortis Beniamin,ideo necesse est Bethoron positum in hoc latere pertinere ad alteram de his duabus tribubus: sed non pertinet

Quid Archiatharoth ac eius situs.

Quid Iephleti.

Duplex Bethoron.

F ad Beniamin,ergo pertinet ad Ephraim. Antecedens patet,quia ponuntur ciuitates Beniamin expresse de quibus nulla est Bethorõ:ergo pertinet ad Ephraim. *Et Gazer*. Ista ciuitas est magis Occidentalis quã Bethoron procedẽdo in latere Meridiano. De hac fuit vnus de regibus interfectis tempore Iosue:de quo supra 12.Ista ciuitas erat Chananęorũ,&non potuerunt a principio Ephraitę suscepta possessione vrbis huius delere Chananæos,postea autem preualuerunt cõtra eos,sed non deleuerunt facientes eos sibi tributarios. vt patet infra: deinde tẽpore Salomonis, qui accepit filiam Pharaonis regis Aegypti in vxorem, ascendit rex Aegypti in terram Iudęorum, & pugnauit contra Gazer cepitque eam deletis Chananæis, traditG que in dotem filię suę, vt patet 3.Regum 9.capit. ista ciuitas postea data est sacerdotibus cum de singulis tribubus assignatæ sunt eis vrbes,vt patet infra 21.alia ciuitas est quæ vocatur Iazer: sed ista est in terra duarum tribuum,& dimidiæ pertinens ad terram Og regis Basan:Deuteronom.3.& Numer.21.cap.

Salomõ accepit ĩ vxorem filiam Pharaonis

Finiunturque regiones eius mari magno. Idest terminus lateris huius Meridiani finitur in mari. Est enim mare istud Mediterraneum,quod vocatur magnum respectu maris Cenereth, & maris Sodomorum, quę sunt lacus magni in terra Chanaan, & non maria: Istud est verum mare nascens de mari Oceano, & trãsiens per multas partes terræ, scilicet inter Europam, & Africam,& rursus has duas ab Asia diuidens, quia cum tendat ab Occidente versus Orientem, s. de fre-
H to Athlantico,quod est in fine totius regionis Hispanorum,vbi coniunguntur latera Europę,& Africę,& continentis terræ diuisio,aqua ęstus maris Oceani absorbetur: & inde cum incipiat tendere versus Oriẽtẽ per totam continentem terram, vocatur mare Mediterraneum.Quod cum accesserit ad partẽ mũdi, quæ Asia nominatur, eam non secat in duas partes, sicut Africam,& Europam a continentibus partit, sed in modum crucis tenditur ad duas partes mundi, scilicet contra Aquilonem,& ꝯ Meridiem, & in hac extẽsione maris diuiditur Asia ab alijs duabus partibus mũdi ita,vt tres partes mundi a se inuicem mari Mediterraneo interposito diuidantur.In Asia aũt nõ est pars vl-
I la maris Mediterranei,sed est aliud mare, quod vocat̃ mare rubrum veniẽs a parte Orientali orbis,nascitur que apud Indiam, & fluit per Asiam declinando versus latus aquilonare eius apud montem Caucasum, deriuaturq; versus Occidentem vsq; ad deserta Arabica:pertransitque in Aegyptum, ibique mari nostro Mediterraneo absorbetur.Vocatur autem illud mare rubrum, quia aqua eius rubra est cum in eius littoribus,& alueo partes rubeæ terrę sint, ex quibus aqua perpetuo rubricatur, & versus istud mare est maior populatio Asię. Nam ex impetu Oceani continentis terrę claustris irruptis aquę eius intrauerunt faciẽtes mare Mediterraneum.Non tñ sine magna Dei dispositione factum est,vt maria subintrarẽt terras,ad ma-
K gnas quippe necessitates nobis maria profuerũt.Nec tanta hodie foret peritia,aut humanorum ingeniorũ excellentia,opumq; copia, & rerum gestarũ humanarũ magnitudo,nisi maria nobis terras cito adibiles fecissent,atq; vniuerso orbi cõmunicatio marina vtilitate inducta est. Istud mare Mediterraneũ, qđ in freto athlantico absorbetur peruenit ad vrbẽ Ierusalem, & cum declinat ibi mare istud versus Meridiem tangit oras terrę Chanaan, ibiq; terram illam ab Africa diuidit:est.n. terra Chanaan terminus Occidẽtalis totius Asię.sicut enim tota terra Chanaan mari magno Mediterraneo finitur: ita & tota Asia Occidentali freto clauditur. nec procedendo ad Occidentem quidquã de Asia reperietur vltra terram Chanaan.

Mare Mediterraneũ Asiam ab Africa, & Europa diuidit.

Mare Rubrum vnde ortum habeat.

Idẽ Orosi? dicit & intellige absorbetur, s. subtus terrã. vel dic absorbet, s. sinu arabico. nam auctor ponit duo maria mediterranea, s. rubrum, & istud nrm.

Possede-

Possederuntque. Hic ponit aliud latus terrę Ephraim. s. orientale vsque ad aliam partem. *Machmetath verò.* Circa primum. *Possederunt filij Ioseph.* Ponitur latus orientale idem duabus his sortibus Ephraim, & Manasse, quia erant coniunctæ: pertingebantque sortes orientales eorum in eandem lineam: distinguuntur tamen postea sortes ipsæ, quia latus meridianum sortis Manasse est latus aquilonare sortis Ephraim, vt patet sequenti cap. *Manasses, & Ephraim, & factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas.* Scilicet medietas Manasse, quia alia medietas acceperat primo possessionem ante Iordanem in terra duorum regũ Amorrhæorum, de qua supra 13. cap. dicitur: Per cognationes suas, quia non fuit data terra sic indiuisa cuilibet harum tribuum, sed diuisa est portio cuiuslibet in alias minores partes secundum familias, quæ erant in qualibet tribu. Medietas eñ tribus Ephraim quatuor familias habet, vt patet Nume. vigesimosexto, cum tota tribus habeat 8. tribus autem Ephraim habet familias quatuor, vt patet eodem cap. & sic necesse erat diuidi sortem Ephraim saltem in 4. partes, & sortem Manasse in totidem: deinde quælibet portio familiæ vnius diuideretur in partes minores pro cognationibus minoribus, quæ vocantur domus.

Possessio eorum contra orientem Atharoth. Idest istę ciuitates, quæ ponuntur hic sunt ad partem orientalem sortis Ephraim, & Manasse. Vel istę ciuitates sunt possessio orientalis istarum duarum tribuum. Vel aliter ꝙ linea describens latus orientale harum tribuũ transit per ciuitates istas, quæ dicuntur hic, & non dr̃ hic contra orientem. i. procedendo contra orientem, sed possessio ad orientem. i. sita ad partem orientalem. *Ataroth.* Ista ciuitas est principium lateris orientalis incipiendo a parte aquilonari, & tendendo in meridiem. Et patet hoc, quia finis huius lateris ponit̃ mare salsissimum, vel mare Sodomorum, sed istud est valde meridianum, cũ sit caput sortis Iudæ sup. præcedẽti cap. & ista est maxime meridiana, ergo necesse est ab aquilone incipi hic. Ista ciuitas est in sorte filiorum Ioseph, quamquam non patet an in sorte Ephraim, vel Manasse, cum non ponantur determinatè vrbes harum tribuum. Etiã termini nõ ponunt̃ hic distincti pro his tribub⁹, sed ponunt̃ termini quatuor, qui includant istas duas sortes tãquam esset vnica: distinctio autem aliqualis ponitur sequenti c. interponendo quoddam latus inter tribum Ephraim, & Manasse. Sed dicendum, ꝙ licet litera non determinet: satis tamen colligitur istam vrbem esse in sorte Manasse, quia hic describitur latus orientale veniẽdo ab aquilone versus meridiem: sed sors Manasse est aquilonaris, & sors Ephraim est meridiana, vt patet sequen. c. ergo ista vrbs est in tribu Manasse, cum est maxime aquilonaris in latere isto, & sit prima, alioqn tribus Ephraim esset ab aquilone. *Addar vsque Bethoron.* Ciuitas Ataroth erat, vbi incipiebat latus istud a parte aquilonari, & inde tendebatur in ciuitatẽ Addar, & post in Bethoron. Istæ sunt magis meridianæ. Et accipitur hic Bethoron superior, quæ est magis orientalis, quàm Bethoron inferior, cum sit alia Bethoron in ipso latere meridiano versus occidentem. De ista Bethoron an sit in tribu Ephraim, vel Manasse non apparet hic ex litera. Nec põt respõderi, sicut de ciuitate Ataroth, quia illa erat in principio lateris orientalis ambarum sortium, & erat a parte aquilonari, ideo necesse erat in sorte Manasse: Bethoron autem est in medio, vel vltra medium lateris, ideo non constat in qua sorte harum sit: constat tamen quòd vna de duabus Bethoron sit in sorte Ephraim, quia infra 21. cum ponuntur ciuitates Leuitarum dr̃, ꝙ de tribu Ephraim data fuit Bethoron sacerdotibus. Sa-

A tis autem dici potest quòd vtraque Bethoron sit in sorte Ephraim, vna in latere orientali, scilicet Bethoron superior, & alia in meridiano: scilicet Bethoron inferior. *Egrediunturque confinia in mare.* Idest terminorum orientaliũ fines sunt ad mare: vocantur enim confinia vbi termini aliquarum duarum rerum coniunguntur, scilicet cõfinia, idest fines cum finibus: & sunt confinia ista ad mare, idest ad mare salsissimum, quod est mare Sodomorum. Est enim istud mare in latere orientali terrę Chanaan, & ad ipsum peruenit frons oriẽtalis sortis Iudæ: occupatque illud totũ: peruenit quoque ad extremitatem maris illius sors Beniamin, vt patet infra 18. cap. sors autem Ephraim non pertingit ipsum mare, sed accedit ad Iordanem

B versus vnam extremitatem huius maris, & dicuntur egredi confinia ad mare, quia latus meridianum, & orientale nõ terminant̃ directe in hac sorte ad mare, sed quędam particula acuta huius sortis terminatur circa mare, & illud paruum quod a reliquo videtur recedere, dicitur exire, vel egredi. *Machmetath vero Aquilonem respicit.* Hic ponitur aliud latus sortium prędictarum, s. aquilonare: & computari incipit ab occidente, & venitur ad orientem, & inde in meridiẽ declinatur. Est autem Machmetath ciuitas in sorte Manasse, vt patet sequenti cap. & respicit cõtra aquilonẽ: quia ipsa est in ipso latere aquilonari sortis huius apud tribum Aser. *Et circuit terminos contra orientem.* Idest sors ista in latere aquilonari facit circuire terminos, quia linea describẽs latus aquilonare istud flectit̃

C a rectitudine subintrando in tribum Aser, & aliquando egrediendo, & iste circuitus est contra Orientem, scilicet, quòd latus istud tẽditur ab occidentali parte ab vrbe Machmetath, & procedendo versus orientẽ fiunt circulationes. *In Thanathselo.* Ciuitas est in sorte Manasse in latere suo aquilonari: alia autem ciuitas est, quæ vocatur Thanath in sorte hac, vt patet sequenti cap. & Iudic. 1. *Et pertransit ab oriente Ianoe.* Hic curuatur latus aquilonare in latus orientale, & describitur aliqualiter latus orientale quod supra descriptum fuerat: nõ enim poterat linea aliqua terminans sortem transire ab orientali parte alicuius vrbis, nisi sit illa latus orientale. Nam latus aquilonare, & meridianum ad nullius ciuitatis partem orientalem transeunt: ideo necesse est, vt cum linea describens

D latus aquilonare perueniat a parte occidentali vsque ad orientalem per ciuitates supra assignatas coniungatur lateri orientali, & istud describitur descendens in meridiem ab aquilonari parte. Et tunc stat quòd transeat linea lateris ab oriente Ianoe: quia ista est ciuitas in sorte Manasse, & non est totaliter orientalis, sed apud orientẽ tribus illius: ideo linea describens latus transit ad partem orientalem vrbis Ianoe.

Descenditque de Ianoe in Ataroth. Iste descensus est in latere orientali declinando a parte aquilonari versus austrum, & quia partes aquilonares sunt celsiores terra meridiana, dicitur descendere terminus. Et ista ciuitas Ataroth est, de qua supra dicebatur, & erat in

E parte orientali: sed poterat poni in latere orientali continuando illud. Vel in latere aquilonari incipiendo ab illa in oriente versus occidentem. *Et Noaratha.* Ista ciuitas est etiam in latere orientali tam Manasse quàm Ephraim. De ista vrbe, in qua harum duarum sortium sit non patet. *Et peruenit in Iericho.* Non accedit terminus istarum duarũ sortium a parte orientali ad Iordanem secundum totam frontem suam orientalem, sed describuntur hic quædam ciuitates, quæ sunt orientales in his sortibus, & hoc quia tribus Issachar claudit istas duas sortes pro maiori parte in oriente, vt patet sequenti cap. vbi dicitur ꝙ Manasse, & Ephraim cõiungunt̃ in latere oriẽtali in sorte Issachar,

Quid Noaratha ac eius situs.

char,& in latere aquilonari in sorte Aser. Si non possent ambæ coniungi in sorte Issachar: Et tunc erit aliquid de sorte Issachar magis Orientale, quàm sortes Manasse,& Ephraim,& illa pertingit ad Iordanem, sicut patet infra 19.cap.s.quòd sunt exitus eius in Iordanem. Ex quo patet, ꝙ non describuntur omnes sortes terræ Chanaan procedendo ab Oriente vsq; ad Occidentē, sic ꝙ quælibet tangat aliquid in termino Oriētali,s.ſm suam totam frontem Orientalem, & tangat frontem Occidentalem terrę Chanaan ſm suam totā frontem, sed quædam de sortibus tangunt vtrunque terminum, vt sors Iudæ, vt patet pręced.cap.& sors Beniamin aliqualiter. Quædam aūt de alijs ſm quādam partē tangunt, & ſm quandā non: sicut sors Ephraim, & Manasse, quæ in parte Occidentali clauduntur mari magno, & in parte Orientali non attingunt Iordanem, nisi pro quadam parte. Cum autē dicitur, quòd peruenit sors Manasse & Ephraim in Iericho, non est sensus, ꝙ sit ista vrbs in aliqua harum sortium, sed est in sorte Beniamin, cum ponatur prima ciuitas illius ĩ. 18.cap. sed nec est in latere meridiano, aut aquilonari ista ciuitas. Est autem quædam pars acuta, quæ lingua vocari potest, quam subintrat sors Ephraim in partē sortis Beniamin claudendo ab Oriente partem sortis Beniamin, & tunc transit apud Iericho. Est autem ibi Iericho principiū Orientalis frontis sortis Beniamin. Et adhuc subintrat magis sors ista Ephraim claudēdo sortem Beniamin, quousque perueniat circa sortem Iudæ: & ibi manent quidam exitus sortis Beniamin in Iordane, & apud linguam maris salsissimi. Hoc modo sors Issachar claudit sortes Manasse, & Ephraim pro maiori parte Orientalis frontis. De quo patet seq.cap.

Quid Taphua. *Et egreditur ad Iordanem de Taphua*. Idest Iericho transit in Taphua, & postea accedit ad Iordanem, & ibi tāgit frontem Orientis terrę Chanaā, quæ est Iordanis. Est autem Taphua ciuitas quædam in sorte Iudæ, vt patet præceden.ca.& quamquam non sit sors Ephraim, vel Manasse coniuncta immediatè sorti Iudæ cum intercidat sors Beniamin, vt probatum est eodem c.tamen coniungitur sors Ephraim sorti Iudæ in parte Orientali in valde pauco, & hoc per quādam linguam egredientem, siue particulam paruā, quæ subintrat ad contactum partis Orientalis Beniamin, & Iudæ, sic quoq; sors Issachar tāgit sortem Ephraim & Manasse in parte Orientali sequen.cap. & tamen quædam pars terræ ciuitatis Taphuę cecidit in sortem Manasse, & vocantur incolę illi habitatores fontis Taphuę. Patet sequē. cap.s. & egreditur in dexteram iuxta habitatores fontis Taphuę: etenim in sorte Manasse ceciderat pars Taphuę. Pars autem ista proueniens Manasse est ad partem Orientalem apud Iordanem: nam Taphuam egreditur terminus horum in Iordane.

Pertransitque contra mare in valle arundineti. Est enim Iericho circa Iordanem. fluit autem Iordanis in mare salsissimum, vt patet supra 3. sors autem tribus Iudę tāgit totam frontem maris salsissimi sua fronte orientali: & hoc vsque ad linguam maris huius, vbi Iordanis subintrat mare, & desinit vocari Iordanis, vt colligitur præcedenti cap. spatium autem Iordanis in directo Iericho vsque ad mare est frons tribus Ephraim, & Manasse cum tribu Beniamin. Aliqualiter autem attingit sors Issachar Iordanem etiam apud Iericho, ideo ibi non tāgitur Iordanis ab Ephraim, & Manasse: sors autem Ephraim & Manasse cum tetigerit Iordanem declinat per littus Iordanis versus meridiem, & hoc est

Vallis arūdineti vbi sit. in valle arūdineti. Ista vallis est quędam pars illius magnæ vallis, per quam transit Iordanis, & quia in parte hac sunt arundines in magna copia, vocatur vallis arūdineti.

Suntque egressus eius in mare salsissimum. Idest finis istarum

F duarum sortium est circa mare salsissimū, quod est mare Sodomorum: non tamen accedit illuc, sed sors Iudæ & Beniamin coniunguntur ibi ex propinquitate: tamen dicūtur exitus eius ad mare salsissimū, quia finis est circa mare illud. scriptura autem interdum non facit differentiam in coniunctum esse, & esse prope. Ista tota litera ex loco illo.

Possederuntque filij Ioseph. vsque huc, potest legi aliter & breuiter, quia ex prędictis patet, s. quòd illud latus, quod ibi dicebatur esse Orientale sit aquilonare commixtum Orientali, sicut solum orientale, & quamquā modus legendi superior videatur satis rationalis quibusdam. veritas tamen est secundum hanc expositionem, quæ ponetur, & incipit litera exponenda.

G *Et possessio eorum contra Orientem Ataroth*. Hic incipit describi latus aquilonare, & incipit ab Oriente versus Occidentem: & patet, quia dicitur hic contra Orientem, idest, quòd sit ista ciuitas in latere, quod describitur hic ad partem Orientalem. Patet etiam quia in fine lateris huius dicitur: Egrediunturque cōfinia eius in mare: & accipitur ibi pro mari magno, cum ponatur sine connotatione: istud autem est in parte Occidētali terræ Chanaan, vt patet Num.24.c. Est autem sensus literę. *Possessio eorum*, Vt legatur per se, s. quòd totū clausum sub his terminis, quę ponuntur hic sit possessio Ephraim, & Manasse. illa particula, *Contra orientem*. Debet legi cum litera inferiori, scilicet, quòd incipiat hic latus vnum, & est aquilonare; quia tamen quodlibet latus in quadrato, aut quadrangulo terminatur ad

H duo latera, terminabitur latus aquilonare inter Orientem, & Occidentem: Incipit autem hic descriptio illius a parte Orientali, & hoc est in ciuitate Ataroth, quæ potest poni in latere aquilonari, & in latere aquilonari diuersimode.

Addar vsque Bethoron superiorem. Idest latus istud aquilonare tendere incipit ab Ataroth veniendo ad Oriente, & postea tendit in villam Addar, & deinde in Bethoron superiorem. Erat autem tūc Bethoron tribus Manasse in latere aquilonari tribus istius: & Bethorō, de qua dicetur infra 21.capitu. erit Bethoron inferior, quia illa erat de tribu Ephraim, vt ibi dicitur, in tribu tamen Ephraim non erat, nisi vna Bethoron, scilicet, inferior, quę erat in latere meridiano illius, vt patet su-

I pra. Vocabitur autem tunc Bethoron superior, vel inferior in comparatione ad aquilonem, quia pars aquilonaris est altior parte meridiana, ideo Bethoron aquilonaris dicitur superior: Bethoron autem meridiana vocatur inferior.

Egrediunturque confinia in mare. Istud est mare magnū, quod est in latere Occidentali terræ Chanaan claudēs eam totaliter ab Occidente, vt patet Numeri 34. cap. & dicuntur confinia in mare egredi, idest coniunguntur in mari termini istorum laterū, scilicet terminus lateris Aquilonaris, & Occidentalis. Non accipiuntur autem propriè confinia in medio alicuius lateris. Hic latus Orientale terminatur, & sic tam latus meridianum quam aquilonare sortis Ephraim, & Manasse ad

K mare magnum pertingit, ex quo necesse est, quòd ambæ sortes perueniant ad mare magnum, sic patet seq. cap. scilicet, quòd vtranque claudit mare.

Machmetath. Hic describitur latus Orientale istarum duarum sortium, quod est tertium: latus autem quartum, scilicet, Occidentale non describitur, quia totum illud est portio quædam maris magni: vnde cum dicatur supra de latere Aquilonari, & meridiano, quòd pertingunt ad mare magnum, sufficienter apparet, quòd totum latus illud est littus maris: cum mare magnum teneat totam frontem Occidentalem terrę Chanaan. Incipit autē istud latus Orientale ab Aquilonari parte, in qua est Machmetath ciuitas,

tas, quæ potest aliqualiter ad latus orientale pertinere,& ad aquilonare, sicut diximus supra de ciuitate Ataroth. Et est ista ciuitas de tribu Manasse apud tribum Issachar, cui cōiunguntur duæ sortes istę in parte orientali, vt patet sequenti capitu. *Aquilonem respicit.* Scilicet quòd ista ciuitas maxime respicit partem aquilonarē mūdi in tota sorte Manasse, & Ephraim, quia ciuitas ista est vltima in latere orientali procedēdo versus aquilonem. *Et circuit terminos contra orientem.* Idest latus istud, quod incipit a Machmetath circuit terminos, qui sunt contra orientem, scilicet, quòd linea describens latus orientale eleuatur de Machmetath contra orientem faciendo circulum, & abscindit quandam particulam de terra versus sortem Issachar, quæ claudit ab oriēte sortem Ephraim, & Manasse, vt patet sequenti capitu. *In Thanathselo.* Ciuitas quædam est in latere orientali sortium istarū. Aliqui diuidunt facientes nomen duarum vrbium. Sed falsum est: de ciuitate autem Machmetath transit in Thanathselo, & ambæ sunt in latere orientali, magis tamen orientalis est Thanathselo, quia circuit terminus ad orientem de Machmetath in Thanathselo.

Quid Ianoe.

Et pertransit ab oriente Ianoe. Ista est ciuitas de oriētalibus in sorte Manasse, & Ephraim, sed non est in ipso latere orientali sortium, quin potius trāsit ad oriētalem partem vrbis huius latus orientale.

Descenditque de Ianoe in Atharoth. Latus istud orientale cum computetur a parte aquilonari versus meridianam dicitur descendere, quia altior est terra aquilonaris meridiana: est autem Ianoe magis aquilonaris quàm Ataroth, sed ambę pertinent ad idem latus, scilicet orientale. Alia ciuitas est, quæ vocatur Astaroth, & differt ab ista. Est autem in terra duarum tribuum & dimidiæ, pertinetque ad tribum Manasse, scilicet ad dimidiam partem illius, vt patet supra tertiodecimo, fuit autem antiquitus vrbs illa sedes gigātum in terra Basan: ibi enim pugnauerunt contra eos tempore Abrahę reges, qui venerant cum Chodorlaomor Gen. 14. cap. & est ciuitas principalis in regno Og, in qua ipse regnare dicebatur supra 12. & 13. cap. *Et Noaratha.* Ista ciuitas est magis contra meridiem in eodem latere orientali. *Et peruenit in Iericho.* Idest ad Iericho: non quòd includatur ciuitas ista intra sortē Ephraim, vel Manasse, sed quia apud eam transit latus orientale, est autem Iericho in sorte Beniamin infra 18. cap. Ista, quæ sequuntur conformiter exponenda sunt, vt supra exposuimus.

Hæc est possessio tribus filiorum Ephraim. Idest tota terra, quæ includitur sub terminis supra assignatis pertinet ad filios Ephraim, vel est possessio eorum: nō est intelligendum sic vniuersaliter, quia infra istos terminos non solum continetur terra Ephraim, sed etiam Manasse, vt supra dicitur. Nam cum describerentur latera ista dictum est, possederunt filij Ioseph Manasses, & Ephraim, & in principio dictū est: cecidit sors filiorum Ioseph &c. ponitur tamen de Ephraim, qa cum sortes duæ sint inclusæ sub his terminis, & hic velit dicere de sola sorte Ephraim, & postea dicat de Manasse dixit, ꝙ hæc est possessio Ephraim, & debet exponi, idest, intra terminos istos assignatos est possessio Ephraim, sed non pertinet ad Ephraim quidquid intra istos terminos est. *Per familias suas.* Idest possessio Ephraim diuisa est in portiones secundum numerum familiarum: sunt autem quatuor familiæ in hac tribu. s. Suthalaitę, Becheritæ, Tehenitę, Beranitę: Nume. 26. c. Postea diuideretur adhuc terra in minores portiones, quia in qualibet familia sunt domus, quæ sunt cognationes minores, pā ipsi Iosue, qui erat princeps Israel, & diuisor terrę, data est ciuitas vna ꝓ cognatione sua, scilicet Thānathsare in mōte Ephraim, vt patet infra 19. cap. *Vrbesque separatæ sunt filijs Ephraim in medio possessionis filiorum Manasse.* Nicolaus dicit ꝙ habuerunt Ephraitæ vrbes inter filios Manasse, quia sors Ephraim aliquādo subintrat in sortem Manasse, & tunc dicuntur ciuitates Ephraim esse in tribu Manasse. Sic est aliqñ de alijs tribubus, ꝙ linea describēs latus alicuius tribus flectitur a sua rectitudine, & subintrat sortem alterius tribus. Sed dicendum est ꝙ ista litera aliud sonat, s. quòd omnes ciuitates sortis Ephraim sunt inter ciuitates tribus Manasse. Pro quo sciendum ꝙ in tribu Ephraim, & Manasse non factum est sicut in alijs tribubus, vt cōmuniter: quælibet enim tribus accepit sortem suam, & fuerunt termini eius distincti a terminis aliarum sortium: in sortibus autem Manasse, & Ephraim positi sunt termini, sub quibus simul contineantur ambæ sortes, vt patet in toto isto cap. & sunt ciuitates harum tribuum commixtæ: non tamen penitus, sed vrbes Ephraim sunt simul, & non extēduntur ab oriente in occidentem tanquam sors ista habeat quatuor latera, sed sors dimidiæ tribus Manasse est magis extensa: & includit intra se vrbes sortis Ephraim, claudēs a parte aquilonari, & orientali, & fortè ab occidentali: ab australi autem non claudit. Et hoc modo stat litera, s. ꝙ separatæ sunt vrbes filijs Ephraim in medio filiorum Manasse, ita ꝙ tota terra, quæ clausa est sub terminis suprapositis accipiatur tāquam sit terra sortis Manasse, & in medio sortis huius relinquantur vrbes multæ pro tribu Ephraim, & illę sunt sors Ephraim: Simile patet sequēti cap. s. in meridiem terminus ciuitatum Ephraim, quę sunt in medio vrbium Manasse: & tamen quamquam clauderet Manasse vrbes Ephraim non claudebat eas ab omni parte, quoniam latus meridianum tenebat sors Ephraim in coniunctione ad sortem Beniamin: & hoc signatur sequenti cap. s. ita vt ab austro sit possessio Ephraim, & a meridie sit possessio Manasse. Clauditur autem a duobus lateribus sors Ephraim a sorte Manasse, s. in aquilonari & in orientali. De aquilonari patet, cum dicatur sequenti cap. ꝙ ab aquilone est possessio Manasse, & ab austro possessio Ephraim. Clauditur etiam a latere orientali: nam totum latus orientale harum duarum sortium pertinet ad Manasse. Quod patet, quia cum sors Ephraim sit meridiana respectu sortis Manasse, vt dictum est: deberet ei correspōdere pars meridiana huius totius lateris orientalis supra descripti, quo clauditur vtraque tribus, vel saltem aliqua particula illius, & tamen non correspondet; quia extremitas meridiana lateris huius oriētalis est in terra Taphuę, & valle arundineti apud mare salsissimum: & tamen adhuc terra ista pertinet ad sortem Manasse, vt patet sequenti cap. sic ergo non videtur correspondere sorti Ephraim aliquid in latere orientali, aut valde parum apud mare salsissimum.

Qūo filij Ephraim potuerunt habere vrbes inter filios Manasse.

Ab occidente autem tangit mare sors Ephraim, vt patet sequenti cap. scilicet & vtranque claudat mare: nec tamen penitus coniunguntur, nisi clauditur sors Ephraim a sorte Manasse in latere aquilonari, quia aliqua pars lateris aquilonaris pertinet totaliter ad sortem Ephraim, & ibi coniunguntur ambe sortes in sorte Issachar, scilicet in latere eius meridiano, vt colligitur sequenti cap. ideo sors Ephraim per se non potest figurari, quia non habet aliquos certos limites ex omni parte, sed est clausa intra sortem Manasse. Vtraque autem poterit describi tanquam vna sors, cum ponantur termini ambarum quasi vnius. in nulla alia sorte sic factum est preterquam in sorte Simeon, & Iudæ. Nam prius designata fuit in sortem Iudę tota terra, quæ habetur præcedenti cap. & non

fuit tūc data sors alicui alteri tribui: ideo diuisores ter-
rę putantes se proportionaliter dare tribui Iudæ, sicut
manebant pro cęteris tribubus, dederunt pręter pro-
portionem aliquid excedēs: postea vero cum tota re-
sidua terra reliquis tribubus diuisa est, inuento quòd
minus alijs proportionaliter quam tribui Iudæ proue
niret, diuisa est sors Iudæ, & datæ sunt ciuitates quæ-
dam eius pro tribu Simeō, & de illis vna sors data est,
cum illa sors totaliter sit intra terminos sortis Iudæ,
nec assignantur aliqui termini in sorte illa, vt patet in-
fra 19. capitu. sed sunt ciuitates illæ inter sortes Iudæ.
Sunt tamen distinctæ, quia inter ciuitates Simeon nul
la intercidit de ciuitatibus Iudæ, & vocantur illę duæ
sortes, vt patet Iudicum primo. scilicet, & ait Iudas Si-
meoni fratri suo, ascende mecum in sorte mea, & pu
gna contra Chananæum, vt ego pergam in sorte tua.
Distinguitur etiam sors Simeonis contra cęteras sor-
tes septem vltimas, quæ factæ sunt, & distributę in Si-
lo: nam secunda earum ponitur, vt patet infra 19. cap.

Et villæ earum. Idest territoria, & rura, vel vici, qui
erant in confinijs ciuitatum traditarum Ephraim pro
uenerunt tribui illi, & non ponuntur hic nomina, nec
numerus ciuitatum Ephraim, sicut in tribu Iudæ fa-
ctum est, & fit infra in sortibus aliarum tribuum; infra
18. & 19.

Præcepti diuini trāsgressio.

Et non interfecerunt filij Ephraim Chananæum. Hic poni-
tur pręcepti diuini transgressio, scilicet, quòd Ephrai-
tę cupiditate tributorum nō occiderunt Chananęos
habitantes inter ipsos: iusserat tamen dominus, quòd
de Chananęis, Amorrhęis, &c. & omnibus populis se
ptem quorum terram Israelitæ in possessionem acce-
pturi erant, nullum omnino dimitterent viuere: Deu-
terono. 20. ideo non poterant componere fędera, vel
facere aliquam conditionē pacis, siue vt amicorum,
siue tributariorum, siue sub conditione seruorum. Of
fensus autem Deus, quia dereliquerunt gentes istas
superuiuere; conuertit eas in malum Iudæorum, scili-
cet, vt ipsę contererent in bello, & affligerent sępe Iu-
dæos. Sic patet Iudicum 2. Ita dumtaxat, vt non ferire
tis fędus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorū
subuerteretis, & noluistis audire vocem meam; cur
hoc fecistis? quamobrem nolui eos delere a facie ve-
stra, vt habeatis hostes, & dii eorum sint vobis in rui-
nam; sic enim promiserat eis Numeri 33. cap. scilicet
sin autem nolueritis habitatores terræ huius, qui re-
manserint interficere, erunt vobis quasi claui in ocu-
lis, & lanceę in lateribus, & aduersabūtur vobis in ter-
ra habitationis vestræ, & quidquid illis facere cogita-
ueram vobis faciam. Ideo quando scriptura enarrat
de istis gentibus relictis, ad redargutionem tribuum,
quę hoc fecerunt, sermo est. *Et non interfecerunt filij E-
phraim Chananæum*. Quasi dicat potuerant occidere,
sed noluerunt facientes eum tributarium sibi. De
filijs Iudæ aliter dicitur præcedenti capitu. scilicet nō
potuerunt filij Iuda delere Iebusęum habitatorē Ieru
salem; ideo illis non imputatur ad culpam: cum tamē
potuerunt tempore Dauid, deleuerunt eum capien-
tes arcem vrbis. De filiis Manasse sic fuit, qui quam-
quam a principio non potuissent delere Chananæos
de quibusdam vrbibus suis, tamen postea potentes
non expulerunt facientes eos sibi tributarios, vt patet
sequenti cap. *Chananæum, qui habitabat in Gazer*. Vocā-
tur isti Chananæi, quia pertinebant ad vnum de illis
septē populis, qui specialiter vocatur Chananęus. Vel
pōt accipi generaliter pro oībus populis terrę Cha-
naā: nā Chananęi dr̄ a Chanaā, & quia terra Chanaā
continebat septē illas gentes, poterāt vocari oēs Cha-

Quid Gazer ac eius situs.

nanęi, & sic accipit̄ interdū. Gazer, de quo dr̄ hic est
ciuitas quædā in sorte Ephraim, & est ī latere Meridia
no eius versus Occidētem, vt patet ex lr̄a s̄. & ista ciui-

F tas fuit data sacerdotibus, vt patet infra 21. capi. tamen
nō acceperunt possessionem eius vsque ad magnum
tempus, quia toto tempore mansit in potestate Cha-
nanæorum vsque ad tempora Salomonis. Tūc enim
rex Aegypti ascendens in terram Chanaan pugnauit
cōtra Gazer, & cepit eam deletis Chananæis: tradidit-
que in dotem filiæ suæ vxori regis Salomonis 3. Reg.
9. capit.

Habitauitque Chananæus in medio Ephraim. Idest, inter
Ephraitas. Non accipitur hic medium pro medio se-
cundum æquidistantiam ab extremis, sed pro medio
per interpositionem, & sic vocamus medium omne
illud, quod inter aliqua duo est, licet non æquidistet.
Non enim est Gazer in medio Ephraim per ęquidi-
G stantiam, sed magis in extremitate meridiana, nam in
latere meridiano supra descripto ponitur: sed quia est
inter aliquas ciuitates terræ Ephraim, dicitur esse in
medio Ephraim.

Vsque in diem hanc tributarius. Idest vsque ad tempus,
quo scriptus fuit liber iste, scilicet tempore Samuelis.
Nondum enim captus fuerat locus ille de manu Cha-
nanæorum vsque ad tempora Salomonis, vt dictum
est. In hoc autem grauabant, & defraudabant Ephrai-
tę sacerdotes, quia de sorte eorum sacerdotibus locus
iste dandus erat: Ephraitę autem poterant delere inde
Chananæos, sed non delebant, vt acciperent ab eis tri-
buta, ideo sic tradiderant tanquam retinerent: si autē
tributum quod præstabant Chananæi prouenisset sa-
cerdotibus, quibus dabatur Gazer in possessionem,
H non tantum peccassent filij Ephraim. Nunc autem
dupliciter peccabant: primo, quòd non occidebant
Chananæos, quos occidere poterant: secundo, quia
tributa debita sacerdotibus vsurpabant: velut siquis
fructus fundi alterius ipso inuito perciperet. Quam-
quam etiam sacerdotibus non licebat suscipere tribu-
ta a Chananęis, vt permitterent illos manere in terra,
si possent excludere, si tamen sacerdotes non possent
excludere, & filij Ephraim, in quorum terra erant, nol
lent delere, licebat sacerdotibus accipere tributum a
Chananæis, quoniā deterius erat manere Chananęos
in terra tributorum onere solutos.

Peccauerunt dupliciter Ephraitę subijciendo sibi in tributarios Gazeritas.

I

CAP. XVII.

CECIDIT autem sors tribui Ma
nasse: ipse enim est primogenitus
Ioseph. Machir primogenito Ma
nasse patri Galaad, qui fuit vir pugnator, ha-
bitauitque possessionem Galaad, & Basan:
& reliquis filiorum Manasse iuxta familias
suas, filijs Abiezer, & filijs Helec, & filijs Es-
rihel, & filijs Sechen, & filijs Hepher, & filijs
Semida. Isti sunt filij Manasse filij Ioseph, ma Num. 35.
K res per cognationes suas. Salphaad verò filio
Hepher filij Galaad filij Machir filij Manas-
se non erant filij, sed solę filię, quarū ista sunt
nomina, Maala & Noa, & Egla, & Melcha,
& Thersa. Veneruntq; in cōspectu Eleazari
sacerdotis, et Iosue filij Nun, et principum di
centes: Dn̄s pręcepit per manum Moysi, vt
daretur nobis possessio in medio fratrum no
strorū. Deditq; eis iuxta imperium Domini
posses-

possessionem in medio fratrum patris earũ. Et ceciderunt funiculi Manasse, decem, absque terra Galaad & Basan trans Iordanem. Filiæ enim Manasse possederunt hæreditatem in medio filiorum eius. Terra autem Galaad cecidit in sortem filiorum Manasse, qui reliqui erant.

CECIDIT *autem*. Descripta in superioribus sorte tribus Ephraim, hic describitur consequenter sors tribus Manasse, quia istæ duæ tribus erant ex eodem patre & successuræ velut in vnam sortẽ: sed habuerunt duas ex adoptione, quia Iacob adoptauit Ephraim, & Manasse: assignans eis sortes duas in hęreditate sua, sicut Ruben, & Simeon: Gen. 48. cap. fuit autem tribus Manasse diuisa in duas medietates, & vna accepit possessionẽ ante Iordanis transitum ad Orientem: alia vero post Iordanem ad Occidentem, & ista secunda accepit simul sortem cum Ephraim. De istis duabus sortibus Ephraim, & Manasse simul dicendum tanquam de vna sorte erat, quia termini supra assignati includunt intra se vtranque sortem, quamquam duæ sortes nominentur, nec erat aliquid addendum intra id, quod dictum fuerat pręcedenti cap. Sed quia sors Manasse erat diuisa in duas partes, vt diceretur de illa, quæ erat ante Iordanem, facta est hic specialiter mentio de sorte Manasse, & enarrata sorte illa ante Iordanem ponitur aliquid de sorte Manasse, quæ erat coniuncta sorti Ephraim. Non est tamen intelligendum, ꝙ huius sortis Manasse, quæ erat cũ sorte Ephraim ponantur hic aliqui termini præter terminos supra assignatos, sed dicitur aliquid de habitudine sortis Ephraim, & Manasse, & ponuntur incidentia de ciuitatibus Manasse.

Diuiditur autem litera in duas partes, quia primò tribus Manasse assignatur possessio: secundo vtriusque sortis petita dilatatio ibi. *Locutique sunt filij Ioseph.* Prima in duas: primò ponitur dimidię tribus Manasse prius assignata possessio: secundò describitur secũdæ partis noua distributio ibi. *Salphad vero.* Et illa diuiditur in duas: primò possessio assignata fęminis: secundò assignatur viris ibi. *Fuit autem terminus.*

Tribus Manasse assignatur possessio.

Circa primum. *Cecidit autem sors tribui Manasse.* Hic accipitur sors pro tota terra, quam possederunt filij Manasse siue ante Iordanem, siue post: & enumeratur primò pars, quæ erat ante Iordanem. De illa autẽ non videtur quomodo dicatur sors, sicut de his, quæ factæ sunt post transitum Iordanis. De tribu enim Ephraim, & dimidia tribu Manasse, quæ cum eo sortem accepit, dicendum videtur, ꝙ diuisores terrę separauerunt tantum de terra quantum proportionaliter conueniret Ephraim, & Manasse in respectu ad alias tribus, & tota illa terra sub eisdem terminis clausa est: sed rursus in hac terra separauerũt partes duas, E vnam quæ correspõderet tribui Ephraim, & ista erat maior, cum populus Ephraim esset maior tota tribu Manasse, quanto magis medietate Manasse. Aliam partem segregauerunt conuenientem medietati Manasse nondum tribuentes eis partes has: sed posuerũt sortes, & prouenit quælibet pars harũ ei cui assignata erat. De media autem tribu Manasse accipiente sortem ante Iordanem non patet, an per sortem habuerit possessionem, nec consueuerunt dicere communiter loquentes fuisse datas sortes ad habendas partes terræ illius, sed Moyses diuisit illã duabus tribubus, & dimidiæ, sicut ibi rectè uisum est. Non est tamen

A aliquod inconueniens, si dicamus sorte diuisam fuisse terram illam ab eo, quia eodem modo fieret de sortibus, sicut hic factũ est. Si autem dicamus quòd non diuisit Moyses terram sorte, vocabuntur sortes duarum tribuum, & dimidiæ, idest possessiones earum: & sic aliquando vocantur in istis sortibus, quæ positæ sunt in terra post Iordanem.

Ipse est primogenitus Ioseph. Duos filios solum habuit Ioseph, scilicet Manasse, & Ephraim. Fuit autẽ Manasses primogenitus, ideo cum benediceret eis Iacob iam caligans oculis, & imposuisset manum dextram super Ephraim, durè tulit Ioseph dicens: Non ita pater conuenit, quia hic est maior. Cui respondit pater: Scio fili mi, scio Gen. 48. cap. sed quãquam Manasse B esset primogenitus secũdum carnem: Ephraim prælatus fuit ei ibidem, & postea in omnibus. Nam vnũ de quatuor vexillis Hebræorum in deserto denominabatur a tribu Ephraim, & tribus Manasse erat sub illo vexillo Numeri 2. cap. excelluit etiam, quia de tribu Ephraim fuit Iosue, qui fuit princeps Israel. Item quia de tribu Ephraim fuerunt reges Israel, de Manasse autem nulli. Ieroboam enim primus rex Israel in diuisione Israel fuit de tribu Ephraim, & consequenter tota sua progenies regum.

Manasse fuit primogenitus Ioseph. Ephraim tamen prælatus est ei.

Machir primogenito Manasse. Refertur ad superiora, scilicet cecidit sors Machir primogenito Manasse. Nam dicebatur quòd cecidit sors Manasse primogenito Ioseph, & quòd ista sors tota cecidit Machir primogenito Manasse. Habuit enim vnicum filium C Manasse, scilicet Machir, ideo tota posteritas tribus Manasse deriuata est per Machir, & ita potest vocari tribus Machir sicut tribus Manasse, quia nihil amplius in vno quàm in altero continetur. Et ob hoc sicut cecidit sors ista Manasse, ita dicit quòd cecidit Machir primogenito eius: & nõ solum cecidit Machir sors, quæ erat ante Iordanem ad orientem, sed etiam sors, quę erat ad occidentalẽ plagã cũ sorte Ephraim.

Machir filius Manasse.

Quomodo Machir vocatur primogenitus Manasse, si est vnicus. Et quòd primogenitus, primus, proximus dupliciter exponuntur. Quæst. I.

SED dicet aliquis, quomodo vocatur Machir primogenitus Manasse, si vnicus est? Respondebit aliquis quòd non fuit vnicus, quamquã D non legantur alij, sed fuerunt alij, de quibus scriptura non meminit. Respondendum est non stare, quia Nume. 36. computãtur familiæ tribus Manasse, & istę nominantur a filijs, vel nepotibus principis tribus alicuius, sed non ponuntur aliquæ familiæ denominatæ a filijs Manasse, nisi familia Machiritarum a Machir, omnes autem alię a filijs Machir nominantur, vt patet ibidem: ergo non fuerunt plures filij Manasse. Nam si dicas illos fuisse: non facient aliquam familiam, nec rursus erunt sub aliqua, cum non sint de filijs illorum, a quibus nominãtur illę familiæ: ergo non erunt in aliqua familia, quod est inconueniens. Necesse est ergo dicere quòd non habuerit Manasse alios filios præter Machir.

Aliquis fortè poterit dicere ꝙ habuit aliquos filios, sed illi in parua ętate mortui sunt, ita quòd non reliquerit prolem, quę facere posset familiam aliquã, vel susciperet hæreditatem: & tunc respectu illorum vocabitur Machir primogenitus Manasse.

Respondendum est ꝙ etiam non fuerunt aliqui tales aliquando nati, qui postea morerentur, sed solus Machir fuit filius Manasse: & hoc signatur Gen. vlti. cùm describitur longęuitas Ioseph, s. quòd vidit filios Ephraim vsque ad tertiam generationem: filij quoq; Machir filij Manasse nati sũt in genib⁹ Ioseph: sita-

si tamẽ alios filios habuisset Manasse pręter Machir, diceret de filijs eorum, quòd vidisset eos Ioseph, vel quòd nati sunt in genibus Ioseph: solus tamẽ Machir expressus est, vt filius Manasse, ergo videtur, quòd solum Machir habuit Manasses. Vocatur tamen iste primogenitus eius more scripturæ, quæ non semper vocat primogenitum eum, post quem alij nati sunt, sed eum, ante quem nemo natus est, etiam si post eum nemo natus fuerit. Nomina enim ista primogenitus proximus, propinquus, & primus exponũtur dupliciter, scilicet negatiue, vel comparatiue: & iste modus tam apud dialecticos, quam apud ciuilis, & canonici iuris professores, atque apud poetas his duob⁹ modis exponuntur, & posita reperiuntur: de quo late diximus in libro nostro de 5. metaphoricis Paradoxis. In sacra Scriptura etiam reperitur iste modus loquendi, s. vt nomina, quæ solẽt communiter poni relatiue ponantur nõ relatiue, sicut in isto nomine filius, & filia, sic patet Cant. 2. scilicet. Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias, & ibidem iterum. Sicut malus inter ligna syluarũ: sic dilectus meus inter filios. Non accipiuntur hic relatiue, quia tunc exprimeretur de filiabus cuius filię sint, & de filijs identidem: sed accipitur filia pro muliere absolute, s. quòd inter mulieres erat illa dilecta, sicut lilium inter spinas, & inter viros erat sponsus, sicut malus inter ligna syluarum.

Item de isto nomine primogenitus apparet, quòd aliquando accipiatur non relatiue, & vnicus filius sit primogenitus: sic dicitur de Christo, qui fuit vnicus virgini, & tamen primogenitus suus vocatur Matth. 1. c. Nec solum in nouo testamento, sed etiam in veteri. Nam vocantur primogeniti in veteri testamento omnes, qui primo erumpebãt de vulua, etiam si post eos nemo nasceretur: nam iubetur, quòd omne masculinum adaperiens vuluam sanctificetur domino: Exo. 13. & 34. sed isti vocantur primogeniti, & iura, quę soluebãtur sacerdotibus in sanctificatione horũ, vocãtur redemptio primogenitorum: Nume. 3. & 18. ergo necesse est omnes huiusmodi vocari primogenitos. Sed multi erant huiusmodi, post quos nemo nascebatur: sicut in illis, qui vnicum filium habebãt. Ergo vocantur primogeniti, ante quos nemo nascitur: etiam si post illos nemo nascatur: sic erat de Machir, quòd ante eum nemo fuit genitus a Manasse, cũ vnicum genuerit: ergo ille erat primogenitus. Sed tunc restat dubium, si vnicus erat filius Manasse Machir, quomodo diuiditur tribus Manasse in octo familias, quarum vna vocatur familia Machiritarum: Numeri 26. capitu. Ad hoc respondendum est, quòd omnes de tribu Manasse descenderunt de stirpe Machir, & tamen non dicuntur omnes esse de familia Machiritarum: qualiter autem hoc sit declaratum est supra 14. capitul. *Patri Galaad.* Machir genuit Galaad, & ab isto vocatur vna de familijs tribus Manasse, scilicet familia Galaaditarum: nam Machir habuit plures filios, & ab isto denominata est familia distincta a familia patris quamquam ipse esset de familia illa: alij autem filij fuerunt Machir, per quos denominata est familia patris eorum, s. Machiritarum. Quod autem plures filios habuerit Machir patet Gene. 50. s. filij quoque Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph: ergo plures filios habuit, & isti data est terra Galaad, vt patet infra: est enim Galaad nomen montis in terra duorum regum Amorrhęorum, & nomen viri: non tamen fuit nominatus mons ille Galaad a nomine viri, s. quia ipse, vel sua posteritas possederit terram montis illius: sicut Iahir de filijs Manasse capiens terram quandam in regione illa vocauit eam Auothiahir, idest villas Iahir ex nomine suo: Numeri 32. & Deuteronom. tertio capitu. sed mons iste vocatus fuit

Vir Galaad non vocatẽ sic a monte Galaad, nec mons denominatur ab illo,

F Galaad ante illum virum, nam mons iste sic vocatus est, quando transiuit per eum Iacob fugiens de terra Mesopotamiæ, & super eum ipse, & Laban inierunt pactum posito lapidum aceruo quasi in testem ad futuram rei memoriam, vocauitque Iacob montem illum Galaad, idest aceruum testimonij Gen. 32. ca. iste autem vir, qui vocatus est Galaad fuit multo tempore post: nam fuit in quarta generatione post Iacob, & Iacob imposuit nomen monti illi Galaad, patet hoc, quia Iacob genuit Ioseph, qui genuit Manasse, qui genuit Machir, qui genuit Galaad, quæ satis colliguntur hic in litera. Etiam dicendum est, quòd iste vir non vocatus fuit Galaad ex nomine montis: nam fuit natus in Aegypto, dum Israelitæ non haberẽt curam vllam G eundi in terram Chanaan, & ad terram vbi est Galaad mons. Est autem in terra duorum regum Amorrhęorum, sed fuit istud nomen æquiuocatum pluribus a casu, sicut contingit in multis alijs, quæ multis viris ęquocantur non ex aliqua ratione, & aliquando viris, & locis, & aliquando multis locis, de quolibet modo patent exempla. Non vocatur hic Machir pater Galaad, quasi nullum alium genuerit: plures enim genuit, vt supra inductum est, sed Galaad solus fuit excellentior ĩter filios Machir: fuit enim vir pugnator, vt patet hic & ob hoc solum connumerata est familia distincta a familia patris sui, reliqui autem filij manserunt sub familia Machiritarum quæ est patris ipsorum. *Qui fuit vir pugnator.* Istud dicitur de filio Machir. Aliquis dicet hoc exprimi, quia in introitu in terram duorũ reH gum Amorrhęorũ fortiter pugnauit, & obtinuit terram istam, quę data est ei in possessionem. Sed nõ stat quia non peruenit Galaad ad tantam ętatẽ, vt introiret in terram Chanaan, nec saltem exiuit de Aegypto cum inde egrederetur Israel. Quod patet, quia Galaad natus est viuente Ioseph, vt colligitur Genes. 50. s. filij quoque Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph, sed pręcipuus filius Machir legitur Galaad: ergo ipse cum aliquibus alijs natus est in genibus Ioseph, quo dato patet, quòd non potuerit introire in terram Chanaan, quia Ioseph mortuus est annis ferè cẽtum octogintaquatuor ante introitum in terram Chanaã, sed nullus homo tẽpore illo tandiu viuebat, ergo non vixit Galaad vsque illuc. Patet antecedens, quia mãsio I Israelitarum in Aegypto fuit annorum 215. vt probatum est Gene. 15. & Exo. 1. quibus addantur anni quadraginta, quibus mãserũt Israelitę in deserto ante introitum terræ Chanaan erunt 255. a quibus subtrahãtur anni quibus vixit Ioseph post introitum Israelitarum in Aegyptum, & isti sunt septuaginta vnum, manebunt anni centum octogintaquatuor. Antecedens patet, quia Ioseph erat annorum triginta, quando fuit pręsentatus Pharaoni ad iudicãdum de somnijs eius: Gene. 41. & immediatè venerunt septem anni vbertatis, vt patet ibidem, & continuo septem alij anni sterilitatis secuti sunt: in fine autem anni secundi sterilitatis venerunt Israelitę in Aegyptum, quod patet Gene. 45. cap. vbi dixit Ioseph fratribus suis, quòd adducerẽt K Iacob patrem suum in Aegyptum, quia adhuc quinque anni famis magnę restabant, & tunc sequitur, ꝙ venerit Iacob, & progenies sua: erat ergo Ioseph annorum 39. quando descenderũt Israelitę in Aegyptũ, quibus demptis a centum, & decem annis quibus vixit Ioseph, vt patet Gene. 50. manebunt anni 71. a tempore descensus Israelitarum in Aegyptum vsque ad mortem Ioseph. Et dato ꝙ in eodẽ anno nasceretur Galaad, de quo probatum est, quòd natus fuerit in genibus eius, manebunt anni 185. vsq; ad introitũ in terram Chanaan, sed non vixisset tãto tempore Galaad: nam nullus tanto tempore ea ętate durabat, nec ex tempore Abrahæ & Isaac: non ergo introiuit in terram

An Galaad filius Machir pugnauerit in terra duorum regũ, & an exierit de Aegypto.

Qñ venerunt Israelitæ in Aegyptum.

ram Chanaan. Et si quis dare vellet etiam quod tanto tẽpore viuere potuisset: manifestum est, quod non posset tunc pugnare, ita vt vocaretur vir bellator, quia cepe-rit terram possessionis suæ, scilicet montem Galaad. Nam Moyses in quo tam diuturna sanitas fuit, vt in anno cẽtesimo vicesimo vitę suę, in quo & mortuus est, oculi eius non caligauissent, nec dentes eius moti fuissent, vt patet Deut. 34. non poterat iã progredi ad bellum, ut patet Deut. 31. quanto magis vir qui egisset centum octoginta quatuor annos.

Item & potissime, quia dato quod Galaad tanto, & maiori tempore viuere potuisset, tamẽ non potuit ingredi in terram Chanaan, nec accederet ad eam, quia in Cadesbarne data est snīa super omnes numeratos a viginti annis, & supra quod non introirent in terrã Chanaan, nec viderent eam Nu. 14. si tñ Galaad stetisset ibi, necessario ipse esset de numeratis: ergo apprehenderet eum snīa, quia non fuit de exceptis. Solum.n. Caleb, & Iosue excepti sunt. Non stat igitur quod venerit Galaad ad terram Chanaan, nec pugnauerit cõtra aliquos hostes in terra duorum regũ Amorrhęorũ.

Item non fit de eo aliqua mentio in scriptura. Nã Nume. 32. & Deuterono. 3. vbi de hoc agitur dicitur de Iahir filio Manasse, quod ipse pugnauerit, & acceperit villas Basan, vocauitque eas ex noïe suo Auothiahir, sed nihil dicitur de Galaad. Nec solum hoc, immo dicendum est, quod Galaad non exierit de Aegypto, cũ reliquis Israelitis, sed ibi ante mortuus est. Nam sicut non posset viuere centum octogintaquatuor annis, ita nec viueret cẽtum quadragintaquatuor demptis 40. quibus manserunt Israelitæ in deserto. Nullus em̃ eo tempore ad 144. annos accessisse legitur.

Ideo dicendum, quod ante exitum Israelitarum de Aegypto multo tempore mortuus est: vocatur tamẽ hic vir pugnator, quia in terra Aegypti erat vir bellicosus, vt si forte aliquando Aegyptij contra alias gentes pugnauerunt, & ipse illuc vadens in armis prospere agebat, factus sit extremus bellator. sicut de Moyse refert Iosephus, quod in ducem belli missus est a rege Aegypti contra Aethiopes quando expugnauit vrbem Saba, & accepit in vxorem filiam regis Aethiopum, de quo dictum est Exodi 2. & Nume. 12. capit. Vel forte habebat in ipsa terra Aegypti Galaad alia exercitia in armis, pro quibus per excellentiam eum scriptura virum bellatorem appellauit. *Habuitque possessionem Galaad, & Basan.* Ideſt Galaad Nepos Manasse habuit in possessionem terram Galaad, & Basan: non accipitur hic Galaad pro ipso viro dicto Galaad, sed pro sua progenie, siue familia denominata ab ipso, quia, vt hic probatum est, nõ potuerit venire Galaad in terram illam. Considerandum autem est, quòd non solum Galaad, ideſt familia Galaaditarum accepit in possessionem terram Galaad, & Basan, sed etiã aliæ familiæ de tribu Manasse: nam diuisa fuit tribus ista in duas medietates, & vna accepit possessionem in terra Galaad, & Basan ad orientalem plagam Iordanis cum tribu Ephraim, de qua immediatè: sed tribus Manasse habet familias. 8. vt patet Numeri vigesimosexto, ergo quatuor familiæ acceperunt possessionem in terra Galaad, & Basan, & consistit in terra Chanaan ad Occidentem Iordanis, & non solum familia Galaaditarum: nominatur tamẽ quòd ipsa acceperit possessionem istam, scilicet in terra ista, & nõ habitauerit ad occidentalem plagã Iordanis, quamq̃ non ipsa habuit totam istam possessionem. Quòd autem familiæ reliquæ, cum ea susceperint ibi possessionem, non patet, & dicitur de terra Galaad non, quòd illam totã acceperit tribus dimidia Manasse in sortem. Diuidebatur terra Galaad in duas partes cacumine montis in longum porrecto distinguente,

A vna autem pars terrę quæ adiacebat ad vnam partem montis cecidit in sortem tribui Gad, & alia medietas cecidit in sortem dimidiæ tribui Manasse, vt patet supra decimotertio, & Deuter. 3. fuerunt enim istę duæ partes montis ad duos reges pertinentes, scilicet medietas ad regem Sehon, & medietas ad regem Og supra 12. cap. medietas autem pertinẽs ad regem Og data est dimidiæ tribui Manasse: ista vocabatur olim terra gigantum: ibi enim habitauerant Raphaim, de quorum reliquijs erat Og rex Basan supra 12. & 13. c. ipse quippe solus restiterat de stirpe Raphaim, vel gigantum, vt dicit litera nostra: Deuteronomij 3. cap. & in Basan est ciuitas Astaroth, quæ est metropolis gigantum: ibi enim quondam habitauerunt, & ibi oppugnauerunt eos reges venientes cum Chodorlaomor: Gen. 18. cap. in hac autẽ vrbe præcipuè regnare

B dicebatur rex Og supra 12. & 13. cap. quia ipse erat de stirpe gigantum illorum, vt dictum est. Suscepit autem familia Galaaditarum possessionem in terra hac cum tribus alijs familijs, ita vt esset hic medietas familiarum Manasse, & aliæ quatuor familiæ ad occidentalem plagam Iordanis. Sed quæ fuerint familię habitantes hic, vel quæ ad occidentem Iordanis non patet. Et si aliquis dicat contra, quia immediatè determinantur in litera familię, quæ susceperunt hæreditatem cum Galaad, s. filij Abiezer, filij Asrihel, filij Hepher, & sic de cæteris. Respondendum est, quòd non exprimuntur hic familiæ solum, quæ acceperũt in hęreditatem mõtem Galaad, & terram Basan, sed etiam totam aliam terram, quę prouenit Manasse:

C quia istam terram accepit medietas tribus Manasse, quę sunt quatuor familiæ: hic autem nominantur omnes familiæ Manasse, s. octo. Quod patet, quia nõ ponuntur plures familiæ Manasse Numeri 26. quàm hic: ideo est hic sensus quòd familia Machir, qui est pater Galaad, & familia Galaaditarũ cum omnibus, quæ sequuntur, possederunt terram Galaad, & Basan, & non solum hanc, sed etiam aliam sortem, quam accepit Manasses ad occidentalem plagam Iordanis. Et patet, quia hic ponitur familia Hepheritarum, & tamen Hepheritæ non susceperunt possessionem in terra Galaad, & Basan, sed ad occidentem Iordanis cũ tribu Ephraim. Quod patet, quia Salphaad erat filius Hepher de familia Hepheritarum, vt patet hic, & tamen filię Salphaad non acceperunt possessionem in

D terra Galaad, & Basan: nam ipsę venerunt coram Iosue, & Eleazaro sacerdote petentes hęreditatem, vt patet hic: constat tamen quòd Iosue non diuidebat terram aliquam in Galaad, & Basan, quia totam illam terram diuisit Moyses, cum tunc superuiueret, vt patet Nume. 32. & Deutero. 3. & supra 13. Iosue autem solum diuisit terram ad occidentalem plagam Iordanis in terra Chanaan: ergo familia Hepheritarũ saltẽ patet quòd acceperit possessionem ad occidentem Iordanis. *Et reliquis filiorum Manasse iuxta familias suas.* Ista sententia est dependiua a superioribus quòd cecidit sors tribui Manasse, & Machir filio eius, & Galaad filio Machir, & reliquis filijs Manasse, q. d. ista

E sors non solum quibusdam familijs prouenit, sed omnibus vt patet, quia computãtur hic capita omnium familiarum Manasse, vt patet in litera, & est ista sors non illa, quam acceperũt solum ad orientem Iordanis, sed tota, scilicet siue illa siue alia: quia duæ partes, quæ prouenerunt tribui Manasse vocantur hic vna sors, eo quòd erat vna tribus, & non debebat accipere plures sortes, & sic patet, quia cum dixerit cecidit sors Manasse &c. enarratur totum quod possedit Manasse, siue ante Iordanem, siue post Iordanem. Accipiũtur hic reliqui filij Manasse pro oïbus de posteritate Manasse: siue pro illis, qui sunt capita familiarũ:

Moyses Aegyptio dux contra Aethiopes.

Non solũ Galaad cepit possessionẽ, sed alij de filiis Manasse.

Familiæ Manasse.

siue pro omnibus alijs. Et patet, quia dicitur iuxta familias suas, si tamē acciperetur pro illis, qui sunt capita familiarum, non diceretur sic. *Iuxta familias suas*. Idest terra, vel sors Manasse cecidit, sed non sic indiui se, quin potius iuxta familias suas, cuilibet familię suæ dabatur portio, & quia in tota tribu erant 8. familiæ, vt patet Nume. 26. fuerunt 8. partes factę in sorte ista, quatuor ante Iordanem, & totidem post Iordanem: nomina autem capitum familiarum ponuntur hic.

Nomina familiarum Manasse. *Filijs Abiezer*. Sunt octo familiæ in hac tribu, & duæ iam positæ sunt nominatis duobus capitibus earum. Prima est familia Machiritarum, pro qua nominatus est Machir primogenitus Manasse. Secunda familia erat Galaaditarum Numeri 26. & pro hac nominatus fuit supra Galaad filius Machir, qui fuit vir pugnator: nominantur autem hic sex alij, qui sunt capita sex familiarum. Et primus est Abiezer a quo familia Abiezeritarum. Iste vocatur Iezer, & familia sua Iezeritarum: Numeri 26. ca. *Et filijs Helec*. Isti sunt omnes de familia Helecitarum, cuius caput est Helec, de quo Numeri 26. capit. *Filijs Esriel*. Idest etiam prouenit sors ista filijs Esriel, & ista vocat̄ familia Esrielitarum. *Et filijs Sechem*. Istis etiam data est pars possessionis, & vocatur familia Sechemitarum, cuius pater est Sechem. *Et filijs Hepher*. Ab isto denominatur familia Hepheritarum, de qua erat Salphaad, & filiæ suę petentes possessionem infra. *Et filijs Semida*. Ab isto vocatur familia Semidaitarum. Omnibus his assignatę sunt portiones in sorte Manasse, non quidem ęquales, sed pluribus maior pars, paucioribus vero minor: sic enim iubetur etiam de tribubus Numeri 26. capitul.

Quid sint familię tribuum. Sciendum circa istas familias tribus Manasse, quòd familiæ, vt communiter in alijs tribubus sunt cognationes quædam denominatę a filijs ipsius viri, a quo tribus denominantur, vt tribus Beniamin denomināture a Beniamin, & a filijs immediatis Beniamin denominantur familiæ tribus huius, & sic in alijs. Aliquando autem non solum denominantur familiæ a nomine filiorum, sed etiam a nomine nepotum, vt patet in tribu Iuda. De qualibet autem tribu quomodo familię eius denominentur, & a quibus patet Nu. 26. cap. in tribu autem Manasse denominātur familię a filijs nepotibus, & pronepotibus: nā Manasse genuit solum Machir, a quo vocata est familia Machiritarū: nepos autē Manasse fuit Galaad, a quo familia Galaaditarum: Galaad autem habuit multos filios, scilicet, Iezer, Hepher, Semida Helech, Sechem Esrihel, & ab his denominatę sunt familię sex, de quibus supra dictum est, & patet Nume. 26. cap.

Isti sunt filij Manasse filij Ioseph. Non sunt omnes filij eius immediati, quia hoc solum erat de Machir, alij autem nepotes, & pronepotes: omnes tamen descendentes filij appellantur. *Mares per cognationes suas*. Dicitur de maribus, quia quamquam aliquę filię fuerūt

A filiabus non poterat denominari tribus. prędictorum, tamen ab illis non denominatę sunt familię, quia a filiabus non poterat denominari tribus, nec familia, cū fęmina transeat in familiam viri, a quo ducitur. Nam Iacob 12. filios habuit, & vnam filiā scilicet Dinam Gen. 30. c. tamen a filijs denominatę sunt tribus, a filia autem nihil, ita de familia nō poterat aliqua filia imponere nomen familię, etiam si aliquis, qui erat caput alicuius tribus solas filias genuisset: vt potę si Beniamin solum filias genuisset non vocarentur ab eis aliquę familię in tribu Beniamin, sed a filijs earum, postea denominari possent familię. Vel dicitur hic de maribus, quia omnes pręcedentes, licet aliquas filias habuissent, tn̄ etiam filios habebant, a quibus posset denominari familia aliqua si denomināda foret, vel qui saltem possent suscipere hęreditatē patrum indubitate. De filiabus autem siquis solum filias

F haberet magis dubium videretur, ideo de eis ponitur casus immediatè, scilicet, de filiabus Salphaad, qui filias solum habuit. Et quia in nullo alio accidit hoc de prędictis pręterquam in Salphaad, dicitur de cęteris mares per cognationes suas, idest omnes prædicti erant mares, & habebant aliquos filios mares. Sciendum, quòd quamquam esse marē faciat ad posse denominare familiam, & posse succedere in hæreditate, hic tamen solum agitur quantum ad successionem: nam licet Salphaad habuisset filios mares non denominassent illi aliquas familias iam, nec etiam filij aliorum, a quibus denominabantur familiæ faciebant denominari aliquas familias, sed dubitabatur de successione, ideo expressum est, quòd omnes haberēt filios

G mares, Salphaad autem solas fœminas, & de istis non erat ita planum, an ita succedere deberent in hæreditatem paternam, sicut filij. Respondit tamen Dominus ad hoc dubium Numeri 27. cap.

Per cognationes suas. Idest quilibet in cognatione sua, quasi dicat omnes isti habebant filios mares, qui possent loco eorum accipere hęreditatem, & hoc quilibet in cognatione sua. Cōsistit autem in hoc dubium: portiones enim hęreditatis assignabantur cuilibet harum familiarum, & quia nullus de his, a quibus familię denominabantur existebat eo tempore, quo diuidebatur terra, suscipiebant filij eorum, vel nepotes ꝓ eis, si tamen esset aliqua familia, in qua successores essent solum fœminę, videbatur dubium, an illę debe-

H rent succedere familię illi, scilicet, quòd sicut caput familię accepisset portionem sortis si superesset, ita istæ fœminę succederent: & iam hoc declaratum fuerat: fuit tamē hic distinctum de maribus, & fœminis, quia a principio dubitatum fuerat de hoc.

Salphaad vero filio Hepher. Ponitur hic Salphaad in datiuo, scilicet non erant aliqui filij Salphaad, sed filię. Iste est, de quo dixerunt puellę, Salphaad pater noster in peccato suo mortuus est in deserto, & non fuit in seditione, quę concitata est contra dominum sub Core, Numeri 27. cap. & hoc quando petebant hęreditatem ei debitam. *Filio Hepher filij Galaad, filij Machir, filij Manasse*. Ponitur ista ordinatio ad sciendum quis fuerit Salphaad, scilicet, quòd fuit filius immediatus cu-

I iusdam capitis familię. Nam ab Hepher denominata est familia Hepheritarum, Numeri 26. cap. Fortè autem Hepher non habuit aliquem filium pręter Salphaad, & ille solas habuit filias, ergo in familia Hepheritarum solę fœminę manebant tunc: vnde satis erat ratio dubitandi, an ista familia deberet deleri non superstite viro, vel deberent succedere istę fœminę, vt permaneret nomen familiæ. Nam familia, vel tribus non manet, nisi manēte aliqua certa possessione, a qua denominetur tribus. Vel si familię Hepheritarum nō daretur possessio commiscerentur alijs familijs, & cū non haberent per quid distinguerentur, cito fierent aborigines, idest incognitę stirpis, sicut fit de illis, in

K quibus non seruantur iura primogenitur. De his late dictum est Leuitici 25. scilicet, quare non permittebantur vendi simpliciter possessiones in terra Chanaan.

Sed tunc dato, quòd non manerēt viri in hac familia, quomodo suscitaretur, quia a fęminis denominari non potest? Rn̄dendum est, ꝙ secus est in conseruari nomē familię quam in nouiter effici. Denominari. n. nouiter non contingit, vt dictum est s̄. sed conseruari poterit, s. ꝙ fœminę illę accipiant viros de alia familia eiusdem tribus, & filij inde geniti nō nominentur de familia patrum, sed matrum. Quamꝗ ꝯrium regulare sit: magis tamen videtur ꝙ non defecissent oēs mares de familia Hepheritarum, licet nō essent masculi aliq de stirpe Salphaad: ideo quamꝗ non accepissent filiæ

Sal-

Salphaad hęreditatem pro patre suo, non peribat familia Hepheritarum: sed nomen Salphaad de familia sua. Et hoc patet ex querela filiarum Salphaad petentium possessionem. s. cur tollitur nomen illius de familia sua, quia non habet filium? Numeri uigesimoseptimo capitulo: si tamen nulli masculi essent in familia Hepheritarum, non diceretur, ꝙ delebatur nomen Salphaad de familia sua, sed ꝙ delebat̃ familia Hepheritarum, pręsupposuerunt tamen familiam manere.

Item patet, quia dixerunt: Detur nobis possessio inter cognatos patris nostri, sed ipsę non erant accepturæ possessionem extra familiam suam, ergo aliqui erant cognati patris sui. s. fratres filii Hepher: & cum illis susciperent filię Salphaad possessionem, quia pertinebant omnes ad eandem familiam, & hoc idem Deus iussit eodem capitulo scilicet, Da eis possessionem inter cognatos patris sui, & in possessione succedant.

Non erant filij, sed filiæ solæ. Quasi dicat si fuissent filii, & filiæ simul, vel solum filii, non dubitaretur, quia dato, ꝙ filiæ non possent succedere, filii succederent: solis tamen filiabus superstitibus videbatur dubiũ, iã tamen determinatum erat. Erat enim regula, ꝙ quando, quis haberet filios aliquos, etiam si multas filias haberet soli filii succederent: si tamen solæ filię essent, succedebant ipsæ, velut mares, sic patet Numeri uigesimoseptimo capitulo scilicet Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas. Ideo filiæ quando tradebantur nuptui non accipiebãt in dotem aliquam possessionem, sed dona aliqua, sicut nunc est respectu filiorum, vbi obseruantur iura primogenituræ, quia ea, quæ ad primogenituram pertinent non possunt vendi, nec alienari: vnde si aliquis huiusmodi multos filios habuerit, non poterit cuiquã eorum quidquam dare de possessionibus, quæ ad primogenituram pertinent, sed dat aliqua munera.

De istis filiabus Salphaad sępe ponitur: bis enim coram Moyse quæstio orta est ad earum petitionem.

Primo cum peterent sibi dari hęreditatem, quæ debebatur patri suo Salphaad si superuixisset, vel habuisset mares hæredes, & ista determinata fuit Numeri vigesimoseptimo capitulo. Alia fuit ad petitionem filiorum Manasse propter filias Salphaad: nam adiudicato, ꝙ hæreditas eis assignanda foret, conquesti sunt filii Manasse, ꝙ si filiæ Salphaad nuberent, cui vellent transirent in familiam, vel tribum illam, cuius essent viri, quos acciperent: & tunc hęreditas earum sequeretur eas, & perueniret in posteros earum, si tamen acciperent uiros de alia tribu filii earum essent de alia tribu, quo facto maneret hæreditas, quę erat pars sortis Manasse, in æternum apud alias tribus, & diminueret̃ sors Manasse. Moyses nesciens respondere quæsiuit a domino, & responsum est iustum petere filios Manasse: ideo iudicatum est, ut filię Salphaad nõ possent accipere uiros de alia tribu Nume. trigesimosexto capitulo.

Quarum sunt ista nomina. Ponuntur eadem nomina sępe, quia ut dicũt iudæi erant fęminę honorabiles, & prudentes, ideo commemoratione dignæ. earum prudentia satis patet ex petitione sua Numeri vigesimoseptimo capitulo.

Veneruntque in conspectu Eleazari sacerdotis, & Iosue filij Nun. Nam uolebant petere hæreditatem, quæ competebat eis nomine patris sui Salphaad, ideo quando fuit assignata sors tribui Manasse ipsę venerunt petituræ, ꝙ eis proueniebat, & quia erat Eleazarus sacerdos vnus de principalibus diuisoribus terræ, & Iosue alius, venerunt ante eos: nec solum ante istos, sed etiam ante omnes assignatos ad hanc diuisionem faciendam, erant enim Eleazarus, & Iosue, & duodecim alii uiri

A de duodecim tribubus, quorum nomina patent Numeri. 34. cap.

Sed quia isti duo erant principaliores, de his solum expressum est nominatim.

Quare filiæ Salphaad petierunt aliquid coram Iosue, cum iam iudicatum esset coram Moyse, quod petebant.
Quæst. II.

SED diceret aliquis, cur filię Salphaad petierunt aliquid coram Iosue, quia iam fuerat adiudicatum eis, ꝙ petierunt coram Moyse ante transitum Iordanis.

B Respondendum est, ꝙ actiones distinctæ sunt: petierunt. n. corã Moyse, ꝙ declararetur posse succedere patri suo non habenti liberos masculos, & assignaretur eis possessio, quæ patri assignanda erat, & ĩ hoc obtinuerunt coram Moyse Numeri uigesimoseptimo capitulo: nũc petebãt executionem huius, vel missionem in possessionem: nam Moyses solum eis adiudicauerat ius succedendi, sed quia tunc nondum data erat aliqua possessio dimidiæ tribui Manasse in qua erat familia Hepheritarum, in qua erat Salphaad, non potuit sententia plene tradi executioni: nunc autem assignabat Iosue possessionem dimidiæ tribui Manasse, in qua erat familia Hepheritarum, de qua erat Salphaad, ideo petierunt istę puellę assignari sibi possessionem secundum portionem patris. Et patet ex verbis suis, quia ex re iudicata egerunt dicentes, Do-
C minus pręcepit per manum Moysi, ut daretur nobis possessio in medio fratrum nostrorum &c.

Et principum. Aliqui intelligunt istos esse principes tribuum: habebat enim quælibet tribus principem vnum, vt patet Num. 1. & 2. & isti erant viri honorabiliores in toto Israel: sed nõ intelligitur de his, quin potius de quibusdam alijs duodecim viris, qui designati fuerant a Domino viuente Moyse, vt patet Numeri 34. & vocãtur principes, quia istis dabatur principatus quantum ad diuidendum terram. *Dicentes: Dominus præcepit per manum Moysi.* Petebant assignari sibi portionem hęreditatis inter reliquos de familia Hepheritarum. Et quia posset obijci, quòd non erat eis debita sors, quia erant fęminæ, & fęminis non da-
D tur successio, confirmant petitionem suam ex re iudicata, scilicet, quia iam Deus iusserat, vt daretur eis portio Nume. 27. scilicet iustam rem postulant filiæ Salphaad: da eis possessionem inter cognatos patris sui, & in hęreditatem succedant: Dicitur per manum Moysi, idest per Moysen: quia non locutus fuit Deus ista ad populum per angelum suum, sicut in monte Sinai, cum dedit pręcepta. Et istud vocat scriptura Deũ loqui per se, quia existimabant Iudęi Deum esse qui loqueretur. Locutus fuit autem per Moysen, quia ipse retulit verba hæc ad populum, ideo per manum eius, idest per eum iussit Deus. Est autem modus iste vulgaris loquẽdi, scilicet istud negocium ex-
E pedietur per manus meas, & tamen non expeditur per manus, sed aliàs: quia tamen manus est organum organorum omnes operationes, quæ aliquo modo fiunt per organa attribuuntur manui.

Vt daretur nobis possessio in medio fratrum nostrorum. Idest inter fratres nostros, accipitur enim hic mediũ per interpositionem, & non pro æquidistantia: nam Nume. 27. vbi ponitur sentẽtia data a Deo super hoc, dicitur: Iustam rem postulant filiæ Salphaad: da eis possessionem inter cognatos patris sui: sed scriptura non facit differẽtiam dicere in medio, vel inter: ideo qui interdum innituntur similibus verbis ponderantes ea, & obseruantes differentiam secundum naturam vocum nimis errant: accipiuntur hic fratres pro cognatis:

cognatis:nam filiæ Salphaad non habebant fratres: si enim habuissent sublata foret omnis quæstio de successione filiarum Salphaad. Nam cum quis habebat liberos mares, etiam si haberet filias, soli mares succedebant:& si haberet, quis vnicum filium marem, & plurimas filias ille solus succederet, filię autem non succedebant nisi in defectum filiorum, ut patet Numeri. 27. capitulo. data fuit autem hæreditas filiabus Salphaad, quia nullus erat filiᵘˢ masculus, vt patet preallegato capitulo more tamen scripturæ vocantur fratres idest cognati. Et patet hoc ex tex. vnde trahitur ista littera, quia Numeri 27. capitulo dicitur. Da eis hæreditatem inter cognatos patris sui, & illæ allegantes hanc sententiam Dei dixerunt, ꝙ Deus iusserat dari eis possessionem inter fratres suos, pro eodem fratres & cognatos accipientes. Sed non accipiuntur hic fratres pro omnibus cognatis large: nam qui erant in tota tribu Manasse non vocabantur fratres filiarum Salphaad, nec inter eos susceperunt hęreditatē, quia tūc potuissent accipere portionem ad partem orientalem Iordanis cum reliqua dimidia tribu Manasse: acceperunt autem solum in tribu Hepheritarum, quia in hac familia erat Salphaad:& hoc etiam patet ex sequenti, quia cum ipsę petiissent dari sibi sortem inter fratres suos, data est eis pars inter fratres patris sui.

Deditq; eis iuxta imperium domini possessionem. Deus iusserat, ꝙ daretur eis possessio, quia recte petebant, & quia tempore Moysi nulla erat possessio, quæ assignari posset eis, data fuit tempore Iosue.

Arguet aliquis, qđ potuisset assignare eis Moyses partem: nam ipse diuisit terram duorum regū Amorrhęorum tribui Ruben, & Gad, & dimidiæ tribui Manasse Deuteronomii tertio, & sup. 13. ergo in illa sorte dimidię tribus potuisset dare possessionem filiab. Salphaad.

Respondendum est, ꝙ filię Salphaad suscepturæ erant possessionem in tribu sua, & in familia sua: in tribu autem Manasse erant. 8. familiæ, ut patet Numeri 26. capitulo, quarum quatuor acceperunt possessionē ante Iordanem ad orientem, aliæ quatuor ad occidentem Iordanis in terra Chanaan. Primam partem distribuit Moyses, secundam autem Iosue: sed familia, ī qua erat Salphaad scilicet familia Hepheritarum accepit possessionem ad occidentalem partem Iordanis vt patet hic: ergo Moyses non potuit assignare possessionem filiabus Salphaad.

In medio fratrum patris earum. Vocantur fratres patris earum idest cognati Salphaad, vel possunt accipi proprie fratres: nam Salphaad fuit filius Hepher, a quo vocata est familia Hepheritarum, & habuit Hepher alios filios p̄ter Salphaad, alioquin nulli masculi essent hoc tempore in familia Hepheritarum, sed contrarium. s̄. inductum est: alii autem filii Hepher acceperunt possessionem, sicut accepturus erat Salphaad: susceperunt possessionem, quia pertinebant ad eandem familiam.

Quid funiculus sit ui de inferius q. 3.

Et ceciderunt funiculi Manasse. 10. Est funiculus instrumentum quoddam ad mensurandum terram, quo ī longum, & latum mensurabatur terra per quadrum, & sic est in mensurandis vineis, vel agris. Erat autem funiculus aliquid valde magnum, cū dimidię tribui Manasse solum decem funiculi dati fuissent hereditatis. Per istos funiculos æquabantur hereditates tribuum, quoniam secundum, ꝙ se habebat tribus ad tribum in portione virorum, ita se debebat habere portio ad portionem in magnitudine: dato ergo ꝙ sciretur aliquam tribum esse duplam ad aliam in multitudine, oportebat dari duplū de sorte, & vt non erraretur diuidebatur terra funiculo certificante omnia, q̄q̄ ad hoc etiam considerabatur quantitas terræ, quædā

F enim terra erat in qua preualebant duo funiculi, quā in alia quatuor: ideo etiam ad hoc attento fiebat equalitas arithmetica secundum proportionem excessus, scilicet, ꝙ quantum excedebat vna tribus aliā in multitudine virorum, tanto excederet vna sors alteram ī quantitate terræ. De istis funiculis sępe dicitur in scripturis, ut in Psalm. Funes mei ceciderunt in preclaris: etenim hęreditas mea pręclara est mihi, idest funiculi diuidentes, vel mensurātes portionem meam ceciderunt in pręclaris idest in terra bona, vel excellenti & sicut isti funiculi proficiebant ad recte distribuendum terram inter tribus, ita proficiebant ad distribuēdū inter familias, & domos, & inter singulos virorū. Psal. 15.

Absque terra Galaad, & Basan. Dimidia tribus Manasse accepit sortem ante transitum Iordanis ad oriētem, & huic data est terra Galaad. s. medietas montis
G illius, quę erat terra declinans ad vnam partem montis illius. s. ad aquilonarem: etiam accepit terram Basā est enim quædam regio satis magna in qua erant. 60. oppida munita muris portis, & seris, quę uocantur vrbes in scriptura. De hoc Deuteronomii tertio, & sup. 13. & in terra illa non dicitur, quot funiculi erant, quia forte non erat ibi diuisio per funiculos, sicut fuit tēpore Iosue. Alia autem dimidia tribus Manasse accipiens portionem cum tribu Ephraim suscepit funiculos decem.

Trans Iordanem. Idest ad orientalem partem Iordanis, q̄a Basan, & Galaad sunt ad Orientalē partē Iordanis, cum extremitates sortium illarum terminentur ī Iordane supra. 13. capi. ista prępositio (trans) dicit po
H sitionē sicut (vltra) & posito aliquo medio inter duo vtrunque illorum potest vocari vltra, vel citra respectu interpositi:& sic erat de Iordane interposito, quia terra duarum tribuum, & dimidiæ erat orientalis respectu Iordanis, & terra nouem tribuum, & dimidię erat occidentalis, vtraque tamen dicitur trans Iordanem. Vterque modus horum ponitur Numeri 32. in litera, ꝙ accipiatur pro parte orientali patet supra primo. 12. & tredecimo, ꝙ pro parte occidentali patet supra. 5. s. postquam audierunt reges Amorrhęi, qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam.

Filiæ enim Manasse possederunt hæreditatem in medio filiorum eius. Repetitio sententię supra positæ est: refertur
I enim ad filias Salphaad:& istę sunt filiæ Manasse, quia erant de stirpe Manasse: sic dicitur Luc. 1. ꝙ Elisabeth mater beati Ioannis erat de filiabus Aaron idest de descendentibus ab Aaron, & istæ possederunt hæreditatem inter filios eius idest Manasse: nam uiri de familia Hepheritarum erant de filiis Manasse, & inter eos acceperunt possessionem filię Salphaad, ut patet sup. & ponitur hoc, quia in omnibus aliis consueuerat dari possessio solis viris, hic autem data est feminis: ideo de eis tanquam de aliquo speciali exprimitur scilicet, ꝙ filię Salphaad acceperunt hęreditatem.

Terra autem Galaad cecidit in sortem filiorum Manasse, qui
K *reliqui erant.* Ista est sors dimidiæ tribus Manasse, quæ erat ad Orientem Iordanis, & nō solum accipitur hic pro terra Galaad, sed etiam pro terra Basan, quia vtraque data est in sortem dimidię parti Manasse, ut patet supra. Non curat tamen scriptura semper plene enarrare, potissimum cum aliqua res sępe repetenda est.

Ista litera videtur signare, ꝙ tribus Manasse fuit diuisa in duas partes, & vni earum data est possessio ad occidentalem plagam Iordanis, de qua hic: reliqui autem de tribu hac, qui non receperunt possessionem hic, receperunt ad Orientalem plagam Iordanis.

Sed dicendum est potius fuisse econtrario, quia primo diuisa est terra, quæ erat ad Orientalem plagam Iordanis, & data est ibi sors dimidiæ tribui Manasse, atque collocatæ sunt familiæ quatuor, quæ sunt medietas

dietas illius tribus. Relinquebantur autem quatuor familiæ aliæ, & hæ susceperunt hęreditatem ad Occidētalem plagam Iordanis scilicet decem funiculos istos de quibus hic. Nam alioquin dabitur, ꝙ viuente Moyse non fuerit data possessio aliqua dimidiæ tribui Manasse, ꝙ falsum est: quia Numeri. 32. & Deuteronom. tertio, & supra. 13. dicitur ꝙ tradiderit Moyses dimidię tribui Manasse medium montis Galaad: & totam terram Basan: accipitur tamen hic improprie istud relatiuum (reliqui) quia reliquus idem est, quod residuꝰ & in hoc signatur ordo antecessionis, & successionis: sed accipitur reliquus idest alius scilicet, ꝙ quidam de stirpe Manasse susceperunt hęreditatem in decem funiculis, de quibus hic: alii autem acceperunt in terra Galaad, & Basan. s.

Qui reliqui erant. Idest cecidit in sortem aliorum filiorum Manasse, qui non erant de suscipientibus possessionem in his decem funiculis, & illi prius susceperunt hæreditatem, quam isti.

Fuitque terminus Manasse ab Aser Machmathath, quæ respicit Sichem, & egreditur ad dextram iuxta habitatores fontes Taphuæ. Etenim in sorte Manasse ceciderat terra Taphuæ, quæ est iuxta terminos Manasse filiorum Ephraim, descenditque terminus vallis arundineti in meridiem torrentis ciuitatum Ephraim, quæ in medio sunt vrbium Manasse: Terminus Manasse ab Aquilone torrentis, & exitus eius pergit ad mare: ita vt possessio Ephraim sit ab Austro, & ab Aquilone Manasse, vt vtranque claudat mare, & coniungantur sibi in tribu Aser ab Aquilone, & in tribu Issachar ab Oriente. Fuitque hæreditas Manasse in Issachar, & in Aser Bethsan, & viculi eius, & Iebblaam cum viculis suis, & habitatores Dor cum oppidis suis, habitatores quoque Endor cum viculis suis: similiterque habitatores Thenach cum viculis suis, & habitatores Mageddo cum viculis suis, & tertia pars vrbis Nopheth. Nec potuerunt filii Manasse has ciuitates subuertere, sed cępit Chananæus habitare in terra sua. Postquam autem conualuerunt filij Israel, subiecerunt Chananęos, & fecerunt sibi tributarios, nec interfecerunt eos.

Vit autem terminus. Hic ponitur possessio virorum in dimidia tribu Manasse. Vel magis postquam dictum est de portione mulierum agitur de habitudine terminorum & cōditione habitatorum.

Fuit autem terminus Manasse ab Aser Machmatath. Ista est habitudo sortis Manasse ad sortem Ephraim, & ad sortes duas circunstantes scilicet ad Aser, & Issachar: inter Manasse autem, & Ephraim non erat proprie differentia tanquam duarum sortium per terminos diuersos, sicut fiebat in aliis tribubus: nam ipsi cōquesti sunt se habere funiculum sortis vnius, cum essent ī magna multitudine infra ī littera scilicet quarę

A dedisti mihi possessionem sortis vnius, & funiculi vnius, cum sim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi dominus? Vnde non erat latus aliquod porrectum ab Oriente versus Occidentem diuidens sortem Ephraim, & Manasse, sicut inter reliquas tribus erat, sed vrbes Manasse circundabant vrbes Ephraim ex Aquilone, & Oriente. sicut dicitur pręcedenti capitulo, ꝙ separatę fuerunt vrbes Ephraim in medio Manasse: & idem patet infra, & hoc tanquam essent ambę sortes vna sors nihil distincta, erat tamē aliqua distinctio sed quia scriptura ponit velut vnam sortem non designauit penitus differētiam, quamquam in aliquo differre possint, cum dixerit infra, quod sors Ephraim erat a Meridie, & sors Manasse erat ab Aquilone. Po-

B nitur etiam hic habitudo sortium istarum duarum ad sortem Issachar, & Aser, quę tangunt eas. & dicitur de sorte Manasse, quod respicit sortem Aser tangens eam in ciuitate quadam dicta Machmathath, vel Machematathach, & ista est, de qua dicitur præcedenti capitulo, Machmethath vero ad Aquilonem respicit, & circuit terminos contra Orientem in Thanathselo, est enim Machmethath ciuitas pertinens ad latus Orientale, sed illud aliquando curuatur eleuando contra Orientem, & aliquando flectitur contra occidentem, ideo dicitur, quod de Macmethath circuit terminus contra Orientem in Tanathselo, est etiam Machmethath Aquilonaris, quia est in extremitate lateris Orientalis contra Aquilonem, & in hac vrbe coniungitur sors Manasse sorti Aser, quod satis consonat ei,

C quod infra dicitur scilicet, quod sors Manasse, & Ephraim coniunguntur sorti Aser ab Aquilone, & sorti Issachar ab Oriente.

Quæ respicit Sichem. Idest vrbs Machmethath respecit Sichē. est. n. Sichē magis australis, cū Machmethath ponat̄ de maxime Aquilonaribus ī sorte Manasse. Ista ciuitas Sichem non debuit venire in sortes, cum terra diuisa est, quia Iacob instituit omnes filios suos hæredes ex ęquo in terra, quam promiserat ei dominus, præter hoc, ꝙ duos filios Ioseph Manasse, & Ephraim adoptauit eos constituens æquales in succedendo Simeoni, & Ruben Genesis quadragesimooctauo, & in hoc indirecte dedit Ioseph duas sortes, cum cuilibet aliorum dedisset vnicam. Præter hoc addidit ipsi

D Ioseph meliorationem quandam dans ei vrbem Sichem cum suburbanis suis, & hoc quia magis poterat testari de hac vrbe, quam de cęteris, cum acquisiuisset eam specialius in gladio, & arcu, de quo Gene. 48. capitulo scilicet Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhęi in gladio, & arcu meo. Partem quoque huius emerat ipse Iacob prius cum venit in terrā Chanaan. De quo infra. 24. scilicet sepelierunt eum in Sichem partem agri, quam emerat Iacob a filiis Hemor patris Sichem centum nouellis ouibus. Ideo licet diuideretur tota terra Chanaan, & cecidisset Sichem in terra sortis alicuius alterius tribus, quam filiorum Ioseph, non pertinuisset ad tribū

E illam, sed ad filios Ioseph: sed factum est, ut proueniret eis in sortem: nam fuit in sorte Ephraim, ut patet infra. 21. in hac vrbe scilicet in agro quodam apud illā sepulta sunt ossa Ioseph, quæ Israelitę asportauerunt de Aegypto, ut patet infra. 24. scilicet Ossa quoq; Ioseph, quæ tulerant filii Israel de Aegypto sepelierunt in Sichem & cętera. deinde ista vrbs separata est in ciuitatem refugij: iusserat enim Deus poni ciuitates ad quas confugere poterant, qui effuderant sanguinem non uolentes, de quo Num. 35. & Deut. 19. de quibus fuit vna Sichem in monte Ephraim ĩ. 20. ca. item ista ciuitas fuit data filiis Leui de tribu Ephraim cum singulæ tribus darent aliquas vrbes sacerdotibus, & Leuitis. De hoc ĩ. 21. c.

Ad

Ad quid profuit specialis traditio Sichem facta Ioseph a Iacob nam etiam aliter prouentura erat.
Quæst. III.

SED quæret aliquis, quid profuit specialis traditio Sichem facta Ioseph a Iacob, de qua Gene. 48. nam si non cecidisset Sichem in sortem filiorum Ioseph, & ipsi præter sortem suam accepissent Sichem in quacunq; tribu foret, satis videbatur esse specialiter data: nunc tamen nō videtur, quid profecerit, quia etiam si non fuisset data Sichem specialiter Ioseph, accepissent eam filii eius, cum cecidisset in sortem eorum.

Respondendum, quod profecit. Nam sortes tribuum mensurabantur funiculo quantum ad magnitudinem suam, ne aliqua tribus defraudaretur nō posita certitudine mensuræ. Sic patet de dimidia tribu Manasse, quæ accepit funiculos decem possessionis, vt patet supra. Cum aūt possessio Ephraitarum, & Manassitarū funiculo diuisa, & separata a cęteris fuit non fuit ī mensura funiculi vrbis Sichē, sed pter illam fuit completa sors filiorum Ioseph, ideo quocunque modo ponatur semper proficiebat specialis illa traditio vrbis Sichem, & tamen si esset vrbs Sichem in aliqua alia tribu, efficeretur molestum tam filiis Ioseph, quā tribui illi in cuius sorte esset Sichem. Primo quia diuiderentur tribus, cum in separatis locis hæreditatem acciperent. Secundo quia tribui illi in cuius hæreditate esset Sichem admiscerentur alieni. Diuisores ergo terræ fecerunt, vt Sichem esset in terra sortium filiorum Ioseph.

Et egreditur ad dexteram iuxta habitatores fontis Taphuæ:

Idest terra sortis Manasse egreditur, vel descendit ad dexteram scilicet ad meridiem iuxta vrbem Taphuæ: pars enim Aquilonaris est sinistra, & australis est dextra, vt si aliquis conuertat vultum suum ad solis ortum, erit dextra eius ad meridiem, & sinistra ad aquilonem, & ita hic est descensus a Machmethath, quę est in parte aquilonari ad partem meridianam, & in hac est ciuitas Taphua, ibi enim sors filiorum Ioseph tangit sortem iudæ, quę est maxime meridiana Nam vrbs Taphua est in sorte filiorum iuda, ut patet supra decimoquinto: ideo vbi sors Manasse contingit terram Taphuæ, necesse est, vt contingat sortem iudę & dicitur.

Situs Taphuæ.

Iuxta habitatores fontis Taphuæ. Quia fons Taphuæ est aliquid valde famosum in terra Taphuę, & est in extremitate sortis iudę: ideo apud fontem illum tangit sors Manasse sortem Iuda: ciuitas autem Taphua est magis intra sortem iudæ: ideo non contingit apud eam sors Manasse sortem iudę.

Quidam dicunt, quod ponitur de fonte Taphuæ, & non de vrbe Taphua, quia vrbs Taphua non erat in sorte Manasse, fons autem Taphuæ erat in ipsa sorte: & hoc forte apparet, quia terra Taphuæ cecidit in sortem Manasse, & ipsa vrbs Taphua fuit in sorte Iudæ.

Sed non stat: nam hic ponuntur termini sortis Manasse: si autem esset fons Taphuæ in sorte Manasse, non diceretur, quod transit sors Manasse iuxta habitatores fontis Taphuæ: quia (iuxta) dicit aliquid extrinsecum: sicut dicimus vnius tribus sors est apud sortem alterius tribus.

Ideo dicendum, quod fons Taphuę, & habitatores illius sunt in sorte iudæ, & ubi coniungitur sors Manasse sorti iudę sunt habitatores fontis Taphuę.

Etenim in sorte Manasse cecidit terra Taphuæ. Inducantur superiora scilicet, quod possit transire terminus Manasse iuxta habitatores fontis Taphuæ, qa in sorte Manasse cecidit terra Taphuę idest quædam pars

F terrę Taphuę: ideo si aliquid de terra Taphuæ pertinet ad terram Iudæ, necesse est, vt limes terræ Manasse, & Iudæ sit apud habitatores terræ Taphuæ, quia ambę sortes communicant in terra Taphuæ.

Alio modo poterat stare tota litera, quod intelligatur habitatores fontis Taphuæ, & ipsum fontem esse in sorte Manasse, & tunc ista litera sequens stabit scilicet, quod terra Taphuæ cecidit ī sorte Manasse idest quia cecidit terra Taphuę intra sortem Manasse poterat latus terrę Manasse transire apud habitatores fontis Taphuę.

Et cum arguitur non stare, quia dicitur, quod transit terminus terrę Manasse apud habitatores fontis Taphuę in quo signatur terminus extrinsecus.

G Respondendum, quod cum ponuntur termini sortium interdum ponuntur termini aliqui, qui sunt intrinseci, īterdum vero termini extrinseci, ut patet præcedenti capitulo, & infra sequenti capitulo in sorte Beniamin: ita hic cum describeretur latus Manasse positi sunt termini intrinseci: & ista litera signat satis esse terminos intrinsecos, cum dicat, quod in sorte Manasse ceciderat terra Taphuæ. Vtrunque ergo potest stare, sed magis primus sensus scilicet, quod ciuitas Taphua sit in sorte iudę apud limites, & quædam pars terræ eius, alia autem terra illius sit in sorte Manasse: fons autem Taphuæ, & habitatores fontis sint in terra sortis iudę. In Hebręo dicitur.

Etenim in sorte Manasse cecidit terra Taphuæ, & Taphua.

Differt a superiori nostra litera, quia ponit vrbem Taphua in sortem Manasse: litera nostra non transtulit de ipsa vrbe Taphua, sed de terra eius: causa est, qa vrbs Taphua cecidit in sorte iudæ, ut patet supra decimoquinto: ideo nō poterat esse in sorte Manasse, poterat tamen aliquid de terra Taphuę esse in sorte Manasse. Et si dicatur, quid ergo ad literam hebraicam?

H

Respondendum, quod modus loquendi Hebraicus est multum barbaricus, interdum aliquid sępe repetendo, & ualde inutiliter, interdum uero subticendo, ut pluries in libro isto apparet legenti literam hebraicam: ita existimauit litera nostra esse positum Taphua ex superabundanti: ita quod nō significetur amplius per terram Taphuæ, & Taphuam, quam per solam terram Taphuæ.

I Sed adhuc satis posset teneri litera Hebraica scilicet, quod ī sorte Manasse fuerit terra Taphua, & vrbs Taphua.

Sed tunc dicendum, quod non est ista Taphua, de qua dicitur in sorte iudæ, sed sunt multæ: sic enim patet de Asor, quarum tres sunt in sorte iudæ, ut patet supra decimoquinto ponuntur quatuor ciuitates dictæ Asor, & vna in sorte Nephtalim inf. decimonono sic etiam de Bethsames, quę est in sorte Iudæ infra decimoquinto, & alia in sorte Isachar infra decimonono, & sic de multis.

K Sed litera nostra voluit esse vnicam Taphuam, ideo cum posita fuerit in sorte iudæ non dixit eam esse in sorte Manasse, licet reperiatur in Hebræo. Concesso autem isto sensu debet dici, quod hic ponantur termini intrinseci sortis Manasse scilicet, quod Taphua, & tota terra eius sit intra sortem Manasse, & habitatores fontis Taphuę sint in extremitate tribus, & iuxta hos transire dicitur terminus Manasse.

Quæ est iuxta terminos Manasse filiorum Ephraim. Idest ista terra Taphuę est iuxta terminos Manasse, & filiorum Ephraim, quia ex aliqua parte idem est terminus vtriusque sortis: sicut in parte aquilonari ambę conjunguntur in sorte Aser, ut patet infra in litera, & tūc possunt accipi termini isti tanquam intrinseci. Primo modo dicetur, quod terra Taphuæ, & fons atque habitatores

bitatores fontis sint intra terrã Manasse, & Ephraim tamen apud istam terram transit terminus diuidens sortem Manasse,& Ephraim a sorte iudę. Vel si sint termini extrinseci diceretur,quod terra ista Taphuę est apud terminos Manasse,& Ephraim idest est in sorte Iudę:& tamen sors Manasse,& Ephraim coniunguntur sorti Iudæ apud terram istam habitatorum fontis Taphuę.

Si autem dicatur secundum literam Hebraicam, quod vrbs Taphua,& eius terra atq; habitatores sunt in sorte Manasse,erit sensus, quod habitatores fontis Taphuæ sunt iuxta terminos Manasse, & filiorum Ephraim, i. qđ diuiduntur istæ duę sortes apud habitatores fontis Taphuæ, ita quod sit terra ista in sorte Manasse,& apud terminos illius,quia latus sortis Manasse,& Ephraim coniungũtur apud habitatores fontis Taphuę:& hoc satis consonat litterę sequenti, vbi ponitur distinctio sortis Manasse,& Ephraim,quia ab Aquilone est Manasse, ab austro autem est Ephraim. etiam quia ponitur differentia per torrentem mediãtem inter Ephraim,& Manasse.

Sed literę nostrę non multum conuenit iste sensus,qui vult ponere vrbem Taphua in sorte Iudæ solum,& quandam partem in sorte Manasse de terra illius:ideo non mediabit inter Ephraim,& Manasse Taphua,& terra illius,sed inter sortem Iudæ, & has duas tribus.

Descenditque terminus vallis arundineti in meridiem torrentis ciuitatum Ephraim. Idest de habitatoribus Taphuæ descendit terminus Manasse in vallem arundineti.De valle pertransit in torrentem diuidentem ciuitates Ephraim a Manasse:& hoc ad meridiem torrentis. Litera est breuis,quia ĩnititur subintellecto: cum enim continuasset terminum vsque ad habitatores fontis Taphuæ, debuisset inde continuare terminos ad vallem arundineti, & inde ad meridiem torrentis ciuitatum Ephraim:subticuit autem mediam continuationem scilicet de fonte Taphuæ ad vallem arundineti, quia ista necessario subintelligebatur. velut siquis diceret ego iui Romam, & postea de vrbe Ierusalem iui Babilonem.Hic subticetur continuatio media scilicet,quod de vrbe Roma iuerit Ierosolymam,sed necessario subintelligitur, quia qui semel stetit Romæ non potest postea ire de vrbe Ierusalem in Babylonẽ nisi de vrbe Roma iuerit in Ierusalem. Hic autem subticetur continuatio inter habitatores fontis Taphuæ,& vallem arundineti, & tamen præcedenti capitulo ponitur scilicet,& peruenit in Iericho, & egreditur ad iordanem de Taphua,peruenitque cõtra mare in vallem arundineti.

Descenditque terminus vallis arundineti. Idest terminus lateris perueniens de Taphua in vallem arundineti descendit inde. iste descensus est per vallem per quã labitur Iordanis versus mare Sodomorum, quod est mare salsissimum.

Descensus autem patet ex duobus.primo,quia itur de latere Aquilonari in meridianum, & in hoc communiter est descensus.

Quod autem sit versus meridiem continuatio ista patet, quia dicitur, quod terminus vallis arundineti transit in meridiem.

Secundo,& clarius patet,quia per vallem arundineti fluit iordanis vsque ad mare salsissimum,sed fluxus ad proniora semper est,nam istud latus terminatur in lingua maris salsissimi,vt patet pręcedenti capitulo.

Vocatur vallis ista arundineti, quia ibi apud iordanem in quadam parte vallis arundines multæ crescunt.

In meridiem torrentis ciuitatum Ephraim. Idest de valle

A arundineti transit latus terminans ad partem meridianam torrentis ciuitatum Ephraim. Est sensus, quod istud latus,quod hic continuatur est orientale, & tamen computatur ab Aquilone versus meridiem, & cum peruenerit ad vallem arundineti est ibi quidam torrens porrectus ab Oriente versus occidentem, siue aquę veniant de Oriente ad Occidentem, siue ecõtrario nihil differt. Hunc torrentem intersecat latus istud quod describitur,& transit vltra torrentem versus meridiem scilicet versus linguam maris salsissimi, & illud mare est meridianum ad torrentem hunc. Ideo licet terminus,qui describitur transeat per ipsum torrentem, tamen ad meridiem eius transit cum extendatur,& hic ponitur finis lateris huius scilicet cum

B transierit ad meridiem torrentis ciuitatum Ephraim, quia finis est in lingua maris salsissimi, ut patet pręcedenti capitulo:sed pars meridiana torrentis huius est apud linguam maris, ideo ponuntur pro eodem termino.

Vocatur autem iste torrens ciuitatum Ephraim idest diuidens ciuitates Ephraim a ciuitatibus Manasse. Ex quo patet, quod istud latus descriptum hic nõ solum est pro sorte Manasse, sed etiam pro sorte Ephraim, cum descendat etiam ad partem meridianã torrentis diuidentis Ephraim,& Manasse. Modus autem diuidendi est,ut ad partem Aquilonarem torrentis sint vrbes Manasse, & a parte australi sint vrbes Ephraim,ut patet infra.

C *Quæ sunt in medio vrbiũ Manasse.* Idest vrbes Ephraim sunt in medio vrbium Manasse scilicet, quod circundantur ab illis.

Sed uidetur non stare ista litera, cum dicatur infra, quod est sors Ephraim ab austro, & sors Manasse ab Aquilone:quæ autem sic se habent solum lateraliter se contingunt,& non est unum in medio alterius.

Respondendum est,quod neutrum istorum totaliter est accipiendo secundum rigorem verborum.

In quo sciendum, quod sors Ephraim, & Manasse non sunt penitus distinctę,ut quælibet alię duę sortes, quasi habeant latera quatuor penitus differentia, sed ponuntur tanquam vna sors,ut patet infra, cum dixerũt filii Ioseph,& Manasse ad Iosue, Quare dedisti mihi possessionem sortis,& funiculi vnius,cum sim tan-

D tæ multitudinis,& benedixerit mihi dominus?

Etiam ex descriptione laterum,quia pręcedenti capitulo cum describerentur latera sortis Ephraim nõ dicebatur de solo Ephraim, vel de solo Manasse, sed de filiis Ioseph simul tanquam sit eadem sors Manasse, & Ephraim. Rursus tamen non sunt penitus vna sors,sed intra ambitum istorum descriptorum laterũ erant separatæ vrbes pro tribu Manasse,& alię pro tribu Ephraim,& non erat commixtio,ita vt indifferenter habitarent in quacunque parte terrę illius Ephraitę,vel Manassite.vrbes autem filiorum Ephraim fuerunt valde plures, quia tribus Ephraim erat integra, quę suscipiebat hic possessionem, tribus autem Ma-

E nasse erat hic dimidia,cum reliqua medietas accepisset posessionem ante transitum Iordanis in terra Basan,& Galaad,ut patet.s.in litera:& supra. 13. & Deut. 3.erant autem ciuitates Manasse in circuitu Ephraim vt hic dicitur,quia latera terræ Ephraim circundabantur a ciuitatibus Manasse, nec tamen penitus circundabantur,sed a latere Aquilonari, & ab Orientali.De Aquilonari patet infra: de Orientali supra probatum est.Latus autem meridianum terræ Ephraim non erat tectum a latere terrę Manasse, sed cõiungebantur lateri terræ Beniamin,ideo dicitur infra, qđ terra Manasse erat ab Aquilone,& terra Ephraim ab austro: erat tamen adhuc terra Ephraim intra terram Manasse,

quia

quia terra Manasse erat posita tanquam figura rectilinea, vt quadrangulus, terra autem Ephraim erat tanquam circulus. Vnde sicut si duo quadrati simul sunt iunctis lateribus, & describatur circulus cuius centrū sit in coniunctione laterum ipsorum abscindet portionem de qualibet figura earum: ita sors Ephraim erat posita in rotundum quasi circulus, & erat pro maiori parte intra sortem Manasse, ideo abscindebat eam, ita quod pars maior Ephraim erat intra Manasse, & non est sic de aliis sortibus. quia aliæ se habebant, vt figuræ rectilineæ, & coniungebatur vna alteri, sed non subintrabat.

Terminus Manasse ab Aquilone torrentis. Hic ponitur aliqua distantia vel habitudo inter sortem, Manasse & Ephraim: nam licet sors Ephraim esset intra sortē Manasse, quia tamen non erat pars illius, nec ab ea penitus circundabatur manentibus duobus laterib. non tectis, necesse erat, vt esset ad Aquilonem, vel ad meridiem respectu Manasse, & sic ponitur hic, quia terminus Manasse erat ab Aquilone torrentis. iste est torrēs qui vocatur ciuitatum Ephraim, ut supra patet scilicet diuidens ciuitates Ephraim a ciuitatibus Manasse & iste torrens est apud vallem arundineti. Ab Aquilone autem illius est Manasse, & ab austro est tribus Ephraim respectu torrentis illius. Sed non est intelligēdum, quod perueniat iste torrens ab Oriente vsq; ad Occidentem diuidendo totam terram Ephraim, & Manasse, quia ista terra est montuosa ab Oriente versus Occidentem, & iterum atque iterum fiunt inclinationes, & eleuationes quousque perueniat ad alterutrum terminorum. Sed iste torrens veniens ab Occidente versus Iordanem ex aliquanta parte sortis diuidit Ephraim, & Manasse.

Et exitus eius pergit ad mare. Idest finis sortis Manasse venit vsque ad mare magnum, quod vocatur hic mare absolute: alia autem maria cum connotationibus denominātur. in isto mari terminatur latus terræ, quia non protenditur vltra terram Chanaan: non est enim quidquam de ea vltra mediterraneum illud mare.

Ita vt ab austro sit possessio Ephraim, & ab Aquilone sit Manasse. Hoc potest referri ad torrentem scilicet, q ad partem Aquilonarem torrentis huius diuidentis sit sors Manasse, & ad australem eius partem sit sors Ephraim. Vel potest referri ad partes mundi scilicet, quod sors Manasse magis respicit partem Aquilonarem mundi: sors autem Ephraim respicit magis latus meridianum terræ: etiam si nō detur torrens medius vel alius limes inter Ephraim, & Manasse. Et quamquam verum sit quod respectu torrentis sit Ephraim ad meridiem, & Manasse ad Aquilonem, tamen necesse est redire ad secundam expositionem, quia non durat torrens per totam sortem Manasse, & Ephraim, vt diuidantur per eum semper: & tamen semper est verum, quod ad Aquilonem est Manasse, & ad meridiem Ephraim.

Et utranque claudat mare. Idest tam sors Manasse, quā Ephraim clauduntur a mari magno, & peruenit vtraque ad ipsum mare scilicet, quod non claudit sors Manasse sortem Ephraim a latere Occidentali, quia tunc sola sors Manasse tangeret mare, utraque tamen tangit mare.

Et coniunguntur sibi in tribu Aser ab Aquilone. Non est sensus, quod sors Manasse, & Ephraim tangant se in sorte Aser in latere aquilonis quasi in nulla alia parte aquilonari sibi coniunctæ sint, quin potius in toto latere Aquilonari coniunguntur, quia nulla sors intercidit Manasse, & Ephraim: ideo necesse est, ut totum latus Aquilonare sortis Ephraim sit coniunctum toti

F lateri sortis Manasse, ut patet intuenti habitudinem duorum quadratorum coniunctorum in lateribus.

Vel si aliquod spatium terræ diuidatur solū in duas partes: necesse est, ut vna pars tangat semper aliam, siue diuisio fit per lineam rectam, siue circularem, siue quomodocunque factam: ita erat in sorte Ephraim, & Manasse, quia spatium comprehensum inter latera assignata præcedenti capitulo diuiditur solum in duas partes Ephraim, & Manasse: ideo data linea ab oriente versus Occidentem diuidente istam terram, respectu cuius vna pars sit australis, & alia Aquilonaris, necesse erit, ut istę duæ partes semper se tangant: ergo non coniunguntur solum sibi in latere Aquilonis in sorte Aser.

Sed sciendum, quod accepta tota terra Ephraim, &
G Manasse tanquam una sorte habet a latere meridiano sortem Beniamin, a latere autem Occidentali mare magnum, ab Oriente vero tribum Issachar partim, & iordanem in parte: ab Aquilone tribum Aser. Partem autem meridianam terræ huius tenet sola tribus Ephraim, ideo ipsa solum cōiungitur sorti Beniamin, sors autem Manasse nullatenus peruenit ad latus Beniamin. Ad latus autem Occidentale huius terræ scilicet ad mare magnum peruenit vtraque sors, sic dicitur supra, quod vtranque claudit mare: ad latus autē Aquilonare sortis huius est coniuncta terra Manasse, sed quia sors Ephraim est intra sortem Manasse tanquam circulus abscindens portionem de figura rectilinea extenditur in quadam parte, & peruenit vsque ad latus Aquilonare, & ibi tam sors Manasse, quam
H Ephraim contingit Aquilonem, & de hoc intelligitur litera ista scilicet, quod coniunguntur sibi Manasse, & Ephraim in Aquilone in sorte Aser idest accipiendo latus Aquilonare totius terræ harum duarum sortium est apud sortem Aser: & non potest vtraq; sors tangere totum istud latus Aquilonare: immo si una totaliter tangeret alia nihil tangeret, sed quamquam sors Ephraim sit magis meridiana, quam sors Manasse, extenditur in quadam parte, & tangit latus Aquilonare in sorte Aser: ibi autem necesse est diuidi sortē Manasse scilicet, quod non continuentur partes eius, quia uel solum accedet ab Oriente versus Occidentē vsque ad locum illum, in quo cōiunguntur Ephraim
I tribui Aser. Vel si accedat usque ad Occidentem ad mare, necesse est, ut diuidat̄ in loco, vbi sors Ephraim accedit vsque ad contactum sortis Aser: sed vtraque harum sortium accedit ad mare magnum, ut sup. patet: ergo necesse est sortem Manasse diuidi in latere aquilonari. Dicuntur autem coniungi in Aquilone sibi in tribu Aser, quia in latere Aquilonari copulantur istæ duæ sortes ad tangendum in sorte Aser, sicut copulantur duo, vel tres anguli figurarum rectilinearum ad tangendum eundem punctum.

Et in tribu Issachar ab Oriente. Patet etiam quomodo contingant istæ duæ sortes partem Orientalem: nam
K non perueniunt capita harum sortium in parte Oriētali ad extremitatem terre Chanaan scilicet ad Iordanem, sicut perueniunt in latere Occidentali ambo vsque ad mare, & ibi est extremitas terræ Chanaan: Numeri trigesimoquarto capitulo. est autem ad partem Oriētalem Ephraim, & Manasse sors Issachar pro maiori parte: in quadam autem parte parua tangunt istę sortes Iordanem scilicet apud vallem arundineti, & circa mare salsissimum. Coniunguntur autem in tribu Issachar, quia sors Manasse quasi tenet totum lat⁹ Orientale terrę huius, sicut sors Ephraim tenet latus meridianum, sed sors Ephraim subintrat in quadam parte tangens Orientem, & ibi coniungitur vtraque tribui Issachar, & ambæ inter se.

Ad

Ad sciendum autem aliqualiter habitudinem harum duarum sortium considerandum est, quod non possunt poni termini vtriusque, sed vtraque est sub eisdem terminis.

Item quia non habent istæ duę sortes habitudinē sicut alię sortes, ita quod vna sit penitus extra aliam, sed vna alteram subintrat, & diuidit tanquam esset pars illius, ideo describentur ambę simul sub quatuor lateribus, sicut describi solent aliæ sortes: & tunc protrahentur lineę intra istos terminos ad designandū quomodo sors Ephraim intersecet, vel abscindat partes de sorte Manasse. ponentur autem in latere Orientali aliqua de locis, quæ habentur præcedenti capitulo scilicet Machmethath Ataroth Taphuæ, & vallis arundineti. Ponendo Machmethath in principio lateris a parte Aquilonari, & vallem arundineti in fine lateris a parte Aquilonari, in latere autem australi ponentur Ierícho Bethel Archiatharoth, & mare magnum: in latere Aquilonari ponētur Ataroth, Addar, Bethorō mare magnum, in latere autem Occidentali ponetur solum mare magnum, & tamen hic in latere meridiano ponetur sors Beniamin, in Orientali autem sors Issachar, in Aquilonari vero sors Aser, & tunc ducentur quædam lineæ intra istam magnitudinem, quæ signent diuisionem Ephraim, & Manasse, & quomodo cōiungantur in sorte Aser in aquilone, & quomodo in sorte Issachar in Oriente, & in his lineis nō possunt signari nomina vrbium, vel montium, aut fluminum, quia scriptura nihil expressit.

Fuitque hæreditas Manasse in Issachar, & Aser. Non est intelligendum, quod hęreditas aliqua Manasse esset ī sorte Aser, aut in sorte Issachar, quia nulla tribus habebat aliquam possessionem in terra, quæ erat assignata alicui alteri tribui, sed est sensus, quod sors Manasse habuit apud sortem Issachar, & Aser ciuitates istas, quæ nominantur hic. erant enim fere tota sors Manasse apud sortem Issachar, & Aser erat ad partem aquilonarem, Issachar vero ad partem orientalem, & ad has partes susceperat possessionem Manasse: nam versus meridiem ad sortem Beniamin nihil acceperat, quia totum illud latus peruenerat Ephraim, ut supra designatum est in figura, ad partem etiam Occidentalem maior pars prouenerat Ephraim, quāquam vtraque sors clauderetur a mari. Manent ergo latus Aquilonare, & oriētale apud quę sit sors Manasse, & ī his erant ciuitates nominatę hic.

Aliquis dicet, quod dimidia tribus Manasse nullas ciuitates pręter has accepit apud sortem Ephraim, sed reliquum habuit in terra Basan, & Galaad ad orientē Iordanis.

Sed dicendum est non stare, quia dimidia trib. Manasse suscepit hic possessionem, sed istæ vrbes nominatę non sufficerent pro illa multitudine, cū alia multitudo dimidię tribus susceperit totam terram Basan, & dimidiam partem terrę Galaad: in sola tamen terra Basan erant. 60. vrbes muratę ut patet Deut. 3. & s̄. 13. c. ergo plures ciuitates acciperet hic alia medietas tribus Manasse.

Item non stat, quia dicitur infra, ꝙ de his locis non potuerūt filii Manasse delere Chananęos a principio, sed postea pręualuerunt, & fecerunt eos tributarios, sed non deleuerunt de terra, si tamen non haberent plures urbes filii Manasse in hac sorte sua, nunquam habuissent ipsi aliquam urbem, uel oppidum ad habitandum, cum manerent Chananęi in terra, sed manifestum est, ꝙ habuerunt: ergo præter istas urbes habebant alias.

Item plures ciuitates, quę non sunt de istis ponuntur in terminis harum tribuum. s. Orientali, & aquilonari. De australi. n. arguendum nō est, quia pars illa pertinebat ad sortem Ephraim: latus autem aquilonare

A fere totum pertinebat ad Manasse pręter particulam illam, in qua egrediens sors Ephraim tangebat latus aquilonare in sorte Aser. Orientale quoque fere totū aut maxima pars ad Manasse pertinet, descendendo ab aquilone ad meridiem, sed ibi sunt ciuitates multę vt Machmethath Thanathselo, Atharoth, Ianoe, Noaratha, & sic de latere aquilonari, ut patet præced. ca. ergo aliæ multæ vrbes pertinebant ad sortem Manasse præter has.

Causa autem quare de his solum expressum est, p̄t esse duplex: prima quia istæ vrbes sunt in angulis, uel partibus illis, vbi subintrat sors Manasse in sortem Aser, & in sortē Issachar, & ob hoc dicuntur esse in sorte Issachar, & Aser. i. in partibus illis, quę uidentur abscisæ de sorte Issachar, & Aser.

B Alio modo p̄t dici, ꝙ fit mentio solum de his vrbibus, quia istę sunt, quæ solum manserunt in potestate Chananæorum data sorte Manasse, idem patet Iud. 1. c. Et ista videtur esse causa conueniens, nam prima nō multum conuenit, quia si ciuitates istę essent in locis, vbi subintrat sors Manasse in sortem Issachar, & Aser, ponerentur tanquam termini in latere aquilonari, & Orientali, sed nulla harum ponitur: ergo non stat iste sensus, sed secundus.

Bethsan, & viculi eius. Contra quam tribum sit ista ciuitas, scilicet an contra Issachar, vel contra Aser, nō constat. Ista ciuitas pertinebat ad Philisthinos tempore Saulis: nam cum mortuus esset Saul in montibus

C Gelboe, & præcidissent caput eius mittentes per totā terram Philisthijm, corpus eius suspenderunt in muro Bethsan, & cadauera filiorum Saulis: viri autem Iabes Galaad venientes nocte abstulerunt corpora inde Saulis, & filiorum suorum, vt patet primo Regum vlti. cap. Ex quo aliqualiter concluditur fuisse Bethsan contra sortem Issachar, scilicet contra oriētem, quia habitatores Galaad potuerūt venire per noctem ad murum Bethsan, vt tollerent inde corpora Saulis, & filiorum suorum: si tamen fuisset longe distans, non potuissent illuc venire, aut non ausi fuissent viri de Iabes Galaad, cum Galaad sit in terra Manasse. s. alterius dimidiæ tribus, quæ erat ad orientalē plagam Iordanis, & istę terrę non multum distant.

D *Et Ieblaam cum villulis suis*. De ista vrbe non patet contra quam tribum sit, an Aser, vel Issachar, quia non est ciuitas famosa. Rarissimè autem nominata inuenietur. Villulę vrbis huius dicuntur parua rura, quæ erant in circuitu illius, quia etiam ista peruenerunt in sortem Manasse. Intelliguntur ēt agri nomine villularum. *Et habitatores Dor*. Ista est ciuitas q̄dam, quamquam aliqui volunt eam esse regionem, & hoc quia dicit multas prouincias, vt patet supra 11. scilicet in regionibus quoque Dor iuxta mare. Est tamen ciuitas, & habebat regem vnum, sed habebat apud se magnam prouinciam, ideo de hac vrbe dictum est specialiter, Rex Dor & prouincię Dor vnus supra duodecimo. Et de nulla alia vrbe sic dictum est,

E quasi nulla sic haberet prouinciam, vt ciuitas Dor. De hac fuit vnus de regibus interfectis tempore Iosue, de quo supra. est autem ista ciuitas apud tribum Aser circa finem lateris aquilonaris apud occidentē. Quod patet, quia supra 11. cap. dicitur, quòd Dor, & regiones Dor sunt iuxta mare, scilicet circa mare occidentale quod est mare magnum, cum dicatur absolutè de mari, quod non conuenit, nisi mari magno, quod erat verè mare: reliqua aūt erant stagna. s. mare Genesareth, vel Cenereth, & mare salsissimum, quod est mare Sodomorum. *Cum oppidis suis*. In terra Dor sunt oppida multa, quia terra Dor habebat magnam regionem, quæ vocatur prouincia, vt patet s̄. 12. s. rex Dor,

Dor,& prouinciæ Dor,& vocātur istæ regiones mul tæ,ut patet.s.11.s.in regionibus quoq; Dor iuxta mare. Est autem ciuitas ista circa finem lateris Occidentalis sortis Manasse.

Habitatores quoque Endor cum villulis suis. Endor s'm interpretationem hebraicam significat fontem Dor, & intelligunt aliqui esse nomen appellatiuum. s. ꝙ esset aliquis fons in terra Dor, apud quem habitarent Chananæi, sicut dicebat. s. quia apud habitatores fontis Taphuæ transibat terminus Manasse, accipitur tamen Endor, vt nomen proprium vnius vrbis. In hac autem erat Phitonissa illa, ad quam iuit Saul vrgente prelio Philistinorum. 1. Regum. 28. capit. De hac vrbe etiam dicitur Psal. 83. s. Disperierunt in Endor. Ista ciuitas habebat villulas idest parua rura, vel agros, quæ pertinebant ad sortem Manasse.

Similiter habitatores Thenach cum villulis suis. Thenach est ciuitas, de qua fuit quidam de regibus occisis tempore Iosue supra 12. capiti. De hac vrbe, & ceteris habetur Iud. 1. c.

Habitatores Mageddo. Ista est ciuitas, in qua mortuus fuit rex Iosias percussus a sagittariis Pharaonis regis Aegypti. 4. Regum. 23. & 2. Paralipom. 25. pro quo nimis fleuit Ieremias, ut patet eodem cap. de hoc etiam Zacha. 12. s. erit magnus plāctus in Ierusalem sicut plāctus Andremon in campo Mageddon. De ista vrbe fuit quidam de regibus occisis tempore Iosue, ut patet supra. 12. c.

Et tertia pars vrbis Nopheth. Idest prouenit tribui Manasse tertia pars vrbis dictę Nopheth. Ista erat in tribu Aser, vel Isachar, & duæ tertiæ eius pertinebant ad tribum aliam, una autem tertia ad tribum Manasse.

Hebræi autem literam istam aliter legendam dicunt scilicet, quod dicatur tres termini, quia ista dictio Nopheth est nomen commune pro termino, & intelligetur, quod tres termini erant vrbium Manasse, vel quod sors Manasse cōiungebatur tribus terminis idest tribus sortibus. Litera autem nostra accępit istud nomen Nopheth, vt proprium ciuitatis: & dixit tertiam partem Nopheth pertinere ad Manasse.

Et hoc rationabilius est ex duobus.

Primo, quia dicere tres terminos nullam videtur inducere sententiam, & si aliquid sit nequaquam cōsonat eis, quæ dicuntur.

Secundo, quia hic dicitur de vrbibus sortis Manasse, ideo concorditer ponitur, quod intelligatur de Nopheth, quod sit vrbs, & tertia pars eius conueniat filiis Manasse scilicet istas, quæ nominatæ sunt hic.

Sed arguet aliquis, ꝙ nō stet iste sensus de vrbe Nopheth, quomodo enim diuideretur vna vrbs in duas partes, & darentur duæ tertiæ vni tribui? Nam de terra vnius vrbis, ꝙ diuideretur duab⁹ tribubus satis stat, sed non videtur de diuidenda vrbe.

Respondendum est stare rationabiliter, quia diuidebatur terra per funiculos, ut patet supra, cum dicat, ꝙ decem funiculi prouenerunt tribui dimidię Manasse, sed funiculus faciebat ęqualitatem, & pręcisionem ideo satis cōtingeret, ꝙ non possent venire in proportionem nisi datis diuisionibus interdum in aliqua vrbe: & non fuit diuisa in duo æqualia, quia forte sors Manasse suscipiebat proportionem ad alias tribus data sibi parte tertia vrbis Nopheth.

Nec potuerunt filij Manasse has subuertere ciuitates. Intelligitur solum de istis, de quibus in littera expressum est. Multas autem alias habuerunt vrbes, sed nullæ restiterunt eis pręter has, quia forte Chananæi de aliis vrbibus in pugna, quam fecit Iosue antequam diuiderentur sortes, deleti sunt, vel filii Manasse accepta possessione expulerunt eos faciliter: hos autem non potuerunt superare.

F Et ista est causa quare de tribu Manasse hę solæ vrbes expresse sunt, cum multę alię fuerint, quia nullę restiterunt. Non est autem intelligendum, ꝙ nequaquā potuerunt filii Manasse delere habitatores vrbium, harum, sed non potuerunt a principio: postea autem potuerunt, sed non deleuerunt facientes illos sibi tributarios, ut patet ĩ. in littera. idem habetur Iud. 1. c.

Sed cœpit Chananæus habitare in terra sua. Idest manserunt Chananęi in sorte Manasse. Possunt hic accipi Chananæi dupliciter. s. pro quodam populo speciali de illis septem, vel pro omnibus illis: & sic Pherezęi, Iebusæi, Amorrhęi vocantur Chananæi.

Sed dicet aliquis quomodo cępit habitare Chananęus in terra hac Manasse, cum semper habitauisset, & Manassitæ nouiter venientes non potuerunt delere illum?

G Dicendum, ꝙ non refertur istud possessiuum (sua) ad Chananæum, sed ad Manasse. s. ꝙ cępit tunc habitare in terra Manasse: non quidem, quod simpliciter cęperit habitare in terra illa, sed cępit habitare in terra Manasse, nam habitauerant Chananęi semper in terra hac vsque ad tempus, quo data est filiis Manasse, & tunc erat sua, cum autem distributa est Israelitis transiuit dominium ad tribum Manasse, quamquam Chananæi nunquam perdiderint possessionem, & tunc nō possidebant Chananæi, quod suum erat, sed quod erat filiorum Manasse, & quia nouiter cęperant habere dominium filii Manasse, nouiter cęperunt Chananęi habitare in terra Manasse. *Postquam autem conualuerunt filij Israel.* Ad solos filios Manasse refertur, qui pugnabant contra Chananęos, qui erant in sorte sua.

H Satis tamen dici posset, ꝙ Israelitæ cęteri adiuuerunt filios Manasse contra Chananęos, & a principio non valebant eos excludere, qa pauci erant, cum autē multiplicati sunt, & roborati sunt in terra, conuenerunt, & pręualuerunt contra Chananæos. Hoc confirmat, quia Iud. 1. dr̄ de his ciuitatibus, ꝙ non potuerunt filii Manasse delere habitatores earum, postquam aūt cōfortatus est Israel, fecit eos tributarios, & delere noluit: magis tn̄ erat modus Israelitarum postquā diuisę sunt tribuum sortes, ꝙ quælibet pugnaret ꝯ habitatores vrbium suarum, reliqui autem Israelitæ non adiuuabant eos, nisi ex mutuo auxilio, & non ex debito, vel tanq̄ essent omnes tribus tanquam vnum regnum, vel ciuitas: sed sicut regna coniuncta interdum componunt de compugnationibus, quia in bellis vnius aliud fiat sibi in adiutorium, & econtrario: ita in tribubus interdum vna alteram adiuuabat, & multa subsidia obligando. Sic patet Iud. 1. s. & ait Iudas Symeoni fratri suo: Ascende mecum in sorte mea, & pugna ꝯ Chananęum, vt ego pergam tecum in sorte tua, & abiit cum eo Simeon. *Subiecerunt Chananæos, & fecerunt sibi tributarios.* s. mouerunt bella ꝯ eos. Chananæi autē videntes se inferiores subdiderunt se tributis, ꝙ acceptauerunt filii Manasse. *Et non interfecerunt eos.* s. quia pepigerant non occidere eos, ut reciperent tributa, in hoc autē peccabant filii Manasse, quia iusserat Deus vt quando pugnaretur contra aliquas de ciuitatibus extra terram Chanaan possent eas accipere in tributarias si aperirent portas illis, si tamen essent de terra Chanaan non possent sub aliqua cōditione pacis eos dimittere, siue vt tributarios, siue vt amicos, siue ut seruos. Deut. 20. c. & ex hoc Deus inflixit mala multa Iudæis. de quo dictum est pręced. c.

I

K

Locutique sunt filii Ioseph ad Iosue, & dixerunt quare dedisti mihi possessionem sortis, & funiculi vnius, cū sim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi Dominus? Ad quos

Iosue

Iosue ait: Si populus multus es, ascende in silua, & succide tibi spatia in terra Pherezæi, & Raphaim, quia angusta est tibi possessio montis Ephraim. Cui responderunt filij Ioseph. Non poterimus ad mõtana conscẽdere, cum ferreis curribus vtantur Chananæi, qui habitant in terra cãpestri, in qua siti sunt Bethsan cum viculis suis, & Iezrael mediam possidens vallem. dixitque Iosue ad domum Ioseph Ephraim, & Manasse. Populus multus es, & magnæ fortitudinis, non habebis sortem vnam, sed transibis ad montẽ, & succides tibi, atque purgabis ad habitandum spatia, & poteris vltra procedere, cũ subuerteris Chananæũ, quem dicis ferreos habere currus, & esse fortissimum.

Filiorum petitio de dilatatione fortium filiorũ Ioseph.

Locutique sunt. Hic ponitur pro dilatatione sortium filiorum Ioseph facta petitio. Putabãt enim se grauatos filij Ioseph, quòd eis angusta terrę portio relicta foret, cũ essent duę tribus, sed nõ grauabãtur. Quod patet, quia cum petijssent addi aliquid sibi, nihil additũ est. *Locutique sunt filij Ioseph ad Iosue.* Ambæ tribus. s. Manasse, & Ephraim cõquestæ sunt, quia cuilibet ea- C rum videbatur locus angustus, & fuit ista petitio ad Iosue directa, nõ quidẽ ad ipsum solum, sed ad Eleazarum simul, & ad omnes senes diuisores terræ. s. ad 12. de quibus Nu. 34. sed scriptura loquitur breuiter. Et patet hoc, quia solus Iosue non erat datus diuisor terræ, sed cum eo Eleazar sacerdos, & 12. viri: augmẽtare tamen aliquã sortem erat quid de diuisione terræ, ideo oportebat eam agi coram Iosue, & omnibus alijs iudicibus: potissimè, quia in hoc viderentur magis grauari aliæ tribus, quã si a principio tradita fuisset maior sors tribui Manasse. Quod enim indiuisum erat relictum, cęteris tribubus, q̃ nondũ sortem acceperant, in ius cedebat, ideo adhuc maiori egebat maturatione: pręcipue, quia petebat hic tribus Ephraim, D & de ea erat Iosue, vt patet Nu. 13. ideo posset aliqualr pręsumi fauorabilis si solus iudicaret, & tñ non fuit, qa non concessit, qđ petierant contribules sui. *Et dixerunt quare dedisti mihi.* Omnes de tribu Manasse, & Ephraim constituerunt aliquos, qui noĩe eorũ peterent a Iosue dilatationẽ sortis, & petebant tanq̃ noĩe vni9, ac si diceremus esse vnã tribum Manasse, & Ephraim. Quod patet ex verbis sequentibus. s. quare dedisti mihi. si tñ peterent, vt duę tribus dixissent: quare dedisti nobis. dixerunt aũt, quare dedisti, referendo ad solum Iosue, quasi ipse solus dedisset: tñ nõ dederat solus, sed oẽs diuisores terrę in hoc diffinierãt, quia tñ ipse erat, vt p̃sidens ad eum in totũ referebatẽ collatio. *Possessionem sortis, & funiculi vnius.* i. quare dedisti solam vnã sortem. Dicetur ꝯ, quia supra ponuntur sors Manasse, & Ephraim, velut duę sortes, vt patet pręce. c. & hic. Etiã assignatur. s. diuisio ipsarum, quia ponit sors Manasse ab aquilone, & sors Ephraim ab austro. Dicendum, ꝙ vere habebant duas sortes Manasses, & Ephraim, & tñ dixerunt se hr̃e sortem vnã, quia erat clausa vtraque sors sub eisdem terminis. s. ꝙ non ponebantẽ diuersi limites cuilibet earũ, vt s. in sorte Iudę fuerunt positi, & tñ intra illos terminos cões erat diuisio sortis Manasse ab Ephraim. Alio mõ p̃t intelligi, ꝙ erat sors vna. i. tota possessio Manasse, & Ephraim erat, tanq̃ vnica sors quantum ad magnitudinẽ: & istũ sensum magis

A facit lr̃a, nam non conquesti fuerunt filii Ioseph, ꝙ essent sortes eorũ non habentes diuisionem terminorũ sicut alię sortes, quia hoc nihil erat, sed qa erat parua terra, & ipsi erant in multitudine magna, & ita patet ex verbis eorũ. s. cum sim tantę multitudinis, & bñdixerit mihi dñs, sed quamq̃ videret filiis Manasse, & Ephraim, ꝙ paucũ suscepissent, non erat paucũ: nã men sura funiculorũ limitata erat hr̃ditas, vt patet. s. & non poterat sic dari p̃ter proportionẽ, ei tñ q possidet, ea q̃ habet, modica vñr ex cupiditate accipiẽdi ampliora, ideo nõ fuit eis quidq̃ datum, licet addi petiuerint: si tñ pręter proportionem accipientes fuissent grauati, additum fuisset eis aliquid. *Et funiculi vnius.* i. vnicũ funiculum possessionis accepi. Sed arguetur, qa dr̃. s. ꝙ accepit Manasses funiculos p̃ter possessionem ter- B rę Basan, & Galaad. Rñdendum est, ꝙ funiculus accipitur. s. pro quadam determinata mensura, q̃ fiebat p funiculum, & de his accepit tribus dimidia Manasse funiculos decem. Alio mõ accipitur funiculus p sorte, vel hęreditate diuisa p funiculos, & tunc coincidũt funiculus, & sors. s. ꝙ quęlibet tribus habebat vnũ funiculum, quia vnam sortem, & redit in primum sensum. *Cum sim tantæ multitudinis.* Exponebant filii Ioseph cãm grauaminis. s. quia erat populus magnę multitudinis, & data fuerat ei parua sors: Deus tñ iusserat. Nu. 26. pluribus maiorem partẽ dabitis, & paucioribus minorẽ, ita vt oĩa sors diuidat. *Et benedixerit mihi dominus.* Idest Deus adauxit me in multitudine cũ alias fuissẽ in minori numero, ideo nõ debes me priuare iure mihi debito: bñdictio. n. signat multiplicationẽ, & maledictio diminutionem, sicut declaratum fuit. s. 15. cum Axa petiuit benedictionem a pr̃e suo Caleb. De multiplicatione aũt filiorum Ioseph considerandum est, ꝙ Israelitę in deserto murmurauerunt ꝯ Deũ in Cadesbarne venientibus exploratoribus, pp quod sñia lata est, vt morerentur oẽs, qui numerati fuerant a 20. annis, & s. & oẽs hi defecerunt in spatio annorũ ferè 38. nam in 2. anno ab exitu de Aegypto fuit lata sñia, & in anno 40. iã erant oẽs mortui. Hoc mõ cũ Israel in illo spatio annorũ 38. debuisset valde multiplicari. s. ad duplũ & amplius, non superfuerunt ad primũ numerum, sed defuerunt mille octingenti triginta viri. Nã in principio mensis 2. anni 2. ab exitu de Aegypto facta cõputatione in deserto Sinai fuerunt sexcenta tria millia quingẽti quinquaginta. anno aũt 40. ab exitu de Aegypto facta cõputatione apud Iordanẽ inuẽta sunt sexcenta millia, & mille septingenti triginta: de primo Nu. 1. de secundo Nu. 26. c. fuit aũt facta defalcatio magna in qbusdã tribubus, qa q̃dam habuerũt decẽ millia, & amplius prima cõputatione, q̃ secunda. Alię aũt tribus habuerunt amplius. De tribubus filiorũ Ioseph accidit, ꝙ essent plures ĩ numeratione scđa, q̃ prima, qa in prima numeratione in mõte Sinai fuerunt in ambabus simul tribubus septuagintaduo millia septingenti, vt patet Nu. 1. in secunda aũt numeratione anno 40. fuerũt octogintaquinq; millia ducẽti. E Nu. 26. c. Fuit tñ ista multiplicatio in tribu Manasse: nã tribus Ephraim valde decreuit. Fuerunt. n. in prima numeratione in tribu Ephraim 40. millia quingenti: scđa aũt numeratione fuerũt 32. millia quingẽti. Nu. 26. in tribu aũt Manasse ẽ ꝯrio fuerũt in prima numeratione. 32. millia ducẽti: in scđa aũt fuerunt quinquaginta duo millia septingẽti Nu. 26. & qa cõputabantẽ hic Manasse, & Ephraim, tanq̃ vnus pp̃s, & ambo cõiuncti habebãt multiplicationẽ nunc sup primã cõputationẽ, quod raris ꝯtingebat alijs tribubus, iõ dixit: Dñs bñdixit mihi. *Ad quos Iosue ait.* Non solum fuit ista rñsio Iosue, sed ẽt oĩum aliorum diuisorum terrę coram quibus petitio ista proposita est, vt dictum est. Iosue tñ rñdit noĩe aliorum de cõi consensu, qa ipse hono-

q. 2. uersus finem.

Funiculus quid significat vide superius. q. 2.

cap. 15. q. 8

De multiplicatione filiorum Ioseph.

honorabilior erat,& quia Ephraitę, & Manassitę pertinebant specialius ad cognationem eius, quam aliæ tribus durius respondit eis. *Si populus multus es ascende in syluam.* Dicet aliquis,ꝙ potuisset Iosue melius respōdere aliter.s.ꝙ Ephraitę, & Manassitę habebant sufficientem terrā ad habitandum, quia tñ relinquebant morari hostes in vrbibus suis cupiditate tributorū nō sufficiebant eis loca, sic patet.s̄.s.ꝙ noluerunt delere Israelitæ Chananęos,sed fecerunt eos sibi tributarios. Rñdendum est non potuisse sic respōderi, qa Ephraitę,& Manassitę venerunt ad Iosue petentes, quod hr̄ hic a principio assignatarum sortium illis, & tunc nō poterant expugnare hostes habitantes in terra, postq̄ autem confortati sunt potuerūt eos expellere, vel delere,sed noluerunt facientes seruire tributis: istud autem accidit a principio,qñ Ephraitæ, & Manassitę nō poterant expellere hostes, ideo non poterat sic respōderi. Fuit autem conueniens responsio Iosue.s.ꝙ terra Manasse,& Ephraim fuerat sufficiens eis, & quamquam forte oppida, quę non tenebantur ab hostibus, non sufficiebant ad eorum habitationem, nec agri ad sufficientem culturam, tñ habebant magna spatia terrarum occupata syluis,quæ ad nihil vtiles erant, & de his poterant purgare sibi spatia ad habitandū,& colendum agros: sic.n.fit in terris quarum possessio angusta est.Nam syluę exuruntur,& purgantur loca,vt nouis frugibus apta sint. Non fuit autem datum aliquid de terra Manasse,& Ephraim præter id, quod hēbant, quia terra eorum diuisa est per funiculos, sicut cæterę sortes:& proportionaliter datum est eis, vt cęteris tribubus,ideo dato,ꝙ non haberent nunc Manassitę, & Ephraitę sufficientem locū ad habitandū,aut ad colēdum agros,nec syluas, quas purgare possent ad habitandū,aut faciendum nouos agros, non dare eis amplius de terra dilatando sortē, quia tunc grauarentur cęterę tribus recipiētibus his vltra proportionem, sed prouideretur eis aliter, scilicet, ꝙ darentur aliqua loca aliarum tribuum interdum eis ad habitandum, & in quibus colerent agros, & tādiu tenerent illa, quousque preualerent contra hostes, & haberent in sortibus suis sufficientem locum ad habitandum, sorti tamen eorum nihil adderetur,quia sic grauarentur aliæ tribus in perpetuum. *Si populus multus es,ascende in syluam.* Hic sumitur ex verbis eorum argumentum cōtra ipsos.Dixerant enim,ꝙ multi erant,& indigebant magna sorte.Ex hoc arguitur ad duo contra ipsos: primo,quòd non deberent petere sortem, quam receperant iusto funiculo distributionis,quia poterāt sibi aliter prouidere,scilicet,ꝙ ascenderent in syluam,& purgarent spatia ad habitandum, & colendum: secundo arguitur,quia si multi erant poterant pugnare contra hostes habitantes in sylua, & accipere loca eorum ad habitandum,vel syluas saltem, quę erant in terra illorum etiam si loca non acciperent.

Et succide tibi spatia in terra Pherezei. In hoc innuitur, quòd Iosue non suadebat Ephraitis,& Manassitis pugnare contra Pherezęos,vel Chananęos, qui erant in vrbibus, quia forte contra hos esset pugna difficilis, sed quòd acciperent terram syluarum, & si qui ibi habitarent,faciliter poterant inde eos expellere. Pherezęus est vnus de septem populis habitatoribus terrę Chanaan, & iste forte est, qui vocatur supra Chananæus, quem non potuerunt delere Ephraitę, & Manassitę de ciuitatibus suis.Vocatur tamen Chananęus large, quia Chananęus vno modo signat omnes, qui de terra Chanaan erant.s.septem populos,& sic interdū Amorrhęus accipitur generaliter: alii autem specialiter accipiuntur,vt Pherezęus pro solis Pherezęis, Iebusęus,Gergesęus,Heuęus.

In terra Pherezæi,& Raphaim. Istę terrę sunt intra sor-

F tes Manasse,& Ephraim,quia non dixit Iosue,vt acciperent partem in aliqua alia tribu,sed in terra sua purgarent spatia ad habitandum.

Quō dicatur,quòd Raphaim esset in sorte Manasse,& Ephraim. Et an in sorte Ephraim habitauerit aliquando Raphaim. Quæst. IIII.

De terra Raphaim est dubium,quomodo dicatur,ꝙ esset ī sorte Manasse, & Ephraim, quia Raphaim erant gentes quędam determinatę de genere gigantū,& habitauerunt in terra Basan, vbi dominabatur rex Og tempore aduentus Israelitarum in terram illam,vt patet Deute.3.
G c.& promissa fuit determinate gens Raphaim Israelitis,sicut Amorrhęi,Hethęi,& Pherezęi,& omnes populi Chananęorum,vt patet Gen.15.c. ergo vna terra eis determinata conueniebat, sed ipsi morabantur in Basan,cum dicatur Deuter.3.ꝙ Basan terra Raphaim reputata est,& in ipsa est ciuitas Astaroth, tāq̄ pcipua, in qua regnauit rex Og de stirpe Raphaim s̄.12. & 13. c.& fuit ista antiquissima sedes Raphaim, quia ibi expugnati sunt a regibus venientibus cum Chodorlaomor.Gen.14.c.ergo non erant Raphaim in terra Manasse,quæ erat ad occidentalem partem Iordanis, sed magis dimidię tribus Manasse, quę suscepit terrā Basan,& Galaad,vt supra dicitur.
H In contrarium dicetur, quia hic ponitur terra Raphaim in sorte dimidię tribus Manasse,& est distincta a terra Raphaim,quę erat in Basan.

Item ponitur terra Raphaim in sorte Iudę, vt patet supra 15. etiam ponitur terra Raphaim in sorte filiorum Beniamin, vt patet sequenti c. sed ista est eadem terra cum illa,quę ponitur in sorte Iudę,quia sunt duę sortes coniunctę,& vtraque tangit terram Raphaim, idem.n.est latus meridianū sortis Beniamin, & latus aquilonare sortis Iudę,vt patet conferendo ea, q̄ hn̄r s̄.15.ad ea,quę hn̄r seq.c.in descriptione laterum pdictorum.Ad hæc posset faciliter rñderi si Raphaim acciperetur generaliter pro oībus gigantibus,sicut Enacim, quia plurimi erant de Enacim dispersi per varia
I loca,cum dicatur.s̄.11. ꝙ Iosue deleuit gigantes, siue Enacim de montanis Hebron,Dabir,& Anab,& omni monte Iudæ, atque Israel:erat tamē Raphaim vna gens determinata,vt supra declaratum est. Posset forte responderi, ꝙ non accipiebantur hic Raphaim ꝓprie,sed pro Enacim, & tunc dicetur, ꝙ in terra Manasse,& Ephraim habitabant gigantes,vel quondam habitauerant, & ab eis dicebaī terra ista Raphaim.i. Enacim, & eodem modo de terra Raphaim, q̄ ponit in sorte Iudę.s̄.15.& in sorte Beniamin seq.c.dicendū erit.Ista responsio satis stat:sed rationabilius potest aliter responderi, quia nūquam debet terminus positus in aliqua scriptura,potissimum in sacra, abduci a propria significatione,nisi necessitate compellamur.Nec debemus dicere quid anticipatum, vel recapitulatū,
K nisi eodem mō:alioquin tolleretur certitudo scripturę si consuesceremus indifferenter dicere terminos abstractos eē a ꝓprio significato,& trāslatos ad aliud, & dare occasio,vt qlibet interpretare scripturam ad libitum.Sed hic non vr̄ necessitas, vt abstrahat nomē istud Raphaim a proprio significato, quia pt aliter responderi.s.ꝙ terra ista vocatur Raphaim,qa aliqui de Raphaim ibi habitauerunt, vel aliqd magnū fecerūt, & mansit terra denoīata ab eis:magis aūt vr̄, ꝙ ibi habitauerunt aliqñ,nec tollit in hoc Raphaim fuisse gētem vnam determinatam,quæ habuisset certā terrā.s. ꝙ sedes Raphaim fuerit terra Basan ad orientalē partem Iordanis,vbi regnauit rex Og,& ciuitas Metropolitana regni eorū fuit Astaroth, sed ipsi cū essent viri robu-

robustissimi egressi de terra sua inuadebant terras aliarum gentium, & accipiebāt in possessionem, sicut rex Sehon de genere Amorrhęorum rex fortis cepit magnam partem regni Moab, vt patet Nu. 21. & magnam partē regni Ammon, vt colligitur. s. 13. c. sic isti Raphaim potuerūt aliquid accipere de terra Chananęorū, vel Pherezęorum, in qua postea fuit sors Iudę, & Beniamin, Ephraim, & Manasse, & ab eis vsque ad tempora Iosue adhuc vocabatur terra illa Raphaim. Non est tñ intelligendum, ꝙ tunc habitarent in ea aliqui de Raphaim, quia oēs de genere illo iam defecerant, tpe enim Og regis ipse solus erat de stirpe Raphaim, vt patet Deuter. 3. vbi litera nostra dicit. Solus quippe Og restiterat de stirpe gigantum. Sic. s. 12. & 13. sed quia olim ibi fuerat, nomen pristinum terræ B mansit. Nunc aūt Chananei in ea habitabant, vt colligitur immediate ex respōsione Ephraitarum, & Manassitarum. s. non poterimus ad montana conscendere, cum curribus ferreis vtantur Chananęi qui habitāt in terra campestri: si tñ fuissent ibi Raphaim illos nominassent, & non Chananęos, cum isti sint populi distincti, vt patet Gen. 15. vbi cōnumerantur Raphaim contra Chananeos. *Quia angusta est tibi possessio montis Ephraim.* Non est sensus, ꝙ Manassitę, & Ephraitę extra sortes suas deberent accipere spatia ad morandū, & colendum agros, quia hoc ipsi petebant, sed Iosue non concessit petitionem eorum, ideo dicendum, ꝙ ista terra Pherezęi, & Raphaim erat in sortibus Manasse, & Ephraim. Dr̄ autem angusta possessio montis Ephraim, quia terra Ephraim erat montuosa, & to C ta terra montuosa vocatur mons, quasi esset vnicus mons, sic patet Nu. 20. vbi conquerebantur Israelitę de Moyse, ꝙ eduxisset eos in solitudinem, q̄ non poterat seri, nec habebat aquas, & dixerunt, quare nos fecistis ascendere de Aegypto, & adduxistis in montem istum pessimū, qui seri non pt̄? idest in istā solitudinē montuosam. Non. n. loquebantur pro aliquo monte speciali, quia non poterant Iudęi esse in montem pp magnitudinem castrorū, sed de tota solitudine, q̄ erat montuosa loquebantur, sic patet de terra Edom, vel Seir, q̄ erat montuosa, ideo tota vocatur mons, quasi esset vnus mons. Deut. 2. s. circuiuimus montem Seir multo tpe: accipitur aūt mōs Ephraim pro possessione terrę Ephraim, q̄ erat montuosa, & in hac principa D liter morabantur tunc Ephraim, & Manasse, qa sors Manasse detinebatur pro magna parte ab hostibus. s. Chananęis, & Pherezęis, vt colligitur ex ciuitatib⁹ de quibus. s. q̄ oēs pertinebant ad sortē Manasse: & hanc dicebat Iosue esse angustam Manasse, & Ephraim, qa cum esset vna sors non sufficiebat duabus tribubus. Postq̄ aūt paulatim expulsi sunt aliqui de Chananeis de sorte Manasse, habitauerūt Manassitę in sorte sua. *Cui responderunt filij Ioseph.* s. Manassitę, & Ephraitæ, qui collecti fuerant in vnum, tanquam vna tribus, & procuratores eorum rn̄derunt, tanquā noīe vnius psonę. *Non poterimus ad montana conscendere.* Dixerat Iosue, ꝙ ascenderet in syluam ad succidendum spatia habitan E di, & colendi, quod recte dictū fore existimauerūt filii Ioseph, sed rn̄derunt se ad hoc impotentes, qa Chananęi hoc impedirent. Dixerunt aūt ipsi de mōtanis, & Iosue de sylua: ista tñ non sunt idem totaliter, quia mons signat tumorem terrę, vel eleuationem, sicut est in collibus, siue arbores ibi, vel ligna sint, siue non: sylua aūt densitatem, vel multitudinem lignorum signat, siue illa sit in collibus, siue in plano: vtrunque tñ erat hic, quia locus, ad quem Iosue mittebat filios Ioseph purgaturos spatia, erat montuosus, & erat plenus lignis. Quia autem montuosus potest vocari mōtana, & quia erat plenus arboribus vocatur sylua: vtrunque exprimitur in verbis Iosue, cum dixit: ascende in syl

Quid sig. mons quidue syl.

uam, & succide tibi spatia, quia ascensuri erant mons erat, & quia succisuri spatia, ligna ibi erant, ita vt vocetur sylua. *Cum ferreis curribus vtantur Chananæi.* Ponunt quare essent impotentes ad faciendum hoc. s. quia hostes eorum erant potentes valde in bellis pp fortia genera armaturę. s. quia vtebantur curribus ferreis. Antiquissimum. n. pugnandi genus in curribus fuit, quia nondum hoīes ad pugnam equestrem assueuerant. s. vt homines equis sine curribus vectarētur: durauit autem modus iste pugnandi magnis temporibus, sed postea abolitus est inuentis aliis vtilioribus, facilioribusque, erat aūt valde sumptuosus modus, quia vnus currus a quatuor equis vectabatur, qui armati in frōtibus erant falcatis ensibus, rotę quoq; currus in trāsuersum affixos habebant enses falcatos, & super currum erant viri armati saltem vnus: maior autem erat pugna curruum ex impetu, quia omnia falcatis ensib⁹ discerpebant, quam ictibus militis currui insidentis. Rari autem erant currus, quia magnorum sumptuū: ideo apud potentissimos reges nō multi erāt currus. Iabin. n. rex Asor, qui oīum regnorū Chananęorum primatum habebat, vt patet. s. 11. in magnę potestatis indiciū nongentos falcatos currus habuisse dictus est. Iud. 4. c. Chananęi aūt habitantes in sorte Manasse, & Ephraim vtebant̄ curribus ferreis, ideo impares eis ad pugnā erant filii Manasse, & Ephraim, ꝑualuerunt tñ Israelitę ꝯ multos reges Chananęorū, Pherezęorum, Iebusęorum, & Amorrhęorū apud aquas Meron, & currus multos susceperunt, quorū equos subneruauerunt, & cōbusserunt currus. s. 11. Nunc tñ non cōfidebant Ephraitę, & Manassitę pugnando pręualere contra Chananęos, & hoc pp duo. Primo, quia in pugna ad aquas Meron erat coniunctus totus Israel cum Iosue: nunc autem sola tribus Ephraim cum dimidia tribu Manasse pugnatura erat contra Chananæos: nam, vt declaratum fuit. s. non conueniebant omnes tribus ad pugnandum contra hostes cuiuslibet tribus, velut si esset vnum regnum, aut principatus, quod erat ante diuisionem sortium. Diuisis aūt illis fuerunt, tanquā duodecim regna, & non conueniebant ad vnitatē pugnandi, nec tenebant̄ se iuuare, nisi ex ꝯuētione: sicut inter duo regna penitus extranea fit conuentio de pugnando, & sic cōuentū est in sortem Iudę, & Simeonis. Iud. 1. Manassitę aūt, & Ephraitę soli non poterāt contra Chananęos pręualere. Secūda causa erat, quia Chananęi tradebantur in manus Israelitarū nutu Dei, cum promisisset eos delere, sed dixit, ꝙ non traderet eos in anno vno, aut simul in manus Iudęorū, sed paulatim, vt Iudęi multiplicarētur, & possent replere terram, ne crescerent bestię redacta terra in solitudinē. Exod. 23. c. ideo licet Iosue, & Israelitę conarentur pugnare contra omnes Chananęos ad delendum eos penitus, Deus non traderet eos in manus Israelitarum, quia dixerat, ꝙ non traderet: immo si Iudęi vellent pugnare contra Chananęos non cessante impetu bellorum, quousque acciperent totam terram, videbantur peccare, quia agebant contra voluntatem Dei cognitam, & nequaquam cederet eis in prosperum, ita forte timerent nunc filii Ioseph, quia iam sublata fuerat maxima pars terrę Chanaan, & cessauerāt bella. s. 11. & 14. Dubii ergo erant an Deus vellet nunc tradere Chananęos in manus eorum. Sed prima causa efficacior est, & hanc magis respiciebant Ephraitę, & Manassitę. Dn̄r aūt currus ferrei, non ꝙ essent de ferro facti, quia tunc non possent moueri ab equis, essentque sumptuosissimi, nec tamen maioris vtilitatis, quam alias forent, sed quia habebant orbitas rotarū ferreas, sicut nunc in quadrigis quibusdam fit, vt magna onera ferentes cito non consumantur. Etiam habebant enses curuos infixos rotis in modum falcis ad arripiē-

Vetustissimū pugnādi genus.

dum, & secandum omne, quod obuium foret, vnde currus falcati.i.habentes falces isti appellant. Iudi.4.c. *Qui habitant in terra campestri.* Vocatur terra campestris, quę non est penitus plana, nec totaliter montuosa, & in hac habitabant Chananæi.

Terra campestris.

Sed tunc dicetur, ꝙ responsio ista non adiuuat Manassitas, & Ephraitas, quia Iosue iusserat, vt ascenderēt in syluam, ipsi dixerunt se non posse, quia ferreis curribus vtebantur Chananęi morantes in terra cāpestri, sed terra campestris, & montana non sunt idem.

Respondendum, ꝙ Chananęi habitantes in terra campestri erant inter terrā in qua manebant Ephraitę, & Manassitę, & syluam in quam iubebat eos ascendere Iosue, ideo ipsi prohibebant ne possent ascendere in syluam, vel montana. Et patet ista respōsio ex verbis Iosue.ī.s.transibis ad montem, & purgabis spatia, & poteris trāsire vltra cum subuerteris Chananęum, &c. *In qua sitæ sunt Bethsan cum villulis suis.* Tenebatur illa ciuitas ab hostibus: erat tamen de sorte Manasse, vt supra patet: omnes quoque villulę.i.vici parui, vel rura Bethsan erant campestres. *Et Iezrahel mediam possidens vallem.* s.ciuitas Iezrahel tenet medietatem vallis, scilicet, quia ibi sita est. Terra enim campestris, quia non est ęqualis, interdum eleuatur in quosdam tumores, interdum autem in valles deprimitur. Alia ciuitas vocatur Iezrahel, quę est in sorte Iudę, vt patet supra 15.& differunt cum sint in duabus sortibus. De illa Iezrahel, quę est in sorte Iudę erat Achinoem Iezrahelites vxor Dauid, vt declaratū est supra 15. ista Iezrahel, de qua hic est in sorte Manasse, & in hac habitauit Iezabel vxor regis Achab, de qua dictum est canes lingent sanguinem Iezabel in agro Iezrahel, siue canes comedent Iezabel. De hac 4.Reg.21.c.& de hac vrbe fuit Naboth, cuius vineam concupiuit rex Achab, & fecit regina Iezabel lapidari illum eo.cap. Et hoc patet, quia tempore hoc erat terra Iudęorum diuisa in duo regna.s.Iudę, & Israel. Rex autem Achab erat rex Israel, ideo non maneret ipse, nec vxor eius in vrbe Iezrahel, quę esset in sorte Iudę, sed magis in sorte Ephraim, vel Manasse, quia reges isti erant de stirpe Ephraim, cum omnes descenderent de Ieroboam, ꝗ fuit de stirpe Ephraim.3.Regum 12.c.

Duplex Iezrahel.

Dixitque Iosue ad domum Ioseph, Ephraim, & Manasse. Istę erant duę tribus, sed pertinebant ad eandem domum.s.ad Ioseph, quia ipse erat vnicus, & tamen filii sui diuisi sunt in duas tribus, & diuisi sunt in duas sortes, quia Iacob adoptauit eos faciens succedere cū reliquis filiis suis. Gen.48.c. Ad istas duas tribus locutus est Iosue, quia ambæ, tanquam vna tribus petebant, vt supra declaratum est.

Populus multus es, & magnæ fortitudinis. Ista litera potest legi dupliciter. Vno modo, tanquam aliquid irrisiuum.s.dixerant Manassitę, & Ephraitę: quare dedisti mihi possessionem sortis, & funiculi vnius, cū sim populus multus, & benedixerit mihi dominus? Iosue autem videns non petere illos rationabiliter non concessit, ex verbis autem ipsorum formauit quandā responsionem irrisoriam, dicendo: populus multus es, & magnæ fortitudinis: non habebis sortem vnā: Manassitæ.n.& Ephraitę dixerant, ꝙ erant populus multus, ideo repetiuit hoc Iosue, & dixerant, ꝙ fiebat cū eis iniuste, quia data erat eis vna sors. Rn̄dit Iosue, nō habebis sortem vnam. q. d. non est rationabile, ꝙ habeas sortem vnicam, & hoc irrisorie, ideo subiunxit, ꝙ transirent ad montem, & habitarent ibi pars eorū, & tunc ēt promissio est irrisoria, quia vr̄ ex verbis, ꝙ addit aliquid ad sortem eorum, & tn̄ nihil addit, cum montana, ad quæ iubebantur ascendere, essent intra sortem Manasse, & Ephraim. Alio modo pt̄ ista litera alias legi non irrisorie, & tūc est sensus. Populus mul-

F tus es, & magnę fortitudinis.i.quia multi viri sunt in tribubus tuis, & fortissimi ad pugnam, poteritis paulisper pręualere ꝯ Chananęos, qui vtuntur ferreis curribus, & transibis in montem. *Populus multus es.* Istud potest poni ad duo: primum ad signandum, ꝙ nō deberent manere intra angustias terrę, quam tunc tenebant, quia multitudo populi non conuenienter caperetur ibi: secundum ad signandum, ꝙ multitudo prębebat vires, ita vt potentes essent Ephraitæ, & Manassitæ ad pugnandum ꝯ Chananęos vtētes curribus ferreis, & istud secūdum est melius. *Et magnæ fortitudinis.* Idest fortes in bello. Nam dato, ꝙ essent multi, si non essent fortes ad pugnandum inepta erat pluralitas, sicut multitudo fęminarum in acie, vt fecerunt Lacedęmonij qui posuerunt fęminas in acie, & magno clamore totum exercitum dissoluerunt, atque viros impedierunt a pugna, vt patet 2.Poli.c. de politia Lacedęmoniorum. *Non habebis sortem vnam.* Non intelligitur, ꝙ Iosue promitteret eis aliquid dare vltra sortem eorum, vel suaderet, vt aliquid acciperent vltra id, quod acceperant, sed vocat vnam sortem vnam de his duabus.i.sortem Ephraim, acceperant.n.duas sortes, vt patet pręced.c.& hic: terra tamen Manasse tenebatur ab hostibus pro magna parte, ideo quasi tota habitatio Manassitarum erat in sorte Ephraim. Iosue autem dicit, ꝙ non habebit sortem vnam.s.ꝙ non maneant intra angustias sortis Ephraim, sed pugnent cōtra Chananęum, & accipiant sortem Manasse, quę ꝓ magna parte detinebatur ab eis, & ista sententia consonat suprapositis, cum dictum est, succide tibi spatia in terra Pherezęi, & Raphaim, quia angusta est tibi possessio montis Ephraim, & sic vr̄, ꝙ in solo mōte Ephraim.i. in terra Ephraim, quæ est montuosa morabantur ambę tribus tunc, & sic tenebant tunc vnicam sortē, quāquam duę essent illis assignatæ in titulum. *Sed transibis in montem.* Ad istum locum suadebat Iosue Manassitas, & Ephraitas ascendere, vt ibi purgarent loca ad habitandum, & ad colendū agros, & vineas: iste mōs, idest terra syluarum operta arboribus infructuosis erat in sorte Manasse, & ad hunc extendi debebant filii Ioseph: tenebatur enim a Chananęis tunc. *Et succides tibi atque purgabis spatia.* Erat locus nemorosus, ideo tollendę erant arbores ad habitandum: purgare erat tollere herbas, & omnia alia virentia, quę erant in mōtibus ad faciendum locum conuenientem habitationi. Dicitur ad habitandum, & intelligitur etiam ad colendum. Nam hoc erat pręcipuum: si enim haberetur locus ad agros, & vineas, de loco habitationis facillimum erat, quia minora ad hoc spatia necessaria sunt.

G

H

I

Et poteris vltra procedere cum subuerteris Chananæum. Ista prępositio (vltra) pōt accipi hic dupliciter referēdo ad duo causalia, & sic est duplex sententia. Ad quod pręsupponendum, ꝙ supra dicebatur, ꝙ ascenderent filii Ioseph in montana, & ꝙ Chananęi, qui morabantur in terra campestri vtebantur curribus ferreis. De habitudine terrę campestris, in qua morabantur Chananęi ad montem istum potest dupliciter dici. Vno modo, ꝙ terra illa campestris erat propinquior loco, in quo nunc manebant filii Ioseph, quam mons, in quē suadebat Iosue, ꝙ ascenderent. Alio mō, ꝙ esset mons ꝓpinquior. Primo modo esset sensus, vt supra dicebatur, quòd filii Ioseph approbauerunt responsionem, sed dixerunt sibi esse impossibile, quia Chananęi morabantur in terra campestri, & vtebantur curribus ferreis, & isti prohiberent eos accedere ad montem, quia erant propinquiores ipsis, quam mons, & oportebat prius deleri, vel expelli Chananæos de terra campestri, ꝗ ascenderent filii Ioseph ad possidendum montem. Et isto modo erit sensus hic, & poteris vltra proce-

K

procedere cum subuerteris Chananæum, scilicet vltra terram, in qua nunc es, quia cum essent coniuncti Chananei nō poterant dilatari filii Ioseph, quousque subuerterent Chananeos: & tunc ly vltra nō determinat montem, sed terram, in qua habitabāt filii Ioseph. Si autem dicatur, ꝙ mons iste sit propinquior terrę, in qua tunc erant filii Ioseph, quam terra campestris, in qua tunc morabantur Chananei, est sensus lrę superioris, ꝙ non poterant filii Ioseph ascendere in montem, non quidem, quia essent ante illud Chananei, sed erant ex alia parte cōiuncti monti illi, & possessio mōtis pertinebat ad eos, licet ipsi non morarentur in mōte, ideo si Israelitæ vellent ascendere illuc, Chananei, qui morabantur ex alia parte montis in terra campestri pugnarent contra illos, & isti ferreis curribus vtebantur, & tunc est sensus literę huius, ꝙ filii Ioseph ascenderent in montana succidendo spatia ad habitandum, & inde poterant procedere vltra, quando subuerterent Chananeum, scilicet, quia ad succidendū spatia in monte non oportebat subuerti Chananeum, quia populus iste morabatur ex alia parte montis, sed cum tenerent Manasse, & Ephraitæ terrā hanc montanam, si videretur eis angusta, poterant transire vltra, idest vltra terram montanam, & hoc cum subuerterent Chananeum. q. d. non poterant procedere vltra montem, nisi delerent Chananeos, quia ipsi morabātur in terra campestri, & illa erat coniuncta monti ex alio latere, & tunc (vltra) determinat terram mōtanā. Iste sensus est cōuenientior primo dupliciter. Primo, quia si terra campestris, in qua habitabant Chananei esset magis coniuncta terrę, in qua tunc manebant Manassitę, & Ephraitę, quam mons iste, de quo dicitur: nec posset illuc esse trāsitus, nisi per terram campestrem Chananeorum, frustra fuisset dici, ꝙ transirent filii Ioseph in montem, sed dici debuisset, ꝙ pugnarent cōtra Chananeum, qui erat propinquior eis, sine quo non poterant transire in montem.

Secundo, quia dicitur, ꝙ ascenderent filii Ioseph in montem succidentes spatia ad habitādum, & possent vltra procedere cum subuerterent Chananeum: ergo quocunque modo velimus accipere vltra, necesse est, vt prius ascenderent in montem, quam transirent vltra ex ordine literę, & sic necessario referretur ad mōtem vltra, & subuersio Chananeorum solū erit post ascensum in montem. Si tamen Chananei habitantes in terra cāpestri fuissent magis coniuncti terrę, in qua nunc morabantur filii Ioseph, quam mons, in quem iubebantur ascendere, necesse erat, ꝙ primo subuerterent Chananeum, quam ascenderent in montem: ergo intelligendum Chananeos fuisse ad aliam partem montis distantes magis ab Israelitis, quam distaret mons.

Cum subuerteris Chananæum. Possunt accipi Chananei proprie pro quodam populo speciali inter istos septē, qui vocatur Chananeus. Vel generaliter pro quolibet de populo Chananeorum. Et iste secundus sensus est conuenientior. s. ꝙ accipiantur Chananei pro Pherezeis, quia Pherezei erant habitatores terrę huius, cum dicatur supra, ꝙ succiderent filii Ioseph sibi spatia in terra Pherezei, & Raphaim.

Fortitudo Chananęorum ex parte armatum.

Quem dicis ferreos habere currus. Ista erat quędam fortitudo ex parte armorum, ita vt non auderent hebræi congredi cum Chananeis, quia currus erant de fortissimis armaturis ad dispergendum exercitus, quia erāt currus falcati, & oīa ad quæ accedebant laniabant.

Et esse fortissimum Idest isti Chananei erant fortissimi robore ad pugnandum contra Iudeos, & ista erat fortitudo virorum pręter armorum apparatum, vtrunq; tamen faciebat gentes istas formidabiles esse Iudeis: filii autem Manasse, & Ephraim solum expresserant,

A ꝙ vtebantur Chananei curribus ferreis, vt patet supra Iosue dixit hic de vtraque fortitudine. s. armorum, & virorum, & tū dicendum, ꝙ filii Ioseph vtrunque expresserint, nam Iosue refert hic verba filiorum Ioseph dicens, cum subuerteris Chananeum, quem dicis ferreos habere currus, & esse fortissimum. Scriptura tū non exprimit semper omnia, quę dicta sunt, potissimè cum ex aliis locis colligi possunt, sicut hic.

CAP. XVIII.

CONGREGATIQVE sunt om-
B nes filij Israel in Silo, ibique fixerunt tabernaculum testimonij, & fuit eis terra subiecta. Remanserant autem filiorum Israel septem tribus, quę necdum acceperant possessiones suas. Ad quos Iosue ait. Vsquequo marcetis ignauia, & non intratis ad possidendam terram, quā dominus Deus patrum vestrorum dedit vobis? Eligite de singulis tribubus ternos viros, vt mittam eos, et pergant, atque circum-
C eant terram, et describant eam iuxta numerum vniuscuiusque multitudinis, referantq; ad me, quod descripserint. Diuidite vobis terram in septem partes. Iudas sit in terminis suis ab australi plaga, et domus Ioseph ab aquilone. Mediam inter hos terram in septem partes describite, et huc venietis ad me, vt coram domino Deo vestro mittam vobis hic sortem, quia non est inter vos pars Leuitarū, sed sacerdotium domini est eorū hæreditas. Gad autem, et Ruben, et dimidia tribus Ma-
D nasse iam acceperant possessiones suas trans Iordanem ad orientalem plagam, quas dedit eis Moyses famulus domini.

Congregati. Supra dictum est de assignatione quarundam sortium, hic consequenter agitur de descriptione reliquarum. Et diuiditur in tres partes. Primò ponitur tabernaculi fixio. Secundò sortium designatio. Tertiò describitur specialiter principis populi possessio, secunda ibi. *Remanserant autem*. tertia ibi. *Cumque complesset*. Secunda
E diuiditur in duas. Primò ponitur diuisorū, vel descriptorum terrę descriptio. Secundò ipsius terrę descriptæ assignatio ibi. *Cumque surrexissent*. Secūda in duas. Primò describitur sors Beniamin. Secundò septē sortes residuę. 2. c.

Circa primum. *Congregati sunt filij Israel in Silo*. In toto tempore pręterito fuerant Israelitę occupati bellis, & diuisione sortiū, nec potuerunt templum dñi figere in aliquo loco ad faciendū cęremonias legis, sed erat in castris tabernaculū cū ipsis Israelitis manētibus in castris, cessantibus autem bellis Iosue fecit congregare totum populum, vt honorificè tabernaculū figeretur in Silo, & maneret ibi. Fuit aūt Silo ciuitas q̄dā in sorte Ephraim. Causa autem quare tabernaculum

ibi primo fixum est fuit, quia Iosue, qui tunc erat princeps populi erat de tribu Ephraim, & inter eos accepit possessionem, cum autem ipse esset magnus zelator legis, quia iusserat ei Deus, ꝙ diligenter obseruaret legem Moysi, vt patet supra primo, & in ceremoniis, quæ fiebāt in sanctuario consistebat potissima legis occupatio, voluit, ꝙ esset sanctuarium in sorte tribus suę, vt sic ipse diligenter obseruari faceret cæremonias, cum posset hoc videre.

Quare Iosue non posuit tabernaculum in Thamnathsaraa vrbe sua, vbi ipse habitabat. Et quo tempore fuit in Sylo. Et arca domini, quando & vbi seiuncta fuit: tum quare tabernaculum fuerit dictum testimonij, & fœderis. *Quæst.* 1.

Sed dicet aliquis, quare non fecit Iosue poni tabernaculum in Thamnathsaraa, quę erat ciuitas ei data specialiter in possessionem, vt patet sequenti cap.

Respondendum, ꝙ Iosue posuisset in loco suo tabernaculum, sicut posuit in sorte tribus suæ, tamē nō erat tunc datus ei locus aliquis, nec sciebat quis dādus esset. Quod patet, quia tabernaculum fuit fixū in Sylo antequam diuiderentur sortes tribubus septem vltimis, vt patet immediate, cum dicitur, remanserant autem septem tribus filiorum Israel, quæ necdum acceperant possessiones, & tamen possessio Thamnathsaraa fuit assignata Iosue, postquam omnes tribus acceperunt sortes suas, vt patet seq. c. s. cumque cōplesset terram sorte diuidere singulis per tribus suas, dederūt filii Israel possessionem Iosue filio Nun. Ergo non poterat ponere tabernaculū in vrbe sua, quia nesciebat, quæ ei danda esset.

Sed tunc dicet aliquis, ꝙ etiam nō fecit poni Iosue tabernaculum domini in Sylo, quia pertinebat ad sortem Ephraim, sed a casu fecit poni ibi, quia nesciebat ad quem tribum pertinere debebat, quia nondū terra diuisa erat sorte, sed postea cecidit in sortē Ephraim.

Hoc negandum est, prius enim data est sors tribui Ephraim, quam poneretur tabernaculum in Sylo. Quod patet, quia s̄. actum est de sorte Iudę Ephraim, & Manasse, hic aūt subditur de situatione tabernaculi in Sylo, ideo iam prouenerat Sylo in sortē Ephraim.

Sed aliquis forte dicet, ꝙ est anticipatio, vel recapitulatio. s. ꝙ primo fuerit positum tabernaculū in Sylo, quam diuiderentur sortes: fuit tamen mutatus ordo enarrandi, sicut sępe fit in sacra Scriptura.

Respondendū ꝙ non stat, quia solum manebāt septem tribus sine sortibus, quando fuit fixum tabernaculum in Sylo, vt patet hic, quia cum dictum fuerit de fixione tabernaculi subiungitur: remanserant autē septem tribus filiorum Israel, quę nondum acceperāt possessiones, & non erat Ephraim de istis septem, ꝗa postea assignantur sortes harum septem tribuum. j. & seq. cap. ergo iam acceperat Ephraim possessionē suam, & erat Sylo de sorte eius: vnde cum Iosue fecit poni tabernaculum in Sylo, iam pertinebat ad tribū Ephraim, & propter hoc fecit ibi poni.

Considerandum autem, quòd hoc tempore, quo fuit fixum tabernaculum in Sylo, inceperunt cęremonialia veteris testamenti obligare. Nam antequam Israelitæ introirent in terram Chanaan, non erant obligati ad aliqua cęremonialia, vt patet Deuterono. 12. vbi dicitur, ꝙ in deserto quilibet faciebat, quod sibi rectum videbatur, sed postquam transirent in possessionem, quam eis dominus daturus erat non debebant sic facere.

Item postquam ingressi sunt in terram Chanaan non fuerunt immediate obligati ad obseruationē, sed

F post habitam pacem deuictis hostibus, vt patet pręalleg. c. s. transibitis Iordanem, & habitabitis in terra, ꝗ dominus Deus vester daturus est vobis, vt requiescatis a cunctis hostibus per circuitum, &c.

Item dato, ꝙ esset pax data ab hostibus adhuc non obligabantur ad cęremonias immediate, sed primo erat locus assignandus pro sanctuario, & tunc poterant fieri sacrificia quotidiana, & votiua, atque spontanea, & oblationes cætereque ceremonię obseruarentur, quæ pertinebant ad sanctuarium. Etiam tunc poterant obseruari festiuitates, nam omnia festa habebant aliquam cęremoniam sacrificiorum, & sine illis non erat plena legis obseruatio. De hoc patet pręalle. G cap. s. non facietis ita domino Deo vestro, sed ad locū, quem elegerit dominus Deus vester de cūctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet ibi, venietis, & offeretis in illo loco holocausta, & victimas: ergo ante habitum determinatum locum in aliqua tribu pro tabernaculo non erat obligatio ad faciēdum cęremonias istas. post fixionem autem in Sylo cęperunt ibi fieri cęremonię legales sanctuarii, & conseruatæ sunt semper: etiam in toto Israel cęperunt cęremonialia obseruari. In isto loco Sylo māsit sanctuarium magno tempore. s. vsque ad tempus Eli sacerdotis. Nam 1. Regum 1. 2. & 3. atque 4. dicitur de Eli, & filiis suis, & de Samuele qūo habitarent in sanctuario dn̄i in Sylo: in senectute autem Eli capta est arca dn̄i a H Philisthijm, de quo. 1. Re. 4. & nunꝗ amplius rediit in Sylo, & ipse audito, ꝙ capta esset arca dn̄i, mortuus est cadens de sella, vt pręalle. c. postea aūt non legit factū sacrificium in Silo, nec stetisse ibi sacerdotes aliquos. Nam, de arca, ꝙ non redierit, patet, quia cum ablata est à Philisthijm stetit in terra eorū mensibus septē. 1. Reg. 6. & cum redijt venit in Bethsames eo. c. Et postea traslata est in Cariathiarim. 1. Reg. 7. Deinde venit in domū Obethedom Gethęi. 2. Reg. 5. postea translata est in domum Dauid. 2. Reg. 6. Inde autem fuit ad templum, ꝙ Salomon construxit traslata. 2. Paralipo. 1. c. De toto tabernaculo non sic patet. Satis tamē est verisimile, ꝙ post mortem Eli immediate, vel satis breuiter fuerit traslatum de Silo: nam non legit I postea Samuel, vel aliquis alius de sacerdotibus sacrificasse in Silo: ipse tn̄ ministrauit postea, & tempore Eli ministrabat accinctus Ephot. 1. Reg. 3. c. sed sacrificia faciebat Samuel ī Masphat, & Ramatha, & Bethlehem alijsque locis multis, vt patet. 1. Reg. 7. & 8. & 16. & fuit translatū istud tabernaculū in vrbe Nobe post Sylo. Nam tempore Samuelis regnauit Saul rex, & tamen tempore suo erat tabernaculum in Nobe, & omnes sacerdotes erāt ibi. Nam sacerdos magnus Achimelech dedit Dauid de panibus ꝓpositionis, ꝗ fuerant ablati de conspectu domini, cum transiuit per vrbem Nobe. 1. Reg. 21. cap. & ob hoc Saul fecit destrui vrbem Nobe. 1. Regum 22. cap. Satis ergo apparet, ꝙ post Sylo non fuerit sanctuarium in aliqua ciuitate ante Nobe, nec scriptura de alia meminit. Scien- *Saul fecit destrui vrbē Nobe.*
K dum, ꝙ Rabbi Salom. dicit sanctuarium fuisse in tribus ciuitatibus solum, & omnes has fuisse de tribu Beniamin, scilicet in Sylo Nobe, & Ierusalem, an vero in pluribus fuerit, declaratum est. Exod. 20. & Deuteronom. 12. sed ꝙ dicit istas tres vrbes sanctuarii fuisse in sorte Beniamin, falsum esse: nam Sylo in qua primo fuit tabernaculum non erat in sorte Beniamin, sed in forte Ephraim, vt patet Psal. 77. scilicet. Et repulit tabernaculum Sylo, tabernaculum suum, vbi habitauit in hominibus. Et postea sequitur: & repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit, sed elegit tribum Iuda, & montem Sion, quē dilexit, & ædificauit, sicut vnicornium sacrificiū suū. Vbi manifeste agit de Sylo abiecta, & de Ierl'm electa, vt maneat

neat in ea tabernaculum. Et vocatur ibi tabernaculũ Ioseph, tabernaculum, quod erat in Sylo in sorte Ephraim. De ciuitate Nobe etiam falsum est, ꝙ esset in sorte Beniamin: nam infra ponuntur ciuitates sortis Beniamin, sed non est inter eas. Item vr̃ magis pertinere Nobe ad dimidiam sortem Manasse ad orientẽ Iordanis: nam Num. 32. cum ponitur terra dimidię tribꝰ subditur: Nobe quoque perrexit, & apprehendit Nobe cum viculis suis, vocauitque eam ex noīe suo Nobe. Occasio erroris Rab. Sal. quantum ad vrbem Sylo fuit, quia in isto c. ponitur sors Beniamin, & hic dicit q̃ũo tabernaculum fixum est in Sylo, ideo putauit ptinere vrbem hanc ad Beniamin. De vrbe Ierusalem satis patet, ꝙ pertineat ad sortem Beniamin, vt patet ĩ. in litera, quamquam de hac aliquo mõ vr̃, ꝙ pertineat ad tribum Iuda, quia in ea habitauerũt filii Iudæ, vt patet supra 15. sed de hoc infra declarabitur. *Ibique fixerunt tabernaculum testimonij*. Ex quo patet, ꝙ ante hoc non erat fixũ tabernaculum in aliquo loco, sed mouebatur cum castris Israelitarum, nũc autem data pace, & existentibus locis, in quibus posset locari, fixum est in Sylo ex causa supra assignata, & iam non mansit tabernaculum istud in loco patenti flatibus ventorum, & pluuiis, sed in aliqua magna domo positũ est, sicut postea fuit positum Ierusalem intra templum, quod fabricauit Salomon. Tempore autem transacto erat in patenti, quia mouebantur Israelitæ per desertũ, vbi non poterant domus magnæ reperiri in quibus poneretur tabernaculũ. Et dr̃ de tabernaculo testimonii, est tñ intelligendum de toto sanctuario. s. de atrio, & de tabernaculo, & vtrunque vocatur interdum noīe tabernaculi. Vocatur tabernaculũ testimonii, quia in eo custodiebatur testimonium. i. tabulę legis: in q̃bus continebantur decem pręcepta data Israelitis, & quia istæ tabulę positę fuerant in arca, vt essent in testimonium ꝯ Iudęos, si aliq̃ñ vellent negare se recepisse legem a Deo. Q̃ũo aũt posset ex illis tabulis aliquid probari, declaratum est Exo. 20. c. & Leui. 1. Vocatur etiã tabernaculũ fęderis. i. in quo continebatur fędus, vel compositio facta inter Deum, & Israel: nam Deus pepigit cum Israel, ꝙ esset Deus eius, & daret ei specialia beneficia. Israelitę aũt pepigerant cum Deo, ꝙ obseruarent pręcepta illius. Exo. 19. c. & data sunt immediate pręcepta decalogi, quę scripta fuerũt in tabulis: ideo illę vocabantur tabulę fęderis. i. continentes fędus: & arca, in qua erant istę tabulę vocabatur arca fęderis, & tabernaculum ẽt vocabatur tabernaculum fęderis. *Et fuit eis terra subiecta*. i. terra Chanaan fuit tunc subiecta Israelitis, non repugnans, nec insurgens contra eos, postquam. n. confracti sunt ab Israelitis Chananęi in duobus grauibus bellis. s. reges quinq; apud Gabaon, supra 10. & multi alii reges postea apud aquas Meron, supra 11. c. non ausi fuerunt insurgere contra Israelitas, sed intra loca sua se tutabantur: pugnauerũt tñ Israelitæ magno tempore contra singulos reges in vrbibus suis septos, quousque fuit illis maxima pars terrę subiecta, de quo supra 11. Non tñ intelligendũ, ꝙ fuerit terra subiecta Israelitis, postquam tabernaculum fixum est in Sylo, sed prius cessauit terra a bellis, quam figeretur tabernaculum. Nam Deus non iusserat obseruari cęremonias legales, quæ erant principaliter in sanctuario, vsquequo esset pax in terra. Deute. 12. & patet hoc, quia istud tabernaculum fixũ est post distributionem sortium factã tribus Iudę, Ephraim, & Manasse, vt colligitur immediate. s. qa remanserunt tunc solum septem tribus, quæ nondum susceperant possessionem, & numerantur. ĩ. Sed anteq̃ daret possessio alicui tribui data est pax in terra, vt patet s. 11. & 14. s. cessauit terra a prelijs: ergo iã fuerat ab aliquanto tpe terra subiecta. Etiam intelligendum est, ꝙ terra fuit subiecta Israelitis nõ tota, sed maxima pars eiꝰ, manserunt tñ partes eius quędam nondum subiectę, de quibus supra 14. & quędam vsque ad magna tẽpora manserunt, sicut terra Philisthijm: magis tñ accipit terram esse subiectam. i. non esse repugnantem, quia a principio insurgebant Chananęi in pugnam, cum vero senserunt se viribus inferiores, non ausi sunt pugnare, & tunc fuerunt subiecti. *Remanserunt autem*. Hic ponitur secũdum principale. s. sortium distributio, & ponitur hic primo electio virorum describentiũ sortes. In quo sciendum, ꝙ data pace in terra Chanaan, & acquisita maxima parte terrę, filii Iuda accesserunt ad Iosue, & alios diuisores terrę petentes sortem, & data est, de qua supra 15. c. deinde petẽtibus filiis Ephraim, & Manasse sortes quoque concessæ sunt, vt patet supra 16. & præcedẽ. c. alię autem tribus non petebant hæreditatẽ sibi dari, ideo Iosue increpuit eas q̃ũo negligerent nõ accipere hęreditatem, & sic facta est distributio. *Filiorum Israel septem tribus, quæ necdum acceperant possessiones suas*. Erat Israel diuisus in 12. tribus, quę accepturę erant sortes: nam Leuitæ licet dicantᷣ vna tribus, tamen non acceperunt sortem inter alias tribus, vt patet supra 13. & 14. c. tribubus autem quinq; datæ fuerant sortes manentibus septem, quibus nondum fuerãt assignatæ: nam tribus Ruben, & Gad acceperant possessionem in terra duorum regũ Amorrhęorum ante Iordanem, vt patet supra 13. tribus aũt Iudę, & Ephraim acceperant possessionem in terra ad occidentem Iordanis dante illis Iosue, vt patet supra 15. & 16. dimidia aũt tribus Manasse acceperant possessionem ante Iordanem, & alia dimidia post Iordanem, de primo. s. 13. de 2. pręce. c. manebant ergo solũ septem tribus accepturę possessiones, de quibus. ĩ. & seq. c. & istis fuit terra residua diuisa, & aliquid de eo, quod iam concessum fuerat aliis tribubus his datum est, sicut patet de tribu Iuda, quę suscepit magnã sortem, & pars illius fuit data tribui Symeon in sortem. *Ad quos Iosue ait*. Ad locum Sylo venerunt oẽs Israelitę cum fixum est tabernaculum, sicut ad honorẽ dedicationis Ecclesiæ, potissimũ, quia illud sanctuarium erat vnicum in tota terra Israel, & tunc primo figebatur. Et q̃q̃ nõ conuenerint illuc oẽs viri, & fęminę de toto Israel conuenerunt tñ multi de qualibet tribu, & forte maior pars, & tũc ꝯgregauit Iosue tribus has septem, quæ nõ acceperant possessionem, & locutus fuit eis hęc. *Vsquequo marcetis ignauia*. i. vsquequo estis pigri non introeuntes ad possessiones vestras. s. nõ petitis possessiones, sicut alię tribus petierant, & susceperunt. Sciendum aũt, ꝙ istæ tribus non petebant possessiones, quia nihil eis deficere videbatur, etiam cũ nondum petijssent possessionem: nam fuerat eis subiecta maxima pars terrę Chanaan extirpatis inde hostibus, & hanc possidebant tribus istę pro indiuiso, & quia terra satis lata erat, sufficiebat cuilibet ad habitandum, & colendum, nec multum curabãt propria possidere. Potissime, quia diuidere erat quidam labor, cũ deberet primo terra describi, vt infra factum patet, qa tñ augeretur populus ad maiorem modũ in breui: non caperentur quiete in terra insurgentibus litigiis de possessione: ideo, vt tollerentur hęc, debuit terra diuidi, & tunc licet veniret ad magnam multitudinem q̃libet tribus, & esset ei locus angustus, quia tñ essent designatæ possessiones cuilibet, nemo hẽret occasionem conquerendi. Etiã Deus iusserat, vt diuideret terra ꝑ sortes, & cuilibet tribui assignaretur sors. Nume. 26. ideo debuit diuidi dato, ꝙ aliter possideri posset: erat enim necessaria distributio certarum possessionum ad manendum distinctionem inter tribus. Si. n. pro indiuiso possiderent, & cõmutari possent hęreditates, nõ posset ꝑmanere certitudo in tribubus quãtũ ad

Sortiũ distributio.

ad distinctionem, sicut nunc vbi obseruantur iura primogeniturę permanet aliquod genus semper cognitum, ad qđ pertinet aliqua determinata possessio. Vbi aũt non est tale ius, permiscentur hereditates, & progenies, & cito perdito nomine progenitorum, velut aborigines fiunt. In Iudeis aũt Deus voluit semp manere distinctionẽ tribuum, vt patet Nu. 36. & ob hoc non miscebantur diuersarum tribuum cõnubia, vt patet ibidem. ēt possessiones non poterant vendi in ęternũ, sed redibat possessio in iubileo ad primũ possessorem. Leu. 25. c. ad quid aũt Deus volebat obseruari in tribubus distinctionem semper declaratum est. Leui. 25. c. ad Messiam. n. hęc pertinebant. *Et non intratis ad possidendam terram.* Non est intelligẽdum, ꝙ ipsi essent extra terram hanc, q̃ possessuri erant, nam pręter eam, & terram tribuum Iudę Ephraim, & Manasse, nulla erat in tota terra Chanaan, sed ipsi non erant in sortibus aliarum tribuum, quia non caperet eos terra ad habitandũ, & colendum agros: ergo erant in terra ista indiuisa, q̃ habituri erant. Si dicatur, ꝙ non intrabant in eam. i. ꝙ non incipiebant possidere illam determinate: intrare. n. ad incipientes pertinet, ideo non tñ intelligendũ est, ꝙ nondum cęperant possidere tribus istę terram hanc, quia morabant̃ in ea, sed quia nondum possidebant eam determinate, sed pro indiuiso, dicebatur, ꝙ nondũ introierant ad possidendum. Sic dr̃ de Chananęis preced. c. ꝙ cępit habitare Chananęus in terra filiorum Israel. s. in terra Ephraim, & Manasse, & tñ semper habitauerant Chananęi in terra illa, ēt antequam venirent Israelitę, nec vnquam desierant possidere illam, vel morari, dicebantur tñ incipere morari in terra Israelitarum, quia ante hoc habitabãt Chananęi in terra illa, tanquam sua, & post hoc habitauerũt in ea, tanq̃ in terra hostium. s. Israelitarum, & quia hoc nouum erat, dicebant̃ incipere habitare in terra Israel. In hoc increpabat Iosue tribus istas. s. quare non conabantur ad diuisionem terrę, vt inciperent hr̃e singulas sortes proprias. *Quam dominus Deus patrum vestrorum tradidit vobis.* Dicebatur terra tradita, quia iam fuerant deuicti hostes, & de maiori parte eius fuerant expulsi. Nec solum dicitur hic tradita terra, de qua Iudæi iam occiderant habitatores, sed tota terra Chanaã, quia de nulla parte eius hostes non audebant insurgere. Etiã patet, quia tota terra diuisa est, tã illa, quę capta erat de manibus hostium, quam illa, quæ tenebatur ab eis: sic. n. iussit Deus. s̄. 13. & Iosue postquam sic fecit. Nã in sorte Iudæ fuerunt multa, quę nondum capta fuerant. s. tota terra Philisthinorum, & multa alia loca, de quibus declaratum est. s̄. 15. capitu. idem patet in sorte Ephraim quantum ad vrbem Gazer. s̄. 16. Idẽ in tribu Manasse quantum ad multa loca, supra pręced. capit. *Eligite de singulis tribubus ternos viros*, i. de qualibet tribu dentur tres viri ad opus descriptionis sortium. Qñ. n. aliquid commune fieri debebat a singulis tribubus erant viri assumendi, sic qñ in deserto Sinai in cõfirmatione legis facta sunt sacrificia, fuerunt 12. tituli p 12. tribus Israel, & missi sunt iuuenes de omnibus tribubus Israel ad faciendum sacrificia, vt patet Exo. 24. Itẽ cum exploratores missi fuerunt in terram Chanaan de qualibet tribu missus est vnus vir. Nu. 13. Item qñ voluerunt confirmare legem ponendo benedictionẽ & maledictionem, omnes tribus hoc fecerunt, s. sex ad vnam partem, & totidem ad aliam: Deutero. 27. c. Item in transitu Iordanis 12. viri eduxerunt lapides 12. ad portãdum in locum castrorum, & totidem de eis, qui erant in ripa posuerunt in alueo, & hoc singuli viri de singulis tribubus, supra 3. & 4. ita hic describere terram erat aliquid commune, ideo de singulis tribubus mitti debuerunt viri ad hoc exequendum.

Qñ aliqd cõe decernendum erat in Israel de qualibet tribu viri assumẽdi erãt.

F *An de singulis tribubus viri assumpti sunt ad diuidendum terram pro septem tribubus, vel solum de 7.* Quæst. II.

Sed dubitabitur an fuerunt viri de singulis tribubus. i. de omnibus tribubus 12. vel de singulis. i. solum de illis, quæ non acceperant possessionem, & erant septẽ. Dicet aliquis, ꝙ de omnibus tribubus missi fuerint viri, qa litera dicit de singulis tribubus. ergo etiam tribus illę, quę acceperant possessionem miserunt viros ad descriptionem hanc. In contrarium videtur, ꝙ de solis tribubus, quę nondũ acceperant sortes missi fuerint viri, quia ad tribus has solum pertinebat hoc negotium. Dicendum est, ꝙ de omnibus tribubus fuerint missi viri, & de qualibet tribu tres viri: erat enim multum conueniens eos mitti, nam iustius isti in hac parte iudicarent, quam illi, quarum intererat. s. ꝙ accepturi erant aliquam sortẽ. Nemo enim bene de suis iudicat, quia quilibet sibi nimis fauet, & cum de qualibet tribu essent tres, si solũ essent de tribubus illis, quę acceptutę erãt sortes, vellet quilibet pro tribu sua maiorem, quam pro cæteris assignare sortem, & quolibet p se volente, iurgij materia oriretur. Cum autẽ essent aliqui iudices de alijs tribubus, quæ iam acceperant sortes, iudicarent iuste, quia nihil intererat horum sic, vel sic iudicare, cũ vtilitas, vel damnum rei iudicatæ non eis, sed alijs tribubus prouenire debebat. Et istę erant quinque tribus, quę iam acceperant possessiones, de quibus viri 15. assignati sunt in iudices de qualibet tribu datis tribus viris. De tribubus autem, quę accepturę erant sortes, fuerunt iudices 21. quia tribus erant septem, simile autem fuit in iudicibus diuidendę terrę Chanaan: nam terra Chanaan erat ad occidentalem plagam Iordanis, & fuit data nouem tribubus, & dimidiæ, cum duę tribus, & dimidia accepissent sortes, viuẽte Moyse, ante transitum Iordanis, supra 13. & hic in litera, & tamen ad diuidendum terram nouem tribuum, & dimidiæ dati sunt a Deo iudices 13. s. vir vnus de qualibet tribu, vt patet Nume. 34. c. ita ergo hic esse debuit. Iubentur autem isti viri esse terni de qualibet tribu, quia negotium erat satis magnum, scilicet, vt diligenter annotarent terminos terrę totius, & describerent loca, atque mensuras, vt cuilibet tribui proportionaliter daretur sors ad quamlibet aliam tribum. Fuerũt autem viri isti 36. s. de qualibet 12. tribuum viri tres, & simul ibant considerantes loca, & magnitudines regionum, vt distribuerent terram in partes septem pro residuis tribubus.

G, H, I

An isti diuisores terræ, qui hic eliguntur sint alij ab illis, qui primo assignati sunt a Deo. Et ad quid dati fuerunt 36. viri de tribubus in secunda diuisione terræ Chanaan, an per septem tribus. Quæst. III.

K Quaeret aliquis an sint isti viri diuisores terrę alii ab illis qui dati fuerãt in diuisores: Deus. n. statuerat diuisores. Num. 34. Dicet aliquis, ꝙ ipsimet erant, quia cum Israelitę haberent terrę diuisores, frustra esset capere alios. Itẽ non poterant Israelitæ mutare pcepta, sed Deus determinauerat certos diuisores. Nu. 34. ergo nõ ponerent Israelitę alios. Rñdendum est, ꝙ isti non erãt illi quos Deus statuit in diuisores. Nam si fuissent illi nõ eligerentur nunc nouiter, quia iam a Deo erant electi, & nominatim dati, vt patet palle. c. dixit tñ Iosue, ꝙ eligerẽt nunc viros de singulis tribubus: ergo erãt alii viri. Itẽ illi quos Deus posuit erant duodecim. s. de qualibet tribu vnus, & simul Iosue & Eleazarus summus sacer-

sacerdos Nume.34. hic autem iubentur eligi de qualibet tribu tres, scilicet 36.ergo non erant ijdem. Sed tunc stat argumentum, scilicet quomodo Iosue fecit alios diuisores terrę, cum Deus iam 12.statuisset, & solum misit ad diuidendum illos, qui nouiter fuerant electi. Respondendum est, quòd Iosue non priuauit alios diuisores terrę iure suo, quia erant distincta officia diuisorum datorum a Deo, & istorum. Nā Iosue nunc iusserat viris his, vt totam terram lustrarent, & diligenter cōsideratis locis, & magnitudine regionū describerent septem partes in libro, sed isti nihil amplius faciebant. Ad Iosue autem, & cęteros iudices diuisores datos a Deo pertinebat mittere sortes, & approbare diuisiones istas, vel non approbare, quod colligitur ex litera, quia Iosue dixit viris istis, vt circuirent terram describentes eam, & quòd reducerent ad eū descriptionem in Silo, vt poneret sortes, & sequitur postea, ꝙ Iosue diuisit terram illā filijs Israel in septē partes: id tamen, quod dicitur fecisse Iosue etiā faciebant alij iudices dati a Deo, cum omnibus simul data esset potestas Nu.34.ergo, quamquā isti viri 36.nunc electi ad describendum terram totam facerēt aliquid pręcedens ad diuisionem terrę, tamen non erant ipsi diuisores terrę, sed illi, quos Deus dederat.

Aliter responderi potest, quòd nō tollebatur iurisdictio priorum, quia istud mādatū datum hic a Iosue fuit de consensu, & auctoritate aliorum diuisorum terrę, & cum ad eos pertinerent omnia, quę erant in diuisione sortiū, delegauerunt vices suas alijs quantū ad aliquid, scilicet quantum ad descriptionem terrę solum: ipsam tamen diuisionem terrę, & positionem sortium fecerunt diuisores dati a Deo. Sic est apud iudices ordinarios, qui possunt delegare causas alijs, & interdum non delegant totam causam, sed aliquem articulum, vel totam causam quantum ad cognitionem, sed non ad sententiandum diffinitiuè.

Vt mittam eos. Noluit Iosue eligere viros, sed permisit populo eligere, vt magis sic fieret ad voluntatem populi, cū per illos res fieret, quos populus elegisset. Etiā, quia ad hoc erant necessarij viri industrij, & melius poterant singulę tribus cognoscere viros, qui in eis erant, quam Iosue. Sic etiā fecit Moyses quando constituit iudices Israelitis in deserto: nō enim elegit ipse eos, sed dimisit populo eligendos, ipse autem cōfirmauit, vel potius instituit eos in iudices, vt patet Exo.18. & Deutero.1. Sic etiā factum est cum electi sunt 70. seniores in deserto post electionem primorum Iudicum, de quo Nume.11.c. De missione autē exploratorum 12. in terram Chanaan eodem modo videtur dicēdum, quòd populus elegerit illos, quamquam nō satis patet an Moyses eos elegerit, vel populus Nume.13. & Deute.1.

Vt mittam eos. Scilicet postquam eligeret eos populus debebat Iosue dare pręcepta ipsis de modo describendi terram, vt referrent descriptionem ad eum.

Et pergant atque circumeāt terram. Idest isti iuerūt per totam terram, & considerauerunt ad distinguendum in portiones proportionabiles singulis tribubus, & tamen non solum circuierunt terram, quę erat nondū diuisa, sed etiā terram diuisam in sortes, scilicet sortē Iudę Manasse, & Ephraim. Quod patet, qa iussum est his, vt diuiderent totam terram residuam in septem portiones pro septem tribubus, quę nondum acceperant possessiones. Si tamen ipsi solam terram nōdum diuisam perambulassent, illam in septem partes diuisissent: solum tamen diuiserunt illam in sex partes, & partē septimam fecerunt de terra, quę iam diuisa erat, scilicet de parte, quę ceciderat in sortem filiorum Iuda. Nam de terra illa absciderunt particulam quādam quę fuit data Symeoni in sortem, vt patet sequent.c.

A ergo illam quoque perambulauerūt. Vnde dicendū est, quòd isti viri 36.dati sunt, vt totam terram Chanaan lustrarent, & considerarent eius magnitudinem atque consideratis multitudinibus in qualibet tribu designarentur proportionaliter sortes earum. principaliter tñ mittebantur ad terram illam, quę diuidēda manebat, vt septem tribus haberent possessionē, quę nihil adhuc acceperant, sed quia nō poterat terra proportionaliter diuidi inter tribus, nisi tota cōsideraret., vt, si forte aliquid assignatum fuisset in sortibus supra datis, corrigeretur. Et sic factum est, nam cum totam terram perlustrassent diuidentes eam proportionaliter inter omnes tribus repererunt tribum accepisse

B maiorem sortem cęteris tribubus pręter proportionem: ideo cum venissent ad Iosue absciderunt particulam quandam de sorte Iudę: in qua datus est locus tribui Symeonis, & sic fuit reducta ad proportionalitatem cum alijs tribubus. In tribu autē Ephraim, & Manasse non respectum est aliquid maius esse pręter proportionem nec minus: ideo nihil de eis abscisum fuit, vt daretur alijs, nec additū illis de terra, quę residua erat. Sciendum tñ, ꝙ isti viri circumeuntes terram non lustrauerunt totam terram, quam acceperāt in possessionem Israelitę, sed solam terram nouem tribuum, & dimidię, quę vocatur terra Chanaan, & est ad occidentalem plagā Iordanis: terram aūt duorum regum Amorrhęorum in qua erant duę tribus, & dimidia non lustrauerunt, quia etiā si illę tribus ha-

C berent aliquid de terra super proportionem ad alias tribus, non poterat Iosue hoc corrigere reducendo ad proportionē cum alijs tribubus, quia Moyses diuiserat terram illam, Iosue aūt solum data est potestas diuidendi terram Chanaan nouem tribubus, & dimidię, in quam non introiuit Moyses. Etiā si terra duarum tribuum, & dimidię esset minor pręter proportionem terra aliarum nouem tribuum & dimidię, nō adderet ei Iosue, quidquam trans Iordanē, quia istę tribus, cum petierunt primo hæreditatem ad orientalem partē Iordanis, vt permitteretur eis eligere ibi possessionem, renunciauerunt toti iuri suo, quòd habebant in terra ad occidentalem partē Iordanis, vt patet Nume.32. scilicet, nec quidquam quęrimus trans Iordanem, quia iam habemus possessionem nostrā

D in orientali plaga eius, & confirmauit Moyses eorum dictum, ideo nō māsit eis aliquod ius possidēdi quidquam post Iordanem, & consequēter nec Iosue obligabatur eis quidquam dare de possessione quamuis portiones eorum minores essent portionibus aliarū tribuum: nec solum non obligabatur dare, sed etiā nō poterat, etiā si vellet, quia in hoc adimeret ius alijs tribubus. Nam cum duę tribus, & dimidia renunciauerunt iuri, quod habebant in terra ad occidētalē partē Iordanis, acquisitum fuit ius reliquis tribubus: ideo si nunc Iosue de terra hac daret quidquam duabus tribubus, & dimidię, quia haberent minores portiones illud tolleret alijs tribubus, scilicet nouem, & dimidię in quo iniuste faceret. Hanc ergo non lustrauerunt,

E quia nihil proficiebat circumire eam, & hoc patet aliqualiter ex verbis, quę infra habentur, scilicet, quòd Gad, & Ruben, & dimidia pars Manasse iam acceperunt possessionem. In quo videtur, quòd iubebat, ne computarentur sortes harū tribuum, quia iam determinatè acceperant possessionem suam. De Iuda autē, Manasse, & Ephraim nō dicitur, quod non computarentur, & tamen istis fuerant datę hęreditates, ergo non erant penitus limitatę partes harum tribuum, scilicet, quòd aliquid poterat addi, & aliquid minui: partes autem Gad, Ruben, & dimidię tribus Manasse limitatę erant, ideo non lustrauerunt eas, sed totam terram nouem, & dimidię. Sciendum autem, quòd

isti viri ambulauerunt non solum terram, quę iam capta fuerat de manu hostium, sed etiam terram, quę nequaquam capta fuerat: nam hic diuisa est tota terra Chanaan, siue capta, siue nō capta, vt patet in sorte Iudę Ephraim, & Manasse: idem de alijs sortibus, cum in qualibet earum essent aliqua loca, quę nondum capta fuerant de manu hostium, vt colligitur de sorte Beniamin in qua Ierusalem non capta fuit, & in tribu Simeonis aliquę vrbes adhuc detinebantur ab hostibus, sicut vrbs Sicelech, quę pertinuit ad Philisthinos etiam vsque ad tempus regis Dauid: ipse enim cum fugit a facie Saulis ad regem Geth mansit in ciuitate Sicelegh, vt patet. 1. Reg. c. 27. & 30. quia dederat ei rex vrbem illam, in qua maneret, & sic de singulis tribubus, sed omnia loca ista ad sortes ēt pertinuerūt cū tam terra capta, quam non capta venerit in diuisionē, G vt patet supra 13. ca. ergo necesse est, ꝙ per illam totā ambulauerint, & descripserint singula loca atque magnitudinē regionis, alioquin nesciuissent distinguere terrā in partes proportionales tribubus ipsis, nec oporteret aliquam terrā circumire, nisi totam circumiuerint, quia relicta aliqua terra, quam non mensurarent sequeretur eodem modo error cum totam terram diuiserint.

Quomodo perambulauerunt Israelitæ terram hostilem ad mensurandam eam. Et quid hic signet, & importet circumire.
Quæst. IIII.

SED tunc stat difficultas de modo, quo perambulauerunt Israelitę terram hostilem ad mensurandā eam. Aliquis forte dicet, ꝙ circumierunt terram illam, sicut prius circumierunt exploratores, qui missi sunt de Cadesbarne quibus iussum est, ꝙ lustrarent totam terrā. Nume. 13. c. Respōdendum est non stare sic propter duo. Primo, quia Israelitę nō poterant nunc latere, sicut latuerant exploratores introeuntes in terram illam, quia ipsi exploratores nō perambulauerunt singulas vrbes, aut singulas partes terrę, sed processerunt, quasi directe a latere meridiano vsque ad latus septentrionale. s. a deserto Sin vsque Roob intrantibus Emath, quę sunt extremitas meridiana, & septentrionalis, vt patet Nu. 13. & non ingrediebantur in vrbes nisi rarissime, sed peruenientes ad montes altissimos contemplabantur inde terram reliquam ad omnem positionem: sic enim iussum fuerat eis, vt patet Nu. 13. s. cumque veneritis ad montes altissimos considerate terram, qualis sit &c. Isti aūt viri, qui nunc mittebantur necessario debebāt ire ad omnia loca, & considerare per se quamlibet regionem, vt singulis tribubus proportionaliter terram diuiderent, vnde hoc facientes latere non poterant. Secundo non potest stare, quia cum venerunt exploratores de Cadesbarne in deserto ad terram Chanaan non cognoscebant Chananęi Israelitas, quia nunquā ad eos accesserant nec contra eos pugnarant, ideo existentes quasi securi non tantum aduerterēt ad 12. exploratores missos, cum vero nunc viri isti 36. s. terni de singulis tribubus ituri erant ad describendum totā terram cognoscebant omnes Chananęi Israelitas vt contra eos multis annis pugnassent, & morarentur inter eos, ideo non possent latere inter eos, etiam si cautissime incederent: si igitur modo hostili se haberent, videtur, ꝙ non erat possibile, vt isti incederent per terram hostilem ad describendum eam. Dicēdū aūt satis videtur, ꝙ Israelitę, & Chananęi haberent interdum temporales bellorū inducias, & tunc liceret Chananeis incedere per terram Israelitarum, & Israelitis per terram Chananęorum, & sic posset tota terra describi, quia fortassis viderentur Israelitę ad aliud

F negociari, & hoc simulate agerent. *Et circumeant terram.* Non accipitur circumire pro in circuitū ambulare, quia non sufficiebat ad describendum tribuum possessiones, sed necesse erat singula loca videre, & locorum confinia atque agros, sed accipitur circuire. i. perambulare. s. per totam illam incedere nullam regionem, aut vrbem relinquendo. *Et describāt eam iuxta numerum vniuscuiusque multitudinis.* Idest quālibet portionem terrę faciāt secundum proportionē ad multitudinem Israelitarum. Iste est modus diuisionis terrę postea per sortes accipiendę.

Quomodo fiebant sortes pro singulis tribubus, & an essent inutiles data diuisione terrę, quæ habetur hic, & de modo ponendi sine inconuenienti. Et quomodo fiebat sors in tribubus pro familijs.
Quæst. V.

QVAERETVR circa istas sortes tribuū quomodo fiebant. Aliqui respōdēt, ꝙ isti missi ad describendum terram considerauerunt magnitudinem eius, & multitudinē cuiuslibet tribus, & vt eam diuiderent in nouem partes, & dimidiam, posuerunt proportionalitatem, vt sicut se habebāt istę tribus inter se in differentia multitudinis, ita se haberent in differentia magnitudinis terrę, & sicut aliqua tribus erat dupla ad aliam in multitudine, & aliqua tribus se habebat ad aliam in sexquialtera proportione, & sic variantur: ita se haberēt portiones H terrę in dupla, vel sexquialtera, & sic de varijs proportionibus, & tunc nulla tribus grauaretur recipiens pręter proportionē. vtpote si aliqua reciperet magnā possessionem, alia aūt valde paucam, & huic consonat litera ista. s. ꝙ diuideretur terra in partes secundum numerum vniuscuiusque multitudinis. Contra hoc aliqui arguent. s. ꝙ non stet, quia tūc nō videtur quomodo ponātur sortes, iussum fuit enim, ꝙ omnia sorte diuiderentur. Nu. 26. & infra dicitur, ꝙ Iosue mitteret sortes coram domino, & tñ si secundum multitudinem cuiuslibet tribus separaretur vna portio conueniens ei, & sic de cęteris tribubus foret iam manifestum cui tribui, quę pars prouentura foret, & sic essent sortes inutiles. Item essent amplius nociuę, quia I data tali diuisione si ponerentur postea sortes, accideret, ꝙ pars, quę separata fuerat pro aliqua tribu magna, eueniret alicui paruulę, & ē contrario, ꝙ magnā fecisset deordinationem. Alij dicunt aliter. s. ꝙ tota terra fuit diuisa in portiones ęquales, nec recepit magis vna tribus, ꝗ̄ alia, sed postea, quia quęlibet tribus habet multas familias, & domos fiebat diuisio inęqualiter, & ista non fiebat per sortes. Primo ponebantur sortes. s. inter sortes, & hoc nō erat incōueniens, quia cum essent sortes ęquales, dato, ꝙ alicui proueniret vna, & alteri altera, non videbatur esse hoc inconueniens, sicut si pars magna assignata pro tribu maiori data sorte proueniret tribui minori. Item non erant hic superfluę sortes, quia cum essent partes ęquales K non videbatur, quę pars cui tribui conueniret, & sic erant opportunę sortes. Dicendum tñ est, ꝙ sortes ponebantur primo modo, quo supra dictum est, & hoc inducitur ex litera Nu. 26. c. cū dicitur pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem: singulis secundum, ꝙ nunc recensiti sunt tradetur possessio: ita duntaxat, vt sors terram tribubus diuidat, & familijs, & quidquid sorte contigerit hoc plures accipient, vel pauciores. Ex hac litera necessario duo innuūtur. s. diuisio inęqualis, & tñ sors. Primum patet cum dicitur: pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem: in quo patent duo. Primum, ꝙ forent portiōes inęquales, secūdū, ꝙ nō essēt incertę, sed quādo, quę-

quęlibet portio diſtingueretur ab alijs,& fieret magna vel parua:aſſignaretur alicui tribui per cuius collationem acciperetur magnitudo ſua, vel paruitas, & hoc antequam ſors aliqua poneretur. Secundum principale erat ſors ad tollendum omnes contentiones ſuper portionibus diſtinctis,aſſignatis diuerſis tribubus. Hoc idem apparet hic.ſ. & deſcribant eã ſecundum numerum vniuſcuiuſque multitudinis.i.ꝙ tota terra diuideretur per tribus, quę accepturę erant hereditates, & hoc non ęqualiter, ſed ſecundum numerum vniuſcuiuſque multitudinis.i. ſecũdum differentiam multitudinis cuiuslibet tribus in viris accepturis hęreditatem: ita ſit proportionata pars ei aſſignanda, & poſtea dicitur, ꝙ deſcriptis iſtis partibus ſic ponerentur ſortes ſuper illas,& factum eſt,quia cum attulerũt viri iſti deſcriptionẽ factam, Ioſue poſuit ſortes corã domino in Silo pro omnibus partibus, & facta eſt ſic diuiſio. Non ergo fuit diuiſio facta per ęqualia, & tũc cum ſortes ponẽdę eſſent, illa ſors,quę aſſignata fuerat alicui tribui proueniebat illi. Erat autem modus, ꝙ primo tota terra diuideretur in tot portiones quot erant tribus accepturę poſſeſſionẽ, & ante hoc conſideraretur tota magnitudo terrę poſſidendę, vt videretur, ꝙ diuiſa terra illa in nouem partes,& dimidiam proportionales ad nouem tribus, & dimidiam quantũ pro ſingulis de terra accipiendũ erat, & deſcriptis terminis omnium ſortium fuerunt poſitę ſingulę ſortes in ſingulis cedulis, & quęlibet tribus mittebat manum in inuolucrum cedularum,& ſors,quę proueniret in manu accidebat illi tribui, quia tamen a Deo dirigebantur iſtę ſortes proueniebat cuilibet tribui illa portio,quę in diuiſione pro ea fuerat ſegregata,& ſic nõ accidebat error, ſed quęlibet tribus ſortiebatur proportionale ſibi. Dicendum autem magis in particulari, ꝙ antequam ponerentur iſti viri, qui circumirent terram ad diuidẽdum eam in partes,fuerant aſſignatę tres ſortes intra terram Chanaan.ſ.tribui Iudę, & Ephraim, & dimidię tribui Manaſſe, & quia non cõſtabat an iſtę tribus accepiſſent portiones proportionales ſecundũ magnitudines partium conuenientium alijs tribubus,iuſſum eſt,vt iſti viri totam terram perambularent.ſ.vt diuiderent eam in ſeptẽ partes.ſ. ad faciẽdum ſeptem portiones nouas pro ſeptem tribubus, & vt ęquarent ſecundũ proportionẽ eas cum alijs, quę factę extiterãt demẽdo, vel addendo: cum aũt perambulauiſſent viri totam terrã Chanaan, velut nihil diuiſum foret ad diſtribuendum in nouem partes proportionales, inuenerunt terram reſiduam non eſſe proportionalem diuiſibilem in ſeptẽ ſortes, & ſortem Iudę pręter proportionẽ eſſe cęteris maiorem,ideo de illa deciſum eſt aliquid.ſ.tantum quantum ſufficeret tribui Symeon, vt patet ſequ.c. reliqua aũt terra, quę nõdum fuerat diuiſa fuit in partes diuiſa ſex pro ſex tribubus:ſors autem Ephraim,& Manaſſe erant proportionales ipſis tribubus, ideo nihil de eis deciſum eſt, nec quidquã additũ fuit. Deinde ſegregatis partibus iſtis,quia pars Iudę per ſeparationem cuiuſdam portionis manebat proportionalis ipſi tribui, non fuit poſita vltra ſub ſorte. Idem de partibus Manaſſe,& Ephraim: nam iam fuerãt poſitę ſortes pro his. Manebãt ergo ſolũ ſeptẽ portiones, q̃ nunquam fuerant poſitę ſub ſorte, & iſtę partes deſcriptę fuerunt in cedulis ſeptem, poſitęque in inuolucro coram domino in ſanctuario in Silo:tunc fortè fuſis precibus ad dominum, vt declararet per ſortes has de ſingulis portionibus,quibus tribubus prouenire vellet illas,miſit quęlibet tribus manum in cedularum inuolucrum, & quamcunque cedulam tribus quęlibet eduxiſſet hanc poſſeſſionẽ recipiebat: factũ eſt autem tunc, vt quęlibet tribus educeret cedulam

A continentem ſortẽ,quę ei proportionalis erat,& hoc quia Deus mouebat manus miſſas in inuolucrum ad accipiendum, quod conueniebat, & hoc quia ſortes mittũtur in ſinũ, ſed a domino temperantur:Prouer. 16.c.potiſsimè, quia iſtę ſortes fiebant cũ ſolẽnitate.ſ. coram domino in ſanctuario: ſic enim patet infra.ſ. ꝙ Ioſue poſuit ſortes has coram domino in Silo, & veriſimile eſt, ꝙ Deus per eas indicaret, quod vellet. Et,qđ amplius eſt.iſtę ſortes poſitę fuerunt Deo iubẽte:Nu.26.c.ſ.Ita dumtaxat, vt ſors terrã tribubus ſorte diuidat. Nõ eſt ergo vllatenus veriſimile,ꝙ inutiles eẽnt ſortes, cũ dñs eas iuſſiſſet poni, ſed eẽnt inutiles ſi Deus non ſignaret per eas ſpecialiter voluntatem

B ſuam,dans vnicuique tribui,ꝙ cõueniebat,ſed eſſent, vt ſortes cõmunes diuiſorię ſine vlla ſolennitate, aut iuſſu Dei poſitę:ergo monſtrabatur per eas diuina voluntas, ita, ꝙ per eas cuilibet tribui proueniret id, ꝙ determinatum fuerat de portione proportionaliter. Ad argumenta duo contra iſtam põnẽ reſpondendũ eſt. Ad primum cum dicitur,ꝙ hoc dato ſortes eſſent inutiles, quia iam cognoſceretur, quę pars cui tribui proueniret, cum ſecundũ multitudinem cuiuslibet tribus fierent portiones, & hoc ſufficiebat non datis ſortibus. Reſpondendum eſt, ꝙ iſte modus erat conueniens, non quidem ex neceſſitate diuiſionis,ſed ad tollendum contentiones: nam, q̃q̃ eſſent portiones diuiſę proportionaliter ſecundum magnitudinem, & multitudinem tribuum, aliqua tribus crederet ſe grauari exiſtimans non dari proportionaliter,vel ꝙ ex fa-

C uore diuiſa fuit alteri tribui maior pars. Si aũt Deus ſuper hoc ſententiaret confirmando, non haberent occaſionem de hoc conquerendi: ideo voluit Deus,vt ſic diſpoſitis partibus proportionalibus ponerentur ſortes, & cui aliqua pars proueniſſet, cenſebatur prouenire, quia Deus hoc egiſſet, & hoc erat valde magnum, qualitercunque autẽ aliter fieret diuiſio, non tolleretur occaſio iurgiorũ ab Iſraelitis, ideo ipſe cognoſcens huius populi imperfectionẽ iuſſit poni ſortes. Ad ſecundum cum dicitur,ꝙ iſtę ſortes erant nociuę,quia poſſet pars magna,quę ſegregata fuerat alicui magnę tribui prouenire ſorte alicui tribui paruę, & è contrario,& ſic omnia cõfunderentur. Reſpondẽdũ,ꝙ ſi iſtę ſortes diuiſorię eſſent de communibus,

D quę ſola humana ponũtur voluntate,contingere poſſet hoc:erant tamen poſitę cum ſolennitate, & iuſſu Dei:ideo non poterat prouenire alia portio alicui tribui,quam illa, quę fuerat ei aſſignata, quia Deus mouebat manus miſſas in inuolucrum ad accipiendum portionem illã, quę fuerat aſſignata, & proueniebat cedula illa in qua erat talis portio. Et patet manifeſte ex litera Nu.26.cum dicitur:Pluribus maiorem partẽ dabis, & paucioribus minorem, ita duntaxat, vt ſors tribubus terram diuidat: ſi ẽñ ipſe non faceret ſortem inuariabiliter prouenire tribui cui fuerat talis portio aſſignata,erat tale pręceptum inutile:ergo neceſſe eſt dicere, ꝙ ipſe inuariabiliter faceret ſortes prouenire ſecundum aſſignatas portiones,& ſic ipſa ſors ſecundum ſe erat inutilis quantum ad determinationem,

E ꝗa illa portio, quę iudicio diuiſorũ ſegregabatur pro aliqua tribu, illa neceſſario prouentura erat ei, etiam ſi nulla ſors poneretur, & ſi poneretur ſors non deficeret ab hac aſſignatione: fiebat tamen ſors propter ablationem iurgiorum,vt dictum eſt. Alia poſitio de ſortibus non poteſt ſtare.ſ.ꝙ ponerentur diuiſiones ęquales terrę pro ſingulis tribubus, & tunc darentur ſortes, & ſeruaret maioritas, & minoritas quãtũ ad diſtributionẽ inter familias, & nõ inter tribus. Multipliciter errat iſta poſitio primo, ꝗa dicit fuiſſe ęqualitatẽ partiũ datarum omnibus tribubus: hoc enim videtur eſſe valde iniuſtum, nã aliqua tribus erat dupla, & ma-

& magis, ꝗ̃ dupla ad aliã, vt patet ex computationibus duabus, quę habentur Nu. 1. & 26. Itẽ falſum eſt, quia quibuſdam tribubus dabantur multę vrbes, & alijs dabantur paucę; nam ſors Iudę accepit plures vrbes, quã duę, vel tres de alijs, vt patet comparando vrbes, quę habentur ſupra 15. ad eas, quę habentur hic in ſorte Beniamin, & inter cęteras vrbes aliarum ſortium patet ſeq. c. ꝙ non eſt ęqualitas. Item patet hoc, quia dicitur ſeq. c. ꝙ Simeon accepit hęreditatem intra ſortem Iudę, q̃a maior erat, ergo quomodocunque accipiatur ibi maior, neceſſe eſt, vt ponatur inęqualitas in ſortibus. Itẽ falſum eſt, q̃a Nu. 26. iuſſum eſt, vt diuideretur terra tribubus & familiis, & ꝙ pluribus daretur maior pars: ergo tribus, quę eſſet maioris multitudinis acciperet maiorem ſortẽ. Item patet hic. ſ. ꝙ præcepit Ioſue, vt deſcribant terram ſecundum numerũ vniuſcuiuſque multitudinis, quę ibi pro tribu accipitur: ergo non erat ęqualis portio omnibus danda, ſed proportionaliter ſecundum collationẽ multitudinis. Itẽ errat iſta poſitio, quia in eo, in quo putat ſe fugere inconueniens, incidit in magna inconuenientia: nam vbi tolleretur difficultas de ſortibus, dixerunt, ꝙ erãt portiones ęquales, quia videbatur eis inconueniens ſi ponerentur portiones inęquales, & proportionales tamen ſecundum multitudinẽ cuiuslibet tribus, ſed hoc modo non poteſt tolli aliqualiter inconueniens. Nam aut hoc dato dicetur, ꝙ ſortes ſolũ diriguntur a fortuna, Deo nihil operante ſpecialiter in illis, aut ꝙ Deus aliquid operatur. Si primo modo dicatur non effugiemus incõueniens, quia cũ tribus ſint inęquales portiones ſunt ęquales. Si autem dicatur, ꝙ Deus operetur aliquid ſpeciale in his ſortibus, nõ poteſt ſtare, quia quomodocunque mutaret eas ſemꝑ proueniebant ęquales partes inęqualibus tribubus, quę eſt inconueniẽs diſtributio, ideo quomodocunque agat non erit poſſibilis regulatio, aut reductio ad rectitudinem. Data tamen priori poſitione ſtat cõuenienter, quia ſi ponerentur ſortes a ſola fortuna dirigi, poſſet accidere inconueniens: ſi tamen detur ibi regulatio ſortium a Deo, fiet conuenienter, quia cum ſint portiones inęquales poterit Deus mouẽdo ſortes facere, vt portio talis proueniat ſua cuilibet tribui, quę ei cõueniens ſit, & proportionalis, vt declaratum eſt ſupra. Item errat iſta poſitio cũ dicit, ꝙ illud. ſ. Pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem ſit intelligendum ſolum de familijs, ſed non ſtat, quia iſta particula poſita eſt, ne inęqualibus darentur ęqualia, vel ęqualibus darentur inęqualia, ꝙ erat iniuſta diſtributio, ſed ita ꝯtingebat in tribubus ſicut in familijs. ſ. ꝙ in vna tribu eſſent plures, quam in alia, ſicut vna familia erat maior alia, ideo ita obſeruandum erat de tribu ad tribum, ſicut de familia ad familiam, cum nõ appareat ratio diuerſitatis. Immo magis obſeruandũ erat hoc de tribu ad tribũ, quam de familia ad familiam, quia hoc non obſeruato in tribubus, & familijs magis lędebantur tribus, quam familię, cum plus excederet vna tribus aliam, quam familia familiam. Itẽ neceſſe eſt, vt intelligatur litera illa de tribubus, quia cum dictum fuerit pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem, ſubiungitur, ſingulis ſicut nunc recenſiti ſunt tradetur poſſeſſio, & tamẽ ibi fuerat facta numeratio tribuum, & non familiarum, quia poſitus fuit numerus cuiuslibet tribus: nullius tamen familię ſumma poſita eſt, ergo de tribubus intelligitur neceſſario pluribus maiorẽ partem dabis. Itẽ iſta poſitio non fugit ſic inconueniens, ꝗ̃ꝗ̃ putet ſe fugere: poſuit enim in tribubus ęqualitatem, & ſortes, in familijs aũt non poſuit ſortes, ideo credidit facile eſſe, ꝙ pluribus daretur maior pars, & paucioribus minor. Sed falſum eſt, quia familię acceperunt poſſeſſio-

F nem per ſortes, vt patet Nu. 26. ſ. Ita duntaxat, vt ſors terrã diuidat tribubus, & familijs. Sed tunc data ſorte ſequitur incõueniens, quod intendunt vitare, quia non poterunt aſſignare modum, quo daretur pluribus maior pars, & paucioribus minor, niſi in tribubus quoque iſtud conceſſerint, ideo dicendum, ꝙ tam in tribubus, quã in familijs obſeruabatur, ꝙ pluribus darẽt maior pars, & paucioribus minor, & ꝙ vtrobique ponerentur ſortes. De modo, quo fiebat hoc in tribubus dictum eſt. De familijs autem dicendum, ꝙ data portione cuilibet tribui fiebant in iſta tot portiones, quot erant familię, & conſiderabatur multitudo cuiuslibet familię, & ita proportionaliter diſtribuebantur eis partes: poſtea ponebantur ſortes in inuolucro, & quęlibet familia mittebat manũ, & quòd eduxiſſet

G ſuum erat: nunquam tamen aliqua familia educebat, niſi chartulam continentẽ portionẽ ei aſſignatam. De domibus aũt, & viris ſingulis an ſic fieret nõ patet: forte non ſic fiebat, quia ſolum iuſſum eſt de tribubus, & familijs, in quibus maius dubium videbatur, quia erant portiones aſſignatę maiores. Hę autẽ ſortes, ſiue tribuum, ſiue familiarum coram domino in Silo poſitę ſunt. Item patet, quòd dictũ eſt ex litera hac. ſ. deſcribant eã iuxta numerũ vniuſcuiuſque multitudinis, & accipitur ibi multitudo pro tribu: ergo non ſolum intelligebatur hoc de familijs, quia multitudo magis conuenit tribubus, quam familijs. Si aũt aliquis obijciat, ꝙ accipiatur multitudo pro familia, quia etiam familię ſunt multitudines. Reſpondendũ

H ſolum ſtare hoc pro tribubus, quia cum dictum fuerit, ꝙ deſcribatur terra iuxta numerũ vniuſcuiuſque multitudinis ſubditur: Diuidite vobis terram in ſeptẽ partes. conſtat tamen, ꝙ ibi de tribubus intelligatur: ergo multitudo etiam pro tribu accipitur, in qua cõſiderabatur multitudo, & paucitas ad aſſignandum proportionaliter portionem terrę: potiſſimè, quia iſti viri deſcripſerunt terram, ſecundum ꝙ ipſa diuidenda erat. Manifeſtum aũt, ꝙ terra prima ſui diuiſione diuidebatur per tribus, ſed nõ per familias, quia tunc primo diuideretur terra in tot partes, quot erãt familię in omnibus tribubus Iſrael. Sed falſũ eſt, q̃a iuſſum eſt diuidi in ſeptem partes, vt patet immediate: poſtea aũt habita portione cuiuslibet tribus diuiſio fiebat

I per portiones familiarum. *Referantque ad me, quod deſcripſerint.* Ideſt diuidant totã terram proportionaliter ſecundum ſingulas tribus, & ſcribant in libro, poſtea aũt referãt ad me, quod ſcripſerint. Et hoc erat ad duo. Primum erat, vt Ioſue, & cęteri diuiſores terrę dati a Deo approbarent, quod iſti deſcriberent, & non videretur tota poteſtas diuidendi relicta iſtis: ſecundo propter ſortium poſitionẽ: nam poſt diſtributionem partium aſſignãdarum tribubus ſingulis ponendę erant ſortes, quia ſic Deus iuſſerat ad tollendum contentionem, vt ſupra declaratum eſt. Sortes autem poni debebant coram domino in Silo, & manebat ibi Ioſue, ideo ad eum redire debebant viri dicentes, quòd deſcripſiſſent. *Diuidite vobis terram in 7. partes.* Ideſt facite

K 7. portiones nouas pro 7. tribubus, quibus nondum aſſignatę ſunt portiones aliquę. Non eſt aũt intelligẽdum hoc, vt iacet. ſ. ꝙ terra diuideretur in ſeptem partes, q̃a hoc falſum eſſet quomodocunque accipiatur. Nam aut accipietur hic terra pro tota terra Chanaan, quę eſt ad occidentalem partem Iordanis, & tunc falſum eſt, quia iſta non fuit diuiſa in ſeptem portiones ſolum, ſed in 10. quia aſſignatę ſunt ibi partes 9. tribubus, & dimidię. Si aũt accipiatur pro terra, quę nõdũ fuerat diuiſa, etiam eſt falſum, quia illa non fuit diuiſa in ſeptem partes, ſed in ſex: nam licet manerẽt tribus 7. quę nondũ acceperant poſſeſſionem, tñ nõ acceperũt omnes ſeptem poſſeſſionem in terra nõdũ diuiſa, quia

Terræ deſcriptio deſeruiebat ad duo.

quia tribus Simeon accepit sortem in portione tribus Iudę, quę magna erat, vt patet sequen. c. ergo terra nō diuisa prius sex alijs tribubus cessit diuisa in sex partes. Sed est sensus, ꝙ diuiderent terram in septem partes .i. in terra illa, siue diuisa, siue non diuisa facerent 7. portiones nouas, quę prius non fuerant: nam licet sortes prius factę equarētur nunc proportionaliter sortibus nouiter factis: tñ iam illę factæ erant, ideo solę 7. sortes fiebant nunc. Vnde aduertendū, ꝙ hic Iosue duo pręcipiebat viris istis, primum, ꝙ totam terram circuirēt mensurando eam ad faciendum, ꝙ omnes portiones tribuū, siue iam assignatę, siue assignandę essent proportionales inter se secundum magnitudinem ipsarū tribuum, quia a principio non fuerat penitus obseruata proportionalitas assignando omnes sortes, sicut patet in sorte Iudę, quę postea proportionaliter cęteris adequata est dempta ei quadam parte, quę assignata fuit tribui Symeon, vt patet sequ. c. Secundum fuit, ꝙ ęquata tota terra proportionaliter constituerent. 7. nouas portiones, siue de partibus terrę nondum diuisę, siue de illa cum aliqua parte terrę iam diuisę. Vel si forte reperiretur, ꝙ terra illa residua excedebat proportionaliter ad. 7. tribus, quarū sortes fieri debebant: constituerentur in ea. 7. sortes, & aliquid eius daretur tribus sortibus primo factis: sed è contrario factum est, quia sortes primę erant maiores proportionaliter .s. vna earum, ideo diminuta est, & terra diuidenda nō suffecit pro. 7. tribubus, & dimidia, & diuisa est in sex portiones. *Iudas sit in terminis suis.* Datur modus terrę diuidendę .s. à qua parte incipienda esset descriptio, & vbi finiēda, & ponitur Iudas ex vna parte .i. tribus Iudę.

An Iudas esset in vna extremitate terrę, & Ephraim in alia, & in medio omnis tribus. Et erroris Nicolai, quod fuerit motiuum. Quæst. VI.

Satis autem considerandum est circa totam istam literam, quę sequitur signās terminos diuisionum, quia si attendatur in superficie, repugnabit sibiipsi, & literę supra positę, & his, quę supra declarauimus. Et dicitur, ꝙ Iudas sit in terminis suis .i. tribus Iudę, vel sors tribus Iudę sit in terminis terrę istius diuidēdę, & hoc est a parte meridiana: sors autem filiorum Manasse, & Ephraim sit ex alia parte .s. ex latere aquilonari, & terra media diuidenda erat in partes. 7. Istud videtur dicere litera in superficie. Sed nullo modo stat iste sensus, vt declarabitur. Et ista fuit causa errandi Nicolao: dixit enim, ꝙ istę duę tribus erant fortiores alijs, ideo positę sunt in lateribus maxime distantibus .s. Iudas in latere meridiano, & filij Ephraim, & Manasse in latere aquilonari. inter has aūt sortes fuerant. 7. reliquę. Sed non stat primum cū dicitur, ꝙ Iudas sit in vna extremitate .s. ꝙ ab illo incipiat computatio, & terra media inter Iudā, & Ephraim diuidatur, sed non aliquid de tribu Iuda: nā solum terra media pambulata est, sed etiā tota sors Iudę etiā diuisa est, quia eo, ꝙ maior erat, decisa fuit quędam particula de ipsa, & data est in sortem tribui Symeon vt patet sequ. c. si tñ sola terra media iuberetur diuidi, non fuisset aliquid diuisum de sorte Iudę. Item cum dicitur, ꝙ domus Ioseph .s. Manasse, & Ephraim sit ab aquilonari plaga istius totius terrę diuidendę, si sic intelligatur falsum est, quia alię terrę erant magis aquilonares in terra Chanaan, q̃ sors Manasse, & Ephraim. Quod patet, quia terra Roob est de maxime septentrionalibus in tota terra Chanaan: nam Nu. 13. vbi ponitur quomodo exploratores transierint ab extremitate vna terrę Chanaan vsque ad aliam extremitatē, dicitur, ꝙ ascenderunt a deserto Sin vsque Roob ingredientib⁹ Emath, & tñ Emath est in ipso latere aquilonari terræ Chanaan, vt patet Nu. 34. & tamen terra Roob est in sorte Dan, vt patet Iudi. 18. cū ipsi ceperint vrbem, quæ appellatur Lais, quæ erat in regione Roob: ergo magis erat tribus Dan aquilonaris, q̃ sortes Manasse, & Ephraim. Item aliæ sortes erant magis aquilonares, q̃ Manasse, & Ephraim, ergo non erant in extremitate aquilonis. Quod patet, quia tribus Manasse, & Ephraim coniungebātur in tribu Aser in lateribus aquilonaribus, vt patet præce. c. ergo saltē sors tribus Aser erat magis aquilonaris, q̃ sortes Manasse, & Ephraim. Item non est verum, ꝙ terra media inter tribū Iudæ a meridie, & sortes Manasse, & Ephraim ab aquilone diuideretur in septem partes, quia tunc diuisores in sola terra intermedia fecissent portiones 7. Sed falsum est, quia vna de his facta est in sorte Iuda .s. pars secunda, quæ est portio tribus Simeon, ergo nō fuit diuisa terra media in septem partes. Item sors Issachar fuit vna de istis septem partibus, & tñ ista fuit extra medium sortis Iudæ, & filiorum Ioseph, quia vt litera ista signat, Iudas erat ab austro, & filij Ioseph ab aquilone, & terra intermediā diuidenda erat: sors tñ Issachar est a latere oriētali Manasse, & Ephraim, quia ambæ istę sortes coniunguntur in latere orientali in sorte Issachar, vt patet pręce. c. ergo nō est ista sors inter Iudā, & filios Ioseph. Itē satis apparet, ꝙ sors Manasse, & Ephraim claudatur ab alijs sortibus: nā a parte orientali clauditur a sorte Issachar, & ab aquilone clauditur a sorte Aser, vt patet præce. c. Sic aūt poterit esse de alijs sortibus, ergo non clauduntur omnes sortes. 7. diuidēdę inter sortem Iudæ, & filiorum Ioseph: immo non clauditur inter sortes has, nisi sors Beniamin, omnes autem aliæ erāt magis aquilonares, quā sortes Manasse, & Ephraim, præter sortem Simeon, quæ erat pars quædam sortis Iudæ. Quod patet, quia sors Beniamin est coniuncta lateri aquilonari sortis Iudæ: latus enim meridianū Beniamin, & latus aquilonare sortis Iudæ sunt idem latus, vt patet comparādo loca, quæ infra ponuntur ad loca, quæ ponuntur in latere aquilonari sortis Iudæ supra 15. c. Eadē enim loca sunt, latus tñ meridianum Ephraim coniungitur lateri aquilonari sortis Beniamin, vt patet comparādo loca, quæ habentur supra 16. ad loca, quæ habētur hic: nam aliquæ vrbes sortis Beniamin ponuntur in latere sortis Ephraim .s. Bethel, Luza, Iericho, & istę sunt in sorte Beniamin, vt patet infra. Et si forte aliquis dicat non valere consequentiam .s. ꝙ quamquā aliqua pars lateris meridiani Ephraim, & lateris aquilonaris Beniamin coniungantur, quòd non sequitur eas esse coniunctas in toto illo latere, ideo posse intercidere alias sortes. Respondendum est, ꝙ etiā si detur posse intercidere, vel subintrare aliquam aliam partem alicuius sortis alterius tribus, tñ non potest stare, ꝙ inter Ephraim, & Iudā sint omnes. 7. sortes, cū etiam ipsi sorti Iudæ ex quadam parte lateris meridiani circa orientē cōiuncta sit sors filiorum Ephraim, vt declaratum est supra 16. & pce. c. ergo non potest sic intelligi, ꝙ inter sortem Iudæ, & filiorū Ioseph terra media diuideretur in 7. sortes. Sed debet accipi, ꝙ in terra Chanaan erat quædam terra, quæ iam fuerat diuisa, & quædam, quæ diuidēda restabat: terra diuisa erat sors Iudæ, & filiorum Ioseph, & istæ duæ tribus non erant coniunctæ, sed intercidebat terra quædam media, quę diuidenda erat, & non solum hoc, sed etiam tota alia, quæ erat magis aquilonaris, quam sortes filiorum Ioseph, & erat terra diuidēda in 7. sortes, vel partes .i. nūc nouiter fieri debebāt. 7. partes pro. 7. tribubus, quibus nō fuerant assignatæ partes, & istæ partes futuræ erāt in terra media inter Iudam, & filios Ioseph. Non quidem, ꝙ in ista terra media præcise fieri debebāt sortes 7. sed magis è cōtrario tota ista terra media erat ad distribuen-

ſtribuendum in 7.ſortes.i.in partes iſtarum ſortium,
ſiue ex illa terra media fieret vna ſors, ſiue multę ſor-
tes. Etiam tota alia terra Chanaan non diuiſa,quę erat
extra medium Iudę, & filiorum Ioſeph, accipienda
erat ad hanc diuiſionem. Nec ſolum hoc, ſed etiam
ſiquid eſſet ſuperabundans ad proportionem in ſor-
tibus iam acceptis detrahi debebat ad formationes
iſtarum 7.ſortium: ſicut factum eſt de ſorte Iudę, de
qua adempta eſt particula quędam pro tota ſorte Si-
meon,vt patet ſequ.c. Dicitur ergo. *Iudas ſit in terminis
ſuis ab auſtrali plaga.* Ideſt conſiderando totam terram,
quę non erat diuiſa terminus eius a parte meridiana
erat Iudas.i.ſors Iudę, & ab iſta parte manifeſtum eſt,
ꝙ latus meridianum ſortis Iudę erat ipſum latus me-
ridianum totius terrę Chanaan,vt patet conſiderādo
loca, quę ponūtur ſupra 15.in latere meridiano Iudę,
& Nu.34.in latere meridiano terrę Chanaan:ergo vl-
tra ſortem Iudę ad meridiem nihil manebat diuiden-
dum de terra Chanaan, ſed totum erat ad latus aqui-
lonare illius: tñ quamquā ponatur ſors Iudę hic tan-
quam terminus:non eſt intelligendum,ꝙ in ipſa ſor-
te Iudę nihil maneret diuidendum, quia totam ipſius
terram luſtrare debebant iſti viri diuiſores, vt viderēt
ſiquid eſſet ibi pręter proportionē ſuper alias ſortes,
& demeretur ſicut poſtea factum eſt. Fuit tñ poſita
ſors Iudę pro termino,quia ipſa non erat de terra,quę
manebat indiuiſa:iam enim fuerat diuiſa,ſiue accipia-
tur diuiſio proportionaliter ſiue ſine proportione. *Et
domus Ioſeph ab aquilone.* Vocatur domus Ioſeph du-
plex ſors filiorū Ioſeph.ſ.filiorū Manaſſe,& Ephraim:
iſtę enim tres ſortes poſitę fuerant in terra Chanaan,
& non erant coniunctę omnes,ſed ſolum ſortes Ma-
naſſe, & Ephraim erant coniunctę: ſors autem Iudę
diſtabat ab eis. Et cum dicitur,ꝙ domus Ioſeph eſt ab
Aquilone terrę diuidendę:non eſt accipiendum,ꝙ ſit
ab Aquilone totius terrę diuidendę, quia vt ſupra fuit
probatum multę partes terrę Chanaan pertinētes ad
alias ſortes erant magis aquilonares,quam ſortes Ma-
naſſe,& Ephraim. Sed eſt intelligendū, ꝙ inter ſortē
Iudę,& ſortes filiorū Ioſeph erat aliquid de terra diui-
denda, & reſpectu huius erat Iudas ab auſtrali plaga,
& ſors Ephraim ab aquilone,fuitque terra hæc diuiſa,
ſed pręter eam fuit alia terra diuiſa, quę ante fuit indi-
uiſa, & hanc non exprimit litera, ſed neceſſe eſt eam
ſubintelligere ad faciendum in ea partes 7.ſortiū non
totaliter, ſed quantum ad aliquid. *Mediam inter has ter-
ram in ſeptem partes diuidite.* Litera ſuperior ſatis eſt pla-
na,niſi iſta adiungeretur: intelligenda tñ eſt,nō vt ſo-
nat in ſuperficie,ſed vt ſupra expoſitū eſt.ſ.ꝙ tota terra
media accipiatur ad diuidendum in 7.ſortes, licet nō
omnes.7. ſortes ſint in ea, ſed pars quędā. 7.ſortium:
tota aūt terra non diuiſa,quę erat etiam magis aquilo-
naris ſortibus filiorū Ioſeph in ſortes iſtas cedere de-
bebat, & non ſolum hæc,ſed etiam ſiquid erat in ſor-
te Iudę, & filiorum Ioſeph pręter proportionem, &
debet fieri quaſi hypallage.ſ.mediam terram inter has
in 7.ſortes deſcribite.i. in 7.ſortibus ponatis iſtam ter-
ram, non ſolum hanc, ſed etiam quamlibet indiuiſā,
vel non proportionaliter diuiſam,& vt clarius dicatur
iſta litera magis ſignauit, ꝙ eſſent faciendę.7.partes
nouæ quàm terram,de qua faciendæ eſſent. Expreſſit
tamen,ꝙ ad hoc proficiebat quæcunq; terra nondum
diuiſa. *Et huc venietis ad me.* ſ. poſtq̃ totam terrā ſic de-
ſcripſeritis venite huc ad me, ideſt ad iſtum locum, ſ.
in Silo: nam iſta dicebantur in Silo, quia ibi erat tunc
cōgregatus totus Iſrael,vt patet ſupra, & ibi mãſurus
erat Ioſue quouſque iſta fierent: nec ſolum ipſe, ſed
fortè maior pars Iſrael,cū dicatur infra,ꝙ reuerſi ſunt
viri iſti deſcripta terra ad Ioſue in caſtra Silo: caſtra ta-
men ſignant congregationē virorum diſpoſitorum

F ad bellū, quando non ſunt in vrbibus ad manendum,
ſed in campo ad expeditionem, & ſic quando totus
Iſrael in deſerto morabatur, aut procedebat per illud
dicebatur eſſe in caſtris, quia erat totus populus con-
gregatus in cāpo in tentorijs ſuis. *Vt coram domino Deo
veſtro mittam vobis hic ſortem.* Quamquam enim deſi-
gnatę eſſent poſſeſſiones cōuenientes cuilibet tribui,
tamen non fuerunt mox datę,ſed expectatū eſt vſque
ad ſortem:non quidem,vt ſciretur,quę pars cui tribui
prouentura erat, quia non poterat aliqua alia per ſor-
tem prouenire, quam ea, quę aſſignata fuerat, ſed ad
tollendum contentionis materiam, cum enim Deo
iudicante iſta diffinirentur, nemo haberet materiam
murmurandi, ſi vero ſolum conſiſteret humano iudi-
cio, quamquam conuenienter factum foret aliquis
G poſſet murmurare,ideo ponebātur ſortes,quę demō-
ſtrant diuinum iudicium, vt ſupra declaratū eſt,& iſtę
ponendę erant coram domino.i.intra ſanctuarium in
atrio tabernaculi, quod dicebatur eſſe corā domino,
quia Deus dicebatur eſſe ſpecialiter in tabernaculo,
& qui erant coram tabernaculo cenſebantur eſſe co-
ram Deo. Vel accipitur hoc reſpectu altaris holo-
cauſtorum,quod erat in atrio tabernaculi,& ibi fiebāt
Deo ſpecialia obſequia in ſacrificijs, quę alibi nequaq̃
fiebāt. Illi tñ,qui in atrio tabernaculi erant:coram do-
mino eſſe dicebantur, quia corā altari erant, & ſic de
omnibus offerentibus aliquid in ſanctuario dicitur,ꝙ
offerebant illud coram domino.i.coram altari, quia
apud ipſum accedebant,& circa ipſum oſtium taber- *Cauſa quare ſortes coram domino ponebantur duplex eſt.*
H naculi, vt patet per totum proceſſum Leuitici. Cauſa
huius poſitionis erat ad duo. Primo quia iſtę ſortes
iuſſę fuerant a Deo poni,vt patet Nu.26.ideo non de-
buerunt poni ſine ſolennitate, ſicut ſortes cōmunes
diuiſorię, quę nulla interpoſita ſolennitate pro quacū
que re interponuntur, & quia omnia,quę a Deo ſunt
dicunt eſſe magnę auctoritatis,vt nō viderentur con-
temptibiles ſicut ſortes cōmunes intra ſanctuarium
poſitę ſunt. Secundo fuerunt ſic poſitę, quia iſtę ſor-
tes ponebantur,vt Deus per eas dignaretur ſignare de
qualibet ſorte, cui tribui vellet eam prouenire, & ad
hoc precari eum debebant: ideo cōueniebant in locū
illum ſanctum oraturi, vt dignaretur Deus mōſtrare
in ſortibus his quid vellet. Si enim ſortes iſtę proue-
I nirent ſicut ſortes cōmunes diuiſorię,poterant nimis
damnificari Iſraelitę, quia ſortes magnę fortè proue-
nirent aliquibus tribubus paruis: & ad fundendum
orationem hanc congruentior locus fuit ſanctuariū.
Mittam vobis hic ſortem. Ideſt ſortes, quia tot ſortes eſſe
debebant, quot portiones diuidendę erant: loquitur
aūt Ioſue hic ſolum ad 7.tribus, quę non acceperant
poſſeſſionem, quia alię nihil debebant ſortiri:modus
aūt ponendi ſortes ſupra deſignatus eſt. *Quia non eſt
inter vos pars Leuitarū.* Iſta clauſula eſt redditiua cauſę,
& refertur ad clauſulam ſupra poſitā.ſ.diuidite terrā
in ſeptem partes.q.d.non oportet,ꝙ in plures diuidat,
quia tribus Iudę Ephraim, & Manaſſe Gad,& Ruben
iam ſuſceperunt poſſeſſionem ſuam, manēt ergo ſo-
K lum ſeptem tribus, & tribus Leui, q̄ ſit 8. De hac aūt
dicitur,ꝙ nō erat ſuſceptura ſortem:ergo ſolum ma-
nebat terra diuidēda in 7.ſortes. Iſta probatio inducti-
ua ſolum ſumitur hic quantum ad partē Leuitarū:de
alijs tribubus ſatis patet ex ſuperioribus, & dicitur nō
eſt inter vos pars Leuitarū.i. Leuitę nō debēt accipe-
re partē inter vos,q̃q̃ ipſi aliq̃ partē habent. *Sed ſacerdo-
tium eſt eorum hæreditas.* Ideſt ea, quę proueniunt de ſa-
cerdotio.ſ.iura illius ſunt eis loco hęreditatis:ſic patet
§.13.c.ſ.tribui aūt Leui non dedit poſſeſſionem, ſed
ſacrificia, & victimę Dei Iſrael ipſa eſt eius hęreditas:
iura aūt ſacerdotij valde multa erant, & hęc accipie-
bāt Leuitę ſicut quęlibet tribus Iſrael accipiebat vnā
ſortem

sortē terrę. De his iuribus patet Nu.18. vbi singulariter ponūtur iura tam sacerdotum, quam Leuitarum, cęterorum, qui non erant sacerdotes. Accipitur aūt hic large sacerdotium: nam non pertinebat sacerdotium proprie sumptum ad omnes Leuitas: soli enim, qui erant de stirpe Aaron erant sacerdotes: si quis aūt extraneus misceretur eis, occidēdus erat Nu.3. & 18. c. ideo hoc modo iura sacerdotij solum pertinebant ad Aaron, & filios suos: reliquę aūt familię. s. Gersonitę, & Meraritę, & residui de Caathitis non pertinebāt ad sacerdotium, & sic nulli de his Leuitis accipiebant iura sacerdotij: largè aūt sacerdotium sumitur pro omni ministratione sanctuarij, vel in rebus sanctuarij, & isto modo Leuitę minores habebant sacerdotium, quia habebant aliquam ministrationem. s. quia castrametabātur excubantes in circuitu tabernaculi, & cū mouenda essent castra deponebant sanctuarium, & portabant illud in via vsque ad locū, vbi castra erigēda forent, & ibi erigebant illud: nec ad aliquid horū accedere poterat quisquam de popularibus: si aūt accederet occidebatur: de hoc Nu.1. & 18. c. pro hoc sacerdotio large dicto proueniebāt eis iura. s. decimę totius Israel integraliter. sacerdotibus aūt nihil proueniebat de decimis, sed quędam alia iura, vt patet Nu.18. c. Leuitę aūt accipiuntur hic large non prout est nomē officij, sed generis, & sic tam sacerdotes, quam Leuitæ minores accipiuntur: sic enim accipiuntur large iura sacerdotum, & Leui. supra 13. s. tribui Leui non dedit possessionem, sed sacrificia, & victimæ ipsa est eius hęreditas. & loquit̄ scriptura de tota tribu Leui, sed manifestum est, ꝙ sacrificia, & victimę non pertinent ad omnes Leuitas, sed ad solos sacerdotes pertinent iura victimarum, & sacrificiorum, vt patet Num. 18. c. *Gad autem, & Ruben, & dimidia tribus Manasse iam acceperūt possessiones suas.* Et ista clausula ponitur ad probandum inductiue clausulam. s. positam. s. ꝙ terra non diuisa erat in septem partes diuidenda, vel ꝙ nunc erant solæ septem partes constituendæ, & est modus arguendi sic, terra tota Chanaan diuidenda erat inter filios Iacob, qui erant 12. & tn̄ faciebāt tribus 13. qa Ioseph in duas tribus diuisus est, quia Iacob adoptauit duos filios eius. s. Manasse, & Ephraim, vt patet Gen.48. ergo oēs hi possessionē recipere debebant, nisi recepissent, aut essent prohibiti recipere. sed sex de his nō debebant recipere sortē: ergo soli septē recepturi erāt, & consequenter terra diuidenda erat in partes septē. De Leui patet primo, quia non habebat partes inter reliquos Israelitas, vt patet hic. De duabus aliis tribubus, & dimidia. s. Ruben, & Gad, & dimidia Manasse patet hic, quia iam receperant possessiones. s. aū transitum Iordanis. Moyses. n. illis hoc dedit, vt patet Nu. 32. & Deut.3. manent ergo nouem tribus, & dimidia quibus assignandæ erant sortes decem, sed tres harū fuerant iam datæ. s. Iudæ Ephraim, & Manasse, vt patet. s. 15. 16. & præcc. c. ergo solis septem tribubus sortes assignandæ manebant, & de his dictum est, ꝙ diuideretur terra in septem partes.

Quid hic iura sacerdotij

Quare litera meminit solum de Leui, & Gad, & Ruben, ac dimidia tribu Manasse. Et locus sortium earum tribuum. Quæst. VII.

Sed quæret aliquis cū ista clausula nō possit probari, nisi inducēdo de omnibus istis sex, de quibus supra induximus, quare litera meminit de tribus eorū. s. de Leui, & Gad, & Ruben, atque dimidia tribu Manasse, & de alijs tribus. s. Iuda Ephraim, & Manasse non tangit. Respondendum est, ꝙ hic iubebātur duo. s. ꝙ fierent 7. portiones pro septem tribubus, quę non acceperant sortes, & quòd tota terra

A diuisa ęquaretur proportionaliter siue diuisa, siue nō diuisa. Neutrum autem horum pertinebat ad Leui Gad, & Ruben, atque dimidiam tribum Manasse: nā Leui nihil accipiebat nec acceperat: ideo nec poterat ęquari. Ruben autē, & Gad, & dimidia tribus Manasse possessiones acceperant, vt patet hic: tn̄ ipsi nihil amplius suscepturi erant, quia nihil addendum erat terrę eorum, nec aliquid eorū subtrahendum, quia istę sortes a Moyse assignatę fuerant, & Iosue non poterat quidq̄ de illis disponere: tribui autem Iudę Ephraim, & reliquę medietati Manasse assignatę fuerāt sortes, ideo istis non erāt amplius assignandę sortes, poterat tn̄ eis conuenire secundum. s. ꝙ sortes eorum minue-
B rentur, vel augerentur adęquando reliquis sortibus, quę fieri debebant, ideo licet solę septem sortes fieri deberent, non debuit exprimi hic Iudas Ephraim, & medietas Manasse, quia non erant prorsus liberatę a diuisione, vel additione, sicut Leui Ruben, & Gad, & alia medietas Manasse. *Trans Iordanem ad orientalem plagam.* Designatur locus sortium Gad, & Ruben, & dimidij Manasse. s. trans Iordanē: erat enim in terra duorum regum Amorrhęorum, quę est ante Iordanem, quam petierunt istę duę tribus, & dimidia a Moyse, quia erat pascualis valde, & ipsi erant abundantes in pecoribus, vt patet Nu.32. c. & quia trans signat differentiā positionis, & potest signare citra, vel vltra: nesciretur cum dicitur trans Iordanē an significetur pars
C orientalis Iordanis, aut occidētalis, & ideo adiungūtur determinationes istę. s. ad occidentalem plagā, & ad orientalem plagam, vt patet supra 5. & 13. c. reliquę aūt nouēm tribus, & dimidia erant ad occidentalem plagam Iordanis: nam ipse Iordanis ponitur in latere orientali terrę Chanaan, vt patet Nu.34. c. *Quas dedit eis Moyses famulus domini.* Moyses viuebat quando ista terra capta est de manu hostium, & ipse diuisit eam, atque diuisisset totam terrā Chanaan si superuixisset, sed quia mortuus est successit ei Iosue cū alijs 12. assignatis diuisoribus, & Eleazaro sacerdote. Nu.34. c. Vocatur famulus domini, quia ipse erat specialiter famulus Dei in toto Israel, vnde de eo Deus testatur, ꝙ sit fidelissimus in tota domo eius: Nu.12. c. & ad Heb.4. Scriptura autem in cōmendationem eius vocat eū famulum domini sępissime, & ista clausula fa-
D cit ad superiora. s. quia Moyses dederat istas possessiones Ruben, & Gad, & dimidię tribui Manasse, nō poterat Iosue ponere eas in cōmuni diuisione cum alijs ad addendum eis aliquid, vel diminuendum, sicut fācere poterat in sorte Iudę Ephraim, & Manasse, quas ipse distribuerat, & sic fecit: nam sors Iudę, quę magna fuerat postea diuisa est, & data fuit ibi pars tribui Simeon.

Locus sortium Gad, & Ruben, &c.

Moyses famulus domini.

Cumque surrexissent viri, vt pergerent ad describendam terram, pręcepit eis Iosue, dicens: Circuite terrā, & describite eam, ac reuertimini ad me, vt hic coram domino Deo
E vestro in Silo mittā vobis sortem. Itaque perrexerunt, & lustrantes eam, in septem partes diuiserunt, scribentes in volumine. Reuersique sunt ad Iosue in castra Silo. Qui misit sortes coram Domino in Silo, diuisitque terram filijs Israel in septem partes. Et ascendit sors prima filiorum Beniamin per familias suas, vt possiderent terrā inter filios Iuda, & filios Ioseph. Fuitque terminus eorum cōtra

Aquiloně a Iordane, pergens iuxta latus Iericho septentrionalis plagę, & inde cõtra occidentem ad montana conscendens, & perueniẽs ad solitudinem Bethauen, atque pertransiens iuxta Luzam ad meridiem, ipsa est Bethel, descenditque in Astaroth Addar in montem, qui est ad meridiem Bethoron inferioris, & inclinatur circuiens contra mare ad meridiem montis, qui respicit Bethoron contra Africum: Suntque exitus eius in Cariathbaal, quæ vocatur, & Cariathiarim vrbem filiorum Iuda, hæc est plaga cõtra mare ad occidentem.

Partiũ terræ descriptio. *Cumque surrexissent viri*. Hic ponitur partium terræ descriptio, vt postea sequatur diuisio, & ponitur hoc primo in generali: secundo describuntur sortes septẽ in speciali ibi. *Et ascendit sors prima*. Circa primum. *Cumque surrexissent viri*. Isti sunt viri 36. qui electi fuerunt ad describendum terram, de tribu qualibet terni, vt patet supra. *Vt pergerent ad describendam terram*. Idest ad considerandum multitudinem, & magnitudinem locorum, & regionum ipsorum locorũ magnitudinem, vt sic consideratis omnibus proportionaliter diuiderent pro omnibus nouem tribubus, & dimidia, quę suscipiebant hæreditatem in terra Chanaã ad occidentalem partem Iordanis, & non solum debebat hic describi terra nondum diuisa, sed etiam terra diuisa, vt videretur an conuenienter facta fuisset diuisio, alioquin non adderetur, aut diminueretur proportionaliter, & sic factum est in sorte Iudę, vt patet sequenti c. *Præcepit eis Iosue dicens*. Istud præceptum fuerat iam positum, & nunc replicatur. Nam primo cum dixit Iosue, ꝙ eligerentur viri ad exequendum descriptionem proposuerat modum, nunc autem viris iam electis specialiter illis locutus est exprimens modum describendi, & diuidendi. *Circuite terram*. Scilicet totam terram Chanaan, in qua erat possessio nouem tribuum, & dimidiæ: terra autem duarum tribuum, & dimidiæ non erat in terra Chanaan, vt declaratum fuit. s. 14. c. ẽt intelligitur de terra, tam diuisa, q̃ non diuisa, & de terra capta de manu hostium, & de illa quæ ab hostibus tenebatur: tota namque sub his descriptionibus collecta fuit, & dr̃ circumire non pro in circuitu ambulare, quia hoc non sufficiebat ad descriptionem terræ, cum deberent dari partes proportionales Israelitis, quæ non poterant designari, nisi specialiter, & diligenter perambularẽt viri isti oẽs regiones, & loca terræ Chanaan: accipitur ergo circuire. i. discurrere, & iste modus est apud aliquas gentes loquendi. *Et describite eam*. Ipsi debebant scribere omnia loca, cum suis villulis, & magnitudines eorum atque latitudinem regionum ipsorum, & postea diligenter totum hoc diuidere per partes nouem proportionales tribubus, & tres partes harum, quia iam diuisę fuerant, manerent: non quidem simpliciter, sed si isti diuisores reperirent, quòd tribus Iuda erat magna pręter proportionẽ, adimerent aliqua loca ipsi quousque maneret proportionabilis cęteris, & tamen nõ mutaretur Iudas de sorte illa, sed loca, quę superabundarent in sorte illa, describerentur cũ aliqua de septem sortibus describendis: idem fieret de sorte Manasse, & Ephraim. Si aũt aliqua harum sortium reperiretur minor pręter proportionem, adderentur ei aliqua de locis terrę indiuisę, & deferretur sic ad Iosuę: tñ illa

F tribus iam nõ debebat sortiri cũ cęteris, sed maneret in sorte prima sua: tribus vero, quę nunquã receperãt sortes debebant sortiri: ideo quia sortes Manasse, & Ephraim inuentę sunt proportionales, nihil additum aut diminutum est: nec fuerunt descriptę: sors aũt Iudę inuenta est maior cęteris pręter proportionẽ, ideo descripta fuit quędã pars eius, in qua excedebat proportionem, & illa fuit assignata tanquã vna de septem partibus quas Iosue pręcepit describi: reliquum vero sortis eiusdem mansit non descriptum: quia non erat necesse: terra aũt reliqua, quę nõdũ diuisa fuerat, fuit diuisa in portiones sex, & descripta fuit. *Ac reuertimini ad me*. Idest facto hoc redite ad me ad locum istum. s. ad vrbem Silo, vt patet hic, quia ibi positę fuerunt sortes: nõ solum tñ reuertebantur isti ad Iosue, sed etiam

G ad Eleazarũ, & 12. alios diuisores terrę, quos cõstituerat dominus. Ipsi enim omnes approbaturi erãt descriptionem partiũ, & posituri erant sortes. Iosue locutus fuit hic quasi de se solo, quia ipse erat princeps, & loquebatur nomine omniũ aliorum. *Et hic coram domino Deo in Silo mittam vobis sortem*. Toto tempore, quo isti describerent terrã mansurus erat Iosue in Silo, & ibi manebant plurimi Israelitarũ, q̃q̃ ad diuisionem hãc plurimi dies necessarij erant, cum diligenter singula loca, & regiones inquirenda erant, vt proportionaliter partes septem describerentur. Quare autẽ coram domino sortes mittendę essent. s. declaratum est: de modo etiam ponendi identidẽ dictũ fuit. *Itaque perrexerunt*. Scilicet procedentes de Silo, quia ibi electi fue-

H rant viri illi, & inde perrexerunt ad descriptionem. *Et lustrantes eam*. Non potest hoc referri ad solam terrã, quę non erat diuisa, quia subditur immediate, ꝙ eã in septem partes diuiserunt, & tñ manifestum est vnam de his septem partibus esse de terra illa, quę iam fuerat diuisa, scilicet partẽ secundam, quę est sors Simeõ, ideo istud relatiuum eam refert totam Chanaan tam prius diuisam, quam non diuisam, & de hac factę sunt septem partes nouę pro septem tribubus: lustrare autem est circũire, purgare, & illuminare. hic accipitur pro circumire: lustrum autem in alia significatione accipitur.

Septem partes diuiserunt. Idest non diuiserunt totam terram Chanaan, sed de ea fecerunt septem partes,

I manentibus alijs partibus primo factis.

Scribentes in volumine. In libro illo describebant nomina omnium locorum, scilicet vrbium, & viculos earum, & magnitudinẽ regionum, & pręter hoc omnia loca, & regiones descriptas in septem partes diuiserunt, & hoc quoque scripserunt in volumine, quoniam non poterant omnia hęc memoriter retineri.

Reuersique sunt ad Iosue in castra Silo. Adhuc manebat Iosue in Silo expectando aduentum virorum missorum, vt ponerẽtur sortes, & inciperẽt omnes de Israel determinatas habere possessiones, atque recederent in propria. nec solum expectabat ibi Iosue, sed etiam magna pars Israelitarum: nam dicebãtur esse in castris Silo, sed hoc ad multitudinem pertinet: si enim pau-

K ci essent possent manere in vrbe: esse autem in castris est, quòd manerent in campo in tentorijs, sicut viri manentes in expeditione bellica. Sic dicebatur de Israelitis in deserto, quòd erant semper in castris, quia nunquam erant in aliquo oppido, etiam postquã introierunt in terram Chanaan antequam cessarent a bellis manebant in castris apud Galgalam: de quo supra. 9. & 10. & 14. capitulo: ita hic erant in castris Silo, idest congregati in castris apud vrbem Silo.

An

An Israelitæ manserint in castris vsque ad diuisionem terræ per tribus in Silo. *Quæst. VIII.*

EX quo dicet aliquis, quod Israelitæ adhuc nõ habitabãt distinctè per loca sua in terra Chanaã, sed semper manserunt in castris vsquequo diuisa est tota terra per sortes Israelitis, alioquin non manerent in castris. Dicendum videtur quod ante hoc desierant esse omnes Israelitæ in castris: nã ideo manebant a principio in castris, quia non habebant loca ad manendum cum tenerentur adhuc in potestate hostium tempore bellorum, cum vero data pace inceperunt multa loca possidere, verisimilius est quòd desierint esse in castris, & ceperint habitare per loca: potissimum cum datę fuerũt distinctæ partes tribui Iudæ Ephraim, & Manasse: nam tunc verisimile est saltem tribus istas abijsse in sortes suas, quomodocunque autem fuerit, satis patet quòd nõ manserit totus Israel vsque ad tempus istud in castris: nã dicitur in principio literæ, quòd congregati sunt omnes filij Israel in Silo: si tamẽ fuissent prius in castris, siue fuissent in Silo, siue alibi, non dicerentur congregati in Silo, quia si alibi fuissent in castris, dicerentur venisse in Silo, sed non congregari: quia congregari signat de locis diuersis venire ad vnum: ergo in varijs locis morabãtur cum congregati fuerint in Silo. Cum autem obijcitur quod erant castra in Silo, & manebat Iosue in castris Silo. Respondẽdum est quòd ista castra non fuerant continuata ab introitu in terrã Chanaan vsque nunc, sed cum congregati fuerunt Israelitę in Silo ad figendum tabernaculum conuenerit ibi multitudo magna, quæ non poterat capi in vrbe Silo: ideo facta sunt castra in campo sicut fuerãt a principio, & in his stetit Iosue, & expectauerunt plurimi de Israelitis vsquequo viri qui iuerant ad describendam terram redirent, & ponerentur sortes, ita vt inde possent omnes Israelitę certi de possessionib⁹ suis redire in propria: erat autem conueniens, vt expectarent Israelitę in castris apud Sylo viros, qui iuerant ad describendam terram, quia illis redeuntibus debebant poni sortes. Non decebat tamen poni sortes sine pręsentia tribuum, quę suscepturę erant sortes, ideo expectauerunt in loco ipso, & sic manebant in castris. *Qui misit sortes coram Domino in Silo.* Nõ solum Iosue, sed etiam cum eo Eleazarus sacerdos, & alij duodecim viri, qui dati fuerant tanquam diuisores terrę a Deo. Fit autem specialiter mẽtio de Iosue, quia ipse loquebatur cum esset princeps, & fuerunt missę sortes coram Domino, i. intra atrium tabernaculi in Silo, quia iam fuerat ibi fixum tabernaculum, vt supra patet: fuerunt autem factæ cedulę septem, in quibus descriptę erant septem partes, quas descripserãt viri missi, & positis eis sub inuolucro, & facta oratione in sanctuario, vt dignaretur Deus monstrare in sortibus his, qui vellet cuilibet tribui prouenire, accesserunt tribus septem, quę suscepturæ erant partes: & missis manibus in inuolucrum cedularum eduxit quęlibet chartulam vnam, & pars ibi cõtenta ei prouenit, & illa erat, quæ prius ei assignata fuerat, s. quã viri diuisores specialiter distinxerãt pro illa tribu, nec in aliqua earum fuit erratum: quia Deus dirigebat manus missas in inuolucrum, vt quælibet acciperet quod conueniebat: Quia sortes in sinum mittuntur, sed a Dño temperantur: Prouer. 16. c. Si enim in aliqua sorte fuisset erratũ, necesse erat, vt læderetur aliqua de tribubus Israelitarũ, quia proueniret ei minor portio quam prouentura esset. *Diuisitque terram filijs Israel in septem partes.* Idest dedit Israelitis, qui nondum acceperant sortes septẽ partes terrę, quas diuisit partim de terra nondum diuisa, & partim de terra primò di-

A uisa: nec fuit ista diuisio aliquid præter supradictã: sed dicitur diuisisse, i. dedisse eis per sortes partes septem, quæ iam fuerant descriptæ, & diuisæ. *Et ascendit sors prima.* Hic describuntur istę septem partes in speciali, & describitur sors filiorum Beniamin, secundò sortes aliarum sex tribuum sequenti cap. Prima in duas, primò termini sortis istius describũtur, secundò ciuitates eius nominatim exprimuntur ibi. *Fueruntque ciuitates.* Circa primum. *Et ascendit sors prima filiorum Beniamin.* Idest prima istarũ sortium fuit filiorum Beniamin: & dicitur ascendit, idest, eleuata est, quia refertur hoc ad eductionem sortium de inuolucro, quia mittebantur manus in inuolucrum ad

Sortis Beniamĩ descriptio.

B educendum sortes, & eleuabat quęlibet tribus inde vnam sortem, & illa dicebatur ascendere. Dicitur sors filiorum Beniamin fuisse prima.

Quod poterit dupliciter intelligi. Vno modo, quia viri diuisores primo istam sortem diuiserunt, & descripserunt quàm cęteras, & deinde partem Simeon, & postea partem Zabulon, & sic de cæteris vsque ad sortem Dan, quæ vocatur septima.

Alio modo potest referri ad eductionem de inuolucro cedularũ, s. quòd tribus Beniamin primo misit manum in inuolucrum cedularum, eduxitque sortẽ hanc: & iste sensus est conuenientior propter duo, primo quia in hoc videtur seruari dignitas tribuum, scilicet, quod septẽ tribus erant accepturæ sortes, & quęlibet earum mittebat manum in inuolucrum ad educendum sortem vnã, sed tribũ principaliorẽ faciebat Iosue primo manus mittere ne in hoc esset murmu-

C ratio. Pro quo cõsiderandũ est, quod Iacob habuit filios duodecim, & filiam vnam, sed filia non computatur in semine eius: horum filiorum quidam erant de ancillis, alij de liberis: vel quidam de dñabus alij de famulabus earum: fuerunt quippe vxores Iacob quatuor, s. duæ dominę Lia, & Rachel; & duæ famulæ harum, s. Zelpha ancilla Lię, & Bala ancilla Rachel, vt patet Gen. 30. c. ex dominabus geniti sunt filij octo, ex ancillis quatuor: nam filij Liæ fuerunt sex, s. Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Zabulon, Issachar, Gen. 29. & 30. filij Rachelis duo fuerũt, s. Ioseph, & Beniamin, de Ioseph Gen. 30. de Beniamin Gen. 35. cap. filij famularum fuerunt quatuor, s. filij Zelphę duo Gad, & Aser: filij Balę duo Dan, & Nephthali: Gen. 30. cap.

De ordine filiorũ Iacob inter se & qũo educebãt sortes de inuolucro.

D inter hos erat differentia maioris & minoris dignitatis: nam filij dñarum erant digniores filijs famularũ: ideo in positione sortium primo miserunt manus filij dñarum quam ancillarum: quod fuit hic obseruatum: nam hic fuerunt sortes septem & quatuor earũ datę sunt filijs dñarum, s. Beniamin, Simeon, Zabulon, Issachar; & tres datę sunt filijs famularum, s. Aser Nephthali, Dan. Omnes aũt filij dñarum primo acceperunt sortes hic, vt patet ex processu literæ hic, & seq. cap. Gad aũt erat de ancillis, s. filius Zelphæ Gen. 30. quia tñ accepit sortẽ viuẽte Moyse ad orientem Iordanis non pertinet ad hanc computationem. rursus autem inter filios dñarum obseruatur ordo dignitatis: nam

Ordo dignitatis inter filios Iacob.

E inter eos Iudas erat excellẽtior pp principatũ regnatiuũ, qui ei promissus fuerat: Gen. 49. & ob hoc in vexillorũ assignatione ipse erat prior Num. 2. & 10. etiã in dedicatione tabernaculi ipse prior obtulit: Num. 7. nunc tñ non accepit hic Iudas possessionem, quia iã acceperat eã. etiam Ruben, & filij Ioseph, qui pertinebant ad gradum excellentiorem: inter oẽs autem manẽtes de stirpe dñarũ fuit excellentior Beniamin: nã licet prior esset Simeõ natiuitate, vt patet Gen. 29. & 30. tñ fuerat valde increpit⁹ a Iacob Gen. 49. ĩõ nõ habebat magnę reputationis: vñ Beniamin tanquam dignior misit primo manũ ĩ cedularũ inuolucrũ, & fuit sors sua prima: deinde in cęteris erat Simeõ dignior,

ideo fuit secunda sors Simeon: postea Zabulon, & deinde Issachar: post istos venerunt filij famularum, scilicet Aser, Nephtalim, & Dan, & ista est conueniēs ratio prioritatis in sorte Beniamin, & in alijs est eadē ratio ordinis. Secundo stat cōuenienter ista expositio pp verbum, quod determinatur per istud adiectiuū, scilicet ascendit prima sors filiorum Beniamin. ascendere aūt pertinet ad eductionem sortium: ideo dicendum est ꝙ tribus Beniamin primo sortem eduxerit, deinde cæteræ tribus: & ob hoc dr̄ ꝙ ascendit prima. Aliqui volūt dicere, ꝙ sors ista vocatur prima & ꝯñr de alijs, quia computantur hic sortes a parte meridiana versus aquilonē: sed in his prima erat sors Beniamin, quia erat coniuncta sorti Iudæ, vt patet cōparando ea, quæ hñr hic, & ea quę hñr supra 15. Sic quoq; patet in sorte Dan, quia ipsa erat extrema in terra tota Chanaan, & ponitur hic extrema: nam ipsa est in regione Roob, vt patet Iudic. 18. & tamen ista regio est maxime aquilonaris in tota terra Chanaan, vt patet Nu. 13. cap. Sed non stat, quia hoc modo sors Simeō deberet prima poni, quia ipsa est intra sortem Iudæ cum sit quędam pars eius: ergo est magis meridiana quàm sors Beniamin. Redeundum est igitur ad superiorem expositionem, s. ꝙ fuit prima sors Beniamin, quia primo educta fuit de inuolucro cedularum.

Per familias suas. Idest ista sors, quæ sequitur cecidit tribui Beniamin: non quidem confusè sed per familias suas, i. postea diuisæ fuerunt partes in tribu illa ſm numerum familiarum eius, sunt autem familiæ Beniamin septem, vt patet Nu. 26. cap. & sic fuit diuisa terra eius in familias, s. in partes septem, & obseruabāt idem modus diuisionis in familijs inter se sicut inter tribus, s. ꝙ pluribus maior pars daretur, & paucioribus minor proportionaliter. Etiam ꝙ partes istæ sorte prouenirent: nihil enim sine sorte dabatur familijs, vt patet Num. 26. cap. *Vt possiderent terram inter filios Iudæ, & filios Ioseph*. Non erant coniunctæ sortes Manasse, & Ephraim sorti Iudæ, sed erat terra quędam media, & in hac accepit sortem tribus Beniamin: fuit enim sors Beniamin totaliter coniuncta sorti Iudæ, s. in latere suo aquilonari: nam latus aquilonare sortis Iudæ est idem cū latere meridiano sortis Beniamin, vt patet inspiciendo latus quod describitur hic, & latus descriptum supra 15. & coextenduntur ista duo latera ab Oriente vsque ad Occidentem. Nam vtraq; sors duplici mari concluditur, s. mari magno in Occidente, & mari salsissimo atque Iordane in Oriente, vt patet hic, & supra 15. Item sors Beniamin est coniuncta sorti Ephaim: ita ꝙ latus meridianum sortis Ephraim, & latus aquilonare Beniamin sunt idem. Quod patet ex locis quę assignant̄ in principio vtriusque lateris conferendo ea, quę habētur hic ad ea, quæ habentur supra 16. cap. An vero totaliter ista duo latera continuentur ab Oriente vsque ad Occidentem, sicut latera Iudę & Beniamin verisimile est, sed non tantum patet: ferè tamen omnia loca posita in latere filiorum Ephraim ponuntur in latere Beniamin, vt patet immediatè. *Fuitque terminus eorum*. Ista sors Beniamin habebat latera quatuor in forma quadranguli: licet non penitus sit quadrangulus, quia nō potest in his seruari rectitudo linearum, nec regularitas figurarum: dicimus tñ id quod apparet propinquum esse
Latera sortis Beniamin. veritati. Horum autem laterum sola duo describuntur: alia aūt duo patēt ex descriptis. Latus enim oriētale est totaliter ipse Iordanis, & latus occidentale est mare magnum (vt aliqui volunt) vt satis apparet ex terminatione aliorum laterum: si enim latus septentrionale & meridianum terminantur penitus in Iordane & mari magno, necesse est vt totū latus orientale sit Iordanis: & totum latus occidentale sit mare

F magnum, quia occidentale & orientale clauduntur inter meridianum, & aquilonare: sed magis vr̄, ꝙ ista sors circa occidentem stringitur, & terminatur in Cariathiarim, vt patet infra in litera. Describuntur ergo solum duo latera, s. aquilonare, & meridianū. Primò ponitur latus aquilonare, deinde meridianum ibi. *A meridie autem*. Circa primum. *Fuitque terminus eorum contra Aquilonem*. Istud latus est aquilonare sortis Beniamin, & est meridianū sortis Ephraim, vt patet ex locis descriptis hic, & supra 16. cap. *Ad Iordanē pergēs*. Describitur istud latus ab oriente tendens versus occidentem. Est aūt oriens Iordanis, & occidens mare magnum: incipit ergo à Iordane, & debet conuerti ista litera per hypallagē, s. ad Iordanē pergēs, i. pergēs
G a Iordane: nam dicendo ad Iordanē pergens ponitur ibi terminus, in quē in Iordane, & signatur ꝙ sit processus ab Occidente ad Orientē, quia est Iordanis in Oriente: & tñ non describitur hic latus ab occidente in orientē, sed magis è ꝯrio: ideo intelligat̄ a Iordane pergens. *Iuxta latus Iericho*. Terminus sortis Beniamin est aquilonaris respectu Iericho, qa ista ciuitas est intra sortē Beniamin, vt patet infra, & est locus iste circa principium lateris aquilonaris Beniamin, qa incipit latus istud in Iordane. Iericho aūt parū distat a Iordane, ideo in ciuitatibus sortis huius ponitur prima, vt patet infra. *Septentrionalis plagæ*. Idest ꝙ ista linea lateris transit iuxta latus septentrionale vrbis Iericho. In hoc innuitur, ꝙ ista vrbs pertineat ad sortē Beniamin. Nā quidquid est inter latera alicuius sor- Situs Iericho.
H tis, pertinet ad sortē illā: sed latus septentrionale Beniamin est septētrionale respectu Iericho, ergo est intra sortem illam, nisi sit penitus etiā extra latus meridianum. Si autē fuisset Iericho aquilonaris respectu huius lateris, qđ describitur, transiret ista linea lateris Beniamin apud latus meridianum Iericho, & esset Iericho extra sortē Beniamin in sorte Ephraim. *Et inde contra Occidentem in montana conscendens*. Cōtinuat̄ latus istud aquilonare, & a Iericho pergendo ꝯ occidētem est ascensus in montana: sic ēt est in sorte Iudæ & in oībus, q̄ incipiunt a Iordane: nam Iordanis per quādā magnā vallē vsq; ad mare salsissimū labitur, & apud hanc est terra montuosa: Iordanis verò vallis cōtinet aliquas vrbes: ibi enim est Iericho: ideo a Iericho ꝯ
I occidentē ascensus est. *Atque perueniens in solitudinem Bethauem*. Idest istud latus ascendit per desertū Bethauem: ista linea describitur tanq̄ latus meridianū sortis Ephraim supra 16. s. a Iordane vsque Iericho, & inde ad montana Bethel: & ista sunt, in quibus cōputat̄ solitudo Bethauē. De ista Bethauē aliqui dubitāt, an sit idem, qđ Bethel. Et Rab. Sal. hoc tenet, de quo magis declaratum est supra 7. Sed dicendū ꝙ sint duę vrbes. Quod patet supra 7. cum dr̄: cūque mitteret Iosue viros ꝯ Hai, q̄ est iuxta Bethauem ad orientalē plagā oppidi Bethel. Si tñ esset idē locus, nō ponerent̄ ibi duo noīa, q̄ signāt diuersas positiones. Itē patet magis hic, qa dr̄ ꝙ de Bethauē descendit terminus iuxta Luzā, & ipsa est Bethel. Si tñ esset eadem ciuitas non posset descēdere terminus de Bethauē in Bethel. De Bethauē, quid, & situs.
K Bethauem, quare sic fuerit nuncupata, declaratū est supra 7. c. *Et pertransiens iuxta Luzam*. Ista est, q̄ vocatur Bethel, vt patet in litera: & cū duo noīa habeat aliqñ vocat̄ noīe vno, & aliqñ noīe alio: vocabat̄. n. a principio Luza a Chananęis, postea verò Israelitę eā Bethel appellauerūt: qa pater eorū Iacob hoc nomē imposuit, cum iret in Mesopotamiam Gen. 28. cap. & dr̄ pertransire iuxta Luzam, quia non est ipsa in latere aquilonari, sed declinat aliqualiter a latere aquilonari. *Ad Meridiem*. Idest ipsa est iuxta latus illud aquilonare, sed est ad meridianam partem. Ex ista litera dicere debemus ꝙ Luza sit extra sortem Beniamin in sorte

Ephraim,

Ephraim, quia dicitur ꝙ latus istud transit ad meridiem illius, ergo latus istud est meridianum respectu illius vrbis, & tamen istud latus claudit ab aquilone sortem Beniamin, ergo quidquid est ad meridiē, siue ad quodcunque istud latus est meridianum, illud erit magis aquilonare quam tota sors Beniamin, & cōsequenter non est in sorte Beniamin: sic dicebatur supra de Iericho ꝙ latus istud erat ad septentrionalem partem illius: & ob hoc dicebamus, ꝙ erat intra sortem Beniamin, vt patet infra, sed hic dicitur è contrario, s. ꝙ transit istud latus iuxta Luzam ad meridiem, ergo est extra sortem Beniamin. Dicendum quòd nisi aliquid prohiberet nos diceremus Bethel esse extra sortem Beniamin, vt patet ex hac litera: ꝯrium tñ infra patet in numeratione vrbium huius sortis. nam ponitur in eis Bethel. Dicendum ergo ꝙ varie accipit scriptura istos terminos septentrionem & meridiem, s. referendo ad diuersa: & sic sequitur perturbatio. quando ergo dicitur ꝙ transit latus septentrionale iuxta Luzam ad meridiem: non est assumenda ista determinatio respectu vrbis Luzę, s. vt sit illud latus ad partem meridianam vrbis, quoniam ad septentrionalem est: sed accipitur respectu lateris, s. quòd trāsit apud Bethel, vel Luzam ad meridiem, idest ad meridianam partē ipsius lateris, ita quòd vrbs sit meridiana respectu lateris, & nō è contrario. Nam etiā in ipso latere consideratur aquilonare, & meridianū, scilicet, quòd respectu eius aliquid est meridianum, & aliquid est septentrionale: omnes enim vrbes sortis Ephraim sunt aquilonares respectu huius lateris: & omnes vrbes Beniamin sunt meridianę respectu illius, quia latus istud est pars maximè septentrionalis in tota sorte Beniamin: *Ipsa est Bethel*. Idest eadem vrbs est, quæ vocatur Bethel, & Luza. Ponuntur autem ferè ista duo nomina semper vrbis huius, quia primo vocabatur Luza ab incolis terræ, postea verò Bethel appellata est. Sed dicetur contra, quia supra 16. ponuntur ista duo tanquam duæ vrbes, vt cum dicitur: Et egreditur de Bethel Luzam. sed non egrederetur terminus de vna ad alteram, nisi aliquid mediaret, & consequenter differrent ista duo loca. Respondendum est esse vnicum locum: modus autem ibi declaratus fuit. Istam vrbem Bethel volunt ferè omnes doctores esse Ierusalem. Sed falsum est, vt declaratum est Gen. 12. & 28. Nam in hoc cap. cum ponuntur vrbes assignantur Bethel, & Ierusalem tanquam duæ vrbes, & siquis velit eas dicere esse eandē vrbem, sed repetitionem fieri, repugnabit literæ, quæ ponit esse ciuitates quatuordecim, & tamen si ponantur eadem vrbs Bethel, & Ierusalem erunt solum tredecim vrbes. Item Iudic. 1. ponitur captio vrbis Ierusalem, & postea captio Bethel, quæ fuerunt multum dissimiles, quod non stat in vnica vrbe. Item supra duodecimo, cum numerātur trigintavnus reges, qui fuerunt occisi a Iosue de terra Chanaan, ponitur rex Ierusalem vnus, & rex Bethel alius, & siquis eos dicat esse eūdem regem, faciet solum triginta reges. Ideo Nicolaus qui olim tenuerat de Bethel, quę dicit Luza, & ꝙ ipsa sit Ierusalē, iam ab ipsa veritate conuictus dicit, ꝙ nō est eadē: conatur tñ se excusare dicens non esse inconueniens ꝙ sit Bethel multiplex, sicut de multis alijs ciuitatibus patet supra 15. Sed nō stat excusatio, quia istamet est Bethel, de qua ipse, & alij doctores dñt ꝙ sit vrbs Ierusalem. Nam Gen. 12. ponitur Bethel, & illā dicunt esse Ierusalem, & tamē illa Bethel est ista, de qua hic dicitur: quod patet, qa ibi ponitur Bethel apud vrbē Hai, s. ꝙ sit Hai ab Oriēte, & Bethel ab Occidēte. Et ita est de ista ꝙ est apud Hai: nam Bethauē, & Hai, & Bethel ponūtur simul, vt patet supra septimo, s. Cūque mitteret Iosue viros

Cõcordia expletatis litera.

Bethel & [...] cum [...] eadem [...] quā [...] ponunt [...] vt [...].

Error fere [...] do[...] de Bethel.

A contra Hai, quæ est iuxta Bethauē ad oriētalem partē oppidi Bethel. sed hic ponitur Bethel apud Bethauē, ergo etiam Hai est apud eā, & ꝯñr erit ista Bethel, de qua dr̄ Gen. 12. & 28. & de illa tñ dixerūt doctores, ꝙ sit Ierusalem, sed nō stat, vt patet. *Descenditque in Ataroth*. Aliquę Biblię habent hic: Descendit in Astaroth, sed vitium est: nam Astaroth ciuitas est in sorte duarum tribuum, & dimidię in terra regum duorum Amorrheorum, fuitque in regno Og, ipse quoque metropolim regni sui habuit in Astaroth: vnde dr̄ de eo, ꝙ regnauit in Astaroth, vt patet supra 12. & 13. cap. Fuit aūt ista ciuitas olim sedes gigātū in regione Basan, vt patet Gen. 14. nam ibi pugnauerunt ꝯ eos

B reges venientes cum Chodorlaomor, & deleuerūt eos, & vocatur Astaroth Carnaim, vt patet ibidē; ista autem vocatur Ataroth, vt patet in Biblijs correctis, & maximè ex Biblia Hebraica, ad quam circa istorū nominum consonantiam, vel dissonantiam aduertendū est, quia vix apud Latinos nomina propria vrbiū, aut virorum bene scripta vnquam reperies. Quod ex duobus accidit, primò ex idiomatis dissonantia: non enim sunt similes literę in ꝓlatione aut vigore apud Latinos, & Hebręos. Secundò & potissimè ex imperitia librariorum accidit, qui hoc nesciunt: & quod deterius est aduertere negligunt: est aūt eadem ciuitas ista, & illa, de qua hr̄ supra 16. quę vocat̄ Ataroth vbi dr̄ Archiataroth, & sunt duę dictiones, s. archi, qđ in Hebręo dicitur arqui, & Ataroth: sed in litera nostra tanquam vna dictio scribuntur, & sic est idem latus aqlonare Beniamin, & meridianū latus Ephraim,

Noīa vrbiū & virorū Hebręorum vix reperiuntur bñ scripta apud Latinos, & quare.

C & dicitur descendit in Ataroth, quia terra Bethel, & Bethauem est solitudo, & montuosa, ad quam erat ascensus de Iordane, & Iericho, & rursus descenditur inde versus occidentem ad vrbem Ataroth: ista vrbs non pertinet ad sortem Beniamin: nam non computat̄ infra in ciuitatib⁹ eius, sed ponit̄ in sorte Ephraim & iste est modus describendi latera sortium, scilicet, quòd aliquando ponantur termini extrinseci, & aliquando intrinseci. Iste est extrinsecus respectu vrbis sortis Beniamin. *A Dar in montem qui est ad meridiem*. Hic continuatur latus versus occidentem, & ponitur ciuitas, quæ vocatur Dar. Aliqui vocant eam Adar. Sed errant, quia hic ponitur a tanquam prępositio, & designans terminū, a quo, scilicet quòd ab vrbe Dar

D continuatur terminus versus occidentem ad montē, qui est apud Bethoron. Aliqui autem coniungunt prępositionem & casualem, & dicunt Adar tanquam vnum nomen. Sed non stat, quia tunc non fieret sentētia aliqua: cum autem ponatur Dar in ablatiuo est manifesta sententia, quia continuatur latus: in hoc tñ non ponitur omnimoda continuatio lateris cā breuitatis, quia cū dictum fuerit ꝙ de Bethel peruenitur in Ataroth, non dicitur quo itur inde, sed intelligēdū est, ꝙ de vrbe Ataroth peruenit̄ in vrbē Dar, & inde peruenitur in montē Bethoron. *In montem, qui est ad meridiem Bethoron*. Non transit latus aquilonare ꝑ vrbē Bethorō, quia illa pertinet ad terrā Ephraim, vt patet

E supra 16. sed ꝑ mōtē, quēdā, qui est apud Bethorō, est aūt ad meridiē Bethoron. Et in hoc patet ꝙ nō ꝑtinet Bethorō ad sortē Beniamin, qa latus istud, qđ hic describit̄ est maxime septētrionale in sorte Beniamin, claudēs totā sortē a parte septētrionali: quidqd ergo est ad qđ istud latus est meridianū erit extra istā sortē, & sic est de vrbe Bethorō. Posset forte aliquis proteruire ꝙ sit Bethoron in parte Beniamin, qa sic dicebat̄ supra ꝙ transibat latus septentrionale apud Luzā ad partē meridianā; & tamē Luza, siue Bethel, qđ idem est, ponitur in sorte Beniamin, vt infra patet. Rñdendum est, ꝙ non est cōcedendū; quia de Bethel cōcedebat̄ hoc ex necessitate, qa ponit̄ Bethel intra latus

ſortis Beniamin, vt patet infra: Bethoron autem non computatur inter ciuitates Beniamin: ideo tenenda eſt proprietas literę, cũ nihil ab ea nos cogit recedere. Et dicemus, ꝙ ſit Bethoron extra ſortem Beniamin, quia eſt ad meridiem ſeptentrionalem Beniamin. Itẽ patet hoc eſſe neceſſariũ, quia ponitur Bethoron in ſorte Ephraim, vt patet ſupra 16. & infra 21. cap. *Bethoron inferioris.* Vocatur Bethoron inferior, quia ponitur duplex Bethoron, ſ. inferior, & ſuperior, vt patet ſupra 16. cap. & vtraque eſt in ſorte filiorum Ioſeph, cum ponantur in lateribus eorum: vocantur aũt ſuperior, & inferior, quia vna Bethoron eſt magis meridiana, & alia magis aquilonaris: quę eſt meridiana vocatur inferior, & ſic eſt iſta quæ eſt circa latus meridianum ſortis Ephraim. alia vocatur ſuperior, quæ eſt aquilonaris magis, & ponitur in latere aquilonari, vt patet ſupra 16. *Et inclinatur circuiens contra mare.* Inclinatio dicitur eſſe curuatio lineę deſcribentis latus alicuius ſortis, ſiue cum egreditur aliqua ſors, & videtur abſcindere portionem aliquam de alia, ſicut circulus abſcindit portiones aliarum figurarum, vel cum aliqua ſors in ſeipſam curuatur, & ſtringitur atque breuior fit. Iſte modus ſecundus accipitur hic, quia ſors Beniamin terminatur hic, non perueniens ad mare, ſicut ſors filiorum Iudæ. Et quia prius erat amplior, curuatur hic, vt terminetur per modum circuli. Et dicitur ꝙ inclinatur, ideſt ſtringitur in ſe, & eſt circuiens cõtra mare, ideſt cõtra occidentalẽ partem: eſt enim mare magnũ terminus occidentalis terrę totius Chanaan, vt patet Nu. 34. nõ tamẽ eſt intelligendũ, ꝙ terminetur ſors filiorũ Beniamin apud mare magnũ: ſed cum peruenerit ad maximam propinquitatem ſuam ad mare, quod eſt ad partem occidentalem, circuit, i. terminatur linea circulari, & hoc modo contingit ꝙ vrbs Cariathiarim ponatur in latere meridiano, & aquilonari ſortis Beniamin, & in vtroque tanquã finis: quod impoſſibile eſſet, ſi terminaretur modo figurę quadratę aut quadrangulæ: ideo miſſis ſortibus nõ poteſt dari perfecta figuratio reducta ad aliquem modum figurarum geometricarũ, quia illæ aut ſunt rectilineæ aut circulares, hic aũt neutrum eſt. *Ad meridiem montis, qui reſpicit Bethoron contra Africum.* Ideſt iſte circuitus eſt apud montem quendam, qui reſpicit Bethoron: Et intelligitur ſemper de Bethoron inferiori: nam Bethoron ſuperior ſatis diſtans eſt a latere ſortis Beniamin, cum ſit in latere aquilonari ſortis filiorũ Ioſeph, vt patet ſupra 16. cap. circuitus aũt iſte eſt ad meridiem montis: non ꝙ mõs iſte ſit meridianus reſpectu lateris, quod hic deſcribitur, quia eſt extra ſortem Beniamin. Sed ꝙ latus iſtud ſortis Beniamin eſt ad meridiem montis, ſ. ꝙ ſit mons magis ſeptẽtrionalis, ꝗ̃ latus ſeptẽtrionale terrę Beniamin, & iſte eſt mons de quo ſupra dicebatur. Et cum ad eũ perueniat directè latus ſeptentrionale ſortis Beniamin, & tangat illum curuatur circuiens, & ibi eſt latus Beniamin ad meridiem montis illius. *Qui reſpicit Bethoron contra Africum.* Ideſt iſte mons reſpicit Bethoron, quia eſt apud illam. tam mons ꝗ̃ Bethoron ad ſortem Ephraim pertinẽt. Et dr̄ hic Africus, i. meridianus ventus, ſ. veniẽs de Africa: eſt enim Africa pars meridiana mundi, & vocatur iſte ventus alio noĩe Lybs, quia venit de Lybia, quę eſt in quadã parte Africæ. Aliquando tamen ventus Africus aliter accipitur, quia nomina iſtorum ventorũ mutãtur ſecundum diuerſas terras, & auctores loquentes de his: & dicitur reſpicere mons iſte Bethoron contra meridiem: non quidem ꝙ Bethoron ſit ad meridiẽ montis, quia tũc poneretur in ſorte Beniamin, quod falſum eſt: ſed mons eſt ad Africum, ideſt ad meridiem reſpectu Bethoron, quia magis accedit mõs ad

Superius in cap. 15. q. 3. ait Bethoron eſſe in ſorte Iudæ.

Cap. 15. q. 11. paulo poſt medium.

Lybs quis ventus ſit.

F ſortem Beniamin, quæ eſt meridiana quàm Bethoron. *Suntque exitus eius in Cariathbaal.* Ideſt extremitas, vel finis occidentalis ſortis Beniamin eſt in Cariathbaal. ita dicitur de alijs ſortibus, cum terminant ꝙ exitus eius ſunt in talem, vel talem locum. Et non ſignat exitus omnem terminationem, ſed ſolum cũ terminatur aliqua tribus egrediendo, ſ. quòd aliqua pars acuatur in angulum per modum linguæ, & ille paruus arcus, vel ſpatium anguli terminantis vocatur angulus exitus. *Quæ vocatur Cariathiarim.* Iſta eſt vna de vrbibus quatuor Gabaonitarũ, quę vocantur Gabaon Caphira, Beroth, Cariathiarim, vt patet ſupra 9. tres autem harum pertinuerũt ad ſortem Beniamin, vna verò, ſ. Cariathiarim pertinuit ad tribũ Iuda. De

Quid Cariathiarim.

G hoc patet hic, & ſupra 15. de alijs tribus patet infra, q̃a enumerantur inter vrbes Beniamin: & interpretatur Cariathiarim vrbs ſyluarum, vt patet ſupra 15. cap. q̃a Cariath ſignat vrbem, & Iarim ſignat ſyluas. Eſt autẽ ciuitas hęc in latere ſortis Iudæ in aquilonari, ideo poteſt eſſe in latere meridiano ſortis Beniamin, cum totum latus Beniamin ſit idem cum latere Iudæ: ſed non è cõtrario, quia latus aquilonare ſortis Iudæ peruenit ad mare magnum, & non latus Beniamin. Etiã in hac vrbe incipit latus meridianũ ſortis Beniamin. Hoc autem eſt, quia terminatio, & coniunctio horũ laterum eſt circularis. Vocatur autem iſta ciuitas Cariathiarim a ſyluis, in quibus eſt: vocatur Cariathbaal ab idolo Baal, quod ibi erat, quia forte ibi ſpecialiter colebatur Baal. *Vrbem filiorum Iuda.* Ideſt Ca-

H riathiarim eſt vrbs in latere ſortis filiorum Iuda, & pertinet ad eos, vt patet ſupra 15. iſta ciuitas & tota terra propinqua pertinuit ad Heuæos. Quod patet, quia dicitur ſupra vndecimo, q̃a Ioſue cepit pugnando omnes vrbes pręter Heuęũ, qui habitabat in Gabaon; & tamen Cariathiarim, & Caphira, & Beroth captæ ſunt ſine pugna, ſicut vrbs Gabaon: ergo in eis habitabãt Heuæi, & ſic in terra propinqua ciuitatibus illis habitarent. *Hæc eſt plaga contra mare, & occidentem.* Ideſt iſta pars apud vrbẽ Cariathiarim eſt contra mare, & occidentem, ideſt eſt pars occidentalis. Idem eſt eſſe contra mare, & contra occidẽtem, quia mare eſt terminus occidentalis totius terrę Chanaan: Numeri 34. vnde quamquam litera noſtra non obſer-

I uet hoc. in Hebręo tamen fere ſemper ponitur contra mare, cum debet poni contra occidentem, vt ſi aliquis vellet aſſignare quatuor latera alicuius rei, dicit: ad Orientem, ad Aquilonem, ad Auſtrum, & ad mare. Litera noſtra non obſeruat hoc, quia eſſet difficultas intelligendi: Iudæis namque manentibus in terra Chanaan mare erat latus occidentale: ideo vulgariter dicebatur contra mare, ideſt contra occidentem, nobis autem non eſt talis conſuetudo, quia non habemus mare in tali diſpoſitione, ideo ſi diceretur aliquid eſſe contra mare, neſciremus verſus quam partem mundi ſignaretur. ideo litera noſtra fere ſemper poſuit contra occidentem, vbi Hebraica litera ponit contra mare.

Obſeruatio Hebræorum in ſacris literis.

K Sciendum autem quòd cum dicitur: Hæc eſt plaga contra mare. non demonſtratur totum latus ſupra deſignatum, quia illud eſt contra Septentrionẽ, & non cõtra Occidentem: ſed refertur ſolum ad id, quod immediate dictum eſt, ſcilicet ad circuitum, qui fit apud montem quouſque perueniat in Cariathiarim, quia ibi incipit deſcribi latus occidentale, q̃d non eſt plenum latus, cum ſit curuum, & ſic partim aquilonare, & partim occidentale; latera autem rectilinea ſunt propriè occidentalia, aut aquilonaria, vel quomodocunque appellentur. Eſt etiam latus iſtud valde anguſtum: ideo non deſcribuntur in eo vrbes aliquæ, vel regiones.

A me-

A meridie autem ex parte Cariathiarim egreditur terminus cōtra mare, & peruenit vsque ad fontem aquarum Nephtoa. Descenditque in partem mōtis, qui respicit vallem filiorū Ennon: & est contra septentrionalē plagā in extrema parte vallis Raphaim. Descenditque in Gehennon id est vallis Ennon iuxta latus Iebusæi ad Austrum: & peruenit ad fontem Rogel, trāsiens ad Aquilonem: & egrediens ad Ensemes id est fontem solis, pertransit vsque ad tumulos, qui sunt è regione ascensus Adommim: descenditq; ad Abemboem, id est, lapidem Boem filij Ruben, et pertransit ex latere aquilonis ad campestria: descenditque in planitiem, et prætergreditur cōtra Aquilonem Bethagla: suntque exitus eius contra linguā maris salsissimi ab Aquilone in fine Iordanis ad australem plagam: qui est terminus illius ab Oriente. Hæc est possessio filiorum Beniamin per terminos suos in circuitu, et familias suas. Fueruntque ciuitates eius Iericho, et Bethagla, et vallis Casis, Betharaba, et Samaraim, et Bethel, et Auim, et Aphara, et Ophera, villa Emona, et Ophni, et Gabee: ciuitates duodecim, et villæ earū. Gabaon et Rama, et Beroth, et Mesphe, et Caphara, et Amosa, et Recem, Iarephel, et Tharela, et Sela, Eleph, et Iebus, quæ est Ierusalem, Gabaath, et Cariath: ciuitates quatuordecim et villæ earum. Hæc est possessio filiorum Beniamin iuxta familias suas.

A meridie autem. Hic describitur aliud latus sortis Beniamin, s. latus meridianum, & in isto coniungitur totaliter sorti Iudæ: sed est breuius latus Beniamin, quàm sortis Iudæ, *Ex parte Cariathiarim*.

Descriptio lateris meridiani sortis Beniamin. Et quomodo se habeat Iebusæus habitator ad latus Beniamin.

Quæst. IX.

INCIPIT describi latus meridianum, & hoc a parte occidentali versus orientem. Quod patet, quia terminatur latus istud in Iordanem: est tamen Iordanis apud orientem, s. in ipso termino orientali terrę Chanaan: Num. 34. cap. ideo ista loca, quæ ponuntur hic reperiuntur in latere aquilonari sortis Iudæ: sed sunt è cōtrario descripta: & hoc qa ibi computatur latus incipiendo ab oriēte versus occidentem, hic autem è contrario, vt patet comparando ea, quæ dicuntur supra 15. ad ea quæ habētur hic. Est autem Cariathiarim principiū lateris meridiani Beniamin, & lateris aquilonaris. Causa est, quia latera ista, vel saltem aliquod eorū est curuum: cum autē sunt duo curua, & vnum est septentrionale, & aliud meridianum coniungi possunt, vt patet diuidendo circulum in duas medietates, vel duas portiones inę-

A quales, istę se contingent in puncto; si tñ sit aliqua figura rectilinea, vt quadratum, vel quadrangulus, non poterit latus, quod est ad aquilonem coniungi lateri, quod est ad austrum, sed intercidet linea lateralis media. *Egreditur terminus contra mare*. Non debet ista determinatio cōtra mare referri ad istud verbum egreditur, quia tunc esset sensus, quòd de Cariathiarim protenderetur sors Beniamin cōtra mare magnum, sed falsum est, quia istud mare est occidentale in tota terra Chanaan, & tñ versus occidentē non pertingit sors Beniamin vltra Cariathiarim, vt patet supra cū dr̄, ꝙ exitus sortis Beniamin sunt in Cariathbaal, q̄ est vrbs filiorū Iuda, & sequitur ibi. hæc est plaga contra B mare, & occidentem: sed debet referri ista limitatio ad quoddam verbū subintellectum, s. est, s. egreditur terminus cōtra mare, i. terminus, qui est cōtra mare, s. occidētalis, egreditur, s. vt perueniat ad fontē aquarū Nephtoa, vt patet immediate: & illa litera satis declarat istā, cū dicat: Et peruenit vsque ad fontē aquarum Nephtoa. Manifestum tñ est, ꝙ ꝯ eandē partē est egressus, ad quā peruenit, quia peruenire dicit terminum, & ad peruenire præcedit venire: hoc aūt est egredi, sed peruenit ad fontē aquarū Nephtoa, vt patet hic, ergo ꝯ eandē partē fit egressio de Cariathiarim: sed eundo de Cariathiarim versus fontē Nephtoa itur ab occidente versus orientem, cū veniendo de oriente in occidentē per latus filiorum Iuda prius veniatur in fontē Nephtoa q̄ in Cariathiarim, vt patet supra 15. ergo hic nō est egressus de Cariathiarim ꝯ mare, sed ꝯ fontem Nephtoa: sed debet verbū sub-C intelligi, vt dictum est. *Et peruenit vsque ad fontem aquarum Nephtoa*. Idest terminus vel latus meridianū sortis Beniamin ꝑuenit de Cariathiarim in fontē Nephtoa. Aliqui libri habēt fontē Nephtor, sed corrupta est litera: Est aūt iste locus, q ponitur in latere aquilonari sortis Iudæ supra 15. quia identificantur latus meridianū Beniamin & latus aquilonare Iudæ: ideo ab hoc loco vsque ad principiū orientalis lateris fere eadē sunt noīa locorum in hoc latere, & in illo. *Descenditque in partem montis qui respicit vallem filiorum Ennon*. Idest de fonte Nephtoa versus montem, qui respicit vallē filiorū Ennon est descensus. Relictus est vnus locus, qui ponitur in latere filiorum Iudę, & est in isto latere Beniamin: sed non ponitur hic, s. inter fontem D Nephtoa, & Cariathiarim, & sunt vici mōtis Ephrō, vt patet supra 15. ista vallis filiorū Ennō, de qua hic, est apud Ierusalem, vt patet supra 15. & in ea habebāt altaria, & colebāt idola, atque obseruabant superstitiones viri Ierusalē: ideo dicitur 4. Reg. 23. ꝙ rex Iosias contaminauit Tophet, quod erat in valle filiorū Ennon. Per istam vallem transit terminus, s. latus Beniamin & Iudæ, vt patet supra 15. Iste mons, de quo hic, respicit vallem filiorum Ennon, quia est tangens illam, & tamen est vallis magis meridiana quā mōs, vt patet immediate. *Et est contra septentrionalem plagam*. Hoc non debet referri ad vallem, sed ad montem, scilicet, quòd est mons septentrionalis respectu vallis: E nam per medium vallis transit latus terminans, ideo vallis pertinet ad Iudam & Beniamin: mons autem est apud vallem, & tamen est ad septentrionalem plagam vallis, ideo non pertinet aliqualiter ad sortem Iudæ: sed ad Beniamin, quę est septentrionalis respectu Iudæ.

In extrema parte vallis Raphaim. Idest iste mons est in extremitate vallis cuiusdam, quæ dicitur vallis Raphaim: est autem ista vallis in sorte Beniamin: ad tribum vero Iuda nihil pertinet, quia latus istud non transit per vallem Raphaim, sed apud montem, qui est circa vallē Raphaim, s. tangit extremitatem eius. Vocatur ista vallis Raphaim, quia ibi quondam habitaue- Vallis Raphaim situs, & nomen datura.

tauerunt Raphaim, vel ibi fecerunt aliqua memorabilia gesta, ex quibus mansit ibi nomen eorum. Si aũt arguatur, ꝙ non potuerunt ibi habitare Raphaim, qa isti erant quędam gens specialis de stirpe gigantum, & habitabat in terra regum duorum Amorrheorũ, s. in terra Basan, quę erat regis Og, de quorum reliquijs erat rex Og, vt patet supra 12. & 13. Respondendũ est, sicut fuit declaratum supra pręcedenti cap. de Raphaim, qui erãt in sortibus filiorum Ioseph. *Descenditque Gehennon, quæ est vallis Ennon iuxta latus Iebusæi.* Continuatur latus contra Orientem, s. ꝙ de valle Ennon itur apud ciuitatem Iebusęorum nomine Ierusalem, & dr̃ ista vallis descendere, quia itur de extremitate montis ad plana per vallem; ideo necesse est descẽsum esse: nã dicebat supra ꝙ de fonte Nephtoa perueniebatur in partem mõtis ꝯ vallem Raphaim, & ista pars montis vocatur vertex montis supra 15. & de vertice ad vallem est descensus. Si autem arguat̃ ꝙ supra 15. dicitur ascẽdit per vallem filij Annon ex latere Iebusęi, & inde se erigens ad verticem montis, qui est contra Gehennon &c. Respondendum est, ꝙ accipitur hic, & ibi idem latus, tñ contrario modo, qa hic enarratur veniendo ab occidente in orientem, ibi autem veniendo ab Oriente in Occidentem: sed ab oriente in occidentem eundo est ascensus, ergo cum eatur ab occidente in oriẽtem, necessario erit descensus, & sic accipitur hic, & dicitur ꝙ Gehennon descẽdit iuxta latus Iebusęi. Est Gehennnon longa vallis, quæ incipit a vertice montis cuiusdam, qui est ad partem occidentalem Ierusalem, & transit apud vrbem ipsam ad latus eius vadens contra Orientem, & ponitur hic interpretatio eius, s. Gehennon, i. vallis Ennõ: & nos vocamus eã alio modo vallem filiorum Annon: sic enim supra dicitur. Et dicitur transire iuxta latus Iebusęi, i. Iebusęorum habitantium in vrbe Ierusalem. Non accipitur hic Iebusæus pro ipsa ciuitate, quia ipsa vocatur Iebus alio modo, vt infra patet, sed non vocatur Iebusęus; ponitur tamen habitator pro vrbe, & transit ad latus eius, s. ad latus meridianum vrbis: vnde est Ierusalem intra sortem Beniamin, vt patet infra. & sors Iudę circa Ierusalem transire dicit̃, sed non includit eam: accedit tamen terminus filiorum Iuda circa portam vrbis Ierusalem, & apud fontem Rogel, vt patet infra. *Ad Austrum.* Designatur qualiter se habeat Iebusę⁹ habitator Ierusalẽ ad istud latus Beniamin: & dicitur ꝙ transit latus istud ad austrum, idest ad partem australem, s. ꝙ linea ista lateris est magis australis cõtra Ierusalem, sed istud latus est maxime australe in sorte Beniamin; ergo necesse est Ierusalem esse intra sortem Beniamin. De hoc magis dicetur infra, s. an pertineat ad sortem Beniamin, vel ad sortem Iudæ. *Et peruenit ad fontem Rogel.* Iste est quidam fons apud vrbem Ierusalem, apud quem est quidam lapis magnus nomine Zoeleth, apud quẽ Adonias quartus filius Dauid fecit conuiuiũ magnũ, & occidit victimas, cum parabat assumere regnatiuã successionem, vt patet 3. Regum 1. cap. Dicitur autẽ Rogel in Hebręo, vt aliqui volunt fullo, s. candificans pannos lauando. Vnde dicunt quidã hunc esse fontem fullonis, apud quem steterunt nuncij regis Assiriorum, de quo 4. Reg. 18. & apud quem exiuit Isaias obuiam regi Acham Isa. 7. & vocatur in litera nostra via agri fullonis. Sed dicendũ est Rogel non signare in Hebręo fullonem, i. pannorum lotorem, sed eum, qui pannos teret pede, vel malleo, vt in aqua fit, vbi malleo percutiente supponũtur panni ad mollificandum, & candificandum: qui autem simpliciter pannos lauat, vocatur in Hebręo conem, & istud nomen ponitur in Hebręo 4. Reg. 18. & Isa. 7. vbi litera nostra dicit viam agri fullonis, hic autẽ vbi ponitur Rogel

F nunq̃ litera nostra posuit fullonem, sed accepit tanq̃ nomẽ proprium, & sic est accipiẽdum, de quo supra 15. dictum est. *Transiens ad Aquilonem, & egrediens ad Ensemes.* Non est sensus ꝙ latus istud transeat ad aquilonarem partem fontis Rogel; quia est fons circa Ierusalem, & est latus istud ad meridianam partẽ fontis, q̃q̃ non erat incõueniens dicere ꝙ fons Rogel sit in sorte Iudę. Et cum iste terminus, qui describitur diuidat Beniamin, & Iudam, erit latus istud aquilonare respectu fontis, & iste modus est in assignationib⁹ terminorum, quia aliqñ ponuntur termini intrinseci, & aliqñ termini extrinseci; & tñ primo mõ dicendo ꝙ fons Rogel sit iuxta Ierusalẽ, & in sorte Beniamin est sensus, ꝙ transit latus istud ad aquilonem, i. curuat

G ibi versus Aquilonem, s. ꝙ ante hoc extendebatur latus Beniamin versus sortem Iudę, quasi abscindendo aliquid, & hoc erat declinare ad meridiem: nũc vero curuatur intra se, & declinat ad partem aquilonarem. Nam Beniamin est aquilonaris ad Iudam: ideo cum flectitur latus versus Iudã dicitur declinare in austrũ: cum vero ad se redit, & curuatur dr̃ transire ad aquilonem. *Et egrediens ad Ensemes, idest fontem solis.* Ensemes est locus sic dictus, & interpretat̃ fons solis: hoc aũt apposuit litera nostra ad cognoscendum significationem nominis, sed in Hebręo non habetur, quia ibi non oportebat exponi, cum non sit nomen alienę linguę supra 15. dr̃ transit ad aquas, quæ vocant̃ fons solis: in quo innuitur, ꝙ iste locus, qui dr̃ Ensemes sit fons aliquis, vel lacus, aut stagnũ: & vocatur sic. Est *Quid Ensemes.*

H aũt hic exitus, quia non transit recte linea describens latus, sed curuatur. *Et pertransit vsque ad tumulos, qui sunt ex aduerso ascensionis Adommim.* Idest de fonte solis procedẽdo versus orientẽ peruenitur ad tumulos quosdam, s. ad tumores terrę magnos. Aliqui dicũt istos esse tumulos Iordanis, apud quos filij Ruben, & Gad, & dimidiæ partis Manasse struxerunt altare, de quo infra 22. cap. Sed de hoc ibi dicetur: & non accipitur tumulus pro sepulchro, vt aliqui accipiunt: sed pro tumore teræ, i. monte, vel colle: & sunt simul forte plures tumuli in aliqua terra plana, & apud illos trãsit latus istud: sunt aũt isti tumuli ꝯ ascẽsum Adõmim, idest ꝙ aliquis locus, vel mons vocatur Adommim, & sunt ex opposita fronte ad locũ illum tumuli isti.

I Adommim in Hebræo signat Idumęos, vel Rubeos, scilicet, ꝙ isti tumuli sunt contra ascensum Idumęorum, i. ꝯ aliquem locũ, vel montem, per quẽ ascendit in terram Idumęorum: sed magis dicendũ est, ꝙ accipitur tanq̃ nomen propriũ: & istũ sensum secutus est Hieronymus, alioquin dixisset ꝯ ascensum Idumæorum, sed non multum consonat. *Descenditque ad Abemboen.* Idest de tumulis illis magis ꝯ orientem itur ad Abemboen supra 15. ponitur hic ascendere. Sed rñdẽdum est, vt supra dicebatur, s. ꝙ accipitur idẽ latus hic, & ibi: tñ ꝯrio mõ, s. hic ab occidẽte in oriẽtem, & ibi ẽ ꝯrio: ideo si hic est descẽsus erit ibi ascensus, vel ẽ ꝯrio. Abemboen est nomen proprium in Hebręo, & est compositum signans lapidem Boen, & ad istum locum peruenitur, qui non multũ distat

K a Iericho. *Idest lapidem Boen filij Ruben.* Ista interpretatio superaddita est, quia in Hebræo non ponuntur noĩa interpretata: pertinet enim hmõi interpretatio ad noĩa, q̃ vertunt̃ de lingua peregrina: sed in Hebręo ponuntur noĩa pure Hebraica: hic aũt ponunt interpredum noĩa Hebręa cũ Latinis, & q̃dã illorũ interpretatur litera nostra. *Et pertransit ex latere Aquilonis ad campestria.* i. post Abẽboẽ extẽdit latus istud ad cãpestria q̃ sunt in valle illa, in qua est Iordanis: & sunt ista campestria ex latere Aquilonis, s. quod pertinent ad terrã Beniamin, & sunt ad Aquilonem lateris huius: quidquid enim est in terra Beniamin est aquilonare ad istud

istud latus cum sit istud latus meridianū sortis ipsius, & nihil possit esse ibi tam meridianum. *Descenditque in planitiem*. De campestribus descenditur in plana: nam campestris terra est, quæ nec est penitus montuosa, nec totaliter plana, sed media inter montes, & planitiem: cum autem descenditur de montibus est terra campestris, cum verò magis descenditur ad valles, est ibi aliquid planum: & ista planities est circa ipsum Iordanem.

Et prætergreditur contra Aquilonem Bethagla. Idest transit apud vrbem Bethagla ad aquilonarem partem: nō quidem quòd sit latus istud ad aquilonarem partem Bethagla, quia tūc esset Bethagla in sorte Iudæ, ita vt esset magis meridiana quàm latus istud; sed falsum est, quia est in sorte Beniamin, vt patet infra, sed debet conuerti, scilicet ad Aquilonem Bethagla, idest quòd vrbs Bethagla est ad aquilonarem partem huius limitis. Et hóc modo patet, quia omnes vrbes sortis Beniamin sunt aquilonares respectu huius lateris, quod describitur, quia istud est latus meridianū Beniamin: est autem Bethagla circa ipsum latus: nā etiam ponitur tanquam terminus Iudæ, cum describitur istudmet latus, vt patet supra decimoquinto capitulo. De Bethagla quid sit ibi dictum est.

Finis lateris meridiani sortis Beniamin.

Suntque exitus eius contra linguam maris salsissimi. Iste est finis lateris meridiani in latere aquilonari: nam mare salsissimū, vel Iordanis ponitur tanquam latus orientale terrę huius. Dicitur autem mare salsissimum mare sodomorum, quod etiam vocatur mare deserti, & solitudinis, & mare mortuum, & mare diaboli, de quibus declaratum est supra duodecimo cap. Dicitur autem quòd ad linguam maris huius tenditur sors Beniamin, quia non accedit ad ipsum mare, sed versus quādam particulam exeuntem a mari porrigitur. Vocatur autem lingua maris quoddam brachium eius versus Aquilonem per eam partem per quam intrat Iordanis in mare: reliquum autem ipsius maris, scilicet contra meridiem pertinet ad frontem sortis Iudæ.

Ab Aquilone in fine Iordanis. Ista videtur esse implicita, quia ponuntur hic tres termini simul, scilicet aquilonaris, australis, & orientalis: & videtur esse ambiguum ad quid singula referantur: & dicendum quòd primus terminus refertur ad linguam maris, scilicet quòd lingua maris salsissimi ab Aquilone est in fine Iordanis; in quo innuitur quòd istud mare habet alias linguas: nam versus quamcunque partem dirigitur, & arcuatur, vel fit aliquis introitus acutus vocatur lingua, & sic erunt aliquæ fortassis ad Orientem, vel Meridiem, vel Occidentem: hic autem solum dicitur de lingua, quæ est ad Aquilonem maris illius, & ista est in fine Iordanis: descendit enim Iordanis in mare salsissimum, siue mare mortuum vt patet supra tertio, & intrat in illud per partem aquilonarem, vbi acuitur mare, & vocatur lingua: Dicitur autem ibi finis Iordanis, quia postquam Iordanis intrat in mare illud perdit nomen suum. In confinio ergo aquarum maris, vbi incipit Iordanis perdere nomen, dicitur finis Iordanis, & ad hanc partem peruenit latus terrę Beniamin, nec potest referri hoc ad sortem Beniamin: quia non habet illa ab Aquilone linguam maris salsissimi, sed magis ab austro: sors autē Iudæ habet linguam istam a parte aquilonari, vt patet supra decimoquinto cap.

Ad australem plagam. Hoc refertur ad sortem Beniamin, scilicet extremitas sortis peruenit ad linguā maris, quæ est in fine Iordanis, & ab aquilonari parte ipsius maris, & tamen est a parte australi Beniamin, quia nihil est magis australe in tota sorte Beniamin, quàm lingua maris salsissimi, non tamen est penitus

A in latere australi, sed est in latere orientali in extremitate meridiana ipsius lateris.

Qui est terminus ab Oriente. Refertur ad Iordanem, scilicet, quòd ipse est terminus ab Oriente, idest terminat totam sortem Beniamin a parte orientali: nihil enim aliud tangit sors Beniamin in Oriente, nisi Iordanem: nam linguam maris non tangit in parte oriētali, sed est in extremitate lateris orientalis sortis huius, & pertinet ad frontem orientalem sortis Iudę, vt patet supra decimoquinto, s. quòd totum mare salsissimū vsque ad extrema Iordanis est terminus oriētalis sortis Iudę. *Hæc est possessio filiorum Beniamin per circuitum*. Iste est epilogus prędictorum, s. solum hoc
B quod descriptum est pertinet ad possessionem filiorum Beniamin, & dicitur per circuitum, non ꝙ possessio Beniamin sit posita in circulo, vel in circuitu alicuius rei, sed quia non describuntur hic ciuitates, vel regiones illius, sed solū termini, & isti sunt in circuitu ipsius sortis. dicitur describi sors Beniamin in circuitu, i. circuitus sortis Beniamin, s. termini soli: mediū aūt sortis ipsius, s. terra habitanda, & colenda non fuit descripta. *Et familias singulas*. Idest in terra ista, cuius positi fuerunt termini, erat tota tribus Beniamin cū omnibus familijs: vnde singulę familiarū receperūt intra terminos istos possessiones suas missa sorte, sicut fiebat in ipsis tribubus, vt patet Nu. 26. cap. *Fueruntque ciuitates*. Hic ponit ciuitatum nominatim descriptio, & fuerūt ciuitates quatuordecim: incipitur autem numerus earum ab oriente. *Iericho*. Ista est prima, quia sors ista ab oriente incipiebat in
C Iordane, sed apud Iordanem est ciuitas Iericho: nam cum transierunt Israelitę Iordanem venerunt primò in vrbem Iericho quàm ad aliquā aliam, vt patet supra quinto & sexto: si tamen aliquam ciuitatem reperissent in itinere ad illam primo diuertissent. Etiā patet quia antequam transirent Iordanem, cum mitterent exploratores ad sciēdum de statu Chananęorum, miserunt eos ad vrbem Iericho, vt patet supra 2. cap. *Et Bethagla*. Ista ciuitas est etiam in sorte Beniamin: & est magis meridiana quàm Iericho, quia sors Beniamin cōiungitur sorti Iudæ ex parte meridiana, quia est Iudas maxime meridianus, vt patet supra decimoquinto. tamen Bethagla ponitur in terminis lateris Iudę, & Beniamin, vt patet eod. cap. & non po-
D nitur Iericho. ergo magis est australis Bethagla. De ista vrbe dictum est supra 15. s. quō in ea Iacob funera celebrata sint. *Et vallis Cassis*. Non est nomen appellatiuum istud, sed est nomen ciuitatis cū ponantur ciuitates duodecim in sorte Beniamin: & si non computetur ista solum erunt ciuitates vndecim, est tamē nomen proprium loci compositum, sicut in vsu Latinorum, quia interdum vnum nomen loci est compositum ex duobus appellatiuis, & interdum ex duobus proprijs, & interdum ex proprio, & appellatiuo: hic aūt est nomen proprium compositum ex appellatiuo, & proprio: talia aūt nomina raro litera nostra conuertit in formam Latinam: sed relinquit in voce
E Hebręa: sicut patet in plerisque nominibus ciuitatū supra, & seq. cap. hic autem conuertit nomen primū in formam Latinā; & cū dr̄ vallis Cassis, nō accipitur Cassis pro Casside, q̄ est genus armaturæ capitis, nec ꝓ reti: cū dicimus Cassis genitiuo Cassis. iuxta illud:

Casse meo venor: nunc armor Casside clara.

Licet ponitur ꝓ noīe Hebræo, quod dicitur quizim, & quia nō est talis modus scribēdi apud Latinos scripsit Hiero. Cassis, sed nihil signat hic cū stet pro noīe Hebręo. *Betharaba*. Ista est alia ciuitas, & est in latere meridiano sortis Beniamin: nā in latere sortis Iudę describitur, vt patet supra 15. & istę duę sortes cōmunicāt in vno latere, qd est meridianū sorti Beniamin,

Descriptio ciuitatum nūcupatim in sorte Beniamin. Iericho.

Bethagla.

Betharaba.

Samaraim & Bethel. min, & est aquilonare sorti Iudæ. *Et Samaraim*. Ista ciuitas non est multum famosa in sorte Beniamin: raro enim nominatur. *Et Bethel*. Ista est, quæ alio nomine vocat Luza, vt patet supra, & est in latere aquilonari sortis Beniamin, vt patet supra in litera: vnde etiam in latere meridiano sortis Ephraim ponitur, vt patet supra decimosexto, in ista ciuitate fuit positus vnus de duobus vitulis, quos fecit rex Ieroboam, vt patet 3.Reg.13.cap. vnus autem de regibus, quos occidit Iosue fuit de vrbe hac, vt patet supra duodecimo, & non fuit capta tempore Iosue ab Israelitis, sed post mortem eius aliquanto tempore, de cuius modo patet Iudic.1.cap. apud istam vrbem moratus est Abraham a principio, quando venit in terram Chanaan, cōstruxitque altare ab oriēte illius, vt patet Gen. 12. & apud eam dormiuit Iacob vadens in Mesopotamiam, cum vidit angelos ascēdentes, & descendentes per scalam, & tunc imposuit nomen vrbi, de quo Gen.28.c. *Auim, & Aphara, & Ophra*. Tres vrbes sunt in tribu Beniamin non multum famosæ. Est autem difficultas circa ista nomina locorū generaliter, quia mutātur sępissime, & vrbs, quę semel vocatur sic, alibi vocatur aliàs: sic patet de vrbibus, quæ sunt in hac tribu: quia infra 21. in ciuitatibus, quę dantur Leuitis ponuntur quatuor vrbes de tribu hac, & duæ earum non ponuntur hic, s. Amathobli, & Almon: ideo necesse est, vt dicatur quòd nō fuerunt hic enarratę omnes vrbes Beniamin, quod non videtur satis rationabile, cum conetur hic scriptura enarrare vrbes Beniamin, & ponat summam earum, s. quòd sunt quatuordecim, si tamen plures essent, frustra esset fieri enarratio hęc: si autem dicamus non fuisse plures vrbes in sorte Beniamin, necesse erit aliquas ciuitates esse Binomias saltem, & tunc est difficultas.

Auim & Aphara & Ophra.

Villa Hemona, & Ophni, & Gabee. *Villa Hemona*. Non sunt ista duo nomina, sed est vna ciuitas, cuius nomen erat villa Hemona, sicut nos dicimus villam viridem aut villam delectabilem. *Et Ophni*. Sic est nomen sacerdotis vnius, qui erat filius Eli summi sacerdotis, vt patet 1.Reg.4.cap. *Gabee*. Ista differt a ciuitate Gabaa, vel Gabaath: & sic ponuntur hic tanquam diuersę vrbes, cū ista ponatur inter duodecim, & alia inter quatuordecim, & vtraque est necessaria ad complendum numerū: ista ciuitas postea data fuit sacerdotibus in diuisione ciuitatū, quæ prouenerunt Leuitis de qualibet sorte.

Ciuitates duodecim, & villæ earum. Idest istę ciuitates duodecim cum villis suis pertinuerunt ad sortem Beniamin: & vocantur villę rura parua, vel loca, quæcunque non munita: nam loca munita, etiam si parua sint vrbes appellantur, nec obseruatur differentia, quę est apud nos, scilicet, quòd aliqua loca munita sint, quę vocentur villę, & alię vrbes, & alia castra. Ponuntur autem istæ duodecim ciuitates per se, cum tamen aliæ plures ciuitates pertineant ad sortem Beniamin, scilicet quatuordecim, quę sequuntur ex causa assignata supra decimoquinto, scilicet, quia erant aliquando in vna sorte plures regiones, & ciuitates, quæ in vna regione sunt per se computantur: quæ vero in alia computantur sub alia summula, & quia erat sors Iudę valde magna, vt patet ex numero ciuitatum ei datarum, erant vrbes in multis regionibus. vnde multæ summulæ vrbium ibi factę sunt, vt patet eod.cap. *Gabaon*. Hic ponitur alia summula vrbium in sorte Beniamin pertinentium ad aliam regionem, & prima est Gabaō: ista est principalis inter quatuor vrbes, quę in dolo pepigerunt fędus cum Israelitis, & habitatores earum non fuerunt deleti, de quo supra 9.cap. & Erat Gabaon pertinens ad populum Heuęorum, de quo supra vndecimo, scilicet omnes vrbes pugnādo cepit pręter Heuęum, qui habitabat in Ga- Gabaon.

F baon: ista vrbs differt a Gabee, de qua supra dictum est, & a Gabaath. Nam alioquin non complebitur numerus ciuitatum hic positarum. *Et Rama*. Ista est alia ciuitas pertinens ad sortem Beniamin. Ista vrbs differt ab illa, quæ vocatur Ramoth Galaad, quia illa est in terra Galaad ante transitum Iordanis ad orientem, & est in sorte Gad, vt patet Deut.4. & infra 20.c. ista autem est in sorte Beniamin. Rama.

Alij volunt Rama esse vrbem, de qua erat oriundus Samuel propheta. Sed falsum est, quia illa vocatur Ramatha, vt patet 1.Regum 1. & 7. cap. Item Rama est in sorte Beniamin, & Ramatha erat in sorte Ephraim, vt patet 1.Regum 1. Sed Rama est vrbs illa de qua dicitur Ierem.31. vox in Rama audita est
G ploratus, & vlulatus. Idem patet Matth.2. & hoc conuenit illi, quia dicitur ibi de Rachel plorāte filios suos, ipsa tamē erat mater Beniamin ad cuius sortem pertinebat Rama. Sic enim aliqui volunt: sed non consentit litera nostra, quæ nō ponit ibi Rama prout est nomen proprium vrbis, sed vt est appellatiuum, & signat altitudinem. Nam licet Matth.2. dicatur: Vox in Rama audita est. tamen Iere.31.cap. non dicitur in Rama, sed vox in excelso audita est. *Et Beroth*, Ista est vna de quatuor ciuitatibus Gabaonitarū confęderatis Israelitis in dolo, cuius non perierunt habitatores, vt patet supra nono, vbi ponūtur nomina vrbiū, scilicet Gabaon, Caphira, Beroth, Cariathiarim. *Et Mesphe*. Ista est alia ciuitas. Nam hic non computantur nisi ciuitates. Alia ciuitas ponitur similis
H supra vndecimo, scilicet, quòd persecuti sunt Israelitę Chananeos fugientes vsque ad cāpum Masphe: sed illa differt ab ista: est enim magis occidentalis atque septentrionalis, scilicet versus Sidonem, vt patet ibidem cum ponatur simul, scilicet vsque ad Sidonem magnā, & aquas Masserephot campumque Masphę. Ista quoque vrbs potest esse, quæ vocatur Masphat, in qua erat locus sacrificiorum, de quo primo Regum septimo, quamquā aliqualis apparet differentia: magis autem videtur esse Masphat in terra Galaad, quæ est terra duorum regum Amorrhęorum, vbi habitauerunt duę tribus & dimidia, & in loco ipso morabatur Iepte Galaadites, qui fuit vnus de iudicibus Israel, & pugnauit contra Ammonitas, vt patet Iudicum
I vndecimo cap. *Caphara*. Ista est vna de quatuor ciuitatibus Gabaonitarum confęderatis Israel, vt patet supra nono, quamquam ibi vocatur Caphira, sed in hoc nihil differt: & sic patet quòd de illis quatuor ciuitatibus pertinuerunt tres ad sortem Beniamin, scilicet Gabaon, Beroth, Caphira, & vna pertinebat ad Iudam, scilicet Cariathiarim, vt patet supra decimoquinto, & supra in litera. *Et Amosa, & Recem, Iarebel, Carala, Sela, Ieleph*. Istæ sex vrbes tribus Beniamin non sunt multum famosæ in sorte illa. *Et Iebus, quæ est Ierusalem*. Ista etiam vrbs multa nomina habet, quia vocatur Iebus, & Ierusalem. Isti vrbi ponuntur multa nomina a doctoribus sacris, quæ comprehenduntur his versibus. Beroth. Mesphe. Caphara.

Solima, Luza, Bethel, Ierosolyma Iebus.
K *Helia vrbs sacra Ierusalem dicitur, atque Salem.*

Nomina vrbis Ierusalem.

De his nouem nominibus solum est dubium quantum ad duo illorum, scilicet quantum ad Luzam, & Bethel, de quo late declaratum est Genesis vigesimooctauo. & vt sępe inductum est multum differunt Bethel, & Luza a Ierusalem: ista autem duo nomina sunt ei magis conuenientia potissime ex modo loquendi veteris testamenti, scilicet Ierusalem, & Iebus.

An Ierusalem sit in sorte Beniamin, vel Iudæ. In quo opinio Nicolai refellitur. Et quomodo vrbes in vna tribu poterant ad aliam pertinere. Quæst. X.

Circa istam vrbem est quæstio ad quam tribum pertineat, s. an ad tribum Iudæ, vel ad tribum Beniamin. Aliquis dicet, ꝙ ad tribum Iudę, quia in ea habitabant filij Iuda. nā reges de tribu Iuda ibi manebant, vt patet ex processu tertij & quarti libri regum: si tamen fuisset vrbs Beniamin, mansissent in ea filij Beniamin.

Item non solum reges Iuda habitauerunt in ea, sed etiam quicunque de filijs Iuda a principio, ergo non pertinebat ad Beniamin: patet supra 15. s. Iebuseū autē habitatorem Ierusalem non potuerunt delere filij Israel: habitauitque Iebuseus cum filijs Iuda vsque in præsentem diem in Ierusalem.

Item quelibet tribus habebat curam pugnandi cōtra hostes, qui erant in sorte sua, nec pertinebat ad vnam tribum pugna contra hostes, qui erant in sortē alterius tribus, nisi adduceretur in adiutorium, vt colligitur Iudi. 1. cum dixit Iudas Simeon fratri suo, ascēde mecum in sortem meam, & pugna contra Chananęum, vt & ego pergam tecum in sorte tua, sed ad filios Iudę pertinebat pugna contra Iebuseos habitatores Ierusalem, vt patet supra 15. Iebusęum autem &c. ergo ad eorum sortem pertinebat Ierusalem.

Et si quis dicat, ꝙ filij Iudæ receperunt conflictū contra Iebuseos habitatores Ierusalem non ex iure suo, sed ex concessione filiorum Beniamin: dicetur non stare, quia filij Iuda dixerūt Ierusalem esse de sorte sua, vt patet Iudi. 1. s. Ait Iudas Simeon fratri suo: ascende mecum in sortem meam, & pugna contra Chananęum, & postea sequitur quomodo filij Iudæ, cum filijs Simeon iuerunt in Ierusalem, & combusserunt totam vrbem, ergo pertinebat ad sortem eorū.

In contrarium videtur, ꝙ pertineat ad tribum Beniamin, quia impossibile est eandem vrbem pertinere ad duas sortes tribuum, sed pertinebat Ierusalem ad Beniamin, ergo non pertinebat ad sortem Iudæ: patet hic ex litera, vbi computatur inter vrbes Beniamin.

Item patet, quia in tota sorte Iudæ non ponitur Ierusalem: si tamen esset in sorte illa poneretur in summula ciuitatum eius.

Item cum describitur latus sortis Iudæ supra 15. ponitur ipsum transire ad partem meridianam Ierusalē, & illud est latus aquilonare sortis eiusdem, ergo Ierusalem necessario est extra sortem Iudæ.

Nicolaus autem, vt tollat inconuenientiam, dicit ꝙ Ierusalem quantum ad quādam partem pertinuit ad sortem Iudę, & quantum ad quandam partem ad sortem Beniamin, & sic poterunt habitare in ea filij Iudę, & Beniamin, & vtrisq; competebat ius pugnandi contra vrbem ipsam.

Sed dicetur non stare, quia nulla vrbs poterat pertinere ad duas tribus: sed de Ierusalem dicitur, quod ꝑtineat ad Beniamin hic, ergo non ad Iudam.

Dici poterat, ꝙ quamquam regulariter vna vrbs non pertineat ad duas tribus, poterat tamen diuidi & pertinere ad eas non in solidum, sic patet de vrbe Nopheth pręcedenti cap. s. ꝙ dimidia tribus Manasse accepit vrbes multas, quarum ponitur vna tertia pars vrbis Nopheth, ergo facilius poterat Ierusalem diuidi in duas partes.

Sed dicendum est non stare, quia si vrbs Ierusalem partim pertinuisset ad Iudā, & partim ad Beniamin, sicut ponitur in sorte Beniamin, ita poneretur in sorte Iudæ, sed non ponitur in sorte Iudę, & ponitur in

A sorte Beniamin ergo &c. Item & fortius si vrbs Ierusalem partim ad tribum Iudę, & partim ad tribum Beniamin pertineret, necesse erat vt linea diuidens sortem Beniamin, & Iudæ transiret per ipsam vrbem Ierusalem, sed falsum est, quia transit apud vrbem Ierusalem ad latus meridianum Ierusalem, ergo nullo modo pertinebit Ierusalem ad sortem Iudæ, sed penitus erit in sorte Beniamin, quæ est aquilonaris respectu sortis Iudę.

Dicendum autem, ꝙ pertinebat Ierusalem penitus ad filios Beniamin, filij autem Iudæ non habitauerūt in ea tanquam competeret eis de iure, sed ex alia causa. s. quia erat Ierusalē in extremitate sortis Beniamin, apud sortem Iudæ, & concesserunt filij Beniamin filijs Iudæ a principio, ꝙ pugnarent contra vrbem illā,

B & morarentur semper in ea, quia fortè filij Iudæ concesserūt eodem modo filijs Beniamin aliquam de vrbibus sortis suæ ad habitandum in ea, & hoc nō fuit factum multo tempore post acceptam sortem, sed a principio: nam ipsi incęperunt pugnare contra habitatores Ierusalem a principio, & cum deleuissent aliquos de illis, non præualuerunt contra omnes: nam manserunt aliqui in castro in monte Sion, qui expugnari non potuerunt, vt patet supra 15. si autem non fuisset data ciuitas ista ab initio filijs Iudæ: nō potuissent ipsi curare de expugnando habitatores vrbis, scilicet Iebuseos.

Item poterat alio modo pertinere vrbs Ierusalem ad filios Iudæ. s. si totaliter desperantibus filijs Beniamin de capiendo Ierusalem filij Iudæ pugnarēt & caperent eam, cedebat illis, ita ꝙ possent in illa semper

C habitare. & ex similibus causis vrbes, quæ in vna tribu erant poterant pertinere ad aliam tribum quantum ad aliqua iura, sic fuit de Sicelech, quę erat ciuitas in sorte Simeon, vt patet seq. c. & tamē postea pertinuit semper ad reges Iuda, quia erat ista ciuitas in potestate Philisthinorum. Et cum rex Dauid confugisset ad Achis vnum de regibus Philisthinorum, dedit ei vrbem Sicelech, & ex tunc venit per successionem in omnes reges Iudæ, quia Dauid cepit eam de manu hostium, vt patet 1. Reg. 27. cap.

Sed tunc arguetur quia Iudi. 1. c. dicitur, ꝙ filij Be-

D niamin non potuerunt delere Iebusæum, qui habitabat in Ierusalem, sed habitabat simul cum filijs Beniamin, & sic non videtur quòd habitauerint in Ierusalem filij Iuda, sed filij Beniamin.

Responderi potest, ꝙ ciuitas ista secundum ius sortis pertinebat ad solos filios Beniamin: ad filios autē Iuda pertinuit ex concessione Beniamin, quia adiuuerunt eos ad pugnandum, vel ex alijs causis, ideo cum hoc a principio diuisionis sortium conuentum fuerit inter filios Iudę, & Beniamin, conuenerunt vtriq; ad pugnandum contra Ierusalem, & non potuerunt delere arcem, sed solam vrbem planam vastauerunt gladio, & igne.

Causa autem errandi aliquibus est, quia scriptura loquitur diuisim de pugna filiorum Iudæ contra Ie-

E rusalem, & de pugna Beniamin, tamē fuit vnica. Causa huius est, quia Ierusalem aliquo modo pertinebat ad filios Iudæ, & aliquo modo ad filios Beniamin, iō quando agitur de aliquo eorum, scriptura recolit de vrbe Ierusalem, & sic cum ageretur supra 15. de sorte filiorum Iudæ, dictum est in fine, ꝙ non potuerunt filij Iudæ, delere Iebusęum habitatorem Ierusalem, & tamen quia nō pertinebat ad sortem illius tribus, sed solum ex concessione, non fuit posita inter vrbes Iudæ. Et cū Iudi. 1. agat de qualibet tribu quasi hostes sortis suæ expugnare non potuerit, vel quos tributarios fecerit, sicut Ierusalem ad Iudā, & Beniamin pertinebat quamquam diuersimode, ita cum de vtroq; ageretur

ageretur dictum est de Ierusalem. Nunc responderi potest ad argumentum in contrarium.

Ad primum cum dicebatur, ꝙ reges Iudæ habitabant in Ierusalem, quod tamen non facerent, nisi ptineret ad tribum Iuda, ergo &c. Respondendum, ꝙ quamquam ibi habitarent, non sequitur, ꝙ pertineret ad ius sortis Iudæ: sed habebāt hoc filij Iudæ ex concessione filiorum Beniamin.

Aliter posset responderi de regibus, ꝙ ipsi poterāt habitare vbicunque vellēt: nam cum totus Israel erat vnum regnum, sicut tempore Saul, Dauid, & Salomonis, quamquam rex esset de vna tribu, posset habitare in quacunque parte regni vellet, & sic in omnibus tribubus: tempore autem posteriorum regum facta diuisione etiam reges Iuda poterant morari in Ierusalem, quia manserant duæ tribus cum regibus Iuda. s. tribus Iuda, & Beniamin, ideo possent reges manere in vrbe Ierusalem, quia ad eorum dominium pertinebat.

Ad secundum argumentum cum dicebatur, ꝙ solum reges habitabant de tribu Iuda in vrbe Ierusalē, sed etiam quicunque populares. Respondendum, ꝙ non sequitur ex hoc ad eos pertinere vrbem istam iure sortis: sed pertinebat ex concessione ius habitandi in ea, & manebant simul filij Beniamin, & filij Iudæ in vrbe Ierusalem.

Ad tertium argumētum. s. ꝙ nulla tribus habebat curam pugnandi contra hostes, qui erant in alia tribu &c. Concedendum est, sed filij Iudæ non habebant curam pugnandi contra Iebusæum habitatorē Ierusalem iure suo: sed ex conuentione & concessione. s. ꝙ concesserunt filij Beniamin filijs Iudę, vt habitare possent in vrbe Ierusalem: dum tamen adiuuarēt eos ad habitatores expellendum inde, & cum pugnauissent non potuerunt expellere eos ex arce, ideo dicitur, quòd non potuerunt delere Iebusæum.

Ad confirmationem cum dicebatur, ꝙ non poterat responderi pertinere vrbem Ierusalem ad filios Iudæ ex concessione, quia ipsi dixerunt filijs Simeon, vt ascenderent cum eis in sortem suam, & postea ascenderunt in Ierusalem. Dicendum, ꝙ nō patet ex hoc Ierusalem pertinere ad sortem Iudæ: nam cum hoc dixissent, iuerunt ad multa loca, quæ ptinebāt ad sortem Iudæ, vt in Hebron, & Dabir, & alias vrbes, de quibus ibi, & inter eas iuerunt quoque in vrbem Ierusalem. Verbum tamen eorum nō determinabatur ad vrbem illam, ita vt signare vellent illam esse de tribu Iuda. Patet igitur ex dictis, ꝙ Ierusalem ad solam tribum Beniamin pertinuerit, & tamē habitauerunt ibi filij Iudæ simul cum filijs Beniamin. *Gabaath.* Ista ciuitas erat in qua morabatur Saul, vt patet 1. Reg. 13. cap. & ista ciuitas est, in qua vxor viri Leuitæ importuna vexata libidine mortua est, vt patet Iud. 19. *Cariath.* Ista est alia ciuitas Beniamin, & istud nomen Cariath signat vrbem, velut si nos aliquam ciuitatem vocaremus solum ciuitatem, ita ꝙ hoc esset nomen suum.

Cariath. Gabaath.

Hebræi quidem aliter legunt istam literam, adiungentes ista duo nomina Ierusalem ad determinandū eam. Gabaa enim in Hebræo signat magnum, vel maius: Cariath signat vrbem, & dicunt Ierusalem esse maiorem vrbem. s. maiorem cæteris, & isto modo non ponunt Gabaath, & Cariath pro ciuitatibus: sed tanquam substantiuum, & adiectiuum, quæ aliquid enunciant de Ierusalem.

Sed non stat, quia tunc non essent tot vrbes, quot enarrantur. s. 14. ideo necesse est, vt ponantur tanquā nomina ciuitatum. *Hæc est possessio filiorum Beniamin.* Est epilogus. s. istę vrbes supra enarratæ sunt possessio filiorum Beniamin, quia possederunt istas cum territorijs suis. & non dicitur hic, in circuitu, sicut su-

F pra, qa s̄. ponebātur solum termini filiorū Beniamin, & non ponebatur aliquid de sorte ipsorum: termini autem sunt in cicuitu sortis: hic vero ponitur ipsum, quod erat intra ambitum terminorum. *Iuxta familias suas.* Idest hoc est, quod possedit tota tribus Beniamin & omnes familiæ suæ, quia extra hoc nihil habuerūt. Vel dicitur iuxta familias suas. i. secundum diuisionē familiarum. s. quòd secundum quòd erant diuisæ familiæ Beniamin, ita erat diuisa tota possessio supra assignata.

CAP. XIX.

G ET egressa est sors secunda filiorū Simeon per cognationes suas; fuitque hæreditas eorum in medio possessionis filiorū Iuda; Bersabee, et Sabee, & Molada, & Hasersual Halaa, & Asē, & Eltholad, Bethul, & Arma, & Sicelech & Bethmarcabot, et Asersusa, et Bethlebaoth, et Faroen: ciuitates tredecim, et villæ earum. Ain et Remmon, et Athar, et Asan: ciuitates quatuor, et villæ earum. Omnes viculi per circuitum vrbium istarum vsque ad Balaad
H Beer Ramath contra australem plagam. Hæc est hæreditas filiorum Simeon iuxta cognationes suas, in possessione et funiculo filiorum Iuda, quia maior erat. Et idcirco filij Simeon possederunt in medio hæreditatis eorum.

ET *egressa.* Supra actū est de assignatione vnius de septem sortibus. Hic consequenter agitur de sex sequentibus. Et diuiditur in duas, quia primo agitur de harum sortium assignatione, secundo de possessione data ipsi Iosue ibi. *Cumque*
I *complesset.* Prima diuiditur in sex partes secundum ꝙ hic assignantur sex tribuum possessiones, secūda ibi. *Cecidit sors tertia.* Tertia ibi. *Issachar egressa est.* Quarta ibi. *Cecidit sors quinta.* Quinta ibi. *Filiorum Nephthali.* Sexta ibi. *Tribui filiorum Dan.*

Assignatio sortis Simeonis. Et quòd sors Beniamin fuit omnibus dignior. Quæst. I.

CIRCA primum. *Et egressa est sors secunda filiorum Simeon.* Vocatur secunda sors filiorum Simeon referendo ad sortem Beniamin, de qua præcedenti cap. ibi enim dictum fuerat
K ꝙ manserant septem tribus, quę nondum acceperāt possessiones, & his datæ fuerunt septem sortes, quæ computantur hic, & quia supra vna fuerat designata, hic cæterę designantur. Fuit autem prima sors Beniamin, est verò secunda sors Simeon. Et dicitur, quòd egressa est sors, scilicet egressa est de inuolucro cedularum cōtinentium: nam positæ fuerūt in inuolucro tot sortes, quot erant tribus accepturæ possessiones, & quælibet manum mittens educebat cedulam vnā designantem possessionem, quam habitura esset illa tribus, cum autem tribus Simeon misit manū, egressa est sors secunda. i. exiuit de inuolucro illo cedula secunda designans sortem, quæ hic describitur. Et fuit

secunda,

secunda, quia Beniamin primo eduxit cedulam sortis, quia illa tribus reputata est dignior, vt supra fuit declaratum. Deinde tribus Simeon erat dignior cæteris tribubus, quę hic habentur. De Aser, Nephthali, & Dan causa patet, quia erat Simeon de filijs dominarum. s. filius Liæ: isti autem tres erant filij famularum. s. Nephthalim, & Dan filij Balæ ancillæ Rachelis, & Aser fuit filius Zelphę ancillæ Lię: Gen. 30. cap. De alijs duobus filijs Liæ. s. Issachar, & Zabulon, ꝙ eis dignior esset Simeon patet, quia erat prior origine: non poterat autem hic attendi alia inæqualitas: nam ab eodem genitore, & genitrice procreati fuerant: aliquando tamen non seruabatur iste ordo dignitatis, sicut fuit in oblatione in dedicatione sanctuarij, vt patet Nume. 7. nam 12. principes obtulerunt diebus. 12. & fuit primus princeps tribus Iuda, post quam obtulit princeps tribus Issachar, postea princeps filiorum Zabulon, & tamen isti non erant digniores cæteris filijs liberarum. s. Ruben, & Ephraim, & Beniamin, atque Manasse. Item princeps tribus Gad obtulit ante Beniamin Ephraim, & Manasse: tamen erat Gad filius ancillæ. s. filius Zelphe: Beniamin autē Ephraim, & Manasse erant de filijs Rachelis. Fuit autem hoc factum, vt seruarent ordinem vexillorum suorum. Nam erant distincti Israelitæ in deserto in procedendo, & castrametando sub quatuor vexillis, ita ꝙ sub quolibet vexillo essent tribus tres, de quarum ordine in castrametando patet Nume. 2. de ordine autem in procedendo motis castris patet Num. 10. & quia qn̄ facta est dedicatio sanctuarij, erant Israelitæ in deserto. s. quia incępta fuit die prima anni secundi ab exitu de Aegypto, vt declaratum est Nume. 7. cap. ideo fuit ibi obseruatus ordo vexillorum, sed illi principes, sic erant ordinati per vexilla, ideo sic obtulerunt: hic autem obseruatus est ordo dignitatis.

Literę expositio. *Per cognationes suas.* Idest ista sors, quæ ponitur pro tribu Simeō fuit per cognationes. i. fuit diuisa per familias: nam sicut pro tribubus ponebantur sortes ad videndum quid esset quęlibet habitura, ita pro familijs habita possessione tribus fiebat diuisio in tot partes, quot erant familiæ, & illę portiones fiebant ꝑportionales ipsis familijs, & tunc sorte dirimebatur quid cuilibet prouenturum foret, de quo pręcedenti cap. magis declaratum est: sine sortibus enim nulli familię poterat possessio assignari, vt patet Nume. 26. cap. Erant autem in tribu Simeon familiæ quinque, vt patet pręallegato cap. & istę vocantur quinque cognationes, iuxta quas diuisa est tota possessio eius in quinque partes: deinde cognationes minores, quæ erant domus in ipsis familijs faciebāt alias diuisiones, quousque veniretur ad diuisiones, quæ fiebant per singulos viros, sed scriptura non curat de his tam particularibus.

Fuitque hæreditas eorum in medio possessionis filiorum Iuda. Idest possessio data filijs Simeon, quę est hęreditas eorum, fuit in medio filiorum Iuda. i. in medio sortis Iudæ. s. ꝙ non fuit assignata aliqua pars terræ filijs Simeon extra terram sortis filiorum Iuda, sicut fuit assignatio facta cæteris tribubus, sed intra sortem Iudæ accepit particulam quandam, quia sors Iudæ magna erat pręter proportionem, vt infra declaratur. Patet autem hoc, quia ciuitates plurimæ positæ hic ponuntur supra 15. in sorte Iudę. Bersabee. *Bersabee.* Ista ciuitas ponitᷣ supra 15. in sorte Iudę, & non est ista alia ciuitas ab illa, sicut aliquando ponitur eiusdem nominis ciuitas in multis tribubus, vt patet de Aser, & de alijs, qa tūc, cum non possit eadem ciuitas esse in multis tribubꝰ, necesse est, ꝙ ponantur multæ ciuitates vocari eodē nomine: hic autem accidit è contrario, quia eadē est in sorte Iudæ, & Simeon: non quidem simul, sed pri-

A mo fuit in sorte Iudæ: deinde decisa est quædam pars sortis Iudę, & data est tribui Simeon, & cum hac fuit ista ciuitas Bersabee, & sic de illis, quę habētur infra. Situs eiusdem. Nam omnes vrbes hic positę sunt in tribu Iudę, quāquam non omnes fuerint ibi descriptę, vel alijs nominibus appellentur: nam extra sortem Iudę, nihil accepit tribus Simeon. Ista ciuitas Bersabee est, apud quam habitauit Abraham postquam venit de Geraris, & plantauit ibi hortum, siue nemus, vt patet Gen. 21. Causa autem huius nominis fuit ex puteo quodā: nam habitauit Abraham apud vrbem quandam, & fodit ibi puteum, postea verò serui regis Abimelech abstulerunt puteum de potestate Abrahę, postea autem cum pepigissent fędus Abimelech, & Abrahā, B dixit Abraham de puteo, & dedit agnas septem ipsi Abimelech, vt confirmaret puteum Abrahę, & ex hoc vocatus est locus Bersabee. i. puteus septem, vel puteus iuramenti, & ipsa ciuitas quę erat apud puteū postea sic vocata est, vt patet pręalleg. c. Apud hunc puteum habitauit etiā Isaac, vt patet Gen. 26. & apud locum istum stetit Iacob, quando descendit in Aegyptum, & apparuit ei dominus, vt patet Gen. 46. *Et Sabee.* Aliqui ꝯiungūt istā ciuitatē cū superiori faciētes idem nomen, sed duę vrbes sunt. *Molada.* Ista vrbs supra 15. cap. ponitur, quia pertinuit ad sortem Iudę. & est eadem cum illa quę ibi habetur. *Et Hasersual.* Ista ciuitas etiam habetur supra 15. Aliqui autem diuidunt eam in duas dicentes Aser, Suar: sed vna dictio est, vt patet ex litera hebraica. *Balaa.* Ista est etiam in sorte fi- Sabee, Molada Asersual Bala, Eltholad, Asem.
C liorum Iudę, sicut cęterę, quamquam forte non nominatur ibi hoc noīe. Et si aliquis dicat esse vrbem, q̄ vocatur Bala, & alio nomine vocatur Cariathiarim, vt patet sup. 15. Nō multum cōstat, sed siquis hoc velit, non est multum insistendum. *Et Asem.* Ista ciuitas etiam ponitur sup. 15. c. & vocatur ibi Esem. sed non differt. *Eltholad.* Ista ciuitas etiam habetur supra 15. in sorte Iudę, & variè nominatur, quia aliquando vocatur Beltholad, & aliquando Theltholath: debet tamen vocari Eltholad, vt patet in litera hebraica. *Bethul.* Aliqui dicunt istam ciuitatem esse, quę vocatur Exul. sup. 15. Sed falsum est, vt patet in litera hebraica: constat tamen eam esse de tribu Iuda, quia nō ac- Improbatio opi. de Bethul.
D cepit Simeon vrbes aliquas nisi de eis, quę erāt in sorte Iudę, vt patet hic. *Arma.* Ista est, quę vocatur Harma sup. 15. cap. & vocatur Herma sup. 12. de hac autē fuit vnus de regibus occisis tempore Iosue, vt patet ibidem. *Et Siceleg.* Ista ciuitas etiam ponitur sup. 15. in sorte Iudę, & data fuit postea Simeoni, vt patet hic: tamen non pertinuit vnquam ad tribum Simeō, sed cessit regibus Iuda in sortē specialiter. Causa fuit, quia cum essent Israelitæ in sortibus suis, non potuerunt accipere omnia loca hęc de manu hostium, sed paulisper, & post magna tempora: vnde Siceleg tempore regis Saulis non erat capta, & manebat in potestate Achis regis Geth, qui erat de regibus Philisthinis, & cum persequente Saule Dauid ipse fugisset ad regem Geth, dedit ei ciuitatem Siceleg, & habitabat ibi: vnde ex hoc tempore pertinuit semper Siceleg Siceleg.
E ad reges veniētes de stirpe Dauid, vt patet primo Regum 27. cap. Hanc vrbem diripuerunt Amalechitę succendentes igne, & diripientes omnia, atque captiuantes paruulos, & fęminas, qui erant in vrbe dū Dauid non erat ibi. Cum autem venisset reperiens hęc persecutus est Amalechitas, & accepit omnia, q̄ abstulerāt de urbe occisis illis, vt patet primo Regum. 30. cap. In hac autem urbe manebat Dauid, cum venit vir de castris Israel nūcians mortem Saulis, & Ionathe. 2. Regum. 1. cap. *Et Bethmarchaboth.* Ista ciuitas non habetur supra 15. in sorte Iudę: tamen intelligendum est ad illā pertinere. *Hasersusa.* Ista ciuitas differt a supe- Bethmarchaboth.

Hasersua. a superiori Hasersua, quia aliquando ponuntur in eadem sorte plures ciuitates eiusdem nominis, sicut in sorte Iudæ ponitur triplex Asor. Et forte aliquis dicet, ꝙ hic sit replicatio, sicut fit frequēter in sacra scriptura. Sed non stat, quia tunc non essent hic tot vrbes, quot describuntur. s. 13. Ideo dicendū, ꝙ sint duæ ciuitates eodem nomine dictæ. *Bethlebaoth.* Aliqui putant esse istam vrbem eam, quæ vocatur sup. 15. Lebaoth. Sed nō est, vt patet ex litera hebraica. *Sarohem.*

Bethlebaoth & Sarohem. Istam ciuitatem aliqui dicunt esse eam, quæ habetur sup. 12. vbi dicitur, ꝙ rex Semeron fuit vnus de occisis, sed non est idem. *Ciuitates tredecim & villæ earum.* Idest istę 13. ciuitates pertinebant ad sortem Simeō, & non solum istæ, sed etiam aliæ quatuor, quæ infra habentur, sed ponuntur sub diuersis summulis, quia erant in diuersis partibus, vel regionibus, sicut ipsę vrbes sortis Iudæ, cuius erat sors Simeon pars quædam. Villæ istarum dicūtur esse rura quędā, quæ erāt apud ciuitates istas, & omnes termini earum. *Ain, & Remmon.* Istæ duæ vrbes non erant multum famosæ in sorte Simeon: erat tamen quidam locus in sorte Beniamin, qui vocatur petra Remmon, vt patet Iudi. 20. sed non est ciuitas aut oppidum, sed est quidam lapis magnus in solitudine vocatus Remmon, & sic est lapis magnus apud Ierusalem iuxta fontem Rogel, qui vocatur Zoeleth, vt patet 3. Regum. 1. cap. *Et Athar.* Ista ciuitas est, quæ habetur sup. 15. & vocatur Ether. *Et Asan.* Ista ciuitas non habetur supra 15. Sciendū tamen de omnibus vrbibus, quæ hic sunt, ꝙ pertinebant ad sortem Iudæ, quamquam non videantur scriptæ supra 15. Quod patet, quia tribus Simeon accepit sortem in medio sortis Iudæ, quia illa magna erat, vt patet hic. Quòd tamen non sint ibi septem ciuitates, quæ habentur hic prouenit ex duobus. s. quia fortè non fuerunt descriptæ omnes vrbes cuiuslibet sortis. Vel quia licet scriptæ fuerint, tamen nomina quarundam vrbium mutantur, ideo videntur esse aliæ q̄ quam eędē sint. Et patet hoc, quia multæ vrbes sunt, quæ habent multa nomina, vt Ierusalem, & Hebron, & Dabir, quarum quælibet multa nomina habet, & accidit in his ciuitatibus, vt aliquando vocetur ciuitas vno nomine, & aliquando alio, & sic fit perturbatio. Et istud secundum est rationabilius, quia cum scriptura in qualibet sorte denominet certum numerum vrbium, & in quibusdam ponat multas summulas, sicut in sorte Iudæ, & in ista, & in præcedenti, valde esset superuacuum, si non determinarētur omnes vrbes cuiuslibet sortis. Dicetur ergo, ꝙ in qualibet sorte solū sunt tot vrbes, quot exprimuntur, sed nomina in eis interdum mutantur. *Omnes viculi per circuitum vrbium istarum.* Vocantur viculi. i. parui vici vel rura, quæ nō sunt murata: nam omnia loca murata computantur nomine vrbium in sacra scriptura, & isti viculi etiam pertinuerunt ad sortem Simeon: hoc enim erat generale, ꝙ cū assignabatur vrbs alicui tribui, oēs termini illius tam agri quàm syluę, & loca paruula in territorio talium vrbium pertinebant ad illam tribum. Fallit in Leuitis, quibus assignabantur vrbes solum cum paruis suburbanis in circuitu. s. duorum milliū passuū ad pascenda pecora, vt patet Nume. 35. & supra 14. Agri autem & rura, quæ in territorio illius vrbis erāt, cedebant in ius sortis illius, in qua erant, sic fuit de vrbe Hebron, quæ data fuit Caleb intra sortem Iudę, vt supra 14. & 15. & Iudi. 1. & postea cum de qualibet sorte darentur vrbes Leuitis, de tribu Iuda data est Hebron, & data est sola ciuitas, Agri autem, & omnes viculi manserunt in iure Caleb ad quem primo pertinuerat ciuitas, vt patet infra 21. cap. *Vsque ad Balatrameth contra australem plagam.* Ista ciuitas est terminus sortis Simeon exclusiue, & est ad australem plagam,

F & pertinet ad sortem Iudæ, quia est sors Simeō intra sortem Iudę, & nō peruenit vsq; ad terminū australis plagæ terræ Chanaā, sicut sors Iudæ: nam idem est latus australis sortis Iudę, & totius terrę Chanaan, vt patet comparando loca, quę habentur in latere meridiano terrę Chanaan Num. 34. & loca quæ sunt in latere meridiano sortis Iudę. sup. 15. & reperientur eadem: quamquam alicubi plura ponantur. Vnde ciuitas Balatrameth existēs in tribu Iuda est terminus meridianus totius sortis Simeon. *Hæc est hæreditas filiorum Simeon.* Scilicet istę vrbes suprascriptę sunt totum, q̄d possederunt filij Simeon. Erant. n. filij Simeon pauci, nec fuit aliqua tribus tam paucę multitudinis, sicut Simeon: immo nulla ferè fuit, quę nō esset quasi du- Tribus Simeon fuit minor alijs.

G pla in multitudine ad tribum Simeon, quia in ea fuerunt solum 22. millia virorū, & ducenti: aliæ aūt trib⁹ erant valde magnę multitudinis, sicut tribus Iudæ, q̄ habuit 70. millia virorum, & quingētos, vt patet Nu. 26. Ideo huic tribui parua portio data est, quia iusserat Deus: pluribus maiorē partem dabis, & paucioribus minorē, ita duntaxat, vt sors terram tribubus, & familijs diuidat, vt patet eo. c. Accidit aūt maior diminutio in tribu Simeō in deserto q̄ in oībus alijs tribub⁹: nam in prima cōputione, q̄ facta est in deserto anno secundo ab exitu de Aegypto mense secundo eiusdē anni Num. 1. habuit tribus Simeon 59. millia trecentos. sed in secunda numeratione facta super Iordanē anno 40. ab exitu de Aegypto fuerunt solū 22. millia ducēti: Nu. 26. hoc aūt dicūt fuisse, quia in Bellethim,

H qn̄ fornicatus est Israel, cū filiabus Moabitarū, & Madianitarū, occisa sunt 24. millia virorū, vt patet Num. 25. & dn̄t hos oēs, vel pluriū eorū partē fuisse de tribu Simeō. Et satis est probabile, qa princeps tribus ipsi⁹ fuit, quē transfodit Phinees gladio coeuntē cum Madianitide, vt patet eodem capitulo: principem autem imitarentur alii, qui essent in tribu, siue vt complacerent, siue quia nullus eis hoc prohiberet, & sic facilius perirent plures de hac tribu, quam de cęteris.

Iuxta cognationes suas. Idest filii Simeon possederūt totam terram istam iuxta cognationes suas, idest diuisam per cognationes, idest familias scilicet, ꝙ tot portiones principales fieri debebant de ipsa possessione tribus, quot erant familiæ: etiam istę sortes esse debe-

I bāt proportionales ipsius familiis, scilicet si vna familia esset dupla, vel tripla ad alteram, ita portiones eis datæ se haberent sub hac proportionalitate: fuit autē diuisa sors Simeon in partes quinque, quia erant quinque familiæ, ut patet Num. 26.

In funiculo. & possessione filiorum Iuda. Idest fuit sors Simeon assignata intra possessionem filiorum Iuda. Hoc fuit speciale in sorte Simeon: nulla enim alia tribus, fuit quæ in possessione alterius reciperet sortem, hic autem factum est, quia erat magna sors iudæ, ut patet immediate, & dicitur in funiculo, & possessione, quia ista idem sunt: sed vocatur possessio ipsa terra quę possidetur: funiculus autem vocatur, quia tota terra diuidebatur funiculo, ut certa eius comprehende- Funiculus quid.

K retur quantitas, & reduceretur ad proportionalitatē inter tribus, & sic dicitur supra decimoseptimo, quod dimidia tribus Manasse accepit decem funiculos præter terram Galaad, & Basan idest decem mensuras funiculorum. *Quia maior erat.* Idest quia erat maior hæreditas iudæ, quam esse debebat. Posset intelligi aliter. scilicet, quod maior erat idest quia iudas erat maior Simeon. Sed non stat conuenienter, quia tunc etiam Beniamin accepisset possessionem in termino Iudę, & quælibet alia tribus, quia nulla erat tribus æqualis in multitudine nec in magnitudine possessionis ipsi tribui Iudæ, sed ad primum sensum redeundum est. Sed adhuc non sequitur totaliter ex hoc, quia dato ꝙ sors

Iudæ

Iudæ esset maior, quam esse deberet: tamen non sequitur, ꝙ posset capi Simeon in eo, in quo excedebat sors iudæ proportionalitatem ad alias tribus: sed est intelligẽdum, ꝙ erat maior idest habebat magnam sortem .s. quæ sufficeret ei, & tribui Simeon proportionaliter ad sortes aliarum tribuum.

An tribus Iuda haberet duplicem sortem, scilicet vnam per sortem aliam per concessionem. Et an in hoc errauerit sors, vt Nicolaus ponit. Quæst. II.

CIRCA hoc dicit Nicolaus, ꝙ sicut volunt omnes expositores, tribus Iudę habebat duplicem terram .s. vnam, quę prouenerat ei p sortem, & aliam, quę prouenerat per cõcessionem .s. ꝙ ista tribus erat bellicosa, ideo dictum est ei, ꝙ acciperet quandam magnam partem terrę, quæ erat apud ipsam si eriperet illam de manu hostium, & de ista terra concessa datum est aliquid Simeoni. De terra autem quę prouenit per sortem, nihil datum est. Sed non stat, primò quia istę ciuitates, quæ ponũtur hic in sorte Simeonis sunt in sorte Iudę sup. 15. omnia tamen, quę ibi sunt ad sortem Iudę pertinẽt, quia dicitur ibi: Cecidit sors filiorum Iuda &c. & iterum: hęc est possessio filiorũ Iuda per familias suas, ergo cum datę sunt istę vrbes Simeoni aliquid decisum est de sorte Iudę.

Item dicitur hic, ꝙ ista est possessio Simeon in funiculo, & possessione Iudę: funiculus tñ dicit sortẽ, cum ponat commensurationem, quę fiebat per funiculos ad ęquandum sortes, vt dictum fuit. ergo de sorte Iudę aliquid recepit Simeon.

Item non potest hoc stare, quia tota terra erat diuidenda in sortes, ergo id quod habebat iudas ex superabundantia necesse erat, ꝙ pertineret ad sortem suam, vel restaret adhuc diuidendum alijs tribubus. Si secundo modo non poterat dici, ꝙ daretur Simeoni aliquid de terra iudæ, quia illa terra, cum non diuisa esset ad nullũ specialiter pertinebat. Si primò modo habetur intentum .s. ꝙ pertineret ad sortem iudę, nec poterat tradi alicui tribui maior quantitas q̃ proportionaliter ei conueniret, quia p̃iudicaretur in hoc cęteris tribubus, cum Deus iusserat oĩbus diuidi terram, pluribus dando maiorem partem, & paucioribus minorem Nume. 26. cap.

Item si fuerat ista terra data tribui Iudę ex concessione, qa bellicosa erat, vt expelleret inde hostes, semper mansisset apud eam, vel saltẽ magno tp̃e: sed immediatè data est tribui Simeon, quia pauco tempore post factam sortem iudę fuerunt factę sortes septem, quę hñr hic, & pręce. c. ergo non erat data ad hoc, qa tunc aut cessisset simpliciter in ius sortis iudę, si cepisset eam de manu hostium, aut expectaretur aliquantum tp̃s, quousq; videretur, an tribus iudę potẽs esset ad expellendum inde hostes: sed non factũ est, ergo non pertinebant ciuitates istę ad iudam ex hac parte, sed ex iure sortis. Sciendum aũt, ꝙ Nico. & quidam alij ponunt istam distinctionem, ne cogantur ponere errauisse sortem. Patet consequentia, si. n. dicamus totam istam terram prouenire tribui iudę ex sorte, cũ postea decisa fuerit pars eius, & data tribui Simeon p sortem, videtur ꝙ aliqua harum sortium errauerit, cum fuerint ad opposita, qđ videtur inconueniens, quia sortes ponebantur iussu Dei Nu. 26. vbi dixit, ꝙ nulla terra diuideretur tribubus, aut familijs sine sorte, & ponebantur cũ solennitate coram dño intra sanctuarium, vt patet p̃ce. c. si tñ errare possent, sicut sortes cões diuisorię, frustra essent, & Deus illas districtè obseruari nõ iussisset, cum nullũ superuacuũ iubeat.

Doct. ex positio.

Dicendum aũt, ꝙ necesse est, vt s. inducebãt poni

A istã partẽ datam tribui Simeon fuisse de sorte Iudę, & pertinuisset olim ad Iudam per sortem, sicut in possessionibus cæterarum tribuum. Et cum putãt sequi errorem sortis, non tenet: nam Deus iussit, vt prius diuiderentur partes proportionales de terra singulis tribubus, & deinde ponerentur sortes, atq; tunc cuique proueniret, quod sibi proportionale erat, vt colligĩt Nu. 26. c. ex verbis Dei .s. pluribus maiorẽ partẽ dabis, & paucioribus minorẽ. Sed hoc non põt stare, nisi separarentur aliquę partes proportionales singulis tribubus, & postea dr̃: ita duntaxat, vt sors terrã tribub⁹, & familijs diuidat, ergo super partes proportionales diuisas ponebantur sortes, & tunc est necessario dicẽdum, ꝙ sortes veniebant super illas partes, quæ a diui-

B soribus assignatę fuerant. Verbi gratia erant septẽ tribus inęquales hñtes se vt duplũ, vel subduplũ, vel sexquialterum, & sic de alijs modis, ita terra diuisa est in septem partes inęquales ꝓportionales ẜm eandẽ ꝓportionalitatẽ, quã hẽbant inter se tribus, & tunc necesse est ꝙ a diuisoribus essent istę portiones assignatę cęteris tribubus, quamquam nondũ darentur eis .s. cum separarẽtur duæ partes de terra, quarũ vna ita se hẽret ad aliam sicut tribus Zabulõ ad tribum Nephthali, & non essent aliquæ aliæ tribus, quæ in tali proportione se hrẽnt, necesse erat, ꝙ vna portio illarũ esset assignata pro tribu Zabulõ, & alia pro tribu Nephthali, & hmõi erat de cæteris tribubus. Postea vero cum ponebantur sortes, ꝓueniebant certissime .s. ꝙ illa portio, quam prius assignauerant diuisores alicui

C tribui qñ diuidebant illa postea eueniret ei, & hoc qa sortes mouebanĩ a Deo, cũ ipse iussisset poni sortes, & si non prouenirent sic, sequebatur valde magnus error, & sortes essent magis nociuæ q̃ vtiles, sed De⁹ illas poni iubebat, ergo sic proueniebat. Et cũ dicitur, ꝙ errauerit sors in tribu Iuda, dicendũ est, ꝙ non errauerit, sed fuit error in ipsis diuisoribus: nam ipsi accepturi erãt pro parte iudę partem de terra proportionalẽ, & in cõparatione ad alias tribus, & accepta est terra maioris quantitatis, tũc posita est sors, eo modo quo declaratum est supra 15. & exiuit sors iudę. Nam hoc dato necesse erat errare sortẽ, nam aut illa portio terrę ꝓueniret per sortẽ tribui iudę, aut alicui alteri,

D si tribui Iudę erat error, qa erat s̃. ꝓportionẽ: si aũt alteri tribui, esset maior error, qa nulla trib⁹ erat tãta sicut tribus iudę, ergo ei prouenire debuit. Iste aũt error sortis non veniebat ex ipsa, sed ex diuisoribus, ideo postea diuisoribus corrigentibus errorẽ suum sors rectè distribuit, & hoc postquam Iudas, Manasse, & Ephraim susceperant possessiones, fecit Iosue, vt diuideretur terra residua, & assignarentur sortes septẽ tribubus, q̃ possessionem nondũ susceperant, & ꝙ tota terra, quæ fuerat iam assignata in sortes, & ea, q̃ nondum fuerat diuisa ęquarentur ẜm proportionẽ inter tribus, quæ acceperant sortes, & quę non acceperãt, & sic tota terra de nouo lustrata est, quasi de nouo deberet diuidi, vt si reperiretur aliquid maius proportione demeretur de illo aliqua pars, & daretur septẽ

E tribubus, quæ nondũ acceperant sortes cum terra, q̃ nondum diuisa erat, & si aliquid minus proportione reperirent, illi adderent aliquid de terra, quæ nondũ diuisa fuerat, vt magis p̃ced. c. declaratũ est, & tunc diuisa tota terra Chanaan nouem tribubus & dimidiæ inuentũ est sortẽ iudę hrẽ aliquid supra proportionẽ, & illud fuit copulatum terræ nõdum diuisæ. Et quia tñ illud erat, vt ex eo posset constitui proportionaliter sors tribui Simeon, data est illa particula Simeoni intra sortem Iudæ, & tunc fuerũt positæ sortes, cui proueniret particula illa, & ꝓuenit Simeoni: ista aũt portio terrę quamquam esset intra sortem Iudæ, qa tñ data fuit Simeoni, nunquam amplius pertinuit ad

sortem

sortem Iudę. *Idcirco possederunt filij Simeon in medio hæreditatis eorum.* Idest ex causa assignata filij Simeon possederunt .i. acceperunt possessionem in medio filiorū Iudæ .s. in terra, quæ est in medio sortis Iudæ: & accipitur hic medium per interpositionem, & non secundum æquidistantiam, quia non erat ista particula sortis Simeon totaliter in medio sortis Iudæ, sed erat inter alias partes sortis Iudæ, cum fuisset quondam eius particula.

Ceciditque sors tertia filiorum Zabulon per cognationes suas, & factus est terminus possessionis eorum vsque Sarid. Ascenditq; de mari & Merala, & puenit in Debbaseth vsque ad torrentem, qui est cōtra Ieconam. Et reuertitur de Sarid contra orientem in finem Ceseleth Thabor, & egreditur ad Dabereth, ascenditque contra Iaphe, & inde pertransit vsque ad orientalem plagam Gethefer, & Tachasim, & egreditur in Remō, Amthar, & Noa, & circuit ad Aquilonem Hanathon. Suntq; egressus eius vallis Iephtahel, & Cateth, & Naalon, & Semron, & Ierala, & Bethlehem: ciuitates duodecim, & villæ earum. Hæc est hæreditas tribus filiorum Zabulon per cognationes suas, vrbes & viculi earum. Issachar egressa est sors quarta per cognationes suas. Fuitque eius hęreditas Iezrahel, & Casaloth, & Summie, & Hayharaim, & Seon, & Anaarath, & Rabaoth, & Cesion, Abes, & Rameth, & Engannim, & Enhadda, & Bethpheses. Et peruenit terminus eius vsque Tabor, & Sehesina, & Bethsames: eruntque exitus eius Iordanis: ciuitates sexdecim, & villæ earum. Hæc est possessio filiorum Issachar per cognationes suas, vrbes, & viculi earum.

Assignatio sortis Zabulon.

Ceciditque sors. Hic ponitur secundum .s. sors filiorū Zabulon: in ista sorte non obseruatur penitus, qđ obseruatum est in sorte Iudę, & in sorte Beniamin: nā ibi primo describebantur latera claudentia sortē, postea ponebantur noīatim summa ciuitatum, q̄ erant in sorte illa, sed hic partim ponuntur termini & partim describuntur ciuitates: in sorte aūt præposita Simeon solū fuerunt enarratæ vrbes, quia ista sors erat totaliter intra sortem Iudæ: ideo satis sic cognosci poterant termini sortis. *Cecidit sors tertia filiorum Zabulon.* Ista sors dicitur cecidisse .i. prouenisse, & poterat accipi hic sors pro ipsa terra diuisa per sortem, vel pro ipsa cedula, in qua erat descripta sors quam habuit Zabulō: & fuit ista sors tertia, quia tertio loco tribus Zabulon eduxit sortem de inuolucro cedularū. In hoc aūt non obseruauit scriptura penitus honoris vel dignitatis ordinem, quia debebat præcedere Issachar: nam erant Issachar, & Zabulon filij eiusdem patris & matris, sed excedebat Issachar prioritate natiuitatis, vt patet Gen. 30. c. p̄cessit tñ Zabulon, sic ēt in filijs ancillarum non est prorsus obseruatus ordo dignitatis, vt infra patebit. *Per cognationes suas.* Idest per familias,

F quæ sunt maiores cognationes infra tribum: aliæ autē sunt minores, vt domus, per quas diuiduntur familię, & dicitur per cognationes, quia diuisa est tota terra ista per familias tribus Zabulon: erant .n. familiæ tres in hac tribu, iō fuit diuisa terra in partes tres primas, deinde quælibet illarum in tot portiones, quot erant domus in familia: deinde quælibet domus in viros, vel capita, quæ est diuisio per œconomias. *Et factus est terminus possessionis eorum vsque Sarith.* In istis sortibus, quæ ponuntur hic, non possunt describi figuræ, vel assignari termini sub certitudine, quia non denominantur latera eorum, sicut fuit in sorte Iudę, & Beniamin, sed nominātur ciuitates solum, & si aliqñ ponantur ciuitates in lateribus, non designantur latera

G illa, quæ sint .s. an ad meridiem, vel ad aquilonē orientem, aut occidentem. Sciendum aūt, q̄ hic est quędā permixtio, nam licet scriptura nō distinguat inter nomina hic posita, tñ quædam sunt noīa ciuitatū ipsius sortis, & alia sunt noīa terminorum sortis, & licet illi termini sint ciuitates, tñ non pertinent ad hanc sortē. Et patet hoc, quia hic solum sunt ciuitates .12. vt patet infra in summula, & tñ computatis oībus noībus hic positis sunt plures q̄ 12. vrbes. De ista prima .s. Sarid, an sit vrbs, vel mons, aut aliqua solitudo, nō patet. Et dato q̄ sit vrbs non patet, an sit in sorte Zabulon, vel in alia sorte: nec ēt apparet p̄ quam partem sit ista ciuitas, sed satis videtur, q̄ sit p̄ occidentē .s. versus mare, & terminatur ibi sors hęc. *Ascenditque a mari.* Istud

H est extendi a parte occidentali versus orientē: nā mare magnum, qđ est mediterraneū est extremitas occidentalis terræ Chanaan Nu. 34. & de hoc mari intelligitur, cum ponatur mare absolute sine aliqua cōnotatione: alia aūt erant maria in terra Chanaā, sed nō vocabantur maria absolutè, sed cum cōnotatione, vt mare Genesareth, mare solitudinis siue Sodomorū, q̄ sunt magna stagna, de qbus dictum est s̄. 12. Sed aliquis dicet intelligi hoc de mari Cenereth, qđ vocatur aliter mare Genesareth, vel mare Galileę. & istud tangit sortem tribus Zabulon: nam Nephthali, & Zabulon sunt apud mare Galileę, vt patet Isa. 9. c. s. Primo tpe alleuiata est terra Zabulon, & Nephthali, nouissimè aggrauata est via maris trans Iordanem Galileæ gentium populus, qui ambulabat in tenebris &c.

I Et hoc magis manifestatur Matth 4. s. q̄ terminus Zabulon, & Nephthali sint apud mare Galileę, cum dr̄: Secessit Iesus in Galileam, & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in Capharnaum in finibus Zabulon, & Nephthali, vt adimpleretur qđ dictum est per Isaiam prophetam: terra Zabulō, & Nephthalim, & via maris trans Iordanem Galileæ &c. Sed nō stat, quia q̄q̄ extremitas quędam sortis Zabulon sit apud mare Galilææ: tñ non vocaretur illud mare absolutè, sed mare Galilææ, vel Genesareth, aut Cenereth: vocatur tamen mare absolutè.

Item quia tribus Zabulon est pro magna parte cōiuncta mari mediterraneo occidētali. Quod patet Genes. 49. in benedictione Iacob. s. Zabulō in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque

K ad Sidonem: sed statio nauium non erat in mari Galileæ, quod erat paruum mare .s. quoddam stagnū, & nō poterat perueniri per illud ad gentes alias longinquas, pro quo naues fabricantur, sed solum erant ibi puppes piscatoriæ, vel paruę naues ad exportandum quid faciliter de vno loco vicino ad alterum.

Item quia dicitur pertingens vsq; ad Sidonem; tñ Sidon in extremitate lateris occidentalis est, & ēt ciuitas Tyrus, cum dicatur esse in maritima: ergo ad mare istud occidentale pertingebat tribus Zabulon, & sic duo latera Zabulon tangebāt maria .s. latus occidentale tangebat mare mediterraneum: mare autem Galileæ

Situs sortis Zabulon.

Galileæ in extremitate orietali erat: nam illud est mare Cenereth, quod ponitur in latere orientali totius terræ Chanaan, vt patet Num. 34. c. hic aũt solum intelligitur de mari occidentali, qđ erat in latere occiduo terræ Chanaan. *Et Medaba.* Ponitur Medaba in ablatiuo. s. ꝙ a mari, & a loco Medaba ascendit ista sors versus torrentem, de quo infra dicitur.

Sciendum tñ ꝙ non accipitur hic Medaba pro loco quidam, qui est in terra duorum regum Amorrhæorum, & sunt ibi duæ tribus, & dimidia: nam in sorte tribus Ruben cecidit Medaba, vt patet sup. 13. cap. & fuit ista ciuitas de illis, quæ olim pertinuerant ad regem Moab, & postea rex Sehon bello cepit eas de manu Moabitarum, vt patet Nume. 21. cap. ista. n. Medaba est occidentalis. s. apud mare mediterraneũ, & illa, quæ est in sorte Ruben est in parte orientali.

Item quia istæ sunt diuersæ tribus, & eandem vrbẽ in diuersis tribubus esse est impossibile: multoties tñ sunt multæ vrbes, quæ vocantur eodẽ noĩe, vt ex præpositis satis patet, vt Asor, & Aphec, & Bethlehem. *Et peruenit in Debbaseth.* Hoc est eundo ab occidente ꝯ orientem, licet aliqñ latera flectantur. An vero Debbaseth sit ciuitas, vel mons an alterius rei nomen nõ constat: nõ. n. põt cõstare ex summa ciuitatũ, sicut in quibusdam alijs tribubus, quia hic ponũtur plura nomina, q̃ sint ciuitates huius sortis, vt patet ex summula, in qua solũ sunt ciuitates. 12. *Vsque ad torrentem, qui est contra Ieconam.* Etiam istud est procedendo ꝯ orientem continuato eodem latere, & sunt ista loca velut in medio lateris. Videtur Iecon esse nomen alicuius vrbis, & nõ est illa in latere sortis Zabulon, sed torrẽs qui est ex opposito illius, est in latere sortis: an vero ciuitas ista sit in sorte tribus huius, vel non, patere nõ potest. Denominatur aũt torrens a ciuitate illa, quia torrens per se non habet notificationem magnam: vrbs aũt est multum nota, & cognitio semper fit per notiora tanq̃ per principia. *Reuerititurque de Sarid contra orientem.* Hic describitur aliud latus sortis huius versus orientem, & sic præcedens latus contra orientem describebatur, velut siquis uellet describere duo latera alicuius sortis. s. meridianum, & aquilonare, & ambo inciperet describere ab occidente uersus orientẽ. Quòd autem præcedens inciperet ab occidente versus orientem patet, quia incępit a mari mediterraneo quod est occidentale totius terrę Chanaan, vt patet ex prædictis. Etiam istud tendit versus orientem, vt patet in litera: ideo necesse est, vt hic describãtur duo latera. s. meridianum, & aquilonare incipiẽdo in vtroque ab occidẽte, in vno a mari, & in alio a Sarid, quod est iuxta mare, cum supra ponantur ista duo tanquã simul. *In fines Celeseth Tabor.* Litera nostra videt̃ ponere ista tanquam vnum nomen, sed in hebræo ponuntur tanquam duo, & ibi magis patet veritas horum: nam Latini librarii ex ignorantia ista confuderunt. Videtur ergo ꝙ sint duo noĩa. s. ꝙ Celeseth sit vnum nomen, & Tabor sit aliud: nam in sequenti sorte ponitur Tabor tanquam vnum nomen. Et dicendum ꝙ Celeseth sit nomen vrbis, & Tabor sit nomẽ montis, & iste est mons, in quo Christus coram discipulis suis transfiguratus est. Vrbs aũt Celeseth est apud Tabor ideo denoĩatur ab illo. Sic fit sup. 12. vbi ponuntur reges, qui occisi sunt tempore Iosue, & nõ ponuntur noĩa regum ipsorum, sed noĩa urbium, & rex vnus est Iachanem Charmeli. i. rex vrbis Iachanẽ quę est apud Charmelum. Et satis est hoc rõnabiliter dictum, quia mons Tabor est quatuor miliarijs distãs ab vrbe Nazareth, & hoc ꝯ orientem, vt patet in lib. de diuisione terrę Sanctę. & Nazareth est in terra Galilęæ, quæ est in finibus Zabulõ, & Nephthalim, & sic satis poterit poni Tabor in aliquo latere sortis Zabu-

Latus sortis Zabulon.

A lon. *Et egreditur ad Dabereth.* Istud est nomen vrbis, & dr̃ egressio qñ latus sortis alicuius acutè subintrat partẽ alterius sortis, & sic fit apud vrbem Dabereth. *Ascenditque contra Iaphie.* Hic ponitur istud tanquã nomen ciuitatis, & tñ alibi est nomẽ regis, vt patet sup. 10. vbi fuit rex Lachis Iaphie vnus de quinque regib⁹ pugnantibus ꝯ Gabaon, & postea suspensis a Iosue. Dicitur ascensus, quia forte tendendo hic ab occidẽte versus orientẽ est ascensus. Vel quia Iaphie est in loco excelso, & Dabereth est in loco humiliori. Dabereth.

Et inde transit ad orientalem plagam Gethefer. i. trãsit terminus quousq; perueniat ad orientalẽ plagã vrbis, q̃ dr̃ Gethefer. Litera nr̃a ponit istud tanquã vnum nomen, sed in hebręo sunt tanquã duo noĩa, ita vt Geth sit vnum nomen, & Epher sit aliud, & ponantur tanq̃ B duę ciuitates. Et ista ciuitas Geth est alia ab illa, q̃ ponitur vna de 5. ciuitatibus principalibus terræ Philisthinorũ, vt patet 1. Re. 6. nam ista erat in sorte Iudæ, cum tota terra Philisthinorũ pertineat ad sortẽ Iudę. Nam terminus aquilonaris terrę Philisthinorũ est in ciuitate Acharon, vt patet s̃. 13. & tñ ponitur Acharõ in sorte Iudę, vt patet supra 15. ergo Geth est in terra Iudæ: sed ista ciuitas est in sorte Zabulõ, q̃ inde distat cum attingat vsq; ad Sidonẽ Gen. 49. & tñ Sidon est in latere septentrionali ferè terrę Chanaan, vt colligitur Gen. 10. est aũt ista ciuitas Geth parua, & in hac sepultus fuit Ionas propheta, vt ait Hiero. in quodã plogo super Ionam. *Et Tachasim.* Ista est alia ciuitas, q̃ est versus orientẽ in terra sortis Zabulon. *Et egreditur in C Remmon.* Ciuitas est in sorte Zabulon, & non est ista, q̃ ponitur supra in sorte Simeon: q̃q̃ posset aliquis dicere, ꝙ Remmõ sit ciuitas in extremitate sortis Simeõ, tunc poterit esse in lateribus duarũ sortiũ. Sicut patet de ciuitatibus, quæ erãt in lateribus sortis Iudæ, & ponunt̃ eędẽ in latere sortis Ephraim, vt patet cõparando ea, quæ hñr sũp. 15. ad ea, quæ hñr p̃ced. c. Sed non stat, quia sors Simeon nõ est apud sortẽ Zabulõ: est. n. Zabulon multũ septentrionalis, & Simeon est in sorte Iudę, vt patet sup. & ista est maxime meridiana, vt patet sup. 15. c. & nõ est ista a qua denoĩat̃ petra Rẽmon, de qua Iudi. 20. c. est aũt ista in sorte Beniamin, vt colligit̃ ibidem cũ pugnãtibus oĩbus Israelitis ꝯ filios Beniamin, residui ipsorũ ex bello fugerent ad pe D tram Rẽmon, vt patet ibid. Si tñ esset locus iste, in aliqua alia sorte, nõ cõfugissent illuc: sed sunt multę ciuitates dictæ Rẽmon: nam sicut ꝯtingit eandẽ ciuitatẽ multa hr̃e noĩa, ita ꝯtingit vno noĩe appellari multas vrbes, sicut appellant̃ multi viri. *Antheir, & Noa.* Ista sunt noĩa vrbium sortis Zabulon, & non ponuntur oẽs in lateribus sortis, sed quædã, & positis quibusdã subdunt̃ aliæ, quæ nõ pertinẽt ad tribus ipsius lat⁹. *Et circuit ad aquilonem.* Hic fit inclinatio lateris sortis huius: nam cum p̃cedat ab occidente versus orientẽ, inclinat̃ latus eius aquilonare multũ ꝯ aquilonẽ, quasi subiugãdo partẽ sortis alterius, & ibi est circuire ꝯ aquilonẽ. Nam circuire est cũ linea describens latus sortis nõ tendit rectè, sed curuatur ad alterutrã partiũ in modũ circuli. Et non dr̃ circuire ꝯ Aquilonẽ. i. ten E dere de alio latere ad aquilonare, vt de occidẽtali, vel de orientali, sed in ipsomet latere septẽtrionali fit circuitus declinando magis ad septentrionẽ. *Et Nathon.* Ista ciuitas est in parte illa aquilonari, versus quã declinat latus sortis Zabulon ꝯ aquilonẽ. *Suntque exitus eius,* i. fines vel extremitates. Et hoc videt̃ esse ꝯ orientem, qa ista duo latera. sup. designata tendebãt a parte occidentali cõtra orientalẽ. *Vallis Nephthael.* In ista valle terminatur sors Zabulõ a parte orientali, & ponunt̃ hic multę ciuitates, qa istę erant in illo exitu, vel fine sortis Zabulon. In hebræo dr̃ vallis. *Filios Nephthael.* i. ꝙ ẽt teneatur sors ista apud filios Nephthael: sed lr̃a nostra

Ionas ꝓpheta sepultus est in Geth parua.

Remmon quid.

Situs Nathon.

nostra est magis propria, quia nō terminatur sors ista ad aliquos viros, sed ad locū, in quo habitabant isti viri. s. ad vallē Nephtahel. i. in qua morabant̄ filij Nephtahel. Et hoc idē attēdit lr̄a hebraica: licet interdū nō pfecte exprimir, qđ intēdit pp barbariē sermonis. *Et Cateth.* Ista ciuitas ēt est in parte oriētali sortis Zabulō, vbi est exitus eius. *Et Balal.* Ista ciuitas vocat̄ in hebręo Nahalal: sic. n. fit in multis noībus hebræis, quæ cum scribunt̄ apud nos nō manent syllabę in eod. ordine, vt nos dicimus Manaim, vt patet Ge. 32. & s̄. 13. & in Hebræo vocat̄ Mahanaim. *Et Semron.* Aliqui putabāt istā esse ciuitatē, q̄ vocata est postea Samaria, qa in hebręo videtur esse tale nomē pro Samaria. Sed nō est: satis. n. apparet dr̄ia. Ista ciuitas quidē fuit anteq̄ Israelitæ introirent in terrā Chanaan: Samaria tn̄ facta est post diuisionē regni Israel: nam quidā de posteris Ieroboā fecit illā in monte Somer, vt patet 3. Re. 16. Est aūt ista ciuitas, de qua vocatus est vnus de regib⁹ a rege Iabin ad pugnandū ꝯ Israelitas apud aquas Merō, vt patet s̄. 11. c. ēt de ista vrbe fuit vnus de regibus occisis tpe Iosue, vt patet s̄. 12. *Et Iedula.* Alia ciuitas est ista orientalis in sorte Zabulō. *Et Bethlehem.* Non est ista Bethlehē, q̄ ponitur in sorte Iudæ, de qua dr̄ Micheę. 4. Et tu Bethlehē Ephrata nequaq̄ minima es in millibus Iuda. De hac aūt fuit Saluator. s. ꝙ natus est in Bethlehē Iudæ, vt patet Matth. 2. ēt Ioseph, qui putabatur pr̄ Xp̄i erat de vrbe hac: iō qn̄ exijt edictum a Cęsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, & veniebat q̄libet in ciuitatē suā ad ꝓfitendū subiectionē Romanorū, venit Ioseph ī Bethlehē Iudæ, vt patet Luc. 2. & ibi natus est Saluator tunc. Ad vrbē aūt Zabulō nō ꝑtinebat ipse. *Ciuitates. 12. & villæ earum.* i. oēs ciuitates ꝑtinentes ad sortē Zabulō erāt. 12. & noīatæ sunt hic. Non tn̄ sunt ciuitates oēs noīatę hic, qa multo plures sunt, & dato ꝙ eēnt oēs ciuitates nō ꝑtinēt oēs ad sortē Zabulon, quia forte aliquæ erāt in lateribus, quę ꝑtinebāt ad alias tribus. Dr̄ hic de villis. i. ruribus nō muratis, & de agris, quia oīa, q̄ erant in territorijs vrbiū harū ꝑtinebant ad ipsas vrbes. Sciendū tn̄, ꝙ aliæ vrbes erant in sorte Zabulon præter noīatas hic, quia ĩ. 21. vbi ponitur, quæ vrbes ꝓuenerint Leuitis de sorte Zabulon ponunt̄ quatuor. s. Ieconā, Cartha, Damna, & Naalol, & nulla earū videtur scripta hic, ergo dicendū est, ꝙ erāt plures vrbes in sorte Zabulō. Vel ꝙ aliquæ erant hic, quæ alia noīa hēbant, iō alibi hēbant alia noīa. Et istud fm̄ est rōnabilius, vt declaratū fuit s̄. *Hæc est hæreditas tribus filiorum Zabulon.* i. vrbes suprapositæ ꝑtinent ad hæreditatē filiorū Zabulō, qa nihil aliud possederūt. *Per cognationes suas.* i. distributa fuit ista hæreditas ꝑ cognationes. i. familias tribus Zabulon, vt s̄. declaratū est. *Vrbes & viculi earum.* i. totum qđ erat in terra. s̄. designata ꝑtinebat ad sortē Zabulō, siue urbes, siue rura, siue agri, & hoc est ad dr̄iam sacerdotū, & Leuitarū, qui qn̄ suscipiebant aliquā vrbē solū recipiebant eā cū suburbanis, agros aūt & rura, cæterosq; terminos nō recipiebāt, vt patet Nu. 35. & s̄. 14. & ĩ. 21. *Issachar egressa est.* Hic ponitur tertia pars huius c. in qua describunt̄ ciuitates filiorū Issachar, & termini eius, & nō ponunt̄ hic distincti primo termini, & postea vrbes, sed miscent̄ ambo, sicut factū est in sorte ꝑced. *Sors quarta.* Dr̄ egressa sors, quia istę sortes erant quædā paruę cedulę positæ in inuolucro, & missa ibi manu educebat q̄libet tribus cedulā, q̄ designabat possessionē suā: egressa fuit aūt sors Issachar. i. exiuit de inuolucro illo, & fuit 4. sors. i. quarto loco educta, qa prius miserunt manus tribus Beniamin, Simeon, & Zabulō: deinde Issachar: ꝑcessit aūt Issachar cęteros, qui sequunt̄, qa oēs illi ꝑtinent ad filios ancillarū, vel famularū. s. Aser, Nephthali, & Dan, Zabulō aūt erat filius Lię, vt patet Ge. 30. c. *Per cognationes suas.*

Descriptio urbiū sortis Issachar.

F Idest q̄ diuisa est postea per cognationes. s. ꝑ familias. Nam ante cū missæ sunt sortes in vrnā, vel inuolucrū, non ponebant̄ distinctè sortes, vel possessionū partes pro familijs, sed solū pro tribubus, cum solū fuerint positæ septē sortes, sed postea cū prouenirent possessiones istę spāliter aliquibus, diuidebant̄ per familias in sortes iuxta numerū familiarū ipsarū. Vel dr̄ ꝑ cognationes suas. i. ista sors egressa est ꝓ tribu Issachar, & pro oībus familijs suis, vel cognationibus. s. ꝙ siue multę siue paucæ familię essent huius tribus, nō erat sors tribus ipsius augenda. *Fuitque eius hæreditas Iezrael.* Hic ponunt̄ ciuitates sortis huius, & vna ponitur esse Iezrael. Ista ciuitas ponit̄ in tribus sortibus, nō qđ ꝙ eadē ciuitas sit in diuersis sortibus, sed ꝙ sunt plures ciuitates eiusdē noīs, & vocantur oēs Iezrael: vna Iezrael quid.
G est. n. in sorte Iudę, vt patet s̄. 15. scđa est ī sorte Manasse, vt patet s̄. 17. & alia est in tribu Issachar, de qua hic.

An multæ ciuitates Iezrael nominatæ fuerint. *Quæst. III.*

SED dicet aliquis, ꝙ non est necesse poni tot vrbes Iezrael, quia pōt esse, ꝙ vrbs illa, quæ est in vna tribu tanq̄ ciuitas eiusdē ponat̄ in alia tanq̄ terminus, sicut ponit̄ Bethagla, & Betharaba tanq̄ terminus in sorte Iudæ, & sorte Beniamin, vt patet s̄. 15. & ꝑc. c. & Bethel, atq; Iericho ponūt̄ tanq̄ termini tā in sorte Beniamin, q̄ in sorte Ephraim, vt patet s̄. 16. & ꝑced. c. tn̄ q̄libet harum ciuitatū est solum in vna tribu. Aliquis forte rn̄debit nō stare, quia hoc
H contingeret, si essent ꝯiunctæ sortes istę: sed nō sunt. Falsum tn̄ est, quia cōiungunt̄ sors Issachar, & sors Ephraim, atq; Manasse in parte oriētali, vt patet ꝑced. c. & ibi coniungitur cum eis terra Iudæ. Rn̄dendum tn̄ est, ꝙ istæ vrbes Iezrael sunt tres necessario, & vna earū sit in sorte Iudæ, & alia in Manasse, & alia in Issachar, & hoc qa in oībus his locis cōputantur tanquā ciuitates sortium. Nam s̄. 15. in sorte Iudæ ponuntur multæ ciuitates, de quibus est vna Iezrael, alioqn nō staret summa q̄dam, quæ ibi ponitur. Etiam in sorte Manasse ponitur tanq̄ vna de ciuitatibus, & nō in terminis sortis ipsius. Item hic in sorte Issachar ponitur Iezrael tanq̄ prima de ciuitatibus: ergo non pōt poni tanq̄ vna ciuitas, quæ sit in una tribu: est tn̄ in termi-
I nis oīum trium, sed sunt tres vrbes. *Et Casaloth.* Alia ciuitas vocatur Cabseel, quæ est prima in ciuitatibus Iudę. s̄. 15. & differt ab ista cum sint in duabus sortibus. *Et Sunem.* Non bene scribitur apud nos, quia debet scribi Sunam: ista. n. est ciuitas, ad quam venit Eliseus, & manebat apud virum quendā, & hospites sui fecerūt ei cœnaculum. Postea mortuū filium viri huius suscitauit Eliseus. 4. Reg. 4. vbi dr̄, ꝙ venit Eliseus in Sunam, & postea vocauit mulierē illam apud quā hospitabatur Sunamitem. Hoc patet ex Hebręo, vbi taliter scribitur ciuitas ista sicut illa, & sic dicendum, ꝙ mulier illa erat de tribu Issachar. Etiam dicendum, ꝙ de hac vrbe erat puella illa noīe Abisac, quam serui Dauid quæsierunt ei, cum iam senex esset, vt dormi- Suné qđ.
K ret in sinu eius, quia cum operiretur pannis nō calefiebat. 3. Reg. 1. c. & dicitur ibi, ꝙ quæsierunt Abisac Sunamitem. *Et Apharaim.* Ista ciuitas nō est multum famosa in sorte Issachar. *Et Seon.* Aliqui existimant istam esse, quę habetur supra 12. cap. & vocatur Sarō, de qua fuit vnus de regib⁹ occisis tempore Iosue, sed non est: differt. n. tam fm̄ hebraicam quā fm̄ literam nostram: nam in Hebræo vocatur Lasaron, vt patet ibidem: apud nos aūt vocatur Saron, vt patet in eadē litera. ista autē vocatur Seon, & in Hebręo vocat̄ illa Siō: quamquā non habeat in principio eādem literā quam habet mons Sion. *Et Anaharath.* Ista differt ab illa ciuitate, quæ habetur in sorte filiorum Ioseph,

quæ

quæ vocatur Naaratha, quamquã fortè non esset val- A
de irrationabile dici esse eandem ciuitatem, cum istę
sortes simul sint, quia sors Issachar tangit sortem Ma-
nasse, & Ephraim, in parte Orientali, vt patet s̃. 17. c. &
tunc ponetur Naarath in sorte Issachar in terminis il-
lius, & diuidet Issachar a sorte Manasse, & Ephraim:
sed solum erit in sorte Issachar. *Et Rabboth, & Cesion.* Se
cunda istarum fuit postea data Leuitis, qñ de qualibet
sorte datę sunt aliquę ciuitates, vt patet infra 21. capit.
Abes. Ista differt a ciuitate, quæ est in sorte Simeon: &
vocatur Asem, & a ciuitate quæ est in sorte Iudæ, &
vocatur Esem. de quo sup. in litera, & s̃. 25. *Et Rameth.*
Ista differt a ciuitate quadam sortis Iudę, quæ dicitur
Balatrameth, & est ad latus Meridianũ sortis Simeon,
vt patet supra in litera. *Engannim.* Alia ponitur sup. 15. B
in sorte Iudæ, quæ vocat̃ Engannim, sed differt ab ista,
cum sint in duabus sortibus: ista ciuitas est vna de qua
tuor quæ datę sunt Leuitis de sorte hac, vt patet infra
21. cap. *Et Endor.* Ista ciuitas differt ab illa, quæ vocatur
Endor, & ista est, in qua erat Phitonissa, quam iuit ad
consulendum Saul. 1. Regum 28. & ponitur vrbs illa
in sorte dimidiæ tribus Manasse, vt patet supra 17. cap.
Et Bethphases. Ista est ciuitas alia non multum celebris
in sorte Issachar. *Et peruenit terminus eius vsque ad Tabor.*
Tabor nomen montis est, in quo Christus transfigu-
ratus est, vt patet Matth. 17. c. & ponitur in sorte Zabu
lon in extremitate quatuor milliarijs vltra Nazareth
ad orientalem partem, & in hac parte coniungit̃ sors
Issachar sorti Zabulon. Nam Issachar est in parte Oriẽ
tali per transuersum, & coniungitur sorti Zabulon ex C
vna parte, & potest tangere illam apud montẽ Tabor.
Hic tñ magis vr̃ poni Tabor pro ciuitate quàm ꝓ mõ
te, quia dicitur infra. ꝙ sunt in hac sorte ciuitates 16. &
tamen si non ponatur Tabor tanquã vna ciuitas, non
erunt 16. sed solum 15. *Et Sebesima.* Aliqui putant esse
istam ciuitatẽ, de qua dicitur in Psal. 59. s. partibor Sic-
cimam, & conuallem tabernaculorum dimetiar. Sed
non est eadem, quia Siccima, vel Sichima accipitur ꝓ
Sichẽ: sicut Ierosolyma accipitur pro Ierusalem, & il-
la est in sorte Ephraim. *Et Bethsemes.* i. interpretatur do
mus solis. Et dicit Nicolaus, ꝙ forte hoc fiebat, qa co-
lebatur ibi sol. Alia ciuitas est in sorte Iudę, quæ vocat̃
Bethsemes, vt patet supra 15. sed differunt istę duæ cũ
sint in duabus sortibus, & frequenter multæ vrbes eo- D
dem nomine appellantur. *Eruntque exitus eius Iordanis.*
Idest finis sortis huius est in Iordane. Hoc est ex parte
Orientali: est autem sors ista posita ex transuerso, quia
plurimę aliarum sortium sunt ab oriente versus occi-
dentem, sicut sors Iudæ, & Beniamin, atque Ephraim,
& ferè omnes. Ista autem est a meridie versus aquilo-
nem, & extenditur circa terminum orientalem terrę
Chanaan, s. iuxta Iordanem: & tãgit sortem Manasse,
& Ephraim ab oriente earum, & ipsa est magis orien-
talis atque extenditur contra Aquilonẽ, & tangit sor-
tem Zabulon, & alias sortes, vnde quasi in toto suo la-
tere orientali tangit Iordanem. *Ciuitates sexdecim, & vil
læ earum.* Idest in ista sorte sunt solum sexdecim ciuita
tes, quæ supra enarratę sunt, & rura parua illarum, quę E
vocantur villæ, & agri atque reliqui termini. *Hæc est
possessio filiorum Issachar.* Scilicet istę sexdecim vrbes cũ
territorijs sunt, quas possederũt Israelitę filij Issachar.
Per cognationes suas. Idest, & diuisa fuit tota ista terra in
sortes secundum cognationes, idest familias. Habuit
autem ista tribus familias, vt patet Num. 26. c. ideo di-
uisa fuit ista portio terrę in sortes quatuor, & deinde
illę in minores partes diuisæ sunt per domos familia-
rum, & vsque ad capita virorum. *Vrbes & viculi earum.*
i. tam ciuitates, q̃ viculi, q erãt in tota terra ista ꝑtinue-
rũt ad sortẽ Issachar, quia qñ ciuitas aliqua dabat̃ alicui
tribui: oẽs pertinẽtiæ ciuitatis illius cedebãt tribui illi.

Ceciditque sors quinta tribui filiorũ Aser A
per cognationes suas. Fuitque terminus eorũ
Halcat, & Chali, & Bethen, & Axaph, & El-
melech, & Amaad, & Messal: & peruenit vs-
que ad Charmelum maris, & Sior, & Laba-
nath. Ac reuertitur contra Orientem Bethda
gon, & pertransit vsque Zabulon, & vallem
Iepthahel contra Aquilonem in Bethemec,
& Nehiel. Egrediturque ad Lauan Cabul, &
Abran, & Roob, & Ammon, & Cana, vsque
ad Sidonem magnam. Reuertiturq; in Hor- B
ma vsq; ad ciuitatem munitissimam Tyrũ,
& vsque Hosa. Eruntque exitus eius in mare
de funiculo Achziba, & Amma, & Aphec,
& Roob ciuitates vigintiduæ, & villę earum.
Hæc est possessio filiorum Aser per cognatio
nes suas, vrbesque & viculi earum. Filiorum
Nephthali sexta pars cecidit ꝑ familias suas:
Et cępit terminus de Heleph, & Elon in Sa-
nanim: & Adami, quæ est Nezeb, & Ieb[illegible]
hel vsque Lecum, & egressus eorum vsque ad
Iordanem: reuertiturq; terminus contra oc- C
cidentem, in Azanoth Tabor, atque inde e-
greditur in Vcuca, & pertransit in Zabulon
contra Meridiem, & in Aser contra occiden
tem, & in Iuda ad Iordanem contra ortum
solis. Ciuitates munitissimæ Assedim, Fer, &
Emmath, & Rechath, & Cenereth, & Ede-
ma, & Arama, Asor, & Cedes, & Edrai, Ena-
sor, & Ieron, & Magdalel, Horen, & Betha-
nath, & Bethsames: ciuitates decem, & no-
uem, & villæ earum. Hæc est possessio tribus D
filiorum Nephthali per cognationes suas, vr
bes & viculi earum.

Cecidit sors quinta.

Descriptio sortis Aser, cuius singulæ vrbes explicantur.
Quæst. IIII.

HIc ponitur quartum huius c. s. descriptio sor
tis Aser. Ista sors non habet distinctionem
terminorum hic, & postea nominationẽ
ciuitatum, sed simul ponitur vtrunq; sicut
in alijs superioribus, & sequentibus in hoc ca. & voca
tur sors ista quinta, quia fuit quinto loco extracta de
inuolucro cedularum post omnes, quæ s̃. sunt descri- E
ptę. Et cã est, qa hic seruat̃ aliquo modo dr̃ia dignita-
tis, & qa filij dñarũ multo digniores sunt filijs ancilla-
rũ, pręponunt̃ tribus deriuatæ a dñabus tribubus deri-
uatis a famulabus. Tres aũt sequẽtes. s. Aser, Nephtha-
li, & Dan sunt de filijs ancillarũ; ideo postponi debue-
runt, qui aũt ꝑpositi fuerũt, erant filij dñarum, vt s̃. de-
claratũ est. In his tñ tribus sequẽtib. nõ fuit penitus ser
uatus ordo dignitatis, qa Aser ponit̃ añ Dã, & Neph-
thali, s. ꝙ primo eduxerit sortẽ de inuolucro q̃ illi, tñ
isti duo ꝑcedebãt Aser. In quo sciẽdum, ꝙ Lia habuit
ancillã noĩe Zelpham, q̃ peperit de Iacob filios duos,
s. Gad, & Aser: Rachel aũt habuit ancillã noĩe Bala, q̃

peperit ex Iacob Dan,& Nephthali, vt patet Gen.30. c.isti erant æquales ex parte genitoris: genitrices quoque erant ęquales,quia ambæ erant famulę, & minus principales vxores, ideo non poterat in eis accipi differentia dignitatis ex parte natalium, sed ex parte temporis nascendi:sicut erat in filijs Lię,vel Rachelis, sed filij Balę sunt priores. Nam cum Rachel careret filijs, dixit ad Iacob, ꝙ ingrederetur ad ancillã illius, vt sic saltem ex ea prolem acciperet,quod cum fecisset, nati sunt Dã,& deinde Nephthali,vt patet Gen. 30. Hoc etiam cum vidisset Lia, dedit ancillam suam Zelphã viro suo,& peperit ei duos filios,s.Gad, & Aser, vt patet eod.ca.prius ergo fuerunt ambo filij Balę quam aliquis filius Zelphę, & sic pręcedebant dignitate ad vtrunque filium Zelphę. De Gad autem non est hic q̃stio,quia non accepit sortem hic, sed viuente Moyse accepit illam ante transitum Iordanis: Nu.32.& Deut. 3.sed Aser accepit hic cum Nephthali,& Dan:non tamen fuit in omnibus curatum de honore:fuit tamen obseruatum in deserto in castrametando sub vexillis: nam vnũ de quatuor vexillis fuit de tribu Dan, & sub illo fuerunt Nephthali,& Aser, vt patet Num.2.ergo hic debuisset pręcedere: sed nõ multum curatum est hic. *Tribui filiorum Aser*. Istis data est magna sors, quia erat magnus populus, vt patet ex numero ciuitatum suarum infra. *Per cognationes suas*. Idest diuisa est possessio ista quę sequitur, per omnes familias tribus Aser. Fuerunt autem in tribu Aser familiæ quinque, vt patet Num.26.c. ideo diuisa est in partes quinque possessio eius,& sortes positę sunt,sicut ponebantur pro diuisione sortium inter tribus,vt patet Num. 26. *Fuitque terminus eorum Halcath*. Hic enarrantur ciuitates sortis huius, & dicitur, quòd terminus sortis huius fuerunt ciuitates istę. Non est sensus, quòd omnes istę sint in terminis sortis Aser, quia tunc nullæ essent in medio sortis; sed ponuntur aliquæ ciuitates, quæ sunt in terminis,deinde enarrantur alię, quæ sunt apud illas, ita vt enarrando vrbes terminorum etiã enarrentur omnes vrbes,quæ sunt in tota sorte. *Halcath Chali Bethen*. Istæ tres vrbes ponũtur in terminis sortis Aser ex vna parte,sed quæ pars sit ista, an declinet ad Meridiẽ, vel Aquilonem; Orientem, vel Occidentem non cõstat.

Vrbiũ sortis Aser enarratio.

Bethen. Differt ista a ciuitate Bethel:illa enim est in sorte Beniamin,vt patet pręced. ca. prima ciuitas harum nõ bene scribitur hic:sed debet vocari Lacoth,vel Lachath, & sic est in Biblijs correctis, & est vna de quatuor ciuitatibus, quę datę sunt Leuitis de sorte Aser, vt patet infra 21.c. *Et Axaph*. De ista ciuitate fuit vnus de regibus vocatis a rege Iabin ad pugnam contra Israelitas ad aquas Meron,vt patet supra 11.ca.& rex ciuitatis huius fuit occisus tempore Iosue, vt patet sup. 12.cap. *Elmelech*. Tale erat nomen viri mariti Noemi, vt patet Ruth 1. cap. tamen non fuit vir ille de hac ciuitate,nec de hac tribu,sed de tribu Iuda, & de ciuitate Bethlehem,vt patet ibidem. *Et Amaad*. Ista ciuitas differt a ciuitate,quę vocatur Arma,vel Horma,& ponitur in sorte Iudę supra 15.c.& postea fuit in sorte Simeon supra in litera,& ponitur illa ciuitas supra 12. c. quia vnus de regibus occisis tempore Iosue fuit de illa,sed ad hanc nihil pertinet. *Et Mesal*. Ista est vna de ciuitatibus,quæ datæ sunt Leuitis de tribu hac, vt patet infra 21 cap. *Et peruenit vsque ad Charmelum maris*. Idest extẽditur ista possessio filiorum Aser versus Charmelum montem apud mare: peruenit enim ista sors ad mare Mediterraneum, quod est mare magnũ, & est terminus Occidentalis totius terræ Chanaã. Et patet, quia peruenit vsque ad Tyrum,& Sidonem,quę sunt in littore maris magni. Est autem mons iste Charmelus,in quo erat Elias propheta,quando locutus fuit ad quinquagenarios regis Ochozię, quos cõbussit ignis

Bethen, & Bethel differunt.

F de cęlo.4.Regum 1.c. *Et Sior,& Labanath*. Istę sunt duę vrbes. Ponunt tamen aliqui illas tanquam vnam. Sed vitium est,vt patet in Hebręo. *Et reuertitur contra orientem Bethdagon*. Idest sortis huius terminus reuertitur ad vrbem Bethdagon,& hoc contra Oriẽtem,quia dixerat nunc de extremitate sua occidentali, s. apud Charmelum & mare,redit ad latus tendens versus Orientẽ in vrbem Bethdagon. siue autem istud latus tendat ꝑ Orientem per Austrum,vel Septentrionem non constat.Bethdagon interpretatur domus Dagon: est autẽ Dagon nomen idoli Philisthinorum,& principaliter in ciuitate Azoto:istud est enim idolum,quod positũ fuit apud arcam domini, & inuentum est confractis manibus,& capite,vt patet 1.Regum 5.c. Potest autẽ G esse Bethdagon nomẽ commune, vt significet domũ illius Idoli,s.templum,in quo colebatur, sed hic accipitur quędam ciuitas sortis Aser, & forte vocatur sic, quia a principio Chananæi coluerunt ibi idolum Dagon,sicut dicunt aliqui Bethsames, idest domus solis, quia ibi colebatur sol principaliter. *Et pertransit vsque ad Zabulon*. Hoc est a latere Meridiano:nam magis aquilonaris est sors Aser,quam Zabulon, cum ponatur extremitas Zabulon ad Sidonem ciuitatem, vt patet Genes.49.cap. Aser autem habet ciuitatem Sidonem, & Tyrum vtranque in latere maris Mediterranei, quæ ambę sunt contra latus aquilonare. *Et vallem Iephthael*. Ista vallis est in sorte Zabulon, vt patet supra. & cum tangit sors Aser sortem Zabulon tangit eam in valle H Iephthael:& dicitur in Hebræo. *Et filios Iephthael*. Sed est sensus, quòd pertingit ista sors vsque ad vallem filiorum Iephthael. *Contra Aquilonem in Bethmec*. Idest ad Aquilonarem partem transit latus sortis huius in vrbem nomine Bethmec. *Et Nebiel*. Ista est alia vrbs in sorte Aser,& est in latere illius Aquilonari.

Bethdagõ quid.

Egrediturque ad Lauan. Idest, arcuatur apud vrbem Lauan. Egressio aliquando signat terminationem,sicut cum dicitur: Exitus eius sunt in talem, vel talem locum. *Cabul*. Ponitur hic istud tanquam nomen ciuitatis: sed aliquando signat nomen prouincię, sicut 3.Regum 9.cap.dicitur, quòd dedit Salomon regi Hiram viginti oppida in terra Galilęę, quæ cum vidisset non placuerunt in oculis eius,& vocauit regionem il I lam Cabul:hic tamen non accipitur pro illo. Quod patet, quia ibi plura quam viginti oppida sunt in terra Cabul cum totam terram illã appellauerit Cabul rex Hiram; hic autem necessario ponitur,vt ciuitas vna.

Quid Cabul hic signat.

Item quia nomen istud Cabul impositum fuit regioni illi a rege Hiram,& prius non erat, vt patet præalleg.ca. sed nomen Cabul quod hic habetur necesse est, vt fuerit tempore quo diuisa est terra viuente Iosue,vel saltem fuerit tempore scriptoris libri huius, s. tempore Samuelis; sed tunc non erat nomẽ quod imposuit Hiram, quia ista facta sunt magno tẽpore post mortem Samuelis: nam Samuel non vidit regnãtem Dauid super vniuersum Israel: prius enim mortuus K est,de quo primo Regum 25. ca. sed Dauid postea regnauit. Etiam quia priusquam moreretur Saul mortuus est Samuel: nam Saul vadens ad Phitonissam,dixit ei, suscita mihi Samuelem primo Regum 28. cap. regnauit tamẽ postea Dauid quadraginta annis, vt patet tertio Regum.2.cap.& postea regnauit Salomon, in cuius diebus impositum est nomen istud Cabul a rege Hiram:ergo non potest accipi hic Cabul,vt accipitur 3.Regum 9.pro quadam parte terræ Galilęę. *Et Abran*. Ista est alia ciuitas in sorte Aser, nec est de famosis. *Et Roob*. Aliquando signat regionem. Quod patet,quia hic necessario accipitur pro ciuitate vnica: tamen Iudicum 18. capitu. accipitur Roob pro regione,cum dicatur, ꝙ Lais,quæ alio noĩe appellatur Lesen est in regione Roob. in illa autẽ est q̃dã pars sortis Dan,

Dan, vt ĩ. declarabitur. *Et Hammon.* Hic non accipitur A pro terra Hammon, sed pro ciuitate quadam. Etiam quia de terra Hammon nihil pertinuit ad sortẽ Aser, nec ad nouem tribus & dimidiam: pertinuit tñ aliqd ad sortem Ruben, & aliquid ad sortem Gad, vt patet s.13.c. *Et Chana.* Nomen vrbis est in hac tribu Aser. *Vsque ad Sidonem magnam.* i. peruenit sors ista vsq; ad Sidonem, quæ est in littoribus maris mediterranei, in qua terra Christus prædicauit, & de terra illa exiuit Chananęa illa, quæ petijt a Christo filiam suam a dęmone liberari: Matth. 15. ca. vocatur aũt Sidon magna non ad differentiam tanquã sit alia Sidon parua, sed quia erat magna ciuitas respectu aliarum enumeratarũ. *Reuertitur in Horma.* Idest de Sidone magna conuertitur latus versus Horma. & non accipitur hic Horma, sicut acci B pitur Nu. 14. & 21. s. pro terra illa, in qua morabantur Chananæi regis Arad, quam destruxerunt Israelitę vocantes eam Horma, i. anathema, vel destructionem, vt patet ibidem. Nec accipitur Horma pro ciuitate Sephath, quam Iudas, & Simeon percutientes vocauerunt eam Horma, vt patet Iudi. 1. c. sed erit nomen proprium ciuitatis. Vel forte fuit impositum a Iudæis pro simili causa. *Vsque ad ciuitatem munitissimam Tyrum.* Ista etiam est apud mare, & est magis aquilonaris q̃ Sidõ. est autem munitissima, quia de ea erãt populi diuites: abũdabat enim negociationibus super omnes alias vrbes, & magnitudine diuitiarũ intantũ superbiuit rex vrbis huius, ꝙ vocauit se. Deum, vt patet Ezech. 28. de magnitudine diuitiarum, & gloriæ, & negociationis ciuitatis Tyri hr̃ Ezech. 26. & 27. & 28. ca. hanc vrbem C cum Sidone destruxit Alexander totam incendio tradens, vbi diuersa genera mortis infandę patrata sunt, alijs se suspendentibus, & alijs in mare pręcipitãtibus, & iacientibus in ignem. De his Alexandreidis libro 3. Fuit tñ postea restituta ciuitas ista, licet non in tanta gloria, vt prius: nam tpe Saluatoris manebat, tam ipsa quàm Sidon. De hac vrbe fuit Dido regina Carthaginis, quę mortuo viro suo Sicheo, a Pigmalione fratre eius nauigauit in terram Hiarbę mauri, a quo petita, & obtenta terra quantum corio bouis circundari posset, illo in tenuissimas corrigias extenuato magnũ terræ spatium comprehensum est; vnde ciuitas illa Birsa fuit appellata, quæ alio nomine Carthago appellatur: de gestis Didonis, & morte, tam apud poetas, q̃ apud D historiographos solẽnes narrationes sunt. De hac quoque vrbe fuit rex Agenor cuius filiam Europam rapuit Iuppiter super vndas ducens eam in terram Grecorum in prouinciam Cretensium, quę nunc Candia appellatur. Tertiam mũdi partem ab ea Europam appellari fecit. De hoc Ouid. Metam. 2. & 3. de hac quoque fuit Cadmus filius Agenoris frater Europę exilio damnatus a patre, nisi Europam filiam suam reduceret, quam plusquam satis quæsitam, cũ nulla parte terrarum inueniret in terra Grecorum vrbem Thebarũ cdidit in prouincia, quæ Boeotia appellata est. de quo Ouid. Metam. lib. 3. in principio: ibi aũt postea tota sua posteritas regnauit. In hac quoq; vrbe primo literæ gentis illius inuentæ sunt, de quo Alexandreidis li. 3. E Multa quoq; vrbis huius memorabilia dicta, & gesta sunt. Hęc autem non fuit subdita Iudęis: nã ẽt tpe Salomonis regnabat ibi Hiram rex, qui erat de gentilibus, & erat amicus Salomonis, vt patet 3. Reg. 5. & 9. & nõ fuit postea capta: nam ẽt tpe Saluatoris ibi Chananęi manebant, vt patet Matth. 15. s. ꝙ cum ambularet Iesus ĩ finibus Tyri, & Sidonis, mulier Chananęa a finibus illis egressa clamauit: Dñe fili Dauid miserere mei. Immo terra ista Chananęorum amplius mansit in potestate eorum q̃ manserit terra Iudæę in potestate Iudęorum, quia ipsi breuiter post Christi mortẽ inde fuerunt ducti in captiuitatem, & venũdati. *Et vsque Hosa.* Nomen ciuitatis est: tale autem est nomen cuiusdam montis in Thessalia apud montẽ Pelion, & Olympũ, & fuit vnus de tribus, quos gigãtes super posuerunt (vt poetę aiunt) vt ad cęlos cum dijs pugnaturi ascenderent, de quo Ouid. 1. Metam. *Eruntque exitus eius vsque mare.* Idest exitus, vel finis sortis Aser est ad mare, s. ad mare Mediterraneum, quod est Occidentale: nam Tyrus, & Sidon apud maris littora sunt. *De funiculo.* Idest de funiculo, siue termino claudente sortẽ exitum in mare. *Achziba, Amma.* Istę sunt duæ aliæ vrbes Aser, quæ sunt apud Occidentalem plagam sortis huius. *Aphec.* Ista ciuitas ponitur s. 15. c. sed non est eadem in re, sed in nomine, quia frequenter multæ ciuitates appellantur eodem nomine, & appellatur aliqñ Aphec, & aliquando Apheca ex cõditione idiomatis Hebraici, in quo sæpe litera in fine additur, vt Dabir Dabira; Mizraim, Mizraima. Quæ autẽ istarũ Aphec sit illa, quæ ponitur supra 12. cap. de qua fuit quidam de regibus occisis tempore Iosue, non plene patet. *Et Roob.* Ista est alia ciuitas ab illa, quę supra in hac sorte vocatur Roob. Et hoc quia etiam in eadem sorte cõtingit frequenter esse multas vrbes nominis eiusdem, vt patet in Asor, quę ponitur ter ĩ sorte Iudę, & signat hic Asor ciuitatem quamquam aliquando significet regionem, vt supra dictum est. Sic accidit de Samaria, quæ aliquando accipitur pro quadam vrbe cõstructa in monte Somer 3. Regum 16. c. & aliquando pro regione, vt cum dicitur, quòd Christus transibat per ciuitates Samarię: & cum dixit in viam gẽtium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne ĩtraueritis, sed ite ad oues, quę perierunt domus Israel. *Ciuitates triginta duæ.* Omnes vrbes hic positę sunt trigintaduæ, sed ponuntur aliqua nomina, quę nõ signãt ciuitates, sed alios terminos.

Sciendum etiam, quòd aliquę ciuitates huius sortis sunt, quę non describuntur hic, vt patet ĩ. 21. vbi ponũtur ciuitates, quæ datę fuerunt Leuitis de sorte Aser, & est ibi Abdon, quæ non ponitur hic. Sed necesse est, vt dicamus aliquas ciuitates fuisse sortis huius, quę nõ describuntur hic. Vel quòd sint aliquę ciuitates, quę vocentur pluribus nominibus, & hic sub vno nomine appellẽtur, & ĩ. 21. sub alio, & hoc verisimilius est. Sic quoq; est in s. posita sorte Issachar, nam ĩ. 21. c. ponuntur vrbes eius datę Leuitis, & sunt ibi duę quę nõ describuntur hic, s. Dabereth, & Ierimeth: sed ad modũ præpositum redeundum est. *Et villæ earum.* i. istę triginta duę ciuitates cum suis agris, & paruis ruribus, & nõ muratis locis prouenerunt in sortem Aser.

Hæc est possessio filiorum Aser. Idest omnes vrbes supra positæ sunt tota possessio Aser, quia nullam aliam partem possessionis acceperunt. *Vrbes, & viculi earum.* idest tam vrbes, quàm rura in possessionẽ tribus Aser cesserunt. *Filiorum Nephthali.* Hic ponitur quinta pars huius ca. in qua describitur sors filiorum Nephtali. Et sicut in cęteris superioribus non ponuntur termini per se distincti a ciuitatibus, sicut in sorte Iudę, & Beniamin, ita hic; sed simul quãdoque ponendo terminos, & quãdoque ciuitates. *Sexta pars cęcidit.* Ista est sexta, quia sexto loco filij Nephthali acceperunt sortem incipiendo a filijs Beniamin, qui primo de cedularũ inuolucro eduxerunt sortem, & in hoc non tenetur plenè ordo dignitatis. Et hoc quantum ad duo. Primum, quia pręponitur Aser ipsi Nephthali, tñ prior deberet esse Nephthali, cum sit prior natiuitate, quia est de filijs Balę: Aser autem est vltimus filius Zelphę, vt s. declaratum est. Secundum est, quia Nephthali est posterior ipso Dan, vt patet Gen. 30. c. primus. n. filius Balæ est Dan, & secundus Nephthali: tñ Nephthali pręponitur. *Per familias suas.* i. ista tota sors Nephthali diuisa est per familias, quia etiam ipsæ familiæ postea sortitę

Marginalia: Horma hic quid. — Tyrus vrbs munitissima. — Ibi Dido nata regina. — Bursa Carthago est. — Quid Hosa sit. — Descriptio sortis filiorum Nephthali.

sunt inter se possessionem hanc per partes proportionales. Fuit autem diuisio facta in partes quatuor, quia familię Nephthali solum erant quatuor, vt patet Nu. 26.cap. *Cępitque terminus de Eleph.* Eleph est vna de ciuitatibus sortis Nephthali, & est in extremitate sortis: ideo dicit ibi incipere terminus, idest latus terminans vel claudens. Sed in qua parte sit iste terminus, s. an in meridie Aquilone, Oriente, vel Occidente, non constat, cum nihil describatur in litera per quod patere possit. *Et Elon.* Ista ciuitas etiam ponitur in sorte Iudę, vt patet supra 15.c. & fuit postea data sacerdotibus. j. 21. sed non est eadem cū ista, nisi in voce, quia in duabus sortibus ponuntur, ideo necesse est eas esse diuersas. *Et Saananim* Ista ciuitas parum famosa est in sorte Aser. *Et Adami, quæ est Neceb.* Ista ciuitas habet duo nomina, s. Adami, & Neceb: sicut Hebron vocatur Hebrō, & Cariatharbe, & Mambre: & Ierusalem vocatur Iebus, & Ierusalem, & multæ aliæ, vt patet supra 15. *Et Iebnael.* Alia ciuitas talis ponitur in sorte Iudæ in terminis eius, vt patet supra 15.

Eleph qd.

Et fortè aliquis dicet esse istam ciuitatem, quæ ponitur in terminis Iudę, & quòd sit etiam in terminis Issachar, quia potest esse in vna tribu tanquam ciuitas, & in alia tāquam terminus, & hoc potissimè, quia tribus Nephthali tangit sortem Iudæ, vt patet infra. Sed non stat, quia Iebnael est in latere sortis Iudæ, & est apud mare mediterraneum in latere Occidentali, vt patet s. 15. Nam describendo latus aquilonare ab Oriente versus Occidentem cōsummatur latus in Iebnael, & immediate in mari magno, sors tñ Nephthali tangit sortem Iudę solum in parte Orientali apud Iordanem, vt patet j. ergo non est idem locus Iebnael, de quo hic, & de quo in sorte Iudę, quia non se possunt contingere in loco, vbi est Iebnael in sorte Iudæ, sed sunt duæ vrbes, quia frequenter sunt multę vrbes eiusdem nominis, vt patet ex pręcedentibus. *Vsque Lecum.* Ista est alia ciuitas, & extēditur terminus Iebneel vsq; ad eam, & sunt istæ in latere sortis ipsius Nephthali. *Egressus earum vsque ad Iordanem.* i. terminus, vel extēsio territorij ciuitatum istarum est vsq; ad Iordanem, nā Nephthali ex parte Orientali tangit aliqualiter Iordanē, & in parte ipsa sunt ciuitates istæ, ideo termini earum vsque ad Iordanem proueniunt. *Reuertiturque terminus contra Occidentem.* Istud latus supra positū in quo erant istę ciuitates, est Orientale, quia est apud Iordanem, & Iordanis est terminus Oriētalis terrę Chanaā, vt patet Num. 34.c. nunc reuertitur terminus, idest latus describens terminū ꝯ partem Occidentalē, & est ista reuersio per latus meridianū, vel aquilonare: nam inter Orientē, & Occidentē duo latera media sunt, s. meridianum, & aquilonare: quibus oriens & occidēs coniungunt: sed quod latus eorum est istud quod extenditur a Iordane in Azanoth Tabor, non patet ex litera, sed satis potest dici, ꝙ sit latus meridianum, quia immediate cum enarretur ista extensio, q̄ fit ab Oriēte versus Occidentem fit mētio de latere meridiano: ex quo vr̄, ꝙ per illud sit transitus. *Vsq; Azanoth Tabor.* Azanoth vr̄ esse nomen ciuitatis, Tabor aūt est nomē montis, est autem ciuitas ista apud Tabor, sicut dicebamus s. in sorte Zabulon Celeseth Tabor, s. ciuitas Celeseth, quæ est apud montem Tabor, vel in quadā parte montis ipsius. Est aūt iste mons in contactu lateris diuersarum tribuū, s. in ꝯtactu Nephthali, & Zabulon, & Issachar, quia forte mōs est magnus, & possunt in eo ꝯiungi tres sortes, sicut aliqñ ad vnum paruū locū coniungūtur tria, vel quatuor regna. Et hoc patet, quia in qualibet harum tribuum ponitur Tabor, vt patet s. Etiam satis consonat, ꝙ coniungantur sortes istę in monte Tabor, quia j. dicitur, ꝙ coniungatur sors Nephthali sorti Zabulon. Qūo aūt coniungatur sorti

F Issachar, non dr̄: sed satis patet, quia tribus Issachar ex parte Orientali extendit tangens tribum Ephraim, & Manasse, vt patet s. 17. cap. & ex hac parte, s. Orientali apud Iordanē extenditur sors Nephthali ad tangēdū sortem Iudę, vt patet j. & sors Manasse, & Ephraim coniunguntur sorti Iudæ circa partem Oriētalem in vrbe Taphua, vt declaratum est s. 17. c. ergo satis tāget sors Issachar sortem Nephtali, & erit contactus iste in mōte Tabor. Quod autem accipiatur hic Tabor pro monte, & non sit vnicum nomen Aznoth Tabor satis conuenit, quia s. descripserat latus Oriētale Nephthali, s. apud Iordanem, & inde descendebat ꝯ Occidētem, & in principio descensionis nominauit Aznoth Tabor, idest ciuitatem illam apud Tabor. In quo nota non multum distare Iordanem a Tabor, quia post Iordanem nominatus est nullo medio interposito in latere isto, & ꝯuenit monti Tabor, quia ipse est quarto milliario distans a Nazareth ꝯ Orientem, vt patet in libro de diuisione Terrę Sanctæ: & tñ Nazareth non multum distat a mari Genesareth, quod est apud partem Orientalem terrę Chanaā, & apud Iordanem. Et cum dr̄ vsq; Aznothtabor, non est intelligendū, ꝙ iste locus Aznoth sit in extremitate Occidētali sortis huius, sed procedendo ab Oriente versus Occidentē in sorte Nephthali, venitur immediate in Aznoth Tabor, q̄a est locus satis ꝯiunctus parti Orientali. *Atque inde egreditur in Hucuca.* Ista est alia ciuitas in eodē latere meridiano veniendo ab Oriente versus Occidentē: & est magis Occidentalis q̄ Aznoth Tabor. *Et pertransit in Zabulon contra Meridiem.* i. & latus sortis Nephthali applicat lateri sortis Zabulon, & hoc a parte meridiana Nephthali: est enim magis Meridiana sors Zabulon, q̄ Nephthali: ambę aūt perueniunt ad mare Genesareth, qđ est mare Cenereth, vel Galilęę, ideo cum ambulabat Iesus apud mare Galilęę, dicebatur ambulare in extremitate Zabulon, & Nephthali, vt patet Mat. 4. & ibi vocatur via maris, & ob hoc de his duabus sortibus simul loquit̄ Isa. c. 9. s. Primo tp̄e alleuiata est terra Zabulō, & Nephthali, & nouissime aggrauata est via maris &c. *Et in Aser contra Occidentem.* Sors Aser magis est Occidentalis q̄ Orientalis, cum latitudo eius sit in parte Occidentali, & non peruenit vsque ad extremitatem Orientalē totius terrę Chanaā, sors autem Issachar è ꝯrio est tota Orientalis extenta apud Iordanē, versus Occidentē aūt parum dirigitur, & ob hoc cum extendat sors Nephthali ꝯ Occidentē tangit sortem Aser, & non ꝑuenit ad Occidentalē plagā terrę Chanaā, s. ad mare magnum, vbi est terminus terrę totius Chanaā Nu. 34. c. *Et in Iuda ad Iordanem contra ortum solis.* Etiā tangit sors Nephthali sortē Iudę. & hoc in parte Orientali, s. apud Iordanē: nā sors Iudę hēt ꝓ fronte orientali mare salsissimum, qđ est mare Sodomorū, vt patet s. 15. & tangit extremitatē Iordanis, & ibi ꝯiungit̄ sibi tribus Beniamin, vt patet pręce. c. ꝯiungit̄ ēt tribus Manasse, & Ephraim. s. 16. sors quoq; Nephthali extenditur per ripam Iordanis, & ꝑuenit in cōiūctione sortis Issachar vsq; ad locū, in quo sors Iudę cōiungit̄ Iordani, & ponunt̄ hic duę determinationes, s. ad Iordanē, & ad solis ortū, sed q̄libet earū sufficiebat: nā solum dicendo ad Iordanē intelligebat̄ pars orientalis, q̄a Iordanis est extremitas terrę Chanaan oriētalis, vt patet Num. 34. c. ēt dicendo ad solis ortū intelligebat̄ Iordanis cū ꝯuertant̄ ista duo in terra illa, sed aliqñ scriptura ponit aliquas determinationes ex superabundanti. *Ciuitates munitissimæ.* Posita fuerāt latera sortis Nephthali: ponunt̄ hic ciuitates sortis huius, q̄q̄ q̄dam earum supra positæ fuerunt, & nō ponitur latus aquilonare sortis huius, scilicet, quam sortem tangat Nephthali ad partem Aquilonarem, aut si sit in ipso latere Aquilonari totius terræ Chanaan.

Rō, q̄ hic accipit Tabor ꝓ mōte, & nō ꝓ ciuitate.

G

H

Latitudo sortis Aser

I

K

Et

Et satis vr̄ dicendum, ꝙ sors Dan sit magis Septentrionalis, cum ipsa sit in terra Roob, quæ est maxime Septentrionalis in tota terra Chanaan, cum ponatur apud Emath Nume. 13. & tñ Emath est in ipso latere Aquilonari terræ Chanaan, vt patet Numer. 34. quòd sors Dan hēat regionem Roob, patet quia accepit ciuitatem Lais, quæ alio nomine vocatur Lesem, vt patet ꝭ. & ista est in regione Roob Num. 18. c. & de ipsa sorte Dan etiam nō ponitur latus aliquod, vt patet ꝭ. Vel forte potest dici, ꝙ latus aquilonare terræ sit latus Septentrionale sortis huius, quia ponitur hic Emath, quę est in latere Aquilonari terrę Chanaan: dr̄ autem de ciuitatibus sortis huius, ꝙ erant munitissimę, quia acceperat ciuitates fortissimas, & bene muratas. *Assedimser.* Nō est ciuitas multum famosa in sorte Nephthali. *Et Enuath.* Ista vr̄ esse ciuitas quę vocatur Emath: & est in latere Aquilonari terrę Chanaā, vt patet Nu. 34. & hoc modo dicemus sortem Beniamin ſm totū latus suum Aquilonare, vel quantum ad partem eius tangere latus Aquilonare terrę Chanaan. *Et Rechath.* Non est famosa ciuitas in sorte ista. *Et Cenereth.* Ista est quædam ciuitas in latere Orientali terræ Chanaan, & est apud mare Galileæ, vel Genesareth. Vocatur autē mare istud Cenereth, vt patet Num. 34. & Deute. 3. & supra 11. & 12. & accepit nomen a ciuitate ista Cenereth, quæ est apud illud. Multæ autem aliæ ciuitates in terra Galilęę sunt apud istud mare, sed ab ista vocatū est. Et ista ciuitas vocata fuit postea Tyberias post natiuatē Saluatoris ab imperatore Tyberio. Iste.n. in ciuitate illa dum iuuenis erat aliquando cōuersatus est, & inde vocatur mare Tyberiadis, vt patet Ioan. 21. ca. vocatum est etiam mare Genesareth, vt quidā dicunt quasi generans auram. Sed magis videtur esse nomen corruptum de Cenereth. Vocatur etiam mare Galilęę, quia in terra Galilęę est, & idem mare est. In terra autem ista Saluator ꝯuersatus fuit tota iuuentute sua, & maximum tēpus prędicationis suę ibi fuit. Nomen autem vltimum maris huius fuit mare Tyberiadis, qa istud nomen impositum est post natiuitatem Saluatoris, cum impositum fuerit ab Imperatore Tyberio, & tamen anno decimooctauo imperij eius mortuus est Saluator. Quod patet, quia anno 15. regni eius baptizatus est Christus, & incępit prędicare Luc. 3. ca. in princ. & tñ tempus prędicationis Saluatoris nostri nō fuit trium annorum completorum, ergo anno 18. Tyberij Cęsaris moreretur. *Et Edema.* Non est vrbs famosa in sorte Nephthali. *Et Arama.* Ista differt ab vrbe, q̄ vocatur Rama, quia illa ponitur in sorte Beniamin, vt patet pręced. cap. sed eandem vrbem in diuersis tribubus esse impossibile est, maxime quia istę duę sortes in nullo coniunguntur. *Asor.* In tribu Iuda ponitur Asor ter, & sunt ibi tres ciuitates nomine Asor nō coincidentes: hic autem est alia Asor, quia non coniungūtur in loco, vbi sit Asor, s. ꝙ quamquam sit contactus in sorte Nephthali, & Iudę, vt patet supra. tñ non dicemus Asor esse vnam hic, & ibi, quia non est ista Asor in loco cōtactus istarum sortium. Et magis adhuc patet, quia dato ꝙ esset in loco contactus, non ponitur Asor in sorte Iudę, tanquam terminus, vel latus, sed tāquam vrbs sortis, vt patet ex summulis ibi positis, in q̄bus necesse est ꝯputari Asor. Etiam Asor ponitur hic tanq̄ ciuitas, vt patet ex eadem rōne: ideo necesse est, vt ista differat a qualibet earum, quæ ponuntur s̄. 15. in sorte Iudę. De vrbe Asor fuit rex vnus eorum, qui fuerunt occisi tpe Iosue, vt patet s̄. 12. & rex Iabin vrbis Asor ꝯuocauit reges alios ī bellū ꝯ Israelitas ad aquas Merom, vt patet s̄. 11. & hoc fuit, qa Asor erat antiquitus tenens principatū inter oīa regna Chanaā, vt patet eo. c. & hanc vrbem ꝯbusserunt Israelitę qñ expugnauerunt eā, vt patet ibidē. Fuit aūt postea possessa Asor

Cenereth Tyberias dicta est.

Arama, & Rama differunt.

A B C D E

a regibus Chananęorū, nā rex Iabin habitauit in Asor q hēbat nongētos currus falcatos, & pressit Israelitas seruitute magna annis 10. vt patet Iud. 4. c. Sed q̄ sit illa Asor, q̄ erat potentissima inter cętera regna, de qua erat rex Iabin, qui cęteros ꝯuocauit ad pugnandū, nō plene patet. Sed satis vr̄ dicēdum, ꝙ sit Asor ista, q̄ est in sorte Nephthali, nam illa erat aqlonaris, vt colligit s̄. 11. tñ Asor quęcunq; existēs in sorte Iudę erat nimis meridiana respū huius Asor. *Et Cedes.* Alia ciuitas est, q̄ vocatur Cedar. Ista Cedes est in terra Galilęę, vt patet seq. c. & fuit ista data postea in ciuitatem refugij, qa decreuerat dñs ciuitates 3. poni ad fugitiuos ad occidētalē plagā Iordanis, & ista fuit vna earū, vt patet seq. c. Fuit ēt ista ciuitas data Leuitis de sorte Nephthali, vt patet ꝭ. 21. c. *Et Edrai.* Ista differt ab illa, in qua dñabatur Og rex Basan, qui dicebat regnare in Edrai, vt patet s̄. 12. & 13. c. & ad istam ciuitatē exiuit obuiā Israelitis in pugnam, vt patet Num. 21. ibiq; expugnatus, & occisus est. Cecidit aūt illa ciuitas dimidiæ tribui Manasse, vt patet s̄. 13. c. ista aūt multum ab illa differt, qa illa est ad orientalē plagā Iordanis, & ista est ad occidētalē plagam. Etiā quia fuit in duabus tribubus. *Nasor.* Ista ciuitas differt ab vrbe Asor. De hac vide ꝭ. *Ieron.* Alia ciuitas vocaī Iercon, sed est in sorte Dā, vt patet ꝭ. in litera. *Et Magdelel.* Ista assimilatur ciuitati illi, quæ vocaī Magdalgad. s̄. 15. in sorte Iudę: tñ nō est eadem cum in duabus sortibus eādē vrbem esse impossibile sit: potissime, quia istę sortes multū distantes sunt, & sortes distantes in nullo cōicant. Sciēdū, ꝙ ista ciuitas Magdelel est, q̄ vocaī Magdalū a qua Maria Magdalena appellata est. Quod satis apparet, qa ista ciuitas est apud mare Galilęę, vt patet in lib. de diuisione Terræ Sanctę, s. in vno latere maris Genesareth, s. in Galilæa: terra tñ Nephthali, quæ hic describiī pro magna parte pertinet ad Galilęā, sed ista noīa mutanī aliqualiter cū in Latinā formā vertunī, ita vt pro Magdelel Magdalum appellemus. Item ciuitas, q̄ vocaī s̄. Nasor est ciuitas Nazareth, in qua Saluator nr̄ ꝯuersatus est a pueritia sua, nam ibi genitrix sua, & putatiuus pater morabant: nec ob aliud Christus in Bethlehem natus est, nisi quia tūc ex necessitate ꝓfessionis generalis venerat Ioseph cum vxore sua Maria in Bethlehem ciuitatē suam, & cōtigit Mariā pręgnantem ibi parere, qđ declarat Luc. 3. c. Tota tñ vita Saluatoris nr̄i, & beatissimę matris suę fuit in Nazareth vrbe tribus Nephthali: ibiq; apud mare ipsum Galilææ prędicationē suā iā annorū 30. factus inchoauit, s. incipiente anno. Postea aūt venit in Ierusalem, vbi erat Metropolis totius terrę Iudęę, & locus Sāctuarij atq; doctrinę, & ibi sermones suos celebriores fecit, vitamq; mortalem finiuit. Quòd aūt sit hęc ciuitas Nasor patet, qa Nazareth est circa mare Tyberiadis, siue Galilęę, & distat decimo milliario Nazareth ab vrbe Tyberiade, quę Cenereth dr̄, & hāc s̄. descripsimus in litera. De hoc patet in lib. de situ Terrę Sanctę. Etiam qa Nazareth est ciuitas ī terra Galilęę, nam Pharisęi Christū Galilęū dicebant Io. 8. s. scrutare scripturas, qa a Galilęa propheta nō surgit, & Matt. 21. hic est Iesus a Nazareth Galilęę: tñ terra Galilęę hic descripta est. ergo necesse est Nazareth poni hic, vel intelligi ꝑ aliquod nomen de positis hic. Satis ergo ꝯuenienter dr̄ Nasor esse Nazareth: nomina tñ postea ex parte in quibusdam, & in alijs formaliter immutata sunt. *Horem.* Non est ciuitas multum cognita in sorte Nephthali. *Bethanath.* Identidem nō est de famosis vrbibus. *Bethsames.* Alia ciuitas huiusmodi ponitur in sorte Iudę, vt patet s̄. 15. c. Sed aliquis dicet eā esse eandem vrbem cum hac, qa ponitur hic tāquā ciuitas, & poterit poni tanquam terminus solū in sorte Iudę: tñ ista sors, & sors Iudę cōtingunt se in latere orientali, vt patet s̄. & ibi poterit esse Bethsames:

Situs Cedes.

Edraī.

Vñ Maria Magdalena cognomen sumpserit.

Quare Christus ī Bethlehē natus est.

In Nazareth Chrs & mr̄ eius maxime conuersati sunt.

Situs Nazareth.

Rñdendum est non stare, quia Bethsames est in latere aquilonari sortis Iudę circa occidentem apud terram Philisthijm, vt patet s̃. 15. c. sors tñ Iudę, & Nephthali ɔiungunt̃ solum in latere Oriẽtali, vt patet s̃. Itẽ Bethsames ponit̃ i sorte Issachar, vt patet s̃. & alia vrbs est ibi ab ista. Nã licet ɔiungant̃ Issachar, & Nephthali non põt poni in ɔiunctione, sed in qualibet sorte est, tanq̃ vna ciuitas, cum in qualibet reqrat̃ ad summã ciuitatum positarum in ipsa sorte. *Ciuitates decem nouem.* i. oẽs ciuitates positę in sorte Nephthali sunt 19. aliæ vrbes ponuntur. ĩ. 21. in illis, quę datæ sunt Leuitis de hac tribu. s. Carthã, & Amothdor, quę non ponuntur hic: sed dicendum est de illis, sicut dicebatur s̃. de ciuitatibus Aser, & Issachar, ꝙ ponunt̃ in p̃dictis ciuitatibus, tñ sub alijs noĩbus, quia eadem ciuitas frequenter hẽt multa nomina. *Et villæ earum.* i. ẽt villæ, siue viculi, vel rura ciuitatum istarum pertinebãt ad sortẽ Nephthali. *Hæc est possessio filiorum Nephthali.* i. istę ciuitates. s̃. positę pertinent ad possessionẽ sortis Nephthali. *Per cognationes suas.* i. distincta fuit per cognationes, i. familias, quia tota possessio sortis fuit diuisa in possessionẽ familiarum. *Vrbes, & viculi earum.* Idest, tam vrbes, quã viculi, s. rura parua prouenerũt in sortem Nephthali.

Tribui filiorum Dan per familias suas egressa est sors septima: & fuit terminus possessionis eius Sara, & Esthaol, & Hair semes, id est ciuitas solis. Selebin, & Haialon, & Iethela, Elon, et Themna, & Acron, Elthecẽ, Gebbeton, et Balaath, et Iud, et Bane, et Barac, et Gethremmon, et Meiarcon, et Arecõ, cum termino, qui respicit Ioppen, et ipso fine concluditur. Ascenderuntque filij Dan, et pugnauerunt contra Lesem: ceperuntq́; eã, et percusserunt eam in ore gladij, et possederunt, et habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Lesem Dan ex nomine Dan patris sui. Hæc est possessio tribus filiorum Dan per cognationes suas, vrbes & viculi earum. Cumque complesset sorte diuidere terram singulis per tribus suas, dederunt filij Israel possessionem Iosue filio Nun in medio sui, iuxta præceptum Domini, vrbem, quam postulauit Thamnathsara in monte Ephraim. Et ędificauit ciuitatem, habitauitque in ea. Hę sunt possessiones, quas sorte diuiserunt Eleazar sacerdos, et Iosue filius Nun, et principes familiarum ac tribuum filiorum Israel in Silo, coram Domino ad ostium tabernaculi testimonij, partitique sunt terram.

Tribui filiorum Dan.

Descriptio sortis Dan. *Quæst. V.*

Hic ponitur sextum huius capit. s. assignatio sortis terræ Dan, & ponitur descriptio ciuitatum hic, & terminorum simul, quia non fit distinctio assignationis terminorum ꝑ se, & positionis ciuitatum in his vrbibus, sicut in sorte

F Iudæ, & Beniamin, vt patet supra 15. & pręcedenti capitul.

Per cognationes suas. Fuit diuisa tribus ista per cognationes & familias, & tot portiones fuerunt in possessione sua, quot erant familiæ Dan, sed in hac erat speciale, quia erat vnica familia in tota tribu, vt patet Numeri vigesimosexto ca. & ista totum possedit: tamen rursus ista vnica familia diuisa est in multas domos, & istæ erant tanquam familiæ recipientes partes possessionis.

Egressa est sors septima. Idest de inuolucro cedularum fuit egressa cedula vna denotans possessionem tribus Dan, & ista fuit septima, idest, in septimo loco, quia primo extraxerunt sortes omnes alię tribus quã Dan,

G & in hoc non fuit obseruatus ordo dignitatis: nam inter omnes filios famularum Dan prior natus est, ergo prior erat dignitate cum in his esset ęqualitas in natalibus, scilicet parentibus, prioritas patet Gene. 30. cap. Item erat Dan dignior alijs, quia ipsi datum est vnum de quatuor vexillis Israelitarum in deserto, erantque sub eo alij filij ancillarum pręter Gad, qui erat sub vexillo Ruben, vt patet Numeri 2. cap. & tamen hic fuerunt omnes positæ ante ipsum. *Fuit terminus possessionis eorum Sara, & Esthaol.* Idest, istę duę ciuitates fuerunt in termino sortis filiorum Dan ex vna parte, s. contra terram Philisthijm. Istę duę ciuitates ponuntur in sorte Iudę, vt patet supra 15. capit. scilicet in terra campestri Iudæ. Limes sortis Dan cõtra terram Philisthij.

H Et fortè aliquis dicet, quòd possunt esse in terminis Iudæ, & non pertineant ad Iudam, sed ad tribum Dã.

Sed non stat, quia ad hoc necesse erat, vt sors Dan, & Iudæ coniungerentur, sed non coniunguntur, quia sors Dan est multum Septẽtrionalis, sors autem Iudæ est in extremitate meridiana.

Item dato, quòd coniungerentur non possunt esse istę vrbes Sara, & Esthaol, quę dicuntur in sorte Iudę, nam in sorte Iudę ponuntur, tanquam ciuitates ipsius sortis, in sorte etiam Dan eodem modo. Primum patet ex summula secunda ciuitatum supra 15. capitu. in quibus ponũtur primæ Sara, & Esthaol. Quod autem essent oppida ista in sorte Dã patet, quia Samson erat de stirpe Dan, & tamen erat de vrbe Sara, vt patet Iu- Sãson erat de stirpe Dan.

I dicum 13. capitu. & fuit sepultus postea inter Sara, & Esthaol in sepulcro patris sui: Iudicum decimosexto capit. si tamen essent istę vrbes in sorte Iudæ non fuisset ibi sepultus Samson, qui erat de tribu Dan. *Hair semes, idest ciuitas solis.* Ista est alia ciuitas Dan, & adiuncta est ista expositio: Ciuitas solis, in litera nostra: nam in Hebræo non habetur, sed noster trãslator apposuit ad signandum quid importaret nomen Hebræum. In eodem autem idiomate non consueuerunt fieri tales interpretationes. *Selebin.* Alia erat, quę vocabatur Seboim, & erat vna de 5. ciuitatibus Sodomorum, vt patet Gene. 13. sed illa iam non erat cum subuersa fuisset cum Sodoma. *Et Aialon.* Talis est ciuitas, de qua

K dixit Iosue, quando pugnabat contra quinque reges: Sol sta contra Gabaon, & Luna non mouearis contra vallem Aialon, vt patet supra 10. cap. An tamen fuerit Aialon in aliqua alia sorte propinquiori, quam sors Dan non patet. Ista ciuitas fuit postea data Leuitis, qñ datæ fuerunt ciuitates de hac tribu, vt patet infra 21. c. *Et Iethela.* Ista ciuitas non est famosa in sorte Dan. *Elon.* Ista ciuitas etiam ponitur in sorte Iudæ, vt patet supra 15. capit. scilicet in montanis. Etiam ponitur in sorte Nephthali, vt patet supra. sed non est eadem ciuitas, quia in tribus sortibus impossibile est esse eandẽ ciuitatem, sed tres ciuitates eodem nomine appellatę. Ista ciuitas differt ab Eglon, quæ ponitur in sorte Iudæ supra 15. *Et Themna.* Ista est, quæ vocatur Thãnas, vel Thamnata, vel Thamna, de qua Gen. 38. & de hac Iudicum

Iudicum 14. In sorte etiam Iudæ ponitur Thamna, vt patet supra 15. quæ autem sit Thamnata, ad quam descendit Samson, & adamauit mulierē de filiabus Philisthiim. s. an sit ista, vel illa, quæ habetur in sorte Iudę non plenè patet, sed magis vr̄, quòd sit illa, quæ est in sorte Iudæ, vt patet ex dictis supra 15. *Et Acron.* Ista ciuitas differt a ciuitate, quæ vocatur Acharon, quia illa est in sorte Iudæ, & est de terra Philisthijm, s. vltima in terra Philisthinorum ad Septētrionem, vt patet supra 13. c. illa autem est, quæ vulgariter vocatur Acre, & a qua denominatur quidam ordo militię, qui in Ecclesia fuit. Est autem ciuitas ipsa apud mare, de qua dictum est supra 13. c. *Et Gethremmon.* Ista ciuitas fuit postea data Leuitis cum distributæ fuerunt eis ciuitates de qualibet tribu, vt patet infra 21. c. *Elthece.* Ista ciuitas ponitur etiam in sorte Iudæ, vt patet s̄. 15. ista autem fuit prima de illis, quæ datæ sunt Leuitis de sorte hac, vt patet infra 21. c. *Et Gebbethon.* Ista etiam data fuit Leuitis de genere Caath in partem, vt patet infra 21. cap. *Et Balaath.* Ista differt ab vrbe, quę vocatur Bala, & vocatur alio nomine Cariathiarim, poniturque in sorte Iudę, de qua s̄. 15. capi. *Bonebare Iud.* Istę duę vrbes non sunt famosę in sorte Dan. *Atque Hiercon, & Arecon.* Istę duę positę sunt circa mare mediterraneum, quod est mare magnum, & Occidentale toti terrę Chanaan. Quod patet, quia ponuntur apud Ioppem, quæ est in littore maris Occidentalis. *Cum termino, qui respicit Ioppem.* Idest ciuitates supradictę cum terra, quę extenditur versus Ioppem ad littora maris pertinent ad sortē Dan. Est autem Ioppe in littore maris, & vocatur nūc vulgariter Iapha, & est portus, vel statio nauium, per quem introitus est euntibus de terra hac ad visitandū Sepulchrum Saluatoris. Distat autem ab vrbe Ierosolyma milliarijs quatuordecim, vt patet in libro, de situ Terræ Sanctę. *Et in ipso fine concluditur.* Idest terra sortis Dan cōcluditur apud mare magnum, circa vrbem Ioppem: non enim poterat extendi aliqua sors vltra mare, quia tota terra Chanaan concludebatur in littore maris Mediterranei. *Ascenderuntq; filij Dan.* Hic ponitur quoddam bellum factū a filijs Dan pro quadam ciuitate dicta Lesem.

Acron, & Acharon differunt.

Balaath, & Bala differunt.

Bellum gestum a filijs Dan.

Pro quo sciendum, quòd filij Dan quamquam accepissent ius sortis, sicut cęterę tribus, quia tamen tota sors sua adhuc tenebatur ab hostibus, non habebāt liberum locum habitandi filij Dan: ideo habitantes in Sara, & Esthaol miserunt viros quinque qui lustrarēt terram, & viderēt, an esset locus aliquis, quem possent accipere, & venientes in Lesem, quæ alio nomine vocatur Lais inuenerunt gētem quietam, & cum nullo alio populo communicationem habentem, qui redierunt renunciantes cęteris fratribus suis, qui erant in Esthaol, & Sara, atque ascenderunt, & tenuerunt ciuitatem: Iud. 18. ca. Ex hoc autem colligitur, ꝙ iste liber non fuerit scriptus a Iosue, sed multo post mortē eius ab aliquo alio. Nam iste casus de pugna filiorum Dan cōtra Lesem multo post mortem Iosue fuit, s. parum ante tempora regum, cum de illo enarretur: Iud. 18. c. ponitur tn̄ hic, quia illi pugnatores erant filij Dan. Et quia hic enarratur sors eorum ponitur quoque bellū, quod accidit illis, accipiendo vrbem vnam sortis suæ. *Ascenderunt filij Dan.* Dn̄r ascendisse, quia manebant in Sara, & Esthaol, cum iuerūt in vrbem Lesem, quia quinque viri, q̄ missi fuerant venerunt ad vocandum cęteros, & quia vrbs Lesem est in extremitate lateris aquilonaris terræ Chanaan cum sit in terra Roob, vt Iud. 14. & illa est aquilonaris, vt s̄. probatum est, dicebantur ascendere, quia a parte meridiana versus aquilonē ascensus est. *Et pugnauerunt contra Lesem.* Alio nomine vocatur Lais, vt patet Iud. 18. c. Ista s̄m Rab. Dauid Kimhi non erat in sorte Dan, & ipsi iuerunt ad acquirendum illam. Sed nō stat, quia aut locus iste esset in terra Chanaan aut non: si non esset, non licebat Israelitis pugnare ꝯ gentem illam, quia Deus iusserat, ꝙ non acciperent vlteriorem terram q̄ eam, quę claudebatur sub terminis terræ assignatę: Nu. 34. c. si aūt esset locus iste in terra Chanaan, necesse erat ꝙ esset in sorte alicuius tribus, cum tota terra diuisa foret; sed non poterat aliqua tribus accipere vrbē alterius tribus, ergo non potuissent filij Dan accipere vrbem Lesem ad habitandum in ea, sed habitauerunt capientes eam: ergo ad eorum tribum pertinebat. Si autem aliquis obijciat, ꝙ non ponitur inter ciuitates sortis Dan. Rn̄dendum hoc non procedere, quia aliquādo habet eadem ciuitas multa nomina, & frequenter sub altero eorum appellatur, & aliquando sub alio, vt patet in multis supra positis, vt in Hebron, quæ vocatur Hebron, Mambre, & Cariatharbe, & in istamet vrbe Lesem, quia vocata est Lesem, & Lais, & Dan, vt patet hic, & Iud. 18. c. ideo licet non ponatur in aliquo horum nominum poterit poni sub aliquo alio. Vel forte dici potest, ꝙ ista ciuitas non fuit posita, in suprapositis, quia sufficiebat, quòd hic poneretur nunc, tanquam vna de sorte tribus huius. *Ceperuntque eam.* Quia erant viri multi, & fortes, s. tota tribus Dan, viri autem qui manebant in vrbe Lesem, erant incauti, & cum nullo populo habētes consortium, vt inde adiuuari possent, vt patet Iud. 18. ideo faciliter potuerunt capere vrbem. *Et percusserunt in ore gladij.* Quia erant de Chananęis, quibus non debebant parcere facientes cum eis aliquod pactum pacis seruitutis, aut tributi Deute. 2. sed occidebant in ore gladij.

Atque possederunt, & habitauerunt in ea. Scilicet, quidam de tribu Dan ibi habitauerunt: omnes enim ibi habitare non potuerant, sed inquirebāt sibi loca ad habitandum, quia nondum illa accipere potuerāt, vt patet Iud. 18. *Vocantes eam Lesem Dan.* Ipsa ciuitas vocabatur primo Lesem, vel Lais, Iudi. 18. nunc vero ipsi apposuerunt ei nomen aliud ex nomine stirpis suę, s. Lesem Dan, & aliquādo vocatur absolute Dan, vt patet 3. Reg. 12. cum dicitur, ꝙ posuit Ieroboam duos vitulos aureos vnum in Bethel, & alterum in Dan, & accipitur Dā ibi pro loco isto, quia erat in extremitate terræ Chanaan ex parte vna, & Bethel circa extremitatē aliam. Item ista ciuitas est, de qua dicitur 1. Reg. 3. s. cognouit vniuersus Israel a Dan vsque Bersabee, ꝙ fidelis Samuel propheta Domini esset, idest, ꝙ ab vna extremitate totius Israel vsque ad aliam cognitum est, ꝙ esset Samuel propheta Dei, & ponuntur Dan, & Bersabee tanquā duæ extremitates totius terræ Chanaan, s. Bersabee in sorte Iudę ad partem Meridianam, vt patet supra 15. capit. & Dan in parte aquilonari in sorte Dan. De ista vrbe Dan, vel Lesem dicunt Iudæi, quòd sit Paneas, de qua nascitur Iordanis. Et verum est, nam de vrbe Paneas Iordanem oriri factis ibi duobus fontibus ad radices Libani montis certum est, cum Solinus in Polyhistorum hoc dicat, in capitu. de Iudæa, & vocatur ista ciuitas alio nomine Belinas, & magis vsitato vocabulo vocatur Cęsarea Philippi, vt patet in libro, de situ Terræ Sanctæ. Apud hanc enim vrbem cum ambularet Iesus cum discipulis suis quæsiuit ab eis quem eum dicerent homines, & eis varie respondentibus, dixit Petrus: Tu es filius Dei viui &c. Matth. decimosexto cap. Et satis consonat vrbem Lesem esse Cæsaream Philippi, siue Paneas, quia ista vrbs est multum Septentrionalis ad extremitatem Aquilonarem totius terræ Chanaan. Sic etiam est de Paneas, quia illa est apud montē Libanum in parte aquilonis. Et de illa parte deriuatur Iordanis descendens ad partem Meridianam terræ Chanaan ad mare Sodomorum.

Libri huius scriptor non fuit Iosue.

Dan ciuitas Lesem.

Ex Panea ciuitate nascitur Iordanis.

Ex nomine Dan patris sui. Quia isti erant filij Dan imposuerunt vrbi nomen patris sui,& postea aliquando vocabatur Lesemdan, & aliquando Dan solum: sed pluries vocatur solum Dan. *Hæc est possessio filiorum Dan per cognationes.* Idest tota terra supra assignata pertinebat ad cognationes Dan, idest ad familias illius tribus. Solum enim erat vna familia, sed quemadmodũ aliquis habens vnum filium dicitur habere filios: ita aliquis habens in tribu sua familiam vnam dicitur habere familias:nam Dan vnicum filium, scilicet Vsim habuit,vt patet Gene.46.cap.& tamen dicitur habuisse filios Dan,vt patet ibidem, scilicet filij Dan Vsim: ita dicetur habere familias,vel cognationes quamquã vnica sit familia,& sic patet Nume.26.vbi dicitur filij Dan per cognationes suas, &c.& tamen ibi subditur, quòd solum sit vnica familia. Aliter dici potest, quòd in tribu Dan licet non sint multæ familię: tamẽ sunt multæ cognationes, quia illa familia diuideretur in multas cognationes minores, quæ vocantur domus.

Vrbes,& viculi earum. Idest omnes vrbes supra enarratę,& rura parua,& quæcunque loca non munita in circuitu harum vrbium existentia pertinuerũt ad sortem Dan. *Cumque complesset.* Hic ponitur possessionis Iosue assignatio, s.quòd postquã tota terra diuisa est assignata est possessio ipsi Iosue in sorte tribus suæ, s. in sorte Ephraim. Sciendum autem,quòd ista non cõtinuantur:sed quædam interdum anticipãtur,& quędam recapitulantur. Nam assignatio possessionis Iosue, de qua hic dicitur non fuit post captionem vrbis Lesem de qua supra dicitur, quia illa fuit multo tempore post mortẽ Iosue, vt patet, quia ponitur Iudi.18. vbi signatur fuisse pauco tempore ante regum initia, sed solum obseruatur hic ordo,vel conuenientia materiæ,& non temporis. *Cumque complesset sorte terram diuidere.* Iste est Iosue:non enim solum Iosue terram diuidebat,sed etiam cum eo alij 12.viri,& Eleazar sacerdos magnus: Nume.34. quia tamen Iosue erat præcipuus, dicitur de eo quasi ipse solus diuideret terram: compleuit autem diuisionem terræ cum posuit sortes septem in Silo. Nam prius assignauerat sortem tribui Iudæ supra 15.& postea tribui Ephraim, & dimidię tribui Manasse supra 16.& 17.capit:solum manebant septem tribus, quibus dandę erant possessiones: & istæ descriptæ fuerunt, & postea positæ in Silo coram domino,vt patet pręced.ca. *Singulis per tribus suas.* Idest omnib⁹ Israelitis dedit sortes Iosue, sed hoc fuit dando singulis secundum tribus suas, idest non dedit cuilibet homini vnam sortem,vel cuilibet domui:sed solum diuisit in tribus totum Israel,& tot sortes fecit, quot tribus erant. Et nõ dicitur hic, sicut in omnibus superioribus,s.per cognationes suas, siue familias,qa ibi dabatur sors tribui vni, & postea diuidebatur illa possessio in sortes secundum familias: hic autem dabat Iosue possessionem toti Israeli, ideo non diuisit Israelem in familias,sed in tribus,& tot fecit portiones, quot manebant tribus suscepturæ possessionem: deinde ipsę tribus accepta possessione sua singulę diuidebant illam in tot partes,quot erant familię illius tribus: sed de hoc nihil attinebat ad Iosue. *Dederunt filij Israel possessionem Iosue.* Fuerat Iosue iudex, & diuisor terrę pro omnibus Israelitis: nunc autem cum ei fuit danda possessio non debuit ipse esse iudex, quia nullus vnquam in causa sua aut bonus iudex, aut saltem, sine suspitione est,quia nobis nimis ad fauendũ proni sumus,& ob hoc non assignauit sibi ipsi Iosue possessionem,sed filij Israel.isti filij Israel possunt accipi tripliciter. Vno modo pro terrę diuisoribus, nam erãt diuisores 12.ex 12.tribubus pręter Iosue, & Eleazarũ sacerdotem, qui erant principes diuisorum, vt patet Nume.34.& cum Iosue esset vnus de eis, quando ipse peteret possessionem cessaret officium suum, & cęteri succederent in iudicando atque diuidendo,& isti poterant ei assignare possessionem, s.12.viri cũ Eleazaro sacerdote. Simile patet de Caleb filio Iephonne. Nam iste fuit vnus de 12. diuisoribus terrę, vt patet Numeri 34.cap.& tamen cum iste voluit petere possessionem,venit coram Iosue tanquam non iudex,& petijt possessionem, vt patet supra 14.cap. Ita poterat Iosue petere ab his possessionem sibi assignari. Et isti vocantur filij Israel conuenienter, quia erant nomine omnium filiorum Israel,cum de omnibus 12. tribubus assumpti fuissent diuisores, vt patet Nume.34. capitu.

Possessionis Iosue assignatio.

Filij Israel tripliciter accipiũtur hic.

F

Secũdo modo accipi possunt hic filij Israel pro omnibus viris de tribu Ephraim, & hoc quia Iosue erat de tribu Ephraim: ideo de sorte Ephraim erat accepturus hereditatem, & quia in pręiudicium horum vertebatur dare modicum, vel multum de terra, ad hos pertinebat distribuere partem de possessione sua, & isti vocãtur filij Israel, quia quælibet tribus de Israelitis dicebatur filij Israel, & sic vocati sunt absolute filij Israel filij Manasse tanquam essent ipsi omnes Israelitæ,vt patet pręced.cap.s. postquam autem conualuerunt filij Israel subuerterunt Chananęos, & accipiuntur filij Israel pro solis Manassitis,qui primo non pręualuerant contra hostes,qui erant in sorte sua,ad vltimum autem pręualuerunt.

G

Item patet quia dicitur, quòd filij Israel dederunt inter se Iosue locum habitãdi,sicut iusserat dominus, sed hoc solis filijs Ephraim cõuenit, quia ipsi intra se, idest in sorte sua dederunt possessionem Iosue, nulla autem alia tribus dedit ei possessionem.

H

Tertio modo possunt accipi filij Israel pro omnibus Israelitis, s. quòd postquam ipse diuisit possessiones omnibus per sortes in Silo ipse petijt possessionem pro se, & ibi omnes Israelitę congregati decreuerunt dandam sibi possessionem illam, quam ipse petebat. Quilibet horum modorum est conueniens: iste vltimus magis conuenit in cortice,quia omnes Israelitæ simul magis proprie vocantur filij Israel, quã in prędictis duobus modis. Et satis est rationabile, ꝙ totus populus assignauerit possessionem Iosue, vt in hoc ipse cęteros excederet. Nã cęteri acceperunt possessionem dantibus diuisoribus terrę qui erant iudices,Iosue autem nullum iudicem habuit, sed toto populo decernente hereditatem assecutus est, quilibet tamen prędictorum modorum satis habet rationem congruitatis.

I

Iosue filio Nun in medio sui. Ex ista litera videtur magis stare secundus, & tertius modus quam primus,s. quia in medio sui dederunt hereditatem,& tamen si acciperetur pro iudicibus 12.diuisoribus non videtur quomodo ipsi inter se possessionem assignauerint, quia ipsi non erant in aliqua terra speciali coniuncta, sed dispersa per 12.sortes, cum pertineret ad 12.tribus. Item quia nondum ipsi acceperant speciales partes:nam solę sortes tribuum erant diuisę: pro personis tamen non erat posita diuisio, potissime in sortibus septem vltimis,quę nunc positę sunt,quia de alijs non tantum constat: ideo inter se non poterant assignare possessionem. Accipiendo autem secũdo modo stat,quia filij Ephraim acceperant iam sortem, & licet inter eos non esset facta diuisio specialis, tamen ipsa tribus habebat sortẽ,& sic poterant filij Ephraim inter se,idest in aliqua parte sortis suę assignare portionẽ aliquam Iosue. Si autem accipiatur tertio modo, etiam stat, s. quòd omnes filij Israel dederunt Iosue possessionem inter se,vel in medio sui, quia tota terra Chanaã erat possessio Israelitarum, & cum in aliqua parte eius susceperit Iosue possessionem, diceretur susce-

K

Preceptũ Diuidatum Iosue. suscepisse in medio filiorum Israel. *Iuxta præceptum Domini.* Idest Deus iusserat, quòd acciperet possessionem Iosue in terra Chanaan. Hoc fuit Num. 14. vbi alijs Israelitis murmurantibus potissimè exploratoribus, Iosue & Caleb repugnauerunt toti multitudini dicẽtes, quòd possent ascendere in terram Chanaan, & faciliter acquirerent illam, & voluit eos tunc tota multitudo lapidare, nisi Deus defendisset apparẽte gloria Domini super tabernaculum. Et tunc dixit Deus, quòd de omnibus numeratis a viginti annis & supra, isti soli introirent in terram Chanaan, & possiderent eam. illud autem fuit pręceptum de assignando possessionẽ Iosue. *Vrbem quam postulauit Thannath Saraa.* Idest Iosue petiuit ab Israelitis, vt in sorte sua darẽt ei vnam vrbẽ, s. Thannath Saraa: hanc enim elegit, & illi concesserunt eam. Est autem intelligendum, quòd acceperit eam cum toto territorio suo, s. cum omnibus vicis, & agris cęterisque pertinentijs. Sacerdotes autem & Leuitæ, quando accipiebant vrbes, solũ ipsas accipiebant non accipientes agros, nec vicos, sed sola suburbana Num. 35. & supra 14. cap.

Ephraim quare semper vocet mons. *In monte Ephraim.* Sors Ephraim vocatur semper mõs, vt patet supra 17. cap. s. si angusta est tibi possessio mõtis Ephraim. & non accipitur ibi pro aliqua parte speciali sortis ipsius, quæ esset montuosa, sed pro tota sorte: nam ibi totus Ephraim & Manasse tũc habitabãt: & ad ambos simul verba ista dicta sunt, vt patet ibidẽ.

Et ædificauit ciuitatem. Non est sensus, quòd de nouo construxerit eã Iosue, quia Thannath Saraa prius erat vrbs quam ipse eam peteret, sed dicitur ędificare, quia forte cũ ista vrbs capta esset, more bellico ex magna parte expugnando dirupta est, & illud restaurauit Iosue. Sic patet Numeri 32. cap. de Ruben, & Gad, & dimidia tribu Manasse, de quibus dicitur, quòd extruxerint vrbes, quæ habentur ibi pro vxoribus suis, & filijs: & tamen manifestum est, quòd ipsę vrbes prius erant stantes, vt patet ibidem ex litera, & sic est hic, qa dictur, quòd Israelitæ dederunt Iosue vrbem, quã postulauit: ergo prius erat vrbs, quam ipse eam postularet. *Habitauitque in ea.* Restaurauit vrbem, & ipse cum familia sua mansit ibi, & illa ciuitas pertinebat postea in ius filiorum suorum hæreditarie, quia patri eorum Iosue fuerat data in titulum.

Hæ sunt possessiones. Hic ponitur epilogus præcedentium, s. quòd istę prędictę sunt possessiones Israelitarum, & refertur solum ad eas, quæ habentur a principio 15. cap. vsque huc, quia istę fuerunt diuisæ per Iosue, & reliquos, de quibus hic. Possessiones vero de q̃bus supra 13. cap. non fuerunt per istos diuisæ, sed per Moysen, vt patet ibidem. & refertur hic ad possessiones tribuum solum, quia licet tam possessiones familiarum, quàm tribuum fuissent sorte diuisæ, vt patet Numeri 26. cap. tamen Iosue solum diuisit, & sortes posuit inter possessiones tribuum: postea vero ipsę tribus acceptis possessionibus suis diuiserunt eas inter se per familias cuiuslibet tribus sortes ponentes, & ob hoc non describuntur partitiones factę inter familias, quia illas non fecit Iosue, nec posuit sortes inter illas.

Quas sorte diuiserunt Eleazar. Licet viri triginta sex missi de omnibus tribubus describentes terram diuiserunt eã in portiones, sicut postea tribus acceperunt: tamen non dicuntur ipsi diuisisse terram, quia nondum erat diffinitum quam partem quælibet tribus acceptura erat, cum vero sortes positæ fuerunt a Iosue, & Eleazaro, prouenit determinate cuilibet tribui pars sua, ideo ipsi dicuntur diuisisse. Etiam quia alij missi nomine eorum fecerunt, vt præcedenti capitu. declaratum est.

Præcipui diuisores terræ. *Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun.* Isti duo erãt principales diuisores terræ pręter 12. qui de singulis tribubus assignati fuerunt. Erat autẽ Eleazar sacerdos summus filius Aaron, & iste fuit diuisor etiã viuente Moyse. Ad ipsum enim & Moysem accesserunt filij Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse petentes hęreditatem ante transitum Iordanis, & ambo concesserũt. Coram eo etiam ventilabantur causę, sicut coram Moyse, in quibus agebatur de suscipienda hęreditate in terra promissionis. de 1. Nume. 32. de 2. Nume. 27. cap. *Et principes familiarum ac tribuum.* Ista litera videtur innuere, quòd principes omnium familiarum, & tribuum conuenerunt ad faciendam diuisionem, s. quòd ipsi ponebant sortes, & erant iudices horum, quę fiebant per quorum auctoritatem ista validabantur. & tunc cum quælibet tribus habeat vnum principem, qui erat primogenitus veniens a capite tribus ipsius per lineam primogenitorum tribus ipsius, de quibus Numeri 1. & 2. essent duodecim principes tribuũ ad hanc diuisionem faciendam. Etiam familiæ habebant principes, quia familiæ sunt cognationes speciales sub ipsa tribu, in quas diuiditur immediate tribus, & quęlibet tribus habebat aliquas familias. Quot autem essent in qualibet tribu, patet Num. 26. vbi enarrantur nominatim. Tot autem principes conuenirẽt ad istam diuisionẽ, quot essent in familijs. Sed falsum est hoc, quia Deus assignauit diuisores terrę ex nomine, vt patet Nume. 34. ergo nullus auderet se intromittere ad vindicandum sibi potestatem istam, vel iurisdictionẽ pręter illos, nec Iosue alios statueret: qa hoc videretur contra diuina statuta: sed ipse statuit 12. diuisores, s. vnum de qualibet tribu, ergo nulli alij fuerũt: isti tamen non erant principes tribuum, vt patet Nu. 34. vbi ponuntur nomina eorum, sed constat, quòd alij erant tunc principes tribuum quam ipsi nominati, ergo nõ fuerunt principes tribuum, & familiarum diuisores.

Doct. opi. Sed dicendum, quòd erant 12. diuisores assignati a Deo, & vocantur principes, quia erat datus eis quidã modus principatus, vel iurisdictionis: vnde principes appellantur, cum electi fuerunt a Deo. Nume. 34. etiã vocantur principes tribuum, & familiarum; quia principabantur omnibus tribubus, & familijs cum ipsi solum possent diuidere tribubus, & familiis possessiones. Aliquando autem vocantur solum principes familiarum, vt patet supra 14. capit. nam ęquale est esse principem omnium tribuum, & omnium familiarũ, quia nihil continent omnes tribus pręter omnes familias. Ista autem expositio stare videtur, quia nomina virorum electorum Numeri 24. non videbantur esse nomina principum tribuum ipsius temporis, cum alii viderentur primogeniti eorum: cõstat enim quòd in deserto in tribu Iudę fuit princeps Naason, vt patet Numeri 1. filius autem Naason fuit Salmon, vt patet Ruth 4. & Matth. 1. & iste introiuit in terram Chanaan, quia accepit in vxorem Raab Ierichontinam, vt patet Matth. 1. scilicet Salmon autem genuit Booz de Raab: ergo per lineam iste debebat esse princeps in tribu Iudæ in introitu in terram Chanaan, & non Caleb qui ponitur de diuisoribus. Numeri 34. cap.

Alia doctrina, & secunda. Sed forte dicendum erit, quòd principatus fuerunt mutati ex quibusdam illarum linearum, in quibus prius erãt ex Dei dispositione, vel ex alia causa ad alias lineas, & sic omnes qui fuerunt diuisores terræ essent principes familiarum, & tribuum: & istum sensum videtur facere litera Nume. 34. cap. cum dicitur: Hæc sunt nomina virorum, qui terram vobis sorte diuidẽt, Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun: & singuli principes de tribubus suis. Et tunc isti viri cum essent principes tribuum, dicebantur esse principes tribuum, & familiarum, quia nihil amplius continent familię omnes, & tribus quam solę tribus, & nihil magis omnes

tribus

tribus quā sole familię:ideo quilibet princeps alicuius tribus erat princeps omnium familiarum quæ sunt in ipsa tribu, & omnes principes tribuum simul sunt principes omnium familiarum, quia nulla earum est extra tribus. Vnde quando dicitur, quòd principes tribuum, & familiarum diuiserunt terram istam, nō est accipiendum hoc tanquam distincti sint principes tribuum, & familiarum, & pręter ipsos principes tribuū venirent ad diuisionem principes familiarum: sed 12. principes 12. tribuum Israel, qui sunt principes tribuū, & familiarum omnium diuiserunt istam terram, & nulli alij accesserunt. Satis cōsonat iste sensus, sed magis conueniens videtur primus sensus, s. quòd non essent isti duodecim principes duodecim tribuum ex causa supra assignata, s. quia non erant de linea principum præcedentium, sed vocantur principes tribuum, & familiarum, quia tam tribubus quam familijs principabantur eis distribuēdo possessiones. Et cum obiicitur, quòd Numer. 34. ponuntur isti esse principes tribuum negandum est, quia ibi dicitur: Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & singuli principes de singulis tribubus, idest quælibet tribus dabit vnum principem, scilicet vnum virum, qui sit princeps in diuisione hac: non tamen dicit, quòd isti erant principes ipsarum tribuum.

In Silo coram domino. Idest fuit facta diuisio in Silo: nam quamquam descriptio terrę fuit facta discurrendo per ipsam terram in volumine, quod portabant viri 36. tamen diuisio facta est in Silo cum sortes positæ sunt, vt patet præced. cap. ex ibi dictis. Et dicitur factum esse in Silo, quia totus Israel conuenerat illuc ad accipiendum sortes, vt patet præceden. cap. Et dicitur coram domino, idest coram tabernaculo, s. intra atrium, quia in tabernaculo videbatur Deus specialiter habitare, & ea, quæ erant ante tabernaculum potissime ante ostium illius dicebantur esse coram domino. Et ob hoc cum omnes offerentes quicquam in Sanctuario portarent illud ante ostium tabernaculi, dicebantur obtulisse coram Deo, vt patet ex processu totius Leuitici, vel dicebantur fieri coram domino hoc, idest coram altari holocaustorum, quod erat in atrio tabernaculi circa ostium illius ad latus Meridianū. In hoc altari Deus specialiter esse videbatur: quia fiebant ibi illi specialia obsequia, scilicet, quia solum sacrificia fiebant ibi; ideo quæcunque ante altare illud essent coram domino esse dicebantur. Ibi autem positæ fuerunt sortes, quia descriptæ fuerunt sortes septem terræ in septem cedulis, quæ in quodam inuolucro positæ fuerunt; & tunc facta oratione, vt Deus p has sortes indicaret quid vellet a qualibet tribu possideri; miserunt manus in inuolucrum, & inde eduxerunt cedulas continentes sortes, & sic possessio cuiuslibet tribus determinata est, quod fuit solum quantū ad septem tribus, quia duæ tribus, & dimidia iam acceperant possessionem ante Iordanē de manu Moysi, vt patet supra 13. & aliæ duæ tribus, & dimidia, scilicet Iudas Ephraim, & dimidia Manasse acceperunt postea possessionem de manu Iosue per sortes, sed non fuerunt positę hic nunc sortes earum. De modo autem harum supra 15. & 16. ca. dictum est: solum autem de septem tribubus fuit factum, quod dicitur, vt patet præced. cap.

Intra taber naculū solis sacerdotibus igredi licebat.

Ad ostium tabernaculi testimonij. Idest istę sortes positæ fuerunt ante ostium tabernaculi, scilicet in atrio tabernaculi. Intra tabernaculum autem non licebat alicui ingredi, nisi sacerdotibus, quia erant ministrationes, vt patet Numeri 3. & magis 18. immo Leuitis nō licebat illuc ingredi, quia si viderent vasa Sanctuarii nuda morerentur, vt patet Numeri 4. cap. quanto minus liceret aliis, & tamen si intrarent in tabernaculū,

F necessario viderent vasa nuda, ergo non licebat illuc cuiquam ingredi, nisi sacerdotibus: & hoc signat Apostolus ad Hebræ. 9. vbi dicitur, quòd in primam partē tabernaculi introibant sacerdotes quotidie; in secundum autem tabernaculum, scilicet sanctū sanctorū solus summus sacerdos semel in anno, & nō sine sanguine: ergo videt, quòd solis sacerdotibus licebat introire. Et patet, quia introitus in tabernaculum fiebat solum ad ministrationes aliquas, sed nulli licebat ministrare quęcunque in Sanctuario etiam in atrio eius, nisi sacerdotibus, vt patet Numeri 3. & 18. capit. ergo nullus accedebat, vt introiret in tabernaculum, nisi sacerdotes. Vnde sortes non potuerūt poni intra illud, sed extra in atrio eius. Vocatur tabernaculū testimo-

G nii, quia intra se continet testimonium: est autem testimonium in tabulis legis, quæ positæ fuerunt in arca: nam illæ vocantur testimonium, vt patet Exod. 25. scilicet pones testimonium in arca, s. tabulas: & dicuntur testimonium, quia ponebantur ibi in testimoniū contra Iudæos, quòd Deus dedisset eis legē, & si quisquā negare vellet, posset conuinci ex tabulis illis. De modo autem, quo istæ tabulæ probarent, & an maneret firmum testimonium, declaratum est Exodi 25. c. ab his tabulis vocabatur arca illa, in qua erat arca testimonii, idest continens testimonium, scilicet tabulas, & tabernaculum. Vocatur tabernaculum testimonii, quia intra illud erāt tabulæ, & arca. Etiam vocatur tabernaculum fęderis interdum: de hoc præced. cap. in principio dictum est.

H *Tartiti sunt terram*. Idest diuiserunt totam terram Chanaan. Nam terra, quæ erat ante Iordanem ad solis ortum non pertinebat ad terram Chanaan, vt probatum est supra 14. & in hac acceperunt possessionē duæ tribus, & dimidia: diuisitque illam Moyses. reliqua autem terra ad Occidentalem partem Iordanis vsque ad mare magnum Occidentale pertinet ad terram Chanaan, & termini huius describuntur Nume. 34. in hac autem susceperūt possessionem nouem tribus, & dimidia, quibus dedit sortes Iosue in Silo: & sic non mansit aliquid diuidendum in tota terra promissionis post hoc, licet multa terra capienda adhuc manebat, sed diuisa est priusquā capta, vt patet supra 13. cap.

I

CAP. XX.

ET locutus est Dominus ad Iosue, dicens: Loquere filijs Israel, & dic eis: Separate vrbes fugitiuorum, de quibus locutus sum ad vos p manū Moysi, vt confugiat ad eas quicunque animam percusserit nescius: & possit euadere irā proximi, qui vltor est sanguinis, cum ad vnam K harum confugerit ciuitatum, stabitque ante portam ciuitatis, & loquetur senioribus vrbis illius ea, quæ se comprobēt innocentem, sicque suscipient eum, & dabunt ei locum ad habitandum. Cumque vltor sanguinis eum fuerit persecutus, non tradent in manus eius, quia ignorās percussit proximum eius, nec ante biduum, triduumue eius probatur inimicus. Et habitabit in ciuitate illa, donec stet ante iudicium causam reddens facti sui, &

Nume. 35. Deute. 19. 15. q. 1. c. il lud, in gl. & c. fi.

ſui, & moriatur ſacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem, & domum ſuam, de qua fugerat.

ET locutus. Acto in ſuperioribus de terræ promiſſionis diuiſione, hic agitur de priuilegiatorum locorum ſeparatione. Sunt autem iſta loca, quæ vocantur fugitiuorum, vt patet infra, quia ad aliquem eorum confugiens ſaluabatur inuoluntarius occiſor.

Et diuiditur in duo. Primo ponitur legis primo poſitæ a Deo rememoratio: ſecundo ciuitatum fugitiuorum ſeparatio ibi. *Decreueruntque*. Circa primum. *Et locutus eſt dominus ad Ioſue*. Sępe Deus loquebatur ad Ioſue, quia Propheta erat.

Pluribus modis loquebatur Deus in veteri teſtamenti. Quæſt. I.

DE modis autem quibus ei Deus loqueretur declaratum eſt ſupra 1.3.& 4.cap. Pluribus enim modis loqui poterat, ſ. apparendo illi in aſſumpta effigie, ſicut apparebat aliquando alijs, & ipſimet Ioſue Angelus domini apparuit ſic apud vrbem Ierichо in agro eius, vt patet ſupra 5. Alius modus erat ſi formaretur aliqua vox in aere ab aliquo Angelo, & non videretur aliquod corpus humanũ, vel ſimile illi: ſicut cum locutus dicitur Deus ad Iudæos ſuper montem Sinai: nam vocem audierũt ſed figuram nullam viderunt Deuter. 8. & ſic loquebatᷣ Deus Moyſi, & multis alijs in colũna nubis apud oſtium tabernaculi, vt patet Exo. 33. & Num. 12. Etiã quando loquebatur Angelus in propitiatorio, de quo Exo. 25. & Nume. 7. c. Alius modus erat, ſi Deus per ſomnium moueret ſpecies phantaſticas Ioſue mirabiliter faciendo aliquas conceptiones ſpeciales, vel cauſando ſpecies nouas, quæ non præfuiſſent in phantaſia, & per iſtas faceret intelligere Ioſue, quod aliter intelligere non poterat. Sic fiebat, vt plurimum in prophetis: nam per ſomnia reuelationes accipiebant, vt patet Nu. 12. ſ. per ſomniũ loquar ad illum. Omnes hi modi poterant eſſe locutionis Dei ad Ioſue. Poterat tamẽ adhuc Ioſue inquirere veritatem a Deo, quam vellet, ſ. faciendo, quòd Eleazar ſacerdos magnus cõſuleret dominum pro eo: & iſte modus fuit ei aſſignatus a Deo viuente Moyſe, quando primo datum eſt pręceptum, ꝙ ſuccederet Moyſi in principatu, vt patet Nume. 27. ſ. pro hoc ſiquid agendum erit, Eleazar ſacerdos conſulet dominũ. Alius modus adhuc erat, per quem Moyſes cognoſcebat dubia per Deum, ſ. introeundo in ſancta Sanctorum, & ibi petendo a Deo, & reſpondebatur tunc de propitiatorio, vt patet Nu. 7. c. ſed hunc modum non habebat Ioſue, quia non licebat ei ingredi in ſancta Sanctorum: nec in primam partem Sanctuarij in tabernaculum, quia hoc ſolis ſacerdotibus conueniebat: Ioſue vero nõ erat ſacerdos, cũ eſſet de tribu Ephraim, vt patet Num. 13. c. Moyſi autem ſpecialiter licuit, quia ipſe conſtruxit tabernaculum, & fuit omnium cæremoniarũ pater. Sed loco huius cõpetebat Ioſue, ꝙ ipſe peteret a ſacerdote magno, & ille conſuleret dominum pro illo, vt dictum eſt. Omnibus iſtis modis cognoſci poterant veritates reuelatæ a Deo. Sed quod hic dicitur non pertinet ad omnes iſtos modos, quia in vltimis duobus modis non cognoſcuntur veritates, niſi per inquiſitionem, ſed hic non inquiſiuit aliquid Ioſue a Deo, ſed ipſe locutus fuit ad Ioſue iubens ea, quæ habentur hic: ergo

A ad primos 4. modos pertinet, & in illis duo ſunt veriſimiliores, ſ. quòd appareret Angelus domini Ioſue, & loqueretur iſta quæ habentur hic, vel quòd loqueretur ei, & tamẽ non videretur aliquod corpus aſſumptum.

An hæc locutio de ſeparatione vrbium fugitiuorũ fuerit facta ante diuiſionem ſortium, vel poſt. Et quot fuerunt. Quæſt. II.

QVAERET aliquis de iſta locutione, quando facta fuit, ſcilicet, an ante ea, quæ ſupra poſita ſunt de diuiſione ſortium, vel poſt. Reſpondendum, quòd poſtea facta fuit, quia

B hic dicitur de ſeparatione vrbium pro fugitiuis, & ſeparatę fuerunt ciuitates de ſortibus tribuum, vt patet infra. ergo iſtæ tribus iam habebant poſſeſſiones, ſed nunquam iſtæ tribus habuerunt poſſeſſionem, quo vſque facta eſt diſtributio, de qua ſupra patet: ergo iã fuerant diuiſæ ſorte portiones tribuum.

Tunc dubitatᷣ, an fuerit cauſata iſta locutio immediate poſt diuiſionem poſſeſſionum, vel magno tempore poſt.

Reſpondendum, quòd non poteſt conſtare, tamen videtur dicendum, quòd fuerit factum immediate, ſ. ꝙ tota multitudo Iſrael, vel ſaltem de omnibus tribubus Iſrael fuit facta congregatio in Silo cum fuit facta diuiſio iſta, vt patet ſupra 18. & tunc cum quęlibet tribus accepiſſet ſortem ſuam, diſtributæ ſunt ciuita-

C tes pro fugitiuis, & hoc conueniens eſt, quia ad iſtam diſtributionem ciuitatum debebat congregari totus Iſrael, cum deberet iudicari de quibus tribubus ponerentur vrbes confugij, & quia nunc totus conuenerat ad ponendum ſortes, melius nũc poſſent decerni vrbes fugitiuorum, quam alio tpe. & ſic eſt dicendum, ꝙ nunc factum fuerit. *Loquere filijs Iſrael*. Deus loquebatur ad prophetas ſuos, & ipſi proponebant verbum toti populo: ſic enim erat viuente Moyſe, quia Deus loquebatur ei, & ipſe toti plebi. per ſe autem locutus fuit Deus Iſraelitis, ſ. per Angelum ſuũ ſolum in monte Sinai dando legem decem præceptorum, vt patet Exo. 20. ſed poſtea petentibus Iſraelitis, ꝙ non loque-

D retur Deus eis, ſed Moyſes, quia timebant mori Exo. 20. & Deut. 5. ac 18. c. locutus fuit Moyſes, & nunquã Deus: promiſit enim ꝙ non loqueretur amplius eis, ſed per prophetas ſuos, vt patet Deut. 18. c. Cauſę aũt quare Deus non loquebatur omnia præcepta ad populum in voce tubę, ſicut fuit locutus in primis decẽ declaratę ſunt Exo. 20. *Separate vrbes fugitiuorum*. Conſiderandum circa hoc, ꝙ Deus dederat leges de homicidis Exo. 21. in quibus occidẽtes per induſtriam, vel inſidias, vel qũolibet voluntarie, occidi iubetur: aliqui autem ſunt, qui occiderunt inuoluntarie, vt ſiquis iret ad ſcindendum ligna cum alio, & lapſum ferrum de manubrio percuteret proximum atq; occideret:

E hi non erant occidendi, & de his dictum eſt eo. c. Cõſtituam tibi locum, quo fugere debeat. Ad hoc poſtea diſtinxit Deus ciuitates. Nam cum peruenerunt Iſraelitę ad terram duorum regum Amorrhęorum capiẽtes illam, iuſſit Deus, ꝙ ſepararentur ſex ciuitates pro fugitiuis, tres ante Iordanẽ ad ſolis ortum, & tres alię ad ſolis occaſum trans Iordanem, vt patet Num. 35. c. tres harum ſeparatę ſunt viuente Moyſe in terra ad Orientem Iordanis. Et quia illa terra diuiſa erat duabus tribubus, & dimidię, in qualibet harum portionũ fuit aſſignata vna ciuitas, ſ. in ſorte Ruben fuit Goſor in ſolitudine; in ſorte Gad fuit ciuitas, quæ vocatᷣ Ramoth Galaad, quia eſt in mõte Galaad: in dimidia ſorte Manaſſe fuit Gaulon, vel Golam in terra Baſan. Iſtę tres ciuitates habentur Deut. 4. & hic: aliæ tres erant in ter-

in terra Chanaan ad Occidentem Iordanis constitutæ,& istæ fuerunt tpe Iosue constitutæ, s.Sichem in sorte Ephraim, & Cedes in sorte Nephthali in Galilæa,& Hebron in sorte Iudæ, de qua habetur hic in litera. Et istæ tres vrbes cōstitutæ sunt pro fugitiuis parum post ingressum Israelitarum in terram Chanaā, s.immediate,vt fuerunt datę sortes,vt s̄.declaratū est. Iussit etiam Deus,cum dilatarentur termini Israelitarum,ꝙ adiungerentur tres aliȩ vrbes, vt patet Deut. 19.de illis,an fuerint additæ,vel qñ non constat:a principio aūt solum iubebantur separari vrbes tres in terra Chanaan Num.35.& Deut.19.ideo de ipsis duntaxat hic dr̄, ꝙ ipsæ separatę sūt. De istis ciuitatibus erat considerandum,ꝙ equaliter inter se distarent, & hoc vt quicunq; occidisset alium nesciēs haberet locum propinquum.Si aūt ciuitates multum distarent,pp lōgitudinem viæ caperentur in via occisores. De hoc Deut.19.c.vocantur istæ vrbes fugitiuorum, idest ad quas fugere deberēt,qui occiderant aliquem nolētes.

De quibus locutus sum ad vos. Dicit hoc,quia præceptū de separatione vrbium pauco tpe ante hoc datū fuerat,s.post captam terram duorum regum Amorrhęorum paulo ante transitum Iordanis anno 40. ab exitu de Aegypto,& paulo post mortuus est Moyses.vnde omnes qui nunc erant, tunc fuissent, quia forte non effluxerant 8.anni. Fuit aūt locutus de his vrbibus separādis Num.35.& Deute.19.c.*Per manum Moysi.*Idest per Moysem. Nulla locutio per manum fit, quia non est organum formatiuum vocis, sed accipitur large, & hoc est, quia manus est communissimū organum, & vocatur s̄m Arist.organum organorum,ideo actus aliorum organorum transumuntur ad actum manū, ita vt quidquid fit per manus fieri dicamus: & sic dr̄ istud negociū expeditum fuit per manus illius, & tñ negociū nō expeditur p̄ manus:sed p̄ actum rationis.

Locutio p̄ manū qd̄ sit.

Vt confugiat ad eas quicunque animam percusserit nescius.

An ciuitates refugij essent solum in refugium homicidarum, vel etiam omnium aliorum delinquentium, seu debitis oppressorum. Et ad quid proficiebant istæ vrbes. Et qui homicidæ gaudebant immunitate vrbium, & qui non. Et qui medici sint homicidiarij. Quæst. III.

CONSIDERANDVM per hoc, ꝙ istæ ciuitates solum erant ad refugium hominum qui occidissent aliquos.si autem aliquis vulnerasset,sed non occidisset(ēt si grauiter vulnerasset)non debebat refugere in vrbes istas,quia solum fugitiui isti ad vrbes has confugiebant,vt ibi mortem q̄ alias impune pati poterāt euitarent: nam qui occidisset hominem(ēt si nesciens) si inueniretur extra aliq̄ harum vrbium poterat impune occidi,vt patet Num. 35.& Deut.19.qui aūt vulnerasset solum nō occidēs, nō poterat impune occidi, ēt si insidiose vulnerasset: ideo confugere non debebat illuc. Item si aliquis alium infamasset,vel qualitercunq; nocuisset, ita vt timeret mortem,non poterat confugere illuc, vt euaderet;nec proderat sibi quidquam huiusmodi ciuitas. Qui erant debitores, non poterant fugere illuc, ita ꝙ nō possent trahi inde ad iudicium, vel alligari pro debitis,vel pati alias pęnas legales.Itē nullus de furibus, aut latronibus poterat euadere in vrbibus his, siue esset de publicis,& famosis latronibus,siue de nō famosis,sed inde trahebatur ad iudicia.Item ipsi,qui a casu occidissent aliquem,non defendebantur ibi totaliter, sed educebantur inde ad ventilandum causam in loco in cuius territorio commissum esset homicidiū, & si inueniretur reus, qui cōfugerat, mox tradebatur in manus hostis sui,vt occideret eum, nec reduceretur in vrbem,in quam confugerat. Nūc aūt in Eccle-

F sia siquis illuc homicida confugerit,non educetur ad iudicium,nec ad quidquam aliud:& dato,ꝙ sit manifeste reus homicidij, non occidetur dum ibi manere voluerit.Solum autem proficiebat vrbs confugii,vt ille, qui confugerat priusquam ventilaretur causa homicidii,non posset occidi impune ab aduersario in vrbe illa,quod fieri posset in omni alio loco.Etiā vt post ventilatam causam,& absolutionem rei ab impetitione actoris,maneret occisor securus in vrbe, ad quam confugerat,quòd nō contingebat in aliis locis. Nam postquam aliquis erat per sn̄iam absolutus ab impetitione super homicidio, ēt poterat occidi a cognatis occisi impune si reperiretur in alio loco quam in vrbe refugii,vt patet Num.35.Considerādum vlterius,

G ꝙ cum istæ ciuitates proficerent occisoribus, tñ non omnibus,quia solum dr̄ de his,qui sanguinem nesciētes effunderent.In quo sciendum,ꝙ quidam erant occisores voluntarij,& alij non voluntarij.Voluntarij distinguuntur in tres,s.per insidias, per industriam, vel qūocunq; aliter volūtarie.Primus modus est, vt cum quis alicui insidiatus est,& ex insidijs incautum,& nō videntem occidit, & iste est grauissimus modus. Secundus modus est per industriam,s.si aliquis non insidiose occidit aliquem, sed desiderans eum occidere excogitauit verba aliqua quibus moueret eum ad iram,vel offendicula aliqua in factis, & sic esset causa iurgiorum,& haberet colorem ad occidendum. Iste modus est valde grauis, q̄q̄ minor est quā ex insidijs.

Voluntarij occisores sunt triplices.

H Tertius modus est aliter voluntarie:vt si aliquis nō excogitauerat qualiter occideret alterum,sed non ex accidenti facta dissensione inter aliquos consurrexit quidam in alium, & occidit eū: iste minus grauis est prædictis. Pro quolibet tñ horum infligebatur mors. Exponuntur isti modi Exo.21.s.Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur. & iste est tertius modus.Primi duo ponuntur, cum dr̄: Siquis per industriam occiderit proximum suum,& per insidias ab altari meo euellas eum,vt moriatur:isti non gaudebant immunitate vrbium fugitiuorum. Nam si constaret sic occisionem factam, nō recipiebatur in vrbe talis occisor,sed occidi debebat,& hoc, quia antequā occisor reciperetur in vrbe confugii ad hoc, ꝙ maneret ibi tutus loquebatur ad seniores populi, qui erant

I iudicantes,& declarabat se esse innocentem, & tunc recipiebatur:si autem ex verbis illius, vel alias constaret hunc esse reum homicidii, non recipiebatur in vrbe,vt colligitur j̄.in litera:sed omnes tres modi s̄.positi faciebant occisores reos, ideo non recipiebantur in vrbibus confugii,vel si per errorem reciperētur postea non tenebantur ibi,sed tradebantur in manus accusatorum. Vnus casus erat in quo quis volūtarie occidens non tenebatur reus, s.si occidisset aliquē se defendēs,quia defensio inculpata de iure naturę est,nec aliqua lex eam abstulit.Et si dicatur,ꝙ lex euangelica dicit,siquis percusserit te in vna maxilla prębe ei, & alteram Mat.5.ergo tollit defensionē. Rn̄detur,ꝙ non

K est illud præceptum,sed consilium: si enim esset præceptum,verum esset,ꝙ tolleret omnem defensionē, nec solum defensionem realem, sed etiam defensionem contentiosam, & verbalem, quæ est in iudiciis, quia dr̄ Mat.5.siquis contendit tecum, & vult tollere a te tunicam,da ei,& pallium, sed ēt hoc est consiliū, quod nō arctat,nisi quosdam, s. ex professione,vel ex dignitate. Occidens ergo alium se defendendo non excedens modum non erat aliqualiter reus, & tñ isti voluntarie occidebant, sed non est simpliciter voluntarium,sed conditionatum. sicut de illo, qui merces iactat in mari,ne pereat,voluntarie agit, sed non simpliciter:vt declarat Philosophus 3.Ethi.Alii autem occidebant inuoluntarie, & isti sunt, qui a casu occidebant;

bant:& de istis dr Exo.21.c.qui autem non est insidiatus,sed Deus tradidit illum in manus eius cõstituam tibi locum, quo fugere debeat: & isti non debebant occidi.Et quamquam scriptura dicat,vniuersaliter de omnibus, qui non occiderunt voluntarie, sed a casu, ꝙ confugerent in vrbes has, tamen distinguendum est,ꝙ aut isti erant in culpa:aut non.Si primo modo illud,quod erat a casu,non faciebat simpliciter inuolũtarium:vt siquis iaceret sagittas, vel lapides ad locum indebitum,quamquam nullum occidere intenderit; si tamen occiderit,tenebitur reus,quia dabat operam illicitę rei: sic si aliquo agente per imperitiam a casu secuta est mors,tenebitur reus, si forte tenebatur nõ ignorare:vt si ęger mortuus est,quia malam potionẽ, aut medicamina adhibuit medicus: quamquam non intendens occidere hæc fecerit, tenebitur. Idem de chirurgico si per imperitiam suam vulneratus mortuus est:isti enim tenebantur circa hoc non ignorare, ideo si huiusmodi confugerent in vrbes refugij non gaudebant immunitate vrbium, sed educebantur inde ad mortem.De hoc ponũtur regulę quædam Nume.35.& Deut.19.c.s.ꝙ siquis occideret alterum ferro,vel lapide,aut baculo, vel iaciendo eum ad aliquã partem,& ex ruina quis moriatur,vel siquis manu alterũ percusserit, & mortuus fuerit, si hostis illius erat reus erit mortis, & in his omnibus non tenebat priuilegium immunitatis vrbium. Siquis vero occidisset quemquam aliquo de prædictis modis:si fecisset a casu nõ tenebatur reus,& tunc gaudebat priuilegio immunitatis vrbium,& manebit in vrbe, ad quam confugerit quousque ventiletur causa: & si absolutus fuerit qui impetebatur, manebit in prædicta vrbe reductus ad illam vsque ad mortem summi sacerdotis.

An qui per insidias, vel quomodocunque sponte occidebat, gaudebat quantum ad aliquid immunitate vrbium. Quæst. IIII.

QVAERET aliquis de illo, qui occidebat aliũ per insidias,vel industriam, aut quomodocunque voluntarie: si gaudebat immunitate vrbium quantum ad aliquid.

Respondendum est,quòd litera dicit solum gaudere illos,qui occidissent nolentes.Sed dicendum,quòd hoc intelligitur quantum ad plenam immunitatem: tamen quantum ad aliqualem necesse est,vt dicamus etiam quoscunque occisores gaudere. Sed considerãdum,quòd quandocunque aliquis cõfugiebat in has vrbes,veniebat ad iudices qui sedebant in portis,& dicebat se hominem occidisse,sed a casu: & tunc illi tenebãtur suscipere eum in vrbe, & dare sibi locum ad habitandum,nec permittebant,quòd aliquis eum de vrbe educeret,vel in vrbe occideret. Et si hostis suus eum in vrbe occideret, etiam si esset reus homicidij, qui ad vrbem confugerat, tenebatur reus violatę immunitatis,qui sic occidebat.

Sed sciendum,quòd quando aliquis veniebat ad vrbem aliquam confugij,aut confitebatur se egisse voluntarie,vel a casu. Si primo modo iudices vrbis non recipiebant eum in vrbe,vel si permitterent,non gaudebat immunitate,sed cuicũque vltori sanguinis volenti occidere illum permittebatur, vel si peteret eũ, tradebatur in manus eius. Si autem diceret se occidisse a casu,siue sic esset veritas,siue non, recipiebant eũ senes in vrbe:nec tenebatur probare innocẽtiam suã, quia tũc necessarium erat, quòd verteretur causa homicidij coram iudicibus vrbis illius, & quòd citaretur vltor sanguinis,si forte aliquid vellet obijcere.Sed falsum est,quia ista causa vẽtilabatur in vrbe, in cuius territorio perpetratum fuerat homicidiũ ad petitionem vltoris sanguinis, & postea si reus esset occisor ibi occidebatur, sinautem reducebatur per sententiã in vrbem,ad quam confugerat, vt patet Nume.35.Solum ergo proponebat verba sua coram iudicibus vrbis,per quæ induceretur eum esse innocentem, & tamen non tenebatur probare veritatem horũ,& tunc iudices decernebant,quòd maneret in vrbe,& nemo ei nocere posset,& tunc gaudebat immunitate vrbis, & hoc siue verum dixisset,siue non: manebat autem in vrbe illa quousque aliquis eum accusaret coram senibus ciuitatis illius reum homicidij, & tũc ipsi sub diligenti custodia transmittebant eum ad vrbem, in qua homicidium patratum fuerat, vt vẽtilaretur causa. Si autẽ falsum expressisset, & probaretur hic reus homicidij, non reducebatur in vrbem ad quam confugerat,sed tradebatur accusatori,vt occideret, si vellet illum:& iam non gaudebat immunitate vrbis. tamen toto tempore antequam traderetur ad agitationem causę gaudebat immunitate. Si autem absolueretur ab impetitione accusatoris reducebatur per sententiam in vrbem, in quam confugerat, & manebat ibi vsque ad summi sacerdotis mortem, & postea liber erat. Et hi gaudebant plena immunitate vrbium. Non est ergo aliquis occisor cui saltem aliquo tempore non proficeret immunitas harum vrbium, nisi forte confiteretur delictum suum coram iudicibus vrbis refugii.

An qui voluntarie aliquem occidebat, tamen se defendendo gaudeat immunitate vrbium. Et quod duo erant tempora quibus manebat profugus in vrbe refugij. Quæst. V.

QVAERETVR de illo, qui occidit voluntarie aliquem,tamen se defendendo, an gaudeat immunitate vrbium.Respondendum est,quòd sic, quia ista immunitas accipiendo complete dabatur omnibus illis, qui non tenebantur rei homicidii, cum solum esset ista immunitas, vt vltor sanguinis non posset occidere talem occisorem,si eum alicubi reperiret,sed ille qui occiderat aliũ se defendendo non tenebatur reus mortis,ergo in vrbe hac gauderet imunitate,nec liceret hosti suo occidere eum impune. Nec principaliter est dubium de hoc,sed magis est dubium,an qui occidit alium se defendendo,teneretur ad leges vrbium refugii. Erat autem conditio earum, quòd si aliquis ventilata causa sua absolueretur,reducebatur ad vrbem,ad quam cõfugerat,& in illa tenebatur manere vsque ad mortem summi sacerdotis:si vero ante hoc extra vrbem reperiretur, poterat impune occidi,licet per sentẽtiam ab homicidio absolutus esset,vt patet Num.35.& Deut.19.c.De hoc ergo stat dubium, an qui occiderat aliũ se defendendo, teneretur manere in ciuitate refugii toto tempore quanto manebat ille,qui occiderat a casu.Pro quo distinguendum,quòd duo erãt tempora, quibus manebat profugus in vrbe refugii,s.primo antequam ventilaretur causa homicidii, s. an esset reus sanguinis,vel non:secundum erat postquam esset facta determinatio,& absolutus esset occisor: reducebatur enim per sententiam in vrbẽ,in quam confugerat, vt patet Num.35.& manebat ibi vsq; ad mortem summi sacerdotis. De primo tempore dicendum, ꝙ occidens alium etiam se defendẽdo deberet cõfugere in vrbem refugii antequam vẽtilaretur causa, quia tunc vertebatur in dubium an recte occidisset,vel nõ: cum autem esset determinatum, ꝙ iste nõ esset reus mortis non tenebatur redire in vrbem, ad quam confugerat,sed poterat manere in qualibet alia vrbe:nec poterat vltor sanguinis occidere istum, in quocunq; loco reperisset: sicut poterat interficere occisorẽ casualem

fualem si reperiret, eum in quocunque loco extra vrbem refugij. Causa est, quia non erat tanta strictio in occisore defendente se, sicut in occisore casuali, quia de occisore defendente se constabat, quòd erat a culpa immunis: de casuali autem non tantum constabat potissime in quibusdam casibus, cum nemo viderat occisionē fieri, sed iudicabatur ex præsumptionibus: vtputa si duo viri pacifice iuissent in syluā, inter quos a diebus paucis nō fuisset rixa, vel inimicitię, vel odiū: & ferrum lapsum de manubrio securis occideret alterum, qui occiderat iudicabatur innocens, cognito quòd inter hos non fuisset odium a paucis diebus, vt patet Nume.35.cap.& tamen quamquam hęc essent: satis esse poterat, quòd vnus alterum occidisset a proposito; erat tamen ista præsumptio satis rationabilis. De hoc Deute.19. cum vero aliquis alterū occidisset se defendendo, cōstito quòd sic factum esset, erat magis immunis ab omni suspitione homicidij: ideo minus astringeretur ad manendum in ciuitate refugij q̄ occidēs casualiter. Istud aliqui tenent, & satis videtur rationabiliter dici, sed non applicatur ad literam. Nā ista lex data est de occisoribus casualibus: qui autem se defendendo occidit, nō occidit casualiter, ideo nō tenebit hac lege: sed siue ante causę ventilationem, siue post, non poterat occidi huiusmodi occisor; quia iure suo vtebatur alium occidens se defendendo. Et si aliquis propinquus occisi occideret hunc occisorē ante causę ventilationem, vel postea, constito quòd ille fuerat occisor per defensionem, iste qui eum occidit, erit reus homicidij.

Quare priuilegium immunitatis occisorum datum fuit vrbibus, & non Sanctuario. Et nunc datur Ecclesiis, & cœmeterijs, & non vrbibus in quibus non accidunt ea tria inconuenientia quæ respectu Sanctuarij accidebant. Quæst. VI.

QVÆRETVR quare priuilegium immunitatis vrbium pro inuoluntarijs occisoribus non fuit datum Sanctuario, & fuit datum vrbibus, sicut in nouo testamento ista iura immunitatis sunt Ecclesiarum, & cœmeteriorum, & non sunt vrbium, vel oppidorum. Respondetur, quòd non decuit in veteri testamento immunitatem hanc tribui Sanctuario, sed vrbibus ex triplici causa. Prima quia Deus volebat, quòd nullus de occisoribus casualibus periret: & tamen concedebat rursus, quòd propinqui viri occisi possent occidere interfectorem vbicunque eum apprehenderēt præterquam in loco confugij. Primum patet Deut.19. ideo mandauit Deus, quòd non esset vnica vrbs, sed tres vrbes ad Orientem Iordanis, & totidem ad Occidentalem plagam eius, vt patet Nume.35.& infra in litera. Etiam postquam dilatarentur termini terræ Iudæorum debebant addi alię tres vrbes, vt patet Deute.19.c. Quia si vna esset, nō possēt de omnibus partibus terrę Chanaan illuc confugere, quia multum distaret, & posset vltor sanguinis comprehendere in via occisorem, & interficeret innocentem. Etiam iussum est ob hoc, quòd constituerentur vrbes istę in debita proportione ęqualitatis, ita vt ex omni parte terræ ęqualis distātia, vel proportionalis esset, & non distarent multum a ciuitatibus refugii quædam vrbes terrę Chanaan, & aliæ essent propinquę, vt patet præallegato cap. Item iubebatur, quòd via planaretur diligenter, vt non haberēt offendiculum fugiēdi effusores sanguinis inuoluntarii, vt patet eo.c. Quòd autem concederet Deus Israelitis, vt proximus occisi posset interficere inuolūtarium occisorem vbicunque eum comprehenderet pręterquam in loco refugij: patet Nume.35.& Deut. 19. Si tamē Sanctuario daretur ista immunitas, & nō

F ciuitatibus, sicut nunc fit, non contigisset, quòd Deus intendebat, s. saluari innocentes effusores sanguinis, quia Sanctuarium erat vnicum in tota terra Iudęorū, quia non licebat fieri altaria aliqua, vel loca ad sacrificia, vel cęremonias Sanctuarii, nisi vbi stetisset Sāctuarium: & hoc erat in vna de vrbibus Israel, vt patet Deut.12.& ob hoc totus Israel pugnare voluit contra Rubenitas, Gaditas, & dimidiā tribum Manasse, quia putauerunt, cum fecerunt altare apud Iordanem, q̄ vellent ibi facere sacrificia infra 22.c. Non possent autem faciliter effusores sanguinis confugere ad istud Sanctuarium de omnibus partibus terræ Israel, vt de extremitatibus. Nam propter viarum longitudinem propinqui ipsius occisi possent in via comprehende-
G re occisorem, & occiderent innocentem impune. Potissime, quia Sanctuarium non erat in medietate terræ Iudęorum, sed aliquando erat in vna parte, & aliqñ in alia, cum per multa loca tam arca, quam totum tabernaculum domini fuerit mutatum, & cum ad vnā extremitatē terræ promissionis declinaret, ciuitates, quæ ad oppositam partem essent, nimis distarent, & non possent occisores venire, quin prius comprehenderentur in via, si propinqui occisi vellent insequi fugientē. Ex hac parte nimis conuenit Ecclesijs nostris, & cœmeteriis, quòd sint loca habentia immunitates, quia in quolibet loco Ecclesiæ multę sunt: ideo cuicunque qui gaudere vult immunitate, facile est ad talia loca confugere: constitui ergo necesse erat ciuitates aliquas, vel quæcunque loca in veteri testamento
H pro immunitatibus his, & non Sanctuarium. Secunda ratio est, quia dato, quòd essent multa templa in veteri testamento, non conueniret dari immunitates has Sanctuario, quia cum aliquis occisor inuoluntarius confugisset ad loca ista, & ventilaretur causa de homicidio, si absolueretur reducebatur per sententiam in vrbem ad quam confugerat, & manebat ibi vsque ad mortem summi sacerdotis: si autem aliqñ extra loca ista reperiebāt, poterat impune occidi, vt patet Num. 35. si ergo Sanctuarium haberet solum immunitates istas, necesse erat, vt maneret tādiu occisor in Sanctuario non exiens de illo, sed hoc erat intolerabile, quia cum de tota terra Iudæorum multi essent occisores
I inuoluntarij, maxime in magno tempore, s. in tota vita alicuius summi sacerdotis non possent capi in Sanctuario, quod erat vnicum. Etiā quia repugnabat hoc valde puritati Sanctuarii: nam istis nunquam exeuntibus de Sanctuario necesse erat illud pollui. Item dato, quòd essent varia Sanctuaria, sicut nunc sunt multæ Ecclesiæ, non staret conuenienter: nam licet ibi capi possent omnes occisores inuoluntarii, quia tamen manere debebāt magno tempore, s. vsq; ad mortem summi sacerdotis, non esset quid tolerabile: nimis.n. repugnare puritati Sanctuarii videretur. Causa tertia est, quia ēt si per diem occisores manerent in Sāctuario, non conueniret: nam quilibet sanguinis effusor erat immundus, sed immundi non permittebantur
K introire in Sāctuarium, nec saltem accedere ad illud, ergo non erat conueniens assignare Sanctuarium tāquam locum immunitatis. Quod effusores sanguinis incurrerent immunditiam, patet; quia terra maculari dicebatur sanguinis effusione, ergo effusores erāt immundi. Antecedens patet Num.35. Nullum autē horum inconuenientium est in Ecclesiis nostris: nō primum, quia multę Ecclesiæ sunt, & facillimum est cuilibet confugere ad Ecclesias, vel in cœmeteriis se cōseruare. Secundum inconueniens non est, quia apud nos non manet aliquis occisor tanto tpe in Ecclesia: nam si non sit reus mortis, non expectabit in aliquo loco immunitatis, sed libere procedet quocunq; voluerit: in veteri autem testamento etiam si absolutus esset

esset casualis occisor ab impetitione accusatoris, tamen per sententiam reducebatur in vrbem, ad quam confugerat: & manebat ibi vsq; ad mortem summi sacerdotis. Tertium inconueniens non sequitur, quia in nouo testamento non sunt cęremonię munditiarum, & immunditiarum legalium, quæ erant in veteri testamento: nulla enim requiritur munditia, nisi a vitijs, & a naturalibus contaminationibus, quæ hominem etiam in communicatione seculari fędum facerent: sed legalem nullam tenetur obseruare immunditiam minister Ecclesiasticus, vel quicunque in Ecclesiam intrans. Esse autem occisorem est immunditia legalis, sicut tetigisse aliquid morticinum, & similia, sed horum nihil facit hominem immundum respectu nostri Sanctuarij, sicut faciebat respectu Sãctuarij Hebræorum: erant ergo necessariæ vrbes in veteri testamento, vt constituerentur loca refugij, & gauderent confugientes quibusdam immunitatibus.

An Sanctuarium haberet aliquam immunitatem in veteri lege: & an bene arguant iuristæ circa immunitatem Ecclesiasticam inducentes illam ex veteri testamento. Et quòd Sanctuarium sit aliquid cæremoniale. Quæst. VII.

QVAERET aliquis, ꝙ quamquam constat ciuitates refugij habuisse immunitates in veteri testamento, & non dicatur de Sanctuario, an habuerit aliquam. Rñdendum est, ꝙ nullæ immunitates leguntur in veteri testamento traditæ Sanctuario. Sed an fuerint aliquæ, dubitabit quisquam. Rñdendum est, ꝙ non fuerunt aliquę ei traditę, ita vt aliqui occisores, vel percussores illuc confugientes saluarentur: non erat autem hoc, quasi Sanctuarium non esset domus tantæ excellentiæ, vt non mereretur habere immunitates, cum loca prophana, s. vrbes haberent priuilegia immunitatum, sicut sunt vrbes refugij: sed ad maiorem puritatem Sanctuarij, quia si esset locus immunitatis multi illuc confugerent, & pollueretur Sanctuarium: tamen in veteri testamento requirebatur magna puritas in Sanctuario, cuius causa declarata est Num. 19. c. ergo non debebat dari priuilegium immunitatis alicuius. Si autem aliquis arguat, ꝙ Exo. 21. dicitur: Siquis per industriã & insidias occiderit proximum suum, ab altari meo euellas eum, vt moriatur: in quo videtur innui, ꝙ in isto casu, quia erat valde enormis, non gauderet immunitate Sanctuarij occisor, sed in cęteris gauderet.

Sed non est iste sensus, quin potius, quia Sanctuariũ erat locus maximę reuerentiæ in toto Israel, & in Sãctuario ad quod licebat intrare popularibus pars maioris reuerentiæ erat altare, multi confugiebant illuc timentes interdum: non quidem quasi loca illa immunitate gauderent, sed quia propter reuerentiam loci putabant se non trahendos fore inde. Et quia Israelitæ putarent etiã, ꝙ non liceret eis malefactores educere de Sanctuario, dictũ est, ꝙ si aliquis per industriã, vel insidias occideret alterum, euelleretur ab altari, & occideretur: & tñ non gaudebat ipsum Sanctuarium immunitate, quia Salomon fecit occidere Ioab intra Sanctuarium apud altare, vt patet 3. Reg. 2. c. Nec valet, si dicatur, ꝙ occidit Ioab virum quendam per insidias, ideo non gaudebat immunitate Sanctuarij: nã hoc erat quantum ad hoc, ꝙ posset educi de Sanctuario, sed non quantum ad hoc, ꝙ occideretur intra Sãctuarium. Sic patet de immunitate Ecclesiarum: nam quidam sunt, qui de Ecclesijs educi possunt ad occidendum, vt publici latrones, & insidiosi occisores, & nocturni depopulatores agrorum, vt patet extra de immunitate Ecclesiarum c. immunitatem, tamẽ nullus est, quem intra Ecclesiam occidi liceat. Et si dicas,

A ꝙ Ioab occisus est in Sanctuario, quia educi non potuit. Respondendum est, ꝙ potuisset educi faciliter Ioab de Sanctuario, quia ipse inermis erat tenens cornu altaris, ideo faciliter expelli potuisset, sed quia gratis exire noluit, iussit eum Salomõ ibi trucidari, vt patet 3. Reg. 2. c. Itẽ dato, ꝙ nullo modo educi inde potuisset non debebat intra occidi si aliquam immunitatem haberet Sanctuarium: sicut patet de ecclesia nostra, quia siquis reus mortis illuc confugerit nõ potest inde trahi propter ecclesiasticam immunitatem, tamen non debet ob hoc occidi intra ecclesiam, sed fecit hoc Salomon super altare Sanctuarii, ergo nõ gaudebat immunitate. Sed forte aliquis hoc factum fuisse dicet a Salomone per iniustitiã, sicut deteriora quędam fecit, s. quia idola coluit, & constituit eis templa,
B vt patet 3. Reg. 11. Rñdendum est illa fuisse nefandiora, quam infringere omnem immunitatem Sanctuarij, siqua foret: tamen non stat, ꝙ Salomõ fecerit hoc per iniustitiam: nam Salomõ in exordio regni sui valde bonus fuit, vt patet, qñ petiuit a Deo sapientiam 3. Regum 3. quãtum acceptauerit eum Deus: & postea quantum deuote construxerit templũ, & deuote orauerit 3. Regum 8. Malitia autem sua fuit in senectute, quia tunc mulieres deprauauerunt cor eius, vt patet 3. Reg. 11. ergo vr̃, ꝙ prioribus temporibus potissimè in principio regni valde bonus fuit: sed occisio Ioab super altare fuit in principio regni sui, vt patet 3. Regum 2. c. ergo non fuit facta per iniustitiã, sed quia Sanctuarium non habebat aliquam immunitatem. Ex hoc ap
C paret, ꝙ non bene arguant iuristæ, qui volunt inducere, ꝙ ecclesia debeat gaudere immunitate, quia Sanctuarium gaudebat illa: nam Sanctuarium nullã habebat. Sed adhuc peius arguunt dicentes immunitatem ecclesiasticam esse de iure diuino, & hoc inducunt de immunitate, quæ erat in veteri testõ in Sãctuario. Peccant enim isti in duobus. primo quia supponunt falsũ, s. ꝙ Sanctuarium gauderet immunitate in veteri testamento, cũ nulla gauderet, vt inductũ est. Secundo peccant, quia dato ꝙ Sãctuarium in veteri testõ gauderet immunitate, non sequitur, ꝙ dẽret gaudere illa in nouo testõ, nisi forte dixerimus, ꝙ oĩa, quę pertinebãt ad Sanctuarium in veteri testõ pertineant ad ecclesiam in nouo testõ, sed falsum est, quia non obseruant̃ nũc
D cęremoniæ purificationũ, & munditiarum respectu ecclesiarum, q̃ obseruabantur respectu Sanctuarij in veteri testõ: ergo non manet nũc aliqd in ecclesia de his, q̃ erant in Sanctuario veteris testamenti, nisi illud postea ecclesia instituerit: & tunc non est de iure diuino, sed de iure humano positiuo. Quod patet, qa dato ꝙ esset aliqua immunitas in Sãctuario in veteri testõ, aut illa esset de moralibus, aut de cęremonialibus: nã ad iudicialia ptinere non poterat, cũ non esset aliqd directiuũ cõicationis humanæ penes iustũ, & iniustum, sicut erant leges forales. Si aũt esset de moralibus, maneret, qa ista hñt naturalem obligationẽ: sed immunitas Sanctuarij in veteri testõ, si aliqua foret, non erat
E moralis, qa ista ex natura pẽderet, & sunt sine lege determinata, sicut patet de pceptis decalogi, q̃ vocantur moralia, siue naturalia, & ista sp obligauerunt ab exordio seculi, et si nondum data fuissent, & obligant gẽtẽ illam, cui data non fuerant, sed immunitas Sanctuarij non est aliqd hmõi, qa natura nihil magis determinat immunitatẽ in Sanctuario, q̃ non immunitatẽ. Immo includit ꝯdictionẽ esse immunitatẽ Sãctuarij de iure naturę, qd est esse morale, qa Sãctuarium est aliqd nõ consistens naturaliter, sed pure per cęremonias: ergo iura, q̃ sunt pure ipsius Sanctuarij impossibile est esse naturalia, qa tũc fundaret̃ immutabile sup mutabile, & necessarium sup ꝯtingens. Patet consequentia in similibus circa naturalia: nam si aliqd sit artificiale, impossibile

Malitia Salomonis fuit in senectute.

possibile est illud habere aliquam formam naturalē, quia naturalia per formas naturales consistunt, & artificialia per formas artificiales. & si aliqua forma naturalis sit in artificiatis, illa non est inquantum res est artificiata, quia hoc includit ꝯdictionem: sed inquantū materia rei artificialis est naturalis, & non expoliatur formis naturalibus suscipiēdo formam artificialem: cum illa nō possit penitus actuare. Sic est de Sanctuario, quia illud non est aliquid consistens naturaliter, idest ex iure naturali, vel ex obligatione naturali, sed pure ceremoniale est: ita. n. potueramus saluari nō habendo Sanctuarium, sicut habendo: ergo impossibile est aliqua iura ipsius Sanctuarij esse proprie naturalia. Et sicut patet de immunitate, ꝙ impossibile erat illā esse moralem, siue de iure naturali. Ergo si aliqua esset, illa necessario esset ceremonialis, sed ceremonialia non manserunt in nouo testō, quia licet non omnia abolita sint, tñ nullum eorum habuit efficaciam obligandi nunc: nam cum aliqua de illis manent, ideo fit, quia ecclesia illa de nouo statuit obseruari: tñ ex antiqua ordinatione, vel legislatione nullam vim hñt. sic ēt iudicialia abolita sunt, tñ quasdam iudiciales leges, quæ hñt Exo. 21. & 22. c. ecclesia approbauit, nouiter statuendo illas obseruari, vt patet extra de homicidio, & extra de furtis, & de adulterijs, & stupro, & de iniurijs, & damno dato in decretalibus: ideo necesse est, ꝙ cum immunitas Sanctuarij in veteri testamēto. (si qua foret) esset ceremonialis, non haberet obligationem in nouo testō, sed si nunc manet hoc est, qa postea ecclesia statuerit aliq̄ immunitatem: alioquin autē erat impossibile: falsum est ergo, ꝙ immunitas, quam nunc habent ecclesiæ sit de iure diuinō. Simile est de priuilegio clericorum, ꝙ non ꝯueniantur corā iudice laico, & ꝙ non possint puniri penis ciuilium legum: quamquam plerique iuristarum dicunt esse priuilegiū istud de iure diuino, sed leuiter assentiunt quasi fidei, & non tanquam rationi. De hoc tamen alibi erit magis dicendi locus.

An immunitas ecclesiarum sit maior immunitate vrbium veteris testamenti. Et quòd in eo veteri testamento lex erat nimis grauis contra occisores innoxios seu casuales, & in quo. Quæst. VIII.

QVAERET nunc aliquis cum ciuitates refugij in veteri testō gauderēt quibusdam immunitatibus, & ecclesię nostrę cum cœmeterijs gaudeant immunitate, quę sit plenior immunitas. Rñdendum est, ꝙ valde maior immunitas est ecclesiarum, quam fuerit illarum ciuitatum in veteri testō, quia ecclesiæ nostræ immunitate gaudēt generaliter, s. vt nullus inde trahi possit ad aliquā pœnam tolerandam, preterq̄ in quibusdam casibus, de quibus extra de immunitate ecclesiarum per totum: ciuitates autem refugij in veteri testō non gaudebāt immunitate, nisi quantum ad occisores: si autem aliqui percussissent alios non occidentes, non tutabantur in illis vrbibus, sed nec si egissēt alia mala, vt si quē infamassent, vel quōlibet nocuissent, & timentes fugerent, non tutabantur ibi ab hostibus suis, sed ad iudicia trahebantur. vel siquis alium persequens apprehenderet intra vrbem refugij atq; occideret, si non ꝯfugisset tanquam inuoluntarius occisor, qui cum occideret non violabat immunitatem vrbium illarum, sed solum peccabat, sicut si occideret in quocunque alio loco. Item istæ vrbes non defendebant omnes occisores, sed solum occisores a casu, siquis autem ab intentione percuteret, etiam si non per industriam, vel insidias, non tutabatur ibi ab vltore sanguinis: in ecclesia autem omnes occisores tutantur, nisi per insi-

F dias, & industriam. Item valde maior est immunitas ecclesiastica, q̄ illarum vrbium, quia in illis non defendebatur quisq̄, nisi innocens, ita ꝙ non esset reus sanguinis effusi, in ecclesia aūt non solum innocenter effundentes sanguinem, sed ēt qui circa hoc rei erāt, ꝯseruant. Itē vrbes fugitiuorū erāt ad defensionē occisoris ꝯ vltores sanguinis, sed non ꝯ iudices, quia iudices ciuitatis ad q̄ confugisset occisor ad petitionem aduersarij compellebant occisorem venire in iudiciū ad locum, in quo patratum fuerat homicidium, & si reus sanguinis esset tradebatur in manus vltoris sanguinis, & occidebat eū, vt patet Nu. 35. in ecclesia autem immunitas est ꝯ omnes tam ꝯ iudices, q̄ ꝯ aduersarios: nam iudex non poterit occisorem educere de

G ecclesia, si constat eum reū sanguinis esse, vt occidat: nec pōt eum eijcere de ecclesia cogens ire ad ventilādum cām sanguinis, si forte nō ꝯstat occisionē esse iustam aut iniustam. In multis quoq; alijs dñā est. Maior ergo est nunc ecclesiastica immunitas, quam fuerit in veteri testō immunitas vrbium fugitiuorum.

Considerandum vlterius, ꝙ in veteri testō erat lex nimis grauis ꝯ occisores innoxios, qui a casu occiderunt aliquos in fauorem propinquorum defuncti, & hoc præcipue in duobus. Primū est, ꝙ facta occisione casuali, ꝓpinquo occisi ꝑmittebāt impune occidere interfectorem si comprehenderet eum ante vrbem refugij, vt patet Nu. 35. & Deut. 19. sed istud nunc nō permittitur: nā sicut est in vulneratione, & occisione, quæ fit ꝑ defensionē, s. ꝙ non licet alicui vim vi repel-

H lere occidendo aut vulnerādo inuasorem, nisi immediate: si aūt semel recesserit inuasor non licet perseq̄ illum ipsi ꝑcusso, quia iā non erit defendēs se, sed inuasor, ita in occisione ꝓpinquorum q̄q̄ liceat alicui occidere alterū defendendo ꝓximum suum, & potissime propinquum in sanguine, tñ non licet interficere postea occisorem; erat aūt ꝯcessum hoc Iudæis ad duritiem cordis eorum, quia erant duri corde, & non possent tolerare legē, nisi eis permitteret vindictam, maxime cum factum esset recens; ideo permissa est licet occisor esset innocens, & sic fuit de alijs permissionibus factis Iudæis: nam vt Christus testatur Mat. 19. libellus repudij permissus est Iudęis, non quia bonus,

I sed quia erant duri corde. Secundum erat in quo adhuc magis erat grauis lex mosaica occisoribus inuoluntarijs, s. quia postq̄ aliquis confugisset in vrbem refugij, & cā eius ventilata corā iudicibus tanq̄ innocēs iudicaretur, non licebat ei libere ire quo vellet, sed reducebatur ꝑ snīam in vrbem, ad q̄ confugerat, & manebat ibi vsq; ad mortem summi sacerdotis: si aūt ante defunctum sacerdotem reperiretū extra muros vrbis pōterat licite occidi, vt patet Nu. 35. & Deut. 19. c. hoc aūt grauius est q̄ præcedens. Et hoc ex duobus. Primo quia anteq̄ vētilaretur cā homicidii: nesciebatur an occisor iste fuisset in culpa, ideo erat aliqs color ad hoc, ꝙ liceret eum occidi si comprehenderetur ante vrbem refugii. cum tñ causa erat ventilata, & absolutus erat effusor sanguinis, non videbatur aliqua cau-

K sa quare permitteretur aduersario, ꝙ posset occidere interfectorem. Secundum inductiuum huius est, quia qñ factum est recenter homicidiū; anteq̄ homicida ꝯfugerit ī vrbē refugij, vr̄ esse persecutio vltoris facta tanq̄ ex incōtinenti: iō magis licita est; in qua aūt magna mora interiecta fuerit, nō licet: sicut patet in percutiente, vel occidēte alterū defendendo se: nā immediate repellēdo vim licet, sed cessante iurgio nō licet, potissimū, qa cā permissionis est ꝑꝑ, ꝓpinquos occisi esse stimulatos dolore ex morte illius, tamē dolor de morte recēti magnus est, q aūt ꝑ magna tpa tenetur, paulisp emollitur: iō non dēret tantū licere post multa tpa, & ventilata cā, sicut a principio licuerat. Nunc autem

Licet vim vi immediate repellere.

aũt nihil horum permittit, qa si aliquis quocunq; alium occiderit, & ventilata cã per sniam absoluat, et si post biduũ ab occisione fiat absolutio, licebit occisori libere ire quocunq; voluerit, & non licet cuiquã eum tangere. Cã aũt pmissionis huius apud iudæos fuit ad duritiem cordis eorum, volebat.n. Deus vitare homicidia, si aũt nõ fuisset data ista lex multa homicidia seqrent, nã iudei erant nimis duri corde, & cũ, quis occidisset aliquem, ppinquum eorũ, et si absolueret p sniam, nõ dubitarent eũ occidere, qa cor eorum erat indomitũ: iõ uoluit Deus grauare magis aliqualiter occisores. s. vt manerent in vrbibus ɔfugii vsque ad mortẽ sacerdotis magni, q̃ homicidiorum pmittere occasionem: cum aũt in illis vrbib. manerent occisores p aliquãta tpa leniebat dolor de morte occisi in ppinqs, & quasi aliqualr obliuiscebant, & tũc posset occisor libere ire quo vellet, & nõ sequeret occasio homicidiorũ: & ob hoc ɔstituebat tps mãsiõis in urbe refugii vsq; ad mortẽ sacerdotis magni, s. qa ĩ hoc tpe leniri poterat dolor ppinquorũ occisi, & iã nõ sequerentur homicidia. Nunc aũt quia homines sunt magis iugo legis assuefacti non permittuntur his hæc, sed mox, vt occisor per sententiam fuerit absolutus, licebit ei vbicunq; voluerit, esse.

An conueniens fuit aliquam immunitatem institui in ueteri testamento. Et ꝙ in omni loco, vel regno bene ordinato sunt loca immunitatis, vel esse debent. ac de hoc, quæ fuerit Augustini sententia. Quæst. IX.

QVAERETVR an fuit conueniens ĩmunitatẽ aliq̃ ĩ veteri testõ ɔcedi, siue vrbib. siue Scũario, siue alicui loco. Rñdendũ, ꝙ stãtibus legib. qbusdã pmissionis datis in ueteri testõ, fuit ɔueniẽs eẽ ĩmunitatẽ, & nõ solũ ɔueniẽs sed et necessariũ ad statũ politicũ, dico aũt necessariũ politice id sine quo politia ñ ɔseruat, vel sine quo sequunt multa, & ĩtolerabilia dãna, sicut erat ĩ politia iudaica, si nõ daret ĩmunitas aliquib. locis. nã pmissũ erat, ꝙ siqs occideret aliũ a casu; ppinquus occisi ɔphẽdẽs occisorẽ añ cãm vẽtilatã posset eũ occidere: et vẽtilata cã si eũ ɔprehẽderet priusq̃ sũmus sacerdos moreret, posset ĩpune illũ occidere. si ergo tpe hoc ñ eẽt aliqs locus ĩmunitatis, ĩ quo posset ɔseruari occisores ĩuoluntarii, veniẽtes ppinqui ipsius occisi interficerẽt inuolũtariũ occisorẽ: nec istud solũ homicidiũ seqbat, sed plurima: nã cũ qs occidisset aliquẽ a casu, & sciret nullũ eẽ locũ refugii vsq; ad mortẽ summi sacerdotis, sed vbicunq; ɔphẽderet occidi posset ĩpune, pararet se ad resistẽdũ aduersariis, vel forte ad patrãdũ plura homicidia ne maneret qsq̃ ei potẽs aduersari, ꝙ maxime deordinabat politiã: necessario ergo fuit vt apud iudeos ɔstituerent aliqua loca ĩmunitatis, vbi sm aliqua tpa gauderet securitate ɔfugiẽtes nec solũ hoc apud iudeos fuit, & nũc est apud Xpm colẽtes, sed et ĩ oĩ politia, vel regno bñ ordinato ẽ, ꝙ cõstituant aliqua loca ĩmunitatis: nã fuit apud Troianos hoc, & apud reliquas gẽtes ab exordio ĩstitutarũ politiarũ, ꝙ tẽpla deorũ eẽnt ĩmunitate gaudẽtia. Vñ ob hoc Aug. 1. de ciui. Dei oñdẽs, ꝙ nõ recte cõquerant Romani de tpib. Xpi, dicit ꝙ ĩ captiõe vrbis Romæ p Alaricũ regẽ Gothorũ magis obseruata ẽ ĩmunitas ecclarũ, q̃ apud Gẽtiles obseruata fuerit ĩmunitas tẽplorũ, ĩducẽs exẽplũ de Græcis pugnãtib. ɔ Troianos, & educẽtib. Troianos cõfugiẽtes ad tẽpla ɖ ipsis tẽplis ad occidẽdũ, & ad captiuãdũ iuxta Virgiliũ. 2. Aeneidos. Si tñ nõ fuisset mos antiqs tẽplorũ eẽ ĩmunitatẽ, nõ fuisset cõquestus, nec argueret Aug. in bello Troiano nõ fuisse obseruatã ĩmũitatẽ tẽplorũ.

A Amplius dato ꝙ non essent tot leges permissionis ɔ occisores, sicut fuerunt datę, tñ conueniens erat, ꝙ essent loca immunitatis aliqua, vt saltem ante uẽtilationem causę posset defendi ibi occisor, ne subito adueniens aduersarius opprimeret interfectorem innocentem.

An fuerit conueniens dari immunitatẽ ecclesiis, & cœmeterijs. Et qui fuerit modus introducendi idolorum culturam. Quæst. X.

QVAERET aliqs an fuit cõueniẽs dari ĩmunitatẽ ecclĩis. Rñdẽdũ ẽ ꝙ ppls xpianorũ nõ debuit hẽre politiã magis deordinatã, quã cęteri ppĺi tã gẽtiliũ, quã Iudęorũ hẽbãt: sed apud

B omnes fuit aliquis locus habens immunitatem, ita vt confugientes illuc saluarentur, & non traherentur ad pęnam: ergo & apud christianos.

Item patet, si non esset locus aliquis immunitatis sequeretur deordinatio, quia plurima homicidia sequerentur: sed ordinata politia cauet omnia hæc, ergo debuit instituere locum immunitatem habentẽ. Antecedens patet, quia cum quis alicui nocuit, & timet, confugit ad locum immunitatis, & qui læsi sunt non possunt procedere de facto, si autem nón esset aliqua immunitas, daretur occasio, quod quilibet se posset vindicare: & quia nemo rectus iudex in causa sua est, qui iniuriam passus est, vellet se vltra modum vindicare, & sic sequerentur multa scandala; iõ de-

C buit esse aliqua ĩmunitas locorum, p quã timentes possent ad tps eẽ securi, saltẽ vsquequo vẽtilaret æqtas cãæ eorũ. Sed tũc stat dubiũ, dato ꝙ inter xpianos debuisset eẽ aliquis loc⁹ hñs immunitatem, an debebat esse ecclesia, uel aliquis alius locus, sicut in veteri testamento non donata est immunitas Sanctuario, sed ciuitatibus nouem. s. sex de quibus hic: & tribus aliis de quibus Deut. 19. cap. Respondendum est, ꝙ fuit conuenientius tribui immunitatem ecclesiis, q̃ aliquibus aliis locis, & patet hoc primo ex reuerentia: nam nos volumus ecclesias nostras, in quibus stupendum admirandæ bonitatis sacramentum eucharistiæ celebrat, facere reuerendas: sed non pt captari maior reuerentia, quam si confugientibus ad eas donet immunitas: ideo conueniens fuit eis donari immunitatem. Patet hoc quia illos veneramur, qui nobis bene-

D ficia præstiterunt iuxta Arist. 5. Eth. sed saluari a morte est maximum beneficium, & istud confertur per immunitatum loca, in quibus aliqualiter, vel simpliciter a morte eripiuntur timentes, & qui nocuerunt: ergo magnam reuerentiam illis exhibebunt, cum se per talia sciant consequi magna bona. Iste fuit modus introducẽdi idolorum culturam: nã. Fulgentius Mithologiarum lib. 1. dicit, ꝙ cum aliquis charum filium morte perdidisset, ut eum, quem in re perdiderat saltem ęquiuoce in imagine retineret, rapti filii simulacrũ sibi finxit: huic seruorum turba honorem impendere cępit, & cum quidam malorum seruorũ sibi conscii domini iram non dubiam expectaret, ad

E illud simulacrum suppliciter procurarent, vbi cum pęnas meritas euasissent cęperunt magna veneratione simulacrum illud dignum ducere. Peruenit autẽ istud malum vsque ad honoris diuini exhibitionem, in quo tanquã in maximo status fuit. Hoc intẽdit Petronius, cum ait: Primus in orbe deos fecit timor. & Mintanor musicus in li. musicæ suæ ait: Deum doloris quem prima compunctio humani generis finxit. Sicut ergo per immunitatem quandam istis simulacris tantus honor, licet præter rationem quæsitus est ita, & ecclesiis nostris data quadam immunitate debuit rationabilis honoris acquirendi dari occasio.

Item non debuit minoris priuilegii,& honoris esſe ecclesia nostra apud nos, quam apud Gentiles fuerāt fana ſua,ſed apud illos gaudebant immunitate tēpla deorum,immo ipſi hostes ſeruabant immunitatem,niſi rariſſime in quibuſdā bellis:ſicut refert beatus Aug.1.de ciui. Dei de bello Græcorum ꝯ Troianos: ergo debuit ecclesia nostra gaudere immunitate.Sed aliquis arguet,ꝙ Sanctuarium Dei veri in veteri testamento non gaudebat immunitate, ut ſupra inductum eſt,ergo nec debuit gaudere eccleſia.

Reſpondendum eſt, ꝙ non gaudebat Sanctuariū immunitate, quia fuit data iſta immunitas vrbib. ſex & deinde aliis tribus:hoc non quidem,ꝙ indignum eſſet Sanctuarium immunitate, vel ꝙ eſſet dedecus Sanctuario immunitate gaudere,ſed quia ſequebantur aliqua inconuenientia aſſignata immunitate in Sanctuario,& non in vrbibus, & iſta inconuenientia s̄.poſita ſunt.ſed non ſequuntur data immunitate in eccleſiis, vt ibi declaratum eſt, ergo decuit dari immunitatem eccleſiis nostris.

An decens fuerit tantam dari eccleſiis noſtris immunitatem, quanta data eſt.Et ꝙ nullus caſus eſt in quo quis non gaudeat immunitate eccleſiarum contra aduerſarium. Quæſt. XI.

Qvaeret aliquis, an decuit dari tantam īmunitatem eccleſiis nostris, quanta data eſt. Dico autem quātitatē, vel magnitudinē eccl̃aſticę īmunitatis eſſe dupl̃r,primo quantum ad multiplicitatem rerum, vel negociorū, in quibus gaudet eccleſia immunitate.ſ.pro homicidio,vel percuſſione, aut quocunque damno infecto, quis confugiens ad eccleſiam non poſſit inde extrahi ad pęnam,niſi in certis caſibus,de quibus extra de immunitate eccleſiarum.Secundum in quo attenditur eccleſiaſticæ immunitatis magnitudo, eſt quantum ad perſonas, ꝯ quas aliquis gaudet immunitate. ſ.ſi quis fecerit aliquid de prędictis confugiens ad eccleſiam non poterit inde extrahi ab aduerſario, nec intra percuti,aut quomodocunque puniri. Etiam ꝙ non licebit iudici eum inde educere ad pęnam, uel ad cuſtodiam ante cauſæ ventilationem.

His datis, ſtat quæſtio ſcilicet an conueniens fuit eccleſiaſticam immunitatem ita magnam eſſe.

Reſpondetur,ꝙ quantum ad primum conueniēs fuit magnam eſſe immunitatem eccleſiaſticam.ſ.ꝙ in omnibus caſibus, in quibus nunc eccleſia gaudet immunitate, gauderet: ideo fuit quaſi neceſſarium hoc ad conuenientem ſtatum politicum. Nam ſi hoc non daretur ſequerentur multa homicidia, utpote ſiquis confugiens ad eccleſiam propter homicidium gauderet immunitate,& tamē ſi confugiēs ꝓpter adulterium,uel propter aliam cauſam non gauderet,ſequerētur multa homicidia: utpote ſi aliquis infamatus ab alio,vel quomodolibet læſus, aut eum ſuſpectum habens de adulterio cum vxore ſua proſequeretur ad mortem illum, & confugiens ad eccleſiam non tutaretur,daretur locus aduerſario,ut occideret eum forte,qui innocens erat,vel ſaltem,qui ſic mori non deberet,iō conueniens fuit, ut ſaltem vſq; ad ventilationem cauſæ gauderet cōfugiens immunitate locorum.

In quo duo bona ſequebātur.Primum,ꝙ non occideretur ille,qui innocens erat,vel forte,qui per ſententiam,ventilata cā,non deberet damnari ad morrē Secundum, quia ſi permitteretur aduerſario agere ꝯ aduerſarium nulla data locorum immunitate, forte in defenſione ſequeretur plurium mors, & hoc proueniret ex inordinatione politię. fuit ergo cōue-
F niens,immo uero neceſſarium ad bonum ſtatum politiæ,ꝙ aſſignaret̄ aliqua locorum immunitas, ſ.altē vſq; ad cāę cognitionem ꝑꝑ pacem publicā, & hoc in omnibus,in quibus eſſet timor pęnę: quia ſi aliqs ſit in quo non ſit immunitas ſequentur inconueniētia.s̄.aſſignata.Quamquam in hoc conſiderandū eſt, ꝙ gaudet aliquis immunitate eccleſiaſtica ꝯ aduerſarium,& ꝯ iudicem.De aduerſario eſt regula, ꝙ null⁹ caſus eſt,in quo non gaudeat quis immunitate contra aduerſarium,quia nulla crimina ſunt quantuncūque magna,& notoria,in quibus poſſit aliquis offenſus aduerſarium ſuum de eccleſia educere ad pœnā vel ad cuſtodiam,ne fugiat, vel quomodolibet: nec poterit eū in eccleſia punire, ēt ſi per inſidias occide-
G rit aliquem,vel ſit publicus latro,vel nocturnus depopulator agrorum,qui ſunt quidam de caſibus, in qb⁹ dr̄ qs non gaudere immunitate eccleſiaſtica:ſed hoc verum eſt ꝯ iudicem, ſed ꝯ aduerſarium in omni caſu gaudet confugiens immunitate.De iudice autem dicendum,ꝙ confugientes ad eccleſiam gaudent immunitate ꝯ iudices,ita ꝙ nō poſſint eos inde extrahere iudices ad pęnam,vel cuſtodiam, vel cāę uētilationem,& hoc eſt generale in oībus caſibus: fallit autē in paucis, de quibus extra de immunitate eccleſiarū per totum.Si aūt quæratur quantum ad ſ̃m. ſ.an fuit conueniens gaudere confugientes ad eccleſiam tanta immunitate.ſ.contra aduerſarios,& cōtra iudices.

Reſpondendum eſt, ꝙ neceſſarium eſt ad ſtatum conuenientem politiæ,ꝙ confugientes gauderent ī-
H munitate ꝯ aduerſarios:nam ſi liceret aduerſarios occidere, uel percutere aduerſarios intra eccleſias, uel educere eos inde ad pęnam, ſequerent̄ oīa inconuenientia.s̄.pōſita.ſ.ꝙ multi innocentes occiderentur, vel qui nocentes eſſent aliquantulum vltra modum paterentur.Etiam ex defenſione,& mutua ꝯflictatione ſequerentur plurimæ mortes, ꝙ fieret per abuſū politię: & non ſolum debuit eſſe immunitas ꝯ aduerſarios,in quibuſdam caſibus,ſed ſimpliciter,ita ꝙ nō eſſet aliquis caſus, in quo non gauderet immunitate confugiens:alioquin quātum ad illum caſum ſequerentur omnia inconueniētia.s̄.aſſignata: & hoc fuit conueniens,& ſtatuebat̄ per hoc iuriſdictio, & exe-
I cutio legum:nam ſi non eſſet locus aliquis immunitatis,daretur occaſio cuicunq; læſo, ſe vlciſcendi, & non haberet iudex,quid hic diffiniret. Cum uero aliquis mala faciens timens cōfugit ad immunitatis loca,eripitur pro tunc de manibus aduerſarii,& manet diſcuſſionis tempus, vt ſi reus ſit iudicialiter puniri poſſit,& quantum ad hoc cuilibet politiæ fuit conueniens aliquis locus immunitatis,& iſta immunitas etiam fuit in ueteri teſtamento. ſ. ꝙ non liceret alicui perſequi aduerſarium ſuum occiſorem intra vrbem refugii,nec quemquam lędere,& tamē licebat ei extra urbem illam occidere ipſum, ut patet Nume.35. & Deut.19.& hic.Erat tamen minor immunitas illa quia non extendebatur ad omnes caſus,ſicut immunitas eccleſiaſtica, ſed ſolum ad occiſores inuolun-
K tarios.

An fuit conueniens eccleſias gaudere immunitate in confugiētibus tam quātum ad aduerſarios,quam contra iudices. Quæſt. XII.

Qvantvm ad aliam particulam dubitatur ſcilicet an conueniens fuerit eſſe aliquam immunitatem eccleſiaſticam contra iudicem.ſ. ꝙ iudex non poſſit educere reum de eccleſia ad occidendum, vel ad cauſæ cognitionem, uel ad cuſtodiam,ne effugiat dum ventilatur cauſa.

Reſpondendum eſt,ꝙ non poteſt hic totaliter dici ſicut

ei sicut in superioribus: nam esse aliquem locum immunitatis erat necessarium, non quidem propter locorum reuerentiam introducendam, sed ad statũ politiæ conuenientem seruandum: nam ablata omni immunitate multa iniusta homicidia sequerentur vt sup. inductum est.

Quod autem iudici non liceat reos de ecclesia educere non est necessarium ad statum politię, quia forte non melius per hoc reguntur politiæ, sed si decerit propter priuilegium locorum, & nõ propter bonum politicum: nam erat satis rationabilis modus ĩmunitatis, ꝙ rei, vel quicunq; timentes gauderent ĩmunitate in ecclesiis totaliter quantum ad aduersarios, ita vt inde eos educere non possent, nec interius nocere, quia sequebantur inconuenientia. s. assignata ꝙ tamen liceret iudici educere reos de ecclesia ad mortem, si notorii rei forent, vel educere eos ad custodiam ne effugiant, & crimina ĩpunita remaneant, vel ad cãæ ventilationem, hoc non erat ꝯ statum politicum, quin potius iuuabatur magis, quia concessa immunitate ꝯ aduersarios, auferebatur occasio multorum homicidiorum iniustorum, & permisso iudici educere reos de ecclesia, non manerent crimina ĩpunita sicut nunc plurima manent: immo plurima crimina sub spe ecclesiasticę immunitatis peragunt aliqui enim ordinum immunitate gaudentes, alii vero immunitate locorum horrenda facinora peragũt vnde in lege veteri ista sola immunitas concessa est s. ꝯ solum aduersarium, & ante causę cognitionem. Contra iudicem aũt nulla immunitas erat, sed siquis confugisset ad vrbes refugii petente aduersario cãm ventilari, iudices ciuitatis illius remittebant occisorẽ ad locum, in quo patratum erat homicidium, qui si absolueretur, reducebatur per sententiam ad vrbem refugii mansurus ibi vsq; ad mortem summi sacerdotis, si autem reus esset, tradebatur in manus aduersarii, vt occideret eum. Et satis erat rationabilis ista immunitas tollens vtraque inconuenientia, & multum adiuuãs politicum statum. Nec tamen hoc dico, ut detraham, vel lacerem ecclesiasticam libertatem: satis enim fuit rationabile maiorem esse immunitatẽ ecclesiarum nostrarum, quam ciuitatum in ueteri testamento, quia perfectior est status ecclesiæ nostræ, quam ueteris testamenti.

Etiam in ministris ecclesiæ hoc factum est: nã ministri Sanctuarii in ueteri testamento non gaudebãt aliqua immunitate ordinum, sicut nunc gaudent ecclesiastici ministri: nam idem erat forus sacerdotum & laicorum, & eędem pęnę atque idem iudex, vt declaratum fuit Numeri vndecimo capitulo.

D In nouo autem testamento fuerunt distinctæ iurisdictiones, ita ut non iudicentur clerici a laicis, quãquam bene econtrario. Data fuit ergo ecclesiæ immunitas, ut non solum aduersario nihil liceat cõtra confugientem ad ecclesiam, sed etiam nihil liceat iudici educendo aut intra puniendo, & hoc solum factum est in fauorem ecclesiarum, ut magis sic honorabiles sint, & licet interdum prætextu immunitatis huius remaneant quędam crimina impunita: tamẽ

E iudicauit ecclesia melius esse, ꝙ honoraretur in fauorem fidei tribuendo ei hanc immunitatem. s. ꝙ magis bonum sit ecclesiam hanc possidere immunitatẽ quibusdam criminibus elapsis impunitis, quam puniendo crimina omnium confugientium ad ecclesiam nullam ecclesię immunitatem cõcessisse, quia tñ uidebatur magnum scandalum si in omnibus criminibus immunitas ecclesiastica proficeret, cum q̃dam crimina valde horrenda sint, & multum nocentia politię, statutum est, ut in illis non proficeret ad ecclesias confugisse, sicut in occidẽtibus per insidias:

A & publicis latronibus, & nocturnis depopulatoribus agrorum, vt extra de immunitate ecclesiarum per totum.

An decens in veteri testamento fuit tributam esse tantam immunitatem vrbibus, sicut nunc ecclesiæ. Et ꝙ in veteri testamento solum immunitas extendebatur contra aduersarios, non contra iudices.

Quæst. XIII.

QVAERET aliquis, an fuit conueniens in veteri testamento fuisse tributam tantã immunitatem urbibus istis, sicut nunc ecclesiæ tribuitur, & hoc siue ex parte casuum, in quibus gaudent confugientes immunitate,

B vel ex parte personarum, contra quas quis gaudet, vt sup. declaratum est.

Et pro hoc est præsupponendum, ꝙ vrbes istæ nõ gaudebant tanta immunitate sicut nunc ecclesiæ nostræ, & quia ecclesiasticæ immunitatis magnitudo apparet in duobus. s. in negociis, in quibus extenditur & in personis, contra quas delinquitur, in eisdem cognosci potest differẽtia immunitatis veteris testamẽti. Quantum ad primum ecclesiastica extenditur ad omnem casum prærerquam ad ualde paucos speciales. s. in occisoribus, & quibuscunque damnificatoribus, & generaliter omnes, qui aliquid timent, si confugiant gaudent immunitate: in vrbibus autem istis in veteri testamento solum gaudebant immunitate occisores, & isti non omnes, sed solum inuoluntarii

C occisores, ut patet Num. 35. & Deut. 19. & hic.

Item erat secundum demonstrans magnitudinẽ immunitatis ecclesiasticę secundum personas, contra quas confugiens gaudet. s. contra aduersarios, & contra iudices, quia non licet aduersario tangere cõfugientem ad ecclesiam. Iudicibus etiam non licet educere inde reos, nisi in paucis casibus.

In ueteri testõ erat eꝯrio, quia solum immunitas extendebat ꝯ aduersarios. s. ꝙ non liceret aduersario occidere confugientem ad vrbem refugii, nec educere illum de vrbe, & licebat extra vbicunq; occidere. ꝯ iudicem tñ non erat hæc immunitas, quia poterat educere de vrbibus illis ad uentilandum cãm, & postea tradebat confugientem in manus aduersarii ad occidendum si reus inueniretur Num. 35. c.

Nunc his datis stat qõ. s. an conueniens fuerit in veteri testamento dari tantam immunitatem sicut est nunc immunitas ecclesiarum.

Et dicet aliquis ꝙ sic, quia sicut nunc datur ecclesiæ immunitas in fauorem eius, & ad honorem, ita poterat dari in veteri testamento.

Respondendũ est non stare, pro quo ꝯsiderandũ, est ꝙ dari immunitatem, quæ est contra aduersarios sicut fuit data in veteri testamento, erat valde conueniens statui politico, vt declaratum est supra: dari autem immunitatem contra iudices, ne possint aliquos de locis sacris educere non est directe ad vtilitatem politicam, sed magis facit quædam crimina manere impunita: in fauorem tamen locorum quorundam conceduntur talia: sic enim fit in ecclesia ad fauorem fidei, ut locus, in quo conueniunt fideles ad doctrinam fidei, & in quo excellentia tractantur sacramenta gaudeat tanta immunitate: vt sic multum honoretur. Sic quoque in ministris ecclesiæ fauore ordinis ĩtroductũ fuit, ut nõ subiacerent foro sęculari.

Quamquam ad vtilitatem politicam interdum melius foret eos sęcularibus pęnis fore subiectos, sed dignitas ordinis, & ministerii ecclesiastici præponderauit. In ueteri autem testamento nihil tale erat, quia immunitas non fuit data Sanctuario,

sicut nunc data est ecclesijs, sed data fuit urbibus sex, ut patet hic, & in his non erat aliqua ratio fauoris, quę præponderaret, ut honorarentur ipsę ciuitates sicut factum fuit in ecclesia, ut sic fieret aliqualiter ꝯ vtilitatem politicam.

Item dato, quod ista immunitas concederetur Sanctuario nō fuisset rō ęqualitatis in imunitate ad eccłasticā imunitatē, qa sicut se habebāt ministi Scūarii, in veteri testamento ad ministros Ecclesiarum in nouo testamento, ita se debuit habere Sanctuarium ipsum ad Ecclesias nostras: sed ministri noui testamenti non subiiciuntur legibus sęcularibus, nec patiūtur pro criminibus pęnas sęculares, nec quouismodo iudicātur a iudicibus sæcularibus: ministri aūt veteris testamenti subiiciebantur sæcularibus iudiciis, quia non erat diuersitas iurisdictionum, sed eędem penitus leges forales vtrorumque erant, vt declaratum est Num. 11. ca. ideo sic esset differentia inter Sanctuarium noui testamenti, & veteris scilicet, ꝙ non gauderent ęquali immunitate.

Item non conueniebat dari tantam immunitatem ciuitatibus his in veteri testamento, sicut nunc est immunitas Ecclesiastica: & hoc ex parte ipsorum iudęorum.

Et hoc dupliciter. s. ex parte iudæorum confugientium ad vrbes refugii, & ex parte aduersariorum.

Primo ex parte confugientium patet, quia iudęi erant duri corde, & indomiti lege, quibus si daretur magna locorum immunitas præberetur occasio ad q̄dam facinora, quę alias non auderent, cum possent euadere impuniti, ꝙ alias non contingebat, quia qui ꝯfugiebat ad urbes refugii si peteret aduersari⁹ cām vētilari iudices educebant de vrbe illa occisorem compellentes eum in iure comparere, & ibi disceptabatur si autem reperiretur reus occidebatur.

Si autem vrbes istæ haberent ecclesiasticam immunitatem confugientes ad illas non possent educi, ut discuteretur cā iudicialiter, si incognitus esset euētus cāæ, nec possent educi ad pęnam, si esset notorium delictum, ideo posent multa crimina impunita elabi, & his, qui erant duri corde daretur occasio ad maiora.

Secundo non conueniebat ex parte aduersariorū, quia ipsi etiam erant duri corde, & potissime cum essent dolore stimulati, ideo si daretur tanta ibi immunitas, sicut nunc in ecclesia, uidentes aduersarii, ꝙ non possent vindictam habere de hoste suo, effringerent priuilegium immunitatis vrbium, vnde nōn possent prę duricia cordis hanc legem tolerare. Vnde quædā leges non bonę datæ sunt eis ad duriciam cordis eorū vt patet Mat. 19. c. idest ꝙ præ duricia cordis non potuissent tolerare leges bonas, ideo leges non bonæ datæ sunt, & pp hoc ꝯcessum est, ꝙ possent iudæi vlcisci manu sua de occisoribus propinquorum suorum, si eos comprehenderent extra vrbes refugii, & non solum quando manifeste erant rei homicidii, sed quando dubium erat, & tñ lex euangelica hoc non permisit, immo nulla lex ordinatarum politiarum.

Quod patet in lege Romanorum, & in legib. omnium politiarum, quæ nunc sunt, & aliarum politiarū quæ erant ante aduentum Christi. non enim permittebant quemquam vindictam capere nisi rarissime, sicut si quis inueniret aliquē cum vxore, filia, aut matre turpiter agentem, & in similibus.

Item videbatur magis hoc iniustum ad duriciem cordis iudæorum, quia postquam uentilata erat causa, & absoluebatur aliquis ab impetitione accusatoris adhuc relegabatur nullum crimen habens, & manebat in vrbe ad quam confugerat, & si ante mortem summi sacerdotis egrederetur muros eius poterat impune occidi, ꝙ nulla lex humana vnquam fecit: sed

F Deus ad duriciem cordis iudæorum hoc concessit: Non decuit ergo tantam immunitatem esse in testamento ueteri sicut in nouo.

In nouo autem quamquam sit ista magna immunitas, non sequuntur tot inconuenientia, quia sunt homines assueti legi, & ob hoc lex euāgelica perfectior data est.

Cum in vtroque testamento, & qualibet policia requiratur aliqua immunitas, in quo erat magis necessaria, in nouo an in veteri. Et quem modum habere debebat occisor confugiens ad aliquam vrbem refugij. Quæst. XIIII.

G QVAERET nunc aliquis, cum in vtroque testamento nouo, & ueteri, & generaliter in qualibet recta politia exigatur aliquis locus immunitatis, in quo exigebatur magis esse immunitatem in nouo an in ueteri.

Respondendum est, quod in ueteri testamento erant magis necessaria loca immunitatis.

Et primo si presupponantur quędam leges, q̄ sunt in ueteri testamento de occisoribus scilicet, ꝙ propinqui ipsius occisi possent occidere interfectorem cum apprehenderent eum ante uentilationem causæ, & post uentilationem etiam usque ad mortem summi sacerdotis, ut patet Numeri 35. si ergo nō esset locus aliquis, in quem confugere possent, & euadere occisores his temporibus, sequeretur, ꝙ possent multa

H homicida causari impune, & tamen essent iniusta, in nouo autem testamento non erat sic, quia non permittitur etiam secundum leges humanas, quæ nunc sunt, ꝙ aliquis occidat eum qui occidit propinquum suum: si hoc sit postquam cessauit iurgium, potissime postquam diffinitum est negocium, quia si absolutus sit occisor, non erit amplius cōtra ipsum aliqua actio ad pęnam, nec poterit aduersarius eum quouismodo impune lędere: ideo licet nunc sit necessaria immunitas ad bonum statum politicum, ut sup. declaratū est. tamen non est ita necessaria, sicut in statu veteris testamenti, quia ibi maius periculum erat ablata immunitate.

I Item apparet hoc ex conditione subditorum temporis illius, & huius, quia tunc erant iudæi, qui erant corde indomiti, & duri ad subiiciendum legi, ideo si imponeretur eis dura non possent eam tolerare, quia ipsi erant duri corde, ut declaratum est supra scilicet, quod ad duriciem cordis eorum quædam leges datæ sunt in permittendo: nunc autem non sunt ita subditi indomiti, quia sunt magis assuefacti ad legem: ideo non est ita periculosum, etiam si tolleretur immunitas: nam immunitas ob hoc principaliter necessaria est, ut non sequantur iniusta homicidia aduersariis uolentibus ad inuicem pugnare pro expetenda vindicta sed ista expetitio magis sequitur quādo homines magis sunt proni ad ultionem propter cordis duriciem: sed iudęi erant durissimi corde, ergo periculosius erat

K in eis non esse immunitatem, quam in nouo testamē to vbi magis sunt homines assueti iugo legis, & consequenter magis necessaria erat in eis, quam in nobis.

Et confugiat ad eas quicunque percusserit animam nescius.

Idest occisor inuoluntarius: nam voluntarii occisores non gaudebant hac immunitate, quod intelligendum est simpliciter: tamen quantum ad aliquid gaudebant immunitate omnes, qui confugissent ad vrbes illas scilicet siue uoluntarii, siue inuoluntarii, dū tamen non cōfiterent se spōtaneum patrauisse homicidiū, qa tunc nō daret eis locus habitādi in vrbe refugii, & manebant in urbe hac quousque peteret aduersarius vētilari cām, qa tūc remittebat occisor ad locū,

in quo

in quo patratum extiterat homicidium secundum distinctiones .s. factas. A

Et possit euadere iram proximi, qui vltor est sanguinis. Proximus accipit hic respectu occisi, & nō respectu occisoris scilicet, ꝙ proximus idest propinquus in sanguine respectu occisi persequeretur occisorem, quia cuilibet propinquo occisi competebat vltio sanguinis tā accusando occisorem, q̃ manu sua expetendo vltionē & dr̄ ꝙ possit euadere iram proximi.s. qui vult vlcisci sanguinem occisi, siue ante vētilationē cāæ, siue post vsq; ad mortem summi sacerdotis. Nam proximus defuncti poterat persequi occisorem, & si apprehēderet eum extra vrbem refugii occidebat ante vētilationem cāæ: ēt si post ventilationem cāæ absolueret̄ occisor, poterat propinquus occisi illum interficere si inueniret extra urbē refugii dum viueret sacerdos magnus. B Toto aūt hoc tpe euadebat iram proximi defūcti occisor stans in vrbe refugii: extra illam aūt si maneret non posset euadere. *Cum ad vnam harum confugerit ciuitatum.* i. ad vnam harum sex ciuitatum, q̃ hic statuunt̄, quia oēs gaudebant ęquali immunitate, vel si confugeret ad vnam de ciuitatibus tribus, q̃ constituēdæ erant postea, de quibus Deut. 19. c. *Stabitq; ante portam ciuitatis.* Hic ponit̄ modus quem habere debebat occisor confugiens ad vrbem aliquam refugii. s. ꝙ veniebat ad iudices vrbis illius, & dicebat, ꝙ ipse occiderat hoīem casu, super quo erat innocens, iō ꝙ assignarent ei locum manendi in vrbe, & darent ei immunitatem, ne cui liceret in eum, q̄d attentare: ipsi tunc ex lege compellebātur ei dare immunitatem, & dabant locum, ut habitare posset in vrbe. C Non est tñ intelligēdum, ꝙ anteq̃ faceret ista coram iudicibus nō gauderet immunitate vrbis, q̄a si proximus occisi persequeret̄ quasi e uestigio occisorem, non gauderet immunitate priusquam ista faceret, & posset interficere ipsum occisorem intra vrbem refugii: quia nō poterāt istę cæremonię iudiciales ita velociter fieri, occidi tñ posset velociter ipse interfector: iō dicendum, ꝙ cum intraret interfector męnia vrbis refugij gaudebat immunitate, nec licebat aduersario quidquam in eū, q̄a alias nihil fere proficeret vrbis immunitas. sed ista solēnitas iudicialis fiebat ad hoc, ꝙ iudices urbis refugii iudicarent, & edicerent istum confugientem gaudere priuilegio immunitatis, & ꝙ nemini aduersus eū, quidquam liceret. Etiam quia post istam petitionem tenebantur iudices assignare ei locum habitandi ī urbe, D prius aū t non, quia non cognoscebant ad q̄d venisset, & dr̄ ꝙ stabit an portam ciuitatis. i. ante iudices, q̄ erant in portis ciuitatum, quia iste erat locus publicissimus, in quo iudices sedebant ad iudicandum, vt oībus transeuntibus iura redderent. *Et loquetur senioribus vrbis.* Non oportebat congregari seniores totius vrbis ad audiēdum cām huius occisoris, sed soli iudices in hoc debebāt attendere. Vocant̄ aūt hic seniores ipsi iudices q̄a iudices debebant esse de senioribus, cum requiratur prudentia magna in iudicibus, in iuuenib[9] aūt est pauca cum exigat magnam experientiam, quę tpe indiget, de quo Arist Eth. li. 6.

Ea quæ se comprobent innocentem. Ex hoc aliquis intelliget, E ꝙ qui confugiebat ad urbem refugii debebat ꝓbare se innocentem esse ī patrata sanguinis effusione alias non reciperetur in vrbe, nec assignaretur ei loc[9] ad manendum. Sed falsum est, quia tunc oportebat, ꝙ occisor adduceret testes, & ꝙ vocaretur propinqu[9] ipsius, si uellet forte aliquid obiicere ꝯ occisorem. Sed non stat, quia non tenebatur quidquā horum facere occisor: ergo non debebat se probare innocentē occisor corā iudicibus vrbis refugii. Item si ibi occisor se probaret innocentem ibi ventilaret̄ cā homicidii. s. an reus esset, uel non occisor iste: sed falsum est. Patet añs quia probare se innocentē erat perfecte ventilari cām nā tunc nihil agendum restabat, nisi vt absolueret̄. Q̄d aūt non ventilaret̄ cā coram istis iudicibus vrbis refugij patet, quia remittebatur occisor ad vrbem in cui[9] territorio patratum fuerat homicidium, ut ibi ventilaretur cā: si autem reperiebatur innocens, reducebatur per sententiam ad vrbem, ad quam confugerat, ut patet Nu. 35. si tñ in ipsamet vrbe refugii ventilaret̄ causa non posset remitti post determinationem cāæ ad vrbem confugii, quia in ea esset, ergo necesse est ꝙ extra vrbem illam determinaret̄ hoc: nō ergo est sensus ꝙ probaret se innocētem coram senioribus vrbis, sed solum ꝙ proferret verba, quæ demonstrarent eum esse innocentem. s. ꝙ si verba illa vera essent hō ille eēt innocens: probatio tñ horum non debebat ibi fieri, sed postea coram iudicib. vrbis, ī cuius territorio fuit patratum homicidium si peteret hoc aduersarius. Vñ solum dēbat dicere iste confugiens, ꝙ occidisset illū hoīem a casu. s. ꝙ non attendens fecisset, & ꝙ nō erat hostis illius, vt si ambo iuissent pacifice ad scindendū ligna ī syluam, & ferrum securis lapsum de manubrio percussit alterum, atq; mortuus est, ut patet Deut. 19. quia tunc non iudicatur ꝯ occisorem. ista verba ꝓbabant eum esse innocentem. i. ꝓbabant eum esse innocētem, si vera essent. Et patet iste sensus, q̄a non dr̄ in litera comprobet se innocentē, sed dicat ea, quę se cōprobent innocentem, & patet magis ex lr̄a Hebraica q̄ habet. *Loquetur in auribus seniorum verba sua.* i. dicet ea, q̄ intendit. s. ꝙ ipse occidit hoīem a casu, & ꝙ cōfugit ad eos, vt esset ibi securus: & ad idē vtraq; lr̄a pertinet. Si aūt aliquis occisor per insidias aut alias spontanee confugeret ad ciuitatem illam, & diceret se occidisse hoīem a casu ēt recipiebat̄ ī vrbe, & dabat̄ ei locus manendi, nec poterat quisquam nocere illi, donec ventilaret̄ cā illa. Cū aūt aduersarius eius īpeteret eum coram iudicibus ciuitatis confugii deuoluebat̄ cā ad iudices illius terræ, in qua patratum fuerat homicidium & ibi iudicabat̄, ut patet Nu. 35. c. *Sic suscipient eum.* i. cū ꝓmiserit uerba sua coram eis petens immunitatem recipient eum, prius aūt non. Nō tñ est sensus, ꝙ prius prohiberent eum introire vrbem, quia neminem vetabant, sed intelligit̄, ꝙ non tenebant̄ seniores vrbis accipere istum tanquam fugitiuū, & assignare ei locum priusquam exponeret cām aduentus, quia nescirēt ipsi quid peteret. *Et dabunt ei locum ad habitandum.* i. ꝑmittent eum hītare in vrbe. s. non excludent eum de vrbe vt aduersarius suus possit eum extra urbem inuenire, & īpune occidere. Ra. Dauid Kimhi, & alij hebręi dicunt, quod tenebantur seniores vrbis tradere ei locū ad habitandum idest domum pro toto tempore, quo ibi mansurus foret nullo dato precio.

Sed hoc non patet ex litera, nec apparet causa, quare hoc fieret, sed est sensus, quod darent ei locum idest permitterent habitare, quia forte, possent ei dicere nolumus, quod habites in urbe nostra, & quia sic esset fraus, & daretur occasio mortis istius, coguntur iudices vrbis dare ei locum in ciuitate refugij.

Cumque vltor sanguinis eum fuerit persecutus. Quilibet propinquus occisi vocatur vltor sanguinis, quia illi dabatur vltionis expetitio, siue iudicialiter, siue iure proprio, si comprehendere posset occisorem extra locū refugij: hic autem solum accipitur ultor pro vltiōne, quæ fit gladio scilicet, quia persequebatur occisorem vsque in ciuitatem refugij ad occidendum eum.

Non tradent in manus eius. Idest vltor sanguinis peteret hunc ad occidendum obiiciens, quod spontē, & hostiliter hominem occiderit: tamen senes urbis non debebāt ob hoc tradere ī man[9] vltoris, nec poterāt ipsi cognoscere de cā recipiētes ꝓbationes ad examinationē facti, sed remittebāt quē tenebāt ad iudices territorij,

ritorii,vbi res acta eſt,vt colligiẽ Nu.35. ca. & dr̃ φ iſti non tradebant in manus eius, quia ſi in aliqua alia vrbe eſſet,tenerenẽ ciues vrbis illius tradere occiſorem in manũ vltoris, & poterat vltor in ciuitate illa ĩpune occidere ipſum interfectorẽ.Itẽ ẽt ſi confugiſſet occiſor ad iudices non tenebaẽ ſecure, ẽt ſi ſe poneret in carcere publico:nunc aũt quicunq; reus ſubiiciens ſe carceri publico eſt tutus ab aduerſario vſq; ad cãę examinationem:ibi aũt nequaquam, ſed oportebat confugere in vrbem aliquam fugitiuorum,nam ſi gauderet quis immunitate fugiens ad carcerem publicum vſq; ad examinatam cãm nõ oportebat poni vrbes refugii,ꝗa vrbes iſtę ſolum ponebantur pro illis, qui inuoluntarie occidiſſent aliquos,& ob hoc eſſent innocentes,vt patet hic, & nihilominus iſti educebanẽ de vrbibus his ad petitionem aduerſarii ad ventilandam cãm.ergo ſi poſſent ſecuri manere in carcere publico donec examinareẽ cã,nõ erat neceſſe poni loca aliqua ĩmunitatis:iõ dicendũ,φ cũ aliquis hmõi occidiſſet aliũ,vltor ſanguinis poterat illũ occidere vbicũq; reperiret ẽt ſit coram iudice,vel in carcere ẽt ſi de mandato iudicis ibi repoſitus eſſet cuſtodiendus, ſed neceſſe erat,vt iſte confugeret ad vrbes fugitiuorũ, & ibi maneret quouſq; inde educereẽ ad ventilationem cãę,& cũ ventilareẽ gaudebat immunitate vbicunq; eſſet,ꝗa aliter non erant exhibituri iudices vrbis refugii hunc occiſorem. Finita examinatione ſi reperireẽ reus mortis,tradebaẽ in manus vltoris ex decreto iudicis nõ reꝗſito aliquo aſſenſu,vel auctoritate iudicum vrbis refugii,ſi aũt innocens foret illuc reducebaẽ per ſnĩam. *Quia ignorans percuſſit proximum eius.* i. ꝓximum vltoris. ſ.iſte,ꝗ occiſus eſt,erat proximus vltoris ſanguinis.i.ꝓpinquus conſanguinitate,& iſte occiſor interfecit ꝓximum.i.cognatum vltoris neſciens.i.caſu.ſ.per ignorantiam.Et iſta eſt cã quare non tradiẽ in manus illius quia ſi occidiſſet ſponte traderetur in manus illius.vñ ſi confitereẽ occiſor in vrbe refugii occidiſſe voluntarie illum,de quo accuſabaẽ, non poterat gaudere immunitate,ſed tenebanẽ iudices ciuitatis illius tradere occiſorem in manus vltoris ſanguinis, ſicut ĩ qualibet alia ciuitate tenerentur ciues tradere hmõi occiſorẽ, quia iam non hẽbat aliquam ĩmunitatẽ vrbis quantũ ad hoc,ſi tñ ꝓclamaret vltor, φ occidiſſet per inſidias vel alias ſpontanee iſte proximum illius,ſi occiſor negaret,non tenebanẽ tradere illi occiſorẽ ẽt ſi veriſimilia ſigna ꝑberet,immo ſi pollicereẽ ſe hr̃e probatiões huius in promptu, non reciperẽt eas iudices vrbis refugii,ꝗa non pertinebat ad eos ſuper hoc iudicare,ſed cum petereẽ ad examinãdã cãm tradebãt eũ ſub certa cuſtodia.ſ.ne poſſet ei vlla infligi moleſtia. *Nec ante biduum,triduumve eius probatur inimicus.* Iſta eſt probatio ſuperioris,& ꝗdam circunſtantia ad iuſtificandũ cãm occiſoris.ſ.φ non fuerit inimicus occiſi ante biduum uel triduum. Hoc refereẽ ad caſum, in quo aliquis occidit alium,& non patet plene an caſu,ſed arguiẽ ex cõiecturis. Pro quo ſciendum, φ ſi aliqui adeſſent teſtes rei non erat locus coniecturis, ſed luce clarius probareẽ veritas rei, & ex hoc conuincereẽ, aut abſolueret occiſor,ſi autem nõ eſſent aliꝗ pñtes,erat ſolum probatio ex coniecturis,& in iſto caſu intelligiẽ hic: nam caſuale homicidium dr̃,qñ occiſor non habuit aĩum occidendi,nec vulnerandi:ſi.n.aliqs habuit aĩum vulnerandi,& vulnerauit,& ſecuta eſt mors,reus eſt.ſi aũt ad neutrũ fuit voluntarius,eſt homicidiũ pure inuoluntarium per ignorantiam,& caſuale, iõ probatio cõſiſtit in inferendo aĩum nocendi,uel nõ, & hoc præſumitur ex ꝑteritis.ſi. n.aliqui duo erãt prius inimici ita φ adhuc durabat inimicitia, vel per paucos dies ante viſi ſunt inimicari, ẽt ſi non cõſtet fuiſſe occiſionem voluntariam,arguiẽ fuiſſe ſpontaneã.Velut ſi duo ho-

De pſumptionibus, circa homicidia.

F mines in domo vna ſoli erant,& erant inimici,alterq; eorũ occiſus reperiatur,ꝯ alium eſt pſumptio,φ eum occiderit:potiſſime,quia hic non intendit an quis alterum occiderit,ꝗa hoc ipſe occiſor verbo confitetur aut in fuga ſua prodit, ſed inquiritur an voluntarie id egerit, vel caſu,& tunc ſi erãt inimicitiæ ex paucis diebus,arguebatur φ egiſſet uoluntarie, & iſtã pſumptionem arbitratur ius ſufficientem ad inducẽdum volũtarium,cum ipſe occiſor confiteẽ factum, & refertur hoc ad caſum, quia hr̃ Deut.19.quia verba illius ponũtur hic. ſ.duo, qui a multis diebus nullas inter ſe gerebant inimicitias, & pacifice ſoli iuerunt ad ſyluam ad ſcindenda ligna,lapſumq; ferrum ſecuris vnius de manubrio percuſſit alterum,& mortuus eſt:non pſumit
G φ uoluntarie occiderit,iõ iubeẽ, φ in ciuitate refugii ille libereẽ:& idem tangit hic. Identidem aliqñ in eis, ꝗ coram teſtibus facta ſunt, quia teſtes non ſufficiunt ad totius veritatis inquiſitionem inſiſtiẽ pſumptioni, ſicut ſiquis occiderit alterum ferro, uel lapide, uel pugno,teſtes,qui aderãt notificare poterant:ſed an fuerit in his aĩus occidendi,aut lætaliter percutiendi, nõ põt patere ex teſtibus,ſed ex argumẽtis:& ad hoc ſcriptura diſtinguit de inſtr̃is dicens, φ ſiquis percuſſus ẽ ferro,lapide,vel ligno,& mortuus eſt, morietur interfector,quia in his manifeſtus apparet occidendi aĩus, cum talia inſtr̃a hoſtilia ſint: iõ hic non diſtinguit an percutiens fuerit inimicus,vel non. Alia aũt ſunt,ex ꝗbus ueriſimiliter non ſequereẽ mors,aut læſio,vt φ aliquis alium ĩ terrã iaciat, uel φ pugno percutiat,& tũc
H ſiquis proſtratus,uel pugno percuſſus moriatur: cõſiderandũ eſt, an ille, ꝗ hoc fecerit erat inimicus eius a paucis diebus,& tunc pſumiẽ, φ aĩo occidendi,uel nimis lędendi fecerit:& quia fortiter impulit, uel dure percuſſerit,ſecuta fuerit mors,& non caſu: ſi aũt non eſſet inimicus non pſumiẽ,φ ex percuſſione, vel proſtratione moriatur occiſus:iõ primus reus mortis cenſeẽ:ſecundus aũt nequaquã,ut patet Nu.35. c. ubi agiẽ de oĩbus his. Dr̃ aũt hic,φ non probaẽ iſte occiſor inimicus occiſi.q.d.ipſe,qui occidit non teneẽ aliquid ꝓbare,ſed clamare ſe innocentem, & confugere in vrbem refugij,ſi aũt nihil ꝯ eum probaẽ pſumetur caſu egiſſe,& iudicabiẽ innocens.& dato,φ conſtaret egiſſe uoluntarie,ſi tñ non obijciaẽ ei, & probeẽ non con
I demnabiẽ.Etiam dr̃,φ non probeẽ ante biduũ,uel triduum eius fuiſſe inimicum.Dato.n. φ occiſor confiteaẽ,φ occiderit eum, de quo agiẽ: ſi tñ nunꝗ̃ probaẽ fuiſſe hoſtem eius,non pſumetur, φ egerit uoluntarie,ſed caſu,& abſolueẽ.Etiam ſi probatum fuerit, φ aliqñ fuerit hoſtis eius,adhuc non ſufficit, niſi a paucis diebus hoc contigerit,quia inimicitiæ,ꝗ a magnis temporibus elapſæ ſunt non præſumuntur nunc mouiſſe occiſorem ad hoſtiliter percutiendum occiſum:ſi autem ex pauco tempore,dato,quod iam uideretur ceſſauiſſe adhuc præſumit ius, φ non plene ceſſauerint,cum hoc ſecutum fuerit tam enorme. Quantum autem ſit tempus iſtud,a quo debuerint ceſſaſſe inimicitiæ litera dicit.
K *An biduum,triduum ve.* Ideſt duos, vel tres dies, ſed non eſt intelligendum,quod iſtę inimicitię ſolum ceſſauerint ab uno,duobus,uel tribus diebus,ſed a pauco tempore,ut ſi unius hebdomadę,vel vnius menſis,φ poterit uocari paruum tempus, & talis modus loquẽdi eſt frequens in ſacra ſcriptura, ut patet Exodi uigeſimoprimo ſcilicet ſi fuerit bos cornupeta ab heri, & nudiuſtertius:& tamen non ſignantur ibi ſolum duo vel tres dies,ſed aliquantum tempus. Quantum autem debeat eſſe iſtud tempus, arbitrio boni viri iudicabitur.

Et habitabit in ciuitate illa, donec ſtet ante iudiciũ. i.poſtꝗ̃ iudices aſſignauerĩt ei locũ ĩ vrbe illa ad manẽdũ:morabitur

rabitur ibi vsq; ad tps, quo stet ante iudicium. i. ante iudices. s. ꝙ non poterit eum quispiam compellere exire de vrbe ante tempus, quo steterit ante iudices: tūc. n. non stabit in vrbe fugitiuorum. In quo innuit, ꝙ nō erat ventilanda cā hic coram iudicibus vrbis confugii, sed coram aliis, quia si in vrbe confugii ventilaret̄, non diceretur, ꝙ moraret̄ in vrbe vsq; ad tps illud, qa ēt tpe illo moraretur in vrbe, sed tunc non morabat ī vrbe, ut hic innuit̄, ergo oportet ꝙ ventilaret̄ cā corā aliis iudicibus. Item patet Nu. 35. cū dr̄ ꝙ inter percussorem. & propinquum percussi ventilabitur cā homicidii, & si fuerit repertus innocens liberabit̄ de manu vltoris, & reducetur per sniām in vrbē, ad quam confugerat: si tn̄ in vrbe ad quam confugerat, ventilaret̄ cā, non poterat reduci ad vrbem, ad quam confugerat quia in ea maneret: ergo necesse est, ꝙ extra vrbem illam ventilaret̄ cā, & hoc erat in vrbe illa in cuius territorio homicidiū patratum est. Et hoc erat pp duo. Primo, quia pp delictum sortiebatur iste forum urbis illius, in qua patrauerat, vel dato, ꝙ non constaret esse delictum, ad sciendum an delictum esset pertinebat ī quisitio ad iudices illius vrbis. Scđa cā erat ex ęquitate, & conuenientia discutiendarum cārum, nam causę discutiunt̄ per conuenientiam probationū, sed ī nullo loco probationes abundantiores haberi possunt tā s̄m claram euidentiam, q̄ s̄m præsumptiones, q̄ in loco, ubi delictum patratum est: iō ibi debuit discuti. Ista aūt discussio non fiebat ad petitionem occisoris, quia non erat necesse, ꝙ se purgaret, dum tn̄ alius nihil probaret, sed fiebat ad instantiam vltoris sanguinis, q proponebat querelam coram iudicibus illius vrbis in cuius territorio erat patratum delictum, & isti mittebāt ad ciuitatem refugii, ut exhiberet̄ occisor in iudicio, & tenebant̄ seniores ciuitatis illius exhibere, ut colligit̄ Nu. 35. c. hoc tn̄ sub secura custodia. s. vt nihil pati posset ab aduersario, dum ventilabat̄ negociū, & hoc tpe compellebat̄ occisor non habitare in ciuitate refugii, ante hoc autem nullus eum inde poterat trahere. *Causam reddens facti sui*. Non accipitur hic proprie cā qm̄ nō petebat̄ ab occisore quare fecerit, quia hoc pertinet ad agentē ex intentione, quia propter aliquā rōnem ageret, qui tn̄ agit a casu cum non intendat, nō habet aliquā cām facti sui, sed est sensus, ꝙ det cām facti sui. i. det rōnem excusatiuam, vel modum, vt dicat ego feci hoc īuoluntarie sic, vel sic, & hoc sufficiebat ad hoc, ꝙ absolueret̄. Vel dr̄ reddere cām facti sui, qn̄ respondet obiicientibus ꝯ fc̄m̄ suum. s. ꝙ iniustum sit *Et moriatur sacerdos magnus, qui fuerit illo tempore*. Sacerdotes minores erant multi, sacerdos autem magnus erat vnicus, sicut patet. Erat aūt iste sacerdos magnus per lineam primogenitorum descendentium ab Aaron: nam oēs descendentes ab Aaron qūocunq; erāt sacerdotes, sed de his erat unicus summus sacerdos, sicut. n. viuente eo fuit ipse summus sacerdos, & filii ei⁹ minores sacerdotes, ita eo mortuo filius eius maior. s. Eleazarus fuit constitutus summus sacerdos Nu. 20. & reliqui manserunt minores sacerdotes, & sic p omnes successiones generationū. De isto sacerdote magno quis esset, & qūo descenderet per successionem, & qn̄ non haberet filios, quis succederet, & qn̄ summus sacerdos esset leprosus, & non posset ministrare, an deberet alius institui, vel dari ei coadiutor, & dato, ꝙ alius institueretur cui daretur, & de multis aliis declaratum est Nu. 20. circa finem. De reditib. aūt summi sacerdotis declaratum fuit Nu. 18. c. Dū iste summus sacerdos uiueret, qui fuerat tpe quo patratum est homicidium manebat in vrbe occisor, postea vero regrediebat̄ in terrā suā. Vn̄ dicendum, ꝙ si summus sacerdos moreret̄ mox post diffinitionem cāę non erat remittendus per sniam occisor iste in vrbem refugii,

A sed poterat ire in terrā suam, vel si pendente lite super homicidio, moreret̄ summus sacerdos, cuius tpe ista acciderant, ēt dicendum ꝙ ventilabat̄ cā vsque ad diffinitionem, & si absolueret̄ reus non reducebatur in vrbē refugii quousq; moreret̄ sacerdos, qui nouiter constitutus erat, sed immediate poterat ire in vrbem suam, quia iam mortuus erat summus sacerdos, cuius tempore hæc contigerant.

Quid si patrato homicidio ante tempus motæ litis moriebatur summus sacerdos, quando liberandus erat occisor.
Quæst. XV.

Quid si post homicidium patratum ante tēpus motę litis moreret̄ summus pontifex, qui fuerat tpe commissi homicidii. Respōdendum est, ut in superioribus patet, ꝙ vētilabat̄ cā usque ad diffinitionem, & si reus huiusmodi occisor inueniretur, occidebatur. si autem absolueret̄, non reducebatur in vrbem confugii vsq; ad mortem summi sacerdotis, qui fuerat nouiter constitutus, sed redibat in ciuitatem suam.

B

Si aliquis occidisset aliquem in tempore, quo nō esset summus sacerdos, & eo tempore ventilata, & diffinita causa: an deberet manere in urbe refugij per tempus summi sacerdotis sequentis, vel esset liber statim. Et ꝙ summus sacerdos ueteris testamenti certum habebat successorem: incertum in nouo: propterea impossibile erat in veteri vacare summum sacerdotium.
Quæst. XVI.

C

Quid si mortuo sūmo sacerdote antequam assumeret̄ alius, aliquis occideret quempiā a casu, & fugeret ī vrbem refugii, & postea vētilata cā reperiret̄ innoxius: An deberet expectare in vrbe refugii vsq; ad mortem sūmi sacerdotis, qui nūc ꝯstitueret̄, vel īmediate post cāę diffinitionem posset redire in terram suā sicut dicebat̄ in p̄cedentibus casibus. Aliquis rn̄debit, ꝙ īmediate post diffinitam cām reuertet̄ homicida in terrā suā, qa homicidium nō fuit patratū tpe scđi sūmi sacerdotis, cū nondū esset assumptus. Sed tūc q̄ret̄, cū lr̄a ista īponat obligationē quādā, siue magnā, siue paruā homicidæ manendi in vrbe cōfugii vsq; ad mortē sūmi sacerdotis, oportet dari aliquē sūmum sacerdotē tpe cuius impediret̄ redire ī terrā suā manendo in ciuitate refugii, sed nō p̄t referri ad sacerdotē p̄cedentē, qa iste mortuus erat, ergo necesse erit referri ad sacerdotē sequētē, & tpe huius morari coget̄ homicida in urbe refugii, & illuc p sniam reducet̄. Ad hoc rn̄debit aliqs non seq, qa satis stat, ꝙ aliqs occideret aliquem a casu, & discuteret̄ cā eius vsq; ad diffinitionē, & ī toto hoc tpe nullus esset sūmus sacerdos. Tūc ergo valde irrōnabile eēt, ꝙ postquā aliqs fuisset absolutus expectaret vsque ad mortē sacerdotis, q nōdū erat: potissime, qa ē ꝯ literā istā: dicit. n. ꝙ nō reuertet̄ ī terrā suā īmediate post sniam, sed manebit vsq; ad mortē sacerdotis magni, q fuerit ī illo tpe, sed tpe occisionis huius nō erat aliqs sacerdos magnus, nec tpe ventilationis cāæ, aut sniæ, ergo nō poterat manere huiusmodi occisor ī vrbe refugii post sniam vsq; ad mortē sacerdotis, q erat illo tpe, siue referat̄ istud tps ad occisionē, siue ad lationē snię absolutorię, qa null⁹ tūc sacerdos erat. hoc patet cū dicimus vacare sedē siue p mortē epoū, siue p obitū sūmi pōtificis. Nā nō ē īmediate vnus eps post mortē alterius, sed interdum vacat sedes magno tpe: nā præter multa accidentia pp quæ contingit diuturnas esse epalium sediū vacationes, adhuc de iure dat̄ certū tps, ī quo necesse ē vacare sedem: nā nō p̄nt canonici ꝯuenire ad electionē mox, ut aliqs eps defūct⁹ fuerit,

D

E

fuerit, sed primo fiunt solennes exequiæ traditurque sepulturæ corpus: deinde datur certum tempus, in quo expectantur absentes canonici: & sic cōueniunt ad electionem: sed adhuc non immediate eps alius ꝯstituitur, cum contingat multas varietates fieri in electionibus. & sic tpibus istis sedes vacat: ita de summo sacerdote alicui dicendum videbitur, ꝙ interdum vacet sedes, essetque tps, in quo nullus esset summus sacerdos. s. inter mortem vnius, & constitutionem alterius, & tunc non esset obligatio aliqua, sed ꝙ intelligatur ista littera, qñ fiunt hæc. s. occisio, & causæ ventilatio atque diffinitio, vel aliquid eorum viuente aliquo summo sacerdote: secus qñ tempore omnium istorū vacat sedes summi sacerdotis.

Sed non stant hæc, quoniam pręsupponitur falsum s. ꝙ aliqñ vacet sedes summi sacerdotis, sicut vacat apud nos sedes episcopalis, vel apostolica, & ꝙ posset esse occisio alicuius, & vētilatio causæ tempore, in quo nullus esset summus sacerdos, quia nō est de summo sacerdote sicut de epis, & Papa, quia cū episcopus moritur, nō habet certum successorem: idem de summo pontifice, iō sedes episcopalis, & apostolica interdum vacant. i. nullum habent succedentem: summum autē sacerdotium habebat certum successorem. Cum. n. moriebat aliqs summus sacerdos, certus erat sibi successor. nam epalis dignitas, & papalis cetereq; ecclesiasticæ per electionem, vel collationem superiorum ꝓueniunt, & nulla venit per successionem, quia status ecclesiasticus abhorret successionem, ut patet extra De decimis. c. ad hæc. s. Sanctuarium Dei iure hæreditario possideri non debet. Iō impossibile est in his, ꝙ cum aliquis moritur, habeat certum successorem, nisi per aliquam deordinatam deordinationem daretur alicui titulus expectatiuus ad certam vacaturam, quā aliquis viuens tenet: quod iura penitus vetuerunt. In summo sacerdote erat e contrario, qa ibi non erat electio, sed successio etiam ab intestato, sic patet Exo. 29. & Leu. 6. s. Sacerdos, qui patri suo iure successerit. &c. vñ non habebat hic locum aliquem electio. Et ꝙ amplius est ipse sacerdos moriens non poterat facere sibi successorem, quem vellet in summo sacerdotio, sicut pt quis libere scribere sibi hæredem, quem voluerit non ablata legitima liberorum siquos habet, quia hęc debetur eis iure naturę, & hoc, quia summum sacerdotium erat de iuribus primogenituræ, iō sicut si quis habeat bona primogeniturę non pōt ea, cui uoluerit legare, vel in eis, quem uoluerit hæredem scribere, sed cogitur relinquere ea primogenito suo, ita ī summo sacerdotio, non poterat pater decedens instituere filium, quem uoluisset summum sacerdotem, sed succedebat, q erat primogenitus, & erat ista successio ab intestato, quia dato ꝙ pater nullum filium īstituisset summum sacerdotem, sed magis aliquem extraneum, nihilominus, qui primogenitus erat, succedebat: ideo impossibile erat sedem summi sacerdotii aliquando vacare, quia nullum tempus erat, in quo summum sacerdotium non pertineret ad aliquem. Patet hoc de hæreditate, ea enim quę quis habet dum viuit sua sunt, cum autem mortuus fuerit non manēt bona sine certo dominio, quia ad hęredes pertinent siue ex testamento siue ab intestato: nec est aliquod tēpus, in quo dominium huius hæreditatis non sit penes aliquem. Quę autem proueniunt per electionem aut collationem solam aliquibus, multoties possunt sine domino esse: ergo sedem summi sacerdotis vacare in veteri testamento, sicut nunc vacat sedes papalis aut episcopalis, est impossibile.

Vnde dicendum, ꝙ immediate quo aliquis summ⁹ sacerdos moriebatur, filius primogenitus erat summ⁹ sacerdos nulla facta mutatione: vel si non habebat fi-

F lios, succedebat alius, de cuius modo declaratum fuit Numeri. 20. ita vt nullum tempus esset sine summo sacerdotio, nec deficiebat aliquid isti summo sacerdoti, nisi consecratio quædam, sed ob hoc non tollebat esse summum sacerdotem, sicut electus confirmatus est episcopus, quamquam nondum assecutus fuerit munus consecrationis. Sed adhuc est maior confirmatio in isto, cum nullo modo possit sibi tolli talis dignitas, quia iure hæreditario sibi conuenit: & sic non stat, ꝙ isti opinabantur. s. ꝙ contingeret quempiam occidere alium, & ista occisio, & ventilatio causę atq; diffinitio sint, dum nullus summus sacerdos est, quia semper erit aliquis, & tunc applicabitur quæstio ad ꝓpositum. s. ꝙ si aliquis occideret alium dum nullus es-

G set summus sacerdos, & omnia hæc fierent immediate, ut diffiniretur in causa, si iudicaretur occisor innocens immediate redire poterat in ciuitatem suam.

Sed non stat, ꝙ aliquis ista faceret dum nullus esset summus sacerdos, quia semper erat aliquis summus sacerdos, vt sup. inductum est. ergo, dicendum in casu supra posito, ꝙ si aliquis occideret quemquam cum aliquis summus sacerdos mortuus est prius, quam cōsecraretur successor suus, & iudicaretur postea iste liber a crimine, non erat reducendus ad vrbem suam quousq; moreretur summus sacerdos secundus, qui nondum fuerat consecratus, quia homicidium tempore huius factum erat, cum ipse esset tunc summus sacerdos mortuo alio, licet non esset consecratus, quia esse consecratum, vel non, nihil agit ad esse summum

H sacerdotem, cum sit posterius, quāquam nullus summus sacerdos ministrabat in officio suo quousque esset consecratus. De ritu consecrationis suæ patet Exo. 29. & Leui. 8. c.

Quid si quis occidisset aliquem dum nullus erat sacerdos, & quādo ventilabatur causa, & finita est erat aliquis pontifex. Quæst. XVII.

QVAERETVR quid si iste occidit aliquem, dum nullus erat summus sacerdos, & quādo uentilabatur causa, & diffinita fuit, erat aliquis summus sacerdos. Iste casus est differens a superiori, quia in pręcedenti ponebatur facta

I occisio, dum nullus erat summus sacerdos, & hoc tēpore ventilata est causa homicidii atque diffinita: nūc autem ponitur, ꝙ fuerit facta occisio nullo existente summo sacerdote, tamen uentilatio causę, & diffinitio fuerunt constituto iam alio in summo sacerdotio vnde satis videtur, ꝙ debeat esse ratio dissimilitudinis in diffiniendo.

Respondendum est, ꝙ in isto casu, sicut & in superiori, falsum pręsupponitur, nam non potest esse aliquod tempus, in quo quis occidatur, & non sit aliquis summus sacerdos, cum immediate, ut quis mortuus est alius ei succedat: & idem instans est in quo desinit quisquam esse summus sacerdos, & in quo alius esse incipit: sicut in dominiis rerum, quæ per successionē

K habentur. sup. declaratum est. Iō cum quis occideret aliquem in ueteri testamento, necesse erat, ut in tempore alicuius summi sacerdotis fieret hoc, & pro tpe illius obligabatur ad ea, quæ dñr hic siue esset sacerdos præcedens siue subsequens. Si tñ daret, ꝙ aliquis, occideret aliū tpe quo nullus erat summus sacerdos, videret alicui qdā rō diuersitatis inter casum ꝓcedētē & istū, nā ī casu ꝓcedēti occisio, & vētilatio cāę, & diffinitio fiebāt dū nullus erat sacerdos magnus, iō nō videbatur aliqua causa, quare obligaretur iste occisor ad pomanendum in vrbe refugii tēpore sacerdotis, qui postea constitueretur cum nihil tempore illius accidisset, in casu aūt isto quamq̄ nō erat sile, qa q̄q̄ non accidisset

disset occisio tpe summi sacerdotis alicuius, tñ accidebat ventilatio causę, & diffinitio eius tempore sacerdotis nouiter constituti: & tamen non debebat condemnari ad manendum in vrbe refugij toto tempore, quo viueret iste summus sacerdos, quia debet referri ista litera, scilicet, & moriatur sacerdos magnus, qui illo tempore fuerit, idest qui fuerit tēpore, quo occisio facta est: quia ista pęna datur propter delictum, vel delicti similitudinem, & istud solum causatur tempore occisionis, & non cum ventilatur causa, vel cum diffinitur: ideo de sacerdote qui fuerit tempore patrati homicidii intelligendum est istud, scilicet, quòd eo viuente manere debeat in vrbe, ad quam confugerat.

Quid si quis occideret summum sacerdotem a casu, an deberet fugere in vrbem refugij. Ex quo delictum dupliciter consideratur: Et ad quem pertineat iudicare de criminibus.

Quæst. XVIII.

QVAERETVR quid si quis occideret summum sacerdotem a casu sicut in alijs vulgaribus hominibus, propter quod deberet fugere in vrbem confugij, & postea ventilata causa iudicaretur innocens: an deberet manere in vrbe confugij toto tempore sequentis summi sacerdotis. Videbitur dicendum alicui, quòd non, quia in alijs occisionibus necesse est, vt dicamus eas factas tēpore alicuius summi sacerdotis, siue præcedentis, siue subsequentis: hic fortassis non videbitur sic, quia, dum vnus summus sacerdos occiditur, non est alius summus sacerdos; quia tunc sequeretur, quòd duo summi sacerdotes possent esse simul; sed patratur delictum dum iste viuit, ergo satis videtur, quòd non sit condemnandus occisor ad manendum in vrbe refugii viuente sequenti summo sacerdote.

Dicendum, quòd si forte deberet occisor manere in vrbe refugii toto illo tempore, quo viueret summus sacerdos, qui erat quando facta est occisio, vel vētilatio causę, aut diffinitio: satis manifestum esset, ꝙ iste occisor tempore sequentis summi sacerdotis deberet manere in vrbe confugii, quia quamquam occisio non fieret tempore illius, tamen saltem processus in causa, & diffinitio tempore illius fiebant, sed declaratum est, quòd solum intelliguntur ista de sacerdote summo, qui est tempore, quo fit homicidium, & non est curandum de eo, qui est cum ventilatur cā, vel diffinitur, ideo stat difficultas, quia non satis apparet quis sit summus sacerdos, cum committitur homicidiū. Si enim dicatur, quòd tunc est summus sacerdos, qui occiditur.

Dicendum erit, quòd cum diffinitum fuit occisorem esse innoxium reducetur in terram suam, & non redibit ad vrbem cōfugii, quia iam mortuus est summus sacerdos, cuius tempore hęc facta sunt. Si autem dicatur, quòd tūc esset summus sacerdos ille, qui subsequitur necesse est, vt, quamquam iudicetur occisor innocens, maneat in vrbe, ad quam confugerat toto tempore, quo vixerit sequēs summus sacerdos. Quis ergo horum sit summus sacerdos tempore illo quo fit homicidium?

Considerandum, quòd aut cōspicitur delictum a sola actione agentis, aut ab actione eius, & passione patientis. Si autem primo modo dicendum; quòd summus sacerdos est, qui moritur. Si secundo modo summus sacerdos est, qui succedit. In quo considerandum, quòd si quis occidat alium a casu, delictum, vel quasi delictum est hoc homicidium: istud autem potest dupliciter considerari, scilicet ab actione agentis, scilicet a vulneribus illatis, per quæ quis moritur, quæ sola infert agens, aut ex passione patiētis, idest ex morte, quæ causatur in suscipiente vulnera. De primo manifestum est, quòd actio agentis est dum patiens est: nam dum aliquis alium percutit adhuc viuit, cū mors sit causata ex vulneribus, & quamquam paruula mora intercidat inter mortem, & vulnera, tamen vulnera ante mortem sunt. Et hoc modo delictum istud patratur tēpore sacerdotis summi, qui occiditur, & non maneret occisor in vrbe tempore sequentis summi sacerdotis. Potest autem homicidium, vel delictum accipi ab eo, quod patiens patitur, & tunc cum istud sit mors necesse est, vt dicatur delictum istud patrari cum percussus moritur, sed quādo percussus moritur alius est summus sacerdos, ergo delictum patratur tēpore alterius summi sacerdotis, & debeat manere tēpore illius in vrbe refugii. Patet hoc, quia nullum est instans, in quo nō sit aliquis summus sacerdos, sed qn̄ vnus summus sacerdos moritur non est, ergo tūc est alius summus sacerdos. Primum ex prædictis patet: secundū probatur, quia quando aliquis moritur, mortuus est, cum idem sit mori, & mortuum esse, gigni, & genitum esse, quia ista sunt instantanea, & non habent aliquam diuisibilitatem extensionis, secundum quam distinguatur in eis mori, & mortuū esse, sicut in motu distinguitur motus, & mutatū esse, quia motus habet magnitudinem, & in tempore distinguitur tempus, & instans, quia identidem habet magnitudinem, sed mori nō habet aliquam extensionem durationis, ergo idem est mori, & mortuum esse. Identidem gigni non habet extensionem successionis, ergo non potest distingui gigni, & genitum esse, & tūc qn̄ aliquis moritur mortuus est, sed quandocunque mortuus est aliquis summus sacerdos est alius, ne detur tēpus, in quo nullus sit, ergo quando moritur summus sacerdos mortuus est, & alius sacerdos summus est. & tempore illius dicitur patratum delictum.

Idē est mori & mortuum esse: gigni & genitū esse.

Sed tunc stat dubium a quo horum accipiendum sit delictum, s. ab actione agentis, vel ab actione agētis & patientis passione.

Respondendum est, quòd secundo, s. a passione patientis: nam crimen aspicitur ex fine suo, cum dicitur esse patratum, quia tunc possunt distingui res, cum autem sunt in fieri nondum potest dari distinctio in illis. In naturalibus hoc patet, quia dum aliqua res transmutationi subiecta est ad acquirendum formam, nōdum potest cognosci de illa quid sit, quia forma, a qua res denominari debet, nondum acquisita est, sed poterat alia, & alia acquiri, dum durat motus: cum autem cessante motu manet res completa per suam formā, potest determinatè dici de re quid ipsa sit. Sic patet in differentia embrionum, & animalium perfectorum, vel seminis decisi, & organizati corporis. In artificialibus sic est, quia dum figulus aliquod vas manu tenet, & nondum compleuit potest, quod voluerit illud facere inducendo variam figuram, cum autem semel illud consummatum fuerit cessante motu determinatum est in specie sua artificiali large dicta, & potest de illo dici quid sit, ante autē dici non poterat. Ita in moralibus & ciuilibus dicitur: nam iudicare de criminibus, s. quæ sint crimina, & quæ sint species criminum, vt pro illis pœnę imponantur ad ciuilem pertinet. si tamen ad principium inspiciat, s. ad actionē agentis non distinguet crimina: ergo necesse est illa accipi secundum id, in quo distingui possint: & istud est per finem vel passionem suscipientis. Quod patet, quia cum aliquis vulnerat alium, si attenderetur actio huius, & nō passio suscipientis nō distingueretur homicidium, & vulneratio: tamen leges humanæ distinguunt ista crimina, & de istis sunt duo capita legis Aquiliæ, vnum de occiso, & alterum de vulnerato. Attendendo tamē ad actionem agētis in vtroque esset idem crimen, ꝗa

vtrobi-

vtrobiq; fuit sola illatio vulnerũ ex parte agentis, ergo crimina ex passione suscipiẽtis ꝯsiderantur, & sic cum aliquis alterum percutit, attenditur si inde moriatur,& quamquam post aliquot dies moriatur, dicetur iste homicida,& non percussor. Patet ergo ꝙ cum quis occidebat summum sacerdotem a casu nõ accipiebat nomen istud delictum, vel quasi delictum ex actione agentis.s.ex vulneratione, sed ex passione suscipientis.s.ex morte, & quia quando moriebatur vnus summus sacerdos iam erat alius sacerdos, vt supra inductum est, ergo delictum istud diceretur patratum tempore sequentis summi sacerdotis,& consequenter deberet occisor si iudicaretur innocẽs manere in vrbe refugij post ventilatam causam vsq; ad mortem sequentis summi sacerdotis.

Quid fieri deberet, siquis alterum occideret in vrbe refugij a casu. Et propter quid refugij loca dabantur. Quæstio. XIX.

QVAERET aliquis quid fieri deberet siquis occideret alium a casu in vrbe refugij,s.an in eadem vrbe liberararetur.

Respondendum est, quòd sicut nũc est de quibusdam locis gaudentibus immunitate quamquam sint prophana, sicut vrbes vel oppida, ita tunc esset: nam confugientes ad illa de alijs locis non possunt inde trahi ad pęnam, si tamen ibi quisquam deliquerit non gaudet immunitate, quia tunc tolleretur omnis ordo politicus locorũ illorũ, & frangerentur leges, sed qui delinquunt in talibus locis: ita puniuntur in illis, sicut in alijs. Si ergo aliquis in loco refugij occideret alium a casu non gauderet ibi immunitate locorum, quia non confugiebat occisor ad vrbem illam, sicut leges istę dicunt, sed erat in ea,& sequeretur magnum incõueniens, si ibi occisor gauderet immunitate, quia cum in vrbe illa essent propinqui ipsius occisi, daretur occasio ad multa homicidia. Vnde propter hoc dabantur loca refugij separata a locis, in quibus fierent homicidia ne ibi essent cognati ipsius occisi,& sequeretur scãdalum, sed qui sic occideret alium debebat fugere ad aliam vrbem refugij,& ibi gaudebat immunitate. Si autem vltor sanguinis apprehenderet occisorem in vrbe refugij, in qua occiderat proximum suum, posset eum impune occidere, vel vbicunque apprehenderet ante aliã vrbem refugij. In hoc autem non distat an aliquis, qui erat oriundus de ciuitate ipsa refugij occideret aliquem in loco ipso, vel aliquis de extraneis, quia forum simile vel dissimile non sortitur quis propter locum originis quantum ad delictum, sed propter locum, in quo delictum patratum est. Etiam non differebat an iste, qui alium in urbe refugii occidisset nullum alium occidisset, sed maneret in vrbe, quia erat accola terræ, siue ob aliquam negociationem, vel ꝙ confugisset iste in vrbem propter homicidium casuale: nam tunc tenebatur fugere de illa vrbe in aliã, & prior hostis poterat eum occidere impune, si comprehẽderet extra terminos ciuitatis refugij, cũ nunc secundo fugeret, & in hoc debebat sic fieri, vt ventilaretur causa vtriusq; homicidij, & si in aliquo eorũ reperiretur nocens occidebatur: si aũt in vtroq; esset innoxius, reducebatur in vltimam vrbem, in quã confugerat. Nam, quamquam ventilaretur causa primi homicidij,& reperiretur innocens, non reducebatur occisor ad vrbem illam, ad quam confugerat facto illo homicidio, quia illa non erat iam sibi secura, cum ibi patrasset aliud homicidium: sed debebat reduci in ciuitatem secundam, ad quam confugerat usque ad mortem summi sacerdotis.

F *Quid siquis in multis vrbibus refugij committeret homicidia casualia. Quæst. XX.*

QVAERETVR adhuc quid si aliqs in multis ciuitatibus refugij cõmitteret homicidia casualia. Respondendum est, vt in precedenti, quòd nunquàm poterat aliquis esse immunis in ciuitate illa, in qua homicidiũ patrabat, sed debebat facere, vt dictum est, s. quòd cum in ciuitate vna patrasset homicidium fugeret in aliam ciuitatem refugij, & sic vsque ad omnes, sed quoties aliquis esset pluries occisor, toties erat multiplicatio vltorum sanguinis,& omnes poterant impune occidere hunc, cum inuenirent eum extra aliquam de vrbibus confugij: erant autem ciuitates istæ a principio G sex, vt patet hic: & iubebatur quòd postea cum dilatarentur termini terræ Iudæorum, adderent tres alias vrbes Deu. 19. cap. & tunc si aliquis occidisset successiue in octo vrbibus harum aliquos a casu poterat confugere de vna in aliam successiue, quousque veniretur ad nonam, quæ esset vltima, & cum occisor in aliqua vrbe harum quemquam vulnerasset occidens non licebat ei illuc redire, sed fugiebat ad aliam in qua nullum occidisset. Quantum vero ad ventilationem causarum istorum homicidiorum dicendũ est quòd quilibet de vltoribus sanguinis, s. de propinquis occisorum poterat hunc accusare,& tunc extrahebatur iste de vrbe ad quã confugerat,& ducebatur ad locum, in quo ventilaretur causa. Non poterant tamen ista negocia simpliciter tractari, quia erant tra H ctãda in varijs vrbibus, s. de quolibet homicidio agẽdum erat in vrbe illa, in cuius territorio fuerat commissum. In ordine autem ventilandi causas istas non differebat: quęlibet enim poterat ante aliam, vel post illam tractari, quia nõ erãt annexę aut cõnexæ vel ab alterutro originem trahentes. Habebat autem locum pręuentio. Nam sicut cum quis habet multos iudices, coram quibus potest in ius vocari est locus pręuentioni, s. quòd ille, qui primo fecerit eum citari cognoscet de causa, & pro hac vice tollit alijs potestatem cognoscendi, si sint iudices, qui sint penitus æquales. Quod dico ad differentiam iudicum superiorum in casu, in quo possunt causas ad se sumere: ita hic omnes iudices, qui poterant cognoscere de I octo, vel nouem homicidijs alicuius occisoris erant iudices æquales, & coram quolibet horum poterat conueniri occisor, coram quocunque primo conueniretur, erat causa primo tractanda, licet homicidium illud esset postremo contractum, cum causę istę non habeant inter se aliquem ordinem, & finita causa si innocens iudicaretur poterat cõueniri coram alijs iudicibus pro alijs homicidijs vsquequo finirentur causę omnium homicidiorum, & cum quęlibet harum finiretur remittebatur innocens in vrbem refugij. Sed non indifferenter in vnam earum, sed solum in illam, quæ fuerat vltima, in qua neminem occiderat, K quia nulla aliarum erat ei secura.

Quid si in qualibet vrbe refugij occisor interfecit aliquem a casu. Et quòd possibilia multa sunt, quæ nunquam contingent. Quæst. XXI.

QVAERET aliquis quid si in qualibet vrbe refugij iste occisor interfecit aliquem a casu, quia iam non videretur habere quo fugeret: nam ad primas redire non poterat: quia ibi aliquos occiderat, & iam non gauderet ibi immunitate. Respondent quidam quòd si erat ventilata causa alicuius homicidij horũ, & reperiebatur iste innocens, reducebatur in vrbem illam refugij, in

qua occiderat illum, de quo nunc ventilata fuerit causa, & sic de alijs homicidijs.

Sed ista responsio non stat: tenet enim si solum esset necessaria immunitas vsq; ad examinationem causæ, sed etiam cum aliquis iudicabatur innocens non erat immunis ab hoste vsque ad mortem summi sacerdotis, & si aduersarius caperet eum extra vrbē refugij, occidebat illum. ergo ventilata causa non poterat aliquis redire in vrbem refugij, in qua aliquem occiderat, nisi post occisionem illam iam fuisset mortuus summus sacerdos, quia adhuc aduersario suo existenti in vrbe illa licebat occidere ipsum: nō ergo poterat hoc modo redire ad aliquam harum.

Sed dicendum, ꝙ cum aliquis commisisset homicidium in qualibet vrbe refugij, & etiam in vltima, quæ sunt decem homicidia, aut erat diffinita aliqua causa harum præter primam, aut non. Dico pręter primam quia illa erat primū homicidiū, propter quod primo fugit occisor in vrbem refugij, & quamquam ista diffinita esset nihil erat, quia adhuc manebant huic occisori hostes, in qualibet vrbe confugij, ideo nō poterat ire ad aliquam earum: si autē esset diffinita aliqua causa homicidij de patratis in aliqua vrbe refugij, est quęrendum, an postquam homicidium illud fuit patratū mortuus fuisset summus sacerdos, cuius tempore fuerat contractum. Si dicatur ꝙ sic, dicendum ꝙ ad illam vrbem poterat occisor redire, & manebat ibi, nec poterat redire in terram suam, quia quamquā mortuus esset vnus summus sacerdos, cuius tempore patrata fuerant aliqua de primis homicidijs, tamen aliqua fuerant patrata tempore sacerdotis, qui postea esset, saltē homicidium in vltima vrbe refugij, & ob hoc nō posset redire in terram, quia licet primi aduersarij quorū propinqui occisi fuerant, ante mortem pręcedentis summi sacerdotis, non possent huic occisori amplius nocere: tamen aduersarij secūdi possent occidere eū, si comprehenderent extra vrbē refugij, ideo non posset redire in terram suam, sed in vrbem refugij, de qua dicebatur. Si autem nulla causa ventilata foret, vel si ventilatę essent causę: & tamen non fuisset mortuus aliquis summus sacerdos post primum homicidium horum, & post aliquod de factis in aliqua harum vrbium refugij, non haberet occisor iste quo iret. Et dicitur post homicidium factum in aliqua harū vrbiū: nam dato quòd post homicidium primum, quod factum est extra vrbē refugij mortuus fuisset summus sacerdos, & tamen post omnia alia homicidia, vel post aliquod eorum non fuisset mortuus aliquis summus sacerdos, non manebat locus, in quem confugeret, q̄a nullus adhuc ei securus erat quousq; moreretur summus sacerdos, qui fuerat eo tempore, quo patratum est homicidium in loco ipso refugij. Et in hoc dicendum, ꝙ non erat aliquod remedium positum a lege: nam si fugeret in aliquam vrbem extra vrbem refugij occideretur, cum aduersarij sui illuc eum persequentes possent impune occidere. Si autem fugeret in aliquam de vrbibus refugij etiam occidi poterat, quia in qualibet earum contraxerat homicidium, quod nondum secundum legem erat expiatū, lex tamen in hoc non posuit remedium, quia non creditum est esse cōtingens, vt quis in qualibet vrbe refugij homicidium casuale committeret, ideo quamquā possibile foret, nihil de eo scriptum fuit, quia multa possibilia sunt, q̄ nunquam contingent, nec est facile ea euenire, & de his non dantur leges. Fortassis enim nunquam contigit tale in terra Iudęorum: si tamen contigisset, necesse erat, vt occisor fugeret ad regna gentiliū, in quibus maneret securus vsq; ad mortem summi sacerdotis, qui tunc erat, & post reuerti poterat in terram suam, & ibi abolebantur omnia præterita homicidia.

A *Quid si quis patrasset multa homicidia, propter quæ fugisset in vrbem refugij, & discussa causa reperiretur reus: cui accusatori erat tradendus, vt eum occideret. Quæst. XXII.*

QVAERET aliquis quid si cum aliquis commisisset multa homicidia, pp quæ cōfugisset in vrbes fugitiuorum, & postea ventilata causa aliqua reperiretur nocēs cui de aduersarijs tradendus erat ad occidēdum: nam qui reus esset non occidebatur præcepto iudicis, sed tradebatur aduersario, vt eum iugularet si vellet, vel dimitteret, vt patet Num. 35. Rn̄dendum est, ꝙ cum aliquis reperiebatur nocens in ventilatione causarū, aut erāt aliquæ ventilatę, in quibus fuisset absolutus, vel non. Si primo modo manifestum erat, ꝙ non erat tradendus alicui eorū, quos innocentia sua in iudicio superauerat, quia si cum eis solum litigaret non occideretur; sed de alijs, qui manebant erat magis dubium. Si aūt non fuisset aliqua causa homicidii adhuc ventilata, sed in prima probaretur reus, videbatur esse magis dubium cui de aduersariis tradendus foret. Sed dicendum, ꝙ tradendus erat ei, qui eum tunc conuicerat; quia pp hunc iugulabatur, cum iste conuicisset eum reum, ergo isti erat tradendus. Item non poterat tradi alicui aliorum, quia forte erat innocens in oībus homicidiis, de quibus alii accusaturi erant eum: ergo nō erat rationabile tradi aliquem morti, cum non cōstaret de eius crimine. De crimine aūt de quo nunc cōuict⁹ fuerat ꝯstabat, ergo isti accusatori tradēdus erat.

C *Quare vsque ad mortem sacerdotis summi manebat occisor in vrbe refugij. In quo ratio assignatur allegorica, quare confugientes ad vrbes refugij manebant ibi vsque ad mortem summi sacerdotis. Quæst. XXIII.*

QVAERETVR adhuc quare vsq; ad mortem summi sacerdotis nō redibat occisor in terrā suā, sed manebat in exilio. Rn̄det Rab. Sal. ꝙ summus sacerdos īterpellabat ad dominum pro toto populo, ne mala veniant, vt patet de Aaron, qui cum vastaretur totus populus incendio, tulit thymiama, & posuit se inter mortuos, atque viuentes, & stetit plaga, vt patet Num. 16. ideo cum aliquod malum fiebat tp̄e summi sacerdotis illi aliquo modo imputabatur, & ob hoc vsq; ad mortem illius D manebat iste homicida in exilio. Ra. Mair dicit, ꝙ sacerdos magnus erat ad augendam vitam, cum oraret pro salute populi, occisor autem diminuebat vitam, ideo dum viueret sacerdos magnus tenebatur in exilio occisor. Rab. Omer dicit, ꝙ sacerdos magnus est ad glorificandum Deum, homicida autem est ad tollendam gloriam Dei, ideo non veniebat ab exilio, donec moreretur summus sacerdos. Sed ista valde sunt puerilia, & ipsa se redarguunt. Dicendum autem est causam esse, quia Deus ad duriciem Iudæorum permittebat multa propinquis occisorum: nam permittebatur, ꝙ si possent comprehendere ante vrbem cōfugij, vel postea extra illam priusquā ventilaretur causa, E occiderēt impune ipsum occisorem, & postquam esset causa ventilata, & iudicaretur innocens occisor, adhuc poterant ipsum occidere. Permittebatur autē, quia si non permitteretur hoc cum Iudæi essent duri corde non obseruarent legem ꝯriam, & daretur occasio ad magis violandum legem, cum semel subducerent collum legi: prouidit autem Deus permittens eis hoc, vt licite facerent, quòd alias, etiam si illicitum foret, facturi erant: & isto modo permissus est libellus repudii, & vsuræ, & quædam alia. Vnde ante cognitionem causę erat generaliter permissum propinquis occisi, ꝙ occiderent interfectores proximorum suorū, si eos extra vrbes refugii comprehenderent: & quia post

pôst sententiam absolutoriam etiam nō immediatè sedatur ira propinquorum occisi, dabatur ꝙ non posset immediatè redire occisor in terram suam, ne daretur occasio, vt proximi ipsius occisi recenti ira stimulati occiderent ipsum occisorem, & ad hoc dādus erat aliquis terminus, vsque ad quem non posset veni re occisor in terram suam, & fuit ad hoc præfixus terminus. s. vsque ad mortem summi sacerdotis. Si autē dicatur quare magis vsque ad mortem sacerdotis, q̄ vsque ad alium terminum manebat sic occisor? Non potest dari determinata causa, q̄m istud est cōmune in iure, ꝙ in assignatione terminorum non possit dari ratio, vt datur terminus aliàs tp̄s ad prosequendum appellationem, vel tp̄s ad præscriptionem, vel ad vsu capionem nō potest aliqua ratio assignari, quare magis tantum tempus datum est, q̄ minus, vel plus, sicut dantur decem dies ad appellandum, & non pōt dari causa quare magis dentur decem, quàm nouem quā vndecim, & ita de ceteris, ita ergo in iure diuino quātum ad assignationem terminorum in istis foralibus non potest dari causa quare magis tm̄ q̄ tm̄ in speciali, quamquā in generali satis potest dari causa. Alia rō dari posset, quæ videretur allegorica, sed aliqualiter est literalis, quia forte lex ista quamquā vellet sic obseruari, vt iacebat, tamen ad signandum aliquid dabatur huiusmodi determinato. s. ꝙ occisores sunt oēs peccatores, quia omnis, qui peccat occidit aīam suā: isti non poterant redire in terrā suam. i. in vitam æternam, quæ vocatur terra nostra, cum naturaliter illuc ordinati sumus, & ibi nobis viuendum est. Vel non poterant reuerti in terram suam. i. consequi perfectā remissionem peccatorum, donec summus sacerdos moreretur. i. Christus crucifigeretur, qui est summus sacerdos s̄m ordinem Melchisedech, vt patet ad Hebræ. 6. & 7. & ps. 109. & sacerdos quidē vnctus, vt hic dicitur. s. quia erat vnctus oleo exultationis præ participibus suis Ps. 44. & Isa. 61. s. Spiritus domini sup me, eo ꝙ vnxerit me. Et erat summus sacerdos, quia pontifex vocatur, vt patet ad Heb. 9. s. Christus assistens pontifex futurorum bonorum. Et hoc quia faciebat talia qualia summus sacerdos: ille enim introibat in sancta sanctorum ferens sanguinem pro peccato populi, & suo: ita Christus introibat semel in sancta sanctorum per proprium sanguinem redemptione inuēta, vt patet ad Heb. 9. cap. ideo sicut in homicidijs istis quamquam aliquis innocens per sn̄iam iudicaretur, tn̄ tandiu patiebatur exilium quousque sacerdos magnus moreretur, ita licet per circuncisionē originalis peccati reatus tolleretur, & per contritionē oīa actualia, tn̄ tandiu detinebantur in exilio animæ sanctorū in lymbo, qui dicitur sinus Abrahæ quousque pontifex noster Christus moreretur. Ista expositio partim literalis, & partim allegorica est, nec tn̄ quis multum deuiaret si penitus eam literalem asseruerit.

Quare hic dicatur de morte summi sacerdotis potius quâm de minorum obitu. Et an conuenienter assignatus fuerit terminus exilij in morte summi sacerdotis. *Quæst.* XXIIII.

QVAERET aliquis quare magis dicebatur hic de morte summi sacerdotis, quàm alicuius de sacerdotibus minoribus. Rn̄debitur, ꝙ nō oportebat ad hoc reddi causam, quia, vt s̄. dictum est, in assignatione terminorum nō potest dari determinata ratio. s. quare magis hoc quā illud: ita ergo de summo sacerdote, vel de minorib⁹.

Respondendum est etiam, ꝙ nō potuit conueniēter poni de aliquo sacerdote minori, quia sacerdotes minores erant valde multi, & de illis non posset determinari vsque ad mortem, cuius manere de-

F beret occisor in exilio: sacerdos autem magnus erat vnicus, ideo de illo manifestum esset pro quo diceretur. Item si poneretur mors alicuius sacerdotis minoris tanquam limitatio tp̄is huius exilij, necesse erat vt intelligeretur de illo, qui citius morerer̄, & tūc esset paucū tp̄s: quia cum sacerdotes essent valde multi cito contingit mori aliquem de illis, & in quolibet anno multi & in quolibet mēse, talis aūt positio termini nihil erat. De summo sacerdote secus est, quia ille est vnicus in tota terra Israel, ideo illum non contingeret ita mori, sicut de oībus sacerdotibus minoribus mori vnū. Item non conuenienter mors sacerdotis minoris poneretur pro termino, quia non sciebatur per totum Israel mors cuiuscunque sacerdotis minoris, sicut mors cuiuscunque viri vulgaris: & ta-

G men ad liberationē istorum occisorum necesse erat, vt sciretur per totum Israel, cum ciuitates refugij essent per totum Israel diffusæ s̄m commēsuratam distantiam: mors autem summi sacerdotis per totum regnum Israel immediate pateret cum esset vnicus, & esset potentissimus in toto Israel prçter regē, ideo cōuenienter potuit poni mors sua tanq̄ terminus exilij pro homicidio casuali. Sed aliquis arguet, ꝙ non fuit conuenienter positus iste terminus, quia per hoc daretur multis occasio desiderandi mortem alterius, scilicet oībus exulibus, vt sic possent redire in terram suam: iura tn̄ humana euitant tale desiderium: nam pp̄ hoc iura canonica nō permiserunt, ꝙ daretur alicui expectatio ad prębendam determinatam, quā aliquis nunc tenet, ne mortē illius desideraret & procu

H raret, vt patet extra De conces. prębendæ non vacantis, per totum. Idētidem tam ciuilia q̄ canonica iura non concesserunt tenere pactū factum de futura successione, ne quis ad mortē alterius desiderandā inducatur. Rn̄dendū est, ꝙ non oportet tolli oīa inconuenientia, quę sequunt̄ ad leges positas, quia sic fortassis paucę nobis relinquerēturleges, ista aūt lex erat valde cōueniens, & rōnabilis, ideo licet sequeretur hoc quod aliqualiter videbatur inconueniens, nō erat nimis curandum, & potissimè factū est pp̄ significationem quasi allegoricā, q̄ supra data est: nā si non fuisset positum de morte summi sacerdotis, non conuenienter signari posset redēptio nostra futura p̄ Christum: ideo vt illa locum haberet nihil de hoc paruo

I inconuenienti curatū est. *Et moriatur sacerdos magnus.* Duo ponunt̄ hic ad hoc ꝙ occisor casualis posset redire in terrā suā: & vnum sine altero non sufficiebat. Primū ꝙ redderet causam facti sui, i. ꝙ rn̄deret se esse innocentē in iudicio excusando se de oībus, q̄ obijcerentur per aduersarios. Secundū ꝙ moreretur sacerdos magnus. Primum enim erat ꝙ cum confugisset occisor in aliquā de vrbibus refugij, vltor sanguinis accusabat eum, & ventilabatur cā corā iudicibus loci illius, in quo patratum est homicidium. Et si innocēs reperiret̄, adhuc nō ibat in terrā suā, sed reducebatur per sn̄iam in vrbē, in quam confugerat. Secundū est,

K ꝙ sacerdos magnus moreretur: nam si vētilata causa non esset mortuus summus sacerdos, reducebat̄ occisor in vrbē, in quā cōfugerat, & manebat ibi: si aūt dum causa ventilaret̄ moriebatur summus sacerdos, illa decisa non reducebatur occisor in vrbem, in quā cōfugerat, sed in vrbem suā redire poterat: sicut primum sine isto secūdo nō sufficiebat ad hoc, ꝙ reuerteretur occisor in terrā suā, ita nec istud scd̄m sine primo: nam si inchoata cā homicidij sacerdos magnus moreretur non licebat redire occisori in terrā suam, sed prius erat vētilāda cā. *Qui fuerit in illo tempore.* Idest tp̄e quo factū est homicidiū, & nō tp̄e ventilationis causę, vel diffinitionis eius, quia de hoc nihil differt: nā si patrato homicidio per aliquot dies moriat̄ summus

Duo ponuntur ad hoc ꝙ occisor casualis rediret in terram suam.

mus sacerdos, siue incepta causa ad ventilandum, siue nõ, & succedat alius cuius tempore diffiniatur causa, non manebit occisor in vrbe refugij vsque ad mortẽ huius; sed diffinita causa redibit in terram suam, quia tempore pręcedentis summi sacerdotis patratum est homicidium. *Tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem.* Idest reuertetur in terram suam, & ingredietur in ciuitatem suam, s. quia iam nõ licebit vltori sanguinis quidquam impune agere contra occisorem, sicut licuisset toto tempore præterito si inuenisset eum extra vrbem refugii. *Et in domum suam, de qua fugerat.* Idẽ est redire in domum suam, & in ciuitatem suam. dicitur de qua fugerat, s. quia præsupponit scriptura, ꝙ iste patrauerat homicidium in terra sua, & de illa fugit. Idem tamen est, siquis in aliqua alia ciuitate patrauisset homicidium.

Quid siquis extra vrbem refugij occidisset aliquem illius vrbis refugij an posset ad illam confugere. Quæst. XXV.

QVAERETVR quid si aliquis in aliqua ciuitate extra locum refugij occidisset aliquem virum de vrbe refugij, an posset ire in vrbẽ refugij, de qua erat vir occisus. Aliquis respondebit, ꝙ non poterat fugere in vrbem illam, sicut supra declaratum est, cum quærebatur de eo qui occidit aliquem in vrbe refugij, ꝙ non poterat manere in eadem vrbe, quia ibi puniretur pęna communi, sicut fiebat in alijs ciuitatibus, siue per leges communes, siue municipales non proficiente immunitate quantum ad aliquid. In contrarium aliquis dicet, ꝙ poterat confugere in vrbem illam, quia non est casus iste similis superiori, quia in illo patrabatur delictum in vrbe, & ob hoc ratione delicti efficiebatur occisor de foro illius vrbis, & debebat iudicari per leges vrbis illius. leges autem illius loci non erant ad conseruandum occisores, quia hoc est priuilegium contra alias vrbes, s. ne fugientes in illas de aliis vrbibus possent educi, & tamen istę ciuitates in seipsis non habent priuilegia, sed leges communes, quibus regulatur status politicus, & vitia puniuntur. Et quia qui in territorio alicuius vrbis deliquit effectus est de foro illius vrbis, punitur per leges illius. Si autem aliquis occidit virũ alicuius vrbis, si non occidit eum in vrbe ipsa, sed in alia, non efficitur ratione huius delicti de foro vrbis, de qua erat occisus, sed de foro vrbis, in qua homicidium patratum est. Poterit ergo confugere in vrbem illam, cuius virum aliquẽ occiderat, si extra illam occidit, s. in alia vrbe, & non poterit iudicari in vrbe, ad quam confugerit, quia non est de foro illius, sed gaudebit immunitate loci illius. Simile est in alio casu, vt siquis occiderit aliquem sacerdotem, qui est vir Ecclesiasticus, & ad Ecclesiam confugerit, gaudet immunitate Ecclesiastica, quamquam occisus esset persona Ecclesiastica. Si tamen aliquis occiderit quemquam intra ecclesiam inuadendo, non gaudet immunitate ipsius ecclesiæ. Non ergo differt vnde sit persona occisa quantum ad hoc, vt occisor consequatur forum, sed in quo loco homicidium patratum fuerit: ideo videbitur de isto occisore, ꝙ possit confugere in vrbem refugii cuius virum occidit. Respondendum est, ꝙ non potest confugere ad eam, sed debet fugere in aliam de vrbibus refugii, non quidem quasi iudices vrbis refugii possint iudicare de homicida isto, qa non est effectus de foro suo, cũ non sit patratum homicidium in vrbe illa. sed quia homicida habet hostes in vrbe illa, s. propinquos occisi, & illi non venientes ab extra ad infringẽdum immunitatem vrbis, sed intra eam reperientes hostem suum eum impune occident: debet ergo ad aliam vrbem confugere.

A Et cum arguitur, ꝙ non est iste casus, sicut supra assignatus cum quis occidebat alium in loco refugii, iõ ꝙ possit iste gaudere immunitate loci. Respondendũ est, ꝙ quamquam non sint similes, tamen in nullo eorum poterit occisor gaudere immunitate vrbis. Habent enim aliquam similitudinem, & dissimilitudinẽ in facto, & ob hoc sequitur dissimilitudo in iure: nam in primo occidit aliquis virum aliquem in vrbe refugii, & hostes occisoris sunt in vrbe ipsa, atque in ea patratum est homicidium, in secundo autem sunt hostes occisoris in vrbe refugii, sed nõ patratum est homicidium in ipsa vrbe: ideo in primo poterat aliquis ab hostibus suis, qui in vrbe erant occidi, & poterat de homicidio iudicari a iudicibus ciuitatis ipsius. In secũ-
B do autem poterat occidi in vrbe ipsa, quia erant ibi inimici: tamen non poterat iudicari ibi, quia non erat effectus de foro vrbis illius ratione delicti, cum non patratum fuisset ibi delictum. Item dato, ꝙ qui occidebatur in vrbe refugii non esset de ipsa vrbe, nec haberet ibi aliquos proximos vltores sanguinis, tamen occisor nõ poterat ibi gaudere priuilegio immunitatis: sed hostes sui venientes ab extra, poterant eum occidere ibi, velut si patrasset homicidium in loco non priuilegato possent eum occidere. Iste autem per actum illum perdebat priuilegium immunitatis loci, & tunc etiam per istum casum, & eũ de quo hic quæritur est differentia; quia hic est effectus de foro vrbis eius, quia deliquit in ea secundum leges communes,
C ideo ad iudices huius pertinet iudicare de homicidio isto: & cum iste confugerit ad aliam vrbem, reducetur ad hanc ad ventilandum causam. Etiam iste, qui occidit aliquem in vrbe, fecit contra immunitatem vrbis, ideo non gaudet priuilegio immunitatis, ideo ibit ad aliam vrbem. Sic etiam qui occidit virum vrbis refugii, licet non sit effectus de foro vrbis, nec fecit contra immunitatem illius occidendo virum aliquem illius extra eam, quia tamen vltores sanguinis sunt habitatores ipsius, non licet ei manere in ea: quia ipsi non venientes ab extra ad violandum iura vrbis, sed inuenientes inter se hostem suum impune occident eum.

D *Quid siquis viros de omnibus vrbibus refugij occiderit extra vrbes ipsas. Quæst. XXVI.*

SED tunc quæret aliquis quid siquis occiderit viros de omnibus vrbibus refugii extra ipsas vrbes? Respondendum est, sicut supra respondebat de illo, qui occidebat a casu aliquos in omnibus vrbibus refugii, quia quamquam nõ sit eadem penitus ratio in vtroque quare non gaudeat immunitate vrbis, tamen sequitur idem effectus ex modo supra assignato. Si tamẽ detur, ꝙ quis occidat aliquem virum vrbis refugii extra ipsam vrbem, qui non habeat aliquos propinquos vltores sanguinis habitantes in ipsa vrbe poterit confugere ad eã, & non licebit vl-
E toribus sanguinis habitantibus extra vrbem illam persequi homicidam intra vrbem refugii.

Decreueruntque Cedes in Galilæa montis Nephthali, & Sichẽ in monte Ephraim, & Cariatharbe; ipsa est Hebron in monte Iuda. Et trans Iordanem contra Orientalẽ plagam Iericho statuerũt Bozor quæ sita est in campestri solitudine de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Basan de tribu Manasse. Hæ ciuitates cõstitutæ sunt cũctis filijs Israel, & aduenis qui habita-

bitabant inter eos, vt fugeret ad eas, qui animam nescius percussisset, & non moreretur in manu proximi effusum sanguinem vindicare cupiētis, donec staret ante populum expositurus causam suam.

Vrbium refugij assignatio.

Decreueruntque Cedes. Hic ponitur f̄m huius c. s. vrbium refugij assignatio, & quia iusserat dn̄s sex vrbes refugij a principio constitui, vt patet Num. 35. postea vero crescentibus terminis terrę Iudęorum tres aliæ debebant adiungi, vt patet Deut. 19. ponunt̄ hic, sex, quæ primo fuerunt assignatæ. s. tres ad partem orientalem Iordanis, & tres ad occidētalem partem, & qa nunc assignabantur aliæ, quę erāt ad occidentalē plagam ponunt̄ primo: alię aūt tres iam fuerant assignatę viuente Moyse, vt patet Deut. 4. *Decreueruntque Cedes in Galilæa*. i. diffinierunt Israelitæ, ꝙ vna de vrbib⁹ refugij esset Cedes in Galilæa. Ista vrbs Cedes, de qua hic dicitur est, quę habetur p̄ced. c. & ponitur in sorte Nephthali, sic. n. dr̄ hic. Alia aūt est Cedes in sorte Iudę, vt patet s̄. 15. & differt ab ista, quia vna vrbs nō poterat esse in duabus sortibus. *In Galilæa montis Nephthali*. i. ista vrbs Cedes erat in Galilæa. Ista terra est apud mare Genesareth, qđ vocatur mare Galilęæ Io. 6. & est magna terra Galilęæ, quæ ēt erat partim in terra Zabulon: erat aūt habens oppida multa: nam in ea assignauit rex Salomon regi Hirā. 20. oppida, vt patet 3. Reg. 9. c. in hac terra erat Nazareth ciuitas, in qua Saluator noster nutritus est, ideo vocabatur Galileus, & Nazareth vocatur Galilęę. i. de terra Galilęæ, vt patet Mat. 21. s. Iesus à Nazareth Galilęæ. In monte Galilęæ dr̄ esse vrbs Cedes. i. in quadam terra montana Galilęæ: sic dr̄ in monte Ephraim supra 17. & pręce. cap. 1. in terra montana Ephraim.

Quomodo distribuendæ erant a tribubus vrbes refugij. Quæstio. XXVII.

QVAERET aliquis, qūo distribuerētur vel assignarentur istę vrbes refugij. s. an illę trib⁹ quæ haberēt plures ciuitates darent plures, & quæ haberent pauciores, darent pauciores, vel an darentur per sortes, vel quomodo.

Rn̄dendum est, ꝙ non fiebat primo modo, quia ille pertinebat ad distributionem ciuitatum pro tribu Leui: nam non acceperunt Leuitę sortem inter reliquos Israelitas, sed singulæ tribus dabant eis aliquas ciuitates inter se, in quibus morarentur, & erant istę. 48. ciuitates, de quibus illę tribus, quę habebant plures ciuitates dabant plures, quę hēbant pauciores dabant pauciores, f̄m proportionem paucitatis, vel multitudinis, vt patet Num. 35. c. in vrbibus aūt refugij nō poterat esse sic, quia non dabantur vrbes aliquę, aut saltem vna vrbs, de qualibet tribu, quia de. 12. tribubus dabantur sex ciuitates refugij solum, & de his erant tres ad partem orientalem Iordanis in sortibus duarum tribuum, & dimidię, vt patet infra & Deute. 4. ad partem autem Iordanis in sortibus. 9. tribuum, & dimidiæ erant 3. ciuitates solum, ergo non poterat esse ille modus distributionis.

Item non potest stare iste modus, quia ꝙ illa tribus, quæ haberet plures vrbes, daret plures, & illa, quæ haberet pauciores, daret pauciores, erat ex hoc ꝙ tribus grauabantur dando ciuitates istas, cum adimerēt eas sibi, cum tribuerent sacerdotibus, & Leuitis: sed dando vrbes pro fugitiuis nulla tribus grauaret̄, quia dato ꝙ assignarent oēs ciuitates in vna tribu, nō adimebat aliqđ illi tribui: nā in vrbib⁹ refugij habitabāt oēs, qui occidebant inuolūtariè: aliàs nō habitaturi erant,

F & solum recipiebant ipsos fugitiuos occisores, cum venirent ad vrbes ipsas assignantes eis loca ad habitandum. Cum aūt dabant̄ vrbes sacerdotibus, secus erat: quia illa vrbs, quę dabatur transibat in ius sacerdotū: ita ꝙ nō liceret alijs habitare ibi, ideo in hoc attēdendum erat, vt tot vrbes darent̄ de vna tribu sicut de alia obseruata proportione, ne grauaretur magis vna tribus, q̄ alia: sed in assignatione vrbium pro fugitiuis nullum erat grauamen, quia nō tollebatur aliquid ipsis dantibus vrbes: ideo nihil differebat an oēs vrbes refugij in vna tribu, vel in multis assignarentur. Item non stat aliquid horū, quia nulla tribus dabat aliq̄ de his ciuitatibus refugij, sed de vrbibus sacerdotalibus dabant̄: nā Israelitæ dabant Leuitis vrbes 48. vt patet Nu. 35. & de illis separabātur sex in pręsidia fugitiuorū.
G Patet etiam hoc cōparando vrbes, quę sunt hic ad eas, quæ sunt seq. cap. in distributione vrbium quę fuerunt datæ Leuitis: nam ibi oēs istę reperiuntur. Itē non poterat esse secundus modus assignandi ciuitates istas, s. per sortē, qa sors ponitur in his, quę aliqđ valoris, vel nocumenti habent: sed assignari vrbes fugitiuorum hic, vel ibi nihil nocebat possessoribus ipsarum vrbiū, quia nihil per hoc diminuebatur de possessione eorum; ergo nō cōueniebat poni sortem. Item sors ponitur pro incertis, sed de ciuitatibus istis erat certū q̄ earū accipi deberēt, ergo nō debebat accipi sors. Patet minor, quia Deus iusserat Deut. 19. ꝙ terra diuideret̄ ęqualiter p̄ partes, & ciuitates refugij ponerentur in distantia proportionali, s. ꝙ nō magis distaret vna vrbs ab alia q̄ alia ab altera: & hoc vt a
H quacūque parte terrę Chanaan videret̄ aliqua ciuitas propinqua ad confugiū, ergo p̄ hoc manifestū esset, q̄ se haberent in ista proportione distātiæ de his, & istæ debebant assignari tanq̄ vrbes refugij & nullę alię.

Dicēdū igit̄ ꝙ modus assignādi vrbes istas fuit ꝙ darent̄ primo Leuitis vrbes 48. sicut pręceperat Dn̄s, & de his postea separabant̄ sex, s. ꝙ habitarēt in eis Leuitę sicut in cęteris 42. tamen essent etiā ad receptandū profugos p̄p homicidiū. & ad assignādum istas vrbes cōsiderabat̄, qūo posset diuidi tota terra Chanaā per sex ciuitates, quarū vna esset in tanta distātia ab alia, sicut alia ab altera, & sic de oībus. Et istę ēt respectu partium totius terrę Chanaan habebant se in situ cōuenienti, s. vt non magis distarent ab vna parte quàm
I ab alia, vt patet Deut. 19. c. *Et Sichem in monte Ephraim*. Idest in sorte Ephraim fuit alia ciuitas refugij data, s. Sichē, & fuit data ista ciuitas Leuitis, & nō sacerdotibus: fuit aūt pro Leuitis Caathitis, vt patet seq. cap. Ista ciuitas Sichē non fuit posita in diuisione sortiū aliarū vrbiū, quia fuerat ista tribus specialiter assignata Ioseph extra fratres suos, & pertinebat ad filios ei⁹, vt patet Gen. 48. c. s. Do tibi partē vnam extra fratres tuos, quā tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. & fuit postea in agro vrbis huius tumulatus Ioseph, s. ossa eius, quę de Aegypto adducta sūt, vt patet infra 24. c. Dicit̄ aūt esse in monte Ephraim, i. in terra
K Ephraim, q̄ est montuosa: tota. n. possessio Ephraim vocat̄ mons: vn̄ qn̄ agitur de sorte Ephraim, vocatur mons, vt patet hic, & pręced. cap. & supra 17. *Et Cariatharbe*. Ista est tertia vrbs de assignatis nūc, & pertinet ad tribū Iuda: erat aūt ordo inter ciuitates istas, quia Cedes Galilęę erat magis aqlonaris: Sichē erat media: & Cariatharbe erat magis australis. *Ipsa est Hebrō*. Habet ista vrbs multa noīa: vocat̄ Hebron, & Cariatharbe, & Mābre: nomē aūt Hebron est cōius in tota scriptura, & magis vulgatū. Cariatharbe etiā multoties vocat̄. Cā huius noīs declarata est supra 14. vocat̄ etiā Mambre, licet rarius. De hoc tn̄ Gen. 23. & 49. c. vbi dr̄ de Hebron, ꝙ ipsa est Mambre. *In monte Iuda*. Idest in terra mōtana Iudæ: erant enim multæ dispositiones

Doct. vera responsio ad quæsitum.

Hebron habet multa nomina.

sitiones terræ in sorte Iudæ, eo ꝙ sors illa erat valde magna,& quædam partes vocantur montanę,& quę dam campestres. Hebron autem pertinet ad terram mõtanam,vt patet supra 11.c.s.in illo tempore venit Iosue, & interfecit Enachim de montanis Hebron, Dabir,& Anab. *Et trans Iordanem.* Hic ponuntur aliæ tres ciuitates refugii. Fuerant enim positę tres ciuitates,quæ nunc nouiter assignatæ erant per Iosue in terra Chanaan:hic ponuntur aliæ tres,quas non assignauit Iosue, sed assignatæ fuerant per Moysen, vt patet Deut.4.quia tñ agitur hic de impletione pręcepti Dei de vrbibus refugij,& istæ vrbes erant sex,vt patet Nu. 35.c.ideo positæ fuerunt hic omnes.

An vrbes refugij assignandæ post dilatationem terræ essent in parte Orientali Iordanis,vel Occidentali.
Quæst. XXVIII.

CONSIDERANDVM etiã, ꝙ Deus iussit poni alias tres vrbes refugij postquam dilataret Deus terminos Iudæorum,vt patet Deuter. 19.c. Dubitabit autem aliquis,in qua terra essent assignandæ, s.an in terra ad Orientalem plagam Iordanis,vel ad Occidentalem partem. Dicendum,ꝙ ad partem Occidentalem Iordanis, quia Deute.19.c. cum dictum est, ꝙ Israelitæ assignarent tres vrbes refugij in terra Chanaan, ad quas confugerent homicidæ,subiunctum est,ꝙ cum dilatarentur termini,adiũgerentur aliæ tres:ergo de ipsa terra Chanaan ad Occidentem Iordanis accipitur. Item ciuitates refugij poni debebant in ęquali distantia ad inuicem, vt terra esset ęqualiter diuisa per eas,sed terra ante Iordanẽ erat valde parua in comparatione terræ,quę erat post Iordanem,quia in prima erant duæ tribus, & dimidia solum:& in secunda erant 9. tribus, & dimidia, vt patet ex diuisionibus hic factis cum toti Israel dederit sortẽ Iosue prærerquam duabus tribubus, & dimidiæ,quæ acceperunt sortem ante Iordanem, vt patet supra 13. ergo in terra ad Occidentem Iordanis debebant augeri postea tres vrbes. Item dicitur Deute. 19. ꝙ cum dilataret Deus terminos Israelitarum, assignarẽt alias tres vrbes refugij; sed termini Israelitarum non erant dilatandi a parte terræ,quæ erat ad Oriẽtem Iordanis, quia ibi nulla erat terra, quę cedere deberet in ius Israelitarum, a parte autem Occidentali Iordanis manebat terra multa, quam non potuerunt a principio capere Israelitæ cum Deus prædixisset eis, ꝙ nõ erat tradenda terra tota simul,sed paulatim, & per partes, ne redigeretur terra in solitudinem,& crescerent bestiæ contra eos,vt patet Exo.23.c.ideo de hac fuerunt vrbes postea additæ:dicitur hic trãs Iordanem pro terra duarum tribuum,& dimidiæ, quæ est ante transitũ Iordanis:& quia trans non magis signat partem anteriorem,quam posteriorem sicut vltra,& citra, ponũtur determinationes aliæ hoc signantes, s.ad Orientalem plagam, vel ad Occidentalem:ideo subditur.

Contra Orientalem plagam Iericho. Idem est dici ad Orientalem plagam Iordanis,vel Iericho,quia vrbs Iericho est apud Iordanem: est tamen Occidentalis ei. Id autem,quod Orientale est Iordani est Orientale vrbi Iericho,& quasi ẽ contrario: ideo tota terra duorum regum Amorrhęorum Sehon, & Og in qua acceperũt possessionem duę tribus,& dimidia, cum sit ante transitum Iordanis dicetur ad Oriẽtem Iordanis, vel Iericho. *Statuerunt Bosor.* Non statuerunt eam Israelitæ cum statuerunt vrbes tres supra positas, quia istæ fuerunt assignatæ post diuisionẽ terræ totius per sortes,& cessantibus omnibus bellis:istæ autem tres, quarum prima est Bosor, fuerunt assignatæ viuente Moyse ante transitum Iordanis nõdum cęptis bellis Cha-

A naneorum:ergo non pertinent ad idem tempus: tamen filij Israel vtrasque constituerũt esse ciuitates refugij,quia tempore Moysi ipsi fauebant,& dabant auctoritatem dictis, & factis Moysi, & tempore Iosue idem faciebant: ergo ipsi statuerunt istas ciuitates refugij. De ista Bosor dicendum,ꝙ non sit illa,de qua dicitur secunda Petri.2.c.s.Secuti viam Balaam ex Bosor,qui mercedem iniquitatis amauit. vbi dicitur, ꝙ venerit Balaam ex Bosor, sed Bosor accipitur ibi pro Mesopotamia, quia de terra illa eductus est Balaã in terram Moab ad maledicendũ Israelitas,vt patet Numeri 23.ex verbis ipsius Balaam, s.de Aram vocauit me Balac rex Moabitarum de montibus Orientis: & est Aram Mesopotamia.quod patet Deuter.23.c.s. ꝙ Moabitæ conduxerunt Balaam de Mesopotamia Syriæ ad maledicẽdum Iudęos:& tamen Mesopotamia

B multum ab vrbe Bosor,quę est in terra duorum regũ Amorrhęorum distat,quam ceperant Israelitæ, cum dicatur hic,ꝙ sit in sorte Ruben. Si autem fuisset Balaam in ista Bosor,fuisset mortuus cum Israelitę acceperunt terram Sehon,& Og: & non potuisset venire ad maledicendum eos post hoc:sed frequenter vocãtur multa loca eodem nomine,vt patet supra 15.& supra præced. vbi ponuntur ciuitates eorundem nominum in multis tribubus. *Quæ sita est in campestribus.* Terra campestris vocatur,quæ non est penitus montuosa,nec tamen est plana,sed montuosa aliqualiter, & aliqualiter plana, media secundum dispositionem inter montes,& planicies,& in sorte Ruben erat quędam pars terræ huiusmodi in qua erat ciuitas Bosor. Terra cãpestris q̃d.

C Est autem ista terra campestris apud ciuitatem Esebon,& Medaba, quia viculi istarum ponuntur esse in campestribus,vt patet supra 13. *De tribu Ruben.* Erant in ista terra duorũ regum Amorrhęorum factę tres portiones, s.duabus tribubus, & dimidiæ, & in qualibet portione erat vna ciuitas refugij. *Et Ramoth in Galaad.* Ramoth est alia ciuitas,q̃ data fuerat tribui Gad: erat in Galaad,idest in terra montis Galaad. nam erat Galaad quidam mons in terra duorum regũ Amorrhęorum,& medietas montis huius pertinebat ad regem Sehon:alia autem medietas in regno Og erat, vt patet supra 12.& sic diuidebatur terra horum regũ interposito monte Galaad:sic autem in terræ diuisione medietas montis huius fuit data tribui Gad, s.illa Ramoth quid.

D medietas,quæ erat magis Meridiana pertinens ad regem Sehon:alia medietas magis aquilonaris,quæ ptinebat ad regem Og, data fuit dimidiæ tribui Manasse,vt patet Deute.3.& supra 13.vocãt autẽ terra montis Galaad terra adiacens monti illi ex vtraque parte, apud quam ciuitates multæ erant,ibiq; ex parte Meridiana montis erat Ramoth in sorte Gad. Est autem ista terra Galaad multum pascualis, & propter hanc filij Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse petierant dari sibi terram duorum regum Amorrhęorũ in possessionem,quia abundabãt in pecoribus nimis, vt patet Num.32.c. ista ciuitas Ramoth est propter q̃ pugnabat rex Achab contra regem Syriæ,quando in

E bello percussus occisus est,vt patet 3.Reg. vltimo.

Et Gaulon in Basan. Ista est tertia ciuitas de constitutis trans Iordanem,quę aliquando vocatur Gaulõ,& aliquando Golan,vt patet seq.ca.& ẽt in litera Hebraica aliqualis mutatio apparet. Ista ciuitas erat in Basan, idest in terra Basan,quia Basan est nomen regionis magnę,a qua denominabatur regnum Og, s.rex Basan: & fuit ista terra olim terra gigantum vocata. in hac regione erant 60.oppida murata,quæ vocantur 60.vrbes,vt patet Deut.3.& supra 13.ceciderunt que in partem dimidiæ tribus Manasse,vt patet ibidem.

De tribu Manasse. Nõ est intelligendũ,ꝙ a tota tribu Manasse fuerit data ista ciuitas pro vrbibus refugij: quia

quia nõ accepit tótus Manasse sortem simul, sed medietas eius accepit sortem ad orientalem plagam Iordanis in terra Og regis,& de hoc dicitur hic,alia medietas accepit sortem ad occidentalem plagam Iordanis apud tribum Ephraim,& de illa dicitur supra 17. De illa autem non fuit data aliqua ciuitas refugij. Hic autem accipitur tribus Manasse pro medietate eius. Istę tres ciuitates vltimæ non fuerunt constitutæ ab Israelitis,& Iosue in Silo,vt essent vrbes refugij, sed constitutę sunt a Moyse ante trãsitum Iordanis, vt patet Deuter.4.

De urbib' refugij, q̃ erãt de urbibus Leuitarum.

Considerãdum,ꝙ omnes ciuitates refugij siue istę sex,quæ nunc assignatæ fuerunt siue aliæ tres, q̃ postea erant assignandæ,vt patet Deut.19.debebant esse de ciuitatibus prouenientibus Leuitis,vt patet Num. 35.& patet de istis sex. Nam prima harum.s. Cedes,q̃ erat in Galilæa fuit data Leuitis Gersonitis,vt patet sequen.c.Secunda.s.Sichem fuit data filijs Caath, q nõ erant sacerdotes,sed simplices Leuitæ, vt patet seq.c. Tertia.s. Hebron fuit data sacerdotibus,vt patet ibid. Quarta.s. Bosor fuit data Leuitis filijs Merari.Quinta. s.Ramoth fuit data ẽt filijs Merari. Gaulon fuit data filijs Gerson,vt patet de oĩbus seq.c. *Hæ ciuitates constitutæ sunt.* Hic ponitur epilogus prędictorum.s. ꝙ istæ sex ciuitates positæ supra fuerũt assignatę ad refugiũ homicidarum. *Constitutæ sunt a filijs Israel*, Idest a toto populo,quia quamquam principes ista decernerent, tñ populus faciebat interponendo auctoritatem suã. Moyses autem constituit has tres ultimas astante sibi toto populo Deut.4.Iosue verò constituit tres primas in Silo præsentibus iudicibus diuisoribus terræ, & reliquo Israel. Aliquæ Biblię habent hic constitutę sunt a filijs Israel,& tunc est sensus pręcedens. Sed vera litera est. *Constitutæ sunt filijs Israel*.

Et tunc est sensus, quòd istæ ciuitates constitutę sunt ad vtilitatem filiorum Israel. scilciet, vt illuc confugere possint, quando occiderint aliquem nescientes. *Et aduenis, qui habitant inter eos.* Aduenę vocantur conuersi de Gentilitate ad Iudaismum,qui dicuntur aduenę & peregrini: aduenę quidem ab adueniendo. s.quia de cultu aliorum deorum ad ritum Iudaicũ transierunt:Peregrini verò a peregrinando, qa peregre manent.s.extra terrã suam,& cognationẽ,& ritum deorum suorum, in quo nati sunt. Isti peregrini,siue aduenę,qui aliqñ vocantur proselyti tenebantur ad oẽs cęremonias,quas obseruabant Iudęi ex genere,cum semel circuncisi essent,ideo in multis legibus fit mentio de Israelitis & de aduenis, & sicut cęremonię erant eędem oĩbus, ita leges iudiciales erãt eędem,vt patet Leui.24.& Deut.1. s. ęquum iudiciũ erit siue ciuis ille sit, siue peregrinus. Differebãt tñ in honoribus,quia non recipiebant̃ ad honores dignitatum, & officiorũ, sicut Iudęi ex gñe. Etiam quædam erant priuilegia Iudæorũ ex gñe inter se, quæ nõ erãt pro conuersis, sicut lex de anno remissionis. s. ꝙ in septimo anno remitteret̃ quidquid debebatur,ita vt nõ posset peti per legem: si tñ cõmodasset quidq̃ Iudęus conuerso poterat petere veniente anno remissionis Deut.15.c.Item in septimo anno, qui vẽditus erat in seruũ,efficiebat̃ liber, vt patet Exo. 21. & Deut.15.tñ si venderetur conuersus Iudæo in seruũ nõ exibat anno septimo,patet ꝑallegato.c. Item priuilegium anni iobelei non extendebatur ad conuersos,quia in anno illo omnis possessio redibat ad vẽditorem, etiam si non daret precium ad redimendum:immo si prius non redemisset non debebat tunc dare aliquam pecuniam pro ea, vt patet Leui.25. Etiam tunc siquis venditus in seruum non exiuisset in libertatem anno septimo,quia voluit secũ educere filios, & vxorẽ exibat in anno iobelei. De cõuersis tñ nihil horũ fiebat.

Quædam priuilegia hẽbant Iudæi inter se q̃ ad alios nõ extẽdebant̃.

F Sed si vendidissent aliquid Iudæis, vel inter se,fiebat simpliciter vẽditio vsque in æternum sicut inter omnes gentes fit. Et siquis venditus esset in seruũ, manebat venditus in sempiternum,& trãsmittebatur ad posteros iure hęreditario: Leui.25. De causis aũt horum ibi dictum est latè. Gaudebant tñ aduenæ hoc priuilegio immunitatis vrbium: nam si occidissent quemq̃ nescientes, siue ille esset Iudęus ex gñe, siue cõuersus,gaudebant immunitate vrbiũ. *Qui habitabant inter eos.* Idest inter Israelitas,i. ꝙ venerũt de Gentilitate ad ritũ Iudaicũ, & postea nõ permittebantur redire in terrã suã natalẽ ad habitandũ, ne ad idolorum cõuerterẽtur culturã, sed manebant in vrbibus Israelitarũ,& sic sępe dr̃ in Deut. Et peregrinus qui morat̃ intra portas tuas,i.intra portas ciuitatum tuarũ. *Vt fugeret ad eas*.

G Idest ad quãcunque earũ,quia oẽs gaudebant ęquali priuilegio immunitatis. Erant tñ multæ, quia si poneretur vnica difficile fieret, vt de extremitatibus terrę cõfugerẽt ad eã oẽs homicidæ, qñ prę longitudine vię vltor sanguinis cõprehendere posset homicidã in itinere,& occideret, ideo sex positæ sũt, & cum magis terra dilataretur ponẽdę erant tres alię ex eadẽ cã, vt patet Deut.19.c. *Qui animam nesciens percussisset*. Idest occidentes ex ignorantia solum gaudebãt priuilegio immunitatis vrbium: erat aũt occisio per ignorantiam,s.casualis,cũ quis non intendit occidere, & occidit, quia non dirigebat actũ suum ad occisionem,nec erat talis, ex quo sequeretur occisio, tñ sequebat̃. sicut de illo qui scindebat ligna, & exiliente ferro securis de manubrio percussus est proximus

H atque interijt,vt patet Deut.19.& sic in similibus.Ad hoc tñ attendendum erat de ignorantia, quia quędã ignorantia est quę non tolleret pc̃m,s.ignorantia rei quã quis scire tenebat̃. & ista vocat̃ ſm Arist. 3.Ethi. ignorantia eius,qđ cõfert. Et de hac dicit ꝙ non cõstituit aliquẽ simpl'r inuoluntariũ: & tñ qui excusat̃ ꝑp ignorantiam,ideo excusatur,quia dicimus eũ esse inuoluntariũ,vt in principio 3.Ethic.Concludit Arist. ponens duplex inuolũtarium in operatione, ideo nõ tollit pc̃m talis ignorantia, & sic si aliquis medicus vel chirurgicus sit,& curare nesciens putãs se bñ agere aliquẽ occiderit,nõ excusabit̃, quia tenebatur scire id, quod pertinebat ad artem suam cum professoris

Ignorãtia quæ excuset a peccato.

I nomen gereret. Quædam aũt ignorantia est eius qđ sciri nequit, & vocatur ignorantia inuincibilis. Alia aũt est ignorãtia probabilis,& istę duę excusant interdum totaliter,& interdum a parte criminis. Hic autẽ intelligitur de ignorantia inuincibili, & probabili: & dr̃ de ignorante ꝙ gaudere debeat priuilegio vrbiũ; non quidẽ intelligendo ꝙ nulli alij gaudẽt, quia oẽs homicidę etiã si per insidias occidissent quęq̃ gaudebant immunitate,nisi confiterentur se egisse ab intentione,quia tunc non recipiebãtur tales in vrbibus refugij.Si tñ diceret egisse a casu q̃q̃ egisset per insidias, vel alias,recipiebatur in vrbibus refugij, & gaudebat immunitate,s. ꝙ nõ tradebãt eum iudices vrbis illius

K in manus aduersarij. Etiam quia non licebat aduersario percutere eũ intra vrbẽ, sed manebat ibi quousq; compelleretur ire ad reddendum cãm facti sui corã iudicibus loci illius,in cuius territorio fuerat patratũ homicidium. Dicitur tñ de occidentibus ignoranter, quia q̃q̃ gauderent priuilegio occidentes voluntariè, tñ non gaudebãt, nisi inquãtũ dicebãt se egisse inuoluntariè,licet nõ tenerentur hoc probare. Item quia licet illi,qui occiderant per insidias aut aliàs voluntariè gauderent priuilegio; tñ nõ gaudebãt simpl'r, sed solum vsquequo discuteretur cã, quia in discussione cõdẽnabant̃, & tradebant̃ in manus aduersariorum. Qui aũt inuolũtariè occidissent simpl'r gaudebãt. nã ante cãm ventilatã, manebãt in vrbe, & ca ventilata

redu-

Anima du pliciter su mitur. reducebātur ad eam, vsque ad mortē summi sacerdotis. *Qui animam percussisset*.i.hominē. Accipitur anima pro hoīe, nā aīa nō percutitur, nec moritur, qa non est corpus, quod tāgi queat. Homo aūt vocatur aīa, vt patet Gen. 46. & Exo. 1. s. sexaginta aīę egressę de fęmore Iacob ingressę sunt in Aegyptū, tamē aīa nō egreditur de fęmore alicuius. Sic accipitur 1. Mach. 2. s. percusserunt vsq; ad mille aīas. Aliqñ etiā accipitur aīa ꝑ solo corpore. s. pro cadauere, vt patet Nu. 9. cum dr̄, ꝙ quidam erāt immūdi super aīa. i. qa tetigerāt corpus humanum defunctum. Hic aūt pro toto hoīe accipitur, quia nō est corpus, quod occiditur, nec aīa, sed hō. *Et non morereiur in manu proximi*, i. nō occideretur a proximo, nō accipit proximus hic respectu eius, qui ꝓfugit, sed respectu occisi. s. ꝙ nō occideret a ꝓpinquo defuncti. *Effusum sanguinem vindicare cupientis*. i. ꝓpinquus defuncti desiderat vlcisci sanguinem effusum: ideo prosequēs occisorē comprehēderet eum, atque occideret, nisi hr̄et aliquā vrbem refugii: nam licebat Iudęis propinquis alicuius occisi de occisore se sine iudice vēdicare, & si occideret interfectorē proximus defuncti, anteꝗ introiret in vrbem refugij, vel postea si exiret de vrbe refugii non puniebatur, vt patet Num. 35. & Deuter. 19. *Donec staret ante populū expositurus causam suam*. q. d. istæ vrbes refugii nō assignabantur, vt essent tutamina vitiorum. s. dando occasionem aliquibus ad occisionē cum haberent loca, in quę confugerent, sed solum erant ad euitanda homicidia iniusta: nam cum quis occidisset quempiam inuoluntariè, & fugeret, si non esset locus aliquis refugij, vltor sanguinis apprehenderet eum, & interficeret, vel è contrario ipse se defendens occideret vltorem, & alia homicidia vtrinque sequerētur, quia fortè qui prius alterum occidit non peccauerat, quia occiderat a casu, vt ergo tolleretur hoc, dabantur loca refugij. Et quia diceret aliquis, ꝙ datis locis refugij, licet sequerentur quędam bona, tamen sequebātur quędam mala, quia qui occidisset alium non a casu manens in vrbe refugij non posset puniri pro crimine, quod erat inconueniens. Dr̄, ꝙ nō tollebatur per vrbes refugii punitio criminis, quia solum defendebantur ibi occisores ab aduersariis, tñ nō a iudicibus, nam compellebantur venire ad iudicium reddituri rationem de facto suo, & dr̄ ꝙ veniebat homicida ante populum. i. ante populū ciuitatis, in qua patratum est homicidium, quia non iudicabatur in vrbe refugii, sed in vrbe delicti, vt supra probatum fuit. Et cum dr̄ ante populum, non est intelligendum, ꝙ coram toto populo de facto suo homicida rationem redderet, quia non iudicabat totus populus, sed corā iudicibus veniebat, quia tñ iudices erant in portis ciuitatum, quę sunt loca publicissima, confluebat populus ad videndum hęc: ideo coram toto populo homicida respondebat de facto suo. & dr̄ expositurus causam suam. i. daturus rationem de facto suo, sicut dr̄ supra donec stet ante iudiciū causam reddens facti sui. Et nō accipitur proprie causam reddere, quia ille reddit causam, qui mōstrat se rectè egisse, & vsum fuisse iure suo, quod pertinet ad intendentes aliquid facere, & defendentes illud iure, qui tamen nihil intendens facere occidit alium, non habet aliquam causam facti huius cum sit factum ꝑ accidens, ideo nō exponit causam, sed dicitur exponere causam, idest exponere facti seriem, & defendere se ab opponentibus, scilicet, quòd opponentur aliqua contra occisorem, scilicet quia voluntariè egerit, vel quòd erat inimicus occisi ad hoc, quòd arguatur fuisse homicidium voluntarium, de quibus debet se defendere, qui occisor est,

CAP. XXI.

ACCESSERVNTQVE principes familiarum Leui ad Eleazarū sacerdotem, & Iosue filium Nun, & ad duces cognationum per singulas tribus filiorum Israel, locutique sunt ad eos in Silo terræ Chanaan, atque dixerunt. Dominus præcepit per manum Moysi, ut darentur nobis urbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta. Num. 25.

Accesseruntque. In pręcedentibus dictum est de assignatione vrbium pro fugitiuis, hic agitur de assignatione vrbium pro Leuitis. Et diuiditur in quatuor partes. Primo ponitur Leitarū petitio. Secundo eiusdem concessio. Tertio assignatarum vrbium expressio. Quarto omnium prędictorum breuis epilogatio. Secunda ibi. *Dederuntque filij Israel*. Tertia ibi. *Egressaque est*. Vel magis ibi. *Dederuntque filij Israel Leuitis*. Quarta ibi. *Dataque est ab eo*. Circa primum considerandum est, quòd tribus Leui non accepit sortem inter Israelitas, quia quamquam in principio habuisset ius sortis cum Leui esset de filijs Iacob sicut cęteri, tamē Deus separauit Leuitas in cultum suum, & voluit, quòd nō acciperent possessionem inter Israelitas, sed ipse dedit eis quędam iura, de quibus sustentabantur, quę erant eis loco possessionis. de his patet Nume. 18. & supra 13. & ibidem declaratum est, quia tamen Leuitę non poterant manere in terra Chanaan, nisi darentur eis loca ad habitandum, & reliquę tribus acceperant totam terram in possessionem, & diuiserant eam inter se, necesse erat, vt de vrbibus aliarum tribuum darentur aliquę Leuitis ad habitandū, & ob hoc iussit Deꝰ, quòd darētur Leuitis 48. vrbes, & tribus, quę haberet plures daret plures, & quę pauciores, daret pauciores, vt patet Nu. 35. capi. Et quia nondum data fuerant aliqua loca Leuitis ad manendum, petierunt nunc.

An quod hic dicitur de assignatione vrbium facta Leuitis, fuerit post eam fugitiuorum. Et qui fuit ordo assignationis vrbium pro Leuitis, & fugitiuis. Quæst. I.

QVAERET aliquis an istud, quod hic dicitur de asignatione vrbium facta Leuitis fuerit post asignationem vrbium fugitiuorum, de quibus pręcedenti capi. vel è contrario. Respondendum est, quòd hic vtitur scriptura ordine transmutato, quia prior fuit asignatio vrbium facta Leuitis, quam asignatio vrbium pro fugitiuis: nam vrbes fugitiuorum debebant dari de vrbibus Leuitarum: nam iussum est Nume. 35. quòd darentur Leuitis 48. vrbes ad habitandum, & de illis separarentur sex ad refugium fugitiuorum, vt patet: ergo primo erant asignandę vrbes ipsorum Leuitarum: scriptura tamen interdum non multum curat de ordine, potisimè cum ordo nihil elucidat de his, quę dicuntur. Fuit tamen ordo, quòd Leuitę in Silo accesserunt ad principes Israel petentes dari sibi loca ad habitandū, sicut iusserat dominus, quę data sunt illico de singulis tribubus secundum pluralitatem, & paucitatem ciuitatum cuiuslibet tribus, vt patet in litera. Postea de his separatę sunt sex ciuitates, vt essent pro fugitiuis, non quidem, quòd dimitterentur liberè pro fugitiuis, sed mora-

morabantur ibi sacerdotes, & Leuitæ, suscipiebantq; inter se homicidas confugientes ad eos, fuerunt autẽ datæ istę vrbes refugij secundum proportionem magnitudinis terræ. s. vt non essent omnes cõiunctæ, nec essent in extremitatibus terræ, sed in distantia proportionali, vt quælibet pars terræ Iudæorum haberet aliquam ciuitatem refugij sibi propinquam.

Quare Leuitæ non petierunt possessionem antè hoc. Et de diuisione Leuitarum, & de modo principatus inter eos.
Quæstio. II.

QVAERETVR amplius, quare Leuitæ nõ petierunt possessionem ante hoc: erat enim iam serò. s. quia steterant pluribus quàm septem annis in terra Chanaan.

Respondendum est, ꝙ Leuitæ nõ fecerunt hoc ex desidia sicut quædam aliæ tribus: sed quia non habebant ius prius petendi. s. ꝙ quędam tribus Israelitarũ fuerunt nimis tardæ in petẽdo portiones terrę eis dari: cùm. n. Iudas, Ephraim, & Manasse petiuissent, & recepissent possessionem, adhuc aliæ septem tribus non petebant, quas Iosue ignauię redarguit dicens: Vsquequo marcetis ignauia, & non intratis ad possidendam terram? vt patet supra 18. Leuitæ autem non habebant ius ad petendum ante hoc tempus, quia ipsi non erant recepturi in sortem aliquam partem terræ, sicut cæteræ tribus, quia dixerat Deus. in terra eorum nihil possidebitis, ego. n. pars & hęreditas vestra sum in medio filiorum Israel Num. 18. c. ideo licet q̃libet alia tribus posset petere a Iosue, ꝙ assignaretur ei hæreditas, tñ Leuitæ non poterant petere hęreditatem, quia non suscepturi erant eam, sed dixerat dñs, ꝙ de qualibet tribu darentur aliquę urbes in quibus manerent Leuitæ, vt patet Num. 35. & s̃. 14. ergo nõ poterant petere Leuitæ hæreditatem quousq; quęlibet tribus haberet sortem suam, & 48. vrbes, q̃ dandę erant Leuitis possent distribui inter oẽs portiones tribuum: si autem data hæreditate tribui Iudæ, vel Ephraim antequam daretur alijs petiuissent sacerdotes ciuitates, quæ eis dandę erant, siue omnes, siue quasdam earum, nesciretur quot de illa tribu dãdæ essent, Nũc autem diuisa fuerat tota terra, & data est possessio omnibus tribubus Israel, vt patet s̃. 19. ideo finita diuisione in vrbe Silo antequam inde recederent Israelitæ accesserũt Leuitę ad Iosue, & principes Israel petentes portiones suas. *Accesserunt principes familiarum Leui.* Leuitæ volebant petere ciuitates, quas Deus iussit eis dari, ideo loco omnium ipsorum iuerunt principes eorum ad petendum. Et hoc propter duo. Primo, quia principes continent eminenter totum populum, ideo quidquid principes faciunt, dicitur totus populus facere, & quia ista petitio competebat Leuitis, nulli melius quàm principes eorum hoc facere possent.

Secundo ad maiorem reuerentiam, quia principes Leuitarũ erant personę honorabiles, meliusq; attenderetur ad eos, quàm siqui plebei viri hoc petijssent.

Considerandum autem circa principes Leuitarũ, qui erant isti principes, & dicitur, quòd erant principes familiarum Leui. In familijs enim principes sunt, quia sicut singulę tribus habẽt principes, ita & singulę familię, & sicut de alijs duodecim tribubus Israel est, ita & de Leuitis, quamquam non computentur, ita propriè Leuitę inter tribus. Erat. n. princeps vnus omniũ Israelitarum, & rursus cuiuslibet familię erat vnus princeps. Erant autem familię Leuitarum tres, & omnium harum ipse summus sacerdos erat princeps, quia nullus erat ęqualis ei in tota stirpe Leuitarũ. habebant rursus principes istę familię, qui fuerũt tres

F iuxta tres filios Leui, scilicet Caath, Gerson, Merari: Exo. 6. Sed prima harum familiarum, scilicet Caathitarum diuisa fuit, quia Caath dabuit multos filios, vt patet pręallegato capitulo, quorum vnus fuit Amrã cuius filius fuit Aaron. Huic autem, & filijs eius dedit Deus ministerium suum sacerdotale, ita vt nulli alteri accedere liceret, siue de Leuitis, siue de reliquis Israelitis, vt patet Nume. 3. & 18. Et siquis conaretur ministrare cum eis, moreretur. Omnes autem reliqui Leuitę pertinuerunt ad aliam minorem ministrationẽ, quę vocatur Leuitica, quę consistebat in excubando in circuitu tabernaculi, & portando ipsum per viam cum castra mouenda forent, & in erigendo ipsum cũ

G figerentur castra, & deponendo cum mouẽda essent, vt patet Num. 1. & 3. & 4. & secundum hoc familia sacerdotum erat separata a cęteris, & isti vocabantur Aaronitę ab Aaron, qui fuit primus, & summus sacerdos. Vel Amramitę ab Amram patre Aaron, & Moysi, vt patet Exo. 6. & isto nomine appellatur Nume. 3. capitulo. erant Caathitę large loquendo, quia erant de stirpe Caath. fuit enim Caath auus Moysi, & Aaron, vt patet Exo. 6. Scriptura tamẽ non consueuit vocare Caathitas, nisi ipsos Leuitas minores, qui non pertinent ad stirpem Aaron. preter hos ergo manebant tres familię Leuitarum, scilicet Caathitę, Meraritę, Gersonitę, & sicut istę familię erant diuersę, ita & officia eis assignata a Deo fuerunt diuersa, non quidẽ

Caathitæ qui dicantur, & eorũ officiũ.

H simpliciter, sed quantum ad ea, quę portabant de sanctuario. Nam excubare in circuitu sanctuarij omnibus erat commune, & portare aliquid in via de particulis sanctuarij, & erigere atque deponere, sed differebant in hoc, quòd quibusdam erant sanctuarij quędam partes assignatę, alijs verò alię. Nam Caathitę portabant omnia vasa, scilicet arcã testimonij, mẽsam propositionis, candelabrũ, & altare holocaustorum, altare thymiamatis, & labium ęneum: hęc omnia cũ vasculis suis, quę erant ad ministrationem eorũ. Gersonitę autem portabant omnia, quę erãt de pellibus, & filis, scilicet cortinas tabernaculi, & saga, pelles rubricatas, & pelles hyacinthinas, quę erant quatuor operimenta tabernaculi. Etiã portabant omnes cor-

I tinas, & tentoria, quę erant in circuitu totius atrij, & tentorium quod erat ad ostium tabernaculi. Meraritę autem portabãt omnia, quę erant in sanctuario de lignis, & ęre, dum tamen nõ essent vasa ministrationis, scilicet omnes tabulas, quę claudebant tria latera tabernaculi, cum basibus suis: columnas quoque nouẽ tabernaculi, & 60. columnas atrij. Cum autem sanctuarium deponendum, vel erigendum esset, quęlibet familia Leuitarum erigebat, vel deponebat ea, quę ad officium suum pertinebant. De his omnibus specialiter patet Nume. 3. & 4. capitulo. Istę familię sic distinguuntur infra ad recipiendum ciuitates. Nam primo Aaronitis, idest sacerdotibus datę sunt vrbes tredecim Caathitis autem inferioris gradus datę sunt vrbes decem. Gersonitis verò datę sunt vrbes tredecim. Mera-

K ritis autem fuerunt datę vrbes duodecim, vt patet de omnibus infra in litera, & hę omnes simul sunt vrbes 48. in his familijs erant principes: nam in familia sacerdotum ipse sacerdos magnus erat princeps, qui etiam in tota tribu Leui erat princeps: in alijs autem tribus familijs erant principes, sicut patet Nume. 3.

Sed considerandum, quòd principes harum familiarum se habebant dupliciter, quidam erant principes habentes originem de ipsismet familijs: alij autem erant principes quantum ad officia. Quod patet, quia Nume. 3. in qualibet familia ponuntur duplices principes: nam in familia Caathitarum erat princeps Elisaphan filius Oziel, & rursus ponebatur princeps Eleazar filiꝰ Aarõ. in familia aũt Gerson erat princeps Elia-

Principes familiarũ se habebãt dupliciter.

Eliasaph, & rursus erat princeps Ithamar filius Aarō. In familia Merari erat princeps Suriel, & super eum Ithamar filius Aaron. Pluralitas autem ista principum in qualibet familia Leuitarum erat propter hoc, quia Leuitę considerabantur dupliciter: vno modo inquantum erant quędam multitudines pertinentes ad speciales cognationes.

Leuitę dupliciter cō siderabantur.

Alio modo inquantum erant dedicati ad quędam officia: nam Leuitę fuerant donati Aaron ad subministrandum ad præceptum illius, vt patet Num. 3. & 8. cap. Propter primum habebant principes, qui erant in ipsis familiis originem habentes de ipsismet familiis, sicut familię in reliquis tribubus, & sic assignabantur in tribus familiis Leuitarum soli tres principes, scilicet Elisaphan, Eliasaph, & Suriel, qui erant de ipsis familiis. Secundo considerabantur Leuitę, vt erant dedicati ad quędam officia, quia dederat illos Deus Aaron, & filiis eius, vt ad mandatum eorum ministrarent, & quia ista officia erant in rebus pertinentibus ad sanctuarium, scilicet portando, erigendo, & deponendo sanctuarium, sacerdotes exigebant rationem a Leuitis de his rebus eis traditis, & ob hoc constituebantur de sacerdotibus aliqui principes super familias Leuitarum, vt iuberent eis quid facere debeant, & de rebus gestis peterent rationem: isti autem principaliter petebant rationem a principibus ipsarum familiarum, scilicet qui constituebatur de sacerdotibus princeps super familiam Caathitarum exigebat rationem ab ipso principe Caathite: & iste modus principatus sacerdotum semper durauit in Israelitis. A principio autem fuerunt constituti filii Aaron principes super tres familias Leuitarum, & quia duo erant solum. s. Eleazar, & Ithamar cum alii duo, scilicet Nadab, & Abiu mortui fuissent, cōstitutus fuit Ithamar super familiam Gersonitarum, & Meraritarum, & Eleazar super familiam Caathitarum, quamquam principatus Eleazar erat maior, cum postea etiā ipse Ithamar daret ei rationem de gestis, quæ ipse accipiebat a principibus Meraritarum, & Gersonitarum. De hoc Numeri 3. Nunc autem cum dicitur, quòd principes familiarum Leui accesserunt ad petendum ciuitates, non intelligitur de principibus, qui erant sacerdotes, & exigebant rationem ab ipsis Leuitis, sed de principibus familiarum, qui erant de origine ipsarum familiarum, quia isti proprie vocantur principes familiarum.

Quare Eleazarus non iuit cum alijs principibus ad petendum ciuitates has. Et quòd fuit præcipuus inter iudices diuisores terræ. Quæst. III.

QVAERET aliquis quare Eleazarus non iuit ad petendum ciuitates istas cum aliis principibus Leuitarum, quia ipse erat maior princeps. s. summus sacerdos, qui inquantū erat princeps totius tribus Leuiticæ generaliter, & inquantum erat specialiter princeps Aronitarū debuisset petere. Respondendum est, ꝙ non petiit ipse cum ceteris, quia ipse erat iudex qui tradere debebat executioni hoc pro parte. s. quia erat vnus de iudicibus: ad iudicem autem non spectat postulare. Et patet, quia ipse ponitur hic, tanquam principalis iudex, cum dicatur, ꝙ principes familiarum Leui accesserunt ad Eleazarū, & ad Iosue. Sed dicet aliquis, quòd potuisset Eleazar petere hæreditatem cum cæteris, etiam si esset iudex, quia tunc desineret esse iudex, scilicet quantum ad illā causam, & peteret, sic fecit Caleb qui erat vnus de iudicibus diuisoribus terræ, vt patet Num. 34. cap. tamen ipse accessit ad Iosue, & alios iudices petēs ab eis vrbem Hebron, vt patet supra 14. c. Sic etiam fecit Iosue, qui princeps iudicū diuisorum erat, ipse tamen petiit dari sibi vrbē Thamnathsare, supra 19. & Israelitæ ei concesserunt illam.

Respondendum est non esse simile, quia Caleb petebat pro se specialiter possessionem, Iosue quoque, ideo quilibet horum debuit petere dimisso officio iudicis quantum ad illum actum, Eleazar autem nō peteret hic pro seipso, sed pro omnibus Leuitis si peteret, ideo non erat conueniens, quòd ipse peteret, sed magis, quòd esset iudex, nec in hac parte penitus debebat abiici, tanquam cum ad eum pertineret, quia non erat causa specialis ipsius, sed communis, scilicet totius tribus, ideo satis poterat esse iudex, secus autem in causa propria, quia ibi nemo recte iudex constituitur, si autem datis ciuitatibus omnibus sacerdotibus Eleazar peteret pro se, & familia sua, siue domo specialiter aliquam, debebat ipse petere ab aliis, & nō esset iudex, & hoc modo petierunt Caleb, & Iosue hæreditatē. *Ad Eleazarum sacerdotem.* i. summum sacerdotem: ipse enim fuit secundus summus sacerdos, ante enim, quam moreretur pater eius Aaron in monte Hor exuto patre vestibus pontificalibus indutus est filius, & sic factus est sacerdos, vt patet Nume. 20. c. vocatur autem sacerdos per excellentiam, scilicet summus, & ita vocabatur Aaron sacerdos nihil vltra exprimendo, vt intelligeretur summus sacerdos. ad istū accesserunt Israelitę, quia iste erat pręcipuus inter iudices diuisores terræ, posuerat enim Deus 12. viros de 12. tribubus, qui totam terram diuiderēt, & super hos posuerat duos, scilicet principes horum, & isti erant Eleazar, & Iosue, vt patet Nume. 34. ideo de his duobus semper recolitur in speciali: de aliis autem in generali, iste autem etiam viuente Moyse habebat auctoritatem iudicandi, & ad diuidendum terram: nam cum vertebantur causę de acquirenda hęreditate, aut eligenda hic, vel ibi, coram Eleazaro, & Moyse fiebat petitio, vt patet Nume. 27. de filiabus Salphaad, & 32. de duabus tribubus, & dimidia.

Et ad Iosue filium Nun. Iste erat etiam pręcipuus inter iudices. Numer. 34. & erat princeps totius populi, ideo ad eum venerunt.

Et ad duces cognationum per singulas tribus. Istud potest intelligi dupliciter: vno modo quòd isti duces cognationum sint 12. viri, qui diuidebant terram sorte, de quibus Num. 34. & erant de singulis tribubus, de qualibet vnus, & vocantur duces cognationum, sicut supra 19. vocantur princeps familiarum, & tribuū filiorum Israel, non quidem, ꝙ ipsi essent principes familiarum, & tribuum, sed quia principantur familiis, & tribubus quantum ad hoc, ꝙ erat diuidere eis terram possidendam, & distribuere vnicuique portionē, isti aūt q̄q̄ non sint principes tribuum, vt declaratum fuit s. 19. tn̄ satis possunt vocari principes cognationum. i. familiarum. s. ꝙ quilibet illorum virorum esset princeps alicuius familię in tribu sua, & hoc innuitur cū dr̄ per tribus singulas. s. ꝙ oēs isti 12. viri erant principes cognationū. s. aliquarū familiarum: & hoc per tribus singulas. i. quilibet in sua tribu habebat aliq̄ familiam, cuius esset princeps. Aliter p̄t dici, ꝙ non intelligatur hoc de 12. viris diuisoribus terrę, sed de principibus oīum familiarum, & tribuū. s. ꝙ erant Israelitę congregati in Silo, & ibi corā Iosue Eleazaro, & omnibus principibus familiarum petierunt Leuitę possessionem. Et hoc poterit stare, quia forte iam non erant necessarii ad hoc viri diuisores, quia manifestum erat quot vrbes dari debebāt Leuitis. s. 48. vt patet Nume. 35. & ista collatio pertinebat ad principes tribuū, & familiarum, cum de qualibet tribu dandę essent aliquę vrbes, ideo magis ipsi, quam diuisores viri necessarij erant ad hoc.

See hoc non multum stat, quia cum quęlibet trib⁹ debebat dare aliquas vrbes Leuitis, & non constaret, quot, nisi essent viri diuisores, magna oriretur seditio, cum quęlibet tribus paucas dare vellet vrbes, ideo necessarii erant ad hoc diuisores. Isti autem erant qui vocantur principes cognationum. Quod autem huic petitioni etiam astarent principes omnium familiarum Israel, satis stat, quia omnes conuenerant in Silo ad diuisionem terræ, quę ibi celebrata est, & ibi petierunt Leuitę, quod hic dicitur. Istud tamen de iudicibus diuisoribus intelligitur, quia Leuitæ non curabant de aliis principibus, sed solum de iudicibus, qui exeq poterant, & debebant, quod petebant Leuitę. *Locutique sunt ad eos*. s. petentes dari eis vrbes ad habitandum. *In Silo terræ Chanaan*. i. ista petitio facta fuit in Silo vrbe, quæ est in terra Chanaã: est enim Silo vrbs, in qua primo stetit tabernaculum, & ibi facta est diuisio totius terræ Chanaan, & positę sunt sortes, vt patet supra decimo octauo capitulo. est autem Silo in sorte Ephraim, vt eo. c. declaratum fuit, & dicitur esse Silo in terra Chanaan ad differentiam terrę duarum tribuum, & dimidię, quia licet essent in terra promissionis, tamen non erant in terra Chanaan, quę computabatur a Iordane versus partem occidẽtalem, est enim Iordanis, tanquam frons orientalis terræ Chanaan, vt patet Num. 34. c. terra autem duarum tribuum, & dimidiæ est ad partem orientalem Iordanis. *Et dixerunt, dominus præcepit*. Non petierunt Leuitę possessionem, sicut quęlibet alia tribus petebat, quia alię habebant ius petendi, Leuitę autem nequaquam, cum possessio, & pars eorum erant sacrificia domini, & iura sanctuarii, vt patet supra 13. sed petierunt allegantes auctoritatem domini. s. quia ipse iusserat eis dari possessionem, ideo dari debebat. *Per manum Moysi*. Improprius modus loquendi est, quamquam vsitatus: nam per manum Moysi nihil Deus poterat iubere, cũ manus non sit instrumentum interpretatiuum per quod voces deriuentur, sed accipitur per manum Moysi. i. per Moysen: manus namque est organum organorũ, ideo quę pertinent ad quodcunque organum attribuuntur manui. Immo etiam quę non fiunt per organa manibus ascribuntur, vt cum dicimus istud negocium expedietur per manus vestras: fuit autem pręceptum istud datum per Moysen: Num. 35. c. *Vt darentur nobis vrbes ad habitandum*. s. quadraginta octo, vt patet pręallegato capitu. tot autem datę sunt eis hic, vt patet computando infra, & dicunt, ꝙ darentur eis vrbes ad habitandum ad differentiam aliarum tribuum: non enim petebant, ꝙ darentur sortes, vel partes terrę, sicut petebant Israelitæ qui vrbes accipiebant ad habitandum, & regionem ad colendum eam in sustentationem hominum, & pecorum. Leuitę autẽ solas vrbes, cum suburbanis petebant, quia non erant accepturi terras aliquas ad colendum, & hoc erat, quia Leuitę accipiebant iura decimarum, & alia pertinentia ad sanctuarium, de quibus sufficienter sustentabantur, ideo non indigebant terra aliqua ad colendum, sed solum locis ad habitandum in eis. De causis autem quare Leuitę non acceperint vnam sortem terrę, sicut quęlibet alia tribus, declaratum est. Nu. 18. & Deute. 18. & supra 14. cap. *Et suburbana earum ad alenda iumenta*. i. etiam iussit, vt darentur nobis suburbana vrbium ad iumenta nostra alenda. Vocantur suburbana loca cõiuncta vrbibus, quasi sub vrbibus posita. Indigebant suburbanis Leuitę ad alenda pecora, non enim plantabant vineas, aut colebãt agros, sed locis pascualibus egebant: nam Leuitę minores percipiebant fructus decimarum totius Israel, de quibus poterant sustentari, vt patet Numeri 18. & inde susciperent quidquid in agris, & vineis colentes accepturi erant, sacerdotes

Quid suburbana. Leuitæ in vet. test. nõ colebant agros, neque vineas.

F autem licet non susciperent decimarum partem aliquam, suscipiebant primitias, & multa alia iura sacerdotii, de quibus sufficienter haberent quidquid erat eis ad victum necessarium, ideo neutri colere agros, aut vineas debebant, suburbanis tamen egebant, quia habebant sacerdotes, & Leuitę multa pecora, & iumẽta: nam Leuitæ minores suscipiebant decimam de fructibus terrę, & de pecoribus totius Israel, ideo multa pecora, & iumenta possiderent: sacerdotes etiam de iuribus suis recipiebant pecora, & iumenta, vt aliquando ex voto, aliquando ex redemptione, vel commutatione, & alias, vt declaratũ est, Numeri decimo octauo. Et ista cõseruabant, cum ex horum commutatione in omnibus necessariis sibi prouisuri erant, ideo da

G bantur magna spatia apud vrbes, in quibus possent pasci pecora, & iumenta. Et ista vocantur suburbana, qa apud vrbes inchoantur, & descendunt per aliquãtum spatium. Nam a męnibus vrbis, vsque ad duo millia passuum extendebantur ex omni parte, vt patet Numeri trigesimoquinto, reliqui autẽ termini vrbium, tam agrorum, quàm vinearum, quàm syluarum ad illos pertinebãt, in quorũ sorte erant istę vrbes Leuitarum, vel sacerdotum, vt rura, atque viculi, quę ad vrbes tales pertinebant non cedebant in possessionem Leuitarum, sed solę vrbes. Sic patet infra de vrbe Hebron, quę data est Caleb in possessionem, vt patet supra 14. & deinde data est sacerdotibus cum quibusdã

H aliis vrbibus sortis Iudę: tamen dicitur, ꝙ agri Hebrõ, & viculi manserunt in possessionem Caleb, vt patet infra. *Ad alenda iumenta*. Accipiuntur large iumenta pro pecoribus, & iumentis: ꝓprie enim iumenta sunt animalia domestica non pertinentia ad cibum, sed ad labores, vt equi, muli, asini, cameli, & dicuntur iumenta quasi adiuuamenta, quia ad adiutorium solum sunt, & non ad cibum, pecora proprie dicuntur animalia mansueta ad cibos pertinentia, quæ quadrupedia sint, vt oues, boues, capre, bubali, & similia. Vtraque autẽ habebant Leuitę, quia in decimis suis recipiebant, tã pecora, quàm iumenta, sacerdotes quoque interdum recipiebant animalia immunda, secundum speciem ex voto, vel oblatione, vt patet Leuit. vigesimo septi-

Quid iumenta pro pr. e, & pecora.

I mo cap. & illa custodiebant ad vsus, & vtilitates suas: ergo indigebant locis pascualibus pro eis. Plura tamẽ Leuitę de pecoribus, quam de iumentis recipiebant. Sic accipiuntur iumenta Exod. vndecimo cap. vbi dicitur, quòd morietur in Aegypto omne primogenitum a primogenito hominis, vsq; ad primogenita iumentorum, & tamen ibi non solum accipitur (iumentis) pro iumentis, sed ẽt pro pecoribus, cum primogenita quoque pecorũ perierunt, idem patet Exod. 13. s. Sanctifica mihi oẽ primogenitum, quod aperit vuluã in filiis Israel, tam de hominibus, q̃ de iumentis, sed ibi magis intelligitur pro pecoribus, quam pro iumentis, cum de iumentis nullum sanctificetur, nisi asinus: pecora autem sanctificabantur, vt ouis, bos, & capra.

K Dederuntque filij Israel de possessionibus suis iuxta imperiũ dñi ciuitates, & suburbana earũ. Egressaq; est sors in familia Caath filiorũ Aaron sacerdotis de tribu Iuda, & Simeõ, & Beniamin ciuitates 13. Et reliquis filiorũ Caath. i. Leuitis, qui superfuerãt de tribubus Ephraim, & Dan, & dimidiæ tribus Manasse, & ciuitates 10. Porro filijs Gerson egressa est sors, vt acciperẽt de tribubus Issachar, & Aser, & Nephthali, dimidiaq; tribu

Manasse in Basan ciuitates numero tredecim. Et filijs Merari per cognationes suas de tribubus Ruben, & Gad, & Zabulon vrbes duodecim.

Dederuntque filij Israel. Hic ponitur secundum huius cap.s.petitionis concessio: viderunt enim Israelitæ, ꝙ Leuitæ iuste peterent, cum Deus hoc iussisset, ideo nihil restiterunt mox tribuentes, quæ petebant. Et dicitur, ꝙ dederunt filii Israel.s.populares, qui erant duodecim tribus: isti enim vocantur filii Israel per se, quasi nulli essent præter eos filii Israel: erant tamen Leuitæ de filiis Israel. Vocantur autem sic propter duo: primum est, quia tribus duodecim Israelitarum erant, quasi totus populus Israel, cum Leuitæ collati ad eos essent valde pauci, & hoc semper consuetum est, vt maior pars rei totum nomen assumat. sic patet in populis quibuscunque, quia maior pars populi vocatur totus populus, & si omnes de populo faciant aliquid contra vnum virum de populo illo dicitur facere hoc populus. Secunda causa, & potissima est, qa Deus iusserat, vt nō computarentur Leuitæ inter filios Israel. Dederat enim Deus Leuitis ministrationem quandā specialem pertinentem ad cultum suum, & nihil dederat popularibus, ideo ex officio erant hi distincti ab illis, vt patet Num.1.c.tribum Leui noli numerare, nec ponas summam eorum cum filiis Israel, sed constitue eos super tabernaculum. Videbantur igitur Leuitæ, tanquam alius populus, quia alterius professionis erant: vnde nomine Israelitarum raro comprehendūtur, nisi in his, quæ spiritualia sunt, quæ omnibus communicantur. *De possessionibus suis.* i. quęlibet tribus dedit Leuitis de sorte sua vrbes aliquas, vt patet infra, sed fuit in hoc portio, quia quæ plures vrbes habebāt plures dederunt, & quæ pauciores dederunt paucas, vt patet Num.35.cap. *Iuxta imperium domini.* Potest hoc intelligi dupliciter.s.vt importetur causa, vel forma. Primo modo, quòd Israelitæ dederunt Leuitis ciuitates iuxta imperium domini, idest quia Deus imperauerat illas dari. Alio modo, quòd importetur forma, scilicet quòd eo modo dederunt Israelitæ, quo Deus iusserat nihil trāsgredientes de forma mādati, scilicet vt iussit Deus dari vrbes, & suburbana, ita data sunt, iussit etiā, quòd tribus habentes plures ciuitates darent plures. Quod etiam obseruatum est. Iussit etiam quòd darentur quadraginta octo vrbes. Num.35. & ita factum est, vt patet infra in litera. *Ciuitates, & suburbana earum.* In hoc monstratur obseruata forma mandati, quia Deꝰ iusserat dari vrbes cum suburbanis, & sic factum est. Fuerunt autem mensurata ista suburbana, sicut Deus iusserat, scilicet, quòd darentur spatia duorum milliū passuum cuilibet vrbi in circuitu, vt patet Numer.35. & in hoc non differebat an vrbs esset magna, vel parua. Cuilibet enim tantum de spatio suburbanorū dandum erat, licet vrbes magnæ, quia plures habitatores capere possent, & consequenter plura pecora, & iumenta ibi essent, aut esse contingeret, maiori indigebant suburbanorum ambitu, quia tamen non poterat per legem determinari quantum vni vrbi, & quātum alteri dari deberet, iussum est omnibus vrbibus ęqualia dari suburbana. *Egressaque est.* Hic potest incipere tertium huius cap. vel infra. *Dederuntque.* Et ponuntur hic ciuitates datę Leuitis ab Israelitis. Et primo ponitur omnium numeratio. Secundo earum nominatim expressio ibi. *Dederuntque filij Israel.* Circa primum. *Egressaque est sors.* Sciendum autem, sicut supra declaratum fuit, quòd familiæ Leuitarum erant tres, scilicet Caathitarum, Gersonitarum, Meraritarum.

A rum. Prima tamen diuisa est in duas, scilicet in familiā sacerdotalem, & Leuiticam, ideo ponuntur hic quatuor familię, scilicet sacerdotalis Caathita, Gersonitica, & Meraritica, & ponitur quot vrbes cuilibet harū traditę fuerint, & ista distinctio obseruatur hic cū ponuntur vrbes in generali, & infra cū ponuntur nominatim, & dicitur. *Egressa est sors.* Idest, quòd familia sacerdotalis habuit per sortem istas vrbes, quæ infra habentur.s.13.

Quomodo potuerunt Leuitæ accipere vrbes per sortes, & an possent ponere sortes cum alijs tribubus.
Quæst. IIII.

B QVAERETVR circa hoc quomodo potuerint Leuitę accipere vrbes per sortes, quia sortes solum pertinebant ad duodecim tribus, quibus competebat ius accipiendi possessionem, Leuitis autem non competebant vrbes ex iure hęreditario, sed ex asignatione aliarum tribuum cum dixisset Deus ad Leuitas, in terra eorū nihil possidebitis, quia ego pars, & hęreditas vestra sum. Num. 18.c. Respondendum est, ꝙ Leuitis non erant prohibitę sortes inter se ad diuidendum vrbes, quæ eis asignarentur ab Israelitis, sed prohibitę erant sortes ad ponendum illas cum aliis Israelitis, scilicet, quòd sicut quęlibet de duodedim tribubus habebat ius, vt diuisa tota terra daretur ei vna de partibus illius proportionalis ipsi tribui, ita non poterant Leuitę habere possessionem, nec poterāt ponere sortes cum aliis tribubus: ideo in diuisione totius terrę promisionis, q̄ consummata fuit supra 19.c. non habuerunt aliquam sortem caute, postea autem fuerunt eis asignatę vrbes, & quia erant quatuor familię fecerunt quatuor portiones, & sorte diuiserūt vrbes inter se. Poterant ergo Leuitę ponere sortem pro vrbibus suis.s. quę de 48. vrbes eis dandę erant, quia sic iusserat dominus. Nu.35. & tot datæ sunt, vt patet infra in litera, ideo forte de his peterent sortem.s. ꝙ ponerent sortem quas vrbes habituri erant, sicut Israelitę ponebant inter se sortes, quas partes terrę acciperet quælibet tribus.

Sed tunc obijcietur non stare, quia non erat simile de duodecim tribubus, & de Leuitis, quia duodecim D tribus habebant ius ad sortiendum terram, Leuitę autem non habebant ius, ideo non poterant ponere sortes, quia sortiri est eorum quibus ęqualia iura sunt, & ob hoc sorte dirimunt, quod alias dirimere non valebant: Leuitæ autem non habebant æquale ius cum Israelitis, ideo non possent, ponere sortem.

Respondebit aliquis, quòd Leuitę non habebant paria iura cum Israelitis, tamē habebant aliquod ius, & pro illo sortiri volebāt, & possent. Quod patet, quia Leuitæ non habebant ius ad recipiendum de terra ꝓportionaliter, sicut reliquę tribus, scilicet multum, vel paucum diuisa tota terra in partes proportionales, sed erat ius eorum determinatum ad quadraginta octo E vrbes, vt patet Numer. 35. ideo etiam si valde plures prouenirent cuilibet tribui non poterant dari plures Leuitis, scilicet, ꝙ ipsi non haberent ius ad petendum plures.

Secundo non habebant Leuitę ęquum ius cū Israelitis, quia Israelitæ suscipiebant partes terrę totaliter.s. quòd cum tribus aliqua susciperet aliquam partem terrę, totum quod in ea erat suscipiebat, scilicet vrbes & viculos, vineas, & agros, syluas, & montes, ita quòd nihil in tota illa terra ad dominium alicuius alterius pertineret: Leuitę autem suscipiebant vrbes cum suburbanis, agros tamen, & vineas, & reliquum territorium non accipiebant. Habebant tn̄ aliqđ ius Leuitę ad posidendū, quia Deus iusserat, vt darent̄ eis

48. vrbes, ideo istas, tanquam debitas sibi petere poterant. Nam diuina iussio est sufficiens titulus ad acquirendum, velut si quis acquirat ex iure hereditario, vel emptionis: vnde dicetur, quòd quamuis non possent Leuitę ponere sortem cum Israelitis simpliciter, scilicet, vt cederet eis aliqua pars terrę proportionalis, sicut cedebat cuilibet tribui, vel ꝙ cederent eis vrbes cum territoriis suis, tamen sortiri possent quantū ad hoc, ꝙ prouenirent eis 48. vrbes.

Sed dicendum est adhuc istud non stare, nō enim poterāt aliquo modo ponere sortem Leuitę cum filiis Israel. Et patet primo, quia si Israelitę sortes ponerent cum Leuitis, quamquam simpliciter non esset tantum ius Leuitarum, sicut Israelitarum ad habēdū possessionem, eēt tñ ęqualitas quantum ad aliquid, & est quędam analogia. s. ꝙ tantum ius habebant Leuitę ad accipiendū 48. vrbes cum suburbanis suis, sicut Israelitę ad suscipiendum totum, quod eis prouenturum erat. Sed ēt falsum est hoc, quia quęlibet tribus Israelitarum habebat ius per se ad accipiendum aliq̃ partem terrę promissionis sibi proportionalem in cōparatione ad alias tribus, & non recipiebat vna tribus ab altera possessionem. s. ꝙ vna tribus, vel aliquę earū primo susciperent terram, & deinde aliis tribubus darent, sed omnes erant ęquales iure, ideo non accipiebat vna per collationem alterius, sed sortiebant̄. Leuitę aūt non habebant ius ad per se accipiēdum, & ęque primo cum aliis, sed ex collatione aliarum tribuum, quia Deus iusserat, ꝙ darentur Leuitis 48. vrbes singulę tribus aliquas vrbes darēt, & tribus, quę haberet plures vrbes daret plures, quę pauciores daret pauciores. Num. 35. c. Si tamen posuissent sortem cum Israelitis pro istis 48. vrbibus non dedisset eis quęlibet tribus aliquas vrbes, sed sors dedisset eis 48. vrbes, sicut cuilibet tribui sors dabat portionem suę possessionis.

Item non stat, quia tota terra diuidenda erat inter 12. tribus Israelitarum, ita vt nulla pars maneret, quā quis possidere posset facta diuisione, & postea q̃libet tribus datura erat aliquas vrbes Leuitis, vt colligitur. Nu. 35. & sic factum fuit, vt patet supra 19. s. ꝙ tota terra diuisa est in tribus 12. si tamē Leuitę posuissent sortem cum Israelitis, non fuisset tota terra diuisa per 12. tribus, sed cum eis esset portio Leuitarum cum proueniebant ciuitates 48.

Item non stat, quia Deus iusserat, vt darent̄ Leuitis vrbes cum suburbanis solum, reliqua autem territoria manerent Israelitis, vt colere possent ea pro se. Si tamen accepissent Leuitę per se sortem 48. vrbium, non prodessent territoria harum vrbium Israelitis: nā Leuitę non colerent ea, quia non egebant, ēt quia nō dabantur eis: Israelitę autem non possent illa colere, quia cum separaretur sors vna 48. ciuitatū simul magnum spatium regionum caperetur, & quia tunc omnes illę vrbes pertinebant ad Leuitas, & non poterat ibi quisquam habitare de aliis tribubus, necesse erat, vt Israelitę culturi regiones, vel territoria harum ciuitatum, venirent de sortibus suis ad colendum. Quod non stat, quia quamquam hoc non posset fieri in extremitatibus sortis Leuitarum, vbi coniungeretur ista sors aliis sortibus Israelitarum, tamen non poterāt fieri in medio sortis Leuitarum, quia multum distaret terra illa a sortibus Israelitarū, & sic maneret illa terra inutilis facta, & inculta redacta in solitudinem, crescerentque bestię contra Israelitas, quod Deus vitare volebat: nam propter hoc noluit dare totam terram Chanaan Israelitis simul, vel anno vno, ne crescerent bestię, vt patet Exod. 23. & Deuter. 7. c. & id, quod superabūdaret hic Leuitis, deficeret aliis Israelitis, quia eorum sortes breuiores essent cum Leuitę reciperēt sortem inter eos.

F Sed aliquis dicet se qui ista inconuenientia, si Leuitę acciperent sortem cum Israelitis, ita ꝙ a principio, quando assignarētur portiones Israelitis per sortes poneretur vna sors pro Leuitis, acciperentque terram distinctam a cęteris. Si tamen diuideretur semel tota terra in 12. portiones per 12. tribus non data aliqua sorte Leuitis, & postea poneretur sors de omnibus ciuitatibus terrę Israelitarum quas 48. habituri essent Leuitę non sequeretur aliquod inconueniens.

An potuerunt Leuitæ ponere sortem cum Israelitis, quas vrbes habituri essent de omnibus quas Israelitæ habebant. Quæst. V.

G QVAERETVR autem circa hoc an potuerint Leuitę ponere sortem cum Israelitis, quas vrbes habituri essent de omnib⁹, quas ipsi Israelitę habebant. Rñdendum est, ꝙ ēt hoc non poterant. nam ponere sortem ad habendū hanc vrbem, vel illam pertinet ad illos, qui hñt ęqualia iura ad vrbes: nam sicut si antequam Israelitę assequerentur vrbes per sortes positas inter seipsos, liceret Leuitis ponere cum eis sortes, vt videretur quibus cōpeteret sors hęc, vel illa, haberent Leuitę ęqualia iura ad vrbes, cum ipsis Israelitis, ita. s. postquam Israelitę assequerentur vrbes per sortes positas inter seipsos, Leuitę possent sortem ponere cum illis ad hoc, quòd
H proueniret eis ista vrbs, vel illa haberent ęqualia iura cum Israelitis. Sed non stat, quia non petebant ipsi iure suo hęc habere, sed per collationem aliarū tribuū: cum iubeat Deus Nume. 35. ꝙ quælibet tribus daret Leuitis aliquas vrbes: ergo non poterant ponere sortem cum Israelitis.

Item sequeretur aliud inconueniens, quia si per sortes accepturi essent Leuitę omnes vrbes quadraginta octo, postquam Israelitę diuisissent terram, aut acciperent eas simul, vel dispersas per omnes possessiones tribuum. Si autem simul acciperēt eas, sicut quęlibet tribus accipiebat totam possessionem suam simul, starent omnia inconuenientia, quę supra assignabantur si acciperent sortem, cum eis a principio antequā diuideretur terra, vt patet inducendo per singula. Si au-
I tem non acciperent simul, sed in aliqua tribu aliquas vrbes, & in alia vrbe alias vsq; ad 48. etiam non staret, quia Deus iussit, vt quęlibet tribus daret aliquas vrbes Leuitis, & tribus illa, quę plures haberet daret plures, alia vero daret pauciores, vt Nu. 35. si tamen sorte darentur eis vrbes contingeret, vt de tribu, quę pauciores haberet vrbes prouenirent plures Israelitis: ergo non ponebant sortes cum Israelitis.

Sed dicendum est necesse esse, ꝙ singulæ tribus assignarent eis vrbes, ita ꝙ Israelitę iudicarēt de qualibet tribu, quot vrbes dari deberent Leuitis considerata paucitate, aut multitudine vrbium tribus illius, & tot ei assignarentur.

K *An Leuitæ possent ponere sortes cum qualibet tribu Israel, & diuisim pro vrbibus, quas habituri erant. Quæst. VI.*

QVAERET tunc aliquis, an possent Leuitę ponere sortem cum Israelitis. s. cum qualibet tribu per se, quas vrbes habituri essent de tribu illa, & hoc ꝙ primo iudicarent Israelitæ inter se, ꝙ tribus Iuda, vel Nephthali, aut Simeon debeat dare quatuor, vel quinque vrbes Leuitis, an post hoc possent Leuitę ponere sortem cū tribu Iudę, vel Nephthali, aut Simeon, quas quatuor vrbes de tribu illa accepturę essent: nam tunc non videtur sequi aliquod de prioribus inconuenientibus.

Respon-

Respondendum est, quod etiam hoc modo non poterant ponere Leuitę sortes cũ Israelitis, quia Deus iusserat, quod Israelitæ darent vrbes Leuitis de tribubus suis: si tamen sorte diuideretur quas vrbes Leuitæ, & quas Israelitæ habituri essent, iam non darent Israelitę vrbes, sed Leuitę iure suo assequerentur illas. Item patet hic, quia dicitur, quod quęlibet tribus dedit vrbes aliquas Leuitis: ergo sors non intercidebat.

Apparet ergo ex prædictis, quod nullatenus Leuitę posuerunt sortes cum Israelitis pro vrbibus suis. Manet autem secundus modus ponendi sortes, quo possent ponere Leuitę sortes pro vrbibus suis, scilicet, quod inter se ponerent eas. Datę enim fuerunt illis 48. vrbes, & vt dirimeretur qui istas, & qui illas habituri essent, sors interposita est.

B Considerandum autem, quod modus huius fuit, quòd petitione exaudita Leuitarum, cum Israelitę scirent, quod daturi erant eis 48. vrbes iuxta mandatum domini, dederunt iudices ad limitandum vrbes istas, & fuerũt isti diuisores, qui fuerant totius terrę diuisores. Nam potestas eis data a Deo ad diuidẽdum terram erat generalis, isti considerauerunt quamlibet tribum quot vrbes haberet, quia iusserat Deus, quòd tribus, quę haberent plures vrbes, darent plures, & quę pauciores, darent pauciores: & tunc proportionaliter diffinierũt de qualibet tribu dandas esse tot, vel tot vrbes, & ipsas vrbes sibi assignauerunt, ne in assignatione discordia postea oriretur, & iudicio horum steterunt Israelitę, scilicet, quòd siue dedissent multas, siue paucas vrbes de qualibet tribu non fuerunt conquesti, etiam siue vrbes magnę, siue paruę essent nemo se grauatum contendebat: Leuitę quoque non petierunt aliud, quam eis datum est, siue essent vrbes magnę, siue paruę, postea vero cum designatę essent 48. vrbes dandę Leuitis ipsimet diuisores iudices fecerunt ex eis quatuor portiones, quia erant quatuor familię Leuitarum, scilicet Sacerdotales Caathita, Gersonitica, & Meraritica. Fuerunt autem istę portiones proportionales ipsis familiis secũdum multitudines suas, scilicet, quòd sicut se habebãt istę quatuor familiæ inter se, ita se haberent partes terræ, vel ciuitates eis dandæ, & quia erant familiæ istę inæquales multitudine, fuerunt portiones inæquales. Vna enim habuit tredecim vrbes, & alia decem, & alia tredecim, & quarta habuit duodecim, vt patet in litera. Et sic fiunt simul ciuitates quadraginta octo, quę dandæ erant Leuitis, & vt cõgruẽtius distribuerentur portiones istę positę fuerunt sortes, & sic cuilibet pars sua sorte prouenit. Sic patet infra in litera: dederunt filii Israel Leuitis ciuitates, & suburbana singulis sorte diuidentes. Et erat iste modus sortium, sicut factum est in distributione terrę inter Israelitas: primo enim terra in partes proportionales diuisa est, deinde positę fuerunt sortes, quę sic prouenerunt, vt diuisores apud se primo destinauerant, vt declaratum est supra 18.

Quare Leuitis 48. vrbes datæ sunt, & alijs tribubus pauciores. Quæst. VII.

QVAERET aliquis quare Leuitis tot vrbes datæ sunt, scilicet quadraginta octo, cũ aliis tribubus paucę vrbes darentur: nam filiis Beniamin solę 26. vrbes datę sunt supra 18. filiis autem Simeon vrbes 17. tribui Zabulon vrbes duodecim: tribui Issachar vrbes 16. filiis Nephthali 19. vt patet supra 19. c.

Aliquis forte respondebit hoc fuisse factum propter multitudinem Leuitarum: iusserat enim Deus, quòd pluribus daretur maior pars possessionis, & paucioribus daretur minor. Num. 26. cap. si ergo essent Leuitę

A in valde magno numero debebant eis dari multæ vrbes.

Sed non stat, quia Leuitę non erant tot, vt secundũ proportionem ad alias tribus deberent eis dari vrbes 48. immo nec 20. vrbes. Quod patet, quia in tribu Zabulon erant quinquagintaseptem millia quadringẽti. Num. 1. fuerunt autem eis datę vrbes solum 12. supra 19. Etiam in tribu Simeon erant quinquagintanouem millia, & trecenti. Num. 1. & fuerunt eis datę ciuitates 17. supra 19. in tribu autem Leuitarum erant paucissimi. Nam computando etiam ab vno mense, & supra, solum erant vigintiduo millia, vt patet Num. 3. & isti non computantur, vt viri: computando autem eos ab anno 30. erant solum octo millia quingenti octoginta, vt patet Nu. 4. ergo comparando Leuitas ad multitudines aliarum tribuum non correspondebant eis, nec vrbes decem. Sed respondebit aliquis, quod istud verum est in prima cõputatione facta in deserto in mõte Sinai, quæ fuit in principio anni secundi ab exitu de Aegypto, vt patet Nu. 1. sed postea in 40. anno quãdo ingressi sunt Israelitæ in terram Chanaan erant multi de Leuitis, quia creuerant in 40. annis, & alię tribus diminutę fuerant. Et hoc fortassis videbitur alicui rationabiliter dictum, quia fuit sententia lata in Cadesbarne anno secundo ab exitu de Aegypto super omnes, qui computati erant a 20. annis, & supra, & ista nõ fuit lata super Leuitas, vt patet ex verbis eius. Numeri 14. & ibi declaratum est: ergo poterant multiplicari ipsi nimis, alię autem tribus omnes diminuerentur,

C quia de qualibet tribu tot morituri erant, quot nominantur. Nume. primo, vtpote in tribu Iuda computati sunt septuagintaquatuor millia sexcenti, vt patet Nu. 1. & de his nemo intrauit in terram Chanaan, pręter Caleb, & sic de reliquis tribubus. De Leuitis autẽ nemo hac sententia ligatus est: ergo ad magnum numerum peruenire poterant, ita vt corresponderent eis vrbes quadraginta octo.

Sed hoc non stat, verum est enim, quòd quędam de tribubus Israelitarum diminutę fuerũt valde, vt patet Numeri 26. vbi ponitur secunda computatio facta in fine anni quadragesimi cum introituri essent Israelitę in terram Chanaan, & fuit apud Iordanem: tamẽ non fuerunt tantum diminutę istæ tribus, vt tribui

D Zabulon corresponderent decem vrbes, & tribui Simeon 17. & proportionaliter corresponderent Leuitis quadragintaocto. Nam in secunda numeratione in introitu in terram Chanaan erant de tribu Simeõ vigintiduo millia ducenti. Nu. 26. cap. & de tribu Zabulon erant sexaginta millia quingenti, vt patet eodẽ cap. De Leuitis autem in eadem computatione erant paucissimi: nam in aliis tribubus computabantur viri ab anno vicesimo, vt patet Nume. 1. & 26. in tribu autem Leuitica computando etiam ab vno mense, & supra fuerunt solum vigintitria millia, eodem capitulo. Si autem de istis acciperentur soli viri ab anno vicesimo, & supra, forte non essent decem millia virorum, sicut patet Num. 3. vbi computatis Leuitis ab vno mẽ

E se, & supra fuerunt vigintiduo millia, & tamen cõputatis illis ab anno 30. solum inuenta sunt octo millia virorum, & quingenti octoginta, Num. 4. c. ergo non debebant Leuitæ accipere vrbes saltem decem, sed proportionaliter acciperent vrbes secundum multitudinem suam.

Rñdendum est, quod Leuitę acceperunt vrbes secundum proportionem multitudinis suę, tñ acceperunt plures vrbes, quam alię tribus, licet essent valde minoris multitudinis, quia omnes Israelitę accipiebant vrbes, & viculos atque rusculs, & agros, vniuersaque territoria portionũ suarũ: Leuitę aũt accipiebant solas vrbes cum suburbanis suis, ideo quia quælibet tribus Israelitarũ paucas acciperet

peret vrbes, quia tamen habebat rura multa, & viculos poterant ibi habitare multi, & dato, ꝙ pauca rura essent facta, & habitata, cum terra latissima esset, ipsi poterant nouas habitandi sedes facere, siue vrbes, siue viculos, ita vt multi caperentur in paucis vrbibus: Leuitæ autem non poterant sic facere, quia solum dabantur eis vrbes ad habitandum cum suburbanis ad alenda pecora, ideo non poterant se distendere per territoria vrbium ad habitandum in viculis, vel ad constituendum nouas sedes, si vrbes eorum paucę essent, ideo necesse fuit, vt plures valde vrbes darentur Leuitis, quam cæteris tribubus, licet essent pauciores numero. Hoc etiam patet ex comparatione aliarum tribuum inter se: nam quædam tribus erant valde maioris multitudinis, & accipiebant valde pauciores vrbes aliis tribubus minorum multitudinum, vt patet de tribu Zabulon, & Simeon: nam acceperunt filii Simeō vrbes 17. vt patet supra 19. & erant vigintiduo millia ducenti solum, vt patet Nume. 26. cap. filii autem Zabulon acceperunt ciuitates 12. vt patet supra 19. & tñ erant sexaginta millia quingenti. Nu. 26. c. eodem modo tribus Aser accepit vrbes 32. vt patet supra 19. & tamen erat summa eius quinquaginta tria millia quadringenti. Num. 26. c. Causa diuersitatis est, quia aliqñ paucę vrbes habebant magnum territorium. s. qa erāt ibi multa rura, & viculi, vel saltem latitudo regionum ad constituendum nouas sedes, & multę vrbes erant coniunctę, & habebant inter se paruum territorium, & sic 12. vrbes, quas habebant filii Zabulon, vt patet supra 19. possent habere inter se maius territorium, tā ad habitandum, quàm ad colendum, quam 17. vrbes sortis Simeon, & quam 32. vrbes sortis Aser, & sic credendum est, ꝙ fuerit, alioquin non ponerentur proportionales partes possessionum datę tribubus Israel. Patet igitur quare tot vrbes datę fuerint Israelitis.

Egressaque est sors in familia Caath filiorum Aaron. i. familię Caath quantum ad filios Aaron prouenit sors ista, quę sequitur, scilicet ciuitates 13. In quo sciendū, vt supra declaratum est, ꝙ quamquam familia Caath esset vnica, sicut familia Gerson, vel Merari, quia tamē in ipsa fuerunt quidam sacerdotes, scilicet tota posteritas Aaron, qui vocantur Aaronitę, vel Amramitę, & alii fuerunt Leuitę minores, qui infra vocanť Leuitę inferioris grad⁹, fuit distincta illa familia in duas, & nunc ponitur hic sors quantum ad vnam partem. s. quantum ad Aaronitas, qui sunt sacerdotes, & istis datę sunt vrbes 13. vt patet infra.

Filiorum Aaron sacerdotis. Omnes enim de semine suo erant necessario sacerdotes, nisi essent maculati, quia tunc non poterant accedere ad ministrandum: tamen gaudebant omnibus iuribus sacerdotalibus, scilicet, quòd recipiebāt integros redditus, vt patet Leuitic. 21. cap. ideo etiam isti vocabantur de sacerdotū numero: omnes autem qui immaculati erant, cogebantur esse sacerdotes, & dato, quòd aliquis abrenunciaret omnibus iuribus, quę ei competere poterant ex sacerdotio non permittebatur, quin consecraretur & ministraret, vt declaratum fuit Nume. 20. licet hoc nemo faceret, quia libēter accipiebant officium sacerdotale, quia erat satis facile, & redditus magni ei adiūcti erant: immo multoties contendebatur super sacerdotio: sicut fecit Core, & socii sui contra Aaron, & Moysen. Nu. 16. cap. vocatur Aaron sacerdos per excellentiam, quia fuit sacerdos magnus, & fuit primus sacerdos: nemo enim ante eum sacerdos eo ordine, & ritu consecrandi effectus est.

De tribubus Iuda, Simeon, & Beniamin ciuitates tredecim. Non ponitur hic quot vrbes dederit quęlibet tribus, quia hoc infra describitur, sed quot vrbes erāt in qualibet sorte: fuerunt enim factę sortes quatuor inter

F quas diuisę sunt vrbes 48. quarum prima fuit sors familię sacerdotalis, quę habuit vrbes tredecim. Ponuntur istę tres tribus simul, quia istæ tredecim vrbes, quę factę sunt vna sors datę sunt de his tribus tribub⁹, fuit autem facta sors ista de vrbibus istarum triū tribuū, ne essent pertinentes ad vnam familiā diuisi, sed quantum possibile erat coniungerentur: non erat enim possibile ex data lege, quòd pertinentes ad vnam familiam Leuiticam essent, ita coniuncti, sicut pertinentes ad vnam tribum filiorum Israel, quia non habebant simul loca habitationis suę, sed diuisa per diuersas tribus: erat tamen possibilis aliqualis coniunctio, scilicet, vt inter vrbes Caathitarum non intercidetent

G vrbes Gersonitarum, vel Meraritarum, & è cōtrario, & inter vrbes Aaronitarum non interciderent vrbes aliorum Leuitarum, & ob hoc omnes ciuitates, quæ dabantur Gersonitis erant simul, & quæ Meraritis simul, scilicet, quòd non intercidebant ciuitates aliorū Leuitarum. Ob hoc autem vrbes tredecim, quę datę sunt de his tribubus tribus factæ sunt vna sors, quia istę tres tribus erāt simul: nam sors Simeonis erat intra sortem Iudę, cum fuerit quondam pars illius, vt patet supra 19. sors autem Beniamin erat coniuncta sorti Iudę, quia latus aquilonaris sortis Iudę, & latus meridianum Beniamin erant idem, vt patet comparādo loca vtriusque lateris, quę ponuntur esse eadem su-

H pra 18. & 15.

Quare non fuit data possessio 48. ciuitatum Leuitis simul, sicut alijs tribubus, & de quatuor rationibus Nicolai ad hoc, & an stent. Et quòd sacerdotes, & Leuitæ veteris testamenti habebant determinata iura. Et an debebant Leuitæ accipere ciuitates ad habitandum, sicut aliæ tribus.

Quæst. VIII.

QVAERET aliquis quare non fuit data possessio ciuitatum Leuitis simul, sicut dabatur reliquis Israelitis, sed erant diuisę vrbes eorum per sortes omnium tribuum. Nicolaus respondet quatuor rationibus. Prima est, ne videretur cultus Dei ad vnicam tribum pertinere. s. sacer-

I dotes, & Leuitę erant ministri Dei, de reliquo autem populo nemo ministrabat. Si autem omnes Leuitæ, & sacerdotes fuissent simul, videreť totus cultus Dei pertinere ad tribum illam, in qua essent habitantes, & ad reliquas nihil pertinere, sed ad totum Israel ęqualiter pertinebat Deus. ergo in omnibus tribub⁹ debuerunt esse ministri illius.

Secunda ratio, quia esset difficile vni tribui prouidere oībus sacerdotibus, & Leuitis: cū aūt essent dispersi per multas tribus faciliter sustentari possent ab omnibus recipientes, & hoc forte, quia Leuitę, & sacerdotes non colebant agros, nec vineas, sed viuere debebant de his, quæ populus erogabat, vna autem tribus non posset tantum erogare.

K Tertia ratio est, quia apud omnes populos sacerdotes de publicis sumptibus aluntur, quia pro tota communitate positi sunt mediatores inter Deum, & populum, sicut dicit Apostolus ad Heb. 5. Quod patet in sacerdotibus Aegyptiorum, quia cum inualescente fame omnes Aegyptii venderent terram suam, vt daretur eis cibus, sacerdotes non sunt compulsi vendere terram suam, quia cibaria constituta eis de horreis publicis pręebantur, vt patet Genesi. 47. de hoc tangit Aristot. Ethicor. lib. 8. de quibusdam iuribus primitiarum, & oblationum, quę tradebantur apud antiquos a gentibus: ergo Leuitis de publicis debebant dari sustentamenta, & consequenter in omnibus sortibus Israelitarum deberent morari, vt ibi aliquid reciperent, & non in vnica.

Quarta

Quarta ratio erat pp doctrinam, quia sacerdotes, & Leuitę erāt periti in lege, & docere debebant totum populum, qui non poterat vacare studio legis, cum esset attentus alij operationibus: Leuitę autem, & sacerdotes, qui ad nihil diuertebant, nisi ad cultum Dei possent studijs vacare maximè circa legem, & isti docerent totum populū: si tñ morarentur omnes simul in terra alicuius tribus, sicut quęlibet tribus simul habebat possessionem, difficile eis esset docere populū in tota terra Hebręorum, ideo debuerūt dispersi esse per totam terram Israel. Dicendum rationes istas satis esse apparentes, sed non solidas. Prima non tenet, quia nihil magis videretur cultus Dei pertinere ad vnicam tribum, si sacerdotes, & Leuitę simul essent, quam si dispersi sicut erant: nam cultus Dei erat in sanctuario, in quo fiebant cęremonię sacrificiorum, & omnes ritus legales: in alijs aūt locis nihil de his fieri poterat, nec erat alicubi cultus Dei nisi mētalis, vel in oratione tñ in cęremonijs exterioribus nequaquam. Si autem existētibus sacerdotibus, & Leuitis in vna tribu, ibi esset sanctuarium, siue vnum, siue multa, & existentibus dispersis per omnes tribus essent sanctuaria in multis tribubus per multa loca, sicut nunc sunt apud nos multę Ecclesię in quibus mysteria sacra celebrari possunt, verum esset, ꝙ si essent in vnica tribu videretur cultus Dei ad illā tribum solam pertinere, quia tñ siue sacerdotes, & Leuitę essent simul, siue dispersi sanctuarium semper esset vnicum in quo Deus coleretur, nō videretur maigs sic, q̄ aliter pertinere cultus Dei ad vnam tribum, quam ad alterā: immo accidere posset è contrario, quia fortè mutaretur sanctuarium ad tribum illam, in qua nullus de sacerdotibus, vel Leuitis esset, & tñ verius ad tribum istā, in qua esset sanctuarium videretur totus cultus Dei pertinere. Secūda causa etiam non tenet. s. ꝙ esse debebant in omnibus tribubus, quia nō possent de sumptibus illius sustentari, vel saltem grauaretur nimis illa tribus. Pręsupponit enim falsum. s. ꝙ sacerdotes, & Leuitę sustētabantur de eleemosynis populi, & nihil aliud habebāt, ideo ꝙ vna tribus nō posset eis prouidere. Sed falsum est, quia tam sacerdotes, q̄ Leuitę habebant iura determinata, quibus sufficienter alerentur, sicut quęlibet alia tribus poterat ali de fructibus possessionum suarum. Quod patet, quia omnes decimę totius Israel dabātur Leuitis minoribus. s. Gersonitis, & Mereritis, atque cuidam parti Caathitarum. s. eis, qui nō erāt sacerdotes, & de his poterāt sufficienter ali, quia isti Leuitę nō erāt tot in multitudine, sicut aliqua de tribubus, vt patet ex supra declaratis, nec fuerunt aliquādo ęquales multitudine alicui tribui: & tñ q̄libet de 12. tribubus dabat illis annuatim decimā partē fructuū suorum, ergo plus habebant de fructibus quolibet anno Leuitę, quam aliqua de tribubus Israel, quia accipiebant 12. decimas, & quęlibet tribus reseruabat sibi nouem decimas: ergo maior erat copia fructuum annorum Leuitarum, tam in terrę nascētibus, quam in pecoribus, & iumentis, quā cuiuslibet alterius tribus, pręsertim, quia non diuidebantur istę decimę inter omnes Leuitas, sed solum inter eos, qui non erant sacerdotes, vt patet Nu. 18. c. sacerdotes etiam habebāt sufficiens alimentum, immo valde magis, quam Leuitę, quia ipsi recipiebant omnes primitias, & omnes redemptiones primogenitorum humanorum, pro quolibet 5. siclos etiam redemptiones iumentorum, & pecorum immundorum a casu. Recipiebant etiā omnia primogenita pecorum, scilicet boum, caprarum, & ouium, quod erat valde magnum ius, maius valde, quam decimę pecorum. Etiā recipiebant omnia vota, vel ęstimationes eorum, de quibus Leui. 27. Etiam omnia iura sacrificiorum, & omnia donaria, &

A oblationes, multa quoque alia iura, de quibus omnibus patet Nu. 18. c. Ergo poterant sustentari sufficienter non recipientes aliquid alterum a populis pręter iura constituta eis. Ista autem iura darentur sacerdotibus, & Leuitis, siue habitarēt omnes simul, siue dispsi per omnes tribus, cum darentur ratione ministerij, quod fiebat in sanctuario, quod erat vnicum, ergo nihil magis differebat quantum ad posse Leuitas, & sacerdotes sustentari, habitare simul, vel quòd essent in multis tribubus. Sed aliquis arguet, quòd Leuitę non haberent aliquid vnde sustentarentur pręter eleemosynas, quia Deuter. 14. iussit Deus, quòd quādo Israelitę offerrent, & facerent solennes epulas inuitarent
B Leuitas, & dicitur: Caue ne derelinquas Leuitā, quia non habet aliam partem in possessione tua, & hoc sępe iubetur, scilicet Deuter. 12. & 16. Respondendum est, quòd iura sacerdotum erant magna, & totaliter sufficientia eis, ideo isti nunquam egebant eleemosyna, nec petebāt. Leuitarum autem iura magna erant, sed quia ipsi erant aliquando multiplicati nō sufficiebant tantum ista iura, ideo instituit Deus alias decimas, scilicet ꝙ pręter decimā principalem, quę erat totaliter danda Leuitis, iussit quolibet anno separari aliam decimā secundam, & ista erat minor, quia erat de nouē partibus. Erat aūt ista ꝓ sumptibus Israelitarū quando ascendebāt in locum sanctuarij, quia ter in anno tenebātur illud ascendere omnes masculi: Exo. 23. & 34. & Deu. 16. & de hac comedere debebant in
C loco sanctuarij, & de hac erogabant in conuiuia aduenarum, viduarum, & Leuitarum, vt patet Deutero. 12. & 14. & 16. & sic erat aliud constitutum eis quasi ius. Tertium genus decimarum erat, quod constituebatur de triennio in triennium, & istud non dabatur totaliter Leuitis, sicut primę decimę, quę dabantur quolibet anno, nec etiam comedebant quidquam de his ipsi facientes decimam, sed conseruabātur fructus hmōi in domo sua, & veniebant Leuitę pauperes, & aduenę, & viduę, atque pupilli, & saturabantur de decima illa. De hac Deut. 14. & ibi de istis tribus generibus decimarum declaratum est. Sed adhuc ista iura non multum conferebant, quia erant generalia pręter decimas primas, quę solis Leuitis dabantur, & istę sufficiebant eis. Quod autem aliquos eorum contin-
D geret esse pauperes, non erat admirabile, quia etiam si conuenientes redditus haberent: multis modis contingit aliquem pauperem effici. Cum autem arguebatur, ꝙ Leuitę non haberent aliquid, quo sustētarētur nisi eleemosynas Israelitarum: dicendum falsum esse, cum eis constituta essent iura a lege, scilicet decimę Nu. 18. c. & istę non vocantur eleemosynę, cum dentur ex debito. Et cum dicitur Deuter. 14. Caue ne derelinquas Leuitam, quia non habet aliam partem in possessione tua. Dicendum verum esse, tamen non est sensus, ꝙ non haberet nisi eleemosynas in sustentationem, sed ꝙ Leuitę, & sacerdotes non habent partem aliam in possessione Israelitarum, nisi quòd ab eis percipiunt, quia ipsi nō habebant agros, & vineas,
E nec vacabant agriculturę, sed solum habebant vrbes ad habitandum, & suburbana ad alenda pecora, vt patet hic, supra 14. atque Numer. 35. omnes autem tribus Israel possessiones habebant. Leuitę autem, & sacerdotes solum habebant iura, quę recipiebant ab Israelitis, & ista erat pars eorum, tamen ista non erant eleemosynę, sed debita, de quibus nihil magis perciperent Leuitę, & sacerdotes habitātes diffusi per omnes tribus, quam si simul habitarent, in auctoritate autem pręallegata Deus mouebat Israelitas ad misericordiam pauperum, & pręcipuè Leuitarum, quia aliquando contingebat eos esse pauperes sicut ceteros homines, & tunc magis debebant misereri eorū,

quam

quam aliorum cęteris paribus. Tertia ratio, quam inducebat Nicolaus non stat, scilicet quòd sacerdotes apud omnes gentes de sumptibus publicis sustentantur, ergo debebant habitare diffusi per omnes tribus: intendit enim, quòd si habitarent in vnica tribu non possent sustētari de publicis, sed solum de sumptibus illius tribus in cuius territorio morarentur.

Sed non stat, verum est enim si de publicis sustentarentur eleemosynis, secus si de publicis iuribus, scilicet quòd si sacerdotes, & Leuitę non haberent aliquid sustentamenti, nisi de eleemosynis erogatis ab Israelitis, oportebat, vt diffusi per totum Israel morarentur, vt ab omnibus recipere possent: tamen non sustentabantur de eleemosynis communibus, sed de iuribus statutis a tota communitate soluendis, scilicet de iure sanctuarij: instituerat enim Deus aliqua iura sibi soli, & illa distribuit in Leuitas, & sacerdotes, qui erant ministri eius, vt patet Nu. 18. c. ideo quantum ad hoc nihil magis differebat, quòd habitarent omnes Israelitę simul, quā quòd diffusi per tribus Israel. Quarta ratio erat ad doctrinam, scilicet quòd sacerdotes, & Leuitę debebant populum instruere in fide prędicando, & alios erudiendo, cū populus nō vacaret studio legis, sed hoc esse nō poterat si simul habitarent omnes Leuitę: ergo non simul habitare debebant. Sed dicendum non stare istam rationem, quia ad hoc debuissent sacerdotes diuidi per totum Israel, sed non erant diuisi. Hoc patet, quia doctrina legis nō pertinebat ad Leuitas simplices, sed ad sacerdotes: his enim data est cura de lege, & ibi respondere debebāt de quæstionibus legis. De Leuitis autē nihil iubetur. Et patet hoc Aggęi 2. cū dicit: Interroga sacerdotes legem. si tamē ipsi nō tenerentur scire eam, & respōdere ad quęstiones de lege, non iussisset dominus, ꝙ interrogarētur sacerdotes. Item patet Mala. 2. scilicet labia sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. ergo si diuidebantur Leuitę per totum Israel propter doctrinam debuissent sacerdotes diuidi, quia ad ipsos pertinebat prędicare verbum legis, & respondere de ipsa. De Leuitis autem nihil patet: sacerdotes tamen non fuerunt diuisi per totū Israel, quia solum fuerunt in sortibus Iudę, Beniamin, & Simeon, vt patet hic. s. quòd sors filiorum Aaron fuit ciuitates 13. in sorte Iudę Simeon, & Beniamin: apparet igitur ex dictis, ꝙ nulla istarum 4. rationum fuit propter, quam Leuitę accepissent ciuitates diuisas per totum Israel: dicendū autem causam esse aliam. Et pro hoc quęretur an debebant Leuitę accipere ciuitates ad habitandum, & terram in sortem, sicut accipiebat quęlibet tribus Israelitarum an non. Si dicatur, quòd sic, tunc stat, ꝙ debuissent ciuitates eorū esse simul, sicut quęlibet tribus habebat totam suā possessionem simul, sed hoc Deus noluit, quia iussit, quòd non acciperent sortes inter Israelitas, sed darentur eis ciuitates ad habitādū: causę quoque conuenientes sunt quare non debuissent Leuitę accipere possessionem, de quibus actum est. Numeri 18. & Deuteronom. 18. & supra decimo quarto capitulo.

Si autem dicatur, quòd non debebant accipere sortem, sed ciuitates ad habitandum, necesse erat, quòd istę ciuitates, quas acciperent pertinerent ad alias tribus, cum primo tota terra diuidi deberet hoc modo inter Israelitas, & postea de qualibet tribu erant assignandę vrbes aliquę Leuitis. Et tunc si darentur Leuitis ciuitates omnes simul, sequerentur duo inconuenientia.

Primū erat, qa aliqua tribus fuisset, aut duę, vel tres quibus tollerentur omnes ciuitates. Quòd patet, quia Leuitę habituri erant vrbes 48. vt apparet Numer. 35.

F nulla tamen tribus tot vrbes habebat, nisi tribus Iudę, vt patet considerando supra a capi. 15. vsque ad finem 19. tollerentur duabus tribubus, aut pluribus omnes vrbes, ita vt non maneret eis vbi morarentur: nam viculi, & agri non sufficerent: ideo non conuenienter sic fieret, quia grauarentur valde illę tribus, & necesse erat, quòd transirent ad habitandum ad sortes aliarū tribuum, sed hoc non conueniebat. Erat enim congruentius, vt Leuitę quibus nulla sors assignata erat morarentur diffusi per sortes diuersarum tribuum, quam vt Israelitę, quibus certa sors erat assignata trāsirent ad sortes aliarum tribuum, vt darent locum Leuitis. debuerūt ergo Leuitę per varias sortes accipere vrbes ad habitandum, quia tunc cum quęlibet tribus paucas vrbes daret non grauaretur, & ob hoc iussit
G Deus, vt tribus, q̄ plures vrbes habebāt darent plures, & q̄ pauciores hēbāt darēt pauciores Nu. 35. f. qa tūc ꝓportionaliter imponeretur onus oībus tribubus, & consequenter nulla grauaretur, ita vt nō posset habitare intra sortem suam propter Leuitas. Itē sequebatur secundum inconueniens, scilicet quòd multa terra relinqueretur inutilis, & inculta, in quo nimis grauarentur Israelitę: nam ob hoc iussit Deus, quòd Leuitę acciperent solum vrbes, & suburbana in circuitu, vt agri, & cętera territoria manerēt Israelitis ad colendum ibi, ita vt propter habitationem Leuitarū non videretur eis auferri aliqua portio terrę, quam aliàs consecuturi essent, sed solum vrbes ad habitādū: si autem tollerētur eis vrbes 48. & omnia harum vr-
H bium territoria, grauarētur nimis: ideo taliter debuit ordinari, vt non tolleretur Israelitis in quorum territorijs erant vrbes qd de territorijs ad colendum, si tamen accepissent simul Israelitę vrbes suas, manerent multa territoria inutilia, quę coli nō possent ab Israelitis, & Leuitę non debebant illa colere: ergo efficeretur terra inutilis, & syluestris. Quod patet, quia cum 48. vrbes, quę pertinebant ad Leuitas, darentur eis simul, magna terrarum spatia inter has vrbes caperentur: Israelitę autem, qui habitarent extra istas vrbes Leuitarum, scilicet in sortibus propinquis, non possent colere ista territoria, quia licet possent loca propinqua colere, tamen non possent penetrare ad territoria, quę essent in medio regionis harum ciuitatū, cum
I distarent valde a locis exterioribus, in quibus morarentur ipsi Israelitę: ideo maneret valde magna pars terrę inculta, & nulli vtilis, quin potius nociua, quia efficerentur ibi magnę syluę, & crescerent bestię contra Israelitas. Debuit ergo aliter fieri, vt non manerent aliqua terrę spatia inculta, & inutilia, quòd non poterat accidere nisi vrbes Israelitarum essent diuisę per totum Israel, ita quòd in circuitu cuiuscunque vrbis sacerdotalis, vel Leuiticę essent aliquę vrbes Israelitarum, & tunc habitatores illarum vrbium possent colere territoria vrbis sacerdotalis, & sic nihil maneret incultum nec inutile, & nō adimeretur aliqua terra Israelitis, quam alius colere potuisset. Apparet er-
K go quare non debuerunt Leuitę, & sacerdotes accipere omnes vrbes suas simul, sicut reliquę tribus habebant, sed erant diffusę inter tribus Israelitarum.

Et reliquis filiorum Caath. Ista est secūda sors vrbium Leuitarum, quæ fiebāt per familias, & quia erant quatuor fuerunt factæ sortes quatuor, ad hoc familia Caathitarum in duas partes diuisa est. Prima fuit sacerdotalis, cui supra assignatę fuerunt ciuitates tredecim in vna portione, nunc dicitur, quòd reliquis filiorum Caath fuit data alia portio: isti erant Caathitę, qui nō veniebant de genere Aaron.

Pro quo sciendum, quòd Leui habuit tres filios, scilicet Caath, Gerson, Merari: Exo. 6. &, quamquā quilibet istorū habuisset multos filios, vt patet pręallega-

to capitulo,& Nume. 3. tamen non fuit cognatio alicuius horum diuisa, vt fierent ex ea duæ, vel tres familiæ, nisi familia Caathitarum, & causa fuit, quia omnes Gersonitæ fuerunt eiusdem dignitatis in ministrando, & omnes Meraritę con similiter. Caathitæ autem non fuerunt omnes æquales, quia ex eis fuerunt quidam sacerdotes, quod pertinebat ad maiorem, & excellentiorem gradum, alii autem fuerunt inferioris gradus, & fuerunt diuisi isti per filios Caath: Nam Caath habuit filios quatuor, scilicet Amram, Isuar, Hebrō, Oziel. Exo. 6. & Num. 3. de Amram nati sunt Aaron, & Moyses. filij Aaron pertinuerūt ad sacerdotiū, & isti fecerunt vnam familiam. Filij autem Oziel, Hebron, & Isuar cum quadam parte Amramitarum, scilicet cum filijs Moysi pertinuerūt ad familiam Caathitarum, & de istis dicitur hic, & sic exponitur hic in litera, scilicet.

Et reliquis filiorum Caath, idest Leuitis, qui superfuerant. Idest accipiendo totam familiam Caathitarum, si dematur ab ea ipsa familia sacerdotalis manebit quędā alia pars Caathitarum, & isti vocantur hic Leuitę reliqui, vel qui superfuerant de Caathitis.

De tribubus Ephraim, & Dan, & dimidię tribus Manasse ciuitates decem. Idest istis Caathitis residuis data est alia sors decem ciuitatum, & fuit hoc de tribubus his, scilicet Ephraim, & Dan, & dimidia Manasse. Istę enim tres tribus dederunt ciuitates decem pro Leuitis: nā filij Ephraim dederūt vrbes quatuor, filij Dan totidē, & filij sortis dimidię Manasse dederunt duas, vt patet infra in litera: istę autem sortes erant coniunctę, quia sors Ephraim, & dimidia tribus Manasse erant simul, ita vt ponatur idem terminus vtriusque sortis, vt patet supra decimo sexto, & decimo septimo capitulo, sors autem Dan an coniungeretur his non patet, quia non ponūtur aliqui termini eius supra 16. sicut in alijs sortibus tribuum: tamen satis est verisimile, quòd sors Dan fuerit ex aliqua parte coniuncta sorti Manasse, quę erat magis aquilonaris, quam sors Ephraim versus sortem Dan. Et cum dicitur hic dimidię tribus Manasse, intelligendum est de medietate illa, quę erat ad occidentalem partem Iordanis cum sorte Ephraim. Quod patet, quia ponuntur hic Ephraim, & Manasse simul, & tamen non erat Ephraim, nisi cum medietate Manasse, quę erat ad occidentalem partē Iordanis. Item patet magis, quia infra dicitur, quòd de illa medietate sortis Manasse datę sunt vrbes, quędam Gersonitis in Basan, sed Basan est regio quędam medietatis Manasse, quę erat ad oriētalem plagam Iordanis: idem patet infra cum exprimuntur ciuitates istę nominatim.

Quare datæ sunt plures vrbes sacerdotibus, quam Caathitis. Quæst. IX.

QVAERET aliquis quare datę fuerunt plures vrbes sacerdotibus, quam reliquis Caathitis, scilicet sacerdotib⁹ tredecim, & Caathitis decem, cum Caathitę essent plures, quam sacerdotes.

Respondebit aliquis, quòd plures erant sacerdotes reliquis Caathitis. In quo non potest dari certitudo, cum non habeatur numerus eorum, quando acceperunt hęreditatem. a principio enim cum fuit facta numeratio in monte Sinai, manifestum est Caathitas reliquos plures esse sacerdotibus, quia tūc solum erāt tres sacerdotes, scilicet Aaron, & duo filij eius Eleazar, & Ithamar: nam duo alij, scilicet Nadab, & Abiu ante hoc combusti fuerant. De hoc Num. 3. De reliquis autem Caathitis computando ab vno mense, & supra erant octo millia sexcētī, vt patet. eo. c. computando autem ab anno 30. erant 2750. vt patet Nume. 4. capitulo in secunda autem numeratione facta, anno 40. apud Iordanem cum Israelitę introierunt in terram Chanaan: non patet de qua familia essent plures, quia non ponitur summa eorū distincta, sed summa totius tribus Leui, vt patet Num. 26. capitulo: satis tamen apparet, quòd semper fuerint plures Caathitę, quia ipsi habebant multa capita: sacerdotes autem vnum, vt supra declaratum est. Etiam quando sacerdotes solum erant tres, erant de Caathitis reliquis. 8600. ergo superessent plures de Caathitis, quā de sacerdotibus, nec est in hoc dubitandum.

Dicendum ergo, quòd vrbes sacerdotum erant minores, ideo fortassis tantum suffecissent vrbes decem Caathitarum, sicut vrbes 20. aut plures de vrbibus sacerdotum: nam vocantur hic vrbes omnia oppida murata, siue sint vrbes, siue villę, vt nos appellamus, & siue sint magnę, siue paruę, & tunc continget vnam ciuitatem esse maiorem quatuor ciuitatibus, vel alias, & sic nihil obstat datas fuisse his decem, & alijs tredecim. Doc. resp. ad quęsitū

Aliquis forte respondebit aliter, sicut supra respōdebamus de sortibus tribuum, quare alicui tribui magnę multitudinis dabantur pauciores vrbes, quam alteri tribui paruę multitudinis, scilicet quòd erat magna regio inter paucas vrbes interdum, & multa rura, vel viculi ad habitandum, vel saltem loca multa ad constituendum loca habitationis, & ibi moraretur multitudo magna, quamquam esset paucitas vrbium.

De Leuitis tamen non potest stare ista responsio, quia non recipiebant Leuitę viculos, & rura ad habitandum vel regiones, quę erāt apud vrbes, sed solum ipsas vrbes cum suburbanis in circuitu vrbium pro pastu pecorum. ideo dicendum, vt immediate dictū fuit.

Porro filijs Gerson egressa est sors. Ista est tertia familia Leuitarum hic, & tamen semper alibi accipitur tanquam secunda, cum non diuidantur Caathitę in duas partes sicut diuiduntur hic. Isti Gersonitę erant in magna multititudine, vnde datę sunt eis vrbes 13. erat autem officium Gersonitarum, vt portarēt pelles sanctuarij, & tentoria, scilicet omnia operimenta, quę erant super tabernaculum, & omnia velamenta, quę erant in circuitu eius, & totius atrij, vt patet Nume. 3. capitulo. istis egressa est sors, quę sequitur, quia diuisis omnibus ciuitatibus Leuitarum in 4. partes, vna pars sorte prouenit Gersonitis, sine sorte enim nihil dabatur Leuitis, sicut nec Israelitis.

Vt acciperent de tribubus Issachar, & de Aser, & Nephthali dimidiaque tribu Manasse. Ponuntur istę tres tribus, & dimidia, quia istę vrbes 13. datæ Gersonitis fuerūt de his tribubus acceptæ: nam sors Nephthali dedit vrbes tres, sors Aser dedit quatuor, sors Issachar dedit totidem, dimidia autē sors Manasse dedit vrbes duas, quæ sunt simul. 13. de his omnibus infra in litera. Istę quoque sortes tribuum satis coniunctę sunt: nā Aser, Issachar, & Nephthali coniunguntur in terra nouē tribuum, & dimidię a parte occidentali, Iordanis: dimidia autem sors Manasse coniungitur eis ex parte orientali, & est ad orientalem partem Iordanis: tamen terminus occidentalis terræ duarum tribuum, & dimidiæ est terminus orientalis terræ nouem tribuum, & dimidiæ, vt colligitur ex terminis, qui ponuntur Deuteronom. 3. & terminis, qui habentur Numeri 34. capitulo.

Dimidiaque tribu Manasse in Basan. Ponitur determinatio ista, scilicet in Basan: nō ad signandum, quòd omnes ciuitates 13. quæ hic ponuntur, essent in Basan, quia Basan est regio quædā in dimidia sorte Manasse,

vt

vt patet supra.13.capitul. sed ponitur ad distinguendum de dimidia tribu Manasse: erat enim Manasse diuisus in duas medietates quarũ quędã erat ad partẽ orientalem Iordanis, & ista erat in Basan: alia erat ad partem occidentalem, & ista erat coniuncta sorti Ephraim, de qua supra 16 & 17.cap. & quia dubitaretur quę esset ista dimidia tribus Manasse, de qua suscepit ciuitates familia Gersonitarum, dictum est, quòd erat dimidia tribus Manasse in Basan, idest, quę acceperat possessionem in Basan, scilicet ad partem orientalem Iordanis.

Ciuitates numero tredecim. Quod satis apparet cõputando infra quot vrbes dederit quęlibet tribus harũ.

Et filij Merari per cognationes suas. Ista est 4.familia Leuitarum, vt hic computatur, quamquã alibi vocatur semper tertia familia, cum non diuidantur Caathitę. Et susceperunt isti sortem vnam, quę habebat ciuitates 12. & dicitur per cognationes suas, idest tota familia Meraritarum cum suis cognationibus specialibus, quę non sunt familię accepi. istam sortem 12.vrbiũ.

In quo sciendum, quòd istę tres familię Caathitarũ Meraritarum Gersonitarũ denominantur a tribus filijs Leui, & quia isti rursus habuerunt alios filios immediatos, ab istis denominantur alię speciales cognationes, vel populi, & tamen non vocantur communiter familię sicut tres prędictę familię Leuitarum, licet aliquando vocẽtur sic. Habuit autem Gerson duos filios, scilicet Lobni, & Semei, & ab istis denominãtur duo populi, scilicet populi Semeitę, & Lobnitę, siue cognatio Lobnitica, & Semeitica. Merari habuit duos filios, scilicet Moholi, & Musi, & inde dicuntur duę cognationes, vel familię, scilicet Moholitica, & Musitica. Caath habuit 4.filios, scilicet Amrã, Oziel, Hebron, Isuar, & ab his nominantur 4.familię, scilicet populi Amramitarum, Ozielitarũ, Isuaritarum, Hebronitarum, vt patet Nume.3.capi. Istę autẽ diuisiones speciales cuiuslibet familię vocantur cognationes hic, & quęlibet familia cum omnibus suis cognationibus recipiebat sortem, quę hic describitur, & sicut hic dictum est de filijs Merari, ita de Gersonitis, & Caathitis intelligendum est.

De tribubus Ruben, Gad, & Zabulon. De istis tribubus tribus datę sunt vrbes 12. quę habentur in sorte ista, quia quęlibet harum tribuum dedit vrbes.

Sciendum, quòd duę harum tribuum, scilicet Ruben, & Gad erant ad partem orientalem Iordanis in terra duarum tribuum, & dimidię, Zabulon autẽ erat ad partem occidentalem Iordanis in terra nouem tribuum, & dimidię, & est coniuncta sors Zabulon sorti Nephthali. sic patet Mat.4.capitulo, scilicet quòd Christus cępit prędicare in finibus Zabulon, & Nephthali apud mare Galilęę.

Vrbes duodecim. Quia cũ essent tres tribus quęlibet dedit vrbes 4. vt patet infra in litera.

Dederuntque filij Israel Leuitis ciuitates, & suburbana earũ sicut pręcepit Dominus per manum Moysi singulis sorte tribuentes. De tribubus filiorum Iuda, & Simeon dedit Iosue ciuitates, quarum ista sunt nomina filijs Aaron per familias Caath Leuitici generis (prima enim sors illis egressa est) Cariathar be patris Enac, quę vocatur Hebrõ in mõte Iuda, & suburbana eius per circuitũ. Agros vero, & villas eius dederat Caleb filio Iephone ad posidendum. Dedit ergo filijs Aaron

F sacerdotis Hebron confugij ciuitatem, ac suburbana eius, & Lobnam cum suburbanis suis, & Iether, & Estemo, & Holõ, & Dabir, & Ain, & Ieta, & Bethsames cum suburbanis suis: ciuitates nouẽ de tribubus, vt dictũ est, duabus. De tribu autem filiorum Beniamin Gabaon, & Gabae, & Anathoth, & Almõ cum suburbanis suis: ciuitates quatuor. Omnes simul ciuitates filiorum Aarõ sacerdotis tredecim cũ suburbanis suis. Reliquis

G verò per familias filiorum Caath Leuitici generis hęc est data possessio. De tribu Ephraim vrbes confugij Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, & Gaser, & Iebsam, & Bethoron cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu quoque Dan Eltheco, & Gabathon, & Aialon, & Giethremmon cũ suburbanis suis, ciuitates quatuor. Porro de dimidia tribu Manasse Tanach, & Gethremon cum suburbanis suis, ciuitates duę: omnes ciuitates decem, & suburbana earum

H datæ sunt filijs Caath inferioris gradus.

Dederuntque filij Israel. Hic potest incipere tertiũ huius capituli vel immediate infra cum dicitur. *Assignatarum vrbiũ expressio.*

De tribubus filiorum Iuda. Quia hic ponitur expressio vrbium traditarum Leuitis nominatim, & potest poni iste paraphus tanquam epilogus pręcedentiũ, vel tanquam exordium sequentium ad expressionem ciuitatum in speciali.

Dederunt filij Israel. scilicet omnes 12.tribus, quę vocantur filij Israel, vt comparantur ad Leuitas, qui non vocantur ita propriè filij Israel. *Leuitis.* Distinctis ab eis secundum officia, vt supra declaratum est. *Leuitis.* scilicet toti tribui Leui, siue Leuitis, siue sacerdotibus.

I Accipitur Leuita tripliciter, scilicet prout dicit genus, vel vt dicit ministrationem, vel gradum. Primo modo omnes tamen sacerdotes, quam inferiores sacerdotibus vocantur Leuitę, & sic accipiuntur hic. Alio modo Leuitę dicunt gradum, vel ministrationem, & sic solum vocantur Leuitę, qui descendunt a Leui, & nõ sunt sacerdotes. Aaronitę vocantur sacerdotes vnico modo horum, scilicet primo. Meraritę autem, Gersonitę, & reliqui Caathitę dupliciter Leuitę vocantur.

Vrbes, & suburbana sicut præceperat dominus Moysi. Ista duo solum erãt suscepturi Leuitę, scilicet vrbes, & suburbana earum in circuitu, vt patet Nu.35.c. ponitur sicut pręceperat dominus ad signandum formã mã-

K dati, scilicet quòd eo modo quo Deus iusserat compleuerunt Israelitę, scilicet ipse dixerat, quòd darẽtur vrbes cum suburbanis, & ita factum est.

Singulis sorte tribuentes. Idest Israelitę cum dederant istas vrbes non dederunt eas per solum abitrium, sed sorte diuisio facta est, intelligendo sortem non positam inter Leuitas, & Israelitas, sed inter ipsosmet Leuitas, vt supra declaratum est. Ante tamen, quam ponerentur sortes fuerunt factam alia per arbitriũ ipsorum diuisorum Israelitarum, de quibus supra declaratum est.

De tribubus Iuda, & Simeon. Hic exprimuntur vrbes nominatim, scilicet quot dederit quęlibet tribus, & quę fuerint, & primo ponitur de sorte Iudę, scilicet de

de Iuda,& Simeon. Sciendum autem,quòd non ponuntur hic Simeon, & Iudas simul sicut prius, quia prius ponebãtur Iudas,Simeon,& Beniamin:hic autẽ non ponitur Beniamin, sed infra ponitur per se.Item patet, quia supra describebantur simul tribus,de quibus accipiebantur vrbes ad vnam sortem Leuitarum, & quia Iudas Simeon Beniamin dederunt vrbes pro vna sorte, scilicet pro sorte sacerdotali positę fuerunt simul. hic autem non coniunguntur vrbes,sed quęlibet per se ponitur ad sciendum quot, & quas vrbes quęlibet tribus dederit, vt patet infra:Iudas tamen, & Simeon coniunguntur, quia non sunt, vt multę sortes, sed vt vna: nam primo fuit vna sors,deinde terra illius fuit diuisa, & quędam particula illius segregata est,vt sit sors Simeonis,vt supra 15.& 18.declaratũ est: vnde non distinguit, quę istarum vrbium hic nominatarum fuerit de sorte Iudę, & q̃ de sorte Simeonis.

Dedit Iosue ciuitates. Ipse dicitur dedisse, quia princeps erat, & omnia ei ascribuntur: tamen non dedit ipse solus, quia etiam alij dederũt,qui erant diuisores terræ. *Quarum ista sunt nomina.* scilicet nomina 13. ciuitatum,quæ infra describuntur.

Filijs Aaron per familias Caath. Idest istæ vrbes fuerũt datæ filijs Aaron,qui erant in vna familiarum Caath, quæ est familia Leuitici generis, & dicitur hoc,quia familia Caath est vnica familia,quantũ ad caput ipsius familiæ, scilicet Caath, qui erat vnicus vir, sicut Gerson,& Merari,qui singulas solum familias faciũt:fuerunt tamen in Caath duæ familiæ,quia erãt ibi diuersa officia, & excellentię, vt supra declaratum est.Prima harum familiarum fuit filiorum Aaron.

Leuitici generis. Idest familiæ Caath sunt in genere Leuitarum, quia Caath fuit filius Leui, ideo omnes filij eius pertinuerunt ad genus Leuiticum.

Prima Leuitarum sors. *Trima sors est illis egressa Cariatharbe.* Idest prima sors inter omnes sortes Leuitarum fuit sors sacerdotum, & ista fuit Cariatharbe, idest ciuitas ista cum alijs, quæ infra habentur. Vel dicitur prima sors Cariatharbe,idest prima vrbs, quæ fuit in sorte sacerdotali fuit Cariatharbe. Nam non fuit ista ciuitas per se vna sors.dicitur sors egressa, quia cum fuerunt per diuisores distinctæ 4.portiones ciuitatum proportionabiles ipsis 4.familijs Leuitarum, positæ fuerunt sortes, scilicet quatuor cedulæ fuerunt positæ in quodam inuolucro designantes illas 4.portiones, & quælibet familia Leuitarũ misit manum, & cedula extracta denotabat partem possessionis, quam habitura erat illa familia.Inter omnes autem primo familia sacerdotum manum misit ad inuolucrũ eduxitque sortem, ideo illi prima sors egressa est.Dicitur autem egressa, quia sortes prius latebãt in inuolucro, & cũ familia aliqua mittẽs manũ educebat sortẽ, dicebat sors illa egredi.

Cariatharbe patris Enac. Idest ciuitas vna sortis primę quę fuit sors sacerdotum fuit Cariatharbe,idest Hebron.Vocatur Hebron tribus nominibus,scilicet Hebron Cariatharbe,& Mambre.De primo,& secundo patet hic,& supra 14.de Mãbre patet Gene.23.& 49.c. Ista litera potest intelligi dupliciter.Vno modo,quòd Cariatharbe nõ sit vna dictio,sed duę,scilicet Cariath, & Arbe.Eritque Cariath nominatiu⁹, & Arbe erit genitiuus, & tunc Cariath est nomen commune signãs ciuitatem,Arbe autẽ est nomẽ proprium viri cuiusdã, qui erat pater Enac. Et tunc est sensus, quòd in sorte ista fuit vna vrbs, quę est ciuitas Arbe, qui est pater Enac:sicut dicimus ciuitatem Rhoderici.Et hoc modo non ponitur nomẽ vrbis huius, sed signatur cuius fuerit.Alio modo potest accipi Cariatharbe,vt sit vna dictio, & est nomen proprium vrbis, & tunc est sensus,quòd in sorte sacerdotum fuit ciuitas vna,quæ vocabatur Cariatharbe, & ista erat patris Enac, idest

A erat eiusdem viri,qui erat pater Enac.Vterque sensus satis stat secundum literã Hebraicam, sed litera nostra magis sequitur sensum secundũ cum ponat Cariatharbe tanquam vnum nomen. Si autem poneretur in primo sensu,staret Cariath tanquam nomen appellatiuum,& tunc non poneretur in litera Hebraica Cariath, sed in Latino, dicereturque ciuitas Arbe patris Enac.secundum ergo sensum voluit.

Patris Enac. In quocũque sensu accipiatur ista litera semper ista vrbs dicitur esse patris Enac, sed in primo sensu ponitur nomẽ huius,scilicet quòd vocetur Arbe:in secundo autem non ponitur nomen eius. Etiã dubium est quid sit esse patrem Enac.

B Et sciendum,quòd Enac quod in Hebręo vocatur Hanath potest dupliciter accipi, scilicet vel prout est nomen proprium, vel vt est appellatiuũ: signat enim Enac gigantem, & Enacim gigantes appellamus: sic patet supra 11.scilicet in tempore illo venit Iosue, & deleuit Enacim de mõtanis Hebron, Anab,& Dabir, idest deleuit gigantes. sic accipitur Deutero.3.scilicet ita vt de stirpe Enacim esse viderentur,& supra 14.Da mihi montem istum,in quo sunt Enacim vrbes multę atque muratę. Alio modo accipitur, vt nomẽ proprium viri: Iudęi autem volunt,quòd sit nomen viri, & consciunt 5.gigantes, scilicet Arbe, vel Arba, qui fuit dominus in ciuitate Hebron, a quo vocatur vrbs Cariatharbe, idest ciuitas Arbe:filius huius fuit Enac, & iste etiam fuit gigas: filij autem Enac fuerunt tres, C scilicet Tholmai,Sisai,Haimam,Num.13. & supr.15. & Iudi.1.isti 5.gigantes pertinebãt ad vrbem Hebrõ. Alio modo potest accipi, quòd sit Arbe pater Enac, idest gigantis,vt accipiatur tanquam nomen appellatiuum, & tunc erit sensus, quòd gigantes vrbis Hebron cęperunt ab isto Arbe, qui fuit dominus ciuitatis, vel forte conditor, & hoc modo non debet dici, quòd tres gigantes vrbis Hebron sint filij Enac, ita ꝙ Enac sit vir filius Arbe, sed sunt filij Enac,idest de filijs gigantum.Vterque sensus satis stat. Notãdũ de Enach, ꝙ accipitur dupliciter.

Quæ vocatur Hebron. Non est nomen primum vrbis huius Cariatharbe, sed Hebron. Etiam magis vsitatũ est Hebron,ideo fuit expositum Cariatharbe per Hebron. Vel fortè non est Cariatharbe nomen propriũ, sed connotatio quędam ad signandum cuius esset ista D vrbs, scilicet ꝙ esset vrbs Arbe, ideo ponitur nomen proprium,scilicet ꝙ vocatur Hebron.

In monte Iuda. Idest ista ciuitas est in terra montana Iudęę:est enim quędam terra montana in sorte Iudę, in qua sunt multę vrbes,& ponuntur ibi Hebron,Dabir, & Anab, vt patet supra 11.scilicet deleuit Iosue Enacim de montanis Hebron,Dabir, & Anab, & de omni monte Iudę,& Israel. Etiam supra 15.cum ponuntur plures summulę ciuitatum ponitur vna summula ciuitatum,quę in monte sunt.

Et suburbana eius per circuitum. Idest data fuit sacerdotibus ipsa vrbs Hebron, scilicet corpus ciuitatis,& suburbana per circuitum, quę erant per spatium duorũ millium passuum ad omnem partem,vt patet Nu.35. Suburbana ad quid dabantur.
E Erant autem ista suburbana ad alenda pecora, vt patet s̃. in lr̃a,& s̃ 14.c.& dr̃ ꝑ circuitũ, ad signandum,ꝙ ista suburbana nõ multũ extendunt ab vrbe ad comprehendẽdũ totũ territoriũ vrbiũ,sed per determinatũ spatium.s.duorũ milliũ passuum. *Agros vero,& villas dedit Caleb.* i.agros vrbis Hebrõ, dedit Iosue Caleb.

An Hebron fuisset possessa a Caleb priusquam daretur Leuitis, & quomodo diuisa fuerit. Quæst. X.

NON est sensus,ꝙ nunc nouiter dederit Iosue vrbẽ Hebron Caleb,sed a principio cum petierũt possessionem filij Iudę,vt patet supra 14.c. & tũc non est

est intelligendum, quòd acceperit Caleb agros, & villas vrbis Hebron solum. nam totam vrbẽ accepit, sed postea cum omnes tribus accepissent hereditatẽ accidit, vt diuisores separarent in sorte Iudę hanc vrbem pro sacerdotibus, & tũc, quia sacerdotes solum suscipiebant corpus ciuitatis cum suburbanis, necesse erat, vt manerent agri, & villę, cęterumque territorium illis, in cuius sorte erat ista vrbs, sed pertinebat ad Caleb vrbs ista, quia ei collata fuerat, ideo necesse erat, vt totum, quod non proueniebat sacerdotibus, cederet in ius eius. Sed arguet aliquis, quòd a principio non susceperit Caleb de vrbe Hebron nisi agros, & villas, vrbem autem, & suburbana nequaquam, quia dicitur quòd agros, & villas Hebron dederat Iosue ad possidendum Caleb: ergo antequam daretur sacerdotibus vrbs Hebron erant dati Iosue soli agri, & rura, siue villę. Respondendum est, quòd vrbs Hebron fuerit data Caleb antequam daretur sacerdotibus, vt patet supra 14. Nam nulla fuit vrbs, quę daretur Leuitis, quę prius non pertinuerit ad aliquam sortem Israelitarum, & fuerit in dominio eorum: nam omnes vrbes eorum fuerunt datę ab Israelitis, & non acceperunt ipsi per se aliquas sortes, sicut alię tribus, fuit autem ista vrbs primo data Caleb, ergo tota ei data est, scilicet tam vrbs, quam suburbana, & quã agri, & villę. Nisi forte quis dicat, quòd agri soli, & villę Hebrõ fuerunt collati Caleb, vrbs autem cum suburbanis fuerit alteri collata. Sed non est verum, quia satis apparet supra 14. quòd ipse petierit totam vrbem Hebrõ, & tota ei data fuerit. Nisi dicatur, ꝙ a principio ipsa vrbs Hebron cum suburbanis suis fuerit seiuncta pro sacerdotibus, vel Leuitis, & ob hoc soli agri, & villę dati fuerint Caleb. Sed non stat, quia cum Caleb petijt istam vrbem, nesciebat an aliquãdo pertinere debebat ad sacerdotes, vel non, donec data tota terra in possessionem Israelitarum, petierunt sacerdotes, & Leuitę dari sibi vrbes, & de singulis tribubus aliquę vrbes seiunctę sunt, sed quamquã quando Caleb petijt dari sibi Hebron constituisset dandam esse Hebron sacerdotibus, vel si immediate daretur, non darentur soli agri ipsi Caleb, sed etiam vrbs cum suburbanis suis: alioquin maneret aliqua pars terrę, quę non fuisset data alicui de Israelitis, sed solis sacerdotibus daretur, quod non stat, quia tunc non fuisset tota terra diuisa inter tribus Israelitarum, quod falsum est, quia supra 19. dicitur, ꝙ tota terra diuisa fuit per tribus. Itẽ sequeretur falsum, scilicet Leuitę accepissent aliquam sortem, quia cum daretur aliqua portio terrę sacerdotibus, quę nulli alteri data fuisset, illam non haberent sacerdotes ab alio, sed per seipsos: sicut quęlibet tribus per seipsam accipiebat aliquam portionem terrę, quę non erat collata alicui alteri. Sed falsum est, quia sacerdotes, & Leuitę nullam sortem habituri erant inter reliquos Israelitas, vt patet Numeri 18. c. ergo nõ poterant accipere aliquam vrbem, quę nullius de Israelitis fuisset prius. Item non stat, quia Israelitę erant daturi 48. vrbes Leuitis, vt patet Numeri 35. c. & nullas alias accepturi erant, ergo non habebant aliquam vrbem iure suo, sed omnes ex collatione aliorum. Si tamen vrbem Hebron accepissent, ita quòd ista non fuisset primo data alicui de Israelitis, haberent per se aliquam vrbem, & non acciperent omnes 48. vrbes ab Israelitis: ergo necesse est, quòd vrbs Hebron a principio tota fuisset data Caleb.

Cum autem dicitur hic agros autem, & villas dederat Iosue ad possidendum Caleb, potest intelligi dupliciter. Vno modo potest accipi hoc verbum dederat, impropriè, idest dedit, & tũc est sensus, quòd quãdo datę sunt vrbes sacerdotibus, dedit Iosue vrbem Hebron illis, & tũc dedit Caleb agros, & villas, idest

F dimisit ei ad possidendum, cum antea nõ solum hęc haberet, sed totam vrbem, & suburbana, & territoriũ. Aliter potest accipi dederat propriè, scilicet quòd Iosue dederat Caleb ad possidendum agros, & villas Hebron, idest a principio dederat ei agros, & villas Hebron, & non solum hęc, sed etiam totam vrbem: nominauit tamen hęc, quia ista solum ad extremum relicta sunt.

Agros, & villas. Hic accipiuntur largè agri, scilicet pro terris, quę coluntur, siue sint vineę, siue ad segetem, vel arborem. Agri dupliciter accipiuntur.

Alio modo accipiuntur agri pro solis terris, quę excoluntur ad segetes, & hoc modo accipiũtur agri distincti contra vineas, vt patet Nu. 20. scilicet nõ ibimus per agros nec per vineas. hic autem necesse est
G accipi agros generaliter, quia alius solum acciperet Caleb agros, qui erant ad seminandum. Sed falsum est, quia sic manerent Leuitis vineę ciuitatũ ipsarum, quas acciperent, vel manerent sine domino, quorum vtrunque falsum est: nam Leuitis nõ licebat accipere quidquam nisi suburbana ad alenda pecora, vt patet hic, & Num. 35. etiam de terra non maneret aliquid, ꝙ nulli accipere liceret, quia iste esset peruersissimus ordo, ideo tam agri, quam vineę intelliguntur nomine agrorum.

An isti agri Hebron, quos suscepit Caleb essent agri in suburbanis, & extra, vel solum illi qui erant extra suburbana. Quæst. XI.

H QVAERET aliquis de istis agris, qui sint, scilicet an soli agri, qui essent extra suburbana, vel qui erant etiam in suburbanis. Aliquis dicet, quòd intelligitur tam de illis, qui sunt intra suburbana, quam de illis, qui extra. nam si de solis agris, qui extra suburbana essent, intelligeretur, nihil videretur hic clausula addere, quia ibi manifestum erat, quòd pertinerent agri ad illos in quorum sorte essent tales vrbes, & non solum agri, sed etiam syluę, & fontes, atque montana, cęteraque territoria, etiam si non possent intelligi nomine agrorum. Si autem dicatur de agris, qui intra suburbana essent infra intra duo millia passuum ex vtraque parte, quod
I pertinerent ad Caleb, vel ad viros de tribu illa, in qua erant tales vrbes, esset sensus, quòd omnes vineę, & agri constituti intra spatium ipsorum suburbanorum pertinerent ad Caleb, & loca pascualia illorũ suburbanorum pertinebant ab sacerdotes, vt ibi alerentur pecora eorum, & iumenta.

Sed non stat iste sensus, quia hoc modo aliquando nihil relinqueretur sacerdotibus, & Leuitis de spatio in suburbanis illis ad pastum pecorum, quia multę vrbes sunt, quę tota illa spatia, aut vineis, aut agris, vel arboribus plena habent: potissimè cũ ista spatia computentur ab exitu de vrbe vsque ad duo millia passuum ab ipsa vrbe ex omni parte.

Ideo dicendum, quòd intra spatia suburbanorum,
K quę erant duorum millium passuum nihil accipiebãt Israelitæ de agris, vel vineis in ciuitatibus sacerdotũ, & Leuitarum, sed cedebant in ius sacerdotum, & Leuitarum: non quidem ad colendũ, sed ad pascendum ibi pecora faciendo loca pascualia, & vt loca vinearũ, & arborum non vastarentur redacta in loca herbosa ad pastum: Israelitæ scientes, quòd Leuitæ, & sacerdotes solum egebant territorijs ad pastum pecorum, eligebant de omnibus tribubus suis vrbes magis pascuales, & magis carentes vineis, & arboribus, vt sic vtrisque fieret æqualius: minusque grauarentur Israelitæ dantes talia loca, quam si darent loca abundantia vineis, & arboribus, quibus ipsi maxime indigebant,

Cum

Cum autem arguitur, quòd ista clausula sit superflua, scilicet quòd agros, & vineas haberet Caleb, quia de illis manifestum erat.

Respondendum est, quòd quędam ponuntur in sacra Scriptura, sicut in alijs scientificis sermonib⁹, quę licet interdum non sint ad necessitatem eorum, quę dicuntur, quia aliunde colligi possunt: tamen sunt ad maiorē explanationem, & ob hoc non vocatur superflua: sic est hic, nam satis apparebat, quòd cum Leuitis darentur suburbana determinatę quantitatis, scilicet duorum millium passuum, & non amplius, quòd reliqua terra manebat ipsis viris, in cuius tribu erat ciuitas sacerdotalis, vel Leuitica: apposuit tamen Scriptura ad magis notificandum, quid erat, quod manebat Caleb de vrbe Hebron. Nam cum nunc daretur vrbs Hebrō sacerdotibus, & prius fuisset data Caleb, supra 14. videretur esse inanis prima donatio, ideo declaratur, quòd non sit inanis, quia aliquid inde acquisitum est, scilicet quòd haberet villas Hebron, & agros, & vocantur agri omnia loca ad colendum, siue vineę, siue arbusta, siue loca segetum, & ista erat extra spatia suburbanorum. *Et villas.* Sunt villę rura, vel quecūque loca parua non murata: nam omnis locus muratus vrbs vocatur in sacra Scriptura, & ista vocantur aliquando villę, & villulę vici, & viculi, vt patet supra 15. & 19. capi. & ista possedit Caleb: habitabatque in eis ipse, & cognatio eius: poterantque in territorio illo sibi relicto nouas instituere sedes fabricando murata loca, & pertinerent semper ad eum, & stirpem suam. *Caleb filio Iephonne.* Pater huius vocabatur Iephonne, & ponitur ad differētiam, quia alij vocantur Caleb in Scriptura, sicut Caleb filius Esron. 1. Par. 2. *Ad possidendum.* Idest dedit eis territorium, & loca, quę erant in territorio vrbis extra suburbana, vt essent in possessionem suam, & filiorum suorum vsque in ęternum.

Dedit ergo filijs Aaron sacerdotis. Hic ponit repetitio eiusdem: inceperat enim ponere, quę vrbes prouenerant in sortem sacerdotum, & posuit primā Hebrō, & quia de ea aliquid enarrando interciderat enumerationem aliarum continuam, redit ad computandum eam rursus cum alijs. Et dicitur de filijs Aaron sacerdotis, vt distinguantur ab omnibus alijs Leuitis, quia isti pertinent ad vnam sortem, quę vocatur sacerdotalis, & huic primo assignata est possessio, quia illis prima sors egressa est, vt patet supra, & sunt vrbes sortis eius illę, quę ponuntur infra. *Hebron confugij ciuitatum.* Idest prima vrbs, quę data est Leuitis fuit Hebron, quę est vrbs confugij. Non est sensus, quod Hebron primo esset vrbs confugij, idest vrbs fugitiuorum, q̄ daretur sacerdotibus, sed è contrario primo data est sacerdotibus, & post assignata fuit in vrbem confugij, quia iusserat Deus, quòd darētur sacerdotibus, & Leuitis ciuitates 48. & de his segregarētur sex, vt essent vrbes fugitiuorum, vt patet Nume. 35. cap. ergo primo erant dandę vrbes sacerdotibus, quam essent vrbes fugitiuorum, & sic fuit de Hebron, quia tamen ista scripta fuerunt postquam Hebron erat ciuitas sacerdotum, & erat ciuitas fugitiuorum, potuit primo scribi de ipsa, quòd esset vrbs confugij, quam scriberetur, quòd data fuisset sacerdotibus. Quod autē esset de ciuitatibus refugij, patet precedenti c. Quę autem essent priuilegia vrbium fugitiuorum, patet pręcedēti capitulo, & ibi declaratum est.

Ac suburbana eius. Idest non solum data fuit ciuitas ista sacerdotibus, sed etiam suburbana illius, quę sunt spatia in circuitu ciuitatis ad omnē partem habentia magnitudinem duorum millium cubitorum, vt patet Numeri 35. & sic de omnibus vrbibus, quę datę sunt Leuitis, & sacerdotibus. Ad quid autem essent ista suburbana supra dictum est in principio.

A *Lobnam cum suburbanis suis.* Ista ciuitas aliquādo vocatur Lebna, & aliquando Lobna. Est autem de sorte Iudę, vt patet supra 15. Cōtra istam ciuitatem pugnauit Iosue a principio, post vrbem Maceda, & cepit eā cum rege suo, vt patet supra 11. De ista fuit vnus de regibus, quos occidit Iosue, vt patet supra 12.

Et Iether. Aliquę biblię habent Iether, & istę vidētur esse veriores, quia magis consonant dictioni Hebraicę, quę habetur hic, & vocatur Iatir. Ista vrbs est, quę habetur supra 15. & vocatur Iether. *Et Esthemo.* Ista est alia ciuitas Iudę supra 15. & vocatur in Hebręo Istemcha. *Et Helon.* Ista quoque est ciuitas Iudę, quæ erat in montanis Iudæ, vt patet supra 15.

B *Et Dabir.* Ista ciuitas, & Helon sunt cōiunctæ, vt patet supra 15. & sunt ambæ in montanis. Erant autem gigātes in vrbe Dabir, vt patet supra 11. scilicet quòd Iosue expulit gigantes de montanis Hebrō, & Dabir: fuit autem de vrbe hac quidam de regibus occisis tēpore Iosue, vt patet supra 12. de ista vrbe an capta fuerit viuente Iosue, vel post mortem illius declaratum est supra 11. istam vrbem inuasit Caleb, sed percussit, & cepit Othoniel frater Iosue, & ob hoc accepit in vxorem filiam Caleb Axam, vt patet supra 15. & Iudi. 1. capitulo. *Et Ain.* Ista vrbs ponitur supra 15. & est in eadem regione cum præcedentibus ciuitatibus.

Et Ieta. Aliqui existimant Ieta, & Iether, de qua supra 15. esse idē. Sed falsum est, vt patet ex litera Hebraica, quæ facit magnam differentiam in his, sed ista

C est eadem ciuitas cum illa, quę vocatur Iephta supra 15. licet nostri non obseruant modum literarum, & faciunt eas videri diuersas vrbes, tamen in Hebręo eodem modo scribitur ista ciuitas, sicut illa: *Et Bethsames.* Ista est in latere aquilonari sortis Iudę circa partem occidentalem, vt patet supra 15. est autem alia Bethsames in sorte Issachar supra 19. sed hic accipitur in tribu Iuda. Alia ciuitas est, quę vocatur Hirsames, idest ciuitas solis, & est in sorte Dan, vt patet supra 19. capitulo. *Cum suburbanis suis.* Idest cum qualibet harū vrbium data sunt suburbana, scilicet spatia illa duorū millium passuum, nec plus de suburbanis dabatur in magnis vrbibus, quam in paruis, quia nō poterat dari regula de magnitudine, quorumlibet locorum, ideo ne fraus fieret dando minora suburbana, quam con-

D ueniens erat data est ęqualitas omnium suburbanorū. *Ciuitates nouem de tribubus, vt dictum est duabus.* Idest istę ciuitates nouem, quę computantur hic sunt de duabus tribubus datę, scilicet de tribu Iudę, & Simeon.

Sed dicet aliquis, quòd nulla harum ciuitatum erat de tribu Simeon, sed omnes de tribu Iudę. Dicet aliquis, quòd ciuitas, quę vocatur hic Ain est in sorte Simeon, & vocatur Ain. Sed non videtur esse eadem, quia non sunt eędem literę vtriusque in Hebręo. Sed dicendum, quòd ista ciuitas hyn de tribu Simeon, & est illa, quę vocatur Asem supra 19. capi. Quod patet, quia omnes vrbes sacerdotum, quę ponuntur hic habentur 1. Paralipo. 6. & ibi ponitur Asam, vbi ponitur hic hyn. Ponuntur autem istę duę tribus simul quasi

E essent vna tribus, & de eis dantur ciuitates, quasi de vna, quia primo fuit ista vna sors cū data est tota terra hęc tribui Iudę, & postea decisa est portio quędā eius ad faciendum sortem Simeon, de quo supra 19. capi. *De tribu filiorum Beniamin.* De ista tribu fuerunt etiam datę vrbes sacerdotibus, sicut etiam de duabus pręcedentibus, quia erant coniunctę istę tribus.

Gabaon. Ista ciuitas fuit, quę confæderata fuit Israelitis in dolo, vt patet supra 9. capitulo & alię tres ciuitates coniunctæ. Fuit autem ciuitas ista data in sortē Beniamin, vt patet supra 18. de Gabaonitis autem, quos non occiderunt Israelitæ propter confęderationem an manserint in vrbibus his, scilicet Gabaon, & Gabaon quid.

reliquis

reliquis, vel an transierint ad alia loca, aut morarentur semper in loco sanctuarij, declaratum fuit supra 9.c. *Gabee.* Alia ciuitas est ista a Gabaon, & sic ponuntur hic tanquam duę, & supra 18. in sorte Beniamin.

Et Anatoth. Aliqui scribunt hic Amathoth, sed errant. ista est ciuitas sacerdotalis in sorte Beniamin, & non ponitur in sorte hac supra 18. ideo dicendum, quòd aliquę vrbes pertinebant ad sortem Beniamin, quę non expresse fuerunt, nec nominatę supra 18. vel, quòd aliquę vrbes ibi positę habent multa nomina, sicut Hebron, quę vocatur Hebron, Cariatharbe, & Mambre, vt supra declaratum est, & istę aliquando appellantur per vnum nomen, & aliquãdo per alterum, & istud magis conuenit, vt declaratum fuit supra 19. capitulo: sic ergo Anatoth est vna de vrbibus positis supra 18. capitulo, quia tamen habet multa nomina, appellatur ibi quodã alio nomine. De ista vrbe Anathoth fuit Ieremias propheta: vnde dixit ei Anamehel propinquus suus, quòd emeret agrum, quod erat in Anathoth, & Ieremias intelligens hoc esse verbũ domini, emit agrum, vt patet Iere. 32. capitulo, & Iere. 1. est autem Anathoth quedã ciuitas parua rusticana: habitatoresque eius velut rusticani viri, & imperiti sermone erant, quod ostendit Hieronymus in prologo super Ieremiam, cum dicit: Ieremias apud Hebręos Isaia, & Osee, & quibusdam alijs prophetis videtur esse rusticior, sed sensibus par est, quippe qui eodem spiritu prophetauerit: porro simplicitas eloquij de loco, ĩ quo natus est, ei accidit, fuit enim Anathothites, qui est vsque hodie tribus a Ierosolymis millibus distans, vocatur tamen Anathoth vrbs, quia erat murata, licet parua, & rustica esset. Erat autem de stirpe sacerdotum Ieremias habitãs in hac vrbe, vt patet Iere. 1. distat porro a Ierusalem Anathoth tribus milliaribus, quia est Ierusalem in sorte Beniamin, scilicet in extremitate eius ĩ latere meridiano, & apud eam trãsit latus sortis Iudę, vt patet supra 15. & versus aquilonem est Anathoth distans tribus millibus.

Vbrs de qua Iere. fuit.

Almon quid.

Et Almon. Ista est alia ciuitas in sorte Beniamin, & ẽt ista non nominatur supra 18. inter vrbes sortis Beniamin. Sed dicendum, quòd habet ista vrbs multa nomina, sicut diximus de Anathoth, & multis alijs, & sub vno nomine ponuntur hic, & sub alio ponitur supra 19. capitulo: ista ciuitas vocatur Alamath. 1. Paralipo. 6. *Cum suburbanis suis ciuitates quatuor.* Idest istæ 4. ciuitates supra nominatę, & suburbana sua fuerunt traditę sacerdotibus. Suburbana accipiuntur vt supra dictum est.

Omnes ciuitates filiorum Aaron sacerdotis. Iste est epilogus prędictorum, scilicet quod ciuitates omnes datę sacerdotibus filijs Aaron fuerunt 13. & suburbana omnium: nam tribus Iudę, & Simeon dederũt nouẽ, & tribus Beniamin 4. *Reliquis vero.* Hic ponuntur ciuitates secundę sortis Leuitarum: prima enim sors erat sacerdotum, quę posita est: secunda est aliorum Caathitarum, qui non sunt sacerdotes, & istis assignanť hic ciuitates decem, & dicitur reliquis filiorum Caath, quia de familia Caathitarum iã fuerat assumpta quędam pars, scilicet sacerdotalis: manebat autẽ pars alia, & ista erat minorum Leuitarum.

Reliquis vero per familias Caath Leuitici generis. Idest alijs, qui restabãt de genere Leuitico ĩ familia Caath. Dixit autem familias Caath. Quod dupliciter intelligi potest. Vno modo, quòd familia Caath, quę vnita est ab vnitate capitis, dicatur diuisa in familias, quia erant in ea homines inęqualis gradus, scilicet sacerdotes, & Leuitę minores: sacerdotes autem faciunt vnam familiam, quibus data est pręcedens portio. Leuitę Caathitę erant familia secunda, quibus assignatur portio, quę habetur hic, & tunc est sensus: reliquis, idest

F alijs Caathitis manentibus, qui non comprehenduntur nomine sacerdotum.

Per familias Caath. Idest, qui sunt distincti a sacerdotibus, qui supra ponebantur per familias Caath, idest secundum distinctionem familiarum, quę assignantur in Caathitis. Alio modo potest intelligi, quòd familię referantur ad ipsam congregationem Leuitarum minorum de Caathitis: nam adhuc isti videntur inter se habere familias, quę sunt minores cognationes. Erant enim quatuor filij Caath, scilicet Amram Oziel Hebron, Isuar. Ab Amram deriuati sunt sacerdotes per Aaron filium eius, & quędam pars Leuitarum per Moysen: erat enim Moyses Amramita: filij tamen sui non fuerunt computati inter sacerdotes, sed inter Leuitas minores, vt patet 1. Paralipo. 23. cũ
G dicitur: Moysi quoque hominis Dei filij an numerati sunt in tribu Leui, idest computati sunt solum inter Leuitas. Manent autem tria alia capita, scilicet Oziel, Hebron, Isuar, a quibus denominantur tres familię Leuitarum, vel populi, scilicet Ozielitę, Hebronitę, Iessuaritę, qui non vocantur communiter familię, sed vna familia: aliquãdo tamẽ vocãtur familię distinctę, & sic accipitur Nume. 3. & sic accipitur hic, scilicet, quòd reliquis filijs Caath, scilicet qui nõ erant sacerdotes per familias Caath, idest distinctis per familias Caathitarum, scilicet Hebronitarum, Ozielitarum, Iessuaritarum data est possessio, quę sequitur. Et iste est sensus, quẽ facit litera, scilicet quòd omnibus illis familijs simul non fuit data alia possessio, nisi ista, quę
H habetur infra.

De tribu Ephraim. Isti Leuitę minores Caathitę habuerunt sortem suam in tribubus tribus, scilicet in Ephraim, Manasse, & Dan: prima est tribus Ephraim, quę magis appropinquat sorti superiori sacerdotum.

Vrbs confugij Sichem. Idest data est Sichem, quę est vrbs fugitiuorum, vt patet pręcedenti capitulo. Intelligendum est, vt supra, scilicet quòd non fuit primo Sichem vrbs confugij, quam daretur Caathitis, sed magis è contrario, quia non fuerũt datę ciuitates pro fugitiuis, nisi postquam datę sunt vrbes Leuitis, & indè sequestratę fuerunt sex, vt patet Nume. 35. capitul. Ista vrbs Sichem non fuit posita in sortibus, quia determinate pertinebat ad filios Ioseph cum Iacob
I dedisset partem vnam Ioseph extra fratres suos, scilicet Sichem. De hoc Gene. 48. c. & in agro vrbis huius sepulta sunt ossa Ioseph trãslata de Aegypto infra 24. c. *Cum suburbanis suis.* Idest cum partibus adhęrentibus vrbi vsque ad passus duo millia, quibus extendebãtur suburbana. *In monte Ephraim.* Idest ista ciuitas Sichem est in monte Ephraim, idest in sorte Ephraim, quę est montuosa. Non accipitur hoc pro aliqua parte montuosa sortis Ephraim, quia vbicunque agatur de locis existẽtibus in sorte Ephraim dicitur mõtẽ Ephraim, immo quando tota sors nominatur dicitur mons Ephraim, sicut patet supra 17. vbi dixit ad omnes filios Ioseph, scilicet ad Ephraim, & Manasse: succide spatia, quia angusta est tibi possessio mõtis Ephraim, sic etiã
K vocatur mons Ephraim pręcedenti capitulo, & supra in litera, & 1. Regum 1. & fere vbicunque ponitur.

Gazer. Ista est alia ciuitas in sorte Ephraim, vt patet supra 16. & ista fuit semper detẽta a Chananęis vsque ad tempus Salomonis: tunc enim ascendit rex Aegypti Pharao, pugnansque deleuit Chananęum habitatorem Gazer, deditque vrbem in dotem filię suę, quę erat vxor Salomonis, vt patet 3. Regum 9. c. *Et Cebsan.* Ista vrbs vocatur Maan. 1. Paralipo. 6. c. & hoc, quia ciuitates sunt interdum habentes multa nomina.

Et Bethoron. Ista est alia ciuitas in sorte Ephraim, de qua supra 16. c. & ponitur duplex Bethoron, scilicet superior, & Bethoron inferior, vt patet eo. c. Sed dicendum,

cendum, ꝙ hic intelligatur de Betheron inferiori .i. magis declinante ad meridiem: eſt.n. in latere meridiano ſortis Ephraim, vt patet ſup. 16. cap. per viam iſtius Bethoron aſcenderunt. 5. reges fugiẽtes a facie Ioſue in die, qua ſtetit ſol: & in deſcẽſu Bethoron vſque ad vrbem Azecha, pluit lapides ſuper hoſtes, & plurimi perierũt, vt patet ſup.10.c. *Cum ſuburbanis ſuis ciuitates quatuor.* Iſtę quatuor ciuitates datæ ſunt, & ſuburbana earum ſimul iuxta legem aliarum vrbium. *De tribu quoque Dan.* Iſta eſt alia tribus, de cuius ſorte datæ ſunt vrbes quatuor Caathitis. *Elthecen.* Iſta eſt prima, & in duabus tribubus ponitur.ſ. quia ſunt duę vrbes dictę Elthecen: prima eſt in ſorte Iudę, vt patet ſup.15. ſecunda eſt in ſorte Dan. ſup. 19. & de iſta ſecunda dicitur hic. *Et Gebethon.* Iſta vrbs, & præcedens Elthecẽ ſunt coniunctæ. Quod patet, quia ſup.19. vbi enarrantur omnes vrbes ſortis Dan ponuntur ſimul, ſicut hic. *Et Aialon.* Iſta videtur eſſe vrbs, de qua loquebatur Ioſue die qua ſtetit ſol. ſ. Sol ſta contra Gabaon, & luna ne mouearis contra vallem Aialon, vt patet ſup.10. *Et Gethremmon.* Iſta eſt alia ciuitas in ſorte Ephraim, quę prouenit Leuitis. *Cum ſuburbanis ſuis.* Ideſt ſingulæ vrbes harum datæ fuerunt determinatè cum ſuis ſuburbanis duorum millium paſſuum, ſicut in ſuperioribus dictum eſt. *Porro de dimidia tribu Manaſſe.* Etiam de hac fuerũt datæ vrbes Caathitis, & eſt iſta dimidia tribus, quæ accepit ſortem ad partem occidentalem Iordanis, alia autem dimidia tribus accepit poſſeſſionem ad partem orientalem, & illa eſt, q̄ habebat poſſeſſionẽ in Baſan: iſta aũt de qua hic, erat apud ſortem Ephraim, & accepit funiculos decem hæreditatis, vt patet ſup.17.c. *Thenach.* Iſta eſt quædã vrbs Manaſſitarum, cuius habitatores non potuerunt Manaſſitę a principio ſubdere in ſeruitute, vel delere, ſed poſtea ſubdiderunt facientes illos tributarios, noluerunt tamen illos diſperdere, vt patet ſup.17. & Iud. 1.c. de iſta vrbe fuit vnus de regibus, quos occidit Ioſue, vt patet ſup.12.c. *Et Gethremmon.* Iſta eſt talis ciuitas ſicut Gethremmon, quæ eſt in ſorte Dan, vt patet ſupra: contingit.n. plures eſſe ciuitates eiuſdem noĩs, ſicut contingit eãdem ciuitatem multa hr̃e noĩa: iſtæ duæ urbes aliter noĩantur. 1. Paral.6. vbi ponũtur oẽs iſtæ ciuitates ſicut hic, & quibus prouenerint, & ponuntur in dimidia tribu Manaſſe duæ vrbes.ſ. Aner, & Helã: ſed hoc accidit, eo ꝙ eadẽ ciuitas multa hẽt interdum noĩa. *Cum ſuburbanis ſuis ciuitates duæ.* Ideſt de iſta dimidia tribu datæ fuerũt ciuitates duæ cũ ſuburbanis ſuis: non fuerunt aũt datæ plures, qa iſta erat dimidia tribus, & ſicut de tribu Dan, quę erat integra, vel de tribu Ephraim accipiebãtur ciuitates quatuor, ita de dimidia tribu Manaſſe accipiebantur ciuitates duæ, qa Deus iuſſerat, vt acciperent̃ vrbes proportionaliter de tribubus.ſ. quæ plures hr̃et daret plures, & q̄ pauciores daret pauciores Nu.35. *Omnes ciuitates decem, & ſuburbana earum.* Hic ponit̃ epilogus p̄dictorum. ſ. ꝙ in ſorte iſta data Caathitis fuerunt ciuitates decẽ, & ſuburbana cuiuslibet vrbis, & nullum aliud territorium. *Datæ ſunt filijs Caath inferioris gradus.* Caathitarum familia diuidebatur in hoĩes duorum graduum. Ad quoſdam.n. pertinuit gradus excellens.ſ. ꝙ eſſent ſacerdotes, & hoc erat maximum miniſterium in toto veteri teſtõ, & in tota cognatione Leuitarum. Alij erãt homines inferioris gradus.ſ. ad quos pertinebãt officia minora, & iſtę erant miniſtrationes Leuiticæ, de quibus in principio c. huius declaratum eſt, & qa ad omnes Caathitas præterquam ad ſacerdotes pertinuerunt iſta parua miniſteria. ſ. ad Ozielitas Hebronitas Ieſſuaritas, dicuntur omnes iſti Leuitæ inferioris gradus.

Vrbes de tribu Dan.

Thenach quid.

Caathitarũ familiæ diuiſio.

A Filijs quoq; Gerſon, Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manaſſe confugij ciuitates, Gaulon in Baſan, & Boſrá cum ſuburbanis ſuis, ciuitates duas. Porro de tribu Iſſachar: Ceſion, & Dabereth, & Iaramoth, & Engannim cum ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor. De tribu aũt Aſer: Maſa, & Abdõ, & Helcath, & Rohob cum ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor. De tribu quoq; Nephthali ciuitates cõfugij Cedes in Galilæa, & B Ammothdor, & Cartham cum ſuburbanis ſuis, ciuitates tres. Omnes vrbes familiarum Gerſon tredecim cum ſuburbanis ſuis. Filijs aũt Merari Leuitis inferioris gradus p familias ſuas data eſt de tribu Zabulõ, Iecnal, & Cartha, & Dãna, & Naalol, ciuitates quatuor cũ ſuburbanis ſuis. De tribu Gad ciuitates confugij Ramoth in Galaad, & Manaim, & Eſebon, & Iazer, ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis. De tribu Ruben vltra Iordanem contra Iericho ciuitates refugij Boſor in ſo- C litudine Miſor, & Iazer, & Ietsõ, & Maſpha, ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis. Oẽs vrbes filiorum Merari per familias, & cognationes ſuas duodecim. Itaque ciuitates vniuerſæ Leuitarum in medio poſſeſſionis filiorum Iſrael, fuerunt quadragintaocto cũ ſuburbanis ſuis, ſingulæ per familias diſtributæ.

Vrbes tertiæ ſortis Gerſonitarum. *Quæſt.* XII.

D FILIIS *quoque Gerſon.* Hic ponitur tertia ſors: eſt.n. familia Gerſonitarum ſecunda loquendo cõiter, quia cõiter non diſtinguitur familia Caathitarũ in duas, & quia hic diuiſa eſt in duas.ſ. in familiã ſacerdotalẽ, & familiã Leuitarũ inferioris gradus, ponit̃ neceſſario familia Gerſonitarũ tanq̃ tertia, & huic familiæ datę ſunt ciuit.13.q̄ j̃.hñr. *Dedit de dimidia tribu Manaſſe.* Ad Ioſue hoc refertur, qa ipſe dr̃ dediſſe oẽs iſtas poſſeſſiones familijs Leuitarum, cũ eſſet princeps populi, q̃q̃ non ſolus ipſe dederit, & dr̃ hic de dimidia tribu Manaſſe.ſ. de illa, q̄ habitabat ad partem orientalẽ Iordanis in terra duorũ regum Amorrheorũ, quia de alia iam poſitũ eſt. Et patet hoc, quia dr̃ hic, ꝙ iſta dimidia tribus Manaſſe mo- E rabat̃ in Baſan: tñ Baſan eſt ad orientalẽ plagã Iordanis, qa eſt regio quædã in regno regis Og, a qua ipſe vocabat̃ rex Baſan, vt patet ſup.12. & 13.c. *Confugij ciuitatem Gaulon.* Iſta ciuitas aliqñ uocatur Gaulon, & aliqñ Golan. Patet qa hic uocatur Gaulon, & Deut.3. & p̄ced.c. vocatur Golan. iſta erat ciuitas cõfugij.i. fugitiuorũ, quia Moyſes dum viueret aſſignauit tres urbes fugitiuorũ ante tranſitũ Iordanis, quarũ vna erat Gaulon, vt patet Deut.4.c. *Gaulon in Baſan.* i. iſta ciuitas erat in regione Baſan. Eſt.n. Baſan q̄dam magna regio in terra regis Og habens ciuitates muratas. 60. vt patet Deut.3. & ſup.13. q̄ tota cecidit in ſorte dimidiæ trib' Manaſſe, vt patet eiſdem c. *Et Boſra.* Iſta ẽt eſt in ſorte

Gaulon, & Baſan quid ac ei' ſitus.

dimidiæ tribus Manasse in Basan, & est talis qualis il-
la, de qua loquitur Isa.s.quis est iste, qui venit de Edō
tinctis vestibus de Bosra? Ciuitates istæ duæ ponun-
tur.1.Paralipom.6.& vocantur alijs nominibus, scili-
cet Aner, & Helan. sed hoc accidit, quia frequenter
contingit eandem ciuitatem multa nomina habere,
& multas vrbes esse eiusdem noīs, sed non sunt ciuita
tes istę pertinētes ad Gersonitas, sed ad Caathitas, qa
sunt de alia dimidia tribu Manasse. sed vocatur Bosra.
1.Paralip.6.Astaroth. *Cum suburbanis suis ciuitates duæ.*
Idest istæ duæ ciuitates, & suburbana earum pertinue
runt de dimidia tribu Manasse ad Gersonitas. *Porro de*
tribu Issachar. De hac datæ sunt ciuitates Gersonitis.

Ciuitates Gersonitarum.

Chesion. Ista vocatur Cesion.s̄.19.cap. *Et Dabereth.* Ista
ciuitas non ponitur.s̄.19.in ciuitatibus sortis Issachar:
sed dēt intelligi, ꝙ ibi scribatˉ, sed non scribitˉ sub eo-
dem nomine, sub quo hic, quia vna ciuitas sæpe mul
ta nomina habet, vt sæpe patuit in prædictis. *Et Iara-*
moth. Ista ciuitas non ponitur. s̄. 19. in sorte Issachar:
sed dicendum est, vt dicebatur de præcedenti ciuita-
te. Alia ciuitas vocatur Iaramoth, quæ est in sorte Iu-
dę, vt patet sup.15.c.& de illa fuit vnus de 5. regibus,
qui pugnabant contra Gabaon, quos cepit Iosue in
spelunca vrbis Maceda, vt patet sup. 10. cap. ista ciui-

Engannim quid.

tas vocatur Ramoth.1.Paralipo. 6.cap. *Engannim.* Ista
ciuitas ponitur sup.19.in hac sorte Issachar. Alia est
tamē ciuitas Engannim, quæ in sorte Iudæ ponitur,
vt patet sup.15.sed differunt, quia eadem ciuitas non
pertinet ad diuersas tribus. *Cum suburbanis suis ciuitates*
quatuor. Idest istę quatuor vrbes de sorte Issachar fue-
runt datæ Gersonitis cum suburbanis suis: non vocan

Quō se habet liber iste ad librum Pareli.

tur penitus sic ciuitates istę.1. Paralipo.6. sed Cedes,
& Dabereth Ramoth, & Ane: mutatis tribus nomi-
nibus vrbium, & hoc fit, quia eadem vrbs multa ha-
bet nomina, & potissimè s̄m temporum varietates,
sicut patet in vrbibus regionum nostrarum, quia nul-
li ferè vrbi antiquum nomē manet, sicut ex historijs
colligitur antiquissimis. Sic autem se habet iste liber
ad librum Parali. quia iste scriptus fuit a Samuele, vt
s̄. declaratum fuit in procemio, liber autem Parali. scri
ptus fuit tpe Babylonicæ captiuitatis, vt satis patet ex
eo, cum tractētur ibi historiæ illius tpis: inter Samue-
lem aūt, & Babylonicā captiuitatē multa tpa inter-
ciderunt, in quibus multa vrbium nomina mutata
sunt. *De tribu autem Aser.* De hac tribu etiam datæ sūt
ciuitates Gersonitis. *Masal.* Ista ciuitas est, quæ voca-
tur Mesal. sup.19.c. *Et Abdon.* Ista ciuitas nō ponitur
sup.19.tn̄ intelligendum est, ꝙ sit aliqua de ibi positis
q̄q̄ sit sub alio noīe, sic supra de alijs multis dictū est.
Et Lacoth. Ista est, quæ vocatur sup.19. Alchat, & po-
nitur prima in sorte illa. *Et Rohob.* Ista ponitur sup.19.
& est ciuitas multum septentrionalis. s. iuxta vrbem
Emath, vt patet Num.13. & tn̄ Emath est in latere a-
quilonari terræ Chanaan, vt patet Num.34. c. vsq; ad
hanc ciuitatem accesserunt exploratores Iudęorum,
qn̄ venerunt de Cadesbarne in terram Chanaan, vt
patet Num.13.c. *Ciuitates quatuor cum suburbanis suis.*

Cedes qd.

Idest istę quatuor ciuitates de tribu Aser fuerūt datæ
Gersonitis, & suburbana earum.i.spatia duorū milliū
passuum in circuitu vrbiū. Istę ciuitates vocantur ali-
ter.1.Paralip.6.s.Masal, Abdon, Asath, & Rohob, quę
noīa ex aliqua parte mutata sunt, parum tn̄ distant.
De tribu quoque Nephthali. De ista tribu fuerunt datæ
ciuitates tres Gersonitis, *Ciuitas confugij Cedes in Gali-*
læa. Cedes est prima ciuitas, quæ data fuit Gersonitis
de tribu Nephthali, & ista est ciuitas cōfugij.i. ciuitas
fugitiuorum, vt patet sup.20. & erat in Galilæa: est.n.
Galilæa quædam magna prouincia, quæ partim ad
Zabulon, partim ad Nephthali pertinet, vt patet
Matth.4.& Isa.9.& declaratum fuit supra 19. & præ-

F cedenti cap.& magis apparet, quia cum diuisa est to-
ta terra Israelitarum paruo tempore ante Saluatorē
in tetrarchias.i.in quatuor partes, fuit posita Galilæa
tanquam vna tetrarchia, vt patet Luc. 3. vbi ponitur
Galilæa tetrarchia Herodis, & ponuntur ibi aliæ te-
trarchiæ. *Et Ammothdor.* Ista ciuitas non ponitur sup.
19.in sorte Nephthali: tamen intelligēdum est, ꝙ ibi
sit, licet sub alio nomine, quia vna vrbs multa habet
nomina. *Et Tartham.* Etiam ista ciuitas non ponitur
sup. 19. in sorte Nephthali. Aliqui scribunt Carthā
cum c. sed debet scribi Tartham cum t. vt patet ex li-
tera hebraica. *Cum suburbanis suis ciuitates tres.* Idest istę
tres ciuitates, & sua suburbana data sunt Gersonitis
de sorte Nephthali. Istę tres vrbes non denominan-
G tur sic penitus.1.Paralip.6.s. Cedes Cariathiarim, &
Ammon. Causa varietatis ex præcedentibus patet,
sicut in alijs ciuitatibus. *Omnes vrbes familiarum Gerson.*
Hic ponitur epilogus præcedentium, & dr̄ familiarū
Gerson, non ꝙ familia Gersonitarum sit diuisa in plu
res, quia tanquam vna ponitur & vnicam sortem re-
cipit: secus autem de familia Caathitarum, quæ in
duas diuisa est. s. in Leuitas minoris gradus, & in sa-
cerdotes, vt patet sup. & ob hoc acceperunt Caathi-
tæ duas sortes. s. sacerdotes vrbes. 13. & Caathitæ ur-
bes decem, vt patet sup. vocantur autem plures fami
liæ Gersonitarum large pro cognationibus speciali-
bus sub familijs, quæ magis vocantur domus quā fa-
miliæ, & fuerunt duæ cognationes. s. Lobnitica & Se
meitica, quæ etiam vocantur familiæ Num.3.c. & est
H sensus, ꝙ istæ vrbes assignatæ supra Gersonitis nō fue
runt solum pro vna familia Gersonitarū, sed pro om
nibus cognationibus illorum, quia nullas alias vrbes
acceperunt Gersonitæ. *Tredecim cum suburbanis suis.*
Idest de sorte Gerson fuerunt ciuitates tredecim.
Quod patet, quia duæ datæ sunt de dimidia sorte Ma
nasse, & de sorte Issachar ciuitates quatuor, de sorte
Aser totidem. De sorte autem Nephthali ciuitates
tres, quæ pariter sunt. 13. *Filijs autem Merari.* Ista est vl-
tima familia Leuitarum, quæ hic est quarta quam-
quam aliàs vocaretur tertia, & hoc, quia hic diuidi-
tur sors Caathitarum in duas, & vt detur possessio
cuilibet harum per se necesse est vocari istam quartā
familiam. *Inferioris gradus.* Non ponitur hic ista clau
I sula ad distinguendū, sicut in familia Caathitarum,
quia ibi est quędā pars Leuitarum maioris ministerij,
scilicet sacerdotum, & alia est pars Leuitarum mino
ris gradus, scilicet simplicium Leuitarum, in Merari-
tis autem omnes erant eiusdem gradus, ideo non vo-
cantur inferioris gradus ad signandum differentiam
aliquam, quæ sit inter seipsos, sed ad signandum dif-
ferentiam eorum a sacerdotibus, qui dicūtur esse gra-
dus superioris. *Per familias suas.* Non est sensus, ꝙ
familia Merari sit diuisa in familias multas, quia ip-
sa est vnica, & pro vnica accipitur hic, quia datur ei
vnica possessio, sed dicitur habere familas, idest co-
gnationes speciales, quæ sunt domus, & erant duę in
familia Merari, scilicet Moholitę, & Musitę, vt patet
Nume. 3. vbi non uocantur istę duę partes familię,
K sed populi, tamen pro eodem accipitur: sic enim in
familia Caathitarum, quę habet multas familias dici-
tur, quòd cognatio Caath habebit populos Amra-
mitas Hebronitas, Ozielitas, Iessuaritas, patet co-
dem cap. Et tamen isti populi vocantur familię, cum
hic diuisi fuerint Caathitę in duas familias, & duas re
ceperint sortes. Est autem sensus, per familias suas,
idest pro omnibus familijs Meraritarū datę sunt istæ
ciuitates, quę ponuntur hic. *Data est de tribu Zabulon.*
De ista sorte datę fuerunt ciuitates quatuor, vt patet
infra. *Iethenam.* Non habetur supra 19. in sorte Zabu-
lō, sed debet dici, ꝙ ibi sit scripta, licet nō sub hoc no-
mine,

mine, quia eadem ciuitas multa habet interdum nomina. *Cartham:* Etiā ista non ponitur sup. 19. sub hoc nomine ex eadem ratione. *Et Damna.* Alia quoque ciuitas non nominata sup. 19. *Et Nalol.* Ista vocatur in litera hebraica Nahalol. *Ciuitates quatuor cum suburbanis eius.* Idest de sorte Zabulon fuerunt datæ. 4. vrbes Meraritis, & suburbana earum secundum legem cōmunem aliarum vrbium. *De tribu quoque Ruben.* De sorte ista datæ sunt ciuitates. 4. vt patet infra. *Ciuitas confugij Bosor.* Idest prima ciuitas data de sorte Ruben erat Bosor, quæ est in solitudine, & ista est de vrbibus fugitiuorum, vt patet supra præcedenti cap. Nam ante trāsitum Iordanis ad orientem fuerunt tres ciuitates cōfugij, ut patet Deut. 4. & præced. c. quarum vna est Bosor: de vrbibus sortis Ruben non habetur summa, sicut de sortibus, quę fuerunt ad occidentalem plagam Iordanis, vt patet sup. 13. vbi nominantur quædam vrbes, & postea ponitur clausula generalis de vrbibus regni Sehō. Vnde nulla de 4. vrbibus hic positis enarratur supra 13. in ciuitatibus Ruben, quia plures subticentur quàm enarrentur, & quamquam aliqua poneretur, tamen non est sub eodem nomine. *In solitudine.* Dicitur esse Bosor in solitudine, quia in terra regis Sehon, in qua accepit possessionem tribus Rubē est quædam pars, quę vocatur desertum, vel terra campestris, & ista est apud vrbem Esebon, & Medaba, vt patet supra 13. & in hac terra est Bosor. *Tethson, Misor, & Ocho.* Istę tres ciuitates sunt incognitæ, quia nō exprimuntur in sorte Ruben supra 13. sicut exprimuntur supra 15. & 18. & 19. vrbes sortium, quæ sunt post Iordanem: istę urbes quatuor nominantur alijs nominibus. 1. Paralipo. 6. cap. s. Bosor, Cademoth, Iasa, & Miphath, & sunt nomina ista magis cognita: nā Cademoth est vrbs, quæ fuit in potestate regis Sehon, & de hac vrbe misit nūcios Moyses ad regem Sehō, vt concederet transitum Israelitis per terram suam, vt patet Deuteron. 3. cap. s. misit ergo nuncios de solitudine Cademoth ad regem Sehon. Iasa, quæ ponitur ibidem est ciuitas, ad quam occurrit rex Sehon Israelitis pugnaturus cum eis, vt patet Deuterono. 2. Ista ciuitas etiam vocatur Basa, vt patet Nume. 21. c. vbi dicitur, ꝙ rex Sehon exiuit pugnaturus cum Israelitis in Basan, quæ necessario est eadem vrbs, sed multiplicantur nomina, & hoc facit maximam turbationem in sacra scriptura apud multos, qui non attendunt ad multa. Miphath quæ hic vocatur Ocho est ciuitas incognita. *Ciuitates quatuor cum suburbanis suis.* Idest tribus Ruben dedit ciuitates quatuor Meraritis cum suburbanis suis iuxta legem omnium ciuitatū Leuiticarum. Libri moderni Iudæorum non habēt istum versum, siue duos versus de vrbibus quas dedit sors Ruben, sed iste versus necessarius est.

Tribus Ruben dedit 4. ciuitates Meraritis.

Biblia modernorum Iudæorū est defalcata, ut testātur sui doctores.

Primo quia iste versus habetur 1. Paralipom. 6. vbi ponuntur ciuitates eędem, & ponuntur de tribu Ruben ciuitates aliquæ, scilicet tot quot ponit litera nostra hic, ideo necesse fuit, ꝙ ponerentur hic ciuitates istæ, quia hic intendebat scriptor ponere omnes urbes, quæ datæ fuerunt Leuitis, & sacerdotibus.

Item omnes tribus dederunt aliquas vrbes Leuitis, quia sic iussit Deus Num. 35. sed si tollatur versus iste non poterit inueniri, quomodo tribus Ruben dederit aliquas urbes Leuitis; ideo necesse est, quòd ponatur iste versus.

Item hic dicitur tam in litera nostra, quàm in Hebręa, qđ traditę fuerunt sacerdotibus, & Leuitis urbes. 48. si tamen tollatur versus iste, in quo ponuntur quatuor ciuitates datæ de sorte Ruben non poterunt colligi ex oībus superiorib⁹, nisi vrbes. 44. ergo necesse est ponere istum versum de ciuitatibus sortis Rubē.

Item patet, quia dicitur infra, ꝙ omnes vrbes datę

A Meraritis, fuerunt duodecim, si tamen tollatur in hebręo versus de ciuitatibus Ruben, non poterunt inueniri vrbes duodecim, sed solum octo: ideo ponendæ sunt quatuor vrbes de tribu Ruben ad faciendum vrbes duodecim. Iudæi tamen habent libros suos nunc vniuersaliter defectuosos, & hoc per defectum duorum versuum: sed non fuit hoc semper: nam quando transtulit beatus Hieronymus non erat defectus iste, ideo ipse potuit ponere quæ vrbes datę fuerint Meraritis de sorte Ruben: si enim nō fuissent in Hebręo versus isti, non habuisset Hieronymus aliquid vnde transtulisset vrbes datas de sorte Ruben.

Respondebit aliquis, quòd fuit facta translatio per literam libri Parali. vbi ponuntur ciuitates datę de tribu Ruben. Respondendum est non stare, quia quam-

B quam ibi ponantur ciuitates quatuor de sorte Ruben, sicut hic, tamen non ponuntur sub eisdem nominibus, immo non concordant, nisi in vno nomine, vt supra declaratum est. Hoc aūt ēt probatur testimonio ipsorum hebręorum: nam Rab. Dauid Kimhi qui de valde nouis inter hebręos est, dicit, ꝙ hic deficiūt duo versus. s. de ciuitatibus sortis Ruben, & dicit, ꝙ inuenit hos versus in antiquissimis libris, & valde correctis, licet in nouis non habeantur. Ex hoc autem accipitur magnum argumentum, & valde vtile contra Iudęos: interdum enim nobis aduersus eos litigium est circa aliqua, quę ad Messiam pertinent, in quibus nō sic habet litera nostra, vt sua: dicunt autem ipsi, ꝙ vbi litera nr̄a deficit a sua, errauit, & ꝙ scriptores sui sint

Argūm ualidum cōtra Hebr.

C impeccabiles, & nostri fuerint valde defectuosi, vel translatores imperiti. Sed non possunt contra nos in hac parte gloriari, quia cū lr̄a nostra deuiauerit a sua, sicut ipsi dicunt nostram errasse, ita poterimus dicere literam eorum male habere, vtpote scriptorum vitio iam corruptam. Quod si negauerint, poterimus inducere exemplum ex hoc loco, vbi deficiunt duo versus in litera hebraica, & doctores sui testantur deficere, & tunc cum semel constet aliquid deficere, semper erit præsumptio, ꝙ aliquid deficere poterit, nec magis faciet pręsumptio pro sua, quam pro nostra, vbi mutuo discordauerint. *Et de tribu Gad.* De ista tribu etiam datæ fuerunt Leuitis, Meraritis vrbes quatuor: est autem sors Gad ante transitum Iordanis ad

D partem orientalem, & est coniuncta sorti Ruben, qa regnum regis Sehō diuisum est inter has duas tribus, quædam enim pars illius prouenit tribui Ruben, & alia pars prouenit tribui Gad, vt patet supra 13. capitul. *Ciuitas confugij Ramoth in Galaad.* Idest in vrbibus, quas dedit tribus Gad Leuitis fuit vna ciuitas fugitiuorū. s. Ramoth, & ista fuit in terra Galaad, idest in regione montis Galaad, nam ad vnam partem mōtis illius est ciuitas ista, scilicet in medietate montis huius, quę est in sorte Gad. De hac magis dictum est præceden. cap. *Et Manaim.* Ista ciuitas ponitur in tribu Gad, & etiam supra 13. vbi ponuntur ciuitates aliquæ sortis Gad ponitur Manaim, sed ibi magis ponitur per modum regionis, quam per modum vrbis, vt quidam volūt. Sed

E falluntur nescientes punctuare, nam ibi dicitur: dedit possessionem dimidię tribui Manasse, cuius hoc est principium: Amanaim vniuersam Basan, & cuncta regna regis Og. Aliqui praue legentes dicūt Amanaim esse vnam dictionē. s. vnum accusatiuum, & cōiungūt ei adiectiuum sequens. s. vniuersam, & tunc cū dicant vniuersam Amanaim necesse est, vt sumatur ꝓ regione, & non pro ciuitate, quia de ciuitate non diceretur vniuersa, qa vniuersus distribuit ꝓ partīb⁹ subiectiuis, & non ꝓ integralibus, Sed aliter legenda est lr̄a. s. dedit Iosue possessionem dimidię tribui Manasse, cuius principium est a Manaim, idest incipit a loco, qui uocatur Manaim, & ibi Manaim est una dictio, &

Ignorātia quorundā in expositione particulę tex. in 13. cap.

(a) est prępositio deseruiens ablatiuo, & tunc impossibile ꝙ adiectiuum illud (vniuersam) referat ad Manaim, q̃a Manaim est in ablatiuo: sed refert ad seques subiectū.s. Basā.i. dedit Iosue dimidiæ tribui Manasse vniuersā Basan, & principiū eius est a Manaim. i. principiū possessionis huius est in vrbe Manaim, q̃ non est in sorte dimidiæ tribus Manasse, sed in sorte Gad in extremitate eius, & sic ponitur ibi tanq̃ terminus extrinsecus ad dimidiā tribū Manasse, sic enim sępe fit in omnibus sortibus tribuum supra positis: nā aliquando ponuntur termini intrinseci. Ista ciuitas Manaim vocatur in Hebręo Manaim, vt patet hic, & est illa, apud quam Iacob descendens de monte Galaad habuit obuios angelos Dei, & dixit castra Dei sunt hæc, ideo vocauit nomen loci Manaim. i. castra, vt patet Gen. 32. cap. *Et Esebon*. Ista ciuitas fuit maxima in regno Sehon regis Amorrhæi, & denominatus est ab hac ciuitate. s. rex Esebon, vt patet sup. 12. & 13. Ista autem vrbem cepit rex Sehon de manu Moabitarum, & multas alias vrbes, cum ea, de qua carmen prouerbiale factum est, de quo Nume. 21. ca. Fuit ista ciuitas data filijs Gad. Quod patet, quia dicitur hic, ꝙ Leuitæ acceperunt de tribu Gad vrbem hanc. Etiā ista vrbs videtur fuisse in sorte Ruben, vt patet supra 13. vbi ponitur in sorte Rubē. Sed dicendum est vnū de duobus. s. quòd ista vrbs fuerit in extremitate sortis Ruben, & Gad: & tamē pertinuerit ad tribum Gad, sicut dicitur de Manaim. sup. 13. vbi ponitur Manaim principium possessionis dimidiæ tribus Manasse, & tamen est in sorte Gad, vt patet hic: ita poterit esse Esebon in extremitate sortis Ruben, & Gad, & tamē pertinebat ad solam tribum Gad, & quamquam dum computatur possessio sortis Ruben, nominetur ibi Esebon: tamē non ponitur ibi, vt ciuitas sortis Rubē, sed tanquam terminus extrinsecus sortis Ruben, & terminus intrinsecus sortis Gad.

Alio modo potest dici, ꝙ Esebon sit duplex vrbs, & tunc poterit poni vna Esebon in sorte Gad, & alia in sorte Ruben, sic etiam est de multis alijs ciuitatibus: nam Bethsames ponitur in sorte Iudæ sup. 15. & ponitur in sorte Issachar. sup. 15. etiam Asor est in sorte Iudæ. sup. 15. & est in sorte Nephthali. sup. 19. cap. & sic de alijs multis. Fortassis tamen magis dicendum est Esebon esse in sorte Gād, & poni in extremitate sortis Ruben, & pp hoc numerari in sorte Rubē. *Et Gazer*. Alia ciuitas est, quę vocat Gazer, & est in sorte Ephraim, vt patet sup. 16. et illa data fuit Leuitis Caathitis, vt patet sup. in lrã, vbi ponunt ciuitates de sorte Ephraim, & ista est inter illas. hic tñ alia Gazer necessario ponenda est, q̃a sors Gad, & Ephraim non cōmunicant ad hoc, ꝙ eadem ciuitas posset poni aliquo modo in vtraque. s. vt in vna esset tanquam ciuitas illius tribus, & in alia esset tanquam ciuitas existens in termino: erit ergo duplex ciuitas Gazer.

Ciuitates quatuor cum suburbanis suis. Idest sors Gad dedit Meraritis. 4. ciuitates, & earum suburbana s̄m legem oīum ciuitatum Leuiticarum, quæ dabantur cū suburbanis suis. *Omnes vrbes filiorum Merari*. Hic ponit epilogus vrbium Meraritarum. s. ꝙ erant 12. quia de sorte Zabulon datæ sunt eis vrbes. 4. & totidem de sorte Ruben, & totidem de sorte Gad.

Per familias & cognationes suas duodecim. Non erant in familia Merari, ppriè aliæ familiæ, quia familia nunq̃ ponitur sub familia: sub tribu autē ponuntur familiæ immediatè: accipiuntur autem large familię. i. domus, quæ sunt cognationes quædam speciales, & istæ erāt duæ. s. familia Moholitica, & Musitica, vt patet Deut. 3. cap. cognationes autem idem signant hic, quod familiæ: est tamen cognatio nominum magis generale, quia signat cōgregationem plurium attinentium

F sibi in sanguinis identitate, vel radice, & quando istæ congregationes sunt maximę, & denominatæ ab aliquo descendenti immediatè, A Iacob vocantur tribus, & sic cognationes deriuatæ a 12. filijs Iacob vocantur. 12. tribus. Si autem congregatio consanguineorum sit minor, quę ponitur immediatè sub tribu vocatur familia: nam quælibet tribus sub se habet aliquas familias, quæ denominantur ab illis qui descenderunt immediatè a capitibus tribuum: quot autem familiæ essent in toto Israel tam . in 12. tribubus quā in Leuitis, patet Nume. 26. cap. Si autem congregatio consanguineorum sit minor, vocatur domus: nō prout domus importat œconomiam, sed quandam communicationem plurium pertinentium ad idem

G genus, qui tamen non multum distant a radice, vel trunco identatis. & horum dicit esse Arist. communicationem homogalactarum, vel collactaneorum, quam alij vicalem vocant. De hoc 1. Paralipom. cap. 1. & istæ domus ponuntur sub familijs, quia diuiduntur familiæ per domos, sicut tribus per familias. Istam diuisionem ponit scriptura supra 7. vbi cum inquireretur de furto anathematis Iericho, iussit Deus applicari ad se totū Israel per tribus suas, & tribus per familias, & q̃libet familiarū per domos, & q̃libet domū per viros, idest per capita singulorum: ista tamen omnia signat cognatio, & ob hoc variè reperitur. s. interdum pro tribu, vt patet Nume. 25. cap. ubi dicitur, ꝙ Zambri erat princeps cognationis Simeon: interdū pro familia, ut hic, aliquando autem pro domo, ut

H multoties patet.

Itaque vniuersæ ciuitates Leuitarum. Hic ponitur epilogus magis generalis, scilicet omnium quatuor sortium Leuitarum, & fuerunt in eis urbes. 48. Epilogus omnium sortium Leuitarū.

In medio possessionis filiorum israel. Idest urbes datæ omnibus Leuitis fuerūt datæ in medio possessionis omnium Israelitarum accipiendo medium per interpositionem, & non secundum ęquidistantiam. Nam non fuerunt omnes urbes datæ Leuitis simul positę, ita quòd possent esse in medio sortium Israelitarum, sed in qualibet tribu fuerunt eis datæ aliquę urbes. dicuntur tamen esse in medio, idest inter possessionē Israelitarum.

Fuerunt quadragintaocto. Quod patet ex summis partialibus cuiuslibet sortis Leuitarum p̄ aggregationē.

I Fuerunt enim quatuor sortes, scilicet sacerdotalis, q̃ habuit. 13. vrbes, & Caathitarum, quæ habuit decem urbes, & Gersonitarum, quæ habuit tredecim urbes, & Meraritarum, quę habuit duodecim urbes, ut patet supra, quæ simul sunt quadragintaocto his cōputandæ sunt sex urbes refugij, ut patet supra in litera, & Numeri trigesimoquinto, cum Deus iussit, quòd darentur Leuitis ciuitates quadragintaocto, & de his segregarentur sex ad fugitiuorum præsidia.

Cum suburbanis suis. Idest quælibet urbs istarum fuit data cum suburbanis suis, sine his enim non proficiebat ciuitas Leuitis, cum abundarent in pecoribus & iumentis, pro quibus erant necessaria suburbana ad pastum.

K *Singulæ per familias suas distributæ*. Idest omnes istæ ciuitates non fuerunt datæ Leuitis indistinctè sub uno cumulo, sed fuerunt datæ distinctè, scilicet singulæ per familias suas, idest cuilibet familiæ Leuitarum datæ sunt distinctè ciuitates: nec est sensus, quòd singulæ dabantur per familias suas. i. ꝙ cuilibet familiæ dabatur una ciuitas, & singulis familijs singulæ ciuitates, quia quęlibet familia suscipiebat multas ciuitates, ut patet ex prædictis: nam minimæ familię urbes decē datę sunt. s. familię Caathitarū. Sed est sensus, ꝙ singulę p̄ familias distributę sūt. i. quęlibet urbs dabatur alicui certæ familiæ, & non fuit aliqua urbs, quæ

quæ daretur Leuitis confusè non limitando ad quã familiam pertinebat.

Quare de tribubus inæqualibus datæ sunt vrbes numero æquales, & è contrario, cùm plures deberent dare maiorem partem, & pauciores minorem. Et quòd Leuitæ non accipiebant regiones seu territoria, sed vrbes cum suburbanis ad habitandum. *Quæstio.* XIII.

QVAERET aliquis circa prædicta quare de tribubus inæqualibus datę fuerunt ciuitates numero æquales, & de tribubus æqualibus datę sunt vrbes numero inæquales: nam Deus iusserat ꝙ singulæ tribus filiorum Israel darent vrbes Leuitis, & tribus, quę plures vrbes haberent darẽt plures, quæ verò haberent pauciores, darent pauciores: Num. 35. c. hic tñ fuerunt multæ tribus inęquales, q̃ dederũt vrbes numero ęquales, vt tribus Gad, Rubẽ, Zabulon, Issachar, Manasse, Aser, Dan, Ephraim, Beniamin: quęlibet. n. dedit vrbes. 4. vt patet in litera: tñ non erant ęquales quantum ad vrbes, quia sors Zabulõ habuit ciuitates. 12. vt patet s̃. 19. De tribu Gad nõ patet, quia accepit sortem ante transitũ Iordanis ad orientẽ, & non cõputantur vrbes eius. De quo s̃. 13. c. De sorte Ruben ex eadem cã ẽt non patet, sed credẽdum est, ꝙ acceperint plures vrbes, cũ acceperint magnã terrã. Issachar hũit ciuitates. 16. s̃. 19. c. De Manasse non patet quot vrbes habuerit, sed saltẽ de dimidia tribu Manasse, q̃ accepit possessionẽ añ Iordanẽ ad oriẽtẽ ꝯstat, ꝙ acceperit plures q̃ 60. vrbes, cũ in sola terra Basan acceperit vrbes. 60. vt patet Deut. 3. & s̃. 13. c. Tribus Aser accepit ciuitates 32. vt patet s̃. 19. trib⁹ Dan non accepit tot vrbes sicut Aser, accepit tñ plures q̃ Zabulon, vt patet s̃. 19. cõparando vrbes vtriusq; sortis. De Ephraim non patet quot vrbes acceperit, quia non ponit̃ summa vrbiũ suarum. s̃. 16. tribus Beniamin accepit vrbes. 26. vt patet sup. 18. ergo inęquales erant istę sortes tribuum in vrbibus, sed oẽs dederunt ęquales numero vrbes. s. quęlibet dedit 4. ergo non rectè distributũ est. Item aliquę tribus acceperũt plures ciuitates alijs, & dederunt pauciores, sic patet de sorte tribus Nephthali, quæ habuit vrbes. 19. vt patet sup. 19. c. & dedit vrbes tres: tribus aũt Zabulõ accepit vrbes. 12. & dedit 4. vrbes. Primũ patet sup. 19. fm patet hic. Rñdendũ est, ꝙ ista diuersitas, & apparẽtia iniustę distributionis accidere videt̃ ex duobus, cũ tñ rectè factũ sit. Primũ est inæqualitas ciuitatũ: vocatur. n. ciuitas more sacrę scripturę oĩs locus muratus, & istę sunt inęquales, ita vt interdũ vna vrbs ꝓualeat quatuor, vel quinq; aut pluribus vrbibus, & tunc q̃q̃ darẽt oẽs istę tribus vrbes numero ęquales, nõ dabãt æqualiter, quia vnius tribus essent maiores vrbes q̃ alterius, & sequeretur inæqualitas in quantitate q̃q̃ esset ęqualitas in numero. Scdm in quo apparet ista iniusta distributio est inęqualitas regionis, quia aliq̃ tribus sunt, q̃ hñt valde paucas vrbes, & tñ hñt magnã regionẽ, qm inter vrbes sunt magna territoria, in quibus erant rura, & viculi multi, & loca multa ad faciendũ sedes habitationũ: alię aũt erant trib⁹, quę hẽbant valde multas vrbes: tñ regio pauca erat inter vrbes. In istis aũt, quia nõ cõsiderat̃ magnitudo sortis fm multitudinẽ vrbiũ, sed fm latitudinẽ regionis, dicent̃ sortes ęquales, ideo q̃q̃ dent vrbes ęquales numero, non agunt iniustã distributionẽ, nec grauabit̃ aliqua trib⁹. Nam si q̃libet tribus dare debuisset Leuitis aliquam partẽ regionis sine vrbibus. s. non solas vrbes, sed magnitudinem regionis, siue essent ibi multę vrbes siue paucę, si essent sortes ęquales fm magnitudinẽ regionis, q̃q̃ non essent ęquales numero ciuitates in his sortibus, nõ grauarent dando ęquales terrę partes, Leuitæ aũt non erãt accepturi regionẽ aliquã ad colendũ, sed solas ciuitates cum suburbanis suis, ergo nõ grauarent̃ tribus istę dando ęquales numero vrbes: quamquã non hñent ęquales vrbes numero vtreque. Nam non recipiebat̃ principaliter in sortibus ad dicẽdum eas esse ęquales, vel inęquales, multitudo vrbium, sed magnitudo regionũ. Qđ patet, quia multę erant tribus, quæ erant ęquales, vel quasi ęquales in multitudine, & tñ aliqua erat dupla, vel quasi dupla ad alterã in multitudine vrbiũ. Qđ patet in Aser, & Zabulon: nã Zabulon in introitu in terram Chanaã hẽbat sexaginta millia virorũ, & quingentos, & tribus Aser habuit quinquaginta tria millia virorũ, & quadringentos, vt patet Nu. 36. tñ accepit sortẽ plurium vrbiũ Aser. s. 32. vrbes, & Zabulon solum. 12. vt patet sup. 19. Necesse est ergo respicere ad magnitudinẽ regionis, vt fiat æqualitas, vel inæqualitas, & nõ ad magnitudinẽ regionis ꝓp vrbes solum. Et hoc innuitur Num. 26. vbi dedit Deus regulã de diuidẽdo terrã Chanaan ꝑ partes tribuũ, & dixit: Pluribus maiorẽ partẽ dabitis, & paucioribus minorẽ, & non dixit: pluribus plures vrbes dabitis, & paucioribus pauciores. Ad Israelitas aũt nihil referebat dare vrbes cum manerent eis rura, & vici ad habitandũ, dumtñ nõ tolleretur eis terra, q̃ erat ad colendum, ideo licet sortes æquales in regionib⁹, & inęquales in numero vrbium darent vrbes numero ęquales, non erat iniusta distributio.

Deditque Dominus Deus Israeli omnem terram, quam traditurum se patribus eorũ iurauerat, & possederunt illam, atque habitauerunt in ea. Dataque est ab eo pax in omnes per circuitum nationes, nullusque eis hostium resistere ausus est, sed cuncti in eorum ditionẽ redacti sunt. Ne vnum quidẽ verbũ, quod illis præstiturũ se esse promiserat, irritum fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

Deditque Deus. Hic ponitur quartum. s. prædictorũ recapitulatio. Dictum fuerat sup. de captione terræ, & diuisione eius per singula, hic recapitulatur. s. *Dedit Deus Israel omnem terram, quam traditurum se patribus eorũ iurauerat.* Deus iurauerat Abrahę, ꝙ traderet semini suo terram decem gentium, quę hñr Gen. 15. cap. & istę noĩantur postea cõiter noĩbus septem gentiũ, vel populorum, scilicet Chananæi, Amorrhæi, Iebusæi, Pherezæi, Gergesæi, Heuęi, Hethæi. Iuramentum autem non patet factum, nisi Abrahæ Gen. 22. cap. ubi dixit Deus: Per memetipsum iuraui &c. ad alios autem posteriores patriarchas non fuit factum iuramẽtum in forma, sed remittebat se Deus ad iuramentũ, quod præstiterat Abrahæ, ut patet cum locutus est Deus ad Isaac, tibi dabo uniuersas regiones has complens iuramentum, quod spopondi Abraham patri tuo, ut patet Gen. 26. & hoc modo ad alios sequentes patriarchas factum est. Dicit quòd omnem hanc terram Deus dederat Iudæis.

An Deus dederit viuente Iosue omnem terram, quam daturus erat. *Quæstio.* XIIII.

ARGVET aliquis non stare, quia ista dicebãtur viuente Iosue, sed post mortem eius manserunt gentes multę in terra Chanaã. s. multæ vrbes, & regiones, quas non subiecit Iosue, vt patet Iudi. 2. & 3. c. & sup. 13. dicitur ad Io-

sue: Latissima terra derelicta est, quæ necdum sorte diuisa est. Et postea non pugnauit Iosue cum cessasset iam terra a prælijs, vt patet sup. 11. & 14. ergo non fuit eo viuente subiecta.

Aliquis respondebit hoc intelligi de tempore post mortem Iosue. s. ꝙ data fuit postea pax, sed in tempore Iosue non fuit tota terra subiecta. Hoc videtur innui. sup. 13. cùm dicitur: Latissima terra derelicta est, quæ necdum sorte diuisa est, & sequitur: Veniat in partem hæreditatis: ego. n. sum, qui delebo eos a facie filiorum Israel.

Sed dicendum etiam hoc nō stare, nam post mortem Iosue etiam nunquam fuit tota terra tradita in potestate Israelitarum, sed vsque ad Saluatoris aduentum manebant aliqui Chananæi in terra Iudæorum, vt patet de Chananæa, cuius filiam Christus a dæmonio sanauit Matth. 15. cap.

Item necesse est istam literam referri ad tempus Iosue: nam cum dictum fuerit, ꝙ data est pax, & completa sunt omnia hæc, sequitur in cap. sequenti, ꝙ eo tēpore locutus fuit Iosue ad Rubenitas, Gaditas &c. ergo necesse est ea, quæ dicuntur hic, referri ad tempus Iosue.

Respondendum est, ꝙ debet intelligi de tempore Iosue, ꝙ ibi omnia hæc completa fuerunt. Et cum dicitur, ꝙ Deus dedit Israelitis omnem terram, quam traditurum se promiserat, exponi potest dupliciter. Vno modo, ꝙ istud signum vniuersale (oīs) non distribuat hic, sed accipitur omnis terra. i. multa. Raro enim iste terminus (oīs) distribuit in sacra scriptura, & quia hic maxima pars terræ Chanaan tradita fuerat in potestatem Israelitarum, dicebatur esse tota terra promissa illis tradita.

Termin⁹, Omnis, qūo accipiatur in sacra scriptura.

Alio modo potest respōderi, ꝙ tota terra promissa fuerat tradita. s. non simpliciter tradita, sed eo modo, quo promissa fuerat: promisit. n. Deus totam terram Chanaan Israelitis & adiunxit Exo. 23. & Deute. 7. ꝙ non traderet totam illis simul, vel in anno vno, sed per partes quousque crescerent, & possent replere terram, ne redigeretur terra in solitudinem, & multiplicarentur contra eos bestiæ. Et tunc verum est, ꝙ Deus tradiderat totam terram Israelitis, quam se traditurum promiserat. i. totam, quam tradere promiserat, vsque ad tempus illud iam tradita erat, & accipit hic proprie distributio, & est iste sensus proprius, quia tēpibus prioribus, quibus pugnabant Israelitę ꝯ Chananæos nondum tradiderat eis totam terram, quā se pro illo tēpe traditurum promiserat. Cum aūt fecit, vt cessaret Iosue a bellis, erat tradita Israelitis tota terra, quam pro illo tempore Deus promiserat se traditurum Israelitis.

Item iste sensus magis conuenit q̄ præcedens, quia dicitur ī. ne vnum quidem verbum, quod præstiturū se esse promiserat, irritum fuit: ergo necesse est verificari propositionem vniuersaliter propter illam limitationem. Si tñ dicatur in primo sensu non stat distributio, sed ponitur omnis terra pro magna parte terræ, ideo tenēdus est sensus secundus. s. ꝙ tota terra data fuit, quam Deus dare iurauerat. s. eo modo, quo iurauerat: nō promisit aūt totā dare simul, sed p partes, & hoc cōpleuit, quia totum qđ dare promiserat pro tēpe Iosue iam datum fuerat. Sed arguet, ꝙ ista expositio repugnet literę, quia dicitur, ꝙ Deus dedit totā terram, quam se præstiturū iurauerat patribus Iudæorum, qui erant tēpe Iosue: sed illis promisit, ꝙ daret totam terram septem populorū Chananæorū, ergo necesse est, ꝙ illa data fuisset. Quod non stat: nam ista expositio præcedens teneret, si loqueretur litera de terra promissa illis Iudæis, qui nunc erant, vel tempore Moysi, quia ad eos data fuit illa limitatio, quæ habetur Exo. 23. s. Non eijciam a facie tua anno vno, ne

F terra redigatur in solitudinē, & crescant ꝯ te bestiæ; paulatim eijciam eos atq; per partes: ad priores tñ patriarchas non fuit data ista limitatio: ergo si tota terra illis promissa data est, necesse est, vt fuerit tota terra Chanaan tradita eis, sed non fuit: ergo nō poterit stare propria distributio.

Respondendum est, ꝙ quamquā Deus promiserit Abrahæ, & alijs patriarchis terram Chanaan absolutè non adiecta aliqua limitatione, aut condōne, tamē subintelligebatur limitatio, quam postea apposuit, & habebatur tanq̄ expressa fuisset: si aūt fuisset expressa, diceretur, ꝙ Deus dans Israelitis tēpe Iosue istā terræ partem, quam tradiderat: dabat eis totam terrā, quam promiserat patribus eorum, quia dabat per eundem

G modum, per quem promiserat, ita nunc dans terrā, quam tradiderat dicetur tradidisse totā terram, quā promiserat patribus eorum. i. per eundem modū, per quem promiserat, quia modus, vel limitatio illa subintelligebatur, q̄q̄ non fuisset expressa. *Et possederunt illam.* Refertur ad agros, & territoria vrbium, vel locorum, quia ista possidebantur, sed non habitabantur. *Et habitauerunt in ea.* Quantum ad vrbes intelligitur, & alia loca parua, vt rura & viculos, & totam istam terram possederunt, & inhabitauerunt, licet multas vrbes Israelitę acceperunt, quas non inhabitauerūt, sed combusserunt igni vastantes eas, vt patet s̄. 11. vbi dr̄, ꝙ oēs vrbes, quę erant in locis planis, & non erāt munitissimę cōbustę fuerunt ab Israelitis, quæ aūt erant

H munitissimę, & in locis fortissimis, vt sup colles, non fuerunt cōbustæ, nec vastatę. Has aūt non inhabitauerunt Israelitę: causa verò declarata fuit s̄. 11. c. Non. n. adhuc poterant totam terram replere, quam occupauerant, quia pauci erant. Si aūt quæras, quare igitur tantam terram occupauerunt declaratum est. s̄. 11. c. *Dataque est ab eo pax.* Idest Deus dedit pacem Israelitis cum gentibus, quæ erat in circuitu eorum.

Quomodo Deus dat pacem inter aliquos, & quomodo eam causat. Et quòd dupliciter poterat esse pax ex parte hostium cum Iudæis. Quæstio. XV.

I PACEM vocat hic cessationem a bellis p hoc ꝙ hostes non insurgebant ꝯ eos, nec ipsi inuadebant hostes. De ipsis ꝙ non inuaderēt hostes facile erat, & credendum est fuisse a Deo reuelatum Iosue: sciebāt. n. Israelitæ, ꝙ Deus nō erat traditurus eis totam terram Chanaan vno impetu, vel continuato bello, sed successiue per multa tēpa tradēda erat. iō nō conarent Israelitæ nunc simul pugnare ꝯ oēs Chananeos ad capiendū terrā ipsorū. nesciebant tñ vsq; ad quod tps, vel vsq; ad quantā terrā captam pugnandū erat, sed cū pugnauissent ipsi pluribus q̄ sex annis, vt declaratū est s̄. 14. c. & semp caperent aliq̄ terram hostilē, cessauerūt penitus tandē pugnare: ergo dicendū est, ꝙ Deus reuelauerit Iosue, ꝙ sed recessarent, & tunc erat pax ex parte israelitarū, sed re-

K stabat esse pacē ex parte hostiū, & istud erat in nō insurgendo contra eos ad pugnam. Quod dupliciter poterat euenire.

Vno mō per quandam ꝯcordiā. s. ꝙ placeret eis id, qđ placebat israelitis, & videret eis bonū cessare a bellis quietā agentes vitā, & istā pacē Deus inducebat, qa cor nostrū est in manu Dei, & inclinat illud quo vult. Sic dicitur Prouer. 21. Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu dñi, & quocūq; voluerit, vertet illud. Sicut aūt est de corde regis, ita de cordib⁹ oīum aliorū, ꝙ Deus vertit illa quo vult, & sic mouet hoīes ad concordiam, vel ad seditiones; ad gaudium vel mœro-

merorem, sicut voluerit. Alio modo poterat fieri ista pax per timorem, scilicet, quòd Chananęi desiderarent pugnare contra Israelitas, & eradicare eos de terra, tamen arbitrabantur se esse inferiores viribus, & credebant se succumbituros, cessabant a bellis timore compulsi: quin potius ipsi credebant secum bene fieri, si Israelitæ non insurgerent contra eos in bellum. Et isto modo Deus dat pacem aliquibus interdum immittēdo aliquibus timorem, vt non audeant insurgere in alios. Sic patet de Chananæis, qui volebant delere Iacob cū domo sua apud vrbem Sichē, quia filij eius occiderāt omnes masculos vrbis Sichem: Deus tamen immisit timorem super omnes habitatores vrbium in circuitu, & non ausi fuerunt mouere bellum contra Iacob. Sic patet Genes. 35. c. s. Cumque profecti essent terror Dei inuasit oēs per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes. Ita poterat Deus incutere timorem Chananæis, ne mouerentur contra Iudęos. Interdum causat Deus pacem inter aliquos, inclinando cor vnius ad aliquid, & distrahendo a pugna: non per modum timoris, sed occupando alijs negocijs, sic fuit de Senacherib rege Assyriorum, qui proponebat pugnare contra Ierusalem, & delere eam: cūque timeret rex Ezechias respondit ei dn̄s per Isaiam: Noli timere a facie sermonum, quos audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me: ecce ego mittam ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam, & deijciam eum gladio in terra sua, vt patet 4. Reg. 19. c. & sic factū fuit, vt patet eod. c. Simile quoque fuit cùm Dauid lateret fugiens a facie Saulis, & persequeretur eum latentem in deserto Maon ꝓdentib⁹ Ziphęis desperabat se Dauid posse fugere, qa cōcludebat eum Saul vndique, & tunc venerunt nuncij ad Saul dicentes, festina & veni, quia infuderūt se Philisthijm super terram, & tunc desijt Saul persequi Dauid exiens in occursum Philisthinorū. De hoc 1. Reg. 23. c. De timore ēt, ꝙ Deus interdum incutiat timorem aliquibus, ita vt non audeant insurgere ꝯ alios, vel vt fugiant a facie eorum, patet, quia Deus dabat Iudæis in maledictionem ipsum timorem, si declinarent ab eo. Sic patet Leui. 26. s. & qui remanserint de vobis dabo pauorem in cordibus eorum, in regionibus hostium terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium, & cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes: nemo vestrum audebit inimicis resistere, peribitis inter gētes, & hostilis vos terra consumet. De hoc etiam multa Deuter. 28. sicut autem in Iudæis hoc ꝓ maledictione dabatur, ita & in pœnam dabatur Gentilibus, & in fauorem Iudęorum. s. vt fugerent a facie ipsorum, & non auderent resistere, vt patet Exodi 23. c. & Deut. 7. s. terrorem meum mittā in præcursum tui, & occidam omnem populum, ad quē ingredieris cunctorumq; inimicorum tuorum terga vertam. Sicut ergo poterat terror immitti in Chananæos, vt fugerent a facie Iudæorum, ita poterat, & a fortiori mitti terror ne ꝯ Iudæos insurgere auderent. Patet ergo ꝙ pluribus modis fieri poterat, vt cessarent Chananęi a bello ꝯ Iudęos, & hoc erat dari pacem: Deus autem dabat istam pacē, quia ipse mouebat corda Chananęorum per timorem, vel aliàs, vt non pugnarent contra Iudęos. *In omnes per circuitum nationes.* Idest De⁹ dedit pacem Iudæis cum omnibus nationibus, quæ erant per circuitum: solum intelligitur hoc de Chananæis Amorrhæis, & cæteris populis, qui erant residui, erantque in circuitu Iudęorum, uam isti non mouebant aliquod bellum contra Iudęos. *Nullusque hostium eis resistere ausus est.* Accipitur resistere pro insurgere. s. ꝙ hostes Iudęorum, qui erant oēs residui de se-

A ptem populis Chananæorum non ausi sunt insurgere contra Iudeos, & hoc a Deo collatum est. s. incutiendo timorem illis, vel faciēdo alijs modis, vt supra declaratum est: accipiendo autem resistere proprie non stat litera: nam Chananæi resistebant Iudæis, q̄n pugnabant, quia a principio Chananæi insurrexerunt contra Iudeos facientes bella magna, sicut in bello ꝯ vrbem Gabaon, de quo sup. 10. & in bello multorū regum ad aquas Meron, de quo supra 11. cap. cum verò ab alijs se superari viderunt, non insurrexerunt pugnantes in campo, sed intra vrbium suarum pręsidia tutabantur se ab Israelitis, & sic pugnauit Iosue cōtra reges Chanaan multo tempore, vt patet sup. 11. & sic nunquam destiterunt resistere dum Iudęi voluerunt

B pugnare, alioquin omnes fuissent superati, & deleti ab Israel, vel positi sub tributo. Sed omnia hęc falsa sunt, sed insurgere aliquando destiterūt. s. postquam viderunt se superari, vt patet ex processu. 11. cap. ergo debet intelligi de insurrectione.

Item non attinet ad istam literam accipi resistere proprie, quamquam posset verè stare, quia dicitur, ꝙ data est pax, est autem pax non quando hostes cōfringuntur, & delentur penitus, quia ista victoria vocatur sed non pax. Sed positis hostibus, & eis cessantibus a pugna est pax, & istud est si hostes non audeant suis hostibns inferre bellum: si tamen resistere non audēt non est pax, sed bellum, quia resistentia, vel non resistentia est cum bellum infertur, & qui resistere nō audet, victus est, & non erit ibi propriè pax. *Sed cuncti in* (Dfia inter pacem & uictoriam.)

C *eorum ditione redacti sunt.* Hoc posset aliquis intelligere sicut literam pręcedentem. s. quantum ad partem illam, quam Deus tradere promiserat Iudæis pro tempore Iosue, ꝙ tota illa tradita sit, ita hostes omnes, q̄ habitabant in terra illa redacti sunt in potestatem hebręorum, quia omnes illos occiderunt. Sed non stat iste sensus, quia dicitur, ꝙ redacti sunt in ditionem eorum. redigi in ditionem alicuius est subijci imperio illius, hinc enim venit iurisdictio, qua dn̄i, vel iudices funguntur, sed hoc non conuenit nisi viuēti, qa mortuus in nullius nostrum ditionem inductus est. Iō debet necessario intelligi de Chananęis superstitibus, ꝙ sint redacti in ditionem Hebręorum. Et hoc verum est quantum ad quędam loca, in quibus manserunt

D Chananęi facti tributarij Iudęorum, vt patet sup. 16. & 17. & Iudi. 1. non tamen est intelligendum vniuersaliter, quia plurima loca erant, quæ nequaquam erāt redacta in potestatem Hebręorum quātum ad tributorum solutionem, & sic non accipitur hic omnis distribuendo, sed ponitur pro multis. s. ꝙ multi de Chananęis in ptātem Israelitarū redacti erāt, & quotidie plures subijciebantur. *Nec vnum quidem verbum, quod se illis præstiturum promiserat irritum fuit.* Idest de oībus, q̄ promisit Deus Israelitis, nihil fuit in vacuum, sed omnia habuerunt efficaciam. In quo notatur magna Dei fidelitas promittentis. s. ꝙ promissa eius nunq̄ frustrātur, & pertinet hoc ad maximā eius ptātem, & superexcedentē bonitatem. Nam quia summè potens est, (Magna Dei fidelitas in promissis.)

E nulla res est, quæ possit eum distrahere a completione promissorū. Nos aūt quamq̄ interdum promissa obseruare velimus, tn̄ impediti ab alijs agentibus nō implemus: sm̄ est bonitas sua superexcellens, nam qa bonus est seipsum diffundere vult, quia condō boni iuxta Dionysiū est esse suijpsius diffusiuū, & q̄q̄ nos immeriti simus, tn̄ bona sua nobis cōmunicat, vt patet Matth. 15. s. Facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & peccatores: ista bonitas est, quæ Deum ad complendum promissa ineuitabiliter inducit: nos. n. interdū licet cōplere ꝓmissa possemus, tn̄ cōplere nō curamus, qa magis ad ꝯrium quā ad id qđ rectum est inclinamur: Deus aūt cum pure

bonus sit, secundum bonitatem agere necessario debet, licet non coactè, & hoc modo cum complere promissa sit aliquid bonum, promissa Dei frustrari nequibunt. *Sed rebus omnia expleta sunt*. Idest omnia, quæ Deus promisit apparuerunt verificata in opere; veritas enim ꝓpositionũ apparet ex cõformitate vocum ad res signatas, cum autem correspondẽt signata signis, verè sunt propositiones, & sic fuit in promissis Dei. Erant autem propositiones Dei de futuro, quia erant promissoriæ, & non sunt propriè propositiones cum indicatiua oratio, & de præsenti solum sit propositio, istę tamen propositiones reducuntur ad naturam propositionum, cum efficiuntur de præsenti, & tunc potest considerari in eis veritas, vel falsitas: erat autem ista reductio, si Deus promisisset aliquid pro certo tempore: quamquam ante illud erat de futuro, tamen tunc debebat esse propositio de præsenti: si autem fieret, erat vera: si autem non, erat falsa, & quia omnia a Deo promissa suis temporibus completa sunt, erant promissa vera rebus comprobata.

CAP. XXII.

EODEM tempore vocauit Iosue Rubenitas, & Gadditas, & dimidiam tribum Manasse, dixitque ad eos: Num. 25. Fecistis omnia, quæ præcepit vobis Moyses famulus Domini: mihi quoque in omnibus obedistis, nec reliquistis fratres vestros longo tempore, vsque in præsentem diem, custodientes imperium Domini Dei vestri. Quia igitur dedit Dominus Deus vester fratribus vestris quietem & pacem, sicut pollicitus est: reuertimini, & ite in tabernacula vestra, & in terram possessionis, quam tradidit vobis Moyses famulus Domini trans Iordanem: ita duntaxat, vt custodiatis attente, & opere compleatis mandatum, & legẽ quam præcepit vobis Moyses famulus Domini, vt diligatis Dominum Deum vestrũ, & ambuletis in omnibus vijs eius, & obseruetis mandata illius, adhæreatisque ei, ac seruiatis in omni corde, & in omni anima vestra. Benedixitque eis Iosue, & dimisit eos. Qui reuersi sunt in tabernacula sua. Dimidiæ autem tribui Manasse possessionẽ Moyses dederat in Basan, & idcirco mediæ, quæ superfluit, dedit Iosue sortem inter cæteros fratres suos trans Iordanem ad occidentalẽ eius plagam.

EODEM *tempore*. Hic ponitur pars vltima huius libri, & principalis, quæ est de ducis dispositione, & consistit dispositio in tribus, scilicet tempore certaminis, secundo tempore pacis, tertio tempore mortis. Secundum c. sequenti: tertium infra vigesimoquarto.

Circa primum considerandum, ꝙ hic agitur qua- F liter Iosue remiserit duas tribus, & dimidiam in terram suam. & quia præteritis temporibus fuerãt semper sub ducatu Iosue, obligabanturq; sequi præcepta illius, nõ debebant sine illius redire licentia. Et circa hoc tanguntur quatuor. Primo redeundi datur licentia. Secundo euntes infamantur de idolatria, tertiò ꝑ legatos inquiritur de orta infamia: quartò demõstratur veritas clara. Secunda ibi. *Cumque venissent*. Tertia ibi. *Et interim miserunt*. Quarta ibi. *Responderunt Ruben.*

Nunquid hic sit ordo conueniens, quoad continuationem ad præcedentia. Quæstio. I.

G CIRCA primum inquiri poterat de cõtinuatione huius ad præcedentia: nam licet semper credendum sit esse continuatum ordinem, & conuenientem in eis, quæ narrãtur, dum non constat esse anticipationem, vel recapitulationem, tamen multoties fit anticipatio, & recapitulatio in sacra scriptura: ideo quæri posset, an sit hic ordo conueniens. s. ꝙ istud de missione Rubenitarũ, & Gaditarum, & dimidiæ tribus Manasse fuerit immediatè post præcedentia, vel fuerit ante illa.

Et dicendum, ꝙ ista quæstio soluitur in litera. s. ꝙ eodem tempore, quo ista, quę supra dicta sunt, fiebãt, vocauit Iosue Rubenitas, Gaditas, & dimidiam tribũ Manasse, & dedit eis licentiam eundi in terram suam, quia iam magno tempore steterant, cum fratribus H suis in laboribus quousque terra de manu hostium erepta est. *Eodem tempore vocauit Iosue Rubenitas*. Scilicet tempore, quo finita est diuisio terræ per sortes tribuum, & datæ sunt vrbes Leuitis, atque assignatæ sunt ciuitates refugij: toto enim hoc tempore manserunt duæ tribus, & dimidia cum nouem tribubus, & dimidia in terra Chanaan. Nam tempore belli manere obligatæ erant, quia sic iusserat Moyses Nume. 32. cap. scilicet, quòd si Rubenitæ, Gaditæ, & dimidia tribus Manasse nollent transire Iordanem ad pugnãdum contra Chananęos: non daretur eis terra, quæ erat ante Iordanem, sed cogerentur accipere possessionem ad occidentalem plagam Iordanis, & ipsi acceptauerunt hoc: nec solum obligabantur manere I isto tempore, sed etiam quousque diuideretur tota terra Chanaan Israelitis per sortes suas, & inciperent morari in sortibus istis, sic enim spoponderunt duæ tribus, & dimidia, vt patet Numeri trigesimosecũdo capitulo, scilicet. Nos autem ipsi armati, & accincti procedemus ante fratres nostros filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua, & post hoc nõ reuertemur in domos nostras, vsque dum possideant filij Israel hæreditatem suam. Et istud postea confirmauit, & acceptauit Moyses ibidem: Israelitæ tamen non dicuntur possidere hæreditatem suã, quousque habeant terram diuisam, & incipiat quælibet tribus manere in portione sua, ergo quamquam duæ tribus, & dimidia stetissent cum cæteris Israelitis, quousque subijceretur eis terra, si tamen non manerent quousque diuideretur inter eos terra occupata K non complebant pactum, & ob hoc Iosue non licentiauit Rubenitas, & Gaditas, & dimidiam tribum Manasse, quousque fuerunt completa omnia supraposita de diuisionibus terræ tam pro Israelitis, quam pro Leuitis. Vnde in omnibus istis diuisionibus interueniebant duæ tribus, & dimidia: nam licet de terra Chanaan, quę erat ad occidentalem plagam Iordanis nihil accepturæ essent: nam ipsę renunciauerant omni iuri, si quod habere poterant ad terram trans Iordanem ad occidentem, vt patet Numeri trigesimosecũdo, s. nec quicq̃ quærimus trans Iordanẽ, quia

Redeundi datur licẽtia. duab⁹ tribubus & dimidiæ.

quia iam habemus possessionem nostram in orientali eius plaga. De istis tamen duabus tribubus & dimidia positi erant iudices diuisores terræ Chanaan, vt patet Num.34.& illud Deus instituit.

Item quando missi fuerunt viri ad lustrandum totam terram Chanaan, & describendum eam atque diuidendum, fuerunt etiam de istis tribubus missi viri, vt patet supra 18.cùm dicitur quòd de qualibet tribu viri terni missi sunt. Etiam quando sortes positę fuerunt in Silo illuc conuenerunt cum reliquis Israelitis habituris sortes duæ tribus, & dimidia, licet ipsę non erant positurę sortes, sed intererat earum bonū publicum procurare, scilicet, ꝙ omnes Israelitæ conuenirent in accipiendo possessiones. Etiam conueniebant illuc ad honorem situationis sanctuarij, quia tunc incipiebat sanctuarium situari, cùm ante fuisset motum per loca castrorum; & tunc inchoari debebant sacrificia, & quotidianæ cęremoniæ legales: ad hoc autem rationabile erat, quòd conuenirent illuc duę tribus & dimidia, etiam si iam essent in terra sua; quia cultus Dei, & initium omnium legalium operationum ad totum Israel pertinebat: & hoc signat litera supra 18.s.Cōgregati sunt filij Israel in Silo, ibiq; fixerunt tabernaculum testimonij. & postea in loco eodem positis sortibus pro omnibus tribubus Israel, quæ nondum acceperant possessiones, Leuitæ accesserunt ad Iosue, & ad principes diuisores terræ, petieruntque ciuitates, quas Deus eis dari iusserat, & collatæ sunt, vt patet pręcedenti cap. quod ibi in Silo factum dicitur: & deinde de vrbibus Leuitarum segregatæ sunt ciuitates sex pro fugitiuis, de quibus supra 20.cap.& cum nihil restaret agendum, vocauit Iosue duas tribus, & dimidiam, deditque eis licentiam redeundi in terram suam.

Vocauit Iosue Rubenitas. Quamquam iam tempus, quo obligabātur duę tribus, & dimidia manere cum reliquis Israelitis, elapsum foret, & māsissent magno tempore extra terram suam; tamen non petebant licentiam recedendi, sed manebant subditæ ad imperium Iosue quousque Iosue iuberet eis redire in terram suam: in quo signatur magna attentio obediendi: sic enim promiserant Moysi, vt patet Num.32.& post mortem eius promiserant idem Iosue, vt patet supra cap.1.

Iosue propter quid laudauit trib. duas, & dimidiā quādo recesserunt a se.

Dixitque ad eos fecistis omnia. Iosue volens mittere duas tribus, & dimidiam in terram suā laudat eas hic primo de obedientia magna, s.quòd fecerūt omnia, quę iusserat Moyses, & omnia, quæ pręceperat ipse Iosue. Poterat autem ista laus esse ad tria. Primo, quia virtus laudata crescit: nam cum laus sit primo explicans magnitudinem, per laudem exhibetur nobis aliquis honor, & hoc est generosis animis valde delectabile: cum autem sentiunt sibi hoc coniungi eis cum ipsa virtute, feruntur delectabiliter in eam, vt autem Iosue magis alliceret istas duas tribus, & dimidiam ad virtutem laudauit in eis virtutem præteritā.

Secunda causa est, quia volebat Iosue cōsolari istas duas tribus, & dimidiam. Laborauerunt multo tempore non inquirentes aliquam vtilitatem suam, sed seruientes vtilitati aliorum Israelitarum, & præceptis Iosue: & quia est magnum solamē laborum seruienti, cum scit actus suos, & labores esse acceptos iubēti: & quamdiu de his ambigit quadam conflictatione, & anxietate tenetur: voluit Iosue consolari istos declarans labores eorum fuisse acceptabiles, & ad hoc laudat eos in testimonium bonitatis eorum. Et in hoc iuste agit Iosue laudās istos, quia verè laudabiles erant cùm tanto tempore obediuissent ad durissima, & semper virtuosè. Tertia ratio & potissima est, vt alliciat eos ad custodiendam legem Dei: nam tempo-

A re, quo fuerant isti cum alijs Israelitis, & Iosue non poterant facere aliquid cōtra legem, quia Iosue hoc non permitteret: nunc autem cùm recessuri essent trans Iordanem in terram suam, erat sibi liberius facere malum, quod vellent contra legem Dei, & ob hoc Iosue valde hortatus est, vt custodirent mandata legis Moysi: & quia magis efficerentur beneuoli ad suscipiendum monita hęc, si laudibus permulcerētur corda eorum iuxta Senecam: Generosus est animus humanus, & facilius ducitur quàm trahatur: primò laudauit eos de virtute obedientiæ præteritæ, vt magis alliceret ad actum latriæ futuræ, quæ consistebat in cęremoniarum legalium obseruatione.

Fecistis omnia, quæ præcepit Moyses. Laudat duas tribus, & dimidiam de obedientia: & quia obedientia
B est respectu pręceptorum, ponuntur præcepta duplicia respectu quorum fuerunt obedientes, scilicet respectu pręceptorum Moysi, & pręceptorum Iosue: pręcepta Moysi fuerunt quòd duæ tribus, & dimidia mitterent viros suos fortes ad bellum cum Israelitis, & non redirent in terram suam quousque Israelitę possiderent pacificè terram, sicut ipsi possidebant, vt patet Num.32.hæc omnia custodierant diligenter filij Ruben Gad, & dimidij Manasse. Iam enim hæc omnia expleta fuerant, cùm remitteret Iosue duas tribus, & dimidiam in terram suam.

Laudatio duarū tribuum ac dimidiæ de obediētia.

Famulus Domini. Istud ponitur pro singulari laude: semper enim dicitur de Moyse in toto isto libro, & in alijs omnibus ferè, in quibus de ipso agitur, quòd
C sit famulus Dei, idest quòd specialiter Deo famulatus fuerit. Nam multi alij in toto Israel Deo famularentur: nullus tamen ita perfectè, vt Moyses famulatus est: & ob hoc vocabat eum Deus fidelissimum in tota domo sua, vt patet Num.12.& ad Hebr.4.cap.

Mihique in omnibus obedistis. Pręter pręcepta Moysi obseruauerunt amplius omnia præcepta Iosue: nam præcepta Moysi erant vniuersalia valde, Iosue autem erat dux belli, & iubebat eis toto tempore, quo fuerunt in terra Chanaan, cum Israelitis aliquid agere, in quo ipsi spōte obediebant: Hoc ipsi promiserunt Iosue a principio ducatus sui: proposuit enim Iosue illis illud, quod mandauerat Moyses de transitu eorū
D in terram Chanaan, & hortatus est quòd illud complerent: ipsi autem responderunt: Omnia, quę præcepisti nobis faciemus, & quocūque miseris, ibimus; sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi: qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus, quæ præceperis ei, moriatur. Postea autem sic fecerunt nunquam pretergrediētes mandatum illius. De hoc supra 1.cap.

Nec reliquistis fratres vestros longo tempore. Istud ex superioribus intelligebatur, s. ꝙ obedierant omnibus mandatis Moysi. Iusserat tamen Moyses, ne redirēt in terram suam, quousque Israelitæ securè tenerent possessiones suas, vt patet Num.32.cap.ideo tenebantur ad hoc: commemorat tamen Iosue istud specialiter, quia erat difficillimum, & ex hoc erāt valde laudabiles: nam quilibet desiderat manere in terra sua,
E & possessione sua, potissime cùm isti reliquissent filios, & vxores ante transitum Iordanis, & iam a magno tempore non reuersi fuerant ad eos: tenerentur enim iam magno desiderio eorum.

Præceptū Moysi ad tribus quæ ante Iordanem cōmorabantur.

Quanto tempore manserunt duæ tribus, & dimidia cum alijs Iudæis trans Iordanem. Quæst. II.

FVIT autem istud tempus longum, quia fuit fortè decem annorum, aut vlterius. Quidam enim volūt quòd fuerint anni quatuordecim, s.septē anni, quibus durauit acquisitio terrę de manu hostiū,

& alij septem anni in diuisione eius. De septem annis quibus durauit bellũ & acquisitio, satis patet ex verbis Caleb ad Iosue supra 14. dixit enim ꝙ ipse erat annorũ quadraginta quãdo missus fuit de Cadesbarne ad explorandũ, & ꝙ in die, qua loquebatur verba ista ad Iosue erat annorum octuagintaquinque: ergo fluxerãt anni quadragintaquinque a missione illa vsque ad tempus, quo loquebatur Caleb ad Iosue: ab illa missione tamen vsque ad introitum in terram Chanaan fluxerunt anni trigintaocto vel quasi dimidius: ergo manebunt sex anni & dimidius ab introitu in terram Chanaan vsquequo verba illa dicta sunt. Assumptũ patet, quia ab exitu de Aegypto vsque ad introitum in terram Chanaan fluxerunt anni quadraginta Exo. 16. & Deut. 8. ab his demantur annus & dimidius, vel quasi qui fluxit ab exitu de Aegypto vsq; ad missionem exploratorum de Cadesbarne, quia circa medium anni secundi missi fuerunt, vt declaratum fuit Num. 13. cap. ergo manebunt trigintaocto & dimidius. Ad completionem autem quadragintaquinque, qui fluxerãt a missione exploratorum de Cadesbarne vsque ad tempus, quo locutus fuit Caleb verba hæc deficiunt sex, & dimidius: tot ergo anni transierant ab introitu in terram Chanaan, vsquequo locutus fuit Caleb verba hæc, & totũ istud fuit tempus bellorum, quia quando loquebatur ista Caleb ad Iosue fuit data pax, vt patet supra 14. ergo septem annis, vel quasi durauit acquisitio terræ Chanaan. De tempore quod postea fluxit, vsquequo redierunt duę tribus, & dimidia in terram suam non potest sic patere, quia nihil scriptum est.

Dicit tamẽ historia scholastica super Gen. ꝙ annis septẽ durauit diuisio, & hoc videtur dicere ex auctoritate Iosephi de antiquitatibus lib. 2. Quòd autem tantum tempus fuerit nõ facile dixerim, nescio enim quomodo expensum fuerit. Quòd tamen fuerit magnum tempus, vt duorum, vel trium annorum saltẽ constare satis credo, quia descriptio illa, quam Iosue fieri pręcepit, erat valde difficilis, & magnæ occupationis, vt declaratũ est supra 18. in his tamen satis obedire oportet historiographis approbatis, vt Iosepho. Maior autem difficultas obediendi, quę fuit hic consistebat in hoc quòd postquam duę tribus, & dimidia transierunt Iordanem cùm alijs Israelitis nunquam redierunt in terram suam saltem ad modicum tempus visuri filios, vel vxores, sed manserunt toto tempore magno quousque expletis bellis, & terræ diuisione regressi sunt.

Vsque in præsentem diem. Idest a tempore quo transistis Iordanem venientes cum fratribus vestris nunquam reliquistis eos vsque hodie, s. saltem per vnam diem nũquam regressi fuistis in possessiones vestras & ad vxores & liberos. *Custodientes imperium Domini Dei vestri.* Idest hoc fecistis, vt custodiretis imperium Dei. Sed dicetur quomodo custodiebant imperium Dei duæ tribus & dimidia in hoc: quia solũ imposuerat pręceptum istud Moyses, & fuit impositum præceptum quasi ex quadam cõuentione inter duas tribus, & dimidiam cum Moyse nomine aliarũ tribuum. Respondendum quòd Moyses erat propheta Dei, & credebatur omnia, quæ faceret agere ex pręcepto Dei: & quęcunque iuberet Deo prius iubente ei hoc mandaret: sed ipse interposuit mandatum istud, ideo dicebatur esse mandatum Dei.

Quia ergo dedit Dominus Deus. Volebat dare Iosue duabus tribubus, & dimidiæ licentiam redeundi in terram suam, & ad hoc pręmittit causam, s. quòd iam non erat necessaria pręsentia eorum in terra illa. toto enim tempore pręterito fuerant necessariæ duæ tribus, & dimidia cum cęteris Israelitis, vt ad pugnandũ,

F & faciendum cętera cum eis in diuidenda terra: nũc autem quia data erat requies Israelitis acquisitis possessionibus, & diuisis: non habebant aliquid quod facerent duę tribus, & dimidia.

Quia dedit Dominus Deus vester fratribus vestris requiem. Idest dedit pacem cũ hostibus in cessatione a bellis. Ista quies est data a Deo. Et hoc quãtum ad duo, quæ importat. Primum est acquisitio perfecta terrę pro tempore illo requisitę. Secundum est cessatio a bello insurgente. Quantum ad primum data est pax a Deo, quia Israelitę nunquam habituri erant pacem quousque acquirerent terram sibi sufficientem ad habitationem. Cum autem Deus dedit Israelitis terram ad sufficientiam dedit eis pacem, quia ipsi non

G curauerunt vlterius pugnare cõtra Chananęos. Istud autem a Deo datum est, vt patet Deuter. 8. f. ne dicas in corde tuo fortitudo mea, & robur manꝰ meę hęc mihi omnia pręstiterunt, sed recorderis Domini Dei tui, qui vires tibi prębuit, vt compleret pactum tuum. Secundum quod importat pax est cessatio ab impetu insurgente. Et hoc est ex parte hostiũ, s. quòd Deus repressit Chananęos ne insurgerent contra Iudæos: fuit autem hoc incutiẽdo timorem vel aliquo de modis assignatis in fine pręcedẽtis cap. ideo pax quomodocunque accipiatur a Deo data fuit Israelitis.

Quietem & pacem. Ista duo pro eodem consueuerũt accipi, sed hic possunt signare diuersa, s. quies importat terminationem motus, & desiderij: Quies. n. est terminus motus: cum autem aliquis mittitur, vt aliquid acquirat, non est desiderium eius in comple-

H mento, nec operationes eius quietè, sed mẽte, & corpore semper se in aliquid fert, cum vero illud acquisitum fuerit quod quęrebamus, sequitur quies quæ est quietatio appetitus & cessatio ab operationibus exterioribus. pax autem dicit priuationem molestationis ab extra illatę, s. cum nullus cõtra nos insurgit. Vtrunque erat in Iudęis, s. quia iam acquisierant totam terram, quam pro tunc expectabant & cõtra eos hostes non insurgebant. Ponitur tamen quies ab intra: pax autem quantum ad ea, quę exteriora sunt. Quies q̃d: q̃d ue pax: & differentia horum.

Sicut pollicitus est. Promiserat enim Deus, quòd tribueret Israelitis terram Chanaan, & quòd subijceret eis hostes, vt patet Exo. 23. & Deut. 7. cap. & sic iã compleuerat, vt dicitur pręced. cap. in fine.

I *Reuertimini, & ite in tabernacula vestra.* Idest antequã Deus daret pacem fratribus vestris, vos eratis necessarij ad pugnandum contra hostes: nunc autem data pace, non est opus, vt maneatis hic: reuertimini ergo, & ite in tabernacula vestra.

Et in terram possessionis vestræ. Scilicet in terram, quæ est ante Iordanem ad solis ortum, vbi fuerant duo reges Amorrhei: illam enim terram acceperant duæ tribus, & dimidia in possessionem, vt patet Num. 32. cap. & Deut. 3.

Quam tradidit vobis Moyses. Istam terram tradiderat Moyses diuidẽs in tres partes pro duabus, & dimidia tribubus: ipso enim viuente fuit terra illa acquisita:

K & eo viuente fuit distributa, quia duæ tribus, & dimidia petierunt illam, quia erat conueniens pastui pecorum, in quibus abundabant viri isti, vt patet Num. 34. cap. sicut autẽ Moyses tribuit terram istam duabꝰ tribubus, & dimidię; ita distribuisset totam terram Chanaan, si introisset in illam: nec fuisset datus aliqs alius diuisor, nec quęreretur modus specialis diuidendi, sicut ꝓ diuisione terrę duorũ regum Amorrhęorum nullus fuit assignatus diuisor pręter Moysen, qa tamen nõ erat victurus Moyses, vt introiret in illam: antequam moreretur Moyses, fuerunt assignati diuisores, s. Iosue, & Eleazarus sacerdos, & duodecim viri, s. singuli de singulis tribubus, vt patet Num. 34. c. ideo

ideo cum sit mentio de terra duarum tribuum, & dimidiæ: dicitur quòd Moyses tradidit illis in possessionem terram ipsam. *Trans Iordanem*. Idest vltra Iordanem, s. ad orientalem plagam: vtraque enim terra erat trans Iordanem, s. terra duarum tribuum, & dimidiæ, & terra nouē tribuum, & dimidiæ: sed prior erat ad partem orientalem Iordanis, secunda autem est ad partem occidentalem: & ob hoc interdum ponuntur istæ connotationes, s. ad orientalem plagam, & ad occidentalem; vt patet supra 1. & 5. Nam supra 1. & 13. dicitur quòd acceperunt duæ tribus, & dimidia hæreditatem trans Iordanem ad solis ortum. & supra 5. dicitur quòd reges Amorrhęi, qui habitabant trans Iordanē ad occidentalem plagam audierūt &c. hic autem non ponitur limitatio, s. ad orientem, vel occidentem, tamen intelligitur: quia cum esset iste, qui loquebatur, s. Iosue, ad occidentalem plagam Iordanis, non vocaret trans Iordanem, nisi partē orientalem; quia ipsam partem in qua erat non vocaret trans Iordanem, sed aliam.

Iosue precepta ad tribus.

Ita duntaxat vt custodiatis attente. Hic adiungit Iosue aliquas conditiones, vel pręcepta, s. quòd colerēt Deum obseruantes legem Moysi, & quòd diuiderēt prędam cum fratribus suis qui manebant in terra ante Iordanem. Et est sensus, ego do vobis licentiam redeundi nihil imponens oneris, nec quidquam a vobis exigens dumtamen obseruetis ista duo. Vnum quod est ad Deum, & alterum ad fratres vestros. Et dicitur vt custodiatis attente. Custodire potest importare duo: vno modo custodire signat cauere, & pertinet ad præcepta negatiua, s. quòd nullo modo faciant quod vetitum est. Alio modo pertinet custodire ad cor, s. quòd in corde nostro diligenter custodiamus aliquid adhibentes diligentiam, vt compleamus. Primo modo distinguuntur custodire & opere complere, quia custodire pertinet ad præcepta negatiua, s. cauere ab actibus vetitis: opere complere pertinet ad præcepta affirmatiua, s. quòd sicut iussum est ita faciant. Accipiendo secundo modo custodire pertinet ad animum, s. quòd homo habeat animū agendi ea, quæ agenda sunt: & cauendi ab eis, a quibus cauere debet: & tunc distinguitur ab opere complere, quia istud pertinet ad exteriorē executionem, siue aliquid agendo siue ab illo cauendo dato casu, & iste secundus sensus magis cōuenit literæ. Dicitur aliquis attente custodire quādo toto animo laborat, vt Dei præcepta compleat inuigilando, nec ex errore offendat: sic dicitur Psal. 1. de viro beato, s. Sed in lege Domini fuit voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Custodire potest inferre duo.

Et opere compleatis. Non sufficit quòd quis habeat voluntatem complendi mandatum Dei, si dato casu non complet; quia studium in moralibus inutile est cum operatio deficit, quia negociū in moralibus non est gratia speculationis, sed opationis, vt patet 2. Ethi.

Mandatum & legem quam præcepit vobis Moyses. Per mandatum intelliguntur moralia, per legem intelligūtur cæremonialia, & iudicialia, quæ propriè vocantur lex, idest aliquid positiuum cum non dependeant ex determinatione rectę rationis: sed ex voluntate Legislatoris, & ita communiter exponitur. Sed magis dicendum est quòd præceptum, & lex nō sint hic aliqua distincta, sed per vtrunque importetur tota lex Mosaica ad cuius obseruationem hortabatur Iosue duas tribus & dimidiam. Vocatur tamen ista lex & mandatum: Lex quidem, quia lex dicit dictamen rationis directiuum, vel aliquam regulam: & id quod Moyses scripserat Deo iubente, erat directiuum operationum humanarum, ideo lex vocatur. Vocatur autem mandatum inquantum respicit auctoritatem

Differētia inter legē & mandatum.

A iubentis, quia ista lex a Deo dabatur Israelitis in mandatum, s. vt eam obseruarent. Quòd autem non stet primus sensus, patet: quia dicitur opere compleatis per mandatum, & legem quam dedit vobis Moyses: in quo refertur totum ad Moysen, s. mandatum, & lex: sed moralia pręcepta, s. decalogi non dedit Moyses: quinimmo angeli in voce tubæ in monte Sinai dederunt illa; sed Iosue non curabat facere differentiam inter præcepta moralia, & legalia, sed solum nominabat legem Moysi, quia ibi comprehendebantur omnia, & siquis legem totam Moysi obseruaret, custodiret etiam omnia præcepta decalogi. nam licet non fuerint data per eum, tamen ipse ea in libris suis scripsit, vt patet Exo. 20. & postea parum ante mortē

B suam, cùm inciperet proponere populo totam legē, primò posuit moralia pręcepta decē, de quibus Deuteron. 5. cap.

Vt diligatis Dominum Deum vestrum. Proponit duo Iosue duabus tribubus & dimidiæ, scilicet diligere Deum, & obseruare mandata. Est autem præceptū de dilectione fundamentum omnium præceptorū: nam qui diligit Deum, omnia quæ iubet adimplebit. Est quoque principalissimum præceptum: sic enim dixit Christus quòd diligere Deum ex toto corde, & tota anima est primum & maximum mandatum in lege Matthęi 22. cap. & secundum est simile huic, s. diligere proximum, sicut seipsum. Et sic Moyses cum instrueret Israelitas pluribus pręceptis ordinans in vno volumine totam legem præposuit præceptum

Pręceptū de dilectione est maximum mandatū.

C de dilectione Dei: patet Deuter. 6. & iterum cùm in cap. 11. Deute. redeat ad narrationem præceptorum, quæ primò ponere tentans propter historicas narrationes omiserat, de amore Dei ponit: & inde ad pręcepta legalia tam cęremonialia quàm iudicialia transit. Ponitur etiam istud pręceptum de diligendo, qa nullum est quod ita nos dirigat in Deū sicut ipsum, quia per nullum actum magis ad eum accedimus: fide namque spe, & charitate colitur Deus, vt ait August. in Enchiridion. & in his tribus actibus nullus est magis directus in Deum, quàm amare: ideo hic magis quàm cæteri pręcipi debuit. Alij namque actus, scilicet cæremoniales in cultu exteriori non prosunt

D secundum se, sed solum secundum quòd a charitate quæ in Deum est, diriguntur.

Et ambuletis in omnibus vijs eius. Accipitur via in moralibus pręceptum directiuum operationis, sicut via est directiua ambulationis: viæ autem Dei dicuntur præcepta Dei, & hoc dupliciter. Primò quia Deus illas vias ad progrediendum nobis cōcessit prohibēs omnes alias adinuentiones nostras, quæ non sunt secundum Dei voluntatem, sed secundum humanam nequitiam. Secundo modo vocantur viæ Dei, idest quia per præcepta ista sicut per vias in Deum tendimus, & non est alius modus eundi ad ipsum: istum sensum declarauit Christus in verbis suis Matth. 19. cum quæsiuit quidam quid faciendo vitam æternam possidebo? Responsum est: Si vis ingredi ad vitam, serua mandata. Ingredi tamen ad vitam nihil aliud

Viæ Dei sunt præcepta Dei.

E est quàm in Deum, qui fęlicitas est, & vita æterna venire, ergo pręcepta sunt viæ Dei, idest in Deum. Alio modo vocantur præcepta viæ propter assuefactionē: omnis enim assuefactio nostra vocatur via, siue sit bona, siue praua: sic dicitur Ierem. 10. Iuxta vias gentiū nolite discere, idest iuxta cōsuetudinem. & quia præcepta cum ponantur tanquam regulæ directiuæ operationum sunt, in quibus assuefieri debemus, vocantur viæ.

Ingredi ad vitam qd.

Et obseruetis mandata illius. Hic fit repetitio eiusdem sententiæ per alia & alia verba, & hoc est ad exaggerādum: cum enim quis magis mouere vult, loquitur

sic:

sic: quia si vnico verbo non trahimur, multis saltem leniemur: & potissime fit hoc ex affectu loquentis, quia cùm circa aliquid nimis afficiatur non credit satisfactum esse intentioni suę si semel protulerit, ideo idem pluries per alia & alia verba profert. Obseruare mandata non differt ab hoc quod est ambulare in vijs Dei, nisi accipiat custodire vel obseruare, vt pertinet ad animum, & ambulare in vijs Dei vt importat opere complere, vt supra dicebatur. Accipiuntur autem mandata Dei hic pro omnibus mandatis, siue cęremonialibus, siue iudicialibus, siue moralibus: omnia enim Deus obseruari iubet, & Iosue, qui illa volebat custodiri. *Adhæreatisque ei.* Adherere alicui est firmiter se tenere ex parte eius, & signat totā animi applicationē, s. cum quis ad alterum totaliter se conuertit: & hoc importat magis quàm prædicta, scilicet nō solum ambulare in vijs Domini, sed totaliter proponere declinare in Deum & sequi volūtatem illius, nec vnquam cōuerti in aduersum: & iste modus etiā pertinet ad partialitates, & factiones cum quis alicui parti fauet illi semper fauere intendens ad quemcunque euentum, & hoc pertinet ad perfectum amorē: nec petit aliquid aliud Deus à nobis, nisi vt ei adhęreamus, s. disponentes sequi ad omnem casum voluntatem illius. Fit autem hoc, si aliquid appareat nobis bonum totaliter, & indubitatum, quia illi tunc penitus adhęremus nescientes aliud ad quod debeamus declinare: sic dixit Petrus Christo, cum recederent ab eo quidam discipuli scandalizati in verbis eius, quia dixerat; Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: ait ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire? Respondit Petrus: Domine ad quem ibimus? verba vitæ ęternę habes q.d. non inuenimus aliquod maius bonum te ad quod declinemus. *Ac seruiatis in omni corde, & in omni anima vestra.* Istud dicitur ad maiorem exaggerationem, s. quòd nō solum Deum debemus colere, & adhęrere illi, sed etiā in toto corde nostro, & anima seruire illi. Seruitus Dei ponitur absolutè hic, & importat omnem modum cultus diuini, siue solum in interioribus, siue etiam extra in opere. dicitur autem ex corde, & anima quia fortè ista duo ponuntur pro eodem, sed duplicantur ad exaggerandū maximè ex modo improprio loquendi, cum aliqui non multum experti circa significata, & differētiam vocabulorum multiplicant ea. Potest autem aliter dici, quòd possunt poni tanquam diuersa, s. quòd cor ponatur hic, vt importat partem affectiuam, vel quomodocunque appetitiuam: anima autem importat partem iudicatiuam, s. quòd homo feratur in cultu Dei secundum partem volitiuam, & intellectiuam iudicando semper ea, quæ ad Deum pertinent: & eligendo illa. Et ponuntur ista duo, quia ista duo sunt propriè principia omnium actuum humanorum, vt patet Ethico. lib. 6. & cum ista directa sunt in Deum totus homo directus est in eum: & dicitur ex toto corde, idest nullatenus ei repugnando, sed totaliter eligendo quæ ad eū pertinent: & ex tota anima, idest nequaquam iudicando debere eligi quod est contra Deum. Vel magis propriè secundum significationē istarum vocum, scilicet, quòd ex toto corde, idest tota affectione, vel voluntate ferat se quisquam in Deū, scilicet, quòd tota volitio sit in Deū, & nullam aliam rem velimus. Et istud pertinet ad amorē perfectissimum; sic. n. ait Aug. Dñe minus te amat, qui cū alio te amat. Et est sensus ꝙ tota delectatio volūtatis nostrę esset in Deo, & in nulla alia re. Hoc tamen nō potest compleri hic, sed complebitur in vita ęterna: in isto sensu in tota aīa aliquis deseruit qñ totum intellectum nostrū ad Deum conuertimus, s. vt nihil præter

Quid adhęrere sit.

Min⁹ Deū amat qui cum alio Deū amat.

F ipsum intelligere, aut cōsiderare velimus: & hoc cōformiter non completur hic. Quanto tamen aliquis magis de isto pcepto obseruat, perfectior est. De hoc magis declaratum est Deut. 6. & declarabitur Matth. 22. c. *Benedixitque eis Iosue.* Per imprecationē bonorū, Benedictio. n. significat augmētationem bonorum, & maledictio importat diminutionē: sic patet Deuterono. 7. & 28. c. s. Bñdictus fructus ventris tui: bñdictus fructus terrę tuę: bñdictus fructus iumentorum tuorum, & armentorū: bñdicta horrea tua. Bñdictio quoque aliqñ significat multiplicationem, vel abundantiam: sic sumit Apost. 2. ad Corint. 9. s. Qui parcè seminat, parcè metet: qui in bñdictionibus seminat,

G in benedictionibus & metet. ibi opponitur bñdictio parcitati, sed parcitas significat auaritiam, vel diminutionem, ergo bñdictio significat augmentationē. Benedicere tñ cōiter & bñdictio accipiuntur pro imprecatione bonorum, vel prenunciatione. Primus modus ptinet ad minores respectu maiorū, vel ad æquales respectu ęqualiū, vel ad maiores respectu minorum: oēs enim hi alijs interdum bonum precantur. De minoribus ad maiores patet, vt in Iacob, qui bñdixit regi Pharaoni, vt patet Gen. 47. c. Maiores quoq; interdum bñdicunt minoribus, s. prelati subditis suis, & sic sacerdotes bñdicebant populo, vt patet Nu. 6. & Leui. 9. Pater quoque bñdicebat filijs, vt Iacob benedixit filijs suis, vt patet Gen. 49. c. De bñdictionibus aūt istis qūo se habeant, s. bñdictiones maiorū ad minores, & è ꝯrio, & benedictiones Dei ad nos, & bñdictiones nostrę ad Deum declaratum est Leui. 9. c. fuit

H aūt ista bñdictio Iosue solum per bonorum imprecationē, vt si diceret: Deus det vobis omnia prospera, vel augmentet vos in omni bono. *Et dimisit eos.* Idest dedit eis licentiam recedendi in terrā suam ad orientalem plagā Iordanis. *Qui reuersi sunt in tabernacula sua.* Scilicet postq̄ dedit eis Iosue sn̄iam recedēdi. Vocant tabernacula sua oēs ciuitates, quæ erant ad orientalē plagā Iordanis in terra duorū regū Amorrhęorum, quia ciuitates illę fuerāt datę duabus tribubus, & dimidię, vt patet Deut. 3. & supra 13. c. ibi. n. anteq̄ transirent Iordanem construxerunt ciuitates pro vxorib. suis & filijs, & caulas pro pecoribus, vt patet Nu. 32. c. *Tribui autem Manasse mediæ possessionem Moyses dederat in Basan.* Hoc ponitur q̄a dr̄ ꝙ dimisit Iosue duas tribus

I & dimidiā in tabernacula sua, & dimidia erat tribus Manasse. In quo vr̄, ꝙ tribus Manasse non acceperat possessionē in terra illa, ideo dr̄ ꝙ media tribus Manasse acceperat possessionē in Basan, i. in terra Basan. Est autem regio Basan ad orientalē partē Iordanis in terra duorū regum Amorrhęorū in regno regis Og: & ab hac terra vocatus est ipse rex Basan. Nec tamen intelligēdū est ꝙ acceperit ista medietas Manasse solam terrā Basan: sed etiā medietatē montis Galaad, & alias vrbes, de quibus dictum est Deute. 3. & supra 13. sed dr̄ de terra Basan, quia maior pars possessionis huius dimidię tribus erat in regione Basan. Et dr̄ ꝙ

K Moyses dederat possessionē huic dimidiæ tribui ad differentiā alterius dimidię tribus, cui dederat possessionem Iosue: dedit. n. Moyses possessionem duabus tribubus & dimidię, quia terra duorum regū Amorrhęorum capta est ipso viuente & regente Israelitas, vt patet Nu. c. 21. & Deut. 2. & 3. ideo ipse diuisit eam inter duas tribus, & dimidiam, quæ petierant eam, vt patet Nu. 32. & supra 13. c. Iosue aūt dedit possessionē nouē tribub⁹ & dimidię, de quibus patet supra a c. 15. vsq; ad 20. fuit aūt dimidia tribus ista Manasse. *Idcirco dimidiæ quæ superfuit.* Scilicet, quę nō acceperat possessionem ad orietalē plagā. *Dedit Iosue sortem.* Idest possessionē acquisitā per sortē. *Inter fratres suos.* Idest cum cęteris nouē tribubus, q̄ non acceperant possessionē ante

Bñdictio qd significat, & ad quem spectat.

ante Iordanem per manum Moysi. In quo sciendum quòd cum Moyses, & totus Israel ceperunt terram duorum regum Amorrhęorum ante Iordanem nō intendebant illam terram diuidere, sed acquirere reliquam terram promissionis, & tunc diuiderent totā simul assignantes cuilibet tribui sortem. Duæ tribus & dimidia, quia viderunt terram duorū regū Amorrhęorum valde pascualē, & ipsę abundabant nimis in pecoribus petierunt illam a Moyse, qui concessit eis post multas disceptationes, vt patet Num. 32. Manserunt autem nouem tribus, & dimidia, quæ nondum susceperant sortem, & dimidia fuit Manasse. His autem dedit Iosue possessionem trans Iordanem ad occidentem: & cum his dedit possessionem dimidiæ tribui Manasse: & hoc est quod dicitur. idcirco mediæ quæ superfuit dedit Iosue sortem q.d. Moyses & Iosue erāt daturi possessionem per sortem omnibus Israelitis, sed dimidiæ tribui Manasse non dederat Moyses possessionem: ideo Iosue erat daturus. Et dicitur. *Inter cæteros fratres suos.* Idest inter alios Israelitas, qui nō acceperant possessionem. Omnes enim Israelitæ inter se vocantur fratres, quia veniebant ab eodem capite: & sic siue accipientes possessionē tēpore Moysi, siue non, fratres erant: tamen dicitur inter cæteros ad differentiam illorum, qui iam habuerant tempore Moysi possessionem, s. Ruben, & Gad: cum nouem autem tribubus residuis accepit dimidia tribus Manasse possessionem.

Trans Iordanem. Dicebatur supra ꝙ duæ tribus, & dimidia acceperant possessionem trans Iordanem: hic etiam dicitur ꝙ dimidia tribus Manasse accepit possessionem trans Iordanem, sed non ad eandem partē Iordanis: vtraque enim pars vocatur trans Iordanē: nam illi, qui sunt ad partem occidentalem dicūt eos, qui sunt ad partem orientalem esse trans Iordanem, & è contrario qui sunt ad orientalem plagam Iordanis dicunt eos, qui sunt ad occidentalem plagam esse trans Iordanem; quia tamen Iosue, qui ista loquebatur, erat ad partem occidentalem, vocabātur proprie respectu illius trans Iordanem illi, qui erant ad partē orientalem: ideo cum de his dicebatur quòd erant trans Iordanem, non fuit posita determinatio, scilicet an essent ad partem orientalem, vel occidentalem; cum autem dicebatur de his, qui erant ad occidentē quòd erant trans Iordanē: adiunctum est quòd erant ad plagam occidentalem, quia in eadem parte erat Iosue ista loquens, & respectu eius non erat dimidia tribus Manasse, de qua dicitur trans Iordanem, ideo ne ista etiam crederetur esse ad partem orientalem subiuncta est determinatio, s. ad occidētalem plagā, & sic tribus Manasse erat diuisa in duas medietates quarum vna erat trans Iordanem ad orientalem plagam, & alia trans Iordanem ad plagam occidētalem, & ista est medietas, cui Iosue assignauit possessionē.

Cumque dimitteret eos in tabernacula sua, & benedixit eis, dixit ad eos: In multa substantia atque diuitijs reuertimini ad sedes vestras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veste multiplici: diuidite prædam hostium cū fratribus vestris. Reuersique sunt, & abierunt filij Ruben & filij Gad & dimidia tribus Manasse a filijs Israel de Silo, quæ sita est in Chanaan; vt intrarent Galaad terram possessionis suæ, quam obtinuerant iuxta imperium Domini in manu Moysi.

A *Cumque dimitteret eos.* Idest duas tribus, & dimidiam. *Benedixisset illis.* Ista est replicatio sententiæ, quia intendebat significare scriptor libri quomodo Iosue benedixerit istis duabus tribubus, & dimidiæ: & quid dixerit eis post benedictionē, & quia post benedictionem enarratam interposuit quædam de possessionibus duarum medietatum tribus Manasse, repetit hic benedictionem, vt non videatur facta interruptio.

Dixit ad eos. Idest ad duas tribus, & dimidiam. *In multa substantia.* Ista fuerunt vltima verba Iosue ad duas tribus & dimidiam. Et ponuntur ista tāquam introductio ad vnum præceptum, quod intendit dare Iosue, s. de diuisione prędę cum remanentibus in terra istarum duarum tribuum & dimidiæ.

B *In multa substantia atque diuitijs reuertimini.* Idest vos reuertimini in terram vestram habentes substantiam multam, quam ex pręda hostium accepistis, idest diuidite eam cum fratribus vestris. Et dicitur in multa q.d. si modicū acquisiuissent ex bello, quia multis temporibus māserant pugnantes & extra terram suā periculis se exponentes, non videbatur rationabile ꝙ aliquid darent illis, qui non venerant ad bellum; quia tamen fuerant facti abundantes ex bello, rationabile erat vt diuiderent partem pecuniarum cum alijs. & dicitur in substantia atque diuitijs accipiendo pro eodem; quamquam magis propriè substantia accipitur pro immobilibus. Diuitię autem ad res mobiles magis pertinent, & potissimè ad pecunias. Differētia inter substātiam & diuitias.

Reuertimini ad sedes vestras. Sedes istarum duarum
C tribuum & dimidiæ erant regna duorū regū Amorrhęorum: illa enim diuisa fuerant inter istas tribus, vt patet Deuter. 3. & supra 13. ideo antequam transirēt Iordanem parauerant ibi locum pro paruulis suis, & vxoribus in vrbibus: & caulas pro pecoribus, vt patet Num. 32. cap. vocatur autem sedes hic id quod supra vocabatur tabernacula. Et dicitur terra, in qua quis moratur sedes eius a sedendo, idest manendo, quia ibi quiete manet, sicut sedes: & istud vocabulum est frequentatum apud antiquos scriptores.

Cum argento, & auro; ære, & ferro. Ista acceperunt ex bello: cum enim aliqua loca accipiebant occidentes habitatores locorum, diripiebant omnia, quæ inue-
D niebant in locis, & potissimè accipiebant aurum, & argentum; ferrum, & æs.

An omnes vrbes terræ Chanaan fuerint subiectæ interdicto & licuerit accipere Iudæis quandam partem prædæ. Quæst. III.

Dicet aliquis quòd fortè ista ponebantur, quia ista erāt, quæ licebat accipi dè anathemate, vt patet in vrbe Iericho: nam ipsa supposita fuit anathemati, tamē de ipsa accepta sunt aurum, argentum, ferrum, & æs, vt patet supra 6. cap. Et adiungetur ad hoc quòd ciuitates terræ Chanaan subijciebantur anathemati, & solum accipiebantur de eis hæc, quæ aliàs licebat de anathemate sumi. Quòd autem subijcerentur omnes vrbes
E anathemati colligi videtur ex hoc quòd vrbs prima terræ Chanaan, s. Ierícho anathemati supposita fuit, vt patet supra 6. vrbs quoque secunda terrę huius, s. vrbs Hai fuit sub anathemate, quia facta est tumulus sempiternus, cū fuerit combusta: idem patet de alijs vrbibus terrę Chanaan quia combussit eas Iosue, vt patet supra 11. cap.

Respondendum est quòd non fuerunt positæ omnes vrbes terrę Chanaā sub anathemate, sed solę duę, scilicet Ierícho, & Hai, vt patet supra 6. & 8. cap. Et cū dicitur, quòd non licebat assumi de vrbibus, nisi ista quatuor, s. ferrum, ęs, argentum, & aurum, quia erant

vrbes

vrbes suppositæ anathemati. Respondendum est falsum esse, quia non solum accipiebantur hęc, sed etiam vestes isti tulerunt, vt patet in litera. Item dato ꝙ fuisset anathema positum super omnes vrbes Chanaan non solum licuisset accipere aurum, & argentũ; ferrum, & ęs; sed etiam vestes, iumenta, pecora, & quęcunque pertinẽtia ad valorem aliquem quæ possunt appellari nomine prędę. Quod patet de vrbe Hai: ipsa enim fuit supposita anathemati, quia facta est tumulus æternus, vt nemo in ea habitaret, vt patet supra 8. tñ in ea capta sunt pecora, & iumenta, & tota prędа exercitui diuisa est Deo iubente, vt patet pręalleg. cap. licuisset ergo etiam in his vrbibus. Item non conuenienter arguebatur, ꝙ solum accepta fuissent in his vrbibus aurum, argentum, ferrũ, & ęs; q̄a hęc sola accepta sunt in Ierichontino anathemate: nã si ex illo arguatur, non licebit hic Iudæis quidq̃ accipere; quia aurũ, & argentum, & cætera, quæ accipiebantur in vrbe Iericho, nõ accipiebantur ad redigendum in vsum Israelitarũ, sed ad conseruandum in thesauris Domini, vt patet supra 6. & siqs acciperet quidquam de illo peccabat, & erat reus mortis: sic patet de Achan, qui accepit regulam auream, & pallium coccineum, & lapidatus est supra 7. cap. & tñ istud aurum, & argentum, ęs, & ferrum acceperunt duę tribus, & dimidia pro se, & iubebat Iosue ꝙ diuiderent illa cum alijs fratribus suis, vt patet in litera: ergo nõ accipiebãt Israelitę istud aurum, & argẽtum eo mõ, quo acceperunt id, quod erat in Iericho: & sic nec sufficienter concludetur, quòd ista acceperint, quia solũ ea accipi licebat quasi ex anathemate. Item cũ arguebatur, ꝙ essent omnes ciuitates terrę Chanaan suppositæ anathemati, & ꝙ ea, q̄ ex illis accipiebãtur caperentur quasi ex anathemate, nõ stat, cũ dr̃ ꝙ Iericho anathemati subdita fuit, & ciuitas Hai: nam de istis concedendum est ꝙ fuerunt suppositæ anathemati: sed non fuit hoc quasi tota terra Chanaan, sic anathemati subijcienda foret, sed ex causis quibusdã specialibus, de quibus dictum est supra 6. & 8. cap. cæterę autem vrbes non erant subijciendę anathemati, quia per anathema qualitercũque poneretur efficiebatur locus ad habitandum illicitus, cum dicatur ꝙ ponebatur tanq̃ tumulus ęternus, sicut patet supra 4. & simile Deuter. 13. cap. Si ergo tota terra Chanaan anathematizaretur, non liceret habitari in ea, vel saltem in aliquibus vrbibus de primò factis: sed falsum est, quia terra illa dabatur Iudæis, vt habitarent in ea, ergo non erat anathematizanda. Item patet quia ciuitates terrę huius diuiserunt inter se Israelitæ, & habitabant in eis, vt patet ex pręcedentibus a cap. 15. vsq; huc. Item qñ arguebatur ꝙ alię vrbes terræ Chanaan anathematizatę sunt, quia fuerũt combustæ, vt patet supra 11. non cõuenienter arguitur, quia non fuit aliqua illarum posita sub anathemate: & cum dr̃ ꝙ fuerunt cõbustę nõ est verũ ꝙ fuerũt oẽs combustæ: sed solum ciuitates, quæ erant in plano, & non erant fortiter muratę: vrbes aũt, quæ erant in collibus habentes fortia pręsidia integrę manserunt pręter vnicam, scilicet Asor, quę licet esset in collibus, & murata fortiter, tamen combusta est, vt patet pręalleg. cap. Et de ipsis ciuitatibus, q̄ combustę sunt, dicendum ꝙ non fuerunt combustę ex anathematis causa, sed ꝓp hostes, s. ꝙ illę quę erant in plano, & non fortiter muratæ possent faciliter rursus capi ab hostib⁹, & oriretur rursus materia belli: Iudæi autem quia pauci erãt nõ poterant esse in oĩbus vrbibus, quas ceperant ad tuendum eas, ideo paucas relinquebant, & de his eligebãt eas, quæ facilius poterant defensari, s. quæ erant in collibus, & fortiter muratæ. De quo magis declaratum est supra 11. cap. patet ergo ꝙ Iudæi non acceperunt

F ista quasi ex anathemate, sed aliàs ex prędа hostili.

Et veste multiplici. Idest etiam portauerunt Israelitę multas vestes, quas accęperant de parte prędę bellicæ: semper enim in bello diuidebatur prędа inter pugnantes. Et licet duæ tribus, & dimidia nõ venissent ad pugnãdum principaliter, quia illa terra, in quą pugnabant nullo modo pertinebat ad eas, sed veniebant in adiutorium nouem tribuum, & dimidiæ: tñ prędа communis erat, quia oẽs pugnabãt, sic ẽt cum oẽs Israelitę pugnauerunt contra Amorrhęos reges, qui erant in terra, quam acceperunt duæ tribus & dimidia, non solum prouenit prędа duabus tribubus & dimidiæ, sed toti Israel.

G

An Israelitæ acceperint iumenta in bello terræ Chanaan pro se vel occidebant illa. Quæst. IIII.

Considerandvm ꝙ cum dicitur hic de veste multiplici etiam intelliguntur omnia alia, quæ possunt accipi noĩe prędę, s. pecora, & iumenta, & quicquid aliud est mobile qđ possideri queat, sed non exprimuntur, quia per hoc satis innuuntur. Sed dicet aliquis ꝙ non accepta fuerunt iumenta in bello sed occidebantur, sic patet de bello contra Iericho: nam ibi omnia pecora occisa sunt & iumẽta, & generaliter omnia bruta quotquot occidi potuerunt, cætera autem incendio absumptą sunt, vt patet supra 6. cap. Item in bello cõtra Amalec occisa sũt pecora, & iumẽta. & q̄a reseruauit Saul pinguiora pecora terrę Amalec, Deus iratus nimis
H abscidit regnum de manu eius, vt patet 1. Reg. 15.

Respondendum est, ꝙ licuit accipi pecora, & iumenta, & accepta sunt in tota terra Chanaan, siue ante Iordanem, siue post. De terra, quæ erat ante patet Deutęr. 2. cum dicitur, ꝙ Israelitæ nihil reliquerunt de terra regis Og præter iumenta, quæ in partem venere prędantium, & cęteris spoliis vrbium. De terra Chanaan, quæ erat ad occidẽtalem partem Iordanis patet supra octauo vbi dicitur, ꝙ Iosue diuisit iumentą, & prædam ciuitatis Israelitis: nec erat maior ratio de iumentis, quare non liceret ea accipi, quam de cęteris venientibus nomine præde, nisi forsitan ex anathemate vetita forent: sed tunc non solum vetarẽtur iumenta, sed etiam cætera, quæ possent accipi prę
I dando: sed non erant vetita aurum, argentum, & ferrum, atque ęs, ergo nec iumenta. Ad argumenta cũ dicebatur de vrbe Ierícho, ꝙ iumenta, & pecora ibi gladio perierunt. Respondendum est, ꝙ ibi erat anathema de maximis, in quo nihil accipi poterat, ꝙ pertineret ad vtilitatem humanam: sed quod accipiebãt transferebatur in thesauros domini scilicet aurum argentum, ferrum, & ęs: pecora autem non poterant transferri, ergo non conseruata sunt, sed fuerunt applicita ad Deum in hoc, ꝙ occisa fuerunt, & cremata cum vrbe: de quo supra sexto capitulo dictum est. Hic autem non fuit anathema, nec in aliqua vrbe totius terræ Chanaan sic positum, ut in vrbe Iericho: iõ
K non occiderentur iumenta: unde in vrbe Hai fuit positum anathema, quia ipsa ciuitas cõbusta est, & fuit facta tumulus æternus, ut patet supra octauo, tamen pecora, & iumenta non fuerunt occisa, sed exercitui diuisa, ut patet ibidem. Ad aliud quando arguebatur de pugna contra regem Amalec, ꝙ pecora, & iumẽta occidi iussa sunt. Respondendum est, ꝙ non erat hoc generale in omnibus aliis bellis, quæ faciebãt Iudæi contra Gentiles, sed ibi ad magnam detestationẽ voluit Deus, ꝙ periret Amalec, & q̄dq̄d erat in terra illa: nec aliquid acciperẽt de præda Israelitę, sed omnia consumerent comburendo. Sic enim faciebat Deus in magnam detestationem idolatriæ, ꝙ vrbes, in qua

in qua colerentur publicè idola tota deleretur,& occiderētur omnes, qui erāt in ea ab hominibus vſque ad pecora,& conſumerentur cuncta,quæ in ea erant: nec quidquam inde acciperetur, vt patet Deuter.13. Quòd autem id quod præceptum eſt de Amalec eſſet ad magnam deteſtationem patet,quia Amalecitę fuerunt primi qui pugnauerunt cōtra Iſrael cum exirent Iſraelitæ de Aegypto non agentibus quidquā ꝯ eos Iſraelitis, vt patet Exo.17. & ob hoc dixit ad memoriam Iſraelitarum quòd ipſe deleret memoriam Amalec de ſub cęlo,vt patet eod.cap.ſ.ſcribe in libro ob monimētum: delebo enim memoriam Amalec de ſub cęlo: & Moyſes ante mortem ſuam Deo iubente commendauit valde Iſraelitis, vt exigerent vindictā de Amalecitis, vt patet Deut.25.cap.ſ.Memento quid fecerit tibi Amalec in via quando egrediebaris ex Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui,qui laſſi reſidebant ceciderit,quādo tu eras fame,& labore cōfectus & nō timuerit Deū: cum ergo Deus ſubiecerit tibi gentes per circuitum delebis nomē eius ſub cęlo: caue ne obliuiſcaris.Nō fuit autem aliqua gens, contra quam ſic ſpecialiter pugnari iuberet: ideo quādo tēpore Saul regis Deus voluit hoc cōpleri iuſſit, vt in regno Amalec omnia delerētur, nec cōcupiſcerēt aliquid ex pręda.1.Reg. 15.In cæteris autē locis Chananęorum licebat oēm prędam accipi: ſolum enim erat illicitum permitti quemq̃ de Chananęis viuentē aliquo pacto pacis ſeruitutis aut tributi, vt patet Deut. 20. cap. Sed adhuc arguet aliquis ꝙ non licet accipere in terra Chanaan iumenta & pecora, ſed occidere: quia Deus iuſſit vt equi in terra Chanaan ſubneruarentur,vt patet ſupra 11. Subneruare autē occiſionem faciebat, quia equi ſubneruati morerentur: ergo iumēta occidēda erāt. Ad hoc reſpōderi pōt multipliciter. Vno mō ꝙ iſtud mādatum fuit datū pro tpe vnius belli,ſ.qñ Iſraelitæ pugnauerunt ꝯ multos reges Chananęorū ad aquas Meron: & non intelligebatur de alijs tpibus,& ſic in alijs poterant accipere pecora, & iumenta. Alio mō pōt rñderi ꝙ iſtud mandatū fuit ſolum de equis ſubneruandis: cętera ergo iumenta, & omnia pecora ēt in ipſo tpe,quo durauit iſtud mandatum accipi licite poterant, & ſeruari. Aliter dici poteſt ꝙ oīa pecora, & iumēta quæcunque in vtilitatem Iudæorum verti poterant, ipſi accipere poterant, nec cogebantur illa occidere. De equis aūt iuſſum eſt,ꝙ eos ſubneruaſſent,& cremarent currus, quia equi illo tempore nō erant ad vſum equitandi, vt cōiter: ſed adiungēdum curribus,qui falcati erāt,de quibus dictū eſt ſupra 11. Iudæi aūt in pugna ad aquas Meron accepturi erant de manu Chananęorū currus multos & equos: ipſi aūt nō nouerant bella equeſtria,ſed ſolum pedeſtria, & ſic non poterant ſibiipſis proficere in curribus & equis. Vnde relinquerent hęc tanq̃ inutilia: gētes aūt rurſus iſta reciperent, & pugnarent cōtra Iudęos. Vel dato quòd ipſi accipere vellent iſta ad vendendū tranſirent in alienigenas,quod ipſis non proderat, & inde cōuerti poterāt ꝯ eos ad vſus bellicos: ideo ne ipſi hoſtes ſuos armis munirēt iuſſit Deus, vt equos ſubneruarent & cremarent currus: & ſic nō poſſent trāſire in hoſtium vtilitatē. Patet ergo inductū quòd licebat Iſraelitis accipere in bellis pecora, & iumēta: & ſic duæ tribus & dimidia acceperunt aurum,argentum,æs,ferrum,veſtes,pecora,& iumenta, & quidqd aliud ſub pręda cadere poteſt, licet de omnibus non exprimatur hic. *Diuidite prædam hoſtium cum fratribus veſtris*. Hoc intelligitur de viris duarum tribuum, & dimidiæ, qui manſerunt in terra cum recederent alij ad pugnandum cum nouem tribubus, & dimidia.

Quare Deus iuſſit Iſraelitis vt in bellis captis [e]quibus ſubneruarent & cremarent equos.

A *Quomodo potuerunt manere aliqui de duabus tribubus, & dimidia in terra ſua tranſeuntibus alijs ad pugnandum contra Chananæos trans Iordanem. Quæſt. V.*

QVAERET aliquis quomodo potuerūt permanere aliqui de duabus tribubus,& dimidia in terra ſua trāſeūtibus alijs ad pugnandum contra Chananæos trans Iordanem. Nam ipſi promiſerunt,quòd omnes viri pugnatores tranſirent armati ante fratres ſuos in terra Chanaan vxoribus, filijs, atque pecoribus manentibus in terra poſſeſſionis eorum. Moyſes quoque poſtea confirmauit ſententiam eorū dicens; ſi facitis quod promittitis, expediti pergite coram Domino ad pugnā, B & omnis vir bellator armatus Iordanē tranſeat. Hoc patet Nu.32.cap. Idem patet ex verbis Ioſue ad duas tribus,& dimidiam poſt mortē Moyſi cum iam tempus eſſet tranſeundi Iordanem: dixit enim ꝙ tranſirent omnes, vt patet ſupra primo, ſ. vxores veſtræ ac filij,& iumenta manebūt in terra, quam tradidit vobis Moyſes: vos aūt tranſite armati añ fratres veſtros omnes fortes manu,& pugnate pro eis. Reſpondendum eſt, quòd non venerunt omnes de duabus tribubus,& dimidia ad pugnandum contra Chananęos tranſeundo Iordanem,ſed ſolum quędam pars eorū, & fortè non medietas, quia ſolum venerunt quadragintamillia virorum,vt patet ſupra 4.cap.multi tamē erant alij de his duabus tribubus, & dimidia bellatores. Ad argumentum primum, cum dicitur quòd C iſti de duabus tribubus,& dimidia promiſerūt, quòd ipſi omnes tranſirent Iordanem armati: reſponderi poteſt dupliciter. Vno modo ꝙ omnis nō faciat hic diſtributionem,ſicut cōiter conſueuit accipi in ſacra ſcriptura ſignum vniuerſale pro multis: vt oēs prouinciæ veniebant in Aegyptū,vt emerent eſcas Gen. 41.cap. manifeſtum tamen eſt, quòd non oēs veniebant illuc,ſed multi populi,vel prouinciæ. ita poterāt promittere duæ tribus,& dimidia non quidem quòd omnes tranſirent,ſed multi,& numerus horum eſſet ſecundum determinationem Moyſi, vel Ioſue principantium. Alio modo pōt intelligi ꝙ duæ tribus,& dimidia promiſerunt quòd omnes ipſi potentes pugnare D tranſirent, tamen intelligebatur ꝙ aliqui manerent in terra ad defendendam eam ab hoſtibus,qui erant in circuitu, quia aliter non manerent ibi ſecurè vxores Iudæorum,& paruuli atque pecora eorum: ſi tamen voluiſſet Ioſue,& nouē tribus,& dimidia,quibus erat facta iſta promiſſio, ꝙ omnes viri pugnatores de duabus tribubus, & dimidia tranſirent cū eis Iordanem ad pugnandum tranſiuiſſent, quia tamen putauerunt ſufficiens eſſe quandam partem eorum tranſire ad pugnandum, elegerunt quadraginta millia virorum de fortiſſimis in illis duabus tribubus & dimidia,& illi iuerunt ad pugnam tranſeuntes Iordanem: reliqui autem manſerunt in terram poſſeſſionis ad cuſtodiendum terram ab hoſtibus. Ad cōfirmationem ex verbis Moyſi idem modus rñdendi eſt,ſ.ꝙ q̃q̃ dixerit, ꝙ tranſiret omnis vir pugnator ar- E matus, tñ non intendebat pro oībus, ſed pro multis. Vel ſi pro omnibus intellexerit poſtea, tamē viderūt Iſraelitæ non eſſe opportunum,ꝙ trāſirent oēs; tum quia non erat neceſſaria tanta multitudo; tum quia relinquerentur vxores, & paruuli & pecora in direptionem hoſtibus,ſ.ꝙ poſſent ea capere faciliter. Ad verba Ioſue idem modus rñdendi eſt. Cauſa autem principalis ꝙ aliqui de tribubus iſtis manerent fuit,vt in vrbibus captis manerēt pręſidia ipſius terrę captę: ne rurſus in hoſtilem rediret poteſtatē, & ne vxores filij,& pecora Iudæorum in captiuitatem ducerētur. Hoc colligitur Nu.32. vbi viri duarū tribuum, & dimidiæ

midiæ anteq̃ tranſirent Iordanem conſtruxerunt vrbes pro filijs ſuis,& vxoribus,& caulas pro pecoribus, & ſubditur ꝙ factum eſt ꝑꝑ habitatorum terrę inſidias. Sed manifeſtum eſt, ꝙ nihil proficiebat ibi eſſe vrbes muratas ſi nullus eſſet, qui eas tueretur; dandi fuerunt ergo aliqui viri defenſores in terra, & conſequenter non tranſierunt oẽs in terrã Chanaan cum nouem tribubus,& dimidia. Sed obiicietur,ꝙ Ioſuę dixit duabus tribubus,& dimidiæ ꝙ tranſirent ipſi viri, & manerent vxores eorum filij atque iumenta in vrbibus: ergo vr̃ ꝙ non erant manſuri aliqui viri de iſtis tribubus: alioquin non exprimeretur ſolum de vxoribus filijs,& iumentis. Reſpondendũ ꝙ ex hoc non tollitur manere aliquos de his tribubus in terra ſuę poſſeſſionis; ſed Ioſue dirigebat verba ſua hic ad illos,qui tranſituri erant,ſ.ꝙ dimitterent vxores ſuas, & filios ad orientalem plagam Iordanis in terra poſſeſſionis ſuæ,& ipſi expediti tranſirent; quod dicitur ad differentiam virorũ nouem tribuum, & dimidiæ, quia ipſi tranſierunt Iordanem cum vxoribus ſuis filijs,& pecoribus omnique ſupellectili:& hoc quia nõ habebant aliquam terram poſſeſſionis, in qua iſta dimitterent,ſicut viri duarum tribuũ,& dimidię. Patet ergo quòd de tribubus duabus, & dimidia manſerũt viri multi in terra poſſeſſionis ſuæ ante Iordanẽ, qui non tranſierunt cum cæteris ad pugnandum: & de his dicitur hic ꝙ illi,qui venerant ad pugnandum, & nunc redibant diuites nimis,diuiderent prędam cum illis,qui manebant cuſtodientes terram, & iſti vocantur fratres eorum, quia erant de eiſdem tribubus.

An Rubenitæ, & Gaditæ, qui nunc in terram ſuam redibant diuiſuri eſſent prædam cum remanentibus in terra illa æqualiter. Quæſt. VI.

QVAERET aliquis an iſti qui nunc redibant in terram ſuam diuiſuri eſſent prędam cũ remanentibus in terra illa æqualiter. Reſpondebit aliquis ꝙ diuiſuri erant æqualiter,quia æqua eſt pars manẽtis ad ſarcinas, & deſcendentis in bellum,vt patet 1.Reg.30.cap.ſic autem erat de his,quia 40.millia virorum de duabus tribubus,& dimidia deſcẽderunt ad pugnam contra Chananęos cum nouem tribubus & dimidia vt patet ſupra 4.cap. reliqui autem manſerũt in terra eis data ad obſeruandum terram ab hoſtibus, & ad tuendum vxores, & paruulos, & pecora, atque iumenta euntium ad bellum: ergo verè dicebãtur ad ſarcinas manere, & ſortirentur medietatem ex pręda,ſ.ꝙ ęqua pars eſſet eorum cum deſcendentibus ad bellum.Item patet hoc ex litera, quia dicitur hic diuidite prędam hoſtiũ cũ fratribus veſtris. Si autem intelligeretur, ꝙ non eſſet diuiſio facienda per medium, nõ diceretur diuiderẽt cũ fratribus ſuis,ſed ꝙ darent fratribus ſuis de pręda. Aliquis reſpondebit aliter ad qõnem iſtam,ſ.ꝙ non tenebantur viri duarũ tribuum,& dimidiæ dare quidquam de pręda fratribus ſuis manẽtibus in terra poſſeſſionis eorum ante Iordanẽ. Et cum arguitur quia litera dicit, ꝙ diuiderent prędam cum fratribus ſuis. Rñdent ꝙ iſta fuit quędam moralis exhortatio, non tamen pręceptiua obligatio,ſ.ꝙ cũ iſti viri valde diuites effecti fuiſſent de pugna hoſtium,rõnabile erat,ꝙ aliquam partem tribuerent fratribus ſuis,qui manſerãt in cuſtodia terrę nihilque receperant de his, & tñ non obligabat eos per hoc. Sed dicendum eſt non ſtare iſtã ſecundam ſolutionem, quia iſti viri,qui manebãt in terra duarum tribuum & dimidiæ,non manſerunt in terra,quaſi ad quietẽ,ſ.ꝙ efficerentur immunes a neceſſitate,quia tũc eſſet rõ manifeſta,ſed poſiti ſunt ibi ex neceſſitate ad cuſtodiam terrę,ſ.ꝑꝑ habi-

F tatorum terrę inſidias, vt ſupra declaratũ fuit, & colligitur Nu.32.ergo ſicut viri,qui ponũtur in extremitatibus regnorum in confinibus terrę hoſtilis ad tuendum terram, ne eã inuadant hoſtes, dato ꝙ iſti non agant bella contra hoſtes inuadẽdo recipiunt ſalariũ de publicis redditibus,quia cõitatibus bonũ faciunt: ſic iſti,qui ponebantur ad defendẽdam terram duarũ tribuum ab hoſtibus, & tam neceſſarij erant ipſi ad manendum in terra ſicut alij ad eundum ad bellum recipere debuerunt ſalarium: ergo de pręda hoſtiũ eis ſatisfieri debebat aliqualiter,vel de cõſimili. Item cum iuerint viri duodecim millia ad pugnandum ꝯ Madian,& acceperunt totam prędã terrę illius,iuſſit

G Deus,vt diuideretur pręda in duas medietates, & daretur vna pugnantibus,ſ.duodecim millibus virorũ, & reliqua medietas toti populo, vt patet Nu. 31.cap. tñ iſti viri,qui manſerũt in terra duarum tribuum & dimidiæ habebant ius ſolidius, vt participarent parte prędę q̃ totus populus de pręda pugnatorum ꝯ Madian: ſed totus populus accepit partẽ illius; ergo & iſti accipere debuerũt. Antecedens patet,quia populus reſpectu pugnatorum ꝯ Madianitas ad nihil videbatur neceſſarius, nec etiam propriè manebat ad ſarcinas,viri tñ de duabus tribubus,& dimidia,quæ mãſerunt in poſſeſſione illa ante Iordanem,erant neceſſarij reſpectu eorum, qui iuerãt ad pugnam,ſ.ꝙ eorũ terrã cuſtodiebant ne eam hoſtes caperent,& irrumperent: etiam ne eorum vxores, & paruulos captiuarent prędando pecora,& iumenta: ſed populus accepit partẽ de pręda Madianitarũ, & iuſſa Dei, ergo

H iſti a fortiori debuerunt habere aliquam partem prædæ eorum, quorum terram conſeruauerunt. Aliter aũt rñdendum eſt,ſ.ꝙ iſti habebant ius ad recipiẽdũ quid de pręda,ſed non æqualiter cum illis, qui iuerãt ad bellũ,& Ioſue qñ dixit diuidite prędã cũ fratribus veſtris,obligauit eos ad aliquid dãdum. Quòd aũt nõ tenerentur dare æquale, patet: quia ſi manentes ad ſarcinas reciperent tm̃ de pręda q̃tum euntes ad bellum; cum duę tribus, & dimidia ad bellum iuiſſent cum alijs tribubus & dimidia, oẽs diuiſiſſent prędam cum manentibus in terra duarũ tribuum, & dimidiæ ante Iordanem,ſ.ꝙ tota pręda fieret vnus cumulus, & inde ſepararetur quędã pars ꝓportionalis manen-

I tibus in terra duarũ tribuum, & dimidiæ ante Iordanem: ſed non fuit factum ſic,ſed potius Ioſue pręcepit,vt iſti 40.millia viri, qui erant de duabus tribubus, & dimidia diuiderent prædam cum alijs manentibus in terra poſſeſſionũ ſuarũ ante Iordanem: ergo non debebant accipere medietatem de pręda,ſ.æqualiter cum euntibus ad bellum. Ad primũ argumentũ reſpõdetur,cum dicebatur ꝙ æqua erit pars deſcendentis ad bellum,& manentis ad ſarcinas. Dicendum ꝙ iſta non erat lex tp̃e Ioſue,& Moyſi:ſed cępit eſſe qñ pugnauit Dauid ꝯ Amalecitas,qui diripuerãt ea, quæ erant in vrbe Siceleg. Nam cum tunc illi,qui deſcenderunt ad bellum, nihil dare vellent de pręda manentibus ad ſarcinas,dixit Dauid, non audiat vos quiſquã

K ſuper ſermone hoc: æqua erit pars deſcendentis ad prelium,& manentis ad ſarcinas,& ſimiliter diuidẽt ſpolia. & tunc ſequitur ibidẽ: Et factum eſt hoc ex die illa,& deinceps conſtitutũ,& pręfinitum,& quaſi lex in Iſrael vſque ad diem hanc: ergo tempore bellorum Ioſue non erat obligatio ad ſic diuidendum. Aliter ſolui poteſt quòd non manſerunt illi, qui erãt in terra poſſeſſionis duarum tribuum,& dimidię trãs Iordanem ad ſarcinas: nam dicuntur manere ad ſarcinas illi,qui manent ad cuſtodiendas aliquas res bellatorum: & quia illi cęperunt ire ad bellum quamquam poſtea non pugnent: quia tamen manent ad cuſtodiam ſarcinarum aliorum virorum bellatorum partem

Doct. mĩſio ad quęſitũ.

partem recipiunt tāquam bellatores, & sic fuit de viris illis, propter quos Dauid protulit sententiam hāc, quamquam causa mansionis istorum fuit, quia lassi non poterant sequi aliorum vestigia, quod cum vidisset Dauid fecit eos manere in via, & reliquit eis aliorū sarcinas conseruandas, vt cęteri expeditiores essent ad persecutionem hostium, isti autem qui manserunt in terra duarum tribuum, & dimidiæ non exierūt de terra illa ad bellum, ideo non manserunt ad sarcinas bellatorum. Ad aliud cum arguebatur, ꝙ Iosue dixit, ꝙ diuiderent isti prędam cum fratribus. Diuisio aūt ęqualitatem notat, ideo &c. Rn̄dendum ꝙ non dr̄, vt darent eis de pręda, sed vt diuiderent cum eis prędam, quia dare importat liberalem donationem, diuidere autē importat ius in ipsis, inter quos fit diuisio, s. ꝙ quilibet eorum hēt ius ad rem ipsam, vel magis in ea ius, & qa illi, qui manserant in terra duarum tribuum, & dimidiæ habebant aliquod ius ad prędam, quamquam nō æqualiter cum ipsis, qui iuerant ad pugnam: dixit eis, vt diuiderent prædam, & non ꝙ darent de pręda illis, qui manserant in terra. Et cum dr̄, ꝙ diuisio importat ęqualitatem, falsum est: nam diuisio non magis fit per æqualia quàm per inęqualia, quia vtroque modo fieri potest cum continuum semper sit diuisibile vsque in infinitum: nec ēt diuisio signat ęqualitatem ex modo loquendi, quia nō magis accipitur in scriptura pro diuisione per ęqualia, q̄ per inęqualia: sic patet cum dr̄, ꝙ diuisum est regnum Israel: tn̄ nō fuit diuisio per ęqualia, nam in vna parte fuerunt decem tribus, & in alia duæ, vt patet 3. Reg. 11. & 12. cap. sic ēt patet Luc. 22. cap. cum dixit Christus de calice sanguinis sui dato Apostolis: accipite, & diuidite inter vos: & tn̄ manifestum est, ꝙ non iubebat, vt per ęqualia diuiderent, qa non referebat, an ęqualiter, vel inęqualiter de calice illo haurirent. Non ergo importatur ex hoc, ꝙ diuisio per ęqualia fieri deberet. Sed adhuc arguet aliquis, ꝙ æqualiter diuidenda erat pręda inter manentes, & euntes ad bellum, quia Deus iussit in bello facto ꝯ Madianitas, vt euntes ad bellum diuiderent prędam ęqualiter cum multitudine manente in castris, vt patet Nu. 31. c. sed isti, qui manserunt in terra duarum tribuum, & dimidię, magis profecerunt euntibus ad bellū, cum conseruarent terram eorū ab hostibus, & vxores paruulos atq; iumenta, quam tota multitudo Israel eūtibus ad bellum ꝯ Madianitas: ergo a fortiori debuerūt recipere medietatem de pręda, s. ꝙ diuiderent ęqualiter. Rn̄dendum est non valere, quia euntes ad bellum Madianitarum non diuiserūt ęqualiter, cum quolibet de populo, sed cum tota multitudine, s. ꝙ tota multitudo manens in castris accepit tantum de pręda quātum omnes pugnantes: tn̄ non acceperūt quilibet de non pugnantibus ęqualiter cum quibuslibet pugnantibus: nam pugnantes erant ibi solum duodecim millia, vt patet Num. 31. ca. cętera autem multitudo erat, quasi sexcentorum millium peditum, vt patet computando summam totalem, quæ erat tunc Iudęorum, & hr̄ Num. 26. ca. & sic quilibet de pugnantibus recipiebat quinquagesies super quemlibet non pugnantem. Quod patet, quia si duo æqualia sint, & vnum diuidatē per sexcenta, & aliud per duodecim, quęlibet duodecima pars est quinquagesima ad quamlibet sexcentesimam, idest est quinquagesies maior: non ergo inducitur inde, ꝙ tantum deberet habere de pręda non pugnantes, sicut pugnantes, sed magis cōtrarium: patet ergo ex prędictis ꝙ isti, qui redierunt de bello diuiserunt prędam cum illis, qui non iuerunt ad bellum, & hoc ex necessitate, sed non per ęqualia. *Reuersique sunt.* Scilicet recedentes de Silo ad terram Orientalē trans Iordanem. *Et abierunt filij Ruben, & filij Gad.* Non intelligitur de omnibus filijs Ruben, & Gad, quia plurimi

Diuisio nō importat ęqualitatē

A eorum manebant in terra sua ad orientalem plagam Iordanis, vt dictum fuit s̄. s. quòd diuiderent prędam cum fratribus suis: & isti erant in terra, sed intelligitur de quadraginta millibus virorum, qui venerunt ad pugnandum de istis duabus tribubus & dimidia, vt patet supra 4. cap.

Et dimidia tribus Manasse. Idest, viri quidam de dimidia tribu Manasse: nam non iuerat ad bellum tota dimidia tribus Manasse, vt colligitur ex suprapositis. *A filijs Israel de Silo.* Idest recesserunt de Silo vbi fuerāt cum filijs Israel. Hic vocantur filij Israel nouem tribus & dimidia ī comparatione ad duas tribus, & dimidiā: non quidem ꝙ duę tribus & dimidia non essent de filijs Israel, sed quia nouem, & dimidia erāt maior pars

B accipiebant ipsi nomen illud, tanquam eis proprium, & sic vocantur omnes tribus duodecim respectu Leuitarū, s. filij Israel, quasi Leuitæ non essent filij Israel: sed erant Leuitæ pauci respectu totius populi. Dicuntur recessisse duę tribus, & dimidia de Silo a filijs Israel, quia factis omnibus bellis, & subiecta terra conuenerunt omnes Israelitę in Silo, & posuerunt ibi Sanctuarium dn̄i, quod prius semper mouebatur per loca castrorum, & incępit manere vsque ad tp̄a sacerdotis Ely. Tunc ēt positę fuerunt sortes ad diuidendum terram oībus Israelitis, qui non acceperant possessiones, dateque fuerunt vrbes 48. Leuitis, & separatę sunt sex vrbes refugij, quibus omnibus astiterūt duæ tribus, & dimidia: quibus expletis recesserunt de Silo manentibus adhuc cęteris Israelitis ibidem. *Quæsita est in terra*

C *Chanaan.* i. ciuitas Silo est in terra Chanaā, nā est in vrbibus sortis Ephraim, vt declaratū est s̄ 18. Ephraim tn̄ possessionem accepit in terra Chanaan, vt patet s̄. 17. cum tota terra, quam diuisit Iosue, vocetur terra Chanaan. Pro quo considerandum, ꝙ tota terra, q̄ possederunt Israelitę vocatur terra promissionis, quia tota illis promissa est, siue accipiatur pro terra duarum tribuū, & dimidię, quę erat ad Orientalem plagam Iordanis, siue pro illa, quæ data est nouem tribubus, & dimidiæ, quæ erat ad Occidentem Iordanis: tn̄ non vocatur tota terra Chanaan, sed solum illa, quā possederūt nouē tribus, & dimidia, vt satis probatum est s̄. 14. ideo dicēdum ꝙ terra, quam dedit Moyses duabus tribubus & dimidiæ, non erat in terra Chanaan, quia illa non erat

Terra possessa ab Israelitis qua re dicatur terra promissionis.

D clausa Iordane, qui ponitur terminus Orientalis terrę Chanaan, vt patet Num. 34. c. cum esset ad Orientalē partem eius, vt patet Nu. 32. & s̄. 1. Et sic cum 40. millia virorum de duabus tribubus & dimidia essent ītra terram Chanaan, qñ erant in Silo, & nunc reuertebātur in terram suam, posset dici ꝙ reuertebantur de Silo, quæ est in terra Chanaan in Basan, quæ erat in terra eorum extra Chanaan. *Vt intrarent in Galaad terram possessionis suæ.* i. ibant, vt introirent in terram Galaad, q̄ erat terra possessionis eorum. Non accipit hic Galaad pro ipso monte, sed pro terra, quę adiacet ipsi mōti ex omnibus partibus: illa enim est valde pascualis, & ibi sunt multæ vrbes, tam regni Og, quā Sehon, vt patet Deuteron. 3. & s̄. 12. & dr̄ in terram possessionis eorū,

E non ꝙ mons Galaad esset terra possessionis oīum istorum, quia solum in monte hoc acceperat medietatē vnam tribus Gad, & aliam medietatem accepit dimidia tribus Manasse, vt patet Deuteron. 3. tribus autem Ruben nullam partem ibi hēbat, sed solum in regno Sehon. Vocatur tn̄ possessio istarum tribuum, quia ad istas pertinebat, & ad nullum alium, licet non pertineret ad omnes istas tribus. Et dicitur, ꝙ ibant in montē Galaad, quia licet irent in omnem terram possessionū suarum, tn̄ intraturi erant per regionē Galaad, q̄ erat magis coniuncta parti illi, per quā intrabant de terra Chanaan, q̄ alia regio totius terrę possessionis eorum. *Quam obtinuerunt iuxta imperium domini per manum Moysi.*

Idest, quòd duæ tribus, & dimidia, acceperant illam terram in possessionem ex mandato Dei: illa autẽ determinatio, s. per manum Moysi potest dupliciter intelligi. Vno modo ad verbum obtinuerant, s. quòd obtinuerant illam per manum Moysi, s. ꝙ Moyses dedit eis terram illam, & sic dicitur supra 1. & 13. & multoties, ꝙ Moyses famulus Dei dedit duabus tribubus, & dimidiæ terram illam in possessionem: & tũc dicitur, ꝙ per imperium domini, idest, ꝙ Moyses dedit, quia Deus iussit dari: erit autem sensus, ꝙ cum duæ tribus, & dimidia a principio petiuerunt terram, quã postea possederunt turbatus est Moyses, vt patet Num. 32. c. vnde quæsiuit a Deo, an daret eam illis, & responsum est, ꝙ sic. Alio modo per manum Moysi refertur ad quoddam participium subintellectum, s. quòd duę tribus & dimidia obtinuerunt terram hanc per mandatum domini, & hoc per manum Moysi, idest mandatum illud fuit factum per manum Moysi: est sensus, ꝙ Deus iussit dari terram hanc, & istud præceptum datum est per Moysen, s. ꝙ ipse illud protulit, & dicitur per manum, idest per os, quia pręceptum domini nõ fit per manum alicuius, cum nõ sit organum interpretatiuum, sed quidquid per hominem fit, qualitercunque fiat per manum eius fieri dicitur, quia manus est organum organorum, iuxta Aristot. 2. de Anima.

Cumq; venissent ad tumulos Iordanis in terram Chanaan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis. Quod cũ audissent filij Israel, & ad eos certi nuncij detulissent ędificasse filios Ruben, & Gad, & dimidię tribus Manasse altare in terra Chanaã super Iordanis tumulos contra filios Israel, conuenerunt omnes in Silo, vt ascenderẽt, & dimicarent contra eos. Et interim miserunt ad illos in terram Galaad Phinees filiũ Eleazari sacerdotis, et decem principes cum eo, singulos de singulis tribubus. Qui venerunt ad filios Ruben, et Gad, et dimidiæ tribus Manasse in terram Galaad, dixeruntque ad eos: Hæc mandat omnis populus Domini: quæ est ista transgressio? Cur reliquistis Dominum Deum Israel, ædificantes altare sacrilegum, et a cultu illius recedentes? An parum vobis est, quòd peccastis in Beelphegor, et vsque in præsentem diem macula huius sceleris in vobis ꝑmanet? Multiq; de populo corruerunt. Et vos hodie reliquistis Dominum, et cras in vniuersum Israel ira eius deseuiet. Quod si putatis immundam esse terram possessionis vestrę, transite ad terram, in qua tabernaculũ Domini est, et habitate inter nos; tantum vt a Domino, et a nostro consortio non recedatis, ędificato altari ꝑter altare Dñi Dei nostri. Nonne Achã filius Zare pręterijt mãdatum Dñi, & super oẽm populum Israel ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam solus perisset in scelere suo.

Num. 25. (margin)

Supra 7. (margin)

F *Cumque venissent*. Hic ponitur secundum, s. infamatio de idolatria. Nam eo quòd fecerũt altare magnũ, vt infra patet putauerunt reliquæ tribus Israel de his duabus, & dimidia, quòd erant conuersæ ad idolatriã. *Cumque venissent ad tumulos Iordanis*. Vsque ad locũ istũ non construxerunt altare duæ tribus & dimidia, quia intendebant per istud altare signare, quòd ipse pertinebant ad cultum Dei veri; & licebat eis sacrificia facere. Si tamen fabricassent istud altare in medio terræ Chanaan, vel in alia parte, quæ non esset cõiuncta terræ duarum tribuum & dimidiæ, nõ videretur aliquid ex illo altari: nam non putaretur pertinere ad duas, & dimidiam, sed magis ad nouem tribus & dimidiam, cum autem esset apud terrã eorum appareret ad eos

G pertinere. Vocantur autem tumuli Iordanis, idest sepulchra apud Iordanem, vel colles eleuati, s. tumores terræ: magis autem sunt quidam colles eleuati in valle, in qua est Iordanis, & isti sunt, qui vocantur tumuli è regione ascensus Adommim, vt patet supra 18. Nã vtrunque apud Iordanem, vt patet computãdo latus, in quo ponuntur tumuli isti supra 18. ca. & quia erant tumuli isti circa Iordanem visus est locus conueniens duabus tribubus, & dimidiæ ad fabricandum altare. Tumuli Iordanis qui.

In terra Chanaan. Idest isti tumuli sunt in terra Chanaan, scilicet sunt ex parte Occidentali Iordanis: est enim Iordanis terminus Orientalis terræ Chanaan, vt patet Num. 34. quod autem coniunctum est Iordani ex parte Occidentali est in terra Chanaan, & satis pa-

H tet hoc, quia ponuntur isti tumuli in latere sortis Iudę, & Beniamin, vt patet supra 18.

An duæ tribus construxerunt altare in terra sua, vel in terra Chanaan. *Quæst. VII.*

ET ex hoc patet, ꝙ duæ tribus, & dimidia construxerunt altare non in terra sua, sed in terra Chanaan ex parte Occidentali Iordanis: terra tamen duarum tribuum & dimidiæ, nihil habet ad Occidentalem plagam Iordanis: sed ipse Iordanis est terminus Occidentalis eius, vt patet supra 13. c.

Sed aliquis dicet, ꝙ altare constructum est ex parte Orientali Iordanis circa Iordanis ripã, quia terra istarum duarum tribuum, & dimidiæ est accedens ad O-

I rientalem partem Iordanis, sed non pertrãsit vlterius quidquam versus Occidentem: ipsi autem non construerent altare extra terram suam, ergo dicendum, quòd ex parte Orientali Iordanis constructum fuerit.

Sed non stat, quia infra dicitur, quòd relatum est filijs Israel duas tribus, & dimidiam construxisse altare in terra Chanaan. Item patet, quia dicitur hic, quòd venerunt filij Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse ad tumulos Iordanis, & ædificauerunt altare infinitæ magnitudinis: si autem fuit apud tumulos ędificatũ, & ipsi erant ex parte Occidentali Iordanis, & in terra Chanaan, esset altare in terra Chanaan. Si autem dica-

K tur, quòd erat ex alia parte Iordanis ad Oriẽtem, erit litera superuacua, scilicet, quòd venerunt filij Ruben, &c. ad tumulos Iordanis, ideo apud tumulos illos fuisse altare dici necesse est.

Item patet hoc ex intentione istarum duarum tribuum, & dimidiæ: dixerunt enim, quòd filij Israel dicerent in sequentibus generationibus, terminum posuit Deus inter nos, & vos o filij Ruben, & Gad Iordanem fluuium, & hoc ipsi volebant tollere, ideo si fecissent altare ex parte terrę suę, scilicet, apud Iordanẽ ad orientalem plagam eius semper staret illud dictũ, quia Iordanis esset terminus inter Rubenitas &c. ad nouem tribus, & dimidiam filiorum Israel: ergo ex parte Occidentali Iordanis fecerunt, scilicet in terra Chanaan.

Ædifica-

Aedificauerunt iuxta Iordanem altare. Fuit causa huius quia Iordanis erat diuidens terram Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse a terra nouem tribuum, & dimidiæ; & ibi altare erat iuxta terram duarum tribuũ, & dimidiæ, & erat intra terram Chanaan, & hoc volebãt Rubenitæ, & Gaditę, s. vt in eo, quòd altare erat circa extremitatem terræ eorum, videretur pertinere ad eos, & quia erat in terra Chanaan viderẽtur signare per altare, ꝙ immolare hostias, & holocausta Deo, qui erat in terra Chanaan, pertinebat ad Rubenitas, & Gaditas.

Quare duæ tribus ædificauerunt altare, & quare magis hoc quã aliud. Et quid opus erat ad cultum Dei veri. *Quæst. VIII.*

QVAERET aliquis, quare ędificauerunt altare, & quare magis ædificauerũt altare quã aliquid aliud.

Respondendum est, quòd ędificauerunt altare, quia Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse volebant prouidere filijs suis in posterum: erant enim ipsi in cultu veri Dei, qui vnus erat, & altare illius atque sacerdotes erant in terra Chanaan, s. vbi erant nouem tribus, & dimidia: si autem licuisset Israelitis in multis locis habere Sanctuarium, sicut nos multas ecclesias, & altaria habemus, duæ tribus & dimidia fabricassent sibi Sanctuarium in terra sua, sed Deus hoc vetuerat solum in vno loco esse iubens, vt patet Deuteronom. 12. cap. ideo duæ tribus, & dimidia non potuerunt fabricare Sanctuarium in possessione sua: excogitauerunt ergo quid possent habere pro signo cultus veri Dei: nam poterant filij nouem tribuum, & dimidiæ in posterum dicere filijs Ruben, & Gad, & dimidię tribus Manasse, ecce vos non pertinetis ad Deũ nostrum, nec habetis ius faciẽdi sacrificia, quia ad nos solos pertinet Deus, vos autem a nobis separati estis mediante Iordane flumine: hoc autem stimulo commoti filij duarum tribuum & dimidiæ declinarent ad alios Deos, quod valde timebant illi, qui nunc erant, quia cultus veri Dei erant zelatores. Vt ergo cauerẽt hoc malum, posuerũt aliquod signum per quod probare possent filij Ruben, & Gad se pertinere ad Deũ: & sic non auerterentur ab eo.

Quæretur amplius, quare magis altare quã aliquid alterum positum est in signum huiusmodi. Respondendum est, ꝙ filij Ruben, & Gad volebant per istud signum quod ponebant, probare se pertinere ad cultum Dei, ideo volebant dare signum, quod hoc maxime signaret; nihil autem erat in toto cultu Dei maius quàm facere sacrificia, nec est quidquã, per quod homines de Deo magis monstrent, ꝙ sit Deus, quàm ꝑ sacrificium, cęteri quippe honores, & quicunq; ritus reuerentiales hominibus, qui homines esse cognoscebantur traditi sunt: sacrificium aũt nemo vnquam ẽt de rusticissimis in antiqua serie sęculorum cuiquam, nisi Deo vero, aut ei, quem verum Deum opinabatur exhibuit: sacrificium ergo tanquam in maximum ꝓtestatiuum muneris exhibetur. Altaria autem sunt ad faciendum sacrificia, ideo altare cõuenientius fuit poni, quam aliquod aliud signum. Altera causa adhuc efficacior est, quia filij Ruben, Gad, & dimidię tribus Manasse putauerunt, ꝙ posteri eorum possent declinare a Deo per exprobrationem filiorũ nouem tribuũ, & dimidiæ: exprobratio autem erat quantum ad sacrificia: ideo in hoc prouidere debuerãt magis quàm in alijs.

In quo considerandum est, ꝙ ad cultum veri Dei pertinebat obseruatio quorumcunq; pręceptorũ suorum, ideo siue obseruarent Iudæi moralia, siue iudicialia, siue cęremonialia, Deum in hoc colebant. De his autem cultibus erant quidam, quos poterant filij duarum tribuum & dimidię, impendere Deo non communicantes filijs nouem tribuum, & dimidiæ: alij autem, quos sine communicatione impendere non poterant. Primi erant quantum ad omnia moralia, s. pręcepta decalogi, & similia naturalem habentia obligationem. hæc enim non exigebant ad obseruationem suam, ꝙ irent isti in terram nouem tribuum, & dimidiæ; sed vbicunque essent seruare hæc poterant. iudicialia quoque pręcepta indifferenter poterant obseruari in omni loco, quia ista solum regulant communicationem humanam ad inuicem, & infligũt pęnas pro delictis non concernẽtia determinationem loci, nec temporis; ergo ita possent filij Ruben, & Gad obseruare pręcepta ista in terra sua, sicut eũdo in terram nouem tribuum, & dimidię. Alia erant pręcepta cęremonialia: & istorum quędam obseruari poterãt in terra duarum tribuum, & dimidię, & quędam non. De primis, vt custodia sabbathi, circuncisio, & purificationes, quę fiebant siquis tetigisset rem immundam, & similes: istę enim non concernunt aliquem locum, iõ vbique poterant obseruari. Alia erant quæ non poterant obseruari, nisi transeundo ad terram nouem tribuum & dimidię, & hoc erat in sacrificijs, & in omnibus, quę concernebant sacrificia, vt in festiuitatibus q̃busdam, s. azymorum, pẽtecoste, festo clangoris, festo expiationis, & tabernaculorum. In istis enim fiebant specialia sacrificia, vt patet Nume. 28. & 29. cap. etiam non poterat obseruari phase, nisi in loco Sanctuarij in terra nouem tribuũ & dimidię, quia immolari debet agnus, qui solum erat immolandus in loco Sanctuarij, vt patet Deuteronom. 16. c. & sic de multis alijs.

Quantum ad prima poterãt filij duarum tribuum, & dimidię impendere Deo cultum non communicãdo filijs nouem tribuum, & dimidię, nec transeundo in terram eorum. Quantum ad secunda autem esse non poterat, quia sacrificia, & oblationes non poterãt fieri, nisi in loco Sanctuarij, vt patet Deuteron. 12. & Leui. 17. capit. quantum ad has igitur necesse erat, vt communicarent isti filijs nouem tribuum, & dimidiæ, & in his poterant exprobare illi filijs duarum tribuum, & dimidię dicentes: Nihil est vobis filij Gad, & Rubẽ cum Deo Israel, quia Deus posuit inter nos, & vos terminum Iordanem fluuium, & non permitterent eis facere sacrificia in Sanctuario in terra Chanaan, sed repellerent eos, tanquam alienigenas a sacrificijs. Alienigenis enim non licebat quidquam offerre ad immolandum, & si offerrent non erat recipiendum, vt patet Leui. 22. c. Ad hoc ergo nihil erat cõueniens nisi altare, quia cum a iure sacrificandi eos alienos ęstimarent, quod erat super altare, ipsum altare perhiberet testimonium eos non esse alienos: & quia erant duo, quę opponere poterant Israelitę filijs duarum tribuum, & dimidię, scilicet, quòd non pertinebat Deus Israel ad illos, quia Iordanis erat medius inter vtrosq;, & quòd non licebat eis offerre ad sacrificandum, fecerunt duo, scilicet fabricauerunt altare, ꝑ quod innuebant, quòd eis erat potestas offerendi, q̃d designat altare. Secundum erat, quòd illud citra Iordanem fecerunt ad Occidentalem partem Iordanis, vt demonstrarent non esse terminum Iordanem, sed ipsi haberent aliquid vltra Iordanem, scilicet illud magnum altare in testimonium, quòd pertinebant ipsi ad Deum Israel. Conueniens ergo fuit poni altare in signum, & nihil aliud.

Cur duæ tribus, & dimid. ędificauerunt altare vltra Iordanẽ.

Infinitæ magnitudinis. Idest valde magnę quantitatis, & istud infinitum ex abusu loquendi vocatur, quamquam secundum quantitatem infinitum nullum sit.

Quare hoc altare ædificatum vltra Iordanem fuit magnæ quantitatis. Quæst. IX.

QVAERETVR quare fuit istud altare valde magnæ quantitatis. Respondetur, quòd ad duo proficiebat, primo ad signandum id, quod postea responderunt duæ tribus, & dimidia, s. quòd non erat istud altare factum ad offerẽdum ibi sacrificia, sed ad signãdum aliquid: nam si ad offerendum sacrificia fuisset factum istud altare sufficiebat esse paruæ quãtitatis. Nam sic erat de altari holocaustorum, quod erat in Sanctuario: illud enim erat ad offerendum omnia sacrificia totius Israelis, quia nõ concedebatur esse aliud altare, vt patet Leuitici 17. & Deuteronom. 12. tamen paruum erat magnitudine, s. quinque cubitorum longitudine, & totidem latitudine: & trium cubitorum altitudine, vt patet Exodi 27. cap. Cum autem istud altare fuisset in tanta magnitudine apparebat, quòd non fuerat ad immolãdum, sed ad signandum aliquod factum: quilibet enim tãta magnitudine motus existimaret inutiliter fuisse factum si ad immolandum fieret. Ad signandum ergo quid insolita magnitudo mouebat: si autem fecissent altare paruum, nõ extimaret aliquis factum esse in testimonium alicuius rei, sed magis ad immolandum, quia talia erant alia altaria, in quibus gentes immolare consueuerant.

Secundum erat ad notificandum, quòd istud altare non erat factum ab aliquo vno viro, sed a communitate magna, vel gente: & sicut multi erant ita aliqd magni, & memorabile fecissent: & istud allegare debebãt filij duarum tribuum & dimidiæ, scilicet, quòd patres sui construxerant altare illud, & innuebant in hoc, quòd altare illud esset tale: de quo pateret, quòd a patribus istorum, scilicet a tota gente factum esset: si autem fuisset paruum, non ita conuenienter signaretur fuisse illud factum a multitudine, vel gente.

Quod cum audissent filij Israel. Scilicet viri nouem tribuum & dimidiæ, qui vocantur filij Israel respectu virorum duarum tribuum & dimidię, quasi ipsi soli sint filii Israel. hoc supra expositum est.

Et ad eos certi nuncij detulissent. Audierunt primo Israelitæ hoc quod facinus esse credebãt, & turbati sunt nec crediderunt, sed miserunt nuncios non ad loquẽdum aliquid duabus tribubus & dimidiæ, sed ad sciendum, an factum esset altare, & isti de rei certitudine eis retulerunt.

Aedificasse filios Ruben Gad. Isti erant soli quadraginta millia virorum, qui veniebãt de Silo, quæ est in terra Chanaan, antequam introirent in terram suam, nõ fuerunt cum eis viri earundem tribuum qui manserant in terra possessionis eorum, nec iuerant ad bellũ, sed ipsi soli antequam introissent in terram suam hoc ædificauerunt. Quod patet ex prædictis, scilicet, quòd cum duæ tribus & dimidia, accesserunt ad tumulos Iordanis fabricauerunt altare, ergo nondum intrauerant in terram suam. *Altare in terra Chanaan.* Hic erant duo grauamina. Primum erat respectu Dei, s. quòd fabricarent altare aliquod duæ tribus, & dimidia, cum Deus solum iuberet esse altare suum, quod erat in Sãctuario ad sacrificia, & sic in quacunque terra istud altare fabricarent erat Dei offensa. Secundũ grauamen erat contra filios Israel, s. quia fabricabant illud in terra ipsorum: sacrificare enim in aliquo altari extra Sanctuarium scelus erat, cum Deus vetuisset. Si autẽ Rubenitę, & Gaditę sacrificia facturi essent in altari illo, quod struxerant, faceret scelus in terra nouem tribuũ & dimidiæ, in quo grauarent nouem tribus infamantes terram earum, & dabant eis occasionem pœnæ infligendæ illis, quia si negligerent resistere illis scelera-

Duo grauamina inferebant duæ trib' alijs noue construendo altare i terra eorũ.

F tis permittentes vitia eorum Deus puniret nouem tribus & dimidiam: & propter ista duo tribus nouem & dimidia audito, quòd constructum foret altare, arma re se volebant ad pugnam contra duas tribus, & dimidiam, vt patet infra.

Super tumulos Iordanis. Vocantur tumuli Iordanis, quia erant apud Iordanem. Potest autem intelligi, q̃ erat altare super illos tumulos, idest in summitate eorum, scilicet, vt esset in loco excelso, vt sic videri posset, sicut mos erat gentilibus ponere altaria sua in excelsis, & sic quoque Iudęi faciebant tempore regum Iudę, & Israel: sępe enim dicitur in tertio, & quarto Regũ, quòd populus adolebat in excelsis. Vel potest dici super tumulos, non quòd esset altare super ipsos

G tumulos, sed in aliqua parte vallis excelsiori quam essent tumuli, quia tumuli erant apud Iordanem, & ipse labitur per maiorem vallis profunditatem, ideo cum incipitur descensus in magnam vallem, in qua est Iordanis sunt aliquæ partes excelsiores tumulis illis, & ipsę dicuntur esse super tumulos: sic dicitur Numeri 26. quòd computatio Israelitarum facta est super Iordanem: & tamen illa fiebat in campestribus Moab quæ sunt apud Iordanem, vt patet eodem capi. sunt autem campestria illa celsiora alueo Iordanis.

Contra q̃d significet.

Contra filios Israel. Contra potest dicere hic situm, vel aduersitatem. Primo modo est sensus, quòd duæ tribus & dimidia construxerunt altare contra filios Israel, idest a frõte ipsorum, scilicet, in fine terræ suæ in

H parte Orientali, nam altare erat in terra Chanaan, vt patet infra, & supra declaratum est.

Alio modo contra filios Israel, idest, vt aduersetur eis. Et ista aduersitas posset dupliciter intelligi, quòd vellent aduersari eis in cultu, scilicet, quòd non intendebant colere Deum illum, quem colebant nouem tribus, & dimidia, sed alium Deum de gentilibus, cui sacrificare volebant super altare illud. Alio modo, quòd vellent colere Deum illum, sed vellent facere alias cęremonias quam Deus iussisset, vt si dicerent, quòd volebant sic colere Deum suum, sicut coluerãt gentes Deos suos, & hoc vetabat Deus Deuterono. duodecimo cap. non solum, vt Iudęi non facerent cęremonias illas, sed etiam vt non addiscerent illas, vt pa-

I tet ibidem.

Aliter potest intelligi aduersitas, scilicet, quòd duæ tribus & dimidia, facerent altare cõtra Israel, idest vellent repugnare illis, ideo vt non communicarẽt cum eis, nollent ire ad faciendum sacrificia in Sãctuarium domini in Silo, sed construxerunt sibi altare super tumulos Iordanis. Isto modo Ieroboam rex Israel fecit altaria, & vitulos ad adorandum, & posuit vnum in Dan, & alterum in Bethel, vt patet tertio Regum 12. fuerat enim diuisum regnum Israel, & sequebantur tribus decem regem Ieroboam, & duę tribus regem Roboam. Erat autem Sanctuarium domini in Ierusalem in terra Israel, ideo timuit Ieroboam ne Israelitæ

K euntes sæpe in Ierusalem conuerterentur ad regem Roboam, qui erat de vera stirpe regum: vnde fecit vitulos & altaria ponens in terra sua interdicens ascensum in Ierusalem ad sacrificandum, aut celebrãdum festiuitates. Hoc modo introductus fuit cultus idolorum inter Israelitas: non ex desiderio colendi illa, sed ex timore, & cupiditate. Omnes isti sensus possunt stare aliqualiter, sed primus est, quem intendit litera, scilicet contra, idest è contra, scilicet a fronte filiorum Israel.

Conuenerunt omnes in Silo. Quando recesserunt duę tribus, & dimidia, a reliquis filijs Israel manebant ipsi in Silo, vt patet supra in litera: immediate tamen inde recesserunt in possessiones suas, quia iam finita fuerant omnia, quę fieri debebant ibi, scilicet diuisio

A diuisio sortium, & distributio ciuitatum quadraginta octo per Leuitas, & assignatio vrbium sex refugij, vt supra declaratum est: & sic quando venerunt nuncij, quòd duæ tribus, & dimidia construxerant altare, iam recesserant nouem tribus & dimidia de Silo, nunc autem conuenerunt illuc.

Quare magis Iudæi congregati sunt in Silo ad habendum consilium de bello quàm in quocunque alio loco.
Quæst. X.

QVAERETVR, quare magis ascenderunt Israelitę in Silo quàm in aliam vrbem. Rñdendum est, quòd necesse erat, vt Israelitæ saltem principes maximi, & rectores omnium populorum conuenirent in aliquam vrbem cũ Iosue ad deliberandum, quid agendum esset contra duas tribus & dimidiam, & fuit illis magis conueniēs vrbs Silo, quàm aliqua alia. In quo autem fuerit magis conueniens est dubium. B

Dicet aliquis, ꝗ fuit hoc, quia Iosue princeps totius populi erat in Silo. erat autem rationabile, vt totus populus conueniret ad locum, in quo erat princeps.

Sed obijcietur, ꝗ non esset ibi Iosue, sed in Thānathsare, quia ipse petierat in possessionem pro se vrbē Thamnathsare, & habitauit ibi, vt patet supra decimo nono cap.

Rñderi potest, ꝗ Thānathsare erat tota destructa, vnde Iosue dr̄ eam cōstruxisse quasi de nouo ageret, vt patet s̄. 19. & dum ædificabat ibi mansionem, morabatur in vrbe Silo, in qua erat tabernaculum. Istud satis rationabiliter dictum est: sed melius est, ꝗ conuenerint Israelitæ in Silo, quia ibi erat tabernaculum domini, & ibi intendebant consulere eũ quid super hoc agendum foret, quia istud erat negocium arduum, & insolitum: in nullo autem loco melius Deus consuli poterat, quàm vbi erat Sanctuarium, & sacerdotes, & vestes sacerdotales, in quibus declarabantur veritates inquisitorum, s. in rationali, & superhumerali, vt patet Exodi 28. c. & ibi declaratum est: & non solũ fecerunt nunc Israelitæ istud, sed etiam quando alias res arduas faciebant ascendebant in Silo ad locum, siue ad consulendum dominum, siue ad faciēdum coram eo, quod facturi erant: sic patet tempore Iosue. Nam ad ponendum sortes super diuisione terræ conuenerunt Israelitę in Silo, & sortes posuerunt coram domino in Sanctuario, vt patet s̄. 18. mortuo quoque Iosue cum accidisset magnum facinus de muliere Leuitæ occisa in Gabaa prę magnitudine libidinis, Israelitæ pugnare volentes contra Gabaa congregati sunt in Masphat, quia ibi erat locus orationis, & ibi consuluerunt dñm & deliberauerunt inter se, quid facere deberent, vt patet Iudi. 20. & 21. cap. Cum autem dicitur, ꝗ filij Israel conuenerunt in Silo, non est intelligendum, quòd ipsi per se conuenerint, quasi ex vna sententia, sed cum perueniſſet rumor ad Iosue, fecit vocari omnes principes, & rectores de terra nouem tribuum, & dimidiæ in Silo, vt ibi in communi deliberarent quid facto opus esset.

Vt ascenderent, & dimicarent contra eos. Non est sensus, quòd quando congregabantur Israelitę in Silo ꝯueniebant ad pugnandum, quia hoc pręsupponit deliberationem habitam super facto isto, & tamen non erat habita cum potius ad hoc conuenirent, vt super hoc deliberarent: sed dicitur, vt dimicarent, scilicet, quòd ascenderunt in Silo, & ibi deliberauerunt, vt dimicarent.

Vel potest intelligi, vt iacet litera, s. quòd conueniebant, vt dimicarent, idest antequam conuenirent sciebant, ꝗ dimicandum erat, nec conueniebant ad deliberandum super hoc, sed potius ad deliberandum de modo. Et patet hoc, quia Israelitæ non debebant deliberare super illud, quod lex fieri iubebat, quia necessitas erat illud fieri: consilium autem est de contingentibus, quæ consistunt in videri, vel non. Lex tamē hoc iubebat, vt patet Deuteronom. 13. scilicet, quando in aliqua ciuitate audiretur publicè coli idola, tot⁹ Israel conuenire debebat ad delendum ciuitatem illam, & occidendum omnia viuentia, quæ ibi erant, & cuncta cremandum: sic enim erat in duabus tribubus, & dimidia. Nam cum ædificassent altare, putauit reliquus Israel, quòd idolatrare intēdebant, ideo necessitas incumbebat eis pugnandi contra duas tribus, & dimidiã: erat tamen habenda deliberatio de modo pugnę, vel si pręmittēda esset aliqua exhortatio, & sic factum est cum missi fuerunt illuc legati, vt patet infra. Vterq; autem sensus satis stat. *Et interim.* Hic ponitur tertium scilicet veritas redditur plana: nam missis legatis cognouerunt Israelitæ veritatem rei per inquisitionem, & responsionem duarum tribuum & dimidiæ, vt patet infra.

Et interim miserunt ad illos. Idest, dum conueniret totus Israel in Silo misit Iosue legatos ad duas tribus, & dimidiam, vt melius informarentur de veritate rei gestę, & intentione per responsionem facientium, vt nō viderentur frustra commisisse bellum.

Ad illos. Idest ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, qui fecerant hoc scelus.

C *In terram Galaad.* Non solum miserunt ad terram Galaad, sed etiam ad terram omnium duarum tribuum, & dimidiæ, quia de omnibus illis fuerant viri aliqui in fabricatione altaris huius: non tamen habitabant omnes in terra Galaad, quia tribus Rubē nihil acceperat in terra Galaad, sed tribus Gad accepit medietatem montis Galaad: & dimidia tribus Manasse accepit aliã medietatem, vt patet Deuteronom. 3. & supra 13. c. & non solum in terra Galaad habitabant Gaditæ & Manassitę, sed etiam in multis alijs vrbibus, & regionibus, vt patet supra 13. capit. intelligitur tamen hic tota terra duarum tribuum, & dimidię nomine Galaad.

D *Phinees filium Eleazari sacerdotis.* Iste fuit princeps inter legatos: iste namque proposuit nuncium, vt patet infra. & magis competebat isti quàm alijs, quia iste erat de genere sacerdotum, futurusque erat sacerdos magnus, cum fecisset Deus cum eo pactum de summo sacerdotio pro eo, & semine suo, vt patet Numeri vigesimoquinto cap. & in facto duarum tribuum, & dimidię pręiudicabatur directè cultui diuino: ideo nullus tantum zelare pro hoc debebat quantum Leuitæ & potissime sacerdotes: maxime autem qui erat futurus sacerdos magnus. Iste Phinees fuit, qui zelo Dei motus percussit Zambri principem tribus Simeonis, & scortum Madianitidem ambos vno ictu perfodiens in locis genitalibus, & tunc auersa est ira Dei ab Israel atque cessauit plaga; & factum est fędus Dei cũ eo de ęternitate sacerdotij, vt patet Numeri, vigesimoquinto capit. vocatur filius Eleazari sacerdotis, idest sacerdotis magni: accipiendo sacerdotem per excellentiam, & iste modus loquendi est valde frequentatus: ita vocatur Aaron sacerdos absolute Leuitici primo. & post mortem Aaron vocatur Eleazarus absolutè sacerdos, vt patet Numeri vigesimoquinto, & vigesimosexto, & vigesimoseptimo capit. Ante mortem autem Aaron non sic vocabatur, quia non erat factus summus sacerdos.

E *Et decem principes cum eo.* In hoc signatur, quòd Eleazari filius Phinees erat principalis legatus, quia alij cũ eo ibant. Et hoc propter duo. Primo, quia ipse erat absolute ęqualiter dignus, vel excellens cũ quolibet alio rũ, quia erat filius summi sacerdotis, & certissime erat habitu-

habiturus summum sacerdotium cum Deus promisisset: summus tamen sacerdos erat honorabilissimus in toto populo, vt declaratum est Nume. 25. Secundo dicebantur ire alij cum eo, quia ipse propositurus erat nuncium coram filijs duarum tribuum, & dimidiȩ: & qui proponit principaliter legatus est, cum ad hoc legati sint. *Singulos de tribubus singulis*. Scilicet de decem tribubus decem viros legatos miserunt. Erant enim nouem tribus & dimidia in terra Chanaã, & de illa dimidia fuit missus princeps, sicut de alijs tribubus integris ne viderentur minoris dignitatis filij Manasse.

Quare missi sunt decem legati, & singuli de singulis tribubus. Quæst. XI.

QVAERET aliquis, quare missi sunt decem legati, & singuli de singulis tribubus.

Respondendum est, ꝙ de numero non potest dari ratio pręcisa, quia potuissent dari plures, s. 20. vel 30. aut in quocunque alio numero, dumtamen non essent pauciores decem, & esset satis rationabile. Quòd tamen mitterentur de omnibus tribubus, causa nota est, s. vt magis sic timerent duæ tribus & dimidia. Intendebant enim nouem tribus, & dimidia, ꝙ etiam si duæ tribus, & dimidia inchoassent facinus, timore belli, quod indiceretur eis desisterent, & quia si omnes nouem tribus, & dimidia pugnarent contra duas, & dimidiam, non esset resistentia vlla: voluerunt indicare, quòd omnes nouem tribus, & dimidia conquerebantur de hoc facto. & ad hoc miserunt decem principes singulos de singulis tribubus, vt quilibet reprȩsentaret personam totius tribus suæ: & sic facilius mouerẽtur, quàm si missi fuissent oratores de vnica tribu, quia forte putaretur, quòd illa solũ de hoc conquerebatur, & tunc non tantum timerent duæ tribus & dimidia, & forte non desisterent. *Qui venerunt ad filias Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse.* Forte principes de his duabus tribubus, & dimidiæ conuenerant ad aliquid alterum, & legati Israelitarum inuenientes eos simul proposuerunt nunciũ suum. Vel forte principes duarum tribuum, & dimidiæ scientes venisse in terram suam principum Israel legati conuenerunt ad audiendum quid intenderent. *In terram Galaad.* Hic potest accipi terra Galaad proprie, s. quòd licet non morarentur omnes viri de duabus tribubus, & dimidia in terra Galaad: tamen erant ibi congregati principes eorum, quando venerunt ad ipsos legati filiorum Israel. Vel potest accipi terra Galaad largè pro tota terra duarum tribuum, & dimidiæ, vel pro quacunque parte illius.

Mandare sumi põt ꝓ mittere. *Dixeruntque ad eos hæc mandit omnis populus domini*. Idest istud, quod sequitur mittit vobis ad dicendum totus populus Dei. Accipitur mãdare pro mittere ad dicendum, & non pro iubere. Nam nihil imperarent nouem tribus & dimidia duabus & dimidiæ, quia nõ habebant aliquam superioritatem super eas. Potissimè; quia in verbis oratorum non apparet aliquid pertinẽs ad imperium, sed ad denunciationem, s. quòd denunciabant eis Israelitȩ scelus, quod fecerant. Simile est multotiẽs in scriptura. Sic patet Gene. 45. c. cum dixit Ioseph ad fratres suos: Festinate, & ascendite ad patrẽ meum, & dicetis ei: hæc mandat filius tuus Ioseph. & tamen non mandaret aliquid filius patri. Et satis patet ibi, ꝙ non sunt aliqua verba mandati. Sic etiam Num. 20. d. misit nuncios interea Moyses de Cades ad regẽ Edom, qui dicerent: hęc mãdat tibi frater tuus Israel, idest mittit ad dicẽdum: nam ibi magis sunt verba supplicantis quam iubentis Est tamen consuetudo apud quasdam gentes sic loqui, s. vt dicant mandare pro ad dicendum mittere.

F *Omnis populus domini*. Vocãtur Israelitȩ populus domini dupliciter. Vno modo, quia Deus illos specialiter elegerat de cunctis populis tanquam peculium, gẽtem sanctam, & populum acquisitionis, vt patet Exodi 19. & Deuter. 7. cap. Israelitȩ populus dñi dupliciter vocãtur.

Alio modo sunt populus domini, idest specialiter colens Deum, quia cæteræ gentes declinauerant ad idola, soli autem Iudæi Deum verum colebant. Sic patet Psalmo 75. scilicet. Notus in Iudȩa Deus, in Israel magnum nomen eius: & factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Et dicitur omnis populus ad signandum, quòd omnes nouem tribus, & dimidia dolebant pro hac offensa Dei, & erant prompti illam vlcisci.

G *Quæ est ista transgressio*. Ista non sunt verba querentis, sed conquerentis: nam non dubitabant nouem tribus, & dimidia esse hanc transgressionem: nam licet non esset, tamen certissime illam extimabant esse transgressionem, quia non poterant opinari ad quid esset altare constructum, nisi ad sacrificãdum: & istud erat transgressio, quia Deus vetuerat: conquerebãtur tamen de isto facto, & dicebant: Quæ est ista transgressio? idest cur fecistis tanquam iniquitatem?

Cur reliquistis dominum Deum Israel? Dicebantur relinquere Deum, qui incipientes obseruare mandata eius postea cessabant: & quia duæ tribus, & dimidia, toto tempore obseruauerunt mandata Moysi, & Iosue, in quo mandata Dei custodiebant, sicut dixit Iosue ad eas, vt patet sup. scilicet fecistis omnia, quę præcepit vobis Moyses, mihi quoque in omnibus obedistis custodientes imperium domini Dei vestri: nũc autem incipiebant agere contra mandata legis, ideo relinquebant Deum. Quid sit Deũ relinquere. H

Aedificantes altare sacrilegum. Sacrilegum rei sacrę opponitur: vnde sacrilegium est delictum cum res sacra violatur, siue per furtum, siue homicidium, aut ꝑcussionem, vel fornicationem, & generaliter sacrilegium est, quando re sacra abutimur, eam contra suam conditionem assumentes. Sic altare sacrilegum est, quando contra res sacras est. Instituerat enim Deus altare vnum esse solum, & hoc in Sanctuario, & quicunque alibi victimã immolaret, ita esset sanguinis reus, ac si sanguinem effudisset, vt patet Leuitici, decimoseptimo capitu. Et quia isti fecerant altare extra Sanctuarium, quod ad offerendum victimam videbatur: erat contra fas illud altare, scilicet contra sacra a Deo instituta, ideoque sacrilegium erat: sic etiam sacrificia facta idolis sacrilegia appellantur, vt patet Nume. 25. capit. cum dicitur, quòd Cozbi filia nobilissimi ducis Madian occisa est in die plagę pro sacrilegio Phegor, idest pro sacrificio facto Phegor, idest in monte Phegor, vel idolo dicto Beelphegor, scilicet, quia plaga venit propter sacrificium factum idolo. Quid sacrilegium. I

Et a cultu illius recedentes. Recedebant duę tribus, & dimidia a cultu Dei dupliciter. Primo modo quia prȩceptis eius non obediebant. Maximus enim cultus Dei est in obediendo, quia magis ipse acceptat obediẽtiam, quàm omnes alias virtuosas operationes, vel actus latriæ: & consequenter nulla operatio, ita repugnat Deo, sicut non obedire, quia optime operationi opponitur pessima operatio; & optimo habitui pessimus habitus, vt patet octauo Ethicorum. in oppositione sex politiarum. Vtrunque horum patet, primo Regum, decimoquinto capit. scilicet. Et ait Samuel: nunquid vult Deus holocausta, aut victimas, & non potius, vt obediatur voci Domini? Melior est obedientia quàm victima: & auscultare magis quàm offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere. Duę trib', & dimidia a cultu Dei dupliciter recedebãt. K

Secun-

A Secundo modo recedebant isti a cultu Dei, idest a ritu cultus Dei, quia non colebant Deum eo ritu, quo ipse iusserat: præceperat quippe, ꝙ immolaretur ei in vnico altari, quod erat in Sanctuario: isti autem videbantur velle immolare in collibus, sicut gẽtes dijs suis libamina offerebant. *An parum vobis est, quòd peccastis in Beelphegor.* Increpant duas tribus, & dimidiam per magnitudinem, & assuefactionem scelerũ, s. quòd istud scelus valde graue esset, quia assuetudo faciebat illud magnum: si enim nũc nouiter peccassent in idolatria istæ duę tribus, & dimidia, magis ignoscendum foret, sed peccauerant ante hoc, & nunc etiam peccabant: ergo valde erant redarguendi, & puniendi. Dicunt autem Israelitæ, ꝙ peccauerũt duæ tribus, & dimidia in Beelphegor, nõ quidem ꝙ solum duę tribus, & dimidia in hoc peccauerint, quia ferè de omnibus tribubus & familijs in hoc fuerunt peccantes: potissimè, quia tribus Simeon, quæ erat de nouem tribubus, & dimidia, quæ faciebat hanc increpationem plus omnibus peccauerat: nã princeps de tribu illa, s. Zambri in oculis oĩum Israelitarum ingressus est ad scortum Madianitidem, & Phinees filius Eleazari eum cum scorto simul perfodit, vt patet Nume. 25. c. nec etiam legati Israelitarum obijciebant eis istud crimen, quasi ipsi soli peccauissent, sed quia ipsi cum cęteris peccauerunt, & alijs emendatis ipsi ad malum pristinũ reuersi sunt. Quod notatur in verbis sequentibus, s. & vsque in pręsentem diem macula huius sceleris in vobis perseuerat. Dicitur autem, ꝙ peccauerunt in Beelphegor, idest, adorando Beelphegor, & comedendo de cibis cõsecratis ei, vt patet Numeri 25. s. Initiatusque est Israel Beelphegor. Et vocatur iste Deus Beelphegor, quia erat in monte Phegor, qui est mons quidam, vel magis pars quædam montis Abarim, vt patet Nume. 23. s. duxit eum super verticem mõtis Phegor. Vel vocatur idolum illud Phegor, sicut colligitur Nume. 25. s. pro sacrilegio Phegor. Et vocatur Beelphegor, quia plurima idola denominantur ex ista additione Beel. Causa huius declarata fuit Num. 22. cap. Quamuis tamẽ Phegor possit pro monte, & pro idolo accipi: Beelphegor tamen pro idolo solum accipitur. *Et vsque in præsentem diem macula huius sceleris in vobis permanet.* Ista litera potest dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ sit hic sententia perfecta, & tunc non legetur ista litera per modum asserentis, sed per modum conquerentis, s. an parum vobis est, quòd peccastis in Beelphegor, idest satis vobis esse debuisset, ꝙ peccastis in idolo Beelphegor, quia adhuc maculam huiusmodi in vobis vultis conseruare, quasi dicat, non debuissetis facere, vt permaneret vobis.

Beelphegor cur sic vocetur.

Alio modo potest intelligi, ꝙ non sit sententia perfecta, sed aliquid addendum sit, & tunc legitur tota litera ista assertiuè, & adiungetur ab extra conquestio, s. an parum vobis est, ꝙ peccastis in Beelphegor, & ista macula permanet in vobis vsque in hodiernum diẽ, i. nondum penitus estis absoluti ab hoc peccato, quia adhuc Deus infliget vobis aliquas pęnas: quare vultis ergo alia peccata superaddere? Vterque sensus satis stat. Secundum primum increpantur duę tribus & dimidia, ꝙ peccauerunt in Beelphegor, & punitæ sunt, tamen adhuc mãsit in eis macula illa, idest inclinatio ad colendum idola; & hoc erat nimis reprehensibile, quia ꝙ aliquis semel peccet non est tam vituperabile, ꝙ autem maneat desiderium ad peccandum, & repetat actum, vituperabile nimis est; & nunc accipitur ꝓprie macula pro quadam infectione, vel deturpatione animæ per vitium. Et isto modo ponimus per quodlibet peccatum esse maculam in nobis, quę est deturpatio imaginis Dei in nobis. In secundo sensu redarguũtur de eodem: sed alio modo, s. ꝙ volebãt peccatis ve-teribus alia peccata superaddere. & ad hoc cõmemorantur pęnę, s. ꝙ peccauerunt in Beelphegor, & macula illius sceleris, idest pœna infligenda pro illo scelere adhuc manet vsque hodie in pręsenti, s. quòd nondum tota expressa est, sed aliquid manet infligẽdum: debuissetis ergo timere, ne maior pęna infligeretur ꝑ ista iteratione, & istud satis stat, quia licet Deus inflixerit plagam pro sacrilegio Phegor, tamen poterat adhuc manere aliquid expendendum de pęna: sic fuit in peccato adorationis vituli: nam Moyses occidit pro hoc scelere omnes quos pollutos vitio inuenerat, s. vigintitria millia virorum, vt patet Exo. 32. tamẽ post hoc Deus dixit: Ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum. Primus tamen sensus magis adaptatur literæ, quia nominauit maculã, quod magis ad vitium pertinet, quàm ad pęnam. Etiam quia dixit ꝙ permanebat in duabus tribubus & dimidia. Si tamẽ intelligeretur pro pœna, non solum maneret infligẽda duabus tribubus, & dimidiæ, sed etiã alijs quia omnes peccauerant. *Et multi de populo corruerunt.* Idest, & propter transgressionem factam adorando Beelphegor multi mortui sunt de Israelitis, quia iussit Deus suspendi peccatores in patibulis cõtra solem, & facta est plaga domini super populum, perieruntq; vigintiquatuor millia, vt patet Num. 25. c. ita, supple, pro isto scelere debueratis timere, ꝙ multi perirent. *Et vos hodie reliquistis dominum.* Hic arguunt legati, alio modo cõtra duas tribus & dimidiam, s. ꝙ non debuissent hoc facere, quia scire poterãt, ꝙ ex peccato eorum sequeretur magna plaga in toto populo, non solum in ipsis q peccauerant, sed etiam in omnibus alijs, qui non peccauerant: sic enim Deus interdum facit. Inducunt ad hoc exemplum de Achan, qui in anathemate Iericho solus peccauit, tamen nõ solus perijt, quia orta est ira domini contra populum, & multi perierunt. Debuissent ergo isti saltem propter malum, quod adueniret toti populo ex peccato ipsorum cessare. Etiam ex hoc poterant contra eos cęteræ tribus, tanquam cõtra hostes pugnare, non solum quia Deum offendebãt pro quo tenebantur zelare, sed etiam quia ex actione eorũ sequebatur totius populi dura calamitas. Et dr. *Vos hodie reliquistis dominum.* i. nunc, vel in pręsenti faciendo altare sacrilegum contra interdictum ipsius. *Et cras in vniuerso Israel ira eius desæuiet.* i. immediate, vel in breui veniet ira Dei super totum populum, s. Deus non multum tardabit reddere vltionẽ pro hoc scelere. Et hoc in vniuerso Israel, idest non solum vos puniemini pro scelere vestro, quia hoc tolerabilius erat, sed totus Israel, qui innoxius est ab hoc crimine punietur. Quare autem Deus interdum puniat communitates pro peccatis aliquorum singularium, qñ punire negligunt nõ est difficultas. Sed qũo communitas interdum puniatur pro peccato occulto aliquorum, quod punire ipsa non potest, nec prohibere potuit ne fieret, ita vt penitus ex hac parte ĩnoxia sit, vr̃ esse difficultas, & sic erat hic, quia quando duę tribus, & dimidia construebant altare, res hęc latebat Israelitas, quia ignorauerũt quousque factum est: tñ timebant, ꝙ ẽt ira Dei super eos veniret. Quare autem hoc interdum fiat, declaratum fuit late supra 7. cap. vbi dicebatur quomodo punitus est totus Israel pro peccato Achan, quod occultum erat.

Iussit Deus peccatores in patibulis cõtra solem suspendi.

Ira eius desæuiet. Ira non est in Deo aliquis motus, qui sit appetitus vindictę, quia in Deo nullus motus est, sed ista ad eum largè referimus applicantes ei passiones nostras. Vocatur aũt ira Dei, i. vltio, vel pęna inflicta nobis ab eo pro sceleribus: actus namq; iratorũ est pęnas infligere, quia vindicta ĩ pęnis exigitur, & qã cum quis nobis malum infligit eũ nobis iratũ scimus, Deum quoq; nobis mala meritis pœnas infligentem iratum

In Deo nõ est motus.

iratum large appellamus: deſæuire iram eſt, quando ira fortis eſt, & graues pęnæ in vindictam exiguntur, & quia timebant duras pęnalitates pro tanto facinore infligendas dicebant iram eius deſęuire. Sic dixit Moyſes ad Aaron, quando Deus miſit magnum incẽdium ſuper populum, & combuſſit quatuordecim millia virorum, ſ. iam egreſſa eſt ira a domino, & ira deſęuit, vt patet Num. 16. cap. *Quod ſi putatis immundam eſſe terram poſſeſſionis veſtræ tranſite ad terram, in qua eſt tabernaculum domini.* Hic tollunt legati Iſraelitarum duabus tribubus & dimidiæ locum reſpondendi. Poterāt enim dicere duæ tribus & dimidia, quòd fecerant altare iſtud ad immolandum victimas, quia putabāt terram ſuam eſſe immundam ad habitandum, & ad hoc reſpõdent, quòd nolint peccare ob hoc, ſed magis trāſeāt in terram nouem tribuum & dimidiæ, in qua erat tabernaculum, quam non iudicarēt eſſe immundam.

Iſta litera in ſuperficie non videtur agere ad propoſitum, ſed eſt reducenda ſic, ſ. duæ tribus, & dimidia, ꝯſtruxerant altare apud Iordanem ex parte Occidentali in terra Chanaan, vt patet ſupra, & dicere poterant, quòd ipſi volebant colere Deum offerendo victimas, quia tamen erat eis longinquum de terra ſua ire in vrbem Silo, in qua erat tabernaculum domini ad immolandum, voluerunt conſtruere altare in terra ſua, quia tamen putauerunt eam eſſe immundam ad conſtruẽdum ibi altare domini, cõſtruxerunt illud ex parte Iordanis in terra Chanaan, quæ nõ pertinebat ad eos. Ne tamen longe eſſet ab eis conſtruxerunt illud in extremitate terræ Chanaan, quæ erat coniuncta terrę ſuæ: & iſta erat rationabilis multumque veriſimilis ęſtimatio nouem tribuum, & dimidiæ, quę nõ nouerant cauſam, quare duæ tribus, & dimidia conſtruxerāt altare. Et ad hoc applicatur valde remedium, quod dederūt legati, ſ. trāſite ad terram, in qua eſt tabernaculum domini, quaſi dicat, ibi eritis prope Sanctuarium, & non erit vobis graue illuc quoties volueritis ad hoſtias offerendas, nec oportebit, vt conſtruatis altare in terra veſtra, quam immundam ęſtimatis, nec in extremitate terrę veſtræ, vt ſit vobis propinquum, quia iam eritis propinqui Sanctuario domini habitātes inter nos. Putare autem terram eſſe immundam non erat reſpectu habitationis, ſ. vt eam ad habitandum dicerent immundā, ſed reſpectu cultus diuini, ſ. quia exiſtimarent, quòd non erat munda ad hoc, quòd cõſtrueretur ibi altare domini. & iſtud ſuperſtitioſum eſt, quia nullatenus magis erat terra Chanaan munda ad cultum Dei quàm illa: in vtraque enim dij gentium colebantur principio, vitia quoque & horrendæ turpitudines in ea facta fuerant, vt patet Leui. 18. vbi computatis multis illicitis libidinibus, ſubditur: omnes enim execrationes iſtas fecerunt accolæ terrę, qui fuerūt ante vos, & polluerunt eam. Sed quidam ſuperſtitioſi ſunt, qui putant loca quædam eſſe conuenientia ad colendum Deum, & alia non: ſic patet de Balaam ariolo, & Balac rege Moabitarum, qui inquirebant diuerſa loca ad cõſtruendum aras, & maledicẽdum inde Iſraelitis, vt patet Num. 23. c. gentiles quoque crediderunt quædam loca habere aliquid numinis, & quadā religione pollere. Vnde ibi a natura loci permoti, tanquam pro maxima veneratione Deum colebant: in viſceribus terrę in obſcuris, & tacitis terrę latibulis, vbi omnia tacita erant ipſam taciturnitatem, & obſcuritatem colebant Deum magnum, & primum omnium Demogorgõ appellantes: ſic quoque Seneca ait capita fontium veneramur. Et quamquā iſta ſuperſtitio nulla foret, volebant nouem tribus, & dimidia ſatisfacere intentioni duarum tribuum, & dimidię transferendo ipſas ad terram Sanctuarij, vt ibi habitarent nę diſcederent a cultu Dei.

F Quidam Hebræi dicunt intelligi iſtam immunditiam terræ ex abſentia Sanctuarij, ſ. quòd Sanctuariū, vel altare domini ſanctificat locū, in quo eſt: terra autem, in qua non eſt ex abſentia illius immunda eſt, & quia in terra duarum tribuum & dimidiæ, non erat Sāctuarium domini, poterāt ipſę ęſtimare terram illam immundam. Huic concordat ſatis id, quod ſubiungūt legati, ſ. trāſite in terram, in qua eſt tabernaculum domini, ſ. illa non eſt immunda, quia gloria Domini habitans in ea ſanctificat illam, ideo tranſite ad habitandum in illa.

Sed non applicatur ad propoſitum quantum ad id, quod fecerant duæ tribus, & dimidia conſtruendo altare, ſed magis ad contrarium: ſi enim conſtruxiſſent
G duæ tribus, & dimidia altare ī terra ſua, poterat adhuc ſtare ratio, ſ. quòd duæ tribus, & dimidia crederent terram ſuam eſſe immundam, quia non erat ibi gloria Domini in ſanctuario, vel in altari aliquo, in quo ſacrificia fierent, & ob hoc conſtruxerūt altare ne eſſet immunda. Sed non ſtat, quia non conſtruxerunt altare in terra ſua, ſed in terra nouem tribuum, & dimidiæ, ſ. ex parte Occidentali Iordanis: ideo redeūdum eſt ad primam expoſitionem, quòd tota applicatur literę.

Quod ſi putatis immundam eſſe terram. Ideſt quamquam terra poſſeſſionis veſtrę non ſit immunda, quia nullā habet immunditiam, ex qua iudicetur infecta, ſi tamē vos iudicatis eam eſſe immundam, tranſite ad terram habitationis noſtrę, in qua eſt Sanctuarium.

H *Terram poſſeſſionis veſtræ.* Ideſt terram, quæ fuit duorum regum Amorrhæorum, quę vobis data eſt in poſſeſſionem, vt patet Numeri 32. & Deuteronom. 3. & ſupra 13. cap.

Tranſite ad terram, in qua tabernaculum domini eſt. Ideſt ad aliquam partem terræ Chanaā, in qua ſunt nouem tribus, & dimidia, & in qua eſt tabernaculum domini, & hoc, ſ. vt ſitis propinquiores Sanctuario domini, & poſſitis quandocunque volueritis hoſtias offerre, nec videatur vobis aliqua occaſio ad conſtruendum altare domino.

Et habitate in ea inter nos. Ideſt accipietis locum habitandi in terra noſtra inter nos, & aliqui de nobis accipient terram veſtram ad habitandum: non eſt enim
I intelligendum, ꝙ Iſraelitę dicerent, quòd duæ tribus, & dimidia venirent ad habitandum in terra Chanaā, in qua ipſi habitabant, & inter eos manerent, & terra duarum tribuum maneret ſine habitatore, quia hoc erat irrationabile. Tum quia duę tribus, & dimidia nõ caperentur in terra Chanaan, quæ capta erat cum nouem tribubus, & dimidia: tum quia valde erat irrationabile, quòd terra, quę ex magno Dei beneficio accepta fuerat de manu hoſtium permitteretur nunc ſine habitatore: tum quia ſtultum erat terram, tam fertilē dimitti ſine incolatu: erat enim paſcualis nimis potiſſimè in terra Galaad, & ob hoc duę tribus, & dimidia petiuerunt eam a Moyſe Num. 32. ſed intelligebatur,
K quòd aliquæ de nouem tribubus, & dimidia tranſirēt ad habitandum ad terram illam, & dimitterent ſortes ſuas in terra Chanaan, in quibus morari poſſent duæ tribus, & dimidia: iſtam enim mutationem non cogebantur facere Iſraelitæ, quia ſortes aſſignatæ fuerant, iam ſingulis tribubus ex diuina auctoritate, ſ. duabus tribubus, & dimidię dederat Moyſes poſſeſſionem, vt patet Num. 32. & Deuteronom. 3. & ſupra 13. nouem autem tribubus & dimidiæ Ioſue dederat poſſeſſionē vt patet a principio 15. c. vſque ad 20. ſupra. & ſingulæ harum tribuum habebant ſolidum ius in portionibus ſuis. Poterat tamē quælibet tribus in fauorem alterius renunciare iuri, quod habebat in ſorte ſua, dum tamē haberet aliam ſortem, & hoc potiſſime cum hoc agerent in fauorem cultus diuini, ſ. ne declinarēt duę tribus,

bus,& dimidia a Deo Israel faciẽdo altare contra pręceptum illius. *Tantum vt a Deo, & a nostro consortio non recedatis.* Tantum est hic coniunctio,siue dictio exclusiua:& est sensus:solum petimus a vobis,vt non recedatis a cultu Dei,nec a consortio nostro, & quæcunque volueritis faciemus,siue dando vobis locum habitandi in terra nostra,siue quodcunque aliud. Recedebant enim duæ tribus,& dimidia a Deo faciendo altare, qa Deus iusserat solum fieri sibi altare in Sanctuario, & ibi immolari victimas:isti autem construxerũt extra: recedebant autem a consortio Israelitarum, & hoc multipliciter.vno modo in cultu Dei,s.quòd non colerent Deum simul venientes ad idem Sanctuarium, & pro omnibus simul offerendo hostias:si autem immolare vellent in altari, quod construxerant,nunquã amplius irent in locum Sanctuarii ad immolandum domino.

Aliter potest intelligi,s.non recedatis a cõsortio nostro,idest ab vnitate populi,s. nunc sumus vnus populus,quia habemus vnitatem legum,si autem vos incipitis colere Deum ĩ altari,quod fabricastis viuetis sub alijs legibus,non obediendo legibus Moysi, ideo non poterimus esse vnus populus: ad vnitatẽ enim populi requiritur vnitas legum & principatus, iuxta Aristot. 3.Politic.

Aliter potest etiam intelligi non recedatis a cõsortio nostro,idest, non efficiamini hostes nostri in constructo altari perseuerando. Nam si ibi vellent immolare,recedebãt a lege Moysi, & essent suspecti de idolatria, pro quo quasi contra idolatras erat procedendum contra eos,s.vt totus Israel contra eos cõueniret in pugnam,& deleret illos de terra, & omnia quæ ipsorum erant occidendo,& cremando,vt patet Deute. 13.cap.& istud iam incipiebant facere Israelitæ, s.quia cum audierunt certum esse,quòd fuisset altare cõstructum conuenerunt omnes in Silo,vt irent ad dimicãdum contra omnes filios duarum tribuũ,& dimidiæ. Omnes istæ expositiones conuenientes sunt literę.

Aedificato altari. Idest permanendo in altari ædificato:non erat enim iam reparabile, quòd altare nõ fuisset ędificatum,quia impossibile est preterita non pretérijsse,vt patet 6.Ethicorum. quia iuxta Agathonem Philosophum:hoc solo priuatur Deus, quòd non potest facere ingenita,quæ sunt iam facta.Ideo non precabantur oratores, quòd non esset altare ędificatum, vel quòd non ędificarent illud, quia iam ędificatum erat,sed orabant ne permanerent in hac intentione,s. vt crederent sibi licitum esse immolare in altari illo.

Præter altare domini Dei vestri. Quasi dicat, nefas est aliud altare construi ad immolandum præter altare Dei vestri,quia ipse iussit ne esset aliquod alterum altare,& qui in alio quocunq; immolaret esset reus sanguinis quasi hominem occidisset, vt patet Leui.17.ca.

In Sãctuario domini erãt duo altaria.

Considerandum,quòd in Sanctuario domini erãt duo altaria,s.altare holocaustorũ,&altare thymiamatis. Primum erat de lignis Sethim opertum laminis ęneis intus vsque ad aliquam partem, & extra totaliter:eratque cubitorum quinque in latitudine, & totidem in lõgitudine. Super istud semper erat ignis qui nunquam extinguebatur,sed sacerdotes fouebant illum apponẽtes ligna per singulos dies, vt patet Leui. 6.In hoc autem cremabantur omnia sacrificia filiorũ Israel,nec licebat in alio quocunque altari immolari, vel cremari sacrificia: erat autem istud altare in atrio tabernaculi ante ostium tabernaculi,vt patet Exo.27. & 29.cap.

Secundum altare vocabatur altare thymiamatis. istud erat de lignis Sethim,& opertum totum tam in parietibus quam in superficie laminis aureis: eratque lõgitudo eius cubiti vnius,& latitudo cubiti alterius,

A & altitudo cubitorum duorum.de hoc Exodi 30.hoc autem erat intra tabernaculum apud sancta Sãctorũ. in hoc enim nũquam fiebat aliquod sacrificium, sed omnia in altari holocaustorum. solum autem cremabatur thymiama in hoc, idest incẽsum compositum bis in die, in aurora,s.& vespere, & ob hoc altare thymiamatis appellabatur. Hæc omnia patent Exodi 30. ob hoc quandocunque absolute appellatur altare in scriptura intelligitur solum de altari holocaustorũ, quia altare importat aliquid pertinens ad sacrificia,& quia vnicum erat in quo fierent sacrificia vocatur altare in singulari nihil distinguẽdo:quasi nullum aliud esset. De hoc altari Deus iusserat,quòd esset vnicum, s. quòd nullus constitueret altare ad immolandum, B & cremãdum victimas præter illud,quod erat in Sanctuario,& in hoc peccauisse videbantur duæ tribus,& dimidia.

Quare duæ tribus, & dimidia construebant altare in terra Chanaan, & non in terra sua. Quæst. XII.

QVAERET aliquis circa supra posita, quia dicebatur, quòd construxerunt duę tribus, & dimidia altare in terra Chanaan, quare ibi illud cõstruebant, quia videbatur rationabilius,quòd construerent illud in terra sua,& ibi esset signũ filijs suis, quòd ad eos pertinebat ius immolandi victimas.

Respondetur, quòd non conueniebat altare istud C ędificari ad partem Orientalem Iordanis in terra duarum tribuum,& dimidiæ, sed in terra Chanaan, quia ipsi volebant signare per hoc altare, quòd habebant ius faciendi sacrificia, & pertinebant ad Deum Israel: erat namque Iordanis fluuius diuidens inter terram duarum tribuum & dimidiæ, & terrã nouem tribuũ, & dimidiæ,quæ est terra Chanaan: Sanctuarium autẽ in terra Chanaan erat, ideo post longinqua tempora cum non esset memoria de factis pręteritis, filij nouẽ tribuum, & dimidię, qui erant in terra Chanaan existimarent filios duarum tribuum, & dimidię, esse tanquam quandam gentem distinctam ab eis,& non pertinentem ad vnitatem populi Dei, & cum irent D ad sacrificandum in Sanctuarium dicerent eis Israelitę,quod non pertinebat ad eos sacrificia facere, nec reciperentur, quia erant alienigenæ, addentes quòd non erat eis pars in Deo Israel,idest, quòd non habebant aliquid in Deo Israel,s.quòd non erat Deus specialis eorum,sicut Israelitarum:si autem fecissent duę tribus, & dimidia altare in terra sua non proficeret ad tollendum ista obiecta,quia ex hoc non probabatur, quòd communicabant in aliquo cum Israelitis quantum ad ius faciendi sacrificia, sed magis signaretur ẽ contrario,quòd ipsi erant tanquam quidam populus distinctus ab Israelitis, & haberent inter se altare, in quo immolarent in terra sua,nec pertinerent ad iden E titatem populi Israelitici,s.quòd non irent ad faciẽdũ sacrificia in Sanctuarium.Cum autem maneret factũ altare duarum tribuum,& dimidiæ in terra Chanaan, in qua erat Sanctuarium domini,signabatur, quòd ad eos pertinebat Deus Israel,& ius faciẽdi sacrificia, qđ signatur per altare. Et hoc,quia erat altare illud in terra,in qua erat Sãctuarium domini, & innuebatur eos pertinere ad Deum Israel, quia alias non permisissent Israelitæ illis,quòd construerent altare in terra sua.vnde credebant duæ tribus, & dimidia esse sufficiens testimonium in altari illo ad probandum,quòd ipsi pertinerent ad Deum Israel, vt patet infra ex verbis eorum.

Item fuit necesse ponere altare in terra Chanaan, quia Israelitæ de nouem tribubus, & dimidia dicturi

erant:

erant: Terminum posuit Deus inter nos, & vos Iordanem fluuium. Si autem altare fuisset constructum in terra duarum tribuum, & dimidiæ, staret obiectio illa, quia nihil haberent ex parte Iordanis occidentali: cum vero haberent altare in terra Chanaan ex parte occidentali Iordanis, & terram suam a parte Orientali eiusdem, non poterant dicere Israelitæ de nouem tribubus, & dimidia: terminũ posuit Deus inter nos, & vos filij Ruben, & Gad Iordanem fluuium. Ad probandum ergo, quod intendebãt necesse fuit, vt ponerent illud ex parte terræ Chanaan.

Et si obijcias, quòd cũ istud altare esset in terra nouem tribuum, & dimidiæ non videretur pertinere ad duas tribus, & dimidiam, nec perhiberet aliquod testimonium.

Respondendum est, quòd Rubenitæ, & Gaditę fabricarent in isto altari aliqua signa, per quæ pateret pertinere ad illos, & scriberent ibi indelebiliter causam huius altaris fabricati, ita vt omnes posterorum generationes cognoscerent ad quid fuisset constructum altare, & quamquam in terra sua duæ tribus, & dimidia istud facerent, non pateret probatio, quia nouem tribus, & dimidia non assentirent huic probationi, cũ possent ipsi in terra sua fabricare quidquid vellent: si autem esset in terra Chanaan erat sufficiens probatio, quia nõ est verisimile, quòd permisissent Israelitę fabricari illud, nisi sic fuisset, vel si clandestine fuisset fabricatum ipsi illud delerent.

Peccatum vnius põt nocere cõmunitati.

Nomne Achor filius Zare. Hic inducunt legati nouem tribuum, & dimidię exemplum, quòd peccatũ vnius potest nocere communitati, s. quòd peccatũ Achor nocuit toti Israel, quamquam vnus solum fuit in scelere; a fortiori cum duæ tribus, & dimidia peccarent, puniret Deus totum Israel: & ob hoc valde cauendũ fuisset istud scelus. Inducitur de Achor, qui peccauit in anathemate Iericho furans regulam auream, & pallium coccineum: nam propter ipsum 36. viri mortui sunt de Israel cum pugnare vellent cõtra vrbem Hai, vt patet supra 7. c. Vocatur iste Achor: tamen nomen suum est Achan, vt patet pręal. cap. & ibi declaratum est. Vocatur filius Zare, nõ quòd fuerit filius Zare immediatus, sed quòd erat de familia Zare. nã Zare erat filius Iudę, & in Aegypto mortuus est: erat autem Achor de familia Zare: sunt enim quinque familiæ in tribu Iudæ, tres de filijs eius, & duæ de Nepotibus, vt patet Nume. 36. cap. quarum vna est familia Zare. De hac fuit Achor, quòd patet supra 7. cũ dicitur, quòd applicitis omnibus tribubus inuenta est tribus Iudæ, qua applicita per familias suas deprehensa fuit familia Zare deinde domus Zabdi, & vltimo vsque ad virũ Achor. *Præterijt mandatum domini*. Scilicet accipiendo de anathemate Iericho. Iosue tamen ex parte Dei iusserat, ne quis caperet quippiam de rebus Iericho, vt patet supra 6. cap.

Et super omnem populum Israel ira eius incubuit. Idest q̃quam vnus fuit solum peccans: tamen Deus non fuit iratus ei solum, sed toti populo. Sed dicetur contra, quòd nõ fuerit iratus, nisi paucis: fecit enim quod perirent 36. viri de Israel, quos occiderunt viri vrbis Hai, vt patet supra 7.

Respondendum est, quòd toti populo iratus erat, quia quamquam Deus non deleuit totum populum, tamen toti populo iratus erat: nam si non fuisset offensa Dei vindicata, totum populum traderet in manus hostium. Nam licet non perierint omnes, qui iuerunt ad bellum manibus virorum Hai: tamen omnes fugerunt a facie illorum: hoc autem erat pęnale Iudæis, & proueniebat super eos ex ira Dei: sic patet supra 7. s. Non poterit Israel stare ante hostes suos eosq; fugiet, quia pollutus est anathemate; nõ ero vltra vo-

F biscum donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est. *Et ille erat vnus homo*. Quasi dicat si ille erat vnus homo, & propter peccatum eius ira Dei incubuit super totum Israel, quãto magis pro scelere vestro, qui estis duę tribus, & dimidia incumbet ira Dei super totum Israel? Grauiter ergo offendistis Deum, & proximos vestros, s. nouem tribus, & dimidiam, quia propter vos veniet ira Dei super eos.

Atque vtinam solus perijsset in scelere suo. Idest vtinam nullus perijsset propter scelus illud præter ipsum, sed perierunt. 36. viri qui occubuerunt gladio virorũ Hai, vt patet supra 7. & alij plurimi perituri erant, nisi scelus eius fuisset punitum. Etiam perierunt cum ipso omnes, qui erant de stirpe sua, scilicet filij, & filię, vt patet præalleg. cap. nam Deus iussit illos comburi.

G

Responderunt filij Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse principibus legationis Israel: Fortissimus Dominus Deus, ipse nouit, & Israel simul intelliget: si præuaricationis animo, hoc altare construximus, non custodiat nos, sed puniat nos in præsenti: & si ea mente fecimus, vt holocausta, & sacrificium, & pacificas victimas super eo imponeremus, ipse quærat, & iudicet: & non ea magis cogitatione atq; tractatu, vt diceremus: cras dicent filij vestri filijs nostris: quid vobis, & Domino Deo Israel? Terminum posuit Dominus inter nos, & vos, o filij Ruben, & filij Gad, Iordanem fluuium, & idcirco partem non habetis in Domino. Et per hanc occasionem auertẽt filij vestri filios nostros a timore Domini. Putauimus itaque melius, & diximus: extruamus nobis altare, non in holocausta neque ad victimas offerẽdas, sed in testimonium inter nos, & vos, & sobolem nostram, vestramque progeniem, vt seruiamus Domino, & iuris nostri sit offerre, & holocausta, & victimas, & pacificas hostias, & nequaquam dicant cras filij vestri filijs nostris: non est vobis pars in Domino. Quod si voluerint dicere, respondebunt eis: ecce altare Domini, quod fecerunt patres nostri, non in holocausta, neque in sacrificium, sed in testimonium nostrum, ac vestrum. Absit a nobis hoc scelus, vt recedamus a Domino, & eius vestigia relinquamus extructo altari ad holocausta, & sacrificia, & victimas offerendas, præter altare Domini Dei nostri, quod extructum est ante tabernaculum eius.

H

I

K

Responderunt. Hic ponitur tertium, s. clara veritas. A principio enim cum nouem tribus, & dimidia nondum cognouissent motiuum duarum tribuum, & dimidię ad cõstruendum altare, putauerunt esse idolatriam, & recessum a mãdatis Dei, quia nesciebãt quomodo in bonam partem interpretarentur, postea vero ex

ro ex verbis duarum tribuum, & dimidiæ veritatem cognouerunt. *Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse.* Non responderunt omnes de tribu, sed aliqui principes assignati ad respondẽdum nomine omnium: nec tamen fuerunt isti multi, s. vt de tribu Ruben vnus responderet, & de tribu Gad alius, & reliquus de dimidia tribu Manasse, quia cum congregatę essent istę tribus, quando legati nouem tribuum, & dimidię proposuerunt hęc, non poterat respõdere, nisi vnus: quia tamen ille de consensu, & auctoritate duarum tribuum, & dimidiæ locutus est, dicebantur istæ tribus respondere. *Principibus legationis Israel.* Idest principibus, qui portabant legationem Israel, s. Eleazaro sacerdoti, & decem principibus reliquis, qui cum eo venerant, vt patet supra. *Fortissimus dominus Deus ipse nouit.* Volebant se excusare duæ tribus, & dimidia de crimine idolatriæ, vel præuaricationis a lege, quod opponebant eis nouem tribus, & dimidia: & quia non poterant hoc manifestare per exteriora, cum bonitas, vel malitia huius actus dependeat ex solo fine, ad quem faciebant: inuocãt in testem eum, qui vere cognoscit intima cordis, s. Deum: ipse enim scrutatur renes, & corda, vt patet Psal. 7. & dicunt, quòd Deus nouit, ꝙ ipsi non construxerunt hoc altare animo preuaricãdi a lege, & immolandi holocausta, sed vt esset in signũ, vt infra patet. Ponuntur autem hic tria nomina pro Deo, vnum tanquam substantiale, & duo tanquam attributa, s. fortissimus dominus, & Deus: ponitur fortissimus, quod non importat in Deo virtutem fortitudinis, vt nos accipimus, quia fortitudo est medietas circa timores, & audacias, s. secũdum quam timemus, quod timendum est, & confidimus in quibus est confidendum. Deus autem nihil timet, ideo nõ potest ibi esse fortitudo, sed accipitur fortitudo pro potẽtia, vel potestate ad agendum, ita vt nihil ei resistere queat, & hoc modo dicimus vulgariter de hominibus robustis, quòd sunt fortes: tamen non signamus ibi aliquẽ habitum moralẽ, & hoc modo Deus est fortissimus, quia quidquid vult potest: & nihil est, quod ei resistere queat. Tunc considerandũ est, ꝙ Deo conueniunt multa nomina attributalia signãtia perfectiones multas in Deo, & possumus de eo ista prædicare semper. scriptura tamen obseruat, vt ponat talia attributa Dei, quæ conueniant materię, de qua agitur: vtpote si petamus, quòd ignoscat delictis nostris, non debemus vocare eum sapientem, vel potentem, sed clemẽtissimum, & si dicamus, quòd Deus expectat peccatores ad pęnitentiam, non vocabimus eum fortem, vel sapientem, sed longanimem, & patientem, & præstabilem super iniquitate: sicut vocauit Ionas 4. cap. & sic de singulis materijs, ĩ quibus de Deo loquamur, attribuemus Deo propria attributa: sicut cum rhetoricè loquimur, inquirimus singularum rerum propria cõnotata. Hoc modo etiam Deus ipse loquens nobis de seipso prædicat attributa, quæ conueniant materię illi, in qua loquitur. sic patet Gen. 46. cum promitteret Iacob descendenti de Aegypto, quòd reduceret inde posteritatem suam, cum diuitijs multis, quod erat magnę potentiæ: non vocauit se misericordem, vel longanimem, sed fortem, idest potentem nimis, vt patet ibidem, cum dicitur: ait illi Deus ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere descẽdere in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te, quasi dicat, quia ego sum Deus fortissimus, potero tuam posteritatem reducere de Aegypto, & multiplicare te ibi in gentẽ magnam: hoc modo accipiendo potest applicari ad propositum istorum, s. Deus est fortissimus, s. potens inferre pęnas, ipse enim nouit, quòd non offendimus in hoc, & si offendimus, quia est fortissimus poterit pęnas infligere: aliquando ponit scriptura fortissimũ,

Deus renes, & corda scrutat.

De attributis diuinis.

Nihil Deo est occultum.

A idest potentissimum non quidem ad agẽdum, sed ad intelligẽdum, s. quòd Deus est efficacissimus in intelligendo, quia nihil eum latere potest: & quamquam ista acceptio non sit, ita proprie: tamen ista magis cõuenit hic, s. Deus, qui est potentissimus intelligendo; quia nihil ei absconditum manet, intelligit quòd nõ præuaricati sumus in mente nostra: & isto modo accipitur Numeri 16. cum dicitur: Fortissime Deus spirituum vniuersę carnis num vno peccãte contra omnes ira tua desęuiet? in quo Moyses inducebat, quòd cum Deus cognosceret corda hominum, & ipse sciebat, quòd vnus peccauerat, non erat iustũ, quòd omnes puniret, quia hoc pertinet ad eos, qui non cognoscunt abscondita cordis: & peccante vno putant alios
B peccasse: vnde vocat Deum fortissimum spirituum vniuersę carnis, idest efficacissimum cognitorem spirituum, qui sunt in carne, s. spirituum humanorum. Vocatur hic dominus, quia vniuersaliter ipse omnibus iure dominatur, & ob hoc super omnes potestatem puniendi habet: Deus autem secundum substantiam appellatur.

Sciendum, quòd in Hebræo ponuntur hic tria nomina Dei, s. El, Elohim, Adonai: ista tamen non sunt propria nomina Dei, sed attributalia, sicut istud nomen dominus, vel sapiens, aut Clemens in Latino: & hoc quia multoties dicuntur de hominibus. Omnes enim homines, qui domini sunt vocantur in Hebræo Adonai, & in plurali Adonin, vt patet Isa. 19. vbi dicit litera nostra ponam, vel tradam Aegyptum in manũ
C dominorum crudelium. Dicitur in Hebręo Adonin Caseth. Eodem modo Elohim conuenit interdum hominibus: cum autem quodlibet istorum per se ponitur litera nostra transfert Deum loco illius: cum autem ponuntur multa simul, vt hic ponit loco eorum quædam attributa, & loco vnius nomen Dei signans substantiam, & maxime loco huius nominis El, & Elohim ponuntur attributa: nec tamen semper vnum, sed aliquando vnum, aliquando alia. Quod patet hic, quia El, & Elohim idem signant cum vnum sit singulare, & aliud plurale, tamẽ loco primi posuit litera fortissimum, & loco secundi posuit dominum, aliquando autem ponũtur ambo pro domino: sic patet Exo.
D 34. vbi litera Hebraica El Elohim, Adonai, & litera nostra dicit, dominator domine Deus, El tamen in Hebræo omnia hęc signat, & accipitur quoque interdum pro ariete, vt patet Psal. 27. vbi litera nostra dicit: Afferte domino filij Dei, afferte domino filios arietũ, litera Hebraica ponit, Helin. Sciendum vlterius, ꝙ litera Hebraica duplicat hic ista nomina Dei, s. ponens bis El, Elohim Adonai. litera autem nostra solum semel posuit, quia putauit illud esse ex superabũdantia, quia modus loquendi Hebraicus interdum decurtatus est, interdum vero nimis superabundat in verbis, si autem poneretur hic ista duplicatio importando aliquid, sicut aliquando importat aliquod mysterium tri
E nitatis litera nostra diligenter scripsisset. *Et Israel simul intelligit.* Idest non solum Deus cognoscit hoc per certitudinẽ, s. ꝙ non aĩo præuaricandi altare istud construximus, sed etiam Israelitę possunt hoc intelligere ex rationabilibus coniecturis, s. qñ audierint intentionem nr̃am intelligent, ꝙ præuaricari noluerimus. *Si præuaricationis animo altare confirmauimus.* Idest cõstruximus. Dr̃ animus pręuaricandi, idest aĩus deuiandi a lege. Præuaricari. n. proprie aliquis dr̃, qñ ab eo, quod pepigerat, recedit: & sic dicitur 4. Reg. 1. præuaricatus est Moab in Israel, idest recessit a pacto, quod posuerat cum Israel, s. ꝙ debebat quolibet anno dare certũ tributum, & dare noluit: sic erat de duabus tribubus, & dimidia, si recederent a lege Dei, quia ipsę promiserant obseruare legem, & posuerant maledictiones

Dei nomina varia.

Quid præuaricari sit.

super

super infringentes, & benedictiones super obseruantes, vt patet Deut. 27. c. præuaricarentur ergo cum recederent. Poterant aũt dupliciter Israelitæ præuaricari legem construendo altare. Vno modo si fabricarẽt altare ad colẽdum idola, quia non poterat esse maior trãsgressio, cum nullum sit vitium ita directe ꝯ Deũ. Secundo modo recederent si non fabricarent altare ad colendum idola, sed ad colendum verum Deum extra Sanctuarium: iusserat. n. Deus, ꝙ in nullo alio altari fierent victimæ preterquam ad ostiũ tabernaculi: & siquis exterius immolasset esset reus sanguinis, quasi hominem occidisset, vt patet Leui. 17. c. *Non custodiat nos.* Scilicet a malis, quę euenire possunt. imprecantur super se malum. Et hoc quamquam non sit simpliciter licitum, tñ ad certificandum, vt alij maiorem fidem pręberant aliqñ licet, & sic faciebãt istę duę tribus, & dimidia: nam legati Israelitarum non crederent simplicibus verbis ipsorum, ideo necesse erat, vt haberent aliquem modum contestandi efficacius, & iste apud communes est imprecatio malorum super seipsum: sic loquitur Dauid Psal. 7. s. si feci istud, si iniquitas in manibus meis, decidã ab inimicis meis inanis: persequatur inimicus animam, comprehendat, & conculcet. Quamquam aliqui hoc legunt non imprecando, sed prædicẽdo: litera tamẽ non consentit. *Sed puniat in præsenti.* Scilicet inferat nobis pęnas, & hoc in pręsenti, idest non expectet nos pro hoc ad aliquam pęnitentiam, sed in præsenti, idest immediate puniat.

Licet aliqñ imprecari sup se mala ad certificandum.

Si ea mente fecimus. Idest fecimus ad hunc finem, vel ex hac intentione. *Vt holocausta, & sacrificium.* Duplex erat pręuaricatio populi in hoc altari, s. vt idola ibi colerentur; vel vt Deo ibi extra Sanctuarium exhiberetur cultus sacrificiorum. De prima præuaricatione non curant se excusare duę tribus, & dimidia, quia illa erat atrocior, & non erat, ita præsumendum, ꝙ ad illam declinassent, sicut ad aliam, quę facilior erat. Qđ autem vellent altare habere apud terram suam ad faciendũ ibi Deo sacrificia ne laborarent eundo ad Sanctuarium in vrbem Silo satis erat verisimile: ideo hãc conati sunt elidere præsumptionem. *Holocausta sacrificium, & victimas super eo imponeremus.* Idest in eo, ꝓprius vsus altaris est, vt in eo victimæ immolentur, & crementur: & si ad hunc finem voluissent duæ tribus, & dimidia altare pręuaricabant, quia Deus iubebat non fieri sacrificia extra altare, quod erat ad ostium tabernaculi: ideo dicunt, ꝙ nolebant in altari illo imponere sacrificia, & ponuntur hic tria nomina, s. sacrificiũ, holocaustum, & pacifica hostia: hoc autem, quia triplex est genus sacrificiorum, s. quædam vocantur holocausta, s. quæ totaliter cremantur præter pellem, & cornua, sed cetera, s. carnes ossa intestina caput, & pedes exuruntur. De ritu huius patet Leui. 1. Secũdum sacrificium vocatur pacificum, quia pro pace est, idest pro pace obtenta, vel obtinenda, s. homines volunt interdum aliquid a Deo petere, & quia illud consequi non possunt, nisi Deus eis placatus fuerit (quod est habere pacem cum illis) faciunt sacrificium, vt Deus sit eis placatus, & rem illam tribuat: tunc vocatur sacrificium illud pacificum, vel hostia pacifica. aliqñ homines aliquid acquisierunt petentes, quod non fuerant consecuti, nisi quia Deus eis placatus erat, & pro illo offerunt sacrificium, illud vocabitur pacificum, s. pro pace obtenta. Primum autem erat pro pace obtinenda: & habent duo nomina istæ hostiæ, quædam vocatur votiua, s. quæ est pro pace obtinenda, alia vocatur ad gratiarum actiones. De ritu huius hostię patet Leui. 3. & 7. ca. Tertiũ genus sacrificij, quod vocatur pro peccato, vel pro delicto, fit multis modis scđm varietatem personarum pro quibus offertur, & causarum

Quid vsus altaris.

Triplex genus sacrificiorum.

F offerendi, de his Leuiti. 4. & 5. & 6. patet. & ibi late dictum est: prima duo exprimuntur nominibus suis; tertium autem vocatur sacrificium absolute, quod satis intelligitur hic quid sit, quia alia duo expressa sunt: ita si exprimeret pro peccato, & pacifica victima, & ponatur sacrificium cum eis intelligetur pro solo holocausto, quia non potest accipi pro aliquo alio, cum solum sint tres species sacrificiorum, alia autem sunt sacrificia preter ista genera, sed non sunt sacrificia proprie dicta, s. vitulæ rufę immolatio, & combustio, & immolatio agni paschalis: vtrunq; enim vocatur sacrificium. De agno paschali patet Num. 9. de vitula rufa patet Nu. 19. c. an vero possint reduci ad aliquod genus sacrificij, & quod eorum magis reducatur declaratum est præal. c. cum tñ scriptura loquatur de sacrificijs, de his tribus solum intelligit. Et ob hoc isti expresserunt solũ de his. *Ipse quærat, & iudicet.* Idest Deus quærat istud a nobis. Quærere non accipitur hic pro inquirere, quia Deus non inquirit hic aliquid de nobis cum ei cuncta cognita sint, sed dicitur quęrat, idest quærat vltionem pro isto scelere, & iudicet, idest puniat. Non accipitur iudicare prout est actus iudicatis, s. ius dicere, sed iudicare, idest pęnas infligere, & hoc modo cum pęna aliqua magna alicui infligitur, dicimus qñ iudicium Dei est. *Et non ea magis cogitatione atque tractatu.* Est sententia suspensiua, s. Deus puniat, & quærat si fecimus altare animo offerendi sacrificia, & non fecimus magis animo, & tractatu relinquendi in signum, & probationem futuris. Ponuntur hic cogitatio, & tractatus, quia cogitatio dicit solam cõceptionem; tractatus dicit deliberationem, & disceptationẽ ad sciendum an recte, vel secus res se habeat. Est autẽ cogitatio ante tractatum, in quo innuunt, ꝙ non fecerũt istud altare ex aliquo motu subitaneo, & passionali, quia tũc poterat actus esse increpabilis, sed factus cum maturatione, & deliberatione. *Vt diceremus.* Idest quia nos dicebamus inter nosipsos, qñ habebamus tractatum super construendo altare, s. cras dicent filij vestri filijs nostris, &c. quasi dicat, qa nos dicebamus hęc inter nos primo concipientes deinde deliberantes, s. ꝙ filij vestri possent filios nostros a Dei timore excludere, si non faceremus hic altare, moti fuimus ad faciendum illud. *Cras dicent.* Accipitur cras pro futuro tpe, & non pro sequẽti die, nec etiam pro tpe in breui secuturo, quia in ipso essent superstites plurimi eorum, qui erant, qñ ista dicebantur, & illi manifestarent veritatem rei, nec esset locus huic exprobrationi, quam facerent filij nouem tribuum, & dimidiæ filijs duarum tribuum, & dimidiæ, sed intelligitur de temporibus multo post futuris: nam in illis posset hoc accidere, quia nullus de illis, qui nunc erãt tunc esset superstes.

G

H

I

Filij vestri filijs nostris. Hoc dicerent filij nouem tribuum, & dimidiæ ad filios duarum tribuum, & dimidiæ tanquam nimis zelantes legem Dei.

Quid vobis, & domino Deo Israel? Idest non habetis
K aliquam partem, vel aliquid speciale in Deo Israel, s. vt velitis facere sacrificia, sicut nos facimus. Sed dicet aliquis quomodo procedet ista increpatio? Respondendum, ꝙ filij nouem tribuum, & dimidię post multa tempora poterant intelligere, quòd filii duarum tribuum, & dimidiæ essent de stirpe Gentilium: & ad hoc haberent aliqualem præsumptionis coniecturam, scilicet, quia inter terram nouem tribuum, & dimidię, & terram duarum tribuum, & dimidię erat Iordanis fluuius, qui videbatur diuidere tanquam inter duas gentes, ideo non reciperent eos ad sacrificia dicentes, quòd non erat eis pars cum filijs Israel.

An

An filij nouem tribuum, ac dimidiæ rectè dicere possent filijs duarum tribuum, & dimidiæ quid vobis, & Deo Israel? Et quòd specialitas Iudæorum respectu Dei, quantum ad duo erat. Quæst. XIII.

A

QVAERET aliquis, an filij nouem tribuum, & dimidiæ rectè dicere possent filijs duarũ tribuum, & dimidiæ quid vobis, & Deo Israel? etiã præsupposito, quòd essent de stirpe Gentilium. videtur enim quòd non rectè dicerẽt, quia Deus Iudæorum erat Deus verus, & in toto orbe vnicus. Iudæi quoque hoc cognoscebant, s. quòd præter Deum suum non esset alius Deus, ergo nõ solum erat Deus eorum: sed etiam Deus gentilium: ergo aliqua pars erat gentilibus in Deo Israel. Respondendum est, quòd Deus Iudęorum erat Deus verus, & omnium gentiũ, accepit tamen specialiter Iudęos in populum, ita vt vocaretur specialiter Deus Iudæorum: sic patet Exodi 19. s. si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum eritis mihi in peculiũ de cunctis populis terræ, mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Erat autem ista specialitas Iudæorũ respectu Dei quantum ad duo. primo vt ipsi specialiter Deum colerent, quia cęterę gentes Deum verum non colebãt nec cognoscebant. Iudæi autem vtrunque habebant: sic patet Psalm. 74. Notus in Iudæa Deus in Israel magnum nomen eius, & factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Et sicut cognoscebant, ita colebant, quia acceperant speciales cęremonias a Deo ad viuendum, & colendum eum, vt patet Deut. 4. c. gentiles autẽ non susceperant a Deo aliquas cęremonias colendi eum, nec aliquas leges viuendi, sic patet Psal. 148. s. non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nõ manifestauit eis: in hoc autem vocabantur Iudæi populus domini, idest populus qui specialiter colebat Deum verum. Secundo modo consistebat ista specialitas quantum ad hoc, quòd Deus specialius curaret de Iudæis, quam de alijs gentibus conferendo eis beneficia, & ab aduersitatibus eruendo. Et hoc signatur Exo. 19. s. eritis mihi peculium de cunctis populis terræ: mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Et hoc apparebat in experientia, quia quando Iudæi non deflectebant a lege domini abundabant omnibus bonis, & nulla eos poterat inuenire aduersitas, vt patet Leui. 26. & Deut. 7. & 28. ca. è contrario autem si pręuaricarentur a lege Dei omnia aduersa eos affligebãt, vt patet eisdem cap. Gentiles autem nullo istorum modorum pertinebant ad Deum specialiter, ideo poterant dicere Iudæi gentilibus, non est vobis pars in Deo Israel: & cõsequenter si filij Ruben Gad, & dimidiæ tribus Manasse reputarentur tanquam Gentiles, poterant eis dicere Israelitę de nouem tribubus, & dimidia: non est vobis pars in Deo Israel.

B

Et quando arguebatur, quòd Deus Israel est verus Deus, & est Deus omnium, atq; omnes tenentur eũ colere. Respondendum est, quòd filij nouem tribuũ, & dimidiæ non negabãt hoc, quia lex eorum dicebat. mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnũ sacerdotale: etiam satis sciebant, quòd tenebantur gẽtiles colere Deum Israel, quia nullus alius erat Deus. Dicebant tamen, quòd nõ erat eis pars in Deo Israel, idest in Deo secundum, quòd pertinebat ad Israel: nã Deus pertinebat ad Israel speciali modo, vt declaratũ est: & in nullo illorum modorum erat gẽtilibus pars in Deo. Et maxime intelligitur hic de primo modo, s. quantum ad singularem cultum. Deus enim fecit Israel populum suum dando ei speciales cęremonias colendi Deum, & viuendi, quas nulli populo tradiderat, ideo quantum ad hanc partẽ non erat aliqua pars gẽtilibus in Deo Israel, quia illę cęremoniæ non erãt datæ eis, & sic si gentiles vellent se intromittere colere Deum quantum ad illas cęremonias, poterant dicere Israelitæ, non est vobis pars in hoc, & iste est sensus verus, quia facere sacrificia est specialissima cęremonia Iudaici populi: filij autem Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse vellẽt facere sacrificia in Sanctuario domini, sicut Israelitę, & tũc dicerent Israelitæ nõ habetis ius ad faciendum hoc, quia non est vobis pars in Deo Israel, & hoc patet ex facto, & verbis duarum tribuum, & dimidiæ: nam construxerunt altare, quod ad faciendum sacrificia est, & dixerunt nõ struximus ad victimas pacificas, & holocausta, sed in testimoniũ inter nos, & vos, & sobolem nostram, vestramq; progeniem, quòd seruiamus domino, & iuris nostri sit offerre holocausta, & victimas, & nequaquam dicant cras filij vestri filijs nostris: non est vobis pars in domino. Apparet ergo, quòd isti timebant, quòd Israelitę postea dicerent, quòd non erat eis pars in Domino, idest non habebant ius faciendi holocausta, & victimas pacificas, & si filii duarũ tribuum, & dimidię essent de gentilibus, vere obiiceretur contra eos, ideo patres eorum construxerũt altare, vt pateret semper, quòd ipsi pertinebant ad cultum Dei cum alijs Israelitis.

C

An Israelitæ bene agerent dicendo filijs duarum tribuum, & dimidiæ. Non est vobis pars in Deo Israel. Et quòd lex Euangelica est vniuersalis toti orbi. Iudæi tamen circa gentiles dupliciter se habere poterant. Quæst. XIIII.

QVAERETVR amplius dato, quòd Israelitę de nouem tribubus, & dimidia existimarent filios duarum tribuum, & dimidię esse de gentilibus: an bene agerent dicendo eis nõ est vobis pars in Deo Israel, etiam si verum esset, quòd nullam partem habebant, vt declaratum est. Arguitur, quòd non, quia sicut nunc Christiani tenentur quantum potuerint infideles ad fidem adducere, & peccant nimis quandocunque scienter, & ab intentione faciunt aliquid, per quod scandalizent infideles volentes cõuerti, vel iam conuersos redire faciant ad statum infidelitatis: ita Iudæi, si cogerent aliquem Gentilem volentem colere Deum redire ad statum gentilicium, nimis peccabant, quia diminuebant cultum Dei, & tamen ipsi tenebantur non diminuere cultum Dei: sicut nunc nos tenemur, licet nos magis: quia lex Euangelica est vniuersalis data toti orbi: lex autem mosaica erat data specialiter Iudęis, licet reciperet omnes volentes conuerti, nullum tamen maius scandalum, & retractiuum a cultu Dei esse poterat, quam quòd Iudæi dicerẽt gentilibus volentibus conuerti ad cęremonias Hebręorum: nõ est vobis pars in Deo Israel, ergo peccarent, quando ista dicerent. Item Deus nimis admonuerat, quòd Iudæi non affligerent animas aduenarum, idest conuersorum, qui dicũtur aduenę, quia venerũt ad ritum Iudaicum, sed afflictio magna erat, quando exprobarent eis dicentes: non est vobis pars in Deo Israel, ergo peccabant. Patet antecedens Exodi 22. s. Aduenam non contristabis, nec affliges eum: aduenę enim ipsi fuistis in terra Aegypti. Item Deus admonuit, quòd Israelitę diligerent aduenas, & peregrinos, s. qui conuertebantur ad cultum Dei, vt patet Deuteronom. 10. vbi dicitur, quòd Deus amat peregrinum, & dat ei victum, atque vestitum, & sequitur ibidem, & vos ergo amate peregrinos, quia & vosipsi fuistis aduenæ in terra Aegypti: sed in exprobratione ista non amabant illos Iudæi, quin potius habebant eos exosos, ergo peccabant.

D

E

Respon-

Respondendum est, quòd Iudæi debebant amare gentiles conuersos, & volentes conuerti, & dare eis occasionem inquantum possent, vt conuerterentur ad Deum, sicut nos facere debemus circa omnes infideles, quos ad hos motus viderimus pronos.

Considerandum tamen, quòd Iudæi se poterant habere dupliciter circa gentiles, scilicet, quia aut circa gentiles iam conuersos, aut circa conuerti volentes, vel dispositos aliqualiter ad conuersionem.

De primis dicendū est, quòd iam erant Iudæi quantum ad cęremonias, quia renunciantes ritui gentilico, circuncisi fuerant, & conuersi ad cęremonias Iudæorum: quia tamen non erant Iudæi ex genere, scriptura non vocabat eos Iudæos, vel Israelitas, sed aduenas, vel peregrinos, aut alio modo proselytos. Aduenæ enim dicuntur ab adueniendo, idest, quòd ad aliud venerunt, s. quòd cum primo fuissent in ritu gentilico venerunt ad ritum Iudaicum. Vocantur peregrini a peregrinando, idest peregre manendo, scilicet, quia manent extra terram suam, & cognationem, & ritū Deorum suorum, in quo nati sunt. Proselyti autem idem signant, sed nomen istud ad Gręcam originem pertinet. De istis dicendum est, quòd Iudæi non debebant facere differētiam in communicatione ad ipsos, & cōmunicatione ad Iudęos ex genere, scilicet quorum proaui descendunt a Iacob: isti enim cum circuncisionem recepissent obligabātur ad omnes ceremonias Iudęorum, ideo frequenter in Leuitico, Exodo, Deuteronomio, & libro Numerorum, quando ponūtur leges cęremoniales dicitur: ista lex erit vobis, & aduenis, qui peregrinantur inter vos. Eodem modo quantum ad iudicialia erat eadem lex Iudæis ex genere, & peregrinis conuersis, quia per legem, qua vnus absoluebatur, vel cōdemnabatur, & alius quoque. Sic patet Leui. 24. & Deutero. 1. s. Aequum iudicium erit apud vos, siue ciuis, siue peregrinus ille fuerit, de cęremonialibus autem adhuc erat minus dubium, quia specialissima inter omnes cęremonias Iudaicas erat facere sacrificium in Sanctuario, s. offerendo ibi animal, quod per sacerdotes immolaretur: tamen adhuc pertinebat hoc ad peregrinos. Et patet hoc primo de sacrificijs proprie dictis, s. holocausto, victima pacifica, & sacrificio pro peccato; nam ista, & libamēta sua eodem modo conueniebant conuersis gentilibus, sicut Iudæis, vt patet Leui. 15.

Dña inter aduenas pegrinos ꝓselytos, licet idem significet.

Item patet hoc de sacrificijs, quæ non proprie vocantur sacrificia, s. de vitula rufa, & de agno Paschali. De vitula rufa dicendum, quòd ipsa immolabatur, vt cremaretur, & cineres eius proficerent ad emundationem immunditiarum totius populi, & tamen illi cineres, ita erant ad emundandum conuersos ad Iudaismum, sicut Iudæos ex genere, vt patet Nume. 19. cap. cum dicitur: Habebunt hoc filij Israel, & aduenę, qui habitant inter eos, sanctum iure perpetuo. De agno Paschali, quod etiam large vocatur sacrificium, vt patet Numeri 9. cap. patet, quia non licebat alicui nondum circunciso comedere de agno illo, vt patet Exo. 12. cum dicitur de Phase, s. quòd siquis peregrinorū in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phase domini, circuncidetur prius omne masculinū eius, & tunc rite celebrabit, eritque sicut indigena terræ: nihil ergo de cęremonialibus erat, quod de gentilitate conuersis, & Iudæis commune nō esset. Fallit hoc in quibusdam priuilegijs, quibus gaudebant Iudæi ex genere, quibus non gaudebant cōuersi. Vnum est de anno remissionis quantum ad debita: erat enim generale inter Iudæos, quòd siquis debitor esset ex mutuo, & ante annum septimum, qui vocatur annus remissionis non soluisset, postea nō poterat ab eo quidquam peti, vt patet Deutero. 15. si tamen commodas-

Quib⁹ priuilegijs gaudebāt Iudæi ex genere q̄bus non gaudebāt Iudęi conuersi.

F set Iudæus alicui conuerso, poterat petere non obstāte anno remissionis, vt patet ibidem: idem erat si conuersus mutuasset quidquam Iudęo. Alterum priuilegium erat quantum ad annū remissionis propter seruitutes, s. quòd si aliquis Iudęus vēderet se in seruum alteri Iudęo liberabatur in anno septimo remissionis, ideo siue pauco tp̄e ante hoc fuisset facta vēditio, siue multo, solum durabat vsque ad annum remissionis, quæ fiebat de septem in septem annos, & hoc de Iudæo ad Iudæū, vt patet Exodi 21. & Leui. 25. & Deut. 15. si tamen aliquis conuersus venderetur in seruum alicui Iudæo ex genere, manebat seruus in ęternum, vt patet Leuitici 25. & isti transmittebantur ad posteros iure hęreditario: si autem Hebræus venderetur in

G seruum alicui conuerso non liberabatur in anno septimo remissionis, sicut de Iudæo ad Iudæum: sed in Iobelæo qui erat annus quinquagesimus, vt patet Leui. 25. cap.

Item Iudæi a Iudæis non poterant exigere vsuras, sed mutuabant nihil recipientes supra sortem: ab alienigenis autem, s. a conuersis ad Iudaismum poterant recipere vsuras, vt patet Leuitici 25. & Deuteronom. 23. cap. non fęneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniā, nec fruges, nec quālibet aliam rem, sed alieno: fratri autem tuo absque vsura id, quo indiget cōmodabis. Item conuersi ad Iudaismum non accipiebant officia, vel dignitates inter Iudæos, sed solis Iudæis ex genere ista competebant, vt declaratum est Deuteron. 23. in cęteris autem erat eadem communicatio Iu-

H dęorum ad conuersos, quæ Iudæorum ad Iudæos. Vnde his non poterant vere dicere Israelitæ: Non est vobis pars in Deo Israel, quia ita erat eis pars, sicut Israelitis, quia ipsi iam erant effecti quædam pars populi Dei, & obligati ad obseruandum omnia, quę obseruabant Israelitæ: & ob hoc istis licebat introire in Sanctuarium, & comedere ibi de sacrificijs pacificis, sicut comedebant Israelitę, vt patet Deuteronom. 12. & 13. & 16.

Alia erat communicatio Iudęorum ad gentiles nō conuersos, & ista aut considerabatur respectu Gentilium, qui erant in terra Chanaan, aut respectu aliorū Gentilium: Gentiles enim qui erant in terra Chanaā,

I erant septem populi, scilicet Chananæi, Amorrhæi, Gergesęi Heuęi Hethęi Iebusęi, Pherezęi, vt patet supra 3. & sequen. cap. & cum istis Iudæi non debebant habere aliquam communicationem. Causa est, quia quòd interdum Iudęi dulciter communicarent cum aliquibus Gentilibus, erat vt eos conuerterent ad cultum Dei, sed de Chananęis nullus conuertendus erat ad cultum Iudaicum: nam dato, quòd ipsi conuerti vellent, & hoc peterent, Iudęi non debebant permittere, sed occidere omnes, quia Deus iussit, quòd de his 7. populis nullum omnino viuere dimitterēt masculum, aut fęminam, vt patet Deuteronom. 20. & si aliquos dimitterent, peccabant, atque illi erant postea futuri eis hostes, & stimuli atque lanceę in lateribus,

K & claui in oculis, vt patet Numeri 33. & sequen. cap. & ob hoc, quia Iudęi dimiserunt quosdam de Chananęis in terra sua facientes eos sibi tributarios, Angelus domini increpuit valde omnes Israelitas, vt patet Iudicum 2. cap. Ad hos ergo nulla communicatio dulcis habenda erat, sed tractandi erant tanquam hostes. Contingebat tamen, quòd interdum Iudæi non potentes contra Chananæos, dabant eis inducias, & transibant multa tempora sub pace. Sed adhuc tunc nō debebant Iudæi communicare cum Chananęis, ne peruerterentur ab eis ad idolatriam, ideo iussum est ne darent eis filias suas in vxores, nec filias eorum acciperent, vt patet Exodi 34. & Deuteron. 7. causa ponitur, quia viri Iudæi per vxores gentiles, vel e cōtrario traheren-

herentur ad cultum idolorum,& filij nati ex hoc matrimonio ad Gentilicum declinarent ritũ: etiam non debebant comedere cum gentilibus,ne interdum inuitarent eos ad comedendum de cibis cõsecratis demonibus,& alias communicationes vitare debebant, quia ex his sequerentur cibi,& potus, & contingeret Iudæos comedere de consecratis. De hoc Exo.34.ca.

Alia erat communicatio ad gentiles,qui non erant de terra Chanaan, & de his non est idem dicendum, quod de Chananæis, quia Iudæi non debebant occidere illos,nisi cum ex aliqua causa haberent iustũ bellum contra eos, & si occiderent eos peccarent. De his poterant conuerti ad Iudaismum quotcũque vellent, & circa istos erat communicatio aliqua Iudæorum:cum enim lex ponat multos conuersos, de gentilitate ad Iudaismum necesse est, vt dicamus de omnibus gentibus potuisse,& debuisse recipi conuersos, de quibus non reperitur prohibitum:sed in nulla gente reperitur prohibitio, nisi in Chananæis: ergo omnes alij populi poterant recipi ad ritum Iudaicum.

Obijciet aliquis, quòd quędam aliæ gentes præter Chananæos non recipiebantur,vt patet de Ammonitis,& Moabitis,qui in ęternum non permittebantur intrare in ecclesiam Dei,& de Idumęis,& Aegyptijs, qui non permittebãtur introire vsque ad tertiam generationem in ecclesiam domini, vt patet Deute.23. cap.Respondendum est,ꝙ de istis gentibus,& de omnibus alijs permittebantur conuerti quicunque vellẽt ad ritum Iudaicum,immo gaudebant Israelitæ,quando conuertebantur. Patet de Aegyptijs:nam vulgus promiscuum infinitæ multitudinis ascendit ex Aegypto cum Israelitis,vt patet Exo.12.c.& hos non repulerunt Iudæi.Item de Moabitis patet, quia licet dicatur, ꝙ non introirent in ecclesiam domini in ęternũ, tamen Ruth Moabitis conuersa est cũ nuru sua Noemi ad cultum Iudaicum dicens:populus tuus populus meus,& Deus tuus Deus meus,Ruth 1.c.Et Iudęi cõgratulabantur ei,qñ conuersa fuit, vt patet de Booz, qui dixit ei:Reddat tibi dominus pro ope tuo,& plenam mercedem recipias a domino Deo Israel,ad quẽ venisti,& sub cuius confugisti alas, vt patet Ruth c.2. Cum autem obijcitur, ꝙ non intrabant Moabitę, & Ammonitę in ecclesiam Dei in ęternũ, & Aegyptij, & Idumæi vsque in tertiam generationem. Respondendum est, ꝙ non est intelligendum de conuersione ad iudaismum,sed de acceptione vxoris de genere Hebræorum,s.quamquam conuerterentur ad Iudaismum ipsi,nec filij eorum capere non possent vxores de genere Israelitarum:cõuersi autem de Aegyptijs, & Idumæis non poterant accipere vxores Hebræas vsque ad tertiam generationem. De conuersione aũt ad Iudaismum non potest intelligi:nam esset litera inintelligibilis, vt declaratum est Deuter.23.c.poterant ergo de istis gentibus,& quibuscunque alijs conuerti ad Iudaismum quicunque vellent præterquã de Chananęis,de quibus nullus recipi poterat, sed occidi debebat.Fallit hoc in Raab Ierichontina,& cognatione eius:nam ista fuit recepta ad Iudaismum, & in matrimonium a principe quodam tribus Iudæ, s.a Salmõ, vt patet Matth.1.de quo supra 6.Causa huius est, quia spoponderant ei istud exploratores cum abscondisset eos,ne caperent Ierichõtini,vt patet supra 2.c.De istis gentilibus dicendum est,ꝙ Iudæis licebat communicatio ad illos non simpliciter,sed ad aliquas necessitates,permittebatur enim Iudæis, ꝙ irent in terram gentilium ad negociationes exercendas non principaliter propter lucrum, sed ad sustentationem terrę suæ, quia nõ habebant ipsi in terra sua omnia,quibus egebant.Quod colligitur Nume.9. vbi ponũtur duę causę,propter quas aliqui excusabant a celebratione Pha-

A se in tempore suo.Prima erat si essent immundi. Secunda si essent in itinere,s.si longe recessissent de terra Chanaan,ita ꝙ non possent redire ad terram suam tempore festiuitatis huius, sed tunc necesse erat, vt communicarent cum gentilibus, & sicut licebat Iudęis ire in terram gentilium ad negociationem, vt emerent necessaria terræ suæ,ita permittebant gentiles de regnis, quæ erant in circuitu venire in terram suam apportantes aliqua venalia. Sic patet Neemię 13.vbi dicitur de Tyrijs,ꝙ veniebant in Ierusalem inferentes onera.Neemias tamen increpuit factum eorum, quia die sabbati faciebant prophanantes sabbathum,sed alijs diebus bene permittebant. Ad hos ergo gentiles communicatio erat Iudæis ex necessitate:sed pręter hæc non debebant eis communicare in

Duę cãæ, ꝑꝑ quas aliqui excusabant a celebratione Phase ĩ tpe suo.

B cibo,& potu,& alijs magnis, & assiduis communicationibus,quia erat periculum cum Iudæi essent valde proni ad idolatriam poterant faciliter ab eis conuerti ad malum. Etiam quia si manducarent cum eis poterant comedere de consecratis dęmonibus,quod non licebat Iudęis,vt patet Exo.34.c. si tamẽ essent aliqui de his gentilibus, quos Iudęi viderent pronos ad cultum Dei,poterant,& debebant cum eis dulciter conuersari,vt conuerterent eos ad Deum.Sed adhuc non communicant Iudæi cum istis gentilibus conuertendis,sicut cum conuersis, quia isti nõ obligabantur adhuc ad aliquas cæremonias Iudaicas: immo multæ erant,quas si isti obseruare vellent, non permitterentur.vt si vellent celebrare Phase comedentes de agno

C Paschali non permitterentur,etiam si dicerent se velle conuerti ad ritum Iudaicum quousque circunciderẽtur, vt patet Exo.12.s. ꝙ siquis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam,& celebrare Phase, circuncidetur prius omne masculinum eius, & sic rite celebrabit. Siquis quoque de gentilibus vellet expiari a maculis suis per cineres vitulę rufę non permitteretur quousque circuncideretur, quia solis Iudęis, & conuersis, qui vocantur peregrini permissus erat iste ritus,vt patet Numer.19.ca.De sacrificijs quoque idem est, s.ꝙ nulli gentili quantumcunq; desideranti cultum Iudaicum permitteretur dare aliquod animal ad sacrificium,& si darent non reciperetur quousque

D circuncideretur:sic patet Leui.23.c.s.de manu alienigenę non offeretis panes domino Deo vestro, nec si quicquam aliud dare voluerit, quia polluta sunt omnia:si tamen esset circuncisus licebat ei facere sacrificium,& oblationes,quia isti iam vocarentur aduenę, vel peregrini,vt patet Nume.15.nec erat aliqua cęremonia Iudaica,quę non liceret circunciso,& nulla licebat non circunciso: immo circuncisi ad omnes legales obseruationes obligabantur, vt patet ad Gala.5. cap.s.ego Paulus testificor omni homini circuncidenti se,quòd debitor sit vniuersę legis faciẽdę: ita est de baptismo, quòd accipientes eum obligantur ad omnes ritus Euangelicę legis, & status Christianorum.

E De istis gentilibus verum est, quòd non erat eis pars in Deo Israel,idest adhuc non pertinebant ad Deum, donec circunciderentur, & si ipsi conarentur facere cęremonias Iudęorum celebrantes Phase, vel facientes sacrificia non erant permittendi, & debebat eis dici,non est vobis pars in Deo Israel,idest ad hoc, quod facere vultis nondum habetis partem in Deo Israel quousq; circuncidamini,& si Iudęi permitterent gentilibus sub spe conuersionis antequam circunciderẽtur introire in Sanctuarium, vel offerrẽ victimas,peccabant grauiter:sic patet Ezechi.44.cap.cum dicitur: Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel: eo quòd inducitis filios alienos incircuncisos corde, & incircuncisos carne, vt sint in Sanctuario meo, & polluant domum meam, & ob hoc Iudæi accusauerunt

runt Paulum, quòd introduxisset viros Gentiles in tẽplum domini: & facta est contra eum magna commotio, vt patet Actu 21. & ibi se excusauit Paulus. Itẽ non licebat, quòd gentilibus his, qui conuerti volebãt si nondum circuncisi erant darentur vxores de Hebræis mulieribus, & filiæ eorum non erant accipiendæ in vxorem, quia adhuc huiusmodi erant vere gentiles: si tamen darent pecunias ad expensas Sanctuarij reciperentur: etiam si essent istæ pecuniæ pro expensis sacrificiorum: sic patet de Seleuco rege Syriæ, qui præbebat de arca sua pecunias pro expensis omniũ sacrificiorum templi, vt patet 2. Macha. 3. tamen iste Seleucus gentilis erat. Ex prædictis ergo patet in quo communicandum erat Iudęis cum gentilibus, & cõuersis, & in quo non licebat.

Ad argumenta respondendum. Ad primum, quando dicitur, quòd Iudæi tenebantur non scandalizare conuersos ad cultum Dei, vel volentes conuerti, concedendum est, & cum dicitur, quòd nullum maius scandalum esse poterat, quam vt dicerent illis non est vobis pars in Deo Israel: respondetur, quòd cõuersis dici non poterat: quia ipsi habebant potestatem ad faciendum in cęremonijs legis quidquid facere poterant Iudæi ex genere: immo obligati erant ad omnia, ad quæ Iudæi ex genere, vt declaratum est: sed poterat dici istud nondum conuersis ad Iudaismum per circuncisionem, quamquam conuerti velint. Et quando dicitur, quòd erat magnum scandalum dici ista, quia per hoc recederent conuersi ad statum pristinũ gentilicum.

Respondendum est, quòd si in verbis istis intelligeretur, quòd nullo modo volentes conuerti ad Iudaismum haberent partem in Deo Israel, s. quòd nõ pertineret ad illos Deus, nec pertinere posset, erat scandalum: tamen solum intelligebatur de cęremonijs sacrificiorum, & quibusdam specialibus pertinentibus ad ritum Iudaicum, s. quòd non esset gentilibus pars in Deo Israel, idest, quando non erant circuncisi nondum pertinebat eis aliquid de Deo Israel, s. ex professione cultus illius, propter quod haberent ius ad faciẽdum sacrificia: istud tamen nunquam erat dicẽdum volentibus conuerti, nisi cum conarentur facere cęremonias aliquas quæ pertinerẽt ad Iudæos factos, idest gentiles conuersos. in hoc casu applicandum est ad quæstionem, s. quòd Israelitis de nouem tribubus, & dimidia licebat dicere filijs Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, quòd non erat eis pars in Deo Israel, s. si existimarentur esse gentiles non conuersi ad Iudaismum, & vellent facere sacrificia cum Israelitis & introire in Sanctuarium: hoc enim non liceret eis, & ob hoc volebant duę tribus, & dimidia facere altare, vt iuris sui appareret esse facere sacrificia. Ad aliud argumentum cum dicitur, quòd Iudæi amare debebant aduenas cõcedendum est: & cum dicitur, quòd afflictio erat aduenis, quòd diceretur eis non est pars vobis in Deo Israel concedendum est, quòd non dicebantur hęc aduenis, quia ipsis pars erat in Deo Israel, sed dicebantur gentilibus nondum conuersis, si prætenderent sibi esse aliquod ius ad quasdam cęremonias, & hoc modo esset de filijs duarum tribuum, & dimidiæ, s. quòd existimarentur a posteris de genere Gentilium, & tũc posset eis dici. Etiam quia propter distinctionem terræ, s. quia erat Iordanis interpositus inter vtrosque putarentur ad alterum genus pertinere. *Terminum posuit dominus Deus inter vos, & nos o filij Ruben, & Gad Iordanem fluuium.* Hic ponitur inductiuũ ad faciendum errare filios duarum tribuum, & dimidiæ probando, quòd ad Deum non pertineãt: & hoc inducitur, quia non erant vnicus populus cum Israelitis: pertinebat enim ad Israelitas facere sacrificia, &

Inductiuũ ad faciẽdũ errare filios duarũ tribuum, & dimidię.

F omnes cęremonias legis domini, quia ipsi habebant legem, & apud eos erat Sanctuarium, & altare domini. omnis ergo gens, quæ esset eadem cum Iudæis haberet iura ista faciendi, sed duæ tribus, & dimidia erãt alius populus, quod probant filij nouem tribuum, & dimidię, quia erat terminus positus inter terram duarum tribuum, & dimidiæ, & terrã nouem tribuum, & dimidiæ, s. Iordanis fluuius: ergo non erat idem populus, & consequenter non habebant partem in Deo Israel ad immolãdum, & faciendum alias cęremonias.

An conuenienter probetur filios duarum tribuum, & dimidiæ esse alterius populi, quia esset terminus positus inter vtrorumque terram. Quæst. XV.

G QVAERETVR an conuenienter probetur, ꝙ filij duarum tribuũ, & dimidiæ essent alius populus, quia erat terminus positus inter vtrorumque terram, s. eorum, & terram nouem tribuum, & dimidiæ. Rñdetur, ꝙ probatio non erat sufficiens, quia tunc necesse erat, ꝙ essent duę gẽtes duæ tribus, & dimidia, & nouem tribus, & dimidia, sed falsum est. Item non solum non erat sufficiẽs, sed etiam non erat conueniens, quia cũ terra ista Chanaan non esset magna nimis, & tribus 12. si simul sortes acciperent, magna terra indigebant, data fuit quibusdam possessio ad Oriẽtem Iordanis, & alijs ad Occidentem: sed duæ tribus, & dimidia dixerunt, ꝙ filij nouem tribuum, & dimidię poterant hoc obijcere filijs eorum, ꝙ non pertinebant ad Deum, quia erat positus Iordanis, vt terminus medius, quia isti erant, sicut qui faciunt aliquid, & volentes tollere omnem calumniam non solum rñdent ad ea, quæ sunt vere inconuenientia, sed etiam ad ea, quæ videntur quibusdam, aut videri possunt, licet non sint vere inconuenientia. Ita cum viri duarum tribuum, & dimidię suspicarentur aliquod malum posse euenire filijs suis, si filij Israelitarum eis obijcerent, ꝙ non erant de populo Israel, quia Iordanis erat positus tanquam terminus medius inter eos, posuerunt ad hoc aliquod rñsiuum, s. fabricantes altare intra terram Chanaan, per quod pateret eos habere ius sacrificandi in terra Chanaan, & pertinere ad Deũ, qui colebatur in terra Chanaan. Erat aũt aliquis color dicendi hoc filijs nouem tribuũ, & dimidię. Primo ꝑꝑ diuersam terrã habitationis: nam nouem tribus, & dimidia habitabant in terra Chanaan, duę aũt tribus, & dimidia morabãtur extra terrã Chanaan, qa habitabant ad Orientalem plagam Iordanis, vt patet c. 1. & 13. Iordanis tñ est terminus orientalis terrę Chanaã, vt patet Nu. 34. c. terra tñ Chanaan erat ꝑ se vna regio, cuius termini describunt per se præalle. c. quasi illa sola esset promissa Iudæis. Scđo hẽbant colorem ex interpositione Iordanis: nam magna flumina, vel montes videntur posita ad distinctionem regnorum, & prouinciarum quasi naturaliter, & Deus inter duas tribus, & dimidiam, & nouem tribus, & dimidiam posuit Iordanem diuidẽtem, quem non posuit inter nouem tribus, & dimidiam ad alterutrum: ergo videbatur, quod Deus voluisset duas tribus, & dimidiam non pertinere ad ipsum distinguendo eas a terra nouem tribuum, & dimidię.

H

I

K

Quomodo filij nouem tribuum, & dimidiæ poterant dicere duabus tribubus, & dimidiæ, quòd non pertinebant ad Deum Israel. Quæst. XVI.

QVAERETVR amplius quõ poterant filij nouẽ tribuum, & dimidiæ dicere filios duarum tribuum, & dimidię non pertinere ad Deum Israel, & ad quid erat hic opus testimonio, cum vocarent eos filios

filios Ruben, & Gad: nam ipsi videbantur ponere cō tradictorium in adiecto: ex hoc enim ꝙ vocabāt eos filios Ruben, & Gad innuebant, ꝙ pertinebat Deus Israel ad eos: s.n. nouem tribus, & dimidia aliquando ex diuturnitate temporis existimarent de duabus tribubus & dimidia, ꝙ non erant filij Ruben, & Gad, & dimidij Manasse, sed veniebant de stirpe Gentilium, possent aliqualiter obijcere eis, ꝙ non habebant partem in Deo Israel, sed vocando eos filios Ruben, & Gad non videtur quomodo, quia manifestum erat Ruben, & Gad esse capita duarum tribuum Israel.

Aliquis respondebit, ꝙ nouem tribus, & dimidia cognoscerent semper ꝙ filij Ruben, & Gad essent de stirpe filiorum Israel, & tñ dicerent eis, ꝙ non erat illis pars in Deo Israel, quia Deus voluit, ꝙ non pertinerent ad ipsum, sed solę nouem tribus, & dimidia essent suæ, & ad hoc distinxit filios Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse loco a nouem tribubus & dimidia ponens in medio Iordanē fluuium distinguentem. Ista responsio satis erat conueniens, & tollebat omnia inconuenientia, atque consonat satis ei probatio adiūcta. s. terminum posuit Deus inter nos, & vos idest quamquam oēs nos, & vos de eadē stirpe simus, tñ intentio Dei fuit, vt vos non pertineretis ad eum exhibendo cultum, quem nos exhibemus, & ob hoc ipse posuit inter nos, & vos Iordanem fluuium.

Sed non consonat, vt quidam volunt, huic expositioni remedium, quod dabant duæ tribus, & dimidia pro filijs suis fabricantes altare, per quod solum volebant probare, ꝙ ab antiquo patres eorum coluerant Deum in terra Chanaan, & non erant de stirpe Gentilium, sed hoc concedebant nouem tribus & dimidia, sed dicebant ꝙ intentio Dei fuerat, ꝙ non ptinerent duæ tribus, & dimidia ad ipsum: ergo non intendebant duæ tribus & dimidia, ꝙ hoc filijs eorum obijciendum erat: nam alioquin aliud remedium ad rñdendum posuissent, sed ipsę dixerunt ꝙ obijceret filijs eorum, ꝙ non erat eis pars in Deo Israel, ergo non intelligebant, ꝙ opponeretur in hac signatione, sed innuunt, ꝙ nouem tribus, & dimidia negarent filios Ruben, & Gad, & dimidij Manasse pertinere ad Deum, idest non esse de Israelitis, sed de Gentilibus, ideo ꝙ non pertinebat ad eos offerre holocausta, & uictimas, & tunc applicatur remedium datum ad probandum, ꝙ habeant partem in Deo. s. quia habebant altare in testimonium, ꝙ patres eorū coluissent Deum, & cōstruxissent altare illud in terra Chanaā. Si tñ venissent de stirpe Gentilium patres eorum non coluissent Deum verum, nec haberent aliquod testimonium ad probandū, ꝙ posteritas eorū pertinebat ad Deum. Secundum expositionē, quam isti dant, q̄ videtur satis consonare toti literæ, dicendū est, ꝙ nouem tribus, & dimidia nō cognoscerent filios Rubē, & Gad pertinere ad stirpem Israelitarū, vel saltē, ꝙ fingebant se nescire. Sed hoc nō stat, quia manifestū est, ꝙ Ruben, & Gad erant duo filij Iacob. Etiam ꝙ Deus introduxerit eos cū cæteris Israelitis in terram promissam educens de Aegypto. Sed fortè dicet, ꝙ q̄q̄ manifestū esset duas tribus & dimidiā esse de stirpe Israelitarū, tñ ignoraret an isti populi essent de stirpe Ruben, & Gad, & Manasse, sed forte putarēt, ꝙ de alijs gentibus aliqui habitarēt in terra illa. Sed ēt hoc nō stat, quia lr̄a p̄supponit, ꝙ nouē tribus, & dimidia vocarēt istos filios Gad, & Ruben, ergo cognoscebāt eos ptinere ad Israelitas. Itē q̄a sciebāt nouē tribus, & dimidia, ꝙ terra reg. Amorrhæorū, q̄ erat apud Iordanem, fuerat tradita in possessionem filijs Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, vt patet Numeri trigesimosecundo, & Deuteron. 3. capitu. & cum habitarent ibi isti populi satis cognoscerent, quòd erant

A de stirpe Ruben, & Gad. Nam si illi populi perijssent bello, vel inde in aliam terram transissent, notum esset, quia talis mutatio non poterat esse abscondita.

Item nō stat quia filij nouem tribuum, & dimidiæ abijcerent filios duarum tribuum & dimidiæ non cognoscentes eos, & quasi putantes esse de stirpe Gentilium: nam etiam si hoc putassent non abijcerent eos: nam istos constabat esse circuncisos, & obseruare omnia pręcepta legis, ergo vocarentur s̄m Iudæos conuersi ad iudaismum: sed istis licebant omnes cęremoniæ quæ licebāt Iudæis ex genere in sacrificijs, & cęteris, vt supra declaratum est, ideo non poterant eos abijcere cum lex daret eis ius ista faciendi: ideo nequaq̄ stat ista secunda expositio. Sed redeundū ad primam, s. ꝙ filij nouē tribuū, & dimidiæ cognoscerent filios Ruben Gad, & dimidię tribus Manasse esse

B de stirpe Israel, & scirent ꝙ ipsi obseruarent oēs cæremonias; tamen crederent non licere illis facere sacrificia in sanctuario in terra Chanaan, & hoc quia cū viderēt terram duarum tribuum, & dimidiæ diuisam a terra sua per Iordanem fluuiū, & termini terræ suæ per se computabantur tanquam esset alia regio, vt patet Nu. 34. c. arbitrari possent ꝙ Deus voluisset, vt illę duæ tribus & dimidia non pertinerent ad eum, nec exercerētur in cultu eius, & ob hoc diuisisset eas a reliquis tribubus; ponens inter eas, & reliquas Iordanem fluuium diuidentem. Cum autem arguebat, ꝙ non applicabatur remedium quod dederant duæ tribus, & dimidia, s. ꝙ altare factum in terra Chanaan a patribus horum quibus obijceretur, ꝙ non pertine-

C rent ad Deum, probaret eos pertinere ad Deum. Rñdendum est, ꝙ valde applicatur: nam est sensus nō ꝙ patres istorum coluerint in altari illo, vel ꝙ coluerint in terra Chanaan in altari sanctuarij, sed ꝙ a principio patres eorum fecerāt istud altare, vt esset in testimonium ꝙ conuenerant ab initio oēs tribus inter se, ꝙ duæ tribus & dimidia pertinerēt ad Deum Israel q̄q̄ morarentur vltra Iordanem: & ob hoc factum est altare in terra Chanaā ad rememorationem huius facti in perpetuum. Et credendum est ꝙ in altari illo scriptum fuerit ꝙ erat in testimoniū ꝙ duæ tribus & dimidia pertinerēt ad Deum Israel: & isto modo tota litera applicatur, & non manent aliqua incōueniētia. Et sic tunc rñdendum cum dicebatur, qūo dubitare possent nouem tribus, & dimidia an pertinerent duę

D tribus, & dimidia ad Deum Israel, cum vocarent eas filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse? Et dicendum ꝙ non dubitabatur de istis an pertinerent ad Deum Israel, idest an essent de stirpe Israelitarum, quę pertinebat ad Deum Israel: sed erat dubium an Deus, qui separauit duas tribus, & dimidiam a cæteris interiecto Iordane, voluerit ꝙ nō pertinerēt istæ duæ tribus & dimidia ad cultum eius, sicut pertinebāt reliquæ; & ob hoc diuiserit ab alijs. *Idcirco partem non habetis in Domino*. Idest quia Deus voluit vos diuidere a nobis ponendo Iordanem tanquam terminum medium signauit, quòd volebat, vt vos nō haberetis partem in ipso, idest vt non coleretis eum in cæremo-

E nijs sacrificijs, & alijs legalibus sicut nos colim⁹, ideo non habeatis ius aliqd ad faciendū sacrificia nobiscū in sanctuario Dn̄i. Sciendum ꝙ licet ista rō haberet quendā colorem, tñ nequaq̄ stat: nam Deus admonebat nimis Israelitas, vt colerent eum promittens multa bona si colerent, vt patet Exodi decimonono, & Leui. 26. & Deut. 28. cap. qūo ergo repelleret duas tribus, & dimidiam a cultu suo, cum ipsę vellent colere Deum? Item Deus fecerat signa multa in Aegypto educendo istas tribus duas & dimidiam cum cęteris de manu Pharaonis, & pauit atque duxit per desertum quadraginta annis, deditque eis in pos-

Altare quare in terra Chanaan factū est.

fessionem terrã duorum regum Amorrhęorum deletis penitus Amorrhęis: quomodo ergo pmitteret, vt tanta diligentia periret superuacue nunc abijciens a cultu suo illas tribus? Item non stat, quia Deus recipiebat Gentiles de omnibus gentibus conuersos ad se, quomodo ergo abijceret eos, quos a principio habuerat, eique adhęrere volebant? Item non stat, quia tunc Deus cōpelleret, vel maxime induceret aliquos ad peccandum: nam si ipse a cultu suo abijceret duas tribus, & dimidiam, faceret illas conuerti ad idolatriam, & in hoc peccarent, & perirēt, cuius Deus erat causa compulsiua. Non stat ergo nullatenus, ꝙ Deus voluisset, vt duæ tribus, & dimidia non pertinerent ad cultum eius, & ob hoc separasset eas a cęteris interiecto Iordane. Voluerunt tamen duæ tribus, & dimidia tollere omnem occasionem posteris suis declinandi ad malum: quamquam enim ista obiectio nulla esset, quia tamen quendam colorem habebat, ipsi quoque erant rudes non valde diiudicātes de rebus. Amplius etiam ad malum erant valde inclinati, ita vt facili incentiuo in illud laberentur. Conueniens ergo fuit, ꝙ eis auferretur ista occasio per fabricationem altaris in testimonium. *Et per hanc occasionem.* Vocauerunt istã obiectionem occasionem, quia non erat causa, sed aliquale motiuum saltem coloratum, quod vocatur occasio. *Auertent filij vestri filios vestros a timore Dei.* Cum enim filij nouem tribuum, & dimidiæ dicerēt exprobrando, ꝙ non habebant partem in Deo, s. ad offerēdum victimas in altari eius in Sanctuario, ipsi increpiti, & dolentes conuerterentur ad alterum de duobus malis, s. quia aut fabricarent altaria in terra sua, in quibus Deum colerent, ne venirent in Sanctuarium in terram Chanaan, aut declinarent ad idola non curantes de Deo Israel, pro cuius cultu subsannabantur: vtrunque autē erat recedere a timore Dei, quia Deus vetuerat coli idola. Etiam vetuerat immolationem fieri præterquã ad ostium tabernaculi in altari, quod ibi erat. vocatur autē hic timor Dei, idest cultus Dei, vel timor pro timore casto, quo quis timet offendere alium, quia nequaquam vellet eum offendere, etiam si non consideret malum aliquod sibi esse inferendū.

Putauimus itaque melius. Idest esse melius, s. apud nos istud considerauimus. *Et diximus.* Idest in commune proposuimus, & deliberauimus, scilicet, quòd primo viri de duabus tribubus, & dimidia considerauerunt hoc inconueniens, & inquisiuerunt quomodo posset ei consuli, & post dixerunt, idest proposuerunt inter se, & communi sentētia diffinitum est, vt fieret altare.

Struamus nobis altare. Idest componamus, vel faciamus. Quare autem magis altare quam aliquid aliud ad probationē huiusmodi fabricauerint supra declaratū est. *Non in holocausta aut victimas offerendas.* In hoc tollunt pręuaricationem legis: si enim fecissent ad offerendum ibi sacrificia præuaricabantur, cum solum lex iussisset immolari intra atrium Sanctuarij. Dictū est in holocausta, & victimas, quia nomine holocaustorum intelligitur vnum genus sacrificiorum, s. quæ totaliter cremabantur: & dicitur ab holon, quod est totum, & cauma, quod est incēsum, quasi totum incendendo cęremonias facientes: nomine victimarū comprehendūtur duo genera sacrificiorum, s. hostię pacificæ, & pro peccato, de quibus supra dictum est. & patet Leui. 3. & 4. & 5. & 7. ad hoc enim altare solū est, quia nulla operatio fit in altari præter sacrificia.

Ablatio pᷓuaricationis legis.

Sed in testimonium inter nos, & vos. Scilicet ad testificādum, quòd nos pertineamus ad Deum, & sit iuris nostri offerre sacrificia in Sanctuario. Est autem testimonium non, quòd ista nobis conueniant, quia altare nō poterat signare aliquod tale ius, sed est sensus, quòd

F altare istud signat, quòd concordatum fuit inter nos a principio, quòd pertineret ad nos ius faciendi sacrificia, sicut & vobis. *Inter nos, & vos, & sobolem vestram, nostramque progeniem.* Dicitur inter nos, & vos, quia quã diu nos vixerimus, & vos, qui impręsentiarum estis cum istud altare fuit fabricatum, erit testimonium inter nos, & vos, quòd nos pertinemus ad Deum Israel. Etiam erit testimonium inter nostram progeniem, & vestram, quia postquam nos decesserimus manente posteritate vtrorumque non poterunt filij vestri obijcere filijs nostris, quòd non pertinent ad Deum Israel. *Vt seruiamus domino.* Potest poni hic (vt) pro ꝙ, & tūc est sensus, quòd erat istud altare signum, quòd duæ tribus, & dimidia seruirent domino, idest pertinerent ad eum exercēdo se in cęremonijs eus, quod
G erat seruire illi. Si autem vt teneatur proprie, & significat causam finalem est sensus, quòd istud altare ponebatur in signum, quòd duæ tribus, & dimidia pertinebant ad Deum, & hoc, vt seruirent domino, scilicet ad hunc finem, quasi dicat, si non poneretur istud signum rememoratiuum possent filij nouem tribuū, & dimidiæ obijcere filijs duarum, & dimidiæ, quòd non erat eis pars in Israel: & hoc modo auerterēt eos a cultu Dei. Cum vero esset istud signum positum, non esset aliquod retractiuum, quòd duæ tribus, & dimidia a cultu Dei discederent: ideo manerent semper in cultu Dei. *Et iuris sit nostri offerre.* Idest erit istud altare in signum, quòd nos habemus ius ad offerendū
H victimas, s. quòd inter nos diffinitum fuerit, quòd cōpetebat nobis ius offerendi victimas, sicut vobis. De hoc expressum est, quia hoc est, de quo solum dubitabatur, & in quo filij nouem tribuum, & dimidię possent arguere contra duas tribus, & dimidiam. Ad nihil enim aliud ibant viri de duabus tribubus, & dimidia in locum Sãctuarii nisi ad sacrificia, & oblationes, quia reliquas cęremonias legales in terra sua obseruabant. *Offerre holocausta, & victimas, & pacificas hostias.* Ponuntur hic tria ad signandum tria genera sacrificiorum, & exprimuntur nominibus proprijs pręter sacrificium pro peccato, quod vocatur hic victima absolute. Est tamen victima nomen generale ad omnia sacrificia. Nam holocausta victimę sunt: hostias quoq;
I pacificas interdum victimas pacificas appellamus, sacrificium autem pro peccato vocatur absolute victima, quia expresso holocausto, & hostia pacifica satis patet nō manere aliud sacrificium pręter illud, quod est pro peccato, & illud comprehenditur nomine victimę absolute sumptę: sic enim isti vocauerunt hostiam pro peccato sacrificium absolute non determinando genus sacrificii ex causa hic assignata. *Et nequaquam dicant filij vestri cras filijs nostris.* Quasi dicat posito altari in signum rememoratiuum non poterunt filij nouem tribuū, & dimidię dicere filijs duarum tribuū, & dimidiæ, ꝙ non habent partem in Deo, quia altare redarguet eos. & dicitur cras, idest in tpe futuro: nam
K de die crastina intelligi nō poterat, quia tūc non erat dubium, sed pro futuris generationibus. Etiã quia dr̄ nequaq̃ dicant filii vestri filiis nostris: sed manifestum est, ꝙ filij istorum non possent hanc habere ꝯtentionē die sequenti, sed post mortē patrū: nam viuentibus pr̄ibus vtrorumq; q̄ ista non pertinebat ad filios, sed ad pr̄es ipsorū. *Non est vobis pars in domino.* i. non habetis ius aliqđ faciendi cęremonias cultus diuini, s. in sacrificiis, & hoc quia Deus non vult, quòd vos pertineatis ad ipsum cum segregauerit vos a terra nostra interposito Iordane inter nos, & vos. *Quod si voluerint dicere.* Idest facto isto altari non habebunt aliquam occasionem, vel colorem filii vestri ad dicendum, ꝙ non pertineant filii nostri ad Deum, si tamen dicere hoc voluerint hēbunt filii nostri quid rn̄deãt, & aliter non

Trīa significātia, tria genera sacrificiorū.

non habebunt quid respondeant. *Respondebunt eis, ecce altare quod fecerunt patres nostri.* Istud altare est testimonium, ꝙ nos pertineamus ad Deum, quia patres nostri fecerunt illud, & non ad offerendum aliqua sacrificia in eo, sed vt esset testimonium, ꝙ nos habemus partem in Deo Israel, & iuris nostri est offerre sacrificia: nam ad nihil aliud fuit fabricatum, nisi in signū, ꝙ nos ad Deum pertineamus. *Non in holocausta, nec in sacrificium.* Idest non fuit factum ad immolandum in eo quidquam quod est actus proprius altaris, siue id, ad quod factum est altare. Accipiuntur hic omnia sacrificia per ista duo nomina, quia per holocausta intelliguntur sacrificia primi generis. per sacrificia autem absolutè dicta intelliguntur hic hostiæ pacificæ, & victimæ pro peccato. *Sed in testimonium vestrum ac nostrum.* Idest in testimonium inter nos, & vos, & non ponitur hic nostrum, & vestrum in accusatiuo, sed in genitiuo, & pluraliter a nominatiuo ego, & nominatiuo tu: & non a noster nostra nostrū, & vester vesta vestrum. Erat autem istud testimonium efficax & certum, quia in ipso altari scriptum foret hoc, & tenebat, maximè quia non erat altare in terra duarū tribuum & dimidiæ, pro quibus erat istud testimoniū, sed in terra nouem tribuum, & dimidiæ contra quas erat. Si enim esset in terra duarum tribuum, & dimidiæ nullius valoris esset, quia dicerent filij nouem tribuum & dimidiæ, ꝙ viri duarum tribuū, & dimidiæ fabricassent istud altare ad libitum suum ad signandum quodcunque vellent: nouem tn̄ tribus & dimidia non diffinierant hoc, nec consenserant altare fieri, cum autem altare esset in terra Chanaan nihil poterant nouem tribus, & dimidia obijcere cōtra illud. s. ꝙ constructum fuisset in fraudem aliquā, quia constabat, ꝙ nouem tribus, & dimidia illud fabricari fecerūt aut illi fabricato auctoritatem dederunt: alioquin. n. diruissent illud, cum factum reperirent, sed nō destruxerunt, ergo cōsentiebant in eo, quod signabat istud altare. *Absit a nobis hoc scelus.* Cum abstulerint occasionem errandi aliorum circa fabricationem altaris subditur, ꝙ isti non fecerint ad præuaricandū, & istud est quod inducere intendebant, & dicūt. *Absit hoc scelus.* Idest nullo modo nos tale scelus faceremus.

Vt recedamus a Deo. Ponitur (vt) pro ꝙ, & non importat habitudinem causæ finalis. i. absit ꝙ nos recederemus a Deo, scilicet ab illius cultu: nam faciendo altare alterum ad immolandum in ipso non colimus eum, sed magis cultui eius repugnamus. *Et eius uestigia relinquamus.* Aliquis dicitur vestigia alterius derelinquere, quando non operatur sicut alius operatur, cuius tenetur sequi doctrinam, & derelinquūt si aliquando prosecuti sunt illam, & nunc non prosequuntur. Vel largè accipiendo derelinquunt eam quamquam nunquam operari cęperint, si operari tenebantur, & non operantur: in Deo autem non est huiusmodi, quia Deus nō habuit aliquos actus, quorum nos possimus esse imitatores, sed dicuntur isti dereliquisse uestigia domini. i. viam per quam tēdebatur in Deum, quia non est alia via eundi in ipsum, nisi per legē ab eo datā. Vel lex vocatur vestigia dn̄i, quia est via data a Deo, quam nos sequi debemus vestigijs nostris. *Extructo altari ad holocausta.* i. si struxissemus altare ad holocausta deseruissemus legem dn̄i, quia ipse nolebat esse aliud altare, præter illud, quod erat in atrio sanctuarij, sed hoc absit a nobis. *Ad holocausta, & sacrificia, & victimas offerendas.*

Lex est dn̄i uestigium.

Ponuntur tria genera sacrificiorum, quia ista sola erant, de quorum carnibus cremabatur super altare: alia autem duo genera sacrificiorum largè dictorum, scilicet agnus paschalis, & vitula rufa non pertinebant ad altare, quia non cremabatur agnus paschalis, nec aliqua pars carnium eius super altare, sed totus comedebatur. Vitula quoque rufa nō immolabatur super altare, sed extra castra, nihil ex ea inferebatur in sanctuariū super altare, nec de sanguine ad expiandum, nec de adipibus ad cremandum, sed tota cremabatur extra castra, vt patet Nu. 19. cap. tria autem genera sacrificiorum pertinebant ad altare, qa de quolibet eorum aliquid cremabatur super altare, vel totum, vt patet de holocausto Leui. 1. de hostia pacifica Leuit. 3. de victima pro peccato Leuit. 4. & 6. ponuntur autem hic tria nomina pro his sacrificijs. Holocaustum nomine suo appellatur: sacrificia, & victimę pro hostia pro peccato, & pacifica accipiuntur. Sed potest accipi sacrificium pro qualibet earū, quia est nomē generale. Etiam victima pro vtroque; sed sacrificium accipitur pro hostia pro peccato. Sic accipitur supra, s. Si ea mente fecimus, vt holocausta, & sacrificium & pacificas victimas super eo imponeremus: ibi enim duorum sacrificiorum nomina clarè ponuntur, & necesse est accipi sacrificium pro hostia pro peccato: ita hic accipietur, & victima dicetur hostia pacifica. *Præter altare Domini Dei nostri.* Quasi dicat scelus est fabricari aliquod altare ad offerēdum sacrificia prętер altare Dei, quia Deus iusserat, vt quicunque alibi quàm in altari illo immolasset, haberet reus sanguinis quasi hominem occidisset. Istud est altare holocaustorum: & fit mentio de vnico altari quasi vnicum sit, quia licet essent duo altaria, s. altare holocaustorum, & altare thymiamatum, quia tamen solum altare holocaustorum erat ad faciēdum sacrificium, vt declaratum est supra, non fiebat mentio de alio sacrificio quasi non esset. *Quod extructum est ante tabernaculum eius.* Idest quod situm est ante ostium tabernaculi. Non accipitur extructum, i. fabricatum, vel fundatum: quia non erat fixum istud altare, sed mobile; quia de lignis erat factum, & opertum laminis æneis, vt patet Exo. 27. & portatur ad humeros virorum in via per totū desertum. Caathitę enim Leuitæ illud portabant, vt patet Num. 4. & 7. cap. sed dicitur structum, idest situm, quia qn̄cūque sanctuariū Domini in aliquo loco figeretur erecto tabernaculo apud ostium illius ponebatur altare, s. ad latus meridianum, vt patet Leui. 1. & per totum Leuiticum. Et quia domus aliqua nō habet proprie an̄, & retro, dextrum, & sinistrum sicut aīal, accipiuntur ista ƒm habitudinem ad mundum. In mundo enim pars orientalis est anterior & occidentalis est posterior, quia sicut motus animalis est ad partē anteriorem, & vocamus illud in animali anterius, versus quod mouetur: ita cum in mundo motus omnis videatur a parte orientali, quia ab illa est motus planetarū, & omniū astrorum, & ipsius primi mobilis recipientis omnia orientē anteriorem partem appellamus in orbe: & sic in rebus, quæ non habent ante, & retro proprie dicta accipiuntur ista ƒm comparationem, quam habent ad orbē, s. ꝙ partes illę, q̄ sunt ꝯ orientē sunt anteriores, & quæ ꝯ occidentem sunt posteriores, sed in sanctuario ostiū tabernaculi erat ꝯ orientē, vt patet Exo. 26. cū poneret̄ sancta sanctorū in occidēte, & altare erat apud sanctuarij ostiū, vt patet Exo. 27. & Leui. 1. & 17. ergo erat ante tabernaculū. Aliter potest accipi ante tabernaculum, quia in domibus & alijs ædificijs non accipitur proprie ante & retro; sed illa pars, in qua est ostiū vocatur anterior, & opposite sunt posteriores: sed ostium tabernaculi erat, apud quod erat altare holocaustorum, ergo ante tabernaculum erat: nō erat autē istud altare intra tabernaculum, quia ibi nō poterat stare; quia omnia cremarentur, & inficerentur fumo illius, cum esset tabernaculum solum altitudinis cubitorū decē, vt patet Exo. 26. in altari aūt erat semper

Tria genera sacrificiorum atinebant ad altare.

Quare ponatur altare holocaustorum ante ostiū tabernaculi, & non intra tabernaculum.

ſemper magnus ignis, quia interdū cremabatur vnus taurus integer, vel multa corpora animalium, & magnus fumus inde exhalabat: erat tamen Sanctuarium opertum cortinis valde pulchris, quæ fumo inficerētur, vel exurerentur calore: aliæ rationes ad hoc poſitæ ſunt Exodi 27. cap. erat ergo altare iſtud in atrio tabernaculi, vbi nullum erat operimentum, ideo ſiue ignis, ſiue fumus nihil poterant impedire de bono ſtatu, aut pulchritudine, nec nocebant aliud quippiam: erat autem altare iſtud ad ventū, & hymbres, ſed non extinguebatur vnquā ignis, quia ille erat datus de cęlo, licet conſeruaretur in lignis: vnde etiam ſi flumina laberentur per ignem illum non extinguiſſent. De hoc magis dictum eſt Leui. 6. cap.

Locus altaris holocauſtorū.

Quibus auditis Phinees ſacerdos, & principes legationis Iſrael, qui erant cum eo placati ſunt, & verba filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe, libentiſſime ſuſceperunt. Dixitque Phinees filius Eleazari ſacerdos ad eos. Nunc ſcimus, quòd nobiſcū ſit Dominus quoniam alieni eſtis a præuaricatione hac, & liberaſtis filios Iſrael de manu Domini. Reuerſuſque eſt cum principibus a filijs Ruben, & Gad de terra Galaad finium Chanaan ad filios Iſrael, & retulit eis. Placuitque ſermo cunctis audientibus. Et laudauerunt Deum filij Iſrael, & nequaquā vltra dixerunt, vt aſcenderent contra eos, atque pugnarent, & delerent terram poſſeſsionis eorum. Vocauerunt filij Ruben, & filij Gad altare, quod extruxerant, teſtimonium noſtrum, quòd Dominus ipſe ſit Deus.

Gaudium legatorū Iſrael de reſpōſione duarum tribuum, & dimidiæ.

Quibus auditis. Hic ponitur gaudium Oratorum Iſrael, & ipſorum Iſraelitarū de bona reſponſione duarum tribuum, & dimidię. *Quibus auditis*. Ideſt, quia Oratores Iſraelitarum viderunt, quòd duæ tribus, & dimidia rationabiliter loquebantur, & zelabant cultū Dei gauiſi ſunt valde. *Phinees ſacerdos*. Scilicet filius Eleazari ſacerdotis magni: erat enim iſte princeps aliorum legatorum, vt ſupra probatum eſt: & vocatur hic ſacerdos non per excellentiam, quia nōdum erat ſacerdos magnus, quia pater eius Eleazarus viuebat, ſed vocatur ſacerdos, quia erat de ſtirpe ſacerdotum.

Et principes legationis Iſrael. Ideſt principes qui portabant legationem: iſti erant viri decē principes aſſumpti de nouem tribubus, & dimidia, & miſſi ad hanc legationem, vt patet ſupra. *Qui erant cum eo.* Scilicet quia erat Phinees principalis legatus, & alij dicebantur veniſſe cum eo: quaſi ipſe ſolus eſſet legatus, & alij omnes veniſſent ad ſociandum eum. *Placati ſunt*. Scilicet, quia ante hoc erant concitati animo, ex deteſtatione ſceleris, quod credebāt peccauiſſe duas tribus, & dimidiam. Etiam erant concitati in iram, ſcilicet cum voluntate pugnandi: ad hoc enim totus Iſrael conuenerat in Silo, vt dimicarent contra eas, vt patet ſupra in litera.

Et verba filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe. Ideſt verba principis reſpondentis loco iſtarum duarum tribuum, & dimidiæ: vnus enim nomine omnium reſpondit.

Veritas intellectui applaudet.

Libentiſſime ſuſceperunt. Hoc propter duo. Primo quia loquebantur valde rationabiliter, & veritas applaudet intellectui valde, cum veritas ſit perfectio intellectus,

F ſicut bonum eſt perfectio voluntatis iuxta Ariſtote. 2. Metaph. Secundo gauiſi ſunt, quia per hoc ſciuerunt ſe liberatos a malo, quod formidabant: putabāt enim quòd duæ tribus, & dimidia vere perpetraſſent nefas, & ob hoc timebant futuram cladem ſuper totum Iſrael, ſicut propter peccatum Achan ſolius Deus contra totum populum fuit iratus, vt patet inductus eſt, & quia cognoſcebant nunc ſcelus nullum intercidiſſe, ſciebāt pariter pœnam nullam ob hoc eſſe futurā: releuatio autem duri timoris delectatio magna eſt.

Dixitque Phinees. Iſte ſolus loquebatur inter legatos Iſraelitarum, quia erat principalis, alij autem erant cū eo, vt patet ſupra. *Filius Eleazari ſacerdotis*. Scilicet ſacer-
G dotis magni: hic enim ponitur ſacerdos per excellentiam: erat enim Eleazarus princeps ſacerdotum qui ſucceſſit patri ſuo Aaron in ſummo ſacerdotio, vt patet Num. 20. cap.

Nunc ſcimus. Ideſt, nunc ex verbis veſtris cognouimus, quaſi dicat ante hoc putauimus vos grauiter deliquiſſe: nunc autem cognoſcimus, quòd recte egeritis. *Quòd vobiſcum ſit Deus*. Ideſt quòd Deus mouit vos ad hoc. vel quòd ſit vobiſcum, ideſt, quòd diligit vos, & habet ſub protectione ſua ſpeciali. *Quoniam alieni eſtis a præuaricatione hac.* Ideſt, nequaquam incidiſtis in hanc iniquitatem, in quā nos exiſtimabamus vos cecidiſſe. Præuaricatio eſt fractio pacti, vel cuiuſcūque pmiſſæ: ſi autem duæ tribus, & dimidia fabricaſſent altare ad immolandum ibi, recedebant a lege Dei, quam obſeruare promiſerant, ideo pręuaricabantur. *Et libe-*
H *raſtis filios Iſrael de manu Dei*. Ideſt de manu Dei volētis percutere, vel qui percuſſurus foret, ſi iſta iniqtas fuiſſet patrata. dicuntur liberaſſe filios Iſrael, ideſt nouem tribus, & dimidiam: ſcilicet illę nihil peccauerant; ſi tamen peccauerant duę tribus, & dimidia, non ſolum puniret Deus eas, ſed etiam nouem, & dimidiā: quod timebant iſti legati: ideo ſupra dixerunt: Et vos hodie reliquiſtis dominum, & cras in vniuerſo Iſrael ira eius deſæuiet. Et probabant quia Achan filius Zare vnicus fuit in peccato ſuo, eo tamen peccato Deus fuit toti Iſrael iratus, & percuſſit multos, ſcilicet trigintaſex, vt patet ſupra 7. a fortiori autem peccantibus duabus tribubus, & dimidia, magis iraſceretur Deus toti Iſraeli. cum ergo non peccauerunt iſti dicuntur liberauiſſe fi-
I lios Iſrael de manu Dei, ſcilicet, qui percuſſurus eſſet eos ſi peccauiſſent iſti.

Reuerſuſque eſt cum principibus. Scilicet Phinees reuerſus eſt cum principibus. Fit autē de ipſo expreſſe mentio, quaſi ipſe ſolus eſſet princeps, alij autem eſſent comitantes. Vocantur autem hic principes, ſ. decem viri miſſi de ſingulis tribubus. *A filijs Ruben, & Gad.* ſ. expleta legatione ſua, & ſubticentur hic filij dimidię tribus Manaſſe non ex induſtria, quaſi ad aliquid ſignādum, ſed quia nominatis duabus tribubus intelligatur quoque iſta dimidia, cum ſępe nominētur hic. *De terra Galaad.* Poteſt accipi terra Galaad proprie, vel large. Proprie. n. ſignat terram ſolam, quę eſt in circuitu montis Galaad q̄ eſt in ſorte Gad, & dimidię tribus Manaſſe.
K Accipiendo large pōt intelligi pro quacūq; parte terrę duarum tribuum, & dimidię. Sed primo modo melius eſt, ſ. q̄ principes duarum tribuum, & dimidię tūc eſſent in terra Galaad, & ibi locuti fuerint eis legati Iſraelitarum. *Finium Chanaan.* Ideſt, quæ eſt in finibus terrę Chanaan, ſcilicet, quòd terra Galaad coniungitur terræ Chanaan: eſt enim terra Chanaan, in qua erant tribus nouem, & dimidia, & hęc terminabatur Iordane a parte Orientali, vt patet Nume. 34. capit. terra autem Galaad coniungebatur Iordani, & ibi communicabant terra Galaad, & Chanaan. *Ad filios Iſrael*. Ideſt ad nouem tribus, & dimidiam. Iſti vocantur Iſraelitę, tanquam ipſi ſoli eſſent Iſraelitę, ſ. quòd duæ tribus, &

Galaad dupliciter accipitur.

dimidia

dimidia non essent de Israelitis, erant tamen: sed nouem tribus, & dimidia, quia erant maior pars, acceperunt nomen quasi pro se solum. *Et retulit eis.* Erant.n. filij Israel congregati in Silo, vbi conuenerant, vt dimicarent ↄ duas tribus & dimidiam, ibiq; præstolabantur responsa per legatos, vt scirent an pugnare deberent ↄ duas tribus, & dimidiam, vel non: postea autem recesserunt inde in possessiones suas: ibi autẽ retulit Phinees israelitis cuncta, quæ responderant duæ tribus, & dimidia. *Placuitque sermo cunctis audientibus.* Idest omnibus israelitis, qui congregati erant, & audierunt verbum istud. Causa autem quare placuerunt est, quæ assignata fuit supra in ambasiatoribus. *Et laudauerunt Deum Israel.* s. quia fecerat, vt duæ tribus, & dimidia non inciderent in tam graue scelus. Etiam quia liberauit eos de malo, quod eis infligendum erat, si duæ tribus, & dimidia peccassent. s. quia super oẽs ira Dei excãdesceret. Item quia fecit, ꝙ nõ pugnarent contra duas tribus, & dimidiam ad delendum illas: si.n. verè patrauissent scelus, necesse erat, vt nouẽ tribus, & dimidia pugnarent ↄ duas & dimidiã, tanq̃ ↄ idolatras ad delendũ eas penitus, redigendo.s, prorsus terram earum in solitudinem, vt patet Deut. 13.c. *Et nequaquam ultra dixerunt, vt ascenderent contra eos, atque pugnarent.* Idest ante hoc deliberauerant Israelitæ pugnare cõtra duas tribus, & dimidiam, & solum expectabant rñsum per Legatos. Cum aũt cognouerunt hoc, non dixerunt, ꝙ ascenderent ad pugnandũ ↄ illas, quia iam nulla causa erat nouem tribubus, & dimidiæ, quare pugnarent ↄ duas & dimidiam. Etiã non destruxerunt altare videntes, ꝙ rationabile fuisset motiuum institutionis. *Et delerent terram possessionis eorum.* Hoc dicitur, quia non solum nouem tribus, & dimidia pugnaturæ erant ↄ duas, & dimidiam, sed ẽt destruere debebant totam terram, in qua morabanť, quia istud scelus erat puniendũ, sicut idolatria. Cũ aũt in aliqua urbe publicè constaret esse idolatras, aliæ vrbes conuenire debebant ↄ vrbẽ illam, & occidere omnes tam masculos q̃ fęmellas repertos ibi vsque ad pecora, & iumenta cunctaque viuentia, & post tota suppellex, quæ in urbe esset, congreganda erat in platea vrbis illius, & cremanda: totaque ipsa ciuitas cremanda erat, & postea diruenda, vt maneret tumulus sempiternus, vt patet Deuter. 13.c. ita autem fieri debebat ↄ omnes urbes duarum tribuũ, & dimidiæ & sic deleretur tota terra possessionis illarum. i. oẽs vrbes: loca tñ agrorum & vinearum & aliarum plantationum non erant cremãda, sed sola humana habitatio. *Vocauerunt filij Ruben, & filij Gad.* Ponitur altaris nomen in correspõdentia ad id, pro quo ponebatur, & dicitur de duabus tribubus, subintelligitur autem de media tribu, quia etiam media tribus fuit in constructione altaris, & in nominatione illius, sed subintelligitur nomine aliarum duarum tribuum. scriptura noluit idem sæpe repetere. *Altare quod extruxerunt.* Idest quod fabricauerunt. Istud altare semper postea mansit, quia erat factum ex bono motiuo ad laudem Dei, ideo nouem tribus, & dimidia non deleuerunt illud. *Testimonium nostrum.* Idest testimonium inductum in fauorem nostrum, scilicet quòd fuit positũ, vt pateret duas tribus, & dimidiam partem habere in Deo Israel, & iuris earum esse offerre victimas. *Quod Deus ipse sit Deus.* Idest altare istud est positum ad testificandum, ꝙ Deus sit Deus, non est sic intelligendum, quia manifestum est Deum esse Deum, nec ad hoc indigemus aliquo testimonio, sed est sensus, ꝙ Deus ipse, sit Deus, idest quòd Deus ipse, qui est in terra Chanaan, & ibi colitur in sanctuario, sit Deus, idest sit Deus noster, & tunc redit istud dictum in id, quod supra ponebant isti, scilicet, quòd faciebant al-

A tare, vt maneret in testimoniũ, quòd Deus Israel ad eos pertinebat; & non possent dicere filij nouem tribuum, & dimidiæ: Non est vobis pars in Deo Israel, nec habetis ius sacrificandi.

CAP. XXIII.

EVOLVTO autem multo tẽpore postquam pacem dederat Dominus Israeli, subiectis in gyro nationibus vniuersis, & Iosue iam longæuo, & B persenilis ætatis: vocauit Iosue omnẽ Israelem, maioresque natu, & principes ac duces ac magistros, dixitque ad eos. Ego senui, & progressioris ætatis sum: vosque cernitis omnia, quæ fecerit Dominus Deus vester cunctis per circuitũ nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnauerit: & nunc quia vobis sorte diuisit omnem terram, ab oriẽtali parte Iordanis vsque ad mare magnũ, multæq; adhuc super sunt nationes: Dominus Deus vester disperdet eas, & auferet a facie vestra, C & possidebitis terram, sicut vobis pollicitus est. Tantum confortamini, & estote soliciti, vt custodiatis cuncta, quæ scripta sunt in volumine legis Moysi, & non declinetis ab eis, neque ad dexteram, neque ad sinistram, ne postquam intraueritis ad gentes, quæ inter vos futuræ sunt, iuretis in nomine deorum earum, & seruiatis eis, & adoretis illos: sed adhæreatis Domino Deo vestro: quod fecistis vsque in diem hanc. Et tunc auferet Dominus Deus in conspectu vestro gentes D magnas & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit. Vnus è vobis persequetur hostium mille viros: quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est. Hoc tantum diligentissime præcauete, vt diligatis Dominum Deum vestrum.

EVOLVTO. Descripta in superioribus dispositione ducis tempore belli, hic consequenter describitur dispositio eius tempore pacis; & nihil aliud continetur in cap. hoc & sequenti E nisi admonitiones quædam ad rectè viuendum. Primò autem ponitur hic admonitio facta tempore ducis adhuc viuentis. Secundò ponitur dispositio facta, & admonitio tẽpore ducis morti appropinquantis cap. sequenti: intentio autem Iosue in hoc cap. est premonere Israelitas ad cultum Dei solicitè, & hoc per beneficia iam suscepta, & suscipiẽda, & agit duo. Primò inducit istam attentionem ad legis obseruationem per bonorum promissionem, secundò inducit illud per malorum comminationem infra. *Quòd si volueritis,*

An quæ habentur hic sint recto ordine se habentia ad superiora, Quæst. I.

QVAERET aliquis circa istam literam, an ea, quæ habentur hic sint recto ordine se habẽtia ad superiora, vel sit aliqua anticipatio, vel recapitulatio. Respondendum, quòd rectus ordo est: prius enim facta sunt quę habẽtur in cap. pręcedenti quam ea, quæ habẽtur hic: nam illud, quod supra dicebatur de constructione altaris factũ est immediate, vt data pace diuisa est terra. Nam duæ tribus, & dimidia manserunt in terra Chanaan toto tẽpore, quo pugnatum est contra Chananęos, & postea dum diuisa est terra omnibus tribubus, quibus completis vocauit Iosue illas, & dedit licentiam redeundi in terram suam, & tunc fabricauerunt altare in terra Chanaan priusquam redijssent in possessionem suam, vt patet pręcedenti cap. Quod autem dicitur hic fuit postquam data est pax Israelitis cum Chananæis, & omnibus gentibus in circuitu, vt patet in litera: ergo fuit post ea, quæ posita fuerunt præceden. cap.

An hæc facta fuerint immediate post præcedentia. Quæst. II.

AMPLIVS quæretur, an fuerint quæ habentur hic immediate post ea, quæ continentur præcedenti cap. vel interiectis multis tẽporibus. Et respondendum, quòd fuerint interiectis multis diebus: sic enim litera signat, s. euoluto multo tempore postquam Deus dederat pacem Israeli, & Iosue longęuo, & persenilis ętatis. Tempora autem media nõ habent aliquam historiam, quia nõ fuit tempus bellorum: ideo non accidit aliquid quod esset narratione dignum, & sic factum est vsque ad tẽpus mortis Iosue: nam postquam cessauit Iosue semel a bellis ante diuisionem terræ nunquam redijt ad bella, sed fuit totũ tempus pacis vsque ad mortem eius: post mortem autem illius facta sunt bella Israelitarũ contra Chananæos aliquando ad capienda loca, & interdum ad eruendum se de potestate eorum, de quibus patet ex discursu libri Iudicum. Fuerunt autẽ post bella, & diuisionem terræ in vita Iosue duo notabilia solum, s. duæ admonitiones eius, quas fecit ad totum Israel: ideo istæ duæ solũ ponuntur vsq; ad finẽ libri.

Attẽtio ad legis obseruationẽ ꝑ bonorum ꝓmissionẽ

Circa primum. *Euoluto autem multo tempore*. In hoc continuatur istud ad præcedentia, s. quòd istud, quod habetur hic, non contigit immediate, sed multis temporibus intermedijs post prædicta: & causa est, quia istam commonitionem fecit Iosue iam factus nimis senex, & putans tunc se moriturum: accidit tamen, ꝙ non immediate moreretur: ideo iterum ad tempus mortis suę congregauit Israelem, & fecit aliam admonitionem, quę patet cap. sequenti. Et quia tempore quo prædicta fuerunt, non erat Iosue adhuc nimis senex, expectauit quousque esset in senio cum putaret se esse vicinum morti, & interim multa tempora euoluta sunt.

Postquam dominus dederat pacem Israeli. Dicitur Deus dedisse pacem, quando cessauit terra a bellis, & fecit Deus, quòd diuideretur terra. Fuit autem ista pax inducta dupliciter: vno modo per cessationem Iudęorum a bellis contra Chananæos: alio modo per cessationem Chananęorum ab impugnatione Iudęorum. Prima fuit cessatio Chananęorum: nam a principio Chananæi insecuti sunt Iudęos tanquam deleturi illos, vel expulsuri de terra: cum autem viderunt se inferiores illis viribus, s. in bello quinq; regum ꝯ Gabaon, qñ venit Iosue in adiutorium Gabaonitarum, & occidit quinq; reges latentes in spelunca, de quo s. 10. & iterum congregati plurimi de regibus Chananæorũ

F ad aquas Meron deuicti sunt a Iudæis, non ausi fuerunt vltra bellare in campo, sed Iudæi inceperunt pugnare ꝯ quaslibet ciuitates, & reges earum manentes in pręsidijs suis, & ibi se vtrunq; tutantes, de quo s. 11. Tũc autem si Iudęi desijssent pugnare ꝯ Chananęos, ipsi quoq; destitissent pugnare cõtra Israel. Primo igitur data est pax ex parte Chananęorum, non quidem per interpositionem aliquorum fęderum, sed per cessationem bellorum. Secundo fuit data pax ex cessatione Iudęorum a bellis: cum enim introierunt in terrã Chanaan, semper pugnauerũt vsquequo acquisierũt maximam partem terrę Chanaan, s. quasi septẽ annis post introitum in terram ipsam: tunc. n. Deus iussit, ꝙ cessarent, quia non erat eis opportunum plus tũc obtinere de regionibus Chananęorum, & tunc fuit tota

G lis pax non quidem per concordiam, tanq̃ inter amicos, sed per timorem pugnandi, nam Chananęi libentissimè pugnassent ẽt in ęternum, si quolibet scirent se profecturos ꝯ Israel, sed arbitrãtes oppositum siluerunt a bellis. Et dr̃ Deus dedisse istam pacem, qa ipse fecit Chananęos inferiores virib⁹ Israelitis, ita vt timerent eos nequaquam ꝯgredi audentes. Sic. n. dixerat, ꝙ mitteret terrorem suũ in oẽs populos Chananæorum, vt patet Exo. 23. c. Etiã dedit pacem quantum ad partem Iudęorum, quia credẽdũ est, ꝙ ipse præceperit Iosue, vt cessaret a bellis, alioquin non vr̃ cur cessaret cũ pugnasset fere septẽ annis, vt declaratum est s. 14. c.

Subiectis in gyro. Idest in circuitu Iudæorum. *Nationibus vniuersis*. Solum intelligitur de nationibus Cha-

H nanęorum, qui erãt septem populi, s. Amorrhæi, Chananæi &c. vt patet sequen. cap. nam contra cęteras nationes non pugnauerunt, quia Deus nõ erat daturus aliquid Israelitis de nationibus illis, cum non promisisset, nec habebant iustam causam pugnandi Israelitę contra aliquam aliam gentem. Dicũtur autem nationes subiectę, quia Israelitę subiecerunt aliquos de omnibus septem populis, vel gentibus Chanaã, & illę vocantur nationes septem. Dicitur autem in circuitu vestro, idest in terra vestra: nam non erant gentes istę in circuitu, ita quòd Israelitę essent vndique circumsepti a populis Chananęorum, sed quandam partem terræ obtinuerant Israelitę, aliam autem adhuc possidebant Chananęi, & inter Iudęos adhuc erant aliqui de Cha-

I nanæis, quos delere non potuerunt, vt patet supra 16. & 17. & Iudicum 1. quia tamen erant Chananæi aliq ad aliqua latera terræ obtentę a Iudęis dicebantur nationes esse in circuitu Iudęorum: est tñ modus loquẽdi largus. Cum autẽ dicitur, ꝙ subiectę erãt eis omnes nationes, s. Chananæorum, non est intelligendum vniuersaliter. Falsum enim esset; nam manebant adhuc multę gentes, de quibus supra c. 13. & hic etiam innuitur, s. quòd morabãtur adhuc de Chananęis multi inter Israelitas. Potest tamen intelligi dupliciter ista subiectio. Vno modo per destructionem, s. ꝙ Israelitę pugnauerunt contra omnes Chananęorum populos, & occisis illis acceperunt terram: tunc autem esset tota terra in circuitu subdita proprie. gentes autem vel

K nationes non erant proprie subditę. qa non manebãt: largè tñ dicentur subditę, quia iam non repugnabant. Sed non stat iste modus, quia postquam cessauit terra a bellis adhuc manebãt multi populi, & regiones Chananęorum non subiectę Iudęis, vt patet s. 11. vbi dr̃, ꝙ cessauit terra a bellis, & postea 13. ca. ponuntur multæ gentes, quę nondum subiectę erãt. Alius modus subijciendi erat proprie, s. ꝙ Iudęi pugnassent contra Chananęos, & cum possent eos delere, non deleuerunt relinquentes eos sibi tributarios. Sic patet s. 16. de Chananęis habitãtibus in Gazer, qui facti sunt tributarij: idem patet de multis vrbibus in dimidia sorte Manasse, quæ sub tributo seruierunt, vt patet supra 17. cap.

Sed

Sed dicendum, ꝙ isto modo adhuc Israelitæ non subiecerāt sibi omnes gentes Chananęorum, quia impositio tributi est, quando Israelitæ poterant delere aliquam gentem, & non delebant, & ob hoc recipiebant tributa: tempore tamen Iosue non fuerunt sic subiectę omnes gentes Chananæorum: nam post mortem Iosue fuerunt gentes multæ, de quibus dicitur Iudi. 2. quòd Iosue non potuit delere illas.

Item non stat, ꝙ Iudæi imposuissent tributum gētibus illis, sed magis ipsi soluebant tributum, & præmebantur a Chananæis, vt patet Iudi. 3. & 4.

Item cum dicitur, ꝙ aliqua loca subiecta fuerūt in tributum Iudæis in sorte Ephraim, & Manasse, vt patet supra 16. & 17. sed magis post mortem illius, quia ibi dicitur, quòd a principio non pręualuerunt Israelitę contra gentes istas, & ob hoc manserunt in terra: postea autem cum confortatus fuit, & multiplicatus Israel fecit illas tributarias, & hoc videtur fuisse post mortem Iosue, vt colligitur Iudi. 1. c. Non est ergo verum aliquo modo, ꝙ omnes gentes Chananæorū fuerint subiectæ Iudæis tempore Iosue, sed scriptura accipit vniuersalem propositionem pro multis. s. q̄a maior pars gentis Chananæorum subdita fuit Israelitis, dicuntur omnes nationes subiectæ. Istę autē gentes, quæ subiectæ fuerunt improprie subiectæ sunt. s. per mortem: nam per compositionem nulla subdita fuit. Potest tñ alio modo accipi litera ista, ita vt non sit necessaria aliqua determinatio vniuersalitatis. s. ꝙ oēs nationes in circuitu erant subiectæ Iudeis. i. non audentes pugnare contra eos, licet nō essent subiectę eis ad tributa soluenda. Et iste modus est magis cōueniens, q̄ aliquis superior, quia tunc verum est vniuersaliter, ꝙ oēs nationes in circuitu erāt subditę Iudęis. i. nulla tam de Chananeis, q̄ de alijs gentibus audebat repugnare Iudęis. *Et Iosue iam longæuo.* Idest erat Iosue iam ætatis longę: dicitur. n. longæuus. i. longi æui. Vocauit. n. totum Israel, qñ erat longęuus, quia intendebat cōmonere totum populum ad Dei cultū, & hoc voluit facere ad mortem suam. Et quia cum esset iā longęuus arbitrabatur se esse in limine mortis vocari fecit Israel. Toto aūt tpe pręcedenti, quia existimabat adhuc sibi superesse vitā, non fecit vocari israel, q̄a vtilius esse credidit admonere illos ad mortē suā, q̄ multo tpe prius: eo ꝙ magis retinerent hoc Iudęi postea in memoria. Ea quippe, quę quis agit in limine mortis, magis apud posteros in memoria tenentur, q̄ ea, quæ fiunt, dum quis de morte suspectus non est, & hoc, quia creditur facere quis ex maiori affectione quęcunque agit morti coniunctus, q̄ quę aliàs agit, cum ista sunt ad aliorum utilitatem. Etiam fecit hoc Iosue, quia mos erat sanctis patribus apud mortē suā admonere eos, quos diligebant. Sic. n. Iacob patriarcha morti propinquus vocari fecit Ioseph, & filios duos eius, & benedixit illis Gen. 48. & post hoc cum esset verè propinquus morti conuocari fecit omnes filios suos, & locutus fuit eis de futuris, benedicēs singulis eorum; Gen. 49. Moyses quoque Dei famulus ad mortem deueniens congregato toto Israel proposuit eis totum Deuteronomium, declarans legem, & eo finito ascendit in montem Abarim, vt moreretur, vt patet Deuter. 1. & ultimo. Nec solum proposuit Deuteronomium, qui erat ex necessitate declarandę legis eis proponendus: sed ēt quasi recedens ab eis cōtestatus fuit illis, ꝙ colerent Deum inuocans cęlum & terram super illos, quòd mala ipsis ventura essent non obseruantibus legem: declarans hæc in cantico Deuterono. 32. & præter hoc conuocans omnes posuit benedictiones omnium tribuum, vt patet Deutero. 33. c. hanc consuetudinem obseruare uoluit Iosue admonēdo Israelitas ad cultum Dei. Eratq; nimis

Mos sanctorum patrum apud mortem suã, & sic facere debent boni christiani.

A necessaria, quia nūc Israelitę quasi noui in terra Chanaan poterant ex cōmunicatione Gentilium deprauari, & conuerti ad idola, nisi solicitè cauerent. Hāc quoque consuetudinem tenuerunt patres posteriores: nam Samuel propheta & princeps in toto Israel, cum esset nimis senex, conuocauit totum Israel, & declarauit eis peccata sua eligendo, siue petendo regem admonens, vt postea sequerentur Deum, vt patet 1. Reg. 12. cap.

Et persenilis ætatis. Hoc ponitur ad signandum valde magnam senectutem: erat enim Iosue senex, & prouectæ ętatis, quando incepit diuidere terram, vt patet supra decimotertio. erat tamen valde senior nunc, quando admonuit Israel, eo quòd ab illo tēpore B vsque nunc multa tempora euoluta erant, vt patet in principio literę, scilicet euoluto multo tempore postquam Dominus dederat pacem: tempus tamen, in quo Deus dedit pacem, erat tempus, quo cępit terra diuidi, vt colligitur supra 14. cap. & dicitur persenilis, idest valde senilis; quia ista prępositio, per, vel pre, dicit complementum, vel augmētum: vt factus, & perfectus; senilis, & persenilis; sonās, & personās; clarus, & pręclarus.

Vocauit Iosue omnem Israel. Non intelligitur simpliciter quòd omnes viri de Israel conuenissent ad Iosue, quia non possent eum audire omnes. Etiam non erat contingens aut possibile quòd omnes conuenirent: necesse enim erat quòd aliqui vacarent alijs officijs saltem ducendo cibos eis, qui ad Iosue admoni- C tionem cōuenerant: sic fuit cum Moyses ante mortem suam vocauit totum populum, vt audiret verba Deuteronomij, qui nouiter proponebatur: tamē ibi non fuerunt omnes, quia portātes aquas, & ligna pro necessitate castrorum non erant ibi. Sic patet Deut. 29. cap. cum dicitur: Vos estis hic omnes &c. & cum computauerit eos subditur: exceptis lignorum cæsoribus, & his, qui comportant aquas: sed conuenit totus Israel: quia de quolibet loco Israel conueniebant aliqui viri, & illi retulerūt postea cæteris admonitionem Iosue. Aliquis forte dicet ꝙ soli principes Israel conuenerunt ad audiendum hoc: sed eis conueniētibus dicitur cōuenisse totus populus, quia cōtinēt totum populum eminenter. Sed non stat: quia litera dicit conuenisse totū Israel, & deinde dicit co- D uenisse principes & duces: si tñ intelligerentur principes noīe totius populi non fieret repetitio: ideo dicendum est ꝙ pręter principes cōuenerit totus Israel eo modo, quo dictum est: posset tñ stare ille sensus, si non ponātur sequentia tanq̄ copulatiuè addita, sed vt exponens & expositū: & sic aliquādo ponitur, &, expositiuè, & nō copulatiuè. *Maiores natu.* Dupliciter vocātur aliqui maiores natu, s. quia antiquiores sunt, vel quia de pręclariori prosapia. Primo modo dñr maiores natu, idest maiores ex natiuitate, s. quòd magis de tpe transiuit ex natiuitate eorum. Secūdo mō maiores natu, idest maiores natalibus, s. in prosapia. Primo modo accipiuntur hic, s. seniores: & iste est E cōis modus accipiendi in litera nostra. Fuerunt autē vocati specialiter seniores, quia isti prudētiores sunt: sic dixit Salomon: In antiquis est sapiētia, i. prudētia: nam prudētia experientia magna indiget, quia est de agibilibus humanis, quæ non cōprehenduntur phantasia aut intellectu; experientia autē non fit in paruo tpe, cum exigat multos actus, & circa multa obiecta actionis. Iuuenes aūt paucū tp̄s habuerūt, iō nō ꝯtingit eis prudētia. Sic ait Aris. 6. Ethi. nō cōtingit iuuenes esse prudētes, aut sapiētes, sed facile est eē Mathematicos: sic ēt dicit 1. Ethi. ꝙ iuuenis nō est cōueniēs auditor moralis philosophię: inexpertus. n. est q̄libet aūt bñ iudicat de his, q̄ cognoscit: seniores āt isti tanq̄ pruden-

Experiētia multo indiget tpe.

prudentiores cæteris possent magis cognoscere veritatẽ verborum Iosue,& proponere illa postea in populis suis. Non vocantur autem seniores illi, qui erant simpliciter maximi secundum ętatem in toto populo, quia forte non proficeret istos illuc cõuenire, quia sicut aliquis propter esse nimis iuuenem inexpertus est, ita qui valde senes sunt deficiente temperiæ cerebri incipiunt variare: ita vt aliqui qui ad valde magnã ætatem perueniunt ad nihil omnino cognoscere eos deuenire contingat. Sicut factum est de quodam viro valde literato temporibus suis, qui pleraque voluminum, tam historiarum quàm sapientialium confecit; ad tantam tamen ex bonitate complexionis longanimitatem deductus est, vt nec literas nosceret, nec sciret se esse, qui prius libros condiderat; hoc autem in territorio Numantino factum est. Sed erant isti viri senes valde prudentes, & magnæ auctoritatis in toto populo, secundum ętatem quoque maturi, vt nihil ex leuitate iuuenili agere crederentur, quæ si contingant alicui in iuuentute, verè senex vocabitur: sic patet Sapientiæ 4. senectus venerabilis non diuturna, nec annorum numero computata: cani sunt sensus hominũ & senectus vita immaculata. *Et principes.* Isti sunt, qui erant principes secũdum originem, s. quòd illi, qui veniebant in tribubus singulis per lineam primogenitorum, erant principes tribuum suarum: horum autem erat impossibile plures esse in aliqua tribu, sed in qualibet tribu erat vnus. Vnde sicut erant duodecim tribus, ita erant duodecim principes in toto Israel: & sic quando Moyses iussu domini computauit totum Israel in mõte Sinai, posuit primo duodecim principes tribuum, vt patet Nume. 1. & in castrametando eosdẽ duodecim principes assignauit Nume. 2. & cum Sanctuarium dedicatum fuit, ponuntur duodecim principes tribuum offerẽtes per singulos dies, scilicet per duodecim, vt patet Num. 7. cap. & semper manebant sic principes. Erant autem isti generosiores in toto populo, quia veniebãt a capitibus tribuum per lineas primogenitorum. Erãt etiam alij principes familiarum, quia sub qualibet tribu erant aliquę familię, quę erant cognationes magis speciales, de quibus patet Nume. 26. vbi ponuntur omnes familiæ tribuum, & singulæ harum habebant principes suos, qui veniebant a capitibus istarum familiarum per lineam primogenitorũ semper deriuando, & eodem modo in qualibet familia erat vnicus princeps: isti autem tanquam capita populi vocati sunt specialiter. *Et duces.* Propriè duces dicuntur esse capitanei bellorum: hic autem non accipitur sic, quia non erant tũc aliqua bella, quorum ponerentur duces: sed vocantur duces principes, qui non sunt ex origine, sicut principes tribuum, & familiarũ, sed erant præpositi a populo ad aliquid agendum, & isti sunt iudices, qui præficiũtur, & habent iurisdictionem in populo ad dirimendas causas, & ad pęnas, & pręmia: & isti sunt duces, idest directores, qui dirigunt omnia negotia distribuẽtes iustum in singulis. Vnde quasi regulæ sunt, per quos cognoscitur in actionibus quid prauum distortum, aut rectum sit. ideo cum homines ad iudicium veniũt quasi ad regulam actiones suas deducunt: sic ait Aristot. 5. Ethicor. *Et magistratus.* Istud est nomen generale ad omnia officia, & pręposituras quascunque, siue ad iudices, siue principes, siue duces, aut qualitercunque. vt tamen includantur omnes habentes aliquam pręposituram inter Israelitas dictum est de magistratibus. *Dixitque ad eos, ego senui.* Hic ponit causam dictorum suorum, quasi dicat, ideo dico vobis hęc admonens ne recedatis a Deo vestro, quia senui. Si autem essem iuuenis nõ dicerem, quia adhuc superesset mihi vita, & ego videns opera vestra nõ permitterem vos declinare ad idola; sed nunc senui valde, & arbitror exitum meum appropinquare, ideo nõ potẽs vobiscum esse ad directionem vestrã admoneo, ne deseratis Deum vestrum. *Et progressioris ætatis sum.* Istud ponitur ad signandum magnam senectutem: idem autem est progressior ætas, & prouecta, vel prouectior: & dicitur progressior a progrediendo, s. quando aliquis multum progressus est in diebus suis. Et ob hoc supple suspicor, quòd festinet recessus meus de hoc habitaculo carnis. *Vosque cernitis omnia, quæ fecerit dominus Deus vester.* In hoc incępit inducere, quod intendit, scilicet admonet Israelitas, vt colant Deum nõ recedentes a lege eius, & inducit ex datis beneficijs, scilicet, quia Deus multa eis bona contulerat, propter quæ non debebant deserere cultum eius, & ad hoc dicit: Vos cernitis cuncta quæ fecerit, quasi dicat, ipse benefecit vobis, & ista beneficia non sunt abscondita, quia vos omnes nostis quid fecerit; & ob hoc magis moueri debebãt, quia beneficia manifesta magis immutãt quam beneficia, quæ aliqualiter sub dubio manent, an sint.

Aduerte de quodã viro hispano qui cũ doctus esset tpis diutur nitate, nec literas noscebat, & appellabatur Ioannes Aegidij Zamorensis, seu Numantinus. nam Numantia est hodię Zamora.

Quid proprie duces

Considerandum autem, quòd ista inductio ad colendum Deum non est efficax simpliciter, immo secundum se non est conueniens, sed conuenit secundum subiectam materiam: cultus namque, ad quem Iosue hic admonebat est soli Deo debitus, eo quòd Deus est: & cum constiterit Deum esse aliquem, dato quòd nobis nunquam benefecisset, sed nocuisset, tenebamur eum colere, & quamquam aliquis tanta bona nobis contulisset quanta Deus impendit si possibile vllatenus foret, non deberemus ei cultum aliquẽ exhibere: solum ergo exigebat ad hoc directe, quòd Iosue declarasset, quòd Deus eorũ erat verus Deus, & non sicut dij gentium, qui simulachra sunt: & tunc non adiungens aliqua collata ab eo beneficia sufficiẽter induxerat Deum esse colendum. Probari autem, quòd Deus Hebræorum esset verus Deus poterat faciliter per multa magnalia, quæ egerat, qualia non potuerunt facere dij Gentium, & ista erat inductio conueniens simpliciter ad hoc, quod intendebatur: induxit tamen hoc per beneficia præstita, quia ista erat cõueniens inductio secundum subiectam materiam. Iudæi enim non multum afficerentur in Deum, quia Deus erat: Nam hoc pertinet ad considerantes differentiam perfectionis entium, & altissimum gradum entitatis, de quo ad Iudęos nihil pertinebat, quia rudes erant, beneficia autem collata erant aliqua sennsibilia bona, & delectabilia, ideo per hęc magis afficerentur ad illum. Admonuit ergo Iosue non per illa, per quæ simpliciter admonitio fieri debebat, sed per id, quod quantum ad istos conueniebat: sicut nos nõ incipimus cognoscere ab his, quæ sunt simpliciter cognoscibilia primo, quæ vocantur primo nota naturę, sed ab his, quæ sunt primo nota nobis, vt ait Arist. 1. Phys. Alio modo potest dici, ꝙ Iosue non posuit illã admonitionem tãquam per collata bona totaliter induceret, quòd Iudæi debebant Deum colere, vel non recedere a lege eius, sed posuit ad magis inducẽdum, s. quòd Iudæi debebant colere Deum suum, quia verus Deus erat, & tamen adhuc debebant magis affici ad ipsum, quia multa eis cõtulerat: & hoc verum est, quia nos tenemur ad diligendum Deum, & colendũ ipsum, quia Deus est, siue nobis contulerit bona aliqua, siue nulla: magis tñ tenemur cum nobis aliquid contulerit, ꝗ si nihil, & quanto plura contulerit, tãto plus diligere tenebimur: sic declarauit Christus Luc. 7. ꝑponens parabolã de duobus debitoribus ad vnũ fęneratorẽ vtroq; dimisso debito qs magis teneretur diligere, & rñsum est, ꝙ ille, cui plus donata sũt, qđ Christus laudauit, dicens: Recte iudicasti. & subintulit de Magdalena: Remittunt̃ ei peccata multa, quia dilexit multum.

Si qs tanta bñficia nobis contulisset, vt Deus, non tñ dét, vt Deus coli.

multum. *Cunctis per circuitum nationibus.* Potest referri hoc ad nationes, quarum terram ceperant, vel ad illas, quæ adhuc manebant.

Primo modo est sensus, ꝙ Deus illas nationes deleuerat in conspectu iudæorum tradens in manu ipsorum, cum iudæi fragiles essent, & nationes robustę, & tunc dicitur cunctis nationibus per circuitum idest in circuitu loci huius, in quo sumus scilicet in tota terra quam accepit Israel.

Secundo modo est sensus, ꝙ Deus fecit multa nationibus, quæ erant in circuitu, quia multæ de illis, licet non erant deletæ, tamen conuenerant in bellum iam contra Israelitas ad aquas Meron, & ibi perierūt reges plurimi earum, & exercitus magni: postea autē confugerunt in vrbes suas, & Israelitæ non pugnauerunt contra omnes, sed solum contra quosdam de regibus: magna autem terra derelicta fuit, contra quā non pugnauerunt existente Iosue. s. contra gentes illas, de quibus supra 13. capitulo, & sic fecit Deus omnibus illis multa mala, sicut nationibus, quę perierāt.

Vel potest intelligi, ꝙ fecit Deus eis malum. s. ꝙ incussit eis terrorem magnum: prius enim audebant contra Israelitas, & credebant se posse illos expellere de terra, vel delere. Deus autem incussit eis tantum timorem, vt nequaquam auderent pugnare contra iudęos, nec expectare in campo, sed fugientes tuebantꝰ se intra urbium suarum præsidia.

Quomodo pro uobis ipse pugnauerit. Scilicet non fuit pugna vestra, sed pugna Dei, quia ipse agebat totam stragem contra hostes vestros, & vos nihil faciebatis.

Quomodo Deus pro Israelitis pugnabat. Eiusq; modus pugnādi fuit triplex. Quæst. III.

QVAERET aliquis qualiter Deus pugnabat pro Israel. Respondet, ꝙ pugnabat Deus pro Israel, & modum pugnę experti sunt Aegyptii, quando ingressi mare rubrum videntes moueri fluctus super eos, dixerunt, Fugiamus Israelem, quia Deus pugnat pro eis contra nos, vt patet Exo. 14. capitulo, & postea Moyses cantans ob hanc victoriam ait: Dominus quasi vir pugnator Exod. 15. capit.

Sciendum autem, ꝙ modus pugnandi Dei pro Israelitis fuit triplex.

Primus fuit quando pugnabat pro eis, & ipse totaliter agebat pugnam iudęis non pugnantibus: & iste modus fuit in mari rubro, cum persequerentur Aegyptii hebræos ad interitū, respexit Deus castra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecitque exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum, ut patet Exo. 14. ibi autem nihil faciebant Israelitæ, quia erant ex alia parte maris respicientes, quid Deus ageret contra Aegyptios: sic enim dixerat prius Moyses: Dominus pugnabit pro vobis, & uos tacebitis, idest non mouebimini.

Sic quoq; fuit bellum Dei ꝯ Amorrhęos in torrētibus Arnon: nam cum ingressuri essent Israelitę in terram duorum Amorrhęorum Regum apud torrentem Arnon, erat via stricta inter duos scopulos cauernosos, latuerantq; ibi Amorrhęi plurimi, ut inde sagittis, & iaculis atque lapidib. occiderent Israelitas, plurimosque ipsorum incautos occidere poterāt & nullum transire permitterent, Deus autem fecit scopulos inclinari super torrentem, & suffocati sunt ibi omnes Amorrhęi latentes, & rursus erecti sunt ad pristinum statum, ut transire possent Israelitæ, ut patet Num. 21. capi. Hic autem nihil faciebant Iudęi, immo nec cognoscebāt vllos sibi instare hostes, sed Deus pugnauit. Et quia sic in mari rubro solus ipse pugnauerat, scriptura comparauit ista duo facta ponens ea in libro bellorum Dei. Sic patet præallegato. capitulo cum dicitur. vnde dicitur in libro bellorum domini, sicut fecit in mari rubro, ita faciet in torrentibus Arnon: scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon, & recumberent in finib. Moabitarum. sic quoque factum est tempore regis Ezechiæ, cum angelus Dei per noctem occidit in castris Aegyptiorum centum octogintaquinque millia. 4. Regum. 19. & alia similia, ut. 2. Paralipomenon 20. capitulo.

Secundus modus, quo Deus pugnabat pro Israelitis erat, quando ipse aliquid manifeste per se agebat, & aliquid Israelitæ adiuti a Deo. Iste modꝰ est minor primo, quia hic est aliqua actio humana, sic fuit ī bello Iosue contra Iericho, quia Israelitis lustrantibus vrbem per septem dies muri ciuitatis a fundamentis corruerunt, ꝙ Deus solus fecit: Israelitæ autē ingressi vrbem desolati sunt eam, ut patet supra sexto: sic quoque fuit in bello Iosue contra quinque reges pugnātes contra Gabaon. Nam Deus fecit stare solem spatio diei vnius quousque vlcisceretur se Iosue de hostibus: dimisit quoque prius lapides magnos grandinis in descensu Bethoron usque ad vrbem Azecha, perieruntque plures, quam ceciderant gladio, ut patet sup. 10. Simile fuit tempore Gedeonis, quādo iuit ipse cum trecentis uiris nocte habentibus trecentas lagenas fractas, & lampades atque buccinas, terrueruntque totum exercitum alienigenarum, & Deus misit turbationem in eos, ita vt putarēt quòd pugnabant contra Iudæos, & pugnabant singuli cōtra coniunctos sibi, ceciditque sic innumerabilis multitudo, vt patet Iudi. 7. cap. multa autem similia sunt.

Tertius modus pugnandi Dei pro Iudæis est, quando ipse manifeste nihil agebat, sed adiuuabat eos ad pugnandum, ita ꝙ aliter pugnare non potuissent: & hoc erat dupliciter. Vno modo diminuendo vires aduersariorum, vel immittendo terrorē in eos. Alio modo dando animositatem, vel vires Iudæis ad pugnandum. De primo patet Exo. 23. & Deuter. 7. s. terrorem meum mittam in præcursum tui, occidamq; omnem populum, ad quem ingredieris, cunctorūq; inimicorum tuorum coram te, terga vertam. De secundo patet Deut. 8. s. ne forte dicas in corde tuo fortitudo mea, & robur manus meę hęc mihi omnia præstiterunt, sed recorderis Domini Dei tui, ꝙ ipse tibi vires prębuerit, vt compleret pactum suum: cum autem dicit hic Iosue, quòd Deus pugnauit pro eis intelligitur de 2. & 3. modo pugnandi, quia de primo modo nullum exemplum fuit tempore eius, sed tempore Moysi, vt patet ex processu totius istius libri.

Et nunc quia vobis sorte diuisit omnem terram. Idest etiā cernitis, quia, idest quòd Deus diuisit vobis omnem terrā sorte, s. fecit quòd diuideretur: nā Iosue & alij viri diuisores hoc fecerant, vt patet supra 19. hoc est referendo istam literam ad præcedentem: sed non debet sic legi, sed magis quòd incipiat hic clausula: & est sensus ꝙ Iosue supra inducebat Israelitas per beneficia collata, nūc verò inducit per beneficia, quæ conferenda sunt. Est autem hoc, quòd Deus fecerat totam terram Chanaan diuidi Israelitis in sortes, sed non fuerat tota tradita: hic autem dicitur, quòd tota tradetur. In quo sciendum quòd sicut declaratū fuit supra 13. Iosue bis diuisit terram: primo enim data pace cum hostibus, & cessantibus omnibus bellis terram captam diuisit inter tribus Israel: postea autē dixit ei Deus: multa terra derelicta est, quę nondum capta fuit, sed hanc quoque diuide cum reliqua, quæ

capta

capta est, quia ego dabo eam Israelitis: & tūc diuidit Iosue totam terram Chanaan tam captam, quam nō dum captam, & ista est diuisio, quæ habetur supra a. capit. 15. vsque ad 20. & quia Israelitæ poterant conqueri, ꝙ Deus diuiserat eis terram illam, & non tradebat, quod erat superuacuum, immo labor in diuidendo, & describendo fuit penitus inanis. Respōdet Iosue, ꝙ quamquam Deus nondum tradidisset, tamē traditurus erat, & certissime traderet.

Ab orientali parte Iordanis vsque ad mare magnum. Hic ponuntur duo termini. s. orientalis, & occidentalis. Est iordanis in oriente, ut patet Num. 34. c. mare magnum autem est in occidente terrę illius, ut patet ibidem. & Deut. 11. atque supra. 1. vocatur autem mare magnum. s. mediterraneum, quod erat magnum respectu aliorum marium terrę Chanaan: erant, quippe ibi duo maria parua, quæ vocantur lacus, vel stagna. s. mare Genesareth, siue Galileę, & mare Sodomorum, quod vocatur mare salsissimum, vel solitudinis, vt declaratum est late de eis. sup. 12. c. istud tamē non vocatur mare magnum simpliciter, sed illud est mare oceanum, istud mare est terminus totius terrę Chanaan, & totius Asię, nā per illud omnes tres mūdi portiones aliqualiter distinguuntur.

Non est autem intelligendum, ꝙ solum esset facta diuisio ab oriente in occidentem, quia etiam erat facta a Meridie in Aquilonem, cum nihil relictum fuisset indiuisum in tota terra Chanaan, sed dictum est ab oriente in occidentem ad signandum maiorē extensionem terræ Chanaan: longior enim est ab oriente in occidentem, quam a Meridie in Aquilonē.

Item dictum est, quia maior difficultas erat diuidi terram ad partem occidentalem, quam a Meridiana in Aquilonem, quia Philisthiim, & aliæ gentes robustissimæ morabantur ad partem occidentalem, quę nondum fuerant captę: ad partem autem meridianā, & Aquilonarem nihil fere manebat non subiectum in potestatem hebręorum.

Multæque adhuc supersunt nationes. Idest multæ nationes supersunt, quæ nondum fuerunt vobis subiectæ: sed subiicientur: istæ nationes enumerantur. sup. 13. & Iud. 3. c.

Quare autem istę nationes non fuerint mox traditę in potestatem hebręorum, sicut traditæ sunt alię, quas ceperunt, causę tres sunt, de quibus satis dictum est. s. 13. c.

Quid disperdere. *Dominus Deus vester disperdet eas.* Idest delebit, disperdere est totaliter destruere: sic Deus facturus erat de gentibus illis, multæ quippe postea subditę sunt Iudæis tempore iudicum, & tempore Regum, vt Dauid, & Salomonis, cuius tempore tota terra subiecta fuit Israelitis, ut patet. 2. Paralipo. 8. capitulo.

Quomodo autem tota terra subiecta fuit, vel Deꝰ omnes gentes disperderit a facie Israelitarum, cum videantur quędā gentes nunquam fuisse subiectæ iudęis, ut apparet de Tyris, & Sidoniis, & Philisthinis declaratum fuit sup. 13. c.

Et auferet a facie vestra. Idest auferet coram vobis s. ne maneant in terra.

Hoc dupliciter scilicet, vel eas delēdo, sicut aliquæ gentes fuerunt, quas Israelitę penitus disperdernut.

Vel eas vobis subiiciendo in tributarias, sicut fuit de quibusdam aliis, de quibus. 2. Paralipom. 8. capitu. & quamquam iste secundus modus non sit ita proprius, tamen satis stat, quia quando gentes non erant subiectę iudæis resistebant eis in faciem, & stabant, coram facie ipsorum, cum vero fuerunt subiectæ illis iam non erant coram facie ipsorum, quia non resistebant illis.

F *Et possidebitis terram.* Idest possidebitis totam reliquā terram Chanaan, & hoc quia quandam partem terrę postea ceperunt ad habitandum, & aliam subiecerunt sibi, non ad habitandum, sed vt haberent habitatores terræ illius in tributarios.

Sicut pollicitus est. Hoc promiserat primo Israelitis cum dixit eis quantam terram dare deberet, & semper promittebat saltem terram septem populorum Chananęorum. Iosue quoque promisit, ꝙ residuam terram adhuc daret Israelitis, vt patet. s. 13. s. Ego sū, qui delebo eos a facie filiorum Israel.

Tantum confortamini. Tantum, est hic dictio exclusiua. s. non sitis soliciti circa acquisitionem terrę, quæ super est, vel circa aliquid alterum, sed solum estote soliciti ad custodiēdum mandatum Dei, quasi dicat

G quantum ad cætera Deus est solicitus vestri, & dabit omnia, quę promisit, confortamini. i. estote forti animo. Et pertinet hoc ad eleuationem cordis ī aliquid arduum, ꝙ est per modum spei. obseruatio legis erat tanquam aliquid magnum: cum autem Israelitæ firmiter proponerent obseruare legem, exponebant se ad tolerandos labores, qui essent in tolerando legem & conseruando, ideo confortabantur, & sic est, cum quis aliquod arduum, & durum opus aggreditur, dicitur confortari, quia cor debile ista refugit, quieti & molliciei se applicans.

Estote soliciti, vt custodiatis cuncta. Magna debet esse solicitudo nostra, ne Deum offendamus. Et quia offendimus eum, quando contra legem illius agimus, debemus esse soliciti circa legem Dei, vt nihil illius,

H aut transgrediamur, aut omittamus, sic enim de uiro quem scriptura beatum vocat, dicitur scilicet. Sed in lege domini fuit uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte, & Deuterono. sexto iussit Deus vt iudæi semper meditarentur in mandatis eius. s. Eruntque verba hęc, quæ ego præcipio tibi in corde tuo, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens.

Cuncta, quæ scripta sunt in volumine legis Moysi. Hoc videtur intelligi de Deuteronomio, qui uocatur uolumen legis Moysi, ut patet Deuteron. 31. c. & 17. ca. & istud est, ꝙ mandatum est legi coram toto populo. s. in quolibet anno remissionis, qui fiebat de septennio

I in septennium debebat coram toto Israel legi, ut patet Deuteronom. 31. cap. quasi contineretur hic tota lex, & nihil aliud obseruandum foret, & verum est ꝙ quasi omnia præcepta, quæ pertinebant ad plebem continebantur in Deuteronomio.

Non tamen solum est intelligēdum de libro Deuteronomii, sed de omnibus libris Moysi, qui uocātur lex, quia quidquid in illis continebatur debebat obseruari, etiam si nō esset in Deuteronomio, alioquin daretur, ꝙ præcepta, quę erant in aliis libris non obligabant iudęos, ꝙ falsum est: aliqua tamen pręcepta erāt in aliis libris, quę non erant in Deuteronomio,

K vt patet de pręceptis purificationis ab immundiciis, & de multis sacrificiis, & de mrimoniis ꝯhēdis, vel non ꝯhendis, de qbus nihil in Deuter. & habentur in Leuitico quasi per totum. Et ad hoc conuenientius dicendum est, ꝙ accipiatur uolumen legis Moysi ꝓ omnibus libris eius, & quidquid ibi est obseruandū est, istud autem nō est unū volumen, nec vna lex nisi largè, nam tota lex, quæ continetur in Exodo, Leuitico, & Numeris dicitur esse vna lex, & uocatˉ lex simpliciter, vel lex Dei. Quod autem continetur in Deuteronomio uocatur alia lex, sic patet Deuterono. 29. s. Hęc sunt verba fęderis, quę ꝑcepit dominus Moysi ut feriret cum filiis Israel in terra Moab præter illud fędus, ꝙ cum eis pepigit in Horeb. Aliquando tamē accipitur tota, ut vna lex, & sic est hic, & communiter

ter accipiuntur omnes libri pro vna lege, & uocabit vnum volumen.

Et non declinetis ab eis, nec ad dextram, nec ad sinistram. Idest nullo modo declinetis ab eis. Et quia iter omne rectum est inter dextrum, & sinistrum tanquam medium: ad dextrum autem, vel sinistrum est declinatio, nec alia præter has est declinatio: designatur omnis declinatio nomine harum duarum. Est autem lex tanquã medium virtutis: in actionibus enim & passionibus siquis declinet ad magis scilicet super abundantiam, peccat: si autem declinet ad defectum eodem modo peccat: in solo medio consistit recte agere, ut patet secundo Ethicorũ, quia in medietate est virtus, quæ est medii consectatrix. Et causa huius est, quia bonitas in virtute accipitur secundum rectitudinem rõnis, quę secũdum debitas circunstantias dirigit faciens esse opus in medio, & qualitercunque ab illa rectitudine deuietur non manet bonum virtutis: ita cum lex sit regula rationis, excessus ad illam, vel defectus est deuiatio a rectitudine rationis, & cõsequenter est peccare, ideo nec ad dextram, nec ad sinistram declinandum est: tantum enim Deus voluit Iudæos teneri ad obseruandum legem secundum tenorem, quod etiam addere aliquid ad legem, vt opus esset maius nõ permitteretur, utpote si Deus iubeat offerri agnum anniculum non permitteretur, quod offerretur vitulus, quamquam esset solennior oblatio.

Item si iuberetur, ꝙ offerrentur duo arietes non ꝑmitteretur, ꝙ offerrentur quinque. & sic de aliis, ut patet Deuteronom. 12. c. s. quod præcipio tibi hoc tãtum facito domino, nec addas quidquã nec minuas nunc autem non est nobis sic in nouo testamento, quia si facimus vltra ea, quæ pręcepta sunt, vocantur opera supererogationis: sicut sunt omnia euangelica consilia, & pro his retribuetur nobis, sicut signauit Christus in parabola de Samaritano, qui dedit stabulario duos denarios, dicens, curam habe illius, & quidquid supererogaueris, ego veniens reddam tibi Luc. 12. c.

Ne postquam intraueritis ad gentes, quæ inter uos futuræ sunt. Iudęi accepturi erant maiorem terram, sicut Deus pollicitus fuerat eis, & tunc intrarent ad gẽtes, idest magis introirent inter gentes, & communicare poterant cum illis, quia mansuræ erant gentes inter eos. s. ꝙ subderent eas sibi in tributarias, eratque periculum communicationis: ideo admonet, ne tũc adhæreant diis earum.

Iuretis in nomine deorum earum. Idest cauete, ne iuretis in nomine deorum istarum gentiũ: volebat Deus penitus interdicere iudęis omnem cultum deorum Gentilium, & quia iurare in nomine alicuius est exhibere ei quendam cultum, nolebat, ꝙ iurarent ĩ nomine idolorum, quamquã enim iurare nobis Christus prohibuerit, dicens: Sit sermo vester est nõ non, vt patet Math. 5. tamen in iuramento per Deum quidam cultus ei exhibetur. s. ꝙ est quædam protestatio deitatis. nam cum quis per Deum iurat, inducit Deũ tanquam testem fidelem dicti sui, & propter eum fallere non vult, ꝙ ad magnam reuerentiam pertinet: ideo hoc fieri debet per aliquem excellentissimum, sic dicit Apostolus ad Hebr. 6. s. hoĩes per maiorem suum iurant, & omnis controuersiæ illorum ad confirmationem finis est iuramentum.

Nimia iuratio vix ꝑiurio caret.

Quod autem iuramentum prohibeatur non est, quia ſm se malum sit, sed quia est periculosum sępe iurare: nimia enim iuratio vix periurio caret. Vir. n. multum iurans replebitur iniquitate, & non recedet de domo eius plaga. Etiam, quia sępe iurando nomẽ domini frustra assumitur, quod culpę grauis est: cũ

A tamen aliquis debuerit iurare melius est, vt iuret per Deum, quam per idola: sic iubebatur iudęis Deut. 6. s. dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, atque per nomen illius iurabis: idem patet Deutero. 10. iuramentum tamen per nomen alicuius idoli erat valde detestabile apud iudæos, ita vt haberetur suspectus de idolatria, & quasi conuictus, qui in nomine idoli alicuius iuraret, & ob hoc districte Deus inhibuit talia iuramenta, vt patet Exodi uigesimotertio capitulo scilicet omnia, quæ dixi custodite, & per nomen externorum deorum non iurabitis, nec audietur ex ore vestro.

De iuramento autem facto a iudęis per legem suã an sit licitum, & de iuramento facto pro Talmud, & si iuret iudæus per Christum, an peccet, & de iuramẽ-

B to facto per Alchoranum, uel per crus Machometi a Christiano, vel Saraceno, aut iudæo, & quis horum grauius peccet, & de inducentibus ad iurandum, & de multis aliis pertinentibus ad iuramentum late declaratum est Exo. 23. c.

Et seruiatis eis. Idest cauete, ne seruiatis diis gentiũ. s. exhibendo eis cultum ambulando in præceptis, vel cęremoniis eorum: habebant. n. dii gẽtium ritus sacrificiorum, & non idem ritus omnium deorum, sed uaria erant sacrificia, & alii modi obseruationum de quibus tractat Ouidius per totum in libro de fastis, ubi ponit omnia festa deorum Romanorum in sex mensibus, & ritus sacrificiorum suorum, & causas. Aliquid quoq; tangit August. de his in 2. & 6. &

C 7. de ciuitate Dei.

Et adoretis illos. Scilicet inclinando vos coram illis, sine aliqua alia cęremonia cultus, & hoc etiã non licebat.

Sed adhæreatis domino Deo vestro. Adhærere Deo est per amorem illi inhęrere, & velle ei seruire, atque ꝓcepta illius sequi. Et magis hoc dicitur, quando quis alterius voluntatem ad omnem euentum sequi vult ita si nos penitus proponimus Dei pręcepta sequi q̃d quid nobis adueniat, dicimur adhęrere Deo.

Quid adhærere Deo.

Quod fecistis vsque in diem hanc. Laudat eos, quia uirtus laudata crescit. etiam demonstrat ex hoc facile esse Dei legem sequi: nam cum vsque nunc ab introitu in terram Chanaan obseruassent legem Dei, poterant, & ulterius eam obseruare: causato. n. habitu facile

D est operari, quia signum aggenerati habitus est delectationem fieri in opere, ut patet. 2. Ethic.

Et tunc auferet dominus in conspectu vestro gẽtes magnas. Idest uobis uidentibus tollet gentes omnes Chananęorum: ipse quippe pugnabit pro uobis ut patet supra.

Vel potest dici de conspectu uestro, sicut. s̃. dicebatur. s. dominus Deus vester disperdet eas, & auferet a facie vestra. Et est sensus, non solicitemini circa expulsionem harum gentium de locis suis, sed solum nitimini, vt custodiatis mandata Dei, quia tunc ipse expellet gentes has uobis non aduertentibus, nec adhuc operam dantibus, si autem non solicitamini in

E lege Dei, etiam si nimis intendatis, ut has gentes expellatis de terra non ualebitis.

Gentes magnas, & robustissimas. Omnes gentes Chananæorum erant robustæ ad bellum, & maioris numeri, quam Israelitæ. Robur gentis huius signatur Amos. 2. c. Ego autem exterminaui Amorrhæum a facie eorum, cuius altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus. Has autem gentes robustissimas Deus faciebat inualidas, quia immittebat timorem in eas, ita vt non possent consistere coram facie hebręorum, ut patet Exod. 23. & Deuteronomii, septimo cap.

Et nullus vobis resistere poterit. Idest etiam si multi conueniant

conueniant aduersus vos, omnes conuertentur in fugam, sicut factum est ad aquas Meron, vbi Iosue pugnauit fere contra omnes reges Chananæorum populorum, & faciliter strauit eos, vt patet sup. 11. capit. erat autem bellum hoc domini, & non agebatur res in robore iudæorum.

Vnus enim e vobis persequetur hostium mille viros. Ponitur facilitas pugnandi, & expellendi gentem hanc de terra, quia unus de iudeis posset pugnare contra mille: immo nullo pugnante Deus pugnaret pro eis delens aduersarios eorum, sicut factum est cum angelus domini per noctem occidit in castris Assyriorum centum octoginta millia virorum, ut patet. 4. Regum. 19. Et iterum tempore regis Iosaphat iudeis nihil agentibus hostes non cognoscentes seipsos pugnauerunt vicissim, & occisa est infinita multitudo Ammonitarum, Moabitarũ, & Idumæorum, ita vt nullus euaderet. iudæis canentibus laudes Deo suo. 2. Paralipom. 20. c.

Dixit autem Iosue, ꝙ vnus persequeretur mille, non ꝙ fuerit aliquod bellum iudæorum contra Chananeos, in quo præualeret vnus contra mille, sed ponitur ad signandum facilitatem: ideo cum sæpe scriptura intendat signare hoc in aliis locis, interdum ponit plures, & interdum pauciores. Sic patet Leuitic. 26. cum dicitur: Persequentur quinque de vestris cẽtum alienos, centum ex uobis decem millia. Aliquãdo autem ponuntur plures, quam hic. s. ꝙ vnus fugaret quinque millia, ut patet Deut. 32. c. s. quomodo ꝑsequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia.

Quia dominus Deus vester pro uobis ipse pugnabit. Hic declaratur hoc. Dixerat. n. ꝙ vnus persequeretur mille uiros, ꝙ videbatur impossibile, ideo declarat quomodo fieri possit scilicet, quia Deus pugnaret pro Israelitis. & sic manifestum est, ꝙ non solum vnus pugnare posset contra mille, sed etiam nullo pugnante centum millia vincerentur, sicut fuit in occisione Assyriorum per noctem, de qua sup. dictum est. Et dicitur, ꝙ Deus pugnabit pro Israelitis. Tres enim modi pugnandi erant, quibus Deus pugnauerat pro Israelitis: duo autem istorum fuerunt, quos frequentauit ad expulsionem, & deletionem Chananeorum, ut supra in littera declaratum fuit.

Sicut pollicitus est. Idest Deus promisit Israelitis, ꝙ pugnaret pro eis: semel enim promisit hoc Deus Israelitis apud mare rubrum, cum ait Moyses: dominus pugnabit pro uobis, & uos tacebitis. Exod. 14. sed hoc solum intelligitur de deletione Aegyptiorum facta in mari rubro: postea tamen promisit hoc Moysi, ut patet Exo. 23. capitulo scilicet Terrorem meũ mittam in præcursum tui, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris, cunctorumque inimicorũ tuorum coram te terga vertam: iterum autem promisit hoc Iosue, ut patet supra 13. scilicet ego sum, q delebo eos a facie filiorum Israel idest non delebitis vos, sed ego sum, qui faciam.

Hoc tãtum diligenter præcauete, vt diligatis dominum Deũ vestrum. Scilicet ex parte vestra non requiritur, ꝙ aliquid alterum faciatis, nisi ꝙ diligatis Deum, quia ipse tunc faciet cetera subiiciens vobis gentem Chananeorum robustissimam.

Sub isto precepto dilectionis includuntur omnia alia, quia intelligitur, ꝙ diligerent ex toto corde, & uiribus, ut patet Deut. 6. & tunc quidquid Deus iuberet facerent. Sic dixit Christus Math. 22. ꝙ in duobus mandatis scilicet de dilectione Dei, & proximi pendet uniuersa lex, & prophetæ: non tamen penderet, si quis faceret istud mandatum, & complendo illud non complerentur cetera: non possunt autem com-

F pleri cetera, nisi intelligantur per istud, ideo necesse est subintelligi.

Quod si volueritis gentium harum, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miscere connubia, atque amicitias copulare: iam tunc scitote, quòd Dominus Deus vester non eas deleat ante faciem vestram, sed sint vobis in foueam ac laqueum & offendiculum ex latere vestro, & sudes in oculis vestris, donec vos auferat atque di-
G sperdat de terra hac optima, quam tradidit vobis. En ego hodie ingredior viam vniuersæ terræ, & toto animo cognoscetis, ꝙ de omnibus verbis, quæ se Dominus præstiturum uobis esse pollicitus est, vnum non præterierit incassum. Sicut ergo impleuit opere, quod promisit, & prospera cuncta venerunt, sic adducet super vos quidquid malorum comminatus est, donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima, quã tradidit vobis, eo quòd præterieritis pa-
H ctum Domini Dei vestri, quod pepigit vobiscum, & seruieritis diis alienis, & adoraueritis eos; cito atq; velociter consurget in vos furor Domini, & auferemini ab hac terra optima, quam tradidit uobis.

Q*vod si volueritis.* Hic ponitur secundum, in quo inducuntur iudæi ad colendũ Deũ per timorẽ. s. ꝙ sicut multa bona promissa erant, si eum colerent: ita multa mala certissime euenirent, si non colerent, quæ exprimuntur hic.

I *Quod si uolueritis gentium harum, quæ inter uos sunt errori bus adhærere.*

Præcipuum malum iudæorum per communicationem gentium erat, credere gentium simulachra esse Deos.
Quæst. IIII.

MALVM, quod iudæis prouenturum erat, occasionem habiturum erat a communicatione cum gentibus, & ob hoc nimis vetuerat communicationem: nunc autẽ dicit, ꝙ si uoluerint uitare cõmunicationem gentiũ,
K consequenter mala: & quia per communicationem sequerentur vitia gentium dicitur. Si volueritis adhærere erroribus. Omnia vitia possunt signari nomine erroris, quia omnis malus est ignorans E th. 3. magis tamen signãtur proprie vitia, quorum actus sunt in intellectu quantum ad actus illicitos, licet actus imperiti sint in uoluntate: sicut de quibusdam virtutibꝰ eodem modo est: actus enim fidei non est actus uoluntatis, sed intellectus, licet voluntas iubeat, vt assentiamus captiuãdo intellectum nostrum in obsequiũ Christi. e contrario infidelitatis actus est in intellectu & quia omnes superstitiones pertinent ad infidelitatem, vocabuntur errores magis, quam vitia, quia in intellectu sunt, & non in uoluntate: q̃ enim sunt in uoluntate vitia sunt, quia ipsa bonum vult: qui uero in intel-

intellectu vocantur errores, quia intellectus verum inquirit,& quia principale malum iudæorum per cõmunicationem gentium erat credere simulacra gentium esse Deos, & cultum factum illis aliquid proficere,& cętera,quæ Gentiles astruebãt,in quibus fundabatur totus status gentium quantum ad ritus suos, & omnia ista q̃ sunt in ĩtellectu pertinentia ad infidelitatem,superstitiones sunt,vocant̃ errores:his enim iudæi adhærebant per communicationem gentium, & principaliter cadebant in ista. Nam in ultima alia, vt in libidines fędas,& alia horrenda sine cuiusuis gẽtis communicatione incidere poterant.

Et cum his miscere connubia. Hic ponuntur alia mala quæ uitia sunt:ista enim sequuntur post errores:nam cum iudęi per communicationem Gentilium incidebant in superstitiones eorum facilius incidebant ĩ omnia vitia,quę pertinent ad actiones: vnum autem malum erat in matrimonio illicito cõtrahendo. Nã Deus vetuerat accipere filias Gentilium in vxores a iudęis,& dare eas in vxores gentilibus: qa vtroq; modo sequebatur inconueniens scilicet,quod filii,vel filię iudęorum conuerterentur ad idola. De hoc Exo. 34.& Deuteronomio septimo:iudęi tamen incipientes communicare Chananæis dabant eis filias suas ĩ vxores,& accipiebant vicissim. Sequebatur aliud inconueniens scilicet, ꝙ per istam contractionem fęderum causatur amicitia ex propinqtate, & magna communicatio,& ex hoc homines frequenter in cõuiuiis participant, & quia Gentiles manducabant de cibis consecratis dęmonibus, inuitarent iudæos ad illos,ꝙ uidebatur pertinere ad genus quoddam idolatriæ,saltem secũdum opinionem iudæorum, & hoc erat in eis tanquam idolis thura apponerent.De hoc Exod.34.

Atque amicitias copulare. Scilicet dando eis securitatem de non delendo eos, & communicando illis tãquam amicis,ex hoc enim erant proni ad idolatriã. Duo. n.mala faciebant iudæi, si ꝯherẽt amicitias cũ Chananęis. Primũ erat,ꝙ faciebant ꝯ legem Dei scilicet,ꝙ iusserat Deus Deuterono.20.capitulo, quod de septem populis Chananæorum nullum omnino dimitterent sub aliquo pacto pacis amicitiæ seruitutis,aut tributi:sed omnes occiderent in ore gladii.

Secundum malum erat,quia per hoc ipsi efficiebãtur idolatrę.Nam iudæi faciles erant ad idolatriam:si autem non communicarent cum Gentilibus non haberent aliquam occasionem ad idolatriam : contracta autem amicitia, siue ex frequentia communicationis,siue ex amicitia quæ nimis persuasiua est,mutarentur corda iudæorum ad idolatriam : sic enim Israelitæ faciliter ad idolatriam conuersi sunt,& adorauerunt Deum Beelphegor illecti libidine mulierum terræ Moab,& Madian,ut patet Numeri 25.capitulo.

Iam nunc scitote,quod Dominus Deus vester non eas deleat ante facies vestras. Idest si peccaueritis facientes hęc non sitis quasi de pęna incerti,sed ex nunc cognoscite,ꝙ Deus faciet permanere gentes istas ante faciẽ vestram scilicet,ꝙ etiam si nolitis manebunt, & hoc ad offendendum vos : sic patet Iudicum secundo capitulo,vbi angelus increpuit Israelitas dicens, quod pepigerant fędus cum gentibus, & non subuerterãt altaria earum,& sequitur: Cur hoc fecistis? quamobrem nolui eas delere a facie vestra, vt habeatis hostes,& dii eorum sint vobis in ruinam.& iterum dicitur:quia irritum fecit gens ista pactum meum,quod pepigeram cum patribus eorũ,ego non delebo gentes,quas dimisit Iosue, & mortuus est : dimisit ergo dominus Deus omnes nationes, & cito tradere noluit,nec tradidit in manibus Iosue,

A *Sed sint vobis in laqueum.* Laquæus deceptionem signat,sic fuit de gentibus relictis,quod illæ fuerunt in laqueum idest communicatio eorum erat fallax, & adducens Israelitas ad cultum idolorum, & hoc tangitur Iosue secundo scilicet. Vt dii eorum sint vobis in ruinam.

Offendiculum quod alio noĩe scandalum dicitur qd sit.

Et offendiculum. Proprie offendiculum est aliquid ante oculos nostros positum,& ante pedes,quod nõ videntes scilicet non aduertentes impingimus,& cadimus:& sic erant gentes,quia iudæi offendebant in eis scilicet, quia iter eorum erat in Deum rectum ꝑ doctrinam legis, sed communicatio gentilium erat eis offendiculũ faciens cadere deuiando a lege Dei, sicut lapis ante pedes positus gressus præpedit,& peruertit:& tamen secundum literam debet istud offendiculum poni ex latere.s.ꝙ non tantum uideri potest B & facilius cadere facit.

Sed adhuc melius accipitur hic offendiculum pro aliquo instrumento percussiuo,vt telo,vel lancea scilicet erunt tanquam tela, vel lanceę in latere vestro, & patet quia Numeri 33. capitulo ponitur dictum istud sub aliis uerbis scilicet: sinautem nolueritis interficere habitatores terræ,qui remãserint, erunt vobis quasi claui in oculis,& lanceę in lateribus,pro quibus ponuntur hic alia duo scilicet offendiculum ex latere,& sudes in oculis.Vocantur autem lanceæ offendicula, quia offendunt nos percutiendo, & lędendo.

Et sudes in oculis. Idest eruent oculos vestros, uel C frangent.In litera ista notantur duo mala,quæ iudęis inferrent Gentiles scilicet, quod primo deciperent eos per communicationem deducendo ad idolatriã & secundo hostiliter occiderent iudęos dati tanquã instrumenta diuinæ iustitię,quorum primum signatur per laqueum : secundum autem per offendiculũ in latere,& sudes in oculis.Erat enim Dei iustum iudicium,vt sicut iudęi habebant ad peccata, & idolatriam suasores,ita haberent eos eorundem vitiorum postea hostiles punitores. Nam cum iudæi vacarent idolatrię concitabat Deus contra eos aliquos Gentiles, qui premebant eos nimis,ut patet ex processu totius libri Iudicum : isti tamen Gentiles fuerant causa perditionis eorum deducendo iudæos ad idolatriam.

D Sic autem ĩ inferno est ut illum habeat aliquis dęmonem tortorem,quem ad peccata habuit incentorem,ut,sicut per quæ quis peccat, per hæc torqueat̃ ut patet Sapientię.11.ita a quo, quis peccante inducitur,ab eodem puniatur:& hoc signatur Iudicum secundo capitulo scilicet vt habeatis hostes, & dii eorũ sint uobis in ruinam. Ruina, quam faciunt dii est laqueus scilicet,quod iudæi colerent Deos Gentilium & per hos haberent occasionem cadendi. Hostilitas Gentilium signatur per offendicula in lateribus, & sudęs in oculis,quæ ponuntur hic.

Donec uos auferat atque disperdat. Idest si recesseritis a lege Dei faciendo, quę dicta sunt tandiu gentes e-E runt vobis sudes in oculis,& offendicula in lateribus idest tandiu vos affligent quousque vos auferant de terra,in qua moramini : nam aliquando iudæis peccantibus premebant eos gentes magna seruitute accipientes aliqua loca de terra eorum:sic fecerunt aliquando Philisthiim accipientes loca iudęorum : sed cum iudęi rursus pęnitentes corde conuertebantur reddebantur eis loca,quæ primo possederant, & exibant̃ de iugo gentium:sic patet primo Regum octauo scilicet,facta est itaque manus domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis, & redditę sunt vrbes,quas tulerant Philisthęi ab Israel ab Acharon vsque Geth,& terminos suos.Dicitur autem disperdat

idest

ideſt deleat ideſt ſi manſeritis in peccatis,non ſolum
gentes auferent vobis terram, ſed etiam diſperdent
vos ſcilicet totaliter delētes de ſuperficie terræ, quia
etiam ſi confugieritis ad alias gentes,ibi peribitis,ſic
fiebat in iudæis,quando erant valde mali. Duceban-
tur enim in captiuitatem in terram longinquam, &
quantum ad hoc auferebatur eis terra ſua. Etiam di-
ſperdebantur in terra hoſtium, ſi forte non deſine-
bant adhuc in terra hoſtium peccare.Sic patet Leui.
26.capitulo ſcilicet, & qui remanſerint in vobis, da-
bo pauorem in cordibus eorum in regionibus ho-
ſtium,terrebit eos ſonitus folii volantis, & ita fugiēt
quaſi gladium,cadent nullo ſequente,& corruētſin
guli ſuper fratres ſuos quaſi bella fugientes,nemo ve
ſtrum audebit inimicis reſiſtere, peribitis inter gen-
tes,& hoſtilis vos terra conſumet.Cum autem con-
uertebantur iudæi ad Deum in tota contritione cor-
dis ſui in terra hoſtili miſerabatur eorum,& faciebat
redire in terram ſuam.

De terra hac optima. Ideſt auferet vos de terra nullū
de uobis relinquens in ea. Vocat eam optimam ī lau
dem Dei,qui eam dederat. Etiam facit ad magis ſua-
dendum,nam quanto terra iſta melior eſſet,tanto iu
dæis eſſet amarius eam perdere:& conſequenter eni
xius laborare debebant,vt in ea manerent,quod non
poterant facere niſi obſeruantes legem Dei,ideo ſo-
licite ſe habere debebant,vt eam obſeruarent.

En ego hodie ingrediar viam vniuerſæ carnis. Ideſt ego
hodie moriar ideſt cito. Nolebat enim dicere Ioſue
ꝙ eadem die moriturus eſſet,ſed quod in breui, hoc
autem,quia erat iam perſenilis ętatis,ut patet in lite-
ra,veriſimiliter exiſtimabat breuiter moriturum, &
ſic apparet quod ſupra dicebatur ſcilicet, ꝙ ideo di-
ſtulit Ioſue facere hanc ammonitionem vſq; ad tē-
pus hoc, quia uolebat eam facere cum eſſet propin-
quus morti ex ratione ſupra aſſignata,& dicitur, ego
ingredior viam vniuerſę carnis quaſi dicat Deus pro
miſit aliqua facere, quæ nondum completa ſunt, qa
tempus eorum nondum venit,ideo ego non videbo
illa, quia hodie ingredior viam uniuerſę carnis ideſt
hodie,vel breuiter moriturus ſum, vos autem illa ui
debitis.

Ingredi viam vniuerſæ carnis eſt mori,& hoc, qa
vniuerſa caro moritur,& iſte modus eſt multum fre
quentatus in ſcriptura. Via enim vniuerſę carnis,
vel mors eſt,quod apud omnia animalia commune
eſt,& quia in omnibus generale eſt mori,& gigni ex
propagatione ſeminis potiſſime in animalibus perfe
ctis,uocatur uia vniuerſæ carnis mors,& coitus: De
morte patet hic, de coitu patet Gen. 19. ſcilicet dixit
maior ad minorem,pater noſter ſenex eſt, & nullus
virorum remanſit in terra, qui poſſit ingredi ad nos
iuxta morem vniuerſæ carnis.

Vel uocatur uia uniuerſę terræ mors,quia omnes
viuentes in terra iſtam viam habent.

Et toto animo cognoſcetis. Ideſt ualde clare, quando
aliqua veritas eſt non multum patens, aut negociū
eſt ambiguum,ſiquis cognoſcit veritatem illam,nō
plene cognoſcit,nec contentatur intellectus,& tunc
non dicimur cognoſcere ſecundū totum intellectū,
ſed ſecundum aliquid, quia vix intellectus noſter aſ-
ſentit ei:cum autem veritas eſt valde manifeſta,intel
lectus ei penitus aſſentit, & tunc ſecundum ſe totū
aſſentire videtur, & quia promiſſio Dei valde mani-
feſte compleri debebat,ita ut de veritate nihil ei defi
ceret,iudęi,qui viderent completionem,toto animo
cognoſcerent.

*Quod de omnibus verbis,quæ Deus ſe vobis præſtaturum eſ
ſe pollicitus eſt.* Scilicet de promiſſione facta de tra-
dēdo vobis terram, promiſit Deus,ꝙ traderet terrā

F Chananæorum totam in manus iudęorum,ſed non
ſimul in anno vno,ſed paulatim atque per partes do-
nec augerentur,& poſſent eam poſſidere replentes
illam,Exod.vigeſimotertio.& Deuteronomio ſepti
mo capitulo, & quia nondum adaucti fuerant iudæi
ad tantum numerum,non tradiderat Deus illis terrā
totam Chanaan.

Vnum non præterierit incaſſum. Ideſt nullum verbū
de diuina promiſſione fuit incaſſum ideſt in vanum
quaſi dicat nunc non videtis hoc, quia veritas rei de
pendet a futuro,uidebitis autem poſtea.

Sciendum ꝙ diuina promiſſio ex parte habuerat
tempus ſuum,& ex parte expectabat futurum,quan-
tum uero ad tempus quod pręterierat, nihil decide-
rat de verbis Dei,quia promiſerat ꝙ introduceret I-
G ſraelitas in terram Chanaan,quod iam fecerat per ſi-
gna magna atq; portēta, & fortitudinem bellorum
vt patet ex proceſſu libri huius, dederatque in pote-
ſtate Iſraelitarum terram multā,quæ ad eorum ſuf-
ficeret poſſeſſionem:ſolum autem reſtabat,ꝙ totam
terram traderet in manus eorum,ſed huius nondum
tempus aduenerat,quia non promiſerat Deus ſimpli
citer,ꝙ traderet totam terram Chanaan in manꝰ iu-
dęorum,ſed ꝙ traderet eam paulatim atque per par-
tes,ut patet Exo.23.& quia tota non debebat eſſe tra
dita quouſque iudęi eſſent valde augmentati, quod
nondum erat, dependebat adhuc ueritas promiſſio-
nis huius ex futuro.

Sicut ergo opere compleuit,quod promiſit. Scilicet non-
dum totum ſed id,quod vſque ad tempus iſtud com
H pleri debebat:nam quod expectabat ex futuro com-
plementum,non poterat dici completum, nec defe-
ciſſe,ſed adueniente tempore,in quo promiſſio erat
complenda.

Et proſpera cuncta venerunt. Ideſt omnia proſpera,q̄
Deus promiſit venerunt non deficiente aliquo ver-
bo eius.

Vel aliter omnia proſpera venerūt quaſi dicat om
nia,quæ vſque nunc uenerunt,proſpera fuerūt, quia
legem Dei cuſtodiſtis: ita e cōtrario intelligite, ꝙ
ſi legem Dei non cuſtodieritis: euenient cuncta uo-
bis aduerſa,& iſte eſt ſenſus literę.

Sic adducet ſuper uos,quidquid mali comminatus eſt. Deꝰ
I enim proponebat coram Iſraelitis duo.ſ.bonum, &
malum,benedictionem,& maledictionem, ut patet
Deuteron.11.& quot benedictiones ſunt,tot contra
rię maledictiones ponuntur: immo ſcriptura plures
enarrat maledictiones,quam benedictiones,ut patet
Leuit.26.& Deut.7.& magis.28.c.

Donec uos auferat. Ideſt omnes maledictiones,quas
comminatus eſt,inferet quouſq; uos auferat de ter-
ra,quaſi eſſet iſta ultima maledictio.Multę enim, &
horrendę maledictiones ſunt,quas poterant tolerare
iudęi antequam de terra ſua excluderentur,quarum
quędam erant conſumentes, & alię non, de quibus
Deut. 28. & tn̄ nō pęnitentibus ex oībus p̄cedētibus
K vltima erat excluſio de terra:& ī terra hoſtili ꝯſūptio
Sic patet Leu.26. ſ.peribitis īter gētes,& hoſtilis uos
terra conſumet. De decem tribubus euntibus in diſp
ſionem,ſic factum eſt, quia cum multoties peccaſ-
ſent,& Deus eas monitis ſuis,& pęnis plurimis redu-
cere conaretur ad rectum, recuſabant, ideo tradidit
eas Deus in manus regis Aſſyriorum, qui tranſduxit
eas in terram Medorum, nunquam redituras in ter-
ram ſuam.De hoc.4.Regum.17.capitulo:ſic quoque
de duabus reſiduis tribubus iuda,& Beniamin factū
eſt.Primo enim cum crebro propter peccata caſtiga-
tę,nec tamen emendatæ ad peiora declinarent,tradi-
tę in manus Chaldęorum in Babylonem ductę ſunt:
poſt reditum autem ad malum rurſus declinantes,cū

occiſo

occiso Saluatore maximum perpetrassent nefas, in æternam captiuitatem venundatæ sunt. Alio modo potest accipi auferri, & disperdi de terra idest mori, & non manere in terra: & sic dicitur aliquis auferri de facie terrę idest non manere super terram.

De terra optima, quam tradidit. Idest, sicut ipse placatus vobis tradidit hanc terram optimam: ita offensus vobis eandem auferet.

Eo ꝙ prœterietitis pactum domini Dei vestri. Idest recessistis a lege Dei. grauius erat, ꝙ recederent iudæi a pacto, quam recedere a lege solum: nam infringere pactum duplicem dicit iniquitatem, legis autē fractio vnica est iniquitas. Pactum quippe initum cum Deo habebat vigorem ex duobus: primo ex pactione, vel compositione scilicet, ꝙ iudæi composuerunt cum Deo, vt ipse esset Deus eorum faciendo eis bona, & ipsi essent populus eius specialiter eum colēdo. Exo. 19. ca. cum autem recedebant ab isto pacto, infringebant veritatem, quam seruare promiserant, ideo, ēt si fuisset facta ista promissio alicui viro simplici, & non Deo, peccabant grauiter.

Secundo habet efficaciam pactum istud ex mandato, quia postquam iudæi consenserunt, ꝙ obseruarent, Deus quasi ex iurisdictione sua iussit, vt seruarētur pręcepta eius: & illa quantum ad primum vocantur pactum solum: quantum ad secundum autem vocantur lex: ipsa autem lex absolute solum importat potestatem condentis, & non aliquam pactionem: ideo, qui infringit legem solum agit contra auctoritatem iubentis, & non contra veritatem promissam, cum nihil promissum sit. Grauiter ergo deliquerunt iudęi, qui fregerunt pactum illius.

Quod pepigit uobiscum. Deus enim pepigit cum Israelitis, vt colerent eum, & ambularēt in pręceptis eius Israelitę autem pepigerunt cum Deo, ꝙ esset Deus eorum specialiter faciendo eis bonum, ita vt vtrique parti hic aliquid conueniens esset in fauorem illius solum introductum est, & hoc est proprie pactum tā quam inter partes conuentum. De hoc pacto Exodi decimonono: confirmatio huius pacti habetur Exo. 24. capit.

Et seruieritis dijs alienis. In hoc est potissima transgressio iudæorum scilicet, quod ad Deos alienos declinabant: nam si solum infringerent aliquam legē eius, siue decalogi, siue cęremonialem, siue iudicialem, dum tamen non colerent Deos alienos erat ista transgressio aliqualiter tolerabilis, & Deus non disperdebat iudæos de terra: cū tamen de cultu Dei sui deuiabant, non erat tolerabile malū, & tunc Deꝰ infligebat omnia mala iudæis.

Causa huius est, quia nullum erat delictum ita repugnans directe Deo, sicut idolatria, quia cętera erāt contra Deum, ut contra legislatorem solum: peccatum autem idolatriæ est contra Deum, ut contra legislatorem, & quod est amplius est contra eum tanquam contra personam priuatam, quia honor, vel dedecus ex hoc actu nulli directe veniebat, nisi Deo, de quo magis dictum est Exodi vigesimo tertio capitulo.

Item, erat error iste grauior, quia erat incorrigibilior scilicet, quia perdebantur omnia fundamenta bonæ actionis, sicut enim est in speculatiuis, ꝙ cū qs errat circa conclusiones retinens sibi veritatem principiorum, adhuc potest per seipsum reducere se ad veritatem conclusionum ex virtute principiorum: si tamen aliquis erret circa principia speculatiua, nō est aliquid per quod se reducat in veritatem ipsorū, quia super principia non sunt alia principia cum ipsa sint simpliciter prima: ita in agibilibus, siquis habeat rectam ęstimationē de principio actionis, quod est

A finis, etiam si erret circa aliquam particularem electionem ex rectitudine finis, poterit reduci ad rectitudinem electionis: si tamen erret circa finem agibilium impossibile est, quod aliqua actio dirigatur. De hoc Aristot. septimo Ethicorum.

Ita in lege Moysi, vel quacunque lege Dei principium actionis est, quod debeamus Deo obedire, & in ipsum tendere, vnde ipse Deus actionum finis est cęterę aūt electiones particulares, q̄ dirigunt̄ ab aliis legib. Dei, siue cęremonialibus siue iudicialibus decalogi sunt, ut conclusiones, & ut ad finē, iō siquis erret circa aliquam harum, vel quamcunq; dumtamē teneat rectitudinem finis, per seipsum redibit ad cognitionem aut rectam operationem in particularibus agibilibus, utpote aliquis furatus est rem alterius

B quod est contra decalogum: uel non obseruauit aliquam cæremoniam purificationis, quod est ceremoniale, aut egit contra aliquod de iudicialibus, si tenet rectitudinem principii moralis scilicet finis scilicet, quod Deo obediendum est, & in eum tendendum est, per seipsum redibit ad rectitudinem electionum particularium ex uirtute principii, dicens: Deo obediendum est, & ei inhærendū, sed ipse iussit non furtum fieri, & iussit obseruari cęremoniam talem, vel talem purificationis, ergo praue ago, cum furor, & cum non obseruo cęremoniam purificationis, & sic de cęteris particularibus electionibus, quæ sunt tanquam conclusiones.

Si autē aliquis erret circa finem actionis idest prin

C cipium morale, impossibile est, quod a seipso conuertatur ad aliquam actionem bonam, cum semel deprauatus fuerit, utpote aliquis iudicabat non esse Deo obediendum, nec inhærendum sed cuicunque vellemus, iste est error finis: tunc cum iste fornicatus fuerit, aut furetur, vel peruertat cęremonias non habebit aliquid, per quod se ad bonum reducat, quia cū iudicet non esse Deo obediendum, nec ei inhęrendum, non curabit, ꝙ Deus uetuerit fornicationem furtum, & similia.

Sic autem de seruiente diis alienis: quandiu enim aliquis iudæus coluerit Deum iudicans eum saltem esse colendum, etiam si declinet ad aliquid malum, poterit se reducere ad bonum, quia cum viderit ea, quæ agit repugnare cultui diuino, quem ipse colen-

D dum iudicat, arguet seipsum, & redibit aliquando ad rectitudinem.

Si autem aliquis iudæorum coleret Deos alienos iudicans eos esse Deos, & esse colendos, errat in fine ideo impossibile erit, ꝙ dirigat aliquam actionem ex seipso: nam si tunc fornicatus fuerit, aut furetur non recedet ab hoc, quia quamquam hoc a Deo hebręorum inhibita sciat, quia tamen non iudicat eum esse colendum, sed Deos alienos non curabit an iusserit, vel vetuerit. est igitur idolatria uitium pessimum, & periculosissimum scilicet, quia directius est contra Deum, quam alia vitia: & quia destruit principium omnis actionis, quo deprauato impossibile est, quic-

E quam benefieri. De hoc ergo magis Deus, quam de cęteris uitiis conquerebatur.

Et adoraueritis eos. Adoratio importat cęremoniā incuruationis coram illis, vel genuflexionis, & similium, quæ in sola corporis habitudine consistunt. Seruire autem importat obsequium in sacrificando, & obtemperando legibus aliis ipsorum.

Cito atque velociter consurget in uos furor domini. Idest si feceritis abominationes has colēdꝰ Deos alienos, Deus petet vindictam huius rei, & in exigendo non morabitur, sed cito petet. & ponuntur duo scilicet cito, & velociter, quia cito importat breuitatem temporis, & velociter importat festinationem motus, &

est

est sensus, ꝙ cum isti peccauerint, non differetur pena ad magnum tempus, sed cito idest immediate inferetur, & cum ceperit infligi, non multū durabit inflictio, quasi Deus det vnam particulam penæ nunc, & post tempus aliam particulam, sed totam penam inferet simul ad velociter consumendum.

Et auferemini de terra hac optima. Idest ducemini captiui scilicet, quia quando iudei deueniebant in peccata maxima inflictis ceteris penis īducebatur captiuitas: sic patet in processu penarum, quem Deus fecit contra decem tribus, quę vocantur Israel, quia vltima inflicta penalitas fuit, ꝙ ducerentur captiui in terram Medorum, vt patet. 4. Regum. 17. Sic quoq; contra duas tribus. s. Iudam, & Beniamin idem fuit ꝓcessus, quia post multas inflictas in terra sua calamitates, tradidit eas in æternam captiuitatem, cum vendi ti sint per Romanos, & dispersi per varias partes orbis. iste quoque ordo ponitur in maledictionibus, quas Deus comminabatur iudæis scilicet, quod vltima ponitur semper captiuatio ducendo in terram alienam ad pereundum ibi, sic patet Leui. 26. vbi post omnes penas ponitur captiuatio, & in fine huius dicitur: peribitis inter gentes, & hostilis vos terra consumet, & Deuteron. 28. vbi ponitur catalogus maledictionum post omnes positas dicitur de dispersion iudæorum per omnes populos a capite terræ vsque ad extremitatem, & in fine huius subditur: reducet te dominus classibus in Aegyptum per viam, de qua dixit tibi, vt eam amplius non videres, ibi venderis inimicis tuis in seruos, & ancillas, & non erit, qui emat. Vel potest intelligi, Auferemini de terra scilicet, ꝙ occidemini in terra hac, & iam ablati eritis de illa, cū non manseritis in super ficie illius.

CAP. XXIIII.

Congregauitque Iosue omnes tribus Israel in Sichem, & vocauit maiores natu, ac principes, & iudices, & magistros: steteruntque in conspectu Domini; & ad populum sic locutus est. Hæc dicit Dominus Deus Israel. Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor: seruieruntque dijs alienis: tuli ergo patrem vestrū Abraham de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Chanaan: multiplicauique semen eius, & dedi ei Isaac: illique rursum dedi Iacob, & Esau. E quibus Esau dedi montem Seir ad possidendum: Iacob uero, & filij eius descenderunt in Ægyptum. Misique Moysen, & Aaron, & percussi Aegyptum multis signis atque portentis, eduxiq; uos, & patres uestros de Aegypto, & venistis ad mare. Persecutique sunt Aegyptij patres vestros cum curribus, & equitatu vsque ad mare rubrum. Clamauerunt autem ad dominum filij Israel: qui posuit tenebras inter vos, & Aegyptios, & adduxit super eos mare, & operuit eos. Vi-

Gen. 11.
Gen. 21.
Gen. 25.
Exo. 14.

F derunt oculi vestri cuncta, quæ in Aegypto fecerim; & habitastis in solitudine multo tēpore, & introduxi vos in terram Amorrehi, qui habitabat trans Iordanem. Cumque pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, et possedistis terram eorum, atque interfecistis eos.

Congregauit. Inducta est in præcedentibus admonitio ducis tempore pacis, hic autem replicatur admonitio tempore mortis.

Et diuiditur in duo: primo obligatio ad G colendum Deum ponitur: secundo mors ducis adiungitur ibi. *Et post hæc mortuus est Iosue.*

Prima diuiditur in quinque partes: primo dictæ obligationis causam recitat: secundo consensum populi ad colendum Deum enunciat: tertio difficultatem iudæorum ad colendum Deum explicat, quarto consensum repetitum populi ex quadam professione confirmat: quinto ad hunc consensum, signum applicat secunda ibi. *Nunc ergo timete.* Tertia ibi. *Dixitque Iosue ad populum non poteritis.* Quarta ibi.

Et Iosue ad populum testes inquit. Quinta ibi. *Et lapis iste.*

Quare hanc fecerit admonitionem Iosue Israelitis uniuersis. Quæst. I.

H

Qvaeret aliquis circa primum, quare Iosue fecit istam admonitionem, cum supra fecisset aliam, quæ sufficere videbatur.

Respondendum est, ꝙ Iosue voluit admonere totum Israel instante morte sua, quia mors Sāctorum patrum erat tali tempore admonere suos vt præcedenti capitulo declaratum fuit: Iosue autem cum congregauit populum in præcedenti admonitione, putauit se cito moriturum, vt patet ex verbis eius, cum dixit: en ego hodie ingrediar viam vniuersę carnis, idest ego hodie moriar, vel in breui. Accidit autem, ꝙ pręter existimationē Iosue vixit vlterio-
I ri tempore. Transeuntibus autem mediis temporibꝰ peruenit Iosue rursus ad statum, in quo moriturum se credidit in breui, & sic factum est, ideo vt admonitio esset apud mortem suam, congregauit iterum totum Israel, & protulit, quę habentur hic. Causa autē quare admonitiones istę efficacius quantum ad salutem admonitorum fiunt apud mortem admonitoris est, quia omnia, quæ tunc dicuntur, efficacius in memoria manent, & celebriora sunt. Causa huius supra præcedenti capitulo declarata est.

Congregauitque Iosue omnes tribus Israel. Idest fecit cōgregari vocans eos per nuncios, vel edicta affixa ī ter-
K ra earum. Erat enim Iosue princeps Israelitarum, & ad mandatum illius congregabantur, vel recedebāt, & in oībus aliis obediebant, sicut dixerant duę tribus & dimidia scilicet omnia, quę pręcepisti nobis, faciemus, & quocunque miseris, ibimus: sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus tibi, qui contra dixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus tuis, que pręceperis ei, moriatur supra 1. cap. Et dicit omnes tribus Israel, non ꝙ congregauit omnes uiros omnium tribuum, quia hoc erat difficillimum, nec poterant omnes conuenire ad audiendum, ut p̄ced. c. declaratum est, sed congregauit omnes tribus idest de omnibus tribubus aliquos. s. de qualibet tribu fecit aliquos conuenire: omnes namque princi-

pes

pes tribuum, & familiarum conuenerunt, & præter hoc cōuenerunt alij viri honorabiles de qualibet tribu nomine totius tribus, & sic videbantur cōgregatę oēs tribus: scriptura enim non obseruat virtutem signi huius distributiui, s. oīs, sed vt plurimum ponit (omnes) pro multis: non enim sunt multæ distributiones in sacra scriptura. *In Sichem.*

Quomodo Iosue in Sichem Israelitas congregauerit. Quæst. II.

QVAERET aliquis quomodo congregauerit Iosue Israelitas in Sichem: nam habitatio eius erat in Thannathsare: illa enim vrbem petijt in possessionem ab Israelitis, & data est, vt patet supra 19. cap. & in ista vrbe sepultus fuit, vt patet infra in litera. Respondebit aliquis ꝙ factum est hoc in Sichem, quia Iosue volebat Israelitas contestari coram Domino: & in Sichem erat sanctuarium Dei, quod patet quia immediatè subditur, quòd conuocauit principes, & locutus est eis in conspectu Dei: ergo ibi erat sanctuarium. Item patet hoc, quia facta ista contestatione dicitur infra ꝙ Iosue tulit lapidem pergrandem, quando ista locuti sunt ipse, & Israelitę; & posuit eum sub arbore, quæ erat in sanctuario Domini: ergo erat sanctuarium in loco, vbi facta est ista contestatio in Sichem. Et sic conuocauit ad locum illum, vt honestius fierent hęc, & populus magis obseruare curaret ea, quę promisisset coram Dño. Sed dicetur ꝯ hoc, ꝙ non fuerit sanctuarium Dñi in Sichem, quia sanctuarium positum est in vrbe Silo, vt patet supra 18. cap. Et si aliquis dicat, quòd fortè fuit mutatum, & mansit postea in Sichem, & nunc apud mortem Iosue erat sanctuarium in Silo. Dicetur ꝙ non potest stare: nam sanctuariū postq̄ locatū fuit a principio in vrbe Silo nunq̄ indemotum fuit ad aliā vrbem, vsquequo tpe sacerdotis magni Eli fuit arca Dñi ducta in terram Philisthinorum: viuente namque sacerdote isto, erat sanctuariū Dñi in Silo, vt patet 1. Reg. 1. & 2. cap. & vsque ad 5. nec in aliquo loco scripturę mentio fit, ꝙ fuit mutatum sanctuarium de vrbe Sichem in Silo, aut de Silo in Sichem. Tenendo autem modum istum expositionis, s. ꝙ erant coram Dño Iosue, & principes qñ loquebatur illis, i. ꝙ erant coram Deo specialiter, dicendum est ꝙ in Sichem erat sanctuarium Dñi, s. ꝙ vrbs Sichē, & Silo sit eadē: & tūc nō est aliqua difficultas. Vel q̄q̄ nō esset eadem ciuitas, poterat dici ꝙ erat aliquod altare in Sichem in quo Deo immolabatur, & coram illo congregati fuerunt Israelitę cum Iosue: ibi autem dicebantur esse coram Dño, quia Deus in altari specialiter est, cum ibi specialis cultus exhibeat̄ ei, & sic qñcunque aliquid offerebatur coram altari holocaustorū dicebatur corā Dño offerri tanq̄ in altari esset Deus, vt patet ex ꝓcessu Leuitici in multis locis. Istud secūdum satis est difficile, quia Deus iusserat, vt vnicū esset altare, s. holocaustorū ī sāctuario. Iosue aūt erat maxime custos legis, cū hic & præc. c. ad nihil aliud populū admoneret: ideo nō est credendū, ꝙ permisisset fieri aliqđ altare in Sichē, si nō erat ibi sanctuarium Dñi: potissimè q̄a ex nulla alia causa pugnare volebat ipse, & totus Israel ꝯ duas tribus, & dimidiā, nisi q̄a fabricauerūt altare, qđ putauit Iosue esse ad offerēdas victimas: & pugnassent q̄dē ꝯ illas, tanq̄ ꝯ idolatras, nisi cōstitisset ꝙ solum factū erat ad testimoniū inter duas tribus, & dimidiā, & reliquum Israel, vt patet supra 22. c. Ideo dicendū ꝙ existebant Israelitę in Sichē corā Dño vno de duobus modis, s. q̄a vel erat eadē ciuitas Sichē, & Silo: & tūc essēt cōgregati corā Dño, i. corā sanctuario. Vel dicebant̄ cō-

Iosue maxime erat custos legis.

A gregati corā Dño, i. quia cēsebat̄ Deus esse corā illis, eo ꝙ Deus inuocabat̄ ibi a Iosue tanq̄ auditor verborū, q̄ dicebantur, & receptor promissionū, q̄ fiebant. Volebat. n. Iosue inducere populū, vt induxit, ad promittēdū ꝙ Deū coleret: & q̄a per istā promissionē acquirebat̄ quoddā ius ei, cui fiebat ꝓmissio, sicut in stipulationibus acquirit̄ ius stipulato, & ibi sēper ille, cui acquirit̄ ius est pręsens stipulationi ad recipiēdū illā, vel aliquis noīe eius, ꝑ quē possit sibi acquiri: ita in ista ꝓmissione, q̄ fiebat induct⁹ est Deus tanq̄ pñs, & stipulationē acceptās. Etiā est alius mod⁹ loquēdi, quo ea, q̄ publicè fiūt, corā Deo fieri dñr: & quia ista admonitio erat corā toto poplo, nec poterat esse magis publica, dicebat̄ esse corā Dño. Quid aūt horū verius sit, infra declarabit̄. Nūc aūt r̄ndendū ꝙ si asserat̄ esse eadē vrbē Silo, & Sichem, Iosue fecit cōgregari illuc totū Israel, vt ista admonitio cōueniētius ibi fieret corā Deo in sāctuario, vel apud illud q̄ alibi. Si autē dicatur, ꝙ nō erat eadē vrbs. R̄ñdēdū ꝙ Iosue erat princeps totius Israel: iō q̄q̄ possessionē suā specialr̄ in vrbe Thannathsare haberet, tñ poterat manere in quacunque parte totius Israel vellet: potissimū quia ipse aliqñ deberet diuagari ad negocia aliqua poplorū, q̄ nō possent expediri, nisi esset in populis illis: tūc aūt apud mortē suā cōtigit, vt maneret in vrbe Sichē, & ibi fecit cōgregari totū poplm. *In Sichem.* Ista ciuitas pertinebat ad tribū Ephraim, vt patet supra 20. & 21. & nō fuit data ei sorte, sed specialiter data fuit filijs Ioseph. Nā Iacob reliquit filios suos successores in bonis terrę Chanaā, q̄ Deus daturus erat ei ex promissione, & fuit institutio ex æquali, sed p̄ter hoc fecit q̄dā legata dans Ioseph filio suo quandā partē in terra Chanaā extra fratres suos, vt patet Gen. 48. c. & ista pars s̄m quosdā est tota ciuitas Sichē: s̄m alios est pars agri, quē emit ab Emor, de quo infra declarabit̄. Ista ciuitas Sichē fuit separata tanq̄ vna de vrbib⁹ refugij, vt patet supra 20. c. Fuit quoque data in possessionē Leuitis Caathitis, vt patet supra 21. c. apud istā vrbē primo habitauit Iacob cū filijs suis cū primo venit de Mesopotamia, & emit ibi agrū ab Emor rege Sichē, vt patet Gen. 33. c. istā vrbē deleuerūt postea filij Iacob fallētes Sichimitas ꝑ circūcisionē, & postea die tertio, qñ grauissimus vulnerū dolor incūbit, occidētes eos inermes, & in lecto iacētes, vt patet Gen. 34. c. Ad istā ciuitatē conuenit totus Israel ad eligēdū regē post mortē Salomonis, & cū iuisset illuc Roboā filius Salomonis facta est diuisio regū 3. Reg. 12. cap. Hoc aūt erat, quia ciuitas ista erat tanq̄ metropolis, & excellentior in tota tribu Ephraim. *Et vocauit maiores natu.* Dr̄ de istis, q̄a q̄q̄ vocauerit Iosue poplm, & principaliter, isti venturi erant tanq̄ capita populi: tñ non fuerūt isti vocati, sicut populus, quia populus vocatus fuit a Iosue non exprimēdo aliquā personam, s. quòd mittebat Iosue ad tribum Iudæ Ephraim, Zabulon, & sic de cæteris, ꝙ venirent ad congregationem, q̄ fiebat in Sichem, & tunc quælibet tribus destinabat aliquos nomine totius q̄q̄ omnibus illuc ire volentibus facultas erat: principes autem, & iudices, & magistri vocati sunt specialiter, s. expressis nominibus, & non comprehendebantur appellatione populi: sic fiebat tempore Moysi, s. ꝙ cum celebrabatur cōciliū, aliqui vocabātur nomine expresso, alij autem appellatione totius populi. Sic patet Nu. 16. cap. cum dr̄ de ducentis quinquaginta proceribus Synagogę, qui cōsurrexerūt in seditione Core ꝯ Moysen & Aarō, ꝙ illi tpe cōsilij per noīa vocabantur. Dñr hic maiores natu, i. maiores gñe, s. nobilitate: vel maiores ætate, qui magis ab antiquo nati sunt: & isto secundo modo accipitur hic, s. ꝙ vocati fuerint seniores, & hoc quia isti prudentiores. De senibus autem quare vocati fuerint,

De vrbe Sichem.

Maiores natu dicūtur dupliciter.

rint, præced.cap. magis declaratum est. *Ac principes.* Idest principes duodecim tribuum & omnium familiarum: isti enim erant in toto populo excellentiores ex nobilitate generis, quia descendebant per lineam primogenitarum a capite tribus, vel familiarum, & ex hoc patet quòd non vocantur supra maiores natu, idest nobilitate, quia tunc non exprimerētur principes, cum isti sint, qui directius comprehenduntur sub hac denominatione, quia sunt excellentissimi in natalibus: sed vocantur maiores natu, idest seniores. *Et iudices.* Scilicet omnes iudices populi.

An iudices, de quibus hic dicitur, fuerint Decani, quinquagenarij, centuriones, & tribuni instituti consilio Iethro. Quæst. III.

QVAERET aliquis an fuerint isti decani centuriones quinquagenarij, & tribuni qui instituti sunt consilio Iethro Exo.18.vel fuerunt 70. seniores instituti a Deo ad petitionem Moysi Num.11.cap.vel fuerint vtrique. Respondendū est, quòd omnes iudices populi vocati sunt, siue fuerint per Iethro ordinati, siue aliàs, dumtamen tempore illo starent. Sed ista quæstio præsupponit dubium de ordinatione iudicū constitutorum in deserto an manserint. Et respondendum quòd decani, centuriones, quinquagenarij, & tribuni nō mãserunt post introitū in terram Chanaan, quia nec congruebat principatus ille manētibus Iudæis in terra Chanaan. De hoc magis declaratum fuit Nu.11.cap. De senioribus 70. ordinatis in deserto tempore Moysi dicēdum quòd manserunt, vt præallegato cap. declaratum fuit: & isti vocati fuerunt in hac congregatione. Præter hos erant alij iudices minores dispositi per singula loca terræ Chanaan. 70. autem seniores erant iudices maximi pertinentes ad domum iudicij, ad quos deuoluebantur causæ ab alijs iudicibus, & ipsi quoque in causis magnis iudicabant: ipsique Christum cōdemnauerunt ad mortem, vt patet ex declaratis Nu.11.c. In cap.præced.ponebantur omnes, qui ponuntur hic vocati, & vbi ponuntur hic iudices, ponuntur ibi duces: quod ad idem pertinet, quia iudices sunt duces non quidem bellorum, sed omnium actionum humanarum: ipsi enim sunt distributiui iustitiæ, vt patet 3.Polit.& ad eos recurrunt litigantes tanquam ad regulam, vel mensuram, vt certificentur de operationibus, quæ deuient a iusto, & quæ sint in medio, vt patet 5.Ethic. *Ac magistros.* Magistratus est nomen cuiuscunque dignitatis, vel officij habentis aliquā operationem, vt iudicare, vel curam alicuius rei agere. Sicut dicitur magister militum, & sic in alijs. Et sic dicitur aliquis gerere magistratum quandocunque aliquod officium, vel honorem administratiuum habeat; sic dicitur de Boetio, ꝙ gerebat magistratum, i. consulatū, vt patet de consola.lib.3.prosa 4.s.Tu quoque num tandem tot periculis adijci potuisti, vt cum decorato gerere magistratū putares cum in eo mentem nequissimi scurræ, delatorisque respiceres. Ponitur autem istud nomē ad signandum omnes constitutos in honoribus, & dignitatibus, atque officijs, qui a Iosue vocati sunt.

Quare specialiter Iosue vocauerit seniores principes. Quæst. IIII.

QVAERET aliquis quare vocauerit Iosue specialiter seniores principes, iudices, & magistros. Respondendum quòd duplex fuit causa. Prima quia isti erant excellentiores in toto populo, cum ergo vocaretur populus, debuerunt isti magis vocari, quia etiam si populus nō vocaretur

F deberent isti vocari: & nominatim quidem, quia in hoc exhibebatur eis quidam honor, quem præ cæteris merebantur. Etiam quia consuetudo fuerat tempore Moysi, vt isti per nomina vocarentur. Secunda causa fuit & principalior, quia Iosue admonebat hic totum populum, vt coleret Deum: & quia totus populus regebatur per hos viros, s.per seniores tāquam per consulentes: per principes tanꝗ per excellentiores, quos cæteri sequerentur: per iudices tāquam per habentes iurisdictionem ad coercendum: per magistratus quantum ad officia sua dirigendo, & iubendo subditis, debuerunt isti principaliter vocari. Et hoc propter hoc quòd si isti persuaderentur ad hoc, & ap peterēt facere istud cæteros traherēt ad illud. Et hoc G dupliciter, s.exemplo, quia alij minores videntes id, quod ipsi faciebant exemplo eorum operarentur. Secūdo modo ex potestate, & iurisdictione, quia dato quòd minores vellent declinare a cultu, isti non permitterent compescentes eos per iurisdictionem, & terrenam potestatem, & sic istis persuasis ad cultū Dei erat persuasus totus Israel. *Steteruntque in conspectu Domini.* Ista litera videtur signare, quòd erant Israelitæ cum Iosue intra sanctuarium, s.intra atriū sanctuarij ad ostium tabernaculi, vel apud altare: vbi proprie dicitur aliquis esse coram Domino: nam in toto Leuitico dicitur aliquis offerre coram Domino suam oblationem, quia præsentat eam coram altari holocaustorum, vel coram ostio tabernaculi. Nam in altari erat Deus specialiter cum ibi specialis cultus ei H impenderetur, s. quia ibi solum fiebant sacrificia. In tabernaculo quoque censebatur esse Deus specialissimè, & potissimum in parte eius secretiori, s.in sancto sanctorum. Nam ibi loquebatur angelus inter duo Cherubim, qui vocatur Deus, vt patet Ezech.25. & 29.& Nu.7.cap. Cum autem aliquis ad ostium tabernaculi erat, dicebatur esse specialiter coram Deo. Si verò ponatur quòd erat in Sichem sanctuarium Domini planum erat, quòd congregati sunt coram Domino, & hoc quia volebat Iosue eos inducere ad colendum Deum per exhortationem. Et quia ista honestius, & efficacius fierent coram Deo, quia magis Israelitæ timerent, & inducerentur ex reuerentia loci in quo erant, congregauit Iosue illos coram Do- I mino: sic enim omnia alia, quæ pertinebant ad aliquod pondus negocij fiebant coram Domino. Sicut cum sortes positæ sunt super diuisione sortium conuenerunt Israelitæ in Silo, & positæ fuerunt sortes coram Domino, vt patet supra 18.cap. Etiam quando Israelitæ, scilicet nouem tribus, & dimidia conuenerunt, vt pugnarent contra duas tribus, & dimidiam, quia videbantur declinasse ad idola faciendo altare, congregati sunt in Silo, vt patet supra 22.quia ibi erat sanctuarium. Sed hoc modo dicendum est, quòd vrbs Silo, & Sichem sunt eadem vrbs, & cum fuerit positum sanctuariū in vrbe Silo erit in vrbe Sichem: sed hic nominatur alio nomine, quia sæpe hoc fit in sacra scriptura tam in nominibus virorum, quàm vrbium, s.ꝙ aliquis vir multa nōia habeat, & aliqua ciui- K tas. Sic declaratum est supra 21.c. Alio mō pōt intelligi, s.ꝙ steterunt corā Dn̄o, i.Iosue congregauit totū populū, qui cōuenerat, & principes, & locut⁹ fuit eis publicè, qd̄ dicebatur esse corā Dn̄o. Quāquā enim quidquid fiat, coram Dn̄o fiat, quia nihil ei abscōditū est; tn̄ quædam ex mō loquendi dicimus ei abscondita, & alia manifesta: nec solum hoc ex modo vulgari, sed etiam ex modo sacræ scripturæ. Sic patet Psal.16.s.De absconditis tuis impletus est venter eorum, & ad peccata refertur. Hoc modo necesse est quædam dici esse manifesta Deo, quia opposita sunt nata fieri circa idem; & illa dicentur fieri coram Deo,

Deo, sic erat de his, quę fiebãt publicissimè, maximè cum Iosue inuocaret Deum tanquam acceptantem promissionem Israel. Vterque modus applicari potest: sed primus magis, cum dicatur quòd steterunt coram Domino, & postea dicitur quòd locutus fuit ad eos. Sed non stat aliquis coram Domino, nisi sit aliquod signũ sensibile, in quo Deus specialiter esse iudicetur, & coram illo existẽtes dicamur esse coram Domino. & illum sensum litera videtur velle, si possemus dicere ꝙ Sichem, & Silo idem sint, de quo infra declarabitur.

Quid populus hic.

Et ad populum locutus est. Scilicet ista verba admonitionis, quę sequuntur: hic accipitur populus large pro omnibus nobilibus, & ignobilibus: supra enim distinguebantur principes & iudices, magistri & maiores natu a tribubus, ꝑ quas intelligebatur populus; hic autem omnes tam populares quàm principes intelliguntur nomine populi, quia locutio ista non solum fuit facta ad populares, sed etiam ad principes: immo magis ad principes, quia in istis erat admonitio efficacior, vt supra declaratum est.

Hæc dicit Dominus Deus Israel. Idest ista, quæ ego dico vobis, dico ex parte Dei Israel.

An Deus iusserit Iosue loqui ista ad Israel, quæ locutus est extremo suo tempore. Quæst. V.

QVAERET aliquis an Deus iusserit Iosue, ꝙ loqueretur ista ad Israel. Respondetur ꝙ hic videtur duplex ambiguitas. Prima si est verisimile, quòd Deus locutus fuerit ista Iosue, iubens, vt diceret illa Israelitis. Secũda si est necesse ad veritatem literę quòd Deus locutus fuerit Iosue. Ad primum respõdendum, ꝙ satis facile erat quòd Deus ista diceret Iosue, & satis verisimile, quia multoties Deus illi apparuit, & locutus est, vt apparet ex processu libri huius: ideo quòd istud sicut cętera dixerit non erat aliquid nouum, nec vero dissimile. Et satis conueniebat, quòd Deus ei diceret, quòd sicut Deus in lege per Moysen sępe admonuit Iudęos, ita volebat per Iosue, qui erat successor eius admonere, vt non recederent a cultu eius: potissimum cum sciret, quòd post mortem Iosue declinaturi essent ad idola: volebat autem eos fieri inexcusabiles, quod magis fiebat per admonitionem, quàm si non admonerentur, & satis apparet hoc ex verbis Iosue, quia omnia hęc loquatur in persona Dei: non loqueretur tamen sic, nisi Deus dixisset. Secũda ambiguitas erat, an sit necesse dici quòd Iosue habuerit verba ista ex reuelatione Dei, & mandato, vt loqueretur populo. Respondendum quòd quamquam asserendum est, quòd Deus locutus fuerit ista Iosue, tamen etiam si non fuisset locutus, stabat hoc in litera, cùm dicitur: Hęc dicit Dominus Deus Israel. nã ista omnia, quæ Iosue hic recitauit erant in sacra scriptura ante hoc, sicut magis patebit prosequendo singula, & erãt tanquam a Deo dicta, vel facta: quandocunque autem aliqua sunt in scriptura ex parte Dei, quæ ad nos diriguntur, quilibet potest in persona Dei loqui ad nos proferendo illa. Et quamquam Deus non fuerit ei quicquam locutus non fallitur dicendo, hęc dicit Deus vobis: sic prędicatores faciunt: & sic poterat dici, quòd ex narratis in sacra scriptura Iosue poterat colligere istam admonitionem ad proponendum coram toto Israel, etiam si Deus nihil loqueretur Iosue. Aliter etiam dici potest, quòd etiam si nihil horum fuisset in sacra scriptura, dumtamẽ constaret hęc esse vera, poterat Iosue facere admonitionem hanc transferens se in personam Dei, & loquens pro eo omnia, quæ allegare poterat contra Israelitas ad innuendum

A obligationem, quę erat in eis ad colendum eum, & iste est modus oratorum, qui representãtes personas aliorum proponũt loco eorum quidquid ipsi proponere possent, dicentes illos hoc dicere: & etiã isti nõ falluntur: primus tamen modus fuit in Iosue, scilicet quòd Deus ei dixit, quòd loqueretur hęc Israelitis.

Trans fluuium habitauerunt patres vestri. Intendit hic Iosue loco Dei indicare obligationem, quam Iudæi habebant ad colendum eum: & ad hoc enarrat beneficia pręstita illis: enarrat autem multa, quæ vsque ad tempus illud fuerunt pręstita, & quamquam non enarrentur omnia, tamen principalia tanguntur.

B Sciendum autem circa hoc, quòd iste modus probandi obligationem non erat simpliciter conueniẽs: nam quamquam Iudęi multa beneficia suscepissent, non tenebãtur ex hoc impendere diuinum cultum; nam si propter magna beneficia impenderetur diuinus cultus alicui homini, exhiberetur cultus iste quãquam non tantus, vt Deo: cultus autem exhibetur Deo, quia Deus est, & non propter beneficia. Vnde dato quòd nulla beneficia nobis pręstitisset si possibile foret, adhuc nos tenebamur eum colere, quia Deus est, & super omnia diligere, quia summum bonum est; & dato quòd pręstitisset nobis hæc beneficia, quæ pręstitit, & adhuc maiora, si tamen Deus nõ esset non teneremur eum diligere super omnia, nec colere, vt colimus, immo si coleremus peccaremus mortaliter: sicut autem est obligatio causata ad colendum, ita deberet esse probatio, scilicet, quòd sicut Deum obligamur colere solum, quia Deus est: ita ad C inducendum, quòd eum colere debeamus, oportet solum, vt probetur quòd Deus verus est: probatio autem beneficiorum est impertinens: inducebat tamẽ Iosue beneficia pręstita ad vnum de duobus.

Cultus nõ debet Deo exhiberi propter beneficia.

Primum erat propter materiam subiectã, scilicet propter illos, quibus fiebat admonitio: nã licet simpliciter nõ faciant istam probationem obligationis ad cultum, tamen faciunt respectu Iudęorũ, qui magis putabant se esse obligatos, eo quòd receperant beneficia quàm ex hoc quòd Deus erat verus Deus: probatio tamen semper debet fieri ex illis, quę apparent respondenti, siue illa sint simpliciter probatiua, siue non: alioquin siquis probet ex his, quę sunt simpliciter probatiua, & illa non videantur respondenti D nihil proficiet: sic patet in processu nostro, & naturę; quia cognitio naturæ est ex simpliciter notis ad minus nota simpliciter: cognitio autẽ nostra est ex magis notis nobis ad minus nota nobis; & tamẽ magis nota nobis non sunt nota simpliciter, vt patet primo Physic. siquis autem conaretur erudire nos inducens semper ex magis notis simpliciter, nõ possemus intelligere: sed intelligimus, quando fit ex magis notis nobis.

Alio modo potest intelligi quòd Iosue non induxit hic de beneficijs a Deo pręstitis tanquam per hęc probare intenderet quòd obligabantur Deum colere, sed induxit ad probandum, quòd tenebantur magis, scilicet quamquam simpliciter obligatio erat, E quia Deus erat Deus, tamen magis nunc tenebantur eum colere, quàm si nulla beneficia recepissent. Vel ponitur hoc ad inclinandum affectum, scilicet, quia licet cognoscerent Israelitę se obligatos ad colendum Deum verum, tamen non inclinarentur ad colendum, nisi aliquod bonum ab illo reciperent, sicut virtuosis scimus honorem debitum, si tamen nullum ab eis bonum susceperimus quouismodo non inclinamur ad eos honorandum: inducuntur autem multa beneficia, per quæ Iudęi inclinari deberẽt præter obligationem, quam naturaliter habebãt: vtitur autẽ Iosue isto mõ, quia etiam Deus qñ loquebatur

batur Israelitis isto modo vsus est: cũ enim a principio inducere voluit Iudęos ad recipiendum legem illius non dixit, quòd debebant ei obedire, quia Deus erat, sed dixit ꝙ fecerat eis multa beneficia, & ampliora faceret si reciperẽt verbum eius, vt patet Exo. 19.cap.s.vosipsi vidistis,quæ fecerim Aegyptijs,quomodo portauerim vos super alas aquilarũ, & assumpserim mihi: si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum,eritis mihi in peculium de cũctis populis: mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta: De⁹ autem istum modum secutus est, quia sciebat, quòd Iudæi, qui rudes erant, & circa sola sensibilia affecti, non poterant alio modo persuaderi. Incipit autem Iosue enarrare beneficia pręstita a Deo,& enarrat prima, quæ collata fuerunt genti huic. Incepit enim populus Iudaicus distingui aliquo modo ab alijs gentibus tempore Abrahæ: ante ipsum enim nihil distinctionis habuerunt: in ipso autem fuit distinctio, quia Deus elegit eum,& semen suum populum sibi,& accepit eum de medio gentium faciens,vt eum coleret specialiter,atque diligeret:incępit quoque in eo promissiones: nam ante eum nõ fuerunt alij patriarchæ quibus Deus quicquã promitteret de terra Chanaan, vel de Messia futuro: sic innuit Apostolus ad Galat. 3.cap. s. Abrahæ factæ sunt promissiones, & semini eius q.d.ei primo factę sunt ꝓmissiones.& super hoc vt sicut ad Deum specialius ipse, & semen suum pertinebant quàm cæterę gentes, ita speciale signaculũ circuncisionis ei tradidit, in quo distingueretur a gentibus,de quo Gen.17. & ad Rom.4.cap. & quia inter hæc beneficia exordium fuit, quòd Deus segregaret Abraham de gentilitate,s.ne esset in terra, in qua coleret idola, vel ne maneret in cultu illo, recitatur hic primo ista segregatio.

Trans fluuium habitauerunt patres vestri. Hic vocatur fluuius Euphrates,& vocatur per excellentiã fluuius, quia erat valde magnus: sic signatur Gen.15.s.Semini tuo dabo terram hanc a fluuio Aegypti, vsque ad flumen magnum Euphratem. Est autem iste fluuius vnus de quatuor fluminibus paradisi, vt patet Genes. 2.cap.qui cum lapsus de altitudine paradisi varia terrarũ spatia permeet, subterraneo gurgite lapsus, tandem in Armenia ipse, & fluuius Tigris alius de quatuor fluminibus paradisi de præcipitio montium ex eodem fonte nascuntur. De hoc Boetius de consola. lib.5.metro 1.quod incipit

Rupis Achimeniæ scopulis vbi versa sequentum
Pectoribus figit spicula pugna fugax
Euphrates,& Tigris vno se fonte resoluunt
Et mox abiunctis dissociantur aquis.

De isto fluuio loquitur scriptura absolutè non nominando illius nomen: non solum quia erat magnum, quia alia flumina sunt in orbe æque magna, aut maiora, sed quia erat in terra illa, de qua semper loquitr sacra scriptura, & in qua erant qui loquebantur hæc: fluit enim Euphrates in terminis terrę Chanaan,quę erat data Iudęis. Ipse enim diuidit terram eorum a reliquis terris a parte aquilonari,vt patet Gen.15.s.Semini tuo dabo terram hanc a flumine Aegypti vsq; ad flumen magnum Euphratem. Ponitur etiam iterum in terminis Exo. 23 cap.s. ponam terminos tuos a mari Rubro vsque ad mare Palestinorum, & a deserto vsque ad fluuium,s.Euphratem. Et Deuter.11. ponitur iterum,s.Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit: a deserto, & Libano, & flumine magno Euphrate, vsque ad mare occidentale erunt termini vestri. Et non solum Iudæi sed etiam omnes gentes, quæ morantur circa Euphratem vocãt illum absolutè flumen; sic patet 1.Esdrę 4.cap. in accusa-

F tione,quam scripserunt principes Samaritanorũ contra Iudęos veniẽtes de captiuitate Babylonica, & cõstruẽtes templum,& muros vrbis,s.serui tui, qui sunt trans flumen salutem dicunt. Et iterum ibidem: Nunciauimus nos regi quoniam si ciuitas illa ędificata fuerit,& muri eius instaurati possessionẽ trans fluuium non habebis. Dicitur autem quòd habitauerunt trans flumen,idest vltra flumen Euphratem,scilicet ad partem aquilonarem fluminis: nam Iudæi quoque dicuntur esse trans flumen, vt patet in exemplis allegatis,s.non habebis possessionem trãs flumẽ. Quod intelligitur de Ierusalem,& terra illius: ista autem est ad meridianam partem fluminis Euphratis, sed ad omnem partem dicitur esse trans flumen. Sic

G dicitur de Iordane: nam aliquando dicitur trans Iordanem, quod est ad orientalem plagam eius, vt patet supra 1.& 12.& 13.& aliquando trans Iordanẽ quod est ad occidentalem plagam illius,vt patet supra 5.& Nu.32.cap. Dupliciter autem potest intelligi ꝙ habitauerunt trans flumen patres Iudęorũ,s.in terra Chaldæorum, quę est trans flumẽ, vel in terra Mesopotamiæ siue Haran,quę est trans flumen,vel in flumine: hoc apparet, quia Iudæi sunt de progenie Chaldæorum,& postea venerunt in Charran siue Haran deinde in terram Chanaan,vt patet Iudith 5. vbi describitur origo Iudęorum. Fuit autem modus, quòd Thare habuit tres filios,s.Abrahã, Aran, & Nachor,quos genuit in terra Chaldæorum in ciuitate Vr: ibi autẽ mortuus est Aran antequã exiret inde Thare ad ter-

H ram aliam: postea vero Thare cum duobus filijs suis, scilicet Nachor, & Abraham, & vxoribus eorum, & nepote suo Loth filio Arã egressus est de terra Chaldęorum,vt veniret in terram Chanaan ad habitãdũ, & cum peruenissent in Mesopotamiam siue in vrbẽ Haran,quæ erat in itinere mãserunt in ea, & post aliquot annos mortuus fuit ibi Thare, vt patet Gen.11. cap.postea autem apparuit Deus Abrahæ, dicens ei: Egredere de terra tua,& vade in terram,quam monstrauero tibi: duxitque illum in terram Chanaan, vt patet Gen.12.cap. & postea incęperunt Iudęi esse populus, & quia in ista segregatione fuit Abraham ab idolatris semotus,fuit ei collatum magnum beneficium; quod patet, quia non solum in Chaldæa viri

I de progenie Abrahę colebãt idola, sed etiam in Mesopotamia coluerunt, vt hic dicitur: mansit autem Nachor frater Abrahę in terra hac veniente Abrahã in terram Chanaan, & postea cognatio eius semper ibi fuit: nam Abraham,quando voluit accipere vxorem filio suo Isaac, misit seruũ suum Eliezer in Mesopotamiam ad cognationem fratris sui Nachor, vt patet Gen.24.cap.& Iacob illuc quoque iuit,& accepit vxores quatuor, vt patet Gen. 28. & 29.cap.potest autem accipi trans flumen pro vtraque harum terrarum: nam cum in terra Chaldæorum erat Abraham cum cognatione sua, dicebatur esse trãs flumen,quia est terra illa magis aquilonaris quàm Euphrates, & verum est quòd habitauerũt ibi patres Hebręorum, & coluerunt deos alienos.

K Secundo modo etiam est verum, quòd habitauerunt trans flumen,s.in Haran, vel Mesopotamia: est enim ciuitas quędam dicta Haran, quę aliquando vocatur Mesopotamia. Est autem eadem,quod patet, quia dicitur Gen.27. quòd iret Iacob in Mesopotamiam, & postea Gen.29. dicitur quòd venit in Haran,& apparet melius, quia Numeri vigesimotertio capitulo dicitur quòd rex Moabitarum adduxit Balaam ariolum de Haran. & Deuterono. vigesimotertio dicitur, quòd fuit adductus de Mesopotamia, ergo idem erat locus: in ista quoque vrbe cũ maneret Thare & Abraham filius eius, adorabat cognatio Abrahæ

Iudæorũ patres trãs flumen habitasse dupliciter intelligit.

Origo Iudæorum.

Patres dupliciter vocantur.

Abrahæ idola. *Habitauerunt patres vestri ab initio*. Possunt vocari patres dupliciter. Vno mō proprie, s. pro omnibus qui sunt in linea ascendentium & descendentium. Alio mō pro omnibus superioribus in cognatione, etiam si non sint in linea ascendentium & descendentium, sed collaterales ipsorum. Primo mō Abraham dicitur pater Hebręorū, & Thare, & Reu, & Sarug, alijque superiores, de quibus Gen. 11. cap. Secundo modo accipiendo, Abraham & Thare, & Nachor, & Aran erāt patres Hebręorum, quia erant collaterales patri suo Abrahæ: tamen non erant in linea ascendentium & descendentium. Primo modo non potest intelligi de habitatione in Haran, vel Mesopotamia, sed de habitatione in terra Chaldæorum: quia licet in Mesopotamia habitauerint patres Hebræorum, s. Thare, & Abraham; tamen nō coluerūt ibi deos alienos, quia Abraham nō coluit deos: q̄q̄ ergo Thare ibi coleret idola, non dicerentur patres Hebręorum colere idola ibi, quia vnicus pater eorū colebat illa: si autem accipiatur pro terra Chaldæorum, stabit, quia ibi fuerunt omnes patres Hebræorū, scilicet computādo ab Abraham, & supra regrediendo in Noe, s. Thare, Nachor, Reu, Sarug, & cæteri, de quibus Gen. 11. De istis verum est ꝙ coluerunt ibi deos alienos, quia q̄n isti erant, iam inoleuerat idolorum magnus cultus in orbe. Secundo modo accipi possunt patres Hebręorum pro maioribus eorum, licet nō essent patres ipsorum, s. pro cognatis proauorum suorum, & sic oēs fratres Abrahę vocantur patres Iudęorum, & tunc stat vterque sensus, s. ꝙ patres Hebręorū habitauerunt trans flumen, i. in terra Chaldęorum, quia ibi moratus est prius Thare cum filijs suis anteq̄ veniret in Mesopotamiam, & ibi coluerūt deos alienos. Etiam stat secundus modus, s. ꝙ habitauerūt trans flumē, i. in Mesopotamia patres Hebręorum, i. Thare, & duo filij sui, & adorauerunt deos alienos, quia Thare, & Nachor colebant illos, licet non coleret Abraham, & illi duo vocātur patres Hebręorum. *Ab initio*. Istud potest dupliciter intelligi, sicut prędicta dupliciter intelligebantur: si enim intelligatē de habitatione in terram Chaldæorum est sensus ꝙ à principio habitauerūt patres Iudęorum trans flumē, idest ab initio natiuitatis. Nam repetendo originem Iudęorum, etiā ab exordio reperietur tota habitasse in terra Chaldæorum, post diluuium enim oēs gētes deriuatę sunt per Noe, & filios eius, & deriuati sunt Iudæi per lineā Sem, a quo linea vsque ad Abraham computatur Gen. 11. cap. Isti autem habitauerunt in terra Chaldæorū ab initio, i. ab ipso primo huius stirpis, i. Sem: nam post diluuium recesserunt homines de parte orientali, & venerunt ad terram Sennaar, in qua ędificauerūt turrem, & vrbem Babylonem: erat autem ibi tunc Noe, quia hoc fuit pauco tēpore post diluuium. Et cum post diuisam linguam gētes fuissent diuisę per orbem, posteritas Sem mansit apud Babylonem. Est autem Babylon caput terrę Chaldęorum: ideo a principio originis manserunt patres Hebræorum in terra Chaldæorum. Si autem accipiatur secundo modo est sensus, quòd manserunt in Mesopotamia, quę est trans flumen ab initio, i. ab initio distinctionis. Nam anteq̄ veniret Thare in Mesopotamiam erant patres Hebręorū, tamen non erant distincti ab alijs populis: inceperunt autem diuidi, cum Deus distinxit illos faciens venire Thare cum domo sua in Mesopotamiam: & quāquā Deus non iussisset Thare ꝙ veniret de Chaldęa illuc, tamē mouit eū ad veniēdum, vt cum eo veniret Abraham filius eius, & ab illo tēpore cępit esse distinctio gentis Hebręorum ab alijs populis: nam Abraham Hebræus vocatus est, vt patet Gen. 14. cap. tunc autem principium

Babylon est caput terrę Chaldæorum.

A alicuius gētis est, quando ipsa distincta esse incipit ab alijs. Proprius autem sensus literę est ꝙ patres Iudęorum vocētur hic non solum progenitores, sed etiam omnes maiores, vt cognati progenitorum: & sic dicitur quòd Aran, & Nachor erant patres Iudęorum, quia erant fratres Abrahæ. & hoc patet in litera, scilicet Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio Thare pater Abraham, & Nachor: sed constat quòd Nachor nihil attinet ad lineam Iudæorum: solum autē erat frater Abrahæ, qui erat pater Iudæorū: & dicūtur ab initio ibi habitasse, idest ab initio distinctionis gentis huius, s. quòd tunc Deus incipiebat facere gentem istam distinctam ab alijs gentibus. Di-
B citur autem trans fluuium, idest in Mesopotamia, & non solum dicuntur habitasse trans fluuium; immo dici potest quòd in fluuio habitauerunt: nam ciuitas ista, quæ vocatur Haran in qua habitauit Thare cum posteritate sua, erat in medio fluminis Euphratis, s. ꝙ erat diuisus fluuius in duas partes, & in quodam loco medio tanq̄ in insula ciuitas cōstructa erat, & ob hoc vocatur in Hebręo Haran Naharaym, i. Haran posita in medio fluuiorum, & sic nos nomine Gręco vtentes eam Mesopotamiam dicimus. Vbi enim dicit litera Hebręa Haran solum, litera nostra transtulit Haran vel Charran: cum autem dicitur in Hebręo Haran Naharaym, idest Aran fluuiorū, vt patet Gen. 24. litera nostra ponit Mesopotamiam: sic etiam de alijs locis. Interpretatur autem Mesopotamia in medio aquarum, vel media inter aquas: quia tamen illa ciuitas erat ad vnā partem fluuij saltem dicebatur esse
C trans fluuium. *Thare pater Abraham, & Nachor*. Isti duo ponuntur, quia accipiuntur patres large pro maioribus, siue sint in linea recta progenitorū siue sint collaterales; Nachor enim nō erat pater Iudęorum.

Vnde Mesopotamia dicta est.

Quare hic non nominantur Abraham, & Aran, qui erant filij duo Thare. Quæst. VI.

QVAERET aliquis quare nō fuerunt hic nominati Abraham, & Aran, qui erant alij duo filij Thare. Respondendum est, quòd non ponitur hic Aran pater Hebręorum, quia solum ponuntur illi, qui fuerunt a principio distinctionis: ista autem distinctio facta fuit cum Tha-
D re recessit de terra Chaldæorum ad veniēdum in terram Chanaā, & quia anteq̄ illuc veniret, mortuus est Aran in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorū, priusquam moreretur Thare, vt patet Gen. 11. Abraham autem non nominatur hic tanquam pater in recto, eo quòd de istis ponatur immediate quòd adorauerunt deos alienos: Abraham tamen non adorauit: & quia de patribus Iudæorum Deus enunciare volebat quòd adorauerant deos alienos, non fuit nominatus Abraham, s. in recto. Nachor tamen ponitur in recto, quia de ipso, & de Thare verum est, quòd colebāt idola, sic quoq; posteritas Nachor coluit idola: nā Rachel furata est idola patris sui Labā, qui erat de
E stirpe Nachor, vt patet Gen. 31. c. de quo cōquestus est Laban, vt patet eod. cap.

Seruieruntque dijs alienis. Scilicet in terra Mesopotamiæ seruierunt dijs alienis Thare, & posteri eius: ob hoc autem Deus iussit Abrahæ, vt post mortem patris sui Thare recederet de Mesopotamia, scilicet ne ibi cū cognatione sua peruerteretur ipse, vel filij illius. Sed contra hoc videtur quod habetur Iudith 5. ex verbis Achior, scilicet, quòd populus Iudæorum erat de Chaldæis: hic primum in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum: deserentes itaque cæremonias patrum suorum, quæ

in multitudine deorum erant, vnum Deum colere cęperunt, qui pręcepit eis, vt exirent inde, & habitarent in Charra. Responderi potest dupliciter. Vno modo quòd Achior, qui erat dux Ammonitarum non fuit locutus hic ſm veritatem rei, sed ſm opinionem vulgatam de Iudæis apud alias gentes: opinabātur enim ꝙ Thare, & filij sui vocati fuissent a Deo cum essent in terra Chaldęorum, & iussum esset eis, ꝙ venirent in terram aliam, & videbantur ad hoc habere aliquam rationem, quia Thare cum tota domo sua venit; tamen ſm veritatem non recessit Thare de terra Chaldęorum, vt non adoraret deos patrum suorum, sed ibat in terram Chanaan, quia cōmodius sibi in terra illa futurum esse putabat: cum autem venisset in Haram mansit ibi & mortuus est: nō tamen veniebat, vt non coleret deos patrum suorum, quia tunc non coluisset deos postea, sed dicitur hic quòd coluit. Etiam patet de stirpe sua: nam Nachor filius eius, & tota posteritas illius coluerunt deos in Mesopotamia, vt patet de Laban, qui erat nepos Nachor colebatque idola, & postea cum faceret pactū cum Iacob inuocauit Deum Nachor: Iacob autem vocauit Deum patris sui Isaac, vt patet Gen. 31. cap. ergo non colebant ambo eundem Deum: consequenter autē Nachor idolatra fuerat, & tota illius posteritas: si tamen venissent in Haram de terra Chaldæorum, ne compellerentur colere idola non colerent postea ea ibi. Aliter rñderi potest, quòd locutus fuerit vera Achior, & tamen referēda sunt omnia ad solū Abraham, qui erat pater Hebręorum, s. quòd iste venerit de terra Chaldæorum, quia ibi progenitores sui Chaldęi colebant multos deos, & compellebant ad hoc omnes, qui in terra illa erant: Deus quoque apparuit ei in terra illa dicens quòd recederet de terra illa, & veniret in Haram: & quia Abraham erat filius Thare, & quasi in familia illius, non poterat recedere, vel saltē nō conueniēter nisi pater recederet, ideo posuit Deus in corde ipsi Thare, vt inde recederet, s. de Chaldęa in terram Chanaan, & sic factū est: & sic stabit totum dictum Achior verum ſm literam suam.

Hic octo numerantur beneficia prestita Hebręis.

Tulit ergo Abraham patrem vestrum de Mesopotamiæ finibus. Istud est primum beneficium, s. distinctionis Hebraici populi a cęteris gentibus, quę inceptā fuit in exitu Thare cū domo sua de terra Chaldæorum, tamen fuit consummata, cum Abraham inde iussu Dei recessit in terrā Chanaan: nam cognatio Abrahę, s. Nachor cum posteritate sua adorabat idola: si autē mansisset Abraham in Mesopotamia fortè ipse, vel cognatio eius declinarent ad idola: & quia Hebræi erant populus Dei per hoc, quòd ipsi colebant Deum specialiter, & Deus faciebat eis specialia beneficia, primum ad hoc necessarium erat, quòd segregarentur Iudæi ab idolatris. Et dicitur quòd tulit eū de finibus Mesopotamiæ, quia mansit Abraham ibi toto tempore, quo vixit Thare, quo mortuo apparuit ei Deus dicens egredere de terra &c. Gen. 12. cap. & dicitur de finibus Mesopotamiæ, idest de Mesopotamia. Est Mesopotamia nomen Gręcum, s. in medio aquarum, quia ciuitas ista est in medio duarum partiū fluminis Euphratis: & in Hebræo appellatur Haram fluuiorum, idest Haram sita inter fluuios. Et non intelligitur de finibus Mesopotamię, quasi non habitauerit Abraham in Mesopotamia sed apud eam, habitauit namque in ea: sed idem est de Mesopotamia, vel de finibus Mesopotamiæ.

Et conduxit eum in terram Chanaan. Scilicet ꝙ Deus iussit ei, vt iret in terram Chanaan promittens ei ea, quę habentur hic: Abraham autem obediens verbo Domini iuit. Valde autem meruit Abraham, quia credidit; nam eorum, quę Deus dicebat nihil con-

F stabat ei, sed propter auctoritatem Dei, dicenti assensit, & laudatus est atque vocatus pater omnium credentium, vt patet ad Rom. 4. cap. laudat quoque eū de fide Apostol. ad Hebr. 11. s. fide qui vocatur Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem, & exijt nesciens quo iret, sed demoratus est in terra promissionis tanquam in aliena in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohęredibus repromissionis eiusdem.

Multiplicauitque semen eius. Istud est aliud beneficiū præstitum Israelitis a Deo, s. in multiplicatione prolis. Erat namque magnū bonū apud antiquos ista multiplicatio: vnde quando vnus benedicebat alteri imprecabatur ei multiplicationem posteritatis: sic faciebāt fratres Rebeccæ, quādo ipsa recedebat de Mesopotamia: cognati enim imprecabantur prospera, G dicētes: soror nostra es, crescas in millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum Gen. 24. c. Mulieres quoque cum abundabant in prole erant benedictæ. Sic patet de Lia, quæ cum genuisset filium sextum, s. ancilla eius vocauit eum Aser, idest beatitudinem, dicens: Hoc pro beatitudine mea: beatam quippe me dicent omnes generationes, Gen. 30. cap. Nec solum hoc erat ex opinione gentium, sed Deus in hac parte assentiebat illi opinioni benedicens eo modo, vt patet Gen. 22. cap. vbi cum Abraham rem maximā in honorem Dei fecisset, s. filium suum immolare volens, ait Deus: per memetipsum iuraui, dicit Dominus, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti H filio tuo vnigenito propter me: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cęli, & velut arenam quæ est in littore maris. Magnum ergo beneficium erat cum a suscipientibus magnum reputaretur, & Deus illud tanquā magnum impenderet. Ista multiplicatio seminis non apparuit dum mansit Abraham, & posteritas eius in terra Chanaan: nam licet computando omnes Ismahelitas, qui tunc erāt, & omnes natos de filijs Cethuræ, & Idumęos magna esset multiplicatio, & hi omnes venerunt de stirpe Abrahæ, tamē isti non reputantur in semine Abrahę, sed dictum est: In Isaac vocabitur tibi semē Gen. 21. & ad Rom. 9. cap. etiam non computantur in semine descendentes vniuersaliter de Isaac: nam Idumæi ab I illo venerunt: & isti non pertinēt ad cohæredes promissionis, sed solus Iacob de Isaac. Nam, vt patet Malach. 1. Deus dilexit Iacob, & odio habuit Esau, s. nolēdo in eo complere benedictiones, & promissiones factas Abrahę, & semini eius. computando ergo solum eos, qui pertinent ad promissionem factā Abrahę pauci erant, cum manerēt in terra Chanaan: nam cum descenderunt in Aegyptum erant animæ 70. vt patet Gen. 46. cap. fuit tamen multiplicatio maxima facta in Aegypto: nam cū inde exirent Israelitæ erāt sexcenta millia peditum armatorum, & amplius, vt declaratum est Exo. 12. & ibi patet in litera.

Et dedi ei Isaac. Hic est mutatio ordinis: nam manifestum est quòd prius Deus dedit Abrahæ filium nomine Isaac, & illi filiū nomine Iacob, quàm fieret K multiplicatio aliqua; cum isti fuerint primi filij; sed mutatur ordo sicut sępe fit in scripturis.

Quare Isaac & Iacob hic per se computantur. Et quòd impossibile est naturaliter sine menstruo gignere.

Quæst. VII.

QVAERET aliquis cum Isaac, & Iacob, qui hic ponuntur pertineant ad multiplicationem istam Israelitarum, de qua hic: quare per se computantur: potissime cum notum sit istos esse primos in multiplicatione ista.

Respon-

Respondendum est quòd scriptura intendit hic enarrare beneficia impensa Iudæis, ideo describit omnia illa, in quibus patent beneficia collata: multiplicatio enim prolis fuit quoddam beneficium impensum: sed preter hoc multiplicatio miraculosa est alterum beneficium: sic autẽ fuit in istis duobus, s. Isaac & Iacob, ideo debuerunt per se nominari tanquã distinctum beneficium. De Isaac patet, quia natus est de Sarra, quæ erat iam senilis ætatis, s. nonaginta annorum. & quod difficilius est, desierant ei fieri muliebria, vt patet Gen. 18. cum autem aliqua mulier desinit habere muliebria, s. humorem mẽstrualem fluentem per mensium curricula, impossibile est naturaliter, quòd gignat, quia deficit in ea principium materiale, ex quo formatur fętus: & puellę antequam incipiant habere muliebria impossibile est, quòd concipiant: scriptura namque ponit hũc conceptum fuisse miraculosum, quia desierãt Sarrę fieri muliebria: qđ non congrue poneretur, si contingeret non habentẽ humorem menstrualem concipere: nihil enim amplius est mulierem nõ patientem menstrua, siue propter magnam, siue paruam ętatem cognosci, quàm effundere semen in vase vitreo, vel in quocunque receptaculo, in quo generatio impossibilis sit. sic enim ponit Apostolus conceptum istum miraculosum, & Abrahã meruisse, quia credidit quòd fieri posset pater multarum gentium, vt patet ad Rom. 4. s. qui contra spem in spem credidit vt fieret pater multarum gentium, & non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum iam emortuum, cum ferè centum esset annorum: nec considerauit emortuam vuluam Sarræ. Etiam laudatur Sarra, quia credidit ad Hebr. 11. cap. De Iacob quoque fuit quidam modus miraculosus: nam Rebecca sterilis erat, & 20. annis sterit non habens liberos: postea vero orãte Isaac concepit gemellos, & collidebantur in vtero eius, quæ cum quæsiuisset à Domino quid hoc esset, respõsum est, quòd duo populi in vtero eius erant: & postea in exitu ab vtero isti duo paruuli pugnabant, & vnus tenuit plantam alterius, s. Iacob plãtam Esau Gen. 25. aliquid ergo mirabile fuit in conceptione, & natiuitate horum duorum, & ob hoc inter collata beneficia scriptura hoc enarrauit.

Cum Deus dederit Abrahæ alios filios præter Isaac, & alium filium Isaac præter Iacob, quare non computantur hic, Quæst. VIII.

QVAERET aliquis cũ Deus dederit Abrahę alios filios præter Isaac, & dedit Isaac aliũ filium preter Iacob, quare non computantur hic? Respondendum causam esse duplicem. Prima est, quia cum hic computentur beneficia specialia debent illa poni, quæ ad miraculum pertinent: cætera enim de communibus beneficijs sunt: potissimè quia multiplicatio posita est tanquã vnum beneficium: hic autem superadditur, ꝙ datus fuerit Isaac Abrahę, & Iacob ipsi Isaac, ergo ad aliqđ pertinent prêter multiplicationem: & hoc est, quia in conceptionibus horum fuit miraculum aliquod, scilicet in cõceptione Isaac, quòd mater esset sterilis, & inueterata, desierãtque ei fieri muliebria: in secundo autẽ fuit miraculum, quia erat mater sterilis Gen. 25. cap. de cæteris autem filijs horum non fuit sic, qa Abraham genuit Ismahelem, sed in hoc non fuit aliquod miraculum, quia Abraham erat tũc potens generare, & Agar mater Ismahelis non erat sterilis, nec vetusta, habuitque Abraham alios filios postea mortua Sarra, s. ex Cethura, vt patet Gen. 25. & fuerunt filij sex, in quibus non fuit aliquod miraculum concipiendo, quia licet Abraham esset valde senex, erat tamen adhuc potens generare, Cethura autẽ, erat puella, eratque potens faciliter concipere. Alia causa est ad hoc quia Deus volebat enarrare Iudęis bñficia eis prestita, ipsi autem erant de semine Abrahę: & in eis cõpletę sunt promissiones factæ Abrahę, alij autem erant filij Abrahę, qui non computantur in semine eius, sicut Ismahel, vt patet Gen. 21. cum doluisset Abraham pro filio suo Ismahele, ait Deus: in Isaac vocabitur tibi semẽ, i. non pertinet Ismahel ad semen tuũ, sed Isaac: sic quoque factum est de sex filijs, quos genuit ex Cethura: illi enim non pertinent ad semen Abrahę, sed solus Isaac, ideo non curauit scriptura enarrare de his, quia multiplicatio in his non erat aliquod beneficium prestitum genti Hebreorum: sic quoque fuit de Isaac, cui dicitur datus Iacob: nam licet genuerit Isaac Iacob, & Esau, & vno concubitu, vt patet ad Rom. 9. tamen non pertinebat Esau ad semen Abrahę, s. q̃tũ ad repromissiones, quia Deus nõ erat cõpleturus quæ promiserat in eo, sed in Iacob, & filijs eius. Sic patet Malach. 1. anteq̃ quicquam boni aut mali egissent Iacob dilexi Esau autẽ odio habui. idem ad Ro. 9. Ista secunda rõ magis congruit q̃ prima, quia si propter miraculosam conceptionem ponerentur hic Isaac, & Iacob conformiter poneretur Esau, quia ipse quoque miraculosè genitus est, cum ex vnico coitu ambo geniti fuerint, vt patet ad Ro. 9. c. & ambo simul nati sunt, & collidebãtur in vtero, vt patet Gen. 25. cap. sed non ponitur propter secundam rationem, s. quia non pertinet ad stirpem Iudæorum.

Hoc enim volũt qui non attendũt ad literam; sed manifestum est ꝙ ponatur hic Esau sicut Iacob, ideo stat ista quæstio de filijs Abrahæ, qui nõ ponũtur hic preter Isaac, & de illis q̃q̃ vtraque ratio teneat, magis tamẽ tenet prima, s. quia nihil miraculosum in eorũ natiuitate vel conceptione sit actum. Esau autẽ computatur, quia licet non computetur in semine, tamen miraculosè genitus est, & ista conceptio fuit ꝑꝑ merita patrum Iudeorum, s. propter Isaac: nam erat sterilis Rebecca, & per annos viginti non conceperat: postea autem orante pro ea Isaac, vt conciperet, concepit, vt patet Gen. 25. cap. *E quibus.* Idest de istis duobus gemellis. *(Determinatio q̃onis.)*

Esau dedit montem Seir ad possidendum. Deus dedit Esau, & posteris eius ad possidendum terram, quæ ex nomine suo vocata est. Ipse quoque tria habet nomina, s. Edom, Esau, Seir, vt ait Hierony. in prologo super Abdiam, & colligitur Gen. 25. vocatus fuit enim Esau tãquam nomine suo proprio, vocatus est autem Edom, idest rubeus, s. quia desiderauit lenticulam rufam, quam comedebat Iacob, dixitque ei: Da mihi de coctione hac rufa. & subditur Gen. 25. quãobrem vocatum est nomen eius Edom. erat etiam Esau pilosus totus in modum pellis, ideo vocatus est Seir, quia Seir signat pellem villosam: sic patet Gen. 25. ex litera Hebraica. Ita terra data in possessionem Esau, & posteris eius vocatur interdum mons Esau, vt patet Abdiæ vnico c. interdum autẽ terra Edom, vt patet Num. 20. cap. & 21. aliquando vocatur mons Seir, vt patet Deutero. 2. cap. s. circuiuimus montem Seir longo tempore. Dicitur autem terra Esau mõs Seir, quia erat terra montuosa, & sic possessio filiorum Ephraim vocatur semper mõs Ephraim, vt patet supra 17. & 19. & 20. quia erat in mõtibus pro maiori parte. Deus autem dedit filijs Esau montem Seir, quia ipse adiuuit eos ad delendum gentes, quæ habitabant in terra ista, vt ipse solus cum posteritate sua habitaret in ea: sic patet Deuter. 2. cap. s. In Seir prius habita- *(Esau tria habuit nomina, scilicet Edom Seir & Esau.)*

habitauerunt Horręi, quibus expulsis atque deletis, habitauerunt filij Esau, & quia hanc terram Deus eis dederat, noluit quòd caperetur ab alijs gentibus. Vnde quando transierunt Israelitę apud terram Edom venientes de Aegypto iussit Deus quòd non pugnarent contra Idumæos, quia non erat eis datum quicquam de terra illorum, sic patet Deut. 2. cap. s. transibitis hodie per terminos filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos, videte diligenter ne moueamini contra eos, nec enim dabo vobis de terra eorū quantum potest vnius pedis calcare vestigium. Enarrat autem hic istud beneficium præstitum Esau, quia fuit ei datū ex merito Abrahæ, & Isaac, qui erant progenitores Iudęorū, Esau enim nihil merebatur, ideo debebant Israelitæ reddere gratias pro hoc beneficio quasi si eis collatum fuisset.

Iacob vero & filij eius descenderunt in Aegyptum. Hic incipit in speciali describi de bñficijs collatis ad Israelitas, quia omnes filij Iacob pertinuerunt ad semen Abrahæ quantum ad impletionem promissionum, & omnes acceperunt possessionem in terra Chanaā, vt patet supra a cap. 15. vsque ad 20. Dicitur autem ꝙ descēderunt Iacob & eius filij in Aegyptum, s. vigente fame valida, quæ oēs prouincias oppresserat: istud aūt fuit principium ad hoc ꝙ beneficia magna conferrentur Israelitis, s. in liberatione de Aegypto, & in portatione per desertum, & introductione in terram Chanaan: si autem mansissent semper in terra Chanaan, sicut eorum progenitores, s. Abraham & Isaac non potuissent ista conferri eis. De eorum descensu patet Gen. 46. & 47. cap.

Misique Moysen & Aaron. Istud est alterum beneficium in liberatione eorum de terra Aegypti in multis signis, atque portentis. De medio autem tempore subticetur: fuerunt enim Israelitæ in Aegypto in magna prosperitate, & rerum affluentia quandiu vixit Ioseph, & toto tēpore, quo reges Aegypti cognouerunt beneficia pręstita per Ioseph: surrexit autem postea rex alius, qui non cognoscebat Ioseph, oppressitque Iudęos in duris operibus luti, & lateris occidēdo etiam filios eorum in flumine, vt patet Exo. 1. cap. postea aūt misit Deus Moysen ponēs signa, q̄ facere deberet in Aegypto, vt patet Exo. 3. & 4. nam locutus fuit ei in rubo: misit autem Deus Aaron non principaliter, sed in coadiutorem Moysi. Dixerat enim Moyses quòd non erat eloquens, ideo quòd mitteret Deus alium, Exo. 4. cui respondit Deus: Aaron frater tuus Leuites scio, quòd eloquens sit. & postea sequitur: Ipse erit os tuū, & loquetur pro te ad populum tu autem eris ei in eis quæ ad Deum pertinēt. & Exo. 7. cap. dicitur: Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus. Vnde postea ingrediebatur Aaron cum Moyse, & loquebatur coram Pharaone, vt patet Exo. 5. cap.

Et percussi Aegyptum multis signis atque portentis. Istud est aliud beneficium, scilicet percussio opprimētium, vt Iudæi liberi dimitterentur: non enim dimisissent Aegyptij Iudæos abire, nisi in magnitudine signorū. Et dicitur quòd percussit Aegyptum, quia ista percussio erat generalis, s. quòd quælibet plaga missa super Aegyptios erat vniuersalis, siue sanguis, siue ranę, siue grandines, & mors præter terram, in qua manebant Iudæi, vt patet Exo. 7. & vsque ad 10. inclusiuè; ponuntur autem signa & portenta, quia signa sunt parua, & portentę sunt magna. Vel signa dicuntur a signando solum, & portenta nocebant: erant enim in illis, quæ Deus fecit quædam, quæ non infligebāt aliquod malum Aegyptijs, sed solum erant probatiua, quòd Deus Israelitarum esset Deus, sicut conuersio virgę in Draconem, & è contrario: & factio Ci-

Differētia iter signa & portenta.

F niphicum, vt quidam volunt, sed sufficit primum. Et ista vocabantur signa & non portenta. Alia autem erant, quæ infligebant malum Aegyptijs, & insuper signabant Deum Israel esse Deum, sic erant omnes plagę vt mors primogenitorum, & tenebrę palpabiles, & cæterę decem plagę: erant enim tales, quæ conuincebant Aegyptios Deum Israelitarū esse Deū cum dij ipsorum non possent aliquid horum facere, sed dixerunt malefici Aegyptiorum digitus Dei est hic, Exo. 8. cap. Etiam ista infligebant magnam penalitatem Aegyptijs: ideo vocantur portenta, quæ aliquo modo sunt signa, sed important quandam terribilitatem secum, & ista est propria differentia signorum, & portentorum, vel ostentorum hic.

G *Eduxi vos, & patres vestros de Aegypto.* Istud est alterum beneficium, s. liberādo Israelitas de Aegypto: fuerunt enim liberati de maxima seruitute, quæ vocatur fornax ferrea Aegypti, vt patet Deu. 5. Tantum enim comprimebantur in terra hac ꝙ dicebantur habere catenas in ceruicibus comprimentes eos ad terram, vt patet Leuit. 26. cap. s. Ego Dominus, qui eduxi vos de terra Aegyptiorum, ne seruiretis ei, & cōfregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti. Dicitur autem eduxi vos, quia aliqui erant tpe huius admonitionis Iosue ad populum, qui egressi fuerant de Aegypto. Et dicet aliquis hoc esse de Caleb & Iosue, qui non condemnati sunt sententia illa, quæ lata est in Cadesbarne, vt patet Nu. 14. & 26. c. Sed dicendum ꝙ de egredientibus de Aegypto non solum introierant in terram Chanaan isti duo, sed etiam fortassis plures quam centum millia viri: nam sententia

H lata in Cadesbarne non fuit contra omnes Israelitas, sed solum ꝯ numeratos ab anno 20. & supra vt patet Nu. 14. valde multi tñ erant, qui nō condēnati sunt, quia non erant numerati, vt nulla de fęminis hac sententia comprehensa est: Leuitæ quoque nulli comprehensi sunt, quia non erant computati ab anno 20. & supra, sed ab vno mense, & supra, vt patet Num. 3. vel ab anno 25. vt patet Nu. 8. vel ab anno 30. vt patet Num. 4. Item valde multi de tribubus duodecim non comprehensi sunt, s. omnes, qui erāt minores ann. 20. & nondum fuerant numerati. De his manifestū est, quòd multi essent, & omnes hi poterant introire in

I terram Chanaan non obstante sententia, quia non erat contra eos: & de his essent multi tēpore admonitionis huius, quam faciebat Iosue. Dicitur etiam & patres vestros, quia patres istorum fuerant educti de Aegypto, sed mortui sunt in solitudine. Nam omnes computati in Sinai mortui sunt in deserto Nu. 14. & Deut. 2. cap. sed isti erāt plures quàm sexcenta millia virorum, vt patet Num. 1. cap. Etiam alij de patribus horum mortui fuerūt postea in deserto, licet nō ex sententia illa: sicut illi, qui mortui sunt propter sacrilegium Phegor, de quo Nu. 25. s. Mortui sunt viginti quatuor millia. ex alijs quoque causis mortui sunt. Etiam in terra Chanaā mortui fuerant plurimi antequā fieret ista admonitio, de qua hic agitur. Omnes autem hi educti fuerant de Aegypto. *Et venistis ad*

K *mare.* Scilicet ad mare Rubrum. Enarratur hoc specialiter ad signādum valde magnum beneficium, qđ fuit in liberatione Israelitarum transeundo per mare Rubrum, & occidendo ibi Aegyptios hostes eorum: cum enim fuit mors primogenitorum media nocte timentes Aegyptij ꝙ oēs perituri essent, surrexerunt media nocte compellentes recedere Israelitas, cū aūt recessissent, & conuerterētur Aegyptij ad seipsos dixerunt: quid facere voluimus, vt dimitteremus Hebræos, ne seruirent nobis? tunc Pharao cum exercitu magno, & curribus psecutus fuit Hebræos, inuenitq; eos apud mare Rubrū. De hoc Exo. 12. iūcto 14. cap.

Perse-

Persecutique sunt Aegyptij patres vestros. Non solum patres istorum, sed etiam istos, quia isti aut multi de eis educti fuerant de Aegypto, vt patet supra.s.eduxi vos,& patres vestros de Aegypto. Hic tamen solum dicitur de patribus istorũ, quia in exitu de Aegypto omnes de his, qui exierunt, & nunc supererant erant parui præter Iosue,& Caleb,qui erant iam viri. persecutio autem fit ad viros, quia ista est opus bellicum, quod contra viros est, & non contra paruulos. vnde non proprie dicitur, ꝙ Aegyptij persequebãtur istos in exitu de Aegypto,sed patres eorum. *Cum curribus, & equitatu.* Currus est genus armaturæ,de quo supra 11.declaratum est:erant enim isti currus habentes.4. equos,& rotæ falcatæ erant.i.habẽtes gladios in modum falcium ad scindẽdum vndique, & impetu suo omnia laniãtes. De his autem assumpsit Pharao currus ducentos electos,& quidquid curruum in Aegypto fuit, vt pugnaret contra Hebræos. Putabat enim Pharao,ꝙ non possent euadere pugnando,quia erant inexperti ad pugnam, & potissimum erant habentes corda seruilia:semper.n. fuerant sub potestate Aegyptiorum, ideo non haberet animositatem ad postea pugnandum contra illos.& sic futurũ esset, nisi Deus pugnasset pro eis: nam mox vt viderunt exercitum Aegyptiorum contra se,dixerunt ad Moysen: quare eduxisti nos de Aegypto:nunquid deerant sepulchra in Aegypto? Ecce enim iam cęperant desperare, sed consolatus est eos Moyses,dicens: Dominus pugnabit pro vobis,& vos tacebitis:Exo. 14.cap. & sic factũ est. Dicitur etiam venisse Pharao cum magno equitatu.i.cum multitudine equitũ. *Vsque ad mare rubrum.* Erant enim Israelitæ circa littus maris rubri cum primo viderunt venientes Aegyptios:consederant autẽ castra Aegyptiorum in Phiairoth contra Beelsephõ. Venerunt autem vsque ad mare rubrum,sed nõ permissi sunt accedere ad Israelitas:nubes enim q̃ pręcedebat castra Israelitarum reliquit anteriora,& stetit in parte posteriori castrorum mouente illam angelo, & fuit tenebrosa ex parte Aegyptiorum,& illuminãs noctem ex parte Israelitarum,ita vt toto noctis tempore ad se inuicem accedere non valerent Exo. 14.c. *Clamauerunt autem ad dominum filij Israel.* Scilicet vt liberaret eos, quamquam vt apparet Exo. 14. magis fuit iste clamor desperationis & murmurationis q̃ orationis:dixerunt enim ad Moysen: forsitan non erant sepulchra in Aegypto,ideo tulisti nos,vt moreremur in solitudine:quid facere voluisti, vt educeres nos de Aegypto? *Qui posuit tenebras inter vos & Aegyptios.* Ista non fuit aliqua tenebra,vel condensatio aeris nõ uiter facta,aut impressio metheo.quam Arist.caliginem vocat, sed fuit nubes, quæ præcedebat exercitũ Israelitarum.nam Angelus, qui præcedebat in nube illa in fronte exercitus mouit nubem illam ad partẽ posteriorem,& fuit inter castra Israelitarum & Aegyptios, & ex parte israelitarum erat nubes lucida,ita vt viderent quomodo procederent:ex parte aũt Aegyptiorum erat nubes nimis tenebrosa, ita vt non possent videre israelitas,nec accesserunt ad eos toto tẽpore noctis,vt patet Exo.14.hoc autem erat,quia illa nubes vocabatur nubes & ignis:nam interdũ appellatur columna ignis,& nubis vt patet præalleg. c. quia per noctem apparebat,vt ignis,& per diem vt columna alba & densa,vt patet Nume.9. erat tamen eadem columna, & ista apparuit tanquam ignis ex parte israelitarum,& sic illuminabat eos ad procedendum. apparebat autem tãquam nubes ex parte Aegyptiorum,& quia erat densa ex parte illorum non poterãt videre fulgorem igneum, qui ex parte israelitarum emittebatur. Erat quoque tenebra illa terribilis, quia erat densa nimis, cum ipsa nubes esset densa, ita vt

Quid currus Aegyptiorum.

A non auderẽt iuxta eam accedere Aegyptij. Quomodo autem Israelitæ potuerint procedere colũna subsequente eos, cum semper præcedere consueuisset qualiter via distingueretur declaratum fuit Exodi 14. ibi etiam.& in 40.c.multa de motu, & natura & quibusdam conditionibus huius nubis. *Et eduxit super illos mare,& operuit eos.* Aegyptij non potuerũt tota nocte illa horrenda accedere ad israelitas impediente caligine nubis, quia tamen illa caligo non erat aliquid diffusum per aerem, sed erat nubes dirigens israelitas,& ipsi tota nocte illa moti sunt ad transeundum mare rubrum diuisum, mouebatur paulisper nubes illa caliginosa cum eis,ita vt Aegyptij manentes post nubem possent quoque paulisper moueri,nunquam

B tamen accedentes ad nubem, vt intrarent in mare post israelitas. Si autem fuisset caligo diffusa per totũ aerem, postquam esse cępisset non mouerentur Aegyptij de locis suis præ timore horrendæ tenebræ: ẽt quia non viderent quo irent,sicut factum est in plaga magnarum tenebrarum in Aegypto, in qua per tres dies nemo de Aegyptijs motus est de loco suo, nec vidit proximum suum,vt patet Exo.10. cap. hoc autem non expediebat ad id,quod Deus intendebat.Volebat enim,quòd Aegyptij intrarent in mare post hebręos,& ibi operirentur a fluctibus maris: si autem fuisset tenebra manens, Aegyptij non fuissent moti de locis suis ad intrandum mare, nec fluctibus operiri possent,ideo conueniens erat ꝙ sola nubes, q̃ erat inter Iudæos, & Aegyptios esset tenebrosa prohibẽs

C Aegyptios accedere ad castra Israel, reliquus autem aer esset illuminatus quantum noctis conditio ꝑmittebat, alioquin non vidissent Aegyptij viam maris, quam transituri erant. Viderunt tamen,& introierũt ambulantes per illud tota nocte, sicut Israelitæ vsque ad vigiliam matutinam, & tunc conuertit Deus fluctus maris super Aegyptios,vt patet Exo.14.cap.in vigilia autem matutina, cum iam dilucesceret, viderũt Aegyptij,ꝙ Deus pugnabat contra eos per columnam ignis & nubis,& dixerunt: fugiamus Israelem, Deus pugnat pro eis contra nos, & tunc subuertit dominus rotas curruum & ferebantur in profundum, vt præalleg.cap. *Viderunt oculi vestri cuncta,quæ in Aegy*

D *pto fecerim.* Scilicet omnes plagas,quas intulerim Aegyptijs propter vos. Et in hoc nimis persuadet eis ad colendum ipsum: sic enim suadebat Exo.19.quando voluit eos inclinare ad hoc, ꝙ susciperẽt legem illius, dicens: Vos vidistis quæ fecerim Aegyptijs, & quomodo portauerim vos super alas aquilarũ, & assumpserim mihi. Dicitur oculi vestri viderunt referendo ad eos,qui exierunt de Aegypto, quia multi de his,q nunc erant fuerũt educti de Aegypto, vt supra declaratum fuit, & isti viderunt plagas, quas Deus intulerat Aegyptijs. *Et habitastis in solitudine multo tempore.* Scilicet quadraginta annis.Hic subticentur beneficia collata in deserto. s. quomodo per istos quadraginta annos dederit Deus Israelitis panem de cęlo,quẽ ante eos nullus vnquam manducauerat, & vestes eorũ non fuerunt vetustate attritæ,& calciamenta non fue

E runt dirupta, Deuteron. 8.& 26.etiam eis sæpe dedit aquas miraculose cum non haberẽt illas, vt in Mara conuertens amaras aquas in dulcorẽ Exo. 15. in Raphidim educens illas de petra,Exo.17.& in Cadesbarne educens illas de petra similiter,Num.20.cap.multa quoq; alia mirabilia pro eis fecit,de quibus in processu Exodi,& Num. *Et introduxi vos in terram Amorrhæi.* Hic ponitur beneficium de introductione in terram ꝓmissionis, & accipitur hic Amorrhæus largè pro omnibus septem populis Chanaan, quia non solum fuerunt Israelitæ introducti in terram populi Amorrhæi specialiter,sed etiam Iebusæorum, Chananæo-

nanæorum, Heuæorum, & cæterorum, cum dicatur immediate quod contra omnes pugnauerint. Sed sicut istud nomen Chananæus aliquando accipitur pro quodam populo speciali de septem populis, & aliquando pro omnibus populis, ita & istud nomē Amorrheus. Quòd autem accipiatur pro Amorrhæis specialiter patet in computatione septem populorū terræ Chanaan, in quibus computantur Amorrhæi. similiter quoque vocamus Sehon & Og habitantes ad orientalem partem Iordanis esse duos reges Amorrheos, vt patet supra 2. cap. Quòd accipiatur generaliter, patet Deuteron. 1. s. sufficit vobis, quod mansistis in monte hoc: venite ad montem Amorrhæi. i. ad terram Chanaan, quæ vocatur mons, quia est mōtuosa. Sic patet Gen. 15. s. nōdum. n. cōpletæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque in præsens tempus, vbi Deus pepigit pactum cum Abraham de dando semini eius terram Chanaan. Et quia diceret aliquis quare non dabat ei immediatè? Respondet: nondum sunt complete iniquitates Amorrheorum vsque ad præsens tempus. i. gentes istæ sunt de terra ista expellendæ propter peccatum, & nondum sunt peccata eorum consummata, non dabitur terra, sed manifestum est, quod non intelligitur de solis peccatis Amorrheorum, quia etiam aliæ gentes peccabant: nam propter ipsorum peccata non erant delendæ omnes gentes Chananæorum. Hoc patet magis Amos. 2. cap. s. Ego exterminaui a facie eorum Amorrhæum, cuius altitudo cedrorū, & tamen ibi non solum dicitur pro Amorrhæo, quia omnes septem gentes expulsæ sunt.

Dicet autem aliquis, quod etiam si voluerimus accipere Amorrheum pro quodam populo speciali nō poterimus, quia Amorrheus habitabat ad partem orientalem Iordanis. s. Og rex, & Sehon, vt patet sup. 2. hic tamen accipitur pro parte occidentali. ergo accipietur generaliter Amorrhæus pro omnibus septē populis.

Respondendum est non tenere istam rationem, quia non solum habitabant Amorrhæi ad partē orientalem, sed etiam ad occidentalem. De orientali patet in duobus prędictis regibus: de parte occidentali patet supra 5. cap. s. Postquam audiuerunt omnes reges Amorrheorum, qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam, & cuncti reges Chanaan. vbi accipiuntur reges Amorrhæi specialiter pro populo Amorrhæorum, cum distinguātur ibi reges Amorrheorum ab alijs regibus Chanaan. Et patet magis, quia deletis duobus regibus Amorrheis, qui erant in parte orientali. s. Og & Sehon adhuc manebāt reges Amorrhæi. Nam rex Iabin conuocauit reges de Iebusæis, Chananæis, Amorrhæis &c. contra Iosue, vt patet supra 11. cap. & ibi ponuntur Amorrhei tanquam populus distinctus ab alijs, & sic satis poterat accipi Amorrheus ad occidētalem plagam Iordanis pro aliquo populo speciali: tamen non accipitur hic sic, vt declaratum est. Hæc autem tenent intelligēdo de introductione Israelitarum ad terram Amorrheorum trans Iordanem, quam obtinuit Iosue, vt aliqui intelligunt: sed non intelligitur de hoc, sed potius de terra duorum regum Amorrhæorum, qui habitabant ad orientem Iordanis. s. Sehon, & Og. quod patet ex ordine literæ: nam prius ponitur hic de introductione ad terrā Amorrhæi quàm de insurrectione regis Balac contra Israelitas, sed prior fuit illa insurrectio & maledicendi voluntas.

Item quia post hoc dicitur de trāsitu Iordanis, sed transitus Iordanis est introductio in terram Amorrheorum secundum intentionem horum, ergo debet intelligi de populo Amorrhæo. s. qui erat subditus duobus regibus Sehon, & Og, & tunc stat ordo literæ, quia prius introierunt Israelitæ in terram duorum

F regum Amorrhæorū quàm Balaam conaretur maledicere Iudæis, cum de captione terræ Amorrheorū agatur Num. 21. & de insurrectione Moabitarum cōtra Israel, & de voluntate maledicendi Balaam dicatur Num. 22. & vsque ad 25. cap. *Qui habitabant trans Iordanem.* Scilicet ad partem orientalem Iordanis: erat. n. nunc Iosue cum Israelitis in parte occidentali Iordanis, ideo vocabat trans Iordanē id quod erat ad orientalem plagam Iordanis: nam de se non diceret, quòd erat trans Iordanem: illi autem, qui essent in parte orientali Iordanis dicebant eos, qui erant in parte occidentali esse trans Iordanem, vt patet Nume. 32. cap. cum filij Ruben, & Gad accipientes possessionem in parte orientali dixerunt, nihilque quærimus trans Iordanem, quia iam habemus possessionem nostram in

G orientali plaga eius. *Cumque pugnarent contra vos.* Quilibet eorum exiuit obuiam in pugnam contra Israel: nam Israelitæ miserunt nuncios ad regem Sehon, vt concederet eis transitum per terram suam, qui non acquieuit, sed exiuit obuiam eis in pugnam in Iessa, vt patet Deut. 2. vel in Basa Num. 21. cap. rex autem Og exiuit pugnaturus in Edrai, vt patet Num. 21. cap. deleuerunt autem eos Israelitæ vsque ad internecionē, vt patet præallegatis cap. *Tradidit eos in manus vestras.* Scilicet vt præualeretis contra eos: facili enim bello, & vno quasi impetu quemlibet eorum cum populo suo deleuerunt. *Et possedistis terram illorum.* Quia tota terra duorum regum Amorrhæorum cecidit in partem filiorum Israel, & postea fuit diuisa duabus tribu-

H bus & dimidiæ, vt patet sup. 13. cap. quod factum est Moyse viuente, & ipse diuisit terram istam, vt patet Deuteron. 3. & Num. 32. cap. *Atque interfecistis illos.* Vtrumque regem horum Israelitæ occiderūt in bello, vt patet Num. 21. & sup. 2. & hoc faciebant, quia erant de Chananæis, de quibus nullum omnino viuētem dimittere debebant, vt patet Deuter. 20. cap. hic autem est ordo mutatus, quia prius Israelitæ occiderunt duos reges Amorrheorum, & populum eorum quàm possiderent terram. Sic interdum mutatur ordo in poetis, vt patet in 2. Heneidos.

Moriamur mediaque in arma ruamus.

Primum tamen erat ruere in media arma, quàm mori.

I Surrexit autem Balac filius Sephor rex Moab & pugnauit contra Israelem. Misitque & vocauit Balaam filium Beor, vt malediceret vobis, & ego nolui audire eum, sed è contrario per illum benedixi vobis, & liberaui vos de manu eius. Transistisque Iordanem, & venistis ad Iericho. Pugnaueruntque contra vos viri ciuitatis eius, Amorrheus, & Pherezæus, & Chananæus, & Hethæus, & Gergesæus, & Heuæus, & Iebusæus, & tra-

K didi illos in manus vestras. Misique ante vos crabrones, & eieci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum, non in gladio, nec in arcu tuo. Dedique vobis terram, in qua nō laborastis, & vrbes quas non ædificastis, vt habitaretis in eis: vineas, & olıueta, quæ non plantastis. Nunc ergo timete dominum & seruite ei perfecto corde atque verissimo, & auferte Deos, quibus seruierunt patres vestri in

Num. 22.

Infra eo.

1. Reg. 7. Iob. 14. in Mesopotamia, & in Aegypto, ac seruite Domino. Sinautem malum vobis videtur vt domino seruiatis, optio vobis datur: eligite hodie quod placet, cui seruire potissimũ debeatis, vtrum dijs, quibus seruierunt patres uestri in Mesopotamia, an dijs Amorrhæorum, in quorum terra habitatis: ego autem & domus mea seruiemus Domino. Respondit que populus, & ait: Absit a nobis, vt relinquamus Dominum, & seruiamus dijs alienis. Dominus Deus noster ipse eduxit nos, & patres nostros de terra Aegypti, & de domo seruitutis: fecitque videntibus nobis signa ingentia, & custodiuit nos in omni uia, per quam ambulauimus, & in cunctis populis, per quos transiuimus, & eiecit uniuersas gentes, & Amorrhæum habitatorem terræ, quam nos intrauimus. Seruiemus igitur Domino, quia ipse est Deus noster.

Surrexit autem Balac filius Sephor. Istud est alterum beneficium collatum Israelitis. s. ꝙ liberati fuerint a maledictioone Balaam: ipse enim solebat maledicere, & benedicere, & nimis appendebantur maledictio, & benedictio illius, ita vt rex Moab diceret: Noui quòd cui tu benedixeris, sit benedictus, & maledictus in quem maledicta congesseris: Nume. 22. cap. Deus autem fecit, ꝙ Balaam non potuerit maledicere Israelitis, & dicitur de rege Moab, ꝙ surrexit contra Israel. s. timuit nimis Israelitas, & putauit ꝙ cum essent in terminis terræ eius, ita eum delere vellent, & accipere terram illius, sicut fecerant de terra duorum regũ Amorrhæorum, & ob hoc parauit se cõtra Israelitas. Et quia credidit se viribus imparem aduocauit ariolum. s. Balaam, vt sic malefica arte eneruaret vires Iudæorum, & præualeret contra eos in pugnam. sic patet Nume. 22. capit. cum dixit rex Moab ad Balaam: Veni & maledic populo huic, quia fortior me est, si quomodo possim pugnans abigere eum. *Et pugnauit contra Israel.* Istud bellum non legitur in aliquo de libris Moysi, in quibus ponuntur alia bella, quæ egerũt Israelitę contra gentes tempore Moysi, & quæ sustinuerunt ab illis, ex quo aliqualiter apparet non fuisse tale bellum.

Bellum Moabitarum contra Israel nõ legitur in libris Moysi.

Item apparet hoc Num. 22. cap. vbi dicitur, ꝙ vidit rex Moab omnia, quæ fecerant Israelitæ Amorrheo, & ꝙ Moabitæ timuissent nimis non potentes ferre impetum eorum, misit ad vocandum Balaam ariolum, vt malediceret Israelitas: si tamẽ pugnaturus foret non mitteret pro ariolo confugiens ad maleficorum artes.

Item Moabitæ videbant Israelitas maiores se viribus, vt patet Num. 22. cap. quomodo ergo pugnare auderent: Israelitæ autem non pugnarent, nisi Moabitæ prius mouerent bellum: nam Deus interdixerat eis pugnam contra Moabitas, vt patet Deut. 2. cap.

Item si Moabitæ mouissent bellum contra Israelitas, defenderent se saltem Israelitæ, & defendendo occiderent plurimos de Moabitis, potissimum quando essent concitati viri in iram in bello: nemo enim eos continere posset, sed constat ꝙ non nocuerãt illis, ergo non fuit bellum initum. Dicitur tamen hic, ꝙ fuit bellum factum, quia Moabitę parauerunt se ad bellũ

Quõ intelligatur Moabitas pugnasse cõtra Israel.

A contra Israelitas, licet postea terrore depressi non pugnauerint, & hoc erat pugnare. Sic accipitur infra de viris vrbis Ierícho, ꝙ pugnauerunt contra Israelitas, constat tñ, ꝙ nemo de urbe Iericho pugnauit ꝯ israelitas, qa urbs clausa erat, & nemo audebat ingredi, aut exire metu filiorũ Israel, vt patet sup. 6. & tunc cum ꝑ septem dies Israelitæ lustrassent vrbem nullo alio facto ceciderunt muri. Dicuntur tamen pugnauisse, qa contra Israelitas armati erant. Vel dicuntur pugnauisse Moabitæ non armis, sed fraude cum fęminas miserunt ad castra Israel, quarum illecebris Israelitę permolliti ad sacrificia sacrilega perducti sunt, & occisa sunt de populo. 24. millia virorum, vt patet Num. 25. cap. in quo vt hostes erant Moabitæ: sic etiam dicitur
B ibidem de Madianitis, qui huius fraudis fuerunt comparticipes & ministri. s. hostes vos sentiant Madianitę, quia hostiliter egerunt contra vos, & iste sensus est conuenientior.

Misitque & vocauit Balaam filium Beor. Voluerat rex Moab pugnare contra Israelitas, quia suspicabatur, ꝙ ita vellent delere eum cum populo suo, sicut duos reges Amorrhæos, quia arbitratus est populum illum esse fortiorem se, non confisus potentiæ suæ misit ad vocandum Balaam, vt iste malediceret Israel. Habitabat autem iste Balaã in terra Mesopotamiæ. s. in Haram super fluuium Eufratem, vt patet Num. 23. cap. & ibi declaratũ est, & illuc iuerunt principes de Moabitis, & Madianitis ad accipiendum Balaam, vt veniret in terram Moab. *Vt malediceret vobis.* Existimauit
C rex Moab, ꝙ cum Balaam malediceret Israelitis debilitarentur vires eorum, & sic posset ipse cõtra eos pugnans superare eos, sic patet Nume. 22. cap. s. Veni & maledic populo huic, quia fortior me est: si quomodo possim ꝑcutere eum & eijcere de terra mea: mittebat autem nuncios ad vocandum eum, quia confidebat benedictiones & maledictiones illius esse magnę efficaciæ, vt patet præalleg. cap. s. noui ꝙ benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris. De maledictione autem Balaã quomodo crederetur efficax, & si quid efficere poterat secundum rem, declaratum est Nume. 22. & 23. *Et ego nolui audire eum.* Scilicet nolui exaudire Balaam ario-
D lum: desiderabat enim nimis maledicere Israelitis, vt honoraretur a rege Moab, vt colligitur Nume. 22. & usque ad 25. cap. & cum sępius conaretur ad hoc. s. ꝙ ter posuit aras Deus ter impediuit eum ponens verba benedictionis in ore eius: Num. 23. cap. *Sed è contrario per illum benedixi vobis.* Idest denunciaui de vobis bona. Patet hoc Num. 23. & 24. vbi in tribus vicibus cum iret Balaam ad quærendum auguria, & veniens responsurus esset regi Balac, incipiebat benedicere Israelitis enunciando de illis bona, & ob hoc conquerebatur rex Moab, ꝙ cum vocasset Balaam ad maledicendum Israelitis benedicebat eis. Vnde dixit nec benedicas illis nec maledicas Nume. 23. cap. hoc autem erat, quia Deus mouebat violenter linguam Balaam, & cum ipse vellet formare verba maledictionis for-
E mabat verba benedictionis. Alij modi erant ad hoc faciendum. De his declaratum est Num. 22. cap.

Et liberaui uos de manu eius. Potest intelligi de Balac rege Moab. s. qui pugnare volebat contra Israel, & Deus liberauit Israelitas de manu illius. Vel intelligitur & melius de Balaam ariolo. s. ꝙ liberati sunt Israelitę de manu illius, quia ille credebatur habere virtutem benedicendi & maledicendi, Deus autem non permisit ꝙ posset maledicere Israelitis, & istud est liberare, sed non est propria liberatio, cum non haberet verè Balaam efficaciam benedicendi aut maledicendi, nisi fortè inquantum opere dęmonum subseruientium posset aliquod nocumentum inferre, sed istud

istud nunquam est, nisi ex diuina permissione, & sic ista benedictio & maledictio a Deo sunt, & nequaquam a Balaam. *Transistisque Iordanem*. Istud est alterum beneficium, & ista sunt beneficia collata in ducatu Iosue post mortem Moysi, & nominatur specialiter transitus Iordanis, quia ibi fuit magnum miraculum factum pro Israelitis, scilicet quòd diuisus fuerit Iordanis, vt patet supra tertio capit. Etiam narratur, quia ex hoc consecutum fuit magnum bonum, scilicet quòd timuerunt omnes Chananæi reges, & elanguit cor eorũ nõ remanente spiritu ad transitum Iudæorum, vt patet supra quinto, & ex hoc nõ ausi sunt tantum progredi in pugnam contra Israelitas quantum aliàs progressuri forent.

Et uenistis ad Iericho. Dicitur de ista vrbe, quòd in captione eius fuit factum speciale miraculum, scilicet quòd Israelitis lustrantibus vrbem diebus septem die vltimo corruerunt muri a fundamentis, & intrauerunt omnes Israelitæ in vrbẽ ad desolandum eam: fuit autem ista vrbs prima, ad quam in tota terra Chanaan accesserunt Israelitæ, vt patet ex processu libri huius supra quinto & sexto, & ob hoc antequam accederent Israelitæ ad Iordanem misit Iosue exploratores in vrbem Iericho, vt patet supra secundo capit. antequã ad nullam miserat: est enim hęc ciuitas circa Iordanem, vt patet in computatione vrbium sortis Beniamin, cum enim incipiant computari a Iordane nulla computatur ante Iericho, vt patet supra decimooctauo capitulo.

Et pugnauerunt contra vos viri ciuitatis eius. Nõ est sensus propriè, quòd viri de vrbe Iericho pugnauerint, quia nullus de eis egressus est de vrbe ad pugnandũ, nec de męnibus vrbis saltem ad Iudęos tela miserunt, eo quòd Israelitæ non accesserunt ad męnia vel muros vrbis, sed in circuitu eius lustrantes, cum arca gradiebantur expectantes, quod Deus iusserat, scilicet quòd muri caderent: dicuntur tamen viri vrbis huius pugnasse, quia erant parati ad pugnandum super muros vrbis. Etiam si accessissent Israelitæ ad expugnandam aliquam partem vrbis, pugnassent contra illos de męnibus, sed non accesserunt. *Amorrhæus, & Pherezæus*. Hic ponuntur nomina septem populorum, qui pertinebant ad terram Chanaan, inter quos est Gergeseus, qui rarissimè ponitur: vnde aliqui communiter dicunt, quòd non nominatur in alijs locis, cum populis istis, quia erat populus paruus, qui cito victus est. Vel ante aduentum Israelitarum de terra Chanaan recessit. Sed patet falsum esse, quia hic ponitur quòd pugnauerit contra Israelitas, communiter tamen non nominatur, quia scriptura non curat enarrare omnes istos septem populos, sed interdum tres, vel quatuor ipsorum cum sæpe enarrentur, & sufficiens est saltem duos de ipsis nominari.

Quomodo in Iericho erant omnes isti septem populi, cum non essent plures in terra Chanaan.
Quæstio. IX.

QVAERET aliquis quomodo in vrbe Iericho erant omnes isti septem populi, quia nõ erãt plures in tota terra Chanaan.

Respondet Nicolaus, quòd ista ciuitas erat prima in terra Chanaan, ideo ad eam conuenerant viri de omnibus septem populis, vt defenderent eam, & sic non daretur locus Israelitis accipiendi, & possidendi quicquam in terra Chanaan.

Magis tamen dicendũ est, ꝙ isti hic nominati sunt viri totius terræ Chanaan: sunt enim nomina septem populorum, & cum dicitur pugnauerunt contra vos viri ciuitatis ipsius non intelligitur de Iericho, sed ac-

F cipitur ciuitas pro tota terra Chanaan: sic aliquando tota terra Chanaan vocatur locus quasi esset vnus locus, vt patet Num. 10. cum dixit Moyses ad Iethro socerum suum: proficiscimur ad locum, quem Dominus Deus daturus est nobis. i. ad terram promissionis. Et tunc dicendum, ꝙ viri istius ciuitatis erant Amorrhæus Pherezæus &c. idest omnes isti septem populi erãt in terra Chanaan, & patet ꝙ accipiatur pro terra tota, & nõ pro ciuitate Iericho, quia dicitur immediatè: tradidi illos in manus vestras misique ante vos crabrones, & eieci eos de locis suis: si tamen essent isti Amorrhęi Pherezęi &c. in vrbe Iericho, non diceretur, ꝙ eiecti eẽnt de locis suis, sed de loco suo, iõ pro tota terra necessario accipitur. & tunc etiam stat

G litera a principio. s. pugnauerunt contra vos viri ciuitatis, quia licet non pugnauerunt viri vrbis Iericho ꝯ Israelitas pugnauerunt viri alterius terræ Chanaan: multa nanque bella facta sunt in terra Chanaan ꝯ Iudæos cum fere septem annis mãserint in bellis, vt patet ex declaratis supra cap. 14. & in his multoties mouerunt bellum viri isti contra israelitas, & multoties israelitæ contra eos. *Et tradidi illos in manus vestras*. s. maiorem partem harum gẽtium tradiderat Deus in manus Israelitarum, & deleuerant illos. Alij autem tradẽdi quoque erant illis, vt Deus promiserat sup. 13. & præced. cap. *Misique ante vos crabrones*. Istæ sunt muscę natę de fimo equino, & promiserat Deus, ꝙ mitteret eas, vt patet Exo. 23. & mittam prius crabrones, qui effugabunt Heuęum, & Chananæum &c. Quid crabrones isti erant.

H Dicunt Hebræi, ꝙ erant muscę supernaturaliter factę, & venenosę, quæ Iudæos adiuuabant contra hostes. s. veneno suo occidendo illos. Vel fortè impetũ faciendo in oculos eorum non permittendo videre, vt sic facilius occiderentur ab Israelitis.

Plurimi autem de expositoribus volunt hic intelligi sub metaphora. s. ꝙ Deus immisit terrorem validũ in hostes Iudæorum, & aculei timoris pungebãt corda eorum facientes eos fugere a facie hebræorum, sicut crabrones fugere facerent, & hoc verum est, quia Exo. 23. cap. dicitur: Terrorem meum immittam in præcursum tui, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris, cunctorumque inimicorum tuorum çoram te terga vertam.

I Sed dicendum, ꝙ isti crabrones fuerunt aliqua volatilia causata a Deo ad pęnam Chananæorum habẽtia vim pestiferam ad occidẽdum, & veniebant cum magno impetu ad oculos Chananęorum, atque illos in fugam cõuertebant, & cum aliqui eorum fugerẽt laterent Iudæos isti crabrones occidebãt eos, & erãt isti vltra timorem, quod patet ꝗa Exo. 23. cum positũ fuerit de timore, quẽ Deus missurus erat super Chananæos adiunctum est de crabronibus. s. & mittam crabrones prius, qui fugabunt Chananęum &c. si tñ ponerẽtur crabrones metaphoricè pro aculeis timoris non adderentur ad timorem. Quòd autem esset aliquid viuens crabro potens nocere patet Deu. 7. cũ dicitur: insuper & crabrones mittet dñs Deus tuus in eos donec deleat oẽs atque disperdat qui te fugerũt

K atq; latere potuerunt: si tñ esset timor crabrones isti, non diceretur, quòd crabrones occiderent Chananęos latentes. Venerunt ẽt isti crabrones ante introitum Iudęorum in terram & occiderunt multos dę Chananęis: sic patet Sap. 12. c. s. sed his tanq̃ hominibus pepercisti: misisti antecessores exercitus tui vespas, vt eos paulatim exterminarent. Et hoc non põt intelligi sub aliqua metaphora, quia in eadem litera subditur causa de istis vespis. s. ꝙ non misit Deus eas tanquam alio modo non posset exterminare gentes illas, sed quia volebat paulatim punire gentẽ sic dans aliquem locum pęnitentiæ si forte conuerterentur,

& illud

& illud signatur Exo.23. cap. cum dicitur: emittam prius crabrones, qui fugabunt &c. idest antequã introirent Israelitæ in terram illam venerũt crabrones in gentem illam facientes in ea magnam stragem, & postea tempore Israelitarum adhuc manserunt, vt cũ aliqui de Chananæis, quos Deus volebat perire bello fugerent de manibus Israelitarum crabrones persequrentur eos, & occiderent, etiam si laterent in occultissimis terræ cauernis, vt patet Deute.7.s. insuper mittã crabrones in eos donec deleant omnes atque disperdant, qui te latere potuerint. Et de his loquitur hic Iosue computãs tanquam beneficium a Deo datum cum nimis adiuuerint exercitum Israel contra hostes. *Et eieci eos de locis suis.* Scilicet istos septem populos, qui fugiebant a facie crabronum persequentiũ, & latebant in cauernis terræ, sed adhuc ibi inueniebant eos crabrones atque occidebant, vt patet Deut. 7. Vel intelligitur de pugna Israelitarum contra eos. s. ꝙ Deus incusserat terrorem validũ in Chananęos, ita vt nõ possent sustinere a facie filiorum Israel, sed fugabantur de locis, & cedebant loca israelitis.

Duos reges Amorrhæorum. Non solum dedit Deus in manus Israelitarum duos reges Amorrhæos, sed & multos alios: nam Iosue occidit 31. reges, vt patet supra 12. præter eos, quos occiderat Moyses, sed intelligitur solum de duobus regibus Sehon, & Og, & ponitur de his specialiter, quia fuerunt tempore Moysi deleti. Etiam quia terra eorum erat semota a reliqua terra, quam acceperunt Israelitæ: nam illa est ad partẽ orientalem Iordanis, vt patet sup. 1. reliqua autẽ terra Israelitarum est ad partem occidentalem. Etiam terra duorum regum Amorrhæorum non est in terra Chanaan, vt patet ex declaratis sup. 14. terra autem nouem tribuum, & dimidiæ erat in terra Chananæorũ, & refertur istud ad verbum supra positum. s. eieci de locis suis duos reges Amorrhæos. *Ad possidendum.* Idest vt tu possideres terram istorum regum Amorrhæorum. *Non in gladio & arcu tuo.* Idest tu possedisti gentes istas, sed non in potestate gladij tui & arcus. Non est sensus ꝙ Israelitæ non pugnauerint cõtra gẽtes istas: pugnauerunt enim & deleuerunt eas, vt patet Num. 21. & Deut. 2. & 3. sed est sensus, ꝙ non faciebant hoc, quia erãt fortiores viribus, aut plures numero Chananæis, sed magis è contrario: erant enim Chananæi robustiores & plures, vt patet Deut. 7. vnde Israelitæ timuerunt nimis dicentes, ꝙ nõ possent pugnare contra gentẽ illam, & desperantes murmurauerunt contra dominum, vt patet Num. 13. & 14. c. & ob hoc Deus hortabatur, vt non timerent considerantes multitudinem gentium, & robur, sed magis considerarent Dei magnitudinem, & signa quæ fecerat in Aegypto Deut. 7. admonuit etiam, vt quando gentes superauissent non gloriarentur quasi ipsi fecissent hoc, sed Deo referent gratias, vt patet Deute. 8. cap. s. ne dixeris in corde tuo fortitudo mea, & robur manus meę hęc mihi omnia præstiterunt, sed recorderis domini Dei tui, ꝙ ipse tibi vires præbuerit; vt impleret pactum suum. *Dedique vobis terram, in qua non laborastis.* Scilicet fundãdo in ea sedes a principio, qm̃ aliæ gentes fuerunt accolæ eius. Vel intelligitur non laborastis. s. in capiẽdo eam. s. quia quamquam Israelitæ ferè septem annis manserint in pugnando, hoc nihil fuit in comparatione laboris quẽ passi fuissent si proprijs viribus erepturi fuissent terram de manibꝰ Chananęorum, quia nunquam eruere potuissent ẽt si multis sęculis laborarent, sed versa vice cito Israelitæ a Chananæis delendi forent.

Et urbes, quas non ædificastis. Nomine vrbium intelliguntur in sacra scriptura omnia loca habẽtia muros, & portas etiam si parua loca sint, vt villæ, & castra,

A vel quęcunque arces. Nec distinguuntur vrbes villę, & castra sicut nunc nos distinguimus: vrbes autem terræ Chanaan non construxerunt israelitæ, sed antiqui accolæ terræ Chanaan. s. Chananæi: a principio enim diuisionis linguarum habitauerunt Chananæi in terra illa, vt patet Genes. cap. 10. In hoc exaggerat Deus beneficium suum, s. quòd nõ duxerat israelitas in terram aliquam, quam deberent nouiter populare construentes sedes, quin potius vrbes habitacula vineæ, & agri, & omnia præexistebant, quæ ad humanas necessitates conueniebant.

Et vineas & olíueta, quæ non plantastis. Per ista intelliguntur omnia alia genera arborum: nam abundabat in arboribus terra illa, vt laudatur Deuterono. 11. cap.
B ponuntur alia duo Deut. 6. s. domus, plenę multarum opum, & cisternæ quas Israelitæ non foderunt, & generaliter omnia bona, quę homines abundantissimi possidere possent acceperunt israelitæ, cum deleuerunt Chananæos, & habitauerunt in urbibus eorum.

Nunc ergo timete Dominum. Hic ponitur secundum, in quo consensum populi ad colendum Deum Iosue denunciat, & infert ex præpositis: nunc ergo timete Dominum, idest videtis quãta fecerit vobis Deus vester, nũc ergo timete eum, idest ponite cor vestrum, vt ambuletis in timore eius, quia pro tantis susceptis ad cultum solicitum ei impendendum tenemini. Accipitur autem hic timor Dei pro timore reuerentiali, scilicet quòd timeant eum offendere cauentes solicitè, ne in aliquo offendant, & iste timor est sanctus, quem Deus in nobis vult. — Consensũ populi ad colendum Deum Iosue enunciat.

C *Et seruite ei perfecto corde.* Idest ambulate in cultu eius, scilicet complentes omnia præcepta, & ceremonias. Et dicitur in corde perfecto, idest puro, scilicet non habentes aliquem errorem, vel superstitionem falsæ opinionis in cordibus vestris. Vel dicitur in corde perfecto, idest totali, scilicet ex toto corde vestro adhærete Deo vestro, & non adhæreatis partim Deo, & partim idolis, sicut erat de Samaritanis, quos transtulit rex Assyriæ de terra Medorum, & posuit in terra decem tribuum, qui Deum cœli timebant, & nihilominus idolis sacrificabant quarto Regum decimoseptimo capitulo, talis autem modus colendi Deum nullus est: ideo Elias propheta increpuit
D valde Israelitas de decem tribubus, qui partim sequebantur Deum Israel, & partim colebant Baalim, dicens: quousque claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus sequimini eum, si autem Baalim, sequimini illum tertio Regum decimooctauo capitu. Hebræi exponunt in corde perfecto, idest simplici, scilicet non curando multa perscrutari de Deo, sed assentiendo omnibus, quæ de illo dicuntur, & sic exponunt quod habetur Deuterono. decimooctauo capitulo, scilicet perfectus eris, & absque macula cum Domino Deo tuo, idest eris simplex vel insipiens cum Deo, scilicet non curando de altissimis, & hoc quia ibi dicitur de augurijs, & alijs modis maleficiorum, quibus conantur homines superstitiosi
E inquirere occultas veritates: & de hoc dicunt, quòd debet homo esse perfectus apud Deum, idest insipiẽs non curans inuestigare aliquid horum, sed præcedens sensus est melior.

Atque verissimo. Idest non habeatis aliquam duplicem intentionem prætendentes, quòd colatis eũ, & colatis idola, sed toto ei pectore adhærete.

Auferte Deos, quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia. Idest non colatis Deos, quos coluerunt patres vestri.

An essent

An essent aliqua idola inter Iudæos tunc, quando Iosue hoc dixit. Et quare dixit Iosue auferte Deos, quos coluerunt patres uestri in Mesopotamia, & non Deos, quos coluerunt gentes istæ. Quæstio. X.

IN hoc videtur ꝙ aliqua idola erant inter Iudæos cum Iosue admonuerit, vt auferrent illos Deos, quos coluerant patres eorum. Poterat fortè esse ꝙ aliquis ex Israelitis accepisset aliqua idola de vrbibus, quādo capiebātur ab Israelitis, quia ibi erant idola multa, & posset custodire ea penes se, de quib⁹ dicit Iosue, ꝙ abijciant ea a se.

Aliqui dicunt, ꝙ fortè quidam de Israelitis adduxerant secum aliqua idola de Aegypto, & ista auferēda erant. Sed dicēdum est, ꝙ cum Iosue ista dicebat, nō erāt aliqua publicè in Israel, quia sic siue essent aliquę personæ priuatæ, siue aliquæ tribus deletæ fuissent. Quod patet cum pro sola constructione altaris duarū tribuum & dimidiæ fecit Iosue conuenire cæteras tribus, vt irent in pugnam contra illas, vt patet sup. 22. c. quantomagis fieret pugna pro manifesta idolatria, cū nulla esset maior peruersio? vt declaratū fuit pręce. c.

Item dr̄ infra in litera, ꝙ tpe Iosue, & seniorum, qui vixerunt longo tempore post Iosue non declinauerunt Israelitę ad idola: idem patet Iud. 2. ca. sed idolorum manifestus cultus erat maxima declinatio, ergo non colebantur tunc.

Item non dicitur conuenienter, ꝙ Israelitæ haberent abscondita aliqua idola, quia nemo auderet hoc facere: viderunt. n. ꝙ cum Acha filius Zare in anathemate Iericho furatus fuit regulam auream, & pallium coccineum, Deus iratus percussit populum, & ad extremum ipse Acha cum omnibus, quæ ad eum pertinebant perijt, vt patet sup. 7. & non erat ibi idolatria, quantomagis irasceretur Deus siquis idola furatus absconderet?

Item dato ꝙ aliquis peruersitate colendi idolū, aut cupiditate furaretur, & absconderet aliqua idola: tn̄ videtur ꝙ Deus non tolerasset hoc: nam cum nō tolerauit delictum Achan quod erat vnius viri, & occultum atque non directe in ipsum. s. quia non erat idolatria, quanto minus toleraret idolatriam? Sed in toto tempore bellorum prosperauit actus Iudæorū: non videtur ergo ꝙ aliquis haberet aliqua idola, quæ accepisset in ciuitatibus Chananæorum, quando diripiebantur, & capiebantur ab Israelitis.

De idolis autē adductis de Aegypto eędem rōnes militant, & adhuc efficacius, quia non videtur verisimile qūo tanto tpe potuissent celari idola: non enim Deus tolerasset tantum nefas, & tam diuturnum, cū alia minora peccata acriter puniret.

Item quidquid fuerit de idolis. s. an israelitę hērent aliqua idola abscondita vel non: non potest intelligi litera de illis, nec aliquo modo Iosue intellexit de illis, quia tunc Iosue dixisset auferte Deos, quibus seruierunt gentes istæ: sed dixit auferte Deos, quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, ergo non pōt intelligi, ꝙ admonebantur israelitę dimittere aliqua idola, quæ tunc haberent aut habere præsumerētur.

Sed est sensus auferte Deos, quos coluerunt pr̄es vestri. i. auferte de cordibus vestris. s. q̄q̄ realiter non habeatis aliquos Deos forte habetis eos in mente cū proposito colendi, hos autem auferte de cordibus vestris. Sed dicet aliquis quare dixit Iosue auferte deos, quos coluerunt patres vestri in Mesopotamia, & non dixit: Deos, quos coluerunt gentes istę: nam magis videtur ꝙ haberent inclinationem & opportunitatē ad colendum Deos illarum gētium, q̄ Deos Mesopotamię, quia isti Hebræi, qui erant tpe Iosue, nunq̄ steterant in Mesopotamia, qn̄ patres eorum colebant ibi

F idola, nec viderunt ea ad hoc, ꝙ scirent, qui dij essent quos colere deberent, vel quos ritus requirerent illi dij: in terra autem Chananæorum erant nunc Israelitæ, & videbant deos eorum, & sciebant quos ritus obseruarent Chananæi colendo: ideo magis inclinarentur ad colendum deos Chananæorū: sic. n. patet, quia Deus semper magis vetuit coli deos Chananæorū, & Aegypti q̄ aliarum gentium tanq̄ israelitæ magis inclinarent̄ ad eos colendum. De hoc Leui. 18. c. dicit: Iuxta consuetudinē terræ Aegypti, in qua habitastis non facietis, & iuxta morem regionis Chanaan, ad q̄ ego introducturus sum vos, non agetis, nec in legitimis eorū ambulabitis. Sic ēt Deut. 12. c. specialiter vetant̄ ritus deorum Chanaā, cum dr̄: Qn̄ disperdiderit

G Deus tuus gentes ad quas ingredieris possidendas, caue ne imiteris eas, cum fuerint te introeunte subuersæ, & requiras cæremonias earum dicens, sicut coluerunt gentes istæ deos suos, ita ego colam: non similiter facies dn̄o Deo tuo. Tn̄ manifestum est, ꝙ non solum non debebant israelitæ facere cæremonias deorum Chanaan Deo suo, sed ēt nec cæremonias deorum aliarum gentium. Sic ēt Deut. 29. specialiter admonentur israelitę, ne colerent aliquos deos de illis, quos habebant gentes, per quas transierunt veniētes de Aegypto in terram Chanaan.

Rn̄dendum ꝙ Israelitæ habebāt maiorem opportunitatem ad colendum deos Chananæorum, quia erant in terra eorum, & sciebant cęremonias, quas faciebant Chananæi. Etiam ad colendū deos Aegyptiorum, quia cū in Aegypto mansissent israelitę magno tpe sciebant ritus deorum Aegyptiorum, & ēt coluerunt eos aliqn̄, vt patet hic. s. auferte deos, quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, & Aegypto. Rn̄si. ad quæsitum.

H Habebant tn̄ maiorem affectionem Israelitæ ad deos Mesopotamiæ, & Aegypti q̄ ad deos Chananæorum & aliarum gentium: non quidem, quia erant istarum terrarum dij, sed quia patres eorum coluerant eos, vt dictum est: afficiuntur aūt homines nimis ad ea, quæ fuerunt progenitorum suorum propter amorem, & honorem eorum, ita ut interdum quidam scientes iniquis legibus se regulari, eas tn̄ tolerant, quia maiores eorum sub eis vixerunt, sicut nūc ex maxima pte Iudęis accidit. Quia ergo ex affectione progenitorum

I israelitæ nimis inclinarentur ad colendum deos Mesopotamiæ, & Aegypti abundantius q̄ deos aliarum gentiū: spāliter locutus est Iosue de dijs istis, ꝙ abijcerent eos a cordibus suis. Qūo patres Israelitarum coluerint deos in terra Mesopotamię, patet sup. s. trans fluuium habitauerūt patres uestri ab initio Thare pr̄ Abraham, & Nachor, seruieruntq; dijs alienis. *Et in Aegypto.* i. auferte deos, quos coluerunt patres uestri in Aegypto. Agitur de Aegypto spāliter, quia israelitæ spāliter ad istos deos inclinarentur. Et hoc propter duo: primo ex affectione parentum: nam progenitores eorum in Aegypto coluerunt deos terræ illius, vt patet hic, & ista fuit causa, quare Deus permisit affligi nimis israelitas ab Aegyptijs, vt declaratum est Propter duo Israelitæ afficiebantur ad deos Aegyptios.

K Exo. 1. cap. De hac idolatria sub noīe fornicationis dicitur Eze. 23. c. in immūdicijs eorum polluta est, in super & fornicationes suas, quas habuerat in Aegypto non reliquit: nam & illi dormierunt cum ea in adolescentia eius, & illi confregerunt vbera pubertatis eı̄, & effuderunt fornicationē suam super eam. Scd̄o Israelitæ afficiebant̄ ad deos Aegypti, quia manserant in Aegypto magno tpe, & cognoscebant ritus colēdi deos Aegyptiorū magis q̄ aliarum gentiū. Vnde graue fuit eis relinquere cōsuetudinē quā hēbant in Aegypto, q̄q̄ Deus sępe admoneret ne ad idola declinarent, & ob hoc qn̄ prius israelitæ in deserto idola coluerunt fecerunt sibi bouē Deum, quia in Aegypto maximus

maximus Deus erat quidam bos nomine Apis, quẽ quolibet anno Aegyptij vident eumq; ambulantẽ solemnia celebrantes, de quo satis declaratum est Exo. 2. & 32. Et ista est causa quare qñ vetatur idolatria, fit mẽtio multoties de terra Aegypti, vt patet hic & Leui. 18. & Deut. 29. *Ac seruite Deo.* s. abijcite de cordibus vestris oẽ desiderium colẽdi idola, & seruite Deo vero, qui est Deus & nemo alius, & hoc custodiendo cæremonias & leges eius. *Si autem malum uobis videtur, vt seruiatis Deo:* i. si cultus Dei veri videtur vobis mal⁹, vel ꝯ rõnem, sicut cultus idolorum pro maiori parte erat valde immundus, & iniquitate plenus, vt patet in ritu sacrificiorũ Berecinthiæ matris deorũ, quos describit Aug. 2. de ciu. Dei, & per Ouidium in libris Fastorum, vbi ponuntur oẽs cæremoniæ, quæ fiebãt in cultu idolorũ ſm morem Romanum. Vel si leges datę a Deo erant iniquæ, ita vt graue, & iniustum foret illis cogi, sicut est de legibus quarundam politiarum. Sed neutrum horum erat: non primum quia Deus nõ diligit aliquam immundiciam, sed execratur oẽs immundicias, quas obseruabant cultores idolorum, vt patet Leu. 18. & Deut. 12. Etiam iniquitatem fugit, vt patet ps. 5. Quoniam Deus nolens iniquitatem tu es, & odisti oẽs qui operãtur iniquitatem. Secundum non est, quia leges a Deo datæ erãt valde iustæ, & rationabiles, ita vt Iudæi laudarentur ab oĩbus gentibus, quia leges tam recte datas habebant, vt patet Deute. 4. c. s. hæc est sapientia vestra, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc dicãt: en populus sapiens, & intelligẽs. Et Moyses in laudem eorum dicit ibidem, quæ est. n. alia gens sic inclyta, quæ habeat cæremonias iustaq; iudicia, & vniuersam legẽ quam ego proponam coram oculis tuis?

Aliter põt intelligi litera. s. si malum videtur. s. malum pęnæ. q. d. licet non videatur malum culpæ obseruare legem Dei, tñ fortè est malum pœnæ. s. ꝙ ob seruando eam sequebantur super obseruãtes aliqua damna, vel erat ipsa lex in se grauis, & ob hoc magis vellent declinare ad cæremonias idolorum: sic. n. quidam Iudæi tpe Ieremiæ restiterunt ei in Aegypto, dicentes ꝙ nolebant colere Deũ, sed idola, quia qñ colebant Deũ inueniebant eos aduersitates, & cum colerent idola replebantur bonis: Iere. 44. c. cum dr̃: sermonẽ, quẽ locutus es ad nos in noĩe dñi nõ audiem⁹, sed faciemus oẽ, qđ egredietur de ore nr̃o, vt sacrificemus reginæ cęli, & libemus ei libamina, sicut fecim⁹ nos & patres nostri, & reges nostri in plateis Ierusalẽ; & saturati sumus panibus & bene nobis erat, malũq; non vidimus: ex eo aũt quo cessauimus sacrificare reginę cęli, & libare ei, indigemus oĩbus, & gladio, & fame consumpti sumus, sed hoc non poterant nũc dicere Israelitæ, quia è ꝯrio erat: nam Deus promittebat obseruantibus legẽ bona multa: nõ obseruantib⁹ aũt mala multa cõminatur, & ea infligebat. Leui. 26. & Deut. 28. ideo non poterat malum videri Israelitis, ꝙ obseruarent legẽ Dei: nam & si vellẽt declinare ad cultum idolorum non prodesset eis, quia idola nihil efficiunt, cum nihil sint. De hoc 1. Re. 12. dixit Saul: Nolite declinare post vana, quæ nõ proderunt vobis, nec eruent vos, qa vana sunt. *Optio uobis datur.* i. conceditur vobis electio. s. an velitis colere Deũ, vel idola.

An uerè daretur hic Iudæis electio, scilicet quòd colerent Deum verum, vel deos Amorrhæorum, & an Iosue posset facere hoc. Quæst. XI.

QVAERET aliquis an verè daretur hic Israelitis electio, an colere vellent Deum, vel idola. Respondendum ꝙ non, quia colere Deum est de lege naturæ, & colere idola est contra rationẽ

A naturalem, ideo in talibus nõ est dispensatio, sed obligatio simpliciter determinata ad obseruandũ cultũ Dei. Item dato ꝙ esset hoc quantum ad cæremonias colendi Deum, quæ non sunt de iure naturæ, sed solũ per legis rationem, non poterat dari Israelitis optio, an vellent colere Deum sic uel non, quia ipsi se obligauerant ad hanc legem, vt patet Exodi 19. ideo non erat eis liberum aliud facere. Item dato ꝙ Israelitis dari posset optio in his, tamen non poterat Iosue dare istam optionem, quia dispensare in legẽ, vel commutare eam pertinet ad legis conditorem: Iosue autem non erat legislator, nec potestatem habens a legis conditore ad dissoluendum legem, sed magis ipse erat subiectus legi, ideo non poterat dare optionem Iudæis ad faciendum hæc.

B Sed dicendum magis, ꝙ si aliqui de Iudæis propter hæc verba quasi credentes datam sibi licẽtiam ad colendum idola illa colerẽt, ꝙ Iosue puniret eos obruẽdo lapidibus, sicut iubetur Deuter. 17. vel si aliqua ciuitas aũt tribus de Israel hoc attentaret subijceret Iosue eos anathemati secundũ legem pęnarum, de quibus Deut. 13. sic enim aggressus est facere ꝯtra duas tribus, & dimidiam, qñ construxerunt altare. sup. 22. & fecisset, nisi reperisset illas a culpa immunes.

Sed tunc dicetur: quare ergo dicebat Iosue, ꝙ dabatur optio Israelitis? nam videbatur in hoc peccare. Rñdendum est, ꝙ iste est modus exhortationis ad efficaciter obseruãdum legem Dei. s. quia sciebat Iosue, ꝙ nemo de Israelitis diceret, ꝙ bonum erat relicto cultu Dei transire ad idolatriam, ideo concluderet

C Iosue, ergo colamus efficaciter Deum, sicut siquis hortaretur alios ad custodiam aliquarum legum, diceret: vultis ꝙ obseruemus leges vel ꝙ penitus sine lege viuamus? & quia nullus diceret bonum esse penitus sine lege viuere, concluderet admonens. ergo obseruemus efficaciter legem. *Eligite hodie quod placet.* Intelligendo, vt sup. dictum est. s. ꝙ nõ dabatur optio Israelitis ſm veritatem, sed ista erãt ad admonitionẽ. *Cui potissimum seruire debeatis.* i. cui magis velitis seruire obseruando legem, & ritus cultus eius: non fit hic cõparatio Dei ad idola, sed idolorum inter se, & quantũ ad hoc optio esset Iudęis. s. quia quamquam esset in-

D terdictum Iudęis colere idola, tamen si fas esset, optio erat an colere vellẽt deos Mesopotamiæ, vel Amorrhæorum, quia non erat maior ratio de his q̃ de illis. *Vtrum dijs quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia.* Ponitur hic electio inter deos Mesopotamiæ, & Amorrhęorum. s. si deberent Iudæi colere aliqua idola: & ponitur potius de his quàm de dijs aliarum gentium, quia ad hos magis afficerentur israelitæ quàm ad deos aliarum gentium. s. ad deos Mesopotamiæ propter progenitores suos, quorum mores potius imitari vellent quàm aliarum gentium: ad deos autem Chananaæorum, quia morabantur in terra eorum, & sciebant ritus eorum, inducerenturq; ad hoc ex communicatione cum Chananęis: vnde ob hoc Deus vetuit nuptias inter israelitas, & Chananęos

E Exo. 34. & Deuterono. 7. fuerunt autem patres israelitarum in Mesopotamia. s. ab initio populi iudaici, qñ egressi sunt de terra Chaldæorum: nam Thare egressus est cum filijs suis de Hur Chaldæorum, vt veniret in terram Chanaan, accidit autem, ut maneret in Haram, quæ uocatur Mesopotamia. De hoc Gen. 11. ibi autem coluit Thare deos & filius eius Nachor totaq; cognatio illius, quę mansit in ipso loco, sic dicitur sup. trans fluuium habitauerunt patres uestri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor, & seruierũt dijs alienis: mortuo autem Thare Abraham recessit de Mesopotamia veniens in terram Chanaan Gen. 11. & 12. *An dijs Amorrhæorum in quorum terra habitatis,*

Idest

Idest eligite an deos Amorrheorum, vel Mesopotamiæ colatis: non dat eis electionem inter Deum, & idola, sed inter deos diuersos gentium.

Sed adhuc ista electio non stat, quia electio est qñ vtraque pars licet. hic autem neutra licebat. Est tamē electio, quia nihil melius dijs Mesopotamiæ seruire q̄ dijs aliarum gentium, vel è contrario. Vocantur hic Amorrhæi largè: non prout Amorrhæus est vnus de septem populis Chananæorum, sed prout signat omnes septem populos: nam non solum habitabant in terra Amorrhæi populi, sed etiam in terra reliquorū. 6. populorum: sic etiam accipitur infra in litera, cum dicitur: eiecit vniuersas gentes, Amorrhæum habitatorem terræ, quam nos intrauimus: tamen non excluserant de terra Hebræi Amorrhæos, sed etiam de omnibus alijs. 6. populis. *Ego autem & domus mea seruiemus Domino.* Idest licet omnes vos declinetis ad idola, tamen ego & domus mea, idest qui pertinent ad familiam meam, & cognationem seruiemus Deo, nō deserendo legem eius, in quo demōstrat apud se magnæ auctoritatis esse legem Dei, cum etiam propter totum populum israel non derelinquat eam.

Respondítque populus & ait. Erat populus congregatus audiendo admonitionem istam Iosue, & oēs rñderunt hæc: nam principes duces, & magistros, & maiores natu congregauerat Iosue, vt patet supra in lr̄a.

Absit a nobis, ut derelinquamus dominum, & seruiamus dijs alienis. Quasi dicat nefas est, ꝙ desereremus legē Dei, & coleremus deos alienos, ideo absit a nobis, vt tale faciamus. s. nunquam faciemus. *Dominus Deus noster ipse eduxit nos.* Reddunt rationem israelitæ quare colere debeant Deum, & arguunt ex beneficijs receptis. s. quia eduxit eos de terra Aegypti. tenetur. n. naturaliter quilibet bene passus pro beneficio, & q̄a beneficium collatum israelitis erat maximum. s. libertas collata, potissimè cum liberarentur de grauissima seruitute, ideo id, ad quod tenebantur Iudæi erat maximum. s. vt colerent Deum toto corde, & totis viribus. Sciendum tñ ꝙ iste cultus, quem israelitæ Deo impendebant, non debebat esse, quia eripuerat eos de Aegypto, sed quia Deus erat: nam etiam si nullum bonum eis specialiter impendisset, tenebantur colere eum, quia Deus erat, & tenebantur nullum alium Deum colere, & dato quòd beneficium liberationis de Aegypto contulisset alius, qui non esset Deus, & alia quam plurima beneficia: non tenerētur israelitę illum colere: immo nō deberent, alioquin peccarēt, quia soli Deo lattia debetur: Israelitæ tamen, qui erāt rudes magis respiciebant ad ea, quæ erant sensibilia. s. ad suscepta beneficia.

Iudæi obligabanť colere Deū gñaliter, quia Deus erat & specialiter ꝑ aliquē cultum, quia bñfactor.

Potest autem aliter intelligi. s. ꝙ Israelitæ nō putarent se obligatos ad colendum Deum, quia eduxerat eos de Aegypto, sed ad sic colēdum se obligatos credebant ex beneficio: est enim obligatio ad colendū Deum naturaliter, ad quam non pertinet beneficiū aliquod nobis a Deo specialiter collatum: sed hæc obligatio nihil speciale determinat, sed solum quòd nullum alium præter Deum colamus, & ꝙ ei in corde nostro adhæreamus: sed ꝙ exterius ei hunc cultū, vel illum impendamus, obligatio nulla est. Hæc causa est ex alijs causis, scilicet ex legislatione & susceptione legis huius, & collatis beneficijs, & quia Deus valde benefecerat Israelitis liberando eos de Aegypto, non solum putabant se Israelitæ obligatos ad colendum Deum, sed etiam ad impendenda ei oīa obseq̄a, quæ in lege expressa erant. Hoc autē apparet, quia quando Deus voluit dare legem Israelitis, in qua positurus erat pręcepta colendi eum, persuasit eis quòd reciperent eam, & non expressit, quòd ipse erat De⁹, ideo deberent accipere legem illius, sed commemo-

F rauit beneficia dicens: vos ipsi uidistis quid fecerim Aegyptijs, & quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi &c. Exodi decimonono, quasi israelitæ non accepturi essent a Deo illum specialem modum viuendi, quia Deus erat, sed quia eis benefecerat. Et quia ad talia secundum naturam non erat obligatio, poterant cadere sub voto sic enim Iacob vouit, quòd acciperet Deum in Deū suum, si daret ei panem ad comedendum, & vestem ad induendum, & prosperitatem in via Genes. vigesimooctauo, scilicet quòd acciperet eum in Deum quantum ad quendam specialem modum colendi, quod patet ibi, quia dicitur: omnium quæ dederis mihi, decimas reddam tibi. Reddere autem deci-

G mas est quidam modus specialis cultus, ad quem nō est obligatio secundum naturam.

Et patres nostros de terra Aegypti. Scilicet non solum eduxit nos, sed etiam patres nostros. multi autem erant tempore, quo ista dicebantur, qui exierant de Aegypto: nam de illis, qui erant a viginti annis, & supra soli Iosue, & Caleb euaserant maledictionē, vt patet Numeri decimoquarto, & vigesimosexto. exceptis etiam Leuitis super quos non erat ista sententia. De his tamen, qui nondum habebant annum vigesimum plurimi de Aegypto exierunt, & introierunt in terram Chanaan, & horum erant nūc multi coram Iosue, quando ista dicebantur. De patribus autem suis, quòd educti fuerint de Aegypto apparet satis: multi tamen patrum suorum mortui

H sunt in deserto, & alij introierunt in terram Chanaā.

De domo seruitutis. Scilicet Aegyptus erat domus seruitutis, quia dum ibi manserunt Iudæi fuerunt in seruitutem, nec solum seruitute, sed grauissima, ita vt vocaretur fornax ferrea Aegypti, Deuteronom. quinto, & ergastulum, vt patet Exodi sexto. Ponunt autem Israelitæ istud beneficium, quando enarrant beneficia Dei tanquam præcipuum, quia verè ipsum fuit maximum omnium beneficiorum collatorum Hebræis, eo quòd erat conferre libertatem, quæ est de bonis maximum, & quia libertas erat de maxima seruitute, & quia erat beneficium vniuersale, scilicet toti populo collatum, cum nullus fuerit in Aegypto, ad quem pars huius beneficij non peruenerit.

I Etiam quia per multa miracula ista libertas procurata est.

Fecitque videntibus nobis signa ingentia. Idest mirabilia magna, scilicet ad liberationem nostram. Ista fuerunt facta in Aegypto, quia ibi inflixit Deus plagas decem Aegyptijs antequam dimitterēt Hebręos de terra sua, de quibus Exodi a capit. septimo vsque ad duodecimum. Etiam fuerunt facta signa magna post exitum de Aegypto, scilicet in apertione maris rubri, Exodi decimoquarto fuit quoque postea miraculum mutationis aquarum in Marath, Exodi decimoquinto, & deinde in datione mannæ, & coturnicum, Exodi decimosexto: sæpe quoque aquam Hebræis Deus de petra dedit, vt in Raphidim Exodi de-

K cimoseptimo, & in Cadesbarne Numeri vigesimo: multa quoque alia signa faciebat per desertum, de quibus in libro Exod. & Numeri ad introitum quoque in terram Chanaan Deus fecit signa magna, vt in apertione Iordanis supra tertio & quarto, & postea pugnante Iosue misit Deus lapides grandinis super hostes de cœlo, & occisi sunt plurimi: eodem quoque die petente Iosue Deus fecit stare solem spatio unius diei: Iosue decimo capitulo. Hęc omnia viderunt plurimi de Hebræis, qui tunc aderant cum loqueretur Iosue. Dixerunt ista facta esse videntibus eis, scilicet quia in hoc Deus illis magnum conferebat beneficium, quia propter eos ista fiebant.

Vel

Vel dicitur hoc ad firmitudinem credulitatis, quia cum diceretur, quòd Deus fecisset signa magna propter patres eorum, debebant Iudæi magnas gratias agere Deo. Aliquis tamen fortè non crederet, vel non firmiter assentiret facta esse mirabilia, ideo minus referrent gratias Deo. Ad signādum ergo, quòd nimis tenebantur, tanquam pro certissimo beneficio, dicūt quòd eis videntibus facta sunt mirabilia.

Et custodiuit nos in omni via per quam ambulauimus. Idest in toto itinere ex Aegypto vsque ad terram Chanaā. Nam medio tempore varias partes solitudinum perambulauerunt, & inciderūt in varia pericula, nisi eos Deus liberasset: sic dicitur Deuteronom. 2. cap. Deus nouit iter tuum quomodo transieris solitudinē hanc magnam per quadraginta annos habitans tecum dominus Deus tuus, & nihil tibi defuit.

Et in cunctis populis, per quos transiuimus. Idest apud quos transiuimus: non enim transierunt Israelitæ ambulantes per desertum per populos multos: trāsierūt tamen apud populos multos, & non minora pericula patiebantur ab illis, apud quos transibāt quàm ab eis, per quos transibant: transierunt enim primo apud Amalechitas, s. quando transeuntes mare rubrum venerunt post in Raphidim, & ibi appropinquabant ad terram Amalec, vt declaratum est Num. 14. tunc exeuntes Amalechitæ, quasi ex insidijs percusserunt posteriorem partem castrorum: Exodi 17. cap. Et postea pugnauit ibi Iosue contra eos. Iterum autem anno secundo ab exitu de Aegypto transierūt apud terram Amalec, cum steterunt Israelitę in Cadesbarne, & ibi pugnauerunt Amalechitæ contra eos, & Chananæi, atq; occiderunt multos Numeri 14. cap. deinde anno quadragesimo ab exitu de Aegypto trāsierūt apud terrā Edom, & non permiserunt Idumæi Israelitas transire per terram suam Numeri 20. cap. postea eodem anno transierunt apud terram Chananæi regis Arad, & pugnauerunt Chananæi contra Israel, atque ceperunt prędam: sed post Israelitæ voto se obligantes deleuerunt vrbes eorum: Numeri 21. cap. postea transierunt Israelitæ per terram duorum regum Amorrhæorum Sehon, & Og, & pugnantes acceperūt terram eorum deletis habitatoribus: Numeri 21. & Deuteronom. 2. & 3. in omnibus his populis, per quos transierunt adiuuit Deus Israelitas: transierunt quoque eodem anno per terram Madian, non quidem, vt per illam esset iter rectum Iudæorum ad terram Chanaan, sed quia quidam de exercitu missi fuerunt illuc, & pugnantes deleuerunt Madianitas Nume. 31. cap.

Populi per quos, & apud quos Israelitæ tendētes in Chanaan transierūt.

Et eiecit vniuersas gentes. Scilicet gentes Chananęorum, in quorum terram introiuimus, non quidem, q̄ iam vniuersi Chananæi de terra eiecti forent, quia nūquam eiecti fuerunt, etiam temporibus sequentibus cum Philisthini semper manserunt, & Chananæi Tyrij, & Sidonij erāt tempore, quo Christus prędicabat: nam ad eum de finibus Tyri, & Sidonis mulier Chananæa egressa est Matth. 15. c. nunc autem multę gentes adhuc supererant, vt patet supra 13. & Iudicum 3. cap. dicitur: Hæ sunt gentes, quas dereliquit dominus, scilicet quinque Satrapas Philisthinorum, omnemq; Chananæum atque Sidonium, & Heuęum, qui habitabant in monte Libano: sed dicuntur omnes gentes eiectæ, quia maxima pars eiecta erat, & de reliquis cōfidebant Israelitę tanquam iam eiecti forent: eo quòd Deus promiserat, quòd eijceret eos supra decimotertio capitu. scilicet. Ego sum, qui delebo eos a facie Israel.

Amorrhæum habitatorem terræ, quam nos introiuimus. Istud ponitur hic, tanquam expositiuum præcedētis, scilicet eiecit Deus coram nobis vniuersas gentes, scilicet Amorrhæum. Accipitur hic Amorrhæus largè, non prout est vnus de septem populis Chanaan, sed pro omnibus septem, quia non solum exclusę sunt gētes Amorrhæorum, sed etiam Heuęorum, Hethęorum, Iebusęorum, & terrę istorum captæ sunt, nam Ierusalem erat Iebusæorum supra decimoquinto capit. Ceperunt tamen illam Israelitæ: Iudicum primo cap. Gabaon autem Heuęorum erat, vt patet supra 11. ceperunt tamen eam Hebręi, vt patet ibidem, & supra 9. capit. sic enim Amorrhęi accipiuntur largè pro omnibus septem populis interdum, vt patet Gene. 15. ca. scilicet: nōdum enim impletæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus, & vocantur Amorrhæi omnes populi Chananæorum, de quorum terra ibi Deus loquebatur Abrahæ: sic etiam habetur Amos 2. scilicet, ego exterminaui a facie eorū Amorrhęum, cuius altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipse, vt quercus, & ibidem iterum: eduxi vos in deserto quadraginta annis, vt possideatis terram Amorrhæi: non solum tamen intelligebatur hoc de populo Amorrhæorum, sed de omnibus septem populis. Vocatur hic Amorrhęus habitator terrę, ad quam introierunt Israelitæ, quam solam terram habitatam ab illis septem populis acceperunt.

Seruiemus ergo domino. Concludunt Israelitę ex prępositis, quòd ipsi debeant colere, & colent Deum verum, quia nimis benefecit eis, & vocant eum dominū specialiter, & sine connotatione, quia ipse erat verus Deus, & dominus super omnes.

Quia ipse est dominus Deus noster. Scilicet debitores sumus, vt colamus dominum, quia ipse est dominus, scilicet potestatem exercens super omnes, propter quod timendus est: est etiam Deus per naturam, propter quod omnes eum colere tenentur saltem aliquo cultu generali: est etiam noster, scilicet, quia nobis specialia beneficia contulit, accepitque nos in populum peculiarem sibi, & nos eum accepimus in Deum: Exodi decimonono capit. & ob hoc eum specialiter colere debemus.

Dixitque Iosue ad populum: Non poteritis seruire Domino: Deus enim Sanctus, & fortis ęmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis. si dimiseritis dominum, & seruieritis dijs alienis, conuertet se, & affliget vos, atque subuertet postquam vobis præstiterit bona. Dixitque populus ad Iosue: Nequaquam ita vt loqueris erit, sed Domino seruiemus. Et Iosue ad populum, testes, inquit, vos estis, quia ipsi elegeritis vobis Dominum, vt seruiatis ei. Respōderuntque testes. Nunc ergo, ait, auferte Deos alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad Dominum Deum Israel. Dixitque populus ad Iosue: Domino Deo nostro seruiemus, & obedientes erimus præceptis eius. Percussit ergo Iosue in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta atque iudicia in Sichem. Scripsit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini, & tulit lapidē per grandem, posuitque eum subter quercum, quæ erat in Sanctuario Domini, & dixit ad omnem populum: En lapis iste erit vobis in testimonium

stimoniũ, quòd audieritis omnia verba Domini, quæ locutus est vobis, ne forte postea negare uelitis, & mentiri Domino Deo uestro. Dimisitque populum singulos in possessionem suam.

Iosue difficultatẽ colendi dñm explicat.

Dixitque Iosue ad populum. Hic ponitur tertium, in quo Iosue difficultatem colendi Deum explicat, scilicet, quòd quamquam Iudęi nũc professi essent, quòd Deum solum colere vellent, tamen non possent.

Non poteritis seruire Domino. Scilicet continuare ad obseruandum legem eius, quia dura vobis videtur.

Et derelinquetis eam. Non dicitur hic non poteritis, idest non erit vobis possibile, quia lex data a Deo non erat impossibilis, sed multum rationabilis, & Moyses dicit illam fuisse leuem ad obseruandum, & quòd nõ possent Israelitæ calumniari de eius difficultate, vt patet Deuteronom. 30. capit. sed dicit eam impossibilẽ, quia videretur grauis Israelitis.

Quomodo Israelitæ non poterant seruire Deo. Et quare non possent. Quæst. XII.

Sed dicet aliquis quomodo dicit Iosue, quòd Israelitæ non possent seruire domino, cum ipse supra dixerit, quòd etiam si totus Israel vellet colere Deos Mesopotamię, vel Amorrhęorum, ipse & domus sua colerent Deum? nam si cęteris erat impossibilis cultus Dei, ei quoque fieret impossibilis.

Respondendum, quòd non erat impossibilitas, sed difficultas, & Iosue, quia ad Deum afficiebatur subiret istam difficultatem, immo non videretur ei difficilis obseruatio: cęteris autem videretur difficilis, & fugerẽt eam. Proueniebat forte ista difficultas propter assuetudinem ad peccandum: nam assueto ad aliqđ genus peccati, difficillimũ est derelinquere illud, eo quòd transiuit in naturam. Nam consuetudo est altera natura, vt patet 7. Ethicorum, & sicut à naturalibus vix quis recedit, ita ab assuetis, sic dicitur Ierem. 13. si potest mutare ęthiops pellem suam, & pardus varietates suas, sic & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Vel poterat hoc esse propter pęnas grauissimas Dei, quas pro peccatis infligebat, scilicet si Israelitæ manerent in cultu Dei, & aliquando peccarent, Deus puniret eos grauiter, & ipsi non possent tolerare pęnas illas, & sic recederent a cultu Dei ad viuendum sub aliis legibus, scilicet idolorum, sed etiã hoc nihil proficiebat, quia cum Israelitę obligati essent ad manendum in lege Dei, etiam si nollent manere, sed transirent ad cultum aliorum Deorum, vt non punirentur, cum peccarent semper punirentur, quia non erat eis liberum renunciare, vel relinquere obseruantiam legis Dei: secus autem in gentilibus, quia antequam conuerterentur ad ritum Iudaicum liberum erat eis conuerti, vel non conuerti: & dato, quòd agerent contra legem datam Iudęis non punirentur, si tamen semel conuerterentur, & non obseruarent legẽ puniebantur, & iam non erat eis liberum diuertere ad cultum aliorum Deorum.

Deus enim Sanctus. Hic dat Iosue causam quare non possent Israelitæ seruire Deo, scilicet, quia mores eorum repugnabãt conditionibus voluntatis Dei: nam Israelitæ erant dediti vitijs, & immunditijs: Deus autem omnia hęc detestabatur, & puniebat, quia Deus nolens iniquitatem est, vt patet Psalmo 5. & ipse detestatur immunditias. Vnde admonuit Israelitas, ne facerent immunditias, quas gentes faciebant: de qbus

F hr Leui. 18. quia sic euomeret eos terra, sicut euomuerat accolas terræ illius: & ad hoc dr̃ hic: Deus est Sanctus, idest mundus, & ob hoc vult omnem puritatem, & munditiam in cultoribus suis, vt patet Leuitici 11. & 20. & Matth. 5. scilicet, Sancti estote, quia ego Sanctus sum, sed Israelitę non erant mundi a vitijs, ideo non possent tolerare mores Dei.

Et fortis æmulator est. Ista possunt poni hic, tanquam duo, scilicet Deus est fortis, & Deus est ęmulator. Vel quòd ponantur tãquam vnum, scilicet Deus est ęmulator fortis, idest nimis ęmulans. Primo modo accipiendo per se fortem: est sensus, quòd Deus fortis est, ideo non possent Israelitę tolerare mores eius. Et dependet ex superiori, quia diceret aliquis, quòd quamquam Deus esset diligens munditiam, tamen nõ pos-
G set punire immundos.

Et respondetur, quod potest, quia fortis est, scilicet nimis potens, & tunc dictio ęmulator tollit aliud dubium, quia ęmulator signat zelatorem, & pertinet ad virum, qui zelat vxorem suam; scilicet, quòd nollet, quòd ipsa aliquẽ diligeret pręter ipsum, & quòd nulli commisceretur, nisi ipsi. Deus autem est ęmulator siue zelator, scilicet nolens, quòd nemo ametur super omnia nisi ipse, & nemo colat sacrificio, vel alio cultu latrię, nisi ipse. Et hoc dicitur, quia aliquis diceret, q̄ quamquam Deus sit Sanctus, idest mundus: tamen de nobis non curat, quòd simus mundi, & sic quamquam simus mundi non puniemur.

Respondetur quòd puniemur, quia Deus est ęmu-
H lator, idest zelator, scilicet nimis attendens, quòd diligamus, & si nõ diligimus, vel si alium colimus, dolet: sicut vir zelotes pro vxoris adulterio, ideo valde puniet delinquentes.

Si autem sit simul fortis ęmulator, est sensus, quòd est nimis ęmulans, scilicet quia magis ipse curat, quòd colatur quàm vir curat de vxore, quòd eum diligat solum.

Nec ignoscet sceleribus vestris. Hoc etiam tollit dubiũ, quia diceret aliquis, quòd quamquam Deus esset Sanctus, & ęmulator, quia tamen est nimis misericors nõ puniret. Respondetur quòd non parcet delinquentibus, & hoc potissimum, quando peccant circa idolatriam: nam in hoc peccato magis Deus puniebat, &
I circa hoc erat proprie zelotes, nec est aliquid aliud in quo vocetur Deus ęmulator, sicut est de viro respectu vxoris. Nam vir habet vxorem exosam pro quocunque eius crimine, sed nihil intolerabilius viro in vxore est quàm adulterium, & cętera respectu huius venialia sunt. Etiã licet ĩ cęteris criminibus vir persequatur vxorem: circa nihil tamen est zelotes, nisi vt ipsa nullum alium diligat sicut eum.

Dr̃ia inter peccatum & scelus.

Atque peccatis. Ponuntur hic peccata, & scelera, quia scelus est graue delictũ, sicut idolatria, & ea quæ nimis militant cõtra Deum: peccata autem sunt quęcunque alia minora: omnia autem hæc Deus punit, & potissime ipsa scelera. *Si dimiseritis dominum, & seruieritis dijs alienis.* Expressit de hoc, quia circa istud est
K ęmulatio Dei, nihil enim est sic directè cõtra Deum, sicut idolatria, & ob hoc maxime punienda, vt declaratum est Exodi 23. capit. in aliis autem facilius Deus remittit: ideo si quis puro corde cultui Dei applicetur soli Deo honorem diuinum impendens eiusque honorem in omnibus cupiens, etiam si in quibusdam ex passione peccet, faciliter remittuntur.

Conuertet se, & affliget. Scilicet non permittet vos impunes elabi, sed conuertet se ad vos puniendũ, conuersio Dei aliquãdo in scriptura accipitur in bonum, & sic Deus iubebat sacerdotibus, quòd benedicerent Israelitis dicentes, conuertat dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Aliquando accipitur conuersio in

sio in malum,& sic est hic, scilicet, quòd Deus conuertitur ad puniendum.

Atque subuertet. Idest non solum affliget, sed etiam subuertet,in quo signatur extremum:nam subuersio est totalis destructio, scilicet, quòd cum Israelitæ colebant idola non solum illis infligebat pęnas sterilitatis, vel pestis, aut similia, quæ erant afflictiones quædam, sed ad vltimum tradebat eos in manus hostiũ, vt occiderent eos, & captiuos ducerẽt in terram alienam, quod erat subuertere, & in hoc consummatus fuit status Iudęorum quantum ad decem tribus,quia propter idolatriam ductæ sunt ab Assyrijs in terrã Medorum,& Persarum,vt patet quarto Regum decimoseptimo cap.

Postquam vobis præstiterit bona. Istud potest dupliciter intelligi,vno modo, quòd quamquam Deus primo præstitisset bona Israelitis, tamen postea mala eis infligeret si peccarent, & istud est tollere dubium: quia diceret aliquis,quòd cũ Deus a principio contulisset bona Israelitis quamquam postea peccarent nõ subuerteret eos,ne deleret,quod construxerat: sed dicitur,quòd hoc non obstante Deus puniret illos. Est enim Deo vtrunque indifferens, scilicet, quòd sicut lętatur Deus, quando benefacit bene operantibus, ita lętatur cum affligit sceleratos, vt patet Deuteron. 28. scilicet, sicut lętatus est ante super vos vobis benefaciens, vosque multiplicans, sicque lætabitur super vos disperdens,atque subuertens.

Aliter potest intelligi, ꝙ Deus puniret Hebręos postquam bona eis præstiterat, scilicet, quòd ex hoc, quòd benefecerat eis magis illos,quam cęteros puniret,vt sicut specialiter eis benefaciebat, ita specialiter eos puniret. Nam gentiles quamquam peccarent nõ ita grauiter eos Deus puniebat,quia non pręstabat eis specialia beneficia,Iudæis autem Deus præstabat magna bona, quia erant populus suus, cum ergo declinabant ad idolatriam incidebant in grauiores pęnalitates quam cęteri populi, eo quòd ipsi iam erant magis ingrati eo, quòd receptis talibus beneficijs a Deo recesserunt, ideo postquam bona præstiterat affligeret,si non contulisset.

Dixitque populus ad Iosue. Difficultauerat Iosue cultum Dei:ex hoc denuncians Israelitas non permansuros eo die,Israelitæ respondent, quòd non erit sic. Ista verba Iosue nimis proficiebant ad exhortationẽ, quia cum diceret cultum Dei esse difficilem, & impossibilem Iudæis, & ipsi hoc negarent, acuebat Iudęos ad tenacius inhęrendum Deo,& tenendum cultum eius.

Nequaquam,ita vt loqueris erit. Scilicet,quòd ipse dicebat,quod ipsi deserturi essent dominum,& nõ manerent in lege eius: Hebręi autem asserebant, quòd firmissime colerent Deum, & in hoc non grauabant Iosue,quamquam dicerent,quòd non eueniret, sicut ipse dicebat,quia Iosue non dicebat hoc, vt asserens, & denuncians,sed magis,vt sic exhortans ad exacuẽdum eos,& firmiores faciẽdum in cultu Dei. Quamquam ergo dicerent ipsi,quòd sic euenturum non foret,non contradicebant intentioni Iosue,nec dicebãt eum mentiri, potissime quia ipsi cognoscebant hoc intentione exhortatoria fuisse locutum.

Sed Domino seruiemus. Scilicet manentes in lege eius & non declinantes ad idola. *Et Iosue ad populum.* Et hic ponitur decimum, in quo Iosue consensum repetitũ populi ex quadam professione cõfirmat,scilicet supra promiserant Israelitæ,quòd dominum colerent, nũc autem iterum induxit eos consensum exprimere atque confirmare,& inducit testes,vt firmius sit, quod fit. *Testes inquit vos estis.* Idest Iosue inquit vos estis testes,scilicet,quòd eligitis dominum ad colendum:ip-

A sos enim met in facto suo testes inducit, quia nõ erat aliquis alius, qui testificari posset, cum omnes de populo hoc profiterentur, scilicet,quòd Deum colerẽt, & haberent in Deum, ipsi autem non essent conuenientes testes contra se. Dixit tamen Iosue ad magis incitandum eos: induxit quoque postea lapidem magnum in testem, vt patet infra. *Quod ipsi elegeritis dominum,vt seruiatis ei.* Idest iam nullus negare poterit, quin vos voluntarie subieceritis cultui Dei.& dicitur quòd elegerunt dominum ad seruiendum, non est tamen propriè eligere, quia vbi est electio est libertas voluntatis: Hebręi tamen non habebant libertatem ad colendum Deum, vel non, quia obligati erant ad eum colendum ex die,quo acceperunt legem in mõte Sinai,sed dicitur,quòd acceperunt,vel elegerũt dominum, quia ipsi sponte se nunc subdiderunt domino ad colendum,ita vt dato,quòd prius nõ essent obligati, nunc se vellent obligare, & ad obligationem, quam habebant nunc nouam aliã addebant,ita quòd magis erant nunc obligati quàm prius,& si nunc peccarent contra legem Dei, iam grauius peccarent quã primo. Sic est in omnibus votis,quando quis vouet facere ea,ad quæ prius obligatus erat.

B

Responderunt testes. Idest ipsi responderunt nos sumus testes,quòd elegerimus dominum:& assumpserimus eum ad colendum.

Nunc ergo ait auferte Deos alienos de medio vestrum. Idest Iosue ait postquam Israelitæ ista confessi sunt: ergo auferte Deos alienos, scilicet, vos accepistis dominũ ad colendum eum. sed non potestis colere simul dominum,& idola,ideo abijcite Deos alienos. est enim Deus ęmulator quantum ad hoc,sicut vir ad vxorem suam,scilicet, quòd non vult, quòd alium amet cum eo, ita Deus si colatur non permittit, quòd alius colatur.

C

Sciendum, quòd ista determinatio alienos est distrahens, sicut mortuus respectu hominis, quia sicut homo mortuus non est homo, ita Deus alienus non est Deus:sed vocantur dij alieni,scilicet,quia apud gẽtes alias vocantur dij, sed non sunt: dixit autem Iosue, quòd abijcerent Deos de medio sui: non quòd tunc aliquos Deos alienos colerent Israelitæ, vt probatum est supra hoc capitu. sed loquebatur quantum ad desiderium colendi illos.

D

Et inclinate corda vestra ad dominum Deum Israel. Idest, quamquã ante hoc aliqui corde suo sequerentur idola,nunc inclinent corda ad diligendum dominum Israel,& seruiendum ei,& debent inclinare, scilicet subijciendo voluntatem suam volũtati alienę: nam qui seruit non quod vult, sed quod alius, velle & efficere debet,& quia ante hoc aliqui forte habebant corda vaga non subijciendo illa alicui legi Dei, nunc autem, quia Deo seruituri erant,debebãt seruare legem eius oportebat, ꝙ inclinarent corda. *Dixitque populus, Domino Deo nostro seruiemus.* Respondent,quòd inclinabũt corda sua ad faciendum omnia,quæ lex Dei iubet, & quæ exiguntur ad colendum dominum.

E

Et obedientes erimus præceptis eius. Idest non indurabimus ceruicem nostram per inobedientiam, sed faciemus omnia, quæ verè obedientes faciunt,siue facere debẽt.Sępe enim increpabat Moyses Israelitas, quòd erant duræ ceruicis,& Deus eos sic increpuerat: Exodi trigesimosecundo cap.scilicet.Cerno,quòd populus iste durę ceruicis sit, & Moyses ait: Ceruicem vestram durissimam amplius ne induretis decimo capit. Deuteronom. Ideo Israelitæ, scientes quòd in hoc sępe peccauerant,profitentur quòd amplius non peccabunt, sed obedientes erunt. *Percussit ergo Iosue fœdus in die illa.* Idest fecit pactum cum Israelitis, vt seruarent legem.

Quid erat facere fœdus, & quomodo fiebat. Quæst. XIII.

QVAERERET aliquis, quid erat facere fędus, & quomodo fiebat. Respondetur, quòd quandocunque aliquis vult obligare aliud ad id, ad quod obligatus non est, quærit ab eo cõsensum suum, per quem obligetur: & cum ipse promiserit de faciendo aliquid est pactum initum, vel positum fœdus. Sic Deus pepigit fędus cum Abraham, vt daret ei terram Chanaan, vt patet Genesi. decimoquinto cap. & pepigit fœdus cum Israelitis, vt seruarent legem eius: nam non erant naturaliter obligati Israelitæ seruare aliquam legem cultus Dei. Deus autem petiuit ab eis, quòd acciperent legem ab eo suadendo eis per suscepta beneficia, & ipsi consenserunt dicentes: omnia, quæ pręcepit dominus faciemus, & tunc initum est fœdus, quia Deus accepit Israelitas in populum peculiarem, & Israelitæ acceperunt dominum specialiter in Deum: Exodi decimonono capitulo.

Vide de hoc Titum Liuiũ primo ab vrbe cõdita.

Sciendum autem, quòd antiquitus cum inter aliquos viros solenniter iniebatur fœdus, occidebantur aliqua animalia, & diuidebantur per medium, & ipsi qui iniebant pactum, transibãt per medias diuisiones, ad signandum, quòd deberet sic diuidi ille, qui violaret pactum, & tunc erat confirmata promissio. Deus autem voluit tenere istum modum cum Hebręis in promissionibus, quas faciebant, vt eas ratas esse crederent. Et cum primum promisit Abrahę dare semini suo terram Chanaan, fecit cum eo fœdus hoc modo, scilicet iussit, quòd occideret Abraham arietem trimum, & capram trimam, & vaccam trimam, & columbam & turturem: animalia autem fecit diuidi per medium, & posuit medietates altrinsecus se respicientes, ita vt locus esset ad transeundum per medium: cũ autem occubuisset sol apparuit ignis transiens inter medias diuisiones, & iste repręsentabat dominum trãsientem, quia ipse erat, qui iniebat fœdus, cum Abraham, vt patet Gene. decimoquinto capit. Et cum scripta fuerint immediate subditur ibidem. In die illa pepigit dominus fœdus cum Abraham, dicens: semini tuo dabo terram Chanaan &c. Similiter autem data lege cum confirmata est Deus fecit, vt obseruaretur cæremonia fœderis, scilicet occisa sunt multa animalia, & effusus est sanguis eorum in crateras, & lecta lege coram toto populo cum omnes dixissent cuncta, quæ præcepit Dominus faciemus, fudit Moyses sanguinem super totum populum, & super altare, & super librum legis: Exodi vigesimoquarto capitu. & ad Hebręos nono capitu. ad significandum, quòd quicunque transgrederetur pactum funderetur sanguis eius: super populum enim fundebatur sanguis, quia populus ex vna parte iniebat fędus promittens, quòd obseruaret legem: super altare autem, & librum legis fundebatur sanguis loco Dei, quia Deus erat vnus de inientibus fędus, scilicet, quia ipse prommittebat accipere Israelitas in populum peculiarem, & quia super dominum nullo modo fundi poterat, quia incorporeus est, fundebatur sanguis super altare, & super librum loco eius, quia ista erãt de rebus sacris pertinentibus ad dominum.

In alijs autem fœderibus pertinentibus ad dominum hic modus erat, quamquam interdum non exprimatur, quia scriptura subintelligit cęremonias fœderis: cum dicit fędus esse initum, sed sufficit dici, quòd initum est fędus.

F *An in hoc fœdere fuerint istæ cæremoniæ obseruatæ, quæ dictæ sunt. Quæst. XIIII.*

QVAERITVR vlterius, an in isto fœdere, quod hic pepigit Iosue cum Israelitis de obseruando legem Dei, fuerint tales cęremonię obseruatę.

Respondetur, quòd occisio animalium in compositione fœderis erat antiquitus ad solennitatem, & firmitatem pacti, quia non putabant pacta esse rata, nisi ista interuenirent, nunc autem non erat necessaria aliqua obligatio de nouo, quia erant obligati Hebręi ab antiquo seruire Deo, & seruare legem eius, sed fecit Iosue istud pactum cum Israelitis ad quandam exhortationem, & incitationem eorum ad colendum

G dominum, quia animi eorum iam erant pigri & desides, nunc autem renouaretur in eis ardor quidam ad colendum dominum, ideo sicut non erat necessaria obligatio, ita nec cæremonia fœderis erat necessaria.

Sciendum tamen, quòd hic occisa sunt animalia aliqua, & facta est cęremonia fęderum, scilicet, quòd omnes Israelitę transierunt per medias diuisiones, vel quòd funderetur de sanguine supra totum populum. Et dicendum generaliter, quòd vbicunque in tota sacra Scriptura dicitur, quòd Israelitę inierunt fędus aliquod cum domino, siue illud esset alicuius præcepti noui, siue antiqui, semper fiebat cęremonia fęderum in occisione animalium. Ideo quando erant aliqui ꝓphetę, vel reges sancti, qui inducebant populum ad

H obseruationem alicuius pręcepti Dei, quod prius non seruabatur complete, faciebant quòd nouiter populus se astringeret ad obseruationem illius, & vt confirmaretur hoc, celebraretur fœdus. Sic factum est tempore regis Sedechię Ierosolymis pędicante Ieremia: nam omnes Iudæi promiserũt dimittere seruos suos, & ancillas de genere Hebręorum in libertatem, & dimiserunt, & quòd nunquam reducerent ad se, & ad confirmationem huius fecerant fędus occidentes animalia, & transeuntes per medias diuisiones: sic patet Ierem. 35. capitu. scilicet. Et dabo viros, qui pręuaricantur fędus meum, & non seruauerunt verba fœderis mei, quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulumq́; conciderunt in duas partes, & transierunt inter diui-

I siones eius: principes Iuda, & principes Ierusalem: Eunuchi, & sacerdotes, & omnis populus terræ, qui transierunt inter diuisionem vituli; sicut ergo ibi factum est fœdus cum cæremonijs suis, vbi nec pactum nouum, nec cęremoniæ aliquæ erant, ita hic, & in omni loco, vbi dicitur factum fuisse fędus intelligẽdum est sic, quia alias non esset verum, quòd esset factum fœdus, cum istę sint cęremoniæ necessarię in fędere.

An hic fuerit facta aliqua aspersio sanguinis. Quæst. XV.

K QVAERERET aliquis, an in compositione istius fęderis fuerit facta aliqua aspersio sanguinis super aliquid loco Dei.

Respondendum est, quòd sicut supradictum est cæremoniæ istæ fœderis fiebant ad confirmationem promissionis, & cum componentes fœdera trãsibant inter medias diuisiones, signabatur quòd sic diuideretur, qui pactum infringeret, cum autem sanguis aspergebatur, erat sensus quòd sic funderetur sanguis super violatores pacti, & quia istæ erant pœnæ solum pertinebant ad illos, qui aliquid promittebant. & quia iniendo fœdera, aliquando vtraque pars alteri aliquid promittit, aliquando vna solum se obligat, alia vero obligationem acceptat, vtrique ideo interdum transeunt per medias diuisiones,

vel

vel sanguine asperguntur, interdum vero vnus tantum: sic patet in fęderibus factis cum Deo. Fœdus enim quod pepigit Deus cum Abraham de dando semini eius terram Chanaan, fuit solum ad obligationem Dei, scilicet, quia Deus ibi aliquid promisit, scilicet dare terram, Abraham autem nihil promisit, iō Abraham non transiuit per medias diuisiones animalium, sed solus Deus, scilicet flāma quędam loco Dei, Abraham solū astabat diuisionibus illis abigens aues a carnibus Gene. 15. capitu. in compositione autem fęderis quando Israelitę susceperunt legem fuit promissio vtrinq;, scilicet, quia Deus promittebat Israelitis, quòd acciperet eos in peculiarem populum. Et Israelitæ promittebant, quòd seruarent omnia mandata Dei, vt patet Exodi 19. cap. ideo super vtrosque aspersio sanguinis facta est, scilicet super totum populum, & super librum, & altare quoque, vt patet Exodi 24. & ad Hebræos 9. cap. in fędere autem, quod pepigerunt Israelitæ tempore Sedechię de seruorum libertate Ierem. 35. capitu. soli ipsi promiserunt, Deus autem nihil promisit: ideo ipsi soli transiuisse leguntur inter diuisiones vituli, præallegato capitu. sic autem fuit hic, quia Israelitæ ad instantiam Iosue promiserūt seruare legem Dei, & obligauerūt se per fędus: Deus autem ad nihil se obligauit, nec locutus fuit in isto fœdere. ideo ipsi transierunt soli inter medias diuisiones.

Et proposuit populo præcepta atque iudicia. Idest posuit coram Israelitis iudicia, idest præcepta Iudicialia, & præcepta, idest alia præcepta, quæ pertinebant ad cæremonias colendi.

Quæreret aliquis quæ præcepta erant ista, quæ proposuit Iosue populo. Respondendum est, quòd hoc potest intelligi de præceptis legis Dei, scilicet, quòd ipse suasit eis, quòd seruarent legem Dei, & illi consenserunt, feceruntque super hoc pactum, ideo verisimile erat, quòd Iosue faceret eis recitari totam legem, vt recordarentur eius, & scirent, quod obseruare deberent: nam sic iubebatur in lege, quòd de septēnio in septennium conueniente populo toto in Sanctuario legeretur coram eis liber Deutero. vt sic omnes addiscerent legem Dei, Deuteronomij trigesimo primo capit. in hac autem lege principaliter continentur præcepta iudicialia, & cæremonialia, moralia nāque pauca sunt, iudicialia autem vocantur iudicia, quia per ista iudicabatur in causis foralibus; pręcepta vero vocantur omnia cæremonialia, quę pertinent ad ritum colendi, & multa sunt.

Aliter potest intelligi, quòd Iosue proposuit toti populo pręcepta atque iudicia, scilicet quòd cum conuenerunt ad eum; dedit eis aliqua noua præcepta iudicialia, & aliqua cæremonialia; & hoc magis innuit litera quam pręcedentem sensum: est enim valde rationabiliter dictum: nam multa erāt negocia, quę per solam legem Dei, scilicet per leges iudiciales ibi positas non poterāt terminari: ideo necessariū erat, quòd principes Iudęorum statuerent aliqua decreta pro singulis causis, quibus viuerent, & ista vocarentur iudicia, quia ad actiones forales pertinēt. ad modum quoque viuendi multa pertinebant in cęremonijs, quæ non erant expressa in lege: ideo viri sancti, & prophetæ atque potentes in populo Hebręorum constituere ista debebant: conueniebat autem valde hoc Iosue, quia ipse erat Propheta Domini, & ex hoc poterat cognoscere quid Deus vellet, & istud Israelitis seruandum nunciare. Erat quoque princeps populi, ideo habebat auctoritatem constituendi, ita vt populus reciperet constituta eius. credendum est ergo, quòd dederit hic Iosue aliqua præcepta, tam cęremonialia, quam iudicialia, & non solum fœdus factum fuit ad

A obseruationem legis Dei, sed etiam ad obseruationem horum.

In Sichem. Idest istud fœdus factum fuit in Sichem, & posita sunt ibi pręcepta. Est autem Sichem ciuitas in monte Ephraim in sorte eius, & data fuit ista ciuitas sacerdotibus supra vigesimoprimo capitu. deinde quoque facta est vna de ciuitatibus profugorum supr. vigesimo capitu. in hac enim vrbe conuocauerat Israelitas Iosue, vt loqueretur, vt patet in principio capitul.

Scripsitque omnia verba hæc in volumine legis domini. Scilicet omnia quę hic gesta sunt, scripsit Iosue in libro legis Domini, scilicet, quomodo totus populus pepigisset fœdus cum domino ad seruiendum ei, vt si alij B negare vellent, non possent, quia reperiretur in libro legis Domini: etiam scripsit Iosue ibi leges, quas nūc dedit populo ad seruandū, vt manerent ibi ad firmam memoriam.

Quid est istud volumen legis, in quo Iosue scripsit hæc. Et quomodo licet addere Sacræ scripturæ.

Quæst. XVI.

QVAERET aliquis, quid est istud volumen legis, in quo scripsit Iosue ista, quæ habentur hic.

Aliquis respondebit, quòd erat aliquis liber, in quo continebantur quinque libri Moysi, vel solum Deuteronomium, & in illo scripsit Iosue. C

Sed hoc non stat, quia nihil proficiebat sic scribi, si iste liber esset aliquid commune, quia non maneret ad firmam, & certam memoriam posterorum. Dicendum ergo est, quòd istud volumē legis Dei, quod hic indeterminatè vocatur sic quasi sit aliquid cognitum, erat liber Deuteronom. quem scripserat Moyses manu sua, & posuerat in latere arcę, manebatque ad memoriam posterorum, vt patet Deuteronomij 31. capit.

Sed dicet aliquis, quòd hoc non stat, quia Iosue nō poterat accipere hunc librum, vt in eo quicquam scriberet, quia erat reconditus in latere arcę, vbi eum posuerat Moyses, pręallegato capi. ad arcam autem non D licebat Iosue accedere ad quidquam inde educendum, quia erat popularis, nec poterat introire coram illa.

Respondendum est, quòd non licebat Iosue per se accedere ad arcam ad educendum hunc librum: licebat tamen ei iubere alicui sacerdoti, & præcipue sacerdoti magno, vt illum inde educeret. Nam quolibet anno septimo educebatur inde: iusserat enim Moyses, quòd quolibet anno remissionis, scilicet de septennio in septennium conuenientibus Israelitis in locum Sanctuarij legeretur liber ille coram toto populo, & demum reduceretur ad arcam Deuterono- E mij trigesimoprimo capitu. sic autem poterant nunc sacerdotes educere librum illum inde, potissimum ad imperium Iosue, quia tam sacerdos magnus quam totus populus Israel iubente Deo ei obedire tenebatur Numeri vigesimoseptimo capitu. scilicet pro hoc siquid agendum erit Elezazar sacerdos consulet dominum: ad verbum eius egredietur, & ingredietur ipse & omnes filij Israel.

Sed adhuc dicetur, quòd Iosue non auderet scribere aliquid in volumine illo, quia delinqueret: nam nō licebat alicui addere ad id quod scriptum erat Deuteronom. 4. cap. scilicet, non addetis ad verbum, quod loquor vobis, nec auferetis ex eo. & Deuterono. 12. cap. dicitur: quod pręcipio tibi hoc tantum facito, nec addas quidquam, nec minuas.

Respondendum est,ꝙ non licebat alicui addere ad ea, quæ scripta erant in libro illo, vel in aliquo alio libro legis asserendo, quòd id quod addebatur erat de textu, & ita obseruandum sicut textus, siquis tamen aliquid poneret tanquam expositionem non peccaret,quia ipsa sapientia laudat exploratores suos dicẽs; qui illucidant me vitam æternam possidebunt: Ecclesiastici vigesimoquarto capitu.Siquis etiam in libro legis poneret aliquid,non tanquam partem libri, nec tã quam expositionem, sed vt pertinens ad aliquod negotium, & diceret non esse partem scripturæ Sacræ, non peccaret: ille enim textus condemnat quosdam errantes hęreticos, qui vt erroribus suis fidem accommodarent, sacrę Scripturæ illos inserere conati sunt: alij quoque ea,quæ contra intentionem suam in sacra Scriptura reperierunt, auferre conati sunt: Et de his dicitur. Iosue autem nihil addidit sacræ Scripturæ, nec abstulit; sed in libro in quo scriptura Sacra erat ea, quæ gesta fuerint in hoc canone ad memoriam futurorum descripsit.Sed adhuc arguitur, quòd non licuerit Iosue condere aliqua pręcepta iudicialia,vel cęremonialia ad mores, & vitam Iudæorum, quia dicitur Deuteronomij duodecimo capit.quod pręcipio tibi hoc tãtum facito domino Deo tuo,nec addas quidquam,nec minuas. Si tamen dedisset Iosue pręcepta cæremonialia, aut iudicialia, necesse erat, quòd Iudæi aliquid plus facerent: ergo non potuit condere.

Respondendum, quòd ille textus militat cõtra præcepta cæremonialia, de iudicialibus autem non intelligitur: quod patet, quia dicitur hoc facito domino: sed ea,quæ per homines se habent ad dominum, vel quæ faciunt ad Deum sunt cæremonialia, vel moralia. Nam iudicialia solum dirigunt homines inter se, quantum ad cæremonialia autem dicendum, quòd intelligitur,scilicet,quòd in illis cæremonijs, quæ datæ erant a Deo nihil adderent, aut subtraherent, tanquam partes illarum cæremoniarum: non tamen vetabatur nouas cæremonias inuenire quantum ad ea, in quibus non erant inuentę vel positę cęremonię:dũ tamen istę non repugnarent cęremonijs in lege positis; verbi gratia, vt Deus iussit in quibusdam immolationibus aspergi septies sanguinem, vt Leuitici quarto,& decimoquarto cap. & Numeri decimonono ca. ibi non licet pluries aspergi, nec aliquid tolli. Etiam Deus iubebat in holocausto cremari omnes carnes, ideo non licebat cuiquam inde aliquid tollere Leuitici primo capit.in sacrificio pacifico solus adeps cremandus erat Leuitici tertio ca. ideo quamquam quis deuotus esset,& vellet,quòd de carnibus,quę sibi ꝓueniebant aliquæ, vel omnes cremarentur in altari,non licebat,quia iam addebatur: ita etiam in festiuitatibus erant sacrificia regularia determinata in certo numero cum libamentis suis Numeri vigesimo octauo, & vigesimonono capitulo. ideo ibi non licebat addi plura animalia. Sic etiam cum quis transibat ad numerum a vigesimo anno, & supra soluebat dimidium siclum, & si plus soluere vellet non permittebatur:sic dicitur Exodi 30.ca. qui habetur in numero a viginti annis,& supra dabit precium:diues nõ addet ad dimidium sicli, & pauper nihil minuet. & sic de omnibus cęremonijs, quarum determinatio erat in lege,aliqui tamen actus erant,circa quos non erant positæ cęremonię in lege, & circa illos licebat nouas cæremonias inuenire non repugnantes cæremonijs scriptis in lege, alioquin præcluderetur via ad colendum dominum nimis, quia non permitteretur siquis ad maiora se arctare vellet quam in lege scripta reperiuntur, quod valde est absurdum: vnde Iudęi pręter cæremonias in lege positas valde multas adinuenerunt; sicut patet de cæremonijs Pharisęorum, Sadu-
F cæorum,& Essenorum, quę erant tres sectæ principales inter Iudæos: & de cęremonijs quartę philosophiæ apud Iudæos, in quibus quatuor philosophijs ponit cęremonias, & positiones Iosephus secundo libro,de bello Iudaico: licuit ergo Iosue dare præcepta iudicialia, & cęremonialia, & scribere illa in libro legis Domini.

Tres sectę principales inter Iudæos.

Ad quid volebat Iosue scribere in libro legis Domini.hæc de quibus pactus inuicem fuerat cum Israelitis.

Quęst. *XVII.*

QVAERETVR vlterius ad quid volebat Iosue scribere hæc in libro legis domini.
G Respondetur, quòd populus nunc inierat fœdus, quòd seruarent legem domini nouiter se obligando ad eam,& quia si aliter peccarẽt posset Iosue, vel posteri, qui essent viri boni accusare eos allegando fœdus,quod nunc inierant cũm domino,ipsi autem forte negarent,voluit Iosue, quòd manerent gesta ista scripta in loco aliquo,de quo nõ possent surripi,aut perdi, non poterant autem esse conuenientius quàm in libro legis Dei. Nam nullus locus secretior, & sanctior erat inter Israelitas, quam arca, quæ erat intra sancta Sanctorum,sed in hac non poterat ponere Iosue hanc scripturam, si scripsisset in aliquo libello,quia nulli licebat aperire arcam;immo & accedere ad eam,quando nuda foret, non licebat nisi sacerdoti magno, & aliquibus de minoribus, quos
H ipse secum vocasset ad velandum eam: Numeri 4.ca. aperire autem eam non legitur, quòd alicui liceret, nec licebat,nisi cui Deus specialiter iuberet. Intra hãc arcam erant tabulæ,& virga Aaron, & vrna, & manna ad Hebręos nono cap. Et quia hanc arcam non licebat aperiri, Moyses non posuit Deuteronomium in ea, sed in latere eius, quia de septennio in septennium debebat inde extrahi,& reduci in die tabernaculorum Deuteronomij trigesimo cap. manebat autem locus alius valde secretus, scilicet secretissimus immediate post arcam,& iste erat latus arcę, in quo erat liber legis: in hoc poterat conseruari scriptura hęc: potuisset autem Iosue libellum pactum continentem
I gesta fœderis huius, & præcepta tunc data conficere reponendum in latere arcæ:sed quia sacerdotes poterant inde tollere eum, cum de septennio in septennium educebatur liber legis, tutius fuit in ipso libro legis scribi, vt sic non posset perire, nisi pariter liber legis perderetur:hoc autem obseruauit Deus, vt omnia, quę manere debebant in testimonium essent in loco valde securo, de quo a nullo surripi possent, vel vt aliquid subscriberetur, vel tolleretur, & quia tabulæ legis seruabantur ad hoc ne possent Israelitæ negare se suscepisse legem a Deo,fecit eas Deus poni in arca, vt patet Exodi vigesimoquinto capitu.vbi iubetur quòd testimonium poneretur in arca, scilicet tabu-
K læ,quę erant testimoniũ: virga quoque Aaron manebat in memoriam, quòd Deus dedisset sacerdotiũ magnum Aaron, & posteris eius, ne quis illud sibi vsurparet, ideo posita est in arca, vt colligitur Numeri decimoseptimo capit. & patet ad Hebręos nono cap. vrna autem cum manna mansit ad memoriam diuini beneficij,scilicet,quòd Deus aluerat Israelitas in deserto illo cibo quadraginta annis, ideo fuit posita in arca, vt colligitur Exodi 16. capitu.& patet ad Hebrę. 9.capit.ista autem fuerunt posita in arca,quia raro,vel nunquam educenda erant, & quia arca nũquam aperiebatur, nisi Deus alicui interdũ specialiter iuberet, erant conuenienter in ea.Deuteronom.quoque legis cum cantico posuit Moyses ad memoriam, & testimonium

monium totius legis datæ, ne possent negare Iudæi præcepta, quæ receperant. Et quia liber iste erat educendus de septennio in septennium in festo tabernaculorum ad legendum coram populo, non potuit poni conuenienter in arca, sed posuit Moyses illum in latere arcę, vt inde eum sacerdotes educere possent tẽporibus suis Deuteronomij trigesimoprimo ca. cum isto autem libro pariter recondita sunt hæc scripta Iosue, scilicet in aliquibus folijs eius, vt cum quis negare vellet fœdus initum de seruando legem tempore Iosue poterat ex loco illo haberi sufficiens documentum.

Vbi factum est istud fœdus. *Quæst. XVIII.*

QVAERET aliquis, vbi factum est istud fœdus, & ea, quæ enarrantur.

Respondẽdum est, quòd facta sunt in Sichẽ, vt patet hic, & supra dicitur, quòd congregauit Iosue populum in Sichem. Sed tunc arguetur, quomodo erat ibi Sanctuarium: nam dicitur supra decimo octauo cap. quòd Israelitæ fixerunt tabernaculum in Silo, & postea ibi mansit, & fuit ibi vsque ad tempus Eli sacerdotis, de quo primo Regum primo cap. & vsque ad quartum: ergo non potuit esse in Sichem.

Silo, & Sichem, an idem sint. Alij respondent quòd Sichem, & Silo sunt idem: ideo existendo in Silo erat in Sichem: multæ enim sunt vrbes, quæ habent multa nomina. Sed non stat, quia ista erant duo loca: nam dicitur tertio Regum, duodecimo capit. quòd Ieroboam ædificauit Sichem in monte Ephraim, & habitauit ibi, sed postea capitu. decimoquarto. dicitur, quòd Ieroboam misit vxorẽ suam ad Ahiam prophetam in Silo, ergo non erat idẽ locus Sichem, & Silo. Item hoc tenet Iosephus quinto antiquitatum, dicens, quòd Iosue posuit sacrum tabernaculum domini iuxta Silo, & inde transiuit in Sichem.

Alij ergo respondent, quòd Sichem, & Silo erant loca distincta, nunc tamen non erat tabernaculum in Sichem, sed in Silo. Sed contra hoc videtur supra in litera, scilicet, quòd isti Israelitæ congregati steterunt coram domino: hoc autem est esse coram Sanctuario.

Ad hoc respondent, quòd esse coram domino est in quocunque loco, in quo multi sunt congregati ad aliquem actum pertinentem ad Deũ, quia dixit Christus, vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum: Matthæi decimo octauo capitu. ideo etiam si non esset ibi Sanctuarium, poterant dici esse coram domino. Sed hoc non stat, quia dicitur immediatè in litera, quòd Iosue tulit lapidem grandem, posuitque eum subter quercum, quæ erat in Sanctuario Domini.

Alij ergo respondent, quòd in Sichem erant nunc Israelitæ, & ibi non erat Sanctuarium Domini, sed quia congregauerat eos ibi Iosue, fabricauerunt ibi altare ad offerendum, & illud altare cum loco coniunctum vocabatur Sanctuarium domini: ipsum autem Sanctuarium domini non erat ibi, sed manebat in Silo. Istam expositionem tenet Iosephus quinto antiquita. dicens: Iosue autem de Galgalis denuo castrametatus sacrum tabernaculum constituit iuxta ciuitatem Seilon: locus enim opportunus pulchritudine videbatur, donec ędificare templum quietis causa permitteret, & deinde procedens ad Sichimam cum omni populo altare domino constituit. Sed hoc dato arguetur, quia hic dicitur, quòd tulit lapidem, & grandem posuit illum subter quercum, quæ erat in Sanctuario domini: ergo ibi erat tabernaculum, & non

A solum altare, quia dato quòd altare vocaretur Sãctuarium, non poterat in altari esse quercus.

Aliquis ergo respondebit aliter, quòd Sãctuarium accipitur hic propriè, & istud non erat in Sichem, sed in Silo: & quando dicitur hic de lapide posito in Sanctuario domini, dicunt, quòd fuit positus in Silo in Sanctuario in testimonium post istam concionem. Sed hoc non stat, quia iste lapis fuit positus in testimonium ante finitam concionem priusquam recederẽt Israelitæ de loco, in quo erant: quod patet, quia postquam posuit lapidem dixit ad populum: en lapis vobis in testimonium, quòd audieritis verba Domini, ne forte postea negare velitis, & mẽtiri domino Deo vestro. Et sequitur: dimisitque populum singulos in

B possessiones suas, scilicet post lapidis positionem. sed ista concio fuerat in Sichem congregata, vt patet in litera: ergo ibi fuit positus lapis iste, & ibi erat Sanctuarium, in quo erat quercus, sub qua fuit positus lapis.

Solum ergo potest responderi dupliciter ad hoc: vno modo quòd in Sichem non fuit Sanctuarium, sed solum altare constructum: & ipsum altare cum loco vicino vocatum fuit hic Sanctuarium propter res sacras, quæ ibi exercebantur. Et cum obijcitur, quòd lapis fuit ibi positus sub arbore, quę erat in Sanctuario. Dicendum, quòd locus coniunctus altari erat Sanctuarium, & in illo erat arbor, & lapis ibi positus est, & ista est positio Iosephi, vt dictum est. An in Sichẽ fuerit Sãctuariũ.

Aliter responderi potest, scilicet, quòd in Sichem

C fuit facta ista concio, & ibi fuit Sanctuarium Domini, & intra atrium Sanctuarij fuit arbor, & lapis. Et cum dicitur quomodo potuit ibi esse Sanctuarium, quia erat in Silo?

Respondendum est, quòd dupliciter esse poterat: vno modo, quòd intelligamus factum fuisse hoc aliter, quam contineat ordo literę, scilicet, quòd sit hic recapitulatio, & tamen ea, quæ habentur hic fuerunt facta ante ea, quæ habentur supra decimo octauo cap. & tunc cum tabernaculum fixum fuerit habita pace contra Chananæos eo tempore, de quo ibi: ante hoc tabernaculum erat mobile per loca, quia nõdum fuerat fixum in aliquo loco, ideo poterat duci in Sichem,

D & in quæcunque alia loca. Hoc autem tenet Iosephus ex parte quinto antiquitatum, scilicet, quia quamquam non dicat, quòd in Sichem fuit ductum tabernaculum, tamen tenet quòd hic sit recapitulatio, quia vult, quòd post hoc diuisa est terra per sortes, de quo supra decimo octauo cap. & ista positio satis est rationabilis, quamquam communiter dicatur, quòd ista, quæ habentur hic, fecit Iosue paulo ante mortem suã cum esset valde senex, & grandęuus.

Aliter potest dici, quòd Sanctuarium domini fuit in Sichem, quia quamquam fuisset positum in Silo; tamen translatum fuit in Sichem, nõ quidem ad semper ibi manendum, sed ad faciendum ibi aliquid spe-

E ciale, sicut nunc, quando congregatus fuit totus populus ad faciendum fędus, postea autem reductum fuit Sanctuarium in Silo, & mansit ibi semper vsque ad mortem Eli sacerdotis, quando arca capta est a Philisthinis, & tabernaculum trãslatum est ad vrbem Nobe. *Et tulit lapidem prægrandem.* Quando facta fuerunt hęc voluit Iosue relinquere testes, vel signum huius facti, & accepit lapidem pręgrandem, idest valde grandem, vt positio illius esset signum eorum, quæ facta fuerant. accepit autem Iosue lapidem, quia ille relinquendus erat, vt memoriale gestorum: consueuerant autẽ Iudęi tunc omnia memorialia gesta in lapidibus relinquere: sicut enim cum Moyses vellet memoriã relinquere, ꝙ Deus deleturus esset Amalechitas, construxit altare, vt patet Exo. 17. cũ aũt vellet relinquere

memoriam confirmationis legis factę in monte Sinai reliquit ibi duodecim lapideos titulos, & altare Exodi vigesimoquarto cap. cum etiam vellet memoriam relinquere confirmationis, quam facturi erant ipsius legis post introitum in terram Chanaan, iussit lapides magnos calce lęuigari, & super illos Deuteronomiũ totum ad memoriam æternam describi: fierique altare de lapidibus ad immolandas victimas pro solennitate confirmationis legis Deuteronomij septimo. Israelitę autem postea sic fecerunt, vt patet supra octauo capitu. Cum etiam relicturus esset Iosue memoriam transitus Israelitarum per Iordanem diuisum, fecit erigi duodecim lapides grandes in alueo Iordanis testes duodecim tribuum, quæ per locum ipsum transierant supra quarto ca. & cum vellet memoriam primæ castrametationis terrę Chanaan, & gestorum eius posteris dare, fecit tolli duodecim lapides de alueo Iordanis, & eduxerunt eos secum vsq; ad locum, in quo nocte castrametati sunt, scilicet in Galgalam, & manserunt ibi in signum posterorum supra quarto & quinto capit. cum etiam digna memoratu esset circuncisio illa, quam fecit Iosue iu Galgalis, videlicet, quando circuncidit omnes Israelitas, qui in deserto per quadraginta annos non circuncisi fuerant, cultris lapideis celebrata est, vt patet supra 5. cap. ita hic lapis magnus gestorum positus testis est.

Subter quercum, quæ erat in Sanctuario Domini. Erat aliqua magna quercus in Sanctuario, & sub illa positus fuit lapis. Iste lapis non mansit semper in Sanctuario, quia quamquam in Sichem diceremus interfuisse Sanctuarium, vbi ista celebrata sunt, tamen nõ fuit postea ibi Sanctuarium, sed in Silo: non tamen differunt, quia ibi vbi erat, scilicet sub illa quercu maneret in testimonium eorum, quę gesta erant, sicut Samuel pugnans contra Philisthinos posuit lapidem magnũ in itinere quodam vsque ad locum, ad quem persecuti fuerant, & percusserant Philisthinos dicens: hucusque auxiliatus est nobis dominus: primo Regum septimo cap.

Quomodo poterat esse quercus in Sanctuario Dei.
Quæst. XIX.

QVAERERET aliquis, quomodo poterat esse arbor ista quercus in Sãctuario Dei? nam Deus vetuerat dicens nõ plantabis lucum, & omnem arborem, iuxta altare Domini Dei tui: Deuteron. 16. cap.

Respondent aliqui, quòd hic erat vnica arbor intra Sanctuarium, & vna arbor non facit lucum, sed multæ: scriptura autem lucum vetuit.

Sed dicendum non stare, quia non solum lucus vetitus est, sed quæcunque arbor, scilicet non plantabis lucum, & omnem arborem, idest nullam arborẽ plantabis per ęquipollentiam contrariorum.

Aliter respondent quidam, quòd vetabatur plantare lucum vel arborem in Sanctuario, siue apud altare, tamen non vetabatur esse ibi arbores, si illę prefuerãt, & non iubebantur scindi.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, nam ratio pręcepti eadem est, quia hoc iubebatur propter cultores idolorum, & potissime propter cultores Priapi, qui post sacrificia libidinibus, & obscęnitatibus vacabãt, vt declaratum est Exodi vigesimo cap. in fine, & Deuteronomij decimosexto capit. si autem altare poneretur apud arbores, quæ iam prexistebant eędem obscęnitates fieri poterant: ideo apud lucum, vel arbores non debebat poni altare, vel si construeretur debebãt arbores abscindi.

Rabbi Salomon. aliter respondet, scilicet, quòd hic

F est error, per æquiuocationem, quia dictio quæ hic ponitur, pro qua nos dicimus quercum est æquiuoca ad signandum quercum, vel liminare domus, & hic accipitur in secundo sensu, scilicet, quòd fuit positus lapis ille sub liminari in Sanctuario, & tunc non stabit aliqua difficultas.

Sed hoc non stat, quia lapis iste relinquebatur in memoriam posterorum, & in testem, ideo poni debebat in loco patenti, vbi omnes eum conspicere possent & memorari initi fęderis. Si autem sub liminari esset, necessarium erat, quòd esset sub terra, ideo ad manifestationem nihil proficeret.

Item non stat, quia dato quòd fuisset Sanctuarium nunc in Sichem, non erat ibi liminare domus Dei,
G quia hoc erat, quando erat constructa aliqua domus, in qua esset tabernaculum, quæ posset habere liminare, & superliminaria & postes, tabernaculum autem ipsum, quod Moyses construxerat, nihil tale habebat, quia omnis introitus eius erat de velis hiacinthinis, & multorum colorum, & non erat ibi liminare, nec postes: ergo in Sanctuario in Sichem non poterat esse limen, sub quo poneretur lapis: potuisset autem esse in Silo, quia ibi constructa fuerat domus magna ad mãsionem tabernaculi, quia ibi magno tempore manere debebat, sed non factum est ibi: ideo non tenet ista expositio, sed dicendum est, quòd fuerit lapis positus sub arbore.

Et tunc respondendum est secundũ vnam de duabus vijs, scilicet, quomodo esset Sanctuarium in Si-
H chem, & illi qui dicunt ibi fuisse solum altare constructum, & non tabernaculum, debent dicere, quòd apud altare erat quercus magna, sub qua positus fuit lapis.

Et cum dicitur, quòd erat contra legem, respondetur, quòd si altare Domini debuisset ibi manere aliquanto tempore, non licuisset altare poni apud arborem, sed amputanda erat: quia tamen hoc fuit solum ad vnam diem, scilicet, quando initum fuit fędus, & data fuerunt præcepta, & post quam nunquam Israelitę ibi sacrificauerunt, licitum fuit, mansit autem arbor, & sub illa lapis magnus.

Secundum illos, qui dicunt, quòd in Sichem fue-
I rit Sanctuarium: dicendum est, quòd arbor ista fuit in Sanctuario Domini, idest in atrio tabernaculi: Israelitæ enim quando mouebantur per desertum figebãt tabernaculum vbicunque volebãt, & in circuitu eius erigebatur atrium, quod erat magnę longitudinis, & latitudinis, de qua Exodi vigesimoseptimo capitu. & poterant ibi multę arbores esse, quia atrium tabernaculi non habebat operimentum pro tecto, sed solum parietes de velis byssinis innixos columnis altitudine cubitorum quinque, pręallegato capitu. ideo etiam si essent arbores valde excelsę, nil obstabat. Et sic quando in Sichem positum fuit tabernaculũ, intra atrium eius fuit aliqua quercus, & sub ea lapis positus: & tunc dicendum, sicut supra, quòd si Sanctuarium
K Domini aliquanto tempore ibi mansurum foret illicitum esset, quòd ibi esset aliqua arbor, cum tamen vnica die manserit, vel paucissimis secundum exigentiam eorum, quæ hic facta sunt, licuit ibi esse arborem.

Et dixit ad omnem populum: en lapis iste. Hic ponitur quintum, in quo ad consensum supradictum signum applicat, scilicet inducendo lapidem in testem.

En lapis iste vobis erit in testimonium. Idest iste lapis magnus hic positus erit testis, quòd feceritis fœdus cum domino ad obediendum ei semper.

Quomodo

Quomodo iste lapis collocatus sub arbore ab Iosue, ponebatur in testem. *Quæst.* XX.

A QVAERET aliquis quomodo lapis iste ponebatur in testem; nam per eum nil probabatur: ipse enim non poterat testimonium perhibere eorum, quę gesta erant: & si quis ostenderet eum ab antiquis positum sub arbore, diceretque fuisse ad hoc positum, negaretur, quia non apparebat, quòd ad hoc magis quam ad aliquid alterum positus esset.

Aliquis dicet, quòd iste lapis erat positus in testimonium, quia sufficiens testimonium habebatur per illum eorum, quæ gesta erant, sicut multa alia huiusmodi Deus reliquit in testimonium: sic enim tabulæ duę lapideę in quibus erat legis decalogus scriptus fuerunt reseruatę in arca ad sufficientem probationē, quòd Deus dedisset legem Israelitis: sic etiam virga Aaron erat in arca in signum sacerdotij magni ei, & posteris suis a Deo collati: vrna quoque continens manna erat cōseruata ibidem in testimonium, quòd tali cibo aluisset Deus Israelitas in deserto quadraginta annis, & Deuteronomium similiter erat in testimonium in latere arcę, vt supra dictum est, & ista sufficienter probabant ea, ad quæ ponebantur: ergo lapis iste in testimonium adductus probaret.

Respondetur, quòd non erat simile: nam tabulæ legis probabant legem a Deo datam: quia ipsę erant taliter scriptæ, quòd nullus hominum talem scripturam fabricare potuisset. Erant namque scriptæ digito Dei vtręque tabulæ tam primæ, quam secundæ, vt patet Exodi trigesimosecundo capit. & trigesimoquarto capit. Cum ergo illæ tabulæ præsentarentur alicui, ille videns scripturam illam nequaquam potuisse fieri manibus hominum, necessario crederet opere Dei confectas tabularum inscriptiones. Virga quoque Aaron sufficienter proferebat probationem, quia cum ipsa a multis sæculis in arca mansisset, semper florens erat, vt declaratum est Numeri decimoseptimo capi. cum ergo aliqui viderent virgulam paruam in arca reconditam florentem, & viridem esse, necessario viderent illud opus naturæ limites excedere, & esset exactissima probatio. Vrna quoque cū māna sufficienter probabat, quia ibi erat talis cibus, qualis apud nullam terram nunquam inuentus est, nec aliqua humana confectione fieri posset: qualitas quoque eius contra naturæ cōditionem nimis hoc signabat, scilicet, quòd ad solem liquefiebat, & ad ignem indurabatur, vt patet Exodi decimosexto capi. & Numeri vndecimo capit. abundantissima ergo erat omnium istorum probatio. Liber quoque Deuteronomij, qui in latere arcę reconditus erat probationem sufficientem faciebat, non quidem ex modo scripturæ, quia humano artificio facta erat, scilicet per Moysen Deuteronom. trigesimoprimo capitu. sed ex loco, in quo erat, scilicet in latere arcę, quia cum ibi posuisset eum Moyses, nemo poterat illum surripere, vt detraheret testimonium, nec poterat aliquid inde radere, aut super scribere, quia cum esset in tali loco nulli erat fas illuc accedere, nisi ei ex officio conueniret, & huic quidem si bono zelo accederet alioquin periret, sicut de Bethsamitis, quibus non licebat accedere, alias videre arcam, & quia viderunt, mortui sunt plurimi, vt patet primo Regum sexto capit. Oza quoque sacerdos, quamquam esset sacerdos, cui ex officio accedere licebat, quia tamen illicite, vel indebite accessit mortuus est secundo Regum sexto cap. sic igitur si conaretur quis accedere ad latus arcæ ad detrahendum ibi librum legis, vel ponendum aliquē alium, quia hoc valde illicitum erat, moreretur: videbant tamen populares, quòd sacerdotes, de quolibet septennio in septennium educebant librum de latere arcę, & non lędebantur, ideo necessarie concludebāt, quòd ille esset vere liber legis, quem manu sua scripsit Moyses. De lapide autem magno, quem posuit Iosue sub arbore non erat sic, quia in illo nullum signum erat, secundum quod probaret. Nec differebat lapis ille in aliquo ab alijs lapidibus: ideo licet quis assereret positum fuisse illum in testimonium huius rei, alij negarent, & nulla esset probatio.

Respondendum est, quòd iste lapis non probabat, sed erat quoddam signum, vel rememoratiuum, scilicet, quòd quando viderent Israelitæ illum recordarentur fœderis initi cum Deo tempore Iosue. Iste B modus fuit in altare, quod construxit Moyses in Raphidim in memoriā deletionis Amalechitarum, & de titulis positis in monte Sinai, & de altari, & de lapidibus, in quibus sculptum fuit Deuteronomium, & de 12. lapidibus aluei Iordanis, & alijs 12. lapidibus Galgalæ, de quibus supra diximus. Nam hęc omnia erant quædam signa memoratiua: non tamen erant sufficientia, & aperta testimonia. Et sic lapis iste fuit positus in testimonium, idest in signum.

Quod audieritis verba domini, quæ locutus est vobis. Idest, quòd iuraueritis obedire illis, & obseruare, & super hoc fœdus inieritis. Nam si solum intelligatur de auditu verborum nihil proderat, quia quotidie illa audiebant: & dato, quòd audiuissent, nihil ex hoc sequebatur, si aliquid amplius non fuisset: sed intelligendum C est de auditu, & fœdere, de quo hic agebatur, & huius signatiuus ponebatur lapis. In Hebręo habetur.

Quod audierit verba domini, quæ locutus est vobis. Idest iste lapis erit testis eorum, quæ hic gesta sunt, quia ipse audiuit verba domini, quæ locutus est vobis, scilicet verba legis domini, quæ recitauit Iosue coram Israelitis, & iudicia atque precepta, quæ ipse proposuit. Dicunt enim Iudæi quidam, quod realiter iste lapis audiuit tunc verba illa, & hoc miraculose. Sed falsum est, atque impossibile: quia nec per miraculum, nec sine miraculo lapis audire potest dum lapis manet: includit enim contradictionem, quia nihil audire potest, nisi potentiam habeat auditiuam etiam miraculose, sed lapis etiam per miraculum non potest habe- D re potentiam auditiuam, ergo non potest audire: bene enim Deus potest de lapide hominem facere: sic dicit Ioannes Baptista, vt patet Matthei tertio capitu. scilicet dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Et non immerito, quia qui de homine subito lapidem facit, poterit subito lapidem in hominem conuertere. Sic factum est de vxore Loth, quæ quia respexit retro contra mādatum Angelorum versa est illico in statuā salis Gen. decimonono capitu. si autem de lapide Deus hominem fecerit, iam iste audiet, quia homo est, sed dum manet in esse lapidis impossibile est, quia ad audire requiritur potentia auditiua: vbi autem est potentia auditiua, necessario est anima, quia potentia ista est vir- E tus animæ: vbi autem est anima, est animal: ergo lapis si audiret, esset animal.

Dicendum ergo, quòd per miraculum Deus poterat facere lapidē audire, scilicet, quòd fieret lapis homo, & quòd tunc audiret, quòd tamen lapis manens lapis audiat, impossibile est. Debet ergo intelligi litera Hebraica, sicut exposuit litera nostra, scilicet, quòd audieritis verba domini: nam modus loquendi Hebraicus est nimis impolitus, & improprius: & interdum mutantur ibi personæ inconcinne contra totam Latinitatis consuetudinem: ideo si in Latinum sic verteretur, esset quid prorsus abiectione dignum: ideo Hieronymus in libro, de Optimo genere interpretan-

pretandi ad Pamachium, air, quòd optimum genus interpretandi est, non semper verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferri.

Ne forte postea negare velitis. Scilicet dicentes, quòd non audiuistis ista verba: sed ad hoc, vt supra dictum est, non erat sufficiens testimonium lapis iste, sed erat aliquale signum: ideo cum Israelitæ illum viderent recordarentur fœderis initi, & nollent negare, quod gestum erat: sufficiens tamen testimonium huius erat scriptura facta in volumine legis, qa ibi expressa erant omnia gesta, vt patet ex supra dictis.

Et mentiri domino Deo vestro. Idest mentiri contra dominum, scilicet, quia istud mendacium contra dominum erat in damnum, vel offensam ipsius solius, quia per hoc quòd negabant hęc, volebant se subtrahere ab obligatione, quæ inducta fuerat per fędus initum de seruando legē, quod erat ad cultum Dei exaggerandum.

Dimisitque populum singulos in possessionem suam. Idest postquam facta sunt hæc Iosue dimisit populum, idest, dedit omnibus licentiam recedendi, & iuerunt singuli in possessiones suas.

Ex hoc patet, quòd non sit hęc recapitulatio, scilicet, quòd id, quod ponitur hic fuerit ante id, quod habetur supra decimo octauo capitu. Nam ibi nondum erat diuisa terra per sortes, nec habebant Israelitæ determinatas possessiones, cum hoc factum fuerit post sortes missas. Sed hic iam populus habebat distinctas possessiones, cum iuerit quilibet in possessionem suam, ergo istud post illud, quod habetur supra decimo octauo capi. factum est, & non est hic aliqua mutatio ordinis.

Et post hæc mortuus est Iosue filius Nun seruus Domini, centum decem annorum: sepelieruntque eum in finibus possessionis suæ in Thamnathsare, quæ est sita in monte Ephraim, & septētrionali parte mōtis Gaas. Seruiuitque Israel domino cunctis diebus Iosue, & seniorum, qui longo vixerunt tempore post Iosue, & qui nouerant omnia opera Domini, quæ fecerat in Israel. Ossa quoque Ioseph, quæ tulerant filij Israel de Aegypto, sepelierunt in Sichem in parte agri, quem emerat Iacob a filijs Hemor patris Sichem, centum nouellis ouibus, & fuit in possessionem filiorum Ioseph. Eleazar quoque filius Aaron mortuus est: & sepelierunt eum in Gabaath Phinees filij eius, quę data est in monte Ephraim.

Exo. 13. 13. qō. 2. §. soror post c. Hebron.

Et post hæc. Hic ponitur secundū principale, in quo mors ducis adiungitur: & dicitur. *Post hæc mortuus est Iosue*. An mortuus fuerit Iosue magno tempore post istam concionem, vel breuiter, patere non potest.

An nunc fuerit mortu⁹ Iosue.

Constat tamen, quòd ista fuit vltima concio, quam ipse fecit ad Israelitas, de his, quæ scriptę leguntur. Nam ista fuit propinquior morti Iosue, quam ea, quæ habetur in pręcedenti capitu. Illa autem fuit facta post introitum in terram Chanaan anno vigesimoseptimo. nam dicit Iosephus antiquitatum libro quinto, quòd Iosue fecit illam admonitionem anno vigesimo postquam Rubenitæ, & Gaditæ construxerunt

F altare apud Iordanem: quod ad minus fuit septem annis post introitum in terram Chanaan: nam ab introitu vsque ad diem, quo Caleb petijt sibi dari hęreditatem Hebron, transiuerunt fere anni septem, vt probatur ex supra decimoquarto capitu. constructio tamē altaris postea fuit, & sic ad minus illa concio, vel admonitio esset annis vigintiseptem post introitum in terram Chanaan: fuit autem hęc post illam aliquanto tempore. Iosephus vult è contrario, scilicet, quòd istud factum fuit ante illud, quod habetur supra decimoquarto capit. sed non multo conuenit pręcedenti literæ, quamquam esset defensabile, & tunc exponeretur litera superior, scilicet, quòd Iosue dimisit singulos in possessionem suam, idest in terram, in qua

G habitabant, quia licet nondum esset terra diuisa per septem annos, morabantur Israelitæ in vrbibus quas ceperant, singuli vbi volebant, & istę poterant vocari possessiones suę, sed melius est contrarium.

De Iosue dicit Iosephus quinto antiquitatum: Iosue Israelitas admonens defunctus est, cum vixisset annis centum decem, quorum cum Moyse quidem de doctrina vtilium rerum moratus est quadraginta dux autem post illius mortem sex, & viginti fuit, vir nec sapientia indignus, nec eorum, quæ cogitabat, vt multa sapienter edisceret inexpertus: sed vbique summus, & ad opera, periculaque magnanimus, audaxq; verbo bella disponere, & in pace dextere, & in oī tpe pręcipua virtute conueniens. *Filius Nun*. Istud ponitur ad notificandum, quòd alij vocabantur hoc nomi

Quid Iosephus de morte Iosue.

H ne: fuit autem istud nomen Saluatoris nostri: nam sicut ex Iosue in Hebræo, ita saluator noster vocatus est, & sic Christus vocatur Iesus, & ita iste secundum formam Latinam vocatur, vt patet Ecclesiastici quadragesimosexto capitu. scilicet fortis in bello Iesus Naue. Et ad Hebræos quarto capitu. vocatur Iesus. *Seruus domini*. Vocatur seruus Domini, quia specialiter dominum coluit, zelatus est legem illius.

Centum decem annorum. Secundum computationem Iosephi supra positam, necesse est, quòd Iosue cum exiuit de Aegypto esset annorum quadragintaquatuor. Et postea moratus est quadraginta annis cum Moyse in toto tempore, quo fuerunt Israelitę in deserto, & istud tempus fuit ad doctrinam rerum vtiliū, scilicet ibi didicit principari sub disciplina Moysi,

I post introitum in terram Chanaan vixit annis 26. & his fuit dux populi.

Sepelierunt eum in finibus possessionis suæ. Idest in quodam agro suę possessionis. Antiquitus enim quilibet sepeliebatur in fundo suo, vel illi, qui erant de eadem progenie accipiebant vnum fundum, in quo omnes sepelirentur, & ille erat iam locus sacer, & vocabatur religiosus secūdum leges humanas: nec debebat trāsferri ad alios vsus, sic enim Abrahā emit ab Hemor, vel Hephrō Hethęo agrum quēdam ad ius sepulchri apud vrbem Hebron, & ibi sepultus est ipse cum vxore sua: Gene. vigesimotertio capitu. ibi postea sepulta fuit tota cognatio eius. Nam filius eius Isaac cum

Mos antiquorū sepeliendi mortuos.

K uxore sua, & Iacob nepos cum Lia sepulti sunt ibi: Gene. 49. cap.

In Thamnathsare. Ista erat ciuitas, in qua mortuus est Iosue: nam fuerat ei data in possessionem, quia postquam diuisa est tota terra Chanaan per sortes, petijt Iosue dari sibi vrbē Thamnathsare, & dedit ei illam populus, vt patet supra 19. cap.

Quæ sita est in monte Ephraim. Et erat ista ciuitas in monte Ephraim, quia erat Iosue de tribu Ephraim, vt patet Numeri decimotertio capitu. quilibet autem accipere debebat possessionem inter eos, qui erant de tribu sua, ideo ipse accepit in sorte Ephraim, & erat in mōte Ephraim ista ciuitas, quia sors Ephraim erat

pro

pro maiori parte montuosa,& ideo vocatur mons Ephraim. A

A septentrionali plaga montis Gaas. Iste mons etiam est in sorte Ephraim, nec respectu huius montis erat ciuitas Septentrionalis. *Seruiuitque Israel domino cunctis diebus Iosue.* Scilicet non declinauerunt ad idola, totus enim bonus status Iudæorum erat in non declinando ad idola, sed si hoc facerẽt cętera peccata erãt remissibilia faciliter, sed circa hoc erat Deus valde ęmulator. Tempore autem Iosue seruiuit totus Israel Deo, scilicet non declinando ad idola, nec transgrediendo aliquam de legibus eius, eo quòd Iosue erat valde vigilans circa legis custodiam,& frequenter vocans Israelitas in concionem,vt seruarent: siquis autẽ contra legem Dei contumax existeret acerrime vindicabat:quod patet, quia cum duæ tribus, & dimidia altare cõstruxissent,quod idolatriæ signum videbatur contra eas bellum instituebat, nisi se de suspectione huius facinoris excusassent. B

Et seniorum qui longo tempore vixerunt post Iosue. Non solum Israelitæ coluerunt dominum nihil declinantes tempore Iosue,sed etiam tempore seniorum, qui secuti sunt eum,quia illi nouerant opera Dei, ideo zelabant cultum eius.

Aliqui dicunt, quòd isti seniores fuerunt iudices, qui successerunt Iosue,& tempore eorum Israelitę coluerunt dominum non declinãtes ad idolatriam, sed antequam iudex aliquis esset declinauerant ad idola, ergo non vocantur illi hic seniores. Quod patet: quia iudices surgebant in Israel, quando opprimebantur Israelitæ ab hostibus,& accipiebant aliquem supra se, vt pro eis pugnaret contra hostes: sed Deus non tradebat Israelitas in manus gẽtium, nisi cum coluissent Deos alienos, ideo ante quemlibet iudicem colebãt Israelitæ idola. Quod patet ex processu libri Iudicum. Nam primus iudex fuit Othoniel, vt patet Iudicum tertio capitu. iste tamen pugnauit contra regem Chusanrasathaim, qui premebat Israelitas postquam idola coluerant,vt eodem cap. C

Qui fuerunt isti seniores,& quanto tempore durarunt, qui post obitum Iosue remanserunt. Quæst. XXI.

QVAERET aliquis, qui seniores fuerunt isti, & quanto tempore durauerunt. Respondendum est,quòd cum isti seniores nõ sint iudices,vt probatum est supra, sed fuerunt postea iudices,necessariũ est,quòd fuerint inter mortem Iosue,& primum Iudicum. Non est autem intelligendum, quòd isti seniores successerunt ibi per ordinem, ita quòd vnus de illis regeret aliquo tempore post mortem Iosue, deinde alio defuncto alius succederet,& sic transirent multi. Nam ad hoc multum tempus esse necesse erat, quo isti seniores regerent: sed falsum est, quia vt infra declarabitur, inter mortem Iosue,& principium Iudicum paucum efflu xit tempus:sed dicendum, quòd isti erant aliqui viri senes valde honorabiles in populo,qui erant tempore Iosue:eo autem defuncto superuixerunt aliquanto tempore, & in illo non permiserunt declinare populum ad idola, quia ipsi erant valde ęmulatores legis, & populus reuerebatur eos,quia erant nimis honorabiles in populo: Isti autem omnes seniores fuerunt coętanei Iosue, & fuerunt in deserto, & forte multi eorum egressi sunt de Aegypto, & hic apparet, quia dicitur infra,quòd isti nouerãt omnia opera domini, quæ fecerat in Israel,scilicet,quia viderant illa, & ista erãt mirabilia,quæ egit tam in deserto, quam post introitum in terram Chanaan, & isti seniores fuerunt simul,scilicet,quòd modicum superuixit vnus alio,& D

quamquam dicatur hic, quòd post Iosue vixerunt lõgo tempore,tamen non fuit istud tempus valde longum,quia forte non fuit vltra viginti,vel vigintiquinque annos,quod patet quia Othoniel fuit primus iudex Israel, vt habetur Iudicum tertio capitu. & antequam ipse fieret iudex, seruierant Israelitæ idolis aliquanto tempore, & post hęc traditi in manus Chusanratsathaim, & seruierant ei annis octo, eodem capitu. sed iste Othoniel fuit tempore Iosue, & erat tunc vir bellator, scilicet in introitu in terram Chanaan,& quando diuisa est terra: ipse quoque tunc accepit vrbem Cariathsepher, vt patet supra 15. capitu. ergo modicum tempus fuit inter mortem Iosue, & iudices. Item patet, quia a morte Iosue vsque ad finẽ principatus Othonielis, qui fuit primus Iudex interciderunt anni quadraginta solum: nam quadraginta annis dicitur quieuisse terra Iudicum tertio capitu. est autem consuetudo in computatione Iudicum tẽporum, vt non solum quantum durauerint ipsi iudices describatur, sed etiam totum tempus præcedens a morte præcedentis iudicis computando tempora media, quæ fuerunt sine iudice: quod colligitur tertio Regum sexto capit. vbi ponitur quot tempus fluxit ab exitu de Aegypto vsque ad constitutionem tẽpli Salomonis, & computando tempora Iudicum,& regum,& tempus deserti atque principatus Iosue reperitur tota illa summa annorum, quod non esset, si in temporibus Iudicum non computarentur tempora media,quæ fuerunt sine iudicibus: necesse est ergo quod computando totum tempus,quo Othoniel iudicauit Israel,& octo annos,quibus ante hoc Israelitę seruierunt regi Chusan,& aliquãtulum tempus, quo ante hoc coluerũt idola cum reliquo tempore, quod a morte Iosue vsque illud fluxit, solum fuerint quadraginta anni,alioquin necesse esset, quòd in summa annorum, quæ habetur tertio Regum sexto capitu. reperirentur plures anni:sed isti seniores, qui fuerunt post Iosue fuerũt ante principatum Othonielis,& ante octo annos, quibus Israel seruiuit Chusan regi, & antequam colerent idola, ergo tempus eorum non durauit post mortem Iosue, nisi viginti annos, aut parum plus:vocatur tamen istud hic lõgum tempus. Hoc idem habetur Iudi. 2. cap.

Et qui nouerant omnia opera domini,quæ fecerat in Israel. Idest qui cognoscebant omnia mirabilia,quæ fecerat Deus pro Israelitis, scilicet, quia forte isti egressi sunt de Aegypto:minores tamen viginti annis. horũ enim multi in terram Chanaan introierunt, & isti in Aegypto viderunt signa, quæ fecerat Deus pro Israelitis pcutiendo Aegyptios, & apertionem maris rubri:omnia quoque miracula, & beneficia collata in deserto insuper magnificas multiplicesque victorias contra Chananęos habitatores terræ. Et dicitur,quòd nouerant omnia opera Domini,quia Israelitæ erant rudes, & non mouebãtur ad cultum Dei, nisi per beneficia, & quia quanto plura beneficia receperant, tanto magis obligati erant, illi qui plura beneficia Dei viderãt magis ęmulabantur legem Dei, & sic fuit de istis senioribus, quia ipsi viderant omnia beneficia Dei super Israelitas, ideo magis quam cęteri ad dominum colendum ferebantur. *Ossaque Ioseph.* Hic ponitur quoddam incidens, scilicet de sepultura Ioseph:sancti enim patres, qui in Aegypto mortui sunt desiderauerunt sepeliri in terra Chanaan vnde Iacob mortuus est in Aegypto, sed commendauit filio suo Ioseph, quòd duceret cadauer eius in terram Chanaan ad sepulchrum patrum suorum:quod factũ est Gene. 40. capitu. Ioseph autem priusquam moreretur adiurauerat Israelitas, vt quando ascenderent de Aegypto asportarent secum ossa sua, vt eodem capi. Moyses au- E

ses autem ob hoc iuramentum accepit illa, & eduxit de Aegypto ductaque sunt quadraginta annis per desertum: Exodi decimotertio capitu. Cum autem introierunt Israelitæ in terram Chanaan, non sepelierunt ossa Ioseph immediate, sed postea acquisita terra de manu hostium sepelierunt ea in loco suo.

Quæ tulerant filij Israel de Aegypto. Moyses portauit illa ipseque inquisiuit, quia tunc duxit ea propter iuramentum, quod fecerant omnes Israelitæ. Dicitur quòd portauerunt filij Israel.

Sepelierunt in Sichem. Ista est ciuitas quædã, quę fuit data sacerdotibus supra 21. Et facta est vna de ciuitatibus refugij supra 20. capitu. Quæreret aliquis quare ossa Ioseph magis sepulta sunt in Sichē quam in alio loco.

Respondēdum est, quòd semper fuit hoc apud antiquos tam gentiles quam Hebræos, quòd locus, in quo cadauera tumulabantur, sacer esset, & non transiret ad alios vsus prophanos, & siquis intulisset cadauer in fundum alicuius, faciebat illũ sacrum, & quia si ossa Ioseph sepulta fuissēt in aliqua parte terrę Chanaan, quæ postea peruenisset in sortem alicui tribui, de qua non esset Ioseph, fiebat grauamen quoddam illi tribui, quia tollebatur ei illa pars terrę, vel fundus, vbi sepulta essent ossa Ioseph, quia iam locus esset sacer: debuerunt sepeliri in terra, quæ pertineret ad sortem alicuius de tribu Ioseph, scilicet Ephraim, vel Manasse: sicut fuit de Sichem, quia fuit ĩ sorte Ephraim, vt patet supra 20. Sed tunc dicetur, cum essent multa alia loca in sorte Ephraim, & Manasse, quare magis in vrbe Sichem quam in alijs?

Respondendum est, quòd hoc fuit, vt sepeliretur Ioseph in eo, quod maxime erat suum. pertinebant autem ad Ioseph duæ sortes in terra Chanaan, scilicet sors Ephraim, & Manasse, sed hoc erat generaliter, scilicet de iure generali, scilicet, quia etiam ad quēlibet de fratribus eius, scilicet Ruben, Simeon, Iudã pertinebant aliquæ sortes, specialiter autem pertinebat ad Ioseph aliud alterum, scilicet ager quidã apud vrbem Sichem: nam quando Iacob testamentaria dispositione ordinauit statum filiorum suorum, adoptauit duos filios Ioseph, scilicet Manassem, & Ephraim, vt acciperēt duas sortes, & computarentur tanquam duo filij Iacob, vt patet Gen. 48. deinde tradidit Iacob specialiter Ioseph partem agri, quam emerat apud Sichem, scilicet do tibi partem vnam extra tuos fratres, quam tuli de manu Amorrhęi in gladio, & arcu meo. eodem capit. Magis ergo debuit sepeliri in agro illo quam in aliquo alio loco, quia nil Ioseph tam specialiter pertinebat sicut ille ager: nam cętera, quę erãt in duabus sortibus Manasse, & Ephraim, pertinebant ad eum vnico iure, & generali, ager autem iste pertinebat duplici iure, scilicet primo iure generali inquãtum erat quædam pars alicuius harum sortium: secũdo iure speciali inquantum Iacob pater suus specialiter legauerat ei partem illam: ibi ergo debuit sepeliri. Et ob hoc Israelitæ non sepelierunt ossa Ioseph, quousque capta terra Chanaan de manu hostium, atque diuisa incępit possideri Sichem a tribu Ephraim, & tunc isti, quia erant filij Ioseph incęperunt possidere terram, & sepelierunt ossa patris sui ibi.

In parte agri, quam emerat Iacob a filijs Hemor. Iste erat quidam ager apud vrbem Sichem, quē emit Iacob, quãdo venit de Mesopotamia, & cępit habitare apud Sichem, in quo agro habitauit, & habebat loca pascē di oues, & exercendi agriculturam, quia erat magnus ager. Dicitur emptus iste a filijs Hemor, idest a subditis eius. Hemor enim erat nomen regis Sichem: vt patet Gene. 34. capitu. aliqui enim de Sichimitis vendiderunt agrum istum Iacob, & isti vocantur filij He-

F mor, sic dixit Hephron, Hethęus, Abrahę agrum trado tibi, & spelũcam, quæ in eo est præsentibus filijs populi mei Gene. 23. capitu.

Patris Sichem. Hic potest accipi Sichem dupliciter. scilicet pro nomine vrbis, & pro nomine viri: nam filius regis Hemor vocabatur, sicut ciuitas sua, scilicet Sichem, vt patet Gene. 34. capitu. scilicet, quòd cum vidisset Sichem filius Hemor principis terræ. Vtroq; modo potest hic accipi, scilicet, quòd sit nomen viri, quia iste Hemor de quo hic dicitur, erat vere pater Sichem: nominatur autem hic iste iuuenis, quia iste est famosus in scriptura, scilicet, quia oppressit Dinam filiam Iacob: propter eum destructa fuit vrbs Sichem, vt patet prealleg. capi. vel accipitur pro vrbe, & tunc
G est verum, quòd Hemor erat pater Sichem, idest dominus vrbis Sichem: sic accipitur supra immediate, scilicet, quòd emit Iacob istum agrum a filijs Hemor & vocantur filij Hemor subditi sui, sic etiam accipitur Gene. 33. cap.

Quomodo dicitur hic, quòd Iacob emit hanc partem agri in Sichem. Quæst. XXII.

QVAERET aliquis quomodo dicĩt hic, quòd Iacob emit istam partem agri, quia ipse dixit, quòd ceperat eam de manu Amorrhęi, vt patet Gene. 48. scilicet do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.

H Respondēdum est, quòd ista pars agri empta fuit, quia quando venit Iacob de Mesopotamia in terram Chanaan apud Sichem non habebat in terra illa locũ habitandi, & pascendi greges: ideo emit partem agri a Sichimitis: sic patet Gene. 33. capit. scilicet habitauit iuxta oppidum, emitque partem agri in qua fixerat tabernacula a filijs Hemor patris Sichem. Dixit tamē Iacob, quòd acceperat illam de manu Amorrhęi in gladio, & arcu, quia quando filij sui dolose occiderũt omnes viros Sichimitas, omnes Chananęi, qui habitabant in circuitu terræ illius congregati delere volebant Iacob, & domum suam: sed timor domini irruit super habitatores terræ illius, & non ausi fuerunt hoc facere Gene. 34. capitu. & 35. & tunc obtinuit Iacob
I in gladio, & arcu nō solum illam partem, quam emerat de agro, sed etiam totã Sichimam. De hoc declaratum est magis Gene. 34. cap.

Centum nouellis ouibus. Scilicet ager erat magnus, & dedit Ioseph centum oues nouellas pro illo. vocãtur oues nouellæ paruæ ætatis, scilicet vnius anni: & hoc magis declaratur Gene. 33. vbi dicitur, quòd emit agrum istum centum agnis. In Hebræo dicitur centum obolis, vel siclis, sed ad idem redit. litera tamen nostra posuit id, quod datum est: litera autem Hebraica posuit ęstimationem: fuit enim secundum veritatē commutatio facta in ouibus: nam Gene. 33. cap. dicitur sic, & litera nostra sic transtulit, quia ibi sic habebatur: ponuntur tamen in Hebræo centum sicli, vel
K oboli: quia centum nouellę oues, vel agni valebant cē tum siclos. Quod patet, quia vnus aries inter Hebręos communiter valebat duos siclos, vt patet Leuitici 5. agnus autem esset, sicut dimidium arietis in valore, ideo valeret vnus agnus vnum siclum, & sic ponuntur in Hebręo centum sicli pro centum agnis, vel nouellis ouibus.

Et fuit in possessionem filiorum Ioseph. Idest ager iste fuit in possessione, & sorte filiorum Ioseph, quia iste ager erat in possessione Sichem apud vrbem Sichem, vt patet Gene. 33. c. vrbs autem Sichem fuit in sorte Ephraim, vt patet supra 20. & 21. & Ephraite erant de filijs Ioseph, ideo fuit in possessione filiorum Ioseph:

ponitur autem hoc ad signandum, quòd Ioseph fuit sepultus inter suos: non enim decebat, quòd sepeliretur in sorte alterius tribus.

Eleazar quoque filius Aaron. Hic enarratur aliud incidens tẽporale, scilicet de morte Eleazari. Iste enim fuit mortuus eo tempore, quo Iosue. & exprimitur de hoc, quia sicut Iosue erat princeps populi, ita etiã Eleazar erat princeps magnus: nam erat summus sacerdos, & ex hoc in toto populo honorabilissimus, ideo cum de morte Iosue actum sit, agitur de morte illius. Item pertinebat nimis ad Iosue, quia Deus dederat eum Iosue in coadiutorem, scilicet, quod consuleret Eleazar dominum pro eo, vt patet Numeri 27. scilicet pro hoc siquid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet dominum: iste Eleazar fuit summus sacerdos secundus: nam ante hoc Aaron pater eius solus suscepit summum sacerdotium, & fuit iste factus pontifex per Moysen moriente Aaron patre suo super montem Hor anno quadragesimo ab exitu de Aegypto, vt patet Numer. vigesimo cap. Introiuit autem iste in terram Chanaan, & ipse, & Iosue fuerunt præcipui inter diuisores terræ Numeri 34. capitu. & supra 14.

Et sepeliuit eum in Gabaat filius eius Phinees. Ista fuit ciuitas, in qua habitabat Eleazarus, quia datus fuerat ei iste locus in possessionem. Et dicit, quòd sepeliuit Phinees Eleazarum, quia cum esset filius eius ipse debuit esse præcipuus circa honorem sepulchri paterni. Iste Phinees fuit summus sacerdos immediate post patrem suum Eleazarum, & iste ministrabat in Silo coram domino eo tempore, quo omnes tribus Israel pugnauerunt contra tribum Beniamin propter viros Gabaa, vt patet Iudicum 20. capit. Dicit etiam Iosephus quinto antiquitatũ, quòd iste prophetauit, & denunciauit, quòd tribus Iuda deberet habere ducatum in pugna contra Chananęos, de quo Iudicum primo capitulo. fuit autem iste tertius summus sacerdos.

Quomodo dicitur, quòd Phinees sepeliuit Eleazarum, cum esset summus pontifex. Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis quomodo dicit hic, quòd Phinees sepeliuit Eleazarum suum patrẽ, quia non licebat ei sepelire illum, nec ire cum honorantibus funera patris, quia sic contaminaretur: non licebat tamen ei, quia Deus vetuerat summo sacerdoti contaminari in morte alicuius: vnde Leuitici 21. capitu. dicitur, quòd pontifex ad oẽm mortuum nõ ingredietur: super patre quoq;, & matre non contaminabitur, nec egredietur de sanctis, ne polluat Sanctuarium Domini. Phinees tamen erat summus sacerdos, ergo non licebat ei sepelire patrem.

Respondendum est, quòd postquam quis consecratus erat in summum sacerdotem, non licebat ei exire ad mortuũ, nec super patrem, & matrem: prius tamen quam consecraretur licebat. Sic patet Leui. 21. scilicet pontifex, idest sacerdos maximus inter fratres, super cuius caput fusum est oleum vnctionis, & cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt vestitusque sanctis vestibus, caput suum non discooperiet. ergo prius debebant ista facta esse in eo quam prohiberetur contaminari super patre, & matre. & patet magis, quia dicitur ibi immediate, quòd oleum sanctũ vnctionis Dei sui fusum est super caput eius. Sed antequam esset consecratus in summum sacerdotem, non fiebat aliquid horum, ideo nõ stabat prohibitio: sed Phinees nondum fuerat factus summus sacerdos ergo non erat prohibitus hęc facere. Hoc patet, quia

A viuente vno summo sacerdote nunquam alius vngebatur, ne vnquam contingeret esse duos summos sacerdotes: sicut apud nos existente vno summo pontifice, non eligitur alius.

Sed tunc arguetur, quòd quamquam nondum esset Phinees summus sacerdos, tamen consecrandus erat mox post patrem suum, si tamen pollueretur super mortuo erat immundus, & non poterat consecrari, ergo non licebat ei super patre pollui sepeliendo eum.

Respondendum est, quòd Phinees fiebat immundus sepeliendo patrem, vel comitando funera: ista tamen immunditia non erat perpetua, ideo non excludebat a summo sacerdotio, sed retardabat. Ista immunditia super mortuo durat per septem dies, quousque fiant legales purificationes, & tũc est homo mundus, nec vetatur accedere ad aliquid sacrum: sic patet B Numeri 19. cap. De Phinees autem sic futurum erat, quòd non poterat immediate post mortem patris consecrari, sed finitis septem diebus immunditię suę consecrarent eum sacerdotes alij minores. De ritu autem consecrationis sacerdotis magni patet Exodi 29. & Leuitici 9. A quo autem summus sacerdos vngi debeat, & de successione summorum sacerdotum multorumque aliorum expositione circa hoc declaratum est Numeri 20. cap.

Quæ data est in monte Ephraim. Idest ista ciuitas Gabaath, in qua habitauit Eleazarus pontifex, & sepultus est, erat in sorte Ephraim: sacerdotes enim & Leuitæ C non habebant sortem terræ cum alijs tribubus, sed in qualibet tribu datæ sunt eis aliquę vrbes, de quibus patet supra 21. vrbs autem ista, in qua morabatur Eleazarus erat in sorte Ephraim. Et dicitur esse in monte Ephraim, quia tota terra Ephraim, vel pro maiori parte erat montuosa, & sic quandocunque nominatur terra Ephraim nominatur mons Ephraim.

Sed aliquis dicet, quòd non erat in monte, quia nõ erat ista de vrbibus, quę datę sunt sacerdotibus de sorte Ephraim: fuerant enim quatuor, quarum nomina habentur supra 21. capitu. sed nulla earum est: etiam primo Paralipomen. sexto capi. ponuntur vrbes quas singulæ tribus dederunt sacerdotibus, & Leuitis: sed inter vrbes quas dederunt Ephraitę non ponitur ista D vrbs.

Respondendum est, quòd ista est vna de quatuor vrbibus, quæ datæ sunt de tribu Ephraim: tamen non nominatur inter illas sub hoc nomine supra 21. capit. & hoc, quia multotiens eadem ciuitas est multinomia: sicut patet de hac vrbe Hebron, quæ vocatur Cariatharbe, & Hebron supra decimoquarto, & vigesimoprimo capitu. & Ierusalem multa nomina habet. Huiusmodi autem probatio est, quia cum supra 21. ponantur quatuor vrbes de tribu Ephraim, & primo Paralipomen. sexto capitu. ponantur eædem vrbes, tamen non ponuntur sub eisdem nominibus vtrobique: sic ergo verisimile est nomen huius vrbis vtrobique esse mutatum.

E Chronicam autem temporalium successionũ perstrictim cum his quę enarrantur in sacra Scriptura iũgendo historias gentium ex 12. capitu. Geneseos describere inchoauerimus ibi, vbi locus exigebat, hoc autem vsque ad 14. capitu. Exodi deductum est, post quod in libris intermedijs nulla descriptio facta est, quia omnes isti libri sunt Synchronon, idest contemporanei: repetere tamen quasi quodam postliminio in hoc libro Iosue ibidem instituueramus. sed quia nõdum de Iosue hic cessatur, sed adhuc aliquid est in duobus primis capitulis libri Iudicum, in fine secundi tota intercepta substringetur historia. Chronica temporũ.

Licet in quibusdam vltra id, quod disposueram, nec tamen inutiliter, aut secus quàm rei ipsius, de qua agebatur, conditio exigebat, libri huius Iosue secretas paruulis enucleando medullas digressus sim, non cuiuscunque arbitror me reprehensionem meruisse: nam siquis penitus breuitati studeat in expositionibus, necesse est, quod exponitur, nō prorsus expositum, relinqui: magnasque ob hoc existere ambiguitates: nam iuxta illud Horatianum: Obscurus fio dum breuis esse laboro. Cęterum autem de qualitate operis in singulis, vt veritas se habet, secusve actum sit, cuiusuis patiar correctionem, dū tamen correctio dici mereatur, scilicet, quia fraterna sit, oblatrantium autem mordacitatem exclusam esse volens.

Expositionis literalis Alphonsi Tostati in Secundam partem Iosue Finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, A a,

Omnes sunt Quaterniones.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.

M D X C V I.

11

119

39-2

ABVLĒ
SIS. IN
Iam & Zam Pam
IOSVE


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm